
Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMAN.
SALA DI STUDIO
32
47

9.2.N.18



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

S. S. 32/47

EMINENTISSIMIS
AC REVERENDISSIMIS
CARDINALIBVS
ILLVSTRISSIMIS ET REVERENDISSIMIS
PRIMATIBVS
ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS
ATQVE VNIVERSO GALLIARVM CLERO

ODORICVS RAYNALDVS TARVISINVS
CONGREGATIONIS ORATORII ROMANI PRESBYTER.

CVM ſæpius Annales Cæſaris Cardinalis Baronij, ſummæ pietatis ac ſapientiæ viri, mihi, vt commodiori vſui eſſent Italis Italicique idiomatis ſtudioſis, in arctum colligere meditanti, perlegendi fuerint, inter innumera, quæ occurrerunt animaduerſione digniſſima, adoranda maxime mihi ſemper viſa eſt Diuina prouidentia, quæ inclytam Francorum gentem ſuis cum Regibus a S. Remigio Apoſtolo eius nationis ad Chriſtianam fidem traductam, & diuinis præceptis monitiſque optimę eruditam, fixa in Gallijs ſede conſtabiliuit (quod in exteris alijs nationibus, quæ veteris Imperij prouincias occupauere, non ita facile reperiri, idem obſeruat Baronius) vbi religione, pietate, literis, & ſingulari erga ſedem Apoſtolicam ſtudio officijſq; perpetuò floruit. Quamobrem iure optimo ſummus Pontifex Vrbanus IV. a ad Regem ſanctiſſimum Ludouicum ſcribens, Chriſtianiſſimum & fortiſſimum appellat Francorum regum, cui ex alto Dominus benedixit: *Hoc eſt regnum*, inquit, *cuius potentia eidem Eccleſiæ*, nimirum Romanæ, *contra eius perſecutores in canctis eius tribulationibus conſtantia ſemper affuit inconcuſſa. De hoc etiam regno ſemper Reges prodiere catholici, qui claris fidei & deuotionis titulis præſigniti; Deo ſe gratos per ſanctæ conuerſationis merita, & Eccleſiæ prædictæ acceptos per obedientiæ promptitudinem exhibere multiplicirer curauerunt.* Horum autem Chriſtianiſſimorum Regum, Gallicæque Eccleſiæ rebus præclarè geſtis profitetur idem Baronius illuſtratos Annales ſuos; quibus licet noſtri in reliquis nullo modo ſint conferendi, in hoc tamen haud impares eſſe legentibus patebit. Si enim in illis agitur de ijs, qui e regia ſtirpe a B. Remigio precibus conſecrata prodiere, qui virtutum ac ſanctitatis gloria conſpicui in cœlitum numerum referri meruere, qui fortiſſimis exercitibus in Italiam ductis Romanam eccleſiam a barbaris oppreſſam erexerunt, quiquę confugientes in Gallias ſummos Pontifices honorificentiſſimè exceperunt, coluerunt, omnique officiorum genere ſunt proſecuti (vt merito dixerit Innocentius III. b *Apoſtolica Sedes in ſua neceſſitatis articulo refugium ad regnum Francorum habuit, ibique deuote ſuſcepta, & honorifice pertractata non parum a ſuis anguſtijs reſpirauit, immo etiam vires reaſſumpſit, per quas, faciente tandem Domino, & iuſtitiam in iudicium conuertente, in ſtatum felicitatis antiquæ, qua cecidiſſe viſa fuerat, fortior reſurrexit*) profecto ſtudioſi

a *Annal. tom. 13. ann. 1262. num. 46.*

b *Annal. tom. 13. an. 1203. n. 53.*

† 2

dioſi viri, quibus, quantumuis cætera incultos, annales noſtros percurrere graue non fuerit, ipſos iiſdem luminibus illuſtratos comperient.

Erunt nobis inſtar omnium vnius Ludouici eius nominis IX. præclara facinora, quæ magna cum pietatis laude pleriſque eius ſucceſſores pie ſunt æmulati; ea enim fuit ſanctimonia vitæ, vt Chriſtianas regiaſque virtutes, quibus ipſe præluxit, propagare viſus ſit in poſteros ſuos, ex quibus præſertim emicuit Ludouicus Archiepiſcopus Toloſanus, fratris eius filius, qui patrui exemplum ſecutus ſanctorum numero pariter aſcriptus eſt. Etenim cùm Innocentius IV. de inſidijs ſibi a Friderico II. Eccleſiæ Romanæ hoſte infenſiſſimo paratis
a Anno 1244. nu. 32. factus certior [a] in Gallias ſeſe recipere conſtituiſſet, religioſi viri [b] præcipui totius Ciſtercienſis ordinis comitia tum celebrantes, quos pietatis cauſa ſanctus
b eod. anno. n. 37. Rex adierat, genibus flexis ab eo ſummis precibus petiere, vt Chriſti vicarium ab iniurijs tyranni vindicaret, ac peramanter ad ſe confugientem exciperet, maiorum ſuorum exemplo, qui Alexandro III. alterius Friderici Aenobarbi aui, eius tyrannidē ſimiliter declināti, Galliarum ſinum aperuiſſent; Rex ſanctiſſimus genibus pariter poſitis pollicitus eſt illi ſe auxilio, omniq; obſequiorum ge-
c Anno 1245. nu. 78. nere atque beneuolentia affuturum. Deinde [c] eius videndi deſiderio flagrans, inſtructis egregiè quatuor nobiliſſimorum regni militum agminibus, qua par erat pompa & magnificentia Innocentium ipſum Lugduni agentem vnà cum Blanca matre ac fratribus conuenit, ſeque ac regnum ſuum eius & Apoſtolicæ ſedis obſequijs deuotus ſubmiſit. Neque verborum contentus officijs, anteceſſorum ſuorum exemplo Romanæ eccleſiæ gloriam cumulaturus, Friderico bellum inferre, atque ad reſtituendum Pontificem, in Italiam exercitum duce-
d Anno 1247. nu. 12. re decreuit [d]: cumque de ſuſcepto pio conſilio certiorem feciſſet Innocentium Papam, is mirifice inde recreatus meritas ei gratias egit [e], quòd Regibus alijs
e Lib. 4. ep. cur. 10. 324. diſſimulantibus, patrocinium Eccleſiæ arripuiſſet: *Cum*, inquiens, *ad ipſius Eccleſiæ gemitum, & frequentes anguſtias, quibus affligitur, dum filiorum Eccleſia vexationes continuas illatas per turbatorem ſæculi meditatur, quaſi tacentibus alijs, tu ſolus in medio Regum terræ præfulgidus elegiſti ad ſuccurſum matris Eccleſiæ non ſolum expendere ſubſtantiam, ſed deputare perſonam*. Quam etiam ob cauſam non modò pijſſi-
f Ibid. Epiſt. 126 mum Regem laudibus extulit, & eius religioſiſſimam matrem Blancam [f], ſed &
g ibid. ep. 127. fratres [g] Robertum, Alfonſum, & Carolum, Atrebatenſem, Pictauienſem, & Andegauenſem comites, qui omnes pro ſummi Pontificis cauſa ſanguinem fundere paratiſſimi erant, de quibus hæc adijcit Innocentius in literis ad Re-
h Ead. ep. 126. ginam ipſam datis [h]: *Regis æterni benignitas ſuum inclinauit auditum, vt charisſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi, ac dilectis filijs nobilibus viris comitibus natis tuis diſponentibus magnificum Eccleſiæ perſonaliter præſtare ſuccurſum, tu inflammata igne ſancti Spiritus de regio corde protuleris, quod te ipſam velles cum exercitu ad iter accin-*
i Super. ep. 124. *gere, vt poſſes Eccleſiæ magnifice ſubuenire*. At S. Ludouicum rogauit [i], ne regias copias in Italiam duceret, mitteretue, niſi facta ſibi prius ab Apoſtolica ſede poteſtate; quemadmodum poſtea Clementis IV. rogatu ductæ fuerunt ab eodem Carolo Andegauenſi ſancti Regis fratre, qui Manfredo tyranno Frideri-
k To. 14. an. 1266. n. 11. &c. ci notho filio in acie interfecto [k], eiuſque copijs diuina ope deletis, Romanam Eccleſiam ab illo crudeliter vexatam oppreſſamque in libertatem vindicauit, ac Siculum regnum ab Apoſtolica ſede iure beneficiario conceſſum ſibi peperit.

Præterea ſi ſuperioribus ſæculis clerus Gallicanus pietate, literis, omnique genere virtutis floruit, poſterioribus quoque noſtris ipſum floruiſſe non inficias
l Greg. IX. lib. 3. ep. 95. Annal. tom. 13. an. 1229. n. 53. ibit æquus lector, fatebiturque non immerito Gregorium IX. Romanum Pontificem [l], dum regni Francorum laudes repetit, eundem Clerum ob perfectam cumulatiſſimamque ſapientiam commendare: *In tribus*, inquit, *quæ appropriatione nominis tribus in ſancta Trinitate perſonis attributa noſcuntur, potentia,*

ſapien-

Digitized by Google

ſapientia, & benignitate videlicet, regnum Francorum, eiuſdem S. Trinitatis imitando veſtigium, patet præ regnis alijs a longis retro temporibus floruiſſe, in ſtrenuitate militum potens, in clero literarum ſcientia prædito ſapiens, & in clementi principum bonitate benignum. Eandem ſapientiæ laudem Alexander IV. luculenter prædicat[a]: *Quaſi lignum*, inquiens, *in paradiſo Dei, & quaſi lucerna fulgoris in domo Domini eſt in ſancta Eccleſia Pariſienſis ſtudij diſciplina: hæc quippe velut fœcunda eruditionis parens ad irrigandam ſterilem orbis faciem fluuios de fontibus ſapientiæ Saluatoris cum impetu foras mittens, vbique terrarum Dei lætificat ciuitatem, & in refrigerium animarum flagrantium ſiti inſitæ aquas doctrinæ diuidit publice in plateis*. Et infra: *Ibi præcipue dat Dominus ſponſæ ſuæ os & ſapientiam, ac linguam myſticis eloquijs eruditam, cui reſiſtere nequit omnis aduerſitas improborum*. Ex hoc ſapientiæ fonte doctrinam feliciſſime hauſerunt, præter alios innumeros, duo Eccleſiæ lumina S. Bonauentura Cardinalis epiſcopus Albanenſis, & S. Thomas Aquinas. Innocentius quoque III. alijque complures Romani Pontifices doctrinæ laude præſtantiſſimi: multi præterea nationis veſtræ pariter Romani Pontifices, qui rem Chriſtianam optime geſſerunt, & altiſſimæ prudentiæ ſanctimoniam vitæ adiunxerunt, qui diuinæ gloriæ amplificandæ, Eccleſiæ augendæ, ac ſaluti animarum procurandæ intenti, cuncta quæ oculis carneis obuerſantur, ſpreuere: viri profecto ditiſſimæ paupertatis, & Apoſtolicæ ſolicitudinis; quod de Anaſtaſio ſanctiſſimo Papa iure optimo decantatur[b]: licet enim Eccleſia diuitijs afflueret, ab ijs tamen, vtpote pauperum patrimonijs, tanquam ab alienis conſtantiſſime abſtinuerunt, quod edita iam quatuor Annalium noſtrorum volumina probatiſſimis monumentis paſsim oſtendunt.

a Alexã. IV. lib. 1. ep. 177. anno 1255. n. 39.

b Martyrol. Rom. die 27. aprilis.

Porro in his duobus, quæ nunc in lucem prodeunt, narratur primo diuturnum diriſſimumq; ſchiſma, quod Eccleſiam Dei dilacerauit, innumeraque in eam inuexit mala, quæ quadraginta propemodum annorum ſpatio aucta, cumulataque ſunt. Neque calamitoſis adeò temporibus Eccleſiæ Gallicanæ auxilium ſedi Apoſtolicæ defuiſſe oſtenditur; nam ſub ipſum ſchiſmatis exordium cleri veſtri celeberrimus cœtus[c], ſex nimirum Archiepiſcopi, triginta Epiſcopi, alijq; plurimi doctiſſimi viri cenſuere pro Vrbano VI. Cardinalium ſchiſmatis auctorum dicta non eſſe admittenda. Pariſienſis quoque Academia, dum libertate potita eſt, Vrbani ipſius iura propugnauit[d], ac veritate crebris diſceptationibus patefacta confirmataque, perduellium Cardinalium impium & exitiabile facinus damnauit; quocirca Pontifex idem ad illos ſcribens[e]: *Plurimū*, inquit, *conſolamur, quod nuper cum ingenti gaudio fide dignorū relatione percepimus, quemadmodum vos aduerſus hæreticorum atque ſchiſmaticorum aſſertionem ſubdolam, contra nos impudice loquentium, nonnullas ſanctas, veras, & ſaluberrimas, & quales profeſsionem veſtram decent, in noſtrum, immo fidei fauorem, & veritatis defenſionem, ſententias publice tenuiſtis, & contra quoſcumque contrarium profitentes defenſaſtis, &c*. At aliquandiu vi oppreſſa fuit publica libertas, neque cuiquam licuit Vrbani partes tueri; viri enim nequiſſimi in ſchiſma impulerant Carolum V. Galliarum Regem[f], qui deinde imminente morte factum dolens, edita ſanctione, a Clementis pſeudopontificis obſequio ſe ſubduxit[g], confectiſque publicis tabulis[h], profeſſus eſt, illum ſe dumtaxat Pontificem colere, quem ſacroſancta œcumenica ſynodus colendum ſtatuiſſet.

c Paul. Æmil. in hiſt. Frãcor.

d Idem in Carolo V.

e Annal. to. 17. anno Chriſti 1378. nu. 61.

f Vualſing. & alij.

g Acta cõuent. Pariſien. in appendice apud Iuuenal. Vrſin.

h Extant. to. 35. de ſchiſm. pag. 152.

Teſtis præterea eſt Roberti antipapæ geſtorum ſcriptor ipſe ſchiſmaticus[i], a Gallis pro redintegranda eccleſiarum coniunctione agitata fuiſſe conſilia, atque omne ſtudium adhibitum, vt idem Robertus pontificalia inſignia deponeret; additque vniuerſis Gallis ſchiſma in execrationem verſum fuiſſe; ac tum Sorbonicos Doctores antipapam monuiſſe, vt eiuſmodi diſsidium tolleret; ac præſules proceresq; & academicos ipſos Carolum VI. incitaſſe[k], vt regiam auctoritatem tanta in re interponeret. Extant[l] eo argumento grauiſsi-

i Antipapæ vitæ ſcriptor apud Boſquet.

k Id. ibid. & Iuuenal. Vrſin. in Carolo VI.

l Cod. m. s. Bibliot.

Digitized by Google

Vatic. ſignat. nu. 4917. pag. 112. Anno Chriſti 1394. n. 3.

uiſsime, plenæque conſilij eorum literæ Carolo Regi traditæ; quibus ſchiſmatis malis recenſitis deploratiſque, eum adhortantur, vt in ſuſcepto illius delendi conſilio permaneat: ac paulo poſt pſeudopontifice extincto, cum Cardinalibus ſchiſmaticis acriter egerunt, ne alium in eius locum ſubſtituerent. Sed cum factioſi homines temere ſubrogaſſent Petrum de Luna, huic quoque quà officijs, quà rationibus ſuadere niſi ſunt a, vt iniuſte delatum ſibi honorem vltro dimitteret: neque antea ab eo conſilio deſtitere, quam Conſtantienſi concilio coacto, exauctoratiſque Ioanne xxiii. & Petro de Luna, Gregorius xii. Pontificali dignitate ſeſe ſponte abdicauit, ac Martino huius nominis V. magna omnium conſenſione creato, optatiſſima Eccleſiæ pax reddita eſt. Quæ quidem Gallorum veſtrorum pietas illud haud dubie a Deo præmium promeruit, vt cum deinde Anglorum armis opprimerentur, Ioannæ virgunculæ, ſeu potius diuino præſidio triumpharent, ac multas eaſque ampliſſimas prouincias recuperarent.

a Tom. 7. de ſchiſmat. pag. 21. & tom. 10. pag. 69. Anno Chriſti 1394. n. 7.

Quin etiam ijs, qui Baſileenſi conciliabulo intererant, & Conſtantienſis ſynodi decreto praue detorto rebellionem in Eugenium IV. Pontificem faciebant, Galliarum Clerus viris nequiſſimis magna animorum contentione ſeſe oppoſuit, atque vna cum Carolo VII. Rege eidem Eugenio adhæſit; qui propterea ad Regem ipſum ſcribens b: *Vere*, inquit, *filius es præcipuus noſter & Eccleſiæ, quam veluti chariſsimam tibi matrem debita reuerentia & fauore colis, imitando inclyta geſta progenitorum tuorum, qui ſe præbuerunt ſemper tanquam ſcutum, ac firmiſsimum propugnaculum pro tutela ac defenſione Romanorum Pontificum, & Apoſtolicæ ſedis: fuit enim ſemper hoc proprium inclytæ domus Franciæ, vt ſola præ cæteris ſtatum ac dignitatem Romanæ Eccleſiæ, ac ſedis Apoſtolicæ tueretur.* Poſtremo cum eorundem Baſileenſium pertinacia nullis flecti monitis poſſet, armiſque potius frangenda videretur, Ludouicus Delphinus ab Eugenio ipſo Romanæ Eccleſiæ ſignifer creatus, fortiſsimo Gallorum exercitu coacto, victoriam de Heluetijs retulit, ſuiq; terrore Baſileenſe conuenticulum diſsipauit. Verùm pſeudopontifice ſuis cum ſectatoribus Sabaudiæ propugnaculis ſe continente, Nicolaus V. ad Galloru potẽtiã, veluti ad ſacrã anchorã recurrit, & Carolum VII. Regem ad ſchiſma excindendum his verbis hortatus eſt c: *Fuit ſemper proprium præclaræ ſtirpis Franciæ Regum tollere ſchiſmata, & pacem Dei Eccleſiæ elargiri. Hoc certe ſingulare Regum Franciæ munus fuit, vt aſsiſterent Romanis Pontificibus, eorumque dignitatem & auctoritatem tutati ſint, & ampliarint. In hoc ſemper elaborarunt, vt diuiſiones ad vnitatem reducerent, & Romanæ vniuerſaliſque Eccleſiæ Antiſtites reiectis deiectiſque ſedis Apoſtolicæ occupatoribus, vnicum Dei in terris Vicarium recognoſcerent. Itaque cum tot ante oculos exempla habeas tuorum prædeceſſorum, qui nullos labores, nulla pericula recuſarunt pro tollendis ſchiſmatum auctoribus, pro Romani Pontificis exaltatione, imitare quæſumus illorum veſtigia, & ſanctum opus, quod iam ſumma cum laude cœpiſti, coneris perficere, remque ad optatum finem perducere: velis hanc ignominioſam labem & quaſi peſtem Chriſti fidelium abolere; neque vero defatigeris in ea re, in qua vitam æternam conſequeris; & quæ tibi tuiſq; poſteris ſempiternam laudem & gloriam ſit allatura.* Non ad irritum cecidere preces pontificiæ; cum enim Nicolaus eidem Regi expugnandæ Sabaudiæ & Galliarum regno adiungendæ facultatem dediſſet, Amedeus Gallicæ pietatis & potentiæ metu perculſus, acceptas a rebellibus Baſileenſibus infulas abiecit; quamobrem ſchiſma, quod Euangelicam etiam doctrinam deprauabat, & eccleſiaſticam monarchiam a Domino conſtitutam euertebat, vti epiſcopus Meldenſis Francorum Regis orator in publico ſenatu Pontificio queſtus eſt d, a Carolo VII. Rege glorioſiſsimo funditus eſt exciſum. Hæc, præſtantiſsimi Patres ac Domini, apud vos præfari in huius operis limine viſum eſt, vt cunctis perſpicuum fiat, quamuis ſedente Vrbano VI. ſchiſma conflatum fuerit, Gallicum illius temporis

b Eugen. lib. breu. pag. 96. An. Chriſti 1440. n. 4.

c Nicol. lib. 2. pag. 12. An. Ch. 1447. n. 18.

d Anno Chri. 1441 n. 12.

clerum

clerum Gallorum Cardinalium ſchiſmatis auctorum nefarium facinus ægre tuliſſe, nec prętermiſiſſe operam ſuam gnauiter conferre, quò oborta inde mala remouerentur a Dei Eccleſia; cuius dignitatis aſſerendæ ſtudioſiſſimi ſemper fuere maiores veſtri. Quorum vos adeò egregios imitatores agnoſcimus, vt de vobis iuxta Apoſtoli ſententiam vere dici poſſit, pietatem veſtram, veſtrumq; in diuino cultu atq; animarum ſalute prouehenda ardens ſtudium, doctrinam, ac ſapientiam annuntiari in vniuerſo mundo: ideoque mirum non eſt, ſi cùm aſpirante diuina gratia, veſtraque paſtorali cura ac ſolicitudine aduigilante, in Galliis Eccleſiaſtica diſciplina quammaxime vigeat, Chriſtianiſsimo regno omnia proſpere fęliciterque ſuccedant.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Ap-

M. A. Oddus Viceſg.

IVbente Reuerendiſsimo Patre F. Raymundo Capiſucco Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtro perlegi XVII. Tomum Annalium Eccleſiaſticorum a R. P. Odorico Raynaldo Taruiſino Congregationis Oratorij presbytero felici methodo, ſtiloque *Baronianæ* ſinceritatis ſummè elaboratum, nihilque in eo reperi fidei *Catholicæ*, aut bonis moribus contrarium; quin potius luce digniſſimum exiſtimo, quòd Hiſtoriam Eccleſiaſticam tot ſacrorum monumentorum teſtimonio firmet, & præclarè exornet, atque ab impoſtorum calumnijs vindicet ac tueatur. Ex hoſpitio Monaſterij noſtri Kal. Octobris anno ſalutis 1658.

D. Ferdinandus Vghellus Abbas SS. Vincentij & Anaſtaſij ad Aquas Saluias Ord. Ciſtercienſis.

Imprimatur

Fr. Raimundus Capiſucchus Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Pręd.

Digitized by Google

A N N A L E S
ECCLESIASTICI.

IESV CHRISTI
Annus 1417.

MARTINI PP. V. annus 1. SIGISMVNDI ROMAN. REGIS 7. EMMANVELIS 11. IMP. OR. 34.

ANNO a partu Virginis milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo, indictione decima, diuturno atque exitiali ſchiſmate depulſo, Latinæ eccleſiæ ſingulari Diuinæ prouidentiæ beneficio in priſtinam concordiam redactæ fuere in Conſtantienſi concilio: ſicque diſciſſa diu membra, ſub vno non controuerſo capite, nimirum Martino V. ſeſe coniunxere. Vti vero is renuntiatus fuerit Romanus Pontifex, ordinem temporum ſecuti differemus.

Latina eccleſia ſub vno capite coniuncta.

Recurrente octaua nouembris die, quadrageſima prima ſeſſio celebrata eſt, in qua patres Clementis VI. ſanctionem confirmarunt, quæ acerbitatem conſtitutionis Gregorij X. de conclauis anguſtijs, & victu parciore temperabat, permittebatque, vt Cardinales cortinis interiectis dum ſe ad quietem componebant, ſegregarentur. Diſtincta etiam fuere rerum capita, ad quæ ſeruanda electores & conclauis cuſtodes ſe iureiurando erant deuincturi. Quin etiam Sigiſmundus Romanorum Rex in ſolio conſidens, cruce & euangelijs, quæ duo Cardinales detulerant, manu contactis, ſolemne iuſiurandum de tuendis ijs legibus concepit. Appellati deinde ſunt ſinguli præſules, qui vna cum Cardinalium collegio ad renuntiandum Pontificem decreti fuerant; damnatus mos, qui inceſſerat, vt ædes illius, qui ad pontificiam dignitatem euectus eſſet, impune expilarentur; vtque maior integritas in deligendo Chriſti vicario adſeruaretur, pactiones omnes, ſacramenta, promiſſa, quibus libertas electorum læderetur, reſciſſa fuere.

Creandi noui Pont. apparatus.

2 Subdunt acta [a], quomodo eadem die octaua nouembris, qua ſuperiora geſta, triginta viri ſpectatiſſimi ex vniuerſis nationibus delecti conclaue ſine ingreſſi vna cum Cardinalibus, qui antea vel Ioanni, vel Gregorio, vel Benedicto adhæſerant, numero viginti tribus; quorum nomina recenſenda [a] viſa ſunt: *Ioannes epiſcopus Oſtienſis Veliternus S. R. E. Vicecancellarius dictus Viuarienſis, Angelus epiſcopus Præneſtinus nuncupatus Laudenſis, Petrus epiſcopus Sabinus de Hiſpania, Iordanus epiſcopus Tuſculanus de Vrſinis, Antonius epiſcopus Portuenſis Bononienſis, Franciſcus S. Crucis in Hieruſalem Venetiarum, Ioannes Dominici tit. S. Sixti Raguſinus, Antonius tit. S. Suſanna Aquileienſis, Gabriel tit. S. Clementis Senenſis, Branda tit. S. Clem. Placentinus, Angelus tit. SS. Marcellini & Petri Veronenſis, Petrus tit. S. Chryſogoni Cameracenſis, Thomas tit. SS. Ioannis & Pauli Tricaricenſis, Alamandus tit. S. Euſebij Piſanus, Gullelmus tit. S. Marci dictus S. Marci, Antonius tit. S. Cæcilia de Chalanco, Simon tit. S. Laurentij in Lucina Rhemenſis, Petrus tit. S. Stephani in Cælio Monte de Fuxo, Ludouicus tit. S. Adriani de Fliſco, Raynaldus tit. SS. Viti & Modeſti de Brancacijs, Amedeus S. Mariæ noua Salutiarum, Odo S. Georgij ad velum aureum de Columna, Lucidus S. Mariæ in Coſmedin de Comitibus.*

Cardinalium nomina.

[a] Extant apud Cantelor. in Mart. V.

Odo Columnenſis creatus Pontifex.

[a] Felix Contel. in Mart. V. ex lib. official. Rō. ſur. ex lib. particip. & ex actis concilij Cōſt. M.S.

Latis, vt moris eſt, ſuffragijs, demum die S. Martino ſacra Odo Columna Cardinalis Pontifex renuntiatus fuit: *Die iouis*, inquiunt acta, *in feſto S. Martini epiſcopi vndecima ſupradicti menſis nouembris, reuerendiſſimi reuerendique patres, & domini S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates aliique electores prædicti in conclaui prædicto exiſtentes, reuerendiſſimum in Chriſto patrem, & dominum dominum Odonem de Columna S. Gregorij ad velum aureum diaconum cardinalem de Columna vulgariter nuncupatum, natione Romanum, concorditer in Romanum pontificem elegerunt, qui Martinus Papa V. nominari voluit.* Si ad accuratius examen is numerus reuocetur, non V. Sed III. dicendus eſſet: ſed cum iam ante, Martinus Nicolai III. ſucceſſor ob Marini primi, & ſecundi nomina cum Martini nomine a vulgo confuſa, Martinus quartus fuiſſet vocatus, qui ſecundus re ipſa erat, viſum eſt quinti cognomen adiungendum. Pergunt acta.

Martini V. nomen accepit.

Et ſic per sereniſſimum, & inuictiſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorum regem, vna cum ſancta ſynodo apud prædictam eccleſiam maiorem huius ciuitatis Conſtantienſis maximis cum ſolemnitatibus, & lætitia fuit inthronizatus. Initiatus deinde eſt ſacerdotalibus, & pontificalibus ſacris a Ioanne epiſcopo Oſtienſi: tum ſolemni ritu, ſpectante populo, corona redimitus ab Amadeo Salutiarum

Digitized by Google

Cardinale diacono, nec non triumphali pompa Sigiſmundo Romanorum Rege, ac Frederico marchione Brandeburgenſi equi Pontificij lora tenentibus, per Conſtantienſem vrbem circumductus; quæ deſcribuntur in actis hiſce verbis: *Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini domini Martini diuina prouidentia Papæ V. anno primo die dominica, vigeſima prima ſupradicti menſis nouembris idem ſanctiſſimus dominus noſter more ſolito, & in coronationibus Romanorum Pontificum hactenus obſeruari conſueto, fuit apud eccleſiam Conſtantienſem honorifice coronatus, & demum per dominos ſacroſanctæ Romanæ*

Solemnis ritu corona redimitur.

eccleſiæ Cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, alioſque prælatos, ambaſiatores, & Romanæ curiæ officiales, in ſacroſancta ſynodo prædicta præſentes; nec non illuſtriſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorum regem à dextero, & illuſtriſſimum principem dominum Fredericum marchionem Brandeburgenſem ſacri Romani Imperij archicamerarium, & electorem, à ſiniſtro lateribus eiuſdem

Ducta ab eodem triumphalis pompa.

Domini noſtri Papæ per equi frænum, in quo ſedebat, vna cum populoſa multitudine proceſſionaliter ab Eccleſia Conſtantienſi prædicta vſque ad monaſterium S. Auguſtini conductus, & per circuitum ad Conſtantienſem eccleſiam prædictam fuit ſolemniſſime reductus.

a Io. Nid. Formic. lib. 2. c. 5.

3 Narrat Ioannes Nider [a] lepidam hiſtoriam: nimirum quemdam virum religioſum ordinis Prædicatorum, qui conceptâ ex ſomnijs de pontificatu ſpe, vanum tandem errorem agnouit confeſſuſque eſt: *Quomodo*, inquit, *deludantur qui ſomnijs faciliter credunt, de hoc ſume tale exemplum. Noui quemdam fratrem noſtri ordinis Iodocum nomine*

Præſagium ſe ne ex ſomnio.

de conuentu Conſtantienſi profeſſum, pro nunc boni zeli, qui cum iunior exiſtens non tam fuit velut modo moribus, & conſcientia compoſitus. Huic exiſtenti in conuentu ante tempus generalis Conſtantienſis concilij, ſomnialis viſio dormienti affuit, in qua ſibi videbatur quomodo in ſummum pontificem creatus eſſet. Vigilans dudum poſtea ſatis ſerioſe cogitabundus, vt ab eo audiui, incedebat, quid ſibi hoc ſummum bonum afferret prænoſticationis; ſpem enim aliqualem de veritate in ſe adimplenda præſumpſit de præſulatu aliquo habendo, licet literis, & ſtatu nulla penitus alluderet in homine iſto diſpoſitio. Porro tempore antedicti concilij depoſitis per idem tribus a ſummo pontificio, videlicet Petro de Luna, Gregorio Corario, & Balthaſare de Coſſa; non fuiſſe Gregorium a Conſtantienſibus exauctoratū ſed ſponte pro concordia publica apices pontificios poſuiſſe diximus, *qui omnes ſe in ſuis obedientijs gerebant pro ſummis pontificibus, locus, electores, dies, & horæ in quibus vnicus & indubitatus paſtor, & Petri ſucceſſor eligi debuit, ſtatuta ſunt. Quibus viſis frater prædictus ſpem præhabitam ſibi clanculum augere cœpit, quod fortaſſe de eo dudum à ſe viſum verificaretur ſomnium. Electo autem domino Martino de Columna concorditer, conſuſus apud ſe frater didicit quam ſtultum ſit animum dare ſomnijs ſine ſufficienti motiuo.*

Ridiculus ſomnij exitus.

Non multo poſt autem elapſo tempore, tempus carniſpriuij appropinquauit, in quo in conuentu iuniores fratres pro ſolatio aliquando conſueuerunt repræſentationes ludicras habere Summi pontificis, & curiæ Romanæ; pro quo ioco cum diuerſi iuuenes ad varia eligerentur officia, prædictus frater Iodocus electus eſt iocosè in ſummum Pontificem per ſictitium: in qua eminentia tunc primum omnem præſulatus ſpem perdidit, quam tacitus fatuis ſpebus prius ſæpe præhabuit. Hæc Nider. Sed ad Martinum redeamus.

4 Perfecta initi pontificatus pompa, haud dubie veteri more & inſtituto, certiores Chriſtiani orbis fideles Reges, ac populos fecit; quas literas in eius regeſtis alijſque monumentis nondum reperi, afferemus vero alias, quas, vbi afflauit illius creationis rumor, Ludouicus comes Palatinus Rheni & Bauariæ dux ad eum dedit [a].

Gratulatoria Palatini comitis ad eum literæ.

a Extant apud Martin. lib. 1. pag. 18.

Sanctiſſimo in Chriſto patri, & domino, domino Martino digna Dei prouidentia ſacroſanctæ Romanæ & vniuerſalis eccleſiæ ſummo pontifici, domino meo metuendiſſimo.

Sanctiſſime pater, & domine, domine metuendiſſime, cum humillima recommendatione deuotiſſima pedum oſcula beatorum. Auditis nuper, videlicet xv. die nouembris, iucundis & dudum deſideratis rumoribus de electione ſanctitatis veſtræ ad ſummi præſulatus faſtigium, mens mea, longo iam preſſa deſiderio, tanto maiori iubilo erigitur, quanto largiora Dei dona toti orbi, in perſona S. V. collata iam perſentit. Noluit enim omnipotens Deus lucernam eccleſiæ perutilem ſub modio eſſe conſtrictam: ſed ſuper candelabrum eam erigens, toti mundo declarauit manifeſtam; nunc enim refulſit dudum offuſcata ſpecies ſalutiferæ pacis, & vnionis ſanctæ matris eccleſiæ, multis iam temporibus monſtruoſe pluribus regnantibus capitibus, deformata; vt mens mea vna cum communitate eiuſdem eccleſiæ ſanctæ vix conſtrictis lacrymis Altiſſimo decantet: *Gloria in excelſis*. Sanctitati veſtræ quoque dignè occurram, promens: Adueniſti deſiderabilis, quem expectabamus in tenebris.

Ingens exorta lætitia.

Conſideratis namque moribus, & actibus præteritis, quibus ſanctitas veſtra, adhuc agens in minoribus, ſemper inclinabatur ad optima, nullum mihi dubietatis relinquitur nubilum, quin S.V. in ea quæ deſpexit in alijs, immo pro viribus perſecuta eſt, iam plenitudine poteſtatis adepta, ad extirpandum nociuas vepres hereſum, ſupplendum neglecta, & reformandum deformia, aſſiſtente etiam ſanctitati veſtræ ſereniſſimo principe domino Sigiſmundo Romanorum, & Hongariæ rege inuictiſſimo, quaſi vnitis duobus gladijs, maiori robore intrepide nunc conſurgat. Vnde meritò gaudeo, talem, tamque vtilem ſanctæ eccleſiæ, propitio Deo, prouiſum paſtorem, in quo iam irati Iudicis ſententia ſecurè ſperatur mitigata. At vero ad plenè exprimendum coram ſanctitate veſtra iubilum mentis meæ, ac filialis obedientiæ ſubiectionem, quia calamus deficit, ſuppleant ſaltum, quantum poſſibile eſt, oratores mei venerabiles magiſtri Conradus de Suſato ſacræ theologiæ profeſſor præpoſitus Nuhuſenſis, ſanctitatis veſtræ ſubdiaconus, G. Abbas monaſterij in Caſtell ordinis S. Benedicti: magnificus Ioannes Comes de Lipia, Ioannes Ladebom canonicus Vvormatienſis ſecretarius: nec non ſtrenui viri Vvolff de lapide miles, & Ioannes de Veningen armiger, conſiliarij mei fideles dilecti, ad ſanctitatis veſtræ pedes cum plena informatione, & mandato tranſmiſſi, ſupplicādo humillimè, quatenus eiſdem oratoribus fidem credulam in dicendo gratioſius adhibere velit S. V. generoſa, quam Altiſſimus pro ſua miſericordia conſeruare dignetur pro felici regimine eccleſiæ ſuæ ſanctæ temporibus diuturnis. *Dat. in Caſtro noſtro Heydelberg* XVIII. *decembris anno &c.* XVII. *Humilis, & deuotus filius Ludouicus Dei gratia ſanctitatis veſtræ Comes Palatinus Rheni, ſacri imperij archidapifer, elector, Bauariæ Dux.*

Oratores a Palatino decreti.

5 Gratulatus etiam eſt Martino delatos pontificios honores Raynaldus [b] Iuliaci ac Gelriæ dux, atque illo vnico, & vero pontifice diſſitias eccleſias in priſtinam concordiam redactas fuiſſe addiditque ad lætitiæ ſignificationem, ſe ex Columnenſi ſtirpe genus traxiſſe, idque gloriæ ſibi ducere.

b Ibid. pag. 19. Iuliac. & Gueldren. ducis lit.

Beatiſ-

Digitized by Google

Beatiſſime patrum pater, &c. Ego, qui a progenitoribus meis a domo veſtra Columnæ, antiqua & excelſa Romana ſtirpe, claram traxiſſe fateor originem; quod mihi reputo ad culmen cedere magnæ gloriæ; ſpouſæ veſtræ ſanctæ matri Eccleſiæ, veſtræque beatitudini, tanquam eius deuotus filius congratulor tota animi deuotione, ac iucundo vultu eidem aſſurgo, & tanto iucundius, quanto pacem, & exaltationem ipſius Eccleſiæ, veſtræque ingenuæ perſonæ ab intimis ſupplicius affecto, tenens a certo, catholicam Eccleſiam matrem noſtram luctus ſui dierum finem inueniſſe, quomodo nunc ſplendet virtute Altiſſimi toto orbi redimita iucunditatis ſuæ veſtibus, in vinculo pacis reformata, &c. *Dat. Haemborch ipſo die beatæ Luciæ virginis, meo ſub ſigillo.*

Iuliacenſis dux Colūnenſi ſtirpe ſorum ſe iactat.

Perhumilis V. S. Reynaldus dux Iuliacenſis, & Gelriæ, ac comes Zutphanienſis. Eodem argumento archiepiſcoporum electorum imperij extant in regeſto pontificio literæ [a].

a Ibid. pag. 20. & 21.

5 Dum vero omnes Chriſti cultores vnius ſummi pontificis, cui cuncti Reges parituros ſe obſtrinxerant, in Conſtantienſi concilio renuntiati, audita fama, gaudio exultabant, quod poſt offuſas inueterari ſchiſmatis tenebras optatiſſima pacis lux affulſiſſet, Petrus e Luna ab ſede piorum cœtuque abactus, conuenticulum ſuorum Paniſcolæ agebat, quod delirus ſenex oecumenicum concilium & catholicam Eccleſiam vocitabat. At præſules Aragonij, qui acceſſerant, vt officij ſpecie ipſius pertinaciam flecterent ſuaſere, vt ad reliquias ſchiſmatis abolendas inſignia pontificia poneret, permitteretque tribus ſuæ factionis Cardinalibus, vt electum Conſtantiæ, ipſimet etiam Romanum Pontificem deſignarent: quod conſilium ipſi xxvi. decembris ſubiectis conceptum verbis dedere.

Petri è Luna perfidia

Petrus Tarraconenſis, & Franciſcus Cæſaraugustanus archiepiſcopi. Ioannes Tiraſonenſis, Antonio Oſcenſis, Alfonſus Vicenſis, Hieronymus Elnenſis, Andreas Barchinonenſis, Dalmatius Gerundenſis, Otho Dertuſenſis epiſcopi. Petrus ſanctarum crucum, Marcus B. Mariæ Montiſſerrati, & Ioannes Populeti monaſteriorum abbates.

Pro ſe, & omnibus ſibi nunc, vel in futurum adhærentibus, & alias illis nominibus, titulis, modo, & forma, quibus melius, & vtilius poſſunt ſequentia adaptari, pro Dei, & Eccleſiæ ſeruitio, ac eiuſdem Eccleſiæ effectu vnionis, & pacis ſupplicant, & conſulunt veſtræ ſanctitati, ac eandem per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti hortantur finaliter, & expreſſe, quatenus omni excuſatione, & dilatione poſtpoſitis, reuocatis proceſſibus, & ſententijs, & factis habilitationibus, vt alias fuit per vos concordatum atque oblatum, in quantum tamen hæc neceſſaria fuerint ad Eccleſiæ vnionem, renunciare dignemini iuri papatus, & dare modum, & ordinem, in quantum in vobis erit, quod domini Cardinales eligant illum dominum nouiter in Conſtantia electum in Papam, quod eoſdem Cardinales liberaliter credunt facturos: alias eadem beatitudo, quæ hic adeſſe fatetur Eccleſiam catholicam, & concilium generale, ſi præmiſſa facere denegaret, ſiue differret verbo, aut (quod eſſet periculoſius) facto, conſideret, bene, quantum præiudicium catholicæ fidei, quantumque ſcandalum atque damnum vniuerſali Eccleſiæ, eius vnitati, ac toti Chriſtianitati fierent, & ſequerentur. De quibus omnibus ſupplicantes prædicti nominibus, modo, & forma præexpreſſis ſe exonerant: & hoc idem alias dixiſſent, ſi eadem ſanctitas voluiſſet tenere ſeſſionem concilij generalis.]

Conſulunt ipſi, vt cedat iuri controuerſo.

Patronus a ſuis Card. Martinum eligi.

Certiores facti tres pſeudocardinales, qui cum Petro antipapa hæſerant, hunc libellum ſupplicem porrectum a præſulibus ipſius ſenatoribus, ab illo ſpretum, iterum eundem Petrum etiam atque etiam rogarunt [a], vt ab iure pontificatus abiret, atque ab ipſis Martinum V. Conſtantiæ creatum Pontificem renunciari pateretur, vt ſub vno capite vniuerſus orbis Chriſtianus coniungeretur.

Eadem ſupetunt Cardinales.

a Ex cor. 3. libel. ext. pag. 90.

Carolus S. Georgij, Alfonſus S. Euſtachij, Petrus S. Angeli S. R. E. Cardinales, collegialiter, & vnuſquiſque ipſorum particulariter, ſupplicant, & conſulunt veſtræ ſanctitati, eandemque hortantur per omnia prout ſupra, offerentes ſe paratos poſt veſtram renunciationem, vt prædicitur, electionem facere memoratam. Et nihilominus pater ſancte, omnes cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi, & abbates ſuperius nominati, non valentes nec volentes deficere fidelitati, qua Deo, & Eccleſiæ tenentur aſtricti, necnon pro ſalute animæ veſtræ, dictis ſupplicationi, conſilio, & hortationi, nominibus, forma, & titulis ſupradictis addentes V. S. monent, & requirunt finaliter, & expreſſe, quatenus poſtpoſita dilatione dignetur præmiſſa exequi cum effectu: & ſi in aliquo dubitatis (quod non credunt, nec vident modo aliquo veriſimiliter dubitandum) quod tam pro habendo ſuper hijs conſilium, quam pro purgando perſonam veſtram à maculis hæreſis, & ſchiſmatis, & aliorum criminum eidem perſonæ impoſitis, ſeſſionem concilij ſine moræ diſpendio teneatis, &c.] Perſtitit ille in ſcelere obfirmatus, væſanaque ſententia detinendis adhuc ſimplicium animabus, quarum ipſum plures in perniciem traxiſſe inferius lugebimus. Sed a ſynagoga Paniſcolenſi ad Conſtantienſem œcumenicam ſynodum redeamus.

Hæreſeos, & ſchiſmatis notam delugere non poſſe.

Perſtat in antipapatus ſcelere Petrus e Luna.

6 Præfuit quadrageſimæ ſecundæ ſeſſioni vigeſima octaua decembris die Martinus V. qui Sigiſmundi Romanorum Regis, & Ludouici ducis Bauariæ precibus adductus, edito apoſtolico diplomata ſanxit, Balthaſarem Coſſam Ioannem XXIII. antea nuncupatum, decretoria ſynodi ſententia pontificatus honore deiectum, & in regia & ducali cuſtodia tentum, pontificijs adminiſtris tradendum eſſe, Regemque & ducem omni onere cuſtodiæ ſolutos, ac liberos futuros pronuntiauit [b]. Proximo vero anno Henrico epiſcopo Vvintonienſi, & Conrado e Suſtito Balthaſarem cuſtodiendum commiſit [c]; quem poſtea reſtitutum libertati, & cardinalitiæ dignitati dicemus. Nunc reliqua huius anni percurramus.

Balthaſar e Coſſa ſolutus vinculis.

b Lib. 1. pag. 15. extat etiam in actis concil. Conſtant. ſeſſ 42.

c Eod. lib. pag. 23. & 25.

Conſtitutus ditioni eccleſiaſticæ Martinus Iacobum S. Euſtachij diaconum Cardinalem legatum creauit [d], eique Romanæ vrbis & Campaniæ, Maritimæ, Sabinæ, & Patrimonij B. Petri in Tuſcia adminiſtrationem tradidit. Cum autem inteſtina diſſidia Romæ orta eſſent, atque a nonnullis proceribus externis vrbs ipſa oppugnaretur; Martinus inducias imperauit, edixitque [e] Romanis ciuibus, ne alteri quam Cardinali legato parerent. Tum vt Cluniacenſem ordinem, qui a pietate ob ſchiſma valde deſciuerat, in priſtinum regularis obſeruantiæ ſplendorem reſtitueret, in Biſuntino, Colonienſi, Treuerenſi, & Maguntino archiepiſcopatibus præfecit [f] viros religione & peritia conſpicuos, quos ab vniuerſis meritis honoribus excipi iuſſit.

Iacobus S. Euſtachij creatus legatus a Mart.

d Lib. 1. lit. de cur. pag. 9. & 28.

e Ibid. pag. 1.

Ut reſtitue do ordini Cluniac. diſciplina actum.

f Ibid. pag. 16.

7 In Bohemia hoc anno Huſſitarum hæreſis Pragenſis academiæ pſeudodoctorū aſtu ... & opera in perniciem animarum diffuſa & propagata eſt. Cum enim piæ aures a fœdiſſimis Ioannis Vvi-

Pragenſis academia infecta hæreſi.

Digitized by Google

cleſi & Ioannis Hus hæreſibus abhorrerent, propoſito decreto de ſumenda a laicis ſub vtraque ſpecie Euchariſtia, eo fuco vniuerſas alias hæreſes colorare niſi ſunt, & poculo a aureo Babylonica venena propinare; captas enim mox eo viſco veluti aues, plebis animas, irretitaſque narrat Ioannes Coclæus b. Porro in proœmio nefarij decreti Huſſitæ finxere non de exuſto impietatis ſignifero Ioanne Hus, non de Vvicleffi blaſphemis erroribus, ſed de neganda laicis ſub vini ſpecie Euchariſtia diſceptari. Subdidere, paucis interiectis perfidi illi: *Nihil temere, præſumptuoſe, aut quauis pertinacia ſcinola contra ſanctam catholicam, & apoſtolicam Romanam eccleſiam diffinire, aut aliquam nouitatem inducere intentantes.* Hæc ad imperitorum hominum conciliandam ſibi gratiam præmiſere in exordio, cum in extrema calce contra eccleſiæ Romanæ inſtituta ſacroſancta ſententiam ferant: nec minus impudenter mentiuntur, dum iactant nihil ſe nouare velle, cum antea Euchariſtia a laicis ſub ſpecie tantum panis in Latina eccleſia ſumeretur, & nouarint ipſi, vt ſub altera etiam ſpecie porrigeretur, ſanctionemque Eccleſiæ æquiſſimam pugnare cum euangelio eſſutierint. Conſignatum eſt fallax einſmodi decretum hac temporis nota: *Datum Pragæ anno Domini* MCCCCXVII. *die* X. *menſis martij*.

Propoſita laicis communione calicis eos illexit.
a Apocal. c. 17.
b Coclaus hiſt. Huſſit. lib. 4.
Praegenſis decreti temeritas.

Excutiens vero hæreticorum fraudes Ioannes Coclæus c exclamat: *Hic eſt viſcus aucupantium, hic laqueus venantium hæreticorum, quoniam ſupra centum annos infinitæ animæ captæ, & irretitæ fuerunt, & proh dolor! adhuc pereunt in æternum; & hodie quidem tanto plures, quanto maior eſt regno Bohemiæ tot prouinciarum ampliſſimarum capax Germania. Noui enim Huſſitæ Germaniæ dogma iſtud a veteribus Bohemiæ Huſſitis pernicioſiſſime mutuatum vbique prætendunt, velut anteſignanum, quo cætera contra Eccleſiam dogmata, quæ magis impia, & minus probabilia ſunt ſubintroducunt, vt hoc dogma ſit velut oſtium, & patens ianua, per quam omnes ſchiſmaticorum, & hæreticorum articuli quantumuis impij, & abſurdi, in Eccleſiæ turbationem ad fideles intromittuntur: non enim eſt dogma iſtud ſecundum ſe impium, & erroneum, quandoquidem in manu Papæ, & Eccleſiæ eſt, laicis venerabile Sacramentum, aut ſub vtraque, aut ſub altera tantum ſpecie porrigendum decernere. Hæreticum vero eſt, & erroneum dicere, aut diffinire, quod Eccleſia erret, aut peccet laicis alteram tantum ſpeciem præbens; aut quod de neceſſitate ſalutis ſit, vt laicis vtraque ſpecies detur. Hic enim error publice damnatus fuit in generalibus concilijs.* Et infra.

c Cocle. lib. 4.
Calicis ſpecioſo via cætera hæreſes inducuntur.

8 *Expendat lector, omnia argumenta de ſenſu, & vſu huius adorandi ſacramenti nihil contra nos facere: quidquid enim boni ex perceptione huius ſacramenti nobis prouenit, non ſpeciebus, & accidentibus panis, & vini, ſed potius ipſi rei contentæ, vtpote corpori, & ſanguini Ieſu Chriſti tribuendum, & accepto referendum eſt. Iam vero ipſimet Huſſitæ confitentur re ipſa contineri etiam ſub altera tantum ſpecie totum Chriſtum: in nullo igitur defraudantur commoda huius ſacramenti laici quicumque dignè alteram ſpeciem accipiunt; nam reipſa nihilo plus ſub vtraque quam ſub altera ſpecie efficiuntur accepturi.* Et infra. *Sciat pius lector, omnes illas adhortationes ad ſumendam vtramque ſpeciem, fraude diabolica concinnatas eſſe, vt ſub prætextu pietatis, impietatis reos faciat omnes qui propter vtramque ſpeciem ab vnitate Eccleſiæ recedunt, & epiſcopis ſuis rebelles fiunt, atque per hoc indignè, & ad iudicium ſacramentum veritatis ſumunt: pijs enim laicis, qui iuxta communionem, & vſitatum Eccleſiæ ritum ſub vna ſpecie totum Chriſtum in ſacramento dignè accipiunt, omnia cooperantur in bonum, vt ait Apoſtolus a, & nullus deperit huius Sacramenti fructus. Impijs vero Huſſitis, qui propter externas ſpecies panis & vini ab vnitate Eccleſiæ impiè deficiunt, & Eccleſiæ prælatis rebelles fiunt, omnia huius ſacramenti bona vertuntur in venena, atque in æternum animarum exitium. Qui enim indignè manducat, & bibit, (inquit Apoſtolus) iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini; id quod maximè faciunt Huſſitæ, quia ſacramento vnitatis abutuntur ad ſchiſma, & rebellionem, ſumentes corpus Domini ſchiſmatice, corpus Domini myſticum (quod eſt Eccleſia) non diiudicant, ſed impiè ſcindunt, &c.*

Fructus eucharistiæ in quo conſiſtat.
Abuſi ſacramento hæretici.
a 1. Cor 11.
Rom 8.

Huiuſmodi nouatorum impudentiam, qui nonnullorum doctorum obſcura dicta ad ſuam opinionem corroborandam detorquebant, cum vniuerſi perſpicuis argumentis catholicam veritatem confirment, redarguit ſubiectis verbis Ioannes Gerſon b, qui tunc in concilio Conſtantienſi aduerſus eos ſcribebat: *Scriptura ſacra non ita recipienda eſt nudè, & inſolidum, contemptis alijs traditionibus hominum, quin debeamus ad intelligentiam veram ipſius habendam iuribus humanis, & canonibus, & decretis, & gloſſis ſanctorum doctorum frequenter, & humiliter vti: patet ex præcedentibus. Patet etiam ex modo, quem tenent hæretici, quos nunc impugnamus, qui doctores valde diligenter allegant pro ſuis aſſertionibus colorandis, & corroborandis; & tales, qui ſunt aliquando nullius auctoritatis, vel ponderis, ſicut ſunt aliqui gloſſatores decretorum, & decretalium, & non ſancti, nec multum in theologicis eruditi, & ſimiliter aliqui, quos de numero trahunt theologorum. Vnde ſic arguitur aduerſus eos: Si doctoribus, & peritis in ſua arte credendum eſt, cur doctoribus per nos allegatis non vultis credere? Quos allegatis, bene intellecti ſunt pro nobis, & alij qui abſque vlla comparatione plures ſunt, & clariori ſermone dicentes noſtram ſententiam. Si vero non talibus in aliquo credendum eſt, cur eos pro vobis in confirmatione erroneorum ſpirituum, & ſenſuum veſtrorum, tam iniurioſe, & exquiſitiſſimo ſtudio quæritis allegare, vndecumque colligentes, & diſcrepantes quantumlibet recitantur?*

b Io. Gerſ. ta. 1. de communio. ſub vtraque ſpecie Scripturæ Sacræ ſuppoſitibus.

9 Recenſet c etiam idem plures iuſtiſſimas cauſas, ob quas calicis vſus denegatus ſit laicis; diſſoluitque Huſſitarum figmenta, qui inſuſurrabant ſimplicibus laicis, ampliora apud Deum præmia comparari ex communione porrecta ſub vtraque ſpecie a ſchiſmaticis, quam ex vnica ſpecie Eccleſiæ catholicæ more ſumpta. Lugendum vero, ac ſtupendum eſt, Bohemos decretum futile de duabus ſpeciebus arte rhetorica ſubornatum a paucis laicis, præſide magiſtro artium Ioanne nuncupato Cardinale editum, potius, quam ſynodi oecumenicæ ex totius Chriſtiani orbis ſpectatiſſimis præſulibus, & doctoribus conflatæ, præſide Chriſti vicario, conſtitutiones amplexos: cum tamen ad diſceptandam in concilio controuerſiam Sigiſmundus Rex vniuerſis ad concilium acceſſuris fidem publicam dediſſet; cuius diploma d ita conſignatum eſt: *Datum Conſtantiæ anno Domini* MCCCCXVII. *decima indictione, die vero nona menſis Iulij, regnorum noſtrorum anno, Hungariæ, &c. trigeſimo primo, Romanorum autem electionis ſeptimo, coronationis vero tertio.* Accedendi etiam æque ac recedendi libertatem polliciti fuere e principes imperij, & magiſtratus Conſtantienſes: ſed pluris, vt dixi, facta eſt paucorum laicorum improbitas, quam vniuerſorum patrum religio: neque aduertere ut Scripturæ ſenſum, quem diuinus Spiritus in-

c Io. Gerſ. to. 1.
Obiectio hypocritico.
d Ext. apud Cocle lib. 4. hiſt Huſſit.
e Extant cor. iis. Ibid.

teu-

Digitized by Google

tendit, & exponit Eccleſia, admittendum, non interpretationem, a quolibet impoſtore propoſitam amplectendam, vt ipſis obiecit Ioannes Gerſon [a]: *Scriptura ſacra in ſui receptione, & expoſitione authentica finaliter reſoluitur in auctoritatem, receptionem, ac approbationem vniuerſalis Eccleſiæ, præſertim primitiuæ, quæ recepit eam, & eius intellectum immediate a Chriſto, reuelante Spiritu ſancto die pentecoſtes, & alias pluries; patet, quia quod Mathæus ſcripſerit veraciter euangelium, & non Nicodemus, hoc ſolum habemus ab auctoritate Eccleſiæ iuxta illud Auguſtini, Euangelio non crederem, niſi me auctoritas Eccleſiæ compuliſſet; hæc enim eſt ineffabilis regula a Spiritu ſancto directa, qui in his, quæ fidei ſunt, nec fallere poteſt nec falli.*

a Io. Gerſ. to. 1.

10 Captis ita illo laqueo Bohemis, oſtentatoque religionis ſplendore, eo inſolentiæ furoriſque impij homines prorupere, vt laici ſacramenta conficere [b], & adminiſtrare, non perhorreſcerent: inter quos furor inſignis ſcelere fuit, quem Vvenceſlaus Rex, excuſſo nonnihil torpore, igne cremari iuſſit. Aucta vero eſt hæreticorum improbitas, cum Hermanno epiſcopo Nicopolenſi ſua infudere venena: is enim a Conrado archiepiſcopo Pragenſi renuntiatus, vt vices illius gereret, hæreticorum multitudinem ſacerdotio initiauit, atque ob id ſcelus munere exauctoratus eſt a Conrado, cuius literæ [c] conſignatæ hac formula: *Dat. Rudnitz anno Domini* MCCCCXVII. *die* XV. *menſis maij*. Captus [d] eſt poſtea Hermannus a Zenkone e Vvartemberg, & ab eo ſacerdotalibus ſacris initiati munere ſacerdotali interdicti a Conſtantienſibus patribus, niſi ab ſede Apoſtolica ea cenſura ſoluerentur. Gliſcebat [e] tamen in dies impietas, quæ confirmata Vvenceſlai ſocordia vires experiri conſtituit. Conuenere igitur ad triginta millia armati hæretici, qui diruere eccleſias, & monaſteria incendere cœperunt: vtque ſacrilegia ſua religionis pigmentis decorarent, patente campo trecentas menſas poſuere, in quibus facinoroſo & rudi populo ſacramentum calicis porrexerunt. Extimuit Vvenceſlaus armatos Huſſitas, ne in ſe eorum furor erumperet; in idque proni erant, cum multitudinem Coranda presbyter permuiſit [f]: licet enim ebrioſum & ſegnem nacti eſſent regem, quietum tamen & benignum illum eſſe addidit, qui nulla ipſos moleſtia afficeret.

b Crantz. in Vvand. l. 10 cap. 27. & ex eo Cocl. lib. 4 hiſt. Huſſit.
Hermannus ep. Nicopolen. infectus hæreſi.
c Extant apud Cocleũ l. 4.
d Id. ibid. ex actis Synod.
e Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 4.
Hæretici Eucharistia ſub utraque ſpecie abuſi.
De Vvenceſlao deturbando agunt.
f Id. ibid.

Non ignari erant Conſtantienſis concilij patres graſſantis in Bohemia hæreſis, ad quam reprimendam viginti quatuor articulos concepere, quos Cochlæus [g] affert, interque alios ſuperioris conſilij ſiue decreti Pragenſium Huſſitarum, quo illaqueati fuere imperiti, conditores & hæreſiarchæ in ius vocati fuere.

g Cocl. lib. 4. hiſt. Huſſit.

11 Hoc tempore cum B. Vincentius [h], de quo ſuperiori tomo facta mentio, maximam populorum multitudinem diuinis illecebris allectam traheret, eoſque pia & voluntaria corporum diuerberatione ad diuinam implorandam miſericordiam maceraret, inſtaurata eſt a nonnullis, eius exempla nefarijs doctrinis corrumpentibus, Flagellantium ſecta, quæ pietatis metas egreſſa, corpora crudeliſſime laniabat, & crimina ſanguine magis quam ſacramentis ablui finxit, vt teſtatur Ioannes Gerſon, in edito opuſculo: *Conſtat*, inquit, *per experientiam, quod taliter ſe flagellantes non curant de ſacramento confeſſionis, vel pœnitentiæ ſacramentalis, dicentes quod hæc flagellatio potior eſt ad delendum peccata, quam quæcumque confeſſio; immo eam æquiparant nonnulli, vel præponunt martyrio: Quoniam facimus*, inquiunt, *vltro fundendo ſanguinem proprium, quod ab alijs martyres pati cogebantur*. Nonnullis interiectis addit auctor de S. Vincentij Ferrerij erga concilij Conſtantienſis patres obſeruantia, illum in literis Conſtantiam miſſis hæc ſcripſiſſe: *In quotidianis*, inquit, *recommendationibus ſacri, & vniuerſalis concilij Conſtantienſis, quas facio poſt ſermonem, docui, & doceo omnes fideles ſubmittere omnia facta, & verba, ac etiam ſcripta, determinationi, ac etiam correctioni eiuſdem ſacri concilij ſubdendo: Et ſic facio in omnibus factis, & dictis, ac etiam ſcriptis meis. Hæc ibidem, quæ manifeſtant diſcretam humilitatem, & humilem diſcretionem tanti viri.*

h Io. Gerſ. to. 1. contra ſectã flagellan.
Flagellatorum impia, & crudelis ſecta.
Ab ijs flagellatio ſuppe. colitur cum martyrio.
B. Vincentij submiſſio.

12 Hoc anno B. Nicolaus Albergatus ex Carthuſienſi eremo ad Bononienſem epiſcopatum euocatus eſt, in quo omnium virtutum genere effulſit, vt narrat Sigonius [a]: *Conſentientis ciuitatis voluntate tandem euictus, ſeſe* IV. *non. iunij conſecrari permiſit: atque ea re magna populi frequentia in æde Carthuſiæ celebrata, vrbem ſolemni pompo iniuit, ita vt equus vſque ad S. Stephanum venerit, inde ſine calceis ad S. Petrum pedes proceſſerit. Huius egregiè, ac laudabiliter facta multa: ſed hæc maximè illuſtrio. Studio priſtinæ diſciplinæ retento, victui ſuo parcens, facultates eccleſiæ pauperibus ſuſtinendis, & præcipuè puellis nubilibus collocandis impertijt: doctos homines atque ingenij laude aliqua excellentes, omni benignitatis genere fouit*; ex ijs Nicolaus V. & Pius II. Romani Pontifices, illi a ſecretis fuere; *carne abſtinuit, in ciuitate non cubuit, Iudæos luteum ſignum, vt a cæteris digneſcerentur, in pectore ferre, & feſtis diebus clauſas tabernas habere, præcepit*. Et infra: *Poſtero anno idem, in inſtituto ſuo perſiſtens, vſuras Iudæorum in Chriſtianos grauiores coercuit, ludum talorum interdixit, ſynodo habita conſtitutiones Bernardi olim epiſcopi confirmauit, monaſterium S. Gregorij extra portam S. Vitalis ad vnum priorem, & conuerſum redactam, a veteribus canonicis S. Auguſtini ad nouos S. Georgij in Alga, Pontificis mandato traduxit.*

a Sigon. lib. 3. de epiſc. Bonon.
Pia B. Nicolai Albergati geſta.
Dum habuit Iudæos, qui ad ſummũ pontificatum peruenere.

IESV CHRISTI
Annus 1418.

MARTINI V. PP. Ann. 1. SIGISMVNDI REGIS ROM. AN. 8. EMMANVELIS IMP. II. OR. AN. 35.

1 PRopagata eſt Conſtantienſis ſynodus in annum, quem aggredimur, redempti orbis decimum octauum ſupra milleſimum quadringenteſimum indictione vndecima, & tribus alijs ſeſſionibus abſoluta: quarum prima celebrata [b] eſt vigeſima prima martij. Præfuit in ea Martinus, pluraque a ſchiſmatis exordio, tum a veris Pontificibus, tum ab ijs, qui flagitio pſeudopontificios honores geſſerant conſtituta reſcidit. Monaſteria in primis, eccleſias, ſacerdotia, atque alia epiſcoporum imperio ſubducta, in priſtinum ſtatum, quem Pontifice Gregorio XI. tenebant, redegit: ſanxit vacantium eccleſiarum vectigalia fiſco pontificio non inferenda: ſimoniacum ſcelus pœnis coërcuit: ſacerdotijs potitos gerendi muneris onere ſolutos veteri iure conſtrinxit: decumas a nemine imperandas niſi a Pontifice, de Cardinalium, & præſulum conſilio, ſtatuit: cleri mores reuocandos ad priſtinum ſanctitatis nitorem, & cultum corporis ad modeſtiam componendum edixit.

b Acta Conc. Conſt. ſeſ. 23.
Eccleſiæ in ordinem reuocatæ.
In ſimoniacos diſtricta cenſura.

Decima nona aprilis habita [c] eſt ſeſſio quadrageſima quarta, in qua Martinus decretum ſynodale de indicendis a Romanis pontificibus ſtato tempore concilijs ad exitum perduxit, ac proxi-

oio

Digitized by Google

Indictum Ticinense Concilium.

mo euoluto quinquennio celebrandum Papiæ concilium œcumenicum indixit hiſce verbis: *Conſentiente, & approbante concilio, ciuitatem Papienſem tenore præſentium deputamus, & etiam aſſignamus, ſtatuentes, & etiam decernentes, quod prælati, & etiam alij, qui ad generalia concilia debent conuocari, tempore prædicto, nimirum expleto quinquennio, ciuitatem ipſam Papienſem accedere teneantur, &c. Dat. & actum Conſtantiæ in loco ſeſſionis publicæ XIII. Kal. maij pontificatus noſtri anno 1.*

a Ib. ſeſſ. 43.

b Ib. ſeſſ. vlt.

Decreta fidei approbata a Martino.

2 Peracta a demum eſt vltima ſeſſio concilij vigeſima ſecunda aprilis die: cumque veteri more a patribus Martinus rogatus eſſet, vt concilij acta apoſtolica auctoritate confirmaret, ita ipſum reſpondiſſe tradunt acta b: *Sanctiſſimus Dominus noſter Papa dixit, reſpondendo ad prædicta, nimirum poſtulata, quod omnia, & ſingula determinata, concluſa, & decreta in materijs fidei per præſens concilium conciliariter, tenere & inuiolabiliter obſeruare volebat, & nunquam contraire quoquomodo: ipſaque ſic conciliariter facta approbat, & ratificat, & non aliter, nec alio modo: & illud idem iterato fecit dici per organum domini Auguſtini de Piſis fiſcalis, & ſacri conſiſtorij aduocati prædicti, qui nomine Papæ a protonotarijs, & notarijs ad ſcribendum acta concilij ordinatis, & deputatis petijt inſtrumenta publica fieri.* Habita dein concio eſt a Ioanne de Podimitis Cathanienſi epiſcopo, hoc propoſito themate: *Vos nunc triſtitiam habetis; iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.* Cumque peroraſſet, Antonius tit. S. Cæciliæ Card. e Chalanco, pontificio imperio & ſynodi conſenſu perlegit nonnulla decreta c, quorum primo pronuntiabat Pontifex diſſoluere ſe concilium deprecantibus id ipſis patribus: atq; omnibus, qui illi interfuerant, ampliſſimam criminum, ſi excurrente bimeſtri illa ſacra exomologeſi expiarent, veniam tribuit, addiditque: *Similem confeſſionem facimus in mortis articulo, & intelligimus tam de dominis quam de familiaribus eorundem: ſic tamen, quod a die notitiæ præſentium pro abſolutione in vita ieiunent per annum Sexta feria, & pro abſolutione in mortis articulo per alium annum, niſi legitime fuerint impediti, quo caſu debeant alia pietatis opera peragere, &c. Dat. & actum Conſtantiæ in loco ſeſſionis publicæ dicti concilij x. Kal. iunij pontificatus noſtri anno 1.*

Diſſoluta ſynodus.

c Extant ibid.

Piacularis venia data a Mart.

d Ext. apud Mart. to. 8. p. g. 209. & in actis conc. Conſtantien. in ſeſſ. 45 ſub fin. & in bullar. in Mart. V. conſt. 1

Conſtitutio contra Vvicleffi & Huſſi hæreticos.

3 Lecta deinde eſt in ſacro patrum cœtu conſtitutio apoſtolica d iam ante VIII. Kal. martias ad Vvicleffi & Hus fœdas hæreſes ſerpentes in Bohemia excindendas edita, atque archiepiſcopis, epiſcopis, fideique cenſoribus miſſa, vt ex deſcripta forma iudicia eccleſiaſtica in impios exercerent, cuiuſque exordium ab his verbis: *Inter cunctas paſtoralis curæ ſolicitudines*; deque ſtudio tuendæ fidei orthodoxæ contra hæreticos prolocutus Pontifex, triſtem conditionem temporum, quibus Bohemi impietatis laqueis ſe irretierant, ita deplorat: *Dudum pluſquam omnibus retroactis temporibus in nonnullis regionibus, & dominijs, præſertim in regno Bohemiæ, & marchionatu Morauiæ, ac locis, & diſtrictibus illis vicinis, aduerſus fidei catholicæ dogmata, & ſanctæ matris Eccleſiæ traditiones, non ſolum contra vnum, quin immo contra plura fidei catholicæ dogmata inſurrexerunt quidam hæreſiarchæ circumcelliones, ſchiſmatici, & ſeditioſi, luciferina ſuperbia, & rabie lupina euecti, dæmoniorum fraudibus illuſi, de vanitate in id ipſum, licet forent de diuerſis mundi partibus oriundi, conuenientes, & eaſdas colligatas habentes, damnatæ videlicet memoriæ Ioannes Vvicleff de Anglia, Ioannes Huſs de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui vtinam alios ſecum ad infidelitatis interitum non traxiſſent: nam vbi huiuſmodi peſtilentes perſonæ peruerſa dogmata pertinaciter ſeminabant, in ſuæ doctrinæ peſtiferæ primordio, prælati, & alij iudiciariæ poteſtatis regimina exercentes, tanquam canes muti non valentes latrare, nec vlciſcientes cum Apoſtolo in promptu omnem inobedientiam, hæreſiarchas ipſos peſtiferos, & doloſos, eorum lupinam rabiem truculentam ſtatim, vt adſtricti fuerant, canonice coercere, eoſque de domo Domini corporaliter eijcere non curarunt; ſed ſacrilegam, falſam, & pernicioſam ipſorum doctrinam per longas moras negligenter conualere permiſerunt, quam populorum multitudo, illorum opinionibus falſis decepta pro veris accepit, quæ diu mendaciter, pernicioſe, ac damnabiliter ſeminauerunt, eiſque credendo a recta fide cecidit turba multa, & errore dento inuoluitur, proh dolor! paganorum, adeo, quod per diuerſa illarum eiſdem conuicinarum partium climata, oues Chriſti catholicas hæreſiarchæ ipſi ſucceſſiue infecerunt, & in ſtercore mendaciorum fecerunt putreſcere.*

Grauis de prælatis querela.

Eorũ negligentia populis exitium peperit.

Quapropter generalis Conſtantienſis ſynodus tantam fidelium, & fidei orthodoxæ plagam, & ruinam videns. & infra, *Ad omnipotentis Dei gloriam, ipſiuſque catholicæ fidei, ac Chriſtianæ religionis conſeruationem, augmentum, & animarum ſalutem, & præſeruationem, eoſdem Ioannem Vvicleff, & Ioannem Huſs, & Hieronymum, qui inter cætera de ſacro Euchariſtiæ ſacramento, & alijs ſacramentis eccleſiæ, et articulis fidei aliter quam ſancta Romana eccleſia credit, et tenet, et prædicat, et docet, quamplurima temere, et damnabiliter credere, ac tenere, prædicare atque docere pertinaciter attentabant, velut hæreticos, et pertinaces, ac obſtinatos iam a communione fidelium ſeparatos, de domo Dei corporaliter eiecit, et ſpiritualiter eiectos declarauit, et alia nonnulla circa præmiſſa vtilia, et ſalubria ſtatuit, et decreuit, per quæ alij, qui cauſantibus hæreſiarchis eorumque falſis doctrinis huiuſmodi ſpiritualiter de domo Dei exierunt, per vias canonicas reducerentur ad ſemitas veritatis, &c.*

Huſſitæ damnati in Concilio.

4 Queritur plures in Bohemia, & Morauia falſæ doctrinæ veneno corruptos Ioannis Huſſi & Hieronymi Pragenſis ſupplicio ad pietatem non redactos, ſed in deſperationem actos præcipites perlegendis eorum commentarijs dare operam, ſynodalibus decretis impie proculcatis: ad quos diſciplinæ eccleſiaſticæ ſeueritate coercendos Martinus, ſacro aſſiſtente concilio, dat mandata archiepiſcopis & epiſcopis omnibus, ſiue re ipſa ſacris pontificalibus initiati, ſiue deſignati tantummodo ſint, vt de corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmo, vel de ſacra exomologeſi, ac de pœnis ad crimina expianda infligendis, aut de alijs ſacramentis, fideique orthodoxæ articulis impie ſentientes, aut hæreſiarcharum Vvicleffi, Hus, & Hieronymi libros damnatos ſeruantes, vel extremos eorum vitæ actus commendantes laudibus, horumue ſtudio & ſocietate inquinatos hæreticos nota inurant, ac iudicum ad merita ſupplicia tradant poteſtati. Ne vero amicitiæ, aut naturæ in coniunctos propenſionis cauſa indulgeretur hæreticis, qui e iuſta ſeueritate erepti in perniciem animarum graſſarentur, conſtitutæ ſunt in eos, qui hæreticos receperint occuluerintue, eædem pœnæ: qui vero poſt pia monita, nefaria damnata ſecta, ad eccleſiæ ſinum redierint, ita ſeueritatis vim ſentiant, vt clementia temperetur. Iuſſi etiam ſunt præſules monere, vel adigere reges, principes, præfectos prouinciarum, prætores vrbium, alioſque magiſtratus, vt hæreticos ſuæ ditionis imperijue finibus eijciant, neque eos impiam doctrinam diſſeminare, aut verſari in ædibus, vel mercaturam facere,

Ne vera pro extinguenda hæreſi Huſſitica.

vel

vel conſuetudine cum catholicis vti patiantur: ſi denunciati eiuſmodi, hæretici obierint, eccleſiaſtica ſepultura careant, eorumque bona fiſco addicta ſint: qui vero ſuſpicione hæreſeos aſperſi fuerint, niſi rite eam deleuerint, vel ad ipſam purgandam iuſiurandum dare detrectarint, pœnis in hæreticos conſtitutis afficiantur: qui puros ſe ab ea labe ex ſegnitie demonſtrare omiſerint, percellantur anathemate; cuius laqueis ſi excurrente anno integro ſolui neglexerint, pœnis hæreticorum plectantur: ſi quis hæreſiarcharum peſtiferæ doctrinæ in aliquot articulis dumtaxat temerarijs, ſeditioſis, vel pie non ſonantibus reus extiterit, ex canonica lege mulctetur.

Quid agendum cum ſuſpectis hæreſeos.

5 Inſtaurata præterea Bonifacij VIII. ſanctione, quæ ab ijs verbis ordiτur: *Vt inquiſitionis negotium*; Reges, principes, prætores, ac iudices obſecrat Pontifex, & apoſtolico imperio obſtringit, vt præſulibus fideique cauſarum cognitoribus, ad exercendas leges in hæreticos auxilio, & opera non deſint, reos in carceribus aſſeruent, donec ab eccleſiaſtico iudice lata ſit ſententia. Ne vero quis ignorantiam prætexat, qui ſint errores inducti a nouis hæreſiarchis, quiue impietate contaminati cenſendi neue iudicium in hæreticos intermittatur, ſingulos errorum articulos in Bohemiam & Morauiam decernit transmittendos, ac præſules illius regni & marchionatus iubet ad excindendas hæreſes ſtudioſe incumbere, omneſque illarum infamia tactos ſuſpicioneue aſperſos, propoſita anathematis interdictique cenſura, ad eam tactis manu ſacroſanctis euangelijs & concepto ſacramento diluendam, ac præſulibus ipſis, qui in hæreſi radicitus euellenda in ſuis diœceſibus ſocordes fuerint, iudicium ad tribunal apoſtolicum, & exauctoramentum præſularis dignitatis intentat. Inſerit deinde catalogum errorum Vuicleffi, quorum primus eſt: *Subſtantia panis materialis, et ſimiliter ſubſtantia vini materialis remanent in ſacramento altaris, etc.* Sunt ijdem articuli numero quadraginta quinque, quos a Sbinkone archiepiſcopo Pragenſi, & ab academia eiuſdem vrbis, dum pietatis & ſcientiæ laude florebat, atque a Germanis regebatur, lapſo ante decennio cenſura notatos, adduximus a; deinde conceptos ijſdem verbis damnatoſque in ſeſſione octaua a ſynodo Conſtantienſi diximus. His erroribus ſubnectit Pontifex alios triginta a Ioanne Hus fictos, vel e ſentina Vuicleffi hauſtos, quorum primus eſt: *Vnica eſt ſancta vniuerſalis Eccleſia, quæ eſt prædeſtinatorum, &c.* Fuere ij antea a concilij patribus in ſeſſione quintadecima cenſura notati b, & a nobis recenſiti c, atque ideo iam repetendi non ſunt viſi. Formulam quoque vrgendi hæreticos examine, ac diſcutiendæ, pijne an impij ſint veritatis, ſuis verbis conceptam diſtinctamque in XXXVII. capita proponit Pontifex, quam non attexuimus, cum in actis d concilij, & bullario extet. Iis vero literis ita adſcripta eſt dies. *Datum Conſtantiæ VIII. Kal. martij pontificatus noſtri anno 1.* Hæc Martinus apoſtolico ardore ad medicanda ferro putrida membra, ne reliquum Eccleſiæ corpus inficerent, ſanciebat.

Inſtaurata Bonifacij conſtitutio de inquiſitione hæret.

Præſulibus cauſam fidei tuentes agentibus hæreticorum exauctoratio minatur.

Damnati iterum articuli Vuicleffi.

a An. Chr 1408. nu. 69.

Alij Ioannis Huſſi errores damnati.

b Extant in actis concil. Conſtantien. ſeſſ. 15.

c Anno Chriſt. 1415. num. 42.

d Act. Conſt. Concil. ſeſſ. 45.

6 Sed creuerat adeo hæreticorum numerus, & audacia, vt præſides iudicia in hæreticos exercere in Bohemia non poſſent, cum ob ignauiam Vvenceſlai, procerum, aut magiſtratuum potentia fulti non eſſent, immo trepidos catholicos hæretici Neroniana perſecutione iam vexare cœpiſſent: tanti fuit ſerpenti clanculum malo obuiam non itum fuiſſe, quando opus fuerat. Cum igitur palam iam hæreſis fureret, ac templa profanarentur, ſacræ imagines violarentur, pellerentur eccleſiaſtici, diriperentur ſacræ opes, catholici doctores necarentur; Pontifex ſacrum bellum ad retundendos impios, religionemque ab eorum ſacrilegis conatibus vindicandam indicere meditabatur: ſed ab eo conſilio Sigiſmundus Romanorum Rex ex nimio in ſuos amore reuocauit: ipſe vero proceres Bohemos ad auitam orthodoxam fidem traducere blandis hiſce literis a eſt conatus.

Cenſorum fidei labefactata auctoritas.

Catholici hæreticorum furori expoſiti.

a Extant apud Cochlæum lib. 4. hiſt. Huſſit.

Dilectis filijs vniuerſis baronibus, & armigeris regni Bohemiæ ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Grauis admodum, flebilis, & horrenda querela noſtras aures quotidianis clamoribus pulſat, quod etiam dolenter referre cogimur, quomodo relictis peruerſis dogmatibus per olim damnatæ memoriæ Ioannem Vvicleph, & Ioannem Huſz, ipſorum ſequaces ſuperſtites, damnabiliter inſeruientes, ipſum regnum Bohemiæ huiuſmodi peruerſis doctrinis, & erroribus adeo infecerunt, & peſtifere impleuerunt, quod iam fides catholica, & euangelica diſciplina ibidem, vbi hactenus ſumma veneratione, & excellentiſſima deuotione colebatur, ferè ſamatur extincta: imagines Crucifixi, beatæ Mariæ virginis, & aliorum ſanctorum irreuerenter franguntur, & comburuntur, & impudicè deſœdantur: ritus, & cærimoniæ, & alia ad cultum diuinum pertinentia penitus contemnuntur: diuina, heu, profanantur, & ad profanandum clerici catholici compelluntur: excommunicati, & interdicti, ad contemptum clauium, tolerantur, & fouentur: rectores parochialium eccleſiarum, & alij beneficiati de beneficijs ſuis laicali potentia, & crudeli ſæuitia opprobrioſè expelluntur; nonnulli etiam ex ipſis viris eccleſiaſticis varijs iniurijs laceſſiti per laicos captiuantur, exactionantur, & crudeliſſimè cruciantur: ſpolia vbique per regnum ſupra clerum committuntur: cenſus, & redditus ipſorum de quibus ſtatum ſuum tenere deberent, violenter auferuntur. Et (quod horrendum dictu eſt) catholici prædicatores, & etiam certi magiſtri catholicam fidem prædicantes, & docentes, per cruciatus, & tormenta neronica perſequutione fidem catholicam, quam prædicauerunt, & docuerunt, abiurare coguntur: prædicatores, & doctores errorum prædictorum per eos fouentur, & laicali potentia defenduntur. Imagines prædictorum Ioannis Huſz, & Hieronymi hæreticorum condemnatorum, & feſta celebrantur, & venerantur: conſtitutiones friuolæ contra determinationem, & decreta ſanctæ matris Eccleſiæ, & præſertim de communione ſub vtraque ſpecie, temerariè promulgantur, & nonnulli laici catholici ad huiuſmodi communicationem ſub vtraque ſpecie ſuſcipiendam manu ſæculari ſæpius conſtringuntur. Aliæ quoque moleſtationes, oppreſſiones, perſecutiones, & abominationes, quas lingua carnis exprimere, aut certè calamus vix poſſet deſcribere, quales nec tempore Pharaonis, nec tempore paganorum perſecutorum Eccleſiæ auditæ fuerunt, clerò, & populo catholico inferuntur; quas & audire aures piæ perhorreſcunt, & referre ſingula, veluti fama, & relatione crebra ad nos perducta didicimus, non valemus.

Martini literæ ad Bohemos.

Hæreticorum in ſacerdotale ordinem graſſatio.

Huſſi, & Hier. omnibus pijs memoria culta ab illis.

Diſſimæ perſecutione diuexati pij.

Et quoniam nonnullos ex vobis, prout audiuimus, eadem peſte nefanda laborare cognouimus, grauius in animo * conſeruamus, cum tales, ac tanti viri, quorum progenitores ſemper veri pugiles fidei catholicæ, ac eccleſiarum,

Execratur hæreſim in hæreticos irretitos Martinus medicatur.

* cruciamur

rum, & cleri fortes deſenſores fuere, ad tantos errores, & tyrannidem peruenerunt. Nos igitur, qui ex iniuncto curæ paſtoralis officio ſaluti cunctorum Chriſti fidelium prouidere diſponimus, præcipue tamen ad fidem catholicam, Chriſti, cuius licet immeriti in terra vices gerimus, ſanguine dedicatam defendendam etiam vſque ad ſanguinem tenemur, ad extirpandum huiuſmodi errores, & ad defenſionem fidei accurata ſolicitudine volebamus procedere, vt tenemur: ſed aſſidua atque importuna chariſſimi in Chriſto filij Sigiſmundi Romanorum, &c. Regis, qui pro vnione ſanctæ matris Eccleſiæ multos, & grauiſſimos labores pertulit, interuentione permoti; potiſſime vero conſideratione, ac intuitu regni inſignis Bohemiæ, quod hactenus primum, ac eccleſiæ Romanæ ſemper obedientiſſimum extiterat * profitemur; a proceſſu, expectantes paterna pietate ipſorum reditum ad obedientiam, & errores ſuos corrigere, ad quod tenebantur. [Additæ preces, vt damnatæ ab Eccleſia doctrinæ virus propinatum ab impijs enomerent, atque ab iniurijs eccleſijs, vel ſacerdotibus inferendis ſe continerent]. *Dat. Conſtantiæ* VIII. *Kal. aprilis pontificatus noſtri anno* I.

A Sigiſmondo Cæſare retardatus.

* prohibemur

7 Flecti * ad pietatis cultum ijs literis non potuere Huſſitæ, ſed priora nouis flagitijs cumularunt. Horum ſigniſer Ioannes Præmonſtratenſis ordinis deſertor, cum de eccleſia ſancti Stephani, in qua hæreſim nefarijs concionibus ſpargebat, detruſus eſſet, monaſterium Carmelitarum inuaſit: ac tum hæretici ad religionis ſpeciem ſingulis ferme diebus Euchariſtiam per ſuas eccleſias circumferebant: quas cum, creſcente eorum numero, pauciores anguſtioreſque eſſe prætexerent, in regiam duce Nicolao eius loci domino, vnde Ioannes Hus originem traxerat, irrupere, atque a Vuenceſlao, vt plures, & ampliores traderet contendere: quo populari motu territus Rex in Viſſegradenſem arcem ſe recepit. Rebellioni religioſum ſpecimen prætenderunt, liberam ſcilicet euangelij prædicationem; pro qua tuenda ſanguinem ſe profuſuros literis promulgarunt; de quibus Thomas Vvaldenſis agit [b].

a Cocl. lib. 4

Ioannes Præmonſtratenſis apoſtata.

Hæreticorum hypocriſis.

b. Vvald. to. 1. l. 2. art. 3. c. 70.

8 Ad vindicandam porro a tot tantiſque impiorum iniurijs religionem intentus Pontifex, ſoluta iam vigeſima ſecunda aprilis ſynodo Conſtantienſi, cum Gebennam ſe contuliſſet, Ioannem Dominici ordinis Prædicatorum tit. S. Sixti presbyterum Cardinalem, doctrina rerum ſacrarum ac religione inſignem, de quo iam ante a nobis mentio facta eſt, VI. id. iulij, legatum in Bohemia & Hungaria creauit [c], ampliſſimaque ad reprimendam hæreſim, quæ iam principes quoque ac prælules inficere cœperat, auctoritate communiuit [d], vt indicijs perſequeretur hæreticos, redeuntes ad ſinum Eccleſiæ exciperet; tum vt ſynodos cogere, & ſi magiſtratus torperent, principes ad arma in impios concitare poſſet.

Legatus in Bohemiam & Hungariam miſſus.

c Mart. lib. 1. ep. cur. pag. 135.

d ib. pag. 133.

Dilecto filio Ioanni tit. S. Sixti presbytero S. R. E. Cardinali, ac in regnis Hungariæ atque Bohemiæ, & omnibus terris atque dominijs chariſſimis in Chriſto filijs noſtris Sigiſmundo Romanorum, & Hungariæ, & Vvenceſlao Bohemiæ Regibus illuſtribus communiter, vel diuiſim ſuppoſitis, apoſtolicam ſalutem, &c.

9 Leuantes in circuitu noſtræ mentis oculos, & non abſque maxima cordis noſtri amaritudine recenſentes, quod in regno Bohemiæ, ac finitimis partibus, proh dolor! præteritis, & modernis temporibus per argumenta peſtifera contra puritatem catholicæ fidei, hoſtis humani generis procurante verſutia, viperea dogmata, quæ tanquam cancer mentes mortalium ſerpere non deſiſtunt, peſtiferè pullularunt per prædicationes nefarias, & articulos damnatæ memoriæ Ioannis Vvickliff hæreſiarchæ, & ſequacium malignantium ipſius, iugiter connitentium Chriſti fidelium mentes, & corda ſeducere a veritate orthodoxæ fidei contra ſacroſanctam matrem, & vniuerſalem Eccleſiam ſponſam noſtram, in perniciem ſalutis æternæ multorum fidelium Chriſtianorum, & (ſicut lugubri inſinuatione didicimus multorum fidedigniſſimorum) etiam prælatorum, & principum in partibus illis atque finitimis exiſtentium, & remotis, niſi celeriter atque ſalubriter ad reductionem animarum ad præfatæ Eccleſiæ vnitatem, ac fidelitatem, & obedientiam, & coinquinatorum horrenda, ac pernicioſa labe hæreticæ prauitatis, obſtinatorumque proteruiam ex agro militantis Eccleſiæ radicitus extirpandam opportunis remedijs occurratur, non ſolum per regnum, & partes illas, ſed alias ſic debacchatur, & furit huiuſmodi labes; impellente ſatore zizaniæ, quod innumerabiles orbis partes in confuſionem præfatæ orthodoxæ fidei præcipitabiliter & inexterminabiliter ſecum trahent: Et ſupremis exoptantes affectibus, vt in regno, & partibus illis, & alijs reſurgant deſiderabilis pax, & quies, & cultus præfatæ fidei orthodoxæ incrementis ſalutaribus, animarum ſalus, & corporum coaleſcant; eoque diligentius veniant in præmiſſis apponenda remedia, nec minus præcauenda diſcrimina, quo plures ad morbum cauſas, & incrementa peſtifera videtur in dies ad infectionem mentium chriſtianarum pater ille malignantium ſeminare; ecce ad te, quem potentem quidem opere, & ſermone, in magnis expertum, & arduis eximiæ circumſpectionis induſtria, claritate ſcientiæ, probitate, ac fidelitate, & morum elegantia probatum, diuinarum humanarumque rerum notitia, ac gerendarum rerum experientia, maturitate, & altitudine conſilij inſignitum; in cuius affectibus geritur, prout indubitanter tenemus, extirpare hæreſes, veritatem catholicæ fidei labefactatis, & coinquinatis hæretica coinquinatione multorum mentibus ſacris tuis eloquijs inſerere, & oberrantes, ac deuios huiuſmodi ad veritatem catholicæ fidei, & vnitatem ipſius Eccleſiæ noſtramque, & ſedis præfatæ fidelitatem, & obedientiam reuocare atque reducere ſalutaribus argumentis, & ad veram pacem, & concordiam cunctos diſſidentes reducere, & vniuerſa diſſidentia in pacis pulchritudine commutare, & ſic oberrationes huiuſmodi in perfidia ſuæ malignitatis per ſedulos nuntios, iuſtitia mediante, compeſcere omnibus vijs, & modis, vt eorum malignitas perſecutione qualibet tam iuris quam facti, modis omnibus proſternatur, licet tuæ circumſpectionis præſentia nobis, & apud nos eccleſiæ vniuerſali perutili, careamus inuiti, noſtræ conuertimus deliberationis intuitum pro tuarum conſideratione virtutum tibi à Domino in abundantia conceſſarum; te tanquam pacis angelum de fratrum noſtrorum conſilio ad regna Hungariæ atque Bohemiæ, & terras, ac dominia ipſis Sigiſmundo Romanorum, ac Hungariæ ratione coronæ Hungariæ, nec non Vvenceſlao Bohemiæ regibus illuſtribus ſuppoſita, & eorum iuriſdictioni ſubiecta, apoſtolicæ ſedis legatum in præſentiarum, vt in ipſis euellas, & deſtruas, diſſipes, & diſperdas, ædifices atque plantes, deformata reformes, indirecta dirigas, corrigenda corrigas, & conuertas aſpera in vias pla-

Ingemens animarum ſtragem edit.

Morbo cuiuſque pro ſanandis tot malis.

Legati epi. ſtol. elogia.

In quas prouincias miſſus legatus.

Digitized by Google

planas, ac deuiantes ad ſemitam reducas veritatis, ac ſtatuas in nomine Domini, prout cœleſtis gratiæ infuſio, tuaque tibi prouidentia miniſtrabunt, prouidimus deſtinandum; firma tenentes fiducia, quod actus tuos dirigente, qui nouit praua in directa, & aſpera in vias planas conuertere, per tuæ circumſpectionis induſtriam periculis, & diſcriminibus, quæ ex dogmatizationibus, hæreſibus, diuiſionibus, peruerſitatibus, inobedientijs, ſchiſmatibus, atque guerris in regnis, terris, & dominijs ſupradictis, procurante pacis æmulo, exortis euenerunt, ſeu de certo poſſent veriſimiliter euenire, poterit laudabiliter obuiari, nec non oberrantium, & indeuotorum huiuſmodi reductio, extirpatio hæreſum, ac ſchiſmaticæ prauitatis obſtinatorumque contra eandem fidem catholicam fieri, obſeruantia cenſuræ, & reintegrationis libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ, releuatio eccleſiarum, & locorum eccleſiaſticorum oppreſſorum, pauperum defenſio, animarum ſalus, tranquillitas corporum, ac pacis deſideranda tranquillitas regni, & partium prædictarum, inſpirante Altiſſimo, ad effectum ſaluberrimum deducentur, eidem circumſpectioni tuæ inter quaſcumque perſonas eccleſiaſticas, & ſæculares cuiuſcunque ſtatus, habitus, ſeu conditionis exiſtant, etiamſi regali, reginali, pontificali, aut quauis alia eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant, regnorum, & partium prædictorum, vel alterius earumdem bonum pacis, & concordiæ reformandi, hæreticos, & ſchiſmaticos, abiuratis prius per eos, & eorum quemlibet hæreſi, ac ſchiſmate, in forma Eccleſiæ conſueta recipiendi, & ad gremium eiuſdem Eccleſiæ, ac Sedis apoſtolicæ, noſtramque fidelitatem, deuotionem, & obedientiam reducendi, & reintegrandi: ac etiam abſoluendi, & liberandi, ſi hoc humiliter petierint, prædictos, & quemlibet ipſorum per eandem circumſpectionem tuam receptorum, ab omnibus, & ſingulis culpis, criminibus, proceſſibus, & delictis, fautorijs, rebellionibus, ſchiſmatibus, hæreſibus, & criminibus læſæ maieſtatis, & alijs quibuſcumque per eos, aut eorum aliquem quibuſcumque loco, vel tempore vſque in diem abſolutionis per eandem circumſpectionem faciendi quomodocunque, aut qualitercunque per ſe, vel alios dictis, factis, dicto, facto, aſſenſu, vel opere quomodocunque, aut qualitercunque commiſſis, vel perpetratis, cuiuſcunque qualitatis, vel ſpeciei, etiamſi maxima fuerint, & in generali remiſſione, niſi de eis ſpecialis mentio in apoſtolicis literis facta fuerit, non veniant, &c. *Dat. Gebennis* VI. *id. iulij pontificatus noſtri anno* 1.]

Quæ dete legato mãdata.

Conceſſa abſoluendorum hæreticorum poteſtas.

10 Commendatus [a] eſt Cardinalis legatus præſulibus, ac viris principibus Bohemiæ, & Hungariæ; quibus cauſas expoſuit, ob quas Ioannes in ea regna ab Sede apoſtolica legaretur: *Pro nonnullis*, inquit, *noſtris, & Eccleſiæ Romanæ arduis negotijs, & pro incremento diuini cultus, extirpatione hæreſum, & tutela fidei orthodoxæ, & reductione oberrantium ad ouile dominicum, & pro quibuſdam alijs vrgentibus cauſis, ac pro pace, & tranquillitate dictorum regnorum, & partium ſubditorum, nec non dominorum, & principum, & iuſtitia populorum. Dat. Gebennis* V. *id. iulij anno* 1.

Profectus ille in Bohemiam adeo in impietate hæreticos obfirmatos comperit [b], vt cum occluſis verbo ſalutis auribus vique adhibita homines pios ad ſcelus cogerent, Sigiſmundo Regi Romanorum ſignificarit, conuertenda in Bohemiam illius arma ad ruentem catholicam rem tuendam confirmandamque. Sed is, pro inſito in Bohemos amore, illos mollioribus ſtudijs ad obſequium Eccleſiæ reuocandos ratus, fundendo ſanguini temperandum conſtituit. Contrarium omnino neceſſarium Conſtantienſis ſynodus cenſebat, in qua Ioannes Gerſon [a] ſuperiore anno hoc dabat conſilium: *In expugnatione tali proficere videretur, quod ſereniſſimus Rex Romanorum inuocatus a ſacro concilio acciperet factum illud proſequendum, & terminandum, ſicut & alias hæreſes in Bohemia, cum potentia etiam brachij ſæcularis; attento præcipue, quod præſens fuit, & eſt in concilio, vbi facta ſunt decreta in hac parte; attento præterea, quod in regno fratris ſui, cuius eſt ſucceſſor, hæc hæreſis habet exordium, & niſi præcideatur, ſerpet in longinquum.* Non falſus vates fuit Gerſon: Sigiſmundi enim in Bohemos hæreticos nimia pietas crudelis admodum extitit, cum mox putridarum partium peſtiferum virus ad ſanas ſerpſerit, Bohemiamque vniuerſam inuaſerit; quod poſtea nobis lugendum erit. Nunc ad pontificias curas in alijs hæreſibus abolendis narrationem traducamus.

a Ib. pag. 132

Reſtituendæ pacis cura demandata.

b S. Anton. 3. p. tit. 23. c. 11. & 53. Leander lib. 3. de viris illuſt. ord. Præd. in Ioan. Dominic.

11 Exciſæ nondum erant, poſt tot impenſos a Pontificibus Martini prædeceſſoribus labores, reliquiæ Fraticellorum ſectæ, de quorum exordijs plura iam ante a nobis dicta ſunt: latuerant quippe eo facilius, ac ſimplicium animas procliues ad religionem deludebant, quo pietatis externam ſpeciem præſeferebant: in quos Pontifex ſeueritatis animaduerſionem adhiberi iuſſit [b], datis hiſce ad præſules fideique cenſores literis.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, nec non dilectis filijs hæreticæ prauitatis inquiſitoribus vbilibet conſtitutis, ad quos præſentes literæ peruenerint, ſalutem, &c.

Nuper, ex nonnullorum relatione, ac etiam fama publica referente, ad noſtrum peruenit auditum, quod ſecta abominabilis quorundam hominum malignorum, qui a vulgo Fratres de opinione ſeu Fraticelli communiter nuncupantur, a diu in prouincia Romana, & nonnullis alijs partibus diuerſis inſurrexit, quæ, ſatore zizaniæ inimico humanæ naturæ Belial promouente, quaſdam prauas, & a fide catholica deuias, & hæreticas opiniones, falſumque dogma atque mortiferum, vigente (proh dolor!) in Eccleſia ſchiſmate nunc Dei pietate ſedato, niſi ſunt, & nituntur peſtifere, & pertinaciter dogmatizare, aſſerere, & defendere, multas Chriſti fidelium animas ſophiſmaticis coloribus hæretico more, diabolico laqueo innodantes, antiquam hæreſim, & damnatam in ipſa Eccleſia, in eorum, ac fautorum defenſionem, & receptatorum animarum damnationem, & interitum propagando; quodque ne ijdem Fratres ſiue Fraticelli per locorum diœceſanos, aut inquiſitores hæreticæ prauitatis, ſuum volentes in eos exercere officium, pœna condigna plectantur, ad quorundam dominorum temporalium curias ſe transferentes, eorum ſe muniunt auxilio, ac diœceſanis, & inquiſitoribus prædictis minas, & iniurias grauiaque opprobria inferri faciunt, & procurant; propter quod diœceſani, & inquiſitores prædicti in eos liberè non valent ſuum exercere officium, ac exinde hæreſis prædicta in perditionis ſucceſſit augmentum.

Nos igitur attendentes quod non poteſt arbor mala bonos fructus facere, & falſi prophetæ in veſtimentis ouium gradientes, intrinſecè autem lupi rapaces, cum puritate, & manſuetudine cum ipſis ouibus abſque eorum detrimento nequeant

conuerſari, cupienteſque, prout ex iniuncti apoſtolatus obligamur officio, ne huiuſmodi hæreſis, & dogma per ipſorum toleranciam Fraticellorum peramplius Chriſti gregem inficiat, totis uiribus obuiare: vobis & veſtrum cuilibet ſub interminatione diuini iudicij auctoritate apoſtolica tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus, vos & veſtrum quilibet, etiam extra ſuam diœceſim, vel terminos inquiſitionis officij ſibi commiſſi, in Fraticellos prædictos illorumque receptatores, fautores, & defenſores vtriuſque ſexus, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, vel conditionis, etiamſi pontificalis, vel regalis exiſtant, etiam alias vobis non ſubditos, & eorum quemlibet inquiſitionis officium auctoritate noſtra exercentes, in eos procedatis, &c. *Dat. Mantuæ XVIII. Kal. decembris, pontificatus noſtri anno I.*]

Iuſſi conſores fidei inquirere in eorum ſtudioſos.

12 Non minus ſtudij a Martino ad vetuſti ſchiſmatis reliquias excindendas adhibitum eſt. Agebat Paniſcolæ Petrus e Luna vna cum quibuſdam pſeudocardinalibus atque epiſcopis, populoſque a Romanæ eccleſiæ conjunctione retardabat: ad cuius infringendos conatus Pontifex ineunte anno Alamannum Cardinalem, concilij Conſtantienſis conſenſu, ad Aragoniæ, Valentiæ, Nauarræ, ac Balearium regna legatum [a] miſit, ampliſſima ei tributa auctoritate.

Petri e Luna pertinacia.

a Ibid. ep. cur. pag. 62.

Deleſſi diuturni ſchiſmatis calamitatibus erant Aragones, extremoque ſuperiore anno pertinaciſſimum antipapam adegerant, vt ab alendo ſchiſmate abſiſteret, iterumque reliqui eius pſeudocardinales ipſum VIII. martij rogarunt [b], vt poſitis pontificalibus ornamentis Conſtantiam mitteret oratores, tolleretque offenſionem publicam, quam in Eccleſia alebat; atque ab illo impie iactante huiuſmodi offenſionem ſpernendam veluti a phariſæis acceptam, non paruulis datam, hoc reſponſum [c] eliciuerunt: *Reſpondet quod nedum Papa, ſed quicumque alius prælatus non obligatur propter prætenſum ſcandalum cedere, quia notorie apparet hoc ſcandalum non fore puſillorum, ſed phariſæorum, & ſchiſmaticorum, & aliorum infidelium oracuſorum.* Et infra: *Plures eam Papæ tenent contrarium: quamuis ſola Papæ opinio ſufficeret, & eſſet omnibus alijs præferenda. Præterea quis intelligens dubitat, quin vnio Eccleſiæ per modum, qui petitur, eſſet non clara ſed obſcura, non ſecura ſed dubia, non breuis ſed nulla?* Coarguerunt phanaticum eiuſmodi errorem eius ſectatores, ac ſuperiores preces, adductis multis grauiſſimiſque ſententijs, & argumentis, ac rationibus, quæ ipſos permouerant, repetierunt [d].

b To. 2. de Schiſm. p. 83. & cod. M. S. Cardin. Barb.

c Edito. 2. pag. 83.

Antipapæ argutiæ.

Refelluntur.

d Ib. pag. 93.

Attendunt enim quod, cum ſchiſma, proh dolor! antiquatum, quod fere iam per quadraginta annos durauit, veriſimiliter attentis occurrentibus, tolli non poſſit niſi per veſtram ceſſionem; ſanctitas veſtra ex debito paſtoralis officij ad ipſam ceſſionem tenetur, atteſtantibus hoc ſacris canonibus & dictis ſanctorum patrum clariſſimis, & exemplis, e quibus ſequentia dicta magni Auguſtini, quæ veſtræ ſanctitati ignota non reputamus, breuitatis intuitu de præſenti ſufficiat texuiſſe. Ait enim doctor beatus in lib. 2. contra Creſconium: Nec epiſcopi propter nos ſumus, ſed propter eos, quibus verbum, & ſacramentum dominicum miniſtramus. Et infra: *Denique nonnulli ſancti humilitate præditi viri propter quaſdam in ſe offendiculas, quibus pie religioſeque mouebantur, epiſcopatus officium non ſolum ſine culpa, verumetiam cum laude depoſuerunt. Idem etiam Auguſtinus in libro geſtorum cum Emerico: Pro pace Chriſti epiſcopi eſſe debent, aut debent non eſſe. & ſubdit: Quid dubitamus Redemptori noſtro ſacrificium iſtud humiliter offerre? An non ille de cœlis in membra humana deſcendit, vt membra eius eſſemus? & nos, ne ipſa membra crudeli diuiſione lanientur, de cathedris deſcendere formidamus? Propter nos ſufficit quod Chriſti fideles, & obedientes ſumus; hoc ergo ſemper ſumus: epiſcopi autem propter Chriſtianos populos ordinamur. Quod ergo Chriſtianis populis ad Chriſtianam pacem prodeſt, hoc de noſtro epiſcopatu faciamus.* Et infra: *Propter nos debemus eſſe quod vos. Quis debes eſſe tu? (cuicumque loquor veſtrum) Chriſtianus, fidelis, obediens. hoc tu propter te, hoc & ego propter me. Quod ergo tu propter te, & ego propter me, ſemper eſſe debemus. Quod autem ſum, propter te, ſum, ſi tibi prodeſt; & non ſum, ſi tibi obeſt.* Et infra ſubdit: *Si ſerui vtiles ſumus, cur Domino, contemptis æternis lucris, pro noſtris temporalibus ſublimitatibus inuidemus? Epiſcopalis dignitas fructuoſior nobis erit, ſi depoſita gregem Chriſti magis collegerit, quam retenta diſperſerit.* Paucіſque interiectis: *Si cum volo retinere epiſcopatum meum, diſpergo gregem Chriſti, & quomodo non eſt damnum gregis honor paſtoris?* Et infra: *Nam qua fronte in futuro ſæculo promiſſum a Chriſto ſperabimus honorem, ſi Chriſtianam in hoc ſæculo noſter honor impedit vnitatem? Idem Auguſtinus in epiſtola ad Caſtorium: Longe eſt quippe glorioſius epiſcopatus ſarcinam propter Eccleſiæ vitanda pericula depoſuiſſe, quam propter regenda gubernacula ſuſcepiſſe: ille quippe ſe honorem digne accipere potuiſſe demonſtrat, qui acceptum non defendit indigne. Hæc ille.*

Et Chriſti.

Auctor S. Auguſtinus auctoritates.

13 *Ecce, pater beatiſſime, ex dictis mirabilis Auguſtini, quæ Cardinales prædicti reuerenter veſtræ offerunt ſanctitati, quod Romanus Pontifex tanto plenius ſeruare tenetur, quanto in dignitate ſublimiori, & ſtatu perfectiori exiſtens, Deo ſtrictius alijs epiſcopis obligatur. De exemplis autem poſt illa, quæ per Auguſtinum generaliter dicta ſunt, ſufficiat exemplum beati Gregorij Nazianzeni patriarchæ Conſtantinopolitani, cuius, teſte Ruffino, nec vita aliquid probabilius, & ſanctius, nec eloquentia clarius, & illuſtrius, nec fide purius, & rectius, nec ſcientia plenius, & perfectius inueniri poteſt: qui ſolus fuit, de cuius fide nec diſſidentes quidem inter ſe, vt fieri ſolet, partes, & ſtudia diſputare potuerint; ſed id obtinuit apud Deum, & eccleſias meritis, vt quicumque auſus fuerit doctrinæ eius in aliquo refragari, ex hoc ipſo quod ipſe ſit magnus hæreticus arguatur: manifeſtum namque indicium eſt non eſſe rectæ fidei hominem, qui in fide Gregorio non concordat; iſte, inquam, talis, & tantus fuiſſe dicitur, vt de ipſo iterum ſcribatur, quod breui tempore tantum ad emendandum populum vetuſtis infectum venenis profecit, vt tunc primum Chriſtiani ſibi fieri viderentur, & nouellam lucem veritatis aſpicere; cum religionis doctor multa quidem verbis, plura tamen doceret exemplis, ne videretur ab eo diſcipulis aliquid imperari, quod prius ipſe non feciſſet: ſed vbi gloriam conſequuta eſt inuidia, obniti quidam, & propoſitionibus minus ſanis, vti cæpere, vt ipſo ad propria remeante alius ordinaretur epiſcopus; quod ille ſuſurrari tantum, & ſub dente ſentiens ruminari, ipſe profert, quod nullus eidem audebat dicere: Abſit, inquit, vt mei cauſa ſimultas in Dei ſacerdotibus oriatur: Si propter me eſt iſta tempeſtas, tollite, & mittite me in mare, & deſinet a vobis quaſſatio. Hæc dicens vir glorioſiſſimus ceſſit patriarchatui, & regreſſus eſt ad propria. Item, beatiſſime pater, quod ſanctitas veſtra ex debito paſtoralis officij renuntiare teneatur, determinationibus poteſt probari doctorum ſolemnium, qui ſuper iure canonico ſcripſerunt: ad quam quidem ceſſionem etiam veſtram ſanctitatem aſtringit, quod illam iuxauit, ebtulit, & bona fide promiſit, vt in præſentata cedula enarratur, quæ*

Exemplum S. Greg. Nazianzeni.

Ceſſio propter diſſidia ſacerdotum.

Conuictus antipapa ſacramento ſuo

qui-

Digitized by Google

quidem adiectio fidei pro iuramento reputatur in iure. Attendunt etiam Cardinales prædicti, quod, ex quo in practicis ſuper via ceſſionis hactenus per eandem ſanctitatem oblatis, non concordat congregatio Conſtantienſis, tenetur dicta ſanctitas ex debito paſtoralis officij pro ſedando ſchiſmate, & reducendo ad veram vnionem ſub bono capite maiorem partem Chriſtianitatis, quæ vos, & prædeceſſorem veſtrum non reputauit veros Romanos Pontifices, ſed intruſos, condeſcendere ad aliam practicam, in qua dicta congregatio cum eiuſdem ſanctitate concordet, & quæ ſit obſeruabilis ſine offenſa diuina, cuiuſmodi videtur eſſe indubie practica per dictos ſupplicantes, & conſulentes aperta in ſua cedula antedicta, &c. Multis interiectis verbis orant, vt offenſionem ſchiſmatis vniuerſis Chriſti fidelibus allatam amoueat; tum ſubdunt.

Attendat, & recolat illa, quæ per ambaſſiatores Sereniſſimorum Regum, & principum obedientiæ ſuæ ex eorum parte fuerunt pluries eidem ſanctitati in ſcriptis intimata, & etiam quæ per ſuos fideles prælatos, & alios probos viros ſæpiſſime ſupplicata fuerunt, & ſuper dicto ſcandalo exarata. Quo (prout verum eſt) præſuppoſito, ad conſulendum, ſupplicandum, & requirendum dictam purgationem faciunt exempla præteritæ: nam, vt legitur in chronicis, Papa Damaſus primus accuſatus de adulterio, ſe coram concilio purgauit Papa Sixtus tertius accuſatus de crimine ſe purgauit coram concilio: Papa Pelagius I. inculpatus de exilio, & morte Vigilij, ſe purgauit coram omni populo, atque clero. Papa Leo III. cui crimina opponebantur, quia nullus inuentus fuit probator legitimus ab obiectis criminibus ſe purgauit. Nec eſt curæ præſentis an dicti Romani Pontifices neceſſario ſe purgauerint, an de honeſto, quia vtroque caſu imminentibus ſcandalo, infamia, & ſuſpicione prædictis iuſtæ ſupplicationi bene, & vtiliter conſulitur, & ſancte requiritur fieri in generali concilio purgationem prædictam, & maxime veſtra ſanctitate, quia fautoria inueterati ſchiſmatis, & turbatio vnionis Eccleſiæ ad fidem pertinere videtur.

Vrgetur vt ſe ab obiectis purget.

14 Ita nitebantur pſeudocardinales Petri de Luna abrumpere ſchiſmatis laqueos, quibus irretiti tenebantur. At perfidus antipapa, cum propoſitis pœnis grauioribus pontificij faſtigij inſignia ponere iuberetur impudenter reſpondit [a], habiturum ſe colloquium cum Martino, ſi vera eſſent, quæ de eius humanitate & integritate ferebantur. Itaque cognita illius pertinacia ad Eccleſiæ caſtra transfugere, quos hoc anno Martinus exarato Gebennæ prima auguſti die diplomate vero honore, ac iure cardinalitio affecit [b]: erant ij Ioannes Murillus abbas Montis Aragonum tit. S. Laurentij in Damaſo presbyter, Carolus de Vrries S. Georgij ad velumaureum, Alfonſus Carillus S. Euſtachij, Petrus Fonſeca S. Angeli diaconi Cardinales. Contulere vero ij ſe in Italiam, atque a Martino benigne excepti ſequenti anno fuerunt. Deſertum etiam fuiſſe Petrum e Luna a S. Vincentio [c] Ferrerio antea vidimus, cum antipapatu ſe abdicare recuſaret, ac ſalubria omnia monita reſpueret. Cæterum Martinus, vt illius audaciam contunderet, Alamanno tit. S. Euſebij presbytero legato Cardinali prouinciam dedit, ſicuti ſuperius dictum eſt, vt ex decretis concilij in eum eique adiunctos animaduerteret [d], armorumque fœdera cum principibus iniret [e]: tum datis Gebennæ vi. id. auguſti literis [f] poteſtatem ei fecit, vt ſacerdotia, quæ in Paniſcolenſi agro poſt latam ſynodicam in Petrum e Luna ſententiam vacarant, catholicis clericis conferret.

a Surit. lib. 19. cap. 69.
Pſeudocardd. Petri e Luna ad Martin. transfugiunt.
b Felix Contel. in elencho Cardd.
c Raynan. lib. a c. a d Mart. I. 1. & ep. cur. pag. 67.
Dat. Card. legato mandata.
e Ib. pag. 86.
f Ib. pag. 155.

15 Spernentem cenſuras, ac ſynodi Pontificiſque decreta antipapam apoſtolicus legatus facile perdomuiſſet armis, niſi Alfonſus Aragonum Rex (qui ſuaſorijs tantum verbis peruicaciſſimum hominem hortari, vt legibus pareret, contentus erat) legati eiuſdem ſtudia, cui frangendæ perfidi hominis contumaciæ munus iniunctum erat [a], diſturbaſſet: qua de re grauiſſimas querelas a Martino poſtea effuſas audituri ſumus. Nec deerant in reliqua Hiſpania, qui pſeudopontificis pertinaciam tribuentes conſtantiæ de concilij œcumenici decretorum auctoritate detraherent: inter quos nonnulli pſeudomonachi Burgenſes, blandis ſed impijs ſuſurris Chriſti fideles ſubornare nitebantur: quos Pontifex ab epiſcopo Burgenſi meritis pœnis compelci iuſſit [b]. Eadem væſania acti quidam Scoti, ſpreta ſynodo œcumenica Conſtantienſi antipapæ adhærebant. Ad quos in ſinum eccleſiæ reducendos Griffinus Roſſenſis epiſcopus, & Finlaus ordinis Prædicatorum theologus renuntiati [c] fuerunt Apoſtolicæ Sedis internuntij.

16 Hæc erant Martini ad ſchiſmaticos a Chriſti grege aberrantes ad ſaniora conſilia traducendos ardentiſſima ſtudia, quæ proximis annis conſtanter exercuiſſe viſuri ſumus. Nunc addemus Pontificem, vt gratiam rependeret Sigiſmundo Regi Romanorum, qui tot labores ad remouendum ab Eccleſia ſchiſma ſuſceperat, maximoſque fecerat in varijs peragendis itineribus ſumptus, Cardinalium & præſulum nationis Germanicæ conſenſu ipſi annuas Treuerenſis archiepiſcopatus, ac Baſilienſis & Leodienſis epiſcopatuum decumas conceſſiſſe, quem etiam hoc elogio exornauit [d]: *Præclara deuotionis & fidei tuæ ſerenitatis*, Sigiſmundum alloquitur, *merita quibus erga Deum, & vniuerſalem Eccleſiam ſanctam ſuam glorioſiſſime, præſertim erga vnionem eiuſdem Eccleſiæ cunctis Chriſti fidelibus ſupremis deſiderijs exoptandam, per multa iam tempora, curis, vigilibus, & continuis, non ſine magnis etiam perſonalibus laboribus, ac expenſarum profluuijs ſedulo, prout cognouimus operum ab effectu mirifice claruiſti, & in dies erga pacem, & tranquillitatem ipſius Eccleſiæ, ac ſtatum noſtrum pariter, & honorem, ac Romani culmen imperij clarere dignoſceris, attenta meditatione penſamus, menteque reuoluimus, diuina ſuperilluſtrante clementia per interuentum etiam tuorum regalium, ac ſalutarium operum iam tandem in eadem Eccleſia effectum vnionis huiuſmodi in tanto rerum turbine præter mortalium ſpem contigiſſe dignoſcimus.*

17 Affulſere Græcorum ad eccleſiæ Romanæ gremiumq; exciſo veteri ſchiſmate ſunt reuocandorū ſpes, habita plura cum Emmanuele Imperatore ea de re oratorum opera colloquia, vt Martinus teſtatur: quam etiam Græcorum cum Romana eccleſia coniunctionem Ioſephus patriarcha expetebat, cum pateret Græciam omnem in Turcarum poteſtatem redigendam, niſi compoſito vetere de religione diſſidio occidentalium arma auxiliaria in illos verterentur. Quod perſpiciens Imperator inijt [f] conſilia, vt filij ſui affinitatem cum Regibus & principibus Romanæ eccleſiæ coniunctis contraherent, quo facilius Græci priſtinam cum Latinis concordiam redintegrarent: conſultuſque de ea re Pontifex amanter id conceſſit, modo Latinis fœminis Latino ritu in Græcia viuere permitteretur, datis hiſce ad Conſtantinopolitanæ regiæ principes literis.

Martinus, &c. Dilectis filijs nobilibus viris, Ioanni, Theodoro, Andronico, Conſtantino, Demetrio, & Thomæ filijs chariſſimi in Chriſto filij Manuelis Imperatoris Conſtantinopolitani illuſtris, ſalutem, &c.

Martini lit. ad Imp. Conſtantin. filios.

Noſtræ profeſſionis apoſtolicæ, & paſtoralis ſollicitudinis vigilantiam, ſumma ope niti decet, vt ad exemplar Paſtoris æterni, cuius ſua indulgenti bonitate vices gerimus in terris, omnium ſaluti conſulere, omnibus prodeſſe, cunctis in viſceribus charitatis affici, ſingulorum infirmitatibus compati, & ſpiritualiter mederi poſſimus; ſed maxime ad domeſticos fidei, iuxta beati Pauli doctrinam, bonum operari, & eorum omnium proſequi reductionem, & ſalutem, vehementer exoptamus, qui Chriſtiano nomine & profeſſione gloriantur: vnde grauiter, & cum magna cordis acerbitate ferimus vaſtas Græciæ depopulationes, iacturas, & diſcrimina, deſolationis illius excellentis imperij, & celeberrimæ portionis Eccleſiæ, apud quam floruit dudum ſapientia, viguit militare robur & decus, ſed (quod præſtat omnibus) emicuit & præfulſit Chriſtiana religio.

Condolet Græciæ euerſioni.

Volentes itaque quantum cum Deo, & noſtra honeſtate poterimus, ad ea condeſcendere, quæ vetuſtæ diuiſionis Græcorum ab obedientia ſanctæ Romanæ eccleſiæ fomenta tollere, & totius ſchiſmatis illius extirpationi ſalubriter cooperari videntur ita, vt non ſit deinceps, ſicut nec eſſe debet, differentia Latini & Græci, ſed omnes in vno grege Dominico in eodem ouili, quod eſt Eccleſia, ſub eodem paſtore vicario Ieſu Chriſti, militare Deo poſſint, & vnanimes ambulent in domo Dei cum conſenſu; quapropter annuendum cenſuimus deuotioni chariſſimi in Chriſto filij Manuelis Imperatoris Conſtantinopolitani illuſtris patris veſtri, qui pro faciliori & magis accomodo reductionis antiquæ, pacis medio, & reconciliatione mutua, cunctarum Chriſtum colentium regionum, nobis humiliter ſupplicauit, quatenus vobis filijs ſuis, & cuilibet veſtrum cum mulieribus fidei, ac deuotionis, & obedientiæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ, matrimonia contrahendi liberam indulgeamus facultatem, cum præſertim ſerenitatem ſuam ad hoc ſaluberrimum pacis opus vehementer affectum eſſe nouerimus, & de veſtris nobilitatibus bonam gerimus in Domino fiduciam, quod ad paternæ deuotionis imitationem veſtris in diebus proſperabitur opus tantæ ſalutis, & fœlicem ſortietur præſtolatæ pacis, & vnionis effectum; cum præterea multorum conditionem, & mores illarum regionum cognoſcentium relatione fide digna fuerimus informati, quod attentis rerum qualitate, & præſentium diſpoſitione temporum, talis matrimoniorum contractus, ſumme poſſent prædictæ reductioni conferre: vnde vobis, & cuilibet veſtrum cum ipſis mulieribus in deuotione ac fide eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, nobis & Apoſtolicæ ſedi obedienter ſubiectis, vt præfertur, matrimonia contrahendi, liberam tenore præſentium concedimus facultatem: volentes tamen, quod ipſæ mulieres fidem, cultum, & obedientiam ipſius ſanctæ Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ, ſemper obſeruare teneantur, & ſub noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reuerentia, & deuotione permaneant, ac ſine legis diuinæ, vel orthodoxæ fidei præiudicio, aut contumelia Saluatoris; relaxantes omnes pœnas, & cætera, quæ prædictis contraire poſſent, vel quomodolibet obuiare, conſtitutionibus apoſtolicis, decretis conciliorum generalium, & alijs non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Conſtantiæ VIII. idus aprilis pontificatus noſtri anno I.*]

Manuel Imperator propenſum cũ Rom. eccleſ. communionem exoptat. Cõceditur eius filijs, vt Latinis mulieribus nubant.

Adiecta cõditione, vt illæ ritu Latinorum viuant.

18 Eximiam Vvladiſlaus Poloniæ Rex in concilianda cum Romana eccleſia Græcorum coniunctione operam nauauit, cui a Martino actæ gratiæ. Idem etiam pietate & militari gloria ſpectatiſſimus Rex plura bella cum infidelibus geſſerat, nec modo eorum impetus retuderat, verum ſidei etiam orthodoxæ limites amplificarat: ac Sagniaccas populos ad baptiſmalia ſacra pellexerat: cumque ab Romanis Pontificibus nondum extincto Auenionenſi ſchiſmate decoratus fuiſſet ampliſſimis prærogatiuis, eas a Martino confirmari flagitauit; cuius votis diplomate apoſtolico indultum eſt.

Rex Polon. de Eccleſia optime meritus.

a Lib. 1. pag 120.

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

Iuſtis & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus, illaque fauoribus proſequimur opportunis. Sane petitio pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Vvladiſlai Regis Poloniæ illuſtris, nobis nuper exhibita continebat; quod, cum olim ipſe in Chriſtianitatis finibus conſtitutus contra gentes barbaricas, & Chriſtiani nominis inimicas, & etiam infideles pro incremento, & propagatione orthodoxæ fidei quandoque bella mouerit, & nonnunquam fructuoſiſſimis ſtudijs curiſque vigilibus, perſuaſionibus, & inductionibus varijs, ac modis omnibus, regalem eius potentiam excitauerit, vt plerique ex illis ad ouile Dominicum ſe conuerterent, & ad conuerſionem aliorum hoſtium huiuſmodi, etiam & Græcorum, & totius orientalis ſectæ, vt vniuerſali Eccleſiæ catholicæ ſe vniant & coniungant, operam ſedulo impenderit efficacem; & propterea a fœlicis recordationis nonnullis Romanis Pontificibus in eorum obedientijs habitis, nonnulla priuilegia, gratias, & indulta pro tranquillitate, & ſtatu ſui regni ſuoque pariter, & honore, de ſpeciali gratia promeritus fuerit hactenus obtinere; & cupiat ab intimis, ex quo Diuina clementia in perſonam noſtram, pacem & vnionem præfatæ Eccleſiæ dignata fuit noſtro tempore de throno ſuæ ineffabilis potentiæ miſericorditer elargiri; huiuſmodi priuilegia, gratias, & indulta auctoritate noſtra, ac per nos generaliter confirmari, pro parte ipſius Regis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus habentes ſtatum, & formam priuilegiorum, gratiarum, & indultorum huiuſmodi eidem Regi ſeu regno ſuo a dictis Romanis Pontificibus, ſeu pro Romanis Pontificibus habitis conceſſorum, ac literarum deſuper confectarum, & omnium contentorum in illis, hic alias pro ſufficienter expreſſis, & ſpecificè declaratis, huiuſmodi priuilegijs, gratijs, & indultis, ac literis deſuper confectis & contentis in eis robur apoſtolicæ confirmationis adijcere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Plura in barbaros geſſit bella

Suſcepit ab eo labores, vt Græci ſe coniungerent Latinis

Poſcit vetera priuilegia confirmari.

Nos igitur attentis, ac diligentiſſime conſideratis, curis, vigilijs, atque laboribus præfati Regis erga incrementa, & cultum catholicæ fidei, & in exterminium hoſtium, & infidelium obſtinatorum; & huiuſmodi infidelium conuerſione ad veritatem præfatæ fidei in magna multitudine populorum Sagniaccarum, ſacri baptiſmatis vnda hactenus renatorum; ac etiam quam regaliter circa præmiſſa aſſidue inſudare non deſinit, volentes eundem Regem in præmiſſis ſpecialibus proſequi gratia & fauore, ac ſuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, huiuſmodi priuilegia, gratias, & in-

Sagniacci populi ad Chriſtum traducti.

Digitized by Google

& indulta, nec noo literas apoſtolicas deſuper confectas, & omnia, & ſingula in eis contenta, prout ritè, & prouidè facta ſunt, rata habentes, & grata ea auctoritate apoſtolica, ac tenore præſentium confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c. *Dat. Conſtantiæ IV. non maij anno 1.*

Priuilegia Regis Poloni corroborata.

19 Duxit * etiam pius princeps ſibi gloriæ ex inſigni erga ſedem Apoſtolicam obſeruantia in regno Poloniæ, Nouagroda, Pliſcouia, ampliſſimaque alia Ruſſiæ ora, in quibus leges dabat, vicarij Romanæ eccleſiæ nomen ac munus ſuſcipere, vt eo ad inferendam barbaris euangelij lucem, ſidemque orthodoxam propagandam, Græcoſue ſchiſmate infectos ad Romanam eccleſiam traducendos vteretur: qua de re ſubiectæ literæ exaratæ fuere.

a 16. pag. 79.

Aliud conceſſum ei priuileg.

Martinus, &c. chariſſimo in Chriſto filio Vvladislao Regi Poloniæ illuſtri in magna Nouagroda, & Pliſcouu ciuitatibus, & earum dominus Ruſſiæ pro nobis, & Romana eccleſia in temporalibus generali vicario ſalutem, &c.

Etſi de cunctis negotijs curæ atque regimini noſtris humeris ſuperna diſpoſitione iugiter incumbentibus nos cogitare conueniat ex apoſtolicæ ſeruitutis officio, circa illa tamen propenſiorihua vigilantia, atque cura extendere compellimur mentis noſtræ vigilias, per quæ orthodoxæ fidei profectus, ac infidelium deteſtanda malignitas ad Patrem luminum, & ad vnitatem Apoſtolicæ ſedis conuerſio, auctore Domino, valeant incrementis ſalutaribus, atque felicibus ſalubriter prouenire. Cum igitur, ſicut manifeſte didicimus, plurimorum, & catholico Rege digniſſimorum operum ab effectu, tua ſerenitas exponens iugiter ſe, ac ſua, nullis abſtinendo laboribus, aut impenſis erga conſecutionem pacis, & vnionis in eadem vniuerſali Eccleſia ſancta Dei, ac pro tutela, & incremento orthodoxæ fidei, & conuerſione infidelium quorumcumque ad ouile dominicum, vnione orientalis eccleſiæ ad veritatem, & integritatem catholicæ, & apoſtolicæ Sacroſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ, vt fiat, tuo cooperante regali miniſterio, ouile vnum, & paſtor vnus, non deſierit nec deſinat inceſſanter exponere totius regalis vigilantiæ ſuæ curas, & propterea intendentes, vt eo vigilantioribus ſtudijs curiſque propenſioribus circa præmiſſa, & eorum effectum eadem tua ſerenitas valeat inſudare, quo per nos, & Sedem Apoſtolicam maiori fuerit auctoritate munita, & vt exemplo huiuſmodi laudabili, ac honorabili cæteri Reges, & principes Chriſtianitatis excitentur ad ſimilia inpoſterum peragenda, præmiſſis, & nonnullis cauſis rationabilibus ad hæc animum noſtrum mouentibus inclinati, perſonam tuam in regno Poloniæ, & cæteris partibus tuo regali dominio ſuppoſitis, ac in terris, & locis ſchiſmaticis Ruſſiæ, & pro conuerſione infidelium quorumcumque ad cultum præfatæ fidei, & maxime, & præſertim in magna Nouagrod, & Pliſcouu ciuitatibus, & earum dominijs Ruſſiæ, quoad vitam duxeris in humanis, eadem ſerenitate tua tam in noſtra, ac ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, & eiuſdem Eccleſiæ fidelitate, deuotione, & obedientia permanente, cum iuriſdictione, poteſtate, & officio, oneribus, & honoribus alijs vicarijs in temporalibus, in ciuitatibus, & partibus prædictis, hactenus per Sedem Apoſtolicam deputatis, in eiſdem temporalibus auctoritate apoſtolica tenore præſentium generalem vicarium ordinamus, conſtituimus, & etiam deputamus, eidem ſerenitati tuæ nihilominus in regno, & partibus huiuſmodi contra ſchiſmaticos, & infideles, ac hoſtes præfatos & adhærentes, complices & ſequaces eorum, ac pro conuerſione eorumdem, & aliorum quorumcumque oberrantium ad ouile dominicum, ac vnione orientalis eccleſiæ ad eamdem Romanam, & vniuerſalem Eccleſiam, & ab ijs dependentibus, & connexis, dicto vicariatu durante, omnia & ſingula faciendi, gerendi, & exercendi, ac etiam exequendi, quæ eadem tua ſerenitas viderit ſalubriter expedire, & quæ ad huiuſmodi vicariatus officium de conſuetudine, vel de iure ſpectare noſcuntur, plenam & liberam facultatem, & poteſtatem harum ſerie concedentes; ac mandantes venerabilibus fratribus noſtris patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filijs electis, adminiſtratoribus, abbatibus, cæteriſque eccleſiarum, & monaſteriorum prælatis, ac vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac pro incremento dictæ fidei orthodoxæ, quatenus per viſcera miſericordiæ Domini noſtri, ac noſtram & Apoſtolicæ ſedis reuerentiam eidem ſerenitati tanquam noſtro, & eiuſdem Eccleſiæ in temporalibus vicario in ciuitatibus, & partibus ſupradictis, quoties requiri contigerit, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, electi, adminiſtratores, abbates, cæterique eccleſiarum, & monaſteriorum prælati, per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris remedia contra obſtinatos appellatione ceſſante, & alio quocumque modo: reliqui autem quibuſuis præſidijs faueant in cunctis opportunitatibus fideliter, & aſſiſtant, vt fructus vberrimi, Altiſſimo inſpirante, diuinitus per tuæ celſitudinis ſtudium, iuxta deſideratam conceptamque ſpem, valeant prouenire ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ſtatum & honorem militantis Eccleſiæ, ac tranquillitatem & pacem ciuitatum, & dominiorum prædictorum, & Chriſti fidelium quorumcumque.

Edita ab ipſo pietatis facinora.

Creatus Pontificis vicarius in Ruſſia.

Volumus autem quod antequam huiuſmodi officium incipias exercere in manibus venerabilis fratris noſtri archiepiſcopi Gneznenſis fidelitatis debitæ, ac de huiuſmodi officio ſolerter, ac regaliter, prout ſperamus, & cupimus, exercendo pro nobis, & eadem Romana eccleſia recipienti, præſtare debeas in forma ſolita iuramentum. Tua igitur ſerenitas, ſicut abunde concipimus, onus officij huiuſmodi prompta deuotione ſuſcipiens, ſic illud ſtudeat in ſingulis, exaltationem ſtatus, incrementa fidei, Eccleſiæ, noſtrique pariter, & Chriſti fidelium quorumcumque concernentibus, regaliter, ac ſaluberrime exercere, vt apud Altiſſimum, qui ſolus regibus, & principibus dat ſalutem, vltra noſtram & ipſius ſedis benedictionem, & gratiam palmam ſempiternæ beatitudinis, & gloriam valeat promereri. *Dat. Conſtantiæ III. id. maij pontificatus noſtri anno* 1.

20 Ad propagandã etiam in magna Nouagroda & Sagitarum ac Pſnijkouu prouincijs, alijſque Ruſſiæ partibus fidem catholicam, atque orientales ad Romanæ eccleſiæ coniunctionẽ adducendos vicarium in ijs terris, ac Lituania creauit Pontifex Alexandrum ſiue Vvitoldum ducem Lituaniæ pari auctoritate illi, ac Regi Poloniæ, attributa: quo argumento extat apoſtolicum diploma, ijſdem pene, ac ſuperius, conceptum verbis. Veteres etiam prærogatiuæ conceſſæ, antea a prædeceſſoribus Pontificibus ob defenſam auctamque rem Chriſtianam a Martino confirmatæ fuere.

Vt

Vt vero iidem dux & Rex aliorum bellorum curis ſolum conuertere aduerſus infideles hoſtes exercitus poſſent ſuaſque victorias latius proferre, a Pontifice, ac Sigiſmundo Romanorum & Hungariæ Rege actum eſt de ſedanda diſcordia, quæ Cruciferos equites inter ac Polonum Lituanumque fœderatos nata erat, atque impetratæ auctoritate apoſtolica induciæ fuerunt, quæ a proximo S. Margaretæ ſacro die ad recurrentem altero anno eundem diem tenerent: tum vrbes Olouu, Minzinou, & Noualos a Cruciferis Sigiſmundo Regi tradi iuſſæ, quæ Vuladiſlao conſignarentur ea lege, vt eas operibus muniret, vel inde nouum in ipſis ius comparare non poſſet.

Induciæ inter Cruciferos & Polonos in ductæ.

Miſſos [a] proximo anno a Pontifice legatos Iacobum Camplum Spoletanum, & Fernandum Hiſpanum Lucenſem epiſcopos ad eam dirimendam controuerſiam tradit Cromerus, de quibus ſuo loco. Ad hunc porro annum refert Michouias [b] extincto Zoldano Zelodin Tartarorum Imperatore Polonici generis amico, Kerembeeden in paternum ſolium euectum ſigna aduerſus Vvitoldum Lituaniæ ducem extuliſſe: illum vero ad infringendos barbaricos conatus apud Vilnam alium principem Tartarorum Bethſubulam creaſſe Imperatorem, trabeaque purpurea indutum coniunctis cum Tartaricis copiis Lituanis viribus immiſiſſe ad Keremberden regno depellendum: ſed collatis ſignis Bethſubulam ipſum captum in acie truncatumque capite victoris iuſſu, qui paucis poſt diebus a germano Ieremferden trucidatus eſt. Hic autem nonus Imperator vetera cum Vvitoldo fœdera renouauit, & cum eo omnia fere bella obiuit.

a Cromer Polon. rer. lib. 18.

b Michou. lib. 4. c. 51.

Bella cum Vvitoldo.

Tartaricarum rerum conuerſiones.

21 Inter has Tartariæ ſeptentrionalis rerum conuerſiones Ioannes Luſitaniæ Rex aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes meridionales in Africa expeditionem conficiebat, ereptaque Mauris Cepta proferre latius Chriſtianam religionem meditabatur: ad cuius pia perducenda perficiendaque conſilia Pontifex Chriſtianos Reges, ac principes ſollicitauit, vt ſubſidiariis illum armis iuuarent, præmiaque indulgentiarum religioſam militiam accepto crucis ſymbolo profeſſuris, Regiſque Luſitani ſigna ſecuturis propoſuit [c].

Rex Luſit. religionem profert in Africa.

c Lib. 1. ep. cur. pag. 853.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filiis electis, adminiſtratoribus, abbatibus, prioribus, aliiſque eccleſiarum & monaſteriorum prælatis, nec non cæteris Chriſtianæ religionis profeſſoribus vbilibet conſtitutis, ad quos præſentes literæ peruenerint ſalutem, &c.

Sane chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Portugalliæ rex illuſtris, ſicuti tam aliquorum fide dignorum plurima relatione, quam ſuadente fama didicimus, Chriſtianæ propagationis affectibus inflammatus, ac cupiens collatam ſibi a ſummo rege potentiam in exaltationem glorioſi ſui nominis exterminiumque ipſius hoſtium exercere, inſtructis Chriſtianorum militum aciebus ad debellandos tam in Africanis quam aliis partibus conuicinis Saracenos & alios infideles, qui Chriſtianos crebris infeſtationibus, captiuitatibus, & occiſionibus affligebant in detenta per eos territoria, & loca proceſſit, ac locum de Cepta, quem longis retroactis temporibus occuparunt, ab ipſorum intolerabili ſeruitute potenter eripiens, ſuauiſſimo Chriſtianæ profeſſionis iugo reſtituit. Cum autem idem Rex catholicæ fidei pugil, & athleta fortiſſimus indultam ſibi felicem victoriam in eoſdem infideles viriliter proſequi deſideret, ac proponat, & adiuncta ſibi multitudine copioſa fidelium intendat, eodem præſtante, cuius cauſam deuote amplectitur, ad ſubiugandos Sarracenos, & infideles huiuſmodi, redigendoſque ad cultum ipſius veræ fidei terras, quas occupant, omnem ſuam & dictorum ſuorum regnorum potentiam adhibere, noſtras & catholicæ Eccleſiæ, quæ congregationem ipſorum fidelium comprehendit pro tam felicis conſummatione negotii partes adiutrices humiliter implorauit. Nos itaque tam ſalutare præfati regis propoſitum maximis in Domino laudibus extollentes, & pro eiuſdem ſucceſſu directis in cœlum oculis, ei cuius negotium geritur immenſas proinde gratias exſoluentes, omnes & ſingulos Imperatores, Reges, duces, marchiones, principes, barones, comites, poteſtates, capitaneos, magiſtratus, & quoslibet alios officiales, ac eorum locatenentes, communitates quoque ciuitatum, vniuerſitates oppidorum, caſtrorum, villarum, & aliorum quorumcunque locorum, cæteroſque eiuſdem Chriſtiani nominis zelatores ſtatus, & religionis quorumlibet exhortamur, ac per aſperſionem ſanguinis eiuſdem glorioſiſſimi Redemptoris paternis affectibus obſecramus, in ſuorum eis remiſſionem peccaminum ſuadentes, vt ad infidelium errorumque eorundem exterminium, & ad impendenda profutura ſuffragia, quibus huiuſmodi negotii proſecutio feliciter adiuuetur, potenter atque viriliter ſe accingant ad hoc enim ſpiritualibus munificentiis, remiſſionibus videlicet, & indulgentiis ipſos de fratrum noſtrorum conſilio prouidimus inuitandos.

Eiuſdem elogium.

Cepta ab ipſo expugnata.

Sollicitati Reges ad ferendam opem Luſitano.

22 Quocirca vobis, & veſtrum cuilibet, fratres patriarchæ, archiepiſcopi, ac filii electi, adminiſtratores, & prælati, per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, & quilibet veſtrum, quoties Ioannem prædictum Portugalliæ regem huiuſmodi negotio intendere, & aduerſus infideles eoſdem exercitus inſtruere, & ordinare contigerit, ſuper hoc quoque vigore præſentium, quas plenæ firmitatis robore, quandiu idem Ioannes Rex vitam duxerit in humanis, fulciri volumus, debite fueritis requiſiti, ad præmiſſum tam pium tamque ſalubre negotium exequendum, veluti præcones fortes exaltantes in Dei nomine voces veſtras in ſingulis ciuitatibus, diœceſibus atque locis, vbi congruere proſpexeritis per vos aliaſque perſonas ſæculares, & regulares ordinum quorumcunque, quas ad hoc idoneas duxeritis eligendas, iuxta datam vobis, & illis a Deo prudentiam Chriſti fidelibus quibuſcumque ad audientium confluentibus, & accedere volentibus, quibus vere pœnitentibus, & confeſſis, vt ad id eo libentius inducantur pro vice qualibet acceſſus huiuſmodi quadraginta dies de iniunctis tunc eis pœnitentiis per vos auctoritate apoſtolica relaxentur, verbum crucis eiuſdem, ac ipſius admirabile ſignum publice proponere, & prædicare curetis, illudque fidelibus ipſis id deuote ſuſcipere volentibus veſtris, & eorundem eligendorum exhortationibus, ac opportunis monitionibus præuiis, vt cum reuerentia debita ſignum huiuſmodi recipiant, & illud contra peruerſa dictorum infidelium conatus, atque molimina ſuis cordibus imprimant, & negotium ipſum fideli, ac feruenti animo proſequantur, libere concedatis, eorumque humeris affigatis. Nos enim vt fideles ipſi ad id eo feruentius animentur, quo vberiorem gratiam exinde ſe nouerint percepturos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, & illa quam nobis, licet immeritis, Deus ligandi atque

Antiſtites illi fauere iuſſi.

Symbolum crucis militi datum.

ſol-

ſoluendi contulit poteſtatem, eiſdem fidelibus, qui crucis huiuſmodi ſigno ſuſcepto præfatis exercitibus in perſonis proprijs interfuerint pariter, & expenſis, quique vt illis intereſſent ſine fraude iter arripuerint, ſeu in ipſo fuerint itinere vita functi, plenam ſuorum peccaminum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, veniam impertimur, & in retributione iuſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum, &c.

Propoſita indulgentia.

23 [Decernit etiam ſacrarum indulgentiarum participes fore eos, qui opes in militum ſtipendia contulerint, aut alios ad gerendum bellum miſerint, aut conſilio, vel opera iuuerint exercitum: cuncta autem loca, arces, & terras, quæ in ea expeditione barbaris eripientur, Ioannis Luſitaniæ regis atque heredum ditioni adiunctum iri: præterea omnes, qui religioſæ militiæ accepto crucis ſymbolo ſe deuouerint, vniuerſis prærogatiuis, quibus olim a concilijs œcumenicis in Syriam contra Saracenos transfretantes affecti erant, potituros, atque in clientelam Apoſtolicæ ſedis ipſorum bona accipienda, donec de eorum nece certiſſimus nuntius eſſet perlatus; dataque archiepiſcopis & alijs præſulibus ſuæ prouinciæ, vt ea tueantur, & ea inuadentes cenſuris percellant, ac iudicum auctoritatem ad eos comprimendos implorent. Vt vero arduum opus cruceſignati puris ab omni ſcelere mentibus aggrederentur, hæc ad expiandas ipſorum conſcientias ſtatuit].

Immunitates veteres conceſſæ.

Cæterum, vt ipſius viuificæ crucis ſigno munitio facilius reddantur huiuſmodi remiſſionum, & indulgentiarum participes, quo ſe liberius eximere poſſe conſpexerint ab onere delictorum, Ioanni regi præfato, ac illis, quos vice dicti Ioannis regis exercituum duces ſiue capitaneos fore contigerit, tot ex vobis fratres patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & filij electi, abbates, & prælati, de quibus illis pro tempore viſum fuerit, quam alij idonei ſæculares, vel regulares ad id per vos aſſumendi, omnium pro huiuſmodi deductione negotij cruceſignatorum confiteri volentium, confeſſiones audire, & huiuſmodi confeſſionibus diligenter auditis pro peccatis ſuis, ac exceſſibus omnibus per illos commiſſis, etiamſi manuum iniectores in clericos, & religioſos, nec non incendiarij, & ſacrilegi fuerint, niſi adeo graues, in ipſarum manuum iniectionibus exceſſus commiſſi fuerint, quod ad eandem ſedem merito debeant deſtinari, iniunctis ipſis pro modo culpæ etiam cum exaggeratione congrua aduerſus illos ex ipſis, qui (quod abſit) in progreſſu exercituum prædictorum, aciebus quoque contra infideles eoſdem inſtruendis Ioannis regis præfati, & illorum, qui exercituum, vt præmittitur, duces extiterint, eorundem ordinationes, & mandata temere tranſgredi præſumpſerint, pœnitentia ſalutari, ac alijs, quæ de iure fuerint iniungenda, debitæ abſolutionis beneficium eadem auctoritate impendere poſſitis quoties opportunum fuerit eligere, ac deputari: & inſuper pro colligendis, & accceptandis pecuniarum ſummis, ac rebus alijs, quas pro huiuſmodi proſecutione negotij per quoſuis erogari contigerit, perſonas eccleſiaſticas honorabiles, idoneas, & fideles, de quibus eis videbitur, aſſumere libere valeant, auctoritate prædicta tenore præſentium indulgemus, &c. *Dat. Conſtantiæ II. non. aprilis pontificatus noſtri anno 1.*

Sacerdotibus pro cruceſignatis expiandis facultas data.

24 Diſtinebant magna ex parte fidelium arma, ne aduerſus Chriſtianæ religionis hoſtes verterentur, obortum inter Gallos Angloſq; bellum. Valde ſane triſtis erat, rerum Gallicarum facies, cum regio ſanguine prognati principes ob Caroli VI. imbecillitatem adminiſtrando regno imparem, contrariaſque Andegauenſis & Burgundæ ſtirpium factiones debilitatis Gallorum viribus, Henricus V. Anglorum rex maximo armorum apparatu conatuque regnum illud inuaderet[a]: ad quas ſedandas controuerſias Martinus Amedeum Salutiarum S. Mariæ nouæ diaconum Cardinalem ampliſſima ſuffultum auctoritate in Gallias miſit[b].

Galliæ bella rei Chriſtianæ exitialia.

a Iuuenalis car. 6. hoc anno Monſtrelet. vol. 1. cap. 186. Paul. Æmil. in eod. Carolo: Meyer. lib. 15. in Ioan. Bur.

Amedeus Card. legatus in Gallias.

b Mart. lib. 1. epiſt. deut. pag 40.

Martinus, &c. Dilecto filio Amedeo S. Mariæ nouæ diacono Cardinali ſalutem, &c.

Moleſte, hactenus etiam cum eſſemus in minoribus conſtituti, tulimus & nunc moleſtius ferimus charisſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Francorum, & Henricum Angliæ reges illuſtres, fuiſſe, & eſſe diſcordes, ſuaſque vires inuicem exhaurire, ac inter dilectos filios nobiles viros regales Franciæ vigere diſcordiam. Sunt etenim regna, quorum ipſi reges, & regales ſunt, non ſolum terræ mariſque amplitudine, ac potentia conſpicua, verum ſtrenuitate, literatura, ac induſtria virorum, vt optime nouiſti, copioſitate pollentia. Affectantes igitur toto corde, vt tales tantique inter chriſticolas reges, & regales ad veram concordiam, mutuamque & fraternam beneuolentiam reducantur, aliquandiu examinauimus mente, qui ad huiuſmodi tractandam concordiam, ſtabiliendamque inter eos pacem, mediator idoneus videretur; te ad id aptiſſimum fore conſpeximus: nam conditionum regum, & regnorum, ac regalium eorundem, rerumque quæ hinc inde agitantur, te abunde informatum arbitramur, paciſque huiuſmodi cupidum eſſe ſcimus & tibi ad illam tractandam, componendamque, & firmandam, quantum in te erit, nec ingenium, nec induſtriam, aut ſolertiam defuturas. Tuæ igitur circumſpectioni, de qua in his, & alijs plenam in Domino fiduciam gerimus, auctoritate apoſtolica præſentium tenore committimus, & mandamus, quatenus ad concordiam, & pacem huiuſmodi inter ipſos reges, & regales, quorum atque illuſtrium maiorum ſuorum clariſſima beneficia diuerſis dudum temporibus eidem Eccleſiæ, & ſedi apoſtolicæ liberaliſſime impenſa tenaciſſime memoriæ affixa tenemus, tractandas, componendas, & fauente Deo firmandas ſolicitudine, induſtria, & virtute ſolitis diligenter intendat, ac modis opportunis, & congruis eas ſtudeat ſtabilire, eidem circumſpectioni tuæ concordiam, pacemque præfatas tractandi, componendi, & firmandi, omniaque & ſingula pro illarum effectu, noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine tractandi, agendi, & exequendi, quæ cum noſtro, & Romanæ Eccleſiæ prædictæ honore quomodolibet fore videris opportuna, plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem, &c. *Dat. Conſtantiæ v. id. februarij pontificatus noſtri anno 1.*

Exhauſta mutuis cladibus Gallorum, & Anglorum vires.

Amedeus Card. iubetur concordiæ interpretem agere.

Mandatis ampliſſime inſtructus.

25 Adiunxit poſtea Amedeo Pontifex alios duos Cardinales laborum ſocios, Iordanum Vrſinum epiſcopum Albanenſem, & Guillelmum tit. S. Marci presbyterum, quibus datum eſt de pace concilianda inter Carolum Gallorum, & Henricum Anglorum reges, diploma[c] xv. kal. aprilis. Vrgebat quippe periculi magnitudo Pontificem, vt Galliæ ſubueniret, cum Henricus maxima inſtructa claſſe in Normanniam irrumperet[d]; proptereaque eos omnes, qui pacis conſilia diſturbarent, cenſuris iuſſit comprimi: cumque inteſtina diſcordia inter principes e ſtirpe regia ſatos

Alij duo Card. in Gallias miſſi.

c Ibid. pag. 94.

d Polyd. Virgil. lib. 22. Iuuenal. in car. 6. & alij.

Digitized by Google

ſatos, Delphinum nempe, Ioannem Burgundum, & alios proceres, nonnullaſque vrbes aduerſis partibus implicitas regnum illud olim florentiſſimum funeſte laniaret; ad illam diſſipandam Martinus legatos omni opera, ſtudio, cogitatione iuſſit incumbere. Extant literæ [a] eo argumento exaratæ, quibus eam prouinciam impoſuit, hac temporis nota conſignatæ: *Dat. Conſtantiæ xv. kal. april. pontif. noſtri anno 1.*

a Ib. pag. 94. b ibid. pag. 101. Martinus Gallicis armis ſuccurrere in Turcas meditatur.

26 Inciratum quoque apoſtolico ſtudio ad Burgundam & Aurelianenſem factiones extinguendas Pontificem fuiſſe, quo Francorum arma in mutuas ſtrages diſtricta aduerſus blaſphemos Redemptoris humani generis hoſtes verterentur, ipſe teſtatur in alijs literis [b], quibus Iordanum, & Guilelmum Cardinales legatos plurima auctoritate muniuit.

c Iuuenal. in car. 6. hoc ann. Monſtrelet. vol. 1 cap. 187. Gaguin in car. 6. Paul. Æmil. lib. 10. Meyer. lib. 15. Pax turbata a factione Burgunda. Seditio Pariſijs excita. Cædes ingentes patratæ.

27 Ingreſſi [c] Gallias Cardinales ciuiles diſcordias componere, ac Delphinum eiuſque ſectatores Ioannem comitem Armeniaci, & alios regiarum partium inter, ac Ioannem ducem Burgundiæ ipſiuſque factionis ſocios fœdus redintegrare ſumma animorum contentione conati ſunt. Habiti propterea Montrolij conuentus, & Cardinales pacis arbitri pronuntiarunt, vt Delphinus ac Burgundus regnum ex æquo moderarentur. Exortæ inde maiores turbæ: promulgatis enim eius fœderis pactionibus, Burgunda factio vocauit in inuidiam apud plebem comitem Armeniaci aliosque regios adminiſtros, repudiari ab ipſis initæ a Cardinalibus pacis leges; conflataque in Armeniacum & ſocios coniuratione, Lutetia a factione Burgunda occupata eſt, Carolus Rex e regia abductus, & equo impoſitus fuit, atque circumductus per vrbem, vt illius auctoritate ipſi fidiſſimi trucidarentur: magiſter equitum Armeniaci comes obtruncatus [d]: vrbis præfectus Henricus Marlus, Conſtantienſis, Siluanectenſis, Ebroicenſis, & Baiocenſis epiſcopi cæſi: fuſus plurium abbatum, & adminiſtrorum regiorum cruor tanta ſæuitia, vt viri præſtantiſſimi e feneſtris in præceps deijcerentur, haſtiſque eorum corpora transuerberarentur: non ſexui non ætati parſum. Delphinus in tanto tumultu, cuius caput peti ab hoſte multi interpretabantur, fuga euaſit [e]: quem multa poſtea geſſiſſe bella viſuri ſumus.

d Iuuenal. Vrſin. in Carol. 6. hoc ann. Monſtrelet. vol. 1 cap. 188. 189. 190 & alij. Delphini fuga. e Monſtrelet. vol. 1. c. 187. Paul. Æmil. l. 10. f Iuuenal. Vrſin. in Car. 6. g Polydor. Virgil. in hiſt. Angl lib. 22. Acerbiores pacis leges ab Anglo propoſitæ. h Monſtrelet. cap. 199. i Iuuenalis Vrſin. & alij vbi ſupra. l Iuuenalis Vrſin. in carol. 6. hoc ann. Epidemia, abrepti qui cædem fecerant.

Laniata ita a ſuorum manibus Gallia, & ſacerdotibus in eam rabiem verſis, vt filijs aduerſæ factionis baptiſmum denegarent [f], vrgebat extremam eius perniciem Henricus V. Anglorum Rex Francorum debellator, qui Normannia peragrata Rothomagum prouinciæ metropolim obſidione cinxit, proximoque anno xvii. ianuarij die ad deditionem compulit. Anniſi [g] ſunt Cardinales prædicti pacem inter illum & Carolum Regem ſancire; propoſitæque [h] ab Anglo hæ leges fuere, vt Catharina Caroli filia plurimo dotali auro donata ipſi deſponderetur, atque Aquitannia, Normannia, Pontacenſis comitatus, aliæque terræ ampliſſimæ, Gallorum Regis ſupremo imperio ſolutæ ac liberæ, ipſi traderentur: immo ipſum affectaſſe regnum, iactaſſeque Deum iura regni Gallici transferre velle, tradit Iuuenalis Vrſinus [i].

28 Ita ſoluta de pace colloquia, & Cardinalis Vrſinus dimiſſus eſt; ac Ioannes Burgundiæ & Belgij princeps cum Regina Lutetiam ingreſſus inſatiabilem crudelitatem in aduerſarios exercuit [l], ſeditioque inſtaurata eſt. At ea ſæuitia non impune a cœlo lata; epidemia enim a iunio menſe ad octobrem graſſata plures ciuili ſanguine madentes abſumpſit, perſpicuo adeo diuinæ vltionis exemplo, vt in publico xenodochio ſeptingenti, vel octingenti ſacramenta ſuſcipere in extremo vitæ diſcrimine detrectarint, vociferantes ſublatam omnem ipſis diuinæ veniæ ſpem: ciuis Siluanectenſis Pariſiacæ carnificinæ particeps reuerſus in patriam, dum geſta a ſe crudelia facinora, vel quibus aſſenſiſſet, recolebat, exclamauit addictum ſe flammis inferorum, ſeque in puteum præcipitem coniecit: multa in ſiluis paſſim reperta cadauera, vt Gallicæ gentis calamitas, vel hoſtibus lacrymas excutere poſſet. Ciuilibus etiam tum diſcordijs fluctuabat Delphinatus Viennenſis; ad quas componendas, & libertatem eccleſiaſticam aſſerendam, promouendamque ſalutem animarum, Martinus exeunte anno Amedeum S. Mariæ nouæ diaconum Cardinalem, quem antea v. idus februar. in Galliam miſerat, incumbere [a] pontificijs literis iuſſit.

Diuinæ iuſtitiæ exempla. Gallor. calamitas. a Lib. 1. pag. 2?9.

29 Superioribus legationibus appetente vere decretis in Germaniam, Gallias, Hiſpanias, inſignem aliam adiungimus, inclinante anno a Martino cũ Mantuam peruenit, Petro S. Mariæ in Dominica datam, in Neapolitano regno obeundam. Profecuta [b] erat iam ſummo ſtudio Ioanna venientem Pontificem, atque arces ditionis eccleſiaſticæ, ab ſe præſidio militari tentas reſtituerat, pollicitationibus maximis additis, ſe obſequentem ſedi Apoſtolicæ ſemper futuram, armaque ad eius iura in hoſtes tuenda coniuncturam. Quibus permotus Pontifex, cum iam illi ante Neapolitanum regnum beneficio liberalitateque ſedis Apoſtolicæ tradidiſſet, legatum eius rogatu mittere conſtituit [c], cui illa ritu ſolemni clientelarem ſponſionem præſtaret, regiaque corona viciſſim ab ipſo redimiretur.

Ioanna Regina Neapolitana ditionis eccleſiaſticæ arces reſtituit. b Monſ. Diar. Ven. & Summont. hiſt. Neap. lib. 4. cap. 3. c Mart. 5. lib. 1. pag. 28. Petrus Card. decernitur legatus in regnum Neap.

Dilecto filio Petro S. Mariæ in Dominica diacono S. R. E. Cardinali, ac in regno Siciliæ, & terra citra Farum, quæ iuris & proprietatis Romanæ eccleſiæ fore noſcuntur, vſque ad confinia terrarum præfatæ Eccleſiæ apoſtolicam ſalutem, &c.

Conſtituti in ſuprema militantis eccleſiæ ſtatione ab eo, per quem Reges regnant, principes imperant, & populis iuſtitiam adminiſtrant, pridem chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Ioannæ II. Reginæ Siciliæ illuſtri, matura conſultatione præhabita, prout tantæ rei grauitas expoſtulat, ac de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & ex certis rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus, regnum Siciliæ, ac terram citra pharum, quæ iuris & proprietatis ipſius eccleſiæ fore noſcuntur, vſque ad confinia terrarum præfatæ eccleſiæ in feudum perpetuo de nouo, ſi eſſent ad nos, & eandem eccleſiam quomodolibet deuoluta, conceſſimus, ac perſonam ſuam de ipſis regno, & terra inueſtire, nec non coronam in forma debita de illis tradere per nos, vel aliquem ex præfatis fratribus noſtris, ſub modis, & conditionibus in infeudatione, & conceſſione declaratis huiuſmodi, quas de verbo ad verbum hic alias haberi volumus pro conceſſis, ac ſpecificè declaratis, decreuimus, prout in literis noſtris infeudationis, & conceſſionis huiuſmodi deſuper confectis ſerioſius denotatur.

Editum a Martino diploma de regno Ioannæ trad.

Cum autem inter cætera in ipſis literis infeudationis, & conceſſionis huiuſmodi ſpecialiter caueatur per præfatam Reginam, cum de illis regno, & terra Deo duce coronabimus ſeu coronari mandabimus, per vexillum præfatæ Eccleſiæ inueſtire, receptis prius a præfata Ioanna Regina in

Digitized by Google

in forma deſcripta in infeudatione, & conceſſione huiuſmodi, fidelitatis debitæ iuramento, ac pleno homagio, ligio, & vaſſallagio pro huiuſmodi feudo debitis & conſuetis, & reliquis prouiſionibus, obligationibus, ac renuntiationibus, ad quas ipſa Regina præfatam infeudationem huiuſmodi obnoxia redditur, & aſtricta; nos attendentes zelum deuotionis, & fidei, quo eadem Regina erga Deum, & præfatam Eccleſiam noſque etiam flagrare, & clarere dignoſcitur; & volentes, quantum ad nos, & eandem Eccleſiam ſpectare concernimus, erga eandem Reginam in ſingulis exequi, & nobis & ipſi Eccleſiæ, quantum ad eam ſpectare poteſt, etiam fieri & obſeruari, ac de tuæ

Legati elogium.

circumſpectionis induſtria, quam potentem quidem opere pariter, & ſermone in magnis expertam, & arduis, eximia probitate, fidelitate, magnitudineque conſilij, morum elegantia, ſcientiæ claritate, nobilitate, & alijs grandium virtutum titulis, quibus earum largitor Dominus perſonam eiuſdem tuæ circumſpectionis multifariam inſigniuit, & in cuius affectibus, nec ambigimus, geritur illa ſemper efficere, quæ ſtatus, honor, & gloria eiuſdem Eccleſiæ atque noſtra; nec non tranquillitas Reginæ, regni, terræque præfatorum, ac degentium in eiſdem continuis, & ſalutaribus proficere valeant incrementis, ſumentes in altiſſimo fiduciam ſpecialem, quod illa, quæ eidem tuæ circumſpectioni (cuius præſentia nobis ſumme perutili pro tam celebris boni conſummatione votiua in præſentiarum carere compellimur) committenda duxerimus, adimplere curabit cura exactiſſima atque peruigili, habitis ſuper ijs cum ipſis fratribus noſtris eiuſdem Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione ſolemni, te tanquam pacis angelum, noſtro & Eccleſiæ præfatæ nomine ad regnum Siciliæ, ac terram citra pharum, in Ioannam Reginam prædictam Apoſtolicæ ſedis legatum de fratrum eorundem conſilio prouidimus deſtinandum, indubitabili ratione tenentes, quod inſpirante de throno ſuæ ineffabilis clementiæ pacifico Rege regum, qui ſolus regibus, & principibus dat ſalutem, præmiſſa & cætera alia, quæ in conceſſione, infeudatione, ac literis præfatis ſerioſiſſime denotantur, per eiuſdem ſuæ circumſpectionis induſtriam ad executionem plenariam, & votiuam pro viribus perducentur, & etiam ſeruabuntur; & propterea præfatæ tuæ circumſpectioni noſtro, & Eccleſiæ præfatæ nomine ſupradictam Reginam pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus ſuis, qui ad ſucceſſionem regni, & terræ prædictorum ſecundum

Regij ſacramenti excipiendi data poteſtas.

exigentiam conceſſionis, & infeudationis huiuſmodi venire noſcuntur recepto prius iuramento fidelitatis, homagio ligio, & vaſſallagio pro regno, & terra prædictis debitis, & conſuetis, per vexillum ipſius Eccleſiæ inueſtiendi, auctoritate noſtra, nec non coronam de illis in forma celebri, &

Et conferendæ coronæ Reginæ.

ſolemni in talibus conſueta eidem Reginæ tradendi, ac ipſam more ſolito inungendi per te, vel vnum antiſtitem communionem Apoſtolicæ ſedis habentem, & alias idoneum, nec non promiſſiones, & obligationes quaſlibet dictis nominibus a præfata Regina recipiendi, & ſtipulandi, ad quas ipſa Regina obnoxia redditur, vt præfertur, ex conceſſione, & infeudatione prædictis, & omnia & ſingula alia faciendi fieri, & exequi mandandi, & decernendi, & cætera prouidendi, quæ pro ſtatu & honore noſtro, & ipſius Eccleſiæ, ac tranquillitate, ſalute & incremento ipſius Reginæ, nec non regni, & terræ præfatorum, & incolarum eorundem, & executione & obſeruatione omnium, & ſingulorum in conceſſione, infeudatione, & literis huiuſmodi contentorum, & ab illis dependentium, quæ ſalutaria, ſeu opportuna quomodolibet videbuntur, etiam ſi talia eſſent, quæ mandatum exigerent ſpeciale, ac in generali commiſſione non caderent, *& infra*, plenam & liberam concedimus, vſque ad noſtrum beneplacitum valituram, tenore præſentium facultatem, &c. *Dat. Mantuæ IV. Kal. decembris pontificatus noſtri anno II.*

30 Impoſuit legato alijs literis [a] prouinciam, vt pacem in Sicilia componeret: *Quoniam*, inquit, *nuper fidedignorum relatione didicimus, de quo non poſſumus ab intimis mentis præcordijs, & amaricatis viſceribus non dolere, in regno Siciliæ, ac terra citra pharum, ſatore impellente zizania humanique generis hoſte, continuo inter nonnullos barones, duces, & comites, nec non vniuerſitates, & ſingulares perſonas intra regnum, & terram prædicta grauiſſima ſcandala, turbationes, & diſcordias ſuſcitata, ex quibus & dependentibus ab eiſdem regni, & terræ præfatorum tranquillitas, pax, & quies in perturbationem ſtatus, gloriæ, & nominis eorundem, ac regnantium & habitantium veriſimiliter, niſi de pacifico & concordi remedio celeriter & ſalubriter occurratur, poſſent euenire; nos, &c.* addit ipſum cum ampliſſima auctoritate ad Ioannam, ac regni proceres mittere, vt præter alia pacem inter eos conciliet, ad quam redintegrandam ipſum omnibus viribus iubet incumbere, illiuſque turbatores cenſuris atque alijs pœnis grauiſſimis comprimere.

a 16. ep. 179.

Diſſidia grauia in regno Neap. Legatus ea iuſſus componere.

31 Coniecerat [b] in carcerem Iacobum virum ſuum Ioanna, vt nullo illius metu licentiæ fræna laxaret, tantoque facinori eam ſpeciem prætendebat, magiſtratus Gallici generis hominibus ab ipſo traditos, ſeque libertatis & regiæ auctoritatis vſu iniuſte ſpoliatam fuiſſe. Cum vero ad Iacobum cuſtodia liberandum Carolus Francorum, & Carolus Nauarræ Reges, duxque Burgundiæ oratores in Italiam miſiſſent, ij de publica [c] ſibi Pontifice data fide, ſyngrapham accepere, in qua hæ cauſæ ipſorum aduentus expoſitæ: *Cum venerabilis frater noſter Nicolaus epiſcopus Aquenſis, ac dilecti filij Aegidius miles dominus de la Chollétiere, ac magiſter Petrus Ioannis in vtroque iure licentiatus ambaſſiatores, & nuntij chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Caroli Francorum, & Caroli Nauarræ Regum illuſtrium, & dilecti filij nobilis viri Ioannis ducis Burgundiæ, ac etiam nobilis vir Ioannes de S. Proretto alias Peta mareſchallus dominus de Piuato ad regnum Siciliæ, ac terram citra pharum, quæ iuris & proprietatis S. R. E. fore noſcuntur, & nonnullas alias mundi partes pro tractanda, & Deo auxiliante, ſalubriter concludenda concordia atque pace inter chariſſimam in Chriſto filiam Ioannam ſecundam Reginam Siciliæ illuſtrem & dilectum filium nobilem virum, ac principem Iacobum præfatæ Reginæ virum, de inclyta domo Franciæ trahentem originem, habeant præſentialiter ſe transferre, &c. Dat. Mantuæ XVI. Kal. decembris anno I.* Emiſſus eſt e carcere [d] Iacobus ijs legibus [e], vt regium nomen poneret, nec rem adminiſtraret gereretue: qui ex arce, capta fuga, Tarentū naui delatus eſt: in qua vrbe cum exercitū apparare, meditaretur ad ſumendas de aduerſaris pœnas, ac Reginam reprimendam in officioque continendam, hoſtilibus circumuentus copijs inde profugere in Gallias coactus eſt, vbi ipſum mortalibus rebus valere iuſſis, poſtea Franciſcanæ diſciplinæ ſe addixiſſe ex B. Ioanne Capiſtrano viſuri ſumus.

Iacobus Rex ab vxore tentus in carcere.

b Collen. et hiſt. Neap. lib. 5. & Summont lib. 4. c. 3

c Lib. 1. pag. 173.

Galliæ & Nauar. Reges pro eo liberando oratores mittunt.

d Ilarl. Signatel. in M.S. diar. Surit. lib. 13. c. 15

e Summ. lib. 4. c. 3.

Iacobus liberatur reſtitutus fugit.

32 Extremo hoc anno Pontifex data contra

Simoniaco ſceleri extinguendo dat operã Martinus.
a Lib. 1. ep. cur. pag. 198.

ſimoniacos in concilio Conſtantienſi edicta Mantuæ inſtaurauit [a] hoc nouo decreto.

Martinus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Simoniaca peſtis repullulat.

Præualente nequitia (quod non ſine grauiſſima cordis amaritudine recenſemus) hoc exitiale, peſtiferum, & multiforme monſtrum ſimoniæ nondum potuit ab Eccleſia prorſus abijci; ſed in grauiſſimum & periculoſum diſcrimen Eccleſiæ ſemper in ea graſſari, ſæuire, & dominari molitur: quibus pernicioſiſſimis conatibus, & tantis Eccleſię ruinis vehementer cupientes occurrere & (quoad nobis ex alto dabitur) pro ſalute fidelium efficaciter prouidere volentes, innouamus, ac de nouo confirmamus omnes excommunicationis, ſuſpenſionis, atque priuationis & interdicti ſententias & alias pœnas & cenſuras dudũ a ſummis Pontificibus in ſimoniacos latas atque promulgatas, quas ipſo facto incurrere volumus omnem manifeſtum, vel occultum ſimoniacum vbicumque ſimoniam commiſerit, & cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, eminentiæ, vel dignitatis exiſtat, etiamſi Cardinalatus, epiſcopali, vel alia quauis eccleſiaſtica, vel temporali etiam maxima præfulgeat dignitate, dictarumque ſententiarum excommunicationis, ſuſpenſionis, priuationis, & interdicti, aliarumque cenſurarum, & pœnarum abſolutionem ſiue releuationem nobis, & ſucceſſoribus noſtris, præterquam in mortis articulo, ſpecialiter reſeruamus, [reſciſſiſque priuilegijs, quibus ſimoniaci ſe tueri obtenderent, addit.] Ceterũ quia peſtis hæc ſimoniaca timẽs agnoſci frequẽter ouile dominicũ vulpinoſe ſubintrat, & aſtutia mirabili latenter ſerpit & inficit, nec poteſt facilius huic lethali morbo mederi, quam quod ſtatim detegatur, & prodeat in publicum; proinde ſtatuimus, præcipimus, & ordinamus, vt omnes, cuiuſcunque ſtatus, conditionis, eminentiæ vel dignitatis exiſtant, qui ſciuerit aliquem poſt hac commiſiſſe ſimoniam infra duos dies naturales, poſtquam id ad ſuam notitiam deductum extiterit, teneatur ſi præſens fuerit in Romana curia nobis, vel Apoſtolicæ ſedis camerario, aut ſuo vicegerenti, & hunc in vnius vel duorum teſtium præſentia, reuelare ſub eiſdem excommunicationis, ſuſpenſionis, aliiſque cenſuris & pœnis, quibus, vt præfertur, ipſum actorem ſimoniæ eſſe volumus innodatum; quas dictus non reuelans, vt prædicitur, ſeu tegens ſimoniam, tanquam eiuſdem fautor ſceleris incurrat ipſo facto, cuius abſolutionem nobis, aut ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſeruamus, decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus a quoquã, quauis auctoritate, contigerit attentari. Nulli ergo, &c. *Dat. Mantuæ* xvIII. *Kal. decembris pont. noſtri anno* 1.

Cenſuræ ſine dignitatum diſcrimine irrogatæ.

Percuſſi anathem. qui ſimoniacos non detulerint.

Archiep. Narbon. ſubtrahitur Viennenſi.

33 Non prætermittendæ ſunt viſæ nonnullæ Martini ſanctiones, a quas Cõſtantiæ ad Narbonenſis eccleſiæ archiepiſcopalis dignitatem reſtituendam tulit, quam cum Viennenſis archiepiſcopi auctoritati Calliſtus II. ac nonnulli alij Pontifices ſubdidiſſent, primatus Viennenſis iure imperioque ſolutam ac liberam ad ſecuturas ætates renunciauit [b]. Contendente pariter Bituricenſi archiepiſcopo patriarchali iure in Narbonenſem prouinciam ex vetuſtiſſimo more ſe pollere, lata eſt a Martino pro Narbonenſi archiepiſcopo ſententia [c], additaque ratio, id nimirum a ſe decerni, cum iam ante Toloſana prouincia ab Ioanne XXII. a Narbonenſi metropoli diuulſa extitiſſet.

b Lib. 1. pag. 227.
c Ib. pag. 226.

Ad dignitatem etiam ſedis Apoſtolicæ tuendam Martinus, cum præſules non raro Vrbani VI. ſanctione, qua ob ſchiſmatis tempeſtates præceperat, ne literæ apoſtolicæ promulgarentur antequam diœceſanis epiſcopis, eorumue adminiſtris oſtenſæ eſſent, abuterentur; eam ex concilij œcumenici ſententia reſcidit [a], cui decreto hæc temporis nota aſcripta eſt: *Dat. Conſtantiæ* 11. *Kal. maij an.* v.

a Lib. diuerſ. ep. cur. pag. 27.

34 Adductum eſt per id tempus in controuerſiam, num princeps pro pace publica cum defunctæ vxoris ſorore nuptijs iungi poſſit. Agebatur enim tum de matrimonio Ioannis comitis Fuxi, qui Ioannam Caroli Regis Nauarræ primogenitam vxorem duxerat, iamque viduus cum eiuſdem Ioannæ ſorore Blanca connubiũ inire cupiebat, Nauarreni regni ſuæ ſtirpi aſſerendi ſpe: cumque ea res Nauarris & Fuxenſibus pacem allatura crederetur, Martinus hoc edidit [b] diploma, quod afferendum viſum eſt, vt pateat rem nouam a Iulio II. non fuiſſe tentatam, atque Henrico VIII. iuſtum conflandi Anglicani ſchiſmatis ſpecimen defuiſſe.

b Lib. 1, pag. 126

Martinus, &c. venerabili fratri Ioanni epiſcopo Oſtienſi, & dilectis filijs Ioanni tit. S. Sixti ac Petro tit. S. Griſogoni presbyteris, S. R. E. Cardinalibus, ſalutem, &c.

Oblatæ nobis pridem pro parte dilecti filij nobilis viri Ioannis comitis Fuxi, & dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Blanchæ chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Nauarræ illuſtris nunc primogenitæ, & hæredis, nec non prælatorum, nobilium, procerum, incolarum, ac vniuerſitatum regni Nauarræ, & dominiorum dicti comitis petitionis ſeries continebat, quod fluxis iam temporum curriculis inter dilectos filios, ſubditos, & habitatores regni Nauarræ ex vna, & habitatores, incolas, ac ſubditos terrarum & dominiorum huiuſmodi grauiſſimæ contentiones & inimicitiæ & deinde ſcandala plurima ſunt ſecuta, ſed pro ſedandis contentionibus, inimicitijs, ſcandaliſque præfatis, & adhoc vt huiuſmodi habitatores, incolæ, nec non ſubditi vtriuſque partis, ſub pacifica tranquillitate viuerent, attentis maximè terrarum, & dominiorum præfatorum contiguitate, nec non diſcordiarum & inimicitiarum inter partes ipſas radice peſtifera, quæ ex limitibus terrarum, & dominiorum prædictorum inſurgebant aſſidue, & vt congruentius & honeſtius in honore, ac ſtatu conſeruari & ab aduerſantibus & antiquis maleuolis quietius præſeruari valerent; nec non ad conſolidandam quaſi perpetuo inter ipſos ſaluberrimã vnionem, inter Carolum maxime, dudum Regem Nauarræ illuſtrem & comitem præfatum, concordi præcedente tractatu de matrimonio contrahendo inter ipſum comitem & quondam nobilem mulierem Ioannam præfati Regis primogenitam & hæredem, matrimonium ipſum inter comitem & Ioannam præfatos ſolemniter contractum fuit, & deinde carnali copula conſummatum, ipſaque Ioanna nulla ex ea & dicto comite ſuper extante ſobole ab huius vitæ extitit mortalitate ſubtracta. Et, ſicut eadem petitio ſubiungebat, prælati, nobiles, potentes, & vniuerſitates tam regni Nauarræ, quam dominiorum & terrarum prædictorum deſiderantes ab intimis amicitiam ſemel contractam inter Regem, comitem ac incolas, ſubditos, & habitatores vtriuſque partis continuari, præmiſſaque dudum ſuborta ſcandala ad memoriam reducentes, cupiant votis feruentibus præfatos comitem & Blancham dictæ olim Ioannæ, vxoris quondam ipſius comitis ſororem adinuicem, matrimonialiter copulari, dictique comes & Blancha iam mutuo conſentientes, præmiſſa ad effectum concorditer perduxiſſent, niſi orta ex præmiſſis obſtitiſſet affinitas; quare pro parte comitis, & Blanchæ, prælatorum, nobilium, proce-

Caſus expoſitus.

rum,

rum, incolarum, & vniuerſitatum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus præmiſſis omnibus piè conſideratis, vt præfatæ affinitatis vinculo non obſtante, idem comes matrimonium cum præfata Blancha libere contrahere, & in eo, poſtquam contractum fuerit, licite remanere vtrinque valerent, diſpenſare de benignitate ſedis Apoſtolicæ, ac ſpeciali gratia, pro euidentiſſima ac publica vtilitate huiuſmodi & aliarum finitimarum partium ex diſcordia huiuſmodi inextimabilia damna perpeti debentium, miſericorditer dignaremur.

* 35 Nos igitur illius, qui facit in ſublimibus concordiam, vicarij (licet immeriti) conſtituti, inter eoſdem Regem atque comitem & partes ipſas renouari & perpetuari fœdus amoris, etiam pro tuitione orthodoxæ fidei, ac pace ſubditorum Regis, ac comitis præfatorum, & partium circumadiacentium ipſis paternaliter affectantes: ac etiam attendentes quanti poſſit eſſe diſcriminis tam animarum, quam corporum, præſertim inter illuſtres potentatus maximaque dominia, diſcordiarum & inimicitiarum fomenta vigere, & quot ſcandala etiam vrbium, & terrarum excidia poſſint exinde veriſimiliter ſuboriri, paci & ſaluti regni, terrarum, dominiorum, & aliorum prædictorum conſulere cupientes, & adhæc procedere conſultiſſimè intendentes, licet per prius vicibus repetitis multorum peritiſſimorum tam in ſacra pagina quam iure magiſtrorum pariter & doctorum exhibita conſilia ſuper ijs, & deliberatione, potiſſimè dilectorum filiorum Gallicanorum, ac maioris partis commiſſariorum aliarum nationum ſacri generalis Conſtantienſis concilij, aſſerentium huiuſmodi diſpenſationem de iure concedi poſſe, & a pluribus notabilibus dominis & prælatis illarum partium informatione ſuſcepta intellexerimus, plenarie aſſerentibus diſpenſationem ipſam non ſolum vtilem, ſed ſumme neceſſariam fore, & ſi non fiat exinde maxima ſcandala & horrenda veriſimiliter diſcrimina emeriura: conſultatione demum per nos habita cum nonnullis ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper his: nihilominus vt circa præmiſſam materiam exactiſſima diligentia & conſultius procedatur, circumſpectioni veſtræ de qua in ijs, & alijs ſpecialem in Altiſſimo fiduciam, nec immerito obtinemus, præſentium tenore committimus, quatenus habitis per vos prius ſuper diſpenſatione huiuſmodi facienda, an de iure diuino pariter & humano fieri poſſit a peritiſſimis in ſacra pagina magiſtris nec non in iure doctoribus conſilijs, nec non informatione plenaria a fidedignis quod ex huiuſmodi diſpenſatione ac matrimonio, ſi ſequantur inter Regem & comitem, prælatos, nobiles, vniuerſitates, atque dominia, parteſque prædicta & ſubditos pax & concordia, vt præmittitur ſint veriſimiliter iugiter permanſuræ, de præmiſſis omnibus & eorum circumſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra vos informetis: & ſi per conſilia, & informationem huiuſmodi inueneritis diſpenſationem ipſam de iure concedi poſſe, vt præfertur, ac etiam inter partes ipſas pacem & concordiam propterea, vt præmittitur duraturas, ſuper quibus veſtras conſcientias oneramus, cum ipſis Ioanne comite & Blancha nunc primogenita & herede dicti quondam Regis Nauarræ, vt impedimento, quod ex affinitate huiuſmodi quomodolibet prouenit non obſtante, matrimonium inter ſe contrahere, & in eo, poſtquam contractum fuerit, remanere libere & licitè valeant, eadem auctoritate & de gratia ſpeciali, dummodo propter hoc, dicta Blancha rapta non fuerit, diſpenſetis, prolem ex huiuſmodi matrimonio ſuſcipiendam legitimam decernentes. *Datum Gebennis id. iunij pontificatus noſtri anno 1.*

Pro parte affirmante concludit doctorum pars maxima.

Concludendi poteſtas duobus Cardd. demandata.

36 Contulerat ſe Gebennam paulo ante Martinus ª, cui e Conſtantienſi vrbe diſceſſuro Sigiſmundum Imperatorem ſtratoris munus & obſequium præſtitiſſe, ac frænum equi cultu imperiali nitentem tenuiſſe, pedibuſque extra vrbem deduxiſſe, refert Monſtreletus, additque Pontificem Gebennæ tribus menſibus commoratum, ſcilicet non completis, vt ex Felice Contelorio conſtat, qui illius itinera ex m. s. Vaticano ita deſcribit ᵇ: *Die xvi. maij anni MCCCCXVIII. Martinus V. Conſtantia receſſit, ac die v. iunij per Biernum caſtrum Lauſanenſis diœceſis tranſiens in monaſterium fratrum Prædicatorum aliquot diebus quieuit. Die vero vndecima iulij ſolemni pompa & acclamante populo in ciuitatem Gebennenſem eſt ingreſſus, vbi oratores Auenionenſes obuiam profecti fidelitatis præſtitere iuramentum. Hinc die tertia ſeptembris abiens, ac Seguſium & Taurinum iter faciens Mediolanum ingreditur, vbi perbenigne, ac ſplendide ſuſceptus altare maius eccleſiæ metropolitanæ conſecrauit, & die martis XXV. octobris vndecim Cardinalibus comitantibus Mantuam peruenit.*

Strator munus Cæſar Pontifici exhibet.
a Monſtrel. vol. 1. cap. 192.
Gebennæ Pont. aliquamdiu moratus.
Martini iter in Italiam.
b Contel. ex lib. diuiſion. ſeu partic. ſacr. colleg. & ex Manual. Rodulph.
Primaria ara eccleſiæ Mediol. conſecrata a Martino.

IESV CHRISTI
Annus 1419.

MARTINI PP. V. annus 2. SIGISMVNDI ROMAN. REGIS 9. EMMANVELIS II. IMP. OR. 36.

1 ANno ab orbe redempto quadringenteſimo decimonono ſupra milleſimum indictione duodecima Martinus Rom. Pontifex Mantua Florentiā februario menſe venit: in qua vrbe reliquam anni huius ac proximi partem egit, dū eccleſiaſticæ ditioni ex inuaſorum manibus eripiendæ vacabat: quæ vero Mantuæ geſſerit a nobis in primis percurrenda ſunt. Imperatas ſuperiore anno Sigiſmundi Regis Romanorum conſenſu inducias vidimus inter Vvladislaum Poloniæ Regem, & Cruciferos equites, vt facilius pax redintegrari poſſet: ad quam conciliandam illius interpretes & arbitros Iacobum Spoletanum & Fernandum Lucenſem epiſcopos ampliſſima muniros auctoritate legauit: extat ea de re pontificium diploma ᶜ Mantuæ exaratum, in quo, vbi mala ingentia, quæ bellum illud inuexerat deſcripſit, ſubijcit: *Vobis inter partes ipſas bonum pacis & concordiæ procurandi & etiam reformandi treuguas ſub ſpe pacis, ſufferentias, & inducias nec non concordiam atque pacem, vt præmittitur, indicandi, firmandi, & concludendi ſub pœnis, modis, capitulis, pactis, & conditionibus de quibus eidem veſtræ diſcretioni videbitur*; & infra: *plenam & liberam in præmiſſis concedimus tenore præſentium facultatem, &c. Dat. Mantuæ VIII. id. februarij anno II.* Meminit de ijs legatis Cromerus ᵈ, quos a Cruciferis amplis muneribus ſubornatos queritur, vnde priora inter Cruciferos ipſos & Vvladislaum Regem Poloniæ bella recruduerint.

Florentiam Pontifex pergit.
De pace inter Cruciferos & Polonos acta.
c Lib. 1. ep. cur. pag. 230
Inducias prorogat.
d Cromer. hiſt. Polon lib. 8.

2 Antequam etiam Mantua diſcederet Pontifex, vt ſuperiore anno Iudæorum Auinionenſium nequitiam repreſſerat, qui magico carmine euocabant dæmones, Chriſtianos ſimplices, iudaica ſuperſtitione inficiebant, fœneratoriamue artem exercebant impune, flagitiumque non eſſe dati mutuo auri decumam ſorte integra exigere effutiebant, ita hoc anno alios Iudæos, qui a Chri-

Iudæos ab iniurijs vindicat.

a Ib. pag. 234.

ſtianis iniuſte vexabantur, patrocinio ſuo texit, atq; ab iniurijs maleuolorum quos, vel fictum religionis ſtudium, vel prædæ cupiditas accenderat, aſſeruit propoſito cunctis Christi fidelibus a hoc edicto.

Ad futuram rei memoriam.

Quibus permotus argumentis.

Quia imaginem Dei habent, & reliquiæ eorum ſaluæ fient, ipſorumque conuerſatio vtilis eſt nimirum in præſtandis obſequijs, Chriſtianis, noſtramque defenſionem & auxilium ſuppliciter poſtulant & Chriſtianæ pietatis manſuetudinem miſericorditer expoſcunt, nos felicis recordationis Calixti, Eugenij, Alexandri, Clementis, Cœleſtini, Innocentij, Honorij, Gregorij, Vrbani, Nicolai, Honorij, & Clementis, aliorumque Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum, qui precibus eorum humaniſſime, vt in multis ipſorum Apoſtolicis literis vidimus contineri annuerunt, veſtigijs inhærentes, *& infra*: ſtatuimus & etiam ordinamus, quod ipſis in ſuis ſynagogis per quempiam nullatenus moleſtentur. *& infra*: omni impedimento ceſſante leges, iura, conſuetudines, atque ordinamenta ipſorum, ad bene tamen viuendum, & non in vilipendium catholicæ fidei, nulluſque Chriſtianorum cuiuſcumque conditionis exiſtens per violentiam ad lauacrum Sacri baptiſmatis aliquem Iudæum cuiuſcumque ætatis exiſtentem venire compellat quoquomodo, nec Iudæi ipſi aliquas feſtiuitates celebrare aut ſolemnitates ſeruare vltra leges ipſorum factis vel verbis in habere vel perſonis moleſtentur quouis modo ab aliquo vel vltra ordinem legis ipſorum, ſed non propter hoc extra domos ipſorum ſeu alias in publicum dominicis diebus, ac in feſtiuitatibus & ſolemnitatibus ciuitatũ, & locorum, in quibus Hebræi ipſi habitant ſeu habitabunt, operari audeant aut huiuſmodi dominicarum dies feſtiuitatumque ſolemnitates offendere videantur ſeu præſumant iidem Hebræi: qui etiam nullo tempore aſtringantur per aliquem ad portandum ſignum aliquod vltra antiquam conſuetudinem ciuitatum, locorum, & terrarum in quibus ipſos habitare contigerit. Eandem tamen conſuetudinem plene obſeruare teneantur; [interiectiſque nonnullis, quibus ipſis permittit, vt mercaturam facere poſſint, ſubdit:] Illos autem ex Iudæis prædictis duntaxat huiuſmodi protectionis præſidio volumus gaudere, qui nil machinati præſumpſerint in ſubuerſionem fidei memoratæ. Nulli ergo, &c. *Dat. Mantuæ 11. Kal. februarij pontificatus noſtri anno 11.*

Nec illi per vim ad baptiſmum rapiendi.

Vetiti feſtos dies violare.

Veneti oratores ab Vngaris tradiri cuſtodire.

b Ib. pag. 228.

Pontificia pro iis liberandis ſtudia.

Conſignatæ etiam extant III. non. februarij eiuſdem Pontificis literæ b ad patriarchas, archiepiſcopos, & epiſcopos datæ, cum Robertum Maurocenum & Fantinum Michaelem Thomæ Mocenici ducis Venetorum oratores ad Sigiſmundum Regem Romanorum miſſos apud Fuigiſtam in carcerem iniquiſſime coniectos accepiſſet: ad quos in libertatem vindicandos præfectum ſacræ ædis, cui S. Saluatoris Venetijs nomen eſt, proficiſci iuſſit; cunctoſque præſules hortatus eſt, vt operam ſuam illi ad hoc conferrent; ea enim re non modo ab Apoſtolica ſede, verum a Rege etiam Romanorum gratiam inituros.

Petrus Sabin. Card. miſſus Venetias.

c Ib. pag. 290.

3. Hæc mantuæ decernebat Pontifex, cum paucis poſt diebus Ferrariam profectus, ibi ſubſiſtit. ex qua vrbe Petrum epiſcopum Sabinenſem Cardinalem ad Venetam rempublicam legauit hoc dato ad ipſum diplomate c.

Venerabili fratri Petro, epiſcopo Sabinenſi S.R.E. Cardinali legato noſtro de latere ſalutem.

Cum te ad dilectos filios nobiles viros Thomam Mocenigo ducem eiuſque conſilium ac vniuerſitatem Venetiarum Caſtellanæ diœceſis pro nonnullis noſtris & Romanæ eccleſiæ arduis negotijs prouiderimus præſentialiter deſtinandum; nos volentes ea fraternitati tuæ concedere, per quæ duci, conſilio, & vniuerſitati prædictorum valeas te reddere gratioſum, & animarum ipſorum ſaluti conſulere, tibi ducem, conſilium, & communitatem huiuſmodi eorumque ſingulos a quibuſcumque excommunicationis ſententijs & alijs pœnis ſpiritualibus & temporalibus, quas ob quæcumque & qualiacumque ſtatuta ſeu ordinationes per eos contra libertatem eccleſiaſticam hactenus facta & factas, & alias quomodocumque geſta, acta, commiſſa, & perpetrata contra nos ſeu in ſuis obedientijs pro Romanis Pontificibus reputatos Romanam eccleſiam eccleſiaſticaſque perſonas noſtroſque & dictæ Eccleſiæ ſubditos quomodolibet incurrerunt, ſi hoc a te humiliter petierint per te vel alium ſeu alios idoneos in forma Eccleſiæ conſueta abſoluendi, injungendique eis & eorum cuilibet pro modo culpæ pœnitentia ſalutari & alia, quæ de iure fuerint iniungenda; ac dictas pœnas & ſententias quantum cameram apoſtolicam & publicum intereſſe concernunt, remittendi & relaxandi eoſque reintegrandi & in ſtatum priſtinum reponendi, ac alias ipſorum ſtatui ſuper prædictis, prout eidem fraternitati tuæ expedire videbitur recepto ab eis iuramento, quod talia vel ſimilia de cætero non facient vel committent prouidendi plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem. Volumus autem quod, ſi in futurum vllo vnquam tẽpore talia agerent vel committerent, quoad agentes ſeu committentes in caſibus pœnas & ſententias eos reincidere ipſo facto. *Dat. Ferrariæ id. februarij pontificatus noſtri anno 11.*

Inſtructus auctoritate ad ſoluendas cenſuras.

Tulerant leges contra ius eccleſiaſticũ.

Ne talia poſthac auderent cauetum.

Martini per Italiam itinera.

a M.S. vet. ebra. Florentin.

Ferraria iter intendit Florentiam Pontifex Bononienſis agri declinans fines cum ea vrbs libertatis inani ſpecie deluſa in Antonij Bentiuoli ſeruitutem ſe abiecisset a: Florentiam igitur accedens a primarijs viris populoque maxima gratulatione & pompa exceptus eſt. Hæc & ſuperiora Martini itinera Leonardus Aretinus hiſce verbis perſtringit b: *Peracto demum concilio in Italiam reuerſus per fines Mediolanenſium, Mantuanorum, Ferrarienſium, Rauennatium, Forolinienſium, Florentiam venit, Bononiam vitans, quæ ſe per id tempus in libertatem vindicauit.* Deſcribit accuratius ſingula hæc itinera Felix Contelorius ex libro participationum ſacri collegij & manuali Rodulphi Rocilgini cameræ apoſtolicæ notarij, & diario Florentino c:

b Leonard. Aret. in hiſt. ſui temp. & ex eo S. Antonin. 3. par. tit. 22. c. 7. §. 1.

c Diar. Floren. ab anno 1406. ad an. 1439. & alia.

Die, inquit, ſeptima februarij Mantua egreditur Ferrariam tranſijt ac monaſterium S. Salui prope Florentiam aduenit: vbi capitanei partis Guelfæ album equum ſerico rubro tegmine coopertum cum frænis auro argentoque lucentibus obtulerunt. Hinc ad S. Gallum obuiam habuit delectos reipublicæ Florentinæ primates, ſupra eius caput mappulam ſuſtollentes, ac reipublicæ adminiſtratores cum maxima equitum multitudine, iudices Mercatorum Societatem; cæteroſque ciues & populum: Vbi vero die dominica XXVI. februarij prope vrbem ſtetit domini ciuitatis ſub alia mappula auro ditiſſima armellinis pellibus ornata Pontificem equitantem receperunt: præcedebat ciuitatis clerus ſolemni cultu reliquias deferens, ſubſequebantur ciues equites, iudices, cæteraque nobilitas! hinc crux pontificis & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deferebatur: poſt Cardinales Pontifex medius inter ciues nobilitate præſtantes, ætate feruidos, inceſſu graues, vultu decoros, veſtitu ſplendidos, capite laureatos, oliuam manu deferentes equitabat. Progrediens

Exceptus a Florentinis magno honore.

Lauro redimiti oleæ ramos præferentes occurrunt.

Digitized by Google

diens igitur per burgum S. Laurentii & prope flumen Palea in eccleſiam S. Mariæ de Flore per tabulatum pannis ornatum ſericis ob dignitatem Pontificis a ciuibus erectum ingreditur: factaque oratione populum benedixit. Et infra: *Confluebant ex vicinis ciuitatibus & caſtris verum Chriſti vicarium & vnicum Eccleſiæ caput veneraturi ciues & duces, inter quos magno cum equitatu plumbini principes, Berardus de Varano dux Camerini, Ludouicus Alidoſius Imolæ vicarius, Trincius de Trincijs Fulginei dominus.* Et infra: *Ex partibus etiam Aragoniæ relicto Petro de Luna, venere Florentiam XVII. martij MCCCCXIX. Ioannes Murillius abbas montis Aragonum tit. S. Laurentij in Damaſo presbyter, Carolus de Vrries S. Georgij ad Velabrum, Alfonſus Carillus S. Euſtachij, Petrus Fonſeca S. Angeli diaconi antecardinales Kal. auguſti anni MCCCCXVIII. Gebennis in S. R. E. Cardinales recepti ſeu confirmati.*

Principes Italiæ ad eum concurrunt.

Cardd. Lunani eum adeunt.

4 Non potuit in vrbem contrarijs ſeditioſorum factionibus fluctuantem tuto ſe conferre: ad cuius ſedandos motus cum iam ante Cardinalem S. Euſtachij legatum creaſſet, neque is adhuc in priſtinam concordiam Romanos reuocare potuiſſet, tum etiam in agro Romano contrariæ factionis principes bellum gererent, miſſus [a] eſt Florentia Ioannes e Saona Reatinus decretorum doctor, vt perduelles pœnis coerceret, imperataque [b] inter Baptiſtam Sabellum & Carolum Vrſinum induciæ fuerunt, quos Pontifex apoſtolico ſtudio inter ſe conciliare meditabatur. Nondum etiam Ioanna II. Regina molem Hadrianam, Oſtiam, & Ciuitatem vetulam reſtituerat Eccleſiæ, quamuis in pontificiam poteſtatem eas ſe reducturam miſſo Florentiam Ioanne Caracciolo ſpopondiſſet [c]. Præterea Braccius e Montone Perufij tyrannus, de quo antea memoraui, inter medios ſchiſmatis tumultus magnam ditionis eccleſiaſticæ partem in ſuam tyrannidem redegerat, dum Balthaſarem Coſſam tueri præſeferebat, verbiſque proſequebatur. Martinus itaque prouinciam dedit [d] Romano de Abiamonte nobili iuriſconſulto Vrbeuetano, vt pontificio nomine reciperet vrbes & arces, quas Tartalia e Lauello præſidiario milite eccleſiaſtico armarat, earumque præfecturam gereret: *Cum*, inquit, *dilectus filius nobilis vir Tartalia de Lauello nonnullarum gentium noſtrarum armigerarum capitaneus Terram Curneti, Tuſcanenſis Diœceſis, & nonnulla alia ciuitates, caſtra, terras, & loca, cum eorum arcibus, rocchis, & fortalicijs, villis, diſtrictibus, iuribus, & pertinentijs eorundem, ac cuiuslibet ipſorum, ad nos, & Romanam eccleſiam pleno iure ſpectantibus, nobis, & dictæ eccleſiæ infra certum tempus, & ea modo, & forma, & prout in certis inſuper hoc capitulis factis, plenius continetur, tradere, & conſignare realiter teneatur, &c. Dat. Florentiæ x. Kal. octobris pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Romani ſeditionibus diſcordijs implicati.

[a] Lib. 1. ep. cur. pag. 251.

[b] Ib. pag. 252.

Induciæ inter proceres imperatæ.

Braccius tyrannus ſcribitur.

[c] Summont lib. 4. hiſt. Neap. c. 3.

[d] Extant eius lit.

5 Quod vero ad Balthaſarem attinet; cum is in cuſtodia a Ludouico Bauariæ duce teneretur, Martinus triginta aureorum millibus ob ſumptus a duce factos redemptum ad ſe perduci iuſſit [e], de qua auri vi Palatino numeranda data ſunt Nicolao Vzano mercatori Florentino hæc mandata: *Cum*, inquit, *ex quibuſdam cauſis ad id animum noſtrum mouentibus, ac præcipue miſericordiæ & pietatis intuitu diſpoſuerimus, quod Balthaſar Coſſa, olim Ioannes XXIII. in ſua obedientia nuncupatus ad noſtram præſentiam transferatur, &c. Dat. Ferrariæ id. februarij pontificatus noſtri anno ſecundo.* Alijs vero literis [f] Ioanni epiſcopo Lubecenſi præcepit, vt eundem Balthaſarem a comite Palatino Rheni receptum ad ſe perduceret. Verum ille, cum ex itinere ad Petrum Rubeum amicum diuertiſſet, timens ne a Pontifice in perpetuum carcerem mitteretur, noctu inſcio Apoſtolicæ ſedis internuncio fuga euaſit; vnde grauis iniecta eſt ſuſpicio, ne ille tentare priores apices ſibi aſſereret, ſchiſmaque renouaret: de quo hæc Leonardus Aretinus [a].

Balthaſar Coſſa ad Pontif. tranſferri iuſſus.

[e] Lib. 1. ep. cur. pag. 233.

[f] Ib. pag. 234.

Erat ſcrupulus quidam apud multos, quoniam depoſitio abdicatioque illius violenta fuerat, num iure ſubſiſteret, quod ſi illa dubia Martini quoque electio in ambiguum veniebat, quoniam non vacanti Eccleſiæ prouideri de nouo paſtore non poterat. Ob hunc timorem Martinus, & ſimul ne Germaniæ principes hoc habentes idolum per eam occaſionem aliquid quandoque molirentur, redimendum Ioannem & in Italiam reducendum prouidit. Igitur per hunc modum exemptus carcere, cum in Galliam perueniſſet, conſilio Martini cognito (id erat vt Mantuæ perpetuo carcere teneretur) antequam Mantuam veniret, rurſus aufugiens in Liguris abijt. Ibi cum eſſet liber & ſui iuris ſine conſcientia ductus, ſiue quod deſperabat aliquid proficere poſſe, ſponte ſua Florentiam venit, & ſeſe pedibus Martini ſubijciens, eum vt Pontificem verum & vnicum recognouit, nono nimirum Kal. iunias, vt obſeruat Contelorius: *In aduentu eius tota ciuitas obuiam profuſa multis lachrymis & incredibili commiſeratione reſpexit hominem de tantæ dignitatis faſtigio in tantas calamitates prolapſum: ipſe quoque miſerabili prope habitu incedebat. His omnibus commiſeratio populi augebatur. Susceptus a Martino tandem interceſſione ciuitatis primus Cardinalis efficitur, nec annum integrum ſuperſtes e vita migrauit* nimirum XXII. decembris huius anni vt obſeruat felix [b] Contelorius, eadem e Leonardo deſcripſit S. Antoninus [c] hæcque addit: *Solemniſſimæ eccleſiaſticæ exequiæ ſunt eo exhibitæ, ſepultuſque ſolus in oratorio Ioannis Baptiſtæ in ſepulchro partim æneo ſeu aurichalceo partim marmoreo.*

[a] Leon. Aret. in hiſt. rer. Italic. Vvalſing. hiſt. Angl. hoc ann.

Perpetuo carceri addicendus Mantuæ, fugam capit. Florentiam venit. Martinum vt verum Pontificem colit.

Primus Cardinalis creatus.

[b] Fel. Contelor. in elencho Card. Bonif. IX.

[c] S. Anton. tit. 22. c. 7. §. 2.

6 Plurimum momenti attulit ad confirmandam eccleſiarum coniunctionem illa Balthaſaris Coſſæ demiſſio ac reuerentia Martino ſponte præſtita, cum quæſtio an iure exauctoratus & ſponte ceſſiſſet penitus ſublata fuit. Supererat ad conſtabiliendam Eccleſiæ pacem, vt Petrus e Luna, qui Paniſcolæ in Valentino regno a ſuis Cardinalibus deſertus agebat, pertinaciam & pontificalia inſignia poneret: ad quem e gradu deijciendum Pontifex recurrente ſacræ cœnæ dominicæ die anathematis ſententiam in hæreticos latam in Petrum ipſum eiuſq; ſectatores tulit, cuius formulam [d] hiſce conceptam verbis adducere placuit.

Contumacia tuiſſe Martini in diuinas.

Petrus e Luna contumaciſſimus.

[d] Ext. l. 1. ep. cur. pag. 257.

Ad perpetuam rei memoriam.

Excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filij & Spiritus ſancti, auctoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ac noſtra omnes hæreticos, & *infra*. Item excommunicamus & anathematizamus iniquitatis alumnum Petrum de Luna Benedictum XIII. ſe nominare auſu ſacrilego præſumentem, iuſto Dei iudicio ac per proceſſus ſacri generalis concilij Conſtantienſis & noſtros, eius demeritis exigentibus, hæreticum atque ſchiſmaticum & ab Eccleſia præciſum ſententialiter condemnatum, & omnes adhærentes, complices, & ſequaces ipſius, & dantes ei auxilium, conſilium, vel fauorem, cuiuſcumque præeminentiæ, dignitatis, vel ordinis, etiam ſi pontificali, regali, reginali, vel quauis alia, vt præmittitur eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate [nonnullis interiectis hoc fulmine iurium Romanæ eccleſiæ inuaſores percutit]. Item excommunicamus & ana-

Latum in eum anathema.

Digitized by Google

Et a ditionis eccleſ. inuaſores,

anathematizamus omnes alios, qui per ſe vel alium ſeu alios directe, vel indirecte ſub quocumque titulo, vel colore occupant, detinent, vel hoſtiliter diſcurrunt, ſeu inuadunt aut occupare, detinere, vel diſcurrere hoſtiliter præſumunt in totum ſeu in partem almam vrbem, regna Siciliæ, Trinacriæ inſulas Sardiniæ, Corſicæ, terram citra Farum, patrimonium B. Petri in Tuſcia, ducatum Spoletanum, comitatum Venayſini, Sabinæ, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trabariæ, Romandiolæ, Campaniæ atque Maritimæ prouincias, ac terras ſpecialis commiſſionis & Arnulphorum; ciuitates quoque noſtras Bononienſem, Ferrarienſem, Beneuentanam, Perutinam, Auinionenſem, ciuitatem Caſtelli, Tudertinam, & alias ciuitates & terras & loca vel iura ad ipſam eccleſiam ſpectantia & pertinentia & adhærentes, ac fautores & defenſores eorum, ſeu in ijs dantes eiſdem auxilium conſilium vel fauorem. [Denique omnia priuilegia, quæ obtendi contra poſſent, abrogat decernitque a nemine illos, niſi ab Romano Pontifice abſolui poſſe.] *Dat. Florentiæ 11. id. aprilis pontificatus noſtri anno 11.*

7 Obduruerat adeo in perfidia Petrus e Luna, vt nullis cenſuris, ſed tantum ferro edomari poſſet: quare diſceſſuro e prouincia Alamanno tit. S. Euſebij presbytero Cardinale ineunte anno ſparſum, ab eo & Rege Alfonſo rumorem narrat [a] Surita Paniſcolam obſidione cingendam. At illum inanem fuiſſe mox viſuri ſumus: cumque abolendarum ſchiſmatis reliquiarum cura grauiter Martinum vreret, Bernardum epiſcopum Tifernatem iterum in Aragoniæ & Valentiæ regna, & Baleares inſulas, datis 111. id. iunij literis [b], internuntium decreuit. Amplificata eſt pluribus diplomatibus [c] eius auctoritas, vt ſchiſmaticæ ſocietatis flagitio contaminatos abſolueret [d], eccleſiaſticas [e] controuerſias dirimeret, poſtremo implorata principis ope inſectaretur [f] armis *perditionis filium*, vt ait, *Petrum de Luna olim Benedictum XIII. in eius obedientia nominatum, per ſacrum generale concilium Conſtantienſe culpis & demeritis ipſius exigentibus, ac iuſto Dei iudicio finaliter & legitimè hæreticum, atque ſchiſmaticum condemnatum, & a papatu, quem prætendebat depoſitum, pertinaciter ſe nominare Benedictum XIII. damnabiliter præſumentem, & notorie Dei Eccleſiam malignitate deteſtabili ſcindere ſatagentem.* Diſſoluit Alfonſus Rex internuntij apoſtolici curas & labores, nec in Paniſcolam ſacra arma verti paſſus eſt, vt fiduciarium regni Neapolitani ius a Pontifice extorqueret; vnde regio tectus patrocinio antipapa ad officium magno cum ipſius pluriumque aliarum animarum exitio adigi non potuit: de quo poſtea grauiſſimè Martinus [g] queſtus eſt. Nunc reliquas res Hiſpanicas proſequamur.

a Surit. annal. lib. 12 cap. 72.
Petrus e Luna ferro tantum domandus.
b Lib 1. pag. 272
Decretus in Aragoniam internuntius.
c Ib. pag. 273. ad 284. & 295. 297.
d Super. pag. 277.
e Super. pag. 284.
f Ibid. pag. 279.
Iuſſus armis Petrū e Luna domare, Alfonſus Rex illum tuetur.
g Mart. tom. 9. breu. pag. 3.

8 Implicito, vt vidimus, Ioanne Luſitaniæ Rege Africano bello ad proferendos latius Chriſtiani imperij terminos, Pontifex, vt pios eius conatus promoueret, vniuerſos fideles encyclicis literis rogauit, vt Luſitanum armis commeatuque iuuarent, ac neceſſaria ad ſuſtentandum cruceſignatum exercitum vndique efferri deuehique permitterent.

Io. Luſit. Rex bellū in Africa gerit.

Vniuerſis & ſingulis, ad quos præſentes literæ peruenerint, ſalutem, &c.

Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Portugalliæ & Algarbij Rex illuſtris, celſitudine animi & maturitate conſilij fretus, ob feruorem fidei tranſmiſſo nuper propria claſſe mari, exercituque in partibus Africæ expoſito terras, quas Saraceni inibi occuparunt, magnanimiter & potenter inuaſerit, atque in ijs locis Ceptam vrbem magnam atque notabilem ceperit, captamque tenuerit atque teneat in Chriſti nomine cuſtoditam, ac perſæpe, vt accepimus, magni impetus Saracenorum pro illa recuperanda fiant, ad quos repellendos & cuſtodiendam vrbem præfatam idem Rex armis, viris, equis, victualibus, & alijs rebus neceſſarijs plurimum indigere videtur; nos cupientes ab intimis, vt præfato Regi, vtpote commendabiliter & glorioſe in hoc operanti, per Chriſti fideles opportune ſubueniatur, vniuerſitatem veſtram requirimus, hortamur, atque etiam rogamus, quatenus pro fauore fidei & Chriſtianitatis augmento in hoc tam pio & glorioſo opere pro Dei reuerentia & debito religionis, ad quam defendendam vnuſquiſque veſtrum aſtringitur, præſtare velitis auxilium & fauorem; nos enim, quo liberius idem Rex ad cuſtodiam & defenſionem prædictas incumbere valeat, tam eidem Regi & filijs ſuis, quam etiam cæteris omnibus Chriſti fidelibus, qui ad proſecutionem huiuſmodi negotij ire voluerint, quod tam in regnis Hiſpaniarum, quam in alijs partibus & dominijs Chriſtianorum arma, equos, victualia, ac cæteras res ad ipſos ac exercitum eorum, nec non defenſionem & ſuſtentationem dictæ vrbis neceſſarias & quomodolibet vtiles, emere ac ſecum de regno ad regnum de patria ad patriam, tam per mare quam per terram, ad dictam vrbem & exercitum portare & ducere poſſint & valeant auctoritate apoſtolica concedimus per præſentes; hortantes nihilominus vniuerſos & ſingulos Reges, principes, duces, ac cæteros dominos temporales cōmunitates quoque & vniuerſitates ciuitatum & oppidorum, quatenus pro Dei amore & ſedis Apoſtolicæ reuerentia huiuſmodi conceſſionem noſtram obſeruari faciant, & obedienter a ſingulis cuſtodiri. *Dat. Florentiæ 11. non. aprilis pontificatus noſtri anno 11.*

Afri Ceptam vrbē recuperare moliuntur.

Monet fideles, vt Ceptæ opē ferant.

9 Debuiſſent certe Reges ac principes Luſitano ad ſubijciendam Chriſto Africam ſe coniungere: at illi vel ſuis commodis ſtudere, mutuiſue bellis ſeſe atterere: in Gallijs enim Anglus Rothomagum decima nona ianuarij triumphali pompa ingreſſus [a] victorias latius proferebat [b], Delphinus receptis Turonibus circumferebat [c] ſigna, Burgundiæ ex laniati regni cladibus augebatur: ac licet plurima de pace colloquia facta fuerint, inde tamen maiora poſtea ſurrexere bella. In primis cum Henricus Rex Anglorum Catharinam Regis Caroli filiam vxorem ſibi dari popoſciſſet, ac medio aprili celebres cœtus ſpe pacis conficiendæ coacti fuiſſent, petente Anglo Rege [d] ampliſſimos dotales principatus, colloquia de fœdere ſublata ſunt: Anglus vero graues in Burgundiæ ducem iras concepit, quaſi ipſius votis ille obſtitiſſet; adeo vt eum vna cum Rege Carolo a ſe euerſum iri minitaretur [e]. Tum Martini Pontificis ſtudio concordia XI. iulij die Burgundum inter ac Delphinum redintegrata [f], ac præſente Alano epiſcopo Leonenſi in Britannia internuncio apoſtolico iureiurando ſolemni fœdus ſancitum eſt, vt vnanimes Anglicos impetus reprimerent.

Sed Ioannes Burgundiæ dux neque ereptas vrbes regias reſtituit, neque in Anglos arma vertit; indeque de eo necando ab Aurelianenſium partium ſtudioſis captum conſilium: cum enim menſe ſeptembri ad colloquium a Delphino excitus [g] fuiſſet, atque inceptus, quod non deduxiſſet ex

Angl. Rex potitur Rhotomago.
a Iuuenal. vr. in Carol. 6. hoc ann. Monſtrelet. vol. 1 cap. 201.
b Id. cap. 208. 209.
c Cap. 204.
d Cap. 206.
e Eod.
Inter Burgundum & Delphinum pax ſancita.
f Extant ea de re publ. lit. cap.
Ex ſiue dictæ promiſſis defuit.
g Cap. 211.

regias

Digitized by Google

regijs vrbibus præſidiarios milites, neque copias aduerſus Anglos in aciem eduxiſſet, manum enſis capulo imprudenter admouit, ac repente contrucidatus eſt inſcio coniurationis Delphino [a], ac permittente diuino Numine, vt qui proditione conſanguinei ſanguinem ſuderat, proditus occumberet, adhibitæque in alios ſæuitiæ pœnas daret; neque eccleſiaſticis Sacramentis muniretur, qui aduerſæ factionis homines tradendos ſupplicio illis procurari, vel filios ſacro lauacro ablui vetuerat [b]. Hic tamen Burgundi fuſus ſine legibus cruor maiori cruoris effuſione vindicatus eſt; licet enim Delphinus ſcriptis XI. ſeptembris literis iure cæſum ob perfidiam, ac proditionem promulgaſſet, Burgundi tamen ſectatores adeo in Delphinum alijs literis [c] perfidiæ & proditionis crimen intendere, vt Pariſienſes vna cum comite S. Pauli ad vindicandam Burgundi cædem ſe obſtrinxerint a maximo Galliarum exitio, ac Philippus Ioannis ducis filius ira furoreque accenſus Delphinum ipſum, Regem, Reginam, regnumque in Gallici nominis hoſtis poteſtatem traduxerit: vnde crudelia & exitioſa bella coorta ſunt cruento vtrinque Gallorum atque Anglorum ſucceſſu, quibus de rebus fuſe agunt auctores [e]. Iis addit Iuuenalis Vrſinus [e] hoc anno Anglos a Gallis & Hiſpanis fœderatis maritimo prælio victos.

Caſus.
a Ibid. & Iuuenalis Vrſin. in car. 6.
Dux impietas.
b Extant de eo lit. Car. Reg. apud Monſtrelet. c. 216.
c Extant apud eund. cap. 212.
Ora diſſidia in Galliis.
d Id. cap. 213.
e Monſtr. vbi ſup. Iuuen. & Paul. Æmil. in Car. VI. Meyer lib. 15. Walſing. l. 5. & Polid. Virgil lib. 22.
Philippus filius patris necem vindex.
e Iuuenal. Vrſin. in Carol. 6.

10 Funeſtior longe [f] erat regni Bohemici conditio, creſcente in dies cum impietate diſcordia, quam quidam Ioannes Præmonſtratenſis vehementius accendit: is enim Pragæ ad oſtentationem pietatis Euchariſtiam circumducebat, vt ſacrilegio populum in ſcelera & cædes concitaret, auctaque eſt in dies Huſſitarum impietas adeo, vt & ſacros miſſæ ritus immutare auſi ſint, & quiſque ſacerdos nouam miſſæ formam condiderit, quos ita refellit Thomas Vvaldenſis [g]: *Pragenſium Vviclefiſtarum quidam feruntur pro miſſæ officio euangelium totum dicere ſecundum Ioannem: Ante diem feſtum paſchæ; quidem; Qui pridie; quidam, aliud. A quibus omnibus ſi peteremus probari ſic fuiſſe de more primitiuæ Eccleſiæ, aut ſic orare in miſſa, muti ſilerent. Et cur ergo patrum traditionibus, aut ſcriptis non credunt? Quia, inquiunt, non ſic feciſſe Chriſtus aut diſcipuli, ſed ſequaces eorum in Eccleſia dicuntur. Vnde hoc noſtis? Si non noſtis, ſed autumatis hæc eſſe, grandi periculo veſtro contra totam Eccleſiam orbi terrarum inexcuſabili ritu per vos inuento deſipitis. Breuiter aiunt: Si veſtra forma ſit Chriſto conformis, hoc vbi vos legitis? Si non legitis, non credemus. Hoc vtuntur paralogiſmo, Pelagiani plane hoc ſemper vtuntur, vt ſua, quam appellant, libertate fruantur.* Hoc errore adducti nonnulli nouatores, poſtea agnum paſchalem elitare auſi ſunt more Iudaico.

Bohemicæ res.
Dirum Io. Præmonſtratenſis facinus.
f Æneas Siluius hiſt. Bohē. cap. 37. Cocl. hiſt. Huſſit. lib. 4. Dubrau. lib. 23. & alij.
g Thom. Vvalden. tom. 3. tit. 4. cap. 28.
Miſſæ forma immutata ab hæreticis.
Magiſtratus cæſi ab hæreticis.

Dum autem ignauus Vvenceslaus laxas hæreticis habenas dabat, experimento didicit, euerſa religione, regna ſimul euerti. Conflata enim eſt coniuratio Pragæ, & impetu occupatum vrbis prætorium, ex quo vndecim conſules fuga ſaluti ſuæ conſuluere; reliqui ſeptem vna cum iudice e feneſtris præcipites deiecti haſtiſque transfixi, oſtentante ſanguinarijs hæreticis Euchariſtiam Ioanne; nec regius equitatus, qui ad tumultum accurrerat, in hæreticos perduelles incurrere auſus eſt; ſed in fugam turpiter ſe coniecit. Tam atrox facinus vlciſci excuſſa parumper ſegnitie Vvenceslaus parabat, Sigiſmundo Romanorum Rege fratre ſuo principibuſque amicis in auxilium vocatis: ſed paralyſi correptus decem & octo dierum morbo extinctus eſt, ignatis nominibus hæreticorum, quos afficere ſupplicio decreuerat; cuius obitum ita conſignat Coclæus: *Mortuus eſt anno Domini* MCCCCXIX. *die XVI. menſis auguſti ætatis ſuæ quinquageſimo ſeptimo, cum regnaſſet in Bohemia annos quinquaginta quinque.*

Vvenceſl. Regis Bohemiæ.

Defuncto Vvenceslao hæretici Ziſca ſignifero effrænatius in catholicos debacchati ſunt, nec non etiam religionis monumenta & decora diruerunt [a], interque cætera, conditum a Carolo IV. Imperatore monaſterium Aulæ regiæ ad Multauiæ ripam ſitum, in cuius dormitorij parietibus nouum & vetus teſtamentum a Geneſi ad Apocalypſim deſcripta erant magno artis lenocinio, creſcentibus ita paulatim literis, quæ ſublimiori parte erant locatæ, vt legi facile a quouis poſſent. Carthuſiani ab impijs pariter pulſi, quod ob cœleſtium rerum tractationem, atque ab hominum ſtrepitu ſeceſſum, vt inutiles populo ſucs ſaginari dicerent. Poterat tot mala tollere, vel ſaltem ſedare Sigiſmundus Rex: ſed cum expeditionem Bohemicam intermiſiſſet, vt Turcicæ vacaret, nec defendit [b] Hungariam & Bohemiam amiſit, cum eo cunctante hæretici in audacia confirmati expugnarent arces, & catholicos, vi & ſupplicijs ad impietatem amplectendam adigerent, adeo vt ſerius ipſos, iam regno vniuerſo deprauato potitos, bello adortus ſit.

Hæreticorum graſſationes in ſacra loca.
a Æn. Silu. hiſt. Boh. cap. 32. Cocl. l. 4. Dubrau. lib. 23. & alij.
ald. Cocl. lib. 5.
b Æneas Silu. hiſt. Bohem. cap. 31.

11 Hoc anno magnum ſanctitatis lumen B. Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum in terris extinctum eſt, vt cœlo fulgeret, cuius obitum accurate Baronius [c] in notis ad martyrologium Romanum ita conſignat: *Obijt anno Domini* MCCCCXIX. *adnumeratuſque eſt inter ſanctos a Calliſto III. Papa.* Et infra: *In eius canonizationis actis habetur diem obiiſſe quinta aprilis feria quarta ante dominicam palmarum: quo anno, vt ex computo liquet, celebrari contigit paſcha die decima ſeptima menſis aprilis; vnde corrigendi ſunt textus, qui habent deceſſiſſe anno Domini* MCCCCXVIII. *nam eo anno menſe martio paſcha contigit celebrari.* Deſcripſere eius admirandas res geſtas plures auctores [d], vtque inter cætera a Chriſto euangelium promulgare in occidente iuſſus ſit; & maxime apud Saracenos, dum Granatæ concionabatur, venerationi fuerit; a concilio Conſtantienſi in difficillimo fidei articulo conſultus [e] ſit; Petrum e Luna ſæpius monuerit, vt papalis inſignia dignitatis deponeret, & miraculis clarus innumeras animas ad ſalutem reuocarit. Nobis e Petro Ranzano extremos vitæ actus delibare ſufficerit.

S. Vincentij Ferrerij pius obitus.
c Baron. in notis ad mar. tyr. Rom. 5. april.
d Petrus Ranzanus. Pius mit. apud Sur. tom. 2. 5. april. S. Antonin. 3. part. tit. 23. c. 2. Leander lib. 5. de viris illuſt. ord. Præd.
Vincentius a Chriſto ad prædicandum euangelium.
e Surit lib. 12. c. 73. Marian. lib. 20. c. 10.

Ita verbum vitæ diſſeminauit, vt eius ſermonem Dominus confirmarit ſequentibus ſignis. Venetia, quæ eſt huius Britanniæ vrbs, poſitus a fratribus, qui eum ſequebantur admonitus eſt, vt in Hiſpanias reuerteretur, & iam ætate grauis in patrio potius, quam peregrino ſolo moreretur. Verum ille memor verborum Chriſti, quæ Auinione decumbenti dixerat, vt ſupra libro ſecundo annotatum eſt, nempe vt occidentem euangelizando peragraret, eorum conſilijs nulla ſe ratione obſequi velle reſpondit. Cum enim hæc Britannia ad oceanum in extremis occidentis finibus ſita ſit, exiſtimabat eam eſſe regionem, in qua Chriſtus eum prædixerat e corpore migraturum. Tandem vero importunis illorum precibus flexus decreuit abire Venetia, & in Hiſpanias proficiſci, cum ſit enim Hiſpania quoque in orbis terrarum finibus poſita, poterat non abſurde accipi de ea Chriſtum eſſe loquutum. Itaque Venetia ciuibus primo generatim admonitis, vt doctrinæ ſuæ memores eſſent, ſuoque diſceſſu incredibili mœrore affectis, media nocte iter aggreſſus eſt ſedens aſello, cumque ſe iam aliquot paſſuum millia confeciſſe arbitraretur, die illuceſcente ad ipſius vrbis portas ſe eſſe

Diuinitus retentus apud Venetus in Britannia.

Digitized by Google

niſi conſiſtentum, tum vero ad ſocios conuerſus: Redeamus, inquit, fratres mei in vrbem, nihil enim iſthuc ſibi vult aliud, niſi ſic viſum eſſe Deo, vt in hac regione defungar. Et infra: *Altera luce acerrimis corripitur febribus, & acerbo per membra omnia dolore cruciatur, ita vt pene totus defeciſſe videretur: nec tamen his potuit retardari quo minus ſancti viri officio fungeretur. Conuocauit igitur in primis fratres ſuos & eis ſui obitus diem indicauit, moxque accito ſacerdote, cui confeſſionem facere ſolebat, illi confeſſus eſt, petitque ſibi impendi plenam peccatorum omnium remiſſionem, quemadmodum Martinus Pontifex Maximus illi antea conceſſerat: deinde alia Eccleſiæ ſalutifera Sacramenta tanta cum religione & pietate percepit, vt ſanctis verbis, crebris lachrymis, hymnis, & precibus omnes ita commouerit, vt nemo eſſet, qui non profuſe lacrymaretur. Poſtea triduo toto admonuit eos, qui viſitandi cauſa ipſum adibant, vti ne doctrinæ ab ipſo perceptæ obliuiſcerentur.*

Nouam ſacra exomologeſi expiat.

12 Et infra. *Cum iam autem dies nouem abfuſſent petijs ſibi legi paſſionem Christi, quemadmodum a ſingulis eſt euangeliſtis conſcripta; deinde recitari voluit ſeptem illos pſalmos, quos pœnitentiales vocant, quos quidem pſalmos atque etiam totum pſalterium tamdiu dixit, donec & corporis viribus & linguæ officio eſſet destitutus. Ad extremum lecta eſt litania, qua abſoluta, mox totus quadam iucunditate & hilaritate perfuſus iunctis ſublatiſque manibus & oculis in cœlum migrauit ad Dominum. Sub hoc tempus viſa eſt per feneſtram eius loci, in quo decumbebat innolare ingens multitudo papilionum miri candoris, qui paſſim circumuolitantes, tum demum receſſerunt, cum ille ſpiritum exhalauit, nec amplius viſi iam apparuerunt. Putantur ſine dubio fuiſſe ſpiritus angelici, qui felicem illam animam ſecum ad beatiſſimam cœleſtis Ieruſalem patriam abduxerunt. Eadem hora ex eius corpore odor manauit longe ſuauiſſimus.*

Prælegi ſibi iubet paſſionem Christi.

Suauis odor ex eius corpore manat.

Per id tempus Venetiæ erat religioſiſſima ducis Britanniæ coniunx, quæ pro ſingulari in beatum virum deuotione proprijs manibus voluit abluere corpus defuncti, quemadmodum habet multarum gentium conſuetudo, vt corpora vita functorum lauent: aquam vero ipſam, qua illud abluit, diu accurateque conſeruauit, nec ea vnquam corrumpi potuit, nec inde aut vermes aut aliquid fœditatis enatum eſt, immo vero tamdiu gratiſſimi fuit odoris, donec in eo vaſe, in quo aſſeruabatur, penitus conſumpta eſt: multi etiam cum ex ea bibiſſent varijs ſunt morbis liberati. Porrò Britanniæ dux exequias celebrandas curauit, quæ & ipſius dignitati & beati viri meritis congruerent. Ad eas interea vniuerſa pene Britannia aduolauit, plerisque a duce euocatis, alijs ſacrum corpus videre cupientibus, atque alijs corporum ſoſpitatem obtinere volentibus: tanta autem erat multitudo ſacrum illud venerandumque corpus certatim aut videre aut tangere nitentium, vt triduo illud aſſeruari oportuerit inhumatum, multiſque armatis cuſtodibus vallatum: interim tamen nec teterrimus indè exhalauit fœtor, nec vlla vel in vultu, vel in cæteris membris viſa eſt immutatio: ſed idem ſemper permanſit corporis color donec eſt ſepulturæ mandatum, &c. Subdit auctor plura miracula, implorantibus Christi fidelibus B. Vincentij Ferrerij opem, a Deo edita, atque inter alia ægrotos quadringentos, & eo amplius, cum in culcitra, in qua vir ſanctus obierat aliquantiſper iacuiſſent, ad priſtinam valetudinem reuocatos [a], relatumque ad Martinum V. Eugenium IV. & Nicolaum V. de eius rebus admirandis fuiſſe: ſed tandem Calliſtum III. vt beatus vir illi in ſæculo prædixerat, ipſum in ſanctorum ordinem retuliſſe, qua de re nos ſuo loco.

Duciſſa Britanniæ eius corpus abluit.

Aquam, vt pretioſam recondit.

Ægri eam acceptam poti ſanantur.

Miraculis corruſcat.

a Petr. Ranza lib. 3. Inſignis eius prædictio.

13 Florebat quoque iſs temporibus Bernardinus Senenſis, qui ſacris concionibus mirum in modum populos ad diuinum amorem alliciebat; cumque antea raucam & ingratam vocem haberet, ferunt [a] B. Virginis ope, immiſſo in eius os per cœleſtem ſpeciem ignito globulo, canoram ac ſuauem redditam.

Bernardinus Senenſis ſanctitate floret.

a Vita S. Bern. auctor apud Surium 20. may.

Addunt [b] ipſum paſſum eſſe æmulum concionatorem ordinis Prædicatorum plurima auctoritate & exiſtimatione pollentem. Is vero Manfredus erat, de quo hæc narrat S. Antoninus [c]: *Venerabilis ordinis Prædicatorum erat peritus & timens Deum. Hic prædicans in partibus Longobardiæ, neſcio quo ductus ſpiritu populis nunciabat, propinquum antichriſti aduentum, & quaſi tempore ſuo eſſet futurus, inducebat ad hoc ſuas rationes ex ſcripturis, præcipue Apocalypſis. Ex terrore huius doctrinæ exprimentis horribilia, quæ facturus ſit cum venerit antichriſtus, in quo omnes concordant, multi vtrinſque ſexus contemnentes ſæculum, iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus, habitum ſub eo receperunt tertij ordinis, ſeu de pœnitentia B. Dominici, ita vt tranſcenderent numerum quadringentorum, mares centum, fœminæ trecentæ & ſupra. Hi in communi viuebant ſeparatim viri a mulieribus, de labore manuum ſuarum in ſudore ſuo, non omiſſis diuinis officijs & frequentantes confeſſionem & communionem in ſumma honeſtate, & charitate conuerſantes: omni poſſeſſione & reditu carebant omnino. Omnes Longobardi erant & ſimplices, qui ex Longobardia Bononiam profecti ſunt cum eorum patre Manfredo prædicto.*

Patitur æmulum.

b S. Anton. 3. par. tit. 22. cap. 7 §. 8. in princ.

c S. Anton. 3. part. tit. 22. cap. 7. §. 8

Manfredus ord. Præd. plures ſequaces trahit.

Martinus Papa attendens genus illud periculoſum poſſe ſcandala generare, conatus eſt congregationem illam diſſoluere, ad propria remittendo. Sed non valuit cum illis ita affectis ad illum Manfredum ſpiritualiter, vt ab eo nulla poſſent ratione diuelli, tum quia ita redolebat eorum conuerſatio in conſpectu laicorum, vt ab omnibus moleſtantibus defenderentur. Ex Bononia Florentiam applicuerunt, in arctiſſimo vita honeſtiſſime & lætanter Domino ſeruiebant. Et licet Martinus tunc Florentiæ exiſtens prohiberet aliquid eis eleemoſynaliter dari, vt in patriam ad ſuos rediret, non obediebatur ex compaſſione, & deuotione populi concepta ad eos. Examinari fecit Papa illum Manfredum, & nihil reprehenſione dignum in eo inuentum eſt, nec in congregatione illa. Pontifice cum curia ad vrbem accedente, ſecuta eſt Manfredum congregatio illa, quam cum magno rigore diſciplinæ regebat, pro minimis contentionibus & ad cippos mittens, & lacte doctrinæ frequentis nutriebat. Maiorque pars earum breui in Domino obdormiuit Romæ: remanentes in magnis anguſtijs vitæ degebant: vexatæ complures earum a dæmonijs: aliquibus iunioribus apparebant ſpiritus in veſtibus albis, vt angeli lucis, ſi tamen ipſi erant, & afferentes eis pater noſter minima vitrea & perforata euaneſcebant: ſperabatur ab illis Manfredus Papa futurus, a multis earum antichriſtus manifeſtandus. Tranſactis pluribus annis tempore Eugenij Manfredus ipſe, nimis aliquando credulus viſionibus illarum, quieuit in Domino, in conuentu Mineruæ ſepultus. Poſt quæ diuiſæ ſunt in duas partes mulieres, quæ & paulatim defecerunt per mortem, & aliqua in ſpiritu: & quæ expectabant, non viderunt, nec illum Papam, nec antichriſtum.

Diſſoluitur a Pontifice eius ſodalitium.

Illuſæ a dæmone nonnullæ fœminæ.

In Anglia celebrata [d] eſt ſynodus ab Henrico archiepiſcopo Cantuarienſi aduerſus Richardum quendam ex clero Vvigornienſi magiæ crimine delatum, qui nefariam artem publicè execratus eſt, faſſuſque illam a ſe ſperni, ex qua ſæpius

d Harpsfeld. hiſt. eccleſiaſt. ſæc. 15. cap. 10.

Magicæ artis fructus inanes.

Digitized by Google

ſæpius votis ſuis potiti non potuiſſet: eius vero libri figuris impijs diſtincti publice exuſti ſunt.

14 In oriente hoc anno Ioannes Emmanuelis Imperatoris primogenitus, ducta vxore Sophia filia marchionis Montisferrati, ſolemni ritu imperialis dignitatis ornaměta ſuſcepit, vt narrat Phrantzes [a]: qui addit Emmanuelem Mahometi primo Turcarum Regi liberum commeatum per Conſtantinopolim dediſſe, vt in Aſiam traijceret (quamuis eum in reditu vrbem ipſam obſidione cincturum rumor afflaret) fidemque datam violare detrectaſſe, etiam ſi ab illo ſibi certum exitium inferendum eſſet.

a Phranz. lib. 1. cap. 38.

Miſeria Conſtantinopolitani Imp. conditio.

IESV CHRISTI
Annus 1420.

MARTINI PP. V. Ann. 3. SIGISMVNDI REGIS ROM. AN. 10. EMMANVELIS IMP. II. OR. AN. 37.

1 ANno Seruatoris ſupra vigeſimum milleſimo quadringenteſimo indictione tertiadecima. Martinus Papa Florentiæ ad ſeptembrem commoratus, ſedatis ditionis eccleſiaſticæ Romanorumque tumultibus, in vrbem quam honorificentiſſime ab omnibus exceptus venit, in eaque Petri ſedem ad ſecuturas ætates conſtabiliuit: at de his iterum recurret mentio. Nunc Florentiæ geſta percurrimus. Flagrabat deſiderio Martinus abolendarum ſchiſmatis reliquiarum, ac Petrum e Luna, vel ad pontificalia inſignia ponenda obſtringendi, vel expugnata Paniſcola, pertinaciſſimum ſchiſmatis propagatorem in poteſtatem Eccleſiæ redigendi, ne in perniciem animarum noua incendia ſuſcitaret. Legati ob id ſuperioribus annis fuerant Alamannus tit. S. Euſebij presbyter Cardinalis, deinde Bertrandus epiſcopus Tiſtinas, quorum pij conatus Alfonſi Regis Aragonum flagitio, vt dictum eſt, ad irritum ceciderunt: experiri tamen iterum voluit Pontifex, an armis catholici nominis hoſtem Paniſcola exturbare poſſet, contulitque [a] eam prouinciam Petro Fonſecæ S. Angeli diacono Cardinali, quem etiam in Conſtantinopolitano imperio ad Græcos in ſinum Romanæ eccleſiæ reuocandos, parato Emmanuele Imperatore vetus ſchiſma damnare, legatum decretum viſuri ſumus, vt dum orientalium voluntates accuratius explorarentur, ij ſe reliquias ſchiſmatis occidentalis exeinderet: vtque rem arduam e ſententia gereret, indictum eſt Petro e Luna eiuſque ſtudioſis ſacrum bellum, cui dictus Cardinalis legatus præfectus eſt, munituſque auctoritate, vt non modo Aragonios & Baleares, verum Caſtellanos etiam & Nauarræos religioſam militiam profeſſuros crucis ſymbolo inſigniret, propoſitiſque indulgentiarum præmijs ad oppugnandum impietatis ſigniferum concitaret.

Martinus Petrum e Luna in ſuam poteſtatem redigere conatur.

[illegible]

a Lib. 3. ep. cur. pag. 98. 33.

Dilectiſſimo filio Petro S. Angeli diacono S. R. E. Cardinali, in Conſtantinopolitano imperio & nonnullis alijs partibus Apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

2 Intendentes, prout ex debito paſtoralis tenemur officij, ad proſternendam audaciam temerariam, ac damnatam perfidiam Petri de Luna hæreſiarchæ, ac fautorum, complicum, adhærentium, & ſequacium eiuſdem hæreticorum, ſchiſmaticorum diligenter intendere, ne in perniciem animarum fidelium vlterius militent atque ſerpant, inhærentes prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs, ad defenſionem catholicæ fidei, ac in perſecutionem & confuſionem hæreticorum atque ſchiſmaticorum huiuſmodi, eorumque ſequacium & fautorum, & ad expugnationẽ caſtri Paniſcolæ Dertuſenſis diœceſis, in quo idem hæreſiarcha Petrus cum ſuis fautoribus tot machinatur ſcelera inceſſanter terra marique exercendas pro viribus, & aliorum locorum quorumlibet, in quibus idem Petrus, vel ſequaces ſe quomodolibet receptarent; *& infra*, circumſpectioni tuæ, de cuius induſtria in maximis noſtris & eiuſdem eccleſiæ negocijs comprobata diutius innumerabilium operum exemplo, indubitatam in Altiſſimo fiduciam obtinemus, per te, vel alios in dignitatibus ſpiritualibus, aut magiſterijs in ſacra pagina, aut alijs ſcientiarum gradibus doctoratos aut magiſtratos, vel aliàs ad tantum negocium ſcientia, ac rerum gerendarum experientia idoneos & comprobatos, quos duxeris deputandos in Aragoniæ, Valentiæ, Nauarræque atque Caſtellæ regnis, Maioricarum ac Minoricarum inſulis, cæteriſque terris & dominijs, ditioni prædictorum Aragonum & Valentiæ, nec non Nauarræ & Caſtellæ Regum illuſtrium ſuppoſitis, contra præfatum perditionis filium Petrum de Luna, Benedictum XIII. in eius dudum obedientia nuncupatum, hæreticum & ſchiſmaticum, & a papatu depoſitum, vt præfertur, eiuſque fautores, adhærentes, complices, & ſequaces, ac eis vel eorum alicui per ſe, vel alios, publice, vel occulte, quocumque colore quæſito dantes conſilium, auxilium, vel fauorem, communiter, vel diuiſim, prædicationem ipſam præſentium auctoritate committimus exercendam, in remiſſionem peccaminum iniungentes, quatenus huiuſmodi prædicationis officium iuxta datam eidem tuæ circumſpectioni ab Altiſſimo prudentiam & conſilij magnitudinem, efficaciter, ac prudenter in illo procedens per te vel alios, vt præfertur, quos in ipſis dignitatibus conſtitutos, ſeu alios idoneitate & excellentia præditos ad hoc deputare prouideris quoslibet Chriſti fideles inſtantius inducturos, vt ſuſcipientes cum debita reuerentia huiuſmodi viuificæ crucis ſignum, ipſumque ſuis cordibus & humeris affigentes, ad proſecutionem negocij huiuſmodi, maxime & præſertim ad proſternendam audaciam temerariam, ac damnatam perfidiam ipſorum Petri de Luna, ac fautorum, complicum, adhærentium, & ſequacium ipſius hæreticorum, ac ſchiſmaticorum, & ad defenſionem catholicæ fidei, ac expugnationem dicti caſtri Paniſcolæ, & aliorum locorum, in quo vel quibus idem Petrus cum huiuſmodi ſuis fautoribus, complicibus, adhærentibus, vel ſequacibus ſe receptat, aut receptabit in futurum, terra marique exercendas vires, potenter ac viriliter ſe accingant, &c. *Dat. Florentiæ IV. id. aprilis pontificatus noſtri anno III.*

Pontificiæ de re lit.

Paniſcolam expugnare meditatur Martinus.

Prædicari crucem iubet in Hiſpania.

[illegible]

Vocari ad ſacram illam expeditionem Luſitani non poterant, cum bello Africano eſſent impliciti: non Galli, cum inteſtina diſſenſione armiſque Anglicis vrgerentur: Caſtellani exorta inter eos diſcordia in duas partes ſe diſtraxere: Nauarræi aliorum motuum expectatione erant ſuſpenſi: Aragonij, Valentini, Catalani, Baleares ex nutu Alfonſi Regis pendebant: atque ita, cum is a finitimorum regnorum crucesignatis ad antipapæ defendendas partes cogi non poſſet, non permiſit a legato apoſtolico Paniſcolam expugnari.

Cur expeditio in Petrum e Luna omiſſa.

3 Dum Petrus Cardinalis legatus vias omnes indagabat, vel vt Petrum e Luna amplis pactionibus ad parendum ſacris legibus induceret, aut eum caperet, Pontifex cognitis nouis Caſtellæ motibus ciuilibus Petro ipſi nouam prouinciam de-

Ciuiles motus in Caſtella.

Digitized by Google

a Lib. 3. ep. cur. pag. 11.

dit a, vt ad redintegrandam in Caſtella concordiam incumberet. Inſecerat Hiſpaniæ hos tumultus duorum principum Henrici & Ioannis, qui ſtirpe Aragonia orti erant, ambitio: cum enim paribus ſtudijs ſumma rerum Caſtellanarum adminiſtratione potiri adniterentur, Caſtellanos proceres in duas factiones diuiſere b, miſero Rege in prædam eorum cupiditatibus expoſito. Primus ciuilis diſcordiæ facem intulit Henricus, qui pridie idus iunij Regem incautum, magiſtro regiæ aulicisque captis, in ſuam poteſtatem redegit, erepta ei eundi decernendique libertate. Permoti ea indignitate cæteri proceres, duce Ioanne Aragonio, qui Blancham Nauarræi ſceptri heredem vxorem duxerat, ſigna ad Regem liberandum extulere. Igitur auertendi huius ciuilis belli cupidus Pontifex Ioanni Regi oſtendit c in quot quantaque pericula ipſe, ac regnum ſuum adducerentur, niſi ad ſedanda inteſtina illa diſſidia curas intenderet.

b Marian. lib. 20. de reb. Hiſp. cap. 11. Surit. lib. 13. c. 2. & alij.

Henricus Arag. princeps Regē Caſtellæ in ſuam redegit poteſtatem. Proceres ad bellum incitant.

c Lib. 9. breu. pag. 107.

Martini ad Regem Caſtellæ lit.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Regi Caſtellæ & Legionis illuſtri ſalutem, &c.

4 Non abſque mentis amaritudine intelleximus, chariſſime fili, nonnullas nouitates & diſſenſiones, procurante humani generis hoſte emerſiſſe in tuo regno, ac multos vereri, ne diſcordiæ huiuſmodi ad aperta odia, & arma hoſtilia deſcendant: cum enim non ſecus, ac bonus parens erga bonum filium conſueuit, geramus ſingularem affectionem & amorem erga proſperum & tranquillum ſtatum tuum & regni, ſumma afficimur animi moleſtia cum audimus aliqua, quæ tibi ſcandalum, aut ſtatus aliquam turbationem poſſint afferre. Igitur pia charitate moti, volumus exhortari tuam ſerenitatem ad ea conſilia capeſſenda, per quæ omnia euitentur bella, & omnis maioris motus cauſæ & materia ſopiantur. Non arbitramur latere ſapientiam tuam, quam magna incendia ex parua ſcintilla, quam grauia & dura mala ex bellis, præſertim inteſtinis & domeſticis, ſoleant excitari. Exemplo inter alia tibi ſit (quod dolenter referimus) calamitas regni Franciæ, quod diutius, quam æquum erat, inteſtinæ diſcordiæ multis, ac varijs cladibus afflixerunt. Et quidem dies nobis deficeret, vt omittamus ſapiens dictum hiſtorici, qui ait: *Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur*; ſi recitare vellemus, quot regna; quot dominia euerſa legimus propter diſcordias inteſtinas. Vna Saluatoris diuina ſententia, quæ dixit, omne regnum in ſe diuiſum deſolari, ſatis vnicuique eſſe debet ad reprimendum belli appetitum, ad componendas diſſenſiones, ad pacem omni diligentia perquirendam, quam vel minime æquam etiam iuſto, præſertim ciuili bello, multi ſapientes ſæculi præponendam cenſuerunt: etenim regni vnius inter ſe bellum ciuile & domeſticum dici poteſt, cuius partes non aliter, quam corporis membra, ſi qua infirmiora eſſent, curandæ ſunt: & ſicut durum atque aſperum eſſet, aliquam partem, licet imbecillam, a corpore abiciendi aut auelli, ita & regni portiones, ſi quæ infirmæ eſſent, non lacerandæ; ſed ad ſanitatem reintegrandæ ſunt, neque ferro reſecandæ, ſed clementia & benignitate ad priſtinam valetudinem reſtituendæ.

Admonet, vt ciuiles diſcordias ſopiat.

Galliæ calamitates exponit.

5 Id præ cæteris, a tua ſapientia prouidendum eſt, ne res, cui paruo remedio obuiari poſſet, in extremum diſcrimen perducatur, & quod conſilio adminiſtrari licet, nequaquam eſt committendum temeritati fortunæ. Leuia vulnera grauioribus remedijs curari poſſunt; quæ vero grauia & lætalia ſunt, nequaquam exaſperari ſolent; ſed leui manu & mitioribus medelis tractari. Quid, quod eiuſmodi diſſenſiones ſicut etiam victoria ſit tibi pertimeſcenda: ſi enim vincis, te ipſum ſuperas; de tuo enim detrahitur quicquid deletur, & in hoc vincendo ſuperaris, cum in eo, quod perit, tua potentia minuatur. Multa ſunt, & variæ in hanc ſententiam rationes, quas omittimus cauſa breuitatis, Vnum dicimus in tuto verſari, neque ſe caſibus incertis velle committere, ſi id euitari conſilio & ratione poſſit, ſemper eſſe habitum viri ſapientis. Quamobrem, quia præcipuo & paterno erga te affectu omnia pericula; quæ bellorum furor afferre ſolet, reformidamus, exhortamur in Domino tuam ſerenitatem, & per Saluatoris noſtri paſſionem obſecramus, vt propter Dei reuerentiam, propter commune tuæ reipublicæ & pacis bonum, ſine quo nullius boni alterius fructus percipi poteſt; ſepoſita omni indignatione, etiam ſi aliquos aduerſus te quid deliquiſſe putes, velis flectere ad clementiam & pacem animum tuum, & tuos cogitatus ad quietem & otium conuertere, præcipue vero conſiderans ſtragem Chriſtiani ſanguinis Deo eſſe inſenſam, & regnorum vires conterere. Decet clementem Regem eſſe, & promptum ad veniam; otium vero, & tranquillitatem præ cæteris rebus appetere, vt Saluatoris noſtri mandatis hæreat, qui inquirere & proſequi pacem iuſſit. Nos quidem ad hanc conſequendam, operam noſtram & diligentiam pollicemur, miſſuri proprium pro hac re legatum, ſi id videatur tibi ſed quoniam celeriora remedia ſalubriora eſſe conſueuerunt, commiſimus venerabili fratri noſtro Scipioni epiſcopo Mutinenſi, quem ad ſignificandum tibi Græcorum vnitatem, & pro nonnullis alijs negocijs ad tuam celſitudinem deſtinamus oratorem noſtrum, & dilecto filio Baptiſtæ de Padua clerico cameræ apoſtolicæ iſtic exiſtenti ad præſens vt, ſi id tibi placeat & de conſenſu tuo exiſtat, auctoritate noſtra, ſe interponant pro pace & concordia concludenda, quam dignetur ille concedere, qui ſemper eius auctor & perfector eſſe conſueuit. *Dat. Florentiæ, &c.* Comparatis vero ad mutuam internecionem principibus, de concordia, deque colloquio faciendo actum Abulæ habiti ſolemnes ordinum conuentus, vrbe a militibus circumſeſſa, nec liberis ſuffragijs, in quibus Henrico patrati facinoris propoſita ampliſſima præmia: tum nuptiæ Catharinæ Regis ſororis, illi promiſſæ: deinde extremo anno Henrici a quo tenebatur, impotentiam peroſus Ioannes Rex exercendæ venationis ſpecie Montalbanum profugit b, in qua arce ab Henrico eſt obſeſſus: denique contrariæ factionis proceribus accurrentibus obſidione ſolutus c eſt: contra autem in præceps verſæ res Henrici, qui biennio poſt in cuſtodiam conditus eſt, bonisque ſuis exutus.

Ne ſe incertis euentibus exponat.

Pacem bello præferat.

Concordia de concordia tractatur.

a Marian. de reb. Hiſpan. l. 20. c. 11.

Euadit ex Henrici cuſtodia Io. Rex.

b Eod. lib. cap. 12.

c Eod. cap.

Henricus in potentiam verſa fortuna.

6 Quod ad Gallicum regnum attinet, quod Caſtellæ Regi veluti ciuilium calamitatum exemplum propoſitum vidimus, hoc anno a Gallis in poteſtatem Anglorum redactum eſt auctore Philippo duce Burgundiæ, qui cum plura bellico turbine occupaſſet, nec Delphinum regno expellere vniuerſo poſſet, illius cum Anglo partiendi ſpe ductus; tum ira furens, ad paternam mortem vindicandam nomen Gallicum prodidit d, deditis Lutetia & ſexdecim vrbibus Anglo-Francorum hoſti. Pax itaque futura ingentium bellorum materia, Philippo hiſce legibus interpre-

Galliæ regnum Anglis dedit Dux Burgundiæ.

d Valſer. in Carol. VI. hoc ann. Monſt. in vol. 1. c. 119. 120. Walſing. in Henr. V. Polydor. Virgil. & alij.

Digitized by Google

Concordia leges inter Angl. & Gall. Reges. Regni iura in Anglum translata.

te confecta, vt Carolus Rex ſenio grauis ad reliquam vitam Gallico ſceptro potiretur, ipſique defuncto Henricus, ducta vxore Caroli filia Cathatina, ſuccederet, ſiue ex ea prolem ſuſciperet ſiue non, atque ideo non modo lex ſalica eſt abrogata, verum omnes Gallicæ ſtirpis principes ex ſucceſſionis ſpe deturbati. His additum, vt Henricus ob ſoceri morbum regni adminiſtrationem capeſſeret. Factum eſt ea de cauſa colloquium apud Trecas, ac plura ſancita inter eos, quæ eum mentis impotem fuiſſe Carolum arguant: de quibus extant nomine Caroli Regis literæ a. vigeſima prima maij huius anni Treciſconſignatæ. Vt vero cæteris perfidiæ exemplum daret Burgundus, omnium primus in Henrici Galliarum moderatoris verba iurauit, Regemque Carolum in hoſtis poteſtatem redegit. At Henricum poſt innumeras ſtrages in medio victoriarum curſu ſublatum, viſuri ſumus, nec non Anglos veteribus principatibus deiectos, cum iniuſte regnum exambirent, quos palam iniuſtitiæ increpuiſſe Cornubiæ reguli filium, cum patrem globo a bellica machina contorto interemptum lugeret, narrat Iuuenalis b, ac publice profeſſum eſſe Anglos in militari conſilio Londini celebrato conſtituiſſe, non ſpoliandum regno Delphinum, ſed Normanniam tantum, quæ Regibus Anglis paruerat, repetendam: additque has Gallicas turbas cœleſti viſo iam ante viro pio ſignificatas, oſtenſos nempe turbido cœlo tres ſoles atque his tres Reges Henricum & Carolum VI. ac Delphinum deſignatos.

a Extant apud Monſtrelet. vol. 1. cap. 223.

b Iuuenal. Vrſin. in Carol. 6.

Normanniã tantum repetere Angli conſtituerant.

7 Ciuilia hæc Gallorum bella impedimento fuere Ludouico Andegauenſi, ne ex Gallijs neceſſarias vires ad ſubijciendum ſibi Neapolitanum regnũ eliceret. Excitus c fuerat Franciſcus Sfortia a proceribus Neapolitanis, qui ægre ferebant Ioannam Ioanni Caracciolo regiæ adminiſtrationem liberam contuliſſe, pulſo Iacobo Rege, de quo hæc tradit S. Antoninus d. *Ortæ ſunt diſſenſiones graues & querela ad inuicem, in ignem iracundia mutuæ, ſuſurratoribus ligna miniſtrantibus, quæ adeo excandnt, vt procurante Regina illum oportuerit eam dimittere.* Effert ſummis laudibus Iacobum B. Ioannes Capiſtranus, vt qui vxoris Reginæ perfidiam, paratas in regno inſidias, & carceres perpeſſus animum ad cœleſtia applicuerit, ac dein pœnitentium tertij ordinis B. Franciſci familiam condiderit, quam cum nonnulli carperent, vir ſanctus pro ea apologeticum conſcripſit librum e, in quo hæc habet.

Rebellant proceres in Io. Reginam.

c Pandulph. Collenut. lib. 5. Summont lib. 4. c. 3

d S. Antonin. 3. par tit. 22. c. 7. §. 6.

Iacob. Rex dimiſſo regno ſe ad ſummam pietatem applicat.

Etiam noſtris diebus in magna deuotione & gratia renouantur & creſcunt atque proficiunt, ſuperna largiente clementia, laudabilis vita meritis, virtutibus & exemplis: floretque nomen dicti ordinis in ſplendida ſocietate nobilium & honeſtarum dominarum, ſicut etiam Romæ, Neapoli, Florentiæ, Senis, Peruſij, & in multis alijs locis in Marchia Anconitana, & in alijs ciuitatibus & terris Italiæ, & extra Italiam in multis partibus fidelium Chriſtianorum, quam maxime de præſenti conualuit & erectus eſt ordo præfatus per illuſtriſſimum principem Regem quondam Iacobum, qui ſpretis huius ſæculi vanitatibus atque pompis, nedum ſolemnia monaſteria ſuis deuotis ſumptibus & expenſis conſtrui fecit, ſed etiam ſeipſum offerens Ieſu Chriſto ſacrificium acceptabile in ordine prælibato diuino cultui mancipauit cum florida ſocietate venerabilium perſonarum. Extincta ſcilicet Ioanna vxore mox inſtituta Franciſcana profeſſum, refert Lucas Vvaddinghus f.

e Io. a Capiſtr. in defenſorio tertij ordinis B. Franc. p. 4.

Pœnitentiũ tertij ordinis S. Franciſci familiam reſtituit.

f Vvadding Annal. tom. 5. an. 1435

8 Agente in Gallijs Iacobo Rege, ac Neapolitanas res ſpernente, Neapolitani, qui Reginæ nimio ſtudio fuerant lenocinati, in atroces belli tẽpeſtates inciderunt: Ludouicus enim Andegauenſis expediuit arma, vt potiretur regno (quo ab Alexandro V. & Ioanne XXIII. iure fiduciario donatus fuerat) Martino V. non aduerſante a quo datum diploma ſuperiore anno, extremo Florentiæ pontificatus anno tertio conſignatum, & in Regum Francorum tabulario inter alia monumenta, quorum indicem a Leonardus Barronatus dati & expenſi rationum magiſter confecit, aſſeruari fertur; quo ſtatuitur Ludouicum III. Ioannæ II. cum de vita deceſſiſſet, regno ſucceſſurum, cui etiam diplomati tredecim Cardinales adſcripſiſſe nomina dicuntur: eoque iure fretus Ludouicus III. potiori longe, quam quo fulti Ludouicus primus & ſecundus, qui a pſeudopontificibus Neapolitani regni iura inania acceperant, cum Sfortiæ imperium militare detuliſſet, is apud Neapolim caſtra poſuit, ac Genuenſium claſſe, cui præerat Baptiſta Fregoſius, aditus maritimos Neapolis aditus interclusit. Accenſo ita in regno Neapolitano bello, Pontifex vt aduerſas partes in concordiam reuocaret, Ludouicum S. Adriani diaconum Cardinalem legatum creauit dato ad ipſum diplemate b, in quo nonnulla de pacis ſanciendæ inter omnes, præcipueque inter Ioannam II. Reginam, & Ludouicum Regem, eorumque fœderatos, hæc ſubdit.

Annal. Eccl. Tom. XVIII.

a Extat in append. ad Iuuenal. Vrſin.

Ludouicus Andegauenſis ad regnum Neap. aſpirat.

Decretus a Mar. lega tus in regnũ Neap.

b Lib. 31. pag. 15.

Martinus, &c. Te tanquam pacis angelum, cum nequeamus in præſentiarũ præſentia noſtra partes illas perſonaliter viſitare, vice noſtra & de fratrum noſtrorum conſilio duximus deſtinandum, vt iuxta cordis noſtri deſiderium animarum ſalutem, cultum orthodoxæ fidei, ac ipſius libertatis eccleſiaſticæ ſalubre incrementum, ac reductionem quorumlibet indeuotorum ad noſtram & Eccleſiæ fidelitatem, deuotionem, & obedientiam, nec non pacem & concordiam inter diſſidentes huiuſmodi & quoslibet alios procures; ac tenentes indubie eandem circumſpectionem tuam in ſuis deſiderijs geſſiſſe, & gerere ſedare fluctuantes turbines, iuſtitiæ terminos colere, humiliare ſuperbos, rebelles & inobedientes compeſcere, errantes ad viam reducere veritatis, eidem tuæ circumſpectioni in regno Siciliæ, ac terra citra pharum prædictis, tua legatione durante euellendi, deſtruendi, diſſipandi & diſperdendi, ædificandi & plantandi, deformata reformandi, indirecta dirigendi, corrigenda emendandi, aſpera in vias planas conuertendi, periculis & diſcriminibus, quæ ex ſchiſmatibus, diuiſionibus, diſcordijs, peruerſitatibus, guerrarumque turbinibus ſeu differentijs alijs emergentibus vel emerſuris in regno & terra prædictis, procurante pacis æmulo iam exortis, & quæ poterunt (quod auertat Omnipotens) quomodolibet euenire, ſalubriter & effectualiter, obuiandi, *& infra*, plenam & liberam concedentes præſentium tenore facultatem, &c. [Addita ſunt imperia, vt copiarum duces alioſue regia, aut cardinalitia dignitate conſpicuos ad regnum Romanæ eccleſiæ fiduciarium defendendum incitaret, cæteraque gereret, quæ ad libertatem Eccleſiæ tuendam, coniunctionem Chriſtifidelium confirmandam, egenos ab iniurijs vindicandos, propagandam animarum ſalutem, eccleſiaſticique ordinis immunitatem ſeruandam ſpectauerint tum ipſum ſtipendia acceptæ apoſtolici legati e latere dignitatis cauſa exigere vetat.] *Datum Florentiæ* VI. *idus ſeptembris anno* III. Neapolitani etiam regni proceribus mandata dedit c, vt legato apoſtolico ſe coniungerent,

Sedandis bellis operã dare iubetur.

Mandata ampliſſima inſtructus.

c Ibid. pag. 61.

D 2 atque

Digitized by Google

atque ad illius nutum ponerent arma, inferrentue. At ij non paruere apoſtolicis imperijs, vnde maxima mala in vniuerſum regnum contrarijs laniandum factionibus redundarunt.

a Summonte lib. 4. cap. 3. Rege Aragonum excitus in regnum.

9 Inter hæc Caraſa [a], cui ab inſigni morum improbitate Malitiæ cognomen inditum, Ioannæ Reginæ orator, conſilia cum Alfonſo Rege Aragonum, qui augendarum rerum ſuarum percupidus Corſicam florentiſſima claſſe oppugnabat, de liberanda Ioanna agitauit, illumque maximis pollicitationibus ad claſſem ſubmittendam Neapolim, præfecto illi Feritio, pellexit. Soluta ita ab Aragonijs obſidio eſt, ac Ludouicus Andegauenſis alio impetus conuertit, Auerſamque in ſuam poteſtatem redegit. At Pontifex cum Ioannam Aragonium in regnum exciuiſſe, & contra Romanæ eccleſiæ iura, ſanciraque fœdera iniquam adoptionem moliri animaduertiſſet, tum vt naſcentium Gallos inter & Aragonios bellorum ſemina extingueret, tuereturque iura ſedis Apoſtolicæ promulgauit [b] concuſſo bellis regno Neapolitano, pluribuſque ad illud annitentibus, ad Romanum Pontificem perfugiendum, atque eos, qui Legato adhærerent aduerſus quoſcumque, nimirum Ioannam, Gallos, & Aragonios, in clientelam apoſtolicam aſciuit, quæ literæ ad Petrum Celani comitem datæ his verbis conſignatæ ſunt: *Dat. Romæ xv. kal. decembris pontificatus noſtri anno* III. Nec modo Aragonij a Ioanna vocati in auxilium, verum etiam Braccius Peruſinus hoſtis pontificius ampliſſimis præmijs contra Ludouicum Andegauenſem ſolicitatus, de cuius in Neapolitanum regnum ingreſſu proximo anno dicemus. Nunc geſta illius cum Pontifice perſtringamus.

Soluta Neapoli obſidio, Auerſa capta a Lud.

b Ibid. pag. 63. Data a Martino proceſſib. mandata.

Conſiderat is ſibi ex ruinis Eccleſiæ, dum laborabat ſchiſmate, iniuſtum principatum, nec parta ſcelere reſtituebat, demum Florentinis, apud quos Martinus agebat, concordiæ interpretibus ſe in officio permanſurum neque a Pontificis fide defecturum ſpopondit, de quo hæc Leonardus Aretinus [c], dum de Martino loquitur: *Florentiæ bienniumſere reſedit ſeropportuno loco ad rem Eccleſiæ componendam, nam & cum Braccio, qui Eccleſiæ oppida permulta occupauerat, opitulantibus Florentinis concordiam fecit, illiuſque poſt hac fretus opera Bononiam redegit in ſuam poteſtatem, & cæteras vrbes vbique recepit, ex quo eius plurimum creuit auctoritas.* Fuiſſe antea Pontifici ereptum Bononiæ imperium ab Antonio Bentiuolo Ioannis filio refert [d] m. s. vetus Florentinum, additque Alfonſum Cardinalem S. Euſtachij a Martino ad eam vrbem recuperandam fuiſſe miſſum: quod confirmant Pontificiæ literæ [e], quibus ampliſſima cum poteſtate Bononiæ, Æmiliæ, & exarchatui Rauennæ præfectus eſt. Illum vero potiri Bononia diuina ope, ac precibus & induſtria B. Conradini ordinis Prædicatorum, qui pro tuēdo pontificio imperio martyrij palmam exoptabat, narrat Leander [f] in eius vita.

c Leon. Aretin. hiſt. rer. Italic. M. S. vetus chron. Florent. S. Antonin. 3. p. tit. 23. c. 7. §. 1.

Populi Bononienſis Martinus.

d M. ſ. vetus Florentin.

Legato C. ad. S. Euſtach.

e Lib. 3. epiſt. cur. a pag. 30. ad 48.

f Leander de viris illuſt. lib. 5. in vit. B. Conradini.

Vt Bononiā obſedorit. Sac. interdicto.

Cum, inquit, *Bononienſium pars ab Eccleſia diſceſſiſſet, Pontifex maximus Martinus V. vrbem exercitu obſedit: qui vero altera ex parte Pontificis mandato obtemperare cupiebant vna cum venerabili patre Margacoſta, qui eo tempore beato viro paſtor ſubſtitutus erat ex eo, quod Pontifici gratus & notus eſſet vrbe eiecti exulare coacti ſunt. Cum autem armorum vi capi non poſſet, tutiſſimaque bello, quæ intus erant propugnacula pararent, exercitus quoque mœnibus propidſaretur, Pontifex maximus illos Eccleſiæ Sacramentis interdicere decreuit. At quia non facile reperiebatur, qui ſuas inhibitionum minarumque literas plenas introferre auderet, beatus ipſe Corradinus Eccleſiæ ſuo etiam ſanguine omnino iura propugnaturus equum inueſtiendus aſcendens vrbem egreditur, Pontificiſque legatum, qui vna cum exercitu aderat, allocuturus adiit: ille vero viſo ſancti patris fideli conſilio minaces, diuinorumque inhibitorias literas ipſi publicandas tradidit: quibus ſubinde acceptis baſtaque affigens, quo facilius manifeſtarentur, ad vrbem regreditur & ad ciuitatis plateam deueniens voce magna clamare cœpit: Ecce vobis Deo & vicario eius rebellibus vniuerſa diuinorum ſacra interdicuntur: nullus quauis excuſatione tergiuerſari poterit ignoraſſe, nemo aſſerere audeat, literas inſpicite: profanum corrigite errorem. Illico capitur, carceri mancipatur, excandeſcenteſque mortem illi machinantur; ex illis autem quidam in medium ſurgens dixit: Necem iſti inferendo nil aliud facimus niſi quod optamus pro Eccleſiæ fauore concedamus mortem. Non interficiendus igitur mihi videtur. Primatibus ergo in eius perniciem diſcordantibus ob etiam vitæ integritatem plurimis notam eductum e carcere liberum fecerunt. Beatus tamen vir minime exterritus publicis declamationibus in Ieſu Chriſti nomine, animarum ſaluti prouidens, Pontifici morem gerere & Eccleſiæ ſanctæ ſubijci populum hortabatur, quod quidem vrbis optimates ægre ferentes quidquid annonæ in conuentu repertum fuiſſet auferri & militibus diſpenſari iuſſere: At ille patientiſſime ferens ſolius Dei, ſpe maxima ductus, ſubſidio innitebatur: amicorum autem plerique diuina prouidentia calamitati compatientes quotidie illi neceſſaria miniſtrabant. Principes vero neque hoc ſuſtinentes capitis ſententiam edicto publico protulere, ſi quis deinceps conuentui illi quippiam præbuiſſe repertus eſſet. Tunc, licet humano deſtituti viderentur ſuffragio, diuino tamen minime priuabantur multi etiam Deum magis veriti quam ſceleſtorum hominum minas, clam ſub veſtibus deferentes aliquid illis ſubminiſtrare nitebantur. Beatus autem nec illis animo deiectus veram Pontificis partem defenſans nec corporis aduerſa perteſcens, populum quotidie palam, vt Eccleſiæ obediret admonebat: propter quæ denuo in carcerem truſus ibi etiam ſubſidio priuatus eſt. Eapropter diebus illis, quibus carcere detinebatur, nihil prorſus comedit Euchariſtiæ ſolum Sacramento ſatiatus, quod eo die ſumpſerat, quo carcerali cuſtodiæ mancipatus fuit. Vnde ad orationes ſe totum contulit meditationique diuinorum ardentiſſime vacans in aerem eleuatus a carceris cuſtodibus viſus eſt: quod vbi primatibus compertum eſt, ipſum liberum fieri iuſſere; ipſe vero ſui liberationem paruiſaciens flendo aiebat: Nuptiæ quidem paratæ erant; ſed ego ad eas inuitatus dignus minime fui. Superna denique fauente clementia, pace confecta, Pontifex maximus auditis beati viri pro Eccleſiæ tutela magnanime patratis, cognitaque eius vitæ integritate cardinalatus dignitate ipſum ſublimare decreuerat: at ipſe profundæ humilitatis virtute ornatus nulla gloriæ cupidine illectus conſtantiſſime renuit.* Hactenus Leander. Porro præter Bononiam etiam Suriani arcem municiſſimam diu a Vaſconibus & Britonibus occupatam, fuiſſe recuperatam a Martino [a] inferius viſuri ſumus. Quod ad Braccium attinet, quem Florentinorum fuiſſe fœderatum refert præcitatum m. s. chronicon Florentinum, queinque ex Leonardo Aretino vidimus militarem virtutem pro recuperanda Bononia explicuiſſe; de eo in concordiam redacto cum Pontifice meminit S. Antoninus [b]; ſed eundem perfidum hominem poſtea in hoſtem ſæuiſſimum verſum eſſe memorat: *Compoſita eſt*, inquit, *concordia inter Martinum & Braccium ipſo veniam petente ad pedes Pontificis, quibuſdam ciuitatibus ſibi relictis & oppidis per modum vicariatus, alijs Eccleſiæ reſtitutis; ſicque reconciliatus fuit Eccleſiæ; ſed parum pax illa permanſit, nam ... ſtra,*

Promulgatum id coram ciuib. a B. Conradino.

Eiuſdem mira conſtantia.

Multos meruit. quæ libus ſ ...

Cognitatur ... auditur ...

Verſitia dicta Bononiæ.

Cardinalatum a B. Conradino repudiatum.

a Mart. l. 3. epiſt. cur. pag. 19. M. s. vetus chron. Florent.

b S. Antonin. 3. part. tit. 22 cap. 7 §. 1.

Braccius cū Martino.

vt

Digitized by Google

vt patebit, maior eſt inimicus effectus; & pluribus interiectis [a]:

a Ead. c. §. 4.

10 *Paſſus eſt autem Martinus perſecutionem non modicam a Braccio Peruſino ſupranominato; non enim permanſit in reconciliatione & amicitia Eccleſiæ, ſed reuerſus ad vomitum ſua rebellionis & contemptus Pontificis, ita vt comminaretur ex ebrietus ipſe & publicanus ſtatum eius ſupprimere, & ad celebrandum miſſas priuatas pro vno baiocho compellere.* At poſtea ſacrilega hominis arrogantia eſita eſt iuſta Diuini numinis vltione. Auſi vero Braccij ſtudioſi in eius laudem, ac Pontificis ignominiam netariam cantiunculam pangere, in qua conuitium illud iactabatur, Martinum minuti denarij ærei pretio non pendendum, quam cum Florentiæ vulgus cantu celebraret ea ex re offenſum Martinum, ac propoſitis felicibus ſucceſſibus, qui Florentinorum opera ipſi obtigiſſent, a ſe mitigarum refert Leonardus Aretinus [b], cuius oratio a nobis, cum multam hiſtoriæ lucem afferat, adducenda viſa eſt: *Cum*, inquit, *alia nulla ciuitas, beatiſſime pater, tibi & Romanæ ſedi tantas commoditates vtilitateſque attulerit, quantas dum in ea reſediſti, Florentia contulit, nihil glorioſius quam pontificatus iſte tuus reperiri poterit. Veniſti Florentiam, cum nihil temporalis dominij poſſideres, occupatis vbique per aduerſarios oppidis, Bononia quoque parere abnuente, vt tibi neceſſarium fuerit, cum ex Ferraria Florentiam venire velles, per Rauennatem & Forolmienſem agrum longo ambitu deflectere. Te Florentiæ commorante & cætera oppida in poteſtatem tuam redierunt, & Bononia ipſa, quam prius extulerat ceruicem, ſubmiſit. Contulit vero ad hæc plurimum opportunitas huius vrbis, propterea quod Braccius amicitiam fidemque Florentini populi ſecutus ad te venire non dubitauit, & intercedente ciuitate diſcordias omnes componere atque oppida reddere; illiuſque tu poſtmodum fretus opera Bononiam tibi parere vi adhibita compuliſti, vt longe lateque nunc tua potentia dominetur.*

Pius impie-tas.

b Leonar. Aret. in hiſt. rer. Ital. & ex eo S. Antonin. 3. p. tit. 22. c. 7. §. 2.

Quæ felici-ter geſta a Martino Florentiæ.

Te inſuper Florentiæ commorante, cum proſpera vbique de te, ac de ſedis tua loco circumferrentur, Cardinales ab Hiſpania, deſerto Benedicto, hunc ipſum ad locum venientes, te vt verum atque vnicum Pontificem recognouerunt, quo facto tres obedientiæ dudum ſeparatæ in te vno conglutinatæ ſunt. Ad hæc duo incrementa hoc in loco ſuſcepta tertium illud præſtantiſſimum excellentiſſimumque cunctum felicitate venerabili cumulatur, quod qui dudum fuerat Ioannes Pontifex, de cuius depoſitione propter vim adhibitam multi dubitabant, & ſcrupulus quidam relinquebatur in mentibus; ſecuritate atque fiducia huius loci Florentiam venit, tibique ſe ſponte ſua ſubiecit, ac dominum & Pontificem veriſſimum recognouit; quo facto omnis penitus eſt ſcrupulus ambiguitaſque ſublata: neque enim de vi illa adhibita ſcilicet eſſe quiſquam poteſt, cum ipſius voluntaria in loco ſibi tutiſſimo ſit conſpecta ſubiectio; & accidit, quod paulo poſt defunctus eſt, vt & admiratio & querela &, vt ita dixerim, fortunæ ludibrium tolleretur: illud certe conſtat nullo alio loco illum ad te venturum fuiſſe, niſi in hac vrbe, in qua permagnas amicitias priuatim & publice ſe habere ſentiebat. Hæc ſunt pro quibus gratiam tuam Florentia promeretur, cuius vel opportunitate vel obſequio vel auſpicio tanta pontificatui tuo ſupeçacceſſerunt incrementa. Addit auctor hæc adeo grata Pontifici accidiſſe, vt Florentia diſceſſurus dum ciuibus gratias ageret, ſingula ea proſpera commemorarit:

Martinus Florentinis ſe deuinctū profeſſus.

c S. Antonin. 3. p. tit. 22. c. 5. §. 2.

11 Præterea *hoc munus*, inquit S. Antoninus [c], *& dignitatē ciuitati conceſſit id ſupplicanti, vt eccleſia cathedralis Florentiæ ex epiſcopali ad metropolitanam promoueretur, pallio decorata, cui Feſulanus & Piſtorienſis, vt vicinio res pro ſuffraganeis conſignati ſunt & non alij.* Et infra: *Qua autem die receſſit ea conſecrata fuit eccleſia S. Mariæ nouellæ, in qua eccleſia & conuentu reſidentiam fecerat, ac etiam eccleſia S. Mariæ nouæ, quarum conſecrationes per alios factas ipſe vltimis orationibus in itinere conſtitutus perfecit, relinquens indulgentiam ſeptennem perpetuo duraturam die conſecrationis eas viſitantibus.* Romam e veſtigio ſe contulit. Deſcribit Felix Contelorius [a] ex veteribus monumentis Martini e Florentia receſſum, & quo honore a magiſtratibus affectus ſit: *Supplicante*, inquit, *Romano populo ad vrbem ſtatuit proficiſci. Re cognita reſpublica Florentina octo ciues elegit, qui Pontificem per vniuerſam ditionem comitarentur & ſplendide lauteque reciperent. Hi fuere Laurentius de Rodulphis, Mathæus Caſtellanus, Pallas de Strozzis, Raynaldus Mari de Albizis, Carolus Franciſci Fredericij, Ioannes Bicci de Medicis, Gherardus Antonij Canegiani Philippus de Iaris; & die nona ſeptembris anno MCCCCXX. tota ciuitas, domini cum collegijs ſolemni pompa ad eccleſiam S. Mariæ profecti ſunt. Pontifex aſcendit equum, quem hinc inde confalonerius, iuſtitiæ & præpoſitus fræno duxerunt, ſub mappula aurea a vigintiquatuor ciuibus delata deſcendit ad eccleſiam S. Aegidij, & conſecrationem illius a Nicolao Albergato epiſcopo Bononienſi ſanctæ Crucis in Hieruſalem Cardinale factam confirmauit, miſſaque celebrata rurſus conſcendit in equum. Domini ciuitatis ad portam S. Petri, poſt blandum colloquium, recepta benedictione ſubſtiterunt. Hinc partis Guelphæ capitanei equum fræno ducentes & mappulam geſtantes, a S. Gaggio, pedibus Pontifici oſculatis, receſſerunt. Pontifex per ciuitatem Viterbienſem iter faciens die XXVIII. ſeptembris Romam tandem exoptatus peruenit, & in eccleſia S. Mariæ de populo pernoctauit. Die Lunæ XXX. eius menſis ſenatui & ciues acclamantibus omnibus; Martino Papæ ſalus & vita; per publicas vias aulæis ſplendidas domus, hilaria & fauſta omnia & nouum vrbi faciem prænuntiantes, ad Vaticanum palatium deduxerunt.* Conſignatæ ſunt eo loco Martini literæ v. kal. nouembr. quibus Baptiſtam Sabellum eiuſque filios Panduiphum, Iacobum, Leonardum, & Ioannem, læſæ maieſtatis pontificiæ reos venia donauit [b], patrataque omnia in alma vrbe & agro Romano, Campania, Maritima, Siciliæ regno, alijſue circumiectis prouincijs dum bellum in Romanam eccleſiam geſſerant flagitia, clementia deleuit. Mutauit inde ſedes, vt tradit a S. Antoninus, eaſque in ædibus baſilicæ duodecim Apoſtolorum contiguis locauit [c]. At ea de re poſtea: nunc reliquas huius anni res proſequamur.

Florentina eccleſia, facta archiepiſcopalis.

a Fel. Contelor. in vit. Mart. V.

De Edicto Florentinæ, Martinum Florentini oratores Romam comitati.

Quo die Martinus vrbem ingreſſus.

Sabelli a Martino in gratiam adm[iſſi].

b Lib. 3. epiſtolar. pag. 128.

c S. Anton. ſuper S. B. 3.

12 Surgebat denuo bellum [d] inter Vladiſlaum Poloniæ Regem & Cruciferos Pruſſiæ equites, quod latam ab apoſtolicis internuntijs Fernando & Iacobo Lucenſi & Spoletano epiſcopis ſententiam, Poloni, vt iniquam tefeſſerent, ac Vladiſlaus vehementer quetebatur, cauſa minime cognita, fuiſſe ab illis datam, atrinque decernere parabat; cum Martinus impetratas iam ante inducias a S. Michaelis die ſacro ad feſtum S. Margaritæ extraxit [e], vt excurrente eo temporis interuallo, conciliandæ inter illos paci daretur opera.

d Chouer Polon. rer lib. 18.

Extractæ inter Polonos & Cruciferos induciæ.

e Lib. 3. epiſtolar. pag. 6.

Ad futuram rei memoriam.

Conſiderantes, quod ſi ſemper mortales gerant odia, & ad peſtifera bella reditus ſine intermiſſione detur, ſtrages mortalium, non ſine etiam animarum & æternæ ſalutis diſpendijs, ac excidijs ciuitatum, prouinciarum, & regnorum huiuſmodi,

Triſtes recordationes belli euentus.

Digitized by Google

di, & in illis degentium ſubſequentur, diuinorum cultus deperibit in eis, ſicque prolabentur omnia in ruinam, ad quæ ex apoſtolica ſeruitute nos conuenit ſupra cætera vigilantius, ac ſolertius inſudare, *& infra*, auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia, & habitis inter nos prius, & cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper hoc deliberatione matura, atque conſilio, inter Regem Vvladislaum, Vvitoldum ducem, regnum, ac ducatum, hoſpitale, ordinem, magiſtrum, & fratres, dominia, ſubditos, & degentes in illis, nec non adhærentes, complices & ſequaces ipſarum partium, & vtriuſque earum, ac etiam inter ipſas treugam, inducias, & ſufferentias ſub ſpe pacis incœptiuas in feſto beati Michaelis archangeli proxime venturi prorogantes, & vſque ad feſtum S. Margaritæ proximè futurum incluſiue, inuiolabiliter duraturas, indicimus per præſentes, &c. *Dat. Florentiæ Kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* III.

Imperat inter diſſentientes pacem.

Inducias inter diſſidentes imperat Pont.

Diſſipati ingentes belli apparatus.

a Crom. Polon. rer lib. 18.

Incumbebat a Vvladislaus Rex ad inſtaurandũ in Cruciferos bellum, cum Pontificia auctoritate, miſſoque a Sigiſmundo Rege Romanorum Bartholomæo Capra Mediolanenſi archiepiſcopo oratore, hortanteque etiam Vvitoldo duce Lituaniæ, Pruthenica expeditio intermiſſa eſt. & copiæ, quæ Volberiam confluxerant, ac per Maſouiam progreſſæ in Pruthenorum equitum ditionem erupturæ erant, ſunt diſſolutæ.

Motum ab Huſſitis bellum.

b Æneas Silu. c. 39 Cocl. hiſt. Huſſit. lib. 5. Dubrau. hiſt. Bohē. lib. 24.

Ziſca hæreticorum dux. Inter impios & fideles certamina pugnæ. Redintegrata pax.

13 Intendere idcirco Pontifex ac Sigiſmundus Rex Romanorum curam totam ad repellendum illud bellum, vt aliud grauiſſimum pro rei catholicæ dignitate aduerſus Vicleffiſtas & Huſſitas b geri poſſet. Concurrerant ij ad arma poſt Vvenceslai obitum ad quadraginta millia duce Ziſcha, antequam Sigiſmundus ſigna in Bohemiam verteret: quo cunctante Sophia Regina & Zencho Vvartembergenſis copijs contractis Pragenſem arcem præſidio munijere. Confluente deinde Pragam hæreticorum colluuie, die noctuque inter illos & catholicos diebus quinque acerrime ferro flammiſque certatum. Inter quos tumultus Sigiſmundi Regis legati ad regni procurationem ſuſcipiendam acceſſere, atque inducias ijs legibus pepigere, vt arce Viſſegradenſi reddita, ac Pelzina, Pieſta, & alijs locis a Ziſcha reſtitutis, liceret ciuibus ad Sigiſmundum oratores mittere: cuius litteræ cum lectæ eſſent, in quibus dicebatur eo modo regnum, quo a Carolo patre gerebatur, adminiſtratum iri; concepto inde metu hæretici magis fremere, & impia conſilia maiori ſtudio conſerre perrexerunt. Demum ad feſtum natalis Domini ſuperioris anni Brunnam in Morauia ingreſſus Sigiſmundus Pragenſes oratores audiuit, deditque veniam culpæ ea lege, vt ſublatis tota vrbe repagulis, ciuitas priſtinos admitteret magiſtratus. Paruit Praga, & pij omnes eius aduentum auidiſſime expectabant, ſpes enim affulgebat maxima, illius præſentia compreſſum iri omnes tumultus, atque Huſſiticam peſtem ab regno illo auertendam. Sed infelici caſu Vvratiſlauiam Sileſiæ metropolim ad necem magiſtratus a perduellibus cæſi vlciſcendam digreſſus, ſceleris auctores ſecuti percuti iuſſit: quam ob rem Pragenſes veriti eius ſeueritatem, proclamarunt illum in Bohemiæ communem perniciem veniſſe, hoſtemque patriæ, non Regem dixere. Ad ſæua itaque omnia ſuſtinenda potius, quam ſubeundum eius imperium ſe comparatunt. Auditis eiuſmodi tumultibus Pontifex, cum obfirmatam adeo in pertinacia impietatem hæreticorum noſſet, vt nonniſi armis frangi poſſet, ruenti eo in loco religioni conſulturus ſacrum bellum, quod iam antea gerendum ſuaſerat, diſcuſſumque a Sigiſmundo magno ſuo malo vidimus, indixit, præſuleſque ad ſacra arma concurſuros fideles crucis ſymbolo inſignire iuſſit a; propoſuitque indulgentiarum præmia ijs, qui pro fidei catholicæ ſplendore tuendo aduerſus hæreticos Sigiſmundi Regis ſigna ſequerentur.

Reſtituti Pragæ priſtini magiſtratus.

Vvratiſlauiæ perduelles ſecuri percuſſi.

Pragenſes in Sigiſmundum conſurgunt.

Indictum ſacrum bellum a Pont.

a Extant eius lit. apud Cocl lib. 5.

b Monſtr. vol. 1. c. 226. & 233.

Germanorum expeditio in Huſſitas

c Leand. de viris illuſt. ord Præd.

Ioannes Dominici Cardinalis mors.

d S. Antonin. 3. p. tit. 22. c. 6. In princ.

e Id. ibid.

Pragam obſidet Sigiſmund.

Ziſca eludit eius impetus.

f Dubrau hiſt. Bohē. lib. 24.

Induciæ paciſcitur.

Hæreticorum poſtulata.

14 De hac expeditione decreta in Pragenſes meminit Monſtreletus b, quos a clerico hæreſiarcha infectos ait; additque Colonienſem, Moguntinum, Treuirenſem archiepiſcopos, epiſcopum Leodienſem, Ludouicum palatinum Rheni, atque alios Germaniæ proceres ſacram militiam profeſſos. Incenſum etiam Sigiſmundum ad bellum contra hæreticos ſuſcipiendum a Ioanne Dominico Cardinale tit. S. Sixti. A. S. L. refert Leander c, ſubijcitque eum hoc anno magna pietatis eximiæ relicta fama apud Budam obijſſe, conditumque in templo Eremitarum S. Pauli, ac plura eiuſdem ope implorata ad illius ſepulchrum edita miracula. De quo etiam hæc ſcripſit S. Antoninus d: *Vſque in hodiernum diem habetur in magna veneratione, & clarere dicitur miraculis.* At ſerius, quam res poſcebat, Sigiſmundus diſtincta cruce ſigna extulit e: nam adductis ſecum Miſniæ & Brandeburgi marchionibus, Saxoniæ duce atque Alberto genero duce Auſtriæ apud Pragam caſtra metatus, Huſſitas ab obſidione Viſſegradenſis arcis depulit, vrbemque perduellem magnis molitionibus conſtrinxit: irrito tamen conatu omnia peregit; Ziſca enim tanta arte bellica catholicorum excepit impetus, vt eum Sigiſmundus in perduellem vrbem vi perrumpere nõ poſſet, ad accipienda ſolemni ritu regni Bohemici inſignia receperat. Dubrauius illum f inducias cum hoſte, inquit, etiam legibus pepigiſſe, quas idem auctor recenſet, ac latentem ſub fallaci ſpecie hæreticorum improbitatem detectam Sigiſmundi oratione narrat: *Tentat*, inquit, *ſi aliter finiri bellum nequeat, vt induciæ ſaltem ad longius tempus fiant. At illi inducias, neque alia conditione facere abnuerant, quam vt prius quatuor religionis capita rata habeat & confirmet. Primum erat, vt verbum Dei per regnum Bohemiæ libere abſque cuiuſquam interpellatione a Sacerdotibus annuncietur. Secundum vt item libere ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, panis videlicet ac vini, omnibus Chriſti fidelibus peccato mortali haud obnoxiis miniſtretur. Tertium vt a clero bonorum externorum poſſeſſio & in ijs iuriſdictio auferatur; & ordo illorum, vt ad vitam euangelicam & apoſtolicam redigatur. Quartum, vt omnia peccata mortalia, ac præcipue publica, & alia legi Dei contraria vitia, in quouis ſtatu rite & cum ratione per eos, ad quos pertinet, corrigantur & prohibeantur.*

Licentiam ſuam venenatam detegit Sigiſmundus.

Perlectis Sigiſmundus capitibus: Latet, inquit, anguis in herba plenus veneno inſanabili. An ignoramus alios præterquam Sacerdotes in regno extare concionatores, vt ſutores, cauponeſ, ſtabularios? quare non libertas hic, ſed ſumma concionandi licentia quæritur? Deinde vtramque Euchariſtiæ ſpeciem requirunt, quaſi nos corpus ſine ſanguine accipiamus, cum Dominus panem viuum, quem ſumimus ſe nominet viuere autem corpus abſque ſanguine nequit, ſed manet cadauer; quod nec ſibi nec alijs prodeſt; ac videte aliam in verbis fraudem, qua infantibus illi lenocinantur, quibus calicem propinant dicentes, non eſſe eos peccato mortali obnoxios ideoque communione Euchariſtiæ dignos, cum Apoſtolus diſerte ſcribat. Probet autem ſeipſum homo; & infantes hoc facere nequeant nam in hoc, vt bona a clero tollantur, ſacrilegi ſuis

rebu,

Digitized by Google

rebus non autem religioni conſulunt metuentes, ac merito, ne rapta, ac ablata ex camera noſtra atque alijs templis cogantur reſtituere: itaque malunt etiam illa, quæ Deo conſecrata ſunt in vſum ſuum vertere, tamſcilicet pij ſunt. Nam illud poſtremo de corrigendis peccatis nugaciſſimum: qui enim fieri poteſt, vt auctores delictorum idem fiant errorum cenſores, cum omnibus notum ſit quanta inter vitioſos concordia exiſtat? Proinde ne nos fallant animi perfidorum ſub vulpe latentes, ſi placet differamus in præſentia reſponſa ad capita oblata, illiſque interim renunciemus nos cum maturo conſilio deliberare, ac ſuo tempore ad omnia illis reſpondere velle, nunc autem rebus omnibus coronationem noſtram anteuertere.

Hæreticorum hypocriſis.

Sigiſmundus Pragenſem obſidionem ſoluit.

15 Antequam igitur Sigiſmundus caſtra a Pragenſi agro amoueret, in arce Viſſegradenſi poſt feſtum S. Iacobi in templo principe a Conrado archiepiſcopo Pragenſi Bohemica corona exornatus eſt, Cuthnamque abiturus, ſoluta poſt ſex hebdomadas Pragæ obſidione, ſuis male rebus conſuluit, cum ſacram gazam feretrumque S. Venceslai ex auro puriore conflatum, vt ſtipendia militi ſolueret, abſtulit a, pollicitus ſe refecto ærario erepta repoſiturum; ex eo enim in peius cuncta quotidie inclinare cœpere. Ziſca ſolutus metu Pragenſes eccleſias facto impetu expilauit b; cumque ob vrbis decora abolita Pragenſium iuſta odia contraxiſſet, inde digreſſus ſceleratorũ hominum turmis ſtipatus nullo ætatis ſexuſue diſcrimine catholicos obuios ferro flammiſque eſt inſectatus; inſigniaque oppida aliquot euaſtauit. Pragenſes etiam Huſſitæ Vviſſegradenſem arcem obſidione preſſere: ad quam ſoluendam cum Sigiſmundus duxiſſet catholicum exercitum, magna clade accepta, ſigna reflectere coactus eſt, atque arx ad deditionem ab hæreticis perpulſa fuit; ac Nouum caſtrum a Vvenceslao olim conditum ab illis pariter expugnatum euerſumque eſt: tum ſacerdotes ac religioſi viri viui combuſti, alijque ex conſpicuis catholicis contrucidati ſunt: *Vt intelligere*, inquit Coclæus c, *poſſis Rex infeliciter datam fuiſſe capitaneis auream S. Vvenceslai tumbam cum reliquis eccleſiæ clenodijs in ſtipendium.* Intulere deinde Pragenſes victricia arma pluribus vrbibus, quæ Sigiſmundo Regi parebant, ac Brodam Bohemicam, Nymburgum, Cuthnam, Coloniam, Mutam, Polics, in ſuam poteſtatem redegere; dicatas Deo opes expilauere verteréque in profanos vſus, viros vero eccleſiaſticos ſceleri non aſſentientes morte turpiſſima perimere, quos martyrij glorioſam palmam accepiſſe haud profecto dubium eſt. Rem vero male geſtam a crucesignatis ait Monſtreletus d, cum magis priuatæ cupiditati, quam diuinæ gloriæ ſeruirent, ac ſacram militiam ab ijs abiectam fuiſſe.

a Cocl. l. 5. & Dubrau. l. 24.
Ziſca vrbis Prag. eccleſias expilat.
b Idem ibid.

Sigiſmundus ab hæreticis ſuperatur.

c Cocl. eod. lib. 5.
Vvenceslai capſa aurea conflatur.
Plures vrbes ab hæreticis occupatæ.
Eccleſiaſtici affecti martyrio.
Crucesignati cur victi.
d Monſtrelet. vol. 1. cap. 226.

16 Aſpergere etiam alijs Germaniæ prouincijs peſtiferum hæreſeos virus conatos Huſſitas, ex Salisburgenſi e ſynodo conſtat, quæ celebrata eſt hoc anno ab Eberhardo eius vrbis archiepiſcopo A. S. L. ad excolendos cleri mores, atque in priſtinum ſanctitatis nitorem rem Chriſtianam reſtituendam: ad quod præclarum opus ex redintegrata eccleſiarum coniunctione permotum ſe fuiſſe Eberhardus ij ſe ait. Sancitum ibi primis eſt Romanæ eccleſiæ doctrinam de ſanctiſſima Trinitate colendam eſſe. Aduerſus vero Ioannis Vvicleffi & Ioannis Hus ſerpentem in Germania impietatem lata eſt anathematis ſententia in eos, qui negarent Sacramenta a ſacerdote noxa lethali deuincto confici poſſe: *Statuimus*, inquiunt acta, *vt ſi aliquis clericus, vel laicus vtriuſque ſexus, cuiuſcumque dignitatis, religionis, vel ſtatus exiſtat, auſus ſit præſumptione damnabili publice prædicare, aut occulte docere, credere, vel tenere, quod ſacerdos in mortali peccato exiſtens non poſſit conficere corpus Chriſti, ſeu ſic ligatus non poſſit ſoluere, vel ligare ſuos ſubditos a peccatis, pro hæretico & incredulo habeatur: quem errorem huius ſacri concilij approbatione damnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus, cum Sacra Scriptura dicat auctoritas, quod ſiue bonus ſiue malus ſit miniſter, per vtrumque Deus effectum gratiæ confert: non enim, quæ ſancta, coinquinari poſſunt, nec ipſa Sacramenta propter hominum malitiam prophanari: vnde Sacerdos, quantumcumque pollutus exiſtat, diuina non poteſt polluere Sacramenta.* Editæ aliæ ſanctiones de immunitate eccleſiaſtici ordinis tuenda, ſimoniaca labe abolenda, interdicto eccleſiaſtico, cum inferri contingeret e non violando: tum ad arcendos hæreticos Vvicleffiſtas & Huſſitas, qui ouina ſpecie tecti irrepſerant in Salisburgenſem prouinciam, propoſitis anathematis, atque interdicti pœnis in eos, edictum eſt, ne quis errores & hæreſes a Conſtantienſi œcumenico concilio damnatos priuatim aut publice docere pateretur, illoſue audiret; obſtrictique fideles ad ſuos præſules ea labe, eiuſue infamia, aut ſuſpicione notatos deferendos; magiſtratibus vero data hæc imperia: *Omnibus ducibus, comitibus, baronibus, capitaneis, burgrauijs, caſtellanis, magiſtris ciuium, conſulibus, iudicibus, & officialibus alijs quibuſcumque diſtricte præcipimus & mandamus ſub pœnis præmiſſis, vt ad requiſitionem ſuffraganeorum noſtrorum, eorumdem vicariorum, ſeu inquiſitorum prauitatis hæreticæ, ſeu cuiuſcumque alterius prædictorum taliter de hæreſi infectos, infamatos, aut ſuſpectos incarcerare, captiuare, aut detinere debeant & teneantur: & ſi tales ſe prætenderent in ſacris ordinibus conſtitutos, nobiſque & noſtris ſuffraganeis, archidiaconis, vicarijs, & eorumdem officijs, ac hæreticæ prauitatis inquiſitoribus deputatis pro nunc, aut in noſtra prouincia poſtea deputandis, tradant & aſſignent taliter denunciatos & ſuſpectos, vt pro extirpatione tam periculoſi criminis libere procedant & procedi faciant iuxta canonicas ſanctiones. Receptatores quoque, fautores, & defenſores eorumdem pœnis, vt præmittitur, volumus ſubiacere.*

e Extant tom. 3. conc. par. 2. cap. de hæret.
Salisburgenſis ſynodus.
f Extant eius acta ibid.

Decretum de vi Sacramentorum.

Pollutus Sacerdos Sacramenta non polluit.

Leges latæ ad hæreſim reprimendam.

Cum vero ij ſimulata reſipiſcentia redire perſæpe ad flagitium & virus diffundere conſueuiſſent, ſancitum vt poſt damnatum ab ipſis errorẽ annuo carcere tenerentur; monitique omnes ſuffraganei epiſcopi, vt ad hæreſeos ſemina extinguenda ſtrenue incumberent. De Iudæis decretum, vt ſigno externo incederent, quo ab alijs diſcernerentur. Ad muliebrem vero cultum nimium ad modeſtiam Chriſtianam redigendum, hæc ſancita ſunt a: *Mandatur ſub pœna excommunicationis omnibus laicis & ſub obteſtatione diuini iudicij, vt vxores ſuas & filias, & alias mulieres in præſentia, vel familiari poteſtate conſtitutas faciant honeſte incedere, prohibeantque ne nimiam in veſtibus longitudinem & in alijs mulierum ornamentis exquiſitam ſuperfluitatem habeant. Quibus etiam mandatur ſub pœna excommunicationis, vt in his pareant maritis ſuis, alias Euchariſtiæ communione priuentur, & per cenſuram eccleſiaſticam arceantur. Et in fine mandatur ſæcularibus poteſtatibus, ſub pœna præfata, vt ad corroborationem huiuſmodi ſtatuti, faciant hanc conſtitutionem exacte obſeruari.*

a Acta concil. Salisburg. cap. vlt.
Cenſura in muliebrem luxum promulgata.

Pari diligentia ab aliarum prouinciarum epiſcopis compreſſa eſt hæreſis Huſſitica ne latius ſerperet, reſtituendæque morum ſanctitati nauata opera. Nicolaus quidem Serarius b de Conrado

b Serar. hiſt. Mogunt. l. 5. in Conrad. III. & m. ſ. ver.

Mogun-

Digitized by Google

Moguntino archiepiſcopo refert, illum hoc anno ad cleri prouinciæ ſuæ ſolutiores mores conſtringendos incubuiſſe.

Nicolaus Serurarius.

17 Diſſeminarat paulo ante in Belgio Nicolaus Serurarius Eremitani ordinis S. Auguſtini nonnullos Vvicleffi errores, nempe ſacrificia a concubinarijs ſacerdotibus peracta non valere, neque orandos eſſe ſanctos, vel colendas reliquias; tum plures propoſitiones publicam offenſionem inferentes temere fuderat, eaque de cauſa in concilio Conſtantienſi honeſto carcere in cœnobio Metenſi damnatus fuerat. Sed cum nonnulli religioſi parum acute rei grauitatem perpendentes, quod ille aduerſus parochos religioſorum cauſam acerrime egiſſe videretur, queſti ſunt, illum grauiori, quam par erat pœna, affectum fuiſſe. Itaque recognitis iterum iudiciarijs actis, Martinus priorem ſententiam confirmauit, haſque literas [a] iuſſit promulgari.

a Mart. lib. 5. pag. 72.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filijs electis, abbatibus, prioribus, præpoſitis, decanis, archidiaconis, & alijs eccleſiarum & monaſteriorum prælatis & inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, ad quos præſentes literæ peruenerint, ſalutem, &c.

Dudum, poſtquam venerabilis frater noſter Ioannes epiſcopus Tornacenſis dilectum filium Nicolaum Serurarij ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini profeſſorem in ſacra theologia magiſtrum qui maligno inflatus ſpiritu, credens plus ſapere quam oportet, in ciuitatibus & diœceſibus Tornacenſi & Cameracenſi, ac partibus illis contignis immaculatæ Eccleſiæ puritatem inficere & dirumpere, ac ſimplices & vulgares Chriſtianos populos in æternæ damnationis interitus viam ponere ſatagens, eis articulos infraſcriptos hæretica labe & erroribus infectos, ſcandaloſos, ſeditioſos, temerarios, & iniurioſos per nonnulla tempora in ſuis publicis ſermonibus & alijs publicauerat, prædicauerat, & diuulgauerat; & quod illos defendere tanquam veros ſe iactabat in ſuæ dictique populi animarum periculum, nec non cleri illatum partium turbationem grauiſſimam perniciosiſſimumque ſcandalum ad inquiſitionem auctoritate ordinaria deſcenderat, & in ea cauſa huiuſmodi diutius proceſſerat, teſtes & alia probationes recipiendo ſuper articulis & aſſertionibus memoratis, quorum tenores ſequuntur in hæc verba. Charitas eſt ad Deum & proximum, & non ad ſeipſum. Deus non remiſit, neque remittere poteſt culpam peccatori abſque præuia contritione. Presbyteri publici concubinarij non habent auctoritatem ſeu poteſtatem abſoluendi peccatorem, & peccator confeſſus Sacerdoti publico concubinario recedit abſque abſolutione. Orationes & preces miſſales talium Sacerdotum publicorum concubinariorum ſunt nullius valoris, & miſſæ per tales concubinarios celebratæ pro defunctis aut viuis ſunt nullius valoris. Oratio non debet dirigi niſi ad Deum ſolummodo, & non ad ſanctos. Curati dicunt parochianis ſuis, quod ſaltem ſemel in anno parochiani tenentur confiteri ſuo proprio curato. Religioſi præſentati ſunt proprij ſacerdotes & veri curati. Curati impediunt parochianos ſuos ne dent, nec faciant eleemoſynas, dona, aut legata mendicantibus, & ne dicti parochiani eligant ſepulturas ſuas in domibus dictorum mendicantium. Mendicantibus præſentatis, ipſis confeſſus * licite poteſt recipere corpus Chriſti, & non poteſt nec debet curatus confeſſor mendicantibus præſtatis denegare corpus Chriſti, quod ſi deneget dictus curatus peccat mortaliter & eſt excommunicatus. Statim peccato mortali commiſſo peccator ſub pœna peccati mortalis debet illud confiteri priuſquam obliuiſcatur. Non eſt mulieri opus purificari: quin immo hoc ſcilicet purificari eſt iudaizare. Presbyteri publici concubinarij ſunt peiores Iuda, qui de loculis Apoſtolorum ſuam nutriuit concubinam & ſuas proles. Presbyteri publici concubinarij ſunt excommunicati & ſecum publice ſcienter participantes.

Hæreſim in Belgio ſparſit.

Eius errores.

Negat Sacramenta conferri ab impio.

Sanctorum cultũ aſpernatur.

*Abrogatũ fuerat ab Urb. VI. p. priuilegio religioſorum.

[illegible] circa pœnitentiam.

18 Plures ſacerdotes a modico tempore citra licentiauerunt ficte ſuas concubinas; ficte inquam, quia occulte bibunt & comedunt cum ſuis concubinis, quod nullus debet pati, immo cum eiſdem ſacerdotibus concubinarijs publice conuerſantes & eos fauorizantes ſunt in pari peccato, & peccant qui eos nituntur excuſare falſis gloſis. Si parochiani alicuius curati concubinarij publici bene Deum diligerent, deberent inhibere ſuo curato publico concubinario, ne miſſam aut aliud diuinum officium coram eis parochianis celebraret. Facientes celebrare miſſas per ſacerdotes concubinarios publicos peccant mortaliter. Audientes ſcienter miſſas ſacerdotum publicorum concubinariorum peccant mortaliter: in aliquibus ſermonibus ſuis vocauit obſtinatos & reprobatos, adijciens vlterius, quod non ſine cauſa presbyteri vocantur ribaldi. Deferre honorem feretro B. Antonij erat crimen idolatriæ. Illi qui dant ad comedendum porcis baiulantibus campanulam B. Antonij peccant mortaliter ratione præcedente. Multum mirabatur quomodo prælati ſuſtinebant tales, quod ſcilicet deferre huiuſmodi feretrum per patrias ſuas propter larga donatia, quæ a religioſis S. Antonij habebant. Deputati ad portandum huiuſmodi feretrum non ſunt niſi trumpatores & abuſatores, ideſt, impoſtores. Nec credebat, quod religioſi præfati ſuper deportatione feretri cum cæteris, quæ ibi ſunt obtinuerunt aliqua priuilegia: hoc faciunt indebite & iniuſte populum ſeducendo. Non credebat fore verum, quod habeant illi religioſi indulgentias a Papa pro dando aliquid B. Antonio ſeu nuncijs eius, ſeu porcis portantibus campanulam B. Antonij, addens quod nunquam aliquis Papa dedit indulgentias pro dando victum animali. Tales religioſi & nuncij ipſorum intulerunt timorem audientibus, & præſertim in villagijs, quod S. Antonius comburit eos & ideo timore perterriti, ſi non habent niſi vnum denarium, darent eundem.

Calumniatur in ſacerdotes. Populum aduerſus parochos concitabat.

Eius petulantia in religioſos S. Antonij.

19 Sacroſancta ſynodus Conſtantienſis, ad quam dictus Nicolaus perſonaliter acceſſerat, & ad cuius ſynodi, articuli & aſſertiones prædicti, notitiam peruenerant, tunc Apoſtolica ſede vacante tantum ſcelus ne, ſatore zizaniæ procurante, in huiuſmodi Chriſtiana fide & populo peramplius pullularet, radicitus extirpare cupiens, & de præmiſſis certam notitiam non habens, venerabili fratri noſtro Ioanni patriarchæ Conſtantinopolitano, in dicta ſynodo, & ipſius potentiſſimum membrum exiſtenti cauſam inquiſitionis huiuſmodi ad ſe aduocans, eum ad inſtantiam dilecti filij Michaelis de Brodathentonitali, clerici promotoris & inſtigatoris cauſarum fidei catholicæ, cum idem Nicolaus tunc apud ſedem exiſteret prædictam, vt præfertur, erudiendam commiſit ſine debito terminandam. Et deinde, poſtquam idem patriarcha ad dictorum articulorum & aſſertionum ad id vocatis, & præſentibus Nicolao prædicto, magnaque archiepiſcoporum, epiſcoporum,

De ea actũ in Conſtantienſi concilio.

rum, abbatum, & aliorum in eadem theologia, nec non iure canonico & ciuili magiſtrorum & doctorum numero, diſcuſſionem & examinationem diligentem, nec non circa illorum per Nicolaum prædictum aſſertionem & defenſionem informationem proceſſerat; nos diuina fauente clementia ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumpti iuxta debitum apoſtolatus officij nobis iniuncti huiuſmodi hæreſes & errores cupientes a fide & populo exterminari prædictis, præfato patriarchæ commiſimus, vt cauſam prædictam in eo ſtatu, in quo tempore aſſumptionis noſtræ huiuſmodi coram eo remanſerat reſumeret, eamque vlterius audiret & fine debito terminaret iuxta tenorem commiſſionis antedictæ.

Eadem cauſa a Martino cognita.

20 Poſtea vero per eundem patriarcham ſuper articulis & aſſertionibus memoratis cum archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, cæteriſque magiſtris & doctoribus præfatis diſcuſſione & examinatione peramplioribus catholicis & veridicis & ſuper eorũ prædicatione & aſſertione huiuſmodi per Nicolaum memoratum factis, vt præfertur, ſufficientibus probationibus tam per fidedignorum teſtimonium in huiuſmodi cauſa productorum & examinatorum atteſtationem fidelem, quam alias etiam per proceſſum per dictum Ioannem epiſcopum eadem auctoritate factum, vt præfertur, præhabitis præfatus Nicolaus Spiritus ſancti gratia ad viam veritatis reductus in præmiſſis ſe turpiter erraſſe & deliquiſſe cognoſcens, dicta durante ſynodo certo peremptorio termino competenti ſibi per eundem patriarcham ſuper hoc aſſignato, coram eo in iudicio comparens non compulſus: non coactus, ſed ſponte & libere puro corde & animo, vt ore proprio dicebat, aſſeruit & confeſſus fuit ſe cum determinatione dictæ ſynodi firmiter credere, nonnullos ex eiſdem articulis & aſſertionibus fore hæretica labe infectos, alios erroneos, aliquos ſcandaloſos & ſeditioſos, & aliquos temerarios, ac iniurioſos, ac eos penitus reuocauit & nihilominus iuramento ſolemniter profeſſus fuit ſe ſemper ſane firmiter & fideliter cum ſancta Catholica & apoſtolica Romana eccleſia in ſuis determinationibus & ordinationibus illis ſemper obediendo, in ijs præſertim, quæ ad fidem pertinent candem, etiam quoad damnatæ memoriæ Ioannis Vuiclef & Ioannis Hus condemnatos articulos, cum quibus aliqui ex eiſdem articulis & aſſertionibus per eundem Nicolaum prædicatis & publicatis, vt præfertur, connexionem habere noſcuntur, anathematizans & deteſtans omnes & ſingulos hæreſes & errores articulorum prædictorum, quodque in ſacramentis & clauibus dictæ Eccleſiæ, veneratione ſanctorum & illorum reliquijs, ac indulgentijs in vnitate ipſius eccleſiæ integre & perfecte abſque dubio permanere; & ſi ipſe contra prædicta aliquid ſenſerit aut prædicauerit publicè, vel occulte: verbo vel in ſcriptis, canonum ſeueritati ſe ſubiecit, ipſamque confeſſionem manu ſua propria ſubſcriptam ad regnum Franciæ & ſtudium Pariſienſe, ac nobiles & communitates prædictarum Tornacenſis & Cameracenſis ciuitatum & diœceſium, ac oppidorum circumiacentium dirigi voluit, ne quis nomine ſui articulos & aſſertiones ſupraſcriptas approbaret, quos voluit, rogauit & obſecrabat ne vlterius pias aures offenderent, publice ad eorum deteſtationem notoriam concremari.

Errores damnat.

Eius ſponſio.

[Subdit Pontifex, vt patriarcha, cui erat ea cauſa commiſſa, in archiepiſcoporum, epiſcoporum, præſulum, ac doctorum conuentu rogatus ſententijs pronuntiarit, Nicolaum Tornacenſes & Cameracenſes improba doctrina infeciſſe, eumque reliquo vitæ tempore ad ea loca triginta leucarum interuallo, & circuitu accedere vetuerit, ac ſi iuſſa infringeret, forenſibus magiſtratibus tradendum decreuiſſe; ſignaque pœnitentiæ præbentem cenſuris ſolutum in gratiam cum Eccleſia reſtituerit, atque ad expiandum ſcelus iniunxerit, vt in domo Auguſtinianorum Metenſium, cuius ſepta carceris loco deſignauit, ſe contineret biennio, quo toto cum nullo non religioſo viro verba faceret. Poſtea vero nonnullis Auguſtinianis, Prædicatoribus, Minoritis, & Carmelitis querentibus, Nicolaum duriori pœna affectum, ſe Antonio tit. S. Suſannæ presbytero Cardinali partes dediſſe, vt de ſententiæ æquitate cognoſceret; eumque, re in antiſtitum & doctorum cœtu ampliſſimo diſcuſſa ſententiam a patriarcha latam vt iuſtiſſimam confirmaſſe: atque ideo Martinus ad excindendos Nicolai Serurarij errores imperat præſulibus, vt literas haſce diuulgent, & in Nicolaum, ſi promiſſa iuſſa violarit, animaduertant]. *Dat. Florentiæ* VIII. *id. ianuarij anno* III.

Sententia in eum lata.

Nonnulli de ea ſeueritate conqueſti.

Annal. Eccl. Tom. XVIII.

21 In Scotia hoc circiter anno deprehenſi ſunt hæretici Vvicleffiſtæ nonnulli, qui docebant infantes fidelium parentum non eſſe baptiſmo abluendos, quod iactarent Spiritus ſancti gratiam in eos infundi; neque confirmationis ſacramentum vſurpandum, quod abunde diuino verbo confirmarentur. Recenſet hæc Thomas Vvaldenſis a, cuius verba viſa ſunt hic referenda: *Subito vox noui rumoris ad aures inſonuit, quod de ſeptem capitibus beſtiæ in apocalypſi Ioannis aſcendentibus de mari re vera noſtro oceano, cuius ingens inſula Anglia eſt, cuius germen ſpineum Vuiclef erat vnum caput, quod cum quaſi occiſum erat, in morte ſe extulit rediuiuum, & plaga mortis eius curata eſt per quoſdam Lollardos Silueſtris Scotiæ iam in præſentiarum ſub Henrico Cantuarienſi archiepiſcopo deprehenſos: & iterum ipſo anno per alios ſub Guillelmo Norwicenſi ſacris præſulibus indicatos nomen blaſphemiæ capitis huius, hoc eſt quod fœtus e fidelibus propagatus non ſit Sacramentaliter baptizandus: immo paruulis dixerunt inutiliter baptiſma conferri ſecundum ritum, quem ſeruat Eccleſia pro eo, quod quam cito anima eſt corpori vnita, infunditur gratia Spiritus ſancti per quam ſufficienter paruulus baptizatur, & cum ad annos peruenerit maturiores, ita quod intelligere ſciat verbum Dei, eſt ſufficienter confirmatus. Recitaui ſuperius in libro V. de Sacramentis circa 100. capitulum varias hæreſes, quas malo ſuæ mentis arbitrio varij homines circa hunc articulum ediderunt. Pelagius dixit baptiſmum neceſſarium paruulis ad inducendum eos in regno cœlorum, non ad rationem primæui delicti; quod ſecundum ipſum nullatenus contraxerunt: Vincentius dixit eos trahere originale delictum ſine baptiſmo, tamen duci poſſe in regnum cœlorum in reſurrectione finali. Dixerunt & quidam, quod ſaltem fidelium filij iam a mundis parentibus geniti nullum haberent peccatum, baptizandi tamen ſunt, vt fideles & Chriſtiani naſcantur.*

Vvicleffiſtæ in Scotia.

a Vvald. to. 3. tit. 5. de baptiſm. ſerm. 53.

Infantes non baptizandos.

Argutè inepta.

Pelagius negat peccatum orig.

Alius error Vincentij.

22 *Quarti ſunt noſtri Vvicleuiſtæ baptiſmum eccleſiaſticum inutilem indicant paruulis contra omnes prædictos, ſed ſufficienter eos eſſe dicunt mundatos & ſanctos, quia de ſanctis parentibus & Chriſtianis naſcuntur. Cum vltimis hæretici olim Albigenſes dicti Publicani hanc inuenere vaſaniam, prout in quodam ſermone de ſynodo, qui incipit: Sic nos exiſtimet homo; queritur Petrus Bleſenſis: Noui, inquit, Amorrhæi & noui Philiſtæi nos oppugnant, noui quia & recentes hæretici ſucreuerunt, quos Publicanos aut Paterinos nominant. Hi ſunt, qui nec in paruulis baptiſmum admittunt, nec*

Sophiſma Vvicleffiſtarum.

Paterinorũ hæreſes.

Digitized by Google

in ſacerdotibus gratiam Spiritusſancti, nec in laicis fidelibus conſortium copulæ coniugalis. Iſti hodie multiplicati ſunt ſuper numerum; & ſi hæc hæreſis alicubi extinguitur, alibi ſicut capita hydræ multiplicius rediuiuit. Hæc ille. *Iſta hæreſis ducentis annis quaſi repens ſub terra in noſtris Vviteclevitis erumpens incipit ſcatarire de nouo. Ipſos quidem tertios in errore tam vehementer Auguſtinus admirando conſpexit, vt nec in mentem ſibi omnino venerit quemquam poſſe talia cogitare vel dicere; quid ergo dixiſſet de quartis, qui omnem contra legentium ſcribentium aut credentium ordinem a Chriſti tempore errorem proferunt hactenus inauditum, quod paruuli fidelium mundi ſine peccato naſcuntur de mundis, & idcirco baptiſmus eis, vt inutilis? Horum tractatum nondum vidi, nec quid eos ad hoc moueat auctoritate Scripturæ: proſpexi hoc dumtaxat, quod tranſeunter audieram illos hoc apoſtolicum proferre conſtanter prima Corinth. VII. ſanctificatus eſt vir infidelis in muliere fideli, & ſanctificata eſt mulier, infidelis per fidelem virum alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt. Ex quo conficiunt filios fidelium mundos ſanctoſque prodire ex vtero.* Eumdem errorem aliqui tuentur adhuc nouatores: cumque ex eo ad baptiſmum conferendum ſint ſegniores, non raro inter ipſos infantuli imbecilles moriuntur antequam Chriſti lauacro fuerint luſtrati.

Ab his hæreſis exorta Vviteclefiſta.

23 Dum hi perdendis animabus operam dabant, excitauit diuina pietas in Italia S. Bernardinum Senenſem Minoritam cuius ſupra a mentionem fecimus, quem ſacris concionibus hoc tempore ad redintegrandam Chriſtianæ diſciplinæ dignitatem & amplitudinem magna cum diuini Numinis & Eccleſiæ gloria deſudaſſe ex fide digniſſimis monumentis refert Lucas Vvaddinghus b; additque ipſum ad inſerendum omnium cordibus, in iiſque augendum domini Ieſu Chriſti amorem, ſacrum ipſius nomen in tabellis depictum adorandum propoſuiſſe; eam vero rem nouam diſſenſionem inter pios viros, qui contrarias interpretationes afferebant, peperiſſe. Sed S. Antoninum c de ea re audire præſtat: *Quidam*, inquit, *fuit ordinis Minorum frater Bernardinus nomine Senenſis natione venerabilis vitæ & famæ præclaræ, egregius prædicator, qui quotidie poſt miſſarum celebrationem populis prædicabat diſcurrens per ciuitates & oppida Tuſciæ, Longobardiæ, & ducatus Spoletani, & cum tanta gratia, vt eccleſias & plateas audientibus impleret, & fructum plurimum Deo offerret ex verbi Dei ſemine per eum ſparſo. Hic quemdam circulum melliſluum adinuenit, vt creditur, pia intentione, vt ſcilicet melliſluum nomen Ieſu quaſi obliteratum in cordibus fidelium incaleſceret: nam pictum vel ſculptum Ieſu nomen in magna tabula ornata populo oſtenſum faciebat adorare. Hoc & ſi ſimplicibus videretur deuotionem afferre, ſapientes arbitrabantur idololatriam vel ſaltem ad ſuperſtitionem tendere, cum populi magis venerarentur illius literas, quam ſignificatum per eas ſcilicet Ieſum Chriſtum. Imitati ſunt eum alij, ai. prædicatores ordinis Minorum, tales tabulas cum illo nomine in proceſſionibus ferentes & cruci, quæ de more anteferitur, præferentes. Hinc ortæ ſunt magnæ in populis contentiones, alijs factum commendantibus, alijs reprobantibus: cum etiam aliqua ad exaltationem illius nominis prædicando Bernardinus proferret, quæ veritati non videbantur inniti. Demum ad curiam Romanam citatus ſuper his fuit, & Martinus, habita prius ſolemni per magiſtros & prælatos diſcuſſione materiæ & rationis, adinuentione illa, vt ſuperſtitioſa & periculoſa cenſerſa, Martinus prohibuit illud amplius fieri, nec populis ſic oſtendi: quod Bernardinus filius obedientiæ humiliter mandatum acceptauit & integre obſeruauit.* Tradit porro Vvaddinghus a, poſtea Pontificem cognito S. Bernardini pio ardore permiſiſſe, vt cœptis inſiſteret, ac nomini Ieſu crucem fuiſſe ſuperadditam.

a S. Bernardinus in Italia inclareſcit.
a An. Chr. 1417. nu. 13.
b Vvaddin hoc ann. nu. 3.
c S. Anton. 3. par. tit. 22. c. 7. §. 5.
De eius concionibus.
Nomen Ieſu adorandum proponit.
Motæ inde contentiones.
Vetitus a Martino paret.
a Vvadd. hoc ann. nu. 3.
Permiſſus cœptis inſiſtere.

24. Hoc anno Vtinenſes, cum in Venetorum prouincia mutuis odijs & cladibus ſe dilaniaſſent, demum contra omnium expectationem, dum anniuerſariam B. Bertrandi, patriarchæ olim ſui, memoriam recolerent, mutatis cœleſti quodam prodigio, repente eorum animis, in concordiam ſunt redacti, vt narrat vitæ b & miraculorum eius ſcriptor hiſce verbis: *Inter præſcripta miracula, quæ beati ſacro ex corpore Bertrandi olim ex multis apparuerunt, hoc proculdubio ab omnibus mirabilius creditur extitiſſe, quod milleſimo emicuit quadringenteſimo vigeſimo indictione XIII. die vero ſexto iunij: nam cum tota Forijulij patria diu fuiſſet foretque maximis diſcordijs agitata, præſertim hæc Vtini terra, in qua corpus eius annuatim ſolemniter colitur & deuote, hic beatus Bertrandus tantis anguſtijs tantiſque tribulationibus, quartæ perſeuerarant, finem impoſuit condecentem, graues diſcordias & inexorabiles mitigando, quæ quidem ciues inter Vtinenſes annis quampluribus vigaerant: vna etenim pars ciuium alteram crudeliter in exilium relegarat, & ipſorum bona ſub præconis voce vendebantur in foro. Communitas ex hoc profecto paruam conſequebatur vtilitatem: &, heu, ſi quis expulſorum capiebatur, ipſe truci ſuſpendio tradebatur.* Et infra: *Nemo has diſcordias poterat mitigare: tanta quot die fiebant enormia, quod vix verbo poſſet aliquis explicare; & vt breuiter multa, quæ poterant euenire, vnico verbo perſtringam, totius terræ Vtini deſtructio ab omnibus iniquiſſima timebatur, conſideratis animorum motibus truculentis. Miſeratus itaque B. Bertrandus tandem hos terrores atque calamitates tranquillam reduxit in pacem; quod miraculoſum valde & inopinabile videbatur: in die namque ſui obitus, dum ad ſui memoriam exequiæ celebrarentur eximiæ, vti annis fuerant continuis celebratæ, inter omnes quietiſſimum eſt concordium conſequutum: expulſi reuertuntur in terram Vtini nulla facta ſanguinis effuſione, quod ab omnibus incredibile putabatur. Quis non credat eſſe mirabile hoc? fidedigni quamplurimi præſenſerunt, omnium communis erat opinio atque iudicium B. Bertrandum ſuis efficacibus factis interceſſionibus tam ſalubre ſuffragium impetraſſe a Virgine glorioſa, cuius protectioni tota eſt patria recommiſſa.*

b M.S. bibliot. valliſc. bibl. de vita & mirac. B. Bert. pag. 23.
Vt concordiæ diſſidia.
Cælitus Bertrandi ope ſedata.

25 Eodem anno, vel paulo ante, admiranda res contigit, quam narrat Thomas a Kempis c pietatis laude florentiſſimus, vt beata Virgo religioſum virum ſimplicem, qui defectionem ab ordine ſuo dæmonis aſtu ſubornatus mente agitabat, cœleſti viſo confirmare in ſuſcepto vitæ inſtituto dignata ſit: *Erat*, inquit, *apud nos laicus quidam Egbertus nomine ſenex & prouectæ ætatis, deuotus Deo & B. Virgini, ac feruidus ſanctæ paupertatis amator. Hic ſecundum vires ſuas fortiter laborauit terram fodiendo & tranſuectando, atque in laboribus deſudans dominicæ paſſionis labores recogitabat, & fatigatus ex labore pro relaxamine corporis orationi inſiſtebat. Hunc ſatanas diu tentauit, vt de monaſterio recederet, & per mundum mendicatum iret, putans, quod hoc Deo magis placeret, quia hic multa commoda haberet, quibus indignus eſſet. Sed ab hac opinione conſilio prioris & fratrum admonitionibus retractus eſt, ne ſe periculo daret, & per mundum vagando finaliter erraret, ſæpe enim callidus tentator ſub ſpecie melioris boni ſimplices decepit, & a bono incœpto per mutationem loci ad inconſtantiam animi trahit: cumque*

c Thom. a Kemp. 5. par. ſerm. ad nouit.
Vir ſimplex de moſtu.
Specie boni ad diſcedendum tentatur.

adhuc

Digitized by Google

adhuc minime contentus eſſet ad manendum, nec tamen auderet inconſulte ſine licentia recedere, inter hæc tentamenta confugit ad B. Virginem per deuota orationum ſuarum ſuffragia.

Quadam igitur die fatigatus ex labore reclinauit ſe ad orandum iuxta vehiculum ſuum, ſicut ſæpius faciebat, inuocando, B. Virginem, & nominando Ieſum Chriſtum. Cum ergo ſolus iaceret proſtratus in terra parum ſoporatus eſt dulci ſopore in Domino, viditque valde venerabilem Dominam ſibi aſſiſtentem & pia admonitione hæc verba dicentem. Maneatis in loco iſto, & quod prior vobis conſulit, & dicit, hoc faciatis. His dictis honorabilis Domina ſtatim diſparuit, & ille ad ſe reuerſus & experrectus vberrimè fleuit: deinde ad priorem feſtinanter acceſſit & ea, quæ viderat & audierat, per ordinem cum gemitu & fletu ei referebat. Ad quem prior, tanquam paſtor bonus ouem triſtem conſolando, reſpondit: Bene placet hoc mihi chare Egberte: maneatis nobiſcum ſicut Domina noſtra vobis modo oſtendit, & dixit. Nec diu poſtea ſuperuixit, ſed pro breui labore æterna præmia accepturus, cum multa patientia in obedientia perſeuerans bono fine, in octaua S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ infra matutinas obdormiuit in Domino anno Domini MCCCCXX. At de his ſatis; nunc ad orientales res ſe conuertit oratio.

A B. Virgine prælato ſuo parere iuſſus.

Mahometes I. Turc. imp.

a Phrantz. lib. 1. cap. 39.

26 Reuerſus a ex Aſia Mahometes primus Turcarum Rex Chriſtiano imperio excidium minitabatur: ad cuius frangendos impetus, aliorumque infidelium arcendas irruptiones Sigiſmundus Romanorum, Hungariæ, Bohemiæque Rex ſigna attollere meditabatur: quem tamen, vt vidimus dicemuſque poſtea, Bohemorum hæreticorum perduellio nimium diſtinuit. Pontifex vero concepta ſpe felicius, quam obtigit, bellum Bohemicum confectum iri, præſulibus dedit imperia b menſe iulio, vt pios quoſque ad religioſam militiam, accepto crucis ſymbolo, profitendam in Turcas, cæteroſque fidei hoſtes pro Chriſtianæ religionis dignitate concitarent.

Martini pro eo reprimendo ſtudium.

b Diuerſ. 2. de cur. pag. 76.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filiis electis, adminiſtratoribus, abbatibus, prioribus, aliiſque eccleſiarum & monaſteriorum prælatis, nec non cæteris Chriſtianæ religionis profeſſoribus, vbilibet conſtitutis, ad quos præſentes literæ peruenerint ſalutem, &c.

Chariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Romanorum Rex illuſtris, prout tam fidedignorum relatione plurimorum quam celebri increbreſcente fama didicimus, ſicuti inſpiramine fulciente Diuino in vniuerſalis tunc ſciſſuræ ſuppoſitæ reintegratione Eccleſiæ, etiam non ſine grauium ſarcina expenſarum, immenſos fructuoſiſſimoſque non abnuit ſubire labores. Ita fidei zelo, deuotionis feruore, & compaſſionis pietate ſuadentibus, vlteriori eiuſdem religionis propagationi intimis attendens affectibus, cupienſque ſibi, qui etiam Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæque rex eſſe dignoſcitur a Rege ſupremo collatam, in glorioſi ſui exaltationem nominis, & aduerſus Turcos, ac infideles alios, qui in ſui proſiliunt contumeliam Creatoris, exacuere potentiam, illos, terras quoque, & loca eorum ſubacta faucibus, dextera ſibi propitiante diuina, in forti manu brachioque extenſo, fidelium accitis exercitibus perſequi, & inuadere, ac ſuauiſſimo eiuſdem religionis iugo ſubdere proponat noſtras, & ipſius Eccleſiæ pro tam felicis conſummatione negotij partes implorans adiutrices.

In Mahom. Sigiſmundus ſigna attollere meditatur.

Hos itaque tam ſalutare præfati Romanorum Regis propoſitum maximis in Domino laudibus extollentes, ac pro eiuſdem ſucceſſu directis in cœlum oculis, ei cuius negotium geritur immenſas proinde gratias exoluentes; omnes & ſingulos Reges, duces, marchiones, principes, comites, & barones, poteſtates, capitaneos, magiſtratus, & quoslibet alios officiales, ac eorum locatenentes, communitates quoque ciuitatum, vniuerſitates oppidorum, caſtrorum villarum, & aliorum locorum quoruncumque, cæteroſque eiuſdem Chriſtiani nominis zelatores, exhortamur, ac per aſperſionem ſanguinis eiuſdem glorioſiſſimi redemptoris paternis affectibus obſecramus, in ſuorum eis remiſſionem peccaminum ſuadentes, vt ad Turchorum & infidelium eorundem exterminium, & ad impendenda profutura ſuffragia, quibus huiuſmodi negotii proſecutio feliciter adiuuetur, potenter atque viriliter accingant; adhoc enim ſpiritualibus munificentijs, remiſſionibus videlicet & indulgentijs ipſos de noſtrorum conſilio fratrum prouidimus inuitandos.

Commendatur a Pontif.

Quocirca vobis & veſtrum cuilibet fratres patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, ac filij electi adminiſtratores & prælati per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos & veſtrum quilibet quoties prædictum Romanorum Regem huiuſmodi negotio intendere, & aduerſus Turcos, ac infideles eoſdem huiuſmodi exercitus generales, quoties inſtruere & ordinare contigerit, ſuper hoc quoque vigore præſentium debite fueritis requiſiti ad præmiſſum tam pium tamque ſalubre negotium exequendum, veluti præcones fortes exaltantes voces veſtras in ſingulis ciuitatibus, diœceſibus atque locis, vbi congrue proſpexeritis per vos aliaſque perſonas eccleſiaſticas dumtaxat, tam regulares quam ſæculares ordinum etiam quorumcumque, quas adhoc idoneas duxeritis eligendas iuxta datam vobis & illis a Deo prudentiam Chriſtifidelibus quibuſcumque ad id audiendum confluentibus & accedere volentibus, quibus vere pœnitentibus & confeſſis, vt ad id eo libentius inducantur, pro vice qualibet acceſſus huiuſmodi centum dies de iniunctis eis pœnitentijs per vos auctoritate apoſtolica relaxentur, verbum crucis, ac ipſius admirabile ſignum publice proponere, & prædicare curetis, illudque fidelibus ipſis, id deuote ſuſcipere volentibus, veſtris & eorundem eligendorum exhortationibus, ac opportunis monitionibus præuijs, vt cum reuerentia debita ſignum huiuſmodi recipiant, & illud contra peruerſa Turcorum & infidelium conatus atque molimina ſuis cordibus imprimant, & negocium ipſum fideli, ac feruenti animo proſequantur, libere concedatis, eorumque humeris affigatis. Hos enim, vt fideles ipſi ad id eo feruentius animentur, quo vberiorem gratiam exinde ſe nouerint percepturos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, & illa, qua nobis, licet immeritis, Deus ligandi atque ſoluendi contulit poteſtatem; eiſdem fidelibus, qui crucis huiuſmodi ſigno ſuſcepto præfatis exercitibus in perſonis proprijs interfuerint pariter & expenſis, quique vt illis intereſſent ſine fraude iter arripuerint, ſi in ipſo fuerint itinere vita functi, plenam ſuorum peccaminum, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, veniam impartimur, & in retributione iuſtorum, ſalutis æternæ pollicemur augumentum, &c. *Dat. Florentiæ IV. idus iulij anno* III.

Sacra militia promulgata.

Propoſitæ indulgentiæ.

Crucis ſymbolum militum humeris affixum.

27 Inferebat tantum ſui terrorem Chriſtiano imperio Turcorum potentia, quæ laborante Dei Eccleſia perniciali diuturnoque ſchiſmate, nimium in

Digitized by Google

in ipſorum omnium exitium exercuerat, vt ad comprimendos eorum impetus & conatus in Conſtantienſi concilio diutius de reducendis ad priſtinam eccleſiæ Romanæ coniunctionem Græcis agitatum ſit; ac demum Emmanuel Imperator & Ioſephus patriarcha barbarorum territi molitionibus, ac vi veritatis adacti, miſſis oratoribus Martinum ſupremum in terris Chriſti vicarium agnouerint: quibus auditis Pontifex Petrum S. Angeli diaconum Cardinalem in Conſtantinopolitano imperio legatum creauit, vt Græcos ad concilium in oriente celebrandum conuocaret, in eoque priſtinum fœdus, damnato veteri ſchiſmate ſanciret. Cum vero in ea legatione maximi ſumptus a Petro impendendi eſſent, Colonienſi in primis archiepiſcopo, ac ſuffraganeis epiſcopis iniunxit [a], vt ſubſidiarium in id aurum conferrent.

Græci ad eccleſiæ Romanæ gremium redire parant.

a Lib. 3. ep. cur. pag. 19.

Venerabilibus fratribus Theodorico archiepiſcopo Colonienſi, ac ſuffraganeis ſuis epiſcopis, &c.

Cum in ſacro Conſtantienſi concilio poſt & ante compoſitam, atque perfectam pacem vniuerſalis Eccleſiæ ſanctæ Dei, multis indefeſſiſque laboribus procuratam, quamplures varijque tractatus per venerabiles fratres noſtros eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinales, alioſque patres dicti concilij cooperantibus ad hæc, & ſupremis vigilantiæ ſuæ curis incumbentibus chariſſimis in Chriſto filijs noſtris Sigiſmundo Romanorum perſonaliter & quampluribus alijs Regibus illuſtribus & principibus Chriſtianis, ac vniuerſitatibus ſtudiorum per eorum procuratores & nuncios in eodem concilio exiſtentes, habiti fuerint pro reductione Græcorum, aliorumque populorum & eccleſiarum orientalium ad integritatem prædictæ fidei & ad vnitatem & obedientiam præfatæ Romanæ eccleſiæ, cui auctore Domino, licet immeriti, præſidemus; nos, conſpicientes quantum ad honorem Dei, ſalutem animarum, augmentum fidei catholicæ, defenſionemque Chriſtiani populi contra hoſtes crucis dominicæ, quantum in Diuinæ oculis maieſtatis, ac Regibus, prælatis, & principibus orthodoxis acceptum tam ſanctum negotium exiſteret, ad proſequendum illud duximus exercendas officij noſtri paſtoralis curas: ex quo factum eſt, quod illuſtris princeps Emmanuel Palæologus Romeorum Imperator cum nobilibus natis ſuis, nec non venerabilis frater noſter Ioſephus patriarcha Conſtantinopolitanus per ſolemnes nuntios & efficaces literas, requiſitionibus & exhortationibus per literas nuntioſque ſæpius per nos factis pridem & publice reſpondendo, quæſiuerunt Apoſtolicæ ſedis legatum ad partes illas pro tractatu huiuſmodi per nos mitti, per quem tam ſanctum deſideratumque negotium cum eiſdem tractari, terminarique valeret, quæ nobis tantam ſpem taliaque ſigna de ipſorum reductione præſtant, quod habita cum fratribus noſtris eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalibus & nuncijs præfatis matura deliberatione, de ipſorum Cardinalium conſenſu nedum neceſſarium iudicauimus de proximo manum ad aratrum ponere, ſed valde reprehenſibile, ſi tam ſalubre opus aliqualiter omitteremus, & propterea dilectum filium noſtrum Petrum S. Angeli diaconum eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalem ad partes illas Græciæ & orientis præfatæ ſedis legatum pronuntiauimus & declarauimus in Altiſſimi nomine (prout in præſentiarum res geritur) deſtinandum, ſperantes in eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto, quod, ſicut ſub eccleſia ipſa Romana Chriſtianum populum poſt quadraginta fere annorum curricula ſchiſmate extincto in perſona noſtra reconiunxit, ita Græcos & alios orientales ad gloriam ſuam orthodoxæ fidei & eidem catholicæ eccleſiæ aggregabit; ad quod eodem auctore dare curabimus operam indeſeſſam.

Pia eorum conſilia vrget Martinus.

Emmanuel Imp. Legatum apoſt. efflagitat.

Petrus S. Angeli Card. creatus Græciæ legatus.

28 Verum quia ad tam arduum negotium deducendum multis, atque varijs expeditionibus, ac non modicis temporalibus auxilijs opus erit, ad quæ peragenda & exequenda ſalubriter & votiue manifeſtiſſime dignoſcimus facultates apoſtolicæ cameræ ob tantam diuturnitatem præfati ſchiſmatis & continuatas guerrarum anguſtias, ac occupationes patrimonij eiuſdem Romanæ eccleſiæ, & nuperrime pro recuperatione ciuitatis noſtræ Bononienſis cum eius comitatu, territorio, & diſtrictu, caſtrique Suriani, ad nos & eandem eccleſiam pertinentis diutius a Britonibus & Vaſconibus occupati, exhauſtæ ſubſtantijs ad tantum opus ſine aliarum eccleſiarum præſidijs minime ſuffecturas, quas eccleſias nouit ille, qui ſecreta rimatur cordium ampliſſime cuperemus ab intimis noſtris præcordijs ab oneribus ſubleuare, quibuslibet & earum vtilitates & commoda vndelibet procurare, & e conuerſo ſummis doloribus anxiamur, vt illas ad perferenda nobiſcum onera prægrauemus; attamen dum nobiſcum attenta meditatione penſamus, quod ſicut filijs ſubditiſque noſtris in omnem caſum & euentum tota cordis affectione conſulimus, & libenter opportunis auxilijs, ac fauoribus aſſiſtimus, ita illi vt indubie credimus nobis & eidem eccleſiæ pro incremento dictæ catholicæ fidei & in tantæ neceſſitatis articulis non modo libenter, ſed etiam ardenter in participium tanti boni impendent, ac extendent eorum ſubſidia, & dexteras munificas & etiam liberales; & ad hoc ne ob defectum pecuniarum & temporalium prouentuum, ſine quibus pro rerum magnitudine & natura tam ſublimis materia veriſimiliter expediri non poterit tantum, & tam arduum negotium fidei poſſit quomodolibet retardari; de eorundem fratrum noſtrorum & aliorum notabilium prælatorum adhibitorum ad hæc conſilio, matura deliberatione præhabita, vt præfertur, auctoritate apoſtolica, ac ex certa ſcientia in ſupplementum eorum, quæ ex prouentibus eiuſdem cameræ cum omni conatu exponere, ac erogare intendimus pro tam celeberrimi, ac altiſſimo Deo & Chriſti fidelibus acceptiſſimi proſecutione & conſummatione negotij, vniuerſitatem veſtram & veſtrum ſingulos tenore præſentium requirimus, declarantes atque decernentes, quod prouincia, ciuitas, atque diœceſis Colonienſis tuæ curæ, frater archiepiſcope, commiſſæ in ſubuentionem expenſarum & onerum præfatorum & occaſione catholicæ fidei ſupradictæ ſubueniatur præfatæ Romanæ eccleſiæ in tantis neceſſitatibus conſtitutæ de ſumma ſex millium florenorum auri de camera, & non vltra, in dictos vſus dumtaxat & non in alios quomodolibet, ſoluendorum, &c. (Sancit, vt ea vis pecuniarum viritim partienda exigatur): *Dat. Florentiæ XII. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno III.*

Bononia a Martino recuperata.

Pontificis ærarium exhauſtum.

Conquiſita ſubſidia.

29 Imperata [a] pariter ſex aureorum millia Conrado archiepiſcopo Moguntino, totidemque ab Othone Treuerenſi, alijſq; præſulibus ipſis obnoxijs: neque abeſt coniectura poſtulatam aliorum præſulum opem; conflandus quippe erat maximus exercitus ad Turcas propulſandos, ne in ſuam ſeruitutem orientalem eccleſiam redigerent.

a Regeſt. poſt ſuper epiſt.

Impendiſſe tum Græcis extremi exitij timorem, narrat Phrantzes [b], ac Mahometem primum ambitioſa conſilia de Conſtantinopoli ſibi ſubijcien-

Extremum Græcorum diſcrimen.

b Phrantz. l. 1. c. 39

Digitized by Google

cienda agitaſſe, verum Diuinam prouidentiam tyrannum ipſum improuiſa ſuſtuliſſe morte; qua audita Græci e maximo metu, ac pene extrema deſperatione recreati ſint, quibus illud propheticum accommodat: *Factuſque eſt in illa die veſperi fletus, & mane lætitia*; additque verſos deinde Græcorum conatus, vt Turcicam potentiam diſtraherent, ita vt Amurates Mahometus filius regnaret in Aſia, Muſtapha vero in Europa dominaretur, ne ſi ſub vnius imperium regna illa coaleſcerent, Conſtantinopolitanum demum obruerent.

Mahometus a Deo ſublatus, Græcorum conatus pro diſſoluendo Turcico imperio.

Hoc anno Henrici Luſitanæ regiæ principis auſpicijs Luſitani nauarchi nouas quæſituri orbis oras, ſuperato Atlantico promontorio Fortunatas inſulas, in quas poſt Ludouici carum Regis creati a Clemente VI. obitum nauigare deſierant Syrtium & procellarum metui, teſti patefecerunt, ac Maderam Luſitano imperio coniunxerunt. Fuiſſe omnium primos Ioannem Conſaluum, & Triſtanum Vaſatum, qui furenti Oceano ſe credere longe a continenti auſi ſint, referunt vetera Luſitanorum monumenta a.

Luſitanorum Fortunatas inſulas nauigatio.

Patefactos inde in occiduos Æthiopas aditus viſuri ſumus, cum Luſitani Ægidio Annio nauarcho proferendi imperij, nouarumque terrarum inquirendarum cupidine allecti vlteriora maria emenſi ſint.

a Maff. hiſt. ind. lib. 1.

IESV CHRISTI

Annus 1421.

MARTINI PP. V. annus 4. SIGISMVNDI ROMAN. REGIS 11. EMMANVELIS II. IMP. OR. 38.

1 CONtendit omni ſtudio ſupremus in terris Chriſti vicarius anno a Virginis partu milleſimo quadringenteſimo vigeſimo primo, indictione quartadecima, vt principum Chriſtianorum bella ſedaret, redituroſque in ſinum Eccleſiæ Græcos occidentalibus armis a Turcarum tyrannide vindicaret: nec bellico ſtrepitu carebat Romana eccleſia, cum enim Ioanna II. Siciliæ regnum ad ſedis Apoſtolicæ ius reuerſurum transferre vellet in Alfonſum, qui ſchiſma tum alebat, ſuſtentato Paniſcolæ Petro e Luna; contra vero Ludouicus Andegauenſis Franciſci Sfortiæ Cotignolæ comitis fretus armis, nonnullis vrbibus & arcibus potitus regnum recuperare niteretur b; in eum exciuit Braccium Pontificis hoſtē Capuæ & Aquilæ principatibus ipſi datis, quamuis leges vetarent, Siculam coronam ita diſcerpi: violare vero omnia iura nihili ducebat Ioanna improbis ducta conſilijs, graueſq; iniurias pro accepto apoſtolica liberalitate regno Martino V. repoſuit quippequæ non modo conſtitutam ob adeptam regni poſſeſſionem auri vim & cenſum annuum ærario pontificio non intulit, verum etiam ne commeatus e regno Romam inuehi vetuit: quibus laceſſitus Pontifex ad tuenda Romanæ eccleſiæ iura, contundendamque & frangendam Ioannæ audaciam, præſulibus cæteriſque eccleſiaſticis viris, ac principibus, magiſtratibus, & populis Siciliæ citerioris præcepit d, ne vlla ei vectigalia penderent, adminiſtrorumue regij fiſci imperijs obſequerentur.

Regni Neapol. turbæ.

Ioanna per duellionem quam exeguit.

b Callenuc. lib. 5. hiſt. Neap. Summon. lib. 4. c. 3. Surit. lib. 13. cap. c S. Anton. 3. par. tit. 22. cap. 7 §. 5.

d Lib. 3. ep. cur. pag. 200.

Venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, ac nobilibus viris principibus, &c.

Cum chariſſima, inquiti, in Chriſto filia noſtra Ioanna Siciliæ Regina illuſtris, nonnulla aduerſus nos & Romanam eccleſiam patrauerit, maximeque alimenta ad Romanam curiam venientia Gaietæ & in alijs partibus, tam maritimis quam terreſtribus, impediuerit in noſtri & ipſius curiæ non modicum detrimentum, cumque quadraginta octo millia florenorum de camera ratione cenſus pro dicto regno annis ſingulis apoſtolicæ cameræ ſoluere teneatur, poſt ſuam coronationem, pro decem & octo menſibus, dictum cenſum, ac reliquū inueſtituræ, in quo etiam obligata dignoſcitur, eidem cameræ ante aliquam guerram ſibi illatam, regnum præfatum pacifice poſſidens, reſtiterit ſoluere, in cuius ſatisfactione negligens & renitens fore dignoſcitur in noſtrum & dictæ cameræ maximum præiudicium & iacturam: ipſaque camera ob plurima expenſarum onera ſibi continue incumbentia, pecunijs exhauſta ſit, illiſque indigeat plurimum ad complenda negocia, quæ Romanæ eccleſiæ honorem & vtilitatem concernunt; nos ipſius cameræ, & collegij venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, quorum etiam intereſt, indemnitati conſulere & ſubuenire; & vt negligentes id, ad quod ex debito aſtringuntur, iuris remedio facere compellantur, prouidere volentes; vobis & veſtrum cuilibet ſub pœna excommunicationis, quam contrafaciens ipſo facto incurrat, tenore præſentium ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus nullus veſtrum eidem Reginæ aut officialibus ſuis ſiue alijs pro ea, vel eis recipientibus aliquid pro cenſibus annuis, collectis, tractis, decimis, bathmis, vel alijs functionibus, fiſcalibus, oneribus, & debitis quibuſcumque in quibus quacunque ratione, vel cauſa eidem Reginæ obnoxius eſt, vel erit impoſterum, reſpondeat vel reſpondere præſumat, nec exinde ſolutionem aliquam faciat, donec vobis conſtiterit dictæ cameræ ſatisfactum eſſe integre de præmiſſis, vel aliud a nobis expreſſum habueritis in mandatis, &c. *Datum Tybure III. kal. iulij pontificatus noſtri anno IV.*

Commeatu Vrbi intercludit.

Cenſum nō pendit.

Ioannam in eum edictū.

2 Haud Ioanna ob huiuſmodi apoſtolicum edictum ad ſanitatem reuerſa eſt, ſed in perduellione obfirmata perſtitit, Alfonſumque a Regem Aragonum hoſtem Eccleſiæ, quod Petrum e Luna ſchiſmatis propagatorem impie tueretur, exciuit: qui mox aſſuit opulentę prædæ cupidine ad Rom. eccleſiæ iura inuadenda, contendens b non adoptionis modo, quæ nullo iure niti poterat contra Romani Pontificis ſupremum in regno Neapolitano imperium, ſed etiam ductæ ex Manfredo tyranno originis cauſa vtriuſque Siciliæ ſceptrum ad ſe ſpectare, quamuis tamē maiores ſui omnibus iuribus, ſi quæ fingi poſſent, ſolemni fœdere, vt vidimus, ceſſiſſent, eaque de cauſa Sardiniæ & Corſicæ regno beneficiario donati eſſent. In ijs rerum Neapolitanarum perturbationibus Pontifex Ludouici Andegauenſis partes tuendas cenſuit c, ac Tartaliam Lauellum mille equitibus ſuccinctum ei ſubſidio miſit d, vtque reſtituendæ concordiæ vias omnes tentaret, Ludouico S. Adriani diacono Cardinali legato alium patria Aragonium nimirum Petrum S. Angeli collegam adiunxit e, vt facilius Alfonſum Regem flecterent.

Alfonſum Regem inuocat.

a S. Anton. 3. par. tit. 22. c. 7. §. 6. Summont. lib. 4. c. 3.

Melius illum regnum tenet.

b Summont. lib. 4. c. 3

c Lib. 3. ep. cur. pag. 298.

d Lib. 3. pag. 249.

Martinus Ludouicū Andegauenſem tuetur.

e Lib. 4. pag. 67.

Martinus, *&c.* Tibi inter prædictos (nempe regni Neapolitani proceres) contendentes & quoſcunque alios diffidentes & ſingulares perſonas tam prædicti, ſcilicet Neapolitani, quam aliorum regnorum cuiuſcunque ſtatus, gradus, præeminentiæ, vel conditionis exiſtant, etiamſi regali reginali, vel quauis alia eccleſiaſtica, aut mundana dignitate præfulgeant, ſupe· ·nibuſuis iuribus, actionibus, titulis, vel coloribus qualitercumque noſtro & eccleſiæ Romanæ nomine componendi, ac indicendi ſub ſpe pacis, treugas, inducias, & ſufferentias quaslibet temporales, nec non pacem & concordiam

diam perpetuo duraturas ſub illis capitulis, pactis, modis, conditionibus, atque formis pœnarum, adiectionibus, obligationibus, renunciationibus, promiſſionibus, clauſulis, ſolemnitatibus, atque membris, de quibus tibi videbitur; & inter contendentes & diſſidentes præfatos concordare, ſeu componere poteris quouis modo, & infra, plenam & liberam auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. [Addit ſui non eſſe conſilij Ludouici S. Adriani diaconi Cardinalis auctoritati detrahere.] *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem xv. kal. octobris pontificatus noſtri anno* IV.

3 Difficilem ſe ad pacis leges Alfonſus Rex Aragonum præbuit, præſentibuſque legatis Auerſam ingenti obſidione preſſit [a], ſed multo ſuorum fuſo ſanguine, hyemeque ingruente inducias pepigit cum Ludouico Andegauenſi: is vero arcium, quas tenebat, cuſtodia legatorum Cardd. fidei commiſſa, abiectaque ob ærarij penuriam belli cura, ad Martinum ſe contulit. Porro Alfonſus, vt ambitioſa promoueret conſilia, Pontificemque ad iniquas pactiones adigeret, conculcata religione, Petrum e Luna antipapam Paniſcolæ fouebat [b], nec leuem ſuſpicionem inijciebat, ne iterum ſua regna illi addiceret: nec deerant [c] perditi homines, qui in Tarraconenſi regno e ſacro ſuggeſtu in Conſtantienſem ſynodum contumelioſa verba effunderent: quo flagitio inſignes erant Grugo Flandrini & Ioannes Carrerij, de quibus Pontifex grauiſſimis his verbis queritur [d] in literis ad Franciſcum patriarcham Hieroſolymitanum datis.

a Pandulf. Collen. lib. 5.
Induciæ inter Andegau. & Aragonum pactæ.
Alfonſus hæreſiarch. Petrum e Luna fouet.
b Surit. lib. 4. c. 3.
c Lib. 3. pag. 221. & 230. & 232.
d Ead. pag. 230.

Martinus, &c. Nuper non ſine amaritudine cordis percepimus, quod iniquitatis filij Grugo Flandrini olim ſedis Apoſtolicæ notarius & Ioannes Carrerij olim canonicus Rutenenſis iniquitatis alumni Petrum de Luna, olim Benedictum XIII. in eius obedientia appellatum, per generale Conſtantienſe concilium ſchiſmaticum, hæreticum, & a fide catholica deuium & ab Eccleſia tanquam membrum putridum præciſum & deiectum ac omni iure eidem in papatu, quem prætendebat competenti, omnique titulo, gradu, honore, & dignitate, beneficijs, & officijs ſententialiter priuatum & depoſitum, Papam & Ieſu Chriſti domini noſtri vicarium & beati Petri ſucceſſorem palam & publice in miſſis ſermonibus parlamentis, & alijs locis nominant, aſſerunt, affirmant, & prædicant, & alias eidem Petro adhæſerunt & adhærent, ſibique fauerunt & fauent, auxilium, conſilium, & fauorem dando & præſtando, & diuerſa alia etiam dictæ fidei & vnioni Eccleſiæ huiuſmodi & ſacris canonibus inimica & contraria, per quæ iuuenes & alios ſimplices ſecum præcipitent in gehennam, conantur libellizando & ſermocinando dogmatizare, & dogmatizarunt & dogmatizant, atque ſalutares determinationes dicti concilij Conſtantienſis pro reintegratione eiuſdem Eccleſiæ prouide factas verbo & facto ſatagunt temere impugnare, in fomentum ſchiſmatis diuiſionis & ſciſſuræ Eccleſiæ, atque in fauorem Petri prædicti pœnas & ſententias in talia perpetrantes tam ab homine, quam a iure latas non formidantes.

In Conſtantienſem ſynodum inſtant Lunani.
Schiſma & hæreſim tuentur.

[Addit Pontifex Burdegalenſis eccleſiæ principis canonicorum collegij decanum eoſdem ſchiſmatis præcones, cum Aquitaniam inficere molirentur, cenſuris eccleſiaſticis perculiſſe, eaſque iuſte ab ſede Apoſtolica confirmatas, ac pœnis a concilio Conſtantienſi conſtitutis illos ſe deuinxiſſe renuntiatos: prædicto Franciſco patriarchę Hieroſolymitano Barcinonenſis eccleſiæ adminiſtratori, atque ipſius gerenti vices & canonicis Barcinonenſibus dat mandata, vt Tarraconenſem prouinciam ab ea peſte vindicent, ac feſtis diebus aſtante circumfuſa populi multitudine, pulſatis campanis & facibus accenſis, ac deinde in terram proiectis, ambos hæreſis & ſchiſmatis reos omnibus ſacerdotis deturbatos promulgent, trahantque in vincula; eorum vero ſectatores ac ſtudioſos nullo dignitatis diſcrimine, ſancitis in hæreticorum & ſchiſmaticorum defenſores pœnis afficiant, perduelleſque, ſi eccleſiaſtico gradu polleant, exauctorent.] *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem v. kal. ſeptembris anno* IV. Idem negotium dedit [a] Cæſarauguſtano & Tarraconenſi archiepiſcopis & epiſcopo Balearium inſularum. Nec modo regna Aragonum Regis, verum contiguæ Tectoſagum & Aquitanorum prouinciæ, ac præſertim Fuxenſis comitatus ea peſtilentia laborabant: ad quas perpurgandas Pontifex epiſcopum S. Papulæ apoſtolicum internuntium in Narbonenſi, Auxitano, Toloſano, & Burdegalenſi archiepiſcopatibus creauit. [b]

Decanus Burdegal. in eos decertat.
Iuſſa in Barcinone promulgari anathema.
a Ib. pag. 235.
Prouinciæ infectæ a Schiſmaticis.
b Ibid. pag. 245.

4 Hærebant prætcrea in Italia alterius veteris ſchiſmatis & hæreſeos reliquiæ, Fraticellorum ſcilicet, qui ab opinione nomen traxerant, cum Ioannem XXII. diuinitus pontificali dignitate priuatum ob editas de paupertate Chriſti & Apoſtolorum ſanctiones effutirent. Ad quorum coercendam impudentiam, ſeruendoſque flagitio ſimplices Martinus Albanenſem & Portuenſem epiſcopos Cardinales ampliſſima auctoritate hoc apoſtolico diplomate muniuit [c].

Fraticellorum ſecta grauis in Italia.

Martinus, &c. Cum, ſicut accepimus, in aliquibus partibus, præſertim Italiæ, quædam ſecta hæreticorum nefanda, qui Fraticelli de la opinione vulgariter nuncupantur, operante ſatore zizaniæ, proh dolor! eruperit, quæ peſtiferum virus euomens, ſimplices animas ſuis tendiculis, ac palliatis coloribus, ſub prætextu ſimulatæ ſanctitatis, illaqueando decipit, quas æterno igni vrendas tranſmittere ſatagit; nos huic veneno, hæreſique nefariæ & labi peſtiferæ, quam extingui ſupremis affectibus anhelamus, ſalubri remedio occurrere cupientes, ne huiuſmodi morbus inficiens excreſcat vlterius, ſed concedente Domino, radicitus euellatur, fraternitati veſtræ, ac cuilibet veſtrum, contra præfatos hæreticos, eiſque adhærentes, complices, & fautores, eorumque receptatores, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis, etiamſi vniuerſitates, communitates & municipia ſint, in quibuſcumque mundi partibus, vbi eſſe comperirentur, inquirendi, procedendi, capiendi, *& infra* plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum* II. *kal. maij pontificatus noſtri anno* IV.

c Lib. 3. ep. cur. pag. 138.
Simplices decipiunt.
In ipſos legati diriguntur.

Perfuncti ſunt ſtrenue data ſibi prouincia Cardinales legati, atque in Piceno Fraticellorum ſectam excidere, vt narrat S. Antoninus [d] his verbis: *Papa Martinus miſit in Marchiam gentes armorum ad extinguendum gladio materiali hæreticos Fraticellos, ſcilicet de opinione, qui ibi multum abundabant, & aliqua caſtra errore illo tota infecta erant, vt Maſſatium Meliorata, cuius homines vel occiſi vel expulſi ſunt, deſtructis locis habitationis eorum, qui fugientes in Græciam ſe tranſtulerunt.*

d S. Anton. 3. par. tit. 22. cap. 7. §. 4.
Geſta res armis, in Piceno euulſi.

5 Ea ſeueritate percellendos impios homines iuſte cenſuit Pontifex, cum per Bohemiam hæreſis ob intempeſtiuam Vvenceslai & Sigiſmundi Regum clementiam vniuerſum regnum facto ex leuioribus ſcintillis maximo incendio, quod non niſi immenſo cruore effuſo reſtingui poterat, peruaſiſſet

Ex leuibus ſcintillis creſcunt hæreſ. incendia.

neque

Digitized by Google

Tres ſectæ in Bohem.

neque vno ſcelere, ſed omnium flagitiorum colluuie obruiſſet. Eminebant inter cæteros perfidia & impudentia tres factiones, videlicet Thaboritarum, Orebitarum, & Adamitarum, quæ ſpecioſa nomina, vt operum infamiam inani fuco colorarent, ſibi aſciuerant: & quod ad Thaboritas attinet; eorum auctor impius Ziſcha extitit, qui in loco natura munitiſſimo caſtra metatus, arcem amplissimam in eo condidit, atque impietatis ſtudioſos fratres Thaboritas appellauit: *Tanquam cum tribus Apoſtolis*; vt ait Pius II. Pontifex a, *ſaluatoris Chriſti transfigurationem in monte vidiſſent, indeque ſuas opiniones mutuati eſſent, quas fidei veritates vocitabant*.

a Æn. Silu. hiſt. Bohem. cap. 40.

Ziſcha Thaboritarum auctor.

Iuncta eſt huic peſti alia non inferior lues Orebitarum b, duce nefario ſacerdote Morauo, quæ nec flagitio, neque immanitate Thaboritis inferior videri voluit: quoties enim catholicos ſacerdotes caperet, vel torrebat flammis, vel nudos in gelu proſtratos necandos frigore exponebat: alios vero pro nihilo habitos diſſectis virilibus ſaucios dimittebat: nomen vero, quod tegendo ſceleri aptum putauerat, ab Oreb monte, in quo lex data eſt Moyſi, ſibi indiderat, quaſi ipſi ſoli diuina lege cæteris ſuperſtitionis tenebris inuolutis exculti forent. Miſeri denique Bohemi auerſis ab euangelij luce oculis in illud flagitiorum cœnum ſe abiecere c, vt Pichardo quodam ſceleſtiſſimo auctore luxuriæ fræna effuderint, proſtrato omni pudore adeo, vt nudi incederent, promiſcuamque libidinem veluti ſede mentis emoti exercerent, petita tamen prius a ſuo principe, quem Adam dixere, venia; quibus ille ſceleratus impoſtor, qui filium Dei ſe appellabat, occuparatque inſulam Luſmicio amne cinctam, reſpondebat: *Ite, creſcite & multiplicamini, & replete terram*. Puduit cæteros hæreticos tanti ſceleris: cum enim nonnulli Adamitæ in vicinos armis accincti erupiſſent, vt eorum bona prædarentur (cæteros quippe a ſe diſſentientes filios diaboli nuncupabant) ijs permotus Ziſcha, quamuis ſceleſtus, carnificis tamen officio perfuncturus pene eos omnes facto impetu ferro deleuit. Fuiſſe vero magicis artibus agreſtem illam multitudinem faſcinatam tradit Æneas Syluius d, quod ex ijs, quæ ſubiungit liquet: *Audiui*, inquit, *ego ex Vlricho Roſenſi præſtanti regulo, cum agerem in Bohemia, fuiſſe apud ſe viros & mulieres eius ſectæ captiuos, & mulieres quidem palam dixiſſe, non eſſe liberos, qui veſtibus, & præſertim femoralibus vterentur, eaſque in carcere apud ſe reperiſſe, quas cum anno elapſo ſimul cum viris igni tradidiſſet, ridentes cantanteſque flammarum incendia pertuliſſe*.

b Ib. c. 43. Naucler. generat. 48. Cocl. in hiſt. Huſſit. lib. 5. Dubrau. in lib. 26.

Orebitæ crudeliſſ. ſæuiunt in ſacerdotes.

c Æneas Syluius hiſt. Bohem. cap. 41.

Adamitarum pudenda ſecta.

Deleta a Ziſcha.

d Id. ead. cap.

Faſcinatæ a dæmone mulieres.

6 Non verſabantur in hoc libidinum cœno Pragenſes, ſed maiorem rei catholicæ cladem inferebant, quo hæreſim religionis ſpecie fucatam, reliquarum Bohemiæ prouinciarum populis afflabant, & dominico ſanguine ſub ſpeciebus vini promiſcue tradito ad partes ſuas allexerant; deceptos enim ea pietatis ſpecie Ioannis Vvicclef & Ioannis Hus fœdiſſimis hæreſibus contaminabant: ad quos reducendos ad orthodoxæ fidei cultũ Romanus Pontifex, cum iam ante religioſam militiam indixiſſet, Ioanne Dominico Cardinale legato in Hungaria pie defuncto, Brandam tit. S. Clementis presbyterum Cardinalem legatum creauit, vt ſacram expeditionem in impios educeret, Chriſtique fideles ad ſequenda Sigiſmundi ſigna, tuendamque fidem incitaret.

Pragenſes ſubornati.

Martini ſtudia pro delenda hæreſi.

Dilecto filio Brandæ tit. S. Clementis presbytero Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem, &c.

Conſiderantes iniquitatis alumnos Vvicleffiſtas & Huſſiſtas alioſque hæreticos & infideles, qui veræ ſalutis ſemitam deſerentes Chriſtianæ religionis perſecutores acerrimos ſeſe reddunt, quique falſis & inſanis dogmatibus & damnatis erroribus hæreſumque fomentis orthodoxam fidem euertere molientes, vniuerſum regnum Bohemiæ & partes illi conterminas infecerunt, ac cupientes illorum temeritati, quantum cum Deo poſſumus, obuiare fideles milites Chriſti, pugiles athletas viuificæ crucis, qua nos a damnatione redemit, charactere inſignitos contra præfatos hæreticos duximus excitandos, vt hæreticos ipſos, qui etiam Dei timore poſtpoſito eccleſias, monaſteria, & alia pia loca in honorem Chriſti, Virginis glorioſæ, Apoſtolorum, martyrum, & confeſſorum dedicata, eorumque imagines concremant & euertunt & fidem catholicam, præſertim in natione Germanica, delere moliuntur, a nequiſſimis eorum propoſitis & inſultibus, quibus in Chriſtianum ſanguinem & catholicos ſacerdotes debacchantur, non ſolum ſpiritualibus, verum etiam temporalibus conuocatis præſidijs poſſumus auctore Domino coercere.

Promulgata crux contra eos a Papa dicta.

7 Hodie ſiquidem pro ſuccidendis ex agro dominico vepribus peſtiferis & nociuis, quibuſcumque peruerſis erroribus de hæreticorum ipſorum mentibus extirpandis, illorumque ſalubri reductione ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ, vt ad cor reuerſi ab huiuſmodi reſipiſcant erroribus, quibus gregem ipſum ſeducere & inficere moliuntur, & ſi in eorum obſtinatione & malignitate permanſerint euertantur, te ad regnum præfatum, nec non marchionatus Morauiæ & Miſniæ eorumque prouincias, ciuitates, terras, & loca eiſdem hæreſibus & erroribus polluta, tibi plenæ poteſtatis legati de latere officium committendo, de fratrum noſtrorum conſilio, tanquam pacis angelum prouidimus deſtinandum, prout in alijs noſtris deſuper confectis literis plenius continetur. Cupientes itaque, vt huiuſmodi legationis officium ad laudem & gloriam diuini nominis & ſalutem fidelium animarum eo facilius exequaris, quo ampliori te noueris per ſedem Apoſtolicam facultate munitum, directis in cœlum oculis ad illum, cuius res geritur diuinum & humanum præſidium inuocantes, vt huiuſmodi adiuti præſidijs eorundem hæreticorum audaciam, niſi ſe ad Chriſtum conuerterint, coercere & comprimere valeamus, omnes & ſingulos Reges, duces, marchiones, principes, barones, comites, capitaneos, magiſtratus, & quoslibet alios officiales, eorumque locatenentes, communitates quoque & vniuerſitates ciuitatum, terrarum, oppidorum, caſtrorum, villarum, & aliorum quorumcumque locorum, cæteroſque Chriſtiani nominis zelatores, ſtatus, & religionis cuiuslibet, vbilibet dominantes, ac conſtitutos, rogamus & hortamur, ac per aſperſionem ſanguinis eiuſdem glorioſiſſimi Redemptoris paternis affectibus obſecramus, in ſuorum remiſſionem peccaminum ſuadentes, vt ad Vvicleffiſtarum, Huſſiſtarum, & aliorum hæreticorum præfatorum ſubuerſionem & exterminium, & ad impendenda ſibi contra eos profutura ſuffragia, quibus huiuſmodi negotij proſecutio fœliciter adiuuetur, potenter, ac viriliter ſe accingant, quos ſpiritualibus donis, indulgentijs videlicet & remiſſionibus de ipſorum fratrum conſilio prouidimus inuitandos, &c. [Inſtruxit ampliſſimis mandatis legatum, vt præſules & alios viros laborum ſocios ſibi aſciſceret, qui Chriſti fideles ſacram militiam in hæreticos profeſſuros crucis ſymbolo inſignirent].

Morauia & Miſnia pollutæ hæreſi.

Branda Card. creatus legat. Apoſt.

Inſtructio aucta.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum id. aprilis pontificatus noſtri anno IV.

Amplificata legati auctoritas.

a Lib. 3. ep. cur. pag. 148. ad 171. & pag. 211.

8 Nec ſolum in Bohemia, Morauia, & Miſnia, ſed in Germania etiam alijſque prouincijs Branda legatus creatus a ampliſſimaque auctoritate munitus eſt ad hæreſeos fibras euellendas, pacem in Bohemia redintegrandam, corruptos longa conſuetudine, deprauatoſque mores reformandos & corrigendos, adducendos ad Eccleſiæ gremium homines impios, libertatem eccleſiaſticam in priſtinum ſtatum redigendam, perduelles atque in perfidia obfirmatos ſacro bello frangendos, ac meritis pœnis afficiendos. Vniuerſos præterea Germaniæ archiepiſcopos & epiſcopos, atque imperij electores, ac reliquos principes viros, collocatis in luce immanibus Vvicleffiſtarum & Huſſitarum ſceleribus, eſt adortatus b, vt Cardinali legato ad tantum religionis abolendum dedecus operam ſtrenuã nauarent, ea enim in re ſummam ſibi apud Deum & Eccleſiam gloriam parituros. Appoſita eſt literis hæc temporis nota: *Dat. Romæ VI. id. aprilis pontificatus noſtri anno IV.* De Brandæ Cardinalis legati in Germaniam profectione, & rebus ab eo geſtis, narrat hæc magni chronici belgici auctor c.

b Ibid. pag. 151.

c Magn. chron. Belg.

Vt legatus Leodij exceptus.

Anno MCCCCXXI. menſis iunij die XXI. intrauit Leodium cum magno honore a domino epiſcopo, & omnibus eccleſiaſticis, proceſſionaliter obuiam procedentibus vſque ad portam S. Leonardi, receptus dominus Branda Cardinalis Placentinus a latere Papæ legatus ad ſignum crucis prædicandum contra perfidos hæreticos regni Bohemiæ: quo ipſo die miſſa ſpecialis in eccleſia maiori per vniuerſum clerum ciuitatis coram dicto Cardinale ſolemniter pro extirpatione hæreſis huiuſmodi eſt celebrata. Poſtera die veneris prima auguſti iterum miſſa ſpeciali facta in maiori eccleſia, dominus epiſcopus Leodienſis cum pluribus nobilibus ſatis magna, vt apparebat, deuotione recepit crucem ad pergendum contra perfidos ſupradictos: & eadem die poſt prandium cum pulchro comitatu ſuorum & aliorum cruceſignatorum, Leodio receſſit verſus regnum Bohemiæ in ſubſidium archiepiſcopi Colonienſis & aliorum electorum imperij & principum Alemaniæ.

Commota in Bohemos ſuſceri Germania.

9 Concurriſſe ad ſacram hanc expeditionem tum ex ſuperiori tum ex inferiori Germania, Hollandia, Zelandia, Hannonia, Leodienſi ditione, & alijs locis maximam præſulum, principum, equitum auratorum, nobilium, ac plebeiorum multitudinem, vt recenſeri non poſſent, refert Monſtreletus d: frangi tamen non potuiſſe hæreticos, cum in munitiſſimis locis ſe continerent; ac licet plures ex ijs cæſi eſſent, cruceſignatum exercitum ob inopiam commeatuum abſcedere coactum: hoſce vero impios adeo in concepto errore obduruiſſe ait, vt omnia ſuppliciorum genera alacriter perferrent, necemque temnerent: fœminas etiam victa imbecillitate ſexus induiſſe arma, ac veluti in dæmones conuerſas immanitatis genus omne exercuiſſe; tum plura earum cadauera inter illos, qui in varijs tumultuarijs prælijs cæſi fuerant, reperta. Addit auctor, comprehenſos in Belgio prope Duacum in oppido, cui Sains nomen eſt, plures, qui eiuſmodi hæreſi infecti conciliabulum coegerant, atque in Atrebatenſis epiſcopi carceres coniectos, quorum pars ad animæ ſanitatem reuerſa perfidiam exuit, pars autem cenſoris fidei & theologorum monita doctrinamque reſpuens, Atrebati, Duaci, Valentianis, ardentibus rogis conſumpta perijt: quorum exitio publica Belgarum ſalus conſtabilita eſt.

d Monſtrelet. vol. 1 cap. 258.

Hæreticorũ pertinacia.

Pullulantes in Belgio hæretici extincti.

10 Inter alios Albertus dux Auſtriæ Sigiſmundi Cæſaris gener, ſacto bello in Huſſitas ſe deuouit, qua de re ad Sigiſmundum Pontifex has literas a dedit.

a Lib. brev. pag. 7.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Romanorum & Hungariæ Regi illuſtri.

Mentem noſtram ſolicitam & intentam ad extirpationem hæreſis, quæ in tuo regno Bohemiæ & quibuſdam vicinis partibus pullulauit, multaque pro varietate caſuum humanorum diſcrimina formidantem, literæ ſerenitatis tuæ datæ Poſonij XXVIII. ſeptembris proxime lapſi nobis redditæ in ſpem certam huius ſanctæ victoriæ & firmam fiduciam erexerunt: ſcribis enim te regno tuo Hungariæ, prouiſione ſecuritatis adhibita, copioſum exercitum ad regnum Bohemiæ præmiſiſſe, & conſummato iam matrimonio inter dilectum filium nobilem virum Albertum ducem Auſtriæ & dilectam in Chriſto filiam Elizabeth genitam tuam, te vna cum genero tuo præfato aduerſus hæreticos cum magna potentia, Deo duce, procedere; de quorum conculcatione & reductione in ſinum Eccleſiæ non videris aliqualiter dubitare: qua ſignificatione literarum tuarum ſpiritum noſtrum, ſuper iſta materia vigilem ſemper & anxium, recreaſti. Nam ſperamus, quod cum omnipotentis Dei auxilio virtus tua & magnitudo animi tui non patietur, tantam prauitatem tantamque perfidiam contra fidem catholicam diu manere: debes enim fili chariſſime ad hanc victoriam obtinendam principaliter intendere, cum tu primus omnium principum Chriſtianorum catholicæ fidei pugil & Chriſtianæ religionis & Eccleſiæ deſenſor exiſtere tenearis: cumque hæc labes corruperit regnum tuum, nec eo poteris vnquam niſi ea labe purgato, iucunde perfrui nec tranquille gaudere. Quare tibi ante alios principes, cum pro tutela fidei Chriſtianæ, quæ dignitati Romani imperij, quam ſuſtines eſt commiſſa, tum pro regni tui quiete laborandum eſt præcipue ad hoc ſimul intentis alijs Alamanniæ principibus, quos videmus libenter in hac tibi cauſa eſſe iunctiſſimos, vt hæc maligna hæreſis extirpetur: quod cum Deo auxiliante perfeceris, quamuis in vita tua multas maximaſque res geſſiſti, nihil ad promerendam Dei gratiam, nec ad conſequendam gloriam apud homines, nec ad firmandam potentiam ſtatus tui efficacius te feciſſe iudicabis: *Dat. Romæ, &c.*

Expeditio Sigiſmundi in Bohemos.

Coniugio ſociat Auſtriacus.

Additi a Pontifice ſpiritus ſtimuli.

Vbi ſacrum ille in hæreticos claſſicũ cecinit, inhorruere ipſi metu, vtque catholicos a ſuſcipienda in eos expeditione retardarent, finxere ſe cum illis ſentire, quamuis Ioannis Vvicleffi & Ioannis Huſſi fœdiſſimis erroribus inquinati eſſent, vtque controuerſos nonnullos articulos definirent, ſumma væſania conuenticulum peregere, qui decreta Conſtantienſis œcumenicæ ſynodi amplecti debuiſſent.

Pragenſ. conuenticulum cogũt.

11 Habita itaque eſt pſeudoſynodus a Calixtinis ſchiſmaticis, qui inter catholicos & Huſſitas mediam factionem condidere, cum veritatem catholicam de præſentia Chriſti in Euchariſtia propugnantes, commento diabolico diuulſi eſſent a fidelium communione, dum contra Eccleſiæ præcepta communionem ſub vtraque ſpecie ab hæreticis accipiebant. Cœptum eſt eiuſmodi conciliabulum die VII. menſis iunij, præſide apoſtata Conrado Vveſtphalo Pragenſi archiepiſcopo, qui cum aduerſus Huſſitarum impietatem pro Eccleſiæ & Chriſti gloria fundere ſanguinem debuiſſet, a ſuſcepta conſtantia deſciuit b: cui aſſedere magiſtri ſcelerum Ioannes Przisbrem, Procopius e Pilzna, Iacobus e Miſnia, & Ioannes e Noua ciuitate.

Pragenſ. archiepiſcopus deficit ad impios.

b Cochlæ. hiſt. Huſſit. lib. 5.

Cum

Cum vero eorum omnium conſilia eo ſpectarent, vt vano ficte pietatis lenocinio catholicos deluderent, ita ſua decreta compoſuere, vt ſanctimoniam Chriſtianam olerent vno excepto, quo eccleſiæ Romanæ conculcato ritu ſumendi a laicis ſub ſpeciebus vini ſanguinis contra decreta ſanctorum patrum inani pietatis falſæ ſpecie neceſſitatem induxerunt a. In primis admiſere nouum & vetus teſtamentum, ſymbolum Apoſtolorum Niceni concilij, & decreta primitiuæ Eccleſiæ. At in ſecundo canone viros impios hæreticos infamia notatos ad perdendum clerum catholicum, reſtituendæ diſciplinæ eccleſiaſticæ obtentu inani præfecerunt. In tertio ſacerdotibus mandata dedere, vt vitam apoſtolicam adumbrarent, quo direptionis expoſitis eccleſiaſticis opibus, nobiles ad ſe pellicerent: Quarto canone vetuere quidquam in religione nouari, ne ob ſectarum inter ſe pugnantium varietatem ab inuicem diſſiderent, tum præcipue edixere, ne hæreſes Vvicleffi & Ioannis Hus contra Euchariſtiam promulgarentur: Quinto canone præſentiam totius Chriſti ſub qualiber ſpecie cum catholicis ſunt profeſſi his verbis: *Item quod omnes ſacerdotes in diuiniſſimo Euchariſtiæ ſacramento & corde fideliſſime credant & ore ſynceriſſime confiteantur, tam ſub forma panis, quam ſub forma vini totum dominum Ieſum Chriſtum verum Deum & hominem cum ſuo proprio corpore & ſanguine nobiſcum eſſe ſua præſentia reali, ſicque ab omnibus tenendum fideliter populo nunciene & credendum.*

a Extant eius acta apud Cocla. lib. 5.

Pragenſium confeſſio de Euchar.

12 Addidere viri inconſtantes, qui paulo ante nihil in religione nouandum edixerant, vt populo ſpecies vini exhiberentur. Retinuere ſexto canone ſacros in miſſæ ſacrificio ritus, atque altarium templorumque ornamenta. Septimo canone edixere, vt in adminiſtrandis ſex alijs Sacramentis Euchariſtiæ etiam ſacramentum conferretur, in quo etiam haud parum nouarunt contra quartum canonem dum infantibus baptiſmo perluendis Euchariſtiam tradi voluere. Octauo canone ſceleratiſſimi latrones clerum omni iure atque imperio in agros, prædia, domos, & cenſus ſpoliarunt, addita Iuliani Apoſtatæ ratione, dum in Chriſtianos latrocinia exercebat, vt ita Chriſti pauperis exemplis ſe accommodarent: nec minus ſtupet rerum vſu ſine vllo iure contentos eſſe voluerunt, atq; errorem Praticellorum iam ante damnatum redintegrarunt. Interiectis pluribus decimo octauo ne Vvicleffi & Ioannis Hus ſiie viderentur laborare de ſacra exomologeſi hoc ſanciunt: *Nemo homines vere pœnitentes humili corde peccata ſua confiteri presbyteris affectantes quauis temeritate ab eodem præſumat repellere, aut prædictam confeſſionem velut illicitam, aut vim clauium, quibus peccata vere pœnitentibus a domino Ieſu Chriſto myſterialiter * remitti creduntur, ſatisfactionis quoque remedia ſaluberrima quoquo modo audeat prohibere, &c.* quæ vero fidei catholicæ conſentanea ſanxere, id ad declinandam inuidiam, ne in ſe vniuerſum orbem concitarent, præſtitere: ob quam etiam a Polonis & Lituanis, cum eorum clientelam contra Sigiſmundum Regem, exambirent, hoc anno repudiatos refert Cromerus b. Addit vero Coclæus c, maximam diſcordiam inter Thaboritas, qui Vvicleffi & Ioannis Hus errores ſectabantur, atque Calixtinos Pragenſes, qui ad fidem orthodoxam propius accedebant, ab eaque ob calicis vſum diſceſſerant, exortam, neque vlla ratione, datis etiam arbitris, ſedari potuiſſe: afferunturque ab eodem auctore plures articuli eccleſiæ Romanæ ritibus in plurimis conſentientes a Pragenſibus contra Thaboritarum effrænatam impietatem editi. Impendente vero cruceſignatorum catholicorum expeditionis terrore, finitimos principes atque inter alios Miſniæ marchionem exaratis ſexta die iulij literis ſolicitarunt, vt eorum patrocinium ſuſciperet, profeſſi ſunt, nunquam e quatuor articulis iam ante a nobis expoſitis, de quibus in concilij Baſileenſis actis agendum erit, diſceſſuros, ac Sigiſmundum Regem multis calumnijs onerarunt a in quibus omnibus idem Coclæus ipſum vindicat.

Mole populo vtramque ſpeciē præbendam decernunt.

Et paruulis.

Clerum opibus priuāt.

Dogma de ſacra exomologeſi amplectuntur.

* Miniſterialiter.

b Chrom. de rebus Pol. l. 18.

Diſſenſio orta inter Huſſitas & Calixtinos.

c Id. ib. & Dubrau. l. 26. hiſt. Bohem. extant apud Cocl. lib. 5.

a Extant ibid. eorū obiectiones.

13 Illatum denique contra Eccleſiæ perduelles Vvicleffiſtas, Huſſitas, & Calixtinos fuit ſacrum bellum, geminique exercitus in Bohemiam irrupere b; non eodem tamen tempore, vti conuentum erat, ſed longiore interuallo; quare diſtractæ vires facilius ab hæreticis propulſatæ ſunt. Primi quidem imperij principes auguſto exeunte ſigna cruceſignata extulere; ſed cunctante Sigiſmundo, cum Sozium fruſtra cinxiſſent obſidione, Bohemia diſceſſere. Duxit deinde extremo anno Sigiſmundus florentiſſimum exercitum ex Hungaris, Auſtriacis, Morauiſque comparatum; & quidem iſtius expeditionis initio læti nonnulli euentus ex ſententia proceſſere, extantque tum adulta æſtate c, tum exitu d huius anni pontificiæ literæ ad Brandam legatum xvi. kal. ianuarij miſſæ, quibus data eſt ei prouincia, vt Bohemos Morauoſque catholicos crucis ſymbolo inſignirec.

b Cocl. lib. 5.

Germaniæ principes priores irrūpunt.

Serius mouet exercitū Sigiſmundus.

c Mart. l. 3 pag. 211.

d Lib. 4. pag. 1. & 13.

Bohemi Catholici crucis ſymbolo inſigniti.

14 Vt vero Pontifex impios apoſtatas ab hæreſi reuocare adhibita vi niſus eſt, ita Samaytas, qui Vvladiſlai Regis Poloniæ, ac Vvitoldi ducis Lituaniæ opera ad Chriſti cultum ab impura idolorum ſuperſtitione traducti fuerant, cumq; nonnulla ipſis aduerſa accidiſſent, ad conſtantiam erexit e, monitoſque ne in acerbis rebus contraherent remitterentue animos, in clientelam apoſtolicam recepit.

e Lib. 3. ep. cur. pag. 243.

Samaitæ ad Chriſtum traducti.

Vniuerſis & ſingulis Chriſticolis gentis Samaytarum ſalutem, &c.

Mirabilis Deus in donis & ſanctus in omnibus operibus ſuis, cuius iudicia abyſſus multa & inueſtigabiles viæ eius, qui humanum genus ex infinita miſericordia ſua diuerſis & incomprehenſibilibus modis viſitare non deſinit, vt relictis cunctis erroribus viam veritatis agnoſcat, his diebus nouiſſimis ex ſua ineffabili clementia dono Spiritus ſancti mentes veſtras mirum in modum illuminare dignatus eſt, vt qui prius paganorum erroribus hoſte humani generis illudente eratis aſtricti, quibuſque iuſtitia depoſcente acerrima pœna debebatur inferni, benigniſſimi domini noſtri Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri veritate fulgente, ſacro baptiſmate renati ſitis, ac gremio militantis Eccleſiæ aggregati, fidem catholicam profitentes, vt exinde æternam beatitudinem habere poſſitis. Ex hoc tam mirabili dono propenſius lætatur mater Eccleſia, populus Chriſtianus exultat, noſque vberrimas gratiarum actiones erumpentibus lacrymis omnium bonorum largitori referimus pro tam ineffabili munere vobis clementer impenſo, quos, cum eſſetis oues errantes ad ouile ſuum Ieſus miſericorditer reducere dignatus eſt. Magna enim eſt felicitas Chriſtianorum, qui recte viuendo pares angelis efficiuntur, qui Chriſto ſummo bono fruituri ſunt, quique gloriam æternam omni fine carentem continuo poſſidebunt. Quanta igitur vis catholicæ fidei, quæ de terrenis cæleſtes, de ſeruis liberos, de damnatis efficit glorioſos? Quis hanc refugere debeat? quis hanc, ſi recte ſentit, amplecti non velit, quæ vitam largitur

Martini ad eoſdem.

Chriſtiani recte viuendo pares Angelis ſunt.

tur æternam, culpas diluit, & peccata condonat?

Hæc ergo ſola eſt, per quam vitatur infernus, agnoſcitur veritas, & paradiſus aditur. Proinde, dilectiſſimi filij, cum Chriſtus Ieſus dominus noſter Deus verus & homo, qui ſecundum humanitatem mortuus eſt, vt nobis vitam donaret æternam, tam excellens munus vobis contulit, vt ſua ineffabili charitate paganorum relictis per medium præſertim chariſſimi in Chriſto filij noſtri Vvladislai Regis Poloniæ illuſtris, ac dilecti filij nobilis viri Vvitoldi ducis Lituuaniæ, quibus ob hoc obligamini plurimum, Chriſtiani ſitis effecti, ac vitæ æternæ capaces, deuotiones veſtras per viſcera miſericordiæ Dei noſtri hortamur, rogamus, & obſecramus obnixius, vt in hac ſanctiſſima via catholicæ fidei, prout laudabiliter incœpiſtis perſeuerantes, prout firmiter ſperandum eſt recte ambuletis in ſemitis mandatorum Dei; mentes veſtræ in cœleſtibus ſint, vbi recte viuentium glorioſus eſt finis. Nec vos frangant aduerſa, nec proſpera extollant, & ſi quando in hoc mundo aduerſa contingant, amore cœleſtis patriæ patienti animo toleranda ſunt, veloci enim curſu pertranſeunt, & veluti momentanea non perdurant, & quo ſine moleſtia & murmure ob amorem Dei animo liberiori feruntur, eo maiora præmia in cœleſti patria tolerantes habere merentur.

Vvladislai & Vvitoldi præclari labores.

Aduerſa cõſtanter ferenda.

Porro cum, vt per venerabilem fratrem Mathiam epiſcopum Medinenſem & patrem animarum veſtrarum diſplicenter accepimus, ex nonnullis anguſtijs, vt dicitis, vobis illatis plurimum conſternati & afflicti in veſtris animis ſitis, deuotiones veſtras, quas in viſceribus charitatis diligimus, ac propenſius paterno affectu complectimur, rurſum exhortamur in Domino, vt de huiuſmodi occurrentibus & quibuſcumque alijs moleſtijs, quæ vobis in hoc terreſtri habitaculo obtingere poſſent, nullatenus conturbari velitis: cum, vt præfertur, confeſtim defluant & in cœleſti patria, ſi hic patienti animo tolerantur aduerſa, maiora præmia conquirantur: nos enim ſub noſtra & Apoſtolicæ ſedis protectione vos omnes habere intendimus, volentes vt in omnibus vobis occurrentibus ad nos tanquam ad patrem veſtrum ſecurum habeatis recurſum, quos tanquam filios &c. nutri & protegere totis viribus enitemur prout præfatos ducem, ac epiſcopum duximus adniſandos: *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem III. id. ſeptembris pontificatus noſtri anno IV.*

Pro reducis recomp. de æternis.

15 Quod ad Vvladislaum Regem Poloniæ & Vvitoldum ducem Lituaniæ attinet, diſceptabant[a] ij cum Prutenis cruciferis de Pruſſiæ, Poloniæ, Lituaniæque limitibus: cumque Apoſtolicæ ſedis internuntij eo miſſi diſcordias ſedare non potuiſſent, Sigiſmundus Romanorum Rex pacis arbitri munus in ſe ſuſcepit, lataque pro cruciferis ſententia, Poloni & Lituani iras magis accendit, ita vt res ad bellum ſpectabat[b], cum Pontifex, ne ad Polonica & Lituanica arma vertenda in barbaros ad religionem amplificandam, Chriſtiano imbuerentur ſanguine, interceſſit, ſeque interpretem concordiæ fore pollicitus Antonium Zenum decretorum doctorem in Poloniam miſit[c], vt cauſæ inſtrumenta ab Vvladislao Rege & cruciferis petita exſcriberet, vt ex apoſtolicæ ſententiæ æquitate, exploratis omnibus hinc inde iuribus, controuerſia rei Chriſtianæ exitialis dirimeretur; Sigiſmundum vero Romanorum Regem de miſſo Zeno certiorem factum rogauit[d], vt ad Vvladislaum Regem Poloniæ & cruciferos inter ſe conciliandos regia ſtudia coniungeret.

a Cromer. Polon. rer lib. 18.

Sententia a Sigiſmundo Rege lata.

b Cromer. vb. ſup.

Polonus mouere arma parat. Pōtifex bellū auertere nititur.

c Martin. lib 3. pag. 279.

d Lib. breu pag. 14.

16 Propagandæ tum in Ruſſia, Podolia, & Valachia fidei orthodoxæ ſtrenuam nauabant operam nonnulli Minoritæ, quos Pontifex ampliſſimis priuilegijs auxit[a], vtque egregie cœpta peragerent plurimis laudibus excitauit. In ea etiam cogitatione curaque verſabatur idem Pontifex[b], vt Græcos ad Eccleſiæ catholicæ caſtra traduceret: ad quos e Turcica tyrannide eruendos nonnullas decimas clero in Philippi ducis Burgundiæ ditione conſtituto imperauit[c], cum magni ſumptus pro ſacris ijs conſilijs perducendis profundendi eſſent: *Signanter*, vt ait, *circa reductionem Græcorum ad ouile dominicum gratia Altiſſimi iam inceptam, & eadem fauente feliciter conſummandam*. Fuiſſe porro datam eam prouinciam Petro S. Angeli diacono Cardinali iam ante vidimus, atque ex literis ad patriarcham Conſtantinopolitanum & epiſcopum Tiraſonenſem hoc anno miſſis[d] conſtat, in quibus hæc habet: *Dudum dilectus filius Petrus S. Angeli diaconus Cardinalis ad Græciæ & orientis partes pro reductione Græcorum & orientalium A. S. L. duximus deſtinandum, ſperantes in Saluatore noſtro, cuius res agitur, quod per medium laborum ſolicitudinum & virtutum ſuarum, quibus Altiſſimus perſonam ipſius multipliciter inſigniuit, Græcos & orientales prædictos ad gloriam ſuæ orthodoxæ fidei & Eccleſiæ catholicæ aggregabit.*

a Ibid. pag 226.

b Ibid. pag. 203. & 221.

De Græcis conciliandis actum.

c Ead. pag. 221.

d Super. pag. 203.

Petrus Card. S. Ang. huic rei præfectus.

17 Agitatum etiam eſt de abolendis ex Hiſpania Mahometanæ ſuperſtitionis reliquijs, ac Mauris Granatenſibus bello domandis, ad quod pium opus Ioannes Rex Caſtellæ virtutibus ætatem ſuperaturus accincturum ſe Pontifici pollicebatur: cuius conſilium rei Chriſtianæ perutile vt promoueret Pontifex, ad tolerandos bellicos ſumptus eccleſiarum Caſtellæ annuarum decimarum tertias templis ſarciendis ſacras illi conceſſit[e].

De Granatenſib. bello agitatum.

e Lib. 4. pag. 69.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Regi Caſtellæ & Legionis illuſtri ſalutem, &c.

Quoniam maligna infidelium peruerſitas, quam ſaluberrimæ religioni Chriſtianæ ſemper inimicari conſtat, & vt captato tempore lethalius nocere queat, inſidias ad eiuſdem catholicæ religionis deſtructionem iugiter aſpirat, & indefeſſa hoſtilitate molitur, magna proinde Chriſticolis imminet neceſſitas prouidendi, magniſque veniunt extollendi laudibus & gratijs, donis atque fauoribus apoſtolicis amplificandi Reges & principes catholici, qui hoſtilem habentes ipſorum infidelium viciniam, ſe pro eiuſdem ſacræ religionis aduerſus ipſos infideles defenſione cum aſſiduis periculis & ſumptibus grauiſſimis exponunt, & murum ſe conſtituunt; gladium, & ſcutum. Cum igitur regnum Granatæ ab ipſis infidelibus ſpurciſſimis, videlicet Machometicis occupatum catholico regno Caſtellæ, regiæ ſerenitatis tuæ ditioni ſubiecto contiguum pro magna parte vicinum ac immediatum exiſtat; & ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, prædeceſſores & progenitores tui Reges Caſtellæ tanquam deuotiſſimi Eccleſiæ filij & ſtrenuiſſimi pugiles fidei catholicæ plurima aduerſus ipſos infideles pro eiuſdem ſinceræ fidei conſeruatione & incremento ſalutari bella geſſerint, & ſua, proprijs non parcendo periculis aut ſumptibus, expoſuerint viriliter & potenter, ac glorioſos & toti fructuoſos Chriſtianitati feliciter reportauerint de ipſis hoſtibus triumphos, prout etiam regia celſitudo tua, ſuorum laudabilia ſalubriter imitando veſtigia patrum, iam in ſua tene-

Caſtellæ Reges conſpicui bellis Mauricis.

Io. Regis expeditio.

rioti

Digitized by Google

riori licet ætate conſtituta, victorioſe peregit, & diuina ſibi ſuffragante clementia, peramplius in futurum agere diſpoſuit, & intendit perſeuerare, quapropter Romani Pontifices prædeceſſores noſtri a tot annis & tantæ antiquitatis temporibus, quod hominum memoria in contrarium non exiſtit, præfatis Regibus in aliquod ſubſidium, huiuſmodi virtuoſæ & ſalubris infidelium Deo & Eccleſiæ lucrifactionis efficaciter proſequendæ, ac bellorum, ob defenſionem dilatationemque fidei potentius atque feruentius agendorum onera facilius ſupportanda, certas portiones decimarum, tertias nuncupatas, in Caſtellæ & Legionis regnis colligi ſolitas & haberi de tempore in tempus continue ſub certis formis atque modis tunc expreſſis, conceſſerunt atque donauerunt; pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus huiuſmodi portiones ſeu tertias tibi & heredibus tuis Caſtellæ & Legionis Regibus, qui erunt pro tempore, ad eoſdem finem & effectum defenſionis & dilatationis fidei, ac infidelium lucrifactionis applicandas de prouiſionis apoſtolicæ liberali bonitate concedere dignaremur.

Dato illi ſubſidia.

Nos igitur, qui hodie omnes & ſingulas conceſſiones & donationes de prædictis portionibus ſiue tertijs quibuſuis eccleſiaſticis vel ſæcularibus perſonis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, præeminentiæ, ordinis, vel conditionis exiſterent, aut communitatibus, vel vniuerſitatibus, ſeu locis quibuſlibet præterquam S. Benedicti Valliſoleti, S. Mariæ de delpaular de Raſcaſria, & S. Mariæ circa locum de monte Marca S. Benedicti & Cartuſienſium, ac S. Hieronymi ordinum Palentinæ, Segobienſis, & Zamorenſis diœceſium prioratuum, prioribus, & conuentibus, ac alijs quibuſuis pijs locis, nec non etiam vniuerſitati ſtudij Salamantini, quibus ob fructus vberes, quos in Dei Eccleſia afferunt, nullum volumus præiudicium generari, per te, vel progenitores ſeu prædeceſſores tuos eatenus quomodolibet factas, nec non confirmationes quaſlibet a ſede prædicta ſub quauis forma, vel expreſſione verborum ſuper ipſis conceſſionibus, & donationibus forſan conceſſas, habitas, vel obtentas in quantum viribus ſubſiſtere poterant, ex certa ſcientia per alias noſtras literas reuocauimus, caſſauimus, & irritauimus, attendentes propenſius, quantæ neceſſitatis ſit & commoditatis vniuerſæ fidelium eccleſiæ, ad protectionem ipſius Chriſtianæ religionis, cuius, proh dolor! afflictiones & damna videntur in dies vehementius aggrauari, opportuna præbere ſubſidia, dictaſque portiones, ſiue tertias tunc ad gloriam Dei, animarumque ſalutem, & commune bonum eccleſiarum ſalubriter conuerti, cum ad cunctis neceſſariam fidelibus ſuæ fidei & religionis defenſionem applicantur, ac zelum fidei, & deuotionis tuæ, apoſtolicis largitionibus fouere & peramplius intendere cupientes, etiam huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præfatas portiones ſiue tertias tibi pro te & tuis heredibus, & ſucceſſoribus antedictis, & per te ipſos heredes ac ſucceſſores, ſeu a te vel ipſis deputandum ſeu deputandos, ipſis tamen pro huiuſmodi orthodoxæ fidei aduerſus dictos lucrifaciendos infideles, defenſione & dilatatione, guerris & guerrarum cauſis durantibus, a te & eiſdem heredibus & ſucceſſoribus huiuſmodi lucrifactionis, defenſionis, & dilatationis, proſecutionibus, & perſecutionum bellis operam dantibus efficacem, petendas, exigendas, & recipiendas, ac ad præfatum dumtaxat belli, ſeu defenſionis, dilatationis, & lucrifactionis vſum efficaciter conuertendas, & integraliter applicandas, auctoritate apoſtolica tenore præſentium aſſignamus, conſtituimus concedimus & ordinamus. Non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem VIII. id. octobris pontificatus noſtri anno IV.* Extant quoque literæ ad Toletanum & Compoſtellanum archiepiſcopos atque ad epiſcopum Burgenſem datæ a, quibus præcepit, vt eæ tertiæ Regi ſoluerentur, expeditionemque ſacram in Saracenos vrgerent. Sed ciuiles diſcordiæ inferri arma Granatenſibus vetuere, Henricus b enim Aragonia ſtirpe regia ſatus Villenæ principatum armis ſibi aſſerere conatus ingentes tumultus Caſtellæ iniecit: in quem legibus actum eſt: neque ipſius modo principatus, verum ditionis S. Iacobi, quam hereditariam aſſectabar, ius illi abrogatum eſt, ipſumque in vincula coniectum inferius viſuri ſumus.

Conuerſe il tertiam.

Non conuertendæ in alios vſus.

a Ibid. pag. 70. & 71.

Diſturbata belli ſacri conſilia.

b Marian. de reb. Hiſp. lib. 20. c. 13.

18 Flagrabat eodem tempore Gallia inteſtino bello, cum iam ante, vt diximus, in Henricum Anglorum Regem Gallici ſceptri iura Carolo Delphino debita transfuſa eſſent: indeque acre bellum inter Gallos Angloſque & eorum fœderatos factionis Burgundæ ſurrexerat. Abierat c in Angliam Henricus Rex, vt de parto regno triumphum apud ſuos ageret, relicto rerum ſuarum in Gallijs moderatore fratre Thoma Clarentiæ duce, qui cum ſuperioribus victorijs præferox in Delphinum exercitum duceret, conſerto certamine, neci occubuit d, ſuique funeſta clade obruti fuere: quo acerbiore caſu exſtimulatus Henricus Rex, ſuſcepto iam ex vxore Catharina Henrico filio vtriuſque regni deſignato herede, habito in Anglia militum delectu, in Gallias traduxit e quatuor cataphractorum equitum ſagittariorum viginti quatuor millia, bellumque in Delphinum mouit, a quo nec non a Philippo Burgundo effectas in regno vaſtitates, expugnataſque vrbes deſcribit Monſtreletus f maxime poſt initum cruentum prælium vltima auguſti die, quo Delphini ſocij initio victores deinum deleti g ſunt; cum etiam plures populi timore perterriti ſuccubuere h. Fertur in veteri chronologia i præſignatas Gallorum & Anglorum ſtrages inſigni prodigio, cum ad portam S. Honorati Pariſijs ſanguineus fons magno ſpectantium ſtupore ebullijt. Ne vero in augendis conſtabiliendiſque rebus ſuis Romanum Pontificem infenſum pateretur Henricus, immunitatem eccleſiaſtici ordinis in ea ditione, quam acquiſierat in Gallijs, in priſtinum ſtatum ſe reſtituturum Martino eſt pollicitus l; atque etiam in Anglia, cum primum in eam eſſet reuerſus, coacto ordinum regni ſolemni conuentu inſtauraturum, omniaque illi aduerſantia reſciſſurum: quem Pontifex, vt in Anglia ius pontificium Auinionenſi ſchiſmate labefactatum redintegraret, ſeque aliorum Regum exemplis accommodaret, eſt adhortatus, cum ex libertate eccleſiaſtica reſtituta regiam etiam potentiam confirmaturus eſſet.

Gallia ciuili bello ardet.

c Iuuenal. Vrſin. in Carol. VI. hoc ann.

d Thom. Walſing. in hiſt. Angl. Paul. Aemil. in Car. VI. Meyer. l. 16. annal. Fland. in Phil. Burg. Monſtrel. vol. 4. cap. 239.

Thomas Angl. Regis frater cæſus.

e Cap. 242.

Regis Henrici in Delphinum expeditio.

f Monſtrel. vol. 1. c. 243. ſeq. 250.

Delphini exercitus profligatus.

g Ib. cap. 247.

h Ib. cap. 250.

i Ext. in append. Iuuenal. Vrſin.

Pia Angli pollicitatio.

l Lib. breu. vlt. pag. 33. & in alio lib. breu. pag. 8

Henrico Regi Angliæ illuſtri.

19 Ex inſtructione ipſius, (nempe nuntij) ſibi data in ſcriptis & ſigillo tuo roborata cognouimus optimam & ſinceram diſpoſitionem voluntatis tuæ in iuribus & libertatibus ſedis Apoſtolicæ conſeruandis; nam, vt aſſeris, in terris & dominijs, quæ nouiter ad tuas manus deuenerunt, Romanæ eccleſiæ iura & libertates nullo modo tollere, vel mutare, ſed in ſuo priſtino ſtatu ſecundum conſuetam obedientiam conſeruare voluiſti, & ſic intendis etiam in futurum: & inſuper in regno ipſo An-

gliæ, vbi contra præfata iura & libertates nonnulla interdicta ſunt poſita, non quidem a te, ſed a tuis prædeceſſoribus, te daturum operam liberaliter obtuliſti, vt in primo parlamento, quod quamprimum fueris reuerſus in Angliam celebraturus es, hæc ipſa edicta tollendi materia pertractetur, vt ſi edicta illa honeſta & legitima ratione ſuſtineri non poterint, quæ certè non poterunt, ſatisfacturum te noſtræ voluntati pro tuæ iuſtitiæ debito pollicetis: in quod opus, quod eſt catholico Rege dignum, vt toto animo incumbas atque perficias, celſitudinem tuam hortamur atque etiam deprecamur; erit enim, cum hoc pium & ſanctum ac debitum opus effeceris, numen tuum præter illam dignitatem retributionem, quam a Domino conſequeris, in honore apud homines & in celebri commendatione apud ſedem Apoſtolicam ſempiternum; & inter cæteras felicitates tuas, quibus Deus omnipotens te clariſſimum Regem illuſtrauit, hæc non minor reputabitur, quæ cum tuo tempore vnitam Eccleſiam Dei vidiſti, vulnera, quæ Apoſtolicæ ſedi illata fuerant, in regno tuo ſalubriter curauiſti: quæ curatio tuæ optimæ voluntatis ſi, quod auertat Deus, aliquorum fortaſſis pertinacia impediretur, conſidera, fili chariſſime, quanta difformitas appareret in Eccleſia vniuerſali, ſi cæteris Regibus, principibus, populis, & nationibus Chriſtianis per beneficium vnionis ad obedientiam noſtram ſine alicuius iuris eccleſiaſtici diminutione reductis, abſciſſio quædam & ſequeſtratio in regno tuo plenarie retrahens obedientiæ videretur, quamque pernicioſum cæteris regnis & nationibus eſſet exemplum.

Vrgent vt aliar. Regũ exemplis ſe accõmodet.

Conſidera etiam (quod ſæpe nobiſcum cogitamus) quantam increpationem apud vniuerſalem Eccleſiam merito pateremur, ſi ſub noſtro pontificatu in corpore vnitæ Eccleſiæ tantam deformitatem & maculam tolerare vellemus; quæ quidem, quod ſuperiori tempore fuerint tolerata, cauſa fuit ſchiſmatis calamitas, qua impediente recto rerum examini & iuſtitiæ locus eſſe non potuit. Nonne etiam, chariſſime fili, ſi in hac noſtra & ſedis Apoſtolicæ cauſa taceremus, nec deuotionem tuam excitaremus ad opus famæ & honori tuo debitum, & animæ tuæ ſalubre, poſſes negligentiam quandam noſtram filialiter accuſare, quod nullam tui honoris rationem nec paternam erga te charitatem haberemus? Mouet ſiquidem nos non ſolum officij noſtri debitum, ſed etiam illa paterna, qua afficimur erga te, charitas ad te ſolicitandum & charitatiuis affectibus excitandum, vt cum pro vnienda Eccleſia Dei multa pie deuoteque feceris, ea per Dei miſericordiam nunc vnita, non patiaris in aliqua parte regnum tuum a cæteris Chriſtianis contra antiquam bonorum temporum iuſtitiam diſcrepare. Quare regiam celſitudinem tuam hortamur atque etiam obſecramus, vt quantocyus poteris hanc ſanctam rem perficias, vt ſicut Chriſtianiſſimus Rex exiſtis, ita ſanctæ ſedis Apoſtolicæ peculiaris filius iudiceris: cauſa etenim iſta eccleſiaſticæ libertatis adeo ſancta & iuſta eſt, quod certi ſumus ab eadem nullam bene inſtitutam animam, nec rectam hominum ſapientiam diſſentire. Cæterum cupide interrogantes præfatum Simonem de illarum partium & regnorum ſtatu ſuper deſideratæ a nobis pacis materia, cum eodem nonnulla contulimus, ſicut tua celſitudo poterit per eius literas intueri. *Dat. Romæ apud S. Petrum* XIV. *kal. nouembris anno* IV.

Plura tempore ſchiſmatis tolerata.

20 Solicitauit alijs literis Pontifex Regem ipſum, vt pacem præſtaret Gallis, cum ex eo bello immenſa mala in rem Chriſtianam redundarent; ipſum pacis beneficio bellicam felicitatem confirmaturum; denique nunquam Chriſtiano imperio pacem magis neceſſariam viſam, cum in ſeptentrione hæreſis graſſaretur, & Turcæ orientem vaſtarent.

Solicitatur ad pacem. *a Lib. breu. pag. 2.*

Chariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Angliæ illuſtri.

Tanta eſt apud nos opinio pietatis & humanitatis tuæ, quod omnino confidimus vocem noſtram, immo vocem omnipotentis Dei per nos vicarium ſuum in terris, licet immeritum, te vocantis ad pacem, benigne & deuote ſuſcepturum; & quod etiam, omni cupiditate, & ambitione ſecluſa, quam certe in tuo regali animo regnare non credimus, in hac tanta re, a qua ſtatus vniuerſæ Chriſtianitatis dependet, noſtris & Apoſtolicæ ſedis hortationibus & conſilijs acquieſces, & publicam tot fidelium ſalutem tuis proprijs commodis antepones. Non eſt opus, fili chariſſime, vt commemoremus ea, quæ notiſſima tibi ſunt & in oculis tuis verſantur, vaſtationes vrbium & prouinciarum, afflictiones & calamitates innumeras populorum, quæ propter contentiones & diſſidia principum Gallicorum per hos annos proximos inciderunt. Maior certe eſt hæc clades grauiorque iactura non ſolum illarum gentium, quæ ſunt propinquæ vel immixtæ periculis, ſed totius reipublicæ Chriſtianæ, quam cuiuſquam poſſit ſermonibus explicari, quæ mala, quæ diſcrimina, quos labores cum iam dudum ex apoſtolatus apice lacrymantes aſpiciamus, & pro pace fidelium Deum continuo ſuſpirantes oremus, & omnes noſtras curas & cogitationes ad hoc potiſſimum intentas habeamus, vt inſpirante Domino aperiamus aliquam ſalutarem viam compoſitionis & pacis, ad te in primis propter amplitudinem excellentiamque regalem, & vim atque potentiam militatem omnia magna poſſe, propter clementiam & benignitatem naturæ tuæ omnia bona velle non dubitamus, recurrere viſum eſt: & ſperamus in eo, qui inſpirat omnia ſana & ſancta conſilia, quod nulla belli felicitas te faciet a ſalute Chriſtianorum & pacis conſilij abhorrere.

Præferat rem Chriſtianam ambitioni.

Conſidera præterea, fili chariſſime, nullam tantam eſſe poſſe rerum humanarum felicitatem, præſertim in bello, in quo omnia varia & dubia ſunt, quæ non periculis & caſibus innumeris ſint ſubiecta, ita vt plerumque, qui manutenere victoriam videantur, aliqua ſubita & improuiſa neceſſitate ſuperentur: & hæc tibi iam cognita & explorata eſſe confidimus, qui verſaris in bellis & nunc læta, nunc triſtia æquo & forti animo pertuliſti: tantaque eſt dubietas & vertigo caſuum bellicorum, vt ſi nulla res ſanctior animas hominum inclinaret ad pacem, tamen eſſet certa pacis ſecuritas cuilibet felicitati & ſperatæ victoriæ anteponenda.

Firmã felicitatem in contentionum veru poſſe.

Sed quoniam apud animi tui magnitudinem plus valere publicæ vtilitatis, quam proprij laboris aut periculi rationem putamus, velis, fili chariſſime, cogitare & ante oculos ponere præſentem totius Chriſtianitatis ſtatum, & pro tua pietate & ſapientia quantum potes prouidere, ne in grauiorem miſeriam prolabatur: nam apud Septentrionem, vt vides peſtifera, & horribili hæreſi ſuſcitata & ad eam extirpandam tota Alamannia laborante, ſi regna illa & nationes apud occidentem diuturno bello inter ſe vſque ad extremam perniciem vexabun-

In pace bellicam felicitatem firmandam.

Neceſſaria illam Chriſtiano imperio.

Septentrione in laborare hæreſi.

buntur, neceſſe eſt vniuerſam rempublicam in maximis periculis & miſerabili calamitate verſari. Quare per miſericordiam Ieſu Chriſti rogamus & obſecramus ſerenitatem tuam, vt habita ratione potius humanitatis, quę poteſt in pace ſeruari, quam felicitatis, quę in bello cruento non poteſt eſſe perpetua, habitaque conſideratione tot populorum, qui ad extremam miſeriam deducuntur, & penſato communi Chriſtianorum ſtatu, lęto corde & prompto animo hortationes noſtras & verba

B. Nicolaus Albergatus ad anglum miſſus.

noſtra recipias, ac venerabilem fratrem Nicolaum epiſcopum Bononienſem, virum religionis obſeruantia, integritate, & ſanctitate vitę dudum Domino ſeruientem digniſſimum nuntium tantę pacis exaudias, quem virum ex multis pręlatis elegimus propter ſuam inſignem ſapientiam & munditiam, ſingularem ad hoc pium & ſanctum opus idoneum, & ſperamus, quod Spiritus ſanctus ex huius humilis & deuoti hominis ore in cor tuum & aliorum, quorum conſenſus eſt neceſſarius, deſiderium & amorem pacis infundet. *Dat. Romæ apud S. Petrum.*

Contemnere viſus eſt pacis conſilia Henricus humano tumens faſtu, atque eius exercitum

a Iuuenal. Vrſin. in Car. VI. hoc anno.

dyſenterica epidemia corripuit [a], qua proximo anno interemptum Henricum ipſum viſuri ſumus. Eodem argumento exaratis literis [b], Pontifex Delphinum Viennenſem hortatus eſt, vt animum multis laceſſitum iniurijs mitigaret, pacique accommodaret; nulla quippe ratione nutantea ipſius res quam pacis beneficio conſtabiliri poſſe.

Delphinus de pace cũ Anglo pulſatus.

b Lib. breu pag. 54.

Nobili viro Carolo Delphino Viennenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Martini ad eũdem lit.

21 Iam dudum de ſummo apoſtolatus apice lachrymantes aſpicimus labores tuos, populorumque afflictiones, & paterni regni calamitatem, tibique & cæteris fidelibus, qui laborant & in tanta bellorum confuſione vexantur, fili dilecte, pro noſtra erga te & tuos paterna charitate compatimur, & de capitis tui periculo in tanta rerum vertigine formidamus: ſed cum ſola pax poſſit te tutum præſtare & confirmare, ſtatum tuum & gentes, atque prouincias, quæ tibi obediunt atque fauent a continuis cladibus & periculis liberare; pro hac pace Deum continue ſuſpirantes oramus, vt nobis aperiat viam aliquam ſalutarem huiuſmodi deſideratæ compoſitionis & pacis, per quam omni depoſita memoria iniuriarum cum ſanguine tuo primum reducaris in gratiam, & mutuam charitatem, deinde cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico Rege Angliæ illuſtri pacifice & quiete viuas. Hoc vnum certe inter omnia noſtra deſideria primum eſt, quia ſic expedire cognoſcimus, non ſolum tibi & aduerſarijs tuis & veſtris populis, qui vos ſequuntur, ſed etiam vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ, &c. *Dat. Romæ, &c.*

Non ſine cauſa Martinus internuntiũ ſuum, vt pietate inſignem Henrico Anglorum Regi, tum etiã Carolo Delphino, ac Philippo duci Burgundiæ cõmendauit: is enim erat Nicolaus Albergatus Cartuſianæ diſciplina excultiſſimus, qui ob ſanctitatis clariſſima exempla diuinis confirmata miraculis beatorum numerum auxit: ad quem datæ ſunt a Martino ſubiectæ literæ [a].

Datæ Nicol. Albergato mandata.

a Ib. pag. 76.

Nicolao epiſcopo Bononienſi.

Cum, ſicut noſti, dudum graui & atroci diſſenſione principum Gallicorum peſtiferum bellum ſuſcitatum in regno Franciæ & vicinis partibus viguerit, & vigeat de præſenti cum exterminio illarum gentium & iactura grauiſſima totius reipublicæ Chriſtianæ, nos cupientes finem tantis malis imponere, *& infra*, te ad hoc ſanctum opus ex omnibus prælatis elegimus digniſſimum nuntium tantæ pacis perfectiuum ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Regem Angliæ illuſtrem, & ad dilectos filios nobiles viros ... Delphinum & ducem Burgundiæ, inter ipſos pacem & concordiam tractaturum, &c.]

22 Dum ita ad pacanda Chriſtiana regna Chriſti vicarius curas apoſtolicas collocabat, haud leues in ditione pontificia excitatæ ſunt turbæ, quas legatorum opera ſedare ſtuduit. Alamannum itaque tit. S. Euſebij presbyterum Cardinalem in Spoletana, Narnienſi, Interramnenſi, & Amerinenſi vrbibus nuntium creauit, ſumma ei ad vniuerſas ciuium illorum contentiones & controuerſias componendas data poteſtate [a]; Bononiæ, Flaminiæ, & exarchatui Rauennati Alfonſum S. Euſtachij diaconum Cardinalem præfecit [b], vtque perduelles facilius comprimere poſſet, fœderis armorum cum Florentina republica iungendi auctoritate muniuit [c]. Mouerat in Alfonſi Card. prouincia nouos tumultus Angelus Pergulanus, inſidiaque proditione arcem S. Petri ſuæ tyrannidi ſubiecerat, auſus etiam Apoſtolicæ ſedis nuntios in cuſtodiam dare. Ad quem reprimendum Martinus Nicolaum marchionem Ateſtinum incitauit [d]. Vigebant præterea grauiora diſſidia inter Romanos & prouinciam patrimonij, quam Braccij e Montone aſtu & opera ab eccleſia Romana deſciuiſſe vidimus: quæ vt tolleret Pontifex inducias propoſita fœderis ſpe imperauit, grauibus pœnis in earum violatores conſtitutis [e]. Quod ad vrbanas res ſpectat; prætereundæ non videntur apoſtolicæ literæ [f], quibus Antonium epiſcopum Portuenſem ampla poteſtate Martinus inſtruxit, vt clerum baſilicæ principis Apoſtolorum ex concilij Conſtantienſis ſanctione ad eccleſiaſticæ diſciplinæ priſtinum decus reduceret: *Vt liberius*, inquit, *diſſolutionis & inſolentiarum poſſis amputare materias & alia, quæ tibi pro iniuncto a nobis officio reformanda videris reformare, vices noſtras & omnimodam tibi cum plena & libera poteſtate concedimus facultatem vſque ad completam reformationem. Dat. Romæ apud S. Petrum III. kal. ianuar.*

Res eccleſiaſtici imperij curat Martinus.

a Lib. 3. pag. 123

b Ib. pag. 254.

c Ibid.

d Ib. pag. 257.

Patrimonium S. Petri a Braccio vexatum.

e Lib. 3. pag. 136.

f Ibid. pag. 292.

23 Hoc anno, vt referunt [g] Genuenſium annales, reſpublica Genuenſis amiſſa priſtina dignitate in Philippi Mariæ ducis Mediolanenſium cecidit ſeruitutem: cum enim Baptiſta Fregoſius claſſis præfectus nimio ardore Aragoniam claſſem, quam Mediolanenſis conduxerat inſecutus eſſet, fuſus profligatuſque eſt; quæ calamitas Thomæ Fregoſio Genuæ duci tantum terrorem iniecit, vt is deditionem fecerit, acceptoque Serezanæ dominatu alijſque honeſtis pactionibus Genuam Mediolanenſi ijs legibus ſubiecerit, quibus antea Carolus VI. Gallorum Rex Genuenſe imperium geſſiſſet. At Philippus Maria reliquias priſtinæ libertatis elidere omni arte eniſus eſt. Quæ vero in oriente Genuenſium Coloniæ erant ſibi ipſis exitium vltro pepererunt: nam maritimas vires Turcis ad excindendos Græcos commiſcuere. Tantum potuit tenuiſſimus auri fulgor, vt ſalutis & gloriæ penitus obliuiſcerentur: ſed de his proximo anno dicetur.

g Auguſt. Iuſtinian. lib. 5. Bizar. lib. 11. & Folien. l. 10. & alij.

Genuenſes in ſeruitutem redacti.

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1422.

MARTINI PP. V. Ann. 5. SIGISMVNDI REGIS ROM. AN. 12. EMMANVELIS IMP. II. OR. AN. 39.

1 AGitantibus de extinguendo vetere ſchiſmate conſilia Græcis, antequam ad ea perficienda occidentales Reges aduerſus Chriſtianæ fidei hoſtes auxilia compararent, Turcæ Rege Amurate in orientale imperium anno a Virginis partu milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſecundo indictione quintadecima magno terrore irrupere [a]. Anniſus [b] erat Emmanuel Turcarum vires diſtrahere, ac Muſtaphæ partes extulerat, vt is Europęum regnum Turcicum ab Aſiatico diuelleret. Succeſſiſſet res ex ſententia: verum Muſtapha partis non contentus regionibus, profligato Europę pręfecto, quem Amurates immiſerat, irrumpere in Aſiam auſus cum exercitu victus eſt, ac peremptus a nepote Amurate: qui mox ad ineundam Europęi regni poſſeſſionem aſpirans, atque in Gręcos patrui Muſtaphę fœderatos ira percitus ad ſibi ſubijciendam Conſtantinop. olim impetus conuertere decreuit. Retardabatur maris fluctibus, & nauibus carebat [c], cum Ioannes Adurnius Genuenſis datę Chriſto in ſacris baptiſmalibus fidei immemor, atque auaritia obcæcatus, nec pericula perpendens, in quę patriam injiciebat; Grecis enim deuictis, tot Genuenſium colonię ſparſę in oriente ſine dubio exitio dandę erant, plurimo ab Amurate conductus auro Mahometanum exercitum in Europam traiecit [d].

a Phrantz. l. 1. c. 40. b Id. ibid. Calchon. lib. 5. — Deſcriptio Turcicum imperium Muſtapha vſque ab Amurate, Amurates in Græcos expeditio, Genuenſis Ioannes Adurnii auxilio. — *c Lib. 4. ep. cur. pag. 81. & 123. d Id. ibid.*

2 Periclitanti Gręcorum imperio opem ferre omni ſtudio niſus eſt Pontifex; Amurates enim Emmanuelis Imperatoris oratores Cantacuzenum Laſcarim & Philommatem miſſos, vt Europam ingreſſum delinirent officijs, & cum eo fœdus ſancirent, barbarico furore in vincula duci atque octaua iunij die Conſtantinopolim obſidione cingi juſſerat [e], ad quam vrgendam paulo poſt ipſemet acceſſerat. Vt itaque Mahometani pellerentur caſtris Martinus intentus Ioannem patriarcham Conſtantinopolitanum Parmenſis eccleſię adminiſtratorem in Gallias legarat [f], vt Henricus Anglorum Rex icto cum Gallis fœdere arma in Turcas verteret. Tum Venetos, qui in Hadriatico mari claſſem inſtructam habebant, rogauit [g] vt eam ad ſoluendam Conſtantinopolis obſidionem in Thraciam mitterent, ac Rhodijs equitibus, vt cum illis vires maritimas iungerent, mandata dedit: Genuenſes ac Philippum Mariam Vicecomitem monuit [h], vt Genuenſes e Turcico exercitu reuocarent: de quibus certiorem factum Emmanuelem Imp. hortatus eſt, vt Gręcos ſuos ad damnandum vetus ſchiſma vrgeret, fore enim, vt mox Latini ingentibus copijs comparatis ſubſidio ipſi accurrerent.

e Phrantz. l. 1. c. 40. — Obſeſſa Conſtantinopolis. Martinus ſuppetias ferre Gręcis. — *f Lib. 4. ep. cur. pag. 77.* — Venetos la[...] Rhodios [...] — *g Lib. breu. 5. pag. 16. & lib. 4. ep. cur. pag. 23. & 76. h Ibid.*

Chariſſimo in Chriſto filio Emmanueli Romaorum Imperatori illuſtri ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Iam pridem audiebamus terribilem illum Turcum tuo minitantem imperio cum magnis copijs ex Aſia in Europam beneficio mercenariæ claſſis traiecisse, & (quod modo magis multo nos angit) nouiſſime ſignificatum eſt nobis eundem terra & mari præualentem, caſtris ante vrbem Conſtantinopolitanam poſitis, te & tuos grauiſſima obſidione conſtrictos intra mœnia continere non ſine ſummo tui ſtatus periculo & dedecore nominis Chriſtiani. Quæ rerum nouitas nos commouit ad commiſerationem calamitatis tuæ, & animum noſtrum intentum ad ſananda quædam alia vulnera Chriſtianæ reipublicæ verſus ſeptentrionem & occidentem, ſtatim auertit ad Græciam & ad tota pericula conſideranda, & etiam, ſi qua via poſſimus noſtris & fidelium auxilijs, repellenda ob Chriſtiani nominis reuerentiam, quod vnum tibi eſt commune nobiſcum: atque ita continuo mandauimus dilectis filijs magiſtro & fratribus hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, vt de Rhodo inſula omnibus, quibus poſſent, opibus te iuuarent; poſſe enim eos aliquid cogitauimus & propter locorum vicinitatem & opportunitatem maris; debere autem eos ſcimus ex inſtituto religionis ſuæ contra perfidos abnegantes Chriſtum filium Dei decertare; & vt feruentius ea facere velint, quæ poſſunt & debent, ipſos mandatis noſtris obſtrinximus.

Emmanuelis laudat animum.

Significat Rhodios opem laturos.

Venetos inſuper deuotos homines & potentes, qui etiam ipſa valent celeritate ſuccurrendi, propterea quod in Adriatici maris ſinu claſſem hoc tempore inſtructam habent, ex conſueta ſuæ reipublicæ diſciplina rogamus, vt tibi in hac neceſſitate, prout ipſis videretur expediens, ſubuenirent, nec paterentur illud imperium, te ſic oppreſſo, in poteſtatem infidelium deuenire: quod propter eorum ſingularem fidem erga nos & Eccleſiam Dei, & propter eam, quam exercent erga omnes Chriſtianos homines charitatem iam prompte feciſſe, & noſtra rogamina præueniſſe cognouimus. Rogamus etiam de re ſimili Ianuenſes & eorum nomine dilectum filium nobilem virum Philippum Mariangelum ducem Mediolanenſem, eoſque monuimus, vt a Turcarum præſidio reuocarent quoſcumque Ianuenſes cum eorum claſſe & ſtipendijs infidelium nauigantes. Sed vt aliquando tibi, fili chariſſime, demonſtremus veram & certam rationem defenſionis & ſecuritatis tuæ non ad tempus exiguum implorandæ, ſed in perpetuum conſeruandæ, fac vt non videaris membrum abſciſſum ab Eccleſia Dei & reliquo corpore Chriſtianitatis; ſed te non tantum nomine Chriſtiano, verum omni cultu, fide, religione, doctrina coniunge nobiſcum: nam, vt altiorem illam diſquiſitionem legis veritatiſque diuinæ, qua teneris, in præſentiarum omittamus, quæ his literis explicanda non eſt; & deſcendamus ad rerum humanarum opportunitates, vnde tibi & filijs tuis & imperio, quod vix anxie cuſtoditur ab oppreſſione Turcorum, firmius & certius præſidium parari non poteſt, quam repetendo gremium Eccleſiæ matris tuæ & omnium Chriſtianorum: quantum enim putas nomen & imperium tuum venerabile & formidandum magis apud eos ipſos hoſtes fidei Chriſtianæ eſſe futurum, ſi te ſenſerint cum reliqua Chriſtianitate eſſe coniunctum, cum qua tota, ſi te vnum inuaſerint, ſibi eſſe pugnandum exiſtimabunt, qui nunc imperium tuum velut viliſſimam & poſtremam partem a catholicis derelictam, & eorum obiectam ictibus, aſſiduis vexationibus & contumelijs inquietant.

Et Venetos.

Monet Emmanuel. vt ſe coniungat Rom. eccleſiæ.

Quantum etiam tibi alacriori ſtudio & voluntate ſuccurreret Latina Chriſtianitas, ſi non alienos a catholicæ fidei diſciplina, ſed ſe veros fratres defendere cogitaret? cum modo ſint qui, vt tibi verum fateamur, omnino negent ſuccurrendum eſſe ſchiſmaticis, quos, inquiunt, malle ab infidelibus per hæc perpetua prælia pati, quam ſe cum fratribus vna fide & voluntate coniungere. Quodſi tibi & tuis aliquando Deus omnipotens hoc ſalutare conſilium inſpirabit, vt de

Propter ſchiſma ſuſtineſque Turcis creuiſſe.

Chri-

Digitized by Google

Chriſtiana religione nobiſcum etiam concorditer ſentiatis, & vni catholicæ Eccleſiæ obediatis, præter ſempiterna præmia, quæ parata ſunt beatis animabus in cœlo, quanta inde ſtatui tuo & vniuerſæ Græciæ præſidia & ornamenta prouenient; quare, fili chariſſime, non eſt amplius hæſitandum, nec tam ſanctum propoſitum differendum, quod, quam primum exequi te velle ſenſerimus delegare curabimus ad id munus homines diuinorum ſcientia peritiſſimos, & munitos ſedis Apoſtolicæ auctoritate, vt nihil ex parte noſtra deficiat, quin & te & tuos ad veritatis viam reducamus, & te Imperatorem non Turcorum ludibrio deditum, ſed cum gloria dominantem videamus. Vnum poſtremo tacere non volumus, finem huius inueterati ſchiſmatis per tuam ſapientiam & cognitionem catholicæ veritatis, ſublato ſchiſmate, quod pro iure ſummi pontificatus Latinam vexabat eccleſiam, de tuis manibus expectamus & credimus Deum omnipotentem hanc tibi vni gloriam reſeruaſſe: quod ſi nos & Eccleſiam ſpes iſta fefellerit, non videmus, a quo amplius homine ſperare poſſimus. *Dat. Romæ.*

3 Ad confirmandum in conſtantia Emmanuelem, ſuſceptaque abolendi ſchiſmatis conſilia ad exitum adducenda Iacobum Porci clericum Metenſem ad eundem miſit a, tum etiam Emmanuelem ipſum monuit b, vt Theodorum Peloponenſi deſpotam ad ſeruandam pacem, quam cum archiepiſcopo Patracenſi pepigerat, hortaretur, ne Chriſtiani mutuis ſe prælijs obtererent, cum finitimi Turcæ tum Græcis tum Latinis imminerent.

Chariſſimo in Chriſto filio Emmanueli Romæorum Imperatori illuſtri ſalutem, &c.

Quamuis non dubitemus dilectum filium noſtrum natura tuum excellentem principem Theodorum deſpotum Moreæ, & ſua benignitate & noſtris hortationibus ſeruaturum eam pacem, quam nuper fecit cum venerabili fratre noſtro Stephano archiepiſcopo Patracenſi, tamen cupimus, vt ad hoc etiam tuæ ſerenitatis auctoritas intercedat; hoc enim ſuperiori tempore, cum Patracenſis eccleſia ab eodem tot bellicis cladibus vexaretur, dolebamus certe pro detrimento eccleſiæ, ſed etiam longe magis, quod ea quieta ab infidelibus & abnegantibus nomen Chriſti, quibus finitima eſt, tot mala ſuſciperet a principe Chriſtiano & filio tuo: nunc vero gaudemus in Domino, quod intelleximus eos certis pacis fœderibus conueniſſe, quæ vt perpetua ſint, & ne quid in futurum a parte archiepiſcopi in contrarium attentetur, ei ſcripſimus atque præcepimus, ſub pœnis grauibus comminantes, vt nulli domino ſiue genti bellum inferat ſine noſtra ſpeciali licentia, ne propter hoc eius eccleſia, cuius nobis præcipua cura eſt, læſionem aliquam patiatur, & præfatum filium tuum deſpotum charitatiue rogamus, vt pacem velit perpetuam conſeruare, & ſi quid fiet per ipſum archiepiſcopum, quod exiſtimet factum eſſe contra dignitatem ſuam, non continue bellum moueat eccleſiæ nociturum, ſed nos nuncijs & literis ſuis informet, ſtatim pro eius indemnitate & contra perſonam inferentis iniuriam ſine eccleſiæ læſione prouiſuros. Tuam vero ſublimitatem imperatoriam obſecramus, vt eundem filium tuum in ſententiam noſtram adducas tuis præceptis & auctoritate, vt in regionibus illis, quæ infidelibus ſunt vicinæ, ſeſe inuicem non oppugnent Chriſtiani, quos omnes, Deo fauente, ſperamus temporibus noſtris videre per manum tuam in ſincera vnione & recta religione coniunctos. *Dat. Romæ, &c.*

4 Hæc ſuaſit Martinus cum ex Græcorum & Latinorum mutuis odijs belliſque Turcica potentia in amborum exitium aſſurrexiſſet, vnde ingenti dolore affectus eſt, cum nonnullos Chriſtianos in tantum flagitium prorupiſſe cerneret, vt exiguo auro religionem prodidiſſent, ac Turcici imperij diſiunctas vires, transportato ex Aſia in Europam Amuratis exercitu, coniunxiſſent atque eorum etiam ſigna ſecuti ad Mahometanam ſuperſtitionem in Conſtantinopolitano ſolio collocandam claſſem cum Turcis ſociaſſent: in quos eccleſiaſticæ animaduerſionis ſeueritate hoc edicto a vſus eſt, Chriſtianoſque vllam Turcis operam nauare vetuit.

Ad perpetuam rei memoriam.

Angimur ſiquidem & maximo dolore confodimur, quod nonnulli perditionis & iniquitatis filij baptiſmatis fonte renati, Chriſtianum nomen contemnentes, eorumque ſalutis immemores dudum accepto ab infidelibus ſtipendio Turcos ab Aſia in Europam traijcientes, & infideles ipſos potentia primum diſunitos vnientes maritima tandem claſſe ciuitatem Conſtantinopolitanam vna cum perfidis Turcis obſederunt & varijs calamitatibus moleſtarunt, atque perturbarunt in magnam nominis Chriſtiani ignominiam; ob quod eo maiori doloris aculeo cruciati fuimus, quo huiuſmodi obſeſſio magnum Chriſtiano generi periculum miniſtrari videbatur. Proinde nos, qui ad defendendam ciuitatem prædictam noſtros & Apoſtolicæ ſedis fauores & operam dare Deo auctore, efficacem intendimus, tam graues & deteſtabiles exceſſus vlterius ſuſtinere nolentes, felicis recordationis Nicolai Papę IV. & nonnullorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, qui deferentes infidelibus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcumque mercimonia in nonnullas pœnas & ſententias incidere ſtatuerunt, tenore præſentium ſtatuimus & decernimus, vt nullus in ſubſidium ipſorum infidelium contra & aduerſus Chriſtianos, & præſertim contra ciuitatem Conſtantinopolitanam perſonaliter accedere, aut alias auxilium vel fauorem in Chriſtianorum diſpendium præſtare quoquo modo præſumat.

Nos vero illos, qui contra huiuſmodi conſtitutionem noſtram auſu temerario venire præſumpſerint, eo ipſo excomunicationis ſententiæ ſubiacere, a qua etiam abſolui nequeant, niſi tantum de bonis proprijs in dictæ ciuitatis & aliarum ciuitatum, terrarum & locorum, quibus damna intulerunt, ſubſidium conuertendum exſoluerint quantum detrimenti & damni partibus prædictis attulerint, nec non etiam ab eadem, præterquam in mortis articulo, abſoluantur ſententia abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali: & nihilominus ſi perſonarum earum aliquam capi continget in ſeruitutem & captiuitatem eorum eſſe volumus, in quorum ceciderint captionem; auctoritate inſuper apoſtolica ſtatuentes, vt illi, qui contra huiuſmodi ſtatutum noſtrum venire præſumpſerint, præter pœnas prædictas, ipſo facto incurrant, vt perpetuo ſint infames, & inteſtabiles habeantur, ita quod neque teſtari neque legata eis ſeu relicta percipere valeant: & inſuper ad ſucceſſiones tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſint prorſus & reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, ſintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti, & tanquam excomunicatis hoſteſ-

Margin notes: Aumerenda eſſe nouas coronas. — Miſſum iri Conſtantinopolim legatos idoneos. — a Lib. 4. ep. cur. pag. 123. b Lib. breu. pag. 17. & in alio lib. breu. pag. 39. — Inter Patracenſem archiep. & Moreæ deſpotum pax compoſita. — Eam conſeruari Pont. iub. — Prodita a nonnullis religio. — a Lib. 4. ep. cur. pag. 123. — Obſedere mari cum Turcis Conſtantinop. — Sanctio in ferentes opem Turcis. — Anathema in ij perſolluntur. — Infames & inteſtabiles cenſentur.

hoſteſque catholicæ fidei, poſtquam de ipſorum huiuſmodi temeritate conſtiterit, diebus dominicis & feſtiuis publice nuncientur, & in fiſcum bona eorum omnia deuoluantur. Volumus autem & harum ſerie decernimus, vt non ſolum illi, qui in futurum contra præfatam conſtitutionem, ſed etiam qui præteritis temporibus temerario auſu prædicta patrare præſumpſerint, omnibus ſupradictis pœnis & ſententijs eo ipſo ſubijciantur, &c. [Iuſſi ſunt præſules huiuſmodi ſanctionem promulgare, ac magiſtratus in illos exemplum edere, qui Turcis militarem operam aliquando nauaſſent.] *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem* VII. *id. nouembris pontificatus noſtri anno* V.

[illegible] bonis.

5 Cum porro ſpopondiſſet Martinus, vt antea vidimus, ad Græcos e Turcarum gladijs vindicandos cruceſignatum auxiliarem occidentalium exercitum ſe tranſmiſſurum, modo Græci priſtinam eccleſiæ Conſtantinopolitanæ cum Romana coniunctionem prius redintegrarent, ad id perficiendum Antonium Maſſanum Minoritam internuntium miſit, qui honorificentiſſime Conſtantinopoli exceptus cum ea de re vna cum Emmanuele Imperatore & Ioſepho patriarcha acturus eſſet, apoplexia correptus Emmanuel obijt: cui ſucceſſit Ioannes primogenitus, cum quo Antonius in colloquium venit, legationemque pluribus capitibus diſtinxit, expoſuit nimirum Martini Pontificis flagrantem cupiditatem veteris eccleſiaſtici Latinos inter ac Græcos fœderis inſtaurandi: mox mala, quæ ex ſchiſmate manarant recenſuit: ſi perſtiterint in ſchiſmate, ad Mahumeticam ſuperſtitionem demum defecturos: prænuntiatum imperium niſi Romanæ coniunctum eccleſiæ ſtare non poſſe: Emmanuelem Imperatorem & patriarcham ſine ambagibus expetiiſſe, vt huiuſmodi coniunctio conciliaretur, promiſiſſeque ſtandum: neceſſarium ad eam perficiendam concilium, atque Petrum legatum Cardinalem S. Angeli Græcorum Turcicam irruptionem ſignificantium literis retardatum; decernendum vero quando, ex quibus, & quo in loco celebranda ſit œcumenica ſynodus: fidem, quam Romana docet eccleſia ſuſcipiendam: eam amplexuris auxiliares copias ab Hiſpanis & alijs Regibus offerri; cum tempus & locum condixerint Græci ad eum a Pontifice legatum, præſules, doctoreſque miſſum iri. Sed rei memorandæ acta ª ipſa aſſcribenda videntur.

Internuntius Conſtantinopolim miſſus.

ª Extant in actis conc. Senen.

6 *In indiuiduæ ſanctæ Trinitatis nomine. Amen.* A Chriſti natiuitate anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſecundo indictione quintadecima die decimaquarta nouembris Conſtantinopoli in vrbe regia in præſentia domini Imperatoris Romæorum præſentibus teſtibus infraſcriptis ad hæc omnia & ſingula vocatis & rogatis, reuerendiſſimus & integerrimus vir atque clementiſſimus Sacræ theologiæ profeſſor magiſter Antonius Maſſanus, qui dicitur orator & nuncius apoſtolicus in partibus Græciæ ad diem x. ſeptembris milleſimi ſupradicti Conſtantinopolim applicuit: qui maiori ſuæ honeſtati conſulens diuertit in Peram ad conuentum ordinis fratrum Minorum, ſtatimque per reuerendos & honeſtiſſimos viros fratrem Guillelmum confeſſorem excelſæ & chriſtianiſſimæ Imperatricis & magiſtrum Ioannem præfati oratoris ſocium ſereniſſimo principi domino Manueli Dei gratia Romæorum Imperatori ſignificauit primo ſe eſſe nuncium apoſtolicum miſſum ad ſuam maieſtatem imperialem, deinde vbi & quo in loco, eidem gerens morem, ſeceſſerat, tertio vero quandocumque ſua imperialis maieſtas pro eo mitteret, ipſe ſemper paratiſſimus eſſet. Cui quidem domino oratori idem dominus Imperator per eoſdem dominos venerabiles fratres ad ſuam ſerenitatem tranſmiſſos huiuſmodi reſponſum dedit.

Legationis ſeries acta.

Primus [illegible] arcanus fuit.

Primum lætari ſe plurimum de ipſius aduentu: de loco autem, in quo erat, vehementer congratulari, & ita meliorem eligere non potuiſſe: demum vero, quod prope diem pro eodem mitteret, quo voluntatem beatiſſimi ſummi Pontificis audiret. Poſtea vero eum ad diem decimumſextum eiuſdem menſis ſeptembris ipſe dominus Imperator miſiſſet, idem reuerendiſſimus pater dominus nuncius apoſtolicus ad imperiale palatium profectus eſt honorificentiſſime aſſociatus, & ab honorabili domino baiulo illuſtriſſimi ducalis dominij Venetorum, & alia multitudine nobilium copioſa tam Græcorum quam Latinorum; ibique facta maieſtati imperiali reuerentia debita eidem bullas Sanctiſſimi in Chriſto patris & domini Martini diuina prouidentia Papæ V. præfatus dominus orator proprijs ipſius manibus porrexit, atque benedictione ſanctitatis apoſtolicæ aſſignata dixit, habere ſe ex mandato apoſtolicæ ipſius ſanctitatis, & ſuæ ſerenitati & reuerendiſſimo in Chriſto patri domino patriarchæ nouem quæſtiones exponere. Quibus dominus Imperator reſpondit ſuo loco & tempore ad illas exponendas iterum ſe pro eodem domino oratore miſſurum.

Excipitur deinde publice nuncius apoſtolicus.

Ad diem autem tertium octobris cum idem illuſtriſſimus Imperator Manuel mittere inſtituiſſet, velut antea dixerat, vt ipſe vna cum domino patriarcha eas nouem concluſiones exponendas attenderet, grauiſſima infirmitate oppreſſus eſt, & adeo oppreſſus repente, vt & loquelam omnem, ac ſenſus omnes penitus amiſerit: quamobrem die decima eiuſdem menſis octobris idem reuerendiſſimus dominus orator & nuncius apoſtolicus per ſupradictos fratres Guillelmum confeſſorem & magiſtrum Ioannem tranſmiſſos ad illuſtriſſimum principem dominum Ioannem eius ſereniſſimi domini Manuelis filium primogenitum atque Romæorum Imperatorem in prædictus deſignatum primo apud ipſius maieſtatem condoluit de aduerſa valetudine excellentiſſimi patris ſui, deinde modeſtiſſime ipſi ſignificauit, quod legatio beatiſſimi ſummi Pontificis in longiuſculum trahebatur.

Emmanuel Imp. apoplexia correptus.

Internuntius agit cum ipſius filio.

Ad diem vero decimamquintam eiuſdem menſis octobris idem illuſtriſſimus dominus Ioannes Imperator iunior, aduocato in ſuum imperiale palatium præfato reuerendiſſimo patre magiſtro Antonio Maſſano digniſſimo nuncio apoſtolico, illam ſacratiſſimam Pontificis ſummi legationem in nouem concluſiones diſtributam in ſecreto audiuit, reiectis ac remotis omnibus præter ſuorum aliquos: quibuſquidem nouem concluſionibus accuratiſſime auditis, poſt pleraque verba dixit, vſque ad dies paucos ad ea ſe reſponſurum, quæ ipſi domino oratori placita forent. Vigeſima autem die eiuſdem menſis octobris reuerendiſſimo in Chriſto patre & domino domino patriarchæ Conſtantinopolitano ſupradicto publice in eccleſia S. Stephani coram ſuis metropolitanis calogeris, & abbatibus, atque alijs multis tam Græcis, quam Latinis hominibus, idem nuncius apoſtolicus eaſdem nouem concluſiones expoſuit, quibus & ipſe reuerendiſſimus itaque dominus patriarcha vſque ad dies paucos reſponſurum affirmauit. Ipſas vero concluſiones, quas illuſtriſſimo domino Impera-

Legationis [illegible] expoſuit.

Iterumque patriarchæ.

pera-

Digitized by Google

peratori atque reuerendiſſimo in Chriſto patri domino patriarchæ præfatus dominus orator retulit, hæc habent de verbo ad verbum.

Pontificis elogium.

7 Sanctiſſimus & beatiſſimus, qui habet cœleſte arbitrium, qui eſt dominus in terris, ſucceſſor Petri, chriſtus Domini, dominus vniuerſi, Regum pater, orbis lumen, ſummus Pontifex Papa Martinus diuina prouidentia Papa V. mandat mihi magiſtro Antonio Maſſano ordinis Minorum oratori & ſuo nuncio in partibus Græciæ & Moreæ vobis reuerendo in Chriſto patri & domino domino Ioſeph patriarchæ digniſſimo Conſtantinopolitano, & sereniſſimis principibus Manueli & Ioanni Romæorum Imperatoribus Palæologis nouem nunciare maximas ſententias; quarum.

Expoſita Martini deſideria de coniunctione Latinæ Græcæ eccleſia.

Prima fundatur in domini noſtri Papæ ad vnionem ardentiſſimo deſiderio: cum enim omne ex natura ſua tendat ad vnionem, quia non vult totum a ſuis partibus ſeparari nec partes a ſuo toto, vt vnio ſeruetur; præterea quoniam virtus vnita fortior eſt diſperſa, ſanctiſſimus dominus Papa non tantum deſiderat vnionem ex natura, ſed etiam vltra naturam inclinatam; tantum optat ratione bonitatis pontificatus domini noſtri feliciſſimam videre diem illam Eccleſiarum Latinæ Græcæque vnionis, vt præter Deum nihil ſupra. Deinde intendit pro hac totum eccleſiæ Romanæ licitum, iuſtum apponere, atque honeſtum; & quod felicius hac in vita ſuæ ſanctitati occurrat certe ei non venit in mentem: & totum collegium dominorum Cardinalium, omiſſis omnibus, quaſi de re alia non pertractat, quam de iſta ſanctiſſima vnione. Sed quid dicam de domino legato reuerendiſſimo Cardinale S. Angeli qui, vt inferius explanabo, ad mortem ſe poſuit in horrendo mari contra omne medicorum conſilium? tam accenſo harum eccleſiarum Græcæ & Latinæ deſiderio ardebat concludendi vnionem, vt ecce dicamus: Deſiderio deſiderauit Chriſti vicarius cum ſuis Cardinalibus hoc paſcha vnionis, communionis, & pacis facere vobiſcum Græcis vnica in Eccleſia catholica & apoſtolica rugam non habente, ſchiſma, neque dolos.

Expoſita Schiſmatis mala.

8 Secunda concluſio in ſumma habet ſubuenire malis & periculis, quæ ex hoc ſchiſmate prouenerunt hactenus & quotidie proueniunt, tam ſpiritualiter quam temporaliter, quæ lingua, pater patriarcha & Romæorum Imperator, ſufficit explicare, in hac peſtifera diuiſione ſanguinis effuſiones, hominum ſtrages, ſuccenſiones, furta, adulteria, homicidia, & ſimilia mala ineffabilia? Propter hoc peſſimum malum Græcia nobilis tam florida perdidit proprietatem dominij ſæcularem, ſapientiam, ac morum ſtrenuitatem, principum nobilitatem, plenitudinem populorum, mercatorum affluentias, maris poteſtatem. In præſenti vero Græcia omnis, omiſſa vtriuſque hominis pace, guerris inimicorum crucis Chriſti vndique premitur & in ſeruitutem redigitur; quid ſceleſtius dici poſſet, quam quod infideles fideles Chriſtianos, ſuppeditantes arma, mouere cogant vt plurimum contra Chriſtianos? Quid inhoneſtius, quam vt pudicæ dominæ Græcorum alias timore, nunc amore per viros ſuos nunc admittantur ad tortorum coniugium, immo per parentes ad diſpenſationem, ſi diſpenſatio habet dici? Vos vtique Latinos abominantes, & vocantes nos ſchillos Francos, cum ſimus eiuſdem fontis renati baptiſmate, eiuſdemque cœleſtis Patris filij atque heredes & fratres. Sed (quod deterius eſt) niſi iſta ceſſet ſciſſura, omnes nunc tam Tartaris, quam Turcis obedient, & renunciabunt euangelio Chriſti, & iam ſerui fient Mahometis ex carentia prædicatorum pacem, vnionem, & ſalutem annunciantium eis. Sed circa periculum, ne pereat præſto ex toto Græciæ monarchia irrecuperabiliter, dari forſan concilium nulliter ſalubrius, quam ſe nobiſcum vnire charitatis vinculo, vt fiat velut antea vnum ouile & vnus paſtor, & vt filij Dei Græci, qui ſunt aliqui in Græcia, aliqui in Armenia, aliqui in Syria, aliqui in Bulgaria, aliqui in Turchia, &c. & congregentur in vnum eccleſiæ Romanæ conſenſum; alias omnia per brachium infidelium remedia periculoſa certe ſunt.

Græci in ſeruitutem redacti.

Idem in Latinos arrogantiſſimi.

Si perſiſtent in Schiſmate ad Mahometiſmū defectui prædicuntur.

9 Tertia concluſio ſaluatur in requiſitione promiſſi, quoniam reuerendus pater & dominus epiſcopus Slomenſis & dominus Nicolaus Eudemon Ioannes obtulerunt & dixerunt aperte, diſtincte, & clare, omni ſemota obſcuritate, domino & ſanctiſſimo Papæ Martino V. voluntatem eſſe patriarchæ reuerendiſſimi Conſtantinopolitani & sereniſſimorum Romæorum Imperatorum procurare ac curare ſine fraude & dolo ſanctiſſimam vnionem eccleſiæ Græcorum cum eccleſia Latina ſub illa fide, quam ſancta Romana eccleſia tenet, & obedientia ad eandem eccleſiam Romanam, vt intendit dominus noſter Papa in ſuis bullis credentialibus ad vos reuerendiſſimum patriarcham, & ad vos sereniſſimos Imperatores, & ad præfatos veſtros, vt etiam teſtantur hoc literæ credentiæ reuerendiſſimi domini legati ad eoſdem: ideo dominus noſter merito bonus vt paſtor requirit inuitat vos iuſtum ad promiſſum ſeruandum in ſancta ſede Apoſtolica, &c.

Vt Emmanuel Imp. & patriarcha eam coniunctionem expetierunt.

Prouocantur ad ſeruanda promiſſa.

10 Quarta concluſio creatione legati firmitatem habet, propter quæ præmiſſa tam mirifica ſanctiſſimus dominus noſter Papa illico Florentiæ creauit dictum legatum ex latere & publicauit reuerendiſſimum in Chriſto patrem dominum Cardinalem S. Angeli, qui dominus Cardinalis & legatus propter nonnullas Eccleſiæ neceſſitates & ſuas peruenit ad Hiſpaniam de conſcientia eiuſdem domini Nicolai Eudemon Ioannis oratoris veſtri, eo quod tunc non erat tempus idoneum nauigandi ad Græciam, nec erant præordinata, quæ de neceſſitate videbantur ordinanda Conſtantinopoli pro concilio fiendo; ſine enim concilio viſum fuit Græcorum & Latinorum præfatam vnionem ſequi non poſſe, & ipſis ſatis erat ad hoc faciendum. Fuit autem prædictus dominus Cardinalis in Hiſpania grauiſſima infirmitate detentus, a qua nondum liberatus in maris periculo ſe poſuit contra etiam ſalubre conſilium medicorum, vt ad implendum opus ſui officij veniret, & vt non faceret voluntatem ſuam, ſed voluntatem eius patris domini Papæ, qui miſit eum.

Card. S. Angeli legatus creatur.

Cur nauigauit in Hiſpaniam.

Aduerſa valetudine diſtrictus.

11 Quinta concluſio attenditur penes impedimenta, ex quibus legatus & dominus Cardinalis non iuit ad Græciam: cum enim verſus eandem ſe paraſſet ad iter literæ ſuperuenerunt epiſcopi Theodori nec non & aliorum multorum deportatæ per fratrem Macharium & alios nonnullos, in quibus expreſſe continebatur hæc ſententia, quod congregatio pro concilio fiendo prælatorum Græcorum iſto tempore fieri non poſſet propter inhumaniſſimam Turcorum guerram & tranſitum eorundem ad partes Græciæ, ac etiam in eiſdem literis renunciatum eſt Conſtantinopoli eſſe nullum veſtigium præparationis concilij. Incaſſum ergo superueniſſet legatus, &c.

Retardatur in procinctu itineris Græcis literis.

12 Sexta concluſio vigorem habet in deſtinatione nuncij apoſtolici, quare ne longum iter diuturna mora legati eſſet ſine fructu, dominus noſter Papa habito maturo & digeſto concilio deliberauit præmittere me nuncium ſuum apoſtolicum, vt præordinarem congregationem prælatorum Græcorum, quæ repræſentat totam ipſorum Eccleſiam, ne in primum inconueniens incidamus, quando oratores Imperatoris Conſtantinopolis in concilio Lugdunenſi ſe Romanæ eccleſiæ vniuerunt, & Credo in Deum, prout eadem eccleſia, publice decantauerunt; nec tamen illi eeductioni, vt patet, Græcia ſtare voluit aſſerens, vt fertur, ſine communi concilio id actum eſſe: expedit quidem hoc ad tollendum vetuſtiſſimum malum. Hoc ſciam quatenus, quo poſſum clariſſime informare dominum noſtrum Papam & legatum, ſcilicet quo tempore fieri debet iſtud concilium, quo loco, & ex quibus Græcorum prælatis, & ad quem finem concilium intendit, quia cuius finis bonus, ipſum quoque bonum eſt, & cuius finis malus ipſum quoque malum eſt, &c.

De neceſſitate concilij.

Quæſita de eo ſibid.

13 . Septima concluſio roboratur in certitudine promiſſi, vnde quæro ſi vos reuerendiſſime patriarcha & ſereniſſimi Imperatores intenditis realiter operari, quod vnio fiat ſub fide, quam Sacroſancta Romana eccleſia tenet & ſeruat, & obedientiam ad eandem Romanam eccleſiam, eſto etiam, quod alij Græci congregati in concilio, quia non ſine ſub dominio veſtro, non vellent accedere, iſtud idem dominus epiſcopus Theodorus & dominus Nicolaus Eudemon Ioannes obtulerunt Florentiæ pro parte reuerendiſſimi patriarchæ & ſereniſſimi Imperatoris Manuelis ſanctiſſimo domino noſtro Papæ & legato, &c.

Vt coniunctio fiat ſub fide, quam colit Rom. eccleſia.

Octaua concluſio exiſtit in oblatione domini legati, promittit enim certiſſime illuſtriſſimus dominus Cardinalis S. Angeli & legatus ex latere in partibus Græciæ, vti promiſit ſi recto animo & dicto inſtituto veniatis ad ſæpedictam ſanctiſſimam vnionem, promptum adiutorium Regis Aragoniæ, Regis Caſtellæ glorioſiſſimorum pro fidei triumpho, nec non & aliorum principum, quamuis coacta Deo non placeant, hilarem enim datorem diligit Theos. .

Promiſſa ex Hiſpaniis orat. in.

Nona concluſio terminatur in finali & ſancto promiſſo ſanctiſſimi domini noſtri Papæ. Ego nuntius apoſtolicus magiſter Antonius Maſſanus ordinis Minorum palam coram omnibus promitto de mandato domini noſtri Martini Papæ V. quod ſi prædicta vnio per reuerendiſſimum dominum patriarcham & imperialem maieſtatem vna cum modis ſupradictis fiat, ſanctiſſimus dominus noſter Papa præſto mittet legatum abſque mora retardationis cum prælatis & magiſtris ad hoc ſpecialiter ordinatis, vbi primo, ſicut præmiſi in ſexta concluſione, ſciam tempus huius ſacratiſſimi concilij & locum eiuſdem congregationis prælatorum Græcorum ſufficientem & idoneũ, & in quem finem intenditis eſſe nobiſcum in concilio, & quomodo. [Eugenium IV. Martini exemplo concilium celebrare in Græcia meditatum, cum ita eccleſiarum coniunctio firmius coalitura videretur; ſed a Baſileenſibus increpitum dicturi ſumus. Adduntacta, vt diffugia Græci captare ſint viſi, atque internuntius apoſtolicus eos impulerit, vt certum reſponſum darent, eoſque belli Turcici curas grauiores prætexuiſſe].

De tempore & loco cond. concilij.

14 Poſt autem has nouem concluſiones, ita vt ſcriptæ ſunt diligenter expoſitas, idem reuerendiſſimus pater dominus nuncius apoſtolicus magiſter Antonius Maſſanus ad diem xxiv. eiuſdem menſis octobris eundem reuerendiſſimum in Chriſto patrem dominum patriarcham ſecundo conuenit & alloquutus eſt ſuper concluſionibus ſupraſcriptis. Item & die xxvi. eiuſdem menſis præfatus dominus nuncius apoſtolicus ſupranominatos fratres Guillelmum confeſſorem & Ioannem ſocium ſuum ad eundem ſereniſſimum dominum Imperatorem dominum Ioannem miſit, vt ſuæ maieſtati placeret reſponſionem ſibi dare ad ea, quæ nomine beatiſſimi ſummi Pontificis ſuæ ſerenitati retulerat. Die vero xxx. eiuſdem quoque menſis octobris iterum dominus Imperator apud eundem reuerendiſſimum dominum patriarcham fuit ad tractandum & colloquendum de modo celebrandi concilij. Kalendis autem nouembris idem ſereniſſimus dominus Imperator Ioannes miſit ad ipſum dominum oratorem quendam ex nobilibus ſuis catacliſmon ad dicendum, ne miraretur ſi tam cito minus reſponſum dabat, quoniam multis & maximis negotijs bellicis in præſentiarum eſſet implicitus. Deinde quoque ad diem tertium nouembris dominus nuncius apoſtolicus miſit ad quendam imperialis maieſtatis calogerum & ad cloſeprem, vt vellent illuſtriſſimum dominum Imperatorem, ac reuerendiſſimum dominum patriarcham ad hanc vnionem ſacratiſſimam excitare. Ad diem vero xiv. nouembris præfatus dominus nuncius apoſtolicus reſponſionem habuit ad omnes ſupradictas concluſiones tam a reuerendiſſimo domino patriarcha quam ab illuſtriſſimo domino Imperatore ſupradicto, quoniam cum firma, ac ſolida in ſe eſſe aſſerat, idem dominus nuncius apoſtolicus hic annotari ſeu adſcribi voluit. *Scriptum & publicatum Conſtantinopoli, &c.*] Adiecta ſunt plurimum teſtium nomina, quæ breuitatis ſtudio prætermitimus.

Secundum interuentum patriarcha colloquium.

Viget eundem, vt ad propoſita reſpondeat.

Requireſſet aliquandiu Græci.

Præoſſunt bellicis curis ſi ipſum.

15 Reſpondit [a] demum Ioannes Imperator, ſi Græci oratores pure ſub ea fide, quam profitetur Romana eccleſia, coniunctionem illius experierint, talia ſe oratoribus mandata non dediſſe, ſed vt poſcerent, vt concilium œcumenicum ex Græcis & Latinis cogeretur, cuius decretis antiquorum conciliorum more ſtandum eſſet, neque neceſſarium, vt omnes patriarchæ & epiſcopi illi interſint: hoc tempore ob bellum Turcicum indici ſynodum non poſſe, ſed eo ſedato indicendam: tum preces addidit, vt Latini arma in Turcas verterent, multo minus commodarent naues, vt Turcæ in Græciam ex Aſia traijcerent, cumque legatus Cardinalis acceſſerit de concordia agitatum iri, neque aptiorem locum pro celebrando concilio Conſtantinopoli videri.

[a] *Extant eius, lit. in act. &. ſenen.*

Sanctiſſimo in Chriſto patri & domino domino Martino ſacroſanctæ Romanæ Dei catholicæ & apoſtolicæ Eccleſiæ ſummo Pontifici digniſſimo, Ioannes in Chriſto Deo fidelis Imperator & moderator Romaorum Palæologus ſemper auguſtus reuerentiam debitam & deuotam.

Reuerendus vir ambaſiator veſter Antonius presbyter monachus theologiæ magiſter venit ad nos gratia mandata ſanctitatis veſtræ ferens, ac accepimus & cognouimus ab ipſis & a veſtro ambaſiatore quæcumque nobis ipſe dixit. Ad primos enim ſermones, qui ferè in ſumma fuerunt, quod ex parte mea dixit Nicolaus Eudemon & reuerendus epiſcopus Olenius Theodorus, quod volumus vnionem ſimpliciter cum Romana eccleſia: quoniam reſpondimus ipſi ambaſiatori ad verbum, a quo ſanctitas veſtra de omnibus agnoſcet, affirmamus etiam per noſtras literas expreſſe, quod

Ioannis Imp. lit. ad Mar. V.

Promiſſa e nucor.

non

Digitized by Google

non ſolum aliquid tale commiſimus, ſed neque omnino vnquam ipſum in mente dicere habuimus; ſed quod ſcripſimus in literis noſtris iſtud, & non aliud, noſtri ambaſiatores impoſitum habuerunt implere & enucleare proprijs ſermonibus, videlicet fieri concilium vniuerſale ſecundum ordinem & conſuetudinem ſanctorum ſeptem vniuerſalium conciliorum, & quod conceſſerit Spiritus ſanctus ad pacem, iſtud firmare & tenere. Circa ſermones autem ipſius magiſtri Antonij ambaſiatoris; poſt hoc quod quæſiuit agnoſcere locum & modum & tempus concilij; reſpondemus de loco quidem Conſtantinopolim, cum imperium noſtrum in præſenti neque aptiorem alium locum habeat, neque poſſemus ire alio propter neceſſitatem: rerum in qua magis nunc ſumus, quam aliquando, & etiam propter neceſſitatem expenſarum, quibus ipſum negotium indiget. De modo, non neceſſitatem eſſe ducimus omnes ſanctiſſimos patriarchas & omnes epiſcopos prouinciarum noſtrarum intereſſe. Concilij autem huiuſmodi expenſas omni præterito tempore faciebat imperium; nunc autem ſimiliter eſſet opus: imperium vero nunc non poteſt vllo modo, nec facultatem habet ad id faciendum; qua de cauſa ſanctitatem veſtram rogamus, vt circa hanc rem prouideatur ſufficienter.

Negat habuiſſe in mente.

Interpretatur propoſitiſſe Concilium ſolſtandum fore. Nullū locū aptiorem eſſe Conſtātinopoli.

De tempore autem; optamus & deſideramus, vt taliter eſſent res, quod hodie hoc diuinum opus vnionis & nobis placitum principium acciperet. Sunt circa nos res tales, quales vidit ſuis oculis Antonius, quæ quaſi penitus deſtructis nobis omnibus ſunt ſub periculo gladij, & hæc ciuitas & omnia noſtra, & non eſt poſſibile congregare epiſcopos ab Aſia, neque ab Europa propter guerras infidelium; dicimus quod, Deo dante pacem & firmitatem rebus, ſtatim ſcribemus vobis, & apportatis noſtris literis ad vos & ex vobis ambaſiatoribus noſtris ſumentibus cum exitu & expenſis circa concilium faciendis ab illa die incipiente eo vſque ad finitum annum, vt concilium fiat. Verum hoc magnum deſiderium & ſingularem amorem, quem habemus ad tale diuinum opus vnionis, dicimus & hoc, quod etiam exiſtente guerra infidelium, ſi ſanctitas veſtra fecerit talia pro ſecuritate noſtrorum neceſſariorum locorum, & fecerit excommunicationem terribilem & inſolubilem contra quoſcumque veſtros homines, vt non relinquant nos ſolos in guerra infidelium, & ipſi in pace ſint cum ipſis; ſed auxilientur nobis contra infideles, ita quod ipſi infideles non habeāt facultatem inferre contra nos armatos naue ipſorum, & hoc portet nobis reuerendiſſimus Cardinalis habens ex vobis generalem auctoritatem & vim ſuper iſtis, placet nobis incipere vnionis opus ab ipſa die, qua huc aduenerit prædictus reuerendiſſimus Cardinalis; & tunc conueniente ſacro concilio ſecundum antiquum ſanctorum vniuerſalium ſeptem præteritorum ordinem, & conſuetudinem, & veritate ſine contentione quæſita, quidquid reuelatum fuerit inſpirante Spiritu ſancto in hoc ſancto concilio vtrique parti placitum ſit, & ſubſequatur omnis terminus mundi, ita quod fiat vniuerſalis vnio & infrangibilis & firma eccleſiarum. *Datum in vrbe noſtra Conſtantinopolitana* MCCCCXXII. *die ſabbati* XIV. *menſis nouembris ſub noſtra imperialis ſigilli impreſſione & noſtra ſolita rubea ſubſcriptione.*

Concilij tempus ob Turcarum bella indici non poſſe.

Sedato bello ſi miſſorum expenſæ, vt labēſe anno ſedebitur, concil.

Obſecrat vt Latini in Turcas moueant arma.

Poſtulatur Card. legatus.

16 Viſum etiam erat Martino celebrandum Conſtantinopoli concilium, dum Græci ſuperſtite Emmanuele Imperatore fidem Romanæ eccleſiæ ſuſcepturos ſe affirmabant: cum vero iam diſcuti dogmata vellent in concilio œcumenico, in quo ſummam poteſtatem, vtpote Conſtantinopoli celebrando, forent ſchiſmatici habituri, pertimuere nonnulli rem catholicam adductum iri in diſcrimen; nec Pontifex legatum & præſules illuc miſit: actio itaque de abolendo Græcanico ſchiſmate in plures annos extracta eſt.

Viſ. Conſtantinopolitana ſuſpecta.

Interea Martinus non modo in reducendis ad Eccleſiæ ſinum Græcis tuendaq; in oriente religione, verum in ea etiam ab hæreſibus vindicanda in occidente apoſtolicas curas poſuit. Laborabat a Bohemia vti ſupra vidimus, Pragenſium, Caliſtinorum, Huſſitarum, Thaboritarum, & Orebitarum factionibus tanquam hydra fœcunda, quæ diſpar ſententijs, par vero impietate, ac furore in Eccleſiam catholicam ſæuiebat, duceque Ziſcha templa euertebat, profanabat aras, ſacras imagines frangebat, ſacerdotes igni torrebat, aliaque grauiſſima flagitia committebat. Ad quæ tollenda mala iam ante imperata fuerat a Pontifice ſacra expeditio iterum iterumque intermiſſa, ac repetita: vt eam vero redintegraret Martinus, huius etiam anni decurſu ampliſſimam legato decernendi poteſtatem ad fidem propugnandam contra homines impios, eoſue frangendos armis, aut conciliandos Eccleſiæ, tum fideles ſibi beneficijs deuinciendos, pluribus exaratis diplomatibus, dedit b.

Bohemia miſera conditio, a Cochl. l. 5. hiſt. Huſſit.

Catholici exagitati.

b Lib. 4. ep. cur. pag. 2. ad 22 & pag. 56. 100.

Cum etiam plures archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, canonici, monachi, ac ſacerdotes defendendi euangelij incitati pio ſtudio, poſtquam iam ante ſoluto Conſtantienſi concilio Ioannes Dominicus tit. S. Sixti Cardinalis legatus ad hæreticos diuino verbo ad pietatem traducendos miſſus fuiſſet, nec mitiora valuiſſent remedia, immo in deterius ij eſſent mutati & Chriſti domini, ac beatiſſimæ Virginis, aliorumque ſanctorum imagines abolere non vererentur, ac viros pios igne occiderent, ad tantum vindicandum ſcelus, accepto crucis ſymbolo, vna cum Sigiſmundo Rege coiſſent ad arma, ac magnas hæreticorum edidiſſent ſtrages, vrbeſque & oppida impiorum vna cum ciuibus ac templis & monaſterijs inflammaſſent incendiſſentque, poſt quæ diuinis peragendis non abſtinuiſſent, ſubijſſetque deinde animos aliqua religio, num ſe eccleſiaſticis cenſuris irretijſſent, Pontifex c pio eorum commendato ſtudio ipſos ab omni contracta piaculi ſuſpicione abſoluit, hortatuſque eſt, vt ſuſceptam expeditionem vrgerent, vnde alij eorum exemplo præliorum periculis intrepide ſeſe pro catholica religione offerrent.

Sacra impietas interdicta [illegible].

c Lib. 3. ep. cur. pag. 331.

Ad futuram rei memoriam.

17 Dudum (quod dolenter referimus) ſentientes in regno Bohemiæ & nonnullis partibus illi contiguis vel ſubiectis prauitatem hæreticam adeo excreuiſſe quod, niſi prouideretur celeriter, orthodoxis de fidei exterminatione poterat non immerito formidari, bonæ memoriæ Ioannem tit. S. Sixti presbyterum Cardinalem A. S. L. tanquam pacis angelum, nonnulloſque prælatos & perſonas idoneas, quorum honeſta conuerſatio exemplum tribueret puritatis, & erudita labia doctrinam funderent ſalutarem, vt ſacro illorum miniſterio partes illæ ab huiuſmodi contagijs purgarentur, ad regnum & partes miſimus prælibatas: & cum regni & partium ipſarum hæretici legatum & perſonas huiuſmodi nedum admittere, ſed audire penitus recuſarent, & quamplura eccleſias, monaſteria, & alia loca ſacra fidelium calicibus,

Pontificiū pro hæreticis ad Eccleſ. traducendis ſtudium.

Digitized by Google

miſſalibus, ornatibus, paramentis, & alijs ad diuinum cultum neceſſarijs, nec non iocalibus, & alijs rebus omnibus mobilibus & immobilibus ſpoliaſſent; nec non figuras & imagines Ieſu Chriſti, beatæque Virginis glorioſæ, & aliorum ſanctorum deſtruxiſſent, illaſque, ac eccleſias, monaſteria & alia loca huiuſmodi cum ipſorum prælatis & perſonis eccleſiaſticis vtriuſque ſexus inhumaniter ignis incendio concremaſſent, & penitus deuaſtaſſent, quoſcumque etiam fidem catholicam profitentes necando, & diris martyrijs affligendo; nos tantam Chriſti iniuriam & blaſphemiam, ac fidelium ſtragem ſuſtinere, prout nec debebamus, vlterius non valentes, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sigiſmundum Romanorum Regem illuſtrem, ac venerabiles fratres archiepiſcopos & epiſcopos, ac dilectos filios abbates, alioſque eccleſiarum & monaſteriorum prælatos, presbyteros, & clericos, ac perſonas eccleſiaſticas ſæculares, & regulares cuiuſcumque ſtatus, gradus, ſeu conditionis, aut in quibuſcumque ordinibus conſtituti fuerint, cæteroſque Chriſti fideles vniuerſos tam nobiles, quam plebeios per Bohemiam, Germaniam, & alias vbilibet conſtitutos monendos duximus & hortandos, eis nihilominus in remiſſionem peccaminum iniungendo, vt ſigno viuificæ crucis aſſumpto contra hæreticos ipſos ad Chriſti vindicandam iniuriam tantamque extirpandam hæreſim in illius nomine, qui fortium arius ſuperat & infirmos robore potenter accingit, viriliter & potenter inſurgerent.

Catholicos hort. ad ſumenda arma in hæreticos.

Cum itaque propterea nonnulli ex archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prælatis, canonicis, presbyteris, & clericis, cæteriſque eccleſiaſticis ſæcularibus & regularibus perſonis & fidelibus huiuſmodi poſtquam hæreticos ipſos, vt prauitatis huiuſmodi tenebris derelictis ad obſeruantiam redirent fidei orthodoxæ, charitatiue monuerant, fueraotque inſtantia non modica exhortati, contra illos in eorum pertinacia fortius inualeſcentes & redire ad veritatem Eccleſiæ non curantes, prælia quamplura commiſerint, in quibus infinita ex ipſis hæreticis etiam prælatis, presbyteris, & clericis, etiam in dignitate conſtitutis, cadauera ceciderunt, nonnullaque oppida, villas, & loca ipſorum hæreticorum vi, & non ſine magna ipſorum fidelium cæde, capta ignis incendio cum habitantibus in eis ac eccleſijs & monaſterijs alijſque locis ſacris & perſonis eccleſiaſticis concremarint, funditúſque euerterint, nonnulla etiam alia ad ipſorum hæreticorum perditionem committendo; & ſucceſſiue, nulla ſuper iuris canonica diſpenſatione obtenta, diuina officia, non tamen in contemptum clauium, celebrarunt & alias immiſcuerunt ſe eiſdem; timeantque propterea archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, prælati, presbyteri, & clerici, aliæque tam ſæculares, quam regulares perſonæ eccleſiaſticæ, nec non alij forſitan in maioribus, quam ſuperius expreſſis, dignitatibus conſtituti excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias & pœnas alias, ac irregularitatis maculam, nec non priuationem eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, perſonatuum, canonicatuum, & præbendarum, & aliorum beneficiorum ſuorum, & officiorum eccleſiaſticorum, nec non priuilegiorum, immunitatum, & exemptionum obtentorum priuationem, & obtinendorum inhabilitatem forſitan incurriſſe; nos, qui conſeruationem & augmentum huiuſmodi fidei præ cæteris exoptamus, & ad quorumcumque in ipſius fidei depreſſionem quacumque malignitate inſurgentium iniqua proſternenda conamina eo vehementius anhelamus, quo illos in animarum ſtragem cognoſcimus aſpirare; ac archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, prælatorum, presbyterorum, clericorum, tam ſæcularium quam regularium, etiam in maioribus, quam ſuperius expreſſis, dignitatibus conſtitutorum, perſonarum & fidelium huiuſmodi indemnitati & quieti eo cautius prouidere volentes, quo ipſi promptius & violatores & eorum pares huiuſmodi fidei reprimant & conſtodiant, ac ſe hoſtias offerant Deo viuo, motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate & certo propoſito archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, prælatos, presbyteros, clericos ſæculares & regulares quoſcumque, tam de dicto regno, quam terris & dominijs eidem ſuppoſitis, quam alijs vndecumque fuerint, cuiuſcumque conditionis ordinis exiſtant, quibuſcumque nominibus cenſeantur, etiam in maioribus, quam ſuperius expreſſis, dignitatibus conſtitutos, præmiſſorum vel alicuius eorum occaſione excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti cenſuras, ſententias, ſeu pœnas a iure vel ab homine in talia perpetrantes inflictas, aut inhabilitatis, ſeu infamiæ notam, vel irregularitatis maculam, ſeu priuationem eccleſiarum, monaſteriorum, aut canonicatuum, & præbendarum, ſeu dignitatum, honorum, ciuilitatum, & officiorum, ac feudorum tam eccleſiaſticorum, quam temporalium, nec non priuilegiorum & immunitatum, & exemptionum huiuſmodi priuationem ſeu inhabilitatem nullatenus incurriſſe, illiſque minime priuari poſſe; quodque perſonæ eccleſiaſticæ huiuſmodi in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, alij etiam ex nunc vel in poſterum ad militiam clericalem aſcribi cupientes, ſeu alias non promoti, ad omnes etiam ſacros ordines promoueri, ac miſſas & alia diuina officia celebrare & aliter ſe illis immiſcere, & fideles huiuſmodi dignitatibus, ciuilitatibus, officijs, feudis, immunitatibus, & libertatibus huiuſmodi vti & gaudere libere valeant, ipſoſque archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, prælatos, & perſonas eccleſiaſticas ſupradictas, ſæculares & regulares quoſcumque, etiam in patriarchali dignitate conſtitutos, alias ad ea, quæ obtinent retinenda, & alia obtinenda, ſi eis alias canonice conferantur vel aſſumantur ſeu eligantur vel promoueantur ad illa, etiamſi metropolitanæ, & cathedrales, vel ſuperiores, aut monaſteria, prioratus etiam conuentuales, canonicatus & præbendæ, aut dignitates perſonatus vel officia, parochiales eccleſiæ, & beneficia cum cura vel ſine cura quæcumque & qualiacumque fuerint, quæ præſentibus haberi volumus pro expreſſo, & dignitates huiuſmodi in cathedralibus maiores poſt pontificales, ſeu in collegiatis eccleſijs principales fuerint, & ad eas conſueuerint, qui per electionem aſſumi, & fideles huiuſmodi ad dignitates, honores, & officia temporalia, ac feuda, exemptiones, libertates, & immunitates huiuſmodi habiles & capaces exiſtere.

Commendatus a Po. t. coeptis orditur.

Reſtituit contrarijs legibus.

Et licet illo feliciter concedente, qui neminem vult perire, pars dicti regni ad fidem orthodoxam & catholicam ſit reducta, tamen adhuc in nonnullis partibus ijdem hæretici tanquam reptilia venenoſa conceptæ iniquitatis virus euomentes, ad captiuandas inſipientium animas omni aſtutia elaborant: & quia morbus iſte ſerpit vt cancer, & dietim ex mora temporis conualeſcentes maiora poteſt pericula ſuſcitare, tam archiepiſcopis, epi-

Pars Bohemiæ ad eccleſiæ & Sigiſmundi obſequium rediit.

Pars in hæreſi obſtinata.

Maxima clades hinc inde accepta illata.

Dubitarunt an ſacerdotes cenſuras contraxiſſent.

ſcopis,

Digitized by Google

ſcopis, abbatibus, prælatis etiam in maioribus dignitatibus conſtitutis, parochialium eccleſiarum rectoribus, presbyteris, clericis ſæcularibus & regularibus, quibuſcumque nominibus cenſeantur, quæ ſimiliter hic pro expreſſis haberi volumus, perſonis & fidelibus prælibatis, quam alijs etiam in ſimilibus, vel maioribus dignitatibus eccleſiaſticis vel mundanis conſtitutis, vt de cætero ad extirpationem huiuſmodi hæreticorum, ac defenſionem & conſeruationem catholicæ fidei interesse, & armata manu pugnare in futurum valeant, concedentes eos cenſuras, ſententias, ſeu notam, aut maculam, vel priuationem, ſeu inhabilitatem huiuſmodi nullatenus incurrere, &c. *Dat. apud S. Petrum id. februarij pontificatus noſtri anno v.*

18 Immiſiſſe in Bohemiam Sigiſmundum Regem extremo ſuperiori anno exercitum ſuum vidimus, quo quidem ſuccinctus plura oppida vi cepit Cutnamque ad deditionem perpulit [a]; ſed eandem poſtea imminente Ziſcha exuiſſe, ſeque in fugam dedit, in qua plures viros nobiles atque impedimenta amiſit. Accepta eſt etiam fortuito caſu alia ad Iglauiam clades: cum enim Pipo Florentinus quindecim equitum millia duceret per ſtagna gelu concreta, tanto pondere preſſa glacies rupta eſt, vnde plures homines & equi aquis merſi ſunt. Addit auctor eo clariorem fuiſſe Ziſchæ victoriam, quo ipſe iam coecus exercitum duxiſſet, paulo enim ante dum caſtrum, cui Rabi nomen erat oppugnaret, oculum perdiderat, altero longe ante amiſſo, ſuperſtite Vvenceslao; quo ſucceſſu inſoleſcens in catholicos, omniaque ſacra eſt debacchatus, tantoque faſtu intumuit, vt ſuorum etiam procerum iras in ſe accenderet. Ioannes pariter apoſtata Præmonſtratenſis nouæ ciuitatis Pragenſis concionator, cum eloquentia ſua plebis animos quo vellet verſaret, inuiſus erat ſenatui, qui illum non ferendum ratus vna cum nouem ſcelerum ſocijs vocatum in prætorium ciuitatis, tanquam de publica re deliberandum foret, obtruncarunt [b]: Sed dum iugulanti miniſtri aqua ſanguinem eluunt, ille per aquæductum in forum erupit, quo ſanguine viſo efferata plebs conflata ſeditione vndecim primarios interfecit. Mulierculæ vero ab eo angelo Satanæ iamdiu deluſæ nactæ ipſius abſciſſum caput tanquam martyris aromatibus conditum per templa vrbis vlulatu fœmineo circumtulerunt.

Sigiſmundus a Ziſcha impedimentis exutus.

a Cocl. lib. 5. hiſt. Huſſ.

Cath. exercitus pars abſorpta aquis.

Ziſcha excæcatus.

Ioannes Præmonſtr. digna ſcelere pœnam plectitur.

b Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 5.

Vt Martyr a hæreticis habitus ob hæreticus.

In aduerſis hiſce caſibus voluntatem ſuam accommodauit Pontifex diuinæ prouidentiæ, vtque rabidos hæreticos Bohemos numero obrueret, Pruſſiæ & Liuoniæ equites [c] Rigenſemque archiepiſcopum ac ſuffraganeos præſules, vt vires coniungerent in impios eſt cohortatus [d]: tum Albertum [e] Auſtriæ ac Ludouicum [f] Bauariæ duces ad ſacram militiam ſe accingere iuſſit. Incitati etiam ad tuendam armis religionem principes electores, ex quibus Colonienſem, Moguntinum, & Treuerenſem archiepiſcopos crucis ſigno inſignitos, refert Thomas Vvalſinghamus [g]. Ad ſolemne porro colloquium Nurembergam conuenere ſeptemuiri pro expediendis bellicis in hæreticos conſilijs, quibus cœtibus Sigiſmundus Romanorum, Hungariæ, ac Bohemiæ Rex, tum Branda Cardinalis A. S. L. interfuere, extantque apoſtolicæ literæ [h] ad Sigiſmundum datæ cum ij celebrandi forent.

Cruciferi in hæreticos concitati.

c Lib. 4. ep. cur. pag. 88. & 89.

d Ib. pag. 90.

e Ib. pag. 52.

f Eod. l. 4 pag. 135.

g Vvalſing. in Henr. V.

h Lib. breu. pag. 19.

Ad Regem Romanorum.

19 Quamuis non dubitemus ſerenitatem tuam ſua ſponte inflammatam eſſe ad Bohemiæ hæreſim extinguendam & ad illud ſanctum opus, quod prin-cipue tuum eſt munus, amplioribus exhortationibus non egere, tamen cum ſentiamus tecum de proximo conuenturos venerabiles fratres noſtros archiepiſcopos & dilectos filios nobiles viros electores imperij, & alios Alemaniæ principes, & in ea veſtra congregatione agendum fore de multis, magnis, & arduis rebus, & potiſſimum de hac ſancta fidei cauſa, quæ cæteris maior eſt & omnibus alijs præponenda, eam tibi voluimus iterum noſtris literis commendare & cordi tuo imprimere, ardenti deſiderio ſtimulati, quod ſuper omnia inſidet cordi noſtro: perſuaſum enim eſt nobis, quod ſi a te maxime, & a reliquis fidelibus principibus & populis Germanicis, in quorum perniciem, & confuſionem præter Dei, & Eccleſiæ ſuę iniuriam, hęc hæreſis intenta eſt, maturo tempore futuræ æſtatis adhibita fuerit cura, & aliquis exercitus ordinatus, ita quod ingrediatur interiora Bohemię, facile opprimentur & exterminabuntur hæretici Deo rebelles & tibi: nam, ſicut audiuimus, nonnulla oppida vi capta, quædam metu dedita aut voluntate ſunt, & fere totus Morauię marchionatus reductus atque ſanatus eſt: ex quo laudabili principio, ſi fiat in tempore quod fieri poteſt, plena & perfecta victoria ſubſequetur.

Martini ad Sigiſmundum adhortatio.

Morauia ad officium reuocata.

Et propterea, fili chariſſime, te vnum maxime in hac cauſa requirimus, cuius officium eſt armatum hæreſim armis opprimere, ſicut aliquando a Chriſtianiſſimis Imperatoribus tuis prædeceſſoribus factum eſt: Etenim ſi alterius conditionis ſurrexiſſet hæreſis in populo Chriſtiano, quæ tantum falſis & ſophiſticis argumentis labefactare fidem & religionem Chriſtianam conaretur, ſicut aliquando patrum noſtrorum temporibus viſum eſt, cum ſanctis inſtitutis & rationibus veræ doctrinæ & facili coercitione iuſtitiæ ea tollere poſſet Eccleſia, nec eſſet ad tua & aliorum arma confugiendum: ſed cum hæc abominanda hæreſis, quæ non Dei ſolum legem violat & Eccleſiæ ſuæ inſtituta, ſacras ædes diruit, ſacerdotes interficit, ornamenta eccleſiarum diuino cultui deputata vi rapit, & omnia ſacra coinquinat; ſed etiam poſt diuina violata humana iura confundit, omnemque ſtatum humanum, & regimen politicum tollit, & vitam hominum ratione, & legibus inſtitutam traducit ad irrationabilem ſenſualitatem pecudum & licentiam beſtialem, in hoc tanto errore vel ſcelere potius innitatur armis & viribus, quid aliud facere nos oportet, qui ad conſeruandam noſtram religionem & fidem Chriſtianam in apice apoſtolatus a Domino conſtituti ſumus, quam implorare in primis auxilium ſublimitatis tuæ & cœtum fidelium, qui armis hanc nefariam peſtem poſſunt ſuperare atque delere, quales ſunt Germaniæ principes & populi, qui ſunt huic morbo finitimi & periculo propinquiores? & ideo ſcribimus de præſenti principibus ijs, quos tecum exiſtimamus eſſe in hac congregatione futuros, vt ad extirpationem extremam huius inquinatiſſimæ hæreſis opportuno tempore cum eorum potentia ſe paratos exhibeant, quos etiam in hac cauſa animare auctoritate tua debes & exemplo, vt intelligant te ſuum caput in hac materia feruentem, & velle omnibus viribus in hac cauſa laborare, quæ a te vno potiſſimum, cæteris curis & negotijs prætermiſſis aut dilatis ad tempus, ſuſcipienda eſt cum ea animi magnitudine, quæ tam ſanctæ rei conuenit & dignitati tuæ: etenim ſi feceris reliqua omnia ratione, & feliciſſime conſummaueris, tamen vnam hanc reliqueris, nec ſatisfacies Deo nec reipublicæ Chriſtianæ, quæ huius conſumma-

Huſſitarum ſcelera.

Super dominis Martinus admonet.

tio-

Digitized by Google

Coniunctis res & Cæſaris cauſam.

tionem victoriæ non abs re a te vno poſtulat & expectat, quoniam hoc ſibi præſtare officium debes, etiam ſi in alienis terris offenſa eſſet & turbata religio Chriſtiana, quæ domi tuæ violatur ſimul cum iure tuo regio. Igitur, fili chariſſime, da operam, vt in congregatione præfata ante omnia habeatur ratio expeditionis Bohemiæ, & ad eam ordinandam omnes curas tuas cogitationeſque conuertas, tibique perſuadeas, nihil poſſe te facere aut cogitare Deo acceptius, gratius nobis, glorioſius tibi, & vtilius populo Chriſtiano: *Dat. Romæ.*

Nuremberge ſancitũ delendos internecione hæreticos.

20 Paruere Martini Pontificis monitis Cæſar & ſeptemuiri, inque Nuremburgenſi conuentu bellum ad extremam hæreticorum interfeccionem gerendum decreuere: tum reliqui principes, ac præſules ad conferendam in bellicos ſumptus pecuniam ſe obſtrinxere: ad quod decretum perficiendum Pontifex Biſuntinum a, Viennenſem, Treuirenſem, Bremenſem, Colonienſem archiepiſcopos, pluresque epiſcopos, quorum prolixior texitur in regeſto pontificio catalogus b, excitauit, vt a ſuarum diœceſeon clero æquis portionibus ſubſidiaria ſtipendia exigerent ſuaſq; ipſi opes conferrent; conceptæ ſunt ſubiectis verbis eæ literæ.

a Lib. 4. pag. 154.

b Poſt ead. ep.

Venerabili fratri archiepiſcopo Biſuntino.

Sicut, nuper accepimus, in congregatione principum habita in ciuitate Nuremburgenſi, ibidem exiſtentibus chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Rege illuſtri, principibus electoribus imperij, aliiſque proceribus, prælatis, & nuntijs, ac legatis plurium ciuitatum, & vna cum ipſis dilecto filio noſtro Branda tit. S. Clementis presbytero Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato, per nos ad hoc fidei negotium ſpecialiter deſtinato, per eorum conſilia ſuper cauſa fidei celebrata concluſum & firmiter ordinatum, vt pro gerenda guerra continua contra hæreticos vſque ad exterminationem huius peſtis irremiſſibiliter duratura omnes prælati & perſonæ eccleſiaſticæ per Germaniam taxarentur in diuerſis gentium armigerarum quantitatibus, ſuſtinendis ſecundum facultates & conditiones eorum: & quia, vt nobis aſſeritur taxæ nonnullæ ibidem factæ fuerunt propter breuitatem temporis, & alias occupationes agentium, forſitan inæquales, nec ita diligenter, vt eſſet expediens conſummare, nos, ne propter hoc in tanto negotio debita auxilia ceſſent, aut inæqualiter conferantur; ſed vt omnia in cauſa Dei iuſte procedant, quantum nobis eſt poſſibile, prouidere volentes, fraternitatem tuam requirimus & eidem per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, tibi adiunctis aliquibus presbyteris & honeſtis viris Deum timentibus de facultatibus eccleſiæ tuæ & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum informatis, tu vna cum illis omni proprij commodi affectione depoſita ſecundum veſtras conſcientias te pro eccleſia tua, & quaslibet perſonas eccleſiaſticas tuarum ciuitatis & diœceſis tibi ſubiectas non exemptas dumtaxat de nouo taxetis ſiue quo ad gentes armigeras, ſiue quo ad alia ſubſidia conferenda, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem kal. decembris anno VI.*

Suppeditandos milites clero ſumptus.

21 Exterriti facto illo bello Bohemiæ hæretici extrema auxilia ſibi adiungere anniſi ſunt; cumque ſuperiori anno Vladiſlaum Regem Poloniæ & Vuitoldum Lituaniæ ducem ſolicitaſſent, vt ipſorum patrocinium ſuſciperent aduerſus Sigiſmundum, quem fictis criminibus apud illos inſimulauerant, ac repulſam eſſent paſſi, iterum cœptum facinus pertentarunt. Verum id reſponſum elicuere: quamuis iniurias haud leues Poloni & Lituani a Sigiſmundo accepiſſent, ſe tamen teneri conſcientia hæreticos in fidem recipere; præterquamquod Bohemia hereditario iure ad Sigiſmundum ſpectaret: daturos vero ſe operam, vt ipſos cum Eccleſia, ac Sigiſmundo Rege in gratiam reducerent: quæ pluribus enarrant Æneas Syluius a, Cromerus b Dubrauius c, & Cochlæus d. At Pontifex, cum hæreticorum inter principes catholicos diſcordias ſerere meditantium nefarias artes accepiſſet, apoſtolica appoſuit ſtudia, vt eas ſedaret. Cumulauerat e ſibi Sigiſmundus Polonorum & Lituanorum inuidiam, dum ab iis arbiter dictus, vt controuerſiam, quæ ipſis cum Cruciferis erat, dirimeret, pro illis tulit; ac Pontifex ſuperiore anno, vt vidimus, tollendi diſſidij cupidus interpretem pacis ſe fore obtulerat, & Antonium Zenum, vt vtriuſque partis aduerſæ monumenta exſcriberet, miſerat. Cum vero ex data ſibi prouinciæ metas egreſſus plura contra Sigiſmundi Regis ſententiam velut a Pontifice improbatam effutiiſſet, certior ea de re factus Martinus omnia ab illo geſta reſcidit f, ac Sigiſmundo eſt pollicitus g, illius dignitati non detractum iri. Tum Vuitoldo, ne oblatæ ſibi a perduellibus hæreticis Bohemicæ coronæ cupidine eos in clientelam acciperet, e Petri ſede denuntiauit h, animam ipſum ſuam culpæ lethali ſubiecturum addicturumque inferis, ſi hæreticos, quos damnaret Eccleſia, ſpecioſo quouis colore tuendos ſuſciperet.

Polonor. reſponſum.

a Aene. Silu. hiſt. Bohem. cap. 44.

b Cromer. rer. Polon. lib. 18.

c Dubrau. hiſt. Bohē. lib. 26.

d Cochl. hiſt. Huſſit. lib. 5.

e Cromer. vbi ſup.

Odiorum inter Sigiſmundum & Polonum cauſæ.

f Lib. 4. epiſt. cur. pag. 88.

g Mart. l. breu. pag. 16.

h Lib. breu. pag. 43. & in aliam. 1 pag. 25. & Cochl. lib. 5 hiſt. Huſſ.

Monitus ſe duci a clientela Bohemorũ auocandum

Dilecto filio nobili viro Alexandro Lituaniæ duci ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Iam pridem fama vulgauerat, te Bohemos hæreticos ſpe fouere, apertis eos auxilijs iuuaturum; quod ſcelus de te, viro prudentiſſimo & probato iam principe catholico, difficile creditu videbatur: ſed tamen ſcripſimus nobilitati tuæ paterna charitate monentes, vt ab omni ſocietate, coniuratione, & fœdere hæreticorum abſtineres, & eoſdem excluderes & priuares fiducia ſubuentionis tuæ. Nunc vero per literas tuas & nuntium diſpoſitionem tuam non dubiam nec obſcuram de iuuando & ſuſcipiendo prædictos in protectionem tuam intelligentes, ſumma admiratione & dolore commoti ſumus: videmus enim & manifeſte comprehendimus te, ſi hoc feceris, vltra periculum fidei, quod eſt ante omnia declinandum, magnam & horribilem nouitatem in Chriſtianitate moturum, ex qua multo maior effuſio ſanguinis Chriſtiani, & grauiora ſcandala & crudeliora vulnera ſubſequentur, quam ea ſint, quibus te aſſeris hac via velle mederi: nam nemini dubium eſt, quin Bohemi hæretici, ſi fuerunt a ſpe tui præſidij deſtituti, ad obedientiam Eccleſiæ, rectam viuendi normam, & debitum cultum Dei facile reduci poſſint vel ſola neceſſitate compulſi, eritque breui conſueta tranquillitas & deuota religio in regno Bohemiæ hac funeſta labe purgato; qui, ſi ſe viderint in protectionem tuam receptos foueri, atque defendi, reddentur acriores contra inſtituta Eccleſiæ Dei rebelles, & pertinaciores in hæreſi. Nec nos multum mouet, quod aſſeris, te velle hac conditione recipere, vt errore depoſito ad debitam eccleſiæ Romanæ obedientiam reuertantur; omnia enim faciunt & pollicentur tibi, vt te ſuis laboribus & erroribus immiſceant, & incendium maius ſuſcitent. & per hanc viam eorum ſimulata reductio non poteſt non eſſe ſuſpecta; per quam viam quærunt perículoſam diſcordiam inter Chriſtianos principes ſeminare, vt potentiſſimis dominis inter ſe decertantibus, Romano imperio perturbato

Propoſita Lituano pericula.

Religioni ſe ſi ſponte poſſeſſ. deſerti fuerũ Bohemi.

Digitized by Google

bato, & quaſi tota Chriſtianitate confuſa, poſſint ipſi peccare licentius.

Nec exiſtimare debes aliter euenire poſſe, ſi Bohemiæ regnum occupabis, quod nullo modo per electores Romani imperij & principes Alamanniæ tolerabitur, etiam tacente chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Romanorum Rege illuſtri. Nec huius regni extimatio tanti eſt, nec eſſe debet apud conſiderati principis prouidentiam, vt pro eo velis iuuare hæreticos, aliena per iniuriam occupare, & magnam Chriſtianitatis partem nouo bello confundere & permiſcere cum diminutione tui honoris & famæ, & certa animæ tuæ iactura, quæ etiam ſi omnia ad votum ſuccederent, diligentius cauenda eſt: quid enim proderit tibi, ſi vniuerſum mundum lucreris, animæ vero tuæ detrimentum patiaris? Quod vero te afferas non ampliandi dominij cupiditate, ſed ſola reducendorum hæreticorum cauſa ipſos ſub tua defenſione ſuſcipere, nullo modo probari poteſt: nam cum per Dei miſericordiam Chriſtianus princeps exiſtas, in cauſa fidei debes cum diſpoſitione noſtra & Eccleſiæ, & noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato ad hoc tranſmiſſo, & reliquis Chriſtianis principibus conſentire, teque cum ijs iungere contra hæreticos, non pro ipſis te defenſorem exhibendo ſpecialem, viam quærere conuerſionis eorum, quæ hoc modo quæſita ſyncera credi non poteſt: ſed qualemcumque ipſi animum habeant, ſinceritati tuæ, quæ inter Chriſtianos huc vſque probata eſt, non conuenit a communi conſilio deuiare, & eos vlla ſpeciali conuentione ſuſcipere: quod ne facias tibi paterna dilectione conſulimus, te monemus, hortamur, tibique etiam præcipimus in virtute nominis Ieſu Chriſti, quod eſt nomen ſuper omne nomen: & ſi feceris; ſcito te Deo omnipotenti, nobis & Eccleſiæ, quam Deus non deſeret, & Chriſtiano nomini iniuriam faceres, quam nec Deus ipſe feret, ſed vertet in periculum capitis tui, & certe in animæ tuæ damnationem.

Electores imperij non tolerature.

Nil profuturum, periculum animæ ſuæ.

Iungat principibus arma in hæreticos.

Denunciatum ſi fecerit, erit vtet... mortis...

22 Nos vero, qui vicarius eius in terris conſtituti ſumus in apice apoſtolatus, ad conſeruationem veritatis & fidei Chriſtianæ dolenter tamquam contra vitam noſtram, ſed neceſſario, contra te & quoſcumque defenſores hæreticorum auctore Deo procedemus, quia ſic tenemur ex iniuncto nobis officio, etiam ſi opus erit cum vexillo crucis implorando ſubſidium populi Chriſtiani. Sed cum multa in diebus tuis digna opera feceris pro amplificatione fidei ſanctæ & quiete fidelium, cogitare non poſſumus te poſtremo tot recte facta velle ambitione corrumpere, & tantis cladibus hominum cauſam dare. Quare, fili dilecte, ab hac via, ab hoc modo, ab hac opinione te retrahas, nec ſubſidia mittas hæreticis, nec eorum venenoſis pollicitationibus capiaris, quæ tibi certe ſunt inſtigationes ſathanæ ad inquinandam famam & fidelitatem tuam, inuoluendo te in nouis bellis atque periculis, & effundendum ſanguinem Chriſtianum: ſed ſi ſalutem & reductionem Bohemorum deſideras, ſicut debes, eos nullis tuis viribus protectos horteris, vt ad præfatum ſedis Apoſtolicæ legatum ad hoc ſpecialiter deſtinatum, habentem a nobis plenam & liberam poteſtatem ſuper omnibus in iſta cauſa fidei diſponendi, mittant & ſe humiliter ſubmittant correctioni & diſpoſitioni ſuæ, a quo poterunt etiam ad nos, ſi expediens erit, cum ſecuritate tranſmitti.

Crux cogendum in ipſū miliciam conſcribendam.

Sed tu ante omnia caue diligenter, ne ipſos vlla conditione tuearis, quia certi ſumus, quod a te deſtituti ſtatim humilius ſe inclinabunt, recreati autem per te fient continuo duriores. Quod ſi tu aliquo modo inductus defenſionem eorum ſuſcipere promiſiſti, ſcito te fidem dare hæreticis violatoribus fidei ſanctæ non potuiſſe, & peccare mortaliter, ſi ſeruabis, quia fidelis ad infidelem nulla poteſt eſſe communio. Ceterum poſtremæ literarum tuarum particulæ, per quas requiris, vt proceſſus contra hæreticos editos tollamus & ſuſpendamus ad tempus, reſpondemus hoc nullo modo fieri poſſe de manifeſtis hæreticis in ſacro Conſtantienſi concilio condemnatis, præſertim cum ſentiamus communi conſenſu principum Alamanniæ exercitum præparari ad confuſionem eorum: ſed, vt ſupradiximus, humiliter & ſincere offerant ſe legato, qui cauſa & voluntate ſua cognita diligentius de propinquo libenter ſaluti ſuæ conſulet. Sed nobilitatem tuam iterum atque iterum admonemus, teque obſecramus per miſericordiam Ieſu Chriſti, vt tantam ſtragem & calamitatem per te induci non velis, quantam neceſſario ſecuturam videmus in Chriſtianis, ſi Bohemos hæreticos ſuſcipies defendendos. *Dat. Romæ*, additur vero apud Coclæum [a], *apud S. Petrum* XII. *kal. iunij pontificatus noſtri anno v.*

Deguntſati fidem obſtringi non poſſe hæreticis inuita Eccleſia. & peccari ſi fides ſeruetur.

Inter hæc Bohemi Huſſitæ virus ſuum in finitima regna diffundere conabantur, atque in Polonia præſertim nefariæ ipſorum ſocietate nonnullos contaminarunt; quocirca Pontifex Gneſnenſi archiepiſcopo hæc mandata dedit [b].

a Coclæus ibid.

Huſſitica lue contaminati in Polonia.

b Lib. 4 ep. cur. pag. 99.

Martinus, &c. Nuper ad noſtrum peruenit auditum nonnullos in regno Poloniæ infectos eſſe eadem hæretica labe, quæ regnum Bohemiæ damnabiliter excæcauit, & niſi prouideatur opportune, periculum imminere de maiori ſcandalo & perditione plurium animarum. Nos igitur, cupientes huiuſmodi ſcandalis & futuris periculis obuiare, & ſi qua ex parte contracta eſt aliqua macula in regno illo Poloniæ fideli ipſam totaliter abolere, ac ſi quæ perſonæ ſunt in hæreſim hanc collapſæ, illas ab errore reducere ad veritatem, & circa hæc & alia de prudentia fide & deuotione tua ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, vt per tuam diœceſim & totum Poloniæ regnum diligenter inquiri facias de perſonis præcipitatis in hæreſim & errorem, & eas ſtudeas ad viam ſalutis & pœnitentiæ reuocare: quod vt poſſis vtiliter & fœliciter exequi & iuxta cor noſtrum præfatum regnum præſeruare in ſancta fide ſyncerum; circumſpectioni tuæ, &c. (Ampliſſimis mandatis archiepiſcopum Gneſnenſem Martinus inſtruit, quo Vvitcleffiſtas & Huſſitas ad caſtra eccleſiæ traducat, impietatemque damnantes cœtui catholicorum reſtituat, infamiæque notam omnem diluat. Adiecta vero eſt literis hæc temporis nota) *Dat. Tybure VI. id. ſeptembris pontificatus noſtri anno* V. Eodem argumento literæ ad Plocenſem, Cracouienſem, Poznanienſemque epiſcopos ſcriptæ ſunt [c]: tantaque ab ijs adhibita diligentia eſt in agro dominico, vt exitiales eiuſmodi Vvicleffi & Huſſi propagines tandem euulſæ ſint.

Martini pro ea commonendo cura.

c Ibid. poſt eand. epiſt.

Hæreſis propagines e Polonia excisæ.

23 Nauata etiam in Anglia eſt ſtrenue opera a præſulibus in excindendis Vvicleffiſticæ perfidiæ fibris peſtiferis: atque hoc anno Londini damnatus eſt Guillelmus, qui dum ſanctorum cultum oppugnabat eo impietatis progreſſus eſt, vt ne quidem preces Chriſto, vt homini Verbo diuino hypoſtatice coniuncto, ſed tantum vt Deo porrigi vellet, vt narrat Thomas Vvaldenſis [d]: *Guillel-*

d Thom. Vvald. tom. 3. tit. 13. de S. orandis cap. 108.

Hæreſis adverſus ſanctos

lelmi cognomento Sartoris damnati Londini anno Domini MCCCCXXII. *Prima concluſio erat iſta: Omnis oratio, quæ eſt petitio alicuius doni ſupernaturalis vel gratuiti ſoli Deo eſt dirigenda. Secunda: Oratio ſoli Deo dirigenda eſt. Tertia: Orare aliquam creaturam eſt committere idololatriam: Fideles nunquam dirigere debent orationes ſuas ad Deum ſub ratione humanitatis, ſed ſolum ſub ratione deitatis.* Hæc Guillelmus Vvitcleuiſta, cuius ineptias ita confutat idem Vvaldenſis: *Ergo Paulus Apoſtolus erat idololatra, qui ait* [a]: *Obſecro vos, fratres, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & charitatem Spiritus ſancti, vt ſolicitudinem impertiamini in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa. Ecce non ſolum inſtat, vt orent pro ſe, ſed orationi adiurationem accumulat, conteſtans eos per dominum Ieſum Chriſtum & per Spiritus ſancti charitatem, obſecrans eos impertiri ſibi ſolicitudinem in orationibus pro ſe Deo. Quid eſt ergo obſecrare eos aut quid minus, quam eos orare pro ſe?* Comprehenſus etiam eſt ab epiſcopo Noruuicenſi alius Vvillelmus cognomento Albus, qui cum ſacerdotio initiatus eſſet, ſcortum nuptiarum honeſta ſpecie ſibi thoro iunxit, & cœlibatum ſacerdotum blaſphemis conuitijs inſectatus eſt, vt narrat idem Vvaldenſis [b], qui etiam hæretici argutias diſſoluit, quibus contendebat libertatem Chriſtianam indicto ſacerdotibus cœlibatu labefactari: *Iam*, inquit, *poteſtis videre qualiter abutuntur libertatis agnomine & gloriantur ſimul actibus ſuis. Audiunt Apoſtolum dicentem eis: Vos in libertatem vocati eſtis fratres; non autem audiunt eum canentem* [c]: *Tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis.* Præterea ſacerdotes exagitabat, quod vectigalia eccleſiaſtica poſſiderent, paupertatemque euangelicam in ſe ac ſuis mirifice commendabat, cum tamen paupertatis euangelicæ ſpecie opes abliguriret imperitorum, qui eius ſe verbis duci patiebantur; quam hæreticorum fictam paupertatem ardentemque auaritiam redarguit idem auctor [d]: ſimiliaque a pauperibus Lugdunenſibus ſtulte iactata vidimus, quæ ex Iuliani apoſtatæ dialectica etiam Chriſtianos Reges ac principes ad inopiam redigendos perperam concludunt.

a Roman. 15.

b Id. eod. to. 3. tit. 7 de ord. ſacr. c. 66

Libertas ab hæreticis in libidinis licentiam poſita.

c Galat. 5.

Prædicata paupertas ad cumulandas opes.

d Vvalden to. 3. tit. 10 c. 99.

24 Hoc tempore inuentus eſt in Hungaria hæreſiarcha, qui inanis humanæ philoſophiæ argutijs faſcinatus omnem Chriſtianam religionem euertebat, ſtatuens non alia credenda, quam quæ humana cognitione comprehendi poſſent, veluti demonſtratur vnum eſſe orbis conditorem: qui demum conuictus de humanæ mentis imbecillitate, quamque facile decipi conſueuerit, diuinæ miſericordiæ inſigni beneficio pietati in Paulitarum cœnobio ſe addixit. Rem narrat Ioannes Nider [e] his verbis: *Cum perfidus in ſua pertinacia perſeueraret, quinimmo diceret ſe in ſcientia ſua mori velle, excogitauerunt viri prudentes, animæ ipſius miſeri plus fauentes quam corpori, aliud conſilium: vinculetur, dicebant ad epiſcopi officialem ſecretius, verſipellis iſte arctius, ponatur ad cippum, & loris ſtringatur: in his forte pernoctanti vexatio* [f] *dabit intellectum. Quo per ordinem facto, venerunt in craſtino ſæpedicti fideles animæ* [g] *cyrologi, videre volentes ſuum ægrotum, ad quos impatienter clamans: Me, quæſo, incinerate; paratus enim ſum. Quouſque animam meam fruſtra vexatis? Illi vero fomenta acriora animæ de Aegyptiorum theſauro philoſophico applicantes, oſtenderunt erranti, quam imbecille foret humanum ingenium, quam ars multa, vita breuis, & iudicium fallax, tempus acutum, & ſimilia; & meditatiuum in his iterato reliquerunt non minus quam antea vinctum. In craſtino venientes per diuinum lumen inſpiratum bonum hominem inuenerunt. Vidi (inquit reus) quod animæ meæ ſalutem indefeſſe quæritis, literis eminentes eſtis, & in orbe terrarum famati: paratus ſum ingenium meum vobis ſubmittere: iubete quod placuerit, quia paratus ſum ſine fictione parere. Itaque reuocare ſuam perfidiam iuſſus eſt, & fecit publice: & ne mundo vlterius ſeruiens deciperetur a vanis, petiuit in ordine Paulitarum recipi in monaſterio, vbi Deo ſimpliciter & valde deuote ſeruitur in Hungaria, vbi ordo iſte in magno eſt vigore. ibi receptus militauit Chriſti tyrocinio.*

Deiſtarum hæreſis.

e Io. Nyder formic. l. 3. cap. 10

Supplicijs conuerſus hæreticus.

f Iſai. 28.

g Chirurgi.

25 Dum hæc aduerſus hæreticos fiebant, Pontifex in alios Eccleſiæ hoſtes veteris ſchiſmatis propugnatores, qui Hiſpaniam inquinare ſuis erroribus nitebantur, curas intendit: nonnulli enim improbi homines, partim e monaſteriorum clauſtris emergentes, partim clericali adſcripti militiæ adeo ſibimet præfidebant, vt vani capitis ludibria totius Conſtantienſis ſynodi œcumenicæ patrum ſapientiæ atque probitati anteferrent, effutirentque Petrum e Luna iniuſtis ſuffragijs damnatum, nec de gradu deijci potuiſſe. In quos Martinus [a] edito diplomate, vbi pluribus Conſtantienſis decreti æquitatem expoſuit, Toletano archiepiſcopo & epiſcopo Calagurritano præcepit, vt in eiuſmodi impoſtores perturbatoreſque eccleſiaſticæ pacis animaduerterent.

Repullulans Lunani ſchiſmatis reliquiæ.

a Lib. 4. pag. 144.

Martinus, &c. Cum ſicut accepimus, nonnulli ſchiſmatici in Hiſpaniarum partibus a via veritatis prorſus auerſi, ac ab vtero Eccleſiæ penitus alieni, vt trahant alios in errorem, acuant linguas ſuas contra huiuſmodi ſynodi decreta, falſas machinas conſtruendo, & ſatagentes eandem Eccleſiam in antiquum ſchiſma Chriſti fauente gratia, vt præmittitur, iam præciſum reducere, eundem Petrum de Luna Papam Chriſtique vicarium & B. Petri fore aſſerant ſucceſſorem: *Et infra*: inquiſitionis officium contra huiuſmodi ſchiſmaticos fraternitati veſtræ tenore præſentium Apoſtolica auctoritate committimus, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem VI. id. ſeptemb. pontificatus noſtri anno VI.* Excitatus [b] etiam eſt Alfonſus archiepiſcopus Cæſarauguſtanus ad purgandam ſchiſmatica colluuie Aragoniam, ampliſſimaque decernendi, conciliandique illos Eccleſiæ, qui ſchiſma damnaſſent poteſtate eſt munitus.

b Ibid. pag 126.

In Aragonia inquiſitio iuſſa in ſchiſmaticos.

26 Recruduerat [c] idem ſchiſma in Occitania & Aquitania, nonnullique profligatiſſimi & perditiſſimi homines eo prorupere, vt caſtro, cui Turenæ nomen eſt occupato, illud Paniſcoletam appellarint ducto ex Paniſcola, vbi degebat Petrus e Luna, nomine, ex eoque ſchiſma propagare & blaſphemas voces in Conſtantienſem ſynodum œcumenicam mittere non perhorruerint: in quos cum Gerardus Neapolitanus Apoſtolicæ ſedis nuntius tuliſſet ſententiam, rata illa habita eſt a Martino; legatuſque [d] eſt in Gallias alius Gerardus, vt tum in eos, tum in Ioannem Armaniaci comitem ſchiſmatis in Aquitania defenſorem, qui etiam filium ab ſchiſmatico luſtrandum baptiſmo & chriſmate Paniſcolæ profanato inungendum curauerat, ſeueritatem ex ſacrorum canonum præſcripto adhiberet. Extat hac de re pontificium diploma [e], cuius potior pars infraſcripta eſt.

c Ibid. pag 127 128 & 129.

d Ibid. pag 32.

e Ibid. pag 272.

Io. Armaniaci comes ſchiſmaticus.

Dilecto filio magiſtro Gerardo de Regino præpoſito Albienſi legum doctori
A. S. N. ſalutem, &c.

27 Nos aduerſus eundem Ioannem comitem citationem decreuimus perſonalem, vt infra certi tem-

In iudicium vocatus

Digitized by Google

temporis ſpatium nondum elapſum a prædictis deſiſterat, & in via veritatis per ipſum alias agnita ambularet, determinationique ſacri generalis Conſtantienſis concilij adhærere, illamque velut verus obedientiæ filius inſequi vellet fideliter; vt tenetur, aut coram nobis perſonaliter compareret: cumque idem Ioannes comes ſalutis propriæ & æternæ immemor, diabolica fraude deceptus & per varias dicti Petri de Luna & ſuorum ſequacium & fautorum iniquas perſuaſiones ſeductus, a præmiſſis minime deſiſtere velit, ſed (quod damnabilius eſt) prænominatos ſchiſmaticos ſchiſmatiſque & hæreſis fautores continue magis ac magis etiam in ſuo familiari domeſtico & commenſali ſeruitio retinet; ac præfati Petri de Luna verſus caſtrum de Paniſcola euntes & redeuntes nuntios, etiam cum eis in diuinis participando, receptare & honorare non deſinit, eundem Petrum de Luna Papam Romanum ac ſummum Pontificem, in terris Chriſti vicarium tenendo & appellando, & vt tali ſibi eiuſque præceptis parendo & obediendo, vnum natum eius ex dilecta in Chriſto filia nobili muliere Iſabelle vxore ſua cum chriſmate in Paniſcola profanato in fide & obedientia dicti Petri de Luna per dictum ſchiſmaticum Ioannem Carreris iuniorem baptizari faciendo, multaque alia, crimina & exceſſus peiora prioribus mala malis continue accumulando, committere non ceſſauit in noſtrum & Apoſtolicæ ſedis ac Romanæ eccleſiæ vilipendium & contemptum, in ſuæ euidentiſſimæ damnationis cumulum, ac ſcandalum & damnum plurium, prout de præmiſſis per tuas & eas, quas hic per venerabilem fratrem noſtrum Iordanum epiſcopum Albanenſem & bonæ memoriæ Alemannum tit. S. Euſebij presbyterum, dum viueret, S. R. E. Cardinales, cum teſtibus omni exceptione maioribus, & alijs legitimis documentis recipi fecimus informationes, ſumus plenarie informati; nos aduerſus huiuſmodi grauiſſima & pernicioſa ſcandala ſalubriter prouidere volentes; cum iam comes ipſe & alij prælibati ſchiſmatici ſchiſmatiſque & hæreſis fautores in huiuſmodi damnato propoſito per triennium permanſerint; & vltra attendentes quod error, cui non reſiſtitur, approbari videtur, & latum pandit delinquentibus auſum, qui eorum iniquis & præſumptuoſis temeritatibus non reſiſtit, ac tantam pertinaciam ſine diuinæ maieſtatis offenſa grauique Eccleſiæ ſcandalo & noſtræ conſcientiæ vlterius tolerare, ipſamque impunitatem, ne ſanguis comitis & aliorum prædictorum ſic errantium coram diſtricto examine æterni iudicis a nobis exquiratur, abſque aliquo ſalubri remedio relinquere non valentes, cum contemplatione chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Nauarræ illuſtris, ac dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Bonæ de Biturio matris, & dilectorum filiorum nobilium virorum Amedei ducis Sabaudiæ, Bernardi de Amanhaco militis, fratrum dicti comitis, qui nobis ſuper hoc ſæpius ſcripſerunt, præmiſſa vltra quam expediret tolerauimus, tibi qui referendarius noſter exiſtis, per apoſtolica ſcripta committimus & ſub pœna excommunicationis mandamus, quatenus per tuas literas vna cum præſentibus ſeu earum inſertione valuis eccleſiæ vel eccleſiarum, de quibus tibi videbitur, aut alias comitem eundem adhuc ſemel exhortari & requirere ſtudeas, vt ipſe infra quindecim dierum ſpatium a die affixionis dictarum literarum computandum, quorum quinque pro primo, quinque pro ſecundo, & reliquos quinque dies pro tertio & peremptorio termino: aſſignet, cui & nos aſſignamus præfatos omnes alios & ſingulos ſchiſmaticos ſchiſmatiſque & hæreſis fautores, eidemque fauentes & adhærentes in hac parte, de ciuitatibus, caſtris, villis, terris, locis, dominijs, domoque, officijs, conſilijs & obſequijs ſuis realiter & de facto expellat & expelli omnino faciat, illos vlterius nullatenus receptaturus; nec per ſe vel alium directe vel indirecte, palam, publice, vel occulte defenſurus, nec eis, aut eorum alicui, vel aliquibus auxilium, conſilium, vel fauorem præſtiturus: alioquin lapſis quindecim diebus interdictum per te, vt præmittitur appoſitum & aliquando ſuſpenſum ſuſpenſionibus huiuſmodi reuocatis continuando, ciuitates, villas, caſtra, loca & alia quæcumque terras & dominia dicto comiti mediate vel immediate ſubiecta cum eorum eccleſijs, monaſterijs & alijs pijs locis, exemptis & non exemptis, in Vaſconiæ partibus prædictis, & alibi vbicumque ſita generali interdicto eccleſiaſtico ſupponas, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum x. kal. ianuarij pontificatus noſtri anno VI.*

A Petro e Luna faſcinatus.

Eundem vt Papam colit.

Filium ab hæretico baptiſmo luſtrandum curat.

Animaduertendum in ipſum decreuit Mart.

Cur diſſimulatũ diu [illegible]

Schiſmaticos expel[illegible] iubet.

Ni pareat interdictum in eius principatu [illegible] iuſſit.

28 In Gallicarum rerum enarrationem incidimus, quæ bellicis motibus ab Henrico V. Angliæ Rege Carolum Delphinum auito regno ſpoliare annitente, concuſſæ erant. Deſcribit Monſtreletus [a], vt Meldenſes alijque populi bello feſſi in Angli ditionem ſe dediderint, iſque vigeſima prima maij die ordinum regni conuentus Pariſijs celebrarit, Rege Carolo ac Regina Iſabella tenuem regiæ dignitatis vmbram retinentibus [b]. Viſum vero eſt Numini impetum eius victoriarum frænare, triſteque documentum ſtatuere, quam fallax ſit mortalium conditio atque felicitas: qui enim toties a Chriſti vicario monitus fuerat, vt pacem Gallijs daret, bellandique peritiam Chriſto aduerſus efferos Turcas euangelij hoſtes dicaret, ac pia B. Nicolai Albergati internuntij monita tempſerat, ex iniuſti teique Chriſtianæ exitialis belli laboribus morbo lethali contracto, ſerius ambitionis agnouit ludibria, profeſſus [c] grauiter ſe angi, quod militiam Deo optimo maximo contra Mahometanos non conſecraſſet; quem Chriſtianæ pietatis ſpecimen in extremo illo vitæ actu teſtatur Thomas Vvalſingamus [d] dediſſe narrat.

Sumptis, inquit, *viuifici corporis Dominici & alijs, quæ ad Chriſtianum pertinent, ſacramentis in vera pœnitentia, fide recta, ſpe certa, & charitate perfecta, & bona memoria, huic ſæculo & ſuis valefaciens, animam ſuam ſuo reddidit Creatori penultimo die menſis auguſti, poſtquam regnaſſet nouem annis quinque menſibus & quatuordecim diebus*. Hæc Vvalſinghamus, qui deſcriptis iuſtis funebribus Henrico ex maieſtate regia perſolutis, cum illius corpus in Angliam delatum eſt, hiſtoriæ ſuæ finem imponit, Vvalſinghamo conſecutit Monſtreletus [e], ipſumque addit in extremo vitæ actu, dum ſeptem pſalmi repetebantur a ſacerdotibus, eaque verba legerentur: *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ieruſalem*; ingemuiſſe, profeſſumque ſe in illo impendentis mortis diſcrimine votum concepiſſe de expeditione Ieroſolymitana conficienda, ſi in priſtinam a Deo ſanitatem reſtitueretur. De pia eiuſdem morte pontificium teſtimonium inferius viſuri ſumus. Ferunt ipſum extinctum [f] ex eryſipelate, quod vulgo ignem S. Antonij vocant, ſub natibus accenſo, qui flammas tandiu per Gallias circumtulerat: At Iuuenalis Vrſinus [g] dyſenteria occubuiſſe tradit, vt turpiter ſuum cruorem effunderet, qui tantum humanum ſanguinem, vt ſuæ ambitioni leno-

a Monſtrel vol. 2. cap. 260. & 261.

b Cap. 262.

Henricus V. fallacis humanæ felicitatis exemplum.

Ex iniuſti belli laboribus letalẽ morbum contraxit.

Angitur ob non conuerſa in Turcas arma.

c Iuuenal. Vrſin in Car. VI.

d Vvalſing in Henr. V & Polyd. Virg. lib. 22.

Succedit Henr. VI. qui omnia amiſit.

e Monſtrel vol. 2. cap. 262.

Tranſferendi in Syriã belli votũ ſe ceptum.

f Id. cap. 265.

g Iuuenal. Vrſin. in Car. VI.

lenocinaretur, ſuderat. Gerendarum rerum peritiſſimus extitit Henricus humanæ gloriæ cupidus, & in eos, qui ipſius edicta infregiſſent, acerbiſſimus.

Succeſſit Henric. VI.

29 Reliquit ſceptra Henrico VI. filio nondum bimulo, qui non modo parta in Gallijs tueri non potuit, verum Anglicum etiam regnum multis poſt annis amiſit; quem Pontifex [a] præſulibus ac principibus commendauit, vt eum pie educandum curarent, atque integerrime rem adminiſtrarent Anglicam: tum hortatus eſt, vt cum tantus Chriſtianus ſanguis ab Anglis Franciſque ſuperioribus ætatibus effuſus eſſet, lachrymabili tandem bello abſiſterent: tum etiam monuit, vt iura pontificia immunitatemque ordinis eccleſiaſtici, quam Henricus Rex in priſtinam dignitatem, vti erat pollicitus, nondum reſtituerat, in Anglia inſtaurarent.

a Lib. breu. pag. 78. & in alio lib. 8. pag. 7. & 117. Martini pro inſtaurando pace ſtudia.

Venerabilibus fratribus epiſcopis, ac dilectis filijs nobilibus viris principibus atque militibus, cæteriſque de conſilio chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici Regis Angliæ illuſtris ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Henrici V. mortem lugent & Mart.

Diligebamus filium noſtrum celebris memoriæ Henricum Regem Angliæ dum viuebat, multæ enim erant in eo principe magnæ regiæque virtutes, propter quas merebatur amari. Audita igitur illius morte, conſiderantes quanta apud fideles eſſet facta iactura præcipue in regno ſuo, tali Rege ſublato, & quam charum filium Eccleſia perdidiſſet, doluimus non pro damno quidem illo, quod ille ſuſceperit, qui in Domino mortuus eſt; nam, ſicut accepimus, cor eius exceſſum humiliauit, & depoſitis curis ſæculi, animam direxit ad Deum, deuote eccleſiæ ſacramenta ſuſcipiens; ex quo credendum eſt miſericordiam Saluatoris illi aperuiſſe viam vitæ: propterea vos, quibus regni gubernacula ſunt commiſſa, debetis ſpiritus veſtros recreare, & vniuerſum populum conſolari, quia Rex veſter, qui mortalis erat, de regno caduco ad regni perpetui gloriam eſt vocatus imperio Regis æterni, relinquens vobis imaginem corporis ſui infantem ex eo genitum Regem veſtrum, veſtra cura & diligentia nutriendum, & in mandatis Domini & obedientia Eccleſiæ erudiendum: quem & nos in filium accepimus, noſtram illi benedictionem & gratiam exhibentes, & rogantes Deum, vt dignetur cum gentibus & populis, ad quorum regimen natus eſt, incolumem conſeruare. Vobis autem ipſum tanquam chariſſimum noſtrum & Eccleſiæ filium commendamus non ſolum, vt dignam curam de eius nutritione, ſed etiam de regni paterni gubernatione ſuſcipiatis, in qua veſtram fidem, ſapientiam, & pietatem ſic notam omnibus gentibus faciatis, vt dicant Rege amiſſo non defuiſſe, qui regerent ſapienter & iuſte.

[illegible] obijſſe [illegible]

Commonitio Angl. vt Henr. VI. educent.

Verum ad regnum illud hoc in rerum ſtatu ſalubriter dirigendum nulla res eſt tantum neceſſaria, quantum eſt veſtra concordia, qui reipublicæ præſidetis: vobis enim habentibus vnam mentem, vna voluntate regentibus, nulla accidere calamitas poteſt. Itaque, vt habeatis inter vos mutuam charitatem, exutis priuatis affectibus, vtilitatem publicam cogitate, & cum ipſi Regi & regno nihil pace vtilius cogitari poſſit, in illam omnibus votis & ſtudijs incumbatis, præſertim cum regno Franciæ faciendam, cum quo ſæpe Reges veſtri bella geſſerunt: quibus aliquando finem facere & in pace quieſcere melius eſt, quam in perpetuum cum ſtrage & exitio tot gentium laborare. Accedit, quod regna ipſa finitima ſunt, vt alterum ſine altero clade & magno Chriſtianæ reipublicæ detrimento vexari non poſſit. Quare laudamus & cupimus pro communi ſalute vtriuſque regni & communi commodo Chriſtianorum, vt hæc duo potentiſſima regna, robora & ornamenta Chriſtianitatis, quæ antiqua & noua Regum ſuorum conſanguinitate coniuncta ſunt, honeſtis pro vtraque parte fœderibus componantur.

Iubet ſe pacem colant.

[illegible] cum Gal lia reſtituant.

Poſtremo, quod vobis eſſe ante omnia curæ debet, non eſt de iure Romanæ eccleſiæ negligendum, & de abolitione illius aliorum ſtatuti, per quod in regno Angliæ libertas eccleſiaſtica longo tempore oppreſſa eſt; nam præfatus Rex defunctus ſpem optimam nobis dabat, quod quamprimum reuerſus eſſet in Angliam, parlamentum ad hoc neceſſarium celebraret, & pro reſtitutione iuris præfatæ eccleſiæ & eccleſiaſticæ libertatis effectualiter prouideret: quapropter eo viuo non dubitabamus quod ea, quæ verbo promiſerat, realiter adimpleret; præſertim cum eſſent talia, a quibus nulla bene inſtituta mens, nullum ſanum conſilium diſſentire poſſet.

Libertatē eccleſiaſticam inſtaurent.

Promiſſa Henricum cõrupta ſtabiliturum.

Vos vero multo magis voluntatem eius honeſtam ſequi debetis, vt executum ſancti operis per vos facta regni & regalium honori cedat, & proficiat animæ ſuæ ſaluti, & nos ac præfatam Eccleſiam erga nouum Regem & regnum, ac veſtrum quemlibet obligetis, qui pro benignitate noſtra recepturi ſumus, quod eſt debitum, pro beneficio ſingulari.

Conſiderate præterea quam enormis difformitas in corpore vnitæ Eccleſiæ videatur continuata vſurpatio iuris Eccleſiæ & oppreſſio eccleſiaſticæ libertatis, quæ tolerabantur in ſchiſmate; præterea quod non recto rerum examini, nec liberæ iuſtitiæ locus erat. Nunc vero, cum per Dei miſericordiam ſub noſtro pontificatu omnia catholica regna, prouinciæ, nationeſque cum obedientia plena conueniant, quid eſt, quod videamus regnum Angliæ a cæteris fidelibus in plenitudine ſinceræ obedientiæ diſcrepare? hanc maculam, profecto vniuerſalem Eccleſiam deformantem, non poſſemus ſine noſtra graui ignominia tolerare. Propterea vos rogamus, requirimus, & hortamur, vt in reſtituendo ius ſuum & libertatem Romanæ eccleſiæ curam præcipuam capiatis: nam rem Deo acceptam facieris, honorificam regno & vobis, cuius proſecutionem eo ſtudioſius debetis amplecti, quo clare perſpicitis rem Eccleſiæ iuſtiſſimam atque ſanctam poſt multorum Regum ſapientiam incunabulis Regis innocentis ſingulari Dei gratia reſeruatam fuiſſe].

Ob ſchiſma ius eccleſiaſt. labefactatum.

Non decere, vt Angli ab alijs regnis diſcrepent.

30 Dederat iam ante Pontifex, poſt allegatos plures in Gallias nuntios apoſtolicos, negotium Amedeo duci Sabaudiæ, vt pacem Anglos inter & Gallos conciliaret, quam cum, ſublato Rege Henrico, facilius redintegrandam putaret, illum iterum rogauit [a], vt vna cum Nicolao Albergato epiſcopo Bononienſi ea de cauſa iam ante ad vtrumque Regem miſſo, priores curas ſtrenue in id intenderet.

Concilian de concordia nauata opera.

a Ib. pag. 45. Bonauent. Cauall. in vit. B. Nic. Alberg.

Dilecto filio nobili viro Amedeo duci Sabaudiæ ſalutem, &c.

Quamuis non dubitemus generoſitatem tuam ſummis deſiderijs exoptare compoſitionem & pacem Franciæ atque Angliæ principum & regnorum, & pro ea pie & ſolicite laboraſſe & indefeſſis ſtudijs laborare; tamen, quia huiuſmodi pacis deſiderium ſuper omnia inſidet cordi noſtro, cum nulla res in vniuerſa Chriſtianitate ſanctior & vtilior

Sabaudiæ dux ad eã vrgendam ſollicitatus

Digitized by Google

lior fieri poſſit nobilitati tuæ ad hoc dignum opus intente libenter preces & hortationes noſtras adijcimus; præſertim cum partibus diuturni belli labore & tædio affectis, & ſecuta morte Regis Angliæ, nobis maior ſpes & opportunitas conſequendi optatam pacem oblata eſſe videatur. Inſtandum eſt igitur, fili dilecte, nec tanta occaſio dimittenda: nam ſperamus in Domino, qui omnibus rebus tempora modoſque conſtituit, quod ſtudia tua, quæ dudum circa tractatum huiuſmodi adhibuiſti, & operationes venerabilis fratris noſtri Nicolai epiſcopi Bononienſis, quem ad eos principes hac de cauſa traſmiſimus, nunc parient illum fructum, quem diu tanto deſiderio petebamus: *Dat. Romæ.*

Magni ab ipſo labores ſuſcepti.

31 Ad promouenda feliciori ſucceſſu de pace conſilia, Martinus Amedeo duci legatum Cardinalem adiungendum cenſuit, nimirum Ludouicum epiſcopum Portuenſem, dato ad ipſum diplomate [a], ex quo hæc decerpſi.

Card. legatus ideo in Gallias miſſus.

Martinus, &c. Te tanquam pacis angelum de fratrum noſtrorum conſilio ad tractandam & concludendam pacem inter præfatos Reges, regna, & principes [ſcilicet Galliæ & Angliæ] & ad reconciliandam in ſeipſa domum Franciæ Apoſtolicæ ſedis legatum prouidimus deſtinandum, vt cum ipſis principibus tractes, firmes, & concludas, pacifici Regis regum de ſupero cardine diuinitus inſpirante clementia, ipſorum tamen principum diſſidentium, vel procuratorum, aut deputatorum ab illis ſpeciale mandatum habentium accedente conſenſu, omnia & ſingula, quæ ad tractatum & concluſionem ſeu inductionem treuguarum, ſufferentiarum, aut induciarum temporalium ſiue concordiæ atque pacis perpetuarum inter Reges, regna, & ipſos principes diſſidentes firmandarum communiter proſpexeris profutura, ſub illis modis, capitulis, pactis, conditionibus, atque formis, in quibus partes ipſæ aut deputati ab eis concordabunt, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem VII. kal. decembris pontificatus noſtri anno VI.*

a Lib. 4. ep. cur. pag. 138. & l. breu. pag. 64.

Quæ danda illi impoſita.

32 Grauiter tulit Amedeus Sabaudiæ comes miſſum a Pontifice legatum Cardinalem, a quo nauatæ a ſe operæ in pace componenda gloriam ſibi præripiendam interpretabatur: quem Martinus deliniuit his literis [b], id ſe non de eius dignitate detrahendi, ſed iuuandi ipſius conatus cauſa decreuiſſe affirmans.

Sabaudus ægre fert miſſum a Pont. Cardinalem.

b Lib. lit. breu. pag. 45. & in alio lib. breu. p. 94

Amedeo duci Sabaudiæ.

Ex feruenti deſiderio cordis noſtri ſæpe per literas noſtras & nuncios nobilitatem tuam ſumus hortati ad pacem regni Franciæ procurandam, ſperantes hoc ſanctum opus melius per interpoſitionem tuam, quam per quemcumque alium fieri poſſe, propterea quod te habere optimam in eo negotio voluntatem, & auctoritatis in te plurimum, cum vtriuſque partis confidentia videbamus: & ſic te hortamur, & charitatiue requirimus & rogamus, vt vſque ad perfectam rei concluſionem, Deo duce, proſequaris. Nec mireris, aut etiam perturberis, quod hoc tractatu pacis in manibus tuis pendente nos venerabilem fratrem noſtrum Ludouicum epiſcopum Portuenſem S.R.E. Cardinalem ad eandem proſecutionem noſtro & eiuſdem eccleſiæ nomine cum plenæ legationis officio duxerimus deputandum: quod certe non fecimus, vt progreſſum tuum in tanta materia impediremus; ſed potius adiuncto nouo adminiculo iuuaremus: nec propter hoc te honore debito priuare voluimus & laborum tuorum fructu, virtus enim tua poſt condignam retributionem Dei certe conſiſtit apud

Martini ad eum lit.

Non imminuendum ſed potius augendum eius gloriam.

homines peruulgata & in propria recte factorum conſcientia. Huncvero fructum tuæ laudis & famæ quis tam eſſet ingratus aut inſcius, vt tibi conaretur eripere, cum nulla in terris regio ſit tam longinqua tam abdita, in quam tanti belli fama non peruenerit, vbi tua diuturna ſolicitudo & ſancta pacis procuratio non ſit nota atque vulgata? Itaque, fili dilecte, hanc gloriam hunc honorem tibi deberi merito putamus ſemperque putauimus: ſed cum animus noſter diu huius deſiderio pacis arderet, nonnulli qui eadem pacis cupiditate mouebantur, nobis facile perſuaſerunt, vt pacem hanc adiuncto eccleſiaſtico quæreremus; cuius etiam auctoritate tu præcipuus auctor pacis ad rem perficiendam vti poſſes, &c. *Dat. Romæ.*

a Iuuenal Vrſin. in Car. VI. Monſtrel. vol. 1. cap. 267. b Vualſing. in hiſt. Angl. h. ann. ſub fin.

33 Inter ea pacis colloquia Carolus Francorum Rex ſenio, & grauis alienatæ mentis vitio laborans e viuis ſublatus eſt vigeſimaſecunda octobris die [a]: cuius regnum Henricus VI. [b] ex filia nepos, & Carolus [c] filius ob Philippi Burgundi vim terroremque hereditate antea iniquo decreto deiectus, inter ſe armis partiti ſunt [d]; nam dux Bethfordiæ, cui Gallici regni adminiſtratio demandata fuerat, bellum vrgebat, ac poſt Henrici V. mortem aliquas vrbes receperat [e]: Delphinus vero Pictauij regium inſigne accepit [f] atque in ipſo regni limine maximum vitæ diſcrimen Rupellæ adijt, vt pene ædificij labentis ruina elideretur: quem Pontifex iuſtum Galliæ Regem agnouit, eoque ornauit nomine in literis, ſuſceptumque ex paterna morte illius dolorem permulſit: tum ad pacem in Gallia tot bellis attrita redintegrandam atque ſanciendum cum Anglo fœdus, deniq; ad regias conſectandas virtutes, & ad eccleſiaſtici ordinis tuendam dignitatem eſt adhortatus [g].

Caroli VI. mors.

c Monſtrel vol. 1. cap. 261. Paul. Æmil. in Car. VII. & alij.

Carolus VII. Pictauij coronatus, redimitus, in regni limine vitæ diſcrimen adit.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Francorum Regi illuſtri ſalutem, &c.

g Lib. vl. breu. pag. 22. & in alio lib. breu. pag. 4. & 79. d. e Monſtrel vol. 1. cap. 263. f Id. vol. 2 cap. 2. 3.

Non dolere & pias lacrymas continere charitas noſtra non potuit, cum nobis nunciata mors fuit celebris & præclaræ memoriæ chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Francorum Regis illuſtris genitoris tui: ſimul enim animum ſubijt regiæ domus & ſanguinis & ſuæ priſtinæ fortunæ memoria, & conſideratio infirmitatis ſuæ laborumque præſentium, quæ nos & te & cæteros, qui eum amabant, facere promptiores debet ad laudandum Deum, qui ſi etiam illum rebus ſecundiſſimis de regno tranquillo & ſaniore corpore vocauiſſet, eſſet à nobis de omni ſua voluntate laudandus; præſertim cum illi Chriſtianiſſimo Regi plurimum boni, mali nihil accederet, qui ad regnum æternum vocatus eſt imperio Regis æterni. Suſcipiamus igitur conſolationem in Domino, & miſericordiam eius humiliter implorare pro defuncti Regis anima non ceſſemus. Verum, fili chariſſime, quoniam tu debitor es non minoris pietatis in patriam quam in patrem, rogamus excellentiam tuam, vt omnes curas & cogitationes tuas conuertas ad populi tui quietem & patriæ tuæ ſalutem, quam non minus debes amare quam patrem, quam filios, quam teipſum: & cum te Regem eſſe cogitaris neceſſe eſt, ſi recte conſideras, fatearis te publicum patriæ patrem eſſe oportere: quod paternæ charitatis officium cum gentibus & nationibus, quæ in tuo regno continentur, præſtare tenearis: in omni ſtatu omnique fortuna, nunc maxime diuturno bello fatigatæ & tantis afflictæ calamitatibus, humanitatem & ſapientiam tuam requirunt, vt eas aliquando a tantis laboribus in optata pace componas, quibus profecto nihil melius pace nihil optabilius dari poteſt,

Martini ad eum lit.

Admonitus vt patriam non minus amaret quã patrem.

Bellis finẽ imponat.

pro qua velis extinguere iram & odia, & iniuriarum omnium obliuiſci, illaſque omnino tua benignitate remittere. Nec te commutatio rerum, aut aliqua noua felicitas a conſilio pacis auertat, nec tibi blandiantur homines, aut gloriæ ſuæ tribuat, quæ Dominus ſolus fecit, in cuius manu corda ſunt Regum, & aufert ſpiritum principum quando vult: vana ſiquidem & infirma ſunt humana conſilia, niſi Dominus illa direxerit, qui rebus omnibus tempora modoſque conſtituit. Cum igitur ab eo acceperis id quod habes, ipſi referendæ deuotæ & humiles gratiæ ſunt & in cunctis tuis actionibus eius auxilium implorandum: qui profecto, ſi per ſuas ſemitas ambulabis, tuis rectis & honeſtis deſiderijs proſperos curſus dabit.

Felicitatē eius, diuinorum mandatorum obſeruatio ſuppeditat.

Initia igitur regni tui illi commendes, & ſecundum eius legem & mandata diſponas: & tu cum regio diademate fueris ornatus tibi perſuadeas, quod alia quædam ſunt pretioſiora Regum ornamenta quam diadema vel purpura, fides ſcilicet, humanitas, & iuſtitia, & ſuper omnia timor Dei, & veneratio Eccleſiæ ſuæ, ſine quibus regium quidem nomen vſurpari poteſt, verus autem & iuſtus Rex eſſe non poteſt. Quare, fili chariſſime, te obſecramus, vt Deum timeas & ſanctam eius Eccleſiam venereris, nec patiaris opprimi in regno tuo eccleſiaſticam libertatem, quæ ſemper a chariſſimis Regibus progenitoribus tuis ſumma cura & diligentia ſunt defenſa: nos enim pro honore tuo & pro quiete & pace regni tui noſtra ſemper ſtudia interponemus, quo nihil per nos accomodatius fieri poteſt ad conſeruandam & amplificandam dignitatem tuam, &c. *Dat. Romæ.*

Fides & iuſtitia pretioſiora ſunt Regum ornamenta, quam diadema & purpura.

Præerat [a] Gallicis rebus Henrici VI. nomine Ioannes dux Bethſordiæ vna cum Philippo Burgundo, Anglicis vero Humfredus Leceſtriæ comes: cumque ad Ligerim Angli dominatum protuliſſent, negabant cedere ampliſſima poſſeſſione Carolo Regi; atque ita in plures annos extractum bellum, donec ruentibus in præceps Anglorũ rebus, ex præteritis victorijs ob pontificia ſpretà monita non alios retulerunt fructus quam partorum iacturam, innumeraſque ſtrages, conſumptis ferro morboque præcipuis etiam ducibus, qui vitam ac labores bellicos longe maiori gloria & vtilitate pro Chriſti fide contra Turcas conſumpſiſſent.

a Polyd. Virg. l. 23. Paul. Æmil. in Car. VII.

Angli omnia perdere quam parte cedere maluni.

34 Certabant eodem tempore de Neapolitano regno duo alij Chriſtiani Reges magno cum religionis detrimento Ludouicus Siciliæ & Alfonſus Aragoniæ; quod bellum, vt vidimus, Ioanna II. eiecto viro Iacobo accenderat: eius vero extinguendi cupidiſſimus Pontifex, ad quem ſupremum Siciliæ ſpectabat imperium, cum iam ante Ludouicum S. Adriani & Petrum S. Angeli diaconos Cardinales miſiſſet, ac poſt pactas ipſorum opera inducias nouis bellis citerior Sicilia flagraret, iterum Iacobum archiepiſcopum cum ſumma decernendi poteſtate illuc legauit [b], vt exortum incendium compeſceret, nec tamen Ludouici & Petri Cardinalium legatorum auctoritati detrahi pronunciauit. Miſſuſque [c] eſt idem nuntius interiectis duobus menſibus in Gallias, de quo publicæ fidei literæ III. kal. aprilis conſignatæ extant.

Accenſa iterum in Neapol. regno bella.

b Lib. 4. ep. cur. pag. 307. c Lib. 4. ep. cur. pag. 50.

Ludouici res depreſſæ.

d Surit. lib. 3. annal. c. 25. e Collen. hiſt. Neap. lib. 5. Sum. l. 4. cap. 3. & alij.

35 Secutæ vero fuere in Neapolitano regno magnæ rerum conuerſiones, ac Ludouici Siciliæ Regis res pronæ ruere; Auerſa [d] enim a legatis Cardinalibus Ioannæ reſtituta eſt, & Franciſcus [e] Sfortia etiam ab eodem Ludouico ad Ioannam Alfonſumque deſciuit. Ludouicus autem Rex nudatus præſidijs exhauſtuſque ærario ad Martinum ſe contulit, a quo exceptus perhumaniter, qui cum Roma ad aliam ditionis eccleſiaſticæ vrbem diuertere vellet VIII. id. iulij publicæ fidei ſyngrapha [a] illi data eſt, qua iuſſi prouinciarum pontificiarum præſides Ludouicum, vt ait, Ieruſalem & Siciliæ Regem meritis honoribus afficere. Cum vero Martinus Roma Tibur feruenti æſtate ſe recepiſſet, eoque etiam Ludouicus ipſum conueniſſet, Tibure iam digreſſuro pridie kal. aug. alia eo argumento ſyngrapha [b] tradita. Inter hæc Ioanna & Alfonſus Rex Aragonum belli molem in Ludouici ſtudioſos conuertere, quos non armis modo frangere, verum magna clementiæ oſtentatione ad ſuas partes allicere nitebatur Aragonius, eoſque in ſua verba per iuſiurandum adigebat [c]; quamobrem grauia illum inter & Ioannam diſſenſionum ſemina pullularunt, cum præter fas Neapolitani regni imperium ſibi arrogaret.

Regnō abſcedit.

a Lib. 4. ep. cur. pag. 176.

b Ibid. pag. 83.

c Summōt lib. 4. c. 3

Nec turbarum expers erat ditio eccleſiaſtica: ad quas ſedandas imperatæ antea inter agri Romani & patrimonij B. Petri proceres extractæ [d] ad annum induciæ: cum Ludouicus Alidoſius Imolenſi toparchia x. kal. februarij donatus eſt [e].

Ditio eccleſiaſtica turbata.

d Lib. 4. pag. 240. e Lib. 3. pag. 319

36 Hoc anno Martinus ad Iudæorum gentem ab iniquorum iniurijs vindicandam ſanctionem [f] edidit, cum ex Iudaica gente fluxerit Chriſtiana religio, & ipſa ad confirmanda ſacra oracula diuina vtatur prouidentia, tum eiuſdem reliquiæ euangelica tandem luce colluſtrandæ ſint.

Edita a Martino pro Iudæis ſanctio.

f Ext. apud Eug. IV. lib. 12. pag. 158

Martinus ſeruus ſeruorum Dei vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Conſiderantes quod religioni conuenit Chriſtianæ Iudæis eo libentius contra perſecutores & moleſtatores ipſorum opportunum præſtare ſubſidium, quo ſpeciales ſunt in teſtimonium catholicæ fidei reſeruati, eorum teſtante propheta: *Tandem reliquiæ ſaluæ fient*; quæcunque per prædicatores contra ipſos Iudæos, ne cum Chriſtianis conuerſari debeant, vel e contra, dicta ſunt, ac excommunicationis ſententiam, nullius firmitatis exiſtere cernentes, vniuerſitati veſtræ, & præſertim locorum ordinarijs & ſuperioribus ordinum Prædicatorum diſtrictius inhibemus, ne de cætero talia, vel ſimilia contra Iudæos vtriuſque ſexus vbilibet conſtitutos in eorum diœceſibus, ciuitatibus, terris & locis, per quoſuis prædicatores religioſos vel ſæculares, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, religionis vel conditionis exiſtant, populis prædicare permittant; volentes quod quilibet Chriſtianus Iudæos ipſos humana manſuetudine proſequatur, nec eis in perſonis, rebus, aut bonis ſuis inferat iniuriam, moleſtiam vel offenſam; ſed ſicut permiſſum eſt eis cum Chriſtianis viciſſim conuerſari liceat, etiam mutua commoda alterutrum ſuſcipere. Quibus etiam Iudæis de ſpeciali gratia indulgemus, vt omnibus & ſingulis priuilegijs & gratijs libertatibus & indultis quacumque auctoritate, & per quoſcunque ſub quacunque verborum forma conceſſis & in poſterum concedendis, quæ eis volumus debere ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, licere vti valeant & etiam gaudere, &c. *Et infra*: Illos autem Iudæos dumtaxat huiuſmodi protectionis præſidio volumus communiri, qui nihil machinari præſumpſerint in ſubuerſionem fidei memoratæ, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum x. kalendas martij pontificatus noſtri anno* v. Abuſi ſunt apoſtolica benignitate, atque ideo priuilegia ipſis conceſſa, ex quibus inſoleſcerent, ab Eugenio reſciſſa viſuri ſumus.

Benignitatem miſericordiæ quia reliquiæ ſaluæ fient.

Iactatum temere in eorum vim anathema contrahit.

Iuſta leges pro ipſis iure conſirmantur.

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1423.

MARTINI PP. V. Ann. 6. SIGISMVNDI REGIS ROM. AN. 13. EMMANVELIS IMP. II. OR. AN. 40.

Ticinenſe concilium. a Concil. Conſt. ſeſ. 44. b Lib. vlt. breu. pag. 71. & in al. lib. breu. pag. 13.

1 INchoata eſt decreto concilij Conſtantienſis a anno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo, vigeſimo tertio indictione prima, ſynodus Ticinenſis ad mores cleri & aliorum fidelium componendos, ſenteſque hæreſum euellendas; qua de re Martinus b ad Othonem archiepiſcopum Treuirenſem hæc ſcripſit.

Martinus, &c. Quod fieri poteſt ſpectaculum glorioſius ſuper terra, magiſque dignum Deo, quam ſi in vna mundi parte armati fideles contra hæreticos dimicare pro fide catholica, in altera mithrati partes eccleſiaſtici pro reformatione eccleſiæ decreta iuſta ſancire conſpiciantur? ad hoc enim, Deo duce, dare operam intendimus. Et ſi forte ciuitas Papienſis per ſacrum Conſtantienſe concilium pro loco huius futuri concilij deputata aliquo caſu (quem Deus auertat) impediretur, non propterea a tam ſancto opere deſiſtemus; nam in eadem regione aliæ vrbes idoneæ ſunt ad hoc concilium celebrandum; quarum aliquam, vt ſperamus, Deus nobis per ſuam miſericordiam liberam conſeruabit. Præterea fraternitatem tuam hortamur, vt ſicut alias tibi & cæteris metropolitanis Germaniæ ſcripſimus, quæ tibi ad honorem Dei, reformationem ſtatus eccleſiaſtici, exterminationem hæreticorum, ac pacem quietam prouinciæ, quæ videantur eſſe in hoc generali concilio proponenda & ſtatuenda, vna cum ſuffraganeis tuis diſcutias & diſponas. *Dat. &c.* Adhibuiſſe Othonem paſtorale ſtudium in cleri excolendis moribus vitijſque inſectandis, eamque ob cauſam maximos labores exantlaſſe Treuirenſium archiepiſcoporum geſta teſtantur c.

Prouinciales ſynodi cogi iuſſæ.

c Cratepol in annal. archiep. Treuiren. in Othone. d Lib. breu. & in annal. lib. breu. pag. 122.

2 Data eadem mandata fuere Conrado Moguntino cæteriſque archiepiſcopis Germaniæ, ad quos hæ miſſæ literæ d.

Venerabili fratri Conrado archiepiſcopo Moguntino ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sicut omnipotens Deus de throno ineffabilis maieſtatis per miniſteria creaturarum ſuarum vniuerſum conſeruat, regit & temperat, ita nos, qui eius vice in apoſtolatus culmine conſtituti, licet immeriti, Chriſtiano generi præſidemus, quantum poſſibile nobis eſt & ab ipſo conceditur, per ſuas ſemitas ambulantes, æquum ducimus officijs, conſilijs & procurationibus aliorum a nobis dependentium prælatorum vniuerſalem Eccleſiam gubernare. Cum itaque ſuper omnia ad reformandum ſtatum eccleſiaſticum, qui hoc tempore indigere videtur, abundante nequitia, & frigeſcente hominum charitate, ſuſcitatis inter fideles bellis atque diſcordijs, & inualeſcente hæretica prauitate, animam intendamus: & cum liquido nobis appateat ex prouincialibus concilijs rite & mature celebratis magnam illuminationem & commoditatem afferri ad corpus vniuerſalis Eccleſiæ in generali concilio confirmandum, fraternitati tuæ, quam fide feruentem & in agendis circumſpectam eſſe non dubitamus, per apoſtolica ſcripta ſuademus, committimus & mandamus, vt quam cito tibi commoditas affuerit, in idoneo tuæ diœceſis loco inſtituas tuum prouinciale concilium, ad illud, vt moris eſt, ſolemniter conuocatis ſuffraganeis tuis & prælatis alijs, cæteriſque perſonis ad præfatum concilium requirendis; in quo quidem pro tua ſapientia & proponi, ſtatui & ordinari ſtudeas, quæ ad laudem & honorem Dei, & ad conſeruationem & augmentum religionis & fidei Chriſtianæ, reformationem cleri in moribus & in vita, ſalutem populi, pacem quietemue prouinciæ cognoueris pertinere; nec minus conſideres pro tua diſcretione, & in eodem prouinciali concilio conſiderari facias & videri, quæ per nos fieri oporteat & diſponi in concilio generali, quod, Deo auctore, ſumus habituri.

De reſtitutione eccleſiaſtica diſciplinæ actũ.

Quæ nam in concilijs proponenda ſint.

Volumus autem, vt quæcumque ſtatuta & ordinata & prouiſa & præmeditata fuerint nobis quam citius per tuas literas facias manifeſta, vt ſi qua ex illis fuerint, quæ ſedis Apoſtolicæ præſidio & auctoritate indigeant, eadem noſtro & præfatæ ſedis munimine roborentur, & alia proponenda ad illuminationem generalis concilij ante mature poſſint diſcuti & ponderari, vt quod ante omnia cupimus pro ſalute fidelium animarum, pro quieto ſtatu reipublicæ Chriſtianæ, pro reformatione Eccleſiæ in hoc concilio futuro generali ſalubriter prouideratur: *Dat. Romæ apud S. Petrum.* Celebratam fuiſſe a Conrado Moguntino antiſtite hoc anno prouincialem ſynodum, atque in ea plures ſanctiones ad diſciplinam eccleſiaſticam inſtaurandam, moreſque ſolutiores emendandos, refert Nicolaus Serarius a, cuius acta edita etiam fuiſſe addit.

Moguntiæ habita ſynodus.

a Serar. lib. 5. Mogunt. rer. in Conrad. III.

Habita quoque eſt ſynodus b a Theodorico Coloniæ archiepiſcopo, in qua nonnulla ad cleri mores expoliendos, pluraque ad hæreſes Ioannis Vvicleffi, ac Ioannis Hus abolendas ſancita. Ad confundendam etiam Bohemorum nouatorum impietatem, qui Chriſti domini, ac B. Virginis imagines diffringebat conſtitutum eſt, vt Virginis plangentis dolores Chriſti e cruce pendentis, dum humanum genus ſuo cruore redemit, memoria feria ſexta recurrentis a paſchate tertiæ hebdomadæ recoleretur: tum vt fideles ad piam illam celebritatem allicerentur, ijs qui ſolemnibus ſacris adforent quadraginta dierum indulgentiæ propoſitæ, preceſque indictæ, vt Deus clementiæ ſuæ luce Bohemos errorum tenebris inuolutos colluſtraret; nec reuocandum eſt in dubium reliquos archiepiſcopos ſuo muneri non defuiſſe.

Habita & Coloniæ. b Extant acta ſynod. Colonien. Inſtitutio diei Virginis Chriſti plangentis.

Deſtinauerant ad Martinum Pontificem Sorbonicæ academiæ theologi ſolemnes oratores adiectis literis, quibus ipſum cohortabantur, vt concilium Ticini indictum celebrandum curaret ad religionis ſplendorem priſtinæ dignitati reſtituendum: quos Martinus c de eximio in Romanam eccleſiam ſtudio commendauit, fecitque certiores vel Ticini concilium celebratum iri, vel ſi caſus aliquis in ea vrbe celebrari illud non permitteret, in alium locum opportuniorem tranſlatum iri.

Sorbonica academia ad Martinum legatio. c Lib. vlt. breu. pag. 22.

Ad ſtudium Pariſienſe.

Literas veſtras plenas filialis deuotionis & fidei libenter legimus, & oratores veſtros libenter audiuimus, nos eadem fere ſententia facunde & prudenter hortantes ad celebrationem concilij generalis: quibus licet per nos fuerit viua voce ſatis copioſe reſponſum, tamen quia nos delectamur vobiſcum loqui in iſta materia, quos non dubitamus zelo conſeruandæ fidei catholicæ & eccleſiaſticæ dignitatis commoueri, ſinceritatem cordis veſtri per has literas ad pleniorem cognitionem patefacere & aperire voluimus. Non eſt, filij dilecti, dubitandum quin plurimum profutura ſit, ſicut ſcribitis Chriſtianæ reipublicæ hæc ſacra ſynodus, Deo auctore, de proximo celebranda, per ſanctam ſuperiorem Conſtantienſem ſynodum inſtituta ad ordinan-

Reſponſio ad Sorbonicos literas.

nandam reformationem ſtatus eccleſiaſtici, & ad periculoſas hæreſes extirpandas; & propterea nemo debet de voluntate noſtra circa huius celebrationem generalis concilij dubitare. Et, ſi ciuitas Papienſis ad hoc per ipſam Conſtantienſem ſynodum deputata caſu aliquo impediretur, quem auertat Deus, non propterea ab hoc neceſſario & ſancto opere deſiſtemus; nam ſperamus quod Deus per miſericordiam ſuam aliquam ex propinquis ciuitatibus nobis ab omni impedimento liberam conſeruabit. Denique exiſtimate nec concilio idoneum locum, nec nobis ſincerum animum ad ea, quæ erunt recta & iuſta, defuturum. Vos vero, filij dilecti, quæcumque in eodem concilio ad honorem Dei, reformationem Eccleſiæ, extirpationem hæreſum, & ad pacem ac ſalutem populi Chriſtiani proponenda & ſtatuenda videantur, mature, diſtincte, & ſalubriter prouidete. Nota nobis eſt veſtra erga Romanam eccleſiam fidelitas atque deuotio, quæ ſemper veſtros ſenſus erexit atque excitauit ad conſeruandum atque honorandum caput, vnde pendet ſalus & conſeruatio eccleſiaſticæ monarchiæ, etiam contra inflammata multorum * ... amplitudinem ſuam ex rerum perturbatione quærentium; nec nunc tam in honeſto propoſito ſpiritus veſtros tepuiſſe putamus, quos velitis excitare ad vtiles atque ſanctas cogitationes pro fide catholica pro dignitate Eccleſiæ pro libertate eccleſiaſtica conſeruanda; hæ ſiquidem curæ dignæ ſunt vobis & omnibus, qui Chriſtianam rempublicam ſaluam volunt, &c. *Dat. Romæ*.

Fugit Martinus ſuſpicionē quod nollet concilium.

* vox

Commendata Pariſienſium pia ſtudia.

3 Accedente peragendi concilij tempore futuros in eo præſides creauit [a] Pontifex Donatum archiepiſcopum Cretenſem, Iacobum epiſcopum Spoletanum, Petrum abbatem Roſatium ordinis Benedictini Aquileienſis diœceſis, ac Leonardum ordinis Prædicatorum magiſtrum, quos ampliſſima decernendi in concilio, transferendi illius in aliam Italiæ vrbem, ſi id tempus & neceſſitas flagitaſſet, atque indicendi ad ſeptennium proxime recurrens alterius, deſignandæque vrbis poteſtatem fecit [b].

Internuntij e Martino miſſi ad Ticinēſe concilium.

a Lib. 5. ep. cur. pag. 11. Contelor. ex breuib. Mart. V. Sabellic. ennead. 10. lib. 1. c Extant eius lit. in actis cōcil. Baſilie.

Martinus, &c. Diſcretioni veſtræ, vbi legitima cauſa ſubſiſtat, ipſum concilium de ciuitate prædicta ad quamcumque ciuitatem aliam eiuſdem nationis ad hoc liberam, habilem, & ſufficientem, de qua vobis videbitur, auctoritate noſtra transferendi illudque prorogandi, mutandi, & diſſoluendi; ipſumque concilium in huiuſmodi alia ciuitate, ad quam id forſan transferri & mutari contigerit, continuandi, tenendi, & celebrandi, & ad illud prælatos & alios euocandi, eique nomine & auctoritate prædictis præſidendi, & in eo quæcumque decreta eodem approbante concilio ordinandi, ſtatuendi, & decernendi, illaque in publicis ſeſſionibus iuxta morem ſolemniter publicandi & approbandi; & nihilominus ante diſſolutionem præſentis concilij locum pro alio futuro concilio inde ad ſeptennium celebrando iuxta deliberationem & ordinationem prædictas, etiam ante menſem vbi rationabilis cauſa eſſet, ne aliquo modo huiuſmodi loci deputatio differatur, nominandi, deputandi, & aſſignandi & alia in præmiſſis omnibus agendi, diſponendi, ſtatuendi, & exequendi, ac concludendi, quæ pro ſtatu honoreque noſtris & Romanæ eccleſiæ, ac tranquillitate & pace reipublicæ Chriſtianæ noueritis profutura; plenam & liberam de dictorum fratrum conſilio auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum VIII. kal. martij pontificatus noſtri anno VI.*

Summa in ſtituti auctoritate.

Iam ſynodum Ticini inchoauerant patres, cum lue in ea vrbe graſſari incipiente diſcedere compulſi ſunt, Senaſque ad illud inſtaurandum deſignarunt, quorum ſanctionem confirmauit Pontifex [a], ac Ludouico epiſcopo Magalonenſi proquæſtori præcepit, vt cum Senenſium oratoribus Carolo Auguclino, Checco Bartholomæi Petrucio, & Chriſtophoro Andreæ de excipiendis patribus & tuenda libertate concilij, ad quod vna cum Cardinalium ſenatu ſe conferre meditabatur, paciſceretur, & pacta conuentaque confirmauit, vt ait [b]; *ſuper ordinatione & celebratione concilij generalis in ciuitate Senarum, & acceſſu noſtro nec non venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium & Romanæ curiæ & aliorum venientium ad concilium & ciuitatem prædictam. Datum Romæ apud S. Mariam maiorem id. auguſti pontificatus noſtri anno VI.*

Lues Ticini graſſante.

a Lib. breu. vlt. pag. 37.

b Lib. 4. ep. cur. pag. 244.

Tranſlatū Senas Concilium.

4 De hac translatione meminere ſcriptores [c], extantque apoſtolicæ literæ ea de re ad Conradum [d] archiepiſcopum Moguntinum & Theodoricum [e] Colonienſem datæ, in quibus Papienſem ſynodum ob peſtilentiam diſſolutam fuiſſe ait; tum etiam ad Alfonſum Regem Aragonum, quibus eum rogat, vt regnorum ſuorum præſules vrgeat, vt Senas veniant: *Quia*, inquit [f], *ex iuſta cauſa translatio concilij generalis de ciuitate Papienſi ad ciuitatem Senenſem per ipſum concilium eſt decreta & approbata per nos, excellentiam tuam rogamus, vt operam facias, quod prælati de regnis tuis veniant ad reformandum cum cæteris ſtatum eccleſiaſticum & libertatem Eccleſiæ conſeruandam*. Sollicitaſſe pariter alios Reges, vt ad Chriſtianam rem in ſuum ſplendorem reuocandam præſules Senas mitterent, perſpicuum videtur: quid vero poſt hæc Alfonſus Rex egerit, ſuo loco enarrabitur [g]: nunc de pontificijs ſtudijs antequam ſynodus cogeretur, adhibitis ad ſchiſmatis veteris propagatas reliquias excindendas dicemus.

Sollicitat præſules vt Senas accedant.

c Mediol. p. 3. l. 1. ad fin. Lud. Cantel. in annal. Cremon. Acta ſynod. Senen. d Lib. 4 lit. breu. pag. 57. e Ibid. pag. 80. f Ibid. pag. 57. g Lib. 20. cap. 14.

5 Decretus iam ante fuerat internuntius Gerardus præpoſitus Albienſis, vt legum eccleſiaſticarum ſeueritatem adhiberet in nonnullos impoſtores, qui religioſo in Occitania & Aquitania aut clericali inſigni decori ſcelus varijs hypocriſeos inuolucris obuelabant, voceſque blaſphemas fundebant in Conſtantienſem ſynodum, ac patres vniuerſi orbis Chriſtiani Petrum e Luna ſententia iniqua damnaſſe effutiebant. Ille igitur apoſtolica ſecutus imperia, rite explorata veritate, iudiciaria ſententia hæreſis & ſchiſmatis flagitio deuinctos renunciauit. De quibus factus certior Pontifex cunctos præſules, Reges, cæteroſque principes atque alios catholicos dignitate conſpicuos aduerſus impios homines incitauit [h].

Latrones ſchiſmatici in concilia Conſtant.

h Lib. 4. ep. cur. pag. 207.

6 *Martinus, &c.* Vniuerſitatem veſtram, regias præſertim celſitudines ducumque comitum, & principum, aliorum nobilitates, ac cæterorum deuotiones requirimus & hortamur attente, ac per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius res agitur, obſecramus in Domino, eccleſiaſticis vero perſonis, ac ſubditis noſtris alijs quibuſcumque, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis ac alijs pœnis iuris præcipimus & mandamus, quatenus ſi, & quando, ac quoties pro parte præfati nuncij [nimirum Gerardi, de quo paulo ante memoraui] fueritis requiſiti; aduerſus præfatos ſchiſmaticos, ac ſchiſmatis & hæreſis nutritores, fautores, ac ſuſtentatores, & eorum quemlibet, eis modis & formis quibus expediens fuerit, etiam per viam facti inſurgatis, ac procedatis, & alias in cunctis, quæ præfatus nuncius duxerit requirendum, eidem auxilijs, conſilijs, & fauoribus opportunis aſſiſtendo pareatis,

Dat principibus imperia vt eos exquirant.

tis, obediatis, & efficaciter pro exaltatione fidei orthodoxæ, & Eccleſiæ vniuerſalis vnione, extra quam ſalus non eſt, & depreſſione, ac deſtructione dictorum ſchiſmaticorum, ac ſchiſmatis ſciſſuræque & diuiſionis Eccleſiæ nutritorum, ſcandalizatorum, intendatis ſic, quod veſtris mediantibus iuuaminibus, conſilijs, & fauoribus, in virtute Altiſſimi, & in brachio extenſo ipſius, in eorum malignitatibus, & peruerſitatibus conterantur, proſternantur, & penitus deſtruantur ac adnihilentur, fideſque catholica continue exaltetur, ac vnio in dicta Eccleſia, futuris perpetuis temporibus irrefragabiliter habeatur & obſeruetur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum XII. kal. aprilis pontificatus noſtri anno VI.*

7 Redactus externa ſpecie eſt ad officium Armeniaci comes Rhemenſis archiepiſcopi opera, cui proximo anno a Martino actæ gratiæ fuere [a], cum is praui animi receſſus abditos ſcrutari nequiret; ſed poſtea patuit mens impia, reliquorumque contumax eſt ſchiſmaticorum audacia ob clientelam Alfonſi Regis, qui vt Martinum vexaret, in vulgus peruulgandum curauit [b]. Paniſcolentes ſchiſmaticos, Dominicum e Bona fide, Eximinum Dachiæ, & Iulianum e Loba cardinalitia dignitate auctos a Petro e Luna. Ex hac fama Chriſti vicarius magno dolore perculſus eſt, ac Valentino [c] epiſcopo tum Dalmatio archiepiſcopo Tarraconenſi dedit mandata, vt quoſuis ſine vllo dignitatis, etiam regiæ, diſcrimine omni cum nouis pſeudocardinalibus commercio, intentata anathematis pœna interdicerent, ac ſi damnarent flagitium, eos in gremium Eccleſiæ reuocarent [d]. Compertum deinde eſt confictam eam eſſe fabellam auctore Alfonſo [e] Rege Aragonum, ac Petrum e Luna nullum pſeudocardinalem dixiſſe, vt teſtatur Martinus [f], cuius verba mox afferemus. Refellendi itaque ij, qui Petrum e Luna ſuos ſacramento adegiſſe ferunt, alium in ſuum locum ſubrogaturos; cumque vocis vſum vis morbi illi ademiſſet, accepto calamo pſeudocardinalibus propoſita æternæ maledictionis pœna ad id obſtrinxiſſe: fuere enim hæ ſchiſmaticorum & politicorum regiæ Aragoniæ ſchiſma propagare molientium fallaces artes.

a Extant ea de re lit. in mss Alex. VII. pag. 7.
b Mart. l. 9 breu. p. 3.
c Lib. breu pag. 73.
d Id. ibid. pag. 92.
e Id. lib. 9. breu. p. 3.
f Lib. 9. breu. pag. 3.

Petrus e Luna in hæreſi emoritur.

Ereptus porro eſt e viuis hoc ipſo anno [g] Petrus e Luna, quem nonnulli veneno necatum putauere, quaſi viro nonagenario nullum effœta ſenectute præſentius venenum eſſe poſſit; ac mox auctore Alfonſo Rege (quem ambitio & ira impellebant in Martinum Neapolitanum ei ſceptrum tradere negantem, gentique Gallicæ iure debitum eripere abnuentem) iuſſi illi ijdem impoſtores, quos falſus rumor primum pluribus menſibus [h], ac deinde præeunte extremo Petri e Luna obitum eſſe pſeudocardinalitio inſigni donatos finxerat, regio acti [i] imperio accepta purpura mimico more Ægidium Munionem canonicum Barcinonenſem Paniſcolæ antipapam crearunt, qua de re hæc traduntur in m. s. Vaticano [l]: *Petrus e Luna VII. annos poſt ſynodum Conſtantienſem vixit nunquamque Pontificis nomen depoſuit: immo cum eodem tempore Alfonſus Aragoniæ Rex bellum grauiſſimum in Italia cum Ludouico Andegauenſi gereret, Martinuſque in partes Ludouici propendere videretur, iratus Pontifici Alfonſus dedit operam, vt duo Cardinales, qui reliqui erant, poſt obitum Benedicti Pontificem deſignarent. Delegerunt ipſi Aegidium Munionem canonicum Barcinonem, qui Clemens VIII. fuit nominatus, Cardinaleſque creauit, & alia munera pontificia geſſit. Sed poſtea cum idem Alfonſus in gratiam cum Martino rediſſet, facile ipſum ſchiſma fuit omnino ſublatum; nam Alfonſus Borgia vir optimus & prudentiſſimus, qui paucis poſt annis fuit Pontifex maximus, tunc ad hoc negotium delectus, egit cum hoc Clemente, & deinde Petrus Cardinalis Fuxenſis, tantumque vterque apud illum ſua opera & auctoritate potuit, vt ipſe Clemens ſe ſponte pontificatu abdicaret.*

g Id. l. vlt. breu. pag. 37.
Alfonſus Rex Anticardinales & Antipapā creat.
h Id. lib. 4. ep. cur. pag. 143.
i Id. lib. 9. breu. p. 3. & p. 23. Marian. lib. 20. cap. 14.
l M. s. Vat. ſignat. nu. 6418. p. 131.
Ægidius Clemens nomine indicitur.

Patrati porro ab Alfonſo Rege facinoris ſeriem non ſine grauiſſimis querelis Caſtellæ Regi ita exponit Pontifex [a]: *Petro e Luna defuncto in latebris Paniſcolæ Dertuſenſis diœceſis, continuo data fuit opera, vt nonnulli ſacrilegi falſo dicerentur, per diem ante mortem ipſius Petri ab eodem creati eſſe Cardinales, ſeu verius profanatos; cum tamen liquido & certo conſtet, ipſum neminem nominaſſe, ſed vt ſeminarium non deficeret ſchiſmatis hanc ridiculam fabulam fuiſſe confictam: atque in continuo, aſſentiente Alfonſo Rege (nec enim aliter factum eſſet) quendam Aegidium per illos ſacrilegos in idolum fuiſſe creatum, & Clementem auſu temerario & impio nominatum, vt eo nomine, ſi poſſet, ſuſcitaret & perpetraret ſchiſma iam ante ſublatum. Conſiderarunt, fili chariſſime, quid iſte Rex facere debuiſſet &, niſi eſſet auctor huiuſmodi abominationis & turpitudinis, quid feciſſet &c.*

Martini de Alfonſo querela.
a Lib. 9. breu. ſuper. pag. 3

8 Execrati ſunt tantum facinus Valentini, atque ad remouendum a Chriſtiano orbe eiuſmodi ludibrium de Paniſcola obſidenda conſilium capeſſiuere, quorum pium ſtudium Pontifex magnis laudibus extulit, vtque rem perficerent, hiſce literis [b] eſt cohortatus.

Valentini Paniſcolā obſidere deliberant.
b Lib. vlt. breu. pag. 132. & in alio lib breu. pag. 87.

Dilectis filijs iuratis ciuitatis Valentinæ ſalutem, &c.

Nuper audiuimus quid animi & quid conſilij vobis fuit & cæteris ciuibus Valentinis de obſidenda Paniſcola & ſchiſmaticis ac ſacrilegis capiendis, quando primum cognouiſtis Petro de Luna ab hac luce ſubtracto, in ſynagoga illa nouum idolum & infame monſtrum velut ſeminarium ſchiſmatis ſuſcitatum fuiſſe: pro quo ardore veſtræ deuotionis & fidei vos & vniuerſos ciues veſtros laudibus dignis extollimus, hortantes atque rogantes, vt proſequamini quod cœpiſtis; eſt enim opus hoc ſanctum factu facile & debitum cuilibet populo Chriſtiano, ſed præcipue vobis, qui dedecus illud & ludibrium Eccleſiæ Dei finitimum terris veſtris aſpicitis. Velitis igitur, filij dilecti, laborare viribus & virtute, vt aliquando tollatur hoc ſcandalum, quod nutritur ſcelerata factione paucorum, qui inſtigante ſathana ſublatum ſchiſma renouare & perpetuare conantur. Super hoc ſcripſimus chariſſimis in Chriſto filijs Alfonſo Regi & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtris Mariæ eius conſorti Reginæ Aragonum illuſtribus, quam Reginam audiuimus zelo Eccleſiæ Dei commotam cum prælatis pari deuotione ſuccenſis ſtatim cognita illa profanatione nefaria conſilium habuiſſe tollendi huius opprobrij de finibus illius regni, & ſperamus quod eorum vterque firmabitur in hoc ſancto propoſito, nec patietur ſedem perditis hominibus præſtari in terris ſuis. *Dat. &c.*

Commendata rerum per eas a Martino.

Fregit Pontificis & Valentinorum conſilia Rex Aragonum, qui ſubdole ſcelus, quod patrari iuſſerat, ſe deteſtari fingebat, antipapæ enim ſuo iuſſu creati ab ijs, qui cardinalitiam purpuram munuſque non a Petro e Luna acceperant, ſed regia nequitia fulti inuaſerant, clientelam arripuit, vt queſtus eſt poſtea Pontifex [c] apud Caſtellæ Regem: *In Chriſtianitatis*, inquiens, *ſcandalum & animæ ſuæ damnationem*, de Alfonſo loquitur, *fouit & ſuſtentauit illum Aegidium ſibi & ſequacibus ſubminiſtrans ſumptus de bonis Eccleſiæ.* Hæc vero hoc anno contigiſſe non modo Hiſpani ſcriptores [d], verum alij.

Diſturbata ab Alfonſo piorum conſilia.
c Lib. 9. breu. p. 3.
d Surit. l. 13. annal. c. 23. Marian. l. 20 c. 15. & alij.

quo-

quoque Senenſis concilij ac pontificiæ literæ ad Alfonſum Regem Aragonum datæ teſtantur: ex quibus plurimi mortem Petri e Luna in alium annum conijcientes ſunt emendandi. Queritur vero grauiſſimis ſententijs Pontifex [a], ſopitum ignem ad noua miſcenda incendia a flagitioſiſſimis hominibus ſuſcitatum, verbiſque mollibus mulcere nititur, vt qua valeat auctoritate, illud reſtinguat.

a Lib. breu. pag. 37. Flectere ipſum ad officium Martinus nititur.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Aragonum Regi Illuſtri ſalutem, &c.

9 Per literas crebras & nuntios habetur, quod Petrus de Luna ab hac luce ſubtractus eſt: & quia vita eius, licet omni obedientia deſtituta, propter quamdam vmbram priſtinæ dignitatis aliquale ſcandalum in Eccleſia mittebat, rationabiliter totum id debet eius morte finiri penitus & extingui; quod vt melius atque facilius fiat, excellentiam tuam paterna charitate requirimus, & rogamus vt tu, qui poſt præclaræ memoriæ Regem genitorem tuum ſumma & ſingulari fide ieciſti atque firmaſti in regnis illis prima vnionis Eccleſiæ fundamenta, huic extremo operi apponas manum, taliterque prouideas & regia auctoritate præcipias, vt idolum illud factum in ludibrium Chriſtianorum, omneſque illæ reliquiæ & fomenta ſchiſmatis tollantur & aboleantur omnino. Hoc cuilibet principi Chriſtiano debitum eſt, ſed tibi vni magis præter cæteros, quia in confinibus tuis conflatum eſt, & regna tua maculat & honorem tuum, qui conſtanti deuotione bonum publicum & pacem vniuerſalis Eccleſiæ tuis priuatis affectibus prætuliſti, vt merito, ſi quid purgandum reſtat in locis illis, tuæ gloriæ debeatur, quam non dubitamus eſſe tibi omnibus mundanis diuitijs chariorem.

Ei porrectæ preces.

Eſt igitur cogitatio illa paucorum, quos vel propria peruerſitas, vel olim dicti Petri indigna commiſeratio, vel non debita in tali caſu pro ſuſceptis beneficijs gratitudo, vel falſa quædam imago pietatis in errore & eius obſequijs detinebat, longe arcenda a finibus regnorum tuorum, vel potius extinguenda per reductionem peccantium vel exterminationem eorum, vt ex operibus tuis in fine totus mundus intelligat puritatem conſcientiæ tuæ & opinionem tuam non eſſe a tuis ſanctis principijs alienam: ex hoc enim magnam mereberis gratiam apud Deum, cuius Eccleſiam volueris in omni tempore omni macula & errore purgare: magnam etiam gloriam apud homines conſequeris, qui ſimul initia tua in factis Eccleſiæ cum fine conformi perpetuis laudibus celebrabunt. Accedet hoc præterea vltimum & extremum ad reliqua officia tua plena deuotionis & fidei, quibus pridem ipſam Eccleſiam obligaſti, quod eo ipſo fiet gratius, quia ab eodem auctore ipſa Dei Eccleſia gaudebit in terris illis vnionis principia ſibi data et poſtrema ſchiſmatis ſeminaria extincta fuiſſe. Cæterum quia ex iuſta cauſa translatio concilij generalis de ciuitate Papienſi ad ciuitatem Senenſem per ipſum concilium eſt decreta & approbata per nos, excellentiam tuam rogamus, vt operam facias, quod prælati de regnis tuis veniant ad reformandum cum cæteris ſtatum eccleſiaſticum, & libertatem Eccleſiæ conſeruandam: *Dat. &c.*

Monetur, vt Senas epiſcopos mittat.

Ex poſtremis verbis manifeſte hoc anno eas fuiſſe exaratas literas, ſuperius à nobis de translato Senas concilio dicta perpendenti patebit. Riſit non ſine impietatis nota, ac magno cum Eccleſiæ vniuerſæ ludibrio apoſtolica monita Alfonſus earum omnium technarum artifex, qui hiſce operibus comminabatur Pontifici, ſe ſchiſma propagaturum, ni Ludouicum Siciliæ Regem Ioannamque fœderatos deſereret, vt ipſe Neapolitano regno potiretur.

10 Celebrari [a] cœpta eſt Senenſis ſynodus vigeſima ſecunda auguſti huius anni vſitatis præſidibus apoſtolicis [a], qui antea Papienſi concilio præfuerant [b], atque in ea ad Ioannis Vuiclefſi [c] & Ioannis Hus hæreſes abolendas, ſanctiones in Piſano & Conſtantienſi concilijs editæ, tum ab Alexandro V. & Ioanne XXIII. latæ confirmatæ. Decreuerat Senas proficiſci Pontifex [c] menſe ſeptembri, vt in eo concilio ad Chriſtianæ rei dignitatem tuendam augendamque apoſtolica ſtudia conferret: ſed Rex Alfonſus, qui vt vidimus, pſeudocardinales aliquot antea creatos finxerat, mentitus illos a Petro e Luna renuntiatos, atque ab his pſeudopontificem veteris ſchiſmatis reliquijs præfici ad vexandum Chriſti vicarium iniuſtis eius cupiditatibus obſequi detrectantem iuſſerat, nouas turbas excitauit oratoris ſui opera, qui Regis virus ſine vllo pudore in Pontificem euomuit [d]. Egiſſe illum antipapæ cauſam plerique referunt ſcriptores [e].

Acta concil. Sen. in Hiſt. & Vuiclef.
a Aq. côcil Senen. Malenolt. in hiſt. Senen. Cantt in Crem. in annal. hoc ann. & alij.
b Mart. l. 5 ep. cur. p. 12. ext. etiam de eo lit. in actis concil. Baſilien.
c Lib. 4. ep. cur. pag. 244.
In concilio ſuum antipapam tuetur Alfonſus.
d Mart. l. vlt. breu. pag. 39.
e Marian. l. 20. c. 14

Auxiſſet Senenſis ſynodi maieſtatem Martinus ſua & Cardinalium præſentia: ſed cum magiſtratus Senenſes, dum nimium ſtudebant priuatis commodis, temere libertatem concilij infringere niterentur [f], & ciuitatis ſuæ gloriam obſcurarunt, & concilij diſſoluendi cauſam præbuerunt: Martinus cum Aragonum Regis oratoris inſolentiæ & impietatis, Senenſiumque arrogantiæ pertæſus meditato itinere ſuperſedit, Chriſtique imitatus clementiam Alfonſum inſtaurati auctorem ſchiſmatis apertumque hoſtem paternis querelis ad ſaniora ipſum conſilia reducere conatus eſt: *Quid fecimus*, inquit [g], *contra te, fili chariſſime, vt orator tuus apud ſacrum generale concilium, quod Senis celebratur, tanto nos ſtudio perſequatur, quaſi ad nihil aliud, quam ad inſectandum ſtatum Romanæ eccleſiæ & nomen noſtrum a tua ſerenitate tranſmiſſus eſſe videatur? Quid autem faciat & quid dicat, & quibus machinationibus publice & occulte laboret contra honorem noſtrum, non ſcribimus: nam ſi ſibi talia commiſiſti, nota ſunt tibi; ſi ſponte ſua facit, volumus vt ex alijs cognoſcas potius quam ex nobis. Sed per Deum immortalem infallibilem iudicem, cui nihil occultum eſt, tecum parumper examina, in qua cauſa te læſimus & dignitatem tuam;* pergit grauiſſimis argumentis demonſtrare, non factam a ſe ei iniuriam vllam, ſed potius ſtudia ſua etiam in re Neapolitana in ipſum collata, de quo inferius nobis agendum erit. ſubijcitq; *Nec propterea tua regalis excellentia ſic inflammata ſuccenſeat nobis, vt & in regnis tuis odio noſtri interdicta apponas contra Romanam eccleſiam & eccleſiaſticam libertatem, & nos etiam in generali concilio nuntius & orator tuus tanquam hoſtem tui capitis perſequatur: de cuius tamen inſectatione & maledictis curamus parum confidentes in Domino, cui manifeſta ſunt omnia, quod honorem noſtrum cum Eccleſia ſua defendet; ſed hoc tibi ſignificare volumus, celſitudinem tuam rogantes, quatenus ob reuerentiam IeſuChriſti, vice cuius in terris, licet immeriti, Chriſtiano populo præſidemus, deponas omne tuum odium contra nos iniuſte conceptum: quamuis enim veluti homo paſſionibus ſubijciamur humanis, tamen (Deo teſte) nulla tibi vnquam commoti paſſione nocuimus, nec ſumus in poſterum nocituri; ſed te vt digniſſimum filium noſtrum & Eccleſiæ in viſceribus charitatis noſtræ cupimus retinere.*

f Mart. lib vlt. breu. pag. 49.
Cur Martinus ad Senenſe concilium non profectus.
Flectere nititur Mart. Alfonſum.
g Lib vlt. breu p. 39 ext. etiam in alio l. breu. p. 5. & 116.
Plura alius orator contra Martinum molitur, Excuſat ob Alf. datam contra eccleſ. libertatem.
Monitus, clementer vt odia amovat.

11 Intendiſſe [h] Alfonſum in Senenſi concillo litem Martino de pontificatu, quaſi Petrus e Luna a

Excitata in Senenſi ſynodo turba.
h Marian. lib. 20. cap. 14.

Con-

Conſtantienſi concilio iniuſte damnatus eſſet, atque etiam ab illo nonnullos præſules partim auro partim pollicitationibus corruptos ª fuiſſe tradunt quidam ſcriptores, vnde iniecti ſynodo magni tumultus: vicit tamen impoſtorum artes veritas, lataque eſt in ſchiſmatis propagatores ſententia, de qua anno proximo. Cum vero ob eas turbas Pontifex concilium ijs, quæ ad fidem ſpectarent conſtabilitis, diſſolui iuſſiſſet, Senenſes qui magnos quæſtus ex ſynodi prorogatione ſe conſecuturos ſperabant, apoſtolicis legatis intempeſtiue aduerſati ſunt, ne ſynodum abſoluerent, patreſque dimitterent. Magiſtratus itaque Senarum officij ſui metas egreſſos Martinus his literis ᵇ compeſcuit.

ª Canitel. in annal. hoc ann.

Temeritas Senenſium.

ᵇ Lib. 3. breu. pag. 49.

Ad ciuitatem Senenſem.

Si nobis moleſtias, quas infertis, impediendo præſidentes noſtros & prælatos alios in proſecutione & expeditione concilij generalis per modos inhoneſtos & libertati ipſius concilij & noſtræ contrarios voluntati inferrent alij, de quorum erga nos deuotione & beniuolentia non fuiſſemus ita confiſi, æquiore animo tolerare poſſemus; ſed eum in illa veſtra ciuitate, quam ſingulari charitate ſemper amauimus, nec adhuc amare deſiſtimus, & ad quam concilium ipſum vidimus cum magna lætitia & animi noſtri ſecuritate transferri, tot & tanta tædia patiamur, ægrius ferimus & dolemus magis; nulla enim per vos & ciues veſtros habetur ratio noſtri & Romanæ eccleſiæ honoris & ſtatus: ſed ſolum veſtri quæſtus & commodi, quaſi concilium quæſtuaria nundinatio mercatorum eſſe debeat, non libera conſultatio prælatorum, quorum eſt officium, non laicorum, de ijs, quæ ad ſanctam ſynodũ pertinent, pertractare & in ijs omnibus diſponere & prouidere. Rogamus itaque vos, & pro debito noſtro requirimus, vt falcem veſtram in alienam meſſem non ponatis, nec ingeratis vos vltra quam expedit, nec cogitetis arbitrio veſtro debere concilium protrahi vel diſſolui: quod ſi vos & ciues veſtros in modis talibus perſeuerare ſenſerimus, pro honore noſtro aliter prouidentes a vobis circa hæc laborandi materiam auferemus. *Dat. Romæ, &c.*

Increpantur a Martino.

Pro arbitrio moderari concilium affectabant.

12 Quæ porro cauſa Alfonſum Regem Aragonum ad tantas in Senenſi ſynodo miſcendas turbas, ac nouum antipapam creandum colendumque aduerſus Pontificem concitarit, iam indicata eſt; ſubita nimirum rerum Neapolitanarum conuerſio, qua Ioanna Regina, abrogata Alfonſi adoptione, Ludouicum Andegauenſem in locum ingrati principis ſuffecit: quod Martinus in arcanis literis ad archiepiſcopum Narbonenſem hoc anno datis ſignificat ᶜ: *Quod,* inquit, *ſcribis te locutum eſſe cum chariſſima filia noſtra Ioanna Regina Siciliæ illuſtri, valde placet nobis, & quædam veriſſime dixiſti, nos quæ patimur a Rege Aragonum pati propter filium ſuum,* nempe Ludouicum ipſum adoptiuum, *quem ille nihil exiſtimat fuiſſe facturum abſque auxilio & fauore noſtro. Non dicimus quam iniuſte aduerſus nos ille moueatur, notorium eſt enim: ſed tamen ſumpta occaſione, quod Regem Ludouicum foueamus, reſiluit a nobis;* nempe apertas tunc geſſit cum ipſo inimicitias, qui antea clandeſtinis artibus ſchiſma aluerat, vt pro adimendo Petro e Luna vel Ægidio Munioni antipapatu Neapolitani regni ius fiduciarium a Pontifice extorqueret: cuius iniuſtas querelas repetitis ex parte iuſtis ſupra allatis querelis ita refregit Martinus ᵈ.

Alfonſi adoptio reſciſſa a Io: Regina.

ᶜ Mart. l. 9 breu. pag. 10. & 182.

Suffectus Lud. Andegauen. ſeligente a Martino Alfonſus.

ᵈ Lib. vlt. breu. pag. 39. & in alio lib. breu. pag. 15. & 116.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Aragonum Regi illuſtri.

Quid fecimus contra te, fili chariſſime, vt orator tuus apud ſacrum generale concilium, quod Senis celebratur, tanto nos ſtudio perſequatur quaſi ad nihil aliud, quam ad inſectandum ſtatum Romanæ eccleſiæ & nomen noſtrum a tua ſerenitate tranſmiſſus eſſe videatur? Quid autem faciat & quid dicat, & quibus machinationibus publice & occulte laboret contra honorem noſtrum, non ſcribimus: nam ſi tibi talia commiſiſti nota ſunt tibi, ſi ſponte ſua facit, volumus vt ex alijs cognoſcas potius quod occultum eſt tecum parumper examina in qua cauſa te læſimus & dignitatem tuam. Nam ſi ad iniuriam tuam dicis, quod omni aliorum iure poſtpoſito tibi plene & aperte non fauimus in conquiſitione regni noſtri Siciliæ ad te nullatenus pertinentis, vide ne magis moueat mentem tuam propria affectio non recta, quam ratio quæ non errat: nihil tamen tibi vnquam negauimus, quod poſſet honeſte & iuſte concedi, nihil aduerſarijs tuis conceſſimus, quod eis poſſet iure negari.

Iratum Alfonſi in Mart. cauſa iniuſta.

Nos vero iuſte poſſemus de ſublimitate tua conqueri, quod in regnum noſtrum precibus & pollicitationibus allectus alienis primum cum claſſe veniſti, & te nobis cum potentia oppoſuiſti, ne poſſemus de re noſtra diſponere: ſed tamen hoc tulimus patienter, nec conatibus tuis, vt poteramus & vt etiam debebamus, conſtanter obſtare noluimus, ac pacis deſiderio & ea, qua tibi afficiebamur charitate, mori te cum chariſſima in Chriſto filia noſtra Ioanna Regina Siciliæ illuſtri in pace reliquimus, quantum pertinebat ad nos, omni bellica turbatione ſublata. Si poſtea inter vos subortis ſuſpicionibus diſſenſio facta eſt, ex qua in præfato regno noſtro grauiora diſcrimina ſunt ſecuta, nos certe in cauſa non ſumus, qui in ſede noſtra quieſcentes nihil aliud optabamus, quam videre ſtatum illius regni qualitercumque firmatum. In hoc autem ſtatu rerum, ſi palam ſubueniremus præfatæ Reginæ, ſuper cuius nomine cauſam & iuſtitiam tuam fundares, vt ipſa in pace teneret id regnum, quod a nobis & Romana eccleſia recognoſcit, ad nullam profecto iniuriam tuam reputare deberes: verumtamen vnde illi magna ſubminiſtrarentur auxilia notum eſt, quibus pecunijs refectus exercitus eius, quibus opibus inſtructa ſit claſſis, quæ nuper ſoluit a Ianua. Non velis itaque, fili chariſſime, ſi de hoc regno res ad tuum libitum non ſucceſſit, imputare nobis, qui ne aduerſemur voluntati tuæ omiſſimus forte multa, quæ facere debebamus. *Dat. &c.*

Nulla a Martino præſtita diſſidiorum cauſa.

13 Potuerat nimirum Martinus ſeruata legum æquitate ac prædeceſſorum exemplo Alfonſo cenſuras eccleſiaſticas intentare, ne regnum Neapolitanum inuaderet, pœniſque a Ioanne XXII. conſtitutis ipſius ſectatores percellere, Ioannam vero, quæ eum adoptans pactiones accepti iure fiduciario regni infregerat, ſpoliare regno, deuolutumque ad ſedem Apoſtolicam pronuntiare, vel Andegauenſi duorum qui præceſſerant Pontificum exemplo tradere: ſed tuendæ in Dei Eccleſia pacis ſtudio ijs abſtinuerat; dum Alfonſus interea ſchiſma in Aragonia firmabat, violatis ª omnibus ſacramentis, quibus ſe Neapoli deuinxerat: immo admodum fauerat Pontifex Aragonio, cum ita pepigiſſet Ioannam inter & Ludouicum inducias, vt Ioannæ Auerſa a legatis apoſtolicis reſtitueretur, ducatumque Calabriæ contra iura pontificia a Sicula corona diſcerptum traditumque Alfonſo patienter tulerat: quæ vero poſtea Alfonſo ipſi aduerſa in regno Neapolitano obuenere, non Pontificis ſtudio, ſed illius vitio contigiſſe pluribus deſcribunt auctores ᵇ: cum ſcilicet nimia regni Neapolitani

Quid Pont. in Neapolit. turbis non agere potuiſſet.

ª Martin. lib. 9. breu. ſup. p. 39.

Fauerat potius Alfonſo quã erat aduerſatus.

ᵇ Collenut hiſt. Neap. lib. 5. Sũmont. l. 4. cap 3. Surit. l. 13. cap. 16. & alij.

ſibi ſubijciendi cupidine percitum, nec ducatu Calabriæ contentum vniuerſam adminiſtrationem ad ſe traducere voluiſſe, atque in ſua verba proceres vrbeſque plures adegiſſe: cumque ob id exulceratum Ioannæ animum noſſet, ipſius præcipuum adminiſtrum Ioannem Caracciolum non ſeruata, quam illi ſolemni ritu dederat fide, compegiſſe in vincula conieciſſe, ac Ioannam in arce Capuana intercipere conatum, vt in Cataloniam aueheret, repulſumque arcis aditu, illam obſidione cinxiſſe. Oppugnata ita omni telorum genere Regina territiſque Neapolitanis excitus eſt in auxilium Franciſcus Sſortia comes Cotignolæ, qui Neapolim ingreſſus Aragonium exercitum magna clade fudit [a] coegitque Alfonſum dictæ arcis Capuanæ obſidionem ſoluere ſeque in arcem, cui Oui nomen inditum, recipere.

Vt Ioannã Alfonſus capere conitus ſit.

Euerſa eius conſilia.

a Collenut & Summont. vbi ſupra Surit. c. 17. 19.

Potitus ita Neapoli Sſortia in Auerſam ſigna extulit, eamque Aragonijs ereptam Reginæ reſtituit, ſuaſitque vt Ludouicum Andegauenſem, abrogata Alfonſi adoptione, in filium aſciſceret. Itaque is mox ex pontificia aula vocatus, atque ex hoſte fidus Reginæ amicus adſcriptus eſt: publicæ vero promulgatæ ſunt literæ, quibus ingrati animi vitiũ Alfonſo obiectum, eoque nomine hereditarium Neapolitani regni ius ei detractum. Inter hæc obſeſſo a Neapolitanis Alfonſo, Catalana claſſis ipſi ſaluti fuit, quæ cum ad litus applicuiſſet, expoſitæ in terram copiæ magno in Neapolitanos irruerunt impetu vaſtauereque vrbem: ex cuius excidio ingenti dolore affectus Pontifex Reginam Ioannam, quæ a Sſortia ex arce Capuana deducta in tutiorem locum fuit, ad conſtantiam hiſce literis excitauit [b].

Neapolim vaſtat.

b Lib. vlt. breu. pag. 41.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Ioannæ Reginæ Siciliæ illuſtri.

Maximo nos dolore affecit ille miſerabilis & infelix caſus vrbis Neapolitanæ, nec ſine magno profluuio lachrymarum tantam audire potuimus afflictæ ciuitatis calamitatem. Obuerſantur ante oculos noſtros capta vrbs. ciuium conſternatio & fuga, furor hoſtilis. & ſuper omnia periculum tuum, & timor & dolor in publica fidelium tuorum clade. Vnica res nos in tanto infortunio conſolatur, quod te ſaluam extra bellicum tumultum, gratia Dei & præſidio dilecti filij nobilis viri Sſortiæ de Atteudolis, reduxiſti: nos enim perſonam tuam incolumem eſſe cupimus, qua ſeruata cætera facilius poterunt conſeruari. Tu vero non deijcias animum reginalem, ſed aſſurgas & ſexum ſuperes tuum, ac ſperes in Domino, qui conſolator eſt optimus. Nos profecto tibi, filia in Chriſto chariſſima, nec conſilijs nec auxilijs nec auctoritate deerimus, diſpoſiti quantum nobis omnipotens Deus conceſſerit, te fouere & quibuſcumque modis poterimus conſolari. *Dat. &c.*

Plangit Martinus illius excidium.

14 In tanta rerum perturbatione Pontifex, ad quem ſupremum regni Neapolitani imperium ſpectabat, cum pacem Alfonſum inter ac Ioannam miſſis internuntijs conciliare fruſtra [c] niſus eſſet, cenſuit Ioannam confirmandam in regni poſſeſſione, cui iam ante opera Petri S. Mariæ in Dominica diaconi Cardinalis A. S. L. beneficiarium regni ius contuliſſet, reijciendumque Alfonſum, qui alienis allectus promiſſis intrudere ſe in regni poſſeſſionẽ conabatur; qua de re ad Ioannem Antonium Vrſinum Tarentinum principem hæc ſcripſit Pontifex [d] ipſum adhortatus, vt Ioannæ Reginæ obſequeretur: *Fuit*, inquit, *ſemper noſtræ intentionis, prout exiſtit, quod ipſa, quandiu vixerit, dicti regni vera Regina permaneat, & omnia agat & diſponat, ſicut vera Regina agere poteſt & debet iuxta formam noſtræ infeudationis*. Franciſcum pariter Vrſinum Franciſcum Sanſeuerinatem [a], alioſque regni proceres, vrbiumque & oppidorum magiſtratus [b] Ioannæ parere iuſſit. Quæ literæ hac temporis nota conſignatæ ſunt: *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem x. kal. decembris pontificatus noſtri anno VII.*

Nititur Martinus inter Alf. & Ioan. ſtam pacem conciliare.

c Mart. l. 4 ep. cur. pag. 273.

Tuetur Reginam deſertum.

d Lib. 4. ep. cur. pag. 280.

Proceres ac populos Ioãnæ parere iubet.

a Ibid. cur pag. 278.

b Ibid. pag. 277.

Excuſſere Neapolitani Aragonum iugum cum primum ſe obtulit occaſio; Alfonſus enim Rex relicto ſui loco Petro Aragonio ex ea vrbe diſcedens in Aragoniam abijt, vt Henricum fratrem a Caſtellæ Rege incluſum carcere liberaret, ſiue imminentem Genuenſium claſſem metueret. In itinere autem oppugnandæ Maſſiliæ, quæ Ludouico Andegauenſi parebat, conſilium cœpit ex tempore, cuius audaciæ fauit incuria ciuium, qui nullas agebant excubias: ita portus impetu expugnatus eſt [c], deinde vrbs direpta, tectiſque iniectæ faces; cumque eam vrbem tenere non poſſet, ne Prouincialium concurſu obrueretur receſſit, auectis S. Ludouici epiſcopi Toloſani, qui in Aragonio carcere prima ſanctitatis fundamenta iecerat, reliquijs, quas in Valentina principe eccleſia collocauit [d], vt ab ijs, a quibus in carcere viuus tentus fuerat, mortuus coleretur.

Maſſilia ab Alfonſo expugnata.

c Diar. Venet. m. ſ. Collenut. l. 5. Summ lib. 4. c. 3. Sabel. ennead. 10. l. 1. Surit l. 13. c. 22

His ab Alfonſo geſtis, Philippus Maria Mediolanenſium dux & Genuæ dominus claſſem egregie inſtructam in Genuenſi portu, Ludouico Andegauenſi fœdere ſibi iuncto miſit [e], quam præfecto Guidone Taurello menſe decembri ſoluiſſe referunt Genuenſes ſcriptores [f], de qua etiam in pontificijs literis mentionem factam vidimus. Vt vero deinde in Gaietanum portum inuecta Aragonios ex ea vrbe pepulerit, tum contenderit Neapolim, ac Franciſco Sſortia comite cum copijs ſuis accurrente ad Ioannæ imperium eam vrbem redegerit, anno proximo dicetur; nunc de ſacro in Bohemos hæreticos geſto bello agendum eſt.

Foliet. l. 10. Bizar lib. 11. & alij.

d Surit. l. 13 c. 22.

Auectæ Valentiã S. Ludouici epiſc. reliquiæ.

e Monſtrel vol. 2. boc an.

f Foliet. & Bizar. vbi ſup.

15 Celebratis ſuperiori anno conuentibus Nuembergæ decreta erat a Germaniæ principibus expeditio pro rei catholicæ dignitate tuenda aduerſus Bohemiæ hæreticos, ad quam conficiendam Pontifex Othonem Treuirenſem archiepiſcopum excitauit [g], vt pium ardorem in fidelibus crucæ inſigniendis augendoque catholico exercitu oſtenderet, nec propterea concilium, cuius congregandi tempus appetebat, diſturbatum iri.

Comparatur in Huſſitas ſacra expeditio.

g Lib. vlt. breu. pag. 71. & in alio lib. bren. pag. 13.

Venerabili fratri Othoni archiepiſcopo Treuerenſi ſalutem.

In nulla re arbitramur magis eſſe laborandum & omnibus ſtudijs intendendum, quam circa perfectam extirpationem illius nefandæ hæreſis. quæ Bohemos miſerabiliter excœcauit: quæ quoniam non ſolum in errore verborum & falſis & ſophiſticis argumentis innititur, ſed armis & viribus tueri & confirmare conatur, neceſſarium eſſe ad eam confundendam & opprimendam vires & arma fidelium conuocare eccleſiaſticorum principum & laicorum, præcipue de natione Germaniæ, quibus ipſa vicinitas commodiorem facultatem ſuccurrendi præbet & maiorem promptitudinem animarum, ad commune & propinquius periculum repellendũ. Accedit, quod & cæteræ nationes proprijs ſunt hoc tempore difficultatibus occupatæ: *Et infra.* Igitur ea, quæ ordinata fuerunt in congregatione principum nuper habita in ciuitate Nurimbergenſi ſuper iſta materia de expeditione militari contra Bohemos hæreticos ſtatuenda; & de potenti exercitu contra eoſdem hoc proximo idoneo tempore conducendo, nobis maxime placuerunt. *Et infra:* Nec eſt vllo modo retardanda proſecutio tanti negotij cau-

Agendũ ſæpiſſime contra hæreſis.

Non tantum intendum bellum ob concilium.

Digitized by Google

cauſa concilij generalis, Deo auctore, proxime celebrandi, immo fortius eſt inſtandum, nec dandum hæreticis ſpatium reſpirandi: neque enim repugnat celebrationi concilij hæc ſancta expeditio ſalutaris; quin immo ita conueniunt, vt nihil conuenientius dici poſſit, &c. *Dat. &c.* Eædem vero literæ [a] ad Conradum quoque Moguntinum datæ.

a Lib. vlt. bren. pag. 72.

Habita ſynodus Lancitienſis.

b Mart. l. 2 bren. pag. 14.

c Æneas Silu. hiſt. Bohem. c. 44. Dubr. l. 26. Cochlæus l. 5. hiſt. Huſſ.

Suſcepta Pragenſium a Vvitoldo clientela.

d Cochl. lib. 5.

Increpitus a Polonis præſulibus.

16 Neque in Germania modo archiepiſcopi concilia celebrarunt, verum in Polonia præſules illi Gneſnenſi archiepiſcopo præſide conuenere Lancitiæ [b], vt Polonu regno, ne hæretica lue inficeretur, conſulerent: tum operam ac ſtudia ſua vna cum cæteris Chriſtiani orbis præſulibus peſti Huſſiticæ excindendæ nauarent: ſuſceperat [c] Vvitoldus dux Lituaniæ Bohemorum patrocinium, cum ei iterum Bohemica corona, iam ante ab ipſomet repudiata, omnibus precibus a Pragenſibus, fremente licet Ziska ac Thaboritis repugnantibus, qui nullum Regem externum vocari volebant, deferretur, ac Sigiſmundum Koributum patruelem ſuum quingentis ſuccinctum equitibus in Bohemiam miſerat, qui ipſius nomine in regni poſſeſſionem veniret: a quo Pragenſis vrbs in meliori ſtatu collocata [d], cum hæreſis omnia confudiſſet: at Poloni patres, cum ex eo catholica religio maximam cladem acciperet, ad Vvitoldum ac Poloniæ Regem ab hæreticorum ſocietate reuocandos curas conuerterunt, Pontificique ſynodalibus literis ſignificarunt, non modo Vvitoldum Lituanica auxilia Bohemis detracturum, verum etiam arma in hæreticos expediturum. Quibus acceptis Martinus, qui verebatur, ne Vvitoldus coronæ Bohemicæ perſtrictus fulgore religionis cauſam conculcaret, Gneſnenſi archiepiſcopo reſcripſit [e], multa ſibi iam ante verba in caſſum ea de re data, præcepitque vt omni contentione vna cum ſuffraganeis ſuis ad Regem Poloniæ eiuſque nepotem ad officium reuocandos, deſerendamque hæreticorum Bohemorum clientelam incumberent.

e Lib. 2. bren. pag. 14.

Ad archiepiſcopum Gneznenſem.

Grata fuerunt nobis, quæ tu vnacum ſuffraganeis tuis ſcripſiſti de prouinciali veſtro concilio Lancitiæ celebrato, & de remedijs contra inſurgentem hæreſim per vos deuote & ſapienter appoſitis: ſed ſuper omnia gratum eſſet, ſi chariſſimus in Chriſto filius noſter Vvladislaus Poloniæ Rex illuſtris & dilectus filius nobilis vir Alexander Lituaniæ dux id facerent, quod ſcripſiſtis, vt videlicet non ſolum abſtinerent a ſubſidio hæreticorum & Sigiſmundum eorum nepotem reuocarent, ſed etiam vna cum alijs fidelibus principibus inſurgerent contra eoſdem hæreticos, ſicut vobis, vt ſcribitis, promittebant: hæc eſſet vera & certa via ad eorum ſynceram voluntatem oſtendendam in populo Chriſtiano, qui admiratur & dolet, quod tanto tempore tenuerunt prædictum Sigiſmundum in ſubſidio hæreticorum, & contra nos etiam increpationes & querelæ multæ ſunt factæ, quod nimia beniuolentia erga eos ſine animaduerſione condigna talia fieri in præiudicium fidei catholicæ tanto tempore toleremus. Sed dudum impletæ ſunt aures noſtræ huiuſmodi promiſſionibus a ſeruitoribus & beniuolis præfatorum Regis & ducis, quod primo Sigiſmundus in Bohemiam miſſus eſſet pro reductione hæreticorum, deinde cum de iſta reductione nil fieret, quod ipſe continuo reuocaretur: verum cum videamus eundem non reuocari, ſed perſiſtere & immorari in eorum ſubſidio, tolerare non poſſumus quin pro debito ſummi apoſtolatus officij aliter moneamus eoſdem Regem & ducem, vt introcluſa copia literarum, quas ad eos miſimus, continetur: te vero & ſuffraganeos antedictos, quibus velis præſentium copiam deſtinare, ſtricte requirimus & hortamur in Domino, vt omnibus vijs & modis, quibus melius poteritis, ſtudeatis præfatos principes continere, ne auxilia vel fauores Bohemis hæreticis ſubminiſtrent aliquo colore quæſito; ſed ſtatim reuocent Sigiſmundum, & ad confuſionem hæreticorum cum alijs fidelibus ſe coniungant, & pacem habere velint cum omnibus catholicis Chriſtianis: *Dat. Romæ.*

Lata ab iis leges in hæreticos.

Regem Pol. & ducem Litu. officij admonet Martinus.

17 Agitatum erat a Polonis præſulibus in Lanciſiano concilio de Vvladislao Rege ac Vvitoldo duce Sigiſmundo Hungariæ, Bohemiæ, Romanorumque Regi, quem ob controuerſias, quæ ipſis iam diu cum Pruſſiæ equitibus interceſſerant, ab ſeſe abalienauerant, conciliandis; conuentumque erat, vt ad redintegrandam priſtinam amicitiam rei Chriſtianæ tuendæ, augendæque diuini nominis gloriæ adeo perutilem in colloquium venirent: qua de re certior factus Pontifex Fernandum epiſcopum Lucenſem, antea legatione functum in ea controuerſia, illuc cum huiuſmodi mandatis miſit [a].

Poloni præſules pacis interpretes.

Indictum colloquium.

a Lib. 4. epiſt. cur. pag. 170.

Martinus, &c. Fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus te conferas ad eum locum, in quo præfati principes Deo duce conuenient, & cum ipſis de concordia & pace eorum, a qua dependet ſtatus ipſorum & magna Chriſtianitatis ſalus, nomine noſtro agas & tractes, ipſis per rationes efficaciſſimas demonſtrando quantum ipſorum concordia accepta Deo, ipſis vtilis, nobis grata, & Chriſtianæ reipublicæ neceſſaria eſt, & quod, ſi deficit (quod abſit) pars, quæ erit in culpa, rea erit in diuino iudicio tot malorum, quæ ſunt in bello ſecutura; ipſoſque horteris & moneas, vt potius vires ſuas pro communi ſalute, pro fidei catholicæ defenſione & conſeruatione coniungant ad extinguendam hæreſim, quæ regnum Bohemiæ damnabiliter excæcatum tenet, quam velint inter ſe odia execranda fouere in animarum ſuarum periculum & communem iacturam populi Chriſtiani. Nos enim tibi omnia & ſingula, quæ fuerint neceſſaria & vtilia ad huiuſmodi pacem, tranquillitatem, & concordiam procurandam inter præfatos Reges & ducem, eorumque complices, confœderatos, ſubditos, & adhærentes, nominatim dilectos filios magiſtrum generalem & fratres hoſpitalis B. Mariæ Theutonicorum Ieroſolymitanorum, qui dudum cum præfatis Rege Poloniæ & duce difficilem controuerſiam habuerunt, noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine, ipſarum partium accedente conſenſu, deducendi, tractandi, concludendi, *& infra*, plenam & liberam concedimus harum ſerie poteſtatem, &c. [Adhortatur internuntium ipſum, vt ad eos principes conciliandos ſtrenue incumbat.] *Dat. Romæ apud S. Petrum* XII. *kal. martij pontificatus noſtri anno* VI.

Iuſſus internuntius eo ſe conferre.

Reges conciere ad abolendam hæreſim.

Confecta pax inter Polon. & Cruciferos.

b Mar. l. vlt. bren. pag. 43. Æneas Sil. hiſ. Bohē. cap. 14. Michou. l. 4. c. 46. Cromer. lib. 19. Dubrau. lib. 26.

18 Sancita [b] eſt in conuentibus celeberrimis apud Keſmark hoc anno peractis concordia ijs legibus, vt Pruſſiæ magiſter Eberhardus fœdus apud Melnum initum admitteret, arcemque Nieskuuam rei Polonicæ infeſtam ſolo æquaret, Vvladislaus vero & Vvitoldus Sigiſmundum Koributum vna cum equeſtribus copijs e Bohemia reuocarent: de qua concordia ad Cruciferos extant literæ [c]. Conceptæ ſunt inde ſpes, fore, vt Bohemi Polonorum ac Lituanorum auxilijs deſtituti, damnata pertinacia Sigiſmundi Regis imperio parerent, cum præ-

Reuocati e Bohemia equites Polon.

c Martin. li. bren. vlt. p. 19. & 48.

ſertim in Germania vniuerſa fideles ad religioſam militiam ſuſcipiendam in hæreticos dato crucis ſymbolo incitarentur, Daniæ Rex [a] ſummam ſui expectationem concitaſſet, cruceſignatas copias ſuperato mari adducturum: dux Auſtriæ in Morauiam ſigna efferret: marchiones Miſnenſes candem ob cauſam copias comparare putarentur, atque etiam eum his Polonus & Lituanus potentiam ſuam ad obterendos hæreticos ſe coniuncturos ſpopondiſſent. Verum hi apparatus & ſpes non ſine cauſa conceptæ paulo poſt ad irritum cecidere: nam Hungaricus exercitus conflatus non eſt, Polonus non comparuit, Danus comparatas copias dimiſit, tepuit Germanus, atque hæretici in priſtina improbitate perſtiterunt quos inualuiſſe catholicos, ac Romanorum Regem in Hungariam repuliſſe, narrat Monſtreletus [b]: de quibus [c] Chriſti vicarium vehementius expoſtulantem proximo anno audituri ſumus. Quamuis vero vniuerſæ catholicorum vires in hæreticos non ſint effuſæ, narrat tamen Coclæus [d] Fridericum marchionem Brandeburgenſem irrepſiſſe in Bohemiam, & arcis, cui Carlſtein nomen inditum, hæreticorum obſidionem ſoluiſſe; Fridericum ſimiliter Miſnenſem & Ludouicum Bauarum alias copias adduxiſſe. Sollicitati præterea a Pontifice in hæreticos Bohemos, quos recurrente die cœnæ dominicæ ſolemni ritu anathemate perculit [e], Amedeus dux [f] Sabaudiæ, cui ſubſidiaria auri vis e ſacerdotiorum decumis redigenda attributa eſt, & Carolus [g] dux Lotharingiæ fuere.

a Supr. an. 19. Ingentes contra hæreticos apparatus.

b Monſtrel. vol. 2. hoc ann.

c Id. ibid. Marchio brandeb. irrumpit in Bohem.

d Cocla. hiſt. Huſſ. lib. 5.

e Lib. 4. ep. cur. pag. 200.

f Ibid. pag. 211

g Lib. vlt. bren. pag. 44.

19 Quamuis vero aduerſus Bohemos plura inita eſſent prælia infelici ſucceſſu, & admoto etiam ferro peſtilens hæreſeos cancer latius ſerperet, non tamen deſpondendos animos cenſuit Martinus [h], ſed colloeandam in Deo ſpem: aliquando eius virtute impios obtritum iri. Pro agendis itaque bellicis impenſis eccleſiaſticis viris in omnibus regnis decumas imperauit militiæ, & quintam vectigalium eccleſiæ Romanæ partem ſacræ militiæ addixit.

h Extant eius lit. in m. ſ. cod. Alex. VII. pag. 106.

Ad futuram rei memoriam.

Nouit ille ſcrutator cordium Deus quot amaritudines & dolores vndique nos circumſtant, & affligunt quotidie mentem noſtram, cum reſpicimus ad nefandam hæreſim, quæ regnum Bohemiæ & partes finitimas occupauit. Torquemur quidem ſumma cordis anxietate, cum viderimus antiquum humani generis hoſtem, proh dolor! adeo peruertiſſe mentes quorumdam fidelium, vt qui nati, educati, & enutriti in fide catholica fuerant, nunc abnegantes fidem Ieſu Chriſti ad impietatem conuerſi ſint, & ad tantam perfidiam deuoluti, vt animas ſuas, quas Deo reddituri erant, ſi in via veritatis manſiſſent, quamuis a nobis ſæpius paterna charitate moniti & requiſiti, tamen ex malitia obſtinata maluerint perdere quam ſaluare: conſtat enim omnibus quanta ſolicitudine & indefeſſis ſtudijs procurauerimus toto poſſe reductionem eorum ad ſanam mentem, mittendo diuerſis temporibus diuerſos nuntios & legatos, qui experirentur vel pace vel bello tollere hoc malum de Eccleſia Dei. Optauimus ſemper, vt ipſi redirent ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ, vt tantus populus ſaluus fieret; ſed cum ſanis monitis aduerſarentur, & in dies peſtis illa augeretur, neceſſe fuit tentare, quod ſæpius factum eſt, vt gladio ſanaretur vulnus, quod medicum recuſabat, cum præſtaret aliquod vnum membrum perire potius, quam totum corpus inficiatur: verum ſiue exigentibus hominum peccatis, ſiue vt qui probati ſunt manifeſti fiant, nequaquam adhuc medicinæ adhibitæ peſtifero morbo profuerunt, quin potius veluti cancer irremediabilis concreſcit, magis & vires ſumit.

Martini ad probandam hæreſis Bohemicæ.

Sed nos confidentes in virtute Altiſſimi, cuius cauſa agitur, ſperamus quod tandem diſperdet nequitiam peccatorum, quodque ſcutum fidei aduerſus arma nequitiæ præualebit. Itaque quo plus prædicti homines & blaſphemi vires ſumere videntur, eo maiori conatu & brachio fortiori eſt inſurgendum aduerſus eorum hæreſim de agro Domini extirpandam: *Et infra*. Vrget charitas Chriſti & impellit nos fidei ſuæ ſuſcepta defenſio, vt præter voluntatem noſtram onera fidei deferenda cum reliquis fidelibus patiamur. Cum ergo opus ſit manu armata & vi militum hanc cauſam tueri, ad quos parandos & ſuſtinendos magna pecuniarum copia erit neceſſaria, nos qui, vt exemplo noſtro cæteros ad tantum bonum inuitaremus, omnium cameræ noſtræ introituum quintam partem ad hanc fidei expeditionem, omnium autem officiorum curiæ partem decimam aſſignamus, vnam integram decimam omnium & ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorum, *& infra*, imponimus: *Dat. &c.* Conſignatum eſt diploma, quod priori loco in regeſto pontificio extat, hac temporis nota. *Datum. Romæ apud S. Mariam maiorem nonis auguſti pontificatus noſtri anno VI.*

Vectigalium partem in bellum ſumptus conſecrat.

20 De hæreticorum eorundem graſſationibus & immanitate in ſacerdotes & monachos hæc narrat Ioannes Nider [a]: *Tot ibi ſectæ hæreticorum extiterunt, quod vix numerari poſſunt; tres tamen principales perſeuerabant diu veterum videlicet Progenſium, qui tolerabiliores erant, Orphanorum, & Thaboritarum, qui peſſimi erant, incendebant eccleſias & monaſteria, nullam ſanctimonialem nec religioſum nec Carthuſienſes non reformatos nec deformatos in regno ſuo viuere ſinebant, nihil de imaginibus ſanctorum nec de ornamentis eccleſiarum tenebant; ſed omnia iſta deſtruxerunt & illicita eſſe dixerunt & (quod his deterius eſt) ſacerdotes & religioſos plurimos gladio occidebant, alios pollicibus amputatis eiecerunt, reſiduos cruciatibus affecerunt nec non, cum Chriſmate ſacro & ſancto oleo (quod nefas eſt facere, & audire horrendum) calceos ſuorum pedum vnxerunt. Extra regnum & intra multo tempore nulli ſexui nullique ætati, non gradui, non ſtatui catholico pepercerunt, & quamquam omnes eſſent hæretici & ſchiſmatici, tamen tam incredibili errore diuina permiſſione ſunt obcæcati pariter & mulctati, vt aliquoties vna ſecta aliam inuaderet, & vt victrix victam occideret, hæreticus hæreticum, & ſchiſmaticus ſchiſmaticum. Vnum tantummodo fuit ſignum, in quo omnes concordabant communicare, videlicet ſub vtraque ſpecie ſacramento diuiniſſimo Euchariſtiæ, quod multi indigniſſime ſumebant poſt grauia facinora ſine præuia Sacramentali confeſſione & ſemota debita reuerentia: alij vero ſacerdotes, videlicet multi, miſſam celebrabant, execrabant verius, ſine altari & veſtimentis ſacratis per manus epiſcopi: & quamuis tam diuiſi inter ſe eſſent, vt præmittitur, tamen quando fideles eos inuadere diſponebant ſicut Herodes [b] & Pilatus ſtatim amici facti ſunt:* & pluribus interiectis: *Sileo [c] (ne notam incurram fauoris exceſſiui) de ſuppriore conuentus Franteſtemenſis reformato in noſtro ordine, qui omnibus diebus vitæ ſuæ integer obſeruator ſuæ regulæ & deuotus vſque ad finem permanſit, quomodo in conuentu eodem ab hæreticis captus conſtantiſſime fidem catholicam tenuit, & in ſua patientia tam æquo animo regem ſuſtinuit, vt perfidi faterentur ei in mortis periculo ſimilem inter noſtros non reperiſſe.*

a Nider. Formic. lib 3. c. 9.

Hæreticorum immanitas.

b Luc. 23

c Cap. 12 Superior Prædicatorum aſſectus martyrio.

Hoc

Digitized by Google

Vrbes diluuio euerſæ.

Hoc tempore tres vrbes Gdanum in Pruſſia, Tanclem in Vvandalia, & Duderſtat in Saxonia flūminis delecę ſunt, quod prodigio datum eſt, cum nulla vi aquæ aut ædiū euerſione compeſci potuiſſent. Addit Krantzius [a] Rigæ in Liuonia inſigne diuinæ iuſtitiæ exemplum editum in magiſtrum equitum Theutonicorum, cui dies ad diuinum tribunal ab innocente iniuſte oppreſſo dictus eſt [a]: *Rem*, inquit, *tum quoque nouam & inſigni multorum fama diffuſam ferunt in Liuoniæ vrbe Rigenſi contigiſſe. Magiſter fratrum ordinis Theutonicorum, cum vellet nuptias conſerere inter iuuenem profeſſione mercatorem & mulierem, quam idem magiſter non odiſſet, refragareturque iuuenis, quod dubiæ videretur mulier pudicitiæ: quæ contemptum ſuum protulit ad vindictam, vt olim vxor Aegyptij in Ioſeph, & Paſiphæ in Hippolytum, deferens iuuenem magiſtro fratrum, de furto illum impetiuit. Ille iuſſit publico condemnatum iudicio necari iuuenem ſuſpendio. Iam moriturus iuuenis: Quoniam, inquit, in hoc mundo iniuſte condemnatus morior, ad iuſtum Iudicem voco magiſtrum in diem tertium decimum mihi de iuſtitia reſponſurum, vt ibi verum inter ſe, ac me experiatur iudicium. Moritur iuuenis. Magiſter auditam euocationem contempſit, vixitque lætus diſcutiens melancholiam. Venit dies conſtituta: & ecce ſubita ægritudine corripitur. Certus, quod moreretur adſtantibus dixit: En morior! Video qui me vocauit aſtantem; quo dicto obmutuit, & paulo poſt viuendi finem fecit. Fabula vulgatur per omne Liuoniæ theatrum. Mulier inde ab alio mercatore de vero furto impetitur.*

a Alb. Krantz. Vvandal. l. 11. c. 2.

Diuinæ iuſtitiæ exemplum.

21 In Anglia Cantuarienſis archiepiſcopus, clero aſſentiente, ſiue quæſtus improbi ſiue præpoſteræ pietatis cauſa, Romanorum Pontificum auctoritatem æmulatus iubilei recurrentis ſtatis temporibus ſpeciem quandam effinxit, atque eccleſiam Cantuarienſem luſtraturis indulgentiarum præmia propoſuit. De cuius temeritate factus certior Pontifex Tergeſtinum epiſcopum, quem antea internuntium miſerat, quæ temere ab eodem archiepiſcopo Cantuarienſi nouata erant, reſcindere iuſſit [b].

Cantuar. archiepiſc. temeritas.

b Lib. 4. ep. cur. pag. 184. & lib. breu. pag. 74.

Venerabili fratri Iacobo epiſcopo Tergeſtino, & dilecto filio magiſtro Simoni de Teremo iuris vtriuſque doctori, in regno Angliæ pro camera apoſtolica collectori, noſtris & Apoſtolicæ ſedis nunciis.

Cum fuerit ad notitiam noſtram quamplurium ſignificatione deductum, Henricum archiepiſcopum & priorem ac capitulum Cantuarienſis eccleſiæ inaudita præſumptione & ſacrilega audacia commotos, de anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo iubileum ad generalem remiſſionem peccatorum in certis temporibus, locis, modis, & formis ab antiquis patribus, & prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordinatum induxiſſe & feciſſe publice prædicari, omnes & ſingulos viſitantes præfatam eccleſiam Cantuarienſem plenariam remiſſionem omnium peccatorum conſecuturos, quam conſequebantur viſitantes limina Apoſtolorum in alma vrbe per Romanum Pontificem iubileo inſtituto; necnon temeritate ſimili inſtituiſſe pœnitentiarios, qui confluentes ad eos generaliter ab omnibus peccatis abſoluerent, vel potius ſimplices animas illaquearent, & ab ipſis profanum pretium extorquerent cum inexpiabili conſcientiarum propriarum læſione, & deceptione aliarum ſimplicium animarum; nos conſiderantes quam periculoſum, quamque ſcandaloſum in fide animarum ſalute, quamque exceſſiua fuerit præſumptio archiepiſcopi, prioris, & capituli prædictorum, qui velut damnati angeli in aquilone ſedem ſibi conſtituere voluerunt contra Creatorem, ſic ipſi homines præſumptuoſi aduerſus ſedem Apoſtolicam, & auctoritatem Romani Pontificis, cui ſoli tanta eſt a Deo conceſſa facultas, falſum ſaluationis tabernaculum erigere ſunt conati; ac volentes ſalubriter prouidendo animaduertere cum debito exemplo iuſtitiæ & punitionis condignæ in huiuſmodi tranſgreſſores, vt etiam in futurum aliqui attentare tam enormia non præſumant; vobis duobus, quos ad regnum Angliæ nuncios deputatos pro nonnullis arduis noſtris, & Romanæ eccleſiæ negocijs deſtinamus, tenore præſentium committimus & mandamus, vt vos ſuper præmiſſis diligenter inquirere & informare curetis.

Pontificis auctoritatē æmulatur.

Referuatos etiam Pontifici caſus abſoluere molitur.

Quod vt commodius adimplere poſſitis, & in apertum deducere veritatem, vobis & veſtrum cuilibet inquirendi, teſtes recipiendi & examinandi, ac examinari faciendi, & ſubtrahentes ſe a teſtificatione, prout vobis videbitur compellendi, ſignificationes & probationes acceptandi, & ſuſcipiendi informationem quomodolibet de præmiſſis, etiam cum adiectione pœnarum, & quoſcumque alios contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendi, plenam & liberam per præſentes concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum* XIV. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* VI. Paruere Angli imperio Pontificis, eiuſque primatum auctoritatemque reueriti ab inceptis deſtitere.

Iudicio agit Martinus in eu.

Paritum ab Anglis Pontifici.

22 Flagitauit a Martino Thomas epiſcopus Herefordenſis virtutibus clarus, vt ob grauiorem ſenectam abdicandi epiſcopatus poteſtatem ſibi faceret: cui reſpondit Pontifex, mentem nouum robur ex debilitate corporis colligere poſſe, vtque gregem ſuæ curæ demandatum paſcere pergeret adhortatus eſt.

Abdicandi epiſcopatus poſtulata venia.

a Extant eius lit. in m. 1. cod. Alex. VII. pag. 106.

Thomæ epiſcopo Herefordenſi.

Cupimus propter virtutem & humilitatis ſigna, quæ oſtendis complacere votis tuis, ſi & ſaluti animæ tuæ conduceret & id nobis conſcientia ſuaderet, quæ cum videat te virum probatum bonitate vitæ, verbo & exemplo proficere quibus præſis, ac regimini eccleſiæ, quam tuæ curæ commiſimus, eſſe non ſolum vtilem, ſed fere neceſſarium, non patitur, vt te amoueamus a gubernatione illius. Eſt inſuper nota tibi ſententia illa Apoſtoli, virtutem perfici in infirmitate, viget enim magis animus in debilitate corporis, cuius robur aliquando aduerſatur bonæ menti, & in ſenibus viget ratio & conſilium, duæ res neceſſariæ ad regimen & ſui & cæterorum: quæ cum in te ſint, ad gubernandas oues tibi commiſſas, etiam reliquis deficientibus, ſatis habes virium. Illud etiam aduertas volumus quod, quo maius eſt onus tibi iniunctum, quo maior eſt labor & difficultas, eo maiora apud Deum præmia, quæ ſola quærenda ſunt, te expectant. Itaque abijce hanc curam reſignandæ eccleſiæ, & cum benedictione noſtra perſeuera, vt cœpiſti paſcere oues gregis tibi crediti, neque refugias pondus, quod non te deprimere in terram, ſed eleuare in cælum poteſt, &c. *Dat. Romæ.* Deeſt temporis nota, quæ ſuperioribus literis ita aſcripta eſt: *Apud S. Mariam maiorem nonis auguſti pontificatus noſtri anno* VI.

Cura Mor denegata.

23 Prætermittendum hoc loco nō viſum eſt hoc anno XXIII. iulij, vt ex ſchedula pontificia refert Felix Contelorius [b], creatos duos Cardinales, nimirum Dominicum Ram epiſcopum Ilerdenſem, & Dominicum e Capranica, non tamen promulgatos,

b Fel. Contel. in elen. b. Cardd. ſub Mart. V.

Digitized by Google

gatos, ſed (vt aiunt) in pontificio pectore eeſeruatos, ita vt x. die martij anni MCCCCXXX. Dominicum Ram presbyterum tit. S. Ioannis & Pauli Martinus publicarit, Dominicum vero Capranicam diaconum S. Mariæ in vialata biennio poſt tantum promulgandum cum Cardinalibus pepigerit, de quo inferius. Nunc Anglorum, ad Gallorumque bella breuiter perſtringamus.

Duo Card. creati a Martino in arcano habiti,

Ancipiti & vario ſucceſſu a Carolo Francorũ Rege & Anglis certatum eſt: ad Crauantum enim Galli, ad Grauellam Angli cæſi [a]: tumultuario certamine pluribus in locis pugnatum, cædeſque maximæ in eo exitioſo bello patratæ. Plurium vrbium direptiones, vaſtitateſque agrorum deſcribit Monſtreletus, ac duces Betfordiæ, Britanniæ & Burgundiæ fœdus pro Gallica corona Angliæ coniungenda Ambiani pepigiſſe tradit [b]: Carolo autem VII. Regi natum fuiſſe Ludouicum filium Delphinum, qui poſtea paternis ſceptris ſucceſſit.

a Monſtrel. vol. 2. hoc ann. Paul. Aem. in Car. VII. Meye annal. Flandr. lib. 15. in Philip. & alij.

Ludou. XI. natalitia.

24 In Hiſpania inter Caſtellæ & Luſitaniæ Reges ſancitum fœdus [c] pactis ad viginti nouem annos inducijs, quibus lapſis nefas eſſet inferre bellum niſi id ante annum & dimidium indiceretur. Imminebat aliud bellum Caſtellæ. Coniecerat [d] in vincula Ioannes Rex Henricum Aragonium, qui ab illius ſorore nuptias, ipſa inuita, extorſerat, eundemque Regem in cuſtodia, vt vidimus, tenuerat; miſſoque oratore proximo ineunte anno Alfonſo Regi Aragonum, vt eum mulceret, ſignificauit [e] ſe ad id æquitate non impetu permotum fuiſſe. De Henrico libertati reſtituto extant Martini literæ [f] ad Petrum principem datæ, quibus gratulatur de amplificato Aragonici nominis ſplendore, cum non modo Henricus carcere laxatus, verum etiam Ioannes eius frater Nauarrica corona vxoris iure redimitus eſſet; tum hortatus, vt Alfonſum Regem Aragonum ipſius fratrem natu maximum in obſequio erga ſedem Apoſtolicam, imitandaque parentis religione confirmaret.

Inter Luſitanum & Caſtellanũ fœdus initũ.

b Monſtrel. vol. 2. hoc ann.

c Marian. lib. 20. cap. 13.

d Id. ibid. cap. 12.

e Ib. c. 14.

Henricus princeps reſtitutus libertati.

f Extant in m. s. cod. Alex. VII pag. 105.

Petro infanti Aragonum.

Dilecte fili ſalutem, &c. Vidimus libenter literas tuas, quibus ſignificas nobis pacem inter Caſtellæ & Aragonum Reges, liberationem infantis Henrici, & coronationem infantis Ioannis fratrum tuorum. De liberatione infantis Henrici audiuimus rem valde optatam nobis, & quæ gaudium attulit menti noſtræ: nam, vt noſti, ſæpius pro ipſius relaxatione interpoſuimus partes noſtras, eamque propter noſtram in ipſum charitatem ſolicite quæſiuimus, licet non is effectus, quem cupiebamus, fuerit ſubſecutus. Coronatio vero infantis Ioannis eſt nobis gratiſſima, certi etenim reddimur, quod ex hoc argumento regiæ dignitatis augebitur quoque deuotio tua erga nos & ſedem Apoſtolicam. Agamus igitur gratias Deo, qui bonorum omnium eſt fons & origo, qui quo magis hominem exaltat, eo maiori affectione colendus eſt, & maiori virtutum progreſſu dona per ipſum conceſſa firmanda ſunt & ſtabilienda in ſpiritu humilitatis & obedientiæ. Rurſus etiam ſanctam eam Regum concordiam laudamus, quæ placuit ſemper nobis cum inter ſingulos Chriſticolas, tum maxime inter regales. Vnde monemus paterna charitate nobilitatem tuam, vt fratrem tuum Regem Aragonum horteris & inducas, vt ſicut decet Reges & principem Chriſtianum pro honore, ac memoria inclyti patris ſui, & etiam ſuo ſuorumque noſter & Eccleſiæ filius eſſe velit, atque ita agat, vt a nobis & ſede Apoſtolica diligi mereatur. *Datum, &c.* appoſita ſunt ſuperioribus literis hæc verba: *Apud S. Mariam maiorem IX. auguſti pontificatus noſtri anno* VI.

Pontificis de eo lit.

25 Quod ad Ioannem Regem Caſtellæ attinet, ſummam ſui expectationem concitabat, quem Pontifex ad ornandam virtutibus regijs adoleſcentiam hiſce literis informauit [a].

Rex Caſtellæ ſui ſpes ingentes concitat.

a Lib. 9. brev. pag. 12.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Caſtellæ, & Legionis Regi illuſtri.

Si virtutes tuas, erga nos ac ſedem Apoſtolicam deuotionem literis laudare vellemus, aut noſtram erga perſonam tuam explicare beniuolentiam, multis verbis eſſet ſcribendum nobis, cum te tanta dilectione complectamur, quanta bonus parens ad obedientem filium habere ſolet, & virtutes tuæ tales dicantur, quales in optimo principe eſſe debent: nam præter laudabilem regendi diſciplinam, qua regnum gubernare te dicunt, multa audiuimus ab oratoribus tuis, quos ſæpius ad nos deſtinaſti, atque ipſi etiam experimur quotidie, de tuæ fidei deuotione, diuini cultus obſeruantia, ſumma reuerentia erga eccleſiam Dei & eius antiſtites, atque his ſimilia, quæ nomen tuum reddunt præ cæteris illuſtre ac præclarum; de quibus prolixe ſcribere omittimus, ne in rebus notis inſiſtamus. Tibi tamen tanquam ſolicitus & diligens filij pater ad mentem reducimus, magnam tibi impoſitam eſſe neceſſitatem bene agendi tam propter ipſum nomen regium, quod purum atque immaculatum in timore Domini conſeruari debet, tum vt vulgata de te per omnes fama, quam adoleſcens tibi peperiſti, & conſeruare ſtudeas, & per gratiam Dei, qui abunde tribuit recte petentibus, augere atque augmentare, vt quemadmodum virilis ætas adoleſcentiæ præſtat auctoritate & ſapientia, ita ſtudia & opera tua, quibus es deinceps vacaturus, principijs ſuis conuenientia maturioris prudentiæ & perfectioris, quoad fieri poſſit, eſſe videantur: ad quod te hortari atque incitare propter ſingularem in te affectionem noſtram nunquam defatigabimur; ſpectat enim ad nos potiſſimum, qui ſumus omnium Chriſtifidelium communis parens, vt cum ſingulos exhortemur ad colendum virtutem, tum maxime Reges & principes, ad quorum normam ſubditi viuunt: Rex enim bonus reliquos ad bonitatem impellit exemplo ſuo, malus verò ad malitiam trahit.

Vrgetur ad regias virtutes conſectandas.

vt probitatis exempla diffundat in ſubditos.

Itaque enitaris oportet, fili chariſſime, omni cura, vt opinionem de te, ac virtutibus tuis conceptam ita diligenter cuſtodias, vt regnicolæ tui Deo gratias agant, qui te talem principem eis dedit, cuius moderamine corporum quietem ac pacem, animarumque ſalutem conſequantur; & ſancta mater Eccleſia gaudeat ſe filium habere egregium ac præſtantem, qui eam virtute ſua ornare poſſit & tueri. Hæc paucis ad te curauimus ſcribenda, vt cognoſcas nobis eſſe chariſſimum te talem fore, qualem & cæteri prædicant & nos optamus; atque intelligas nihil gratius eſſe nobis futurum, quam prout cœpiſti in via mandatorum Domini totis viribus perſeueres: quæ & nonnulla alia noſtrum & Apoſtolicæ ſedis honorem & ſtatum concernentia, vt tibi latius explicentur, dilectum filium nobilem virum Ioannem de Orlandis de Genezano domicellum, familiarem & oratorem noſtrum ad ſerenitatem tuam præſentialiter deſtinamus, cui placeat in his, quæ eidem ſerenitati referet ex parte noſtra, adhibere credentiæ plenam fidem. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* VI.

Promiſſa illi paterna officia.

Hacte-

26 Hactenus de occidentalibus rebus nunc orientales perſtringamus. Tradit m. s. diarij Veneti auctor [a], hoc anno Delphinum Venerium Peloponenſium oratorem ad ſenatum retuliſſe, Conſtantinopolitanum Imperatorem defunctum, ſcilicet ſuperiori anno, filioque Caloioanni imperium ſummas in anguſtias adductum reliquiſſe; relatum etiam ad ſenatum ab eodem Veneto oratore Theſſalonicenſes de ſanciendo cum Turca fœdere egiſſe, ac ſi ille propoſitas pactiones reiecisset, ipſos ad Venetos inclinaturos: Caramanum expeditionem ingentem in Peloponeſum adornaſſe, vt illam tyrannidi ſuæ ſubijceret, perſuaſiſſeque, vt nonnullæ triremes inſtructæ a Venetis in archipelago barbaris traiectum intercluderent: additque ſignificatum poſtea ſenatui, viginti Turcarum millia irrupiſſe in Peloponeſum, ingentemque vaſtitatem feciſſe: in quibuſdam tamen locorum anguſtijs profligatos, prædamque ijs ereptam fuiſſe.

a Diar. m. ſ. Venet. hoc ann. Actum in ſenatu Veneto de cuſtodiendo Peloponeſo.

Eodem anno [b] Peloponeſiaci deſpotæ orator ſenatus Veneti imperio & clientelæ decima iulij die Theſſalonicam ſubiecit, ne Turcicæ ſeruitutis iugum accipere cogeretur, cum ad eam tuendam viribus impar eſſet. Tradit præterea auctor, de quo paulo ante memoraui, Conſtantinopolitanum Imperatorem Caloioannem Imperatoris proxime demortui filium decimaquinta decembris huius anni die Venetias applicuiſſe, exceptumque honorificentiſſime ab ſenatu; veniſſe vero, vt triremes, ac ſubſidiarium aurum poſceret: deinde ad Pontificem ac principes occidentales ſe contuliſſe, auxilia ab ipſis imploraturus, ne Conſtantinopolitanum imperium nomenque Chriſtianum a Turcis deleretur: Amurates enim victo Muſtapha, quem tuebantur Græci, vt Turcicum imperium diuiderent, Adrianopoli erat potitus [c].

b Idem m. ſ. citat. ibid. Theſſalonica a Græcis dedita Venetis.

Caloioannis in occidentem aduentus ope efflagitando opt.

c Muſulmam. hiſt. lib. 13.

27 Hoc anno Deus inſigni miraculo demonſtrauit, quam grata ei ſit eleemoſyna, viſuſque eſt liberalitate certare cum ſuis ſanctis, dum quo plus pecuniarum illi eius amore effundunt, plus ipſe multiplicato fœnore ijſdem refundit; Patet huius rei egregium exemplum in beata Lidduina virgine, quod narrat Thomas a Kempis [d]: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCCXXIII. *frater huius virginis Vvilhelmus Petri defunctus eſt, & reliquit debita quadam, quæ filij eius perſoluere nequibant: quod cum virgo clementiſſima percepiſſet venditis clenodijs ex hereditate matris ſibi relictis ad octo libras Hollandiæ, pretium collegit, & in denarios vnius monetæ, quos melius cognoſcebat permutari fecit, ac in burſa penes ſe collocauit. Quodam igitur die adueſperaſcente aduocauit Nicolaum cognatum ſuum ſecum commorantem, miſitque per manum eius ad ſoluendum ſingulis debitoribus debita fraterna, vbi eos ſciebat commorari: Perſolutis itaque debitis omnibus, quæ noueras perſoluenda, iuſſit Nicolao, vt burſam inſpiceret, ſi quid in ea remanſiſſet: qui certiſſime reſpondit multam pecuniam in ea fuiſſe mox illa iuſſit, vt eandem numeraret: cumque numeraſſet dixit priores octo libras ſe inueniſſe & adhuc ſupereſſe. Tunc prohibuit eam amplius numerare & gratias agens Deo ſuper mirabili dono eius, de cætero ſtatuit burſam illam burſam Ieſu nominari, & quod ex ea pauperibus debeant neceſſaria dari. Ex hac ergo liberaliter egentibus diſtribuebat quando alias pecunias non habebat: ſi vero interdum aliquas pecunias vel proprias vel per eleemoſynas ſuſceptas habebat, illas primitus dabat; quando autem alias non habebat, ex hac burſa Ieſu tam large erogabat, quod parum in ea remanſit. Prouidebat tamen omnipotentis Dei miſericordia, quod ſemper ad vſum pauperum omnis ſufficientia in ea redundaret, quemadmodum ad verbum Eliæ lecythus olei in domo viduæ non deficiebat. Tradiditq; etiam nonnumquam alicui ex ſpecialibus amicis ſuis hanc pecuniam numerandam, qui cum ſecundo vel tertio eam numeraſſet, inuenit ſemper eandem vltra tres vel quatuor aut quinque nummos creuiſſe; ſolutis igitur ex hac burſa fratris ſui debitis, pluſquam quadraginta libras ex eadem diſtribuit, ſicut aliquibus ſecretiſſimis amicis ſuis reuelauit.*

Diuinæ liberalitatis exemplum inſigne.

d Thom. a Kemp. in vit. S. Lidduin. c. 20 & ex eo Sur. tom. 2. die 14. april.

Pecunia inexhauſta, quæ in nomine Ieſu diſpertit.

IESV CHRISTI

Annus 1424.

MARTINI PP. V. Ann. 7. SIGISMVNDI REGIS ROM. AN. 14. IO: VII. PALÆOL. IMP. OR. AN. 1.

1 INeunte anno a virgineo partu vigeſimoquarto ſupra mille quadringentos indictione ſecunda, cum ob ciuilia bella, quæ in pluribus regnis vigebant, exiguus præſulum numerus ad Senenſem ſynodum ſe contuliſſet, turbæque a nouarum rerum cupidis infeſtiſque ſedis Apoſtolicæ dignitati cierentur Alfonſi Regis Aragonum ſtudio conſilijſque [a], Martinus Ioannem Coutrerinum Toletanum archiepiſcopum Hiſpaniarum primatem excitauit, vt tuendæ ſacroſanctæ Eccleſiæ maieſtati ſtrenuam operam daret.

a Mart. lib. 5. ep. cur. pag. 11. Turbæ in Concil. Senenſi excitatæ.

Martinus, &c. Quamquam [b] venerabiles fratres noſtri archiepiſcopi & prælati in generali concilio conſtituti pro ſtatu proſpero vniuerſalis Eccleſiæ atque noſtro, & conſeruatione libertatis eccleſiaſticæ curis, vigilijs laborare & diligenter intendere teneantur, tu tamen, quem Hiſpaniarum primatem eſſe tenemus & aſſerimus, & propterea quemadmodum iampridem in noſtra curia experientia docuit, dilectis filijs noſtris & Apoſtolicæ ſedis notarijs, qui prælatis alijs præferuntur, præferebaris, ſicut in concilio eiuſque ſeſſionibus & alijs locis publiciſque præferens, eo debes feruentius animari & vigilantius intendere ad omnia concernentia ſtatum Eccleſiæ, atque noſtrum, quo propter huiuſmodi primatiam excellentiori titulo dignitatis fore dignoſceris inſignitus. Quocirca fraternitatem tuam, quam fide feruentem, in bene gerendis rebus dicti concilij circumſpectam eſſe non dubitamus, requirimus & hortamur, vt cum Hiſpaniarum primas exiſtas, ſicut prudenter agis iuxta datam tibi a Domino ſapientiam, illa omnia in eodem concilio circumſpicias, conſulas & prouideas, quæ pro felice ſtatu Romanæ eccleſiæ honoreque noſtro, & Apoſtolicæ ſedis tibi neceſſaria vel vtilia videbuntur, & quæ ad laudem Dei & pacem Chriſti fidelium noueris pertinere. *Datum Romæ apud S. Petrum non. ianuarij pontificatus noſtri anno* VII. hoc nimirum in quem is incidit, non quo collocat Ioannes Mariana [c].

b Extant hæ lit. apud Marian. l. 20 de reb. Hiſpan. c. 14. Ad eas ſedandas excitatus Toletanus archiep.

2 Repreſſæ ſunt ſeditioſorum Martini odio ſchiſmaticis fauentium molitiones, ac Petri e Luna memoria vna cum impieratis ſchiſmaticæ ſucceſſore Ægidio Munione eiuſque ſectatoribus damnata eſt hac ſanctione [d]: *Hæc ſancta ſynodus ſententiam damnationis & condemnationis in perſonam damnatæ memoriæ Petri de Luna olim Benedicti XIII. in ſua obedientia nuncupati, ſchiſmatici & hæretici pronunciati per ſacrum Conſtantienſe concilium, & inhibitionem factam omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus ſub pœnis fautoriæ hæreſis & ſchiſmatis, ac priuationis omnium beneficiorum, dignitatum, & honorum eccleſiaſticorum ac mundanorum, & alias pœnas iuris infligendo, prout in dicta ſententia præfati concilij, cuius totum tenorem hic haberi vult & habet pro ſufficienter expreſſo, latius continetur, ratam & gratam habens, eiuſque executionem continuare volens, decreuit,*

c Marian. vbi ſupr. Damnata Petri e Luna memoria.

d Extant inter acta Senen. concil.

Digitized by Google

nit, ſtatuit, & declarat, omnes & ſingulos poſt obitum dicti Petri de Luna continuantes ſeu perſeuerantes in credulitate vel obſeruantia erroris & ſchiſmatis eiuſdem Petri ſic, vt præmittitur, damnati, vel ius aliquod ab eo in eos directe vel per indirectum deriuaſſe aut deriuari potuiſſe prætendentes, ſeu in vicem eius ſuccedentes, eorumque receptatores, defenſores, & fautores, cuiuſcumque ſtatus, præeminentiæ, vel conditionis exiſtant, etiamſi pontificali, cardinalatus, imperiali, vel regali, aut alia quacumque eccleſiaſtica vel ſæculari præfulgeant dignitate; omneſque & ſingulos eiſdem conſilijs auxilijs, vel fauoribus aſſiſtentes vel receptantes, nec non quæcumque victualia, ſpecies aromaticas, pannos, ſed & plumbum, pulueres, bombardas, vel arma ſeu inſtrumenta bellica ſeu res alias quaſcumque eis adducentes ſiue alia quæcumque negotia vel commercia, publice vel occulte facientes cum eiſdem; eos etiam, qui ſcienter per dominia, terras, diſtrictus vel loca ſua ditioni ſubiecta præmiſſa in toto vel in parte præfatis hæreticis adduci vel apportari, vel ſubditos ſuos cum eis negotiari permiſerint, fore obnoxios atque ligatos pœnis & cenſuris in dicta ſententia contentis: cum etiamſi noui erroris inuentores non ſint, alieno tamen facinori prædamnato ſuam communionem immiſcuerunt, nullo eiſdem exceptionis, immunitatis, priuilegij, ſtatuti, vel conſuetudinis præſidio ſuffragante. Per hanc tamen approbationem & declarationem, ſtatutum ſiue decretum non intendit priuilegijs, habilitationibus, declarationibus quibuſcumque perſonis, per ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam Martinum V. conceſſis & concedendis, præiudicium generare, ſeu in aliquo derogare. Perculſus hac alijſque ſententijs Ægidius Munio antipapa mimicus, veritus ne in Paniſcolenſi ſpelunca a fidelibus comprehenderetur, ad Eccleſiæ gremium redire optabat; ſed illum Alfonſus Aragonum Rex a pia voluntate reuocauit [a], confirmauitque in audacia, de quo grauiſſime apud Ioannem Regem Caſtellæ conqueſtus eſt Martinus. Qui ſuperius Senenſis concilij edictū in ſchiſmaticos corroborauit, ac memoriam Petri e Luna ſuperiore anno defuncti eiuſque ſtudioſorum peruicaciam dānauit.

Anathemate percuſſi Lunæi.

Antipapa tertius.

a Mart. l. 9. breu. p. 3.

Confirmatus in ſagitto ab Alfonſo.

3 Agitatum [b] præterea eſt, vt antea in Conſtantienſi concilio, de Græcis in ſinum Eccleſiæ reuocandis, lectæque Imperatoris literæ, quibus cum ille ob Turcarum hoſtiles impreſſiones redintegeandæ coniunctioni orientalis eccleſiæ commodam dari operam nō poſſe affirmarit, cenſuit ſynodus rem tantæ molis non intermittendam, atque vbi feliciora veniſſent tempora, omni contentione vrgendam edixit.

Actum de Græcis ad eccleſiam cathol. reducendis.

b Acta Senen. concil.

De Bohemica impietate excindenda datę ſunt a Pontifice, nec non a concilio & Cardinalium collegio ad Poloniæ Regem, ducem Lituaniæ, ac principes imperij literæ [c], vt proxima æſtate vires cum Sigiſmundo Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Rege coniungerent. His de rebus ad finem ſpectantibus conſtitutis, de eccleſiaſtica diſciplina & Chriſti fidelium moribus in primæuum decus reſtituendis agendum erat: ſed cum ob turbas in ſynodo excitatas ſaniora explicari conſilia non poſſent, Pontifex eam rem ad ſedis Apoſtolicæ curam reuocauit, dimiſitque concilium, de quo ad Ioannem Conuentrium Toletanum archiepiſcopum hæc ſcripſit [d].

De hæreticis Bohemis opprimendis.

c Lib. vlt. breu. pag. 19. & in alio lib. breu. pag. 9. & 17.

d Lib. vlt. breu. pag. 48.

Ad archiepiſcopum Toletanum.

Voluiſſemus, vt per te alios optime ſentientes cum ea grauitate & libertate, qua in re tali conueniebat, agi potuiſſet de reformatione vniuerſalis Eccleſiæ in Senenſi concilio: ſed poſtquam tanta rerum perturbatio ſecuta eſt, vt vidiſti, in animo nobis eſt hanc reformationis materiam non relinquere, ſed ad proſecutionem debitam intendere in curia noſtra: in quo ſancto opere te optaremus eſſe præſentem; ſed cum tibi neceſſarium ſit tuam eccleſiam viſitare, & ad ipſius regimen prudentiæ tuæ commiſſum curas tuas cogitationeſque dirigere, contenti erimus, vt ſatisfacias muneri, ad quod ſpecialiter es vocatus a Domino, hortantes nihilominus ipſam fraternitatem tuam, vt in quibuſcumque locis tua vox tuaque valebit auctoritas, laborare non tædeat pro honore & Romanæ eccleſiæ dignitate, ſicut in deuotione tua plene confidimus & ſperamus. *Dat. &c.*

Oborta in Concil. Senenſi ingens perturbatio.

Monitus archiepiſc. vt diſciplinam reſtituant.

Perfecit mox promiſſa Pontifex, Antonium enim epiſcopum Portuenſem, Petrum tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum; & Alfonſum S. Euſtachij diaconum Cardinales deſignauit [a], ad quos vniuerſi fideles referrent, quæ cenſura caſtiganda vel in meliorem ordinem redigenda viderentur; qua de re encyclicæ hæ literæ exaratæ.

Rom. curiā componere aggreditur Mart.

a Lib. 5. ep cur. p. 12.

Martinus, &c. Ne propter diſſolutionem eiuſdem concilij [nimirum Senenſis] reformatio vniuerſalis Eccleſiæ & Romanæ curiæ impediatur aut retardetur, quam expediri in ipſo concilio libentiſſime vidiſſemus, ſi debite fieri potuiſſet, & quam omnino proſequi & finire intendimus in omnibus ſuis membris, venerabilem fratrem Antonium epiſcopum Portuenſem, & dilectos filios, Petrum tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum, ac Alfonſum S. Euſtachij diaconum Cardinales ſuper hoc & ad recipiendum a quibuslibet dare volentibus informationes, inſtitutiones & alia, quæ pro huiuſmodi reformatione eis vtilia vel neceſſaria videbuntur, duximus deputandos: quæ ideo ad notitiam veſtram deducere decreuimus per præſentes, vt præmiſſorum omnium veram certitudinem habeatis, ne propterea quiſquam exiſtimet nos reformationem Eccleſiæ & Romanæ curiæ velle negligere aut differre, ad cuius proſecutionem iuxta paſtoralis officij debitum ſumus feruentiſſime animati, & ſi qui ſint, quibus Deus aliqua pro ipſa reformatione ſalutaria inſpirauerit, illa præfatis Cardinalibus in ſcriptis exhibeant, quod nos ſemper gratum habebimus, vt tandem omnibus collectis in vnum, quæ ad reformandum ſtatum eccleſiaſticum & eandem curiam facere videantur, quod principaliter affectamus, pro ſalute fidelium animarum, pro conſeruatione libertatis eccleſiaſticæ, pro quieto ſtatu populi Chriſtiani, maturius & conſultius ad expeditionem reformationis eiuſdem procedere valeamus. *Dat. Romæ apud S. Petrum IV. id. martij pontificatus noſtri anno VII.*

Cardinales deſignat in id opus.

4 Vt autem cæteris exemplo prælucerent Cardinales, atque ad ſuſtentandam vniuerſæ Eccleſiæ rerum molem aptiores eſſent, leges has ipſis impoſuit, quas ex tabulario Vaticanæ eccleſiæ ſe deprompſiſſe refert Felix Contelorius [b]: *Cardinales munditie vitæ alios præcellant, ac ſobrie, iuſte pieque viuant, non ſolum a malo, ſed a ſpecie mali ſe abſtineant, pœnam in aliorum exemplum ſubituri, ſi vitam ſuo ſtatui minime congruentem ducere comperti fuerint. Humilitatem continuo exerceant, prælatoſque benigne ac honorifice pertractent ſecundum diuerſitatem ſtatuum eorundem. Domi ſuæ ſe bene præeſſe oſtendant, familiamque tam clericorum quam laicorum honeſtam honeſtiſque veſtibus incedentem induant, ſacerdoteſque & leuitas in teſtimonium bonum ſecum habeant. Protectiones Regum, principum, comitum, aliarumque perſonarum ſæcularium non aſſumant, aſſumptaſque non exerceant, vt liberius ipſi ſanctiſſimo in conſilijs, ac alijs actibus valeant aſſiſtere. Pro ordinum religionum*

Leges Cardinalibus datæ.

b Contelor. in vita Martin. V.

A malo & mali ſpecie abſtinere iuſſi.

Patrocinium Regum & principum abijciunt.

quo-

Digitized by Google

quorumcumque aut perſonarum particularium protectione nihil pecuniæ percipiant etiam a ſponte offerentibus. Nullas ſupplicationes ipſi ſanctiſſimo præſentent niſi pro pauperibus, vel pro perſona ſua, ſeu ſeruitorum, conſanguineorum, vel affinium, aut familiarium ſuorum. Non ducant ſecum vltra viginti familiares equites clericos & laicos continuos commenſales, cum ad palatium equitant, vel ſe ipſos viſitant, vel alio in loco conueniunt. Non portent in præſentia Papæ cappam vel aliam veſtem ſuperiorem coloris rubei. Procurent reparationem eccleſiarum ſuorum titulorum iuxta poſſe ſuum, in uſque diuinum cultum per religioſos deuotos ac honeſtos clericos perfici ac augeri faciant, ne ſanctiorum loca, in quibus ipſi commode reſidere nequeunt, per negligentiam deſerta remaneant. In eccleſijs ac monaſterijs ſibi commendatis abſque excuſatione congruum numerum canonicorum vel monachorum pro diuinis officijs celebrandis habeant, ædificiaque, poſſeſſiones, & iura in ſtatu conuenienti conſeruent. Hæc nullius temporis nota conſignata hoc loco a nobis non importune inſerenda viſa ſunt.

Definitus familiæ numerus.

Inſtaurare eccleſias iuſſi.

Diuinum cultum in commendatis eccleſijs curare.

5 Quamuis vero a Martino ad ſubmouenda Romanæ curiæ vitia ſtudioſa nauata ſit opera, haud ita tamen ſucceſſiſſe res viſa eſt, quin per eam ſpeciem præſules, qui ad Baſileenſe poſtea concilium conuenere, turbas conciuerint: inſtaurarintque ſchiſma, vt ſuo loco videbimus. Indicta porro eſt Baſileenſis ſynodus decimanona februarij huius anni die in Senenſi concilio [a], vt demonſtrant acta eiuſdem concilij, quod præſides apoſtolici vigeſima ſexta eiuſdem menſis februarij dimiſere, ac publicis literis patribus, vt ad ſuas redirent diœceſes ſeptimo martij die edixere prohibuereque intentatis grauiſſimis pœnis tum iis, tum Regum ac principum oratoribus, ne vllos celebrarent conuentus, quibus Senenſe concilium diſſolutum renouare vel propagare viderentur: quorum decretum Martinus hiſce literis ratum habuit [b].

Indicta Baſileenſis ſynodus a Senenſi.

a Acta concil. Senen. & concil. Baſilien.

b Lib. 5. ep. cur. p. 11.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad ſacram Petri ſedem diuina diſpoſitione vocati ad ſalutem, tranquillitatem, & pacem totius gregis dominici nobis crediti iuxta paſtoralis officij debitum curis vigilibus libenter intendimus, & iis, quæ pro quieto ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ & reipublicæ Chriſtianæ mature & ſapientiſſime geſta ſunt, vt illibata permaneant, libenter adiicimus apoſtolici roboris firmitatem. Nuper ſiquidem venerabiles fratres Petrus archiepiſcopus Cretenſis & Iacobus epiſcopus Spoletanus, ac dilecti filij Petrus abbas monaſterij de Roſacio ordinis S. Benedicti Aquileienſis diœceſis, nec non Leonardus de Florentia ordinis fratrum Prædicatorum generalis magiſter nuncij noſtri Senenſi generali concilio præſidentes ad audientiam noſtram deducere curauerunt, quod pridem ipſi, matura deliberatione præhabita cum doctoribus & magiſtris aliiſque ſapientibus & prudentibus viris diuerſarum nationum, qui ad ciuitatem Senenſem cauſa concilij acceſſerant, & vſque tunc permanſerant in eodem, ad quod neque prælati & cæteri, qui huiuſmodi concilio intereſſe debebant, per nouem menſes vel circiter expectati, in tanto numero conuenerant, quantum rerum agendarum pondus & magnitudo requirere videbatur, ipſorumque prælatorum & aliorum paucitate penſata, animaduertentes, quod plures ex illis, qui ad concilium ipſum venerant, inde neceſſitate coacti receſſiſſent, quam veniſſent ad illud, ſicut quotidie recedebant, nec eſſet ſpes aduentus aliorum ſine longo temporis interuallo, & propterea inter ſe præmiſſa prouide & mature conſiderantes, ac ſentientes ex longa mora & protelatione dicti concilij diuerſa & grauiſſima pericula non ſolum ſtatui vniuerſalis Eccleſiæ, verum etiam toti Chriſtianitati quamplurimum nocitura veriſimiliter imminere, & (quod dolenter referimus) in eadem ciuitate per nonnullos tales modi indecentes & inhoneſti in proſecutione concilij tenebantur, quod neque ibi ſeſſio publica teneri, neque concluſa & concordata poterant expediri & publicari, ex quibus optata Eccleſiæ reformatio iuxta deſiderium cordis noſtri, præmiſſis obſtantibus, nequibat cum libera prælatorum conſultatione compleri &, ne his omnibus mature digeſtis & ponderatis eiuſdem concilij diſſipatio abſque deputatione & aſſignatione loci pro futuro concilio iuxta determinationem ſanctæ Conſtantienſis ſynodi ſequeretur, ciuitatem Baſilienſem pro loco futuri concilij, inde ad ſeptennium auctore Domino celebrandi, de voluntate pariter & aſſenſu prælatorum, magiſtrorum, doctorum, nationum & aliorum prædictorum, ſeu longe maioris partis eorum, elegerunt, deputarunt, & etiam aſſignarunt; & ſucceſſiue præſidentes præfati ex præmiſſis & certis alijs legitimis & rationabilibus ſubſiſtentibus cauſis die vigeſima ſexta menſis februarij proxime præteriti præfatum concilium diſſoluerunt, ac huiuſmodi diſſolutionem die ſeptima præſentis menſis per eorum patentes literas affixas in valuis Senenſis eccleſiæ publicarunt omnibus, qui in virtute præſtiti iuramenti vel alias ad generalia concilia venire conſueuerunt, ad propria redeundi vel alibi accedendi plenam & liberam licentiam concedentes, ac mandantes venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis & epiſcopis, ac dilectis filijs abbatibus, ambaxiatoribus, & cæteris perſonis cuiuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſterent, qui ad ipſum concilium conuenerant, quatenus ex tunc in poſterum nulli eorum vel nationaliter ſe congregarent, vel procederent ad aliquem actum, per quem quouis modo ipſum concilium ſic, vt præmittitur, diſſolutum continuare viderentur; quod ſi quis eorum in præmiſſis auſu temerario foret continuaturus vel rebellis, aut diſſolutionem prædictam impugnaret, aut nullam ipſam duceret, ſeu eam irritam allegare volentibus præſtaret auxilium, conſilium, vel fauorem, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſterent, etiam ſi patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, aut quauis alia dignitate fulgeret, excommunicationis ſententiam incurreret ipſo facto; inferiores vero beneficiati, qui contra huiuſmodi diſſolutionem facerent, ſeu contra ipſam aliquid attentare præſumerent, vltra dictam pœnam quam, ſi contra facerent (vt præfertur) incurrerent, eorum dignitatibus & beneficijs perpetuo priuati exiſterent eo ipſo, & eſſent etiam inhabiles ad beneficia in poſterum obtinenda, prout in dictis literis plenius continetur: quare præſidentes prædicti nobis humiliter ſupplicarunt, vt loci electioni, deputationi, & aſſignationi, nec non concilij huiuſmodi diſſolutioni & literis prædictis pro ipſorum ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolicæ confirmationis adiicere paterna diligentia dignaremur.

Præſidum Senenſis Concilij querimonia.

Pauci præſules interfuere.

Libertas concilij Senenſis labefactata.

Baſilea indicta ſynodus.

Conceſſa abeundi facultas.

Vetiti haberi alij conuentus.

Nos igitur attendentes præmiſſa omnia multa cum prudentia, maturitate, & ſapientia neceſſario proceſſiſſe, loci electionem, deputationem, & aſſignationem, nec non concilij diſſolutionem & literas prædictas omniaque in eis contenta, & quæcumque inde ſecuta rata habentes & grata, illa de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate apoſtoli-

Concilij diſſolutio a Martino confirmata.

ſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ac volumus & mandamus præmiſſa omnia iuxta ipſorum continentiam ſub pœnis prædictis, quas contra facientes ipſo facto incurrant, ab omnibus Chriſti fidelibus acceptari & inuiolabiliter obſeruari, mandantes ex nunc & etiam iniungentes in virtute præſtiti iuramenti præfatis & alijs venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis & epiſcopis, ac dilectis filijs electis cæteriſque locorum ordinarijs, vt præſentes literas in eorum eccleſijs publicari faciant, & ad notitiam deducere ſtudeant quorumcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum IV id. martij pontificatus noſtri anno* VII.

6 Miſſum fuiſſe Senas cum Leonardo Datho Dominicum e Capranica, qui Pontifici a ſecretis erat, ad diſſoluendum Senenſe concilium, cum in eo obortæ eſſent lites de auctoritate Pontificis & concilio, eo quod decretum Conſtantienſis concilij in alienum ſenſum referretur, indicat Ioannes Baptiſta Poggius a, tum ſubdit: *Eo igitur vbi ventum eſt, ſua prudentia effecerunt, vt omiſſa eius rei mentione id in ciuitate Germaniæ Baſilea ſeptennio poſt conuenturum indicerent.* Extant ea de re Martini ad Baſileenſes literæ, quibus ipſos de ſoluto Senenſi concilio, deque ingenti honore ipſorum vrbi delato certiores fecit b, in qua ſolemnes epiſcoporum totius orbis conuentus celebrandi eſſent; namque decretum patrum Senenſium ratum habitum ab ſede Apoſtolica fuiſſe, tum ad pontificium nomen colendum, & eccleſiaſtici ordinis tuendam dignitatem ipſos eſt cohortatus.

a Pogg. in vit. Card. Firm.

b Lib. 9. breu. p. 7. Commendat Sol... de celebrando ſynodo Baſileæ.

Dilectis filijs proconſulibus, conſulibus, & communitati ciuitatis Baſilienſis ſalutem.

Dudum præſidentes per nos in ſacro Senenſi concilio deputati, prouide conſiderantes iuxta decretum concilij Conſtantienſis circa electionem loci futuri conſilij vna cum conſilio ac deliberatione prælatorum ac reliquorum ſapientum virorum, qui ad bonum publicum vniuerſalis Eccleſiæ intendebant, ciuitatem veſtram Baſilienſem pro huiuſmodi futuro concilio, quod infra ſeptennium celebrari debet, elegerunt. Præmeditantes enim primo fructum ex hac re in Eccleſia Dei prouenturum, dein reſpicientes ad integritatem veſtræ fidei, maturitatem conſilij in rebus agendis, prudentiam & grauitatem, ac præſertim ad ſingularem deuotionem, quam ad Sacroſanctam Romanam eccleſiam geritis & perſonam noſtram, ciuitatem veſtram maxime dignam præ cæteris ſtatuerunt, in qua cum pace, & quiete tranquilla omnium ad eam confluentium poſſet teneri futurum concilium pro ſtatu Eccleſiæ & orthodoxæ fidei augmento. Nos quoque illa metnobiſcum penſantes, confiſi de bonitate veſtra & erga nos affectione apud omnes comprobata, electionem ipſam loci tanquam commodam omnibus Chriſtianis & nobis acceptam per noſtras literas ratificauimus, approbauimus & etiam confirmauimus: nam certi reddimur, quod mediantibus veſtris conſilijs, vigilantia, & virtute pax ſimul & abundantia adeo vigebunt in ciuitate præfata, quod qui ſe ad dictum concilium conferent, prudentiam eorum, qui talem locum elegerunt, merito laudabunt.

Baſileæ[?], vt pacem in ea vrbe ſouerent.

Hoc ergo, filij nobis dilecti, cum exiſtimemus ad commodum & honorem veſtrum & totius Chriſtiani populi vtilitatem, cooperante Altiſſimo, cedere debere, notificare voluimus deuotioni veſtræ, rogantes atque exhortantes in Domino vt, ſicut decet deuotos ſanctæ matris Eccleſiæ filios, veſtra bona opera ita luceant coram hominibus in protegendo, ac defendendo ſtatum & honorem Eccleſiæ, ac noſtrum, in conſeruando iura eccleſiarum, perſonas eccleſiaſticas honorando, ac permanendo in ſolita veſtrorum cordium puritate, vt merito digni fuiſſe videamini, quorum ciuitas potiſſime eligeretur ad comitium celebrandum: nam ita agendo & homines redditis propter bonas actiones veſtras ad veniendum ad ipſum concilium promptiores, & præter humanam laudem conſequemini præmia laudis æternæ, quæ ſunt a Deo benefacientibus conſtituta. *Dat. Romæ apud S. Petrum IV. id. aprilis anno* VII. Duxere ſummæ gloriæ Baſileenſes ipſorum vrbem, in qua proxima ſynodus œcumenica cogeretur, deſignatam fuiſſe, neque ijs omni officiorum genere ac Romanæ eccleſiæ obſeruantia defuturos ſpoponderunt. At de ſynodo Baſileenſi inferius: iam reliqua proſequamur.

7 Excindendæ hæreſeos ſtudio adductus Pontifex Ortacum e Torrente ordinis prædicatorum in Biſuntina & Lauſanenſi diœceſibus inſectandis hæreticis præfecit a cum etiam accepiſſet nonnullos Fraticellorum nefarios frutices ſubnatos in Piceno, quamuis antea falce apoſtolica ſucciſi viſi eſſent, Petro abbati Roſatienſi, qui Senenſi concilio Pontificis nomine vna cum tribus alijs nuntijs præfuerat, præcepit b vt nullo dignitatis vel ordinis diſcrimine obfirmatos in ſcelere meritis pœnis afficeret, redeunteſque ad gremium Eccleſiæ in gratiam cum Deo reſtitueret.

a Lib. 5. ep. cur. p. 8. Cenſores fidei in varijs prouincijs conſtituti.

b Ibid. pag. 74.

Dilecto filio Petro abbati monaſterij de Roſacio Aquileienſis diœceſis in prouincia noſtra Marchiæ Anconitanæ pro nobis & Romana eccleſia in temporalibus rectori.

Cum te iam pridem ad prouinciam noſtram marchiæ Anconitanæ pro nonnullis noſtris & Romanæ eccleſiæ arduis negotijs & pro pace & tranquillitate prouinciæ prædictæ duxerimus deſtinandum, prout in literis inde confectis plenius continetur; & poſtea informati fuerimus, quod in dicta prouincia nonnullorum, qui Fraticelli de opinione vulgariter nuncupantur, damnata congregatio fiat, aduerſus quos defectu facultatis tibi ſuper eos non conceſſæ pro catholicæ fidei augmento vtiliter prouidere non poſſis; & intendentes, vt contra huiuſmodi Fraticellos hæretica prauitate pollutos eo vtilius & felicius executionem facere poſſis, quo per ſedem Apoſtolicam maiori auctoritate te noueris communitum, diſcretioni tuæ quaſcumque perſonas vtriuſque ſexus eccleſiaſticas & ſeculares vbilibet per tui rectoratus terminos conſtitutos, & alias de quibuſcumque partibus ad te venientes cuiuſcumque ſtatus, præeminentiæ, dignitatis, ordinis, gradus, vel conditionis extiterint, quæ a ſaluriferis documentis & doctrina catholicæ fidei deuiantes, damnatas hæreſes & errores, ac ſuperſtitioſa dogmata hæreticorum prædictorum & quorumlibet aliorum hactenus tenuerunt, ac illis adhæſerunt & fauerunt publice vel occulte, ſeu illis præſtiterunt auxilium, conſilium, & fauorem, ſi ad cor reuerſæ fuerint & ſuum humiliter recognoſcentes & confitentes errorem ad noſtram & eccleſiæ Romanæ deuotionem & fidem Chriſtianam redire voluerint, etiamſi perſonæ ipſæ vel earum aliquæ alias in ſimiles hæreſes relapſæ & errores abiuraſſent & abnegaſſent ſemel vel pluries, ſi hoc humiliter petiuerint, ad Apoſtolicæ ſedis gremium noſtramque & ipſius eccleſiæ obedientiam per te vel alium reducendi & reuocandi, ipſaſque abiuratione præuia ab omnibus

Fraticellorum hæreſ in Piceno

Ad Eccleſiæ gremium redeuntes venia propoſita.

excom-

Digitized by Google

excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, in quas præmiſſorum occaſione quomodolibet incurrerint, etiam ſi abſolutio huiuſmodi eſſet diſpoſitioni apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata, auctoritate noſtra abſoluendi in forma Eccleſiæ conſueta, iniunctis eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & alijs quæ fuerint iniungenda [nonnulliſque interiectis, quibus rite expiatos priſtinæ famæ, honoribuſque & iuribus auctoritate pontificia reſtituere, omneſque cenſuras diſſoluere iubet,] plenam & liberam auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem XIV. kal. octobris pontificatus noſtri anno VII.*

Principum conſilia de Bohemis hæreticis opprimendis.

8. Compreſſi leui conatu fuere Fraticelli, cum pauciores mulierculas & aliquot agreſtes ac ſimplices tantum infeciſſent: maiorem vero longe ſuſtinuit Pontifex curarum molem, vt Bohemos, qui duce Ziska ſuccincti armis furebant, reprimere niteretur. Concitarat iam in eos ſuperiori anno, vt vidimus, finitimos Reges, conſtitutumque fuerat, vt Daniæ, Noruuegiæ, & Sueciæ Reges coniunctis viribus, Vuladiſlaus Poloniæ Rex, Vuitoldus dux Lituaniæ, Sigiſmundus Romanorum, Hungariæ, ac Bohemiæ Rex, dux Auſtriæ, & marchiones Miſniæ diuerſis partibus, inito ſacro fœdere, in impios illos irruerent: ſed tanti apparatus euanuerant [a]: qua fama permotus Martinus iterum Sigiſmundum Regem incitauit, vt ſacram expeditionem inſtauraret, fecitque certiorem a ſe & collegio Cardinalium, ac patribus Senenſis concilij Regem Poloniæ, Lituaniæ ducem, vniuerſoſque imperij principes ſolicitari, vt in ſacra arma conſurgerent, attolleret itaque cruceſignata vexilla; maximam enim gratiam apud Deum ipſum Pontificem Eccleſiamque initurum.

a Mart. lib. vit. breu. pag. 19. & alio lib. bre. pag. 9

Sigiſmundo Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

Lit. ad Sigiſm. Romanor. Regem

Superiori ineunte æſtate magna recreabamur ſpe, magna in Domino lætitia exultabamus, & nobiſcum vniuerſa Chriſtianitas congaudebat; videbamus enim tot & tanta comparari auxilia ad Bohemos hæreticos funditus extirpandos, vel ab hæreſi retrahendos vt, ſicut tibi tunc ſcripſimus, ipſam victoriam manutenere videremur: erat enim nouiter inter ſerenitatem tuam & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Vuladiſlaum Poloniæ Regem illuſtrem ac dilectum filium nobilem virum Alexandrum Lituaniæ ducem omnis ſublata diſſenſio, & reconciliatio facta, a qua huiuſmodi victoriæ magna momenta pendebant, præcipue cum deberent ipſi tecum cum potenti exercitu in Bohemiam proficiſci: erat verbum crucis ad excitandos fideles in hac cauſa fidei per totam Alamaniam prædicatum, ſicut requiſiuerat ſublimitas tua, & cauſæ conducere videbatur: audiebamus præterea chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Regem Daciæ mare tranſiiſſe cum exercitu, vt ſe cum reliquis fidelibus in ſancta expeditione coniungeret; excitati erant principes, prælati, & populi per literas noſtras & tuas, & exhortatione legati noſtri ad extinguendam hanc hæreſim, quæ tibi eripit regnum tuum, & turbat eccleſiam Dei; & iam dilectos filios nobiles viros ducem Auſtriæ cum multis gentibus in Morauiam tranſiuiſſe, & marchiones Miſſinenſes ſeſe continuo præparare ſentiebamus: itaque omnia nobis vndique ſpei & lætitiæ materiam ſuggerebant, nec de numeroſo exercitu profecturo contra hæreticos & ipſorum totali exterminatione aut conuerſione dubitare poteramus.

Polonus & Lituan. bello parant in Bohemos

Auſtriacus & Miſnenſis.

Verum, fili chariſſime, cum poſtea nec expectatum exercitum congregatum pro fidei cauſa fuiſſe, nec Regem Poloniæ veniſſe, Regem Daciæ ſuas copias remiſiſſe, Alamanorum tepuiſſe feruorem, ſanctas prædicationes & ſtudia ad homines animandos adhibita nihil profeciſſe, tantoſque apparatus, qui vulgo ferebantur, euanuiſſe viderimus, incredibili admiratione ſtupefacti ſumus, & tanta ſpe fruſtrati maximo dolore & anxietate cordis affligimur, cogitantes quantum præiudicium & periculum ex hac negligentia oriatur in fide catholica, quam hæretici labefactare conantur, & quantum ſit dedecus vniuerſæ Chriſtianitati, & præcipue principum nationis Germanicæ, qui in oculis ac pene viſceribus eorum in exigua terra ſuſcitatam hæreſim ſeſe armis & viribus in ſua perfidia ſuſtentantem comprimere & delere non poſſe aut non velle videantur; quæ tamen nec ſitu nec viribus reſiſtere potuiſſet. Conſideramus præterea, quod ad honorem & ſtatum tuum, cuius curam habere debet Eccleſia, vt peculiaris filij & defenſoris ſui, principaliter iſta res pertinet, vt ſi etiam culpa vacaueris, publica nota vacare non poſſis; coniecti enim in te vnum ſunt oculi populi Chriſtiani, qui ſi etiam in alienis terris hæc pernicioſa hæreſis pullulaſſet, potiſſimum a te vno requireret, vt illam pro officio tuo extirpares pro perſona, quam geris, & Romani imperij dignitate, ſicut plerumque a tuis prædeceſſoribus factum eſt: nunc vero cum hæc abhominanda rebellio contra Deum & Eccleſiam ſuam, & contra ius regium domi tuæ conflata ſit, non immerito te ante omnes Chriſtianus populus vindicem flagitat & expectat, vt ſimul habeas rationem defendendæ Chriſtianæ religionis & dignitatis tuæ, quæ ſimul ſunt in tuo paterno regno violatæ. Cogita inſuper quanta ſit iſta deformitas & diminutio imperij Romani, vnum de præcipuis membris ſuis, in quo electionis vox vna conſiſtit, non tantum ab ipſo imperio abſciſſum eſſe, ſed (quod indignius eſt) hæreticorum manibus occupari: quanta deinde immineant pericula alijs regnis tuis, quibus hoc finitimum regnum eſt: quot præterea neceſſariæ expeditiones & magna excellentiæ tuæ negotia impediantur, quibus ſatisfacere & libero animo vacare non potes hac vna mentis & corporis occupatione diſtractus.

Cuncta ceſſere in irritum.

Creditum Germanos vel non poſſe vel nolle Huſſitas delere.

Comprimenda illius hæreſ. ſeue cura data Sigiſmundo.

Quare, fili chariſſime, neceſſarium eſt, vt aliquando in hac ſententia immutabiliter te confirmes, hanc vnam de expeditione Bohemica curam & cogitationem tuam primam & præcipuam eſſe oportere: & ſi ius, vt dignum eſt cauſæ fidei & famæ tuæ recte conſulere omnino, prouideas vt quod erat antea conſtitutum & æſtate præterita omiſſum eſt, de exercitu contra Bohemos hæreticos traducendos in proxima ſecutura æſtate perficias, nunquam niſi conſuſis hoſtibus receſſurus: nam quæ magis iuſta aut neceſſaria cauſa vel ad defendendam fidem Chriſtianam, vel ad tuam dignitatem conſeruandam aduocare te poteſt? Habes ſiquidem hoſtes alios etiam Chriſtiano nomini aduerſos, contra quos ad exercendam virtutem tuam, & fidem ſuam tuendam te Deus pugilem eſſe ſuum voluit, quibus ij rebelles eo maiore odio atque ſupplicio digni ſunt, qui nati & educati in recta ratione diuini cultus & ſanctis inſtitutis Eccleſiæ, carnali laſciuia & prædandi cupiditate ad falſos articulos & pernicioſas ſuperſtitiones adducti ſunt; qui cum tibi eſſent regio iure ſubiecti, omni diuina & humana lege calcata, tuæ celſitudini rebellarunt, & crudeliores Tur-

Solicitatus Sigiſm. ne a bello ſacro niſi victor abſiſtat.

Lapſi in hæreſes Huſſitæ ob flagitia.

Digitized by Google

eis & barbaris eccleſias ad Dei cultum ſub ſancto-rum vocabulis dedicatas diruerunt funditus & , ſacerdotibus trucidatis , ipſarum eccleſiarum poſſeſſiones & bona diripuerunt, nec ipſis ornamentis altarium crucibuſque & calicibus pepercerunt: quę omnia deteſtabili ſacrilegio rapientes & impura contrectatione polluentes ferina in omnes homines immanitate graſſantur.

Ad hos igitur immundos & ſceleratos hæreticos exterminandos e terra , ſi in ſua nequitia obſtinati perſtiterint, oportet vt quamprimum opportunitas temporis affuerit, omnem potentiam tuam conuertas , & erigas ſenſus tuos cum ea conſtantia & magnitudine animi, quam cauſa tanta deſiderat , & a te præcipue Eccleſia Dei requirit , ne de remedijs alijs cogitare cogatur , quibus aliquando in ſimilibus periculis vſa eſt : nam amplius tantam turpitudinem in media Chriſtianitate inualeſcentem tolerare non poteſt . Vt vero tibi ad hanc ſanctam expeditionem adſint opportuna ſubſidia , nos & venerabiles fratres noſtri S.R.E.Cardinales ſimul & ſacrum Senenſe concilium ſcribimus , exhortantes & requirentes præfatos Regem Poloniæ & ducem Lituaniæ , electores imperij , cæteroſque Germaniæ principes, vt futura æſtate cum tota eorum potentia pro cauſa fidei recumſint . Exurge itaque , fili chariſſime , ne fideles alij tua veſtigia ſequuturi dicere poſſint , te in iſta cauſa tepeſcere, & ſuper te ſuum excuſare torporem : ſed cum principaliter hoc tuum munus ſit , fac vt conſpecto ardore animi tui reddantur cæteri promptiores: quod ſi feceris , vt in excellentia tua ſpectamus , apud Deum gratiam & retributionem condignam beatitudinis ſempiternæ apud homines commendationem & laudem conſequeris , & nos & Romanam eccleſiam , ac vniuerſam Chriſtianam rempublicam obligabis , qui quod a celſitudine tua debetur, libenter accipimus pro beneficio ſingulari : *Dat. Romæ apud S.Petrum xvi. kal. martij anno* vii.

9 Tantum Pontificis, patrum Senenſis concilij , & collegij Cardinalium adhortationes valuere , vt florentiſſima confecta ſit in hæreticos illos expeditio , iamque ſuccubuerant Vvicleffiſtæ oppreſſi catholicorum potentia in Bohemia, ni Sigiſmundus Lituanorum principum ſtirpe ſatus , ac Regis Poloniæ nepos capeſſendi regni Bohemici cupidus , contracto exercitu hæreticorum patrocinium ſuſcepiſſet : quem propterea Branda Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus, præſulum celebrato conuentu , vt hæreſeos macula inuſtum anathemate perculit [a], omneſque cum ipſo ſentientes catholicorum conſortio abactos , ſacrorum & fidei hoſtes pronuntiauit : quos etiam alijs pœnis in hæreticos vel eorum fautores inductis affecit : quam ſententiam , vtpote æquitati conſentaneam ad comprimendos hæreticorum conatus , Martinus confirmauit , atque archiepiſcopis cæteriſque præſulibus Hungaris , Bohemis , Polonis , Germanis , & in circumiectis prouincijs agentibus hæc mandata dedit [b].

Sigiſm. Lithuanus Bohemos tuetur.

Anathemate a Legato perculſus.

a Lib. 5. pag. 134. Eius ſententia a Pontif. confirmata.

b Id. ibid.

Promulgari iuſſa a præſulibus.

Martinus, &c. Vt alij huiuſmodi metu pœnarum a tanto ſcelere compeſcantur, prædictam excommunicationis ſententiam aggrauantes , vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ , & ſub excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo mandamus , quatenus ad dictæ ſententiæ celerem & debitam executionem procedentes, præfatum Sigiſmundum notorium hæreticum , ipſumque & prædictos ſuos complices adhærentes , participes , & ad dictam hæreſim ſuſtinendam auxilium dantes in eccleſijs veſtris ſingulis diebus, maxime dominicis & alijs feſtiuis , infra miſſarum ſolemnia , cum ibidem maior aderit & conuenerit populi multitudo , campanis pulſatis , candelis accenſis & demum extinctis , ac in terram proiectis , excommunicatos , infames , ſacrilegos & fidei catholicæ hoſtes, nec non omnibus honoribus , dignitatibus , præeminentijs, iuriſdictionibus , beneficijs , & officijs eccleſiaſticis & ſæcularibus dominijs , ciuitatibus , oppidis , terris , caſtris , bonis & rebus quibuſcumque priuatos publice denuntietis , omnibus Chriſti fidelibus auctoritate noſtra & ſub pœnis fautoriæ hæreſis diſtrictius inhibentes , ne vllum cum dicto Sigiſmundo , aut ſuis participibus & ſibi adhærentibus atque ſequacibus cuiuſcumque rei commercium habeant , aut quouis modo exerceant , in vocando ad hoc , dum & quando opus fuerit , auxilium brachij ſæcularis : *Datum Romæ apud SS. Apoſtolos x. kalendas ianuarij pontificatus noſtri anno* vii.

Vetita cum eo commercia.

Extant eodem argumento literæ [a] ad Gneanenſem & Leopolienſem archiepiſcopos datæ , quibus eos ſolemni ritu Sigiſmundum Lituanum alioſque partium ipſius improbos homines a piorum communione depellere iubet .

a Ibid. pag. 114 & 130.

10 Deplorat quidem Martinus in encyclicis literis [b] ad omnes catholicos miſſis adeo nonnullos auri cupiditate incenſos , vt merces Bohemis hæreticis deferrent, alerentque eorum perfidiam , a qua ſi rebus neceſſarijs carerent, ſubmouendos ſpes non leuis affulgeret . Ad tollendam itaque mercatorum auaritiam veteres cenſuras , ne temporum lapſu obſoleſcerent , renouauit [c] atque hæc ſanxit .

b Ibid. pag. 143. Non parcit a mercatoribus.

c Ibid. pag. 133.

Martinus, &c. Omnes & ſingulos homines vtriuſque ſexus, qui ſal , vina, aromata , cæteraque mercimonia , aut res alias quaſcumque , quibus hæretici Bohemiæ iuuari poſſint , ad eos deferre præſumpſerint , vel curauerint deferri , aut deferentibus per eorum terras & loca paſſum dabunt , vel præſtabunt auxilium , conſilium , aſſenſum , vel fauorem , cuiuſcumque ſtatus , gradus , ordinis , conditionis , præeminentię fuerint , eo ipſo excommunicationis ſententię ſubiacere decernimus , a qua præterquam in mortis articulo , niſi a Romano Pontifice , vel eius legato de latere contra dictos hęreticos deſtinato, nequeant abſolui : & nihilominus ſi prędictas res ad ipſos deferentium quemquam capi contigerit , inſtar eorum , qui Saracenis ſubſidia huiuſmodi ſubminiſtrant rerum ſuarum omnium per principes catholicos & conſules ſiue rectores ciuitatum amiſſione & priuatione mulctari , & capientium ſerui perpetuo fieri cenſemus : auctoritate apoſtolica inſuper decernentes, vt illi, qui contra huiuſmodi noſtram prohibitionem quomodolibet venire præſumpſerint , ipſo facto perpetuo ſint infames & inteſtabiles habeantur, ita quod neque teſtari , neque legata eis ſeu relicta percipere valeant vllo modo , & inſuper ad ſucceſſiones quorumcumque bonorum tam ex teſtamento , quam ab inteſtato ſint prorſus & reddantur inhabiles & indigni , nec ad publica quęlibet admittantur munera vel officia ; illique eis omnes actus legitimi honoreſque & dignitates tam ſęculares , quam eccleſiaſtici penitus interdicti , nec non officijs & beneficijs quibuſcumque ipſo facto priuati , alijſque pœnis , cenſuris & condemnationibus aſtringantur , quibus ipſi hęretici aut eorum fautores quouiſmodo exiſtunt obnoxij & aſtricti, & tanquam excommunicati hoſteſque perfidi catholicę fidei & nominis Chriſti , poſtquam de ipſorum

Denũtiati anathematizati.

Priuati bonis addictique ſeruituti.

Inteſti infames.

Pœnis in hæreticos conſtitutis ſubiecti.

huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi temeritate conſtiterit, diebus dominicis & feſtiuis per eos, ad quos pertinet, pro talibus publice nuntientur, ſicque excommunicati & ab Eccleſia Dei præciſi, a cunctis Chriſti fidelibus euitentur, atque ita in futurum diuinæ ſubiaceant vltioni. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem VIII. kal. decembris pontificatus noſtri anno VIII.* Quod decretum miſit Pontifex a Patauienſi, Olomucenſi, Ratiſponenſi, Miſnenſi, & Bambergenſi epiſcopis, vt illud in diœceſibus ſuis euulgandum curarent, præcepitque vt eos, qui latam legem infringere auderent, anathemate atque alijs pœnis afficerent, donec criminis veniam vel ab ſede Apoſtolica vel a legato e latere oraſſent.

Decretum hoc in Germania diuulgatur.

a Ib. pag. 132. & 133.

11 Quod ad Sigiſmundum, quem hæreticorum patrocinium ſuſcepiſſe diximus; meminit de eo Cromerus [b], atque delatam fuiſſe ab hæreticis Polono Bohemicam coronam, repulſam autem paſſos, adeo vt etiam Vvladiſlaus catholicæ fidei ſtudio accenſus Bohemiæ ſceptrum in auitam domum inferre contempſerit, iiſque bellum indixerit, ni abiecta hæreſi Romani Pontificis imperijs paruiſſent, ſed cum tantam Vvladiſlai Regis virtutem eius nepos Sigiſmundus non eſſet æmulatus, immo repetitis hæreticorũ legationibus ac promiſſis allectus in Bohemiam ſe contuliſſet, adeo grauiter eam rem tulit Rex ipſe, vt miſſo oratore ad ſedem Apoſtolicam profeſſus ſit, nepotem ſe inuito dominandi cupidine id ſcelus aggreſſum eumque hoſtem habiturum; cuius piam mentem Pontifex magnis laudibus extulit [c], conceptaque ſpe hæreticorum animos inde depreſſum iri, hortatus eſt, vt Poloniæ vires in Bohemos educeret.

b Cromer Polon. rer. lib. 19.

Polonus Rex Bohemicam coronam offerentibus hæreticis bellum denuntiat, ni errorem deponant.

c Lib. 9. breu. pag. 7.

Chariſſimo in Chriſto filio Vvladiſlao Regi Poloniæ illuſtri ſalutem.

Narrauit nobis publice dilectus filius Nicolaus ſecretarius ſerenitatis tuæ, adſtantibus etiam venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, magnaque prælatorum multitudine & aliorum excellentium virorum, filium iniquitatis Sigiſmundum nepotem tuum præter & contra tuam voluntatem, immo etiam te penitus aduerſante & prohibente contuliſſe ſe ex ambitione peruerſa dominandi ad illos damnatos hæreticos, & eorum perfidiæ ſe immiſcuiſſe, ac propterea tuam excellentiam non nepotis, ſed hoſtis loco illum habere, ac in futurum velle tractare; multaque præterea retulit de tua ſincera affectione & voluntate erga confuſionem, & perditionem illorum rebellium nominis Chriſti, & fidei catholicæ incrementum, quæ quamuis eſſent iam nota nobis ex ſermone & literis multorum, tamen ne qua vel parua ſuſpicio in cordibus hominum exoriri queat, multum lætati ſumus ſecretarium tuum illa dixiſſe in publico, & tuæ ſinceræ deuotionis teſtimonium perhibuiſſe ad defenſionem honoris tui & famæ & nominis amplificationem. Placuit inſuper nobis hæc tua excuſatio propter eneruationem illorum hæreticorum, quos frangi & debilitari neceſſe eſt, cum viderint ſe non ſolum omni inani ſpe deſtitui, ſed etiam vnde auxilium falſo imaginabantur, oppugnari.

Profeſſus nepotem hoſtis ſe loco habiturũ.

Commendata eius religio.

Itaque nos, qui mentem tuam optime nouimus, poſt ipſius ſecretarij verba ea reſpondimus, quæ maxime ad dignitatis tuæ defenſionem & amplitudinem gloriæ pertinerent. Deuotionem ergo tuam & hanc egregiam affectionem circa orthodoxæ fidei defenſionem & augmentum experimento comprobatam condignis in Domino laudibus commendamus, rogantes ab intimis celſitudinem tuam, vt ſicut antea digne & laudabiliter feciſti, ita quoque nunc omni cura vigiles & intendas ad ea, per quæ execrabilis hæc peſtis funditus exſtirpetur. Nullum Deo acceptius ſeruitium impendere potes, nullum tua ſerenitate dignius officium præſtare, quam vt tota mente totis viribus tua celſitudo ad ipſorum vel reductionem vel totalem expugnationem ac ſubuerſionem incumbat. *Dat. IV. id. aprilis anno VII.* Conceptæ ſunt eodem argumento datæ ad Vvitoldum literæ [a].

Excitatur ad euertendam hæreſim.

a Ibid. pag 6. & 7.

12 Ornaſſe Vvladiſlaum verba regia operibus ex Martino Cromero [b] colligitur, ait enim quinque equitum millia in Bohemos egregie inſtructa, iuuiſſe duce Meziuezio: ſed cum Sigiſmundi Koributi a Bohemis exciti cauſa ſuſpecti Germanis eſſent, atque etiam intra Morauiæ oppida ingredi non ſinerentur, in Poloniam nulla re geſta rediſſe. Addit Cromerus [c], pridie kalendas nouembris Vvladiſlaum ex Sophia Regina, quam duodecima februarij regijs inſignibus exornandam curauerat, filio auctum fuiſſe, atque Heduuigem filiam iuniori Frederico marchioni Miſniæ deſponſam duci Stolpenſium tradere deliberaſſe; ſed diſſuaſum ab alijs principibus: *Acceſſit etiam*, inquit, *Pontificis auctoritas poſtea, qui Fredericum e ſua familia Columnenſi originem ducere profitebatur*; quæ confirmantur literis pontificijs [d] ad Regem de contracta ea affinitate datis, quarum hæc pars potior eſt.

Miſſus a Polonis in Bohemos exercitus. Cur nulla re geſta redierit.

b Crom. rer Polon lib. 19.

c Id. ibid.

Marchio Miſniæ Columnenſi familia fatus.

d Extant apud Tel. Contiloin vit. Mar. V. ex lib. breu.

Martinus, &c.

Nos quoque cum noſtra proſapia de Columna, ex qua carnaliter nati ſumus, obſtrinxiſti vinculo affinitatis; nam, ſicut ab antiquo accepimus, qui priſcam originem noſtram per manus traditam ab antiquioribus retulerunt, noſtram de Columna Romana & præſentium Burchgrauiorum Nurimbergenſium domus, quæ etiam Romana fuiſſe dicitur, ab eodem ſtipite deriuatæ ſunt. ex quo, cum eſſemus antea ſerenitati tuæ affecti propter gloriam & virtutem tuam, & propter merita & officia tua in populum Chriſtianum, eſſe nunc debemus & erimus, accedente vinculo affinitatis, magis cum excellentia ſua coniuncti, & ad honorem celſitudini ſuæ exhibendum inclinati.]

Regi Poloniæ affinitate iunctus Martinus.

Cæterum erat Vvladiſlaus Rex ad pietatem propenſus adeo, vt ad regnum nouo ornamento decorandum a Pontifice flagitarit, vt in Poloniam nonnullos viros religioſos Carthuſianæ familiæ mitteret, qui eo in regno ſacrum illum ordinem propagarent, ratus piorum virorum, qui diuinarum rerum contemplationi vacarent, precibus regnum ſuum firmatum iri, quo tempore Bohemia poſt Carthuſianos ab impio Ziska pulſos, innumeris calamitatibus acceptis lugebat. Poſtulatis regijs libenter aſſenſit Pontifex, & Conrado Lyono Ateſtino vrbani monaſterij, cui S. Crucis nomen eſt, vicario prouinciam dedit [e], vt religioſos viros in Poloniam ad ferendas nouas Carthuſianas propagines ex vrbe adduceret.

Rex Poloniæ Carthuſianos in regnum euocat.

Miſſi in Poloniam a Martino.

e Lib. 5. ep. cur. pag. 35.

13 Quod ad Romanas res ſpectat; reſtituendi in priſtinum ſtatum pietatis ornamenta, quæ temporum iniuria conciderant, vel obſoleuerant cupidiſſimus erat Martinus: nam & Cardinalibus, vt eccleſias quibus præerant inſtaurarent, edixit: tum de reliquijs eo quo par eſt nitore ac religionis apparatu cuſtodiendis ſolicitus, cum antea ſanctorum nonnulla corpora indigne humi iacerent, ac ſacerdotum incuria aliquæ ſacræ reliquiæ perijſſent, ſuperiori anno [f] quoſdam ciues Romanos vrbis eccleſias luſtrare iuſſerat, vt cultu & ornatu merito aſſeruandas curarent quibus etiam hoc anno,

Martini ſtudium de ſanctor. reliquijs religioſe ſeruandis.

f Lib. 1. pag. 280.

vt

vt ſedulam cœptæ rei operam nauarent, mandata dedit ſubiecto diplomate a.

a Lib. 5. ep. cur. pag. 131.

Dilectis filiis magiſtro Paulo de Iuuenatio notario noſtro & nobilibus viris Paulo de Valle artium & medicinæ doctori, Paulucio Petri Matthæi, & Iacobello Hucij Ioannis Pauli ciuibus Romanis ſalutem, &c.

Inter aſſiduas animi noſtri curas & immenſas ſolicitudines, quæ miniſterio apoſtolicæ ſeruitutis incumbunt, de ſacris ſanctorum reliquijs, quę poſt reſurrectionis gloriam, vt ſol in conſpectu Domini reſulgebunt, ſolicite cogitare nos conuenit, vt quo honorificentius collocatę quieſcant, eo feruentius populi creſcat deuotio, & ipſorum ſanctorum, qui eorum corpora indecenter locata ſæpe miniſtris Domini reuelarunt, pro nobis apud miſericordem Iudicem interceſſio augeatur. Sane proborum virorum habet fida relatio, & antiquorum temporum ſcripta declarant, ac nos experientia certa didicimus, quod in multis eccleſijs, tam intra quam extra hanc almam Vrbem exiſtentibus, copioſæ beatorum Apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, & virginum reliquiæ fuerint, quarum quædam, cupiditate ſeu negligentia clericorum quædam, malignitate temporum diſtracta, ſeu perditę ſint & quædam, proh dolor! ad id deuenerint, vt inter cætera defunctorum corpora deiectæ, innotæ ac inhoneſte recumbant; ob quod ſępe conculcantur a brutis, populi lenteſcit deuotio, & deſidia ſacerdotalis arguitur; nos tam impiæ rei prouidere volentes, diſcretioni veſtræ, quos zelo ſynceræ fidei animatos agnouimus, præſentium tenore committimus & mandamus, quatenus vos, aut duo veſtrum, eccleſias, tam intra quam extra vrbem exiſtentes viſitare curetis, & ab eiſdem ſacras reliquias, ſi diſcretioni veſtræ videbitur, auctoritatę noſtra per idoneas perſonas remoueri & in eccleſijs infra dictam vrbem, quas duxeritis eligendas, in locis congruentibus, & honeſtis ſub fida cuſtodia deponi & locari facere curetis, fidelibus populis modo & ordine per vos dandis obſeruatis, congruis feſtiuitatibus oſtendendas; contradictores quoslibet vel rebelles, tu fili Paule, per cenſuram eccleſiaſticam, & duo ex vobis per inuocationem brachij ſæcularis, ſi id eis expedire videbitur, auctoritate noſtra, omni exceptione deiecta, ſi id eorum inobedientia exegerit, compeſcendo. Volumus inſuper & harum ſerie decernimus, vt certis anni temporibus, præſertim feſtiuitatibus & alijs temporibus, prout eſt fieri conſuetum, dictæ reliquiæ ad eccleſias, ex quibus remotæ fuerint, ſub deuota & fida cuſtodia reportentur, & in eiſdem eccleſijs iuxta prælatorum ad regimen ipſarum deputatorum, ac noſtrarum deliberationem fidelibus populis oſtendantur. *Datum Romæ apud ſanctum Petrum xvi. kal. aprilis pontificatus noſtri anno VII.*

Præcepit vt certis temporibus oſtendatur.

14 Eodem anno Pontifex magna parte ditionis ereptæ prædeceſſoribus e tyrannorum manibus recepta, eccleſiaſticum imperium redintegrauit b. Subiecerat ſibi Peruſium Braccius e Fortebracijs, ac pleriſque Patrimonij B. Petri locis potitus copias ad ipſa pene Romæ mœnia ducebat c; tum Alfonſi Regis Aragonum fœdere pollens & Capuæ & Aquilæ principatibus a Ioanna antea donatus, vt vidimus, Aquilam ingenti obſidione premebat, adducebatque in metum Pontificem, ne Romanam eccleſiam, ſi eius potentia augeretur, ſua tyrannide opprimeret. Ad liberandum itaque Neapolitanum regnum e Braccij Alfonſique iniuſto dominatu, cum Philippo Maria duce Mediolanenſi, quem ſuperiori extremo anno claſſem in Neapolitanum regnum ſubmiſiſſe e Genua vidimus, pangere fœdus decreuit, de quo ineundo partes Antonio Venetino hiſce literis dedit a.

Recuperata a Martino parte ditionis eccleſiaſticæ.

b Ibid. ep. cur. pag. 46.

c Lib. 2. breu. pag. 20.

Aquila obſeſſa a Braccio.

a Alio lib. breu. pag. 132.

Antonio de Venetinis aduocato conſiſtoriali nuntio noſtro, &c.

Videntes quantum periculum immineat regno noſtro Siciliæ ab oppreſſione Brachij de Fortebrachijs & aliorum, cum quibus ipſe ſe intelligit, ac deſiderantes prædictum regnum liberare ab huiuſmodi oppreſſione, & pacificare in manibus chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Ioannæ Reginæ Siciliæ illuſtris, cognoſcentes dilectum filium nobilem virum ducem * ..., illud idem appetere, & iam ad hunc finem ſuam per mare potentiam expoſuiſſe, & cupientes nos ſecum intelligere & in iſto propoſito contra prædictum Braccium & fautores eiuſdem coniungere & copulare; quoniam funiculus multiplex difficillime rumpitur & virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa, ex certa ſcientia & omnibus meliori modo & forma, quibus poſſumus, vt infraſcripta valeant & obtineant firmitatem, omniſque iuris & facti exceptione remota te noſtrum & eccleſiæ Romanæ generalem procuratorem, ſyndicum, actorem, factorem & nuntium ſpecialem conſtituimus, &c.]

Tuetur Ioannam Martinus in regno Neap.

* Mediolani

Cum Mediolanenſi init fœdus.

15 Initum eſt huiuſmodi fœdus b, ac dum nauales copię ducis Mediolanenſis Aragonios laceſſunt, terreſtres pontificiæ in Ioannæ & Aquilanorum auxilium, in Braccij caſtra irruunt; conſertoque prælio, ſoluta eſt Aquilæ obſidio, quam Aquilani tredecim iam menſes tolerauerant, inque medio certaminis ardore Braccius, dum inſtructa acie inferendos commeatus prohibere nititur, læthali confoſſus vulnere captiuuſque eſt: vir impius ac ſuperbus, quem iactaſſe antea vidimus, ſe Chriſti vicarium ad ſacra vnius oboli pretio peragenda adacturum, de cuius clade hæc S. Antoninus c tradit: *Præfatus Braccius hoſtis publicus factus Eccleſiæ, propter quod & anathematizatus notorie, in tantum ſuperbiæ culmen aſcenait, vt ſibi perſuaderet regnum Apuliæ adepturum; nec erat nimis difficile, ſi ciuitatem Aquilanam, quam obſederat, accepiſſet, quæ altera dicitur eſſe clauis regni; & Aquilani cernentes a Regina auxilia neceſſaria ſe habere non poſſe propter debilitatem virium ſuarum, ad Pontificem oculos direxerunt; ſuppliciter ſuffragia poſtulantes ad obſidionem illius hoſtis remouendam: quibus non defuit pius & prudens antiſtes; ſed inuocato prius diuino adiutorio per proceſſiones ſolemnes & orationes iniunctas generaliter cum munere indulgentiarum, collectis copijs Eccleſiæ & comitis Franciſci Sfortiæ*; ineunte anno eius pater, dum Aternum vado traiecebat adoleſcentique a abrepto vndis accurrebat, miſerius perierat a, *& exulum Peruſinorum deſtinauit contra Braccium, mandato ſibi prius facto, vt obſidionem ſolueret cum nil iuris haberet*; quippe Ioanna diſcerpere coronam Siculam & principatum Capuæ & Aquilæ diſtrahere Pontifice diſſentiente non potuerat; *contra quem contemnentem Deum & Eccleſiam, & ad acies ſuas inſtruendas in habitu non proprio, ne ab hoſtibus cognoſceretur, diſcurrentem Eccleſiæ milites proceſſerunt ad pugnam: Omnis autem intentio & conatus eorum erat ad perſonam Braccij inuadendam, & præcipue Peruſinorum exulum, qui eum recognoſcentes, etſi mutato habitu, impetum fecerunt vnanimiter in eum & ad mortem vſque afflixerunt; eductus autem e caſtris non multo poſt ſubmerſus in anima & corpore mortuus eſt.*

b Lib. 2. breu. M. diar. Neap. pag. 20. Leonard. Aret. in hiſt. Ital. rer. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 7. §. 5. & alij.

Braccius fauciatus captus a pontificio exercitu.

c Ibid.

Franc. Sfortiæ obitus. d Leonard. Aret. hiſt. l. al. rer. Summon. l. 4. c. 3.

Occiſus Braccius a Peruſinis exulibus.

& quia

& quia hoſtis Eccleſiæ & excommunicatus ſepultus eſt in inferno, ſepultura quoque non eccleſiaſtica, ſed ſubingalis corpus humatum: ſicque ſublata eſt obſidio, & Eccleſia a comminationibus ſuis & perſecutionibus liberata; nec enim debuit de hac vita tranſire aliter quam cæteri hoſtes Eccleſiæ, quorum ceruices erectas concidit Altiſſimus.

16 Partam illam a Pontificis exercitu victoriam fuiſſe ſecunda die iunij, refert Collenutius [a], cui apoſtolicæ literæ [b] conſentiunt a Martino ad Regem Caſtellæ & Legionis datæ, vt cum illo gaudia de triumpho reportato communicaret.

[a Collen. lib. 5. hiſt. Neap. b Lib. 2. breu. pag. 20.]

Ad Regem Caſtellæ & Legionis.

Pridie ſerenitati tuæ ſcripſimus quantam conſolationem lætitiamque ſuſcepimus audientes dilectum filium nobilem virum Ioannem Orlandi familiarem noſtrum proſperam perſonæ tuæ valetudinem & felicem tranquillitatem, ac magnitudinem ſtatus tui, deuotionemque tuam erga nos & Eccleſiam fideliter recenſentem, nec dubitamus te cum audiueris hoc proximo tempore labores Eccleſiæ & ſolicitudines ac curas noſtras filiali pietate condoluiſſe, ac deſiderare continuo audire noua felicia de noſtro & ipſius Eccleſiæ ſtatu: erat ſiquidem tota hæc regio Italiæ almæ vrbi vicina perturbata terrore quondam Brachij de Fortebrachijs, qui non contentus plurimas ciuitates & terras nobis & Romanæ eccleſiæ pertinentes, per vim tyrannicam occupare, Aquilanam vrbem inuaſerat, & eam dura & diuturna obſidione per menſes tredecim preſſerat & premebat: ſed cum die veneris ſecundo præſentis menſis gentes noſtræ & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Ioannæ Reginæ Siciliæ illuſtris in dictam vrbem ei adducere victualia conarentur, Brachius ipſe cum ſua potentia militari ſeſe aciebus inſtructis oppoſuit, & ibi commiſſo aſperrimo prælio, eius exercitu profligato, ipſe in pugna letaliter vulneratus & captus poſt diem alteram expirauit, & præfatæ gentes noſtræ & reginales felici victoria ſunt potitæ: quam victoriam a Deo proceſſiſſe cognoſcimus, qui Eccleſiam ſuam in fine non deſerit, ſed illam conantes opprimere diſſipat & confundit. Nos autem, qui diuinæ voluntati deſideria noſtra ſubiecimus, quod a Domino datum eſt & in futurum dabitur, æquo animo accipiemus, nihil nobis aſcribentes nec humanæ prudentiæ, ſed tribuentes ei ſoli, quem laudamus, & humiliter deprecamur, vt per gratiam ſuam, quantum ei placuerit, Eccleſiam ſanctam eius gubernare poſſimus in pace: *Dat. Romæ, &c.* Certiorem etiam Pontifex fecit [c] de acerrimo obitu fero & importuniſſimo Eccleſiæ hoſte Fredericum marchionem Brandeburgenſem, qui cruceſignato in Bohemos Huſſitas exercitui præerat, tum etiam Florentinos monuit [d], ne quam opem Braccij ſectatoribus ferrent, cum ad recuperandum Peruſium & alia Eccleſiæ loca pontificius exercitus ſe accingeret.

[Martino ſit de parta victoria.]

[Aquila menſibus tredecim fuerat obſeſſa.]

[Aſcripta Deo victoria.]

[c Lib. 2. breu. pag. 5. d Ibid. pag. 100.]

Martinus, &c. Victoriam a Deo proceſſiſſe cognoſcimus, & vos tanquam filij deuoti Eccleſiæ pro ea debetis merito gratulari & ſperare, ſicuti etiam nos ſperamus, quod ipſa cauſa eſſe poterit bonæ pacis & quietis Italiæ. Cæterum quia forſitan nonnulli de ciuitate noſtra Peruſina & alijs terris noſtris, quas dictus Brachius detinebat pro ſubſidio vos requirerent, rogamus deuotionem veſtram, vt vos nullatenus intromittatis, nec eis audientiam præbeatis, niſi eſſetis a nobis ſpecialiter requiſiti: *Dat. &c.*

[Peruſium, aliaque vrbes in Pontificis poteſtatem rediere.]

Profligato ita extinctoque tyranno, Peruſinos in Pontificis fidem ac poteſtatem reductos teſtatur S. Antoninus [a] dum dictis ſuperius de Braccij clade addit: *Peruſium & aliæ ciuitates, ab eo vſurpatæ ſub dominio Eccleſiæ rediere*; idque pontificio confirmatur diplomate [b], quo Peruſini omnibus cenſuris ac pœnis, quas ob perduellionem & ſecutas Braccij partes ſuſceperant, ſoluti ſunt, quæ quidem hoc anno contigiſſe conſtat ex die diplomati adſcripta hac formula: *Dat. Gallicani Præneſtinæ diœceſis* IV. *kal. auguſti anno* VII. vnde auctores corriges, qui ſuperiorem victoriam in poſteriora tempora contulere.

[a S. Antonin. 3. par. tit. 22. c. 7. §. 5. b Lib. 5. ep. cur. pag. 46.]

17 Quod ad alios in Neapolitano regno ſucceſſus attinet; ante reportatam a Pontifice victoriam præclare geſta res eſt à fœderata Philippi ducis Mediolanenſium & Genuæ domini claſſe: traditur enim in diario Veneto [c], atque alij ſcriptores [d] conſentiunt, illam vigeſima ſexta ianuarij die in Gaietæ portum delatam impreſſionem in præſidium Aragonium feciſſe, ciueſque deditionem pactos eſſe, ne vrbs vi expugnata ferro flammaque deleretur, ac tum Ioannæ Reginæ & Ludouici Regis ſigna in vrbe fuiſſe clara: dein verſos victricis claſſis, cum arcem cui Caſtellum maris nomen eſt, obtinuiſſet, impetus in Neapolitanam vrbem ad Aragonios ex ea depellendos, atque vndecima aprilis die huius anni Ludouicum Regem maximum peditum equitumque exercitum ex vniuerſo regno adduxiſſe, irruptione in vrbem ipſam tentata ingreſſum, obuioſque omnes Aragonios trucidaſſe; quod prædicti diarij auctor diuinæ aſcribit vltioni, cum ijdem Aragonij nefaria latrocinia feciſſent in regno, cladibuſque miſerandis Neapolitanos obruiſſent, additque nona die iunij Alfonſi Regis ſubſidiariam claſſem applicuiſſe Neapolim, atque Aragones ex arcibus, quas etiam tum tenebant, erumpentes vrbem fruſtra tentaſſe: recepto itaque Alfonſi fratre ex arce cui Oui nomen inditum, in Siciliam vela direxiſſe, cum iam ante claſſis Ioannæ Reginæ ſubſidio miſſa VI. kal. iunias [e] Genuam repetijſſet. Quæ certe hoc anno contigiſſe ex ſuperiori diario exploratum eſt; ex quo recentiores emendandi auctores.

[c Diar. ms. Venet. d Collenut. hiſt. Neap. l. 5. Summont. l. 4. cap. 3. Bizarr. hiſt. Gen. l. 11. Foliet. l. 10. Sur. annal. lib. 13. c. 27.]

[Genuenſium in regno Neap. egregie ſes geſta.]

[Recuperata a Lud. Rege Neap.]

[Fruſtra tentata a claſſe Aragonia.]

[e Bizar. hiſt. Gen. lib. 11.]

18 In Flaminia atque Etruria graues turbæ ob duarum mulierum diſſidia ſunt excitatæ, bellumque inter Philippum Mariam ducem Mediolanenſem ac rempublicam Florentinam exortum [f] his initijs. Defuncto Georgio Ordelaffo Foroliuij pontificio beneficio toparcha, Lucretia vidua impuberem filium alebat, appellata a duce Mediolanenſi de fœdere reſpondit, ſe Florentinorum fœdus colere: deinde Catharina Lucretiæ glos defuncti Georgij ſoror, cum ſimultates gereret cum Lucretia, equeſtres copias a duce Mediolanenſi accepit: quæ, dato ab Alfonſo S. Euſtachij diacono Cardinale per Bononienſem agrum aditu, Forumliuium improuiſo aduentu oppreſſere [g]; in quo tumultu Lucretia Florentinorum ſocia in carcerem coniecta eſt: quamobrem ij mox arma cepere, conqueſtique ſunt apud Pontificem de Alfonſo Bononienſi legato, qui hoſtiles copias non coercuiſſet, ne Forumliuium peruaderet. At Martinus, cuius potiſſimum in ea re violata erat dignitas, cum Forumliuiũ eccleſiaſtici iuris eſſet, quod maiores curæ, nempe liberandi regni Neapolitani, & recuperandi viuo adhuc Braccio patrimonij B. Petri, eccleſiaſticas vires exercebant, miſſo Antonio Venetino oratore ad Philippum Mariam Mediolani ducem pro Siculo fœdere, cõtrouerſiam quam ille ac Florentini inter ſe habebãt, dirimere niſus eſt. Sed ſecutæ ſunt nouæ res, Philippus enim Maria pro-

[Orta in Italia ex duabus fœminis bella.]

[f Leonard. Aret. in hiſt. rer. Ital. S. Anton. 3. part. tit. 22. c. 8. §. 1.]

[g Mart. l. 10. breu. pag. 43.]

[Forumliuium ſeditio turba.]

[Imola a duce Mediol. capta.]

Digitized by Google

a Mart. ſup. ep. S. Ant. 3. par. tit. 22. cap. 8. §. 3.

proferendi imperij cupidus Imolam a, capto Ludouico Alidoſio toparcha, in ſuam poteſtatem redegit, indeque ſuſpiciones ſubortæ, ne Bononiam ſimiliter armis obrueret: a quo conſilio, vt eum reuocaret Pontifex, adduceretque ad redintegrandam cum Florentinis concordiam, hiſce literis b eſt adhortatus.

b lib. Super ep. cur.

Ad ducem Mediolanenſem.

Per relationem nobis factam a dilecto filio Antonio de Venetinis legum doctore Romano de reſponſionibus per te datis eidem ſuper hijs, quæ nobilitati tuæ expoſuit parte noſtri, & præcipue de dimiſſione Forliuij, putabamus ad concluſionem tibi honeſtam & nobis gratam deuenire, quia dixiſti, te ciuitatem illam noſtram velle dimittere facta compoſitione & concordia cum communitate Florentiæ: ſed occupatio noſtræ ciuitatis Imolenſis nuper facta per gentes tuas in maiorem curam & ſolicitudinem nos adduxit, ne nouitas fiat per dictas gentes contra ciuitatem noſtram Bononienſem. Propterea excellentiam tuam hortamur & affectuoſe rogamus, vt cum nullam iuſtam cauſam habeas ſtatum noſtrum & Eccleſiæ perturbandi, omnino abſtineas & abſtineri facias gentes tuas ab omni inuaſione & turbatione prædictæ noſtræ ciuitatis & diſtrictus. Nec mouearis ſuſpicione aliqua, quod aliquæ gentes Florentinorum ad offenſam tuam ibidem ſint receptæ, quæ profecto ad nihil aliud ibi ſunt, niſi ad conſeruandam quietem ciuitatis eiuſdem: quin immo te etiam exhortamur, vt propter hoc factum Imolæ non deſiſtas a pace cum Florentinis, quam nos pio deſideramus affectu, & ob hanc cauſam & pro tranquillitate prouinciæ noſtræ Romandiolæ, quam præſtare tu potes, remittimus ad te prædictum Antonium. *Dat. &c.* Nec vanus erat Pontificis metus, refert c enim diarij Veneti auctor, Philippum ducem Mediolanenſem immiſſis copijs hoc anno hyberno tempore nonnulla Bononienſis agri oppida inuaſiſſe.

Bononiã in periculum adducta.

Prouocitus ad pacem Mediolan.

c Diar. m. ſ. Venet.

Sedandi vero eiuſmodi belli ſolicitus Pontifex præter ſuperiores ad Philippum ipſum literas datas Franciſcum Sfortiam comitem Cotignolæ ſolicitauit d, vt apud eundem interpretem ageret, quo ſtudia ad liberandum potius Neapolitanum regnum, quam ad Bononiam opprimendam, adhiberet: *Velis*, inquit, *ipſum*, nempe Mediolani ducem, *horteri, vt ciuitatem noſtram Bononiæ non perturbet, ſed potius intendat nobiſcum ad liberationem regni noſtri Siciliæ, ſicut incœpit cum ſua victrici & formidabili claſſe, nam ex hoc maxime ſequetur exaltatio honoris ſui.* Conuertit e in Florentinos impetus Philippus Maria, eoſque apud Sagonaram profligauit: in qua clade Odo Braccius alterius Braccij cæſi apud Aquilam filius, qui pro Florentinis dimicabat, cæſus occubuit, eiuſque magiſter Nicolaus Picininus captus Fauentiam abductus eſt. Illius vero victoriæ fructum, recepto vt diximus Peruſio, collegit Pontifex; a quo ad continendam in fide Bononiam, reuocato Alfonſo Cardinale S. Euſtachij ex Bononienſi legatione ob Florentinorũ querelas quod, vt dixi, Mediolanenſes copias aditu in Flaminiam non prohibuiſſet, miſſum Cardinalem Senenſem memorat S. Antoninus f. Is erat Gabriel Condulmerius patria Venetus Gregorij XII. ex ſorore nepos, qui Senenſis Cardinalis agnomen tulit, quod Senenſem epiſcopatum gereret: ad pontificatum autem euectus Eugenij IV. nomen ſibi aſciuit. Accepta porro Bononienſi præfectura, vt prouinciam aduerſus Philippi ducis Mediolanenſis inſidias impetuſque tueretur,

d Lib. ult. brev. pag. 46.

Solicitatur Sfortia ut operam impendat.

e Diar. m. ſ. Venet. hoc ann. Leonard. Aret. in hiſt. rer. Italic. S. Anton. 3. part. tit. 22. cap. 8. §. 4.

Bracchij filius moritur.

Gabriel Card. Venet. legatus.

f S. Anton. 3. part. tit. 22. cap. 8. §. 1.

Initum fœdus cũ Florentinis.

cum Florentinis armorum fœdus percuſſit a, vt in prædicto diario Veneto narratur. Meminit de eiuſdem legatione Sigonius b in epiſcoporum Bononienſium hiſtoria, additque ſolemnes ab eo ſupplicationes indictas, cum peſtis vrbem inuaſiſſet.

a Diarij Ver. m. ſ. b Sigon. l. 3. de epiſc. Bonon. in Nicol. Alberg.

Quo tempore Bernardinus Senenſis ſuis concionibus populum egregie adeo ad pietatem incitauit, vt luſus inſtrumenta concremarit: cum conficiendarum luſoriarum chartarum artifex, damnata priori arte, Ieſu nomen nouo artis lenocinio a ſancto viro edoctus pinxit, quibus de rebus hæc Carolus Sigonius c: *Gabriel Condulmerius, qui poſtea Eugenius IV. Pontifex fuit, Martini legatus vrbem iniuit, ac graui ciuitatem vexari peſtilentia cernens, ſubito populum, vt ſupplicatum Deo procederet, eſt hortatus. Sub eos inde dies S. Bernardinus Senenſis in vrbem venit;* & infra, *hunc benigne excepto Nicolaus (is erat Albergatorum ſtirpe ſatus, cui virtutes inſignes cardinali iam dignitatem & Beati agnomen pepererunt) auctor fuit, vt in foro more ſuo concionaretur &, cum cætera populi vitia reprehenderet, tum maxime aleæ ſtudium, cui tum deditiſſima erat ciuitas, increparet, quod ille pro gradibus S. Petronij ſtans, frequenti admodum audiente concione, diligentiſſime præſtitit: nam inueteratam luſus conſuetudinem ita coarguit,* & infra, *vt multi iuſto luſus odio incitati abacos, calculos, tabellas, teſſeras, cæteraque perditæ aleæ inſtrumenta ad eum deferrent: quæ cuncta poſt IV. nonas maij in foro, populo ipſo approbante, combuſta ſunt. Accidit autem, vt faber quidam, qui tabellas Luſorias pingere & familiam ex ea re ſuam alere inſtituerat, eo quæſtu priuatus, ad ſanctum virum accurrit, & ſe in extremam neceſſitatem, illo dempto vitæ præſidio, perductum iri conqueſtus ſit, cum ſe nihil aliud pingere didiciſſe adiungeret; cui S. Bernardinus reſpondit: Si neſcis alia pingere, hanc imaginem pinge, nec te omnino pigebit, ac circulo facto ſolem in eo formauit, atque in medio nomen IESV nouis quibuſdam literarum formis effinxit, quale nunc etiam ſub porticu boni Ieſu cum ipſius beati effigie cernimus: quod cum ille feciſſet, confluentibus ad emendam imaginem ex Bernardini auctoritate plurimis, magnas ex ea re pecunias comparauit.*

c Sigon. episc. Bonon. lib. 3. Gabrielis Card. piũ opus.

Inſtrumenta luſoria exuſta a S. Bernardino.

Nomen Ieſu noua forma pictum a S. Bern.

19 Hoc anno Iacobus d Rex Scotorum ex Anglica cuſtodia emiſſus, cum Anglis inducias & centum millia Sterlingorum pactus, in Scotiam vna cum Ioanna Regina filia comitis Sumerſeti redijt magna cum populorum gratulatione, regiumque inſigne accepit Sconæ vigeſimo quarto maij diei deinde celebratis ordinum conuentibus in Mordacum ducem Albaniæ & alios, qui Scoticam rem male geſſerant Rege abſente, animaduertere cœpit.

d Hector Boeth. lib. 17. Polydor.

Rex Scotiæ ex Anglico carcere dimiſſus.

20 In Gallijs Carolus Rex cum Anglis de regno certabat, vti Monſtreletus e & alij quos lector illarum rerum cupidus conſulat, deſcribunt fuſius; quem pijs maiorum exemplis in tuenda eccleſiaſtici ordinis dignitate inhæſiſſe, conſtat ex pontificijs literis kal. martij hoc anno ad Biterrenſem & Agathenſem epiſcopos datis f, quibus in prouincia Narbonenſi vetera iura eccleſiaſtica confirmaſſe fertur. Pontificiam etiam auctoritatem illum in cæteris regni ſui prouincijs conſtabiliuiſſe, ac libertatem eccleſiaſticam tutatum eſſe, oſtendunt aliæ eiuſdem Martini literæ g, quibus ſummis Regem ipſum laudibus effert, atque ad regios apices virtutibus exornandos adhortatur: in quo facile perſpici poteſt toties diuinum Numen Gallorum Regum clientelam accepiſſe, quoties ipſi rem eccleſiaſticam ſunt tutati.

Ius eccleſiaſticum a Carolo VII. defenſum.

e Monſtrel vol. 2. hoc an.

f Lib. 5. de pent. pag. 21.

g Lib. ult. brev. pag. 119.

Chariſ-

Digitized by Google

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Francorum Regi illuſtri.

Quamuis de firmitate tuæ fidei & deuota, ac filiali obedientia nunquam potuerimus dubitare, conſiderantes tuam regiam indolem optimis vereque regalibus moribus inſtitutam per clariſſimorum Regum progenitorum tuorum veſtigia incedentem erga Deum & eius eccleſiam eſſe ſynceris affectibus inclinatam; tamen literæ tuæ, in quibus tua manu propria ſcriptum eſt, quod de obedientia tua nullum dubium faciamus, plurimum recrearunt, & conſolatæ ſunt animum noſtrum aliqualiter commotum, maxime deſiderio honoris tui, cui nulla res tantum detrahere poteſt, quantum oppreſſio eccleſiaſticæ libertatis & deuiatio a recto progreſſu in Eccleſia per Dei gratiam nunc vnita: antea enim perturbatis rebus in ſchiſmate, etiam ij, qui contra rectam conſcientiam aliquid faciebant, velamentum tamen quoddam inueniebant ad honorem mundi in oculis hominum defendendum; nunc vero præter offenſionem Dei, a qua principaliter eſt cauendum, timenda eſt etiam humani honoris offenſio, quæ nullo colore declinari aut excuſari poteſt, a te præſertim, qui de illo regio ſanguine natus es, qui ſemper honorauit & amplificauit Eccleſiam Dei. Cum igitur, ſicut in literis tuis oſtendis & nos non dubitamus, animum habeas erga nos & eccleſiam ſincere diſpoſitum, tibi paterna charitate conſulimus, & pro ſatisfactione honoris tui, etiam adiunctis precibus exhortamur ſerenitatem tuam, vt omni mora poſtpoſita tolli & aboleri ſub nomine regio mandes quorumcunque prohibitionem ante factam contra eccleſiaſticam libertatem. Quid enim in his initijs regni tui facere potes, quod magis dignum iuſto Rege videatur, & hominibus gratius ſit, qui omnia iuſta, pia, & ſancta opera de manibus tuis expectant, quam ſi te in gratia Dei conſerues, & ius ſuum Romanæ reddas eccleſiæ.

Obſequentem ſe futurum Pontifici pollicetur.

Schiſmatis tempore eccleſiaſtica libertas oppreſſa.

Pro ea reſtituenda a Martino ſollicitatum.

Multa ſunt magna & grauia officia, ad quæ te nunc ſtrictius obligauit regiæ dignitatis auctoritas, quibus ſatisfacere ſine magna difficultate non potes; ſed ipſa regalis amplitudo nihil tibi efficacius commendauit, & quod poſſis adimplere facilius, quam defenſionem Eccleſiæ, & conſeruationem eccleſiaſticæ libertatis: nam in cæteris regui muneribus obeundis plerumque armatis exercitibus indigebis, & conſenſu ac voluntate auxilijſque multorum, quæ plerumque non facile comparantur; ad hoc vnum pium opus & debitum dignitati excellentiæque regali tuæ, ſola vox ſufficit, vt tuo beneficio corrigatur, quod aliena culpa peccatum eſt. Quare, fili chariſſime, cum ad hoc tenearis & facile implere poſſis, cum ſuaue chirographum nobis manu tua ſcriptum dederis tuæ erga nos conſtantiſſimæ deuotionis & fidei, ſine vlteriori dilatione velis nunc illud auctoritate regia comprobare, abolendo ſtatim atque caſſando omnia interdicta contraria eccleſiaſticæ libertati, vt omnes intelligant te, ſicut Regem decet & Regem de Chriſtianiſſima domo Franciæ procreatum, venerari Eccleſiam Dei, & te penitus inſerere in ſinu charitatis noſtræ, quæ pro incolumitate tua & pace tui regni Deum orare, & apud homines intercedere non ceſſabit. *Dat. &c.* Decretum a Carolo Rege fuiſſe inſignem legationem, cuius princeps erat epiſcopus Leonenſis, ac regnum pontificio obſequio ab eo ſolemni ritu addictum, refert Monſtreletus [a].

Eius ad Car. VII. adhortatio.

Monſtrel vol. 2. hoc ann.

Aſſurgere vero illius lapſæ res viſæ, cum hoc anno Philippus Burgundiæ dux cum Humfrido duce Gloceſtriæ, cui Anglici regni adminiſtratio credita erat, inimicitias contraxit. Inuadebat armis Humfridus Hannoniam prætenſi cum Iacoba Bauara coniugij iure, ac ſe comitem Hannoniæ Hollandiæ, Zelandiæ, Penneburgi, & dominum Friſiæ publicis literis appellabat. Obſtitit eius conatibus Burgundus cui tanta Anglorum potentia tuta non erat futura, ac Ioannem ducem Brabantiæ meliori iure potiri contendit agendum legibus, & cauſam ad pontificia ſubſellia (iam enim de coniugio Humfridi controuerſia mota erat, num vitio contractum eſſet) reuocatam atque ex pontificia ſententia ius cuiuſque in lucem prolatum iri, neque apoſtolicæ auctoritati vnquam ſe detracturum imperijſue ſacroſanctis obluctaturum [a], neque æquitati conſentaneum, vt Humfridus in ſua cauſa ſibimet ius dicat. Superiorem autem fuiſſe viribus Ioannis Brabantiæ ducis cauſam, tum ducis Gloceſtriæ ſectatores oppreſſos refert Monſtreletus, qua de re nos proximo anno agemus

Burgundus cum Anglo diſſidet.

a Extant ea de re lit. apud eund. hoc ann.

21 Celebrata hoc anno eſt Lugduni ſynodus, in qua muliercula inops, cum ſuſtentandæ vitæ modos omnes per fas nefaſque conquireret, deluſa a dæmone iactabat ſe diuinitus ad animas infernorum pœnis liberandas miſſam, tum fingebat ſe abalienatam a ſenſibus mira intueri, tum opera dæmonis ſingulorum pandebat ſcelera, quorum frontem inſpexiſſet, vt diuina luce ſe colluſtratam ementiretur; ſed impias fraudes diu graſſari Deus non eſt paſſus, vt narrat Ioannes Gerſon [b]: *Recitatus*, inquit, *eſt nuper Lugduni Galliæ coram clero proceſſus cuiuſdam mulieris delatæ & detentæ Burgi in Breſſia, quæ eſt notabilis villa ducis Sabaudiæ, circa quam eſt domus Seltionio ordinis Carthuſienſis. Hæc mulier ſub pallio deuotionis & reuelationum fingebat mirabilia, aſtruebat enim ſe eſſe vnam de quinque fœminabus miſſis a Deo compaſſiue pro redimendis innumeris animabus de inferno. & iam ſua colluſione ſubdola deceperat in regione illa quamplurimas ſimplices mulierculas. Sciebat videndo frontem peccata, quæ fecerat vnuſquiſque, hoc enim ſecundum Auguſtinum etiam diaboli malitia ſcire poteſt & ſuis reuelare non, autem ea, quæ futura ſunt abſolute, ſiue quæ in ſecreto cordis latent & nullo exteriori motu aut ſigno ſeſe produnt. Habebat etiam ſupradicta mulier duos carbones in pede, qui eam afflixerant quotieſcumque aliqua anima ad infernum deſcendiſſet. Quotidie tres animas ab inferno liberauit vnam vel duas ſine difficultate, aliam ſeu alias cum pœna maiori, vt dicebat. Menis quoque exceſſus ſeu extaticos frequenter habebat, in quibus mirabilia per reuelationem didicerat; eratque miræ abſtinentiæ, ſingulariſſimæ etiam vitæ; plura vero alia de ea ſcribenda forent. Nuper autem cum Spiritus almus ſanctæ ſuæ eccleſiæ, rector verus (vt creditur) hunc ſpiritum falſum detegere vellet, hæc mulier capta & pœnis vt torqueretur eſt addicta: quæ omnem veritatem confeſſa eſt, qualiter prædicta cupiditatis occaſione finxiſſet, vt hoc modo ſe nutriret & ſuæ paupertati ſubueniret, aut fortaſſe pro huiuſmodi diabolo ſe miſeram in famulam dedicauit. Inuenta eſt inſuper morbum caducum habere, ac eundem ſub extaticis exceſſibus, quos finxerat, palliare: de qua cum varia opinio eſſet, an tanquam hæretica condemnaretur, indicatum eſt a doctis ad pœnitentiam eam admittendam, nec eſſe hæreticam, quia illa, quæ fecerat, dimiſit, nec obſtinata permanſit.*

Horrenda mulierculæ impoſturæ.

b Io. Gerſ. to. 2. de examinat doctrin.

Fingit a ſe animas ab inferno redimi.

Edocta a dæmone hominum peccata in eorum fronte deſcripſit.

Tota fraudes detegit.

22 Longe abhorrebat ab impia illa hypocriſi per hoc tempus in Hollandia virgo quædam pia in oppido Schiddenſi, quam viginti octo annis

Digitized by Google

a Krantz. Vandal. lib. 11. cap. 3
Puella Schiedamſis ſola Eucharistia ſuſtentata.

Euchariſtiæ ſolo vſu vitam ſuſtentaſſe memorat Albertus Krantzius his verbis a: *Erat per id tempus puella in Hollandia oppido Schiddam Chriſto deuota, quæ intra octo & viginti annos nullo corporali cibo refecta ſolo dominici corporis Sacramento per ſingulos dies dominicos accepto victitabat: corpus attenuatum ſolis neruis cohærebat & oſſibus, carnes conſumptæ vires ademerant. Curioſe experiri ſtatuit ſacerdos, ſi quid ſubeſſet aliud: afferebat aliquando puellæ hoſtiam non conſecratam, vt probaret, ſi dominici corporis ſola virtus fœminam ſuſtineret. Ferunt mox deſtitutam viribus factam velut in agone, & niſi citius Dominici corporis præſtatione ſuccurriſſet, animam protinus efflaſſet. Idem quoque alijs in locis vſu compertum ferunt. Viuit hodie puella aut paucos ante annos in Peruſio Italiæ ciuitate defuncta eſt, de qua ſimilia ferebantur per omnia.* Simile prodigium in B. Catharina Senenſi & in alijs diuinitus editum vidimus, & alia inferius adducemus.

Inter Græcos & Turcas induciæ.
b Phrantz. chron. lib. 1. cap. 41
c Diar. m. s. Venet. hoc ann.

23 Quod ad orientales res ſpectat; eæ ad exitium tendebant: quibus vt conſuleret Ioannes Imperator Conſtantinopolitanus menſe februario cum Amurate fœdus inijt, vt refert Phrantzes b: At non ea firma pax, ſed leues fuere induciæ pactæ, vt tradit diarij Veneti auctor c, quod magnus Caramanus Amurati bellum inferre pararet: nec propterea alijs Græciæ Chriſtianis eæ profuere; iniquiſſime enim ferens inhumanus & barbarus princeps Theſſalonicam e ſuis ereptam faucibus, acceptamque a Venetis in clientelam fuiſſe, Nicolaum Georgium Venetum oratorem miſſum, vt de pace ipſum appellaret, in reditu intercepit: quo nuntio Venetias perlato, ſenatus claſſem præfecto Petro Lauredano inſtruendam curauit d, vt Helleſpontiacum fretum obſideret, infideleſque Aſiaticos, ne in Europam traijcerent, arceret. Cæterum menſe maio Turacanem barbarorum ducem cepiſſe Hexamilium ſiue Peloponeſiacum Iſthmum, ac multos Epirotas ſiue Macedones ea clade conſumptos, teſtatur Phrantzes e, ingraueſcenteque Turcico terrore Ioannem Imperatorem decimoquinto nouembris die tradita fratri Conſtantino deſpotæ regiæ vrbis adminiſtratione, in Hungariam tranſijſſe, vt a Sigiſmundo Romanorum Rege auxiliũ aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes peteret: nam Amuratem, qui anno ſuperiori Turcicum in Europa imperium coniunxerat cum Aſiatico, quod biennio ante mortuo Mahomete corripuerat, Conſtantinopolim hoc anno terra marique oppugnauiſſe, referunt Turcarum monumenta f, quæ etiam referunt, eundem Amuratem, facta in Valachiam irruptione, magnas clades Chriſtianis intuliſſe g.

d Ibid. Inſtructa a Venetis claſſis Iſthmus captus a Turca.
e Phrant ſuper cap 41.
Imp. Græc. in Hungariam auxilia petiturus abit. Obſeſſa Cõſtantinopolis.
f Hanibal lib. 14. p. 2. Murates Dragoman. ex archetyp. Turc.
g Hiſt. Muſulman. & ex ea Io. Leuncl. lib. 14.

IESV CHRISTI
Annus 1425.

MARTINI PP. V. annus 8. | SIGISMVNDI ROMAN. REGIS 15. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 2.

Petr. Card. Fuxen. in Aragoniam legatus mittitur.

1 INeunte anno a Seruatoris ortu milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quinto indictione tertia Martinus ſedandi ſchiſmatis percupidus, quod Alfonſi Regis Aragonum, ad infringẽdam veri Chriſti vicarij, regnum Neapolitanum contra illius impetus defendentis dignitatem, callido aſtu excitarat ambitio, Petrum tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum Cardinalem Ioannis comitis Fuxenſis fratrem, legatum ſuum creauit, vt Regem ab impietate reuocaret, eiuſque opera Ægidium Munionem canonicum Barcinonenſem ab affectandis inimico more pontificalibus apicibus deterreret; de quo impoſito munere ex actis eiuſdem Cardinalis potiorem apoſtolicarum literarum partem ſubijcio: *Cum nihil in animo noſtro inſit ardentius, nihilque cum maiori affectione deſideremus, quam videre vniuerſalem Eccleſiam in ſui ſtatus amplitudine ſtabilitam, & ſedem Apoſtolicam in ſua auctoritate & faſtigio conſeruari te, cuius perſonam Dei benignitate præclaris virtutibus illuſtratam eſſe cognouimus, quem etiam vitæ integritate, ac magnitudine conſilij & rerum experientia, ac ſacrarum literarum doctrina plurimum valere non dubitamus, in regno Aragonio & omnibus alijs partibus, inſulis, ciuitatibus, terris, & locis chariſſimo in Chriſto filio noſtro Alfonſo Aragonum Regi illuſtri vbique ſubiectis, de fratrum noſtrorum conſilio pro ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ & conſeruatione dignitatis & libertatis eccleſiaſticæ noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere cum plena poteſtate facimus, conſtituimus, ac etiam ordinamus; atque te ad regnum Aragoniæ, ac inſulas, ciuitates & terras prædictas tanquam pacis angelum,* & infra, *prouidimus deſtinandum, &c. Dat Romæ apud ſanctos Apoſtolos* VI. *id. ianuarij anno dominicæ incarnationis* MCCCCXXV. *pontificatus noſtri anno* VIII.

a Acta Card. Fuxen.
Negatus ei ab Alfonſo Rege aditus.

2 Peruenit a Carpentoractum legatus Cardinalis menſe martio, atque in ea vrbe ſubſtitit, donec ab infenſo eccleſiæ Romanæ Rege ad ingrediendum Aragoniam fides publica ſibi daretur. Verum Alfonſus rabida ira in Martinum concitus negauit aditum, donec ab illo iniuſta de Neapolitano regno exambito poſtulata extorſiſſet, tum alijs ſe diſtineri curis bellicis ad Henricum fratrem e Caſtellano carcere liberandum cauſatus eſt. Popoſcit legatus, vt ſe cum ipſo in colloquium venire pateretur, concepta ſpe forte, vt iram regiam molliret, concordiaque eſſet redintegranda: ſed obduruit in priori pertinacia Rex legatumque apoſtolicum ſolitis fraudibus eluſit: qua iniuria exaſperatus Pontifex, in eum legibus animaduertendum decreuit, ac Ioannem Regem Caſtellæ rogauit, vt aduerſus propagatorem ſchiſmatis præſidio ſibi non deeſſet, ingentiaque Alfonſi Regis ſcelera recenſuit hiſce literis b.

Decreuit Martinus legibus agere in Alfon.
b Lib. tom. 9. pag. 3. & in eod. Alex. VII. pag. 84.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Regi Caſtellæ & Legionis illuſtri ſalutem, &c.

3 Dudum, cum peſtifero & inueterato ſchiſmate diutiſſime magnis cladibus vexaretur Eccleſia Dei, nouit ſerenitas tua, quantis laboribus, curis, vigilijs expenſarumque profluuijs vniuerſa Chriſtianitas laborauit, vt funditus tolleretur & extingueretur hoc ſchiſma, quod tandem per Dei miſericordiam in ſacro Conſtantienſi concilio ſublatum fuit, ac pax & vnio Eccleſiæ reſtituta, nobis (diuina fauente clementia) ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumptis, ac damnatæ memoriæ Petro de Luna, iuſto Dei iudicio, per diffinitiuam ſententiam in præfato concilio rite latam hæretico & ſchiſmatico declarato, & ab omni iure, quod ſe habere in papatu prætendebat, erepto ac ab Eccleſia Dei præciſo. Quæ quidem tibi mundoque notiſſima propterea commemoramus, vt ante omnia tecum cogites, quam ſceleratus & impius & omnino deteſtabilis haberi debeat quicumque tam publicam & tam ſanctam, tamque diu deſideratam pacem & vnionem Eccleſiæ tanto, & tam communi labore catholicorum Regum & principum, populorumque fidelium & ex omni parte concurrentium legatorum, Domino concedente, perfectam perturbare ac reſcindere, & vetus illud ſchiſma ſuſcitare & renouare moliatur:

Impij Alfonſi conatus.

ſicut

Digitized by Google

ſicut Alfonſus Rex Aragonum iam pluribus annis elapſis facere conatus eſt, & conatur in dies, immemor primum Dei eius Eccleſiam offendendo, immemor præclaræ memoriæ Regis Fernādi genitoris ſui, quē nouit in hac vnionis procuratione, dum viueret, fuiſſe ſollicitum & feruentē, & ſolemnes oratores, ad idē concilium tranſmiſiſſe, immemor etiam ſui; nam primum per veſtigia patris incedens ſimiliter oratores deſtinauit, quorum aliqui electioni canonicæ de perſona noſtra factæ interfuerunt, & nos cum alijs concorditer elegerunt, & decretum electionis eiuſdem ſubſcripſerunt, & nos ſuo nomine tanquam verum Romanum Pontificem honorarunt; fecerunt idem poſtea alij ſui oratores ad nos cum ſpeciali mandato tranſmiſſi, preces ſuppliciter porrigentes pro infeudatione regnorum Trinacriæ, Sardiniæ, & Corſicæ inſularum, nobis & Romanæ eccleſiæ pertinentium, quas eidem Alfonſo in feudum, ita etiam vt illud per procuratorem recipere poſſet, ſicut ipſe petiuerat, conceſſimus de gratia ſpeciali, eius nomine nobis in ſeſſione publica prę̄ſtito fidelitatis & homagij iuramento ac, vt ipſum ſtrictius nobis & eccleſiæ obligaremus, cenſum annorum quinque futurorum & quidquid pro dictis inſulis de prædicto tempore ſoluere tenebatur, prout ſuppliciter poſtulabat, liberaliter & benigne remiſimus. Dedimus & fecimus alia plura, ſperantes eundem recepti beneficij in perpetuum fore memorem atque gratum, & fidem, quam cum iuramento promiſerat, conſtantiſſime ſeruaturum, & reliquias ſchiſmatis, quæ in regno ſuo remanſerant, euulſurum.

Vt deſciuerit a patris exemplis.

Collata in eum a Pont. beneficia.

Verum ipſe, qua fiducia & ſpe neſcimus niſi ſola cogitatione ſchiſmatis ſuſcitandi, contrarium ſtatim fecit. Nam præfatum hæreticum & ſchiſmaticum Petrum de Luna in ſuo regno tenuit, fouit, atque ſeruauit; quem, ſi talis erat, qualem ſe profitebatur, Rex videlicet catholicus, obediens & deuotus Eccleſiæ filius, velut peſtilens monſtrum eijcere & exterminare, vel potius corrigendum, & puniendum ad manus noſtras conducere pro honore ſuo & ſatisfactione conſcientiæ debuiſſet, ſicut aliquando nobis obtulit ſe facturum, certis caſtris diuerſarum religionum & nonnullis alijs præmijs poſtulatis, quod ſi fortaſſe non adimpleuit, vt debuit, quadam ſimulatione pietatis propter ipſius Petri de Luna veterem dignitatem, cum tamen ſumma eſſet impietas hoſtem ſanctæ matris Eccleſiæ omni dignitate priuatum atque damnatum in generali concilio Chriſtianorum retinere atque fouere. Tranſeamus hoc flagitium, & ad id, quo nullum poteſt cogitari ſcelus & ſacrilegium eſſe maius, veniamus. Petro de Luna defuncto in illa infami latebra Paniſcolæ Dertuſenſis diœceſis, continuo data fuit opera, vt nonnulli ſacrilegi falſo dicerentur per diem ante mortem ipſius Petri ab eodem creatos eſſe Cardinales, ſeu verius profanatos; cum tamen liquido & certo conſtet, ipſum neminem nominaſſe, ſed vt ſeminarium non deficeret ſchiſmatis hanc ridiculam fabulam fuiſſe confictam, atque ita continuo aſſentiente Alfonſo Rege (nec enim aliter factum eſſet) quendam Ægidium per illos ſacrilegos in idolum fuiſſe creatum, & Clementem auſu temerario & impio nominatum, vt eo nomine, ſi poſſet, ſuſcitaret & perpetraret ſchiſma iam ante ſublatum.

Violata ab Alfonſo Sacramenti fides.

Vt Petrum a Luna traderet a Pōtifice, ſi qua extorquere auſus eſt.

Defuncto Petro a Luna extinctum ſchiſma exſuſcitauit.

Nouum antipapam erigendum curauit.

4 Conſidera nunc, fili chariſſime, quid iſte Rex facere debuiſſet, & niſi eſſet auctor huiuſmodi abominationis & turpitudinis, quid feciſſet: ſed in Chriſtianitatis ſcandalum & animæ ſuæ damnationem fouit & ſuſtentauit illum Ægidium, ſibi & ſequacibus ſubminiſtrans ſumptus de bonis eccleſiæ, oblitus etiam alterius iuramenti, quod nobis, dum eſſet in ciuitate Neapolitana, præſtiterat quo, poſt aſſertionem & confeſſionem noſtri veri pontificatus, & promiſſionem, ac exhibitionem perpetuæ obedientiæ filialis, iurauit ſuper crucem domini noſtri Ieſu Chriſti & eius ſancta quatuor euangelia, etiam ſacroſanctas ſcripturas manu tangens, quod ſemper nobis tanquam vero & indubitato Chriſti vicario plene obediret, & per regna, terras, & populos ſuæ gubernationi commiſſa faceret obediri, nec alium præter nos teneret aut reputaret in Chriſti vicarium, nec a ſuis reputari & teneri permitteret, & contrarium facientes, pro ſchiſmaticis & rebellibus ſanctæ matris Eccleſiæ haberet, & eos abſciſſos a communione fidelium perſequeretur, caſtigaret atque puniret, nec permitteret habitare aut locum habere, & moram trahere in ſuis regnis & terris, ſed procedi contra eos faceret ad perſonam, captionem, ablationem bonorum, & totale ipſorum exterminium & ruinam, prout in forma dicti iuramenti ſolemniter publicati plenius continetur, quod quam egregie fideliterque ſeruauerit, ſatis ſuperiora declarant. Sed hoc præcipue, quod præfatis Ægidio & ſequacibus, ſicuti nobis conſtat, ad gremium Eccleſiæ redire et ad gratiam noſtram recipi cupientibus, ipſe Rex auctor ſcandali & fautor ſchiſmatis impedimento fuit. Cuius & alia grauia quidem & deflenda facinora prætereamus; ſicut eſt inuaſio regni noſtri Siciliæ, & Neapolitanæ vrbis incenſio, atque direptio, deſolatio eccleſiarum, matrum familias virginumque violatio, etiam Deo dedicatarum, quæ ſcelera, per gentes ſuas in vrbe præfata in eius oculis perpetrata, ſub ſilentio tranſeunt; ſed ſacrilegia, quæ de ſuo conſenſu atque mandato in terris ſuis commiſſa ſunt & committuntur in dies contra prę̄latos & clericos & libertatem eccleſiaſticam, prę̄terire non poſſumus; nam priuare & ſpoliare prę̄latos, & laicis eccleſiaſtica bona concedere, & regia poteſtate perſonas eccleſiaſticas, vt eius iniquis legibus & edictis pareant, coercere prę̄ſumit, nihilque conſiderat nec metitur, quid ei liceat, dummodo nos offendat, & eccleſiam Dei laceret & perturbet.

Sacramentum dum Neapoli eſſet conceptum fregit.

Magnifica eiuſdem ſed falſa promiſſa.

Ægidium a ſchiſmaticis ad officium reditu rum detinuit.

Eccleſiaſticos ab eodem in eccleſiaſticos perſequutus.

Nuper ſi quidem regio mandato edito per terras ſuas voce prę̄conis publicato, ne quis ſubditorum ſuorum ad Romanam curiam venire, nec literas apoſtolicas apertas, aut clauſas cuiuſcumque tenoris recipere, legere, exequi, aut preſentare, aut ipſis aliqualiter obedire prę̄ſumat, ſtatuens in eos, qui contrafecerint, pœnam perditionis bonorum, illudens Eccleſię & libertatem eccleſiaſticam pro poſſe ſuo deprimens & cōculcans. Quę omnia plane ſignificant, ipſum Regem non ſolum nobis iratum ſicut eſt, & certe ſua culpa, non noſtra, qui eundem antea in ſinu charitatis noſtrę, velut peculiarem noſtrum & Eccleſię filium tenebamus, ſed etiam ab eccleſia Dei alienatum, quam renouatione peſtiferi ſchiſmatis labefactare conatur; in qua perfidia, ne perſeueraret, & vt etiam charitatiue monendo, & quę honeſte concedi poſſent liberaliter concedendo, reduceremus ad viam conſilij ſanioris, dudum ad ipſum miſimus dilectum filium noſtrum Petrum tit. S. Stephani in celio Monte prę̄sbyterum Cardinalem de Fuxo Apoſtolicę ſedis legatum conſanguineum eius ſui honoris, ſalutis & famę zelatorem, quem in grauem noſtram & Apoſtolicę ſedis iniuriam & ipſius legati tam conſpicui viri vilipendium non admiſit; ſed, eo contumaciter & ſu-

Deficit ab eccleſia Romana.

Pontificia pro eo ad officium reuocando ſtudia.

Miſſus ad eum Card. conſanguineus.

Ab ipſo ſuperbo repulſus.

perbe reiecto, declarauit nobis & mundo animum eius eſſe in nequitia ſua obſtinatum. Ex quo neceſſarium nobis eſt aduerſus hunc Regem turbatorem pacis Eccleſiæ & oppreſſorem eccleſiaſticæ libertatis exurgere in virtute Altiſſimi & iuſtitia mediante procedere, licet hoc faciamus inuiti, ſed ſatis ſuperque iam tulimus abominationes eius, & ne feramus vlterius, nos interpellat Eccleſia Dei, cuius regimini (licet immeriti) præſidemus, ipſamque tenemur nobis a Deo cum perfecta vnione commiſſam in ſua integritate & maieſtate contra quoſcumque, quacumque præfulgeant dignitate, eam diuidere & lacerare molientes, omni ſtudio & diligentia defendere & conſeruare. Hæc autem tuæ celſitudini ſignificare volumus, vt tibi nota ſit veritas, contra quam nihil recte loqui poterit humana malitia: Cæterùm exhortamur ſublimitatem tuam, vt vnionem & pacem Eccleſiæ, pro qua tantum tu & alij principes laboraſtis, tueri nobiſcum ſtudeas tua virtute, auctoritate, conſilio cunctiſque præſidijs, quibus nos poteris & ipſam Eccleſiam Dei adiuuare. *Dat. Romæ, &c.*

Porrecta Caſtellæ Regi preces.

Caroli Regis Nauarræ obitus.

a Marian. lib. 20. cap. 14.

5 Intentabat tunc arma [a] Ioanni Caſtellæ Regi Alfonſus Rex Aragonum, ægerrime ferens Henricum fratrem cuſtodijs retineri; cuius controuerſiæ ſedandæ munus Carolus Rex Nauarræ Nobilis appellatus, ſuſcepit: ſed hoc anno die octaua ſeptembris repentina apoplexia oppreſſus [b] interijt, nullis relictis maſculis liberis; atque ideo illi ſucceſſit Ioannes Alfonſi Regis Aragonum frater dotali vxoris iure, quippe Blancha Caroli Regis Nauarræ filia eademque Siciliæ Regina Martini Regis vidua non Ioanni Fuxenſi comiti (quamuis Martinus Papa leges canonicas, vt ſororem prioris vxoris ſine liberis defunctæ matrimonio rite ſibi adiungeret, ad Nauarræum ſceptrum in ſtirpe Gallica retinendum, repellendaque imminentia bella ſoluiſſet) ſed Ioanni principi Alfonſi Regis Aragonum fratri nupta [c] fuerat ijs legibus, vt aiunt nonnulli, vt ſi Blancha, ſuſceptis liberis vel non ſuſceptis, præmoreretur poſt Caroli ſoceri mortem, ſceptrum Ioannes Aragonius capeſſeret, illudque toto vitæ curſu retineret, quod negarunt alij: maxime cum nouercam priuigno inſidiantem poſtea induxerit; ex quo aſperrima bella inter Carolum filium Vianæ principem & Ioannem Regem eſſe oborta viſuri ſumus. Ita Nauarræ regnum a Gallica gente ad Aragoniam translatum eſt: ſed poſt Ioannis Regis mortem iterum ab Aragonia ad Gallicam Fuxenſem [d] reuocatum. Ceterum Ioannes Nauarræo ſceptro potitus, paciſque arbiter a Caſtellæ & Aragoniæ Regibus creatus ſententiam pro fratre tulit, vt nimirum Henricus priſtinæ libertati ac ditioni reſtitueretur, cuius fœderis leges Caſtellanus admiſit. Habebat is etiam nonnullas controuerſias cum Genuenſibus, ad quas dirimendas cum illi duos arbitros delegiſſent, Pontificem rogauerat, vt tertium deſignaret; qui pacis conciliandæ cupidus munus delatum lubens accepit, ac Genuenſes magiſtratus commendauit [e].

b Garinai lib. 27. c. 50.

Ioannes Arag. ſuccedit.

c Cap. 48

d Lib 28. cap. 1.

Pacis arbiter fit inter Caſtell. & Arag.

e Mart. lib. 1. ſ. breu. pag. 99.

Martinus, &c. Cum ferat humanæ naturæ conditio, vt ſuboriantur inter homines priuatim & publice lites atque diſcordiæ, nihil vtilius arbitramur, quam eas bonorum virorum arbitrio diffiniri, & maxime publicas controuerſias, ex quibus regnorum & ciuitatum maiora detrimenta prouenerunt. Propterea nos, qui pacem & quietem fidelium pio deſideramus affectu & omni ſtudio procuramus, poſtquam vtrique parti placuit, vt tertium eligamus, qui duobus arbitris partium diſcordantibus terminare debeat, circa eius electionem diligenter & mature & non niſi audita vtraque parte, ſicut iuſte requiritis, procedemus. *Dat. &c.* Compoſita eſt pontificia induſtria ea lis, vt in bellum non eruperit.

a Diar. m. s. Ven. hoc ann. Biz. r. lib 11. hiſt. Genuen Foliet. lib 10. & alij.

Vertit [a] vero arma in Genuenſes Alfonſus Rex Aragonum miſſa in eos claſſe, vt ipſos a Philippi Mariæ ducis Mediolanenſis obſequio & clientela abduceret; alieno enim animo erat in illum, quod Liguſticæ claſſis ope Ludouicus Rex Siciliæ Caietam, Neapolim, ac pleraſque maritimas arces ſuperiori anno recepiſſet: incitabant etiam per ſe accenſum ipſius animum Florentini ſocij, qui bellum cum Mediolanenſi ob conuerſiones Foroliuienſes gerebant. At quamuis aprili menſe Aragonia claſſis Genuenſem portum infeſtarit, conſerto tamen tumultuario prælio depulſa eſt. Addit auctor diarij Veneti, relatum ad ſenatum, ducem Mediolani communita Genua fœdus cum Pontifice, Ioanna Regina Siciliæ, ac Rege Ludouico inſtauraſſe aduerſus Florentinos, qui ſe Aragonio Regi ſedis Apoſtolicæ hoſti infenſiſſimo coniunxerant; eoſque poſtea, magna accepta clade, ab Angelo Pergolano Mediolanenſium copiarum ductore ad oppidum, cui S. Sepulchri nomen eſt, menſe octobri profligatos, illudque amiſiſſe: tum nouembri menſe Marcelli Strozzij opera ſenatui Veneto expoſuiſſe Mediolanenſis ducis iugum ſubituros, ni Veneta reſpublica laborantibus ferret opem; ita re excuſſa pactum cum ijs armorum fœdus ea lege, vt Florentini ipſi ſumptuum in rem militarem faciendorum mediam partem ſuppeditarent.

Aragonia claſſis Genuenſes ad libertatem recuperandam prouocat.

Pontifex in Florentinos fœdus init.

Cæſi Florentini.

Opem expoſcunt a Venetis.

6 Arcebat etiam Gallia bello, quod alebatur factionis Anglicæ proceribus, cuius ſedandi ſtudio a permotus Pontifex Ioannem ducem Bethfordiæ, qui Henrici Regis nepotis nomine res Gallicanas curabat, ad pacis conſilia ampleсtenda apoſtolicis literis ſollicitauit [a].

Pacem inter Gallos & Anglos promouere nititur Martinus.

a Lib. vlt. breu. pag. 105. & in alio lib. breu. pag. 112.

Dilecto filio nobili viro Ioanni duci Betfordiæ.

Bethfordiæ dux ad pacem ſollicitatus.

Cum celebris & præclaræ memoriæ Rex Henricus germanus tuus ageret in humanis propter clementiam & benignitatem ſuam non ceſſabamus eum etiam in ipſa victoria literis, legatis, & nuntijs exhortari, rogare & requirere ad deſideratam nobis pacem regnorum Franciæ & Angliæ componendam: & viri catholicum illum Regem mors immatura præripuiſſet, hoc & alia multa bona pro dignitate eccleſiæ & commodo Chriſtianorum ab eo conſequi ſperabamus, quæ etiam ab alijs principibus de ſanguine tuo imitatoribus bonitatis ſuæ, & præcipue ab excellentia tua ſperamus. Cum itaque nuper ad notitiam noſtram deductum ſit aduerſarios tuos, inſpirante Domino, inclinatos eſſe ad pacem rationabilem & honeſtam, & quæ ſine graui peccato & offenſa Dei repudiari non poteſt, nobilitatem tuam pio & paterno affectu exhortamur, requirimus & rogamus, vt in nomine Ieſu Chriſti, qui cum tranſiret ad Patrem diſcipulis dixit: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*; etiam tu inclines animum tuum ad pacem, & cæteros, qui tibi fœdere & amicitia iuncti ſunt, coneris inducere in eandem ſententiam & voluntatem pacis, ſine qua nec ſperari Dei gratia nec vita hominum poteſt eſſe iucunda. Satis ſuperque, fili dilecte, pro mundana gloria & ambitione pugnatum eſt, cum magno vtriuſque partis labore, vaſtatione terrarum & miſerabili excidio populorum. Iam tandem tantis laboribus faciendus eſt finis, & regna præfata, quæ duo ſunt præcipua robora

Pugnatum ſatis pro mundi gloria.

bora

Non minus opere ſanctâ quâ armis clareſcere princ:pes.

bora & ornamenta Chriſtianæ reipublicæ, reducenda ſunt ad tranquillitatem & pacem: in quo ſancto opere deſideramus, vt humanitatem & ſapientiam tuam exerceas non minori cum laude & exaltatione tui nominis, quam ſi hoſtes virtute bellica ſuperares. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* XI. *kal. iunij anno* VIII.

Anglus potentiam ſuâ iactat.

7 Infringere pergebat idem Ioannes eccleſiaſticam libertatem iam ante ab Anglis labefactatam: cumque a Pontifice de ea reparanda monitus fuiſſet, Anglicam potentiam, quæ ad ſummum culminis faſtigium in Anglia & Gallijs peruenerat, iactabundus obiecit: cui Martinus hæc reſpondit a.

a Lib. vlt. breu. pag. 34.

Ioanni duci Bethfordiæ.

Non ignoramus id, quod tu nobis filiali deuotione commemoras, quanta ſit domini tui & regnorum Franciæ & Angliæ potentia & magnitudo, quantumque prodeſſe poſſit Eccleſiæ: ſed ſcimus etiam quod ſuper omnes Reges eſt Deus, per quem Reges regnant & domini dominantur, & in cuius manu corda ſunt Regum; in quo plene confidimus & ſperamus quod Eccleſiam ſuam, cui nos, licet immeritos, præeſſe voluit, opprimi & perire non patietur, & excellentiæ tuæ inſpirabit recta & ſancta conſilia, per quæ ius Romanæ eccleſiæ & eccleſiaſticam libertatem & dignitatem ſedis Apoſtolicæ conſeruabis & reſiſtes ſcandaloſis hominibus, quam ambitione ſua ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ & pacem ac charitatem fidelium volunt perturbare. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* IV. *non. februarij anno* VIII.

Commemoratæ ſuæ præfidat potentiæ.

Administriſuo tantu Reges per deos ſolus.

8 Non ad irritum cecidere Chriſti vicarij verba, ex ſummo enim culmine poſtea Anglorum res præcipites ruiſſe viſuri ſumus, nec ſine iuſta diuini Numinis vltione, cum nimirum eccleſiaſtici ordinis dignitatem infringerent: Carolus vero Francorum Rex in tuendis eccleſijs pius, & ſummis ideo a Pontifice ornatus laudibus diuina potius, quam humana ope hoſtes edomuit: quare præclarum in hoc argumento tributum illi a Martino encomium ſuere non poſſumus, quo ob reſciſſas iniquas leges, quæ iuri pontificio aduerſabantur, regiaque ſedi Apoſtolicæ adducta obſequia, commendatur b.

b Lib. 6. pag. 7.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Francorum illuſtri.

Dum ſinceritatem & plenitudinem tuæ deuotionis & fidei, qua nos & ſedem Apoſtolicam deuotiſſime revereris, diligenter attendimus, & paterna conſideratione penſamus quanto fauore tuæ filialis erga nos & Eccleſiam affectionis & promptiſſimæ voluntatis vigilas & intendis ad conſeruandam in regno tuo dignitatem dictæ ſedis & eccleſiaſticam libertatem, merito inducimur ad ea, per quæ conſeruata einſdem ſedis auctoritate conſequaris conſcientię tuæ pacem. Sane pro parte tuę ſerenitatis nuper nobis exhibita petitio continebat, quod cum dudum per clarę memorię Carolum Regem Francorum genitorem tuum de nonnullorum prælatorum & procerum de genere regio & aliorum dicti Regis conſilio factę fuiſſent quędam ordinationes ſuper diſpoſitione, prouiſione & collatione eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum ſęcularium & regularium in tuis regno Francię & Delphinatu Viennenſi conſiſtentium, & ſuper rebus alijs eccleſias, monaſteria, dignitates & beneficia huiuſmodi, nec non iuriſdictionem & auctoritatem præfatæ ſedis concernentibus, tu tunc in annis iuuenilibus conſtitutus, & Delphinus Viennenſis ad inductionem & perſuaſionem dictorum

Nonnulla edicta a Carolo VI. contra ius eccleſiaſticũ lata.

prælatorum, principum, procerum, & conſiliariorum dicti tui genitoris ſolemniter iuraſti dictas ordinationes inuiolabiliter obſeruare, & nunquam in contrarium relaxare, venire, aut aliquid per te vel alium impetrare poſtmodum; tu tanquam deuotiſſimus Eccleſiæ filius & Chriſtianiſſimus princeps incedens per veſtigia clariſſimorum regni Franciæ progenitorum tuorum, a quibus ſemper dignitas dictæ ſedis præcipuæ ſolicitudinis ſtudio defenſa fuit, & libertas eccleſiaſtica conſeruata intendens, quod auctoritati & iuriſdictioni præfatæ ſedis, ac apoſtolicis literis & proceſſibus inde ſecutis circa præmiſſa in tuis regno & delphinatu Viennenſi ab omnibus realiter obediretur eaſdē ordinationes & earum effectū quantum ad tūc futura, ſicut nobis nuper per tuos ſolēnes oratores ad noſtram præſentiā deſtinatos & patentes literas regias intimaſti, totaliter relaxaſti, ſuſtuliſti, & etiam amouiſti; propter quod dubitas veniſſe contra præfatum per te, vt præfertur, de obſeruandis eiſdem ordinationibus præſtitum iuramentum; quare pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt tibi tuoque ſtatui ſuper ijs opportune conſulere, & alias in quantum expedit, ſuper tranſgreſſione dicti iuramenti & non obſeruatione etiam in futurum de abſolutionis & diſpenſationis beneficio prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Delphinus ad ea ſeruanda ſacramento adactus.

Potius eſt eius decreuit audiam iuri eccl. ſiaſtico vim inferenda

Nos igitur tam feruentem fidem, affectionem, & optimam voluntatem, quam ad nos & Romanam eccleſiam gerere comprobaris, prout oſtendiſti, laudabilium operum ab effectu paterna conſideratione penſantes, & attendentes dictum iuramentum, in quantum libertati & auctoritati dictæ ſedis derogabat, non fuiſſe nec eſſe per te quomodolibet obſeruandum; quodque bonarum mentium eſt ibi culpam timere, vbi culpa non eſt, auctoritate apoſtolica tenore præſentium declaramus te ad obſeruantiam dicti iuramenti nullatenus fuiſſe nec eſſe aſtrictum, nec etiam teneri debere; & nihilominus eandem ſerenitatem tuam a tranſgreſſione eiuſdem iuramenti, ſi & in quantum indigeas, eadem auctoritate ad cautelam abſoluimus, decernentes te vlterius ad illius obſeruationem quomodolibet de cætero non teneri; ſed tibi quotieſcumque & quandocumque tuæ celſitudini placuerit contrauenire, liceat pro conſeruanda ſedis Apoſtolicæ dignitate & libertate eccleſiaſtica protegenda abſque periurij reatu & periculo aut alia quauis infamiæ macula ſiue nota libere pariter & impune, præmiſſis ac conſtitutionibus apoſtolicis, ac alijs, quæ ſuper illis quouis modo tibi poſſent obijci vel opponi, cæteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos kal. maij pontificatus noſtri anno* VIII. Erigi firmarique illius res viſæ ſunt ex ſimultate inter Philippum ducem Burgundiæ & Humfridum ducem Gloceſtriæ ſuborta ſuperiori anno.

Pronuntiatum a Pontifice nullo vi eal fuiſſe obſtrictum.

9 Narrant hiſtorici Iacobam a, quæ Hanoniam, Hollandiam, & Zelandiam a patre Ioanne Bauaro hereditarias acceperat, nuptam duci Brabantiæ, fœminea leuitate virum dimiſiſſe, quaſi lege conſanguinitatis vetitum foret illius commercium: addidiſſeque imprudentiæ flagitium, non expectata enim ſententia de ea re a Pontifice, nuptias nouas illo ſuperſtite cum Humfrido duce Glóceſtriæ celebrauit, profeſſa vim ſibi tum illatam fuiſſe, cum Brabantino deſponſa fuerat; confictæque fuere Martini nomine adulterinæ literæ, quibus prius illud coniugium ſoluebatur, poſterius vero veluti legitimum confirmatum: in quos literæ

Iacoba ſuperſtite viro nubit.

a Menſtrel vol. 2. Meyer lib. 15. annal. ..lip. Ægid. e Roya. in annal.

Non expectat a Pontificis ſententia altera nubit.

Digitized by Google

terarum apoſtolicarum adulteratores Pontifex inquiri iuſſit [a]: ob has autem nuptias Humfridus contractis Anglorum copijs dotales prouincias Hannoniam, Hollandiam, ac Zelandiam inuaſit: quas econtra Brabantiæ dux, cui Philippus dux Burgundiæ auxiliares copias ſubmiſerat, defendit. Interea Martinus Papa Iacobam iuſto connubio cum duce Brabantiæ ſociatam pronuntiauit; nec tamen Iacoba bello abſtitit. Humfridus vero male cœpta damnare coactus, odioque & ira efferatus Burgundum ob latas duci Brabantiæ ſuppetias perfidiæ accuſauit, quod initum cum Anglis fœdus ab ipſo violatum diceret: quam contumeliam non ferens Philippus mendacij labe illum notauit, indeque ad certamen ſingulare appellato Sigiſmundo Romanorum Rege prouocauit [b]. Quibus de rebus factus certior Pontifex Sigiſmundum aliosque Reges ac principes, in quorum ditione certamen ſe commiſſuros pepigerant, mixtis precibus imperijs, hortatus eſt, ne tanto fauerent ſceleri; ſed ipſos in cōcordiam redigerent, cum potius eorundem nobiliſſimorum principum ſanguis pro Chriſto ſundendus foret.

a Extant ea de re Mart. lit. apud Mōſtrel. vol. 2.

b Extant de ea apud eund. Phil. Burg. & Lecestr. ducum lit.

Chariſſimis in Chriſto filijs .. Romanorum Regi & cæteris Regibus illuſtribus, & dilectis filijs nobilibus viris ducibus, comitibus, marchionibus, baronibus, & dominis, ac communitatibus & vniuerſitatibus ciuitatum & terrarum vbilibet conſtitutis, ad quos præſentes literæ noſtræ peruenerint ſalutem, &c.

Bethfordiæ & Burgundiæ duces ſingulare certamen condicunt.

Magno cum animi noſtri dolore nuper audiuimus, quod inter dilectos filios nobiles viros Philippum Burgundiæ & Hunfridum Gloceſtriæ duces exorta diſſentione, & ſathana inſtigante, qui poſt ſtragem populorum etiam ipſorum principum ſanguinem ſitit & animas, ad ſceleratam conuentionem de pugnando inuicem ſingulari certamine deuentum eſt, quod deteſtabile genus pugnæ omni diuino & humano iure damnatum eſt & fidelibus interdictum: ex quo mirari cogimur & dolere, quod ita vel ambitio vel cupiditas honoris humani ipſos duces fecerit immemores legis Domini & ſalutis æternæ, qua priuatus eſſet quicumque in tali pugna decederet, &c. *Quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?* Accedit etiam ad iacturam animæ, qua nulla poteſt eſſe maior, voluntaria quædam corporis & vitæ proiectio, quam tenemur ad mandatum Dei omni ſtudio conſeruare, nec in duello ſperari debet honeſta defenſio honoris & famæ, & certa declaratio iuſtitiæ & veritatis, pro quibus rebus homines excœcati aliquando temerarie huic periculo ſe obiecerunt; nam ſæpe compertum eſt ſuperatum fouere iuſtitiam, & quomodo exiſtimare quiſquam poteſt rectum haberi poſſe iudicium ex duello, in quo inimicus veritatis diabulus dominatur? Conſiderandum præterea, quam horribile & infame ſpectaculum eſſet videre duos catholicos principes de regio ſanguine procreatos ex leui forſitan contentione verborum veluti gladiatores gentilitatis, quæ ignorabat veram religionem & legem Dei, in arena certare.

Duellum non æquus iudex.

Turpe eſt principes in gladiatores verti.

Nos igitur, qui ex officio ſummi apoſtolatus nobis iniuncto tenemur, quantum poſſumus, ſaluti animarum prouidere & pacem fidelium procurare, tantam & tam publicam tranſgreſſionem ipſorum ducum nobis & Eccleſiæ pudendam tolerare non volumus nec debemus. Quocirca vos & veſtrum quemlibet paterno affectu & ardenti charitate rogamus per miſericordiam Ieſu Chriſti, qui ſanguinem ſuum dedit, vt animas fidelium ſeruaret, non vt ſanguinem ſuum fideles cum iniuria eius effunderent, vobis nihilominus in virtute fidelis obedientiæ ſtricte præcipiendo mandantes, quatenus præfatis ducibus, ſi ipſi campum a vobis vel a veſtrum aliquo petierint, vel alter ipſorum petierit, minime concedatis ad tam crudele certamen, nec præbeatis eiſdem ſecuritatem aut facultatem in aliqua parte veſtri territorij decertandi; ſed eos potius pro noſtra & ſedis Apoſtolicæ reuerentia & honore populi Chriſtiani inducere ad pacem & concordiam ſtudeatis: alioquin peccati, quod ipſi commiſerint, reus erit quicumque præſtabit eiſdem terram, conſilium, auxilium, vel fauorem. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* III. *kal. maij anno* VIII.

Vetiti Reges dare campum duelli.

Monuit iiſdem ferme ſententijs Chriſti vicarius [a] vtrumque ducem, ne tam atrox cruentumque facinus committerent: *Nobilitatem*, inquit, *tuam*, Gloceſtriæ ducem alloquitur, *paterno affectu & ardenti charitate rogamus*, & infra, *tibi nihilominus in virtute fidelis obedientiæ ſtricte præcipiendo mandantes ſub pœna maledictionis æternæ, & etiam excommunicationis, a qua nemo niſi Romanus Pontifex, præterquam in mortis articulo te poſſit abſoluere, quatenus a prædicto certamine abſtineas, ne ad pugnam huiuſmodi ſeu duellum præfatum ducem prouoces, nec ab eo, cui ſimiles literas deſtinamus, prouocatus accedas, alioquin te vel ipſum, qui nobis in hoc caſu parere neglexerit, excommunicatum, denuntiari mandabimus in vniuerſo populo Chriſtiano.*

Intentatum vtrique principi anathema.

a Lib. 2. pag. 51.

10 Agebat porro in viduitate Burgundus, quem Pontifex ad alendam populorum concordiam ſolicitauit [b], vt vxorem ad prolem ex ea ſuſcipiendam & in ſupremi Numinis cultu educandam duceret.

Conſulit Burgundo Pontifex vt vxorem ducat.

b Ibid. pag. 51.

Martinus, &c. Illuſtrem fœminā dignam te ſancto tibi matrimonio ſociare procures, ex qua gratiarum Domino concedente naſcantur vobis & eccleſiæ filij & defenſores, tibi ſucceſſores & liberi gentibus tuis & principes & domini cum certiſſima ſpe quietis & pacis, nec a ſancto matrimonio deſiſtendum eſt deſperatione prioris, ex quo non remanſerit tibi proles optata, in hoc potius animum debes ad ſecundas nuptias inclinare ſicut in cæteris humanis actionibus fieri ſolet; ſic maria repetuntur a naufragis, ſic extinctis meſſibus ſecunda agricultura reſumitur, ſic denique repetenda ſunt omnia, ex quibus ad Dei gratiam parari poſſit vtilitas populo Chriſtiano, ſicut fieri poteſt in hoc ſacramanto fidelium, & præſertim de perſonis illuſtribus, quibus multarum gentium regimen datum eſt: mirabitur forte nobilitas tua, quod & alias ita te monuimus atque rogauimus, & quod iterum moneamus & paterno conſilio requiramus; ſed noli mirari nec repudiare noſtra monita atque conſilia; nam præterquam, quod tibi ſuademus has nuptias propter te & tuos cauſam etiam agimus eccleſiæ, cui ſemper gratiſſima eſt catholicorum principum propagatio ſuper terram & præſertim de regali Franciæ ſanguine procreatorū. *Dat. &c.* Obſequutus eſt Pontifici Philippus, vt tradunt Belgici ſcriptores [c]. Sed ad inſtitutam de pontificio in conciliandis principum diſcordijs ſtudio narrationem redeamus [d].

In eo populorum & eccleſiæ cauſam ſe agere.

c Aegid. Roya in annal. hoc an. Meyer lib. 15. annal.

11 In Dania exortis grauibus diſſidijs inter Ericum Daniæ, Sueciæ & Noruuegiæ Regem, atque Henricum, Adolphum, ac Gerardum fratres duces Sleuicenſes Martinus, ne eorum arma ferenda in finitimos hæreticos mutuis cædibus cruentarentur, Ioanni epiſcopo Lubecenſi inter ipſos iungendi fœderis poteſtatem fecit, cuius induſtriam cum odiorum pertinacia eluſiſſet, Nicolao archie-

Diſſidia inter Regem Daniæ & Sleuicenſes principes.

d Magn. lib. 22. cap. 3.

archiepiſcopo Bremenſi in ſedanda eiuſmodi controuerſia vſus eſt [a].

a Lib. 5. ep. cur. pag. 230.

Martinus, &c. Fraternitatem tuam hortamur, vt cum ipſis Rege & ducibus, ſicut prudentiæ tuæ videbitur, de concordia & pace eorum, a qua dependet ſtatus ipſorum & magna Chriſtianitatis ſalus, nomine noſtro agas & tractes, ipſis per rationes efficaciſſimas demonſtrando quantum eorum concordia accepta ſit Deo, ipſis vtilis, & nobis grata, pro qua obtinenda totis viribus efficaciter operamur. Circa quam rem proſequendam, etiam communicare poteris & conferre cum dilectis filijs proconſulibus & conſulibus ciuitatis Lubicenſis, Vviſmarienſis, & Luneburgenſis oppidorum, quos etiam non dubitamus in hoc omnem operam & diligentiam fideliter impenſuros: *Et infra.* Ipſoſque Regem & duces pro noſtra parte horteris, moneas & requiras, vt ad hanc pacem velint eorum animos inclinare depoſitis inimicitijs, & conſulere potius ſaluti publicæ fidelium populorum quam velint inter ſe odia execranda fouere in animarum ſuarum graue periculum & communem iacturam populi Chriſtiani. Nos enim tibi omnia & ſingula, quæ fuerint neceſſaria & vtilia ad huiuſmodi pacem, tranquillitatem, & concordiam procurandam, inter præfatos Regem & duces eorumque adhærentes, ſubditos, & ſequaces, noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine, ipſarum partium accedente conſenſu decernendi, tractandi, concludendi, procurandi, faciendi, & exequendi, ac iuramenta hinc inde præſtita relaxandi, & ſi Deo, prout ſperamus, volente partes ad optatam pacem venerint, noſtram auctoritatẽ interponendi plenam & liberam, concedimus harum ſerie facultatem. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos v. kal. octobris pontificatus noſtri anno* VIII.

Auctoritate ampliſſima inſtruitur.

52 Rediiſſe hoc ineunte anno Ericum Regem ex Syriaca peregrinatione, luſtratis ſanctiſſimis illis locis, ac tertia die ianuarij Venetias applicuiſſe, tradit diarij Veneti auctor [b]. Ve vero ante peregrinationem illam exercitum in hæreticos Bohemos comparatat, quem etiam eduxiſſet, ſi Germani, vt conuentum erat ex fœdere, in Bohemiam eodem tempore irrupiſſent; ita redux arma ſacrauit [c] Chriſto expedienda in eoſdem hæreticos, in quos pariter Petrus Luſitana ſtirpe regia ortus crucem induit. Intemberga itaque ab iis eſt obſeſſa, ſed irrito labore, cum Procopius Raſus (traxit enim ex ſacerdotali tonſura quemadmodum & Magni ob partas victorias cognomen) rabidorum hominum ſuccinctus agminibus accurriſſet, per quos ſoluta eſt obſidio.

Ericus e peregrinatione terræ S. reditus.

b Diar. m. s. Venet.

Conſecrat Chriſto arma in hæreses.

c Cocl. hiſt. Huſs. lib. 5.

Repulſi ab hæreticis catholici.

53 Confirmabat in audacia hæreticos Sigiſmundus Koributus Regis Poloniæ nepos, qui Bohemicam coronam delatam ab impijs, atque ab Vvladiſlao Rege & Vvitoldo duce Lituaniæ magna cum virtutis laude repudiatam, vt diximus, acceperat: ad quem e Bohemia diuellendum Pontifex Vvladiſlaum Regem omnibus vrſit precibus, vt quod antea de excindendis Bohemiæ hæreticis cœperat conſilium explicaret, atque a regia ſtirpe aſperſam ex Sigiſmundi Koributi impietate labem aboleret [d].

Koributus Regis Pol. nepos confirmat hæreticos in pertinacia.

d Lib. 5. ep. cur. pag. 140.

Chariſſimo in Chriſto filio Vvladislao Regi Poloniæ illuſtri ſalutem, &c.

Nouit tua ſerenitas quanto ſtudio quantaque diligentia & ſolicitudine laborauimus poſt aſſumptionem noſtram ad apicem ſummi apoſtolatus pro extirpatione hæreſum Vvicleffiſtarum & Huſſiſtarum hæreticorum vigentium in regno Bohemiæ & partibus circumuicinis, quæ armata manu prodierunt contra catholicam fidem Chriſti, pro qua defendenda tenetur quilibet Chriſtianus & catholicus princeps exponere ſe, ac ſua, & pro qua etiam conſeruanda non mediocriter laborauit tua regia celſitudo: & vt votiuus noſtræ intentionis ſubſequeretur effectus reductionis Bohemorum hæreticorum ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ iuxta deſiderium cordis noſtri expenſis non pepercimus vel labori; nam, ſicut primum ad regnum & partes illas bonæ memoriæ Ioannem tit. S. Sixti, & deinde, eo ſicut Domino placuit vita functo, dilectum filium noſtrum Brandam tit. S. Clementis presbyteros Cardinales Apoſtolicæ ſedis legatos & alios nuntios noſtros cum plenaria poteſtate & auctoritate pro extirpatione huiuſmodi hæreſum prouidimus deſtinandos, poſtmodum vero ſicut fide digna relatione ſignificatum eſt nobis quamuis præfatus Branda Cardinalis contra ipſos hæreticos officium per nos ſibi commiſſum cum omni ſapientia, prudentia & ſolicitudine, ſicut ad eam rem pertinebat, executus fuerit, ac præfati hæretici omni præſidio & fauore catholicorum principum deſtituti eſſent, tamen (quod dolenter referimus) Sigiſmundus aſſertus dux Lituaniæ nepos tuus de prędictis hæreſibus notorie diffamatus & hæreticus manifeſtus, qui regnum ipſum violenter occupat et vſurpat, cum ſuis fautoribus, adhærentibus, et ſequacibus cum exercitu gentium armorum ad regnum ipſum ſe tranſtulit, non abſque dedecore et ignominia domus tuæ, et ſui nominis infamia ſempiterna, præfatis hæreticis publice fauendo et adhærendo, ipſiſque conſulendo et præſtando auxilium, conſilium, & fauorem, & cum eiſdem participando in huiuſmodi hæreſibus & erroribus, quæ omnia eidem tuæ ſerenitati credimus eſſe notoria, & de quibus etiam notorie nobis conſtat; vnde præfatus Branda Cardinalis plenaria ſuper hoc auctoritate munitus a nobis, qui tanta & tam notoria hæreſum ſcelera & nefanda facinora tantumque Eccleſiæ ſcandalum tolerare non poſſumus nec debemus, quod etiam denigrat nomen & gloriam clariſſimæ domus tuæ, tam ſuæ legationis, quam noſtræ etiam ſpecialis commiſſionis vigore, contra ipſum Sigiſmundum ſuoſque in eiſdem hæreſibus complices, participes, ac opem & auxilium dantes eidem, forma inquiſitionis tanquam ſuper notorijs legitime procedens, de conſilio nonnullorum in ſacra pagina magiſtrorum, doctorum iuris canonici & ciuilis, aliarumque notabilium perſonarum dictum Sigiſmundum notorium hæreticum, ipſumque ac præfatos complices, participes, opem & auxilium dantes excommunicatos, infames, ſacrilegos, ac fidei catholicæ hoſtes declarauit; nec non omnibus honoribus dignitatibus, præeminentijs, iuriſdictionibus, officijs eccleſiaſticis, & ſæcularibus dominijs, ciuitatibus, oppidis, caſtris, villis, rebus ac bonis quibuſcumque per nos qualitercumque habitis & poſſeſſis priuauit, ſeu priuatos eſſe declarauit, ac ciuitates, oppida, caſtra, villas et loca quæcumque, in quibus receptati forent, vt quorum domini vel habitatores ipſis adhærerent aut obedirent eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, eoſque tanquam excommunicatos, et a ſancta Dei Eccleſia præciſos in omnibus actibus publicis et priuatis a communione fidelium repelli et euitari mandando, demumque omnes et ſingulas pœnas contra hæreticos ſeu hæreticorum fautores a iure vel ab homine promulgatas incurriſſe pronuntiauit, prout in ſententia dicti Brandæ Cardinalis ſuper hoc lata latius continetur.

Motio ad Polonum Regem.

Regnandi cupidine Koributus in hæreſim lapſus.

Lata in eum a legato ſententia.

Et in eius fautores.

Nos

Digitized by Google

Nos igitur nolentes per ipſius executionem ſententiæ prædictarum nequitiam, quæ diuinam vltionem non metuens quotidie magis graſſatur in Deum et deteriora ſemper contra fidem catholicam machinatur, humanis quoque pœnis afficere et vt alij huiuſmodi metu pœnarum a tantis facinoribus et ſceleribus compeſcantur, ſerenitatem tuam, quam non ſolum ad defendendam et conſeruandam, verum etiam ad ampliandam et propagandam fidem et religionem Chriſtianam feru entiſſimam eſſe non dubitamus, per miſericordiam Saluatoris noſtri totis affectibus exhortamur, monemus, requirimus et rogamus quatenus, quantum cupis fidelis princeps et catholicus reputari, ac pœnas ſacrorum canonum euitare, præfatam ſententiam iuxta eius continentiam in omnibus tuis regnis, ac dominijs et locis alijs, ad quæ tuæ potentia ſe extendit, fideliter ſtudeas obſeruare et exequi, et ab omnibus tuis ſubditis obſeruari facias, et etiam efficaciter exequi, ac executioni debitæ demandari contra Sigiſmundum, participes et alios hæreticos ſupradictos, ipſoſque per regna et dominia tua publice nunciari præcipias catholicæ fidei hoſtes, ſacrilegos et infames, et etiam cæteros adhærentes et auxilium præſtantes eiſdem ad dictam hæreſim ſuſtentandam, diſtrictius inhibendo omnibus regnicolis et ſubditis tuis, ne vllum cum dicto Sigiſmundo aut ſuis participibus et ſibi adhærentibus atque ſequacibus, ſub priuatione et confiſcatione bonorum ſuorum et alijs formidabilibus pœnis, de quibus celſitudini tuæ videbitur, per te in illos, qui contrafecerint, infligendis, cuiuſcumque rei commercium habeant vel exerceant quouis modo; mandans inſuper et iniungens vniuerſis et ſingulis ducibus, principibus, baronibus, militibus, vniuerſitatibus, et alijs regnorum tuorum ſubditis et vaſſallis, vt nullam de cætero ſub quouis quæſito colore conſanguinitatis aut amicitiæ communionem habeant cum eiſdem, ſed ipſos Sigiſmundum, adhærentes, complices, et participes, ac receptatores et fautores eorum tanquam hæreticos pertinaces et ab Eccleſia Dei præciſos, in quantum cupiunt fideles et catholici reputari, fugiant et caueant et, quantum in eis eſt, ab omnibus Chriſti fidelibus arctius faciant euitari: et ſuper hoc etiam ſcribimus aliquibus ex venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis et epiſcopis tui regni, ſicut putauimus opus eſſe. Obſecramus itaque tuam ſerenitatem, vt hanc iuſtiſſimam Dei cauſam pro extirpandis hæreſibus de domo Domini ardenti animo proſequaris et adiuues, etiam pro conſeruanda gloria tui regij nominis et catholicæ domus tuæ, ex quibus fructuoſis operibus tuis indelebilem laudem in mundanis et a largitore munerum ſupernorum poſt huius labilis vitæ decurſum cum beatis animabus cœlo conſequeris beatitudinem ſempiternam. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos non. ianuarij pontificatus noſtri anno VIII.*

Rogat ut Rex Polon. in reg. diſ. ſententiam obſeruet.

Vetat Polonis cum Koributo quicquam...

Conſanguinitatis cauſam prætexat.

14 Obtemperauit Chriſti vicario Vvladislaus Rex, nec ſolum Polonos Sigiſmundo Koributo auxilio eſſe vetuit, iuſſitque [a] indicta bonorum iactura nepotis ſigna deſerere, verum illum etiam, ni hæreticorum patrocinium repudiaret, bello petere conſtituit: cuius pium ſtudium extremo hoc anno valde commendauit Pontifex, vtque illum ſubſidiario auro in bellicos apparatus iuuaret archiepiſcopo Leopolienſi mandata dedit [b], vt viginti aureorum millia in ſacrum illud bellum impendenda a clero exigeret, conferretque Regi Poloniæ: *Ne*, inquit, *propter defectum ſolutionis huiuſmodi charitatiui ſubſidij ipſi Regi catholico impendendi tam piæ expeditionis & proſecutionis negotium defenſionis ſcilicet Chriſtianæ religionis & fidei retardetur, pro qua defendenda non ſolum prælati & alij viri eccleſiaſtici, qui propterea ſunt a Domino inſtituti, vt populos eis commiſſos in doctrina veræ fidei doceant, & conſeruent, debent exponere ſe & ſua, ſed etiam quilibet Chriſtianus & zelator fidei catholicæ. Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos v. kal. ianuarij pontificatus noſtri anno IX.* Eodem pio in hæreticos ſtudio Vvitoldum ducem Lituaniæ niſus eſt Pontifex, accendere.

Rex Poloniæ hæreticos ... Koributo ...

a Lib. ... 4.

b Lib. 5. ep. cur. pag. 241.

Dilecto filio nobili viro Alexandro Lituaniæ duci ſalutem, &c.

Dux Lithuaniæ ſollicitatus, vt arma in Bohemos ſumat. ... pag. 114 n. 143.

Quando primum audiuimus chariſſimos in Chriſto filios noſtros Sigiſmundum Romanorum Hungariæ & Bohemiæ & Vvladislaum Poloniæ Reges illuſtres & te conueniſſe & pacem feciſſe, ex magna ſolicitudine & anxietate cordis noſtri de veſtra diſſenſione ante ſuſcepta fuimus prope incredibili lætitia recreati. nam cum illa reconciliatio veſtra eſſet ad multas & magnas opportunitates Chriſtianæ reipublicæ accommodata, erat præcipue ad exterminandos vel reducendos Bohemos hæreticos neceſſaria. Videbatur itaque nobis illam ſanctam & deſideratam victoriam manu habere, præſertim cum ipſum Poloniæ Regem vel te, vel vtrumque affuturum cum magna militari potentia in expeditione tunc conſtituta pro cauſa fidei diceretur: ſed cum poſtea nihil factum ſit de exercitu in Bohemiam traducendo cuius culpa Deus nouit, nos nominatim accuſamus neminem, ſed de omnium torpore vel ignominia conquerentes maiori affligimur dolore, quam antea. Verum ſi nobilitas tua cum præfato Rege Poloniæ germano tuo, cui etiam ſcribimus, deſiderijs noſtris in hac cauſa ſubuenire noluerit, cum illa animorum magnitudine & conſtantia, quibus vti in rebus proprijs conſueuiſtis, quod ſperabamus videre in æſtate præterita, ſaltem, in proximo ſecutura videbimus, extremam videlicet confuſionem vel reductionem hæreticorum; ad quod ſanctum & glorioſum opus te rogamus per Chriſti miſericordiam, vt toto animo te diſponas & cogites hunc laborem feruenti corde ſuſcipiendum eſſe non ſolum pro animæ tuæ ſalute, quam deſiderare debes ante omnia, ſed etiam vt omnis ea opinio & fama tollatur, quæ prius contra nomen tuum propter dilecti filij nobilis viri Sigiſmundi nepotis tui profectionem in Bohemiam orta fuit: nam ſi facis id, quod potes in hac cauſa, quæ fidelibus omnibus eſt communis, licet finitimos magis quadam ſpecialitate contingat, celebrabitur tuum nomen cum ſingulari laude in ore populi Chriſtiani.

Potes autem cum præfato Rege Poloniæ, etiam ſi aliorum fidelium auxilia non adeſſent, bellum hoc ſatis faciliter & mature conficere, ſed aderunt etiam, vt ſperamus, principes alij Germaniæ, & in primis ipſe Romanorum Rex, quos omnes dilectus filius noſter Branda tit. S. Clementis presbyter Cardinalis noſter & A. S. L. continuo ſolicitare non deſinit, & nos ab hinc literis & nuncijs quotidie hortamur atque etiam increpamus; requirentes eos, vt faciant hac æſtate, quod in præterita omiſſum fuit, cum quibus velis potentiam tuam ſine alicuius tuæ propriæ difficultatis excuſatione coniungere; pacem enim per Dei gratiam habes cum ordine Prutenorum, quem cum olim inuaderes, pacem tibi cum omnibus alijs comparaſti, immo eos, qui nunc eſſe tibi dicuntur aduerſi ad tuum innumerabilem exercitum conduxiſti,

Florentiſſimas vires in hæreticos excitat.

Digitized by Google

ſti, ex quo non defuerunt in ſacro Conſtantienſi concilio, qui inſectarentur nobilitatem tuam; ita quod nullam excuſationem alicuius alterius occupationis tuæ in hac cauſa te oportet afferre, ne dicant forte maleuoli, quod ad pugnandum contra religioſos Chriſtianos promptior ſis atque paratior, quam contra hos pernicioſos hæreticos, qui deteſtabiliores ſunt Turcis & barbaris, & longe maiore odio atque ſupplicio digni, propterea, quod nati & educati in recta ratione diuini cultus & ſanctis inſtitutis Eccleſiæ, pecudum & ferarum more carnali laſciuia & cupiditate prædandi ad falſos articulos & pernicioſas ſuperſtitiones adducti ſunt, & contra Deum & homines beluali immanitate graſſantur. *Dat. Romæ, &c.*

Belluini eorum mores

15 Deſignari videntur poſtremis hiſce verbis Adamitarum ſordes, flagitiaque aliorum Huſſitarum, quorum impietas, cum finitimas Germaniæ prouincias inquinaret, Pontifex Moguntinum, Treuirenſem, & Colonienſem archiepiſcopos excitauit [a], vt aduerſus illos iuſta animaduerſione vterentur; ſuiſque literis, quæ nam eſſent hæreſes damnatæ, quiue iudiciorum ordo in hæreticis interrogandis ſeruandus foret, deſcripſit [b].

Poenitentia in hæreticos ſtatuta.

a Lib. 5. pag. 208.

b Diverſ. de curia to. 8. pag. 185.

Ad perpetuam rei memoriam.

In eminentis Apoſtolicæ dignitatis ſpecula ſuperni diſpoſitione conſilij conſtituti inter ſolicitudines alias innumerabiles noſtris humeris incumbentes, aſſidua cura reuoluimus, & in votis noſtris gerimus deſideranter, vt fides catholica, quæ Chriſtianæ religionis firmiſſimum eſt fundamentum, noſtris proſperetur temporibus, ac a contagioſis hæreticorum dogmatibus, quibus illam quaſi tenebroſi fumi caligine obfuſcare ſatagunt, conſeruetur hæreticaque prauitas de finibus fidelium extirpetur, ne innoxij & religione huiuſmodi inſigniti huiuſmodi dogmatibus, inſtigante etiam ſatore malorum operum, infici valeant & inuolui. Sane cum dudum damnatæ memoriæ Ioannes Hus de Bohemia & Hieronymus de Praga hæreſum quondam nefandæ memoriæ Ioannis Vvikleff de Anglia pertinacis hæretici reprobi, ſectatores puritatem atque ſplendorem ipſius fidei, nec non immaculatam Eccleſiam domini noſtri Ieſu Chriſti ſponſam vulpina calliditate, per diuerſas doctrinas ſacrilegas atque errores multifarios partim inferius deſignatos obumbrare, ac regni Bohemiæ & partium illi vicinarum incolas inficere, eiſque peſtiferum virus inferre per tempus & tempora nequiter in ſuarum, nec non incolarum prædictorum, ac aliorum animarum periculum & ſcandalum plurimorum molirentur, Baldaſſar tunc Ioannes XXIII. in ſua obedientia, de qua partes illæ fuerant, nuncupatus volens, prout ſuo incumbebat officio, huiuſmodi doctrinas & errores e mundi limitibus euellere & penitus extirpare, habitis primitus & præcedentibus diuerſis tam auctoritate apoſtolica, quam nonnullorum archiepiſcoporum in ſuis concilijs & locis inſignibus ſuper ijs proceſſibus, in concilio per eum tunc Romæ celebrato ad vlteriora procedens, libellos, volumina, tractatus, libros ſiue opuſcula ipſius Ioannis Vvikleff, doctrinas, & errores huiuſmodi continentes, de quibus infra fit mentio, condemnauit, mandans illos & illa publice concremari, diſtrictius etiam inhibendo, ne quis Chriſti nomine inſignitus aliquem vel aliquos ſeu aliqua ex dictis libellis, voluminibus, tractatibus, & libris ſiue opuſculis legere, exponere, docere, vel tenere, aut illis quomodolibet vti, vel illos, niſi in ipſorum reprobationem allegare publice vel occulte auderet; ac vniuerſis ipſius Ioannis Vvikleff tunc defuncti memoriam, quominus de hæreſi damnaretur, defendere volentibus certum tunc expreſſum terminum aſſignauit, & etiam in generali Conſtantienſi concilio ad nonnullos alios actus ſuper præmiſſis proceſſit.

Hæreſis Vvicleff a Ioanne Huſſo & Hieronym. Pragenſi diſſeminata.

Nauiter a Ioa. XXIII ſtudio proſcindenda hæreſ.

Vetiti ab eo Vvicleffi libri.

16 Subſequenter vero, poſtquam ipſe Baldaſſar, tunc Ioannes XXIII. dictæ obedientiæ præeſſe deſierat, ad audientiam præfati Conſtantienſis concilij crebris clamoribus deducto, quod ſupradictus Ioannes Vvikleff diuerſos, & inter alios dialogum, trialogum per ipſum nominatos libros, atque opuſcula & volumina compoſuerat, itaque ad ſui peruerſi erroris dilatationem publice legenda expoſuerat, in quibus inter cætera quadraginta quinque damnabiles inſeruerat & dogmatiſauerat erroneos articulos, prout Ioannes Hus, & Hieronymus ſupradicti nonnullorum potentum etiam ſequacium dictorum errorum protectione ſuffulti legerent & etiam dogmatizarent, ſimplicibus primo bonum vinum ponentes, paulatim fel draconis in calice Babylonis perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis contra ipſius catholicæ fidei veritatem procaciter inſtillando, ac ignorantes Dei iuſtitiam, & propriam gloriam inaniter quærentes, ſtatuere molliendo ſuper oleum ſermones ſuos, quibus tanquam iaculis corda vulnerabant infirmorum, linguas ſuas acuendo, vt immaculatos interimerent in occulto; ex quibus multa ſcandala atque damna & animarum pericula in Bohemiæ ſupradicto & Angliæ Regnis ſunt ſecuta; prædictum Conſtantienſe concilium, quia per diligentem inquiſitionem ſuper hoc de eius mandato factam, præmiſſa & plura alia reperit fore vera atque notoria, idcirco prædictos per eundem Baldaſſarem, tunc Ioannem XXIII. vt præfertur habitos proceſſus, approbando eoſdem quadraginta quinque articulos, ac dialogum & trialogum prædictos, & quoſcumque alios libros, tractatus & opuſcula per eundem Ioannem Vvikleff conceptos atque factos reprobauit, nec non illos & illa, ac memoriam ipſius Ioannis Vvikleff damnauit, ipſum fuiſſe, & eſſe notorium & pertinacem hæreticum, ac in hæreſi deceſſiſſe nihilominus declarando; nonnullorum quoque temerariam aſſertionem aſtruere præſumentium Euchariſtiæ ſacramentum ſub vtraque, videlicet panis & vini ſpecie a fidelibus ipſis ſumendum ſimiliter reprobauit: & deinde, poſtquam nutu Dei, cuius incomprehenſibilia ſunt iudicia, Ioannes Hus etiam, vt a nonnullis murmure gerebatur, aliquorum potentium ſæcularium ſaluoconductu ſuffultus perſonaliter venerat, ac Hieronymus præfatus adductus fuerat, vt conſummarentur peccata illorum, ad Conſtantienſe concilium ſupradictum; vtrique concilium ipſum, quia ex fama publica ad eos deuenerat, Ioannem Hus & Hieronymum prædictos præfatis erroribus eſſe implicatos, ipſos carcerali cuſtodiæ ſucceſſiue mancipari, & ibidem tamdiu teneri fecerat, quouſque ſuper præmiſſis veritas elucerct. Tandem, cum de prædictis eſſent ſententialiter conuicti, præfatum Conſtantienſe concilium triginta erroneos articulos dicti Ioannis Hus, nec non quendam libellum per ipſum compoſitum & per eum de Eccleſia intitulatum, qui etiam inferius deſcribuntur, ſimiliter reprobauit, ac eundem Ioannem Hus presbyterum prius charitatiue monitum, vt errores ipſius prædictos, prout de iure facere tenebatur, ſolemniter & publice abiuraret & reuocaret; ipſo tamen in ſua pertinacia damnabiliter perſiſtente, a ſuis ordinibus degrada-

tum, nudatum quoque, & priuatum omni priuilegio clericali, de crimine hęreſis condemnauit, & nihilominus, quod ex quouis ſaluoconductu per quemcumque ſęcularem principem conceſſo, nullum fidei catholicę, vel iuriſdictioni eccleſiaſticę pręiudicium generetur, declarauit. Et ſubſequenter dictum concilium pręfatum Hieronymum laicum magiſtrum in artibus, in hęreſim, errorum ſuorum, quos prius ſimiliter charitatiue monitus in concilio ſupradicto publice abiurauerat & reuocauerat, prout infra continetur, velut canis rediens ad vomitum, reproba temeritate relapſum, etiam de crimine hęreſis condemnauit.

Syngrapha data a principibus nõ valet in concilijs.

Hieronymus Prag. iterũ ipſus hæreticus.

17 Verum quia non ſine diſplicentia grandi nuper ad noſtrum peruenit auditum, quod nonnulli Ioannis Hus, & Hieronimi prędictorum, quos ſæcularis poteſtas propter eorum demerita & peccata ignis incendio iuſtitia exigente conſumpſit, reprobi ſequaces & aſſeclę, in profundum malorum deſcendentes, fidelium animas damnabiliter ſauciantes, adhuc prędictas hęreſes ſequi, ac dogmatizare, non ſine diuini nominis offenſa & opprobrio fidei ſupradictę, conantur in huiuſmodi animarum periculum & ſcandalum plurimorum; & nimis graue exiſteret ad exterminationem prauitatis prędictę non agere, quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit; ideo ad Dei gloriam & eiuſdem fidei augmentum, prout ex debito nobis commiſſi officij incumbit, ſectam deteſtabilem & prędictos ipſius execrandos errores, ne propagentur vlterius & corda fidelium corrumpant, extirpare, errantesque huiuſmodi in viam veritatis reducere, ac animas eorum Deo, ſua nobis cooperante gratia, lucrifacere totis conatibus affectantes, pręmiſſa omnia & omnia & ſingula, nec non ea, quorum tenores inferius deſcribuntur, & annotantur, ad publicam notionem cunctorum fidelium pręſentium, & memoriam futurorum deduci volumus per pręſentes, ne quiſquam affectatam, ſeu quamuis aliam valeat ignorantiam pretendere, ſeu quomodolibet allegare; ſed potius certitudinaliter de ijs, quę pro extirpatione huiuſmodi hęreſum, et errorum tam Ioannis Vviklef, quam Ioannis Hus, et Hieronymi prędictorum hactenus geſta fuerunt, informentur. Et in primis ſiquidem ſequuntur tenores literarum pręfati Baldaſſaris tunc Ioannis XXIII. ſuper condemnatione librorum et opuſculorum Ioannis Vvikleff per eundem Baldaſſarem, tunc Ioannem XXIII. in concilio per eum Romę celebrato facta, cuius, videlicet condemnationis huiuſmodi tenor talis eſt. [Adducta eſt a nobis ſuo loco earum literarum [a] Ioannis XXIII. pręcipua pars, quas propterea prætermittendas cenſemus; quibus Martinus apoſtolicę auctoritatis robur adijcit]. Nulli ergo, etc. *Dat Romæ apud SS. Apoſtolos kal. ſeptembris anno* VIII. Subdit mox idem Martinus.

Horum ſequaces obfirmati in pertinacia.

Diuulgari a Mart. mandat quæ in hæreticos geſta forent.

[a] Extant An. Chr. 1413. n. 1.

Et inſuper ſacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis quadragintaquinque articulos, libros, volumina et opuſcula dicti quondam Ioannis Vvicleffi et eius memoriam in ſeſſione publica condemnauit, quorum tenores ſequntur, et ſunt tales: Sacroſancta Conſtantienſis, etc. [Repetuntur ſingula, quę aduerſus Vvicleffum et Ioannem Hus geſta ſunt, eorumque errores, nimirum quadraginta [b] quinque Vvicleffi et triginta [c] Huſſi recenſentur, vtque damnata ſit eorum doctrina, qui temere communionem laicorum ſub vtraq; ſpecie induxerant exponit; tum data hęreticis a principibus fides publica non ſeruanda ſit a ſynodo, quando heretici ſuos errores reuocare detrectant].

Quadraginta quinque articuli in conc. condamnati.

[b] 1408. n. 69.

[c] Ext. An. Chriſt. 1415. n. 41.

18 Poſtmodum vero, *inquit*, prælata ſynodus ſaluos conductus hæreticis ſeu de hæreſi ſuſpectis quouis modo conceſſos non fore ſeruandos declarauit, prout ſequitur in hæc verba: *Præſens ſacroſancta ſynodus ex quouis ſaluoconductu per Imperatores, Reges, & alios ſæculi principes hæreticis vel de hæreſi diffamatis putantes eoſdem ſic a ſuis erroribus reuocare, quocumque vinculo ſe aſtrinxerint conceſſo nullum fidei catholicæ vel iuriſdictionis eccleſiaſticæ præiudicium generari vel impedimentum præſtari poſſe ſeu debere declarat, quo minus dicto ſaluo conductu non obſtante liceat iudici competenti eccleſiaſtico de huiuſmodi perſonarum erroribus inquirere, & alias contra eos debite procedere, eoſdemque punire quantum iuſtitia ſuadebit, ſi ſuos pertinaciter recuſauerint reuocare errores, etiam ſi de ſaluo conductu confiſi ad locum venerint iudicij alias non venturi, nec ſic promittentem, cum alias fecerit, quod in ipſo eſt, ex hoc in aliquo remanſiſſe obligatum.* Tenor vero condemnationis dicti Hieronymi per præfatum Conſtantienſe concilium factæ talis eſt: *In nomine Domini. Amen. Chriſtus Deus & Saluator noſter vitis vera.* [Præcipua illius ſententiæ capita ſuis locis attulimus, quam lector cupidus in actis Conſtantienſis concilij conſulere poſſit: his addit Martinus.]

Conceſſa a principibus ſyngrapha non ſeruanda a ſynodo.

Non impediunt quin exercenda ſit iuſtitia.

Nos igitur declarationes, decreta, diffinitiones, reprobationes, mandata, inhibitiones, ſtatuta, nec non condemnationes & ſententias ſupraſcripta rata habentes & grata, illaque auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia tenore præſentium confirmantes & præſentis ſcripti patrocinio communientes; ſupplentes quoque omnes defectus, ſi qui forſan propter ſolemnitates iuris in procedendo non ſeruatas interuenerint in eiſdem, volumus etiam & eadem auctoritate decernimus, quod declarationes, diffinitiones, reprobationes, mandata, inhibitiones, ſtatuta, nec non condemnationes & ſententiæ præinſertæ plenam vim plenumque robur & vigorem per omnia habeant, & ad ea vbilibet probanda hæ noſtræ literæ plene ſufficiant quandocumque & vbicumque eas ſiue in iudicio vel alibi exhiberi contigerit vel oſtendi. Nulli ergo, &c. *Dat. Conſtantiæ* VIII. *kal. martij anno* I.

Geſta a Cõſtantien. concil. in hæreticos corroborata a Pontifice.

18 Nec modo gliſcentem hæreſim omni conatu ſtudioque comprimere niſus eſt Pontifex, verum ad Chriſtianorum præcipueque eccleſiaſticorum obſoletiores mores in primæuæ ſanctitatis decus reſtituẽdos animum intendit. Obſoleuerat adeo antiquus pietatis cultus, præſertim in Corſica, vt vetitæ legibus canonicis nuptiæ non impetrata ab Apoſtolica ſede venia conficerentur; nonnulli eccleſiaſtici viri in concubinatus cœnu volutarentur; ſpurijs filijs hereditaria conferrentur ſacerdotia; ætate ad ea gerenda impares admitterentur; & quadrageſimali tempore interdictis ab Eccleſia cibis non abſtinerent: ad quæ ſubmouenda vitia aliaque mala, quæ ex ijs pullulare conſueuere, Martinus Sagonenſem epiſcopum cum ampliſſima adhibendæ in ſontes ſeueritatis poteſtate in Corſicam legauit [a].

Chriſtianæ diſciplinæ inſtaurandæ munus opera.

[a] Lib. 5. pag. 136.

Venerabili fratri epiſcopo Sagonenſi ad inſulam noſtram Corſicæ Apoſtolicæ ſedis nuntio ſalutem, &c.

Leuantes in circuitu noſtræ mentis oculos, & non abſque maxima cordis amaritudine, recenſentes quod in inſula Corſicæ nonnulli dictam inſulam incolentes, neglecto Chriſtianæ religionis ritu ac conſuetudinibus eccleſiaſticis & inſtitutis

ſacro-

Digitized by Google

ſacrorum canonum penitus abiectis, iuſtum ab iniuſto, & honeſtū ab inhoneſto, ignorantia oppreſſi minime diſcernentes, multos deteſtabiles exceſſus & intolerabiles errores continuo committant, & inter cætera matrimonia cum ijs, cum quibus in ſecundo, tertio & quarto conſanguinitatis gradu coniuncti ſunt ſine aliqua diſpenſatione apoſtolica contrahentes, commatres per nefandiſſimum coitum cognoſcentes, & (quod execrabili odio dignum eſt) nonnulli presbyteri ac epiſcopi dictam inſulam incolentes, qui cæteris alijs exemplum honeſtæ vitæ exhibere deberent, vxores ſeu concubinas ducunt & filij, quos ex eiſdem generant, beneficia quaſi hereditario iure intrant, concedentes etiam dignitates & beneficia pueris ætatem idoneam non habentibus; quodque tam clerici quam laici tempore quadrageſimæ, abiecto Dei timore, lacticinia atque carnes comedunt & nonnullos alios innumerabiles exceſſus contra catholicam fidem, hoſte humani generis procurante, patrare non deſinunt in ipſorum animarum euidentem perniciem, &c. [Inter alia ei data mandata vt ſynodos cum res exegerit, cogat.] *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos VI. id ianuarij pontificatus noſtri anno VIII.*

Chriſtiani a mercatoribus diuēditi Turcis.

19 Intenſiſſimam quoque curam adhibuit Martinus in caſtigandis abolendiſque atrocioribus alijs flagitijs, quæ in oriente committebantur, vbi mercatores Iudæ Iſcariotis æmulatores, qui Ponti Euxini luſtrabant litora funeſto commercij genere Alanos, Mingrelios, Roſſos, alioſque ſexus vtriuſque ritus Græci ſacris baptiſmalibus initiatos vili emptos pretio traducebant in Turciam, ac Mahometanis diuendebant: ij vero Chriſtiani a fratribus Chriſtianis venditi ad abijciendum Chriſti cultum dandumque nomen Mahometo adigebantur, vel explendæ infandæ illorum libidini vſui erant. Pereuntium itaque earum animarum miſertus Pontifex in deteſtandos illos homines anathematis ſententiam tulit, ac Reges, principes, vrbiumque magiſtratus de tanto arcendo ſcelere commonuit a: tum prælatibus, vt ſolemni ritu eius criminis reos cenſuris percellerent, imperauit.

a Diuerſ. de cur. to. 8. c. 215.

Ad perpetuam rei memoriam.

Martinus in proditores Chriſtianos & eorum aſſeclas.

Lamentabilis querela multorum noſtrorum nuper turbauit auditum, quod nonnulli iniquitatis filij baptiſmatis fonte renati, chriſtianum nomen contemnentes, propriæque ſalutis immemores, qui in partibus vltramarinis, præſertim in Caffenſi & Tanenſi ciuitatibus, ac alijs illis circumuicinis locis pro tempore conuerſantur, Zichorum, Roſſorum, Alanorum, Mingrellorum, & Anogaſiorum, ſub dicti nominis profeſſione iuxta Græcorum ritum baptizatorum perſonas vtriuſque ſexus, quotquot poſſunt emunt, & emptos Saracenis, alijſque infidelibus eiuſdem nominis immaniſſimis hoſtibus, etiam pro decuplo pluri quam eas emerint pretio, crudeliter vendere, ac de eis exactiſſimas mercantias facere ſacrilego auſu præſumunt; perſonas ipſas nonnunquam ad eorundem Saracenorum & infidelium terras ob eam cauſam abducendo, ex quo inde ſequitur, quod Saraceni, & infideles ipſi perſonas eaſdem ſic venditas fidem catholicam, proh dolor! abnegare compellunt, eiſque etiam per enorme & nefarium ſodomitium abutuntur in illarum perpetuæ ſupplantationis & perditionis miſerabilem iacturam, Chriſtianæ religionis manifeſtum opprobrium & deriſum, animarum ipſorum vendentium euidens periculum, & aliorum deteſtabile exemplum ac ſcandalum plurimorum. Quare tam graues, & deteſtabiles exceſſus nullatenus ſuſtinere, ſed illis, prout noſtra intereſt, reſiſtere efficaciter intendentes, felicis recordationis Nicolai Papæ IV. & nonnullorum aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, qui quoſcumque arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcumque mercimonia infidelibus deferentes in nonnullas pœnas & ſententias incidere ſtatuerunt, veſtigijs inhærentes, auctoritate apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, volumus, & etiam ordinamus, quod nullus aliquam vel aliquas perſonam ſeu perſonas ex Zichis, Roſſis, Alanis, Mingrellis, & Anogaſijs, ſeu alijs ſub Chriſti nomine baptizatis, huiuſmodi per ſe vel alium, ſeu etiam pro ſe vel alio, publice vel occulte, aliqua ratione vel cauſa præfatis Saracenis ſiue infidelibus vendere, dare, tradere, accomodare, donare, ſeu alienare, aut alias ipſis infidelibus auxilium vel fauorem in Chriſtianorum diſpendium præſtare quoquomodo præſumant.

Nos vero quemlibet, qui contra huiuſmodi conſtitutionem, voluntatem, & ordinationem noſtram auſu temerario venire præſumpſerit, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, a qua ſententia idem contraueniens, niſi tantum de bonis proprijs in ipſarum venditarum perſonarum redemptionem, ſi redimi poterunt, alioquin in eccleſiarum, hoſpitalium, & aliorum piorum locorum dedicatorum ſub nomine Ieſu Chriſti, fabricam, reparationem, & conſeruationem, aut in præfata fidei contra eius inimicos defenſionem integre conuertendum exſoluerit & erogauerit cum effectu, quantum detrimenti & damni propterea eiſdem venditis perſonis intulerit; aut abſque mandato noſtro vel ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, præterquam in mortis articulo conſtitutus, abſolui non poſſit, & ſit inhabilis ad quæcumque per eum imposterum proſequenda; monentes & in Domino exhortantes venerabiles fratres noſtros archiepiſcopos & epiſcopos, nec non dilectos filios nobiles viros duces, marchiones, comites, gubernatores, conſules, poteſtates, capitaneos, rectores, officiales, communitates, & vniuerſitates quarumcumque ciuitatum, terrarum, & locorum, quæ per Chriſtianos tenentur vltramarinarum partium prædictarum, eis vniuerſis & ſingulis nihilominus iniungentes, vt videlicet archiepiſcopi & epiſcopi, omnia & ſingula ſupradicta in ciuitatibus eorum & in locis ſingulis ſuarum diœceſum coram populo publicent & faciant per alios ſolemniter publicari, iubeantque & procurent, illa ab omnibus ducibus, marchionibus, comitibus, gubernatoribus, conſulibus, poteſtatibus, capitaneis, rectoribus, officialibus, communitatibus, & vniuerſitatibus prædictis, ac perſonis ſingularibus ciuitatum, terrarum, & locorum eorundem auctoritate noſtra inuiolabiliter obſeruari: diſtrictius inſuper inhibentes vniuerſis Chriſti fidelibus, ne contra præmiſſa quicquam attentare præſumant; quod ſi ſecus ſcienter egerint, præmiſſis pœnis & ſententijs, conditionibus & præceptis, iuxta conſtitutionem eandem nouerint ſe ligatos. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos tertio non. iunij anno VIII.*

Anathem. [illegible]

Pœna imp. ſeu pro [illegible] pendo ſ. [illegible]

20 His alijſque auxilijs confirmata Turcica potentia Chriſtianos Græci Latiniue generis nullo diſcrimine opprimebat, excenſioneque facta ad viginti millia barbarorum in Methonem inſulam Veneti imperij regionem ferro flammiſque late populati a mille & ſeptingentos Chriſtifideles in ſerui-

Methona Turcis [illegible]

a Diar. m. s. Veneti. [illegible]

ſeruitutem abduxere. Veneta vero claſſis præfecto Fantino Michaele, cum ad Caſſandram inſulam prope Theſſalonicam appuliſſet, atrociſſima cum Turcis certamina ancipiti primum victoria iniit, demum implorata diuina ope magnam illorum multitudinem interemit: ſublatis inde anchoris in arcem Platanæam conuertit impetus, eamque portis bipennibus perruptis, concrematiſque ducentis & eo amplius Turcis, arcem in Venetorum poteſtatem redegit. Quibus geſtis Theſſalonicam contendit, vt eam aduerſus hoſtem communiret: egreſſuſque inde Fantinus, vt in Turcas moueret copias Chriſtopolim impetu cepit, eaque milite & commeatu inſtructa, in Callipolim duxit exercitum ſed irrito labore: cum interim Turcæ audito de Chriſtopoli expugnata nuntio, ad eam recuperandam duodecim millia ſuorum immiſerint: qui tracta ad vigeſimum diem obſidione, octingentiſque & eo amplius deſideratis, demum admotis ſcalis in mœnia euaſere, obuiiſque trucidatis, reliquos fideles in ſeruitutem adduxere [a]: Fantinus vero Michael e Turcica expeditione vndecima decembris Venetias claſſem reduxit [b]. At Cyprus & Rhodus a Saracenis Ægyptiis vexatæ atrociter fuere hoc anno.

Fantini Veneti geſta in Turc.

Callipolis fruſtra tentata.

Chryſopolis amiſſa.

a Lib. 5. de cur. pag. 260.

b Phrant. l. 2. c. 41.

De variis Saracenorum in Cyprum irruptionibus agit Monſtreletus [c], ac prima excurſione ſex inermes littora populatas deinde, ne Chriſtianos ad arma in ipſum conuertenda ſultanum concitaret, de fœdere inſtaurando egiſſe interprete dynaſta Damaſceno: qui cum ad Cyprium Regem miſiſſet filium, is prohibitus eſt aditu ad Regem, atque etiam a concilio Cyprio edictum, non Cyprum modo ſed vniuerſum Chriſtianum imperium laceſſitum, cuius vires ſultanus perſentiſceret: ad quæ reſpondit barbarus, Francorum Regem Saraceni nominis capitalem hoſtem ſepultum ſomno, ac ſultanum res Chriſtiani imperij probe noſſe. Ea vero repulſa exaſperatus Damaſcenus ſultanum ad inſtaurandum in Cyprios bellum incitauit, pollicitus triumphum ſine dubio deportaturum: ita redintegratum in Cyprios bellum ab Ægyptiis. Itaque cum inſtructa claſſe, factaque exſcenſione inſulam popularentur, Rexque Cyprius morbo implicitus decumberet, illius frater Henricus Galileæ princeps, contracto exercitu, illos ad naues compulit, claſſeque etiam conſcenſa inſecutus eſt: ſed cum in pugnæ procinctu duas partes naualis exercitus Cyprij dilapſas comperiſſet, Nicoſiam fuga ſe proripuit. Qua re animaduerſa Saraceni rediere, Cyproque euaſtata, naues opima præda ingentique captiuorum multitudine onerarunt.

c Monſtrel. vol. 2. hoc ann.

Cyprios Rex imneundam pacem reiſpuit.

Vaſtata Cyprus.

Inter hos nobilis & ſtrenuus vir erat nomine Ragonetus Pieul, qui in turri Lymeſonia captus fuerat, quique ad ſultanum Ægyptium ob bellicæ virtutis famam adductus, cum de fide Chriſti deſerenda vrgeretur, ſuperſtitionem Mahometicam execratus eſt, quam ob cauſam ſultani imperio medius ſectus martyrij palmam tulit. Illuſtraſſe illius gloriam cœleſti prodigio Diuinum numen plures fide digniſſimi teſtati ſunt, nimirum viſam e cœlo igneam coronam delabi in illum locum, in quo terræ mandatus fuerat atque in eo radiaſſe. Vt vero eneruatis ita Cypriorum viribus Ianus Rex Salauini potentiæ ſuccubuerit, dicetur inferius. Incumbebat etiam tum Græcis maximum terrorem Turcicus furor, ad quem declinandum profectus iam in Hungariam Ioannes Imperator, vt auxilia peteret, hoc anno Conſtantinopolim reuerſus eſt [d]; Seruia vero ab Amurate ex parte vaſtata, ſubſectaque eſt [e].

Viri nobiliſ nobiliſſimi martyrium.

Eius gloria diuinitus illuſtrata.

d Phrant. lib. 1 cap. 41.

e Haninal l. 14. p. 2. Murates Dragom. in Turc. hiſt. & ex eiſd. Leüc in annal. Turc.

IESV CHRISTI
Annus 1426.

MARTINI PP. V: Ann. 9. SIGISMVNDI REGIS ROM. AN. 16. IO. VII. PALÆOL. IMP. OR. AN. 3.

1 GEmina clade turbata eſt res catholica anno redempti orbis vigeſimoſexto ſupra milleſimum quadringenteſimum indictione quarta: in oriente enim ſultanus Ægyptius vaſtata Cypro Ianum Regem in ſeruitutem abſtraxit: in occidente vero Alfonſus Aragonum Rex commotus in Pontificem eo quod Apoſtolicæ ſedis & Gallici generis principum iura in regno Neapolitano tuebatur, propagaturus conflatum fraudibus ſchiſma, iras in catholicos cum Romana eccleſia ſentientes tyrannidemque exercuit, violata fide tum in concilio Conſtantienſi oratorum ſuorum opera, tum repetitis ſacramenti formulis Martino præſtita. Cum itaque eius peruicacia blanda omnia remediorum genera reſpueret; nam Pontifex ipſe, a quo iam ante Petrus a Fuxenſium comitum ſtirpe ortus tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyter Cardinalis ſanguine illi coniunctus miſſus, vt ad pia ipſum conſilia reduceret, regni aditu prohibitus fuerat; contumacem Regem in ius vocauit idibus iulij, propoſito hoc edicto [a], in quo eius flagitia in omnibus fidelium oculis conſtituit.

Regis Aragonum defectio.

a Lib. 5. pag. 289.

Ad futuram rei memoriam.

Regnans in ſæcula ſempiternus viuorum & mortuorum iudex fortis & patiens vnigenitus Dei Filius Ieſus Chriſtus erexit in terris regnantium ſolia & diuerſorum principum poteſtates, ſed præ cæteris Eccleſiæ militanti ſponſæ ſuæ ſuo pretioſiſſimo ſanguine fundatæ, & cunctorum Chriſti fidelium matri & magiſtræ, honoreque multiplici ineffabiliter inſignitæ, Romanum Pontificem eius in terris vicarium cæleſtiſq; clauigeri ſucceſſorem pro ſalute fidelium & animaduerſione debita malignorum ſua ineffabili potentia ſuper vniuerſam creaturam in poteſtatis plenitudine præficiens communiuit, ita vt quodcumque ligaret ſuper terram ligatum eſſet in cælis & quodcumque ſolueret ſuper terram ſolutum eſſet in cælis, ac pro varietate mundanorum actuum iuſte procedens & regnans, bonis præmia, obſtinatis & inquietis ſupplicia, ac pro demeritis pœnis tribuat ſecundum diuinas & canonicas ſanctiones, & illis præſertim, qui honore & reuerentia debitis maieſtati diuinæ, Romanæ eccleſiæ, ſummoque Pontifici, iuriſiurandi fideique religione contemptis, contra Deum, Eccleſiam, & Romanum Pontificem temere inſurgere, ac hæreſes & ſchiſmata ſuſtinere & nutrire, ac alia ſcelera & deteſtanda flagitia patrare pernicioſis operibus non verentur.

Pontifex in terris ſupremus iudex.

Sane cum dudum per inueteratum horrendumque ſchiſma vna ſancta Romana & vniuerſalis Eccleſia corpuſque vnum in Chriſto credentium ſub capite triplici monſtruoſe diuiſa diuideretur, tantaque fuiſſet & eſſet vnionis difficultas, vt in triginta ſex annis & amplius nullo humano ingenio vnio, licet multis principum & prælatorum quæſita laboribus, potuerit inueniri; tandem Domino ſanctæ Eccleſiæ vnicæ ſponſæ ſuæ miſerante & operante Spiritu ſuo, ad tollendum de eccleſia Dei tam deteſtabile monſtrum congregatum eſt de omni regno, natione & ſtatu in Chriſto credentium generale Conſtantienſe concilium, quod vniuerſalem & tandem vnitam in ſe Dei repræſentauit Eccleſiam: in quo primum ſub duobus capitibus, cum ſuper damnatæ memoriæ Petrum

de

Digitized by Google

de Luna, qui Benedictus XIII. in ſua obedientia dicebatur, totum ſchiſmatis pondus exiſteret, præfatum generale concilium, contra eundem Petrum obſtinatum & pertinacem in ſchiſmate rite procedens, ipſum ſchiſmaticum & hæreticum notorium ab Eccleſia Dei præciſum omnique iure, quod in papatu prætendebat, & omni honore & dignitate priuatum ſententialiter declarauit, & ex abundanti cautela priuauit, omneſque Chriſticolas ab eius obedientia & omni debito obedientiæ, fidelitatis, atque iuramentis & obligationibus eidem Petro quomodolibet præſtitis abſolutos fore declarauit & abſoluit, ac omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, etiam ſi imperiali, regali, pontificali, aut alia quauis præfulgerent dignitate, per eandem ſententiam inhibuit ſub pœnis fautoriæ hæreſis & ſchiſmatis, atque priuationis omnium dignitatum & honorum eccleſiaſticorum & mundanorum, etiamſi regalis eſſet dignitatis vel imperialis, quibus contra dictam inhibitionem venientes eſſent auctoritate dictæ ſententiæ et decreti ipſo facto priuati, & alijs iuris pœnis, quas etiam ipſo facto incurrerent, ne eidem Petro de Luna ſchiſmatico & hæretico notorio declarato & depoſito tanquam Papæ obedirent, parerent, vel intenderent, aut eum quouis modo ſuſtinerent aut receptarent, ſiue eidem præſtarent auxilium, conſilium, vel fauorem; & alias ſtatuit & decreuit, prout in eadem ſententia, quæ chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Romanorum Hungariæ & Bohemiæ Rege illuſtri in eodem concilio cum grandi multitudine principum, ac ambaſciatoribus & procuratoribus ſolemnibus chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum aliorum Regum Chriſtianorum, & ſpecialiter Alfonſi Regis Aragonum, dilectorum filiorum ducum comitum, baronum, vniuerſitatum, & communitatum in multitudine copioſa perſonaliter conſtitutis, & de eorum conſenſu lata extitit, ac per omnes principes, & regna, prælatos & alios Chriſti fideles in omnium fidelium natione, etiam Aragonia, & alijs terris dicti Alfonſi, niſi quantum idem Alfonſus & aliqui ſui ſequaces & fautores dicuntur violaſſe, obſeruata & de præſenti obſeruatur, plenius continetur.

a Lib. 5. pag. 289.

3 Poſtquam in eodem concilio fuimus ad ſummi apoſtolatus apicem in vnicum Romanum Pontificem, diuina fauente clementia, concorditer electi & aſſumpti, in qua electione aliqui ex dicti Alfonſi Regis ambaſſiatoribus in conclaui cum venerabilibus fratribus noſtris omnibus S.R.E. Cardinalibus in dicto concilio præſentibus, & tam prælatis quam alijs de omni natione Chriſti fidelium per idem concilium ad hoc deputatis eligentes concorditer aſſeruerunt, atque in vnicum ſummum & Romanum Pontificem per idem generale concilium, & ſubſequenter per omnes Reges & regna atque prælatos & vniuerſalem Eccleſiam in omni natione Chriſti fidelium, etiam per eundem Alfonſum Regem & regna ſua atque dominia recepti: idemque Alfonſus Rex per ſuum proprium & ſpecialem ambaſciatorem & procuratorem ad hoc ſpecialiter mandatum ſub regio ſigillo habitum in publica dicti concilij ſeſſione, poſt præſtitam nobis reuerentiam & obedientiam tanquam vero & indubitato Papæ, a nobis humiliter poſtulauit, quatenus eidem infeudationem regnorum Trinacriæ, Sardiniæ, & Corſicæ inſularum ad nos & Romanam eccleſiam pertinentium, concedere dignaremur, offerendo nobis tanquam vero & indubitato Romano Pontifici pro dictis regnis terris & inſulis nomine dicti Regis homagium & fidelitatis iuramentum: & poſtquam infeudationem eandem ſub certo annuo & conſueto cenſu dicto Regi, vt præfertur, conceſſimus, idem procurator ad hoc de noſtra gratia ſpeciali, cum idem Rex iurare perſonaliter teneretur, pro ea vice per nos admiſſus in manibus noſtris in eadem ſeſſione publice pro regno Trinacriæ, & ſubſequenter pro Sardinia & Corſica & ſolemniter nomine dicti Regis homagium, ligium, & plenum vaſſallagium præſtitit, & in animam eiuſdem Regis fidelitatis iuramentum. Et inſuper memores cum quanta cura, ſolicitudine, & diligentia claræ memoriæ Fernandus Rex Aragonum eiuſdem Alfonſi genitor, non parcens laboribus & expenſis, in propria perſona, dum viueret, vnionem eccleſiæ fuerit proſecutus, eidem Alfonſo præfati Fernandi Regis heredi omne debitum nobis & Romanæ Eccleſiæ nomine cenſus pro dictis terris & inſulis, quod ad magnas & graues pecuniarum ſummas aſcendebat, pro toto tempore præterito atque pro quinquennio tunc futuro & iam dum lapſo liberaliter & gratioſe remiſimus: Poſtmodumque idem Alfonſus volens ſe obedientiſſimum & deuotum Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ fidelem vaſſallum oſtendere &, vt eius verbis & cauſis vtamur, quamuis poſt aſſumptionem noſtram prædictam in Romanum & ſummum Pontificem idem Rex, vt aſſeruit & verum eſt, per ſuos ambaſciatores & alias obedientiam, & obſequutionis debitum nunquam pendiſſet famulatum, noſque pro vero Chriſti vicario & indubitato ſummo Pontifice reputaſſet & reputaret, tamen vt detrahentium & obloquentium quorumcumque ora & linguas aſpidis, quæ nimis aures dominorum ſolitæ ſunt afficere, obmureſcerent, illorumque ab inde ceſſarent eloquia meditata, in ſua bona fide regia promiſit & iurauit ſuper crucem domini noſtri Ieſu Chriſti & eius ſancta quatuor euangelia, eorumque Sacroſanctis ſcripturis manibus ſuis corporaliter tactis, quod per ſe & omnia ſua regna, vaſſallos, populos & ſubditos, qui erant, & pro tempore forent: ſemper nobis tanquam vero & indubitato Chriſti vicario plene obediret, ac per dicta regna, terras, populos, ſubditos & vaſſallos ſuos citra & vltramarinos obedire faceret, dictique populi, vaſſalli & ſubditi obedirent & fideles eſſent, aliumque præter nos in Papam ſeu Chriſti vicarium non reputaret nec reputari faceret, neque per regna & terras ſuas reputari & teneri faceret, dictique populi, vaſſalli & ſubditi reputarent & tenerent; quodque omnes & quoſcumque populos & vaſſallos ſubditos, vniuerſitates, ciuitates & terras, quos & quas contrarium tenere & credere ſciret ſeu audiret quoquo modo, ſchiſmaticos & rebelles ſanctæ matris Eccleſiæ & a communione fidelium abſciſſos reputaret, pro ſchiſmaticis quoque & rebellibus haberet & teneret, illoſque & eorum vnumquemque puniret, perſequeretur & caſtigaret, ac puniri, perſequi & caſtigari penitus mandaret & faceret, neque permitteret ſeu locum daret, quod habitarent ſeu moram traherent in ſuis regnis & terris; immo contra eos procederet & procedi faceret vſque ad perſonarum earum captionem, bonorum ablationem & illorum venditionem, ac exterminium & ruinam, ac alias, prout expediret & foret opportunum. Et ad maiorem præmiſſorum & iuratorum confirmationem & obſeruationem &, vt nullus occaſionem haberet contrarium opinandi, voluit & expreſ-

ſe

ſe ordinauit, quod prædicta omnia per eum promiſſa & iurata vniuerſis & ſingulis tam voce præconis quam per impoſitionem ad valuas propalarentur, & propalari poſſent, quoties expediret, & foret opportunum, prout hæc in dicti Alfonſi Regis literis ſub bulla ſua plumbea ſolita armorum Aragonum, nobis per eum transmiſſa, plenius continetur.

4 Verum multorum & ſæpe frequentibus & clamoroſis inſinuationibus tam publice quam priuate, & nouiſſime in noſtro publico generali conſiſtorio ex parte generalis procuratoris & promotoris ad cauſas & negotia criminalia in Romana curia deputati, ad noſtram audientiam, fama etiam publica prius referente, perlatum eſt quod idem Alfonſus a claræ memoriæ Fernando Rege Aragonum patre ſuo prædicto & eius fide & deuotione, quoad Eccleſiam Dei degenerans, & ab eiuſdem patris ſui veſtigijs ſe diuertens, poſt & contra præfatam latam in generali Conſtantienſi concilio condemnatoriam dicti Petri de Luna ſententiam publicam & notoriam, noſtram aſſumptionem & receptionem vniuerſalem in ſummum Pontificem & præſtitam nobis obedientiam, poſt & contra præſtationem homagij, ligij, & pleni vaſſallagij & fidelitatis iuramenti, ac etiam poſt & contra promiſſionem & iuramentum ſpecialem & ſpeciale in ſuis literis ſub bulla plumbea, vt præfertur, contentam & contentum, fidei, honoris, & ſtatus ſuorum non dicimus immemor, ſed contemptor (quod non ſine graui cordis amaritudine recenſemus) præfato Petro de Luna ſchiſmatico & hæretico, atque ab Eccleſia Dei præciſo declarato & nominato, adhuc tamen pro Papa ſe gerenti, pluribus annis & vſque ad eiuſdem Petri obitum; & poſt eiuſdem Petri deceſſum, cum quidam perditionis filij ſe ſi. gerent ab eodem Petro damnato paulo ante eius obitum fictos, immo verius profanatos Cardinales, quidam perditionis filius Ægidius Munionis de regno & ditione dicti Alfonſi Regis oriundus, & inibi moram trahens, procurante illo, qui conatur ab initio ruinæ ſuæ, vnitatem reſcindere, charitatem vulnerare, aduerſus ſanctam Dei Eccleſiam & illius vnitatem ſuperbe ceruicem erigens, ſe per dictos fictos Cardinales in Papam & Romanum Pontificem eligi, immo verius profanari procurauit, & ſe Clementem VIII. nominari fecit, ac ſchiſma, quod idem Petrus vnicus nitebatur continuare, quantum in ſe & fautoribus ſuis continuauit, & eidem Petro damnato in dicto ſchiſmate & alijs criminibus ſe inſtituit ſucceſſorem, & iam pluribus annis & menſibus pro tali ſe geſſit palam, publice, & notorie in dicto regno Aragonum & loco Paniſcolæ Dertuſenſis diœceſis dicto Rege Alfonſo ſciente & permittente, & gerit adhuc; ijs omnibus præfatus Alfonſus, qui ſemel manum ad aratrum miſerat, retroſpiciens, poſt dictum Petrum eidem Ægidio profano ſimulacro fauit, eumdemque Petrum quamdiu vixit & poſt eius obitum præfatum Ægidium profanum pro Papa ſe gerentem ſuſtinuit, illoſque in regno prædicto Aragonum, & in quo regiam poteſtatem libere exercebat & exercet in dicto loco Paniſcolæ pacifice & quiete cum ſuis familijs fautoribus & ſequacibus ſtare & habitare permiſit & permittit, atque eidem Petro, dum vixit, & ſequenter Ægidio profano & eorum ſequacibus per dicti regni Aragonum ſubditos & incolas & alios quoslibet alimenta & alia eis neceſſaria & vtilia portari ad ipſos quælibet volentes etiam de dicto regno ad arbitrium dictorum Petri & Ægidij accedendi pro quibuſcumque cauſis liberum habere aditum & exitum permiſit & permittit, quæ tandem prohibere faciliter etiam ſolo iuſſu potuiſſet & poſſet, cum haberet in ſuis regnis & dominijs ius gladij, & alias ſupremam & regiam poteſtatem, & de facto illius liberum exercitium, nihil horum prohibuit, aut quomodolibet impediuit, neque eoſdem Petrum & Ægidium moleſtauit, neque quemquam de præmiſſis prohiberi & impediri aut moleſtari fecit, licet præmiſſa nedum impediuiſſe aut prohibere, immo præfatos Petrum & Ægidium ſuoſque ſequaces capere, punire, & de dicto regno fugare, expellere, & exterminare, atque regnum illud tantis ſceleratis viris tantaque infamia regni & perſonæ ſuæ faciliter purgare potuiſſet & poſſet, prout adhuc ipſe Alfonſus, qui pro Rege & principe catholico ſe geſſit & gerit, ex debito regalis dignitatis & officij, quorum hoc agere & a contrarijs prohibere propria ſunt, ex generalis Conſtantienſis concilij ſententia & decreto exequi poteſt. Inſuper homagij, vaſſallagij, & iuramenti fidelitatis, præterea promiſſionum & iuramentorum ſpeciatim prædictorum vigore, ac vt fidelis Chriſtianus tot vinculis teneatur & teneretur adſtrictus; præmiſſa tamen omnia multo tempore nedum neglexit & negligit, verum illa ſuſtinuit & ſuſtinet, illique fauit & fauet publice & notorie.

5 Inſuper, vt prætereamus alia grauia & quædam deflenda facinora coram nobis propoſita, epiſcopos & perſonas eccleſiaſticas ſuis eccleſijs & beneficijs de facto tyrannice ſpoliauit, bonaque ipſarum eccleſiarum & beneficiorum, ac perſonarum occupauit, & aliqua etiam laicis perſonis donauit, & ad libitum ſuum de illis diſpoſuit, ipſaſque eccleſias poſuit in manibus laicorum, ſeu ſpoliari, occupari, capi, & poni mandauit & fecit, nec non ſedi Apoſtolicæ, nobiſque poſt & contra tot per eum præſtita iuramenta & alia præmiſſa irreuerens, & inobediens publicum edictum fecit, & voce præconis in regno prædicto in ciuitate Barchinonæ & alibi publicari fecit pridem nonnulla grauia pœnalia & execranda mandata contra libertatem eccleſiaſticam & honorem noſtrum, contra venientes ad ſedem Apoſtolicam, in ea moram trahentes, ac noſtras literas iuſtitiam, ſeu gratiam concernentes impetrantes, huiuſmodique literas exequentes ſeu proſequentes, edidit & publicauit; & dilectum filium noſtrum Petrum de Fuxo tit. S. Stephani in Celio monte presbyterum Cardinalem eiuſdem Regis conſanguineum & honoris ſui zelatorem noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum ad Regem & regnum præfatos ad ipſum Alfonſum ab huiuſmodi erroribus & criminibus reuocandum, viamque veritatis, & vnitatem Eccleſiæ reducendum, poſt aliorum nuntiorum noſtrorum exhortationes & charitatiuas monitiones deſtinauimus; quem tamen admittere & audire obſtinato ac indurato animo recuſauit. Super quibus præfatus procurator et promotor criminalium in Romana curia deputatus, procedi per nos contra dictum Alfonſum, ipſumque pronunciari et declarare fuiſſe et eſſe excommunicatum, ſchiſmaticum, hæreticorum receptorem et fautorem, ac de hæreſi vehementer ſuſpectum, infamem, periurum, reum criminis læſæ maieſtatis, et eum propter ſuas iniquitates a Deo, ne regnet, abiectum, ſuis ligatum peccatis, omnique honore et dignitate etiam regali, ac dominio, & per ſententiam generalis Conſtan-

Vt Alfonſus promiſſa non ſeruerit.

Petro de Luna viuenti fauet.

Petro ſucceſſit Ægidium Antipapam eripere.

Non prohibuit cum eis commercium.

Purgare regnum tanto ſcelere debuiſſet.

Conſcitauit in epiſcopos & clerum perſecutionem.

Cardinalem legatum audire reſpuit.

ſtantienſis concilij antedictam priuatum, aliaſque pœnas et ſententias in talia perpetrantes, tam a iure, quam per dictam ſententiam Conſtantienſis concilij, quam etiam apoſtolicos proceſſus, et præſertim die iouis ſanctæ, ac felicis recordationis Romanorum Pontificum predeceſſorum noſtrorum tam generales quam ſpeciales inflictas incidiſſe, necnon et per ſententiam noſtram ad cautelam eundem Alfonſum omni dignitate etiam regali, omnibus dominijs, terris, feudis et bonis quibuſcumque priuari omneſque, qui ei iuramento fidelitatis tenentur aſtricti, a iuramento huiuſmodi abſolui, ac omnibus Chriſti fidelibus ſub pœnis formidabilibus inhiberi, ne ſibi de cætero tanquam Regi vel domino pareant vel intendant, aut ei participent quoquomodo, ſed eum tanquam excommunicatum et alijs ſupradictis criminibus grauiſſimis irretitum ſtudeant penitus euitare; nec non etiam in regnis et dominijs ipſius Regis poni ſtrictiſſime eccleſiaſticum Interdictum, vel ſaltem ad præmiſſa fieri videndum et audiendum perſonaliter, et per edictum citari cum inſtantia poſtulauit.

Regiam ius amiſit.

6 Nos igitur, attendentes quod ſi ea, de quibus Deus vehementer offenditur, inſequi vel vlciſci differimus, ad iraſcendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus præmiſſa tam grauia tamque ſcandaloſa, tantumque diuinæ maieſtatis et Eccleſiæ ſponſæ noſtræ offenſiua vlterius nec diſſimulare nec tolerare abſque Dei offenſa valentes nec volentes, decreuimus ſuper præmiſſis contra eundem Alfonſum in virtute Altiſſimi inſurgendum, et prout noſtro incumbit officio procedendum. Et quia notorium fore decreuimus, ad dictum Alfonſum, domicilia et loca eius pro citando eum non eſſe nec fore tutum acceſſum, per hoc publicum edictum noſtrum peremptorium eundem Alfonſum Regem peremptorie vnoque certo peremptorio pro omnibus terminis ad comparendum perſonaliter coram nobis in Romana curia in noſtro conſiſtorio die centeſima vigeſima prima a die publicationis et affixionis continue numerando, ſi ipſa die nos publicum conſiſtorium tenere continget; alioquin proxima inde ſequenti die, qua nos publicum conſiſtorium tenebimus, ad procedendum et procedi videndũ et audiendum per nos ex noſtro officio inſtante procuratore et promotore prædicto, etiam vſque ad definitiuam ſententiam atque declarationem et impoſitionem pœnarum pro dictis criminibus debitarum, et alias ſuper præmiſſis etiam tanquam ſuper notorijs, aut alias prout decuit fieri, poterit et debebit, iurique ſuper præmiſſis pariturum, Eidemque Alfonſo Regi per idem edictum intimamus, quod ſiue ipſa die, vt præmittitur, comparuerit ſiue non, nos in præmiſſis & ad premiſſa procedemus, prout iuris & rationis fuerit ipſius abſentia non obſtante. Decreuimus autem & ſtatuimus, quod citatio per dictum modum, vt præmittitur, publicata & affixa proinde dictum Alfonſum arctet & comprehendat, ac ſi perſonaliter apprehenſus fuiſſet.

Et licet venientes ad Romanam curiam, morantes in ea, & ab illa recedentes plena debeant ſecuritate gaudere, ac in ſpoliantes, capientes & detinentes eoſdem excommunicationis & anathematis ſententia ſint per proceſſus apoſtolicos promulgatæ; ne tamen præfatus Alfonſus ſuique nuntij aut procuratores ipſam curiam omnibus communem, omnibus patentem, locum ſibi minus tutum, & propter inimicitias vel aliis cauſis imminere ſibi nuntijs vel procuratoribus prædictis periculum in itinere veniendi ad ipſam noſtram curiam ad excuſationis ſuæ velamen forſan allegent, vniuerſos & ſingulos patriarchas, archiepiſcopos, & epiſcopos, ac alios eccleſiarum & monaſteriorum prælatos, nec non Reges, duces, principes, marchiones, barones, comites, capitaneos, poteſtates, & quoslibet alios officiales, eorumque locatenentes, nec non communitates, vniuerſitates, & ſingulares quaſcumque perſonas ciuitatum, terrarum, caſtrorum, villarum & aliorum locorum tenore præſentium requirimus & hortamur, ſubditis vero noſtris et armigerarum gentium capitaneis, vbicumque ad noſtra et præfatæ eccleſiæ ſtipendia militantibus diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Alfonſum ſuoſque procuratores et nuntios et comitiuam ſuam in veniendo ad dictam curiam, morando in ea, et ab illa recedendo in perſonis, rebus, vel bonis eorum nullam inferant moleſtiam, iniuriam, vel offenſam, nec ab alijs, quantum in eis fuerit, inferri permittant. Vt igitur huiuſmodi citatio et proceſſus ad eiuſdem Alfonſi et aliorum, quorum intereſt, notitiam deducantur; chartas ſiue membranas citationem et proceſſum continentes eoſdem ad valuas baſilicarum Lateranenſis, ac Principis et duodecim Apoſtolorum de vrbe, ac Narbonenſi et Auinionenſi eccleſijs fecimus affigi, vt præmiſſa in ipſius Alfonſi notitiam facilius deducantur, quo citationem eandem ſuo quaſi ſonoro præconio et patulo iudicio indicabunt, vt idem Alfonſus, quod ad ipſum non peruenerint, vel eandem citationem ignorauerit, nullam poſſit excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile quoad eum remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo, etc. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos id. iuly pontificatus noſtri anno IX.*

7 Alfonſum etiam Regem Ægidium Munionem in rei catholicæ ludibrium thyara pontificia ornari iuſſiſſe, pertulit non incertus rumor: de quo flagitio alijſque Regis eiuſdem facinoribus queſtus eſt Pontifex in literis ad Andream epiſcopum Gerundenſem datis a, quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

a Lib. 9. breu. pag. 23.

Venerabili fratri Andreæ epiſcopo Gerundenſi ſalutem.

Satis iam ſuperque ſatis multa indigne perpeſſi ſumus ab Alfonſo Aragonum Rege, qui (vt omittamus quos fauores impenderit olim damnationis filio Petro de Luna poſt eius in concilio Conſtantienſi damnationem, ac etiam poſtea in eius maledictionem ſuccedenti perditionis alumno Ægidio Munionis, quem ſolus ſuſtinuit & fouit & alia plurima, quæ non ſine anxietate animi narrari poſſunt) modo ea nouiter fecit, quæ non ſunt amplius aut diſſimulanda aut ferenda. Cogit nos charitas Dei, cogit animarum ſalus, cogit Eccleſiæ iniuria, cogit officium nobis deſuper iniunctum, quod nos vetat hæc amplius præterire ſub ſilentio, compellitque ſacroſanctam Dei Eccleſiam Dei armis defendere & tueri. Nam (vt alia relinquamus indigna Chriſtiano principe non incognita tibi) illud execrabile monſtrum Paniſcolæ nouiter, vt aſſeritur coronari procurauit in ſciſſuram eccleſiæ & vilipendium ſanctiſſimæ vnionis, ac etiam quædam edicta iniquiſſima publicari fecit in regno ſuo contra iura eccleſiæ, contra libertatem eius, contra auctoritatem apoſtolicam atque noſtram, non cogitans quid ſibi liceret,

ret, ſed quid cuperet & ex contemptu eccleſiæ auctoritatem ubi quæreus & robur. Nos igitur, qui antea nulla remedia non tentauimus multam operam impendimus ad reductionem huius ouis aberrantis, licet incaſſum, nunc demum, licet inuiti, neceſſario compellimur aſſumere iuſtitiæ arma, quibus & nos & Eccleſiam defendamus aduerſus operantes iniquitatem. Itaque decreuimus citationem contra Regem præfatum, non quidem ſponte, ſed neceſſitate coacti, vt vel reducatur (quod ſolum cupimus) ad ſemitam rectam, vel corrigatur; vlterius enim procedemus iuſtitia mediante, ſi permanſerit in errore.

Affectus neceſſitate Mart. ad arma educenda in eu.

Hæc ergo ſignificare voluimus tuæ fraternitati requirentes & exhortantes eam per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt præfatum Regem inducas, moneas, & horteris rationibus, quibus poteris, vt emendans, quæ hactenus fecit, nolit calcitrare aduerſus ſtimulum, & contemnere iuſtitiam Dei, quæ per ſuam patientiam aliquando poteſt differri, tolli nunquam poteſt: ſed velit, ad cor reuertens, eſſe bonus Eccleſiæ filius, ac noſter, imitetur virtutes progenitoris ſui, recipiat monitiones noſtras tanquam patris, qui amat ſalutem filij, diligat animam ſuam, ſalutem ſubditorum, honorem regni, & ne ſpernat ſuum: quæ omnia ſaluæ erunt, ſi voluerit ſe ſaluum facere. At ſi (quod abſit) obdurerit in pertinacia ſua, non recipiens ſanam doctrinam, tu ſumens ſcutum fidei tanquam bonus Chriſti miles pro viribus defende Eccleſiam, & eius iura, conſerua vnionem & oppugna impugnantes eam, non timens, qui habet poteſtatem corporis, ſed eum qui poteſt & corpus & animam mittere in gehennam. Imitare autem veſtigia noſtra ea, quæ per nos agentur deinceps exequendo & adimplendo, prout teneris ex debito, & prout te facturum dilectus filius Petrus de Darnicibus legum doctor nobis dudum retulit ex parte tua, cuius verba fuerunt, te etiam martyrium paratum ſubire, ſi opus eſſet, pro obedientia & auctoritate noſtra & ſedis Apoſtolicæ defendenda, ac conſeruatione vnionis. *Dat. Genezani Peneſtrinæ diœceſis*.

Solicitatus G [...] fu [...] vt Dei cauſa tueatur.

8 De vocato in ius Alfonſo cæteros Chriſtianos Reges certiores fecit Martinus, ac Didacum [a] epiſcopum Aurienſem in Caſtella, & in Anglia Iulianum [b] Cæſarinum cameræ apoſtolicæ (vt vocant) auditorem Apoſtolicæ ſedis nuncios Ioanni & Henrico Regibus, eorumque regnorum præſulibus ac viris principibus ſignificare iuſſit, vt Alfonſus Aragonius Petrum e Luna, dum ſuperſtes fuit Paniſcola deijci nunquam paſſus eſt, eoque mortuo antipapam ab aliquot flagitioſiſſimis hominibus creandum, ac dein profana thyata exornandum curauit; proinde ipſos ad rei catholicæ tuendam dignitatem communeque incendium extinguendum excitarent: Didaco autem inter cætera expoſuit [c], quam enixis ſtudijs ſedes Apoſtolica Alfonſum a ſuſcepto ſcelere abducere molita eſſet, vtque ille omnes pontificios conatus eluſiſſet.

Reges certiores facti de vocato in ius Alfonſo.

a Eod. l. 9 breu. pag. 30. & in alio pag. 40.

b Eod. l. 9 pag. 37.

c Super pag. 36. & in alio lib. breu. pag. 24. & 4.

9 Confirmabat Alfonſum in peruicacia aduerſus Chriſti vicarium plurium hominum leuiſſimorum inſania, qui fallaci ſanctitatis fuco & lenocinio ab impoſtoribus deliniti ſchiſmate ſe illaqueari patiebantur: inter quos erat Ioannes comes Armaniaci, qui antea ſe in Pontificis auctoritate futurum aliorum principum exemplo erat pollicitus, ac deinde ad Petrum e Luna atque ad Ægidium Munionem Alfonſi Aragonij cupiditati ſeruientem deflexerat, quem ſimiliter Martinus ſubiecto edicto [a] in iudicium vocauit.

No nulli hypocritarum [...] pe[...] ſe [...]bant.

A mordaci comes e[...] de laqueo impiſtura.

a Lib. 5. ep cur. pag. 277.

Ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex in terris Chriſti vicarius aduerſus enormes & deteſtabiles conatus malignorum, qui in reprobum ſenſum dati temeritate peſtifera vnitatem ſacroſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ, de qua ſponſus, cuius vices in terris licet immeriti, gerimus, clamat in canticis: *Vna eſt columba mea, vna eſt dilecta mea*; in diuerſa ſcindere, & exinde hæreſes & ſchiſmata ſuſcitare moliuntur, tanto feruentius & diligentius in virtute Altiſſimi debet inſurgere, quanto periculoſius in fidem & animarum fidelium detrimentum neglecti in pernicioſum aliorum exemplum creſcere timerentur: *Et infra*: In obedientia dicti Petri (nimirum e Luna) damnati idem Ioannes comes, quandiu ipſe Petrus vixit, pertinaciter & temere perſeuerauit, & a noſtra & Romanæ eccleſiæ obedientia ſe ſubtraxit penitus & diuiſit. Quibus per nos cum magna diſplicentia auditis, ſtuduimus ipſum paternis affectibus a ſuis erroribus benigne reuocare, & ad fidem & vnitatem Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ, vt ouem errantem reducere: & propter hoc per plures nuntios & commiſſarios noſtros, ac paternales literas noſtras charitatiue requiſiuimus & monuimus, & conſequenter per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Francorum illuſtrem modernum dominum ſuum in temporalibus ſupremum, etiam tempore, quo regens regnum Franciæ exiſtebat, per eius ſpeciales literas & nuntios ſolemnes requiri & moneri procurauimus, vt a præmiſſis erroribus & ſceleribus reſipiſceret et ceſſaret, & ad fidem, ac vnitatem Romanæ et vniuerſalis Eccleſiæ, atque noſtram obedientiam rediret et perſiſteret, quod facere minime curauit, ſed ijs ſpretis in præmiſſis erroribus et ſceleribus huc vſque perſeuerauit: Et cum horum occaſione nonnulla terræ, villæ, oppida et loca alia in dominio dicti Ioannis comitis conſtituta eccleſiaſtico auctoritate noſtra per nuntium et commiſſarium noſtrum fuiſſent ſuppoſita interdicto, idem Ioannes comes interdictum huiuſmodi in contemptum noſtræ apoſtolicæ auctoritatis violauit et violari fecit: et cum nonnulli fideles in terris et dominijs prædictis illud obſeruarent, et exinde forſan timeret ſcandalum, aut alijs cauſis inductus, ipſe Ioannes comes decreuit, licet ficte et doloſe, vt tandem oportuit facere et fecit per ſuos procuratores ad hoc ſpeciale mandatum ab eo habentes in eccleſia Toloſana, præſentibus nuntijs noſtris & commiſſarijs, nonnullisque epiſcopis & prælatis, ac cleri & alterius populi multitudine copioſa ſolemniter & notorie quandam profeſſionem in ſcriptis, per quam ipſe omnem hæreſim omneque ſchiſma abiurauit, atque profeſſus fuit & promiſit illum tenere & habere pro Papa, quem præfatus Rex pro Papa haberet, teneret & reputaret, eidemque, vt Papæ obediret.

Iſtum a Martino edictum.

Comitatus Armeniacẽſis interdicto percuſſus.

Ioannes [...] damnat ſchiſma.

Veruntamen in huiuſmodi profeſſione nomen atque pontificatum noſtrũ exprimere contempſit, cum notorium ſit atque manifeſtum quod Rex ipſe nec non claræ memoriæ Carolus ipſius Regis moderni genitor Francorum etiam Rex, quoad vixit, nos tanquam verum et indubitatum Papam et Romanum ac ſummum Pontificem habuerunt, tenuerunt et reputauerunt, ipſeque Carolus modernus Rex hactenus habet, tenet et reputat palam, publice et notorie, ſciente dicto Ioanne comite et ignorare non valente. Qui poſt profeſſionem prædictam per eum tam ſolemniter emiſſam

con-

Digitized by Google

contemptam, illa quæ literis et per procuratores expreſſerat minime facto adimpleuit: ſed in eiſdem erroribus et ſceleribus, in quibus antea fuit, perſeuerauit tenere pertinaciter, et de facto ac in illis relapſus eſt publice et notorie. Et conſequenter, cum poſt obitum dicti Petri quidam iniquitatis filius profanus Ægidius Sancij Munionis aduerſus eandem ſanctam Dei Eccleſiam ſe erigens et extollens, et in crimine ſchiſmatis et hæreſis dicto Petro de Luna ſuccedens, illius et criminum prædictorum ſucceſſione conſtituit, ac in Papam et Romanum Pontificem Clementem VIII. nominauit, et geſſit, papatum Romanum et ſummum pontificium quantum potuit profanando, ſchiſma et errores dicti Petri de Luna continuando, et in loco de Paniſcola Dertuſenſis diœceſis, vbi dictus Petrus de Luna morabatur et obijt, ipſe Ægidius ſedem ſuam profanam conſtituit; præfatus Ioannes comes dictum Ægidium profanum ſchiſmaticum, et præfati Petri ſcelera continuantem pro Papa et ſummo Pontifice tenuit, habuit et reputauit, ac tenet, habet, et reputat, et eidem tanquam Papæ et Romano ac ſummo Pontifici obediuit et obediret, quantum potuit, obediri fecit et facit, literas ſuas et mandata tanquam Romani et ſummi Pontificis recepit ac recipi et exequi, quantum potuit et poteſt, fecit et facit, ſimilia pro eodem Ægidio profanando, faciendo, et tenendo, quæ ipſum Ioannem comitem pro dicto Petro et erga illum et de illo feciſſe ſuperius eſt expreſſum, crimina ſchiſmatis et fautoriæ hæreſis, ac alia multipliciter committendo in priuationis comitatuum, vicecomitatuum, baroniarum, dignitatumque, honorum et dominiorum aliorum auctoritate dicti generalis concilij et iuris ac animæ ſuæ detrimentum damnabiliter incurrendo, quodque præmiſſa vera et adeo notoria ſunt, quod nulla poſſunt tergiuerſatione celari.

Relapſus in ſchiſma.

Ægidium nunc pro antipapa veneratus eſt.

Principatu ſuo iure ex ſynodali ſententia excidit.

10 Nos autem auditis præmiſſis pluries in noſtro publico conſiſtorio coram nobis propoſitis et alias ad noſtram deductis audientiam, attendentes ipſa in graue ſanctæ Romanæ et vniuerſalis Eccleſiæ ac Chriſtifidelium animarum periculum et ſcandalum vergere, ea non valentes ſub diſſimulatione tranſire, ſed aduerſus tam temerarios auſus atque periculum et ſcandalum prouidere, contra Ioannem comitem præfatum decreuimus ex noſtro paſtorali officio, inſtante dicto procuratore negotiorum cauſarum criminalium, in virtute Altiſſimi exurgendum et procedendum. Et quoad ipſum ipſiuſque loca ſiue domicilia notorie non eſt ad citandum eundem tutus acceſſus, per hoc edictum publicum et peremptorium in audientia publica contradictarum literarum apoſtolicarum Romanæ curiæ publice legendum, nec non baſilicarum Apoſtolorum Principis et S. Mariæ rotundæ de vrbe, vbi locus audientiæ cauſarum dictæ Romanæ curiæ ſiue palatij noſtri deputatus exiſtit, ac Toloſanæ et Biterrenſis eccleſiarum valuis affigendum, Ioannem comitem præfatum, prout poterit vno edicto peremptorio citari mandauimus et citamus, quatenus centeſima die a die publicationis et affixionis huiuſmodi in valuis dictarum eccleſiarum baſilicarum de vrbe compareat coram nobis in noſtro publico conſiſtorio, etc. [Addit fidem ei dari, vim abfuturam donec cauſam dixiſſet, ne ad declinandum ſedis Apoſtolicæ iudicium itinerum pericula hoſtiumue inſidias ac potentiam prætexat.] *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos kal. martij anno IX.* Promulgatæ [a] etiam paulo poſt, nimirum V. kal. aprilis fuerant grauiſſimæ pœnæ ſacto cœnæ

Dicta illi dies ad excipiendam ſententiam.

416. pag. 262.

dominicæ die recurrente, iam ante a Conſtantienſi et Senenſi concilijs conſtitutæ in ſchiſmaticos ac Vvicleffi et Ioannis Hus ſectatores hæreticos, quibus eiuſmodi criminis rei honorum quorumcumque faſtigio excidiſſe pronunciatum eſt. At de ſchiſmaticis abunde actum eſt: nunc de Huſſitis narratio inſtituatur.

Schiſmatici & Vvicleffiſtæ honoribus honorumque priuati.

11 Deſciuerat ab Eccleſia catholica ad eorum impietatem Conradus Pragenſis archiepiſcopus, qui paſtorali cura in lupinam rabiem verſa, hæreticis in inficienda Bohemia obſecundarat: ob cuius criminis ſuſpicionem vocatus primum in ius a ſynodo Conſtantienſi iudicium eluſerat: iterumque a Martino appellatus non modo obiecta non diluit, verum aperta cum Huſſitis fœdera inijt, iiſque arces nonnullas prodidit, nec perhorruit pſeudoſynodum cogere, in qua errores in ſuos ſubditos transfudit: quibus flagitijs contumaciam addidit cum illi dies dicta fuiſſet; quare decretoria ſubiecta ſententia in ipſum lata eſt [a], quam a Germaniæ, Poloniæ, Hungariæque præſulibus promulgari iuſſit Pontifex.

Conradus Pragenſis archiepiſcopus ſectator hæreſis.

a Lib. 8. pag. 220.

Venerabilibus fratribus Maguntino, Treuerenſi, Colonienſi, Salzburgenſi, Magdeburgenſi, Bremenſi, Rigenſi, Strigonienſi, & Gneſnenſi archiepiſcopis, ac Friſingenſi, Bambergenſi, Ratiſponenſi, Patauienſi, Olomucenſi, Cracouienſi, Poznanienſi, Luthoniſlenſi, & Nitrienſi epiſcopis; nec non chariſſimis in Chriſto filijs Romanorum, Hungariæ, & Poloniæ Regibus illuſtribus, ac dilectis filijs nobilibus viris Bauariæ, Saxoniæ, Auſtriæ, & Sleſiæ ducibus, ac Brandeburgenſi, Miſnenſi, & Morauiæ marchionibus; nec non alijs vniuerſis Chriſtifidelibus eccleſiaſticis & ſæcularibus cuiuſcunque dignitatis, ordinis, ſtatus, præeminentiæ ſeu conditionis exiſtant, ad quos præſentes literæ peruenerint ſalutem, &c.

Dudum ad Conſtantienſe concilium fama publica referente deducto, quod Conradus tunc archiepiſcopus Pragenſis negligens & remiſſus fuerat & erat contra hæreſes & errores Vvicleſiſtarum & Huſſitarum in ciuitate & diœceſi Pragenſi, ac regno Bohemiæ vigentes procedere, quodque pontificalis ſui officij debitum contra eos exequi non curaret, ſed potius, quod illis aſſentiret, & eis faueret, vehementer ſuſpectus haberetur; vnde hæreſes & errores magis inualeſcerent antedicti, prædictum concilium certis iudicibus dedit in mandatis, vt vocato perſonaliter dicto Conrado de præmiſſis inquirerent veritatem, & ſi eum de præmiſſis culpabilem reperirent, contra eum procederent iuxta canonicas ſanctiones; & ſubſequenter, poſtquam ijdem iudices citationem perſonalem contra eundem Conradum decreuerant, ipſaque citatio in partibus legitime executa & demum coram eiſdem iudicibus reproducta fuerat, ipſeque Conradus pro ſui & præmiſſorum excuſatione & defenſione ad cauſam huiuſmodi certos procuratores deſtinauerat ad noſtram, qui poſtea diuina fauente clementia fuimus ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, cauſa huiuſmodi audientiam deuoluta, tandem tractu temporis et clamore valido, ac fama publica inualeſcentibus, quod præfatus Conradus hæreſum et errorum prædictorum, ac hæreticorum illos tenentium et aſtruentium ſectator et defenſor pertinax exiſteret, dictaſque hæreſes et errores teneret et dogmatizaret, nonnulla etiam caſtra et loca ad eccleſiam Pragenſem ſpectantia in manibus dictorum hæreticorum ponendo atque tradendo, et cum illis pacifice et quiete conuerſando et morando, nec illos, prout ad ſuum ſpectabat officium, de præmiſ-

Lata in eum ſententia.

Vt eluſerit primum iudicium.

ſis reprehendendo; ſed inſuper ſacta illorum atque nonnullas hæreſes et errores huiuſmodi in ſynodo per eum celebrata per ſubditos ſuos teneri, credi et obſeruari iuſſerat ac mandarat, quodque prædicta adeo notoria eſſent atque vera, quod nulla poſſent tergiuerſatione celari, &c. [Addit Pontifex, ſe his permotum explorandæ in ea re veritatis munus iniunxiſſe Guillelmo tit. S. Marci presbytero Cardinali, illaque comperta, ſi tuto adiri & citari non poſſet, edicto publico in Romanæ aulæ foribus affigendo ipſum in ius vocare: dictam itaque Conrado diem a Cardinale: cumque iudicio non ſe ſiſteret, contumaciæ damnatum, obiectaque illi crimina conſpicuis argumentis fuiſſe explorata, quæ ne impune amplius ferentur, hæc ſtatuit Martinus].

Conradus pſeudoſynodo errores ſubditis inſecit Pragenſes.

12 Nos igitur, quia ex huiuſmodi, nec non dilecti filij noſtri Brandæ tit. S. Clementis etiam presbyteri Cardinalis olim in regno prædicto & partibus Alamaniæ pro extirpandis hæreſibus erroribus ac hæreticis huiuſmodi ſedis Apoſtolicæ legati, relationibus nobis conſtitit atque conſtat, præfatum Conradum abſque dubietatis ſcrupulo ſectatorem & pertinacem defenſorem hereſum & errorum præfatorum, ac hæreticum publicum & notorium fore, eundem Conradum ad noſtram in huiuſmodi cauſa definitiuam ſententiam audiendam in audientia prędicta pleriſq; vicibus citari fecimus ad certos dies peremptorios competentes, in quibus dictum Conradum coram nobis minime comparentem contumacem merito reputauimus, ſupplendo auctoritate Apoſtolica omnes defectus, ſi qui forſan interueniſſent in præmiſſis, de eorundem fratrum conſilio & aſſenſu decreuimus ſuper eiſdem præmiſſis tanquam ſuper notorijs fore etiam ad definitiuam ſententiam procedendum: nec non per noſtram definitiuam ſententiam pronunciauimus & declarauimus eundem Conradum damnatæ hæreſis & errorum Vvicleffiſtarum & Huſſitarum, quæ & qui in regno Bohemiæ contra fidem & Eccleſiam catholicam notorie pullularunt, & adhuc, proh dolor! vigent, notorium ſectatorem: pertinacem defenſorem, & hæreticum, atque ab Eccleſia Dei præciſum excommunicatum & anathematizatum, dictaque Pragenſi eccleſia & eius archiepiſcopatu, ac omni dignitate, honore, ordine, ſtatu, beneficio, priuilegio ac libertate eccleſiaſticis & mundanis fuiſſe & eſſe priuatum; bonaque ipſius quæcumque ipſi eccleſiæ Pragenſi confiſcata & applicata, illaque eidem eccleſiæ Pragenſi applicamus, ac etiam ex abundanti cautela prædictum Conradum priuauimus & depoſuimus ab eiſdem: nec non decreuimus ipſum Conradum fore ſolemniter degradandum, perſonamque ipſius expoſuimus a Chriſtifidelibus capiendam atque omnes & ſingulos eidem Conrado fide, iuramento, homagio, promiſſione, & cuiuſcumque obligationis vinculo dudum aſtrictos, liberos & abſolutos fore; nec non eos liberauimus & abſoluimus; mandauimuſque eis fidelibus, quod eundem Conradum pro hæretico, priuato, depoſito excommunicato, & anathematizato habeant & teneant, quodque omnia iura contra eum, quantum in eis erit, obſeruent, quæ ſunt contra hæreticos conſtituta. [Et paucis interiectis].

Detegitur hæreticus.

Iterum damnatus a Martino.

Percellitur anathemate.

Archiepiſcopali gradu deiectus

Soluti eius Imperio Bohemi.

13 Et vt circa præmiſſa omnia vobis adſit expedita & inuiolabilis coercitionis auctoritas, vniuerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus quatenus vos archiepiſcopi & epiſcopi, aut aliqui veſtrum, qui ad hoc ſufficiant, præſertim Conradum ab omnibus ſacris ordinibus, ſicut iuris ordo dictauerit, ſolemniter degradetis, ac vos & ſinguli veſtrum per vos vel alium ſeu alios capiatis, aut per ſæculares poteſtates capi faciatis, & ſub firma & fida cuſtodia teneatis aut teneri faciatis, dictamque ſententiam, vbi & quando expedire videritis, auctoritate noſtra ſolemniter publicetis, illamque nec non alia præmiſſa etiam vos Reges, ac duces, marchiones & alij ſæculares, quantum ad vos pertinet, præſertim iuxta præſentium continentiam & tenorem, ac mandata per archiepiſcopos & epiſcopos huiuſmodi vobis Regibus, ducibus, marchionibus, & alijs ſæcularibus vigore præſentium facienda debite executioni demandetis iuxta ipſorum continentiam & tenorem, contradictores, &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* IV. *non. ianuarij anno* IX.

Germaniæ epiſcopi Conradum comprehendere iuſſi.

Non diu tantam impietatem Conradus impune tulit; refert enim Coclæus [a], ipſum miſerabili fine in caſtro Helfenburgenſi vitam clauſiſſe. Et quidem illum pſeudoſynodo Pragenſi præfuiſſe vidimus iam ante, in qua eum contra confirmatum tot ſæculis in occidente morem ſanxiſſe vidimus, vt ſacrum Chriſto corpus ſub ſpecie etiam vini laicis porrigeretur: ad quam nouatorum eo pietatis fuco ſcelera tegentium temeritatem frangendam Martinus decretum Conſtantienſis concilij de communione laicis ſub ſpeciebus panis tantum porrigenda VIII. kal. febr. confirmauit [b], atque archiepiſcopos & epiſcopos illud obſeruandum curare, atque in præuaricatores animaduertere iuſſit [c].

Infeliciter perit.

a Cocl. hiſt Huſſit. l. 5.

Inuexerat vt neceſſariam communionem vtriuſque ſpeciei.

b Lib. 8. pag. 219.

c Ibid. pag. 225.

Venerabilibus fratribus Treuerenſi, Maguntino, Colonienſi, Salzburgenſi, Magdeburgenſi, Bremenſi, Rigenſi, Strigonienſi, Colocenſi, Gneſnenſi, & Pragenſi archiepiſcopis, & eorum ſuffraganeis, ac dilectis filijs eorum in ſpiritualibus vicarijs, nec non inquiſitoribus hæreticæ prauitatis per ciuitates, & diœceſes Treuerenſem, Maguntinam, Colonienſem, Salzburgenſem, Magdeburgenſem, Bremenſem, Rigenſem, Strigonienſem, Colocenſem, Gneſnenſem & Pragenſem prouincias, & alias vbilibet conſtitutis, ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint, ſalutem, &c.

14 Dudum cum ad generalem ſynodum Conſtantiæ cælebratam, quamplurimum fidedignorum veridica foret relatione deductum, quod in quibuſdam mundi partibus, quamplures temerarie aſſerere præſumebant, populum Chriſtianum ſub vtraque ſcilicet panis & vini ſpecie de neceſſitate ſalutis venerabile Euchariſtiæ ſacramentum ſuſcipere debere; quodque populum laicum, non tantum ſub panis, ſed etiam panis & vini ſpeciebus, etiam poſt cœnam, vel alias non ieiunum paſſim communicabant, contra laudabilem vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudinem rationabiliter approbatam, quam auſu ſacrilego damnabiliter reprobare conabantur, communicandum eſſe pertinaciter aſſerebant; ipſa ſynodus, ad quam conſeruare immaculatam Eccleſiam ſponſam Chriſti pertinere dignoſcitur prouide conſiderans, quod firmiſſime ſit credendum, & nullatenus dubitandum integrum Chriſti corpus & ſanguinem, tam ſub ſpecie panis, quam ſub ſpecie vini veraciter contineri; & quod turpis exiſteret pars, quæ ſuo non congrueret vniuerſo, volens aduerſus hunc errorem ſaluti fidelium prouidere, matura plurimorum doctorum tam diuini quam humani iuris deliberatione præhabita declarauit, decreuit, & definiuit, quod laudabilis & approbata conſuetudo rationabiliter ab eadem Eccleſia & ſanctis patribus

De calicis neceſſitate mota controuerſia.

Nullatenus dubitandum integrum Chriſtum ſub qualibet ſpecie contineri.

intro-

Digitized by Google

introducta & diutiſſime obſeruata, & quam ipſa eccleſia pro lege habuit, ſeruauit & ſeruat; videlicet quod huiuſmodi ſacramentum, laicis ſub ſola panis ſpecie miniſtraretur, quodque poſt cœnam confici, aut a Chriſti fidelibus non ieiunis, niſi infirmitatis, vel alterius neceſſitatis caſibus a iure vel ab Eccleſia conceſſis, recipi minime liceret, præcipiens conſuetudinem ſupradictam inuiolabiliter obſeruari; ac propterea dicere, quod hanc conſuetudinem aut legem obſeruare ſit ſacrilegium aut illicitum, deberet cenſeri erroneum, & oppoſitum præmiſſorum pertinaciter vero aſſerentes, tanquam hæretici arcendi forent, & per diœceſanum locorum ſeu officiales eorum, aut inquiſitores hæreticæ prauitatis in regnis ſeu prouinciis, in quibus contra decretum prædictum aliquid forſan foret attentatum aut præſumptum, iuxta canonicas & legitimas ſanctiones in fauorem catholicæ fidei contra hæreticos, & eorum fautores ſalubriter adinuentas grauiter puniendi forent; & ſuper iis venerabilibus fratribus noſtris patriarchis, primatibus, archiepiſcopis, epiſcopis & dilectis filijs eorum in ſpiritualibus vicarijs vbilibet conſtitutis, proceſſus eſſe dirigendos, in quibus eis auctoritate ipſius ſynodi, committeretur & mandaretur, vt effectualiter punirent contra decretum huiuſmodi excedentes; & nihilominus illos, qui communicando populum ſub vtraque ſpecie huiuſmodi exhortaſſent, & ſic faciendum eſſe docuiſſent, ſi ad pœnitentiam redirent, ad gremium Eccleſiæ ſuſciperentur, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, qui vero ex illis redire non curarent animo indurato, per cenſuras eccleſiaſticas, per eos vt hæretici coercerentur, inuocato etiam ad hoc, ſi opus foret, auxilio brachij ſæcularis. Nos igitur volentes, quod declarationes, decreta & definitiones huiuſmodi ſuum ſortiantur effectum, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos, vel quilibet veſtrum, per vos vel alium ſeu alios, declarationes, decreta & definitiones prædicta faciatis auctoritate noſtra firmiter & inuiolabiliter obſeruari; contradictores &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos kalendas iulij pontificatus noſtri anno nono.*

Vetus conſuetudo cõmunicandi ſub ſpecie panis confirmata.

Eius damnatores hæreſis damnati.

15 Gerebatur interea ſacrum bellum in hæreticos Bohemos, quorum vires vt eneruarentur, vetuerat iam apoſtolico diplomate Martinus [a] illos ipſis commeatus, aliaſue merces deferri: ſed cum opum improba cæcaque cupido circumiectarum prouinciarum mercatores adeo corripuiſſet, vt pietatis ſenſu abiecto pœnas ſpernerent, ac puluerem tormentarium globuloſque ferreos emittendos in noſtros per tormenta ænea, tum etiam vina, aromata, ſalem, & alia aut bello aut victui neceſſaria cum crucibus, libris, calicibus, campanis, aliaue eccleſiarum & monaſteriorum ſacra ſupellectili, quam Bohemi hæretici, vt inanes merces diſtrahebant, permutarent; indeque ad oſtendendum defendendumque hoſtis præferocior euaderet, Pontifex eiuſmodi improbiſſimos mercatores anathemate iterum perculit, infamiæ nota inuſſit, exuit bonis, eorum corpora expoſuit ſeruituti, denique omnibus pœnis hoſtibus fidei ſentientibuſque cum hæreticis propoſitis affecit. Præterea præſules, vrbium præfectos & magiſtratus ſeueritate atque animaduerſione in eos vti iuſſit [b].

a An. Chr. 1424. n. 9.

Auari mercatores hæreticis commeatus inferunt.

b Lib. 5. ep. cur. pag. 253. & 254.

Dum hæc a Pontifice decernebantur, Ioannes Bauariæ dux ſacrum crucis ſymbolum accepit ad attollenda aduerſus Bohemos hæreticos ſigna:

cuius pium conſilium Martinus multis ornauit [a] laudibus, ſubſidiariumque aurum e ſacerdotiorum vectigalibus redigendum, ei attribuit. Rogatus etiam Pontifex a Sigiſmundo Romanorum Rege, vt Vladiſlaum Regem Poloniæ ad coniungendas aduerſus hæreticos vires permoueret, Cardinalem Vrſinum epiſcopum Albanenſem legatum decreuit in Poloniam, ac Regem ad referenda ſtatuendaque de proſtrata impietate trophæa his literis excitauit [b].

a Lib. 8. pag. 231.

Regem Poloniæ hortatur Mart. vt in hæreticos arma vertat.

b Lib. breu. pag. 42. & n. 1. Alex. VII.

Chariſſimo in Chriſto filio Vladiſlao Regi Poloniæ illuſtri ſalutem; &c.

Cum rogaremur ex parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Sigiſmundi Romanorum Regis illuſtris vt, cum ipſe intenderet accedere perſonaliter ad expugnationem perfidorum hæreticorum Bohemiæ, requireremus ſerenitatem tuam, vt ipſam quoque perſonaliter cum ſuis viribus debitum auxilium ad perficiendum tantum bonum præſtare vellet: locuti ſumus ſuper hoc cum oratoribus tuæ celſitudinis, rogantes, vt te ad tam ſanctum negotium noſtri parte exhortarentur: qui cum nobis ſpem indubiam dediſſent, te ad id perſonaliter acceſſurum, magnam ſuſcepimus ex eorum verbis conſolationem, & ſummam fiduciam concepimus ex talium principum concurſu perfidiam illorum debere penitus extirpari. Sperantes igitur in eo, cuius cauſa agitur, quod non ſecundum peccata noſtra retribuet nobis, bona in ſpe ſumus, quod præfata nequitia Bohemorum tolletur de medio per tuam & aliorum fidelium principum operationem.

Vt autem deſiderium cordis noſtri circa ipſorum extirpationem facilius conſequatur effectum, mittimus ad Germaniæ & alias partes venerabilem fratrem Iordanum epiſcopum Albanenſem, dictum Cardinalem de Vrſinis, noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum ad motandum & exhortandum Chriſti filios, vt ad ſubuerſionem huiuſmodi hæreticorum debita impendant auxilia & fauores. Ideo ſerenitatem tuam, in qua ſpecialem fiduciam habemus, & quam ſemper inuenimus promptam ad catholicæ fidei defenſionem, rogamus & exhortamur in Domino, vt ſicut bonus miles Chriſti Ieſu ſumens ſcutum aduerſus hos hæreticos deteſtandos velis omni ſtudio & pro viribus incumbere ad eorum extirpationem & deſolationem, ſi permanſerint in perfidia ipſorum, accedens perſonaliter ad perfectionem tam egregij operis tam accepti Deo. Hoc nihil laudabilius, nil excellentius potes facere, quam vt tuo auxilio & virtute hoc nefandum ſemen hæreſis tollatur de grege Domini neque eſt aliud opus, quod magis deceat ſerenitatem tuam, cuius eſt proprium expugnare hæreticos, defendere fidem Chriſti, & fideles protegere: ex quibus & laudem in hoc ſæculo perpetuam, & æternam apud Deum gloriam conſequeris. Super his autem nonnulla commiſimus dilecto filio Iacobino de Rubeis nuntio noſtro eidem ſerenitati referenda, quibus placeat adhibere plenam fidem. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos v. kal. februarij anno* IX.

Iordanus Vrſin. epiſc. Albanen. aduerſus Bohemos miſſus.

Vvitoldum quoque magnum Lituaniæ ducem virtutibus præſtantem, & rei militaris peritiſſimum incitauit [c] Martinus, vt ad delendam hæreſim, quæ nulla etiam tum ratione mulceri vel domari potuerat, fortiſſime inſurgeret.

Dux etiam Lituaniæ ad delendã hæreſim excitatur.

c Lib. breu. n. 5. Alex. VII. pag. 43.

Dilecto filio nobili viro Vvitoldo magno duci Lituaniæ ſalutem, &c.

Nobilitatem tuam, qui ſemper fidei catho-

N 2 licæ

Digitized by Google

licæ egregius propugnator & augumentator fuiſti, rogamus atque exhortamur in Domino vt, ſicut de deuotione tua plene confidimus & de te ſpem gerimus ſingularem, ad delendum tantam pernicioſam, tam deteſtandam hæreſim, tota mente & pro viribus incumbas ſuccurraſque fidei orthodoxæ ſcuto defenſionis tuæ. Multa ſunt opera, quæ principes decent, nullum eſt tamen maioris gloriæ maioris præmij ad Deum, quam reprimere hæreticos, defenſare catholicam fidem, & oppreſſos erigere fideles: quod licet ſemper ſtudioſe feceris, & ex eo fueris ſummam laudem conſecutus, tamen in hac re tuarum virtutum laus maxime elucebit, quæ tanquam ſupra candelabrum poſita nullo extinguetur tempore, ſed lucebit in æternum. Super his autem & nonnullis alijs quædam referenda nobilitati tuæ commiſimus dilecto filio Iacobino de Rubeis nuntio noſtro, cui velis in dicendis adhibere credentiæ fidem plenam. *Dat. &c.*

16 Vt arma Polonica a ſe auerterēt Bohemi arte vſos inferius viſuri ſumus. Interea dum Chriſti cultores ad ſacram militiam precibus & lachrymis vrget Pontifex [a], certatum eſt maximo ardore ad Auſcham vrbem in Albis fluminis ripa ſitam: cum enim militari præſidio muniendam tradidiſſet Sigiſmundus Frederico Miſniæ marchioni eidemque Turingiæ Lantgrauio, hæretici illam duce Ziſcka obſidione cinxere: ad quam ſoluendam cum exercitus catholicus concurriſſet, diu ſtetit ambigua ſpe pugna, in qua fortiſſimi cecidere, ac demum hæreticis ceſſit victoria arcano diuinæ prouidentiæ conſilio, quæ occumbentes pro fide orthodoxa in cœlum admiſit, quorum ſalus æterna ſine ea clade periclitabatur, vt ex obiecto cuidam viſo indicat Io: Coclæus [b]: *Magni, inquit, ac multi nobiles in eo prælio ceciderunt Burgrauij Miſnenſes, comites Kirchbergenſes, & Gleichenſes, & nobiles quamplurimi; ferunt quippe ex vna familia nobilium de Gokeritz cecidiſſe ſupra ſexaginta quinque viros, quorum vnus vxori ſuæ puerperæ apparens & lecto aſſidens eam rogaſſe fertur, vt agricolis ſibi ſubditis non eſſet tot angarijs aut ſeruitutibus, vt ipſe fuerat, moleſta, modumque daret miſtiorem; ob eas enim res iniquas ipſe damnatus fuiſſet Dei iudicio, niſi pugnaſſet contra hæreticos. Tanta autem fuit hæreticorum feritas, vt ne illis quidem parcerent, qui proiectis armis ac flexis genibus vitam ſupplices petebant. Nouem millia catholicorum in ea pugna occubuerunt: Auſcha capta ac funditus per incendium deleta fuit.*

a *Aen. Syl hiſt. Bohē. cap. 44. & Cocla. hiſt. Huſſ. lib. 5.*

b *Cocl. hiſt. Huſſ. cap.*

Catholici ab hæreticis cæſi.

Miles vxori apparens dicit ſe ſaluum ob pugnam in hæreticos initam.

17 Re ſecunda elatus Ziska cum Pragenſibus bellum ſuſcepit: ſed magna ab ijs accepta clade in ſugam auerſus eſt; actum de eo erat, niſi Georgij Podgiebratij poſtea Regis pater opem ei tuliſſet. Cum vero in anguſtias montium, in quibus Pragenſes explicare acies non poterant, perueniſſet, ſtare ſigniferum iuſſit, victoreſque maxima vi fudit; ac mox ſigna aduerſus Pragam conuertit: dein concordia inter eos percepta Ioanne Rokyzana conciliatus Pragenſibus Auſtriæ bellum intulit. Euaſtatam etiam ab hæreticis Luſaciam, atque horrenda ab ijs crudelitatis exempla edita, narrat hiſce verbis Albertus Krantzius [c]: *In Luſaciam Chriſti hoſtes mouent, obſedere Lubanam vrbem; Ciues pro viribus ſe tuentur. Aliquando concepta fiducia auſi egredi hoſtes laceſſunt: & prima quidem parte ſtragem faciunt, ſed conglobati hoſtes retro agunt ciues vrgentes in vrbem, ſecutique cum illis ingrediuntur portas. Iam vrbe per eam occaſionem capta, fit ſtrages infinita in omnem populum. Paſtor eccleſiæ de eminentiore loco hortatur ciues ſonora voce pro Chriſti honore fortiter decertare: pollicetur regnum quibus ab improbis hæreticis mors irrogatur. Non ferunt improbi libertatem ſacerdotis; captum quatuor alligant equis in diuerſum actis, vt crudeliſſimo exemplo interiret. Clerus omnis in eccleſiam ſe recipiens laudes concinit ſummæ Virgini, implorans auxilium, Salue Regina ſonoris vocibus decantans. Inter agendum adſunt cruentis hoſtes gladijs: raptos pueros diſſecant medios, confodiunt ſacerdotes, profanant templa cadaueribus, cruore replentur omnia, incenduntur eccleſiæ, ſubuertuntur monaſteria, monachi & ſacerdotes contrucidantur. Anus, fœminæ, virgines obruuntur: puellæ & iuniores fœminæ ad libidinem reſeruantur. Infelix tragœdia ſubuerſarum vrbium exuperat omnem fidem; tam crudeli ſæuitur exemplo. Ea vrbe ferro & igne conſumpta, in aliam vertuntur, cui nomen Goltberg, quam ſimili ſtrage, ac ſæuitia perdiderunt. Non ſufficit lingua nec calamus, crudelis populi ſæuitiam explicare: paruulos cum matribus vna perimunt e incredibile memoratu, quo furore in monaſteria debacchantur. In ſola Morauia per vnam hanc æſtatem decem vrbes muratas ſubuerterunt: miſerabilis res, & quæ lachrymas excuteret etiam alieniſſimo. Omnem pietatem, omnem humanitatem protinus abiecerunt: Chriſtianos ſe obliuiſcuntur omnibus infidelibus immaniores, immo beſtijs omnibus ferocitate incomparabiles.*

Inter Pragenſes & Ziſcham ortum bellum.

c *Albert. Krantz. Wandal. l. 11. c. 9*

Hæreticorum irruptio in Luſaciam.

Immanitas.

Decem vrbes euerſæ in Morauia.

18 Dum hi hæretici omnia ferro flammaque aperto ſcelere miſcebant, alij contrarijs artibus, fallaci nimirum ſanctitatis lenocinio Chriſti fideles a catholica religione auertere nitebantur, quibus Pontifex veræ ſanctitatis ſplendore tunc radiantem B. Ioannem e Capiſtrano ordinis Minorum oppoſuit, qui inductam a tenebrionibus illis impietatis caliginem diſcuteret, eumque ampliſſima poteſtate muniuit, vt ipſos comprimeret plecteretque.

B. Ioannes Capiſtranus oppoſitus Fraticellis.

Martinus, &c. Cum ſicut [a] fide digna relatio plurimorum nobis diſplicenter innotuit, in plerisque mundi partibus quædam ſecta hæreticorum, nefandi ſcilicet Fraticelli della Opinione vulgariter nuncupati, operante ſatore zizaniæ, proh dolor! eruperit, peſtiferum virus euomens, ſimplices animas ſuis tendiculis & palliatis coloribus ſub prætextu ſimulatæ ſanctitatis illaqueando decipit, illas æterno ſatagens, igni tranſmittere conſumendas; nos huic veneno hæreſis nefariæ & labi peſtiferæ, quam extingui ſupremis affectibus anhelamus ſalubri remedio occurrere cupientes, & ne huiuſmodi morbus inficiens excreſcat vlterius, ſed cooperante Domino radicitus paſſim euellatur, ſalubriter prouidere volentes, ac ſperantes, quod tu quem, vt accepimus teſtimonijs fide dignis, conſtantia fidei, religionis zelo, vitæ munditia & alijs multiplicum virtutum meritis Altiſſimus inſigniuit, per tuæ prudentiæ & ſollicitudinis ſtudium labem huiuſmodi extirpare, & orthodoxæ fidei fructuoſos palmites tranſplantare conaberis, tibi contra præfatos hæreticos eorumque adhærentes, complices & fautores, *& infra* plenam & liberam concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum* VI. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* IX. Quæ etiam mandata dedit [b] Iacobo Antonij e monte Brandono Minoritæ [c] concionatori egregio, qui complures ab ea perfidia in Eccleſiæ gremium reuocarat, ac Bernardo e Boyandis ordinis Prædicatorum, vt Barcinonenſem, Gerundenſem, & Vticenſem diœceſes eiuſmodi hypocritarum lue expurgaret. Longe diuerſus erat a B. Capiſtrani pietate pſeudominorita quidam Anglus dictus Vuillelmus, qui hæreſeos ſuſpicione notatus coniectuſque in carcerem eo poſtea

a *Lib. 5. ep. cur. pag. 274.*

Iuſſus eos fibras euellere.

Fratres ad Eccleſiam reducti.

b *Lib. 8. pag. 232.*

c *Lib. 5. pag. 285.*

Vvillelm. Ruſſellus hæret.

ſtea

Digitized by Google

ſtea effracto inde auolauit, cuius comprehendendi prouinciam dedit Pontifex Cantuarienſi & Eboracenſi archiepiſcopis [a]: *Cum inter cætera, vt ait, in quodam ſermone ſuo Londonij ad populum publice etiam ſine licentia loci ordinarij, prædicaſſet decimas perſonales de iure diuino non fore ſoluendas; ſed quod liceat vnicuique eas ad libitum ſuæ voluntatis in alios pios vſus commutare.*

a Ead. pag.

Prædicat aduerſus decimas.

19 Obſoleſcebat admodum in eo regno politicorum improbo conſilio eccleſiaſtica libertas, cum parum perſpicerent euertendam e ſummo faſtigio Anglicam potentiam, cum Eccleſiæ dignitatem deieciſſent: nam puero Rege ſanxerant proceres ſacrarum opum ſpe & cupidine prolectati, regio nomine & auctoritate ſacerdotia conferenda eſſe; necnon cleri cauſas ad tribunal profanum traxerant, damnarant exilio eccleſiarum adminiſtrationem a Chriſti vicario accepturos, promulgantibuſq; apoſtolica edicta extremum ſupplicium intentauerant: ad quæ auferenda iniqua decreta Pontifex Henricum epiſcopum Vvintonienſem in Anglica aula auctoritate florentem grauiſſimis hiſce literis excitauit [b].

Arrogata a politicis Angliæ ſacerdotiorum conferendorum auctoritas.

b Lib. 9. breu. pag. 1. & in al. col. m. ſ. Alex. VII. pag. 81.

Venerabili fratri Henrico epiſcopo Vvintonienſi.

Si quam in diſtricto Dei iudicio de commiſſis tibi ouibus rationem redditurus es aliquando cogitares, ſi meminiſſes & tu quæ paſtoralis officij cura eſſe debeat, quamque eccleſiæ Romanæ, a qua dignitatem & auctoritatem vendicas, ius atque honorem tueri obligatus es, in conſideratione duceres, profecto non vſque adeo dormitares neque negligeres: ſurrexiſſes iamdudum & poſt oues iam longe aberrantes inclamares, ac pro viribus reſiſteres his, qui iura ac priuilegia a ſummo omnium eccleſiarum capite Chriſto eccleſiæ Romanæ tradita ſacrilego vſu violant atque contemnunt. Nunquid ideo pontificalis dignitas tibi commiſſa eſt, vt hominibus præſis, opes cumules, & quæ tua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, quærere debeas? Si id exiſtimas, vehementer erras, & a Chriſti intentione longe abes, qui cum B. Petro oues ſuas committeret, nil ei aliud niſi, vt illas paſceret indixit, prius non ſemel, ſed bis, ac tertio an ab eo diligeretur expoſtulans? Eſt ne hæc dilectio in Chriſtum, quam habes? eſt ne hoc curare ac paſcere oues? ita ne debitum, quo Romanæ eccleſiæ aſtringeris, recte exoluis? En ante oculos tuos ab ouili errantes in præcipitium labuntur oues, nec illas reuocas, nec reducis: in conſpectu tuo herbas pergunt peſtiferas paſcere, nec illas prohibes, immo (quod abominabile eſt) tuis quaſi manibus huiuſmodi præbes mortiferum cibum: te vidente lupus illas diſperdit, & iaces tanquam canis mutus non valens latrare: aſpicis ſimul & Chriſti & Eccleſiæ ac ſedis Apoſtolicæ mandata, auctoritatem reuerentiamque contemni, nec vel vnum murmuras verbum clanculum ſaltem, ſi nolles palam. An ignoras ante æterni tribunal iudicis huiuſmodi reatus ac culpæ vſque ad minimum quadrantem redditurum te rationem? num credis, ſi qua tuo neglectu perierit ouium, pereunt autem multæ de tuis manibus ſanguis earum exigetur? Quid per os Ezechielis [c] Dominus comminetur, memorare & extimeſce. *Ipſe inquit Dominus: Speculatorem domui Iſrael poſui te: ſi videris gladium venientem, & non ſonueris buccina, & aliquis perierit, ſanguinem eius de manibus tuis requiram. Hæc ait Dominus.*

Perſtrictus ob cauſſas epiſc. Vintonien. regiæ procurator.

c Ezech. 33.

Intentatus diuinæ vltionis Dei eam iam agentibus.

Qualis autem, ac quantus iniquitatis & abominationis gladius in Angliæ regnum atque oues tuas deſcenderit tuo iudicio, ſi ratione vteris, relinquimus. Perlege ſtatutum illud regium, ſi tamen ſtatutum, ſi tamen & regium dici fas eſt: nam quomodo ſtatutum, quo ſtatuta Dei & Eccleſiæ deſtruit? quomodo regium, quod iuſtitiam perimit contra id, quod ſcriptum eſt [a]: *Honor Regis iudicium diligit?* & iudica venerabilis frater Chriſtiane epiſcope ac catholice præſul, ſi iuſtum, ſi æquum, ſi quod Chriſtiano populo ſeruari debeat, dignum eſt. In primis per id execrabile ſtatutum, ita Rex Angliæ de eccleſiarum prouiſione & adminiſtratione diſponit, quaſi vicarium ſuum Chriſtus eum inſtituiſſet; legem condit ſuper eccleſias, beneficia, clericos & eccleſiaſticum ſtatum ad ſe, ſuamque laicalem curam cauſas ſpirituales & eccleſiaſticas iuber introduci: &, vt vno verbo concludamus, ita vt de clericis ſtatuit de eccleſiæ & eccleſiaſtico ſtatu, quaſi Eccleſiæ claues in manibus haberet, & non Petro, ſed ſibi huiuſmodi cura commiſſa foret. Præter hanc nefandam diſpoſitionem impias quaſdam contra clericos adiecit pœnas, quæ ne quidem contra Iudæos vel Saracenos per vllum de ſua ſtatutis promulgatæ inueniuntur. Poſſunt ad Angliæ regnum cuiuslibet generis homines libere proficiſci, ſoli acceptantes beneficia auctoritate ſummi Pontificis vicarij Ieſu Chriſti iubentur exulare, capi, carcerari, omnibuſque bonis exui, executoreſque literarum apoſtolicarum, procuratores, notarij, & quicumque alij cenſuram ſeu proceſſum ab Apoſtolica ſede in regnum mittentes aut deferentes vltimo ſupplicio deputantur, proiectique extra protectionem Regis ab omnibus captiuandi.

Decretum nefarium non eſſe ſtatutum regium oſtenditur.

a Pſ. 98.

Inuadit temere et Angliæ Rege auctoritatem eccleſiaſticam.

Vide ſi audita eſt vnquam ſimilis ſtatuti iniquitas: conſideret prudentia tua ſi Regem, ac regnum huiuſmodi ſtatuta decent: cogita ſi talia inſpicientem ſilere oporteat, & non magis clamare, contradicere, & pro viribus reſiſtere. Eſtne iſta filialis reuerentia? Eſt ne iſta Chriſtiana deuotio, quam regnum Angliæ ſanctæ matri Eccleſiæ ac ſedi Apoſtolicæ exhibet? Poteſtne catholicum regnum id dici, vbi huiuſmodi ſtatuuntur profanæ leges & obſeruantur, vbi prohibetur admitti vicarius Chriſti, vbi oues ſuas ſucceſſor Apoſtoli Petri paſcere iuxta mandatum Domini non permittitur? Chriſtus dixit [b] Petro ſuiſque ſucceſſoribus: *Paſce oues meas*; ſtatutum autem regni paſcere ipſas non ſinit, ſed vult, vt Rex ipſe paſcat, deuoluendo ad eum in certis caſibus apoſtolicam auctoritatem. Chriſtus ædificauit Eccleſiam ſupra Petrum; ſed regni ſtatutum id prohibet: nam non patitur Petri cathedram de Eccleſia, prout iudicauerit expedire, diſponere. Chriſtus voluit, quod quidquid ſummus Pontifex in terris ſoluerit aut ligauerit, ſolutum ligatumue eſſet in cœlis: ſtatutum autem huic diuinæ voluntati non aſſentit: nam ſi quos ſacerdotes ad ligandum ſoluendumue animas Chriſti vicarius in regnum contra ſtatuti tenorem deſtinauerit, non modo ipſos non admittit, ſed exulare iubet, bonis priuari, aliiſque pœnis affligi, & cenſuram ſeu proceſſum apoſtolicum in regnum deferens tanquam ſacrilegus capite punitur: Quid ad hæc tua diſcretio reſpondebit? Eſtne hoc catholicum ſtatutum? poteſtne ſine Chriſti iniuria, ſine euangelij tranſgreſſione, ſine animæ interitu tolerari aut obſeruari?

Prohiberi eccleſiæ paſtores ne ſuas oues paſcant.

b Io. 21.

Edicta pontificia ferentes in Angliam capite plexi.

Cur igitur non clamas & quaſi tuba exaltas vocem tuam, annuntians populo tuo peccata ſua, & domui Iſrael ſcelera eorum, ne ſanguis eorum de tuis manibus requiratur? Et ſi omnes, quibus populorum cura commiſſa eſt, facere teneantur,

tur, quanto magis id tibi neceſſarium exequi, cui & populos & populorum miniſtros, oues & ouium paſtores tuæ ſolicitudini Romana deputauit eccleſia, a qua & primatum & ſedis Apoſtolicæ legationem ſuper Anglicanas eccleſias ſuſcepiſti, & per ipſam illius glorioſiſſimi martyris B. Thomæ olim Cantuarienſis archiepiſcopi ſucceſſor effectus es, qui aduerſus ſimilia decertans ſtatuta holocauſtum ſe Deo offerens pro libertate eccleſiaſtica occubuit? Tu certe ob hæc omnium primus, qui vexillo aſſumpto prodire in aciem deberes, & fratres coepiſcopos tuos tuo exemplo in certamine ſiſtere, omnium terga vertis, & aliquos, qui forte reſiſtendi impetum carperent, tua ſiue puſillanimitate ſiue diſſimulatione ſiue, vt omnes atteſtantur, euidenti præuaricatione a bono propoſito deijcis. Itaque de te queritur eccleſia, ſi in te omnis culpa transfertur, non mirari ſed dolere, immo potius te ipſum corrigere debes, & debitum, quo omni iure aſtrictus es, audacter exoluere: pro qua re efficienda, ſi velis, quam potes adhibere operam, non magnum certamen ſubeundum eſt. Perſuade tantum pro officio & auctoritate tua ſæcularibus, & eos veritate inſtrue; oſtende eis peccatum, quo obſeruantes prædictum ſtatutum illaqueantur, & erunt, vt omnes aſſerunt, praua in directa & aſpera in vias planas.

S. Thomæ Cantuarienſis exemplum propoſitũ.

Accitatus ad conſtantiam e i e Vvintonien.

20 Ne igitur ſi tacuerimus & nos, tuam aliorumque deſidiam diſſimulantes, ſimilis apud omnipotentem Deum culpa reos efficiat, neue ouium noſtrarum ſanguis, ſi neglexerimus, a manibus noſtris exigatur, tuam fraternitatem quanta poſſumus induſtria, toto corde totoque affectu hortamur, monemus, requirimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna cui, ſi neglexeris, ipſo facto te ſubijcimus, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus quamprimum ad locum, vbi conſiliarij chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici Angliæ Regis illuſtris conueniunt, perſonaliter accedas, eoſque tam eccleſiaſticos quam ſæculares pro ſapientia, quam Dominus inſpirauerit, rationibus ac monitionibus reddas inſtructos, vt prædictum ſtatutum in proximo parlamento tollant penitus & aboleant, cum omni diuinæ & humanæ rationi veteris, ac noui teſtamenti conciliorum, ſanctorum patrum, ſummorum Pontificum decretis, ipſius denique vniuerſalis Eccleſiæ obſeruantiæ euidentiſſime contradicat, nec ſine interitu ſalutis æternæ quouis modo ſeruari poſſit. Illud quoque inter alia dicere non omittas, qualiter eccleſiaſticæ libertatis violatores, facientes ſtatuta aut conſuetudines contra ipſam libertatem ſeruari, officiales, rectores, conſiliarij locorum, vbi huiuſmodi ſtatuta vel conſuetudines editæ fuerint vel ſeruatæ, ac etiam qui ſecundum prædicta iudicauerint, ipſo iure excommunicationem incurrunt, quæ quantum ſint Chriſti fidelibus metuenda, ipſe plane poteris declarare. Idem ſub eadem pœna facere te volumus, cum parlamentum inchoabitur tam erga prædictos conſiliarios, quam erga communitates & alios, qui vocem in ipſo habuerint parlamento. Inſuper, vt pluribus vijs honori Dei, ac ſanctæ matris Eccleſiæ & animarum ſaluti prouideatur, ſub ſimili pœna mandes, ac præcipias omnibus, tam rectoribus eccleſiarum, quam alijs officium prædicationis obtinentibus, ſæcularibus & religioſis, vt frequenter in ſermonibus ſuis populum de prædicta materia inſtruere non omittant. Volumus autem, vt quicquid ſuper prædictis feceris, per tuas literas, quibus ſaltem duæ graues perſonæ, quæ ipſis requiſitionibus per te faciendis interfuerint, ſe ſubſcribant, nos certiores efficias. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos v. id. decembris pontificatus noſtri anno x.*

Iuſſus ad regis conſilium accedere & Eccleſiæ cauſam agere.

Exponere eos anathemate damnatos, qui eccleſiaſticam lædũt.

Imperat eccleſiaſticis, vt populũ e ſuggeſtu hæc doceãt.

Aſſerendæ ab impiorum iniuria dignitatis apoſtolicæ tum vindices erant acerrimi Oxonienſes doctores, quos Martinus ſolicitauit [a], vt cum Iuliano Cæſarino internuntio apoſtolico operam pro tuenda libertate eccleſiaſtica & viris doctrina conſpicuis ad ampliora ſacerdotia promouendis coniungerent: *Cum*, inquit, *inter ſtudia generalia præcipuum locum tenere noſcitur vniuerſitas veſtra, ex qua plurimi excellentes viri effloruerunt, hoc maxime conſolamur in vobis, quod ſumma deuotio atque affectio veſtra eſſe dicitur erga conſeruationem & defenſionem ſtatus & dignitatis Romanæ eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis. Ob quam cauſam merito proſequimur hanc deuotionem affectionemque veſtram paterna beneuolentia & charitate ſingulari: in eo eſt enim vberrimus fructus ſtudiorum veſtrorum, ſi ea, quæ docetis, opere adimplentes, fidem orthodoxam, noſtram & ipſius ſedis auctoritatem dignitatemque defendatis, & eccleſiaſticam libertatem conſecutos. Datum Romæ apud S. Petrum iv. kal. aprilis anno ix.* Cæterum Henricus epiſcopus Vvintonienſis a Martino obiurgatus errorem expiauit, ipſum enim cardinalitia purpura donatum extremo anno viſuri ſumus vna cum Iuliano Cæſarino, de quo paulo ante memoraui. At dum politici Angli ſacrarum rerum affectant imperium, diuinum Numen ſuis conſilijs aduerſum paſſi ſunt: ſiquidem Gallorum res hoc anno aſſurgere viſæ ſunt; narrat enim Monſtreletus [b] Anglos aliquarum vrbium obſidione depulſos, atque a Britonibus cæſos.

a Breu. pag. 40. cod. m. 1. Alex. VII

Oxonienſes mouentur ad pontificiũ.

b Monſtrel vol. 2. pag. 32.

21 Nec pacatæ res in Italia fuere; pepigiſſe enim ineunte anno Nicolaum marchionem Ateſtinum fœdus cum Florentinis ac Venetis aduerſus Philippum Mariam Mediolani ducem, cuius potentia terrorem cæteris Italiæ principibus afferebat, tradit Ioannes Baptiſta Pigna [c]: additque diarij Veneti [d] auctor, vigeſima februarii die Pontificis, Sigiſmundi Romanorum Regis, Venetorum, eiuſdem ducis, aliorumque plurium principum oratores Ferrariam conueniſſe, vt de concordia agitarent; quippe Pontifex, ac Sigiſmundus id bellum in fidei hoſtes Vvicleffiſtas Turcaſue enitebantur. At nulla ratione Philippus Maria adduci potuit ad pacis leges accipiendas, quibus non modo Flaminia Etruriaque abſtinere, verum Genuam etiam in priſtinum libertatis ſtatum reſtituere iubebatur. Erupit itaque in bellum diſcordia: ac Veneti [e] præfecto exercitui comite Carmagnola Brixiam in Venetæ reipublicæ ditionem redegere menſe martio, plures arces in circumiecto agro ad deditionem perpulere. Coniunxit ſe huic ſociali fœderi in ducem Mediolanenſem inito Amedeus [f] dux Sabaudiæ, adeo vt Philippus Maria res ſuas in ingenti periculo ob affectatam a ſe iuris pontificij Flaminiam, ſpretaque apoſtolica monita eſſe perſpexerit: nam & Martinus Pontifex Forumliuiũ & Imolam ab eo repetebat, & Alfonſus Rex Aragonum Genuam ab eius imperio diuellere conabatur. Ne itaque tot hoſtium potentiæ ſuccumberet, aliquos ſibi conciliandos cenſuit: Martino Imolam & Forumliuiũ reſtituit [g], cum Alfonſo fœdus percuſſit [h], portu Veneris & Erice dimiſſis, ac nonnullis Corſicæ arcibus, quæ Genuenſi parebant imperio dimiſſis, quam ob cauſam dux ipſe Genuenſium odium in ſe concitauit.

Initum fœdus in Mediol. ducẽ.

c Pign. de princ. Ateſt. l. 6.

d Diar. m. 1. Ven. hoc ann.

Brixia ſubacta a Venetis.

e Id. ibid. in hiſtor. Leonard. Aret. rer. Ital. hiſt. Sabellic. enn. 10 lib. 2. Cauit. in annal. hoc ann. Pig. lib. 6.

f Diar. Ven m. s.

Dux Mediolanen. Forumliuium Imolam reſtituit Pontifici.

g Cauitel in annal. hoc ann. Pig. l. 6.

h Sur. lib. 13. c. 41. & Foliet hiſt. Genuæ l. 10

22 Dum in occidente Venetum imperium in

co

eo bello, vt diximus, propagatum, debilitatum eſt [a] in oriente a Turcis: decima enim nona maij die relatum ad ſenatum narrat diariũ m.s. Venetum Turcam inſtructa claſſe nocte intempeſta in Euboeam exſcenſionem feciſſe, magnaque hominum, mulierum, & puerorum multitudine abducta in ſeruitutem, plura loca ferro & flamma deleuiſſe.

a Diar. Venet. m.s. Turc. ...

Quod ad res alias orientales ſpectat; ad eccleſiæ Romanæ gremium Græcos reducendi cupidus Pontifex, cum jam ante agitatum eſſet cum poſtremo Imperatore de celebrando concilio, in quo ſchiſma vetus aboleretur, nouum Imperatorem Ioannem, ac Ioſephum patriarcham Conſtantinopolitanum de ſacra eccleſiarum inſtauranda coniunctione appellauit, miſſo Andrea ordinis Prædicatorum apoſtolico nuncio, cui tradita ſyngrapha Chriſtifideles omnes eſt adhortatus [b], vt libere eum commeare ſinerent, propoſita ſubiectis verbis itineris cauſa: *Cum dilectum, filium Andream de Conſtantinopoli ordinis fratrum Prædicatorum ſacræ theologiæ profeſſorem totius ſocietatis fratrum propter Chriſtum peregrinantium & vnitorum vicarium generalem, ac magiſtrum ſcholarum palatij apoſtolici ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Romæorum Imperatorem illuſtrem, ac venerabilem fratrem noſtrum Ioſeph patriarcham Conſtantinopolitanum, nec non ad nonnullas Græciæ partes pro maximis & arduis catholicæ fidei negotijs per nos ſibi commiſſis perſonaliter deſtinemus, &c.* Vt demum poſt plura colloquia Ioannes Imperator ac Ioſephus patriarcha Eugenio IV. Pontifice maximo in Italiam venerint, ac Florentiæ in œcumenico concilio orientalem eccleſiam Latinæ coniunxerint, ſuo loco dicetur. Nunc reliquas orientales res proſequamur.

De Græcis eccleſiæ ... reducendis.

b Lib. 5. ep. cur. pag. 282. Internuncius ad Imp. & patriarcham miſſus.

23 Adducta in maximum diſcrimen Cyprus, quam anno ſuperiori ſultanus Ægyptius ſæua populatione vexarat, graues curas afferebat Pontifici, qui occidentales principes bellis ciuilibus implicitos ad eam a barbarorum tyrannide liberandam permouere non poterat: ne vero aliqua ope illo eiuſdem inſulæ Regi deeſſet, fiſci in Cypro præfecto præcepit [c], vt aurum, quod iuris pontificij duobus annis excurrentibus foret, in regium ærarium deriuaret: *Cum*, inquit, *vt nuper non ſine amaritudine mentis accepimus, vehementer a quampluribus haſitetur, ne ab infidelibus Chriſtiani nominis inimicis nauali claſſe inſula Cypri hoſtiliter inuadatur, prout de anno præterito effectum eſt, ibique per ipſos Aeſanos maxima damna inferantur, &c.*

Cyprus ab Ægyptio vexata.

c Ibid. pag. 260. Subſidium ... ab ... claſſe.

Tenue id leuamen erat aduerſus immenſas ſultani Ægyptij opes, quas cum augeret magis ex grauiſſimis vectigalibus extortis a Chriſtianis ſepulchrum dominicum luſtraturis, certior ea de re factus Pontifex a Caroli Regis Francorum equitumque Rhodiorum magiſtri oratoribus ſuſcipi vetuit eam peregrinationem, quæ ob temporum iniquitatem rei Chriſtianæ damnum allatura foret, vnde Philippo Brabantino comiti S. Pauli adeundi eiuſdem ſepulchri poteſtatem flagitanti, eam non contulit propoſitis pluribus argumentis, immo ipſum [d], vt potius pro defendenda Rhodo aduerſus barbaros in eam inſulam ſe conferret, hortatus eſt.

Peregrinatio ad ſanctum ... ſepulchrũ ... prohibita.

d Lib. 9. bren. pag. 25.

Dilecto filio nobili viro Philippo de Brabant comiti S. Pauli ſalutem.

Inter conſolationem, quam in Domino ſuſcepimus ex literis ſcriptis ad nos per nobilitatem tuam, quibus licentiam petis viſitandi ſepulchrum Dominicum & alia ſancta loca vltramarina, illud ſane moleſtum fuit cordi noſtro, quod ea tempora inciderunt, vt nequeamus, prout cupimus, ſatisfacere in hac parte deſiderio tuo. Prohibemur communi cauſa Chriſtianorum, quos tueri debemus, tum etiam mouemur reſpectu perſonæ tuæ, quam diligentes paterna charitate nolumus eam ſubijci manifeſtis periculis infidelium nam, vt ſcias quantum noceat Chriſtianis frequens ipſorum acceſſio ad loca ſancta vltramarina, accedentes ad nos nuper oratores chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Cypri illuſtris & dilecti filij magiſtri hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolymitani non ſine graui querela nobis expoſuerunt quanta mala eis proueniunt propter illorum pecunias, qui viſitant huiuſmodi loca ſancta, aſſerentes nouiter parari claſſem ingentem per Saracenos ad ſpoliandas, diripiendas, & occupandas inſulas Cypri, quam anno præterito multis bonis ſpoliauerant, & Rhodi, vt (quod Deus auertat) dubitarent non modicum de ſtatu ipſorum, niſi Omnipotens de pietatis ſuæ munere prouideret: quæ omnia vt plurimum dicebant fieri auxilio Chriſtianorum adeuntium ad Terram ſanctam, conquerentes quodammodo magis de Chriſtianis, qui illos rabidos canes ſuis pecunijs armabant, quam de perfidia Saracenorum, qui niſi pecunijs fidelium fulcirentur, non poſſent tanta eis mala inferre. Addebant præterea Chriſtianos ab illis fidei hoſtibus cum multis ex cauſis irrideri, tum vel maxime, quod Chriſtianorum pecunijs Chriſtianos debellant & deſtruunt; quam ob cauſam ſupplicarunt nobis, ne quis ad ea loca deinceps proficiſceretur. Itaque moti eorum precibus, tum quia cauſa id poſtulabat, ſacro etiam Cardinalium collegio hoc ſuadente, & vniuerſa pene poſtulante Romana curia, interdicendum duximus, ne quis ad loca præfata ad præſens ſe deberet conferre, ne per ſubſidia fidelium addantur illis vires ad Chriſtianorum ſubuerſionem.

Mouet inſuper nos non parum periculum perſonæ tuæ & magnum diſcrimen, ad quod te obijceres: cum enim mare illarum partium ſit repletum vndique piratis & infinitis nauibus, quibus bellum inferunt inſolæ Cypri, videtur impoſſibile illuc tuto adire aut redire quem poſſe, quin incidat in manus infidelium, quibus cum nulla ſit fides, nullam fidem norunt ſeruare. Vt autem planius conſpicias difficultates adeundi, dilectus filius nobilis vir Guido baſtardus Burgundiæ, qui vna cum domino de Robayns & comitiua eorum ante prohibitionem noſtram illuc acceſſerunt, ſcripſit nobis ex inſula Rhodi, eos vlterius ire non poſſe, & propterea ipſos commorari voluiſſe in dicta inſula pro ipſius defenſione ad laudem nominis Chriſti. Hoc idem ſi tua magnificentia vellet facere, ire ſcilicet ad inſulam Rhodi, & ibidem cum tua comitiua aliquandiu commorari pro illius inſulæ defenſione, gratiſſimum nobis faceres præ cæteris rebus, & vt id facias in Domino exhortamur, concedentes tibi & tuis auctoritate Apoſtolica ſi eo acceſſeris permanſeriſque aliquo tempore pro defenſione huiuſmodi, omnes & ſingulas remiſſiones & indulgentias, quæ ſunt viſitantibus ſepulchrum Domini & alia loca ſancta vltramarina quoquomodo conceſſæ, &c. *Dat. Genezani Peneſtrinæ diœceſis kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno IX.*

Philip. comes S. Pauli ad tuendam Rhodum ... hortatur.

24 Imminentibus tum barbaris Rhodo, habiti ſunt Montione Rhodiorum equitum generis Hiſpani conuentus [a], quibus præfuit ma-

a Boſ. hiſt. equi. S. Io. Hieroſol. p. 2 lib. ...

giſtri

Digitized by Google

giſtri Rhodi orator Stariguefius, iſque ab Alfonſo Rege ſubornatus, ſupremo magiſtro inſcio centum aureorum millia ſpopondit, vt claſſem ad ferendas Rhodo ſuppetias ornaret: ſed cum patuiſſet, Alfonſum ſacris ijs opibus claſſem inſtruere molitum, vt arma verteret in catholicos, reſciſſa ea Stariguefij pactio eſt a magiſtro: qua vſus occaſione Alfonſus Rhodij equeſtris ordinis opes, quæ in Tarraconenſi regno erant, contra fas inuaſit.

Aragonii Regis fraus

Sacræ opes ab eodem inuaſæ.

At ſultanus, quem Mechellam Æneas Syluius vocat, impetus non in Rhodum, quam milite & armis inſtructam putabat, ſed in Cyprum conuertit a: cuius bellico apparatu territus Rex Ianus Nicolaum epiſcopum Famaguſtanum ineunte anno in occidentem miſit, qui Reges ac principes ad ferendas ſibi ſuppetias commoueret. Acceſſit is ad Martinum, a quo vniuerſis fidelibus commendatus fuit b. Verum laborante ciuilibus bellis occidente, ac præcipue Gallia Anglicis armis attrita, leuiora tantum auxilia elici potuere; qua occaſione ferociens ſultanus Ægyptius, claſſe maxima comparata, vexatam ſuperioribus excurſionibus Cyprum oppreſſit, deleto Chriſtiano exercitu, & capto in acie Iano Rege; quæ paucis verbis perſtringit Æneas Syluius c, latius vero deſcribit m. s. diarij Veneti auctor, ac refert prima auguſti huius anni Ægyptiam claſſem in Cyprum ductam, duaſque Saracenorum acies male ad pugnam inſtructas internecionique de illorum more obiectas conciſas fuiſſe, feſſiſque in cæde imbellium viribus, a fortiori Ægyptiaci exercitus agmine Chriſtianos demum profligatos, & Ianum Regem in gutture ſauciatum captumque: ac tum Cyprios in fugam ſe conieciſſe: Gallos vero, qui prælium ſuſtinere auſi erant, ferro ſtratos, euolutoque ſeptimo die Nicoſiam barbaris ſe dediciſſe, ac viginti millia Chriſtianorum in ſeruitutem abducta: Interea Rhodiam claſſem duodecima auguſti ſerius ad ferendam opem aduolaſſe; nec tamen ipſos temporis opportunitate ad profligandam claſſem Ægyptiacam opportunitate vſos, cum milite, qui exſcenſum in terram fecerat, imparata eſſet.

a Lib. 5. ep. cur. pag 259. Æn. Syl. de Aſia cap. 97. Diar. m. s. Venet. Steph. Liſin in hiſt. Cypri. Foliet. lib. 10. Bizar. lib. 11. Sabell. en nead. 10. lib. 2. Boſius p. 2. lib. 5.

b Ibi ſup. Cypri exc. idium.

c Æn. Syl. in Aſia cap. 97.

d Diar. Ven. m. s. hoc ann. Monſtrel. vol 2. hoc ann. & alii.

Rhodiorum claſſis ſero tulit opem.

Addit hocinterim ſpatio interceptam ab Ægyptijs nauem Venetam, quæ e Syria ſoluerat, cæſiſq; Chriſtianis, qui armis ſe defendebant & Ioanne Dandulo ac duobus Genuenſibus; qui fidem Chriſtianam deſeruere, precaria vita donatis, viginti quinque religioſos viros partim ſacerdotes partim laicos, qui demiſſi in preces non pugnarant, ac vitam indicta ad Mahometem a Chriſto defectione aſpernati ſunt, martyrio affeciſſe, dum ſupplicibus manibus ad cœlum tenſis ardentiſſimo pietatis ſenſu animas Deo commendabant. Eadem confirmat Monſtreletus d ex literis Rhodo miſſis, vtque Rex Cyprius paulo poſt in Ægyptum ductus ſit barbarica claſſe ad ſultanum, in Cairi ingreſſu vincti Chriſtiani bini & bini abrepti, Deiparæ vexillum inuerſo in terram apice raptatum a Saracenis, Rex vero catenis onuſtus multo impoſitus ante conſpectum ſultani, qui ex editiori loco illum deſpectabat, in terram caput inclinare nouies terraque oſculum figere coactus eſt, ac deinde in carcerem coniectus.

d Monſtr. ibid. pag. 29.

25 At Pontifex diræ huius cladis accepta fama, ingenti dolore percitus miſerandum Chriſtianorum mutuo ſeſe bello laniantium ſortem luxit: cumque iam ante Nicolaum Albergatum ex ſacra Carthuſianorum familia epiſcopum Bononienſem pietatis laude præſtantem, creatum (vti dicetur) tit. S. Crucis presbyterum Cardinalem, ad Philippum Mariam Mediolanenſium ducem, ac Venetos miſiſſet, vt pacem inter illos redintegraret, cœptis eo ardentius inſiſtere iuſſit, quo ob Chriſtianorum diſſidia tantam cladem Cyprus paſſa eſſet; quo argumento hæ literæ ad Franciſcum Fuſcarum Venetiarum ducem ſcripſit a: *Deſideramus ſemper pacem, pro qua tractanda ad nobilitatem tuam miſimus dilectum filium noſtrum Nicolaum tit. S. Crucis presbyterum Cardinalem A. S. L. & cum poſtea ſuperuenerit nouum illud infelix de inſula Cypri cum Rege ſuo capta atque direpta, facti ſumus in eo deſiderio ardentiores adeo, vt non poſſit mens noſtra quieſcere niſi ſentiamus illam eſſe concluſam. Videmus enim, quod hoc bello durante ſequetur vltra iacturam partium deſolatio totius Italiæ cum effuſione ſanguinis Chriſtiani: nec Italia ſolum ſentiet, ſed tota Chriſtianitas; credimus enim, quod, ſi Italia fuiſſet in pace & præſertim Veneti, qui impetus infidelium reprimere conſueuerunt, non accidiſſet fidelibus iſta calamitas Cypriana, &c.* Solicitati etiam a Pontifice Genuenſes fuere b, vt euerſas res Cypri inſtaurarent, cum etiam plurimi eorum intereſſet barbaros comprimere, ne poſtea Famaguſtam eriperent.

N. Nicol. Alberg. pacis inter principes miſſus

a Lib. bre. pag. 118.

Luget Pont. ob bella Occidentalium euerſam Cyprum.

b Ibid. pag 131. Genuenſes ad ferendā Cypro opē excitati

Dilectis filiis Iacobo S. Mariæ nouæ diacono Cardinali, gubernatori, & conſilio ciuitatis Ianuenſis ſalutem, &c.

Audiuimus infelicem, flebilem, & horrendum caſum Cypri, qui cor noſtrum acerbiſſimo dolore percuſſit. Accedit & ad dolorem timor, ne Saraceni hac noua victoria ſuper perfidiam ſuam elati finitimas inſulas Chriſtianorum inuadant, & in eandem deducant calamitatem. Cum itaque cupiamus occurrere imminenti periculo & recuperare, quod perditum eſt de Cypro, ac reliquias fidelium, ſi quæ ibi ſunt, conſeruare; & deinde fauente deſiderijs noſtris Chriſto, qui non deſeret ſperantes in ſe, maiora concipiamus pro dignitate nominis Chriſtiani, circumſpicientes vniuerſæ Chriſtianitatis ſtatum, cognoſcimus ciuitatem Ianuenſem ad hoc noſtrum propoſitum eſſe præcipue requirendam. Non dicimus quod, quoniam ciuitas præfata fuerit ſemper promptiſſima ad fidem catholicam & Eccleſiam defendendam aduerſus infideles & ſchiſmaticos, & quod id facere hodie poteſt, & debet etiam propter defenſionem vrbis Famaguſtæ, propterea ſit eidem totum hoc opus imponendum; requirimus etiam Venetos de præſenti, & in tempore vniuerſos Chriſtianos principes excitare decreuimus ad tantum dedecus vindicandum: ſed in præſentiarum, cum opus ſit parato ſubſidio galearum & nauium ad recuperandam perditam & alias inſulas defendendas, vos & Venetos potentes in mari ad hoc ſanctum negotium ante alios duximus requirendos. Veruntamen conſiderantibus veſtræ ciuitatis & aliarum conditiones, viſum eſt nobis, quod multum in Ianua ſperare poſſimus: nam ad optimam voluntatem & cæteras opes, quibus valetis plurimum, accedit quod veſtra res agitur. Itaque, filij dilecti, hortamur, requirimus, & rogamus deuotionem veſtram, vt velitis ſuccurrere tantæ fidelium neceſſitati cum nauibus & galeis ſicut ſapientiæ veſtræ videbitur ſuccurrendum. Nec aliqua occupatio ciuitatis veſtræ vos diſtrahat ab hoc opere iuſto & ſancto, quo nihil Deo gratius, nihil acceptius nobis, & cuilibet veſtrum glorioſius fieri poteſt: nos enim, vt homines ſe ad hanc ſanctam expeditionem promptiores exhibeant, omnibus quos in ea ab hac vita migrare contigerit, abſolutionem plenariam concedimus. *Dat. &c.* Quam

Diræ ad Genuen. literæ.

Famag. in periculum adducta.

uis non conſignatæ ſint temporis nota hæ duæ poſtremæ literæ, ex Carolo tamen Sigonio a, dum agit de legatione B. Nicolai Albergati ad Venetos; hoc anno exaratas fuiſſe colligitur.

a Sig. l. 3. de epiſc. Bonon. in B. Nicol. Alberg.

Noui Card. creantur.

b In cod. m. s. Alex. VII. pag. 28.

26 Auxit hoc anno Martinus Cardinalium ſenatum, ac viros virtutibus ſpectatiſſimos ad eum honoris gradum euexit, quos ipſe hoc elogio commendat b: in literis ad Ioannem e Praga epiſcopum Olomucenſem, quem ob res aduerſus hæreticos præclare geſtas eadem dignitate inſigniuit.

Martinus, &c. De fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio nouos Cardinales duximus creandos, viros vtique tales, ex quorum virtutibus & Eccleſiæ ſanctæ Dei magna vtilitas, & vniuerſo populo Chriſtiano ſumma conſolatio debeat prouenire, verum attenta virtutum tuarum magnitudine, quam potiſſime aduerſus perfidos Bohemiæ hæreticos, pro catholica fide pugnans viriliter oſtendiſti, perſonam tuam inter alios in presbyterum Cardinalem duximus aſſumendam ſperantes per hoc & catholicis robur accreſcere & hæreticorum peruerſitatem magis conteri atque opprimi debere, vt igitur magis in defenſione Chriſtiani nominis proficere in dies poſſis, quo maiores tua prudentia vires & ardorem pugnandi catholicis pro Chriſti fide dabit, volumus, vt tua circumſpectio ad nos minime accedat ad præſens, ſed in tam ſancto & laudabili opere perſeueret ad ipſorum hæreticorum conuerſionem toto poſſe & tota mente ſolita diligentia incumbens, vt ſic per tuæ auctoritatis & præſentiæ diligentiam eccleſia catholica in illis partibus conſeruetur, & tu debitam tibi ex eo apud Deum & homines meritorum palmam & gloriæ conſequaris. *Dat. &c.* Meditatus etiam aduerſus eoſdem Huſſitas Anglorum arma euertere, Henricum e Belloforti epiſcopum Vvintonienſem cardinalitia dignitate decorauit, cum ipſum in exercitu cruceſignato legatum creare decreuiſſet, ad quem pileum cardinalitium cum hiſce literis c miſit.

Ioannes e Praga c'a- sus rebus geſtis in hę- reticos.

Henricus epiſc. Vvintonien crea tus Card.

c Cod. m. s. Alex. VII pag. 84.

Henrico epiſcopo Vvintonienſi in S. R. E. tit. S. Euſebij presbyterum Cardinalem aſſumpto ſalutem.

Dudum conſiderantes perſonam tuam regio genere inſignem, ſingulari ſapientia, deuotione, & fide probatiſſima, & animi magnitudine, & rerum experientia, aliiſque præclaris virtutibus eminentem, quantoque præſidio & ornamento Romanæ & vniuerſali Eccleſiæ poſſis eſſe in omni ſtatu eccleſiaſtico, ſed in eo maxime, qui proximus ſummo eſt, te in eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalem aſſumpſimus, publicauimus, ſicut per alias noſtras literas te fecimus certiorem; ſed quoniam propter abſentiam tuam locorumque diſtantiam nondum pileum rubeum cardinalatus inſigne præcipuum recepiſti, volentes quod illo amplius careas, ipſum tibi per dilectum filium nobilem virum Saluiatum de Genazano familiarem & ſcutiferum noſtrum honoris deſtinamus, quem in Dei nomine cum ſolita mentis tuæ diſpoſitione in rebus Eccleſiæ, & generoſa tuæ rectæ conſcientiæ alacritate recipias, eoque cum benedictione noſtra vtaris non humanæ gloriæ & ambitionis ſigno, ſed fidei, quam ſancta tenet & tuetur Eccleſia, ideoque rutili coloris eſt, vt non delectet oculos ſicut regium diadema, vel purpura, ſed vt illum geſtanti denuntiet pro Eccleſia vſque ad effuſionem ſanguinis decertandum eſſe. Sed ſperamus in Domino, quod tu munitus hoc pileo aduerſarios Eccleſiæ Dei terrebis velut galea impenetrabili & iaculis malignorum reſiſtes. Igitur ipſum læto corde ſuſcipias, & ſub illo in gratia Dei confiſus militare non timeas pro defenſione Eccleſiæ & eccleſiaſticæ libertatis ſicut pro tua ſingulari prudentia vtile & neceſſarium iudicabis eſſe. *Datum Romæ, &c.* Fefellit ille pontificias ſpes, nam ab Anglorum Rege a politicis miſere ſubornato iuſſus eſt cruceſignata vexilla non in hæreticos, ſed in catholicos Gallos attollere, vt inferius viſuri ſumus.

Cæterum quamuis ſuperioribus literis temporis nota adſcripta non ſit, tamen ex præcedentium conſignatione celebratam hoc anno eam Cardinalium creationem conſtat, nec non ex Vaticanis monumentis tradit Felix Contelorius a, adlectos nimirum fuiſſe in ſacrum ſenatum a Martino V. XXIV. maij octo presbyteros & quatuor diaconos Cardinales. Nomina presbyterorum ſunt hæc, Ioannes e Rupeſciſſa archiepiſcopus Rothomagenſis tit. S. Laurentij in Lucina, Ludouicus Alamannus archiepiſcopus Arelatenſis tit. S. Cæciliæ, deinde ſchiſmaticorum Baſilienſium aduerſus Eugenium ſignifer, atque ideo exauctoratus, iterumque Eccleſiæ & priſtino honori a Nicolao V. reſtitutus, qui poſt expiatum rite crimen ſanctitatis magnam opinionem reliquit, illique a Clemente VII. b beati honorificum titulum illi permiſſum fertur; Henricus Beaufort Anglorum Regis auunculus epiſcopus Vvintonienſis tit. S. Euſebij, de quo modo actum eſt, Ioannes e Praga epiſcopus Olomucenſis tit. S. Cyriaci in thermis, quem inſigni elogio ornatum a Martino diximus, Antonius Caſinus epiſcopus Senenſis tit. S. Marcelli, Nicolaus Albergatus epiſcopus Bononienſis tit. S. Crucis in Ieruſalem, qui ob inſignes virtutes beati titulum promeruit, de quo hæc Sigonius c publicis monumentis conſignauit: *Martinus virtutem eius iampridem admirans, cum Cardinales adlegeret, ipſum in eum quoque numerum retulit, ac Romam ad ſe venire iuſſo III. non. iulias pileum, quem obuiam miſſum in itinere recuſarat, repugnanti adhuc atque inuito impoſuit, ac presbyterum tit. S. Crucis in Hieruſalem declarauit: ex quo ſignum crucis pro inſigni gentilitio ferre cœpit, vnde Franciſcus Filelphus ad eum ſcripſit: Imitatus es eum, cuius crucem pro ſigno geris Chriſtum optimum maximum. Bononiam inde ſeptembri menſe reuerſus, atque ingenti honore ciuitatis exceptus, poſt triduum ad pacem inter ſenatum Venetum & ducem Mediolanenſem componendam legatus Ferrariam adijt, atque ibi vtriuſque partis procuratoribus audiendis operam dedit: quo facto, vbi ſe rem ad exitum perducere non poſſe vidit, ſemel iterumque Venetias ac Mediolanum hoc & ſequenti anno contendit, atque ita demum ex ſententia rem confecit.* Plures alias legationes ab eo geſtas inferius viſuri ſumus. Reliquorum Cardinalium nomina ſunt hæc, Raymundus Marroſius epiſcopus Caſtrenſis tit. S. Praxedis, Antonius Cernantes archidiaconus Hiſpalenſis tit. S. Petri ad vincula: Cardinales diaconi fuere Ardicinus e Porta aduocatus conſiſtorialis SS. Coſmæ & Damiani, Hugo Regis Cyprij frater S. Hadriani, Proſper Columna S. Georgij in velabro, Iulianus Cæſarinus S. Angeli; ſed poſtremi duo anno tantum trigeſimo huius ſæculi octaua nouembris die promulgati fuere. His addit Alfonſus Ciacconius Dominicum Ram epiſcopum Ilerdenſem presbyterum tit. S. Sixti, & Dominicum Capranicam deſignatum epiſcopum Firmanum diaconum S. Mariæ in via lata: ſed hos ex Vaticanis monumētis creatos antea Cardinales vidimus non tamen publicatos, quorū prior Dominicus Rā die x. martij anni MCCCCXXX. promulgatus eſt. d

a Contel. in elench. Card.

Aliorum Cardinalium nomina.

b Extant eius lit. apud Ciaccon. in Mart. V

c Sigon. de epiſc. Bon. lib. 3.

B. Albergatus tit. Card. S. Crucis.

d Fel. Cōt. vbi ſup.

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1427.

Martini PP. V. Ann. 10. Sigiſmundi Regis Rom. An. 17. Io. VII. Palæol. Imp. Or. An. 4.

1 COllabente in Bohemia religione, Pontifex anno huius ſæculi vigeſimo ſeptimo indictione quinta tuendæ diuinæ gloriæ ſtudio incitatus, cum iam ante, vt vidimus, Ioannis Dominici & Brandæ Cardinalium opera ad excindendam impietatem vſus eſſet, denuum Henricum tit. S. Euſebij presbyterum Cardinalem eundemque Vuintonienſem epiſcopum, de quo paulo ante memorauimus, in Bohemia, Hungaria, & Germania legatum apoſtolicæ ſedis creauit a, atque ad frangendam hæreticorum audaciam perfidiamque ampliſſimam ei tribuit b auctoritatem: cuius rei literæ hac temporis nota inſignitæ ſunt. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos xv. kal. aprilis pontificatus noſtri anno x.* Hortatus eſt proximo die alijs literis Pontifex c Henricum ipſum, vt arduum licet debellandæ hæreſeos munus ſuſciperet, cum nemo ijs dotibus præditus occurreret, qui hæreticos vel ad officium flectere, vel armis frangere poſſet: tum ingentia mala, quæ patrarent hæretici ob oculos propoſuit, vt eorum horrore ad contundendos impios moueretur.

Creatus in Bohemos legatus Card. Angl.

a Aen. Syl hiſt. Bohē. cap. 44. & 47. Krantz. Vvandal. lib. 11. Bonfin. de. 3. Dubrau. lib. 27.

b Lib. 6. pag. 35.

Cur tradatur Henrico demandata hæreſeos prouincia.

c Lib. breu. pag. 30.

Dilecto filio Henrico tit. S. Euſebij presbytero Card. A. S. L. ſalutem, &c.

Cogitantes quis eſſet aptiſſimus, quem tanquam caput, & vexillum ad expugnationem ipſius hæreſis, & fidei defenſionem conſtitueremus, occurrit nobis perſona tua ad hoc maxime opportuna, quam ad hoc opus tam vtile, tam neceſſarium, tam Deo acceptum deligeremus. Multa quidem vt id faceremus nos inducebant, primum magnitudo conſilij & prudentiæ tuæ iam olim in vnione Eccleſiæ comprobata; deinde ſtirps egregia, & tanti generis præclarum nomen, quod cum fulgeat apud omnes, magnum tibi aditum dabit vel ad pacem, vel ad bellum; tum auctoritas quanta in vllo eſſe poteſt, & regni nomine parta, & ſcientia, & virtutibus tuis. Accedit rerum experientia magnarum, in quibus es ſemper verſatus. Adde etiam quod is es, quem illi hæretici & ad tractandam pacem, & ad reductionem eorum ſuſpectum non habebunt, & ad bellum gerendum propter regnum, & nationis gloriam maxime formidabunt. Quæ omnia mature diſcuſſa nos impulerunt, vt hoc onus imponeremus tibi tanquam accommodatiſſimo ad ipſos hæreticos vel conuertendos, vel expugnandos. Itaque de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium te per vniuerſam Germaniam, ac Hungariæ & Bohemiæ regna legatum noſtrum de latere conſtituimus, ſperantes in virtute Altiſſimi, & ſapientia tua, quod is eris, qui huic operi extremam, vt dicitur, impones manum. Velis igitur, dilecte fili, ob reuerentiam Saluatoris noſtri, & ob animæ tuæ ſalutem, ad quæ te exhortamur per paſſionem ſacratiſſimam Ieſu Chriſti ſuſcipere hoc onus legationis, quod licet propter temporum malitiam videatur magnum tamen leue, & ſuaue erit tibi in vinea Domini laboranti. Nec vllo modo recuſes hoc negotium, in quo & præſentis vitæ gloria, & futuræ ſalus continetur; moueat enim te communis vtilitas totius populi Chriſtiani, moueat tot pereuntium animarum iactura, quas omnes lucraturus es Deo in ſacrificium laudis; moueat amor fidei periclitantis, & ipſa cauſa, quæ cum Dei ſit propria, eſt cæteris omnibus rebus præponenda: moueat honor noſter & ſedis Apoſtolicæ, qui multum in hac re conſiſtit. Illud etiam conſideres ſacroſanctæ Eccleſiæ matri tuæ te opem laturum, quæ tuum auxilium tanquam filij potentis manibus paſſis implorat, oratque ne patiaris corpus ſuum immaculatum a canibus laniari. Poſſemus referre bella nefaria, cæteraque mala, quibus fideles ab hæreticis vexantur, niſi nota eſſent tibi. Neque vero hoc etiam eſt ſpernendum, tantam ex hoc opere regio Angliæ Regi, tibique gloriam prouenturam, quanta ex te Deo acceptiſſima & hominibus gratiſſima poteſt prouenire. Quæ omnia ſi ſolita tua prudentia conſiderabis, certi reddimur, quod te accinges, præparabiſque ad hanc ſalutiferam expeditionem, in qua, & laudem tibi in hoc ſæculo perpetuam, & æterna apud Deum præmia comparabis, dabiſque has tui cardinalatus primitias Deo, quæ ſibi erunt omnibus ſacrificijs acceptiores, &c. *Dat. Romæ xiv. kal. martij anno x.*

Concepta de eo ſpes ingentes.

2 De Bohemicæ legationis munere ad Henricū Cardinalem S. Euſebij delato Martinus Angliæ Regem conſilijque ſanctioris proceres fecit a certiores, vtque ipſum ad illud ſuſcipiendum pro diuini Numinis & Anglicæ gentis gloria inducerent, eſt cohortatus.

a Lib. 9. breu. pag. 31. & 32. & in alio lib. breu. pag. 34. &c.

Chariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Angliæ illuſtri, ſalutem &c.

Licet dudum ſolertem ac diligentem operam indefeſſis curis impenderemus ad delendam hæreſim, quæ regnum Bohemiæ & circumuicinas partes infecerat, mittendo ad id ſæpius diuerſos nuntios & legatos noſtros, tamen demeritis hominum cauſantibus nondum reſpexit Dominus oculo ſuæ pietatis ſuper oues, quæ iter veræ ſalutis reliquerunt, nec adhuc dignatus eſt huius peſtiferi morbi curationem elargiri tanto ſtudio a nobis, tantis laboribus quæſitam. Sed nos memores illius euangelicæ vocis, qua pulſare admonemur, vt aperiatur nobis, ſæpius tentare & experiri remedia decreuimus, quibus abominatio illa tollatur de Eccleſia Dei ſperantes proculdubio Dei miſericordiam exuperaturam eſſe peccata populi ſui, neque ſecundum iniquitates noſtras retributurum nobis, ſed ſecundum ſuas miſerationes, quæ ſunt ſuper omnia opera eius. Quapropter cum diligenti cogitatione iugiter penſaremus de mittendo legatum ad illas partes virum inſignem, & eum, de cuius virtutibus fructus optati conſequerentur, animum noſtrum in diuerſa vertentibus tandem occurrit dilectus filius noſter Henricus tit. S. Euſebij presbyter Cardinalis Vvintonienſis, qui eſſet huic operi maxime opportunus: *Et infra.* Tuam ergo ſerenitatem requirimus in remiſſionem peccatorum tuorum, ac exhortamur per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt cum nulla res ſit, in qua magis Deo poſſis placere, quam dare operam, vt ager ſuus ſentibus hæreſum purgetur, velis inducere & hortari præfatum Cardinalem, vt læto promptoque animo aſſumat hoc onus fidei defendendæ, & eidem etiam fauere, tum ob laudem diuini nominis & ob vtilitatem Chriſtianorum, tum etiam ob ſalutem animæ tuæ. Erit etiam permaxima gloria & tibi & regno tuo, ſi opera ipſius Cardinalis, prout in eius ſapientia indubie ſperamus, hæc mortifera peſtis tolletur de medio. Offer Deo igitur has primitias ætatis tuæ & laudabilium operum, vt tuo conſilio, fauore, atque hortatu Cardinalis ſuſcipiat hanc cauſam publicam, ex qua maximum lucrum Eccleſia ſit conſecutura vel ex reductione ouium aber-

Rogatur Angliæ Rex vt foueat expeditionem Bohemicam.

Excitatur, vt ætatis primos annos Deo conſecret.

Digitized by Google

aberrantium, ſi redire voluerint, vel oppreſſione, ſi obdurverint in errore. Quid enim indignius, quam vt ſanctum Domini tam diu in dedecus populi Chriſtiani a canibus laceretur? Ad hoc ergo, fili chariſſime, oportet, vt tua quoque celſitudo, prout catholicum principem decet adhibeat auxilium & fauorem, & præſertim in hoc elaboret, vt ipſe Cardinalis hoc opus aggrediatur tam ſanctum, tam Deo acceptum, & hominibus gratum, quod ſi efficies, nos & eccleſiam in perpetuum pro tali beneficio obligabis. *Dat. &c.*

Admiſſum pu Henrico Card. legationis muneribus.

3 Pontificis precibus flexus Henricus Cardinalis militiæ ſacræ ſe addixit: cuius acceptis literis Martinus ingenti affectus gaudio profectum in Belgium Cardinalem ad vrgenda pia conſilia, vt arbitrabatur, his literis accendit [a].

a Lib. 9. breu. pag. 34.

Henrico Cardinali Angliæ A. S. L.

Gratulatur ipſi paſ de re Martinus.

Magnam & fere ineſtimabilem lætitiam in Domino, ſuſcepimus propter cauſam fidei ex literis, quas nouiter a te recepimus ſcriptas Mechliniæ die xv. menſis præteriti: in quibus illud continebatur in primis, te ſuſcepto legationis onere accedere cum omni celeritate aduerſus Bohemos perfidos hoſtes fidei Chriſtianæ & vſque ad mortem velle perſeuerare pro fidei defenſione. Laudabilis quippe eſt & commendanda hæc voluntas tua & id propoſitum, vt nullos labores, nulla pericula declines pro defenſione Eccleſiæ ſanctæ Dei. Itaque gratias agimus Deo primum cuius cauſa agitur, qui hunc ſpiritum defendendæ cauſæ ſuæ dedit tibi: tum vero bonitatem tuam meritis laudibus commendamus, qui tam neceſſario tempore auxilium tuum præſtes ad hæreticorum ſubuerſionem. Hortamur te autem tum ad celeritatem, tum ad perſeuerantiam, donec conſumatur nequitia peccatorum, &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos 11. id. Iulij anno* x. Indixit [b] igitur Martinus in Bohemos Huſſitas ſacrum bellum, ac ſymbolum crucis accepturis præmia indulgentiarum propoſuit. Concurrere plures fideles ad crucis ſigna: qua de re ab Herbipolenſi & Bambergenſi epiſcopis, tum a Frederico marchione Brandeburgenſi certior factus Pontifex, ipſos ad fundendum pro Chriſti gloria vindicanda ab impietate, & contemptu hæreticorum, ſanguinem excitauit [c]; atque ab epiſcopis religioſam militiam profeſſuros cruce inſigniri iuſſit. Reges etiam ac principes ad ſacrum fœdus allicere datis in ſumptus bellicos ſubſidiarijs decimis conatus eſt [d].

Indicit crucem in Huſſitas.

b Lib. 8. pag 244.

c Lib. 9. pag. 33.

d Lib. vlt. pag. 142. 146. & 148.

4 Conflato itaque crucesignato exercitu, concepit ingentes delendæ Huſſiticæ hæreſeos ſpes Martinus, quas datis ad Germanos literis [e] expoſuit. De pijs equitibus, qui ſacram aduerſus Huſſitas militiam profeſſi ſunt nonnulla memoratu digna narrat Ioannes Nider [f], ſeque nouiſſe ait in Sueuia virum nobilem omnium virtutum genere illuſtrem, qui cum ab Alberto duce Auſtriæ Iglauienſis vrbis præſidio fuiſſet præfectus, pluraque minora prælia varijs eruptionibus contra Ziſkam geſſiſſet, & in aſperiori pugna quadraginta duobus vulneribus fuiſſet confoſſus, diuinitus ſeruatus, & viſo cœlitus immiſſo ampliſſima præmia in cœleſtibus regnis ſe accepturum confirmatus eſt: *Vt*, inquit, *ipſe miles mihi retulit non tam humano medicamine, quam diuino munere ab omnibus vulneribus plane ſanatus eſt in breui dierum ſpatio: Vidit eodem tempore miles iſte nocte quadam mentalibus oculis Chriſti Matrem, cui ſemper ſolebat obſequi deuotiſſime ſe conſolantem, & ſibi ſuadentem ne triſtaretur de lacerato, & ſauciato corpore, quod exinde amplius animæ erat profuturum. Apparebat denique ſibi nunc in viſione, quomodo intueretur arborem quandam grandem creſcere ex corpore proprio, cuius ſtipes, & rami de terra per aera marceſcentes & aridi protendebantur & ſine fructu excluſiue vſque ad cœlum, vbi primo virentibus folijs fructus vberes in cœlo produxerunt: per quæ, vt rei euentus poſtmodum docuit, militi dabatur intelligi, quod in terris pro tanta fidei victoria non condignum a terrigenis præmium, ſed in cœlo theſaurum habere debuit: viſo enim, quod miles iſte, qui velut peregrinus in terra Auſtriæ extitit, talem de hæreticis triumphum reportaſſet, inuidia quoſdam nobiles ſegnes, ac vecordes tetigit; quæ militem Chriſti apud principes falſo de quibuſdam accuſauit; a quibus tamen, vt certum eſt, ſufficientiſſime poſtmodum miles ſe expurgauit.*

e Breu. to. 9. pag. 33 & in alio vol. pag. 36.

Dona pluribus in hoc bello bene meritis impendi ecœlo.

f Io. Nid. formic. lib. 2. c. 8

Viſum pio equiti pro ſigno ſauciato oſtenſum.

5 Narrat idem auctor [a] de alio pio equite, cui Boari nomen erat, ſingulis noctibus ex lecto proſilire paſſionemque dominicam recolere conſueuiſſe, pioque opere promeruiſſe, vt cœleſti voce ter repetita, dum vigilabat, quinquennio ante de mortis tempore præmoneretur, cumque varijs virtutum exemplis ad eam ſe compararet, ſuſcepta ſacra in hæreticos Huſſitas militia pie defunctum. Cæterum ſpes debellandorum Huſſitarum Pragenſium, non ſine cauſa a Pontifice cæteriſque catholicis conceptæ, ad irritum cecidere: cum enim crucesignata vexilla in Bohemiā illata eſſent, arcano diuinæ prouidentiæ conſilio noſtri terga vertere [b]: quando Henricus Cardinalis in Germaniam profectus fractos abiectoſque catholicorum animos erigere, ipſoſque ad ſacrum redintegrandum bellum concitare niſus eſt: verum, ijs ingenti pauore conſternatis, adhortationes preceſque incaſſum miſſæ. Deſcribit pluribus eam catholicorum fugam Æneas Syluius [c], inſtituto de Cardinale Vvintonienſi legato ſermone: *Martinus Pontifex maximus vbi armatam hæreſim creſcere in dies animaduertit, priuſquam peſtis amplius inualeſceret, Cardinalem Vvintonienſem natione Anglicum regia ſtirpe natum in Germaniam proficiſci iuſſit, qui contra Bohemicam labem vicinas gentes in arma concitaret; cui & Imperator adiumento fuit. Inſtituti ſunt tres exercitus Saxoniæ duces, & quas vocant ſtagnales ciuitates in primo militauere: ſecundum ex Franconibus conſtitutum marchio Brandeburgenſis ductabat: tertio præfuit Otho Treuerenſis archiepiſcopus, quem Rhenenſes ſecuti ſunt. Baioarij quoque & ciuitates Sueuorum imperiales ingreſſi Bohemiam tribus locis, poſtquam ſiluam penetrauere, iuncti ſimul ante Miſiam caſtra metati ſunt. Hanc vrbem Prichicho Eleuotenſis inter hæreticos quantum doctior ac facundior, tantum crudelitate, ac perfidia nequior, præcedenti nocte ex fidelium manibus eripuerat. Erat igitur conſilium exercitus hanc vrbem prius recuperare, quam vltra procederent: ſed cum hæretici collecto raptim milite in eos properare nunciarentur, non viſum hoſtem fugerunt Thaconiamque petentes inſtrumenta bellica cum præda ibi dimiſerunt. Nondum Cardinalis in exercitu fuerat, ſed ad Thaconiam fugientibus occurrens, admiratus eſt tot ducum, tot fortium virorum pauidam fœdamque fugam, magnis precibus vti redirent in hoſtem omni ex parte debiliorem hortatur: quod cum fruſtra niteretur, & ipſe turpis fugæ comes effectus vix ſiluam ingreſſi erant, cum ſuperuenientes Bohemi poſtremum agmen laceſſere cœperunt. Facta eſt profuſior, ac pauidior fuga nec prius Theutones fugere, quam Bohemi perſequi deſtiterunt.*

a Io. Nid. lib. 4. cap. 10.

Alius pius eques de morte præmonitus.

b Lib. 9. breu. pag. 44.

c Æn. Syl. hiſt. Bohē. cap. 44.

Tres exercitus in hæreticos immiſſi.

In fugam acti.

Cladem luget Pontifex.

6 Ingentem ex ea catholicorum clade vel fuga dolorē contraxit Pontifex; Deo tamē fretus Henricū ne cœptis deſiſteret huſce literis eſt adhortatus [d].

d Lib. 9. breu. pag. 44.

Dilecto filio Henrico Cardinali Angliæ A. S. L. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Non ſine graui moleſtia & mœrore animi intelleximus a dilecto filio Nicolao Bildeſton cancellario tuo turpem diſceſſum, ſeu potius inconſideratam fugam exercitus fidelium, qui erant in Bohemia: nam quo maior erat ſpes noſtra conſequendæ victoriæ, quam iam tenere videbamur ex iis, quæ referebantur nobis, eo grauius ferimus hunc caſum, ex quo maxime veremur ne hæreticis vires creuerint & animi: dolemus quippe tantum conatum principum, & aliorum fidelium, quos omnes ſperabatur magna quædam pro fide catholica eſſe facturos, tantam ignominiam & dedecus domum reportaſſe. Tuam vero ſolicitudinem in accedendo ad Bohemiam, diligentiam in ſolicitando principes & exercitum, magnanimitatem in cohortando, fortitudinem in perſeuerando, quoad potueris, meritis laudibus commendamus: oſtendiſti quidem, te eſſe eum, quem credebamus, manifeſtans virtutem tuam & prudentiam. Verum licet conſilia hominum parum videantur proficere, tamen non deficiendum eſt animo, aut deſiſtendum; ſed quo minus ſucceſſerunt nobis res, prout cupiebamus, eo maiori animo & viribus inſurgendum eſt, atque incumbendum ad huius rei proſecutionem. Itaque nullo modo ceſſet tua ſapientia & ſolicitudo in agendis; ſed labora, & enitere opportune, & importune cum principibus Alamaniæ (in quibus tamen neſcimus quantum ſit ſpei ponendum) & cum prælatis, quorum proprior eſt defenſio, vt non deficiant, neque deſint ad defendendam fidem: prudentia tua permagna eſt, non es inſtruendus particulatim quid ſit agendum: tu, qui noſti quantum cuique credendum, & quid a quoque ſperandum ſit, ſume conſilium ex tempore, & quæ ad hanc cauſam expedire videris, proſequaris, ac efficias, vt hoc opprobrium tollatur de fide. Hoc erit perpetua gloria nominis tui: nam ita exiſtimare te volumus, ſi tuo ductu atque auſpicio Deus dederit nobis victoriam de inimicis ſuis præter merita, quæ ab Altiſſimo conſequeris, facta omnium Regum & principum, qui temporibus noſtris fuerunt, te ſuperaturum. Nos interim hic etiam deliberabimus, quæ nobis videantur ad rem pertinere, & de eis te faciemus certiorem. Vnum tamen eſt, quod exiſtimamus magni eſſe ponderis: clamant multi & accuſant nonnullorum prælatorum Alamaniæ & cleri malos mores ac vitam, a quibus male ſentiendi & peius agendi materiam laici ſumunt: hos volumus, vt tua circumſpectio, præſertim archiepiſcopum Colonienſem & epiſcopum Herbipolenſem, de quibus nonnulla indigna prælatis audiuimus, moneas ex parte noſtra, & horteris in charitate Dei, vt ita ſe gerant, ita viuant tum propter ſalutem animæ, tum propter præſens ſcandalum (quod maxime debet earum mentes mouere) vt ex vita eorum cæteri bonum exemplum ſumant, neque habeant cauſam murmurandi: Colonienſi autem, & Maguntino archiepiſcopis mandes, & præcipias, vt ceſſent a bellis, & vires quas ponunt ad effundendum Chriſtianum ſanguinem, vertant ad hæreticos oppugnandos, quia nimium ipſorum error nocuit cauſæ fidei; nam ſi cum reliquis ſe ad Bohemiam, prout debebant & ſtatutum erat, contuliſſent, nunquam profecto exercitus ille tanta cum verecundia receſſiſſet: quare curent, vt præteritum errorem reſtaurent futura prouideant, & ita ſe gerant, vt alij eorum factis ad ſuccurrendum fidei moueantur. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* 11. *kal. octobris anno* x.

Exercitum reficiat iubet.

Vrget principes ad tuendam fidem.

De reſtituenda diſciplina eccleſiaſtica agit.

7 Conterriti ex miſerando caſu Pilzinenſes a, qui etiam tum in fide catholica conſtantes perſtiterant, ad eam pactionem cum hæreticis venere, vt in ſolemnibus doctorum conuentibus de controuerſiis fidei diſceptarent. Cum vero a ratione pietateque abhorreret, vt, quæ a Conſtantienſi concilio œcumenico definita erant, iterum in dubium reuocarentur, ac facile Vvicleffiſtarum aſtu catholici ſubornari poſſent, periculoſiſſimum illum congreſſum diſturbare Pontifex niſus eſt, ac Pilzinenſes monuit, ne fidem tot conciliorum auctoritate, tot ſanctorum doctrina, tot martyrum cruore confirmatam, de qua ambigere nefas eſſet, periculo ſubiicerent, haud enim aliorum piorum virorum opem illis defuturam.

Pilzinenſes ab hæreticis oppreſſi.

a Lib. breu. pag. 47. & in alio lib. ſecret.

Dilectis filiis conſulibus & communitati ciuitatis Pilznenſis, ac nobilibus viris, baronibus, & militibus diſtrictus Pilznenſis, nec non vniuerſitati caſtri Barlſtein ſalutem, &c.

Intelleximus ex literis dilecti filij noſtri Ioannis tit. S. Cyriaci presbyteri Cardinalis, quod vos vna cum certis baronibus, militibus, & aliis fidelibus Chriſtianis feciſtis treguas cum perfidis & deteſtandis hæreticis ſub hac conditione, quod in feſto natalis Domini nonnulli ex vtraque parte debeant conuenire ad diſputandum de fide, & Scriptura ſacra ſuper eorum erroribus, & quod quidquid facitis, ex puritate animi & bona fide procedit. Sed aduerſus hos aſtutos ſerpentes imbutos veneno ſathanæ eſt cautius procedendum; quidquid enim aguor non eo ſpectat, vt ipſi conuerti velint ad ſanam doctrinam, ſed vt mentes veſtræ, qui eſtis fideles, ſubuertantur per verſutias, & fallacias ipſorum, qui ſub ſpecie agni intrant, vt vos deuorent & animas veſtras tanquam lupi rapaces. Ideo deuotionem veſtram rogamus, vobis nihilhominus iniungentes, vt cum fide ſtetis firmi fundati ſupra petram, quæ eſt Chriſtus, nolitis ingredi vias lubricas, ne cadatis; ſed fugiatis hanc conuentionem, & diſputationes inutiles, quæ nihil valent, niſi ad ſubuerſionem animarum veſtrarum. Satis probata, immo comprobata eſt fides catholica tot martyrum ſanguine, & dilucidata tot conciliis, tot ſanctorum patrum ſanctionibus, tot ſanctorum doctorum ſcripturis, tot expoſitionibus excellentium virorum, vt ſuperfluum ſit ſuper ea diſputare amplius, ſalutare autem ſequi, quæ ab illis nobis ſunt tradita. Itaque omnino fugienda eſt hæc conuentio; in qua nil poteſtis lucrari, multum autem perdere. Hortamur autem vos, vt firmi ſtetis in fide, in qua nati eſtis, & per quam eſtis ſaluandi, ac reſiſtite totis viribus aduerſus illos blaſphemos hæreticos, prout hactenus feciſtis: nam nos decreuimus vobis aſſiſtere, & de tali ſubſidio prouidere, quod, diuina adiuuante gratia, malignantium ſuperbia conteretur, voſque non ſolum poteritis obſiſtere conatibus ipſorum, ſed etiam ſuperare. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* III. *id. nouembris anno* x.

Moniti vt ab aſtu hæreticorum ſibi caueant.

Noſtræ de orthodoxa fide tot argumentis confirmata ambigere.

Promiſſa trepidis ſubſidia.

8 Scripſit b eodem argumento Martinus ad Ioannem tit. S. Cyriaci presbyterum Cardinalem, vt Pilznenſes ab eiuſmodi diſceptatione abduceret, cum hæretici non veræ fidei luce colluſtrari, ſed ſuas tenebras ſimplicium ac imperitorum oculis offundere affectarent.

Ioannes Card. monitus, vt diſputationē diſcuteret.

b Ib. pag. 48. ſecr. & in alio lib. pag. 55.

Martinus, &c. Cures omni diligentia, prout opus videris, vt hæc conuentio omnino impediatur, ne fiat vllo modo: ad quod, ſi tibi videbitur, aduoces aliquos doctores, & magiſtros de

ſtudio

ſtudio Viennenſi ad impediendum hanc conuentionem, vel reſpondendum fallacijs, & captionibus hæreticorum, ſi conuentio non poſſet vitari. Cæterum aduerſus hæreticos bono ſis animo: nam, Dei gratia, talis prouiſio per nos fit de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, quod bonum ſubſidium mittitur fidelibus, per quod hæreticorum perfidia reprimi poterit & etiam aboleri. *Dat. Romæ, &c.*

9 Cogendum itaque in Chriſti hoſtes cenſuit aurum ſubſidiarium ex ſacerdotiorum vectigalibus, ac religioſum bellū indixit defixis in oculis fidelū iugentibus Vvicleffi & Huſſi ſectatorum ſceleribus.

Ad futurum rei memoriam.

Permiſit Deus omnipotens aliquando ſuſcitari hæreſes fidem catholicam perturbantes, vt excuſſa negligentia veritate diligentius inquiſita fierent homines eruditiores in ſancta Eccleſiæ diſciplina, & firmiores in fide: quas hæreſes multas & varias Apoſtolicæ ſedis auctoritas cum doctrina Eccleſiæ, aliquando cum potentia militari, ſic exigente neceſſitate, ad hanc operam excitatis catholicis Regibus, atque principibus diſſipauit atque confudit. Nouiſſima vero Bohemorum hæreſis quaſi ex omnibus priſcis hæreſibus, & de vnaquaque illatum malignitatis aliquid recipiens, illis omnibus longe deterior inſurrexit, cuius auctor fuiſſe dicitur quidam Ioannes Vvicleff qui, cum hac peſte conatus eſſet inficere regnum Angliæ, approbantibus principibus, clero & populo dicti regni cum libris eius & doctrina damnatus fuit. Nihilominus damnatæ memoriæ Ioannes Hus & Hieronymus de Praga hæretici tantæ nequitiæ, & temeritatis extiterunt, vt excæcati a ſatana præſumerent hanc eandem hæreſim in regno Bohemiæ ſuſcitare: qui ita ſolemniter & mature cum ſua peſtifera doctrina fuerunt in ſacro Conſtantienſi conſilio condemnati, publicatis ſuper inde proceſſibus, vt grauis materia requirebat, quod rationabiliter non erat dubitandum de ipſius nefandæ hæreſis extinctione perpetua. Sed plus valuit iam venenum a multis imbibitum, & turpitudo abominanda vitiorum conceſſa per eos, quam correctio ſalutaris inualuit. Equidem & radices fixit iam pluribus annis hæc hereſis in dicto regno Bohemiæ, quæ rectam fidem Chriſtianam coinquinat, ſacroſque ritus in ea traditos ab Eccleſia, & hactenus obſeruatos mutat, ac tollit, deſtruit omnem hierarchicum, ciuilemque & politicum ordinem non tantum in ſtatu eccleſiaſtico, ſed etiam laicali, & cum peccata mortalia ſuo quodam modo diffiniat, negat in aliquod huiuſmodi peccatum prolapſum principem legitimum eſſe poſſe. Aſſerit omnia bona eſſe communia, & maxime eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum, eiſque poſſidere aliqua bona temporalia omnino vetat. De Sacramento altaris & alijs ſacramentis male ſentit & peruerſe, & illa iuxta obſeruatum ritum & traditionem Eccleſiæ non admittit. Matrimonium damnat conuerſa ad corporeas voluptates & deteſtandam luxuriam beſtialem & in omnibus, iuſtitia & ratione calcata, carnalem inſequitur appetitum, ſoluitque propterea principatus & legum vincula & omnem ordinem politiæ, quibus coerceri crimina conſueuerunt: & ſuper omnia ſanguinem catholicorum ſitiens quoſcumque ſuis ertoribus non aſſentientes ferali quadam inhumanitate trucidari ac cremari, & quoſdam naribus & labijs, quoſdam manibus & pollicibus abſciſſis, quoſdam deformiter ac membratim mutilari, varijſque cruciatibus affligi, eccleſias & loca Deo dedicata funditus dirui, imagines Ieſu Chriſti, & ſuæ glorioſiſſimæ genitricis, aliorumque ſanctorum dirui, & ignominioſe confringi iubet. Ad quam abominandam & periculoſam hæreſim exterminandam dudum miſimus plures S. R. E. Cardinales legatos, alioſque nuncios cum mandatis opportunis & auctoritate pleniſſima &, cum opus eſſet, potentia militari, requiſiuimus, rogauimus, & ſollicitauimus pleroſque Reges & principes, prælatos & populos, præſertim nationis Germanicæ, vt contra hanc armatam hæreſim armis inſurgerent, quod aliquando fecerunt; ſed adhuc Deo non placuit conſolari nos, & populum ſuum fidelem de felici conſummatione victoriæ; quam tamen ab eo, cuius agitur cauſa, & qui potens eſt, cum velit perdere inimicos ſuos, precibus & lachrymis non ceſſamus flagitare, & quantum in nobis erit omnia remedia procurare, per quæ poſſimus hanc peſtem, & hoc enorme ſcandalum euellere de populo Chriſtiano: quod etiam optamus, & procuramus auidius, quia videmus imminere periculum, ne peſtis hæc latius diffundatur; nam ex receſſu fidelium exercitus facti ſunt ſuperbiores hæretici, & finitimas quaſque partes conantur partim vi cogere, partim allicere venenoſis articulis, præcipue licentia & permiſſione peccandi circa corporeas voluptates. Aduerſus hos igitur periculoſos hæreticos arma ſunt iterum, atque iterum a fidelibus capienda, nec ceſſandum donec, auxiliante Domino, qui profecto non deſeret cauſam ſuam, vel reducantur in rectam viam, vel exterminentur e terra, ne corroboretur amplius tantum malum in viſceribus Chriſtianitatis cum ſummo periculo fidelium animarum: & cum ad prædictorum hæreticorum rabiem, & potentiam confundendam neceſſaria ſit omnino vis, atque potentia militaris, & expeditio fidelium duratura vſque ad extremam confuſionem, & exterminationem, vel reductionem eorum; nec ea militia, qua opus eſt in tanto negotio cogi, ali, & ſuſtentari poſſit ſine graui ſumptu, dignum eſt, vt omnes, præſertim perſonæ eccleſiaſticæ, in omnibus mundi partibus conſtitutæ aliquid de facultatibus ſuis pro tam communi, & neceſſaria Chriſtianę reipublicę cauſa contribuant ad ſumptum huiuſmodi tolerandum, &c.] imperauit decimas annuas præſulibus & Cardinalibus ex concilij Conſtantienſis decreto a ſacerdotibus exigendas; ipſe vero ærarij apoſtolici quintam vectigalium partem eo attribuit. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* VIII. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* X.

10 Crebris catholicorum in Bohemiam irruptionibus laceſſiti hæretici, licet ſæpe vincerent, ſimiles tamen erant victis, cum plures in tot tantiſque prælijs occumberent. Vt itaque periculoſo & exitiabili bello ſe ſubducerent, ſpeciem aliquam ſuſceptæ ad Eccleſiam redeundi voluntatis præ ſe tulere; adeo vt Sigiſmundus Koributus Regis Poloniæ nepos, quem ipſorum clientelam arripuiſſe vidimus, Romanum Pontificem de audienda Bohemorum cauſa, deque pace appellarit: quo accepto Pontifex reſpondit auditurum ea lege, dummodo apoſtolico decreto obtemperarent. rem que cum Rege Poloniæ & Alexandro duce Lituaniæ agitauit: at Sigiſmundus Rex, ad quem Bohemicum ſceptrum ſpectabat, non æqua ſuſpicione perſtrictus apud Martinum queſtus eſt, ſe inconſulto de fœdere cum Bohemis agitatum. Cui Martinus ſuam in eo integritatem reique, geſtæ cauſas omnes expoſuit hiſce literis a.

Ad

Margin notes: *Ex veteribus hæreſibus Huſſitica conflata.* — *Chriſti & Virginis imagines confringit.* — *Partim vi partim illecebris graſſatur.* — *Decimæ imperatæ in ſumptus bellicos.* — *Pragenſes de concordia cum eccleſia agitant.* — *Regem Poloniæ & ducem Lithuan. interpretes adhibent.* — *a Lib. breu. vlt. pag. 65.*

Ad Sigiſmundum Regem Romanorum, &c.

Poſt longam querelam poſtremo quæris, quæ cauſa nos mouerit ad ſcribendum potius chariſſimo in Chriſto filio noſtro Vladiſlao Poloniæ Regi illuſtri: dilecto filio nobili viro Alexandro duci Lithuaniæ ſuper certa materia reductionis Bohemorum hæreticorum, quam ſerenitati tuæ: hac enim parte cognita ſatisfecimus nos debito noſtro ſine aliqua tua iniuria, ſi omnia mature conſideres, iudicabis, nobiſque neceſſarium non erit reſpondere ad reliquas partes literarum tuarum, grauem de nobis cum improperatione ſeruitij querimoniam continentes. Chariſſime fili, cum ſuperiori tempore miſiſſemus legatos & nuntios ad tantam labem atque ignominiam tollendam de natione Germaniæ, & ſolicitari principes & populos nationis eiuſdem feciſſemus, & te ante omnes, ſicut dignitas tua requirebat, ac omnia alia nobis poſſibilia remedia tentaſſemus, cum quibus vel reducere, vel exterminare Bohemos hæreticos poſſemus, ſicuti notum eſt celſitudini tuæ, quia te inſcio nihil eſt geſtum, & nihil de tantis apparatibus ſucceſſiſſet nobis, nec armorum potentiam haberemus ad hanc armatam hæreſim opprimendam, nec poſſemus facere aliud, quam dolere, & Deum rogare, vt finem ipſe reperiret tantæ calamitati populi Chriſtiani; facta ſignificatio nobis fuit per certos nuntios & copias literarum Sigiſmundi nepotis præfatorum Regis & ducis, qualiter hæretici cupiebant redire ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ, ſed petebant immediate ab Apoſtolica ſede audiri cauſam eorum. Perſona fortaſſe Sigiſmundi ſuſpecta videri poterat, quia fautor illorum: ſed nihilominus hoc in caſu oblatio repudianda non fuit ex parte hominis, licet mali, melius tamen de ipſorum conſilijs informati: nec vllo modo conditio erat abijcienda, cum diceretur ipſos hæreticos velle audiri apud ſedem Apoſtolicam, quæ nemini redeunti aut petenti veniam gremium claudit. Sed notare in ipſis noſtris literis debuiſti quomodo ipſos volebamus audire, ita ſcilicet, ſi venirent parati ſtare noſtræ determinationi, nobis & Eccleſiæ de cætero pariturí. Sic enim erat hæreticis audientia concedenda, non diſcuſſionis & diſputationis gratia, ſed informationis & inſtructionis eorum, ne fierent ex deſperatione veniæ duriores.

Pontificis reſponſio.

Polebant Bohemi audiri ab Eccleſia.

Non diſceptatio, ſed inſtructio hæreticis concedenda.

11 Quod autem ad hoc munus directionis ipſorum non requiſiuerimus ſerenitatem tuam; ſed nominatim verbum fecerimus de Rege, & duce præfatis, non proceſſit ex eo, quod negligeremus, aut in hac cauſa aſpernaremur excellentiam tuam, cui multiplici ratione hoc præcipue conueniret; ſed quia nobis extitit intimatum, quod vel timore vel odio ita erant Bohemi a tua celſitudine alienati, quod abhorrebant ab omni opera & interceſſione ſublimitatis tuæ. Nos igitur cogitantes id tantum, quod ſaluti animarum & cauſæ fidei pertinebat, inclinati etiam fuimus ad eos mediatores, quos ipſi & præter eos neminem requirebant nec credebamus tibi moleſtum fore, ſi per quoſcumque alios ad Eccleſiæ gremium reducerentur: nam hoc te dicere ſolitum audiebamus, per quamcumque viam reducerentur, dummodo ab eorum errore deſiſterent, te magnopere non curare. Quod quidem dictum ſæpe laudauimus profectum a principe catholico & ſapiente; neque enim propterea per nos vnquam derogatum eſt alicui iuri tuo regio, quod deſideramus, vt cum illa, quæ tantæ rei conuenit magnitudine animi proſequaris. Habes, fili chariſſime, rationem qua moti fuimus ad ſcribendum ipſis Regi & duci ſuper reductione Bohemorum, non vt tibi faceremus iniuriam, ſed vt nihil intentatum relinqueremus, quod proficere poſſet ad tollendum hoc ſcandalum de populo Chriſtiano, cum nobis per hanc viam ſpes aliqua reductionis eorum eſſet oblata. Quod noſtrum conſilium, ſi rerum ſtatum ponderabis & cauſam, licet deſideratum non habuerint euentum, te probaturum eſſe non dubitamus confidentes de æquitate iudicij tui. Cæterum tam prolixa commemoratio meritorum tuorum in literis tuis expreſſa nobis ſuperflua viſa eſt, nec propterea aliter reſpondemus: quid enim opus eſt repetere officia tua in Eccleſiam Dei, quæ notiſſima mundo ſunt, & erunt ſemper in memoriam poſteritatis illuſtria cum perpetua memoria nominis tui? pro cuius amplitudine, commodis, & honore, ac Romani imperij dignitate tuendis & conſeruandis nos ſemper inuenies cum omni cordis ſynceritate diſpoſitos & paratos. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos III. id. ſeptembris anno X.*

Non detrahi propterea iuri regio.

Promiſſa Sigiſmundo ſtudia pontificis.

12 Quamuis Pontifex hiſce aliiſque amantiſſimis officijs Sigiſmundum complecteretur, is tamen graui ſuſpicione imbutus a ſuis purpuratis adminiſtris, ne Koributus Lituanus ita Pragenſibus gratiam Eccleſiæ conciliaret, vt principatum ſibi apud eos partum conſtabiliret Thaboritarum principem Ziskam in ſuas partes pellicere, non ſine dedecore cæſareo ſtuduit, de quo hæc literis mandauit Æneas Syluius [a]: *Sigiſmundus vbi, Ziskæ cuncta ex ſententia cedere animaduertit, & iam illum eſſe virum, ex quo res Bohemiæ penderent, clam ſibi eum conciliare tentauit, gubernationem totius regni, militiæ quoque ducatum, & ingens auri pondus quotannis promittens, ſi ſe Regem nominaret, & in verba ſua ciuitates iurare cogeret. Magna profecto regiæ maieſtatis ignominia, & imperialis gloriæ dedecus, atque infamia reipublicæ Chriſtianæ ſempiterna, Sigiſmundum pluribus annis promotum, ex Imperatoribus natum, & ipſum Imperatorem, cuius nomen Italia, Gallia, Germania, & omnis Europa venerata eſt, quem barbaræ nationes timuerunt, ſupplicem vidit noſtra ætas homini haud ex parentibus admodum nobilibus nato, ſeni, cæco, hæretico, ſacrilego, & in omne ſcelus audaci pecuniam & ſummos honores offerre, vt ſuarum eſſe partium dignaretur: ſed auertit diuina pietas eam peſtem, & tantum malum e medio Chriſtianorum eripuit; nam Ziska conditionibus annuens, dum conuentus complexurus Sigiſmundum petit, inter eundem apud caſtellum Priſcouiam animitus, vt par eſt credere, peſte tactus expirauit: monſtrum deteſtabile, crudele, horrendum, importunum, quod poſtquam manus humana conficere non valuit, digitus Dei extinxit.* Barbara fuere extrema perfidi, ac flagitioſiſſimi hominis iuſſa, vt barbare vixerat; mortuo enim ſibi (quod quidem dignius erat ſi viuo accidiſſet) pellem detrahi [b] iuſſit, vt ex ea tympanum, ad cuius ſtrepitum fugerent catholici, conficeretur, carnes vero volucribus dari: quæ idem auctor in epiſtolis etiam ſuis repetit [c]: *Tympanum*, inquit, *facite, atque hoc in prælio ducem habete: nam quoties locorum Theutones ſonum eius audierint, mox terga dabunt Ziskam in tympano formidantes. Hic poſtquam obijt: Thaboritarum alij Procopium ſibi ducem elegerunt, alij in tantum illius memoriam dilexerunt, vt neminem dignum exiſtimarent, qui tanto duci ſuccederet, aſpernatique principem orphanos ſeſe vocabant, quaſi patre carentes atque orbatos, vt qui cæcitatem non viuam tantum, ſed mortuam quoque colendam cenſebant, & ad inferos vſque ſequendam. Hunc autem*

Sigiſmundus Ziskā ſibi conciliat.

a Æn. Syl. hiſt. Bohē. cap. 46. Cochlæus hiſt. Huſ. hoc anno. Dubrau. hiſt. bohē. lib. 26.

Ziska peſte extinctus.

Ex pelle ſua tympanum ſolo ſic eduxit.

b Id. ibid.

c Lib. 1. ep. 131. Dubrau. lib. 26.

Orphanorū ſecta cur ſic dicta.

veluti

veluti numen Thaborenſes habent: & quamuis pictu-ras omnes abominentur, hunc tamen picturam religio-ſe colunt, & honorem, quem Chriſto negant, tribuen-dum contendunt Ziskæ. Horum ſecta peſtifera, & abo-minabilis, ac ſummo digna ſupplicio.

Germani diſſidijs implicati.

13 Ne catholicorum impetus verterentur in illos, retardarunt non leuia diſſidia ipſorummet vires diſtrahentia. Ludouicus enim dux Bauariæ cum Conrado Maguntino archiepiſcopo ſimultates gerebat, quæ ne in bellum erumperent ſolicitus Pontifex internuntium apoſtolicum in Germaniam miſit cum ampliſſima decernendi poteſtate in ea controuerſia; ac tum archiepiſcopum tum ducem monuit [a], ne ſe in belli diſcrimina conijcerent, ex quo tot mala manatura forent, atque hæreſis Bohemica longius latiuſque diffundenda; ad quam facilius excindendam Pontifex cunctis præſulibus imperauit, vt omnes Vvicleffi commentarios damnatos in concilio Conſtantienſi flammis abolerent, & conciones nonniſi in eccleſijs haberi finerent; tum in hæreticos labe pollutos iudiciorum ſeueritatem adhiberent [b].

a Lib. vlt. breu. pag. 111. & in alio lib breu. pag. 59.

Conſtantiæ fidei iuſſa aucta.

b Lib. 8. pag. 285.

Vvicleffi oſſa exuri iuſſa.

14 Sumi etiam de putrido Ioannis Vvicleffi cadauere ſupplicium iuſſit, exhumataque illius oſſa impietatis odio concremari [c]: qua de re ad epiſcopum Lincolnienſem hæ datæ literæ.

c Diuer. de cur. to 8. pag. 248.

Venerabili fratri epiſcopo Lincolnienſi ſalutem, &c.

Quia ſacris canonibus cautum exiſtit, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus & mortuis, merito contra illos, quos in carne viuentes etiam ſpiritu reputamus mortuos, veluti vtraque morte peremptos inſurgimus, vt ad eorum memoriam penitus abolendam ſic rigor canonum obſeruetur, quod eis ad executionem cedat iuſtitiæ, & cæteris ad exemplum. Cum itaque dudum factum generale Conſtantienſe concilium inter cæteros eo vrgente contra damnatæ memoriæ Ioannem Vvikleff hæreſiarchum rite habitos proceſſus, per ſuam diffinitiuam ſententiam eundem Ioannem fuiſſe notorium hæreticum, pertinacem, ac in hæreſi deceſſiſſe anathematizatum, ipſum pariter ac ſuam memoriam condemnando, decreueritque & ordinauerit eiuſdem Ioannis corpus & oſſa, ſi ab alijs fidelium corporibus diſcerni poſſent, exhumari & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones; nos, qui ſententiam huiuſmodi per alias noſtras literas auctoritate apoſtolica confirmauimus, attendentes quod parum eſſet ſententias ferre, niſi executioni debitæ mandarentur, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus præmiſſa in eccleſijs, dum inibi maior populi multitudo conuenerit ad diuina, & alibi vbi & quando expedire videris, auctoritate noſtra ſolenniter publicans, & ad locum ſepulturæ dicti Ioannis, qui intra tuam diœceſim conſiſtit, te perſonaliter conferens, præfati Ioannis Vvikleff corpus & oſſa prædicta, ſi ab alijs fidelium corporibus diſcerni poterunt, vt præfertur, facias exhumari, & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari, & igne publice concremari, & de ipſorum cineribus taliter diſponi, vt eius, cuius deletur memoria, nullum poſſit impoſterum reſiduum ſeu veſtigium apparere, &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos v. id. decembr. anno* XI. Ne quis vero apoſtolicis imperijs obſiſteret, ſignificauit Martinus Henrici Anglorum Regis auguſtiori ſenatui, ſe epiſcopo Lincolnienſi negotium dediſſe, vt Ioannis Vvicleffi oſſa exureret, qua in re vt auctoritate regia ipſum fulcirent hortatus eſt [a].

Lincolnienſi epiſc. ſententiam ex quendus.

Ad ſum ſunt ea conc. Conſtantienſi decreta.

15 Quamuis Vvicleffus Anglos a fide catholica in hæreſim auertere non potuiſſet, haud paruum tamen detrimentum rei eccleſiaſticæ dignitati intulerat: ex nefario namque ipſius rerum ſacrarum contemptu labes quædam plurium procerum animis adhæſerat, vt ius pontificium labefactarent: inde enim, cum refrixiſſet pietas, illa iniuſta decreta, quibus ſacerdotiorum conferendorum auctoritas, atque alia, quæ ad ſolum Chriſti vicarium ſpectant in Regem deriuata erant, ac dimanarant. Pontifex igitur, vt Apoſtolicæ ſedis ius in antiquum ibi ſtatum reſtitueret, cum iam ante Anglorum Regem de reſcindendis iniquis edictis appellaſſet, is Iuliano Cæſarino cauſarum cameræ auditori pontificio nuncio reſponderat, niſi ſolemni ordinum conuentu aſſentiente abrogari non poſſe. Itaque cum ampliſſimus ſenatus cogendus diceretur, monuit proceres Pontifex [b], a ſe vt religionis hoſtem habitum iri, qui ſanctionem eiuſmodi abolendam negaret.

a Ib. pag. 249.

Labeſ Vvicleffiana in Anglia ius eccleſiaſticum.

Nauata a Martino opera reſtituendo ſtudio.

b Lib. 9. breu. pag. 46. & in alio vol. n. 1. pag. 52. ſecr.

Venerabilibus fratribus & dilectis filijs nobilibus viris parlamenti regni Angliæ ſalutem, &c.

Multis nuntijs & frequentibus exhortationibus pro debito paſtoralis officij vos ac regnum veſtrum hactenus admonuimus, vt pro ſalute animarum veſtrarum & ipſius regni honore quoddam deteſtabile ſtatutum contra diuinum & humanum ius editum, quod ſine interitu ſalutis æternæ nullatenus ſeruari poteſt, aboleretis: & quoniam id ſine parlamento tolli non poſſe ex parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici Regis Angliæ illuſtris dilecto filio magiſtro Iuliano cauſarum curiæ cameræ Apoſtolicæ auditori tunc nuntio noſtro reſponſum extitit, in quo, quamprimum poſſet conuocato, quod ſibi poſſibile foret pro noſtræ requiſitionis executione ſe facturum idem Rex pollicitus eſt; poteſtatis iuribus, ac priuilegijs ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac ſedis Apoſtolicæ in nullo velle detrahere aut derogare; nos volentes ſolita erga vos manſuetudine vti, decreuimus vſque ad ipſius parlamenti tempus expectare, ſperantes, quod tam Rex iuxta ſuam regiam promiſſionem, quam vos pro ſalute animarum veſtrarum ſancte, ac catholice ſecundum noſtram requiſitionem concluderetis. Itaque cum parlamentum, vt fertur, iam inſtet, vos omnes, quorum animas noſtræ curæ dominus Ieſus Chriſtus commiſit, hortamur monemus & obſecramus, vt vnanimes veſtrarum animarum ſalutem, ac conſcientiarum puritatem præ cæteris rebus amantes, prædictum abominabile ſtatutum, quod qui obſeruat vel obſeruari facit, ſaluari non poteſt, penitus tollatis, & de regno in perpetuum aboleatis: quod ſi quis fortan vobis contrarium perſuadere audeat, quicumque ille ſit, ſecularis vel eccleſiaſtici ſtatus, tanquam hoſtem animarum veſtrarum & honoris nullatenus audite, nec eum virum catholicum reputetis, qui aduerſus Romanæ eccleſiæ auctoritatem iuraque & priuilegia ſedis Apoſtolicæ diuinitus conceſſa aliquid machinari præſumpſerit, quibus ipſe Rex veſter illuſtris nolle vllatenus derogare proteſtatus eſt. Nos ipſi ſumus ab omnipotente Deo Ieſu Chriſto ſuper vos & vniuerſalem Eccleſiam inſtituti, cuius doctrinæ ac perſuaſioni ſine vlla contradictione omnimoda fidem vos & quilibet Chriſtianus habere debet. Nos, tametſi indignos, oues ſuas paſcere Chriſtus voluit, claueſque aperiendi & ſoluendi cœlos tradidit; & ſi quis nos audit, ſecundum Chriſti teſtimonium Chriſtum audit, & qui nos ſpernit, Chriſtum ſpernere conuincitur.

Impia apud Anglos ſanctio de conferendis a Rege ſacerdotijs.

Proteſtatio Rex nolle iuri pontificio detrahere.

Dare proceribus monita de impia ſanctione abolenda.

Et

Digitized by Google

Et quoniam de vobis, ac ſingulis Chriſtianis in diſtricto Dei iudicio rationem reddituri ſumus, ideo vos pro ſalute veſtra iam ſæpe tamque efficaciter admonemus, & ne quiſquam ſub alicuius damni temporalis prætextu vos ab hac noſtra catholica doctrina ſubmoueat, ecce nos promptos paratoſque offerimus omnibus cauſis, propter quas dictum ſtatutum conditum eſſe prætenditur, ſalubriter prouidere, ita vt nec regno nec cuiquam priuatæ perſonæ præiudicium aliquod ex ipſius ſtatuti abolitione poſſit accidere, &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos III. id. octobris anno X.*

Cantuarien. archiep. illius defenſæ reus.

16 Vocatus eſt in crimen apud Martinum Henricus archiepiſcopus Cantuarienſis, ipſum cæteris proceribus de non abroganda iniqua ea lege auctorem fuiſſe, ac ſedem Apoſtolicam perſtringere auaritiæ nomine auſum, quaſi non æquitate ſed priuato commodo moueretur. Cum autem pluribus ille officijs Martinum delinire, inuſtamque ſibi ex ea fama notam delere niteretur, reſpondit Pontifex [a], vt ſi ab eo crimine purus eſſet, factis contrarijs famam aboleret, ac perſpicue oſtendit, non commodorum ratione ſed animarum & eccleſiaſtici ordinis tuendæ dignitatis ſtudio ſe adduci: tum monuit, ne illius vitij maculam, quam ſedi Apoſtolicæ aſperſiſſe ferebatur, in ſe ſuſciperet.

a Lib. vlt. breu. pag. 124.

Venerabili fratri Henrico archiepiſcopo Cantuarienſi, &c.

Si te innocentem (nempe de iure pontificio non oppugnato) probare velis, ſolum opera ipſa quæ feceris, non literatoriæ excuſationes poſſunt certum nobis teſtimonium perhibere. Labores ergo pro viribus, vt execrabile illud ſtatutum contra libertatem eccleſiaſticam editum in regno Angliæ aboleatur, nec illud ſerues nec, quantum erit in te, ſeruari permittas, & ſeruantes arguas, increpes opportune & importune iuxta doctrinam Apoſtoli. Si deſideras apud Deum & homines te innocentem fieri, quod pridie tibi & alijs regni illius prælatis per alias noſtras literas iniunximus ſub cenſura eccleſiaſtica, efficaciter exequaris, vt videlicet accedas ad locum, vbi conueniunt conſiliarij regij, eoſque tam eccleſiaſticos quam ſæculares inſtruas, moneas, & excites, vt prædictum ſtatutum, cui diuina & humana lex & ratio contradicit, quod ſine interitu ſalutis æternæ & ipſius regni ignominia nullo modo poteſt ſeruari, aboleatur omnino. Quod ſi tam iuſtum & tam ſalubre mandatum neglexeris, nullus ſermo nullaque excuſatio voluntatem illam, quam erga nos & eandem ſedem habere aſſeris, veram eſſe comprobabunt. Vnum profecto ad correctionem fraternitatis tuæ tacere non poſſumus, quod audiuimus te dixiſſe irreuerenter & improbe propter pecunias exhauriendas abolitionem illius ſtatuti Apoſtolicam ſedem ipſam quærere: quod quam falſum ſit, & quod nos nullam habuerimus pecuniæ & quæſtus rationem teſtes ſunt nuncij, quos ſæpe ad Angliam miſimus, & ſcripta per eos ibidem dimiſſa, qui talia regno ipſi noſtro nomine obtulerunt, qualia nulli nationi per aliquem prædeceſſorum noſtrorum vnquam oblata aut conceſſa fuerunt; Vnde & pecuniæ & temporalis cuiuſuis commodi ſuſpicio euidenter excluditur, & nullum exinde regno præfato præiudicium aut detrimentum contingere poteſt, noſtra enim ſolicitudo & procuratio ad hunc finem fuit ſemper intenta, vt Romanæ eccleſiæ ac ſedis Apoſtolicæ iura & priuilegia, quæ non homines, ſed ipſe Chriſtus diuina voce contulit, quæ ſancti patres, ſacra conſilia, & tota demum vniuerſalis Eccleſia humili ſemper deuotione recognouerunt, in ipſo regno Angliæ recuperaremus: quod, vt Deo propitio conſequamur, nullatenus omittemus. Cæterum videris ipſe tu, qui mentionem de pecuniæ cupiditate feciſti, ne ſis ille, qui reſiſtas prouiſionibus apoſtolicis & mandatis, vt pecunias in animæ tuæ perniciem quamplures accumules. *Dat. &c.*

Imperata illi a Mart. vero purgandi ſe ratio.

Aſperſa ſedi Apoſt. calumnia.

Deterſa a Martino.

Poloniæ Rex tentat muneribus Martinum [illegible]

17 Non diſpari audacia procancellarius Poloniæ, dum ſuæ lenocinatur ambitioni, ordinis eccleſiaſtici dignitatem in diſcrimen adduxit: cum enim Poſnanienſis epiſcopatus, cui inhiabat, a Pontifice alij collatus eſſet, Vvladiſlaum Regem & Vvitoldum Lituaniæ ducem impulit, vt muneribus tentarent Pontificis conſtantiam, vt exauctorato altero eum ad illius honoris apicem eueheret. At Martinus, qui ab auaritiæ ſordibus abhorrebat, probro dedit Regem in animum induxiſſe, ſedem Apoſtolicam muneribus corrumpi poſſe; qua de re Iaconinum de Ruluis grauiſſime cum Rege expoſtulare iuſſit, exaratis XIV. kal. martias huius anni literis [a]: omni autem ſpe ſublata epiſcopalis dignitatis, procancellarius ira fremens inſtruxit dolos ad ſubornandum Regem concitandumque in Pontificem, quaſi in regiam maieſtatem illata eſſet iniuria, ſi non expectato Regis aſſenſu epiſcopatus conferrentur. Ad quam improbiſſimi viri coercendam perfidiam Martinus ipſum adipiſcendi cuiuſuis ſacerdotij vel eccleſiaſtici gradus poteſtate priuauit [b], Regemque de apoſtolica in illum lata ſententia fecit certiorem, conſuluitque, vt maleuolum hominem aula pelleret; alijſque literis [c] expoſuit multa eum laude digna antea geſſiſſe, tunc vero ſe ab aſſentatoribus ſeduci ſiuiſſe.

Sed fruſtra

a Lib. 9. breu. pag. 30.

b Ib. pag. 27.

c Ib. pag. 41. & in alio lib. breu. pag. 48.

Chariſſimo in Chriſto filio Vvladiſlao Regi Poloniæ illuſtri ſalutem, &c.

Libertas eccleſiaſtica a Rege Polon. defenſa.

Serenitatem tuam nouimus quondam multa feciſſe, prout decet catholicum principem ſumma laude digna, quæ ſpectarent ad augmentum religionis & cultus fidei orthodoxæ. Nam ædificaſſe te plures eccleſias, & conſeruaſſe iura eccleſiæ Romanæ in regno tuo, libertatem eccleſiaſticam defendiſſe, & (quod ipſi vidimus) ſincera fuiſſe deuotione erga Romanum Pontificem, eique debitam in omnibus obedientiam præſtitiſſe, quod cõmendabant omnes, & ad ſingularem laudẽ aſcribebant celſitudinis tuæ. Gaudebamus nos quoque talem principem Eccleſiam habere, qui reliquis præberet ex operibus ſuis veræ virtutis exempla: ideoque & dum eramus in minoribus, laudauimus hæc ſemper tuæ deuotionis & pietatis opera, & poſt aſſumptionem noſtram ad hoc apoſtolatus onus, puro corde & ſingulari caritate amauimus ſerenitatem tuam, erga quam (neque enim id improperandi cauſa dicimus) nonminus gratioſos fuiſſe nos credimus, quam fuerint prædeceſſores noſtri. Teſtis eſt nobis Deus, nos te ſemper habuiſſe loco peculiariſſimi filij, & ob eam cauſam complacuiſſe nos tibi iugiter, quantum patiebatur honor & dignitas Apoſtolicæ ſedis. Quo magis admirari cogimur audientes aliqua, quæ multum diſcrepant a prioribus moribus tuis. Refertur enim nobis quaſi omnia in aliam diſpoſitionem mutata eſſe: in eodem regno conculcari iura Eccleſiæ, & eccleſiaſticam opprimi libertatem: non multum timeri cenſuras noſtras, & huius ſedis auctoritatem: electiones eccleſiarum & monaſteriorum, quorum tamen omnimoda diſpoſitio ad nos ſpectat, non eſſe liberas, ſed fieri

Poſtea turbata.

ad

Digitized by Google

ad præſcriptum tuum: beneficiorum per nos collatorum prouiſiones contemni, tum in beneficijs generaliter reſeruatis, atque in ea re non pareri mandatis noſtris, multaque alia fieri præter honorem regium, ac noſtram & Romanæ eccleſiæ dignitatem. Quæ ſi, vt referuntur, vera exiſtunt, dolemus ex corde, & maxime propter ſerenitatem tuam, cuius & nomen & honorem, vt reliqua omittamus, antea clarum & nobile obumbrari alias neceſſe eſſe propter huiuſmodi ſermones, qui de tua ſerenitate vulgantur. Verum ſi quid eſt, in quo fortaſſe aberretur, id exiſtimamus prouenire ex non ſano conſilio maleuolorum ambitione tibi aſſiſtentium potius, quam conſilio aut voluntate tua, cum nulla cauſa exiſtat cur mutaſſe debeas tuam priſtinam atque optimam voluntatem. Quamobrem ſerenitatem ipſam, quam ſpecialis charitatis beneuolentia complectimur, rogamus, eequirimus, atque etiam in Domino exhortamur vt, ſi quæ per errorem minus recte facta ſunt, corrigens priorem deuotionem, atque affectionem erga Dei Eccleſiam reaſſumas; ac reiectis talibus conſilijs in ſolita obedientia, ac deuotionis feruore perſeueres, defenſando iura Romanæ eccleſiæ, libertatem eccleſiaſticam tuendo, eueerendo prælatos, & prouiſiones noſtras debitum effectum permittendo ſortiri, atque ita te gerendo in ſingulis rebus, quæ ad dignitatem, honeſtatemque noſtram & Eccleſiæ ſpectant, vt ea, quæ de tua celſitudine narrantur, tua bonitate falſa eſſe conuincas: hæc enim agens, & tueberis famam tuam intactam ab omni macula, & Altiſſimo rem facies acceptiſſimam, pro qua & huius vitæ pacem tranquillam & futuræ mercedem æternam ioſequeris. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos kal. aprilis anno VIII.*

Monitus ne le ecleſiaſticā ledat.

In honeſtis rebus eius voluntate ſe ſit.

18 Auguſtioris etiam conſilij Polonici ſenatores adhortatus eſt [a] Martinus, vt operam pro reſtituendo iure eccleſiaſtico conferrent, cum nullo firmiore munimento fulciri regna, quā diuino præſidio queant: *Deuotionem*, inquit, *veſtram requirimus atque exhortamur in Domino, vt cum electi ſitis ex multorum numero tanquam prudentes viri & conſilio pollentes, regiam ſerenitatem pro honore ſuo & regni pariterque veſtro adhortari velitis, prout ex debito tenemini, & vitare cupitis magnam notam, ad eadem ipſa, ad quæ nos quoque cum noſtris literis exhortamur. Nihil eſt, quo magis regna vigeant, nihil ex quo Chriſtiani principes maiorem laudem & gloriam in hoc ſæculo reportent, quam ex pura affectione, ac reuerentia erga Dei Eccleſiam ſacroſanctam & eius ſponſum vicarium Ieſu Chriſti, quorum monitis & mandatis, qui deuote parent, firmiſſimum ſibi præparant iter ad cæleſtem vitam, ad quam ſolam omni ſtudio intenti eſſe debemus.* Eodem argumento ad Gneſnenſem archiepiſcopum literas [b] miſit.

a Lib. breu pag. 49. Moniti illius ſenatores officij

b Extant ibid. Violata a Luſitano eccl. immunitas.

19 Læſerat etiam grauiſſime ordinis ſacerdotalis immunitatem Luſitaniæ Rex; nam vectigalia clero imperabat, ad tribunal ſæculare viros eccleſiaſticos pertrahebat, doloſiſque artibus poſſeſſiones ipſis eripiebat: quæ mala per ſummam ignauiam diſſimulabant præſules. Quibus de rebus certior factus Martinus Bracharenſem archiepiſcopum cogere ſynodum & pro cauſa libertatis eccleſiaſticæ apud apoſtolica ſubſellia proſequenda idoneos procuratores mittere iuſſit [c].

Venerabili fratri Fernando archiepiſcopo Bracharenſi ſalutem.

Non ſine magna admiratione & graui mentis noſtræ perturbatione accepimus, quod chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Portugalliæ & Algarbij Rex illuſtris dudum poſuit & quotidie ponere falcem ſuam in meſſem Eccleſiæ non deſiſtit, multis & diuerſis modis vexando eccleſias & perſonas eccleſiaſticas in ſuo temporali dominio conſtitutas, & eiſdem imponendo leges pœnas atque grauamina, quaſi ſibi liceat vti poteſtate regia in prælatos & clericos tanquam in laicos ſuæ ditioni ſubiectos, ac omnino libertatem eccleſiaſticam opprimendo: nam ſicut accepimus collectas & taleas & alias impoſitiones decimas nuncupatas, & certam argenti & panis & vini quantitatem auctoritate propria, & ſine ſedis Apoſtolicæ licentia imponere non ceſſat eccleſijs & perſonis eiſdem, cum coactione etiam deferendi ad littora maris & portus; quodque eſt non minus abſurdum, intelleximus ipſum Regem in cauſis criminalibus trahi facere clericos etiam in ſacerdotio conſtitutos de foro eccleſiaſtico ad iudices ſæculares, & per eos condemnari atque puniri; prohibentem inſuper ne eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ acquirere aut retinere poſſint bona immobilia ipſis legata, & (quod eſt grauius) occupantem, & per officiales regios occupari facientem dominia, terras, poſſeſſiones & bona per eccleſias iuſto titulo poſſeſſa, velut ſibi pertinentia iure regali, quibus perſonæ ipſæ eccleſiaſticæ ſpoliatæ de facto & fatigatæ, dum coguntur docere de titulis, cauſas plerumque deſerunt, iuſtitia deſperata. Dicitur etiam nobis, quod ſtatuto regio mandatum eſt, ne quis audeat ſine ipſius Regis licentia ſub pœna mortis & perditionis bonorum in dictis regnis literas apoſtolicas publicare, & quamplura alia inferri grauamina & detrimenta in deſolationem eccleſiarum & omnimodam libertatis eccleſiaſticæ oppreſſionem. Quæ ſi vera ſunt, miramur pariter & dolemus, primo quod ipſe Rex ea faciat, qui Chriſtianus & catholicus exiſtens filius deuotus eccleſiæ debet eſſe: deinde quia prælati, qui ius & libertatem eccleſiarum conſeruare tenentur, hæc ſub ſilentio tranſiuerunt vel metu vel amore coacti.

Queritur Martinus ſcelus diſſimulare a præſulibus.

Nos autem qui, licet immeriti, ſumus a Domino ad conſeruationem & defenſionem eccleſiarum & eccleſiaſticæ libertatis in apoſtolatus apice conſtituti, hæc tolerare non poſſumus nec debemus: & propterea ſuper ijs, vt tenemur, de opportuno remedio prouidere volentes, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus conuocatis ſuffraganeis tuis, quibus ſuper hoc ſcribimus opportune, & dilectis filijs capitulo eccleſiæ tuæ cæteriſque prælatis tuæ ciuitatis & diœceſis, tu & ipſi ſuſcipiatis cauſam hanc libertatis eccleſiaſticæ viriliter in Romana curia defendendam, ſicut ex pontificali officio eſtis aſtricti, & pro ipſius cauſæ proſecutione ad curiam eandem communibus conſilio & expenſis vſque ad menſes ... a receptione præſentium computandos, perſonas idoneas tranſmittatis omni excuſatione remota ſub pœna excommunicationis, quam vnuſquiſque veſtrum, qui negligens fuerit, incurrat: tibique notum facimus, quod præfato Regi per noſtras literas intimata ſerie grauaminum prædictorum eundem requirimus & monemus, vt ad dictum terminum procuratores & nuntios ſuos tranſmittat ad curiam ipſam ſub hac materia reſponſuros; quod ſi non fecerit, nihilominus contra contumacem iuridice procedetur. In eadem forma ſcribimus venerabili fratri noſtro archiepiſcopo Vlixbonenſi, cum quo participato conſilio ad executionem huius honeſti ſalutaris & ſancti negotij vigilanter intendas. *Dat. &c.*

Synodum ab archiep. cogi iubet.

Digitized by Google

Aragonius in ius vocatus.

20 Vocarat etiam antea in ius Alfonſum Regem Aragonum Chriſti vicarius, diemque non modo ad cauſam de violato iure eccleſiaſtico, verum de inita etiam cum ſchiſmaticis ſocietate dicendam conſtituerat: quem cum decretoria ſententia percellere pararet, ille ſibi metuens pertinacem animum fregit ad pontificium imperium. Oratoribus igitur miſſis, vt procellam auerteret, pollicitus eſt, ſe legatum admiſſurum. Petro itaque Fuxenſi Cardinali data ſunt a Martino mandata, vt prouinciam ingrederetur, non autem in Aragonium, dum illius ad obſequium flectendi ſpes ſuper erat ſententiam latum iri, pro certo ſciret.

Pertinaciā fregit.

Petro tit. S. Stephani in Cælio monte presbytero Cardinali A. S. L.

Sentientes antea Regem Aragonum eſſe contentum, quod in regnum eius intrares, *& infra*, placet nobis, vt in Dei nomine ingrediaris prædictum regnum & officium legationis exerceas, illudeaſque perficere, quæ videbis ad ſtatum & honorem noſtrum & Eccleſiæ pertinere iuxta commiſſionem, quam tibi in receſſu tuo dedimus, regulando te etiam ſecundum ea, quæ poſtea hic cum regijs oratoribus tractata ſunt, de quibus per noſtras literas iuſſimus informari prudentiam tuam, vt plene ſit in agendis inſtructa. Cæterum quia videris dubitare, an ſit adhuc fulminata ſententia contra Regem vel de proximo fulminanda ſignificamus tibi, quod ad ſententiam non proceſſimus nec procedemus quandiu erimus in ſpe reductionis ſuæ, ad quam eum conetis inducere, ita vt aliquando ſentiamus eum facere vel feciſſe quod debet, nec ſemper promittere ſe facturum: nos enim ab ipſo non quærimus niſi honeſta & deuotioni ſuæ debita, cupientes eum benigne recipere in ſinu charitatis noſtræ pro bono Eccleſiæ, pro conſolatione & quiete animi noſtri, ac pro honore Regis ipſius & animæ ſuæ ſalute: ſcimus enim quod ſi perſeuerare voluerit in malo propoſito nocere Eccleſiæ poterit, & nocendo ſibi certe non proderit, ſed cum detrimento ſuo, læſione famæ, & animæ interitu laborabit. Verum ſi Deus, in cuius manu corda ſunt Regum, per miſericordiam ſuam inſpirauerit ſaniora conſilia, vt deponat odium, quod concepit, iniuſte contra nos, qui deſideramus eum fouere paterna beniuolentia & charitate, & abſtineat a perturbatione Eccleſię & oppreſſione eccleſiaſticę libertatis & alia faciat opera, quę digna ſunt Rege Chriſtiano, quanto ſibi erit hęc pręſens vita iucundior, & ſpes melior de futura quę omnia ſibi nota eſſe confidimus, & tua etiam circumſpectio demonſtrabit. Qualiter vero res ſuccedent, curabis nos tuis literis facere certiores. *Dat. &c.* [deeſt temporis nota, quæ præcedenti epiſtolæ ita adiecta eſt]: *Romæ apud SS. Apoſtolos VIII. idus Iulij anno X.*

Fuxen. Card. Aragoniam ingredi iubet.

Significat decretoriā ſententiam non latam.

Si in crimine perſtiterit, non niſi ſibi, Eccleſiæ, ſed ſibi profuturum.

21 Narrant pluribus geſtæ a Cardinale Fuxenſi legationis acta, vt is adulta æſtate Hiſpaniam Tarraconenſem ab Alfonſo Rege excitus peragrarit: tum pompam, qua Valentiam, vbi Rex morabatur, ingreſſus ſit: *Ingredienti*, inquiunt, *domino legato ciuitatem Valentiæ cum inſignijs legationis ſuæ obuiam ad mediam leucam vel circa primo canonici eccleſiæ Valentinæ cum ſolemni apparatu exiuerunt: paruumper per paululum epiſcopi Cathanenſis, Vicenſis, Gerundenſis, Elnenſis cum domino archiepiſcopo Terraconenſi, & pluribus abbatibus Ciſtercienſibus, ac doctorum & eccleſiaſticorum virorum multitudine copioſa eidem domino legato obuiam proceſſerunt. Inſuper nobiles conſiliarij rectores ciuitatis Valentiæ cum tubis conſtipati militibus pluribus & ciuibus nobilibus habitatoribus dictæ ciuitatis venerunt obuiam eidem domino legato. Superuenerunt denique arcubaliſtæ & vltra fores ciuitatem dominus Alfonſus Aragonum Rex illuſtris in perſona propria capite diſcooperto cum archiepiſcopo Vlixbonenſi regni Portugalliæ cum ſua regia familia obuiam venit eidem domino legato, reuerentiam impendit, oſculum ſibi tradidit, & partem dextram in progreſſu poſt plurimas reuerentias & inuitationes mutuas eidem domino legato renuenti aſſignauit, ipſumque cooperiri fecit etiam capella rubeo cardinalatus, dicto domino Rege capite diſcooperto cum præfato domino legato familiariter colloquente & in via verſus ciuitatem procedente vſque ad pontem portæ ciuitatis, vbi ab eodem domino legato, cum eſſet iam tarde & tranſiret hora prandij, petijt licentiam recedendi ad palatium ſuum, quod eſt extra ciuitatem, & ſic receſſit cum paucis. Dictus vero dominus legatus cum præmiſſis omnibus & proceſſionibus ſolemnibus infinito populo ſibi occurrente cum maximis honoribus in ciuitate Valentiæ & in cathedrali eccleſia cum cymbalis benſonantibus, in tympanis, tubis, & organis cum magno gaudio ſolemniter fuit receptus: & data benedictione ac indulgentijs in eccleſia, ad domum epiſcopalem adductus, & cum omnibus ſuis in eadem domo honorifice collocatus.*

Card. Fuxen. ſit in Arag. ingreſſus.

Extra ciuitatem obuiam illi factus Rex.

Nudo capite colloquitur cum legato cum pileum capite habente.

Effuſa publica lætitia.

22 Poſt hæc aliquam offenſionem animorum interceſſiſſe narrant acta; cum enim legatus die S. Bartholomæo ſacra propoſito edicto vulgaſſet, ſuum in iure dicendo adminiſtrum recurrente prima die lunæ pro tribunali cauſas eccleſiaſticas cogniturum, Alfonſus veritus forte ne a pluribus iniuſte a ſe vexatis in iudicium appellaretur, furore percitus contrario edicto vetuit coram eo controuerſiam vllam diſceptari. At legatus regias iras prudentia ſua permulſit, ac demum ad pactiones venit publicis hiſce tabulis conſcribendas: *In Chriſti nomine cunctis pateat euidenter, quod die lunæ intitulata vigeſima ſeptima menſis octobris anno a natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo in ciuitate Valentiæ intus regale palatium, & in quadam turri noua dicti palatij perſonaliter conſtitutis reuerendo in Chriſto patre domino Petro diuina prouidentia tit. S. Stephani in Cælio monte presbytero Cardinale de Fuxo vulgariter nuncupato ſedis Apoſtolicæ legato, & ſereniſſimo & potenti principe domino Alfonſo Dei gratia Rege Aragonum Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, comite Barchinonis, duce Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comite Roſſilionis & Ceritaniæ, de ordine, & mandato eorundem dominorum fuerunt per me Franciſcum Daryato ſecretarium dicti domini Regis lecta & publicata alta & intelligibili voce præſentibus infraſcripta capitula, quæ ſequuntur.* Affert primo poſtulata regia inferius a nobis breuiter perſtringenda, quibus ſedes Apoſtolica aſſentit: deinde eas leges fœderis adducit, quas ab ipſo legatus Cardinalis exegit.

Metuit ſibi a legato Alfonſus ne iuſtitiam adminiſtret.

Cum eo paciſcitur.

Primo, quod idem dominus Rex det operam efficacem, vt Aegidius & alij cum eo in caſtro Paniſcolæ Dertuſenſis diœceſis intruſi ad gremium Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, & ad obedientiam eiuſdem Sanctiſſimi domini noſtri domini Martini, veri & indubitati Ieſu Chriſti vicarij humiliter & deuote reuertantur, ſummeque ratum recognoſcant: paratus eſt enim idem dominus noſter ob Dei reuerentiam dictaque regiæ maieſtatis contemplatione eos ad obedientiam & ad vnitatem Sanctæ matris Eccleſiæ clementer recipere, benigne reconciliare, ac bene & charitatiue tractare: quod ſi Aegidius & ſequaces ſui præfati ad obedientiam animo induratio venire recuſent, idem dominus Rex dictum

Poſtulata legati.

Aegi-

Si perſiſt in ſuis papæ in pertinacia tradatur Pontifici.

Aegidium & omnes & ſingulos eius ſequaces & ſibi adhærentes in manibus ſeu poteſtate eiuſdem domini noſtri Martini, ſeu eius legati, aut alterius ad hoc ſpecialiter deputati reponat iuxta demerita puniendos. Et infra.

Vt edicta contra ius eccleſiaſticum publice antiquentur.

Secundo, quod omnia & ſingula edicta, inhibitiones, & conſtitutiones & decreta, pœnaſque & mulctas in eis adiectas contra eundem ſanctiſſimum dominum noſtrum eiuſque legatos eccleſia, ſedis Apoſtolica, ac perſonarum eccleſiaſticarum libertatem hactenus edita & promulgata ſolemniter & publice cum voce tuba per ciuitatem Valentia, ac ciuitates & loca ſua ditioni ſubiecta, tollat, reuocet, & annullet.

Permittat quæſtores pontificios ſuo munere fungi.

Tertio, quod permittat ſedis Apoſtolica collectores, qui pro tempore fuerunt, fructus, bona, & iura camera apoſtolica libere, quiete, & pacifice recipere, ac ſuo abſque contradictione vti officio, non permittendo eos ſeu eorum alterum in officij prædicti executione per ſe vel per alium, directe vel indirecte impediri aut vexari quoquomodo, tollendo & amouendo omnia & ſingula impedimenta, per eum ſeu alios hactenus appoſita.

Immunitatem eccleſiaſticam illæſam colat.

Quarto, quod eccleſiam Romanam & omnes alias eccleſias in regnis, & terris ſuis alijs vbique conſtitutis, perſonaſque eccleſiaſticas cuiuſcumque conditionis, ſtatus, aut præeminentiæ exiſtant eorum priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, franchitijs, ac omnibus alijs iuribus libere ac pacifice vti & gaudere faciat & permittat.

Pulſos eiectos reſtituat.

Quinto, quod omnes & ſingulos prælatos ac alias eccleſiaſticas perſonas ſuis dignitatibus, beneficijs, ſeu bonis alijs per ipſum ſeu alios de eius mandato ſpoliatas ad eaſdem dignitates, beneficia atque bona indilate plenarie reſtituat, & in eorum plena libertate & poſſeſſione pacifica reducat, eoſque a die finiendæ concordiæ in poſterum ſuarum dignitatum, beneficiorum, & aliorum bonorum fructibus, iuribus, & emolumentis libere & quiete vti & gaudere permittat.

A regno Neapolitano vexando abſiſtat.

Sexto, quod a vexatione & moleſtatione regni Apuliæ omnino deſiſtat: nam ſi eadem regia maieſtas aliquas ad eiuſdem regni Reginaue inſtantiam fecit impenſas, præſto ſe reddit præfatus dominus noſter cum Regina tractare præfata, vt iuxta poſſibilitatem ſuam eidem ſatisfaciat ſerenitati. Quod ſi forſan eadem celſitudo ius aliquod in regno prædicto prætendit, parata eſt ſua ſanctitas per perſonas neutri parti ſuſpectas iuſtitiam facere miniſtrari.

Cyprius Rex redemptus. *a Monſtrel hiſt. Gall. vol. 2.* *Boſius par. 2. lib. 5.*

23 Hoc anno Cyprius Rex Ægyptiaco carcere redemptus ducentis millibus ducalium nummorum ſultani vectigalem ſe profeſſus eſt a quinque millia annua in barbaricum ærarium inferre pollicitus. Quinquaginta millia referunt Poloni hiſtorici. Detracta illi fuiſſe ferrea vincula ſacro aſſumptæ Virgini die ſcribit Monſtreletus, atque a ſultano ad deſerendam fidem Chriſtianam ſollicitatum ita prudenter reſpondiſſe, vt ora ei obſtruxerit: proximo vero anno in regnum reuerſum exceptumque a ſuis honorificentiſſime, ac poſt Carolæ Reginæ mortem immunem ab omni impudicitia vitam traduxiſſe.

Miraculum ingens Virginis opera editum. *b Iuſt. Lypſ. in Virgine Hallen. cap. 20.* *Nominis loci & temporis circumſtantiæ.*

24 Hoc anno puer, qui miſere aquis obrutus fuerat, a parentibus diuinitus repertus, & nuncupato Deiparæ voto, ad vitam eſt reuocatus. Rem geſtam candide narrat Iuſtus Lypſius b: *Anno*, inquit, MCCCCXXVII. VII. *martij a Cantipratum pagus eſt in Cameracenſi tractu, atque ibidem religioſorum cœtus cum abbate. Vir inhabitabat, cui nomen Ioannes Bidaus, atque illi puer bimulus nomine Martinus. Dies dominicus erat, & vir cum vxore mane ſacris operaturi Chriſtiano more ad templum eunt. Emanent, & alibi apud amicos prandent, nec niſi a meridie ſecunda hora demum remeant. Statim prolem ſuam oculis & affectu requirunt (nominus parentes) Non reperiunt. Quærunt in vicinia, & ab ipſis vicinis ſi quis vidiſſet: negare omnes. Pater percelli & rogare, igitur ſeſe in quærenda adiuuent, ſicubi forte puer (nec longe tantillus poterat) aberraſſet. Eunt, reliquum diem illum & totam noctem quæſitioni donant. Addunt diem alterum in veſperam. Tum vicini deſperantes inuenire & bona fide alibi periiſſe arbitrati, patri valedicunt, & vt idem filiolo faciat, ſuadent. Domum quiſque ſuam redeunt: etiam pater ad mœſtam vxorem, eo vterque mæſtior, quod frigidiſſima forte tunc aura erat, nec tenellus puer ſub dio ſicubi eſſet poſſet ſubſiſtere. In hoc doloris æſtu ad diuam Virginem, quæ Hallis colitur, animum & preces pater vertit, & votum peregrinationis addit. Statim in ſomnum ſoluitur, & viſo monetur, quærere etiam puerum certo inueniendum. Luce orta vicinos iterum adit & rogat ſecum eandem operam dare. Haud facile inducuntur, &: Irritam, aiunt, ſpem foues; nonne biduum iam pene quæſiuimus? inuentus eſſet ſi eſſet; tamen inſtantem ſequuntur, & omnes agros, dumeta, foſſas ſcrutantur, donec ſub ipſam meridiem ad voraginem aliquam limo & aquis obſitam ventum. Pater inſtinctu aliquo interno: Et hic, ait, perquiramus. Illi negare puerum eo pedes tuliſſe, quo ægre ipſi poſſent. Eunt tamen: Ecce iacentem & cœno atque aquis obrutum reperiunt. Triſte ſpectaculum, nec audent tollere, nam ſponte aut caſu mortuos tangere niſi iudice permittente non licet. Ille igitur aduocatur. Venit: indulget, puerum deinde ad templum deferunt, mox (vt putabant) terræ dandum. Sed patrem ſpes non deſerit, & diua Virgo excitat, atque internum robur addit. In altari igitur prolem collocat ante ipſam diuæ illius ibi imaginem & prolapſus in genua calidis precibus lachrymiſque opem poſcit. Adſtabat turba hominum, ipſe abbas Cantipratanus Nicolaus, & puer (o mirum!) ſtatim vitam & vocem recipit, ſurgit cum patre, domum cum eodem mox Hallas venit, gratias acturi & laudes diuæ meritiſſimo propagaturi.*

Toto biduo ſuis parentibus.

Monetur votum virginis.

Monitus iterum quærit.

Extinctum in aquis reperiunt.

Deferunt ad altare Virginis.

Reuocatur ad vitam.

IESV CHRISTI
Annus 1428.

MARTINI PP. V. annus 11. SIGISMVNDI ROMAN. REGIS 18. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 5.

1 GEſta felici in Aragonia exitu legatione, Petrus tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyter Cardinalis anno Seruatoris milleſimo quadringenteſimo vigeſimo octauo indictione ſexta in Vrbem reuerſus literas Alfonſi Regis Aragonum beneuolentiæ atque officiorum ſignificationibus refertas, quibus Apoſtolicæ ſedi obedientiam deferebat, Martino reddidit: ex quibus ille ingenti gaudio ob reuocatum in Eccleſiæ gremium tantum Regem completus, paternis ſe ſtudijs ipſum proſecuturum eſt pollicitus a.

Rex Aragonum obſequi defert ſedi Apoſt.

a Lib. vlt. breu. pag. 141. & in alio lib. breu. pag. 67.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Aragonum Regi illuſtri, &c.

Pergratæ nobis fuerunt literæ tuæ, quas nuper accepimus de manu dilecti filij noſtri Petri tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyteri Cardinalis A.S.L. & pergrata relatio in earum ſententiam diſtinctius & copioſius in ſecreto conſiſtorio nobis facta de tua laudabili diſpoſitione, omni abolito rancore diſſidij, nobis & Eccleſiæ totis affectibus obſequendi; quo nihil poteramus audire iucundius: deſiderauimus enim hoc ſemper te habere

cum alijs Regibus Chriſtianis in filium, ſicut & noſtro & tuo honori conuenit, & ſperamus in Domino, qui auctor eſt pacis & inſpirator opportunorum conſiliorum, quod deuotio excellentiæ tuæ erga nos & Eccleſiam dietim magis ac magis augebitur, & per ſapientiam tuam depulſa penitus illa nubecula indignationis tuæ, quæ aliquandiu ſerenitatem tuam offuſcatam & iratam contra nos tenuit, conaberis ſemper ea facere, quæ ad honorem noſtrum & Romanæ eccleſiæ pertinebunt: & nos te viciſſim complectemur charitate paterna, ac in futurum vberior erit & dulcior vſus mutuæ noſtræ beneuolentiæ, qui fuit intermiſſus aliquo temporis interuallo, &c. Superiori epiſtolæ adiecta erat hæc loci & temporis nota. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos III. id. ſeptembris anno X.* Deinde agitatum eſt a de ſchiſmatis Aragonij abolendis reliquijs, ac ſingula ab Alfonſo petita mature ea-ſcuſſa ſunt.

a Acta leg. Card. Fuxen.

De pace Italica actũ

2 Perceptam a Pontifice probiſque omnibus ob ſedandi ſchiſmatis exploratas ſpes lætitiam cumulauit reſtituta pax Italiæ, quæ exitiali exarſerat bello. Incenſum id fuerat ex leui ſcintilla, duarum ſcilicet principum fœminarum Foroliuienſium ira, vt diximus; moxque aucta flamma corripuerat Florentinos, marchionem Ateſtinum, Venetos, Sabaudum, Genuenſes, ac Philippum Mariam Mediolanenſem ducem. Vt igitur illud reſtingueret Pontifex, cum Veneti eorumque fœderati ſecundis ſucceſſibus confirmati duriores leges duci Mediolanenſi imponerent, Nicolaum Albergatum Cardinalem legatum ipſos monere iuſſit b, ni pacem admitterent, Sigiſmundum Regem Romanorum, qui ſuperiori anno Philippo Mariæ Mediolanenſem principatum iure beneficiario contulerat c, a ſe in Italiam excitum iri, qui ipſos repreſſurus, iuriſque cæſarei vrbes armis repeturus eſſet. Nauata eſt adeo ſtrenue opera a Nicolao Cardinale, vt die XVIII. aprilis huius anni pax conciliata ſit, de qua factus certior Martinus grates ei egit hiſce literis d.

Veneti & Floren tini in ea dura acerbio res.

b Lib. vlt. breu. pag. 118.

c Cauitel. in Crem. annal

Compoſita pax p. n. Nicolao Alberg.

d Lib. breu pag. 57.

Nicolao presbytero Cardinali S. Crucis in Ieruſalem A. S. L.

Dilecte fili ſalutem, &c. Recepimus tuas literas, quibus ſignificas nobis pacem concluſam eſſe inter dilectos filios nobilem virum ducem Mediolani ac Venetos & Florentinos; ex quo immenſam in Domino lætitiam ſuſcepimus. Benedicimus Deum & ei gratias agimus pro hoc tanto bono, tamque optato a nobis. Tuum autem plurimum commendamus ſtudium & prouidentiam tuam, cuius maxime cura & opera hæc pax facta eſt; ita enim ferunt omnes tua ſolicitudine & induſtria pacem ſecutam eſſe; qua in re & Deus ſumme laudandus eſt huius boni largitor, & tibi gratiæ agendæ. Verum circa hoc nil amplius ſcribimus ad præſens, expectantes a te literas, quibus explicentur particularius nobis conditiones pacis. *Datum XXVII. aprilis anno XI.*

Pacis leges præcipuæ,

3 Porro in has leges pax conuenit e, vt Philippus Maria, quem bellum propagandæ ditionis ſpe mouiſſe vidimus, Imolam ac Forumliuij reſtitueret Pontifici, ac Brixiam & Bergomum pluresque Cremonenſis agri arces Venetis dimitteret, iuſſuſque eſt ab Etruria & Bononia affectandis abſtinere: quibus pactionibus debilitatæ ſunt admodum eius vires, quæ finitimis tantum terrorem iniiciebant. Ne igitur hoſtium numero obrueretur Philippus, cum etiam res Genuenſis fluctuaret, nec Romanorum Rex Bohemico & Turcico bellis implicitus ſuppetias facile ferre poſſet, dictis legibus

e Diar. Venet. m. s. S. Anton. 3. par. tit. 22. c. 8. §. 9. [illegible] 10. lib. 2. [illegible] lib. 6 Bern. Cor. & alij.

ſe ſubiecit. Veneti vero, quamuis in Italia eorum votis felices reſponderent euentus, tamen aſſenſere, quod ipſorum orientalem ditionem euaſtarent Turcæ, in quos vertenda eſſe arma Martinus duci Veneto conſuluit a.

Sollicitat Venetos vt vertant arma in Turcas.

a Lib. breu vlt. pag. 68.

Ad ducem Venetiarum.

Per Dei gratiam habemus eam pacem, ex qua ſperamus reprimi poſſe audaciam infidelium, qui ſentientes ciuitatem tuam, a qua vna facile poſſent impediri eorum conatus eorum occupatam eſſe in bellis Italiæ, Chriſtianas inſulas inuadere & alia inferre fidelibus detrimenta præſumebant; nec erant, qui occupatis tuis in hoc bello reſiſterent: quare, fili dilecte, referimus gratias Deo, qui exaudiuit humiles preces noſtras, & ſua ineffabili benignitate conceſſit, vt faceremus hanc pacem neceſſariam Italiæ & vtilem vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ. *Dat. &c.*

4 Conciliati etiam fuere b duci Mediolanenſi præter Venetos Florentini, quibus ea de re Pontifex eſt gratulatus c: *Dilecti*, inquit, *filij nihil iucundius neque gratius aures noſtræ audire potuerunt, quam quæ in veſtris litteris continentur pacem ſcilicet concluſam eſſe & firmatam inter veſtros Venetorumque legatos & ducem Mediolani, quod ita nobis placuit, vt nil magis hoc tempore poſſit placere. Agimus gratias omnipotenti Deo, qui tandem preces noſtras exaudire dignatus eſt.* Extant aliæ ad eoſ eodem argumento datæ literæ, quibus ſtudia ſua ad augendam tuendamque publicam illam rem pollicetur d.

b Leonar. Aret. in lib. rer. Ital. ſuo tempore geſtorum S. Anton. 3. par. tit. 22. & c. 8. §. 9. & alij.

Promiſſa pontificia ſtudia Florentinis.

c Lib. 9. breu. ead. pag. 49. & in alio breu. pag. 57.

d Eod. l. 9 pag. 50.

Pro conſeruatione, inquit, *& ſtatu ciuitatis veſtræ, quam loco peculiaris filiæ habemus, ſi quid eſt, quod cum Deo & honore noſtro facere poſſimus, requirite nos cum ea fiducia, qua filij parentes ſolent: reperietis enim nos non ſolum promptos, ſed feruentes ad omnia, quæ concernant aut honorem veſtræ reipublicæ, aut eius conſeruationem.*

Difficiles exercitus.

Cæterum haud paruum imminebat periculum, ne cum diſſoluerentur Mediolanenſium Venetorum ac Florentinorum exercitus, plures militares copiæ rapto viuere ſolitæ vel in citeriorem Siciliam, vel in ditionem eccleſiaſticam ſe inferrent; quibus vt omnia intercluderentur itinera hæc Martinus ad legatum Bononienſem ſcripſit e: *Quia prouidendum eſt nobis ad quietem noſtram & regni, volumus & mandamus tibi, vt ſi quæ gentes armorum, quæcumque fuerint, vellent ire verſus has partes, aut regnum, nullo modo des eis tranſitum, aut ſaluum conductum; ſed omnino prohibeas, quoad potes, niſi a nobis aliud habueris ſpecialiter in mandatis.* Dum pontificia iuſſa exequitur legatus in maximum repente diſcrimen adductus eſt extrema iulij die, vt refert diarij m. s. Veneti auctor f coorta enim Bononiæ ſeditione Canetuli tyrannidẽ occupauere: vt vero Bononienſes longa obſidione a Dominico Capranica eccleſiaſtici exercitus præfecto attriti proximo anno interprete concordiæ duce Venetorum conciliati ſint Pontifici, dicetur inferius.

e Ibid. pag 49.

Canetuli tyrannidẽ Bononiæ corripiunt.

f Diar. Venet. Io. Bapt. Pogg. in vit. Carol Firman. Pig. lib. 6. & alij.

Addit idem auctor de orientalibus rebus, Turcicam in dies auctam fuiſſe potentiam g ac duas naues Venetas prope Callipolim vigeſima quinta auguſti die interceptas a barbaris, eoſque exſcenſu in terram facto Cretam inſulam vaſtare aggreſſos; at demum magna clade fuiſſe deletos; qui felix nuntius vigeſimo primo decembris Venetias perlatus fuit. Nec modo inſulas Mediterranei maris vexabant, verum in Europæ continente latius limites proferebant, ac Gobe iamiam arcem a proditore, cui nomen erat Roſcius, accepere g: ad quam recuperandam Sigiſmundus Rex cum exercitu prouolauit; ſed cum Omarath idemque dictus

Creta vaſtata a Turcis.

g Michou. l. 4. c. 52 Crom. rer Polonic. l. 19. & alij.

Ca-

Sigiſmundi copiarum pars a Turcis fuſa.

Zauiska dux perire cum ſuis quam eos deſerere maluit.

Calapinus Turcarum tyrannus immineret, maiorem copiarum partem trans Danubium traduxit, parte alia in litore aduerſo deſtituta expoſitaque hoſti, cum excipiendis ijs nauium par copia non eſſet: miſit autem & ſcapham ad Zauiskam Nigrum egregium ducem; ſed is in eam conſcendere detrectauit, maluitque mortem oppetere, quam ſuos deſerere, obuiamque hoſti procedens mox circumfuſus captusq; ab illis eſt & capite truncatus, ſocijs barbarico ferro conciſis. Coniecit eius cladis culpam Sigiſmundus in Vuladislaum Regem Poloniæ, cuius promiſſus equitatus ſibi defuiſſet, indeque odia excitata.

In Bohemos decretum a Germanis bellum.

5 At hæretici Bohemi animos extulere atque ad pertinaciam obfirmarunt: ad quam frangendam acti ſunt celebres Francofurti Germanorum principum conuentus, in quibus decreta eſt in illos expeditio eoúſque vrgenda, donec penitus edomiti eſſent: qua de re ad Ludouicum Bauariæ ducem datæ a Pontifice literæ [a], additique ſtimuli, vt copias aduerſus impios contraheret.

a Lib. breu. pag. 140

Dilecto nobili viro Ludouico duci Bauariæ comiti palatino Rheni.

Dux Bauar. in hæreticos concitatur.

Recreati ſunt ſpiritus noſtri ex his, quæ nuper accepimus in proxima congregatione apud Francofordiam contra Bohemos hæreticos in eorum exterminium conſtituta, & ordinata fuiſſe per te & reliquos electores imperij vna cum dilecto filio noſtro Henrico Cardinale Angliæ A. S. L. quos merito pro tam ſalubri deliberatione & tam ſano, ac ſancto conſilio laudibus dignis extollimus & commendamus in Domino, nobilitatem exhortantes tuam, vt vna cum eis, quæ per vos prudenter deliberata ſunt, ſtudeas cum omni ingenio atque conſtantia operari, vt executioni mandentur; nam ſi tu & ipſi deficeretis circa efficacem executionem huius concilij, ludibrio eritis apud omnes Chriſtianos, quia ſapienter conſulere & prouidere, & prouiſa non exequi & adimplere nihil prodeſt, ſed vanitas inutilis ab omnibus reputatur. Igitur, fili dilecte, per te & alios electores & principes nationis Germanicæ laborandum eſt, vt aliquando conſiliorum veſtrorum æquis laudabilis & dignus effectus appareat, vt deleatur hæc macula, per quam nationis eiuſdem, & præſertim Alamaniæ denigratum eſt decus, tam longo tempore tantum opprobrium ante oculos, ac pene in ſinu & viſceribus tolerando, & cum exercitibus validis toties congregatis, præcipue æſtate nuper elapſa, Bohemiam in ſua hæreſi relinquendo; cum tamen hæretici nunquam fuerint aut militari virtute aut multitudine gentium cum fidelibus illarum partium comparandi: quod dedecus nunquam videtur deleri poſſe niſi æſtate proxime futura, quæ nuper ſunt prudenter inſtituta Francofordiæ adimpleantur conſtanter & fortiter, ita vt omnis Chriſtianitas hac vice cognoſcat, prætatis principibus, nec in deliberando conſilium, nec in exequendo deeſſe virtutem. *Dat. &c.* Conceptæ [b] ſunt iiſdem verbis literæ ad Fridericum marchionem Brandeburgenſẽ, qui ſacri exercitus dux creatus fuerat; adiecta vero adhortatio, vt ſuſceptam ex capta anno ſuperiori turpi fuga maculam egregijs factis deleret.

Marchio Brand. debuit exercitus dux creatus.

b Lib. breu. pag. 141.

Fæcialis ad vir. ſte in hæreticos capiendam.

6 *Martinus, &c.* Quoniam intelleximus te in dicta congregatione ſimul cum filio noſtro Cardinale Angliæ legato electum fuiſſe exercitus fidelium ſupremum capitaneum, lætamur plurimum, & electionem huiuſmodi commendamus, ſperantes pro tua prudentia & ſtrenuitate & rerum experientia, quod illa negotia, auxiliante Domino, feliciter dirigentur; in quo ſancto opere toto animo ſic virtutem exerceas tuam, & ſic diligenter incumbas, vt nonnulli, qui propter ignominioſum receſſum exercitus proxima æſtate factum de te obloquuti ſunt, imputantes tibi non mediocrem culpam illius ignominiæ, quod multis ex cauſis grauiter ferebamus, cogantur mutare ſermonem, & te falſo fuiſſe diffamatum euidenter oſtendas. *Dat. &c.* Extant etiam datæ ad eũdem marchionem Brandeburgenſem literæ nulla temporis nota conſignatæ a nobis non prætermittendæ, quibus cõqueritur, Regis Poloniæ adminiſtros Sigiſmundi Koributi in Bohemiam profectionẽ excuſaſſe, quaſi ad Bohemos ab impietate remouendos miſſus eſſet; cumq; ij in pertinaci mentis duritie perſiſterent, ſperaſſe ſe, Koributum in Poloniam retractum iri: moneri itaque a ſe Vuladislaum Regem, ac Vuitoldum Lituanum, vt excurrente bimeſtri illum ex Bohemia reuocarent [a].

Queritur Pontif. Sigiſmundum miſſum fuiſſe in Bohemiam

a Lib. vlt. breu. pag. 45.

Martinus, &c. Quia nobis per nonnullos ex ſeruitoribus & beneuolis præfatorum, [nempe Vuladislai Poloniæ] & ducis [ſcilicet Alexandri Lituaniæ] aſſerebatur eumdem Sigiſmundum fuiſſe tranſmiſſum cauſa reuertentis prædictorum hæreticorum, ſtetimus expectantes euentum, nec ad vlteriora proceſſimus; ſed poſtea, cum de reductione nil fieret, nobis ſpes indubia aſſerebatur de ipſius Sigiſmundi reuocatione: ſed cum videamus eumdem non reuocari, ſed perſiſtere & immorari in ſubſidio hæreticorum, amplius tolerare non potuimus, quin pro debito ſummi apoſtolatus officio aliter moneamus eoſdem Regem & ducem, vt ipſum Sigiſmundum infra terminum duorum menſium a die præſentationis literarum noſtrarum computanda debeant reuocaſſe: quarum literarum latorem cum præſentibus ad te dirigimus, nobilitatem tuam rogantes, vt ipſum velis vltra dirigere ad eoſdem Regem & ducem cum vno notario, qui fidem faciat nobis in ſcriptis de prædictarum literarum præſentatione, vt poſſimus cum obſeruatione iuſtitiæ & honoris noſtri, ſecundum quod erit expediens, prouidere. *Dat. &c.* Ad comparandum porro in Bohemici belli ſumptus ſubſidiarium aurum indictæ ſunt decimæ, vt literæ [b] ad Carolum Regem Francorum miſſæ referunt.

Monitus Rex Polon. vt eum reuocet.

b Lib. 9. breu. pag. 50.

Fraticelli in Piceno graſſantur.

c Lib. 6. ep. cur. pag. 25.

7 Dum Bohemi aperto furore graſſabantur, iterum Fraticelli clandeſtinis inſidijs illaqueare ſimplices animas nitebantur, ad quos coercendos epiſcopo Anconitano data ſunt mandata [c], vt in eos animaduerteret.

Venerabili fratri Aſtorgio epiſcopo Anconitano in prouincia marchiæ Anconitanæ pro nobis & Romana Eccleſia locumtenenti ſalutem, &c.

Nuper ad audientiam noſtram fidedigna relatione peruenit, quod in caſtro Magnalatæ Æſinæ diœceſis nonnulli hæretici Fraticelli de opinione vulgariter nuncupati, qui per prouinciam noſtram marchiæ Anconitanæ in mentibus hominum non ſanam doctrinam, ſed hæreſes & errores & falſa dogmata ſuggeſſerunt, & in dies ſuggerere ſtudent, principale eorum receptaculum habuerunt, & in dicto caſtro hodierna die ab illius incolis & habitatoribus huiuſmodi errorum & hæreſum, ſicut nobis innotuit ex fidedigna relatione multorum, labe infectis ſimiliter receptantur in periculum Chriſtifidelium animarum & exemplum deteſtabile plurimorum.

Nos igitur, attendentes quanti poſſit eſſe diſcriminis fidelibus populis conuicinis dictæ prouinciæ, qui ambulant in via Domini, ſi nidus & receptaculum ipſorum Fraticellorum hæreticorum

in

Digitized by Google

in dicto caſtro funditus non tollatur, ac ſolo æquetur; & proinde attendentes, quod legitur de hæreticis in diuerſis ciuitatibus, terris, caſtris, & locis commorantibus, ibi: *Incendes ciuitates eorum igni, nec erit ibi habitaculum in æternum*; & propterea præmiſſa debita conſideratione penſantes, habitaque ſuper ijs deliberatione matura, quantum materia requirebat, volumus & fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, vt dictum caſtrum Magnalate & eius arcem, ſi quam habeat ad terrorem & exemplum perpetuum aliorum caſtrorum & locorum dictæ prouinciæ, ne de cætero tales hæreticos Fraticellos receptare aut eis præbere conſilium, auxilium, vel fauorem per ſe vel alios audeant vel præſumant, ex toto mandes & facias demoliri, prouiſuris quod nullum ibidem de cætero ædificium vel domicilium conſtruatur; & tempore demolitionis huiuſmodi virum religioſum inſtituas ad prædicandum inibi verbum Dei, qui populos de cauſa demolitionis prædictæ ſapienter inſtituat & informet: & deinde, poſtquam dictum caſtrum demolitum & ſolo æquatum fuerit, vt præfertur, conuocatis aliquibus magiſtris in theologia & doctoribus iuris canonici vel ciuilis, & aliquibus religioſis viris; & illis tibi in hoc aſſiſtentibus & conſulentibus, pueri patrum hæreticorum ſegregentur ab eis, & procul mittantur, ne hæretica labe poſſint infici quoquo modo. Maiores autem ex habitatoribus & incolis dicti caſtri interrogentur ſuper hæreſi dictorum Fraticellorum, in qua ſi obſtinati & induratis animis perſeuerent, puniantur ſecundum canonicas ſanctiones: ſi vero pœnitere voluerint, & præmiſſam hæreſim abiurare, tunc qui in dicto errore fuerint principales & magis peruerſi ad aliorum terrorem ad perpetuos carceres deputentur, & ſi bene ſe habuerint, in futurum miſericorditer agetur cum eis ex benignitate ſedis Apoſtolicæ, quæ nulli cum pœnitentia redeunti gremium claudit miſericordiæ & pietatis ſuæ. Inſuper innocentes & etiam multum ſimplices, ſi qui ſint inter habitatores & homines dicti caſtri, diuiſim locentur in terris conuicinis, vt colere poſſint agros ſuos de territorio dicti caſtri: aliorum autem hæreticorum prædia tanquam confiſcata ad Romanam eccleſiam decernimus pertinere, quorum partem iuxta tuam & ipſorum conuocandorum aſſiſtentium tibi magiſtrorum, doctorum, & religioſorum diſcretionem, prudentiam, & arbitrium illis innocentibus applicari volumus propter damnum eis illatum ex demolitione prædicta, quodque omnes illi, qui manifeſte fuerint hæretici, ſiue alij tanquam de hæreſi vehementer ſuſpecti, abiurent prædictam hæreſim omnemque hæreticorum conuerſationem & fautoriam iuxta decreta ſanctorum patrum & canonicas ſanctiones. Propterea placet nobis, quod aliquibus principibus dicti caſtri terror tormentorum incutiatur &, ſi opus fuerit torqueantur, vt reuelent ſi quos in prouincia prædicta vel alibi ſciant, ſentiant, & cognoſcant præfata hæreſis labe infectos, vel occulte exiſtant, vt pro illorum reductione, ac punitione, ne inficiant alios, poſſit ſalubriter prouideri. Et ſimiliter pro libris dictorum Fraticellorum & pro extirpandis eorum reliquijs, ſi quæ remanſerint, per totam prouinciam inquiri & inueſtigari facias diligenter, deputando vbique prædicatores idoneos inſtructos in ſacra pagina, qui de mentibus oberrantium hæreticas opiniones euellant, & ſanam doctrinam illos edoceant, & per rectam viam mandatorum Dei & eccleſiæ ſuæ incedere moneant, inſtruant, & informent.

Magnalata caſtrum dirutum ob eos receptos.

Excidium caſtri promulgari iuſſum.

Pueri a parentibus hæreticis ſegregari iuſſi.

Propoſita venia hæreſim damnantibus.

Prædia hæreticorum fiſco tributa.

Tormentis hæretici interrogari iuſſi.

8 Cæterum attendentes quia iam diu dicti Fraticelli aufugiſſent de præfata prouincia, niſi haberent occultos receptatores & fautores eorum, qui eos ſuis ſecretis præſidijs & fauoribus manutenent, ſuper quibus etiam noſtra intereſt, quantum cum Deo poſſumus, de opportuno remedio prouidere, ſimiliter volumus & mandamus, vt vniuerſis & ſingulis vicarijs noſtris in temporalibus deputatis, nec non communitatibus, vniuerſitatibus, & ſingularibus quibuſcumque perſonis ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum quorumlibet dictæ prouinciæ ſub priuatione vicariatuum & excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſque grauiſſimis ſententijs, cenſuris, & pœnis ſpiritualibus & temporalibus, a iure vel ab homine promulgatis contra eos, qui contra fecerint infligendis, auctoritate noſtra mandes atque prohibeas, ne dictos hæreticos Fraticellos per ſe vel alios, publice vel occulte, in ciuitatibus, terris, caſtris, & locis prædictis ſub quouis quæſito colore receptent aut receptari faciant vel permittant, nec illis miniſtrent aut præſtent quouis modo auxilia, conſilia, vel fauores: volentes quod contra tranſgreſſores mandatorum noſtrorum, & ad publicationem pœnarum, in quas illos vel eorum aliquem incidiſſe cognoueris, eadem auctoritate procedas atque declares, prout illorum temeraria præſumptio exiget & requiret, in eas ſententias, cenſuras, & pœnas in tuis contentas proceſſibus incidiſſe. Demum de omnibus, quæ geſſeris in præmiſſis, nos prouideas per tuas literas informare, vt ad vlteriora, ſi neceſſe fuerit, pro ſalute animarum fidelium ſuadente iuſtitia, auctore Domino, procedere, prouidere & conſulere valeamus. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos kal. iunij pontificatus noſtri anno* XI.

Statuit aduerſus receptores Fraticellorum.

9 Hoc anno dux Betfordiæ Gallici regni pro Henrico, puero adminiſtrator ius eccleſiaſticum labefactare & euertere niſus eſt; omnia enim bona, quæ eccleſijs Gallicanis quadraginta annorum ſpatio collata, ac diuino cultui conſecrata fuerant, in regium ærarium inferri iuſſit, ad perſoluenda ſcilicet militibus ſtipendia, vt eccleſias Gallicanas omni maleficiorum genere excinderent funeſtarentque. Habitis ſæpius ea de cauſa pluribus conuentibus, demum academia Pariſienſis tantum ſacrilegium magno labore diſcuſſit. Neque iuuit Anglos eccleſiarum rapinis res ſuas auxiſſe: cum enim maxime effloreſcerent, ad eas proterendas concitata hoc anno eſt diuinitus, vt creditum eſt, Ioanna virago ex oppido, cui Dromy nomen eſt, inter Burgundiam & Lotharingiam ſito oriunda, quæ ad Carolum Chinone agentem, atque ob afflictas res ſuas mœrore preſſum (cingebatur enim tum ab Anglis ingenti obſidione Aurelia, miſſæque b ſubſidio copiæ ab hoſtibus profligatæ fuerant). ſe contulit c, profeſſa miſſum ſe a Deo, vt ipſum in auiti regni poſſeſſionem reſtitueret, Angloſque, inique Gallias populantes pelleret. Perculit rei inſolentia Regem ac proceres, viſumque initio inanibus deluſam præſtigijs: at excuſſa multis interrogationibus a theologis, cum apte reſponderet, fidem promeruit. Non alia eam, quam de Deo feciſſe verba tradit Monſtreletus, vt diuino Spiritu inſtinctam audientes putarent. Militari induta cultu Chriſti imaginem vexillo depingi atque in ſcuto duo lilia adumbrari voluit; quam plures milites bello clariſſimi ſunt ſecuti. De ea hæc refert Ioannes Gerſon d egregius theologus: *Tulit me Dominus, cum ſequerer gregem, & dixit mihi: Vade & propheta ad populum meum Iſrael*

Angli Gallicanas eccleſias diripere conati.

a Monſtrel vol. 2. pag. 38.

Ioanna virago in Anglos diuinitus concitata.

b Monſtrel lib. 2. pag. 41.

c Id. ibid. pag. 42.

Chriſti imaginem in vexillo pinxit.

d Io. Gerſ. lib. 2. in fin.

Amos

Amos VII. Populus Iſrael populus regni Franciæ non incongrue poteſt ſpiritualiter nuncupari, quem fide Dei & cultu Chriſtianæ religionis notum eſt ſemper floruiſſe. Ad huius regni filium quædam iuuencula paſtoris cuiuſdam filia, quæ & ipſa gregem ouium ſequuta fertur, acceſſit aſſerens ſe miſſam a Deo, quatenus per ipſam dictum regnum ad eius obedientiam reducatur. Ne autem ipſius aſſertio putetur temeraria, etiam ſignis ſupernaturalibus vtitur, ſicuti reuelare occulta cordium, & futura contingentium præuidere. Refertur inſuper, quod ſit raſa capite ad modum viri, & volens ad actus bellicos procedere veſtibus & armis virilibus induta, aſcendit equum: quæ, dum in equo eſt, ferens vexillum ſtatim mirabili viget induſtria, quaſi peritus dux exercitus ad artificioſam exercitus inſtitutionem. Tunc quoque ſui efficiuntur animoſi. E contra vero aduerſarij timidi quaſi viribus deſtituti. Vbi autem de equo deſcendit, ſolitum habitum muliebrem reaſſumens fit ſimpliciſſima, negotiorum ſæcularium quaſi innocens agnus imperita. Fertur etiam quod vixit in caſtitate, ſobrietate, & continentia Deo deuota, probibens fieri occiſiones, rapinas, cæteraſque violentias omnibus his, qui ad dictam obedientiam ſe volunt exhibere. Propter hæc ergo & ſimilia ciuitates, oppida, & caſtra ſe ſubmittunt, regio filio fidelitatem ſibi promittentes. Tradit Nicolaus Ægidius [a] B. Virginem regni Gallici patronam illi ſe videndam ſæpius præbuiſſe, dum paternum gregem paſcebat, ac præcepiſſe, vt Francorum regnum liberaret. Vt vero, illa duce, Angli ab Aureliæ obſidione depulſi, muniriſſimiſque propugnaculis deiecti fuerint, proximo anno dicetur.

Veſtita ab ea, arg. mil. [illegible] aucto[r]itatem inuſitatam

a Ægid. in chron. Car. VII.

10 Hoc interim ſpatio miles Gallus, qui ſeruitutem ab Anglis addictus fuerat, atque in puteum demiſſus, ne fugam capeſſeret, cum ſe B. Virginis clientelæ commendaſſet, eius vi trium milliarium interuallo, dum dormiebat abreptus & in libertatem vindicatus eſt; quam hiſtoriam narrat ſubiectis verbis Iuſtus Lipſius [b]: *Anno MCCCCXXVIII. Guillelmus Moſterius Picardus gerte, non bona ſua ſorte in Pictaniæ fines venit negotij cauſa: bellum autem ea tempeſtate Anglis cum Gallis vetus & diuturnum erat, imperabatque Rege tunc Galliæ Carolo VII. incidit igitur in Anglorum manus, & captiuus abducitur in oppidum S. Michaelis, ac decem circiter menſes detinetur: nam redemtas, quas ab eo poſcebant octoginta aureorum, homo fortunæ modicus expedire non poterat, neque ſpes erat: ſed nec fraude aut vi euadendi, quoniam in puteum profundum demiſerant, atque etiam pede vtroque boys illigatum habebant. Dum igitur mœſtus & anxius iacet, ac forte panis fruſtum comedit, quod ſuperne deiecerant, venit in ei tenuis memoria & affectus erga diuam Hallenſem Virginem, cuius nomen & cultus tum in Picardia frequens etiam erat. Itaque toto corde eam inuocat, & a ſqualore, pædore, ac tenebris illis liberari ope eius optat. Preces vix fuderat, ſomnus eum molliter amplectitur: & mane cum expergiſcitur (res ipſi & nobis ſtupenda) videt ſe liberum a vinculis & carcere & tribus adeo milliaribus ab ipſo oppido S. Michaelis abiunctum. Dum miratur, gaudet, & vix credit, ecce Angli equites adueniunt præfectorum & nobilium aliqui: a manus hominem iacentem in agro vident, & ipſi quoque mirati accedunt. Erat inter eos centurio Tourneboluus nomine, qui agnoſcit. Tune captiuus noſter ille es? vnde huc? qua vi, fraude, arte? Guillelmus ex gaudio iterum confuſus: Domine vera audi, inquit: nec fraus, nec vis mea aut aliena huc adduxit, & arcta cuſtodia (noſti ipſe) eduxit. Diuæ Virginis hoc totum eſt, ad quam preces equidem fudi, & illa ignarum, ac dormientem huc tranſuexit. Rem*

b Iuſt. Lipſ. Virg. Hallen. cap. 23

Captiuus in puteum ab Anglis demiſſus.

Dum dormit trium milliarium interuallo raptus.

vides, crede & cæleſti beneficio tu quoque ſuffragator accede. Tetigit hominem religio, itemque alios, dimittunt, re tamen explorata, atque diploma, quo ſecurior tranſeat donant, eoque miraculum conſignant, cuius ſe auctores & teſtes profitentur. Id ipſe Moſterius Hallas ſecum tulit, atque ibi liberatricem Diuam merito eſt veneratus.

Hoſtium opera Romanorum res conſignata.

11 Narrat idem auctor, inſigne aliud miraculum hoc anno editum in puero, qui cum ex materna aluo mortuus prodiiſſet, terræ mandatus, decimo quinto poſt die refoſſa tellure viuus repertus eſt B. Virginis opera, quam nuncupato voto mater deprecatricem apud diuinam miſericordiam delegerat, ita ſacroſancto baptiſmo expiatus, paulo poſt extinctus in cœlum migrauit.

Puer Virginis ope ad vitam reuocatus.

a Id. ibid. cap. 21.

IESV CHRISTI
Annus 1429.

MARTINI PP. V. annus 12. SIGISMVNDI ROMAN. REGIS 19. IO. VII. PALÆOL. IMP. ORIEN. 6.

1 EXtinctis diuturni ſchiſmatis, quo Eccleſia Dei annis iam quinquaginta & eo amplius vexata fuerat reliquijs, felix affulſit annus a Virgineo partu milleſimus quadringenteſimus vigeſimus nonus indictione ſeptima: cum agitatæ anno ſuperiori Alfonſum Aragonum Regem inter, ac Martinum Pontificem Petro tit. S. Stephani in Cœlio monte presbytero Cardinale Fuxenſi auctore & interprete fœderis leges confirmatæ fuerunt: profectus ille iterum apoſtolico iuſſu in Hiſpaniam citeriorem duodecima maij die a clero, ac populo, tum ab Alfonſo Rege extra Barcinonem obuiam egreſſo honorificentiſſime exceptus eſt: cumque concordiæ vinculum inter Regem ipſum ac Pontificem omni ſtudio ac ſolicitia iungere niteretur, ab ipſo Rege varia diffugia captante aliquandiu deluſus eum a conuentionibus diſcedere dolebat; cum cœleſti illius afflatu, in cuius manu corda ſunt Regum, Alfonſus ſumma omnium admiratione, ac gratulatione confectas pactiones ſolemni dicto ſacramento admiſit, ac duos egregios & auctoritate inſignes viros Paniſcolam ſe conferre cunctaque ex legati apoſtolici arbitrio componere iuſſit. Eo itaque operam dante die S. Annæ ſacro vigeſimo ſexto iulij Ægidius Munio antipapa pontificalis ornamenta dignitatis ſpectantibus omnibus poſuit, ad excuſandum patratum antea facinus teſtatus, ea ſe accepiſſe, vt ſublato voluntaria abdicatione ſchiſmate, pax optata Eccleſiæ reſtitueretur. Deſertum ita tandem ſchiſma eſt, cum a Roberto Gebennenſi, qui ab antipapatu Clementis VII. nomen traxerat, intruſo XXI. ſeptembris anni MCCCLXXVIII. vſque ad XXVI. iulij diem huius anni, qua Ægidius a ſuis Clemens VIII. nuncupatus antipapalem cultum exuit, vnum & quinquaginta fere annos tenuiſſet. Qui autem a pſeudopontifice in ſchiſmate abolendo abijciendaque dignitate ſeruati ſint ritus, ex actis Cardinalis Fuxenſis legati repetemus.

Fuxenſis Cardinalis in Aragoniam profectus.

Munio antipapatu ſe abdicat.

Schiſmati annus quinquageſimus primus hoc modo impoſitus.

2 *Dominus* [b] *Ægidius in ceſſione publica indutus papalibus inſignijs in caſtro Paniſcolæ die S. Annæ prædicta primitus & ante omnia pro ſerenitate conſcientiæ ſuæ & ſuorum ſequacium, vt dixit, publice & ſolemniter omnes proceſſus, ſententias, fulminationes & cenſuras, depoſitiones, inhabilitationes, per ſuum prædeceſſorem olim Benedictum Papam XIII. in ſua obedientia nuncupatum & ipſum in ſuo prætenſo pontificatu contra omnes & ſingulos eius non obedientes, & ſpe-*

Quo ritu antipapatus depoſitus.

b Acta Car. Fuxenſis.

Digitized by Google

ſpecialiter contra dominum Odonem de Columna, quem ſecundum eorum opinionem reputabant antipapam & ſchiſmaticum, & omnes ſibi adhærentes ſocios pronuntiatos & fulminatos verbo & in ſcriptis, per ſuas literas, & ſuas prætenſas bullas plumbeas, expreſſe & ſpecialiter reuocauit, & omnes illos, qui præfato domino Odoni adhæſerant & obedierant, & ſpecialiter ipſum dominum Odonem de Columna ad omnes dignitates & honores ſpecialiter ad papatum, motu ſuo proprio habilitauit, reſtituit, & reintegrauit. Deinde idem dominus Aegidius ibidem ſolemniter propoſuit coram omnibus, qualiter poſt obitum ſui prædeceſſoris olim Benedicti XIII. electus ab ibidem præſentibus ſuis fratribus prætenſis Cardinalibus papatum recepit non ad alios fines, quam ad hoc principaliter, vt per eius medium Dei Eccleſiæ vera & indubitata vnio ſequeretur & ceſſaret, & extirparetur omne ſchiſma: & iam a primis diebus ſuæ nouæ aſſumptionis ad apoſtolatum veraciter geſſit in animo & diſpoſuit, ac firmauit pro tanto bono vnionis Eccleſiæ Dei ſponte & liberaliter ſe velle renuntiare dignitati, officio, ac honori papali, quod vtique iam diu feciſſet, vt aſſeruit, ſi impeditus non fuiſſet & aſtitiſſet ſibi plena & libera facultas opportuna. Nunc vero, vt ibidem aſſeruit, dixit plenam & liberam optatam facultatem & opportunitatem complendi deſideratam reſignationem & renuntiationem ſibi adeſſe, confitens expreſſe viam renuntiationis huiuſmodi eſſe viam planiorem, vtiliorem, ſecuriorem, & breuiorem ad conſequendum veram & indubitatam vnionem Eccleſiæ Dei.

Excuſatio pſeudo pontificis.

Addunt acta, Ægidium his dictis coram Alfonſo Borgia regio oratore (qui poſtea archiepiſcopus Valentinus, tum S. R. E. Cardinalis, denique Calliſti nomen ſibi aſciuit, cum diuinitus, ob nauatam in euellendis ſchiſmatis reliquijs operam ad pontificium ſolium euectus eſſet) gradu antipapali ceſſiſſe, vt ex literis ipſius ad poſterorum memoriam editis conſtat; ad quorum calcem hæc adiecta ſunt: *Ne de huiuſmodi ceſſione renuntiationeque, vt præmittitur, factis in poſterum hæſitetur, quin potius conſtet authentice de eiſdem præſentes literas motu proprio, non ad alicuius inſtantiam expeditas ad rei geſtæ memoriam in futurum iuſſimus publicari, &c. Dat. Paniſcolæ Dertuſenſis diœceſis* VII. *kal. augusti pontificatus noſtri anno* V. Vbi Ægidius Munio pſeudopontificatu abijt, illius pſeudocardinales Iulianus, Franciſcus, & Ægidius Munio iunior hunc ritum tenuere ad reliquias ſchiſmatis abolendas, reuocandoſque ad gremium Romanæ eccleſiæ eos, qui veteris erroris Lunani laqueis erant irretiti: peractis nimirum comitijs Martinum Pontificem dixere; eaque de re confectæ tabulæ hac temporis nota conſignatæ: *Anno a natiuitate Domini* MCCCCXXIX. *indictione* VII. *die vero* XXVI. *menſis iulij in die feſtiuitatis S. Annæ.*

Martinum a antipapæ cardinalibus electum Pontifex.

3 Certior de his factus Martinus a Cardinale legato, ingenti gaudio affectus eſt, & gratijs Deo actis legatum ipſum laudibus extulit a, ſpopenditque Alfonſum Borgiam ob ſuſceptos labores ſibi commendatum fore; necnon ſe Alfonſi Regis Aragonum amicitiam deinceps maiori ſtudio culturum.

a Lib. 9. pag. 53. & in alio lib. breu. pag. 62.

Dilecto filio Petro tit. S. Stephani in Cœlio monte presbytero Card. A. S. L. ſalutem.

Accepimus a te binas literas alteras datas XXX. iulij alteras kal auguſti eiuſdem fere continentiæ, in quibus ſumme conſolati ſumus. Primum quidem de concluſione facti de Paniſcola agamus Deo gratias, qui illorum corda illuminauit: & tuam diligentiam atque operam merito commendamus, conſecuti enim ſumus optimum fructum profectionis tuæ, & in quo maxime conſolamur. Magiſtrum Alfonſum de Borgia, pro quo ſupplicas, habebimus cum tempus erit recommiſſum memores diligentiæ & laboris ſui. Inter cætera ſumme placuit nobis audire bonam diſpoſitionem erga nos chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alfonſi Regis Aragonum illuſtris, quam cum ſemper optauerimus, nunc chariſſimum eſt nobis effectu comprobari. Itaque nullo modo timeas, quod aliquid agamus ad cuiuſquam requiſitionem, quod poſſit vergere in præiudicium ſuum: talem enim filium intendimus conſeruare nobis in bona amicitia, diſpoſiti habere eum ſemper infixum in viſceribus cordis noſtri, &c. (Subdit Bononiam Romanæ eccleſiæ reſtitutam). *Dat. Ferentini* VIII. *die ſeptembris anno* XII.

Commendatus ob ſuſceptos labores Alfonſus a Borgia.

4 Interea cum Paniſcolenſes ſedato ſchiſmate, antequam cenſuris eccleſiaſticis ſoluti eſſent, ſeſe in diuinis ingererent, legatus grauiter de eo conqueſtus eſt, moxque ij ab Alfonſi Borgia regio oratore ad legatum veniam petituri accedere iuſſi ſunt. Agminis dux erat Ægidius Sanctius Munio, quem ſui olim pſeudocardinales tum mimicæ curiæ adminiſtri ſequebantur in municipio, cui S. Matthæi nomen inditum, qui ad Petri Cardinalis A. S. L. pedes procubuere hoc obſeruantiæ & demiſſionis ſitu, vt narrant acta: *Inclinatis capitibus reuerenter eidem domino legato obedientiam, reuerentiam, & fidelitatem debitas per organum ipſius Aegidij exhibuerunt ſub his verbis in effectu: Reuerendiſſime pater. Ego & iſti alij hic mecum exiſtentes audiuimus a fidedignis vos hic eſſe Sacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ & ſanctiſſimi domini noſtri domini Martini diuina prouidentia Papæ V. legatum a latere, ideo venimus ad impendendam & exhibendam reuerentiam, præſtandamque obedientiam & fidelitatem vobis nomine præfati domini noſtri domini Martini Papæ V. quem profitemur verum vicarium Ieſu Chriſti & ſucceſſorem B. Petri; & offerendum nos ipſius & veſtri & eius legati mandatis ſemper obedire paratos. Quibus quidem verbis per eundem dominum Aegidium, ſicut præmittitur, prolatis alijſque prædictis & approbantibus, ea præfatus dominus Cardinalis ſtans obedientiam fidelitatemque huiuſmodi acceptans, ac manus ipſius domini Aegidij inter ſuas recipiens, dixit eidem domino Aegidio: Vos ergo in manibus noſtris promittitis & iuratis, quod de cætero eritis fidelis & obediens ſanctiſſimo domino noſtro Martino diuina prouidentia Papæ V. & ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus. Qui reſpondit: Sic ero. Hoc idem omnes & ſinguli ſupradicti profeſſi fuerunt. De quibus omnibus & ſingulis prædictis præfatus dominus Cardinalis legatus requiſiuit ſibi retineri publicum & publica inſtrumentum & inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam: & per nos notarios infraſcriptos acta fuerunt hæc in loco ſupradicto ſub anno a natiuitate Domini* MCCCCXXIX. *indictione* VII. *die vero dominica* XIV. *menſis auguſti pontificatus domini noſtri Papæ anno* XII.

Schiſmatici veniam a legato ſolemni ritu depoſcunt.

Ægidius cum antipapæ cardinalibus obedientiam defert Martino.

In legati manibus ſacramentum nuncupat.

5 Adactis per iuſiurandum in pontificia verba Ægidio Munione eiuſque præcipuis ſectatoribus a legato apoſtolico Alfonſus Borgia ad excutiendos ex eorum animis religionis ſtimulos, flagitauit vt in Eccleſiæ gremium ſolutis omnibus cenſuris, quibus illaqueati eſſent admitterentur; cuius precibus ſuas addidit Munio, votique mox potitum recenſent acta: *Dominus Aegidius in perſona propria dixit hæc verba: Ita petimus & rogamus; & alij, qui cum eo venerant, vt præmittitur, quaſi vno contextu ſimiles abſolutionem, habilitationem, receptionem, & reductionem petierunt: dictuſque dominus legatus, auditis petitionibus & ſupplicationibus*

nibus huiuſmodi, ipſum dominum Aegidium & alios ſupradictos, qui cum eo venerant, vt præfertur, auctoritate apoſtolica per præfatum dominum noſtrum Martinum Papam V. ſibi conceſſa ab omnibus ſententijs, pœnis, & mulctis, quas occaſione præmiſſorum incurrerant, abſoluit; ipſoſque habilitauit & in priſtinum ſtatum repoſuit, ac ad ſanctæ matris Eccleſiæ gremium recepit auctoritate apoſtolica per præfatum dominum noſtrum dominum Martinum Papam V. ſibi conceſſa, offerens ſe bene, pie, et benigne illos tractaturum et pro eis facturum quæquæ ſibi poſſibilia, etc.

Explicita in eum & ſequaces clementia.

Promiſſa ſumma fide perfecit legatus; Ægidius enim qui futiles papales apices geſſerat Baleari epiſcopatu donatus eſt, vt ex pactionibus fuerat conſtitutum: quarum immemor Alfonſus Rex Aragonum a Martino popoſcit, vt Galcerandus Albertus ad eum dignitatus gradum perduceretur. At Pontifex, qui datam fidem colebat, iamque Ægidium eo honore affecerat, Regem ipſum monuit [a], a conuentionibus non diſcedendum, ne pontificiæ & regiæ maieſtati fœda inconſtantiæ labes inferretur.

Ægidius Mun epiſcopatu Baleari co donatus.

a Lib. 9. breu. pag. 55.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Regi Aragonum illuſtri ſalutem.

Recepimus literas tuæ ſerenitatis, & etiam dilecti filij noſtri Petri tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyteri Cardinalis A. S. L. petentes, vt mitteremus ipſi legato facultatem prouidendi eccleſiæ Maioricenſi de perſona fratris Galcerandi Alberti: quibus lectis nonnihil admirati ſumus non ſolum nos, ſed etiam ſacrum collegium venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium: nam olim ipſe legatus & dilectus tunc filius Alfonſus de Borgia ſpecialis commiſſarius tuus in factis Paniſcolæ ſcripſerunt per plures literas nobis & etiam alijs in ipſo principio, quo facta Paniſcolenſium concordata ſunt, inter cætera promiſſum & conuentum fuiſſe, & ita tuæ voluntatis & beneplaciti eſſe, vt eccleſiæ Maioricenſi prouideretur de perſona Ægidij Munionis electi nunc Maioricenſis. Igitur nos, vt conuenta per tuum commiſſarium adimplerentur, & vt ſatisfaceremus voluntati tuæ, ipſi legato facultatem miſimus ipſi eccleſiæ de perſona præfati Ægidij prouidendi; ac etiam tunc ad maiorem cautelam, ne ſi forſan facultas illa perderetur in via, quod & accidiſſe dicitur, poſſet ad negligentiam aut tarditatem imputari, prouidimus in conſiſtorio dictæ eccleſiæ de ipſo Ægidio iuxta legati & tui commiſſarij literas, ac deinde eidem ſcripſimus tanquam epiſcopo Maioricenſi. Mutare ergo nunc in tali negotio propoſitum, & rem tam ſolemniter conuentam, ac poſtea executioni demandatam, & (quod plus eſt) publicatam peruertere, non ſolum leuitatis & inconſtantiæ, ſed etiam infamiæ & dedecoris noſtri, tuique, & etiam legati &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* VI. *idus nouembris anno* XII. Datæ eodem argumento ad Alfonſum Borgiam recenter ad epiſcopatum Valentinum ob eximiam ab ipſo in ſchiſmate ſedando nauatam operam euectum literæ [b], conceptæ iiſdem ferme verbis, vt Regem ab ea poſtrema voluntate ad priorem reduceret: *Ad te*, inquit, *ſpectat & ad famam tuam dare operam cum effectu, vt quæ ſunt per tuam diligentiam concluſa & ſcripta, firma permaneant.*

Martini ſumma in fide ſeruanda integritas.

Alfonſus Borgia epiſcopatu Valentino donatus.

b Ibid. pag. 55.

6 Illuceſcente die aſſumptæ in cœlum Virginis ſacro Cardinalis legatus, peractis ſolemni ritu ſacris, crucis ſigno ac prece adſtantes luſtrauit, gratuitamque noxarum veniam ipſis contulit. Deinde Iulianus Loba, Franciſcus Rouira, & Ægidius Munio iunior, pſeudocardinalatus inſignia confectis publicis tabulis [a] poſuerant, atque idem Petrus Cardinalis legatus Paniſcolam ad Romanæ eccleſiæ gazam, ac vetera monumenta, quæ Petrus e Luna eo traduxerat, recipienda perrexit. Quo viſo Eximinus Dahæ pſeudocardinalis in vincula iam coniectus, quod extrahendi ſchiſmatis conſilium dediſſet, peruicacia edomita ad abdicandos pſeudocardinalitios titulos paratum ſe exhibuit, reque ſolemni ritu peracta e cuſtodia emiſſus eſt: ſicut etiam eductus Dominicus e Bona fide Carthuſianus, qui conſilia vna cum Ioanne Carrerio de tertio antipapa Ægidio Munioni opponendo contuliſſet; tum Martinum Pontificem verum Chriſti vicarium eſt profeſſus. Recepit porro legatus partem crucis Dominicæ, ac reliquias ſanctorum, necnon libros Romanæ eccleſiæ: cum Ægidius Munio interpellatus, an alia priuilegia alio tranſlata fuiſſent, reſpondit deeſſe nonnulla monumenta, quibus Trinacriæ Reges illam ſe beneficiario iure accepiſſe teſtabantur, & Ferdinandus Rex olim eripuiſſet. Tum egreſſus Paniſcola legatus caſtrum illud, quod iuris erat pontificij, Alfonſo Regi, vt pactum fuerat tradidit, Dertuſæque ad confirmandam ſchiſmaticorum recentem coniunctionem ſynodum coegit.

Antecardinales falſæ dignitatis inſignia exuunt.

a Extant in act. Card. Faxen.

Recepta e Regibus Aragonum priuilegia, quibus in Trinacriam.

Paniſcola Alfonſo Regi tradita.

7 In ea, ſui aduentus habita ad patres Aragonios oratione, has cauſas expoſuit: *Ad extirpationem ſchiſmaticorum, Paniſcolenſium reductionem, ad domini Regis Aragonum cum domino noſtro Papa reconciliationem & pacificationem, ad libertatis eccleſiaſticæ in illis partibus reparationem & reintegrationem, ad eccleſiarum & totius ſtatus eccleſiaſtici illarumque partium felicem reformationem.* Addidit legatus tribus primis capitibus Deo fauente, exitum iam impoſitum. Ad redigendam itaque rem eccleſiaſticam ad priſtinam diſciplinæ rationem, incumbendum videri. Deſignati ob id nonnulli fuere præſules, qui ea, quæ emendanda erant ſingulis capitibus diſtinguerent. Promulgatæ etiam Alfonſi Regis literæ, quibus ſedis Apoſtolicæ iura ſe non inuaſurum, inſtaurandamque ordinis eccleſiaſtici immunitatem, quam ab ipſo, dum ſchiſma Paniſcolenſe alebat, edictis violatam vidimus, profitebatur; in quarum prioribus hæc contenta: *Tenore præſentium de noſtra certa ſcientia deliberate & conſulte promittimus in noſtra bona fide regia, nec non iuramus ſuper crucem domini noſtri Ieſu Chriſti & eius ſancta quatuor Dei euangelia manibus noſtris corporaliter tacta, quod deinde non apponemus manus ad iura cameræ apoſtolicæ, neque edicta contra libertatem eccleſiaſticam faciemus, aut aliquid de bonis eccleſiæ vniuerſalis vel particularis recipiemus, vel recipi permittemus in terris & ditionibus noſtris, niſi in caſibus a iure communi ſiue patria permiſſis, &c. Dat. Calatarabij die* XVII. *iunij anno a natiuitate Domini* MCCCCXXIX. Alijs literis, cum in concilio Dertuſenſi Cardinalis legatus ac præſules queſti apud eum eſſent, regios adminiſtros conquiſitis fraudibus ac fictis criminibus clericis calumnias ſtruere, ipſos ab iis vexandis minis ac timore deterruit. Tertio edicto eccleſiaſtici ordinis immunitatem labefactari a magiſtratibus vetuit, vel clericali cultu indutos in laicalem carcerem mitti. Quarto eccleſiaſtici ordinis in litibus dirimendis iuris dicendi auctoritatem conſtabiliuit contra adminiſtrorum regiorum petulantiam. Quinto ſancitum, ne decreta a Tarraconenſi concilio aduerſus raptores rerum eccleſiaſticarum prolata a regijs iudicibus perfringerentur. Sexto promulgatum clericos, qui familiæ regiæ obſequio addicti non eſſent, atque ad ſacri tribunalis eludendam ſeueritatem literas

De Dertuſenſi ſynodo indicta a legato.

De reſtituenda diſciplina eccleſiaſtica actum.

Alfonſus Rex ſe eccleſiæ iura non inuaſurum pollicetur.

Q fami-

familiaritatis regiæ erant conſecuti, eccleſiaſticis iudicibus, vt meritis pro ſcelere pœnis afficerentur, obnoxios futuros. Septimo Rex ipſe ſuis edixit, ne præſulibus creditam ſibi prouinciam luſtrantibus negotium faceſſerent, neue fœneratores ab ipſis pœna mulctari prohiberent. Octauo coercita auara coitus hypocriſis, qui aurum a ſimplici populo leuandæ xenodochiorum inopiæ ſpecie propoſitis regijs adminiſtrorumue regiorum literis emungerent, nec ſine epiſcoporum diœceſanorum venia id fieri, aut haberi eadem de cauſa ſacram concionem vetitum.

Sublata quæſtuum corruptela.

8 His ab Alfonſo Rege ad ius ſacrum reſtituendum adminiſtrorumque regiorum frænandam licentiam conſtitutis, ad cleri mores excolendos a legato ſynodales ſanctiones editæ quarum prima fuit de clericorum caſtigando luxu, cultuque ad modeſtiam reuocando. Secunda in fœdis amoribus irretitos lata eſt, vt abiectis ſcortis purioris vitæ ſanctitatem amplecterentur. Tertia de equeſtris religioſi ordinis viris e concubinatus cœno educendis. Quarta de repetendis ſacris precibus & breuiario habendo. Quinta epiſcopi ad clericale munus minime idoneos ſacris ordinibus inſignire vetiti. Sexto de laicis Chriſtiana doctrina erudiendis hoc ſancitum: *Saluti animarum plurimum dignoſcitur opportunum, vt vnuſquiſque fidelis agnoſcat, & ſciat quid credere debeat, ſcilicet articulos fidei; quid petere, ſcilicet quæ in oratione dominica Chriſtus nos docuit poſtulare: quæ ſeruare, videlicet decem præcepta legis: quæ vitare, ſcilicet ſeptem peccata mortalia: quid optare & ſperare; gloriam paradiſi: quid timere, pœnas inferni; quod Chriſtiana doctrinæ breue & vtile epilogum eſſe cenſeatur, quæ a multis popularibus, vt percepimus, ignorantur. Hac igitur conſtitutione diœceſanis omnibus, & alijs prælatis eccleſiaſticis ſuper his iuriſdictionem eccleſiaſticam habentibus diſtricte præcipiendo mandamus, vt per viros literatos, & probos dictari & ſcribi faciant aliquod breue compendium, in quo prædicta omnia, quantum populares res eſt ſcire neceſſe, diſtricte comprehendantur & clare, quodque compendium ſic commode diuidatur in partes, vt per ſex vel ſeptem lectiones valeat declarari, & ſic per totius anni decurſum repetitis vicibus per curatos diebus dominicis populo taliter faciant explanari, vt excuſſis ignorantiæ tenebris, populum acceptabilem Deo valeant exhibere. Interdicimus tamen laicis omnem materiam de fide catholica diſputandi. diœceſanis, alijſque iudicibus ordinarijs eccleſiaſticis ſub interminatione diuini iudicij ſtrictius iniungentes, vt contra laicos, de fide catholica diſputare attentantes, taliter inſurgant, vt iura communia per cenſuram eccleſiaſticam tenaciter obſeruentur.*

De populo doctrina Chriſtiana informando leges editæ.

Iuſſi catechiſtici libri promulgari.

Vt parochi e ſuggeſtu documenta fidei repetere.

Vetiti laici de fide catholica diſceptare.

9 De adminiſtrando deinde Euchariſtiæ ſacramento cum ea, qua par eſt religionis pompa, hæc conſtituta ſunt a legato: *Sicut omnibus vnum eſt & æqualiter efficax Euchariſtiæ ſacramentum, ſic eſſe debet modus miniſtrandi vnus omnibus, & conformis cum debita cerimonia & reuerentia ſingulari: quapropter, ne ipſum aſſociare, & venerari volentibus lucrandi conceſſas indulgentias meritum ſubtrahatur, ſtatuimus, quod nemini ſano per priuatas domos, vel capellas ſacramentum Euchariſtiæ miniſtretur, ſed ipſis ſanis in eccleſijs & certis locis ad hoc deputatis, vel etiam ſpecialiter deputandis: ad infirmos vero ab ipſis eccleſijs deferatur accenſis luminibus honorifice & decenter.* Adiuncta his alia plura decreta, vt nimirum neophyti exeurrente octiduo infantes ſacro fonte abluere cogerentur: præcipui epiſcoporum adminiſtri ſacris eſſent initiati: perculſi anathemate qui clericos ad tribunal non ſacrum pertraherent, & qui proceres ad ius eccleſiaſticum opprimendum exaſperarent: religioſorum familiarum præfecti ad clericorum coercenda vitia obſtricti, delegati iudices ne muneris metas egrederentur cohibiti: ſacris interdictum clericis & religioſis viris, qui eccleſiaſticorum famam carperent adducerentque in inuidiam, vel laicos ab eccleſijs parochialibus frequentandis ſoluendiſue decimis abducerent: ſancitum, ne religioſi viri ſine epiſcoporum venia ſacras exomologeſes exciperent; tum, vt Chriſti fideles ex hac vita migraturi rite ſacramentis muniti ad immortalitatem ſe compararent, hæc decreuit legatus: *Vniuerſis corporum medicis diſtincte præcipimus & mandamus*, & infra, *ſub excommunicationis pœna, quam incurrere volumus ipſo facto, vt nullum infirmum vltra tertiam vicem viſitare præſumant, de quo non ſciant, quod in illa ægritudine ſalutare pœnitentiæ ſuſceperint ſacramentum: adijcientes, vt cunctis noto ſit præſens conſtitutio, quod locorum ordinarij ſaltem quater in anno, videlicet in feſto natiuitatis, reſurrectionis Domini, pentecoſtes, & aſſumptionis Virginis glorioſæ teneantur in principalioribus eccleſijs ſuæ diœceſis vel territorij conſtitutionem hanc facere publicare.* His promulgatis Dertuſenſe concilium a legato ſolutum eſt. Addunt acta: *Tunc ibidem cuncti epiſcopi, prælati, abbates, et cæteri aſſurgentes, et genua flectentes humiliter ab eodem domino legato, quia ita reuerenter, ſicut decebat, et tenebantur, non ſe habuerunt erga eum et ſuos, veniam poſtularunt, ſupplicantes vt plenariam indulgentiam et remiſſionem omnium peccatorum in mortis articulo cuilibet eorum, qui præſentes in concilio fuerunt, et ijs, qui ad concilium debite miſerunt, iuxta facultatem ſuper hoc ei conceſſam de ſpeciali gratia concedere dignaretur: quod idem dominus legatus fecit liberaliter et conceſſit.* At de concilio Dertuſenſi hactenus: nunc res aliæ a Cardinale legato geſtæ percurrendæ ſunt.

Cum Euchariſtia ſacramento ſanis & infirmis tradendum.

Cedunculo ... excommunicatione perculſi.

Medici ... ægrotos ... exponerentur.

Præſulum Aragoniæ ... demiſſio.

Indulgentiæ ijs conceſſæ.

10 Coorto Caſtellæ inter, ac fœderatos Aragoniæ & Nauarræ Reges exitiali bello, cum Alfonſus, conſcripto & comparato maximo exercitu, Calatarubium ſe contuliſſet, eoque ad rem Paniſcolenſem, de qua antea memoraui, componendam legatus perrexiſſet, Ioannes Rex Caſtellæ concepta de illo aduerſa ſuſpicione, quaſi hoſtem ſuum foueret, grauiſſimas in Cardinalem ipſum effudit querelas apud Martinum, qui multis præfatus, quo pacto legatus ad tollendas ſchiſmatis reliquias miſſus eſſet, hæc ei reſcripſit [a].

De bello inter Hiſpaniæ Reges oborto.

Martinus, &c. Pridie, cum nonnulla ſimultas & diſſenſio, quod non parum diſplicuit menti noſtræ, diceretur exorta inter tuam ſerenitatem & Regem prætatum, audiuimus Regem duxiſſe ſecum ipſum Cardinalem, cum accederet verſus regnum tuum: hoc an ita ſit, & qua mente aut intentione factum ſit ignoramus: ſed hoc certum ſignificamus celſitudini tuæ, ſi quid per Cardinalem fiat aut agatur præter prædicta, aut ſi ad alia diuertat, id agi & fieri, non ſolum præter commiſſionem, ſed etiam voluntatem noſtram idque maxime diſplicere, & cum effectu præfato Cardinali duximus ſcribendum, &c. *Dat. Ferentini.* Expoſtulanti etiam eidem Regi cauſas non eccleſiaſticas ad pontificium tribunal iniuſte auerti, reſpondit [b] apoſtolici non eſſe conſilij de regijs iuribus detrahere. Porro adeo aberat legatus ab Aragonum Regis cauſa aduerſus Caſtellanum ſuſcipienda, vt coniuncta cum Regina Aragonum opera ad concordiam interceſſerit, maximoſque labores

a Lib. 9. pag. 53.

Martini Pont. reſponſum.

b Ib. pag. 54.

Niſus a legato opera pro ſedinda diſcordia.

res in Ioanne Rege, qui florentiſſimum exercitum aduerſus Aragonium & Nauarræum conflauerat, adeundo ſuſceperit. Quibus vero officijs atque honoribus legatum Ioannes affecerit, ex actis referre operæ pretium eſt.

Exceptus a Rege caſtellæ maximis honoribus.

11 *Dominica*, nimirum quinta die iulij, *in cathedrali Oxomenſi eccleſia domino legato in ſuperiori loco a latere dextro altaris collocato et domino Rege Caſtellæ poſt eum in eodem latere ſedente, ab altera parte altaris domina Regina Aragonum cum regalibus cortinis exiſtente, aſtantibus Compoſtellano archiepiſcopo et duobus alijs epiſcopis Caſtellæ et Tiraſonenſi et Auurenſi epiſcopis, circumſtante militia grandi dicti Regis, miſſarum ſolemnia cum ſermone in medio dictæ miſſæ ſolemniter peracta fuere: et poſt miſſarum officia dominus Rex Caſtellæ in perſona propria, adueniente hora prandij ad domum epiſcopalem venit, quæſitum dictum dominum legatum pro prandio, ad quod heſterna die ipſum decenter fecerat inuitari: præfatuſque dominus Rex Caſtellæ de domo epiſcopali ad tentoria ſua extra villam, vbi paratum erat prandium, ducendo eundem dominum legatum in ſuperiori loco et latere dextro, dando ſibi viam ſemper, detulit, etiam capite diſcooperto, nec vnquam incedere ſuper eundem dominum legatum voluit, ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, ac cœtui dominorum Cardinalium, ac perſonæ dicti domini legati cum omni humilitate, et reuerentia honorem per omnia deferendo, in hoc deuotionem, quam ad Romanam gerit eccleſiam, honorando ſic Cardinalem eius cunctis videntibus oſtendendo, ſuam maieſtatem regiam Deo et Eccleſiæ operis per effectum obſequijs et reuerentijs humilibus exhibendo deuotam, ſicut decebat maieſtatem excellentiſſimam Chriſtiani et catholici tanti Regis.* Ceterum neque legato neque Regina Ioannis Regis iræ molliri potuere: querebatur enim Aragonum & Nauarræ Reges in ipſius regnum coniunctos duxiſſe exercitus; belli vero cauſa orta erat, ex inuidia Henrici & Ioannis Aragoniæ regiæ principum non ferentium Aluarum Lunam honoribus & præmijs a ſe decorari, vtque Aluarum deijcerent, parauerant copias, pellectis in ſocietatem nouarum rerum cupidis: priuati autem bonis Caſtellæ fiduciarijs, Aragonum Regis opem implorarant. Vt vero poſtea controuerſia a Cardinale legato ſedata ſit, dicetur inferius: nunc ad Armaniaci comitem pacis eccleſiaſticæ perturbatorem narrationem traducamus.

Honorificus eius locus a Rege legato datus.

Aragonij & Nauarræi Regum in Caſtellam expeditio. *a Sur. lib. 10. annal. c. 50. & c. Garibai l. 28. c. 4. Facias de reb. geſtis Alfon. & alij.* Illius cauſa.

Decretoria Martini ad uerſum comitem Armaniacenſem ſententia.

Antequam Ægidius Munio atque Alfonſus Aragonum Rex ad pontificium redirent obſequium, hoc eodem anno IV. non. martij Martinus in Ioannem Armaniaci comitem iudiciorum ſeueritatem adhibuit ob ſocietatem cum ſchiſmaticis initam, decretoriaque illum perculit ſententia b, cum iam ante illi ad cauſam apud ſubſellia apoſtolica agendam conſtituiſſet diem. Recenſet in his iudiciarijs actis Pontifex, quemadmodum in Conſtantienſi concilio ad ſedis Apoſtolicæ coniunctionem rediiſſet, deinde in perfidiam lapſus tum Petro Lunano tum Ægidio adhæſerit: vocatuſque in ius impietatem inanibus inuolucris obuelare non damnare ſategerit; quæ ex ipſo Pontifice accipiamus.

b Diverſ. do cur. lib. 8. pag. 251.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quamquam venerabilis frater Philippus archiepiſcopus Auxitanus orator pro parte eiuſdem Ioannis olim comitis cum pleno & ſufficienti mandato, de quo conſtat per publicum inſtrumentum, & cum literis filialis obedientiæ veniſſet ad nos, & in præſentia fratrum noſtrorum & nonnullorum prælatorum, nobis vice & nomine dicti Ioannis olim comitis humiliter exhibuiſſet obedientiam & reuerentiam debitas & deuotas, quales exhiberi debent vnico in terris vicario Ieſu Chriſti, noſque recognouiſſet in verum & indubitatum Romanorum Pontificem, & ſic profeſſus eſſet; tamen poſtmodum idem Ioannes olim comes reuerſus ad vomitum, & accumulans peiora prioribus in priſtinos hæreſim & errores damnabiliter relapſus eſt, Ægidio & ſequacibus ſuis hæreticis & ſchiſmaticis ſicut prius obediendo, fauendo, & adhærendo; & quendam Ioannem Carrerij auſu temerario aſſerentem ſe ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem, & nonnullos alios per proceſſus noſtros, hæreticos & ſchiſmaticos condemnatos, in terris & dominijs ſuis receptando, honorando, ac etiam defendendo, de quibus omnibus legitime nobis conſtitit atque conſtat; propter quæ, *& infra*, auctoritate apoſtolica de dictorum fratrum conſilio, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam pronunciamus, decernimus, & declaramus præſente populi multitudine copioſa, præfatum Ioannem olim comitem Armaniaci fuiſſe & eſſe excommunicatum, infamem, ſacrilegum, periurum, notorie relapſum, conſpiratorem, & reum criminis diuinæ læſæ maieſtatis contra nos & eandem eccleſiam; nec non hæreticum & ſchiſmaticum, ipſorumque ſchiſmatis & hæreſis nutritorem, ac hæreticorum & ſchiſmaticorum receptatorem, & eiuſdem Ægidij hæretici & ſchiſmatici ſuorumque adhærentium & ſequacium fautorem; eumque propter præmiſſa, omnibus & ſingulis pœnis, quæ ex ſuperius contentis inſurgunt, irretitum & inuolutum, ac eundem propter præmiſſa fuiſſe & eſſe excommunicatum, & anathematizatum, ac excommunicamus & anathematizamus, eumque in pœnas, & ſententias tam a iure, quam ab homine contra talia perpetrantes inflictas & promulgatas, ac in dictis proceſſibus denotatas; & ſententiam dicti concilij damnabiliter incurriſſe, & velut pertinacem hæreticum puniendum; nec non propter huiuſmodi exceſſus, crimina, & delicta per ipſum Ioannem olim comitem (vt prætertur) commiſſa; comitatus, vicecomitatus, baronias, & dominia prædicta, eorumque ciuitates, terras, oppida, villas, & loca, ac communitates & vniuerſitates eorum fuiſſe & eſſe eccleſiaſtico ſuppoſita, eaque ſubijcimus, interdicto duraturo quamdiu Ioannes olim comes huiuſmodi comitatus, vicecomitatus, baronias, & dominia detinebit & occupabit; ipſumque Ioannem titulo & nomine comitatus, ac omnibus & ſingulis vicariatibus, gubernationibus, adminiſtrationibus, conceſſionibus mero & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, gratijs, priuilegijs, honoribus, ac omni iure & actione, ſi quod vel ſi qua ſibi forte ex ſucceſſione, teſtamento, vel ab inteſtato, infeudatione, conceſſione, ſeu alio quouis titulo, iure, cauſa, vel forma in comitatibus, vicecomitatibus, baronijs, dominijs, ciuitatibus, oppidis, terris prædictis, vel aliquo ſeu aliqua eorundem competeret, aut competere poſſet quoquomodo; *& infra* priuatum declaramus. [Nonnullis interiectis ſubdit Pontifex.]

Relapſus comes Ægidio coluit.

Schiſmaticos & hæreticos fouit.

Declarus anathemate.

Eius ditio ſacrorum vſu priuata.

Principatu & muneribus priuatus.

Tenore præſentium monentes & etiam requirentes Regem Francorum, principes & dominos temporales, ac prælatos eccleſiarum, & alios, quorum intereſt, quatenus infra annum a data præſentium computandum, ad capiendum, apprehendendum, & recuperandum comitatus, vicecomitatus, baronias, dominia, terras, res, iura, & bona prædicta de manibus, & poteſtate eiuſdem Ioannis olim comitis, prout ad eorum ſingulos

Principes eo monet de re ſuſc.

gulos pertinere dignoſcitur, totis viribus inuigilent, & intendant; manifeſte nunciantes, & prædicentes eiſdem, quod ſi intra dictum annum hoc efficere & ad apprehenſionem comitatuum, vicecomitatuum, baroniarum, dominiorum, & bonorum prædictorum intendere recuſauerint, aut neglexerint, nos dicto anno elapſo, ne tanta iniuria Deo & Eccleſiæ ſuæ per ipſum Ioannem olim comitem ſic illata inulta remaneat, illa dare curabimus alijs Chriſti fidelibus in conqueſtam; nec tamen per præmiſſa illis, quorum dominia, res, iura, & bona idem Ioannes olim comes occupat, intendimus afferre aliquod præiudicium; quinimmo illa eis tanquam veris dominis reſeruamus, ipſiſque dominia, res, iura, & bona ſua prædicta etiam auctoritate noſtra recuperandi, apprehendendi, & retinendi plenam & liberam concedimus facultatem. Per hanc autem ſententiam noſtram, etiam non intendimus præiudicare nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, quin in ſimili vel alio caſu occurrente, ſuper iis alias procedere & pronunciare poſſimus iuxta canonicas ſanctiones, &c. [Pronuntiat omnes, qui aliquo iure, ſacramento, aut religione aſtricti Ioanni eiuſue liberis ac poſteris aſtricti eſſent, liberos & immunes; tum Regibus, principibus, ac populis vlla cum iis fœdera inire vetat, ac ſi quæ iunxerint, diſſoluta promulgat; ipſius ſubditi, propoſitis grauiſſimis pœnis, obſequium vllum vel officium præſtare prohibiti. Prætera edicit, ne quis commeatus aliaue ad vitam ſuſtinendam neceſſaria in loca, quæ ſchiſmatici detinsant, inferat: Ioannem, ac fœderatos in vincula conijciendi poteſtatem quibuſuis facit & illos, qui ipſis ſtudia impenderint, cenſuris grauiſſimis mulctat, ac pœnis in hæreticos, ſchiſmaticos, & reos criminis læſæ maieſtatis ſtatutis afficit. Tum ſubdit.]

Nihilis eorum auxili a os principes ac ea occupanda vocat ipſos.

Armaniaci religionis nexu ſoluti.

Volumus inſuper, decernentes, quod Ioannes & cæteri ſupradicti, velut mancipia capi, & vendi poſſint; & inſuper, vt ipſorum Ioannis olim comitis, adhærentium, fautorum, complicum, & ſequacium eo ſit maior confuſio, quo ipſorum culpæ patentius fuerint diuulgatæ; vniuerſis & ſingulis patriarchis archiepiſcopis, epiſcopis, electis, alijſque eccleſiarum & monaſteriorum prælatis, ac parrochialium eccleſiarum rectoribus, cæteriſque perſonis eccleſiaſticis ſæcularibus & regularibus vbilibet conſtitutis ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto incurrant, niſi mandatis noſtris huiuſmodi, poſtquam requiſiti fuerint, paruerint cum effectu, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ipſi in ſingulis eorum eccleſijs, cum inibi maior populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, ſingulis diebus dominicis & feſtiuis, pulſatis campanis, & candelis accenſis & demum extinctis & in terram proiectis, per ſe vel alios, dictum Ioannem olim comitem, publice alta & intelligibili voce fuiſſe & eſſe excommunicatum, periurum, ſchiſmaticum, & blaſphemum, relapſum hæreticum, hæreticorum fautorem & receptatorem, ac reum criminis læſæ maieſtatis, &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos IV. non. martij anno XII.*

Addictus vna cum filijs & ſe quacibus ſeruituti.

Hæreticos & periurij reus pronuntiatur.

12 Percuſſus ea ſeueritate Ioannes in Pontificis deinde fidem obſequiumque rediens vna cum ceteris Panilcolenſibus cenſuris, ac pœnis, quas contraxerat, apoſtolica clementia ſolutus eſt, cum Philippum Auxir.num archiepiſcopum ad obedientiam Martino deferendam decreuiſſet, de quo extant Martini ad reſipiſcentem hæ datæ amantiſſimæ literæ a.

Redit ad gremium eccleſiæ Armaniacus.

a Lib. breu. ult. pag. 123.

Dilecto filio nobili viro Ioanni comiti Armaniaci.

Libentiſſime te in gremio noſtro & Eccleſiæ recepimus, gratulati pro honore tuo, & animæ tuæ ſalute, præſtita nobis per eundem archiepiſcopum tuo nomine, iuxta tenorem commiſſionis & poteſtatis ſibi ad hoc tributæ per te, obedientia filiali, in qua ſeruanda conſtanter tanto debes eſſe feruentior, quanto ad eam ſerius poſt alios catholicos principes deueniſti, vt omnem præteriti temporis culpam ardentiori fide redimas. *Dat. &c.*

13 In Polonia Vvladislaus Rex, cum diu eccleſiaſtici ordinis dignitatem tutatus eſſet, atque etiam de eccleſia in Lituanis ad Chriſti fidem reuocandis optime meritus eſſet, a politicis eius ambitioni ſeruientibus ſubornatus eccleſiaſticam libertatem ac ſedis Apoſtolicæ auctoritatem, ad quam conferendorum epiſcopatuum abbatiarumque ius ſpectat, labefactare non eſt veritus; quem Martinus paterne hiſce literis admonuit a, ne eccleſias vexare pergeret: cæterum in honeſtis rebus eius votis aſſenſum iri.

Vvladislaus Rex iura eccleſiaſtica ladit.

a Lib. breu. pag. 56. & in cod. m. s. Alex. VII. pag. 66.

Chariſſimo in Chriſto filio Vvladislao Regi Poloniæ illuſtri ſalutem.

Certiſſimi fuimus, chariſſime fili, te catholicum principem ſyncerae fidei & deuotionis erga nos & Apoſtolicam ſedem ea agere, quantum in te eſt, quæ ſpectent ad honorem Dei & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Sed veriſſime ait Veritas ipſa: *Inimici hominis domeſtici eius*; nam peruerſa cupiditas nonnullorum, qui tibi aſſtant, & in tua cancellaria verſantur, non intenti honori tuo, ſed dedecori, & propriæ vtilitati, tibi aliquando perſuadent, varijs coloribus & rationibus ea, quæ nimium ſunt remota a ſedis Apoſtolicæ dignitate, & a debito rationis: neque ob aliam cauſam id agunt, niſi vt ſub ſpecie & obtentu promouendi, vt dicunt, iura tua, te non doctum in iure trahant quo volunt, & quæ ipſi peruerſe cupiunt, aſſequantur. A quorum ſimulatis inſidijs decet prudentiam regiam præcauere, cum non in ipſorum culpam & infamiam redundent, quæ agunt, ſed in tuam, ſub cuius nomine talia fiunt. Et, vt multa ſileamus indigna, quæ tibi præter iuris diſpoſitionem perſuadere quotidie moliuntur, nuper vidimus copiam quarundam literarum, per quas tua ſerenitas prælatis & canonicis eccleſiæ Gneznenſis mandat ſub graui pœna, ne aliquem extraneum in dicta eccleſia recipiant ad poſſeſſionem alicuius beneficij, cum inter prælatos regni ita ſtatutum ſit & concluſum: de quo maximam ſuſcepimus admirationem. Primum quidem nunquam antea inter epiſcopos regni tui, qui recte ſunt dicendi prælati, hanc tam iniquam & exorbitantem concluſionem, quæ cedit in vilipendium noſtrum & ſedis Apoſtolicæ, & regni dedecus prælatorumque infamiam factam eſſe audiuimus, niſi forſan prælatos vocant nonnullos tuam curiam ſequentes, in quos non cadit prælatorum nomen, qui non curant, qua via iuſte an iniuria ſatient appetitum ſuum, quærentes per huiuſmodi diuerticula aſſequi beneficia, quæ cupiunt. Tum vero non poſſumus credere tuam ſapientiam hoc debere permittere aut pati, etiamſi alij vellent, aut hoc perperam ſtatuiſſent, vt in regno tuo te viuente, qui alijs viam deuotionis teneris oſtendere, ſedes Apoſtolica, quam velut ſanctiſſimam matrem debes venerari, priuetur iuribus ſuis: nam quid eſt hoc aliud niſi ligare manus Romanis Pontificibus, & ſedem

Monitus ab oſſentatorū inſidijs caueat.

Ne detrahat iuri pōtificio.

ſedem

Digitized by Google

ſedem Apoſtolicam eiuſque auctoritatem & antiqua iura & decreta contemnere? &c. Addit ea iniuſta ſanctione vos nonnullos ſpoliaſſe ſacerdotijs, Brandem tit. S. Clementis Cardinalem, quam de re Polonica egregie meritum regiæque addictiſſimum dignitati priſtino iuri reſtituat. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos VII. kal. ſeptemb. anno XIII.* conceptæ ſunt eodem argumento ad regios conſiliarios & adminiſtros litteræ, ne ius pontificium iniuſta eiuſmodi ſanctione protererent [a].

a Ibid. pag.

14 Imbutus fuerat a politicis ea praua opinione Vvladislaus, ad regium ius ſpectare epiſcopatus & opulentorum monaſteriorum præfecturas conferre, cum ea ratione, diſperriendo opes eccleſiaſticas, regiam dignitatem ſuſtentare vel amplificare magis videretur: quem Martinus edocuit [b] hæc non ad regium ſed ad pontificium ius ſpectare; tum Angliæ, Caſtellæ, Aragoniæ, & Galliæ Regum exempla propoſuit.

b Ibid. breu. pag. 125.

Vvladislao Regi Poloniæ illuſtri.

Fili chariſſime, non velis in hoc errore verſari, vt putes nos non noſtro, ſed alieno arbitrio eccleſijs vacantibus prouidere. Supplicant ſæpe Reges & principes, & nos eis interdum complacemus, quando præſertim cognoſcimus preces eorum exauditione & gratia noſtra dignas: interdum etiam aliter diſponimus, quam ipſi Reges & principes ſupplicarint. Nuper ſiquidem quinque prouiſiones in regno Angliæ fecimus alio modo, quam ipſe Rex ſcripſerat, magis enim conſiderauimus perſonarum merita & commoda eccleſiarum, quam regiam voluntatem. Hoc ſimiliter fecimus alias in regno Caſtellæ, & ſimiliter in regno Franciæ in duabus eccleſijs; fueruntque prouiſiones noſtræ reuerenter, vt dignum erat, a Regibus acceptatæ. Nec Aragonum Rex, licet ſua culpa alienatus a nobis extiterit, vnquam aduerſatus eſt prouiſionibus eccleſiarum, quas arbitrio noſtro in regno ſuo fecimus. Itaque non exiſtimet ſublimitas tua, quod quaſi ex præſcripta conſuetudine ad voluntatem dominorum temporalium prouideamus eccleſijs, licet aliquando, cum nobis videtur, complaceamus eiſdem: nec tibi perſuaderi permittas ab aliquo, qui tibi forſan adulari velit, quod nominatio aut præſentatio epiſcoporum tibi aut cuiquam alteri regio iure pertineat, ſicut alias ſcripſimus ſerenitati tuæ, &c. *Dat.*

Cedunt Reges voluntates decreto pontificis.

Aſſentatorum commentum.

15 Grauibus etiam verbis perſtrinxit Pontifex [c] Florentinos magiſtratus, qui violata immunitate eccleſiaſtica vectigal centum millium nummorum aureorum clero impoſuerant, datique olim ſacramenti de non vexandis ſacerdotibus religionem infregerant.

Florentini clero imponunt vectigalia.

c Extant eius lit. in m. s. Alex. VII. pag. 89.

Prioribus artium & vexillifero iuſtitiæ populi & communi Florentiæ, &c.

Poteſtne reperiri quiſquam tam impius & ingratus in Deum in veſtra ciuitate catholica & plena humanitatis, quem tot labores eccleſiaſticis perſonis iniuncti non flectant ad miſericordiam: quam ipſis, cum iuſtitia etiam non requirentibus propter metum, negare non poſſumus ad protectionem earum perſonarum, & eccleſiaſticæ libertatis defenſionem in ſummo apoſtolatus apice a Domino conſtituti? Accedit etiam, quod promiſſionis vigore, quam fecimus in conclaui ante & poſt aſſumptionem noſtram alicui domino temporali negare tenemur aſſenſum ad huiuſmodi ſubſidia clericis imponenda, & ſic diſpoſiti ſumus facere & iam cœpimus etiam circa illos, quorum pro veſtræ culpæ defenſione allegatis exemplum; cum tamen ex alieno crimine veſtri defenſio nulla ſit. Extat inſuper ad perpetuam memoriam ſcriptum in camera apoſtolica documentum veſtræ promiſſionis iuramento firmatæ de non grauando vlterius clerum ſine expreſſa Romani Pontificis voluntate: & , ſi contrarium faceretis, vltra alias cenſuras & pœnas notati eſſetis de periurio: quod cum ſingulis & priuatis hominibus turpe ſit, turpiſſimum magiſtratibus eſt publicam perſonam gerentibus tanti communis: *Et infra.* Cogitetis quod ſicut vobis popularem, ſic nobis eſt curæ defendere eccleſiaſticam libertatem. *Dat. &c.*

Aſtringunt ſe violati ſuper ſacramenti.

16 In Bohemia efferati ob ſacram a catholicis in eos confectam expeditionem perfidi ac ſæuiſſimi Orphani (ita ſe iactitabant, nec prorſus ab re, quippe qui erant ſine patre Deo, & ſine matre Eccleſia, quam aſpernabantur) exercitum in Sileſiam duxere, & quinque vrbibus armorum vi potiti nullo ætatis, ſexus, ordiniſue diſcrimine cruentam magnamque catholicorum ſtragem edidere: nec templis pepercit eorum furor, quinimmo luſit in comburendis ſacris imaginibus, quarum ingentem aceruum ſtruxere in quodam templo, conſtrictumque in ſummo rogo ſubpriorem ordinis Prædicatorum concremarunt, peruerſis cachinnis crudelitatem proſecuti, vt Albertus Krantzius [a], atque ex eo Ioannes Coclæus [b] referunt. Addit vero Coclæus de Ioanne e Prizbram ſcientiæ laude & exiſtimatione florentiſſimo, qui inter quatuor cleri rectores eminebat, a ſecta Thaboritarum diſceſſiſſe, confeciſſeque plures libros, vt ipſos a ferali ſæuitia reuocaret, deque eo ſubiungit idem Coclæus: *Deſijt quidem eſſe Vvicleffiſta, qualis Thaboritæ erant, ſed Huſſita in quibuſdam permanſit, vt non eſſet per omnia catholicus, qui Pragæ obijt tandem anno MCCCCXLVIII. cum eſſet paſtor eccleſiæ S. Aegidij Pragæ in antiqua ciuitate.* Cæterum ad reprimendos Huſſitarum impetus contrahendis copijs intentus Pontifex Henrico Cardinali legato promulgandæ crucesignatæ militiæ gerendique belli ſacri prouinciam dederat: cum vero is in Angliam ad militum habendos delectus rediiſſet, vt eos in Bohemos adduceret, percrebuit Anglorum Regē imperaſſe, vt exercitus ille cruce inſignitus non in Huſſitas ſed in Gallos Anglicum iugum detrectantes auerteret: quam ob cauſam acerbo dolore affectus Martinus Francorum Regi id ſede Apoſtolica inſciente factum eſſe ſignificauit [c].

Huſſitarum immanis furor. Subprior ord. Præd. in rogo abſumptus.

a Crantz. in Vvand. l. 11. c. 9.

b Cocl. hiſt. Huſ. lib. 6. & alij.

Impium Anglorum principum facinus.

c Lib. 9. breu. pag. 53. & in alio lib. breu. ep. ſecr. pag. 61.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem.

Nuper, cum procul dubio exiſtimaremus dilectum filium noſtrum Henricum tit. S. Euſebij presbyterum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis contra Bohemos legatum cum gentibus, quas ad exhortationem noſtram pro fidei cauſa contra perfidos hæreticos Bohemiæ comparauerat, mare tranſiturum & celerrime prout neceſſitas poſtulabat, iterum in Bohemiam, ad hæreticos oppugnandos, audiuimus non ſine maxima admiratione ipſum cum gentibus præfatis relicta tam ſancta cauſa tam neceſſaria velle verſus Franciam proficiſci. Quod ſi ita eſt, grauiter ferimus cauſam fidei orthodoxæ deſertam auxilio & deſtitutam eo tempore, quo maxime defenſione indigebat; præſertim cum omnes catholici, qui per totam Germaniam ſuum aduentum expectabant, remaneant modo ſpe & præſidio deſolati. Hæc tuæ ſerenitati duximus ſcribenda, vt plane cognoſcas, ſi verum eſt Cardinalem accedere verſus Franciam, id euenire præter ſpem noſtram & contra omne deſiderium no-

Pontificis de eo querela.

Digitized by Google

noſtrum, nec hoc fieri vlla noſtra vel auctoritate, vel voluntate. *Dat. Ferentini* III. *id. auguſti anno* XII.

Per ea vata diuiſio[illegible] A gli Gallos col[illegible] præſi[illegible].

17 Nec vanus rumor extitit, ſacrata enim Chriſto arma ad excindendos hæreticos ferenda Henricus Cardinalis in Gallos traduxit, de quo a Pontifice obiurgatus excuſauit, rem ſe inuito geri. Martinus autem proditam Chriſti cauſam lugens, ac milites Eccleſiæ ſtipendijs conductos in impios homines in viros pios ductari, a ſe facinoris inuidiam propulſauit datis ad Francorum Regem, qui graues de eo querelas ſudetat hiſce literis [a].

a Ibid. lib. 9. pag. 52 & in alio lib. breu. ep. ſecr. pag. 61.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri.

Non minorem diſplicentiam habuimus, quam tu, chariſſime fili, neque leuius tulimus, quod Angli, qui præparati erant, vt irent in Bohemiam ad oppugnationem hæreticorum, ad regnum Franciæ acceſſerint: quod vt audiuimus, admodum ex eo turbati ſumus tum cauſa fidei, tum maxime tua, quem præcipue amamus, & in ſingulis vellemus confouere. Itaque tunc ſcripſimus tuæ celſitudini rei ſeriem exponentes: & cum alia remedia adhibere non poſſemus, ſtatim etiam ſcripſimus Cardinali Vvintonienſi, redarguentes eum, quod derelicta expeditione tam ſancta diuerteret ad alia, quæ eſſent præter ſuum honorem, & contra voluntatem & intentionem noſtram. At ipſe excuſauit ſe, quod non ſponte, ſed iuſſus a chariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico Rege Angliæ illuſtri, atque ita iuſſus, vt nullo modo poſſet recuſare illud iter ſuſcipere; & quod gentes illæ etiam ſe inuito Regi ſuo parere vellent, quas non poſſet cogere; ſed quod impenſæ per nos factæ reſtituerentur nobis. Poteſt igitur conſiderare & aperte videre tua ſerenitas hæc eueniſſe præter propoſitum, nec culpa noſtra, ſed aliorum, qui propriam cauſam proſequi maluerunt, quam communem fidei orthodoxæ: & quamuis gentes illæ ex parte noſtris pecunijs præparatæ ad bonum finem fuerint & conductæ, tamen a nobis vltra, quam velint non poſſunt compelli, cum & in remotis ſint partibus & ſuo Regi ſubditi, cuius præceptis ſi magis voluerint obtemperare, quam voluntati noſtræ, nil aliud poſſumus, quam dolere, quod noſtræ ordinationes & conſilia pro fidei defenſione iamdudum habita, habeant exitum tam remotum tamque alienum non ſolum a deſiderio noſtro, ſed etiam opinione: nullus enim humano conſilio ſuſpicari potuiſſet, vt res pro tanto bono & tam ſancto opere ordinata, debuiſſet conuerti in præiudicium tuæ ſerenitatis, cuius ſtatum & incrementum ſumme deſideramus. De ſucceſſu autem tuo plurimum conſolamur & lætamur in Domino, cui bonorum omnium auctori, cum in eius ſolius manu Reges ſint & regna, gratiæ ſunt agendæ. Cardinali vero iterato ſcribimus, prout poſtulant literæ tuæ. *Datum Ferentini* III. *id. auguſti anno* XII. Monuit [b] præterea Martinus eundem Henricum Cardinalem, ne in Gallia legati apoſtolici inſignibus vteretur, cum ea res in Pontificis dedecus, & ipſiuſmet Henrici ignominiam ac publicum odium verteretur.

Significat Gallo Martinus, immi[illegible] Anglorum [illegible] ſuſpitionem.

Deplorat Martinus [illegible] illis deluſus.

Flagitium præter opinionem cõ[illegible].

Obiurgatus Vinton. Card.

b Id. pag. 53. & in alio m. 1. pag. 62.

18 At irriſit diuinum Numen impia Anglorum conſilia, neque ij politici doli, quibus cruceſignatum exercitum conductumque ſacro auro ad defendendam fidem auerterant ad alienum inuadendum, regnum profuerunt; excitata enim cœlo vindice imbellis virgo, de qua anno ſuperiori actum eſt, virili militarique induta cultu prima inter primos milites per medias periurorum hoſtium turmas commeatus Aurelianenſi vrbi intulit [a], expugnatiſque nonnullis propugnaculis, in quibus ſex vel octo Anglorum millia cæſa ſunt, & circiter centum tantum Galli in ijs impreſſionibus deſiderati, Anglos inde caſtra amouere menſe maio coegit. Hæc fuſiſſime ſcriptores, inter quos Iacobus Meyerus [b], quamuis Gallici nominis parum ſtudioſus, ſcribit a Deo datam hanc virginem: *Quidquid*, inquit, *verbis erat pollicita factis compleuit. Quis non videt hoc Dei fuiſſe opus? Quis dubitare poteſt quin facta hæc ſint per immenſam Dei clementiam?* Nonnulliſque interiectis eius geſta in liberanda Aurelia ex ſcriptore contemporaneo ita repetit: *Ductu puellæ*, inquit, *auctor vetuſtus, Franci victoria potiuntur, & Claſſidas dux Anglorum ſubmergitus in aquis Ligeris, ex turri in profluentem ſalire coactus ardente turri. Ductu Ioannæ puellæ Francus vnus mille fugauit Anglos, & duo fugauerunt decem millia. Dei voluntas erat victoriam ponere in ſexu fragili. Caſtra hoſtium expugnata, turres fractæ, ſagittæ Anglorum nihil non ante penetrantes retuſa acie nihil amplius potuerunt. Repente fortunæ immutatus curſus: Francorum res, quæ hactenus deiectæ, proſtratæ, ac miſerrimæ erant, erectæ protinus ſunt, affulſitque diuinitus felicitas. Anglorum vero res hactenus ſecundiſſimæ, retro ailabi cœperunt, tantus ſolo puellæ nomine eorum animis inceſſit pauor, vt magno eorum plurimi firmarent ſacramento, quod ſolo audito eius nomine, aut ſignis eius conſpectis, vires animumque perderent, ita vt nec arcus tendere, nec iacula vlla mittere valerent, nec ferire hoſtem (vt ſoliti erant) haberent poteſtatem. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis! Ioannes nothus Aurelianenſis idem comes Dunenſis in Carnutibus & Ioanna puella duces præcipui omnibus in rebus & bellis erant. Angli omnibus locis excuſſi, fuſi, fugati, cæſi. Carolus Rex puellæ ductu Rhemis iniunctus & coronatus: Trecis Regem honorifice ſuſcepit, Ioannes Acutus epiſcopus loci laudatiſſimus Rhemi, Catalaunum, Compendium, Bellouacum, Laudunum, Sueſſiones, Senones, Carnutes, aliæque ciuitates & populi, pulſis Anglis, in fidem redeunt ſola Dei gratia & benignitate.* His exaſperatus animo dux Betfordiæ Carolum ad certamen literis ſuis [c] ſeptima auguſti die exaratis prouocauit, perſtrinxitque mulierculæ ſexum virilem ementitæ conſilijs militaribus duci. Porro Compendium, ac per multas alias vrbes ſub Caroli imperium redactas, oppugnatam Lutetiam Pariſiorum, ac Burgundum ad ineunda pacis fœdera ſolicitatum refere Monſtreletus. De Philippo vero duce Burgundiæ addit Meyerus [c], illum hoc anno decimo ianuarij in celebritate nuptiarum cum Eliſabetha filia Ioannis Regis Luſitaniæ equeſtrem ordinem velleris aurei inſtituiſſe, quo quidem vellere ſignari voluit Gedeonis vellus, quod intemeratam ſanctiſſimæ virginum Reginæ Mariæ virginitatem ſignificauit, illapſumque Dei in eius puriſſimum gremium reuocat in memoriam, vt Benedictus Gononus interpretatur [d]. Hactenus de Gallicis rebus: nunc ad Italas narrationem conuertamus.

Submiſſa in per[illegible] diuinitus virguncula.

a Monſtrel. vol. 2. pag. 44. Aen. Sylu. de Europ. cap. 43. Aegid. Roya in annal. Paul. Aemil. in Car. VII. & alij. b Meyer. lib. 16. annal. Flandr. in Phil.

Admiranda illius geſta.

Carolus Rex Rhemis ſacratus.

c Meyer. lib. 16. annal. Flandr. in Phil.

Militia velleris aurei inſtituta.

d Gonon. in chron. Deipara.

Vana Anglorum arrogantia.

e Extant apud eund. Monſtr. vol. 2. pag. 48.

Turbæ in regno Neap. excitatæ.

19 In Neapolitano regno eadem tempeſtate nouæ ſeditiones graueſque diſcordiæ concitatæ ſunt. Contraxerat multorum odia [f] Ioannes Caracciolus regiæ Neapolitanæ procurator, quem Pontifex in clientelam accepit [g]: tum ad ſedanda diſſidia citeriores Siculos Ioannæ imperijs parere iuſſit, cui etiam pollicitus eſt [h] apoſtolicum patrocinium nunquam ipſi defuturum. Vt vero Caracciolus felicitatis humanæ inconſtantis triſti exemplo perierit,

f Sum. lib. 4. c. 3. g Lib. 9. breu. pag. 52. h Id. ibid. pag. 51. & in alio m. 1. pag. 60.

dice-

Digitized by Google

Dominicus Capranica compeſcit Bononienſes.

dicetur inferius. Nec turbatum expers extitit Flaminia, cum ſuperiori anno Canetuli Bononienſium ciuium animos ad excutiendum Pontificis iugum incitaſſent, ad quos ad officium redigendos Dominici Capranicæ præſidis Flaminiæ opera vſum Martinum, refert Ioannes Baptiſta Poggius a his verbis.

a Pogg. in v. Ir. Card. Firm.

Cum de pace inter ducem, & Venetos Florentinoſque belli ſocios conueniſſet, & Bononia Baptiſta Canetuli opera a Pontifice defeciſſet expulſis aduerſa factionis principibus, qui partes Pontificis ſequebantur, Flaminia etiam omnis ad defectionem ſpectaret, Dominicus extemplo contractis in vnum præſentibus copijs, qua eccleſia ſtipendijs militabant, eas vrbes in fide continuit. Accerſitis inſuper notis auxilijs a Carolo Malateſta, qui Ariminum vicarius pro eccleſia tenebat, contra Baptiſta & Bononienſium audaciam. Caſtellum S. Petri & Caſtellum Bolognenſium oppida defendit. In ſequenti deinde æſtate maioribus copijs a Pontifice acceptis duce Iacobo Candola Bononienſibus bellum inferre iuſſus eſt: igitur adiuncta ſibi exulum manu, quorum princeps erat Antonius Bentiuolus & ipſe a Baptiſta pulſus, agrum Bononienſium hoſtiliter ingreſſi, omnia eius oppida, qua aut vi capta fuerant aut ſponte in ditionem hoſtium venerant, receperunt. Ducto deinde propius vrbem exercitu, cuncta igni ac ferro populati ſunt, ea potiſſimum ratione, vt aut hoſtes ad pugnam elicerent, aut vaſtatione agrorum ad deditionem compellerent. Verum cum nec direptio villarum, nec agrorum depopulatio, vllaue alia belli calamitas eos terreret, vrbem obſidione cinctam pactione in fidem receperunt: protracta eſt tamen ductorum culpa ad vndecimum menſem obſidio.

Ager Bononienſis vaſtatur.

Recuperata Bononia.

Inſigne integritatis exemplum edidit in eo bello Franciſcus Foſcarus Venetiarum dux, nam cum trepidi perduelles eum ſollicitaſſent, vt ipſos in fidem reciperet, eam labem inferri Veneto nomini non eſt paſſus profeſſuſque b eſt a ditione pontificia inuadenda ſibi temperaturum, concordiæq; interpretem egit: in eo tamen fœdere maximos ab eccleſia impenſos ſumptus queritur Martinus c in literis ad Petrum Card. Fuxenſem in Hiſpanijs legatum datis: *Nouerit*, inquit, *tua circumſpectio, ciuitatem Bononienſem rediſſe ad obedientiam noſtram et ditionem non ſine grauibus tamen expenſis, cum oporteat nos ſoluere ſtipendia etiam illis, qui contra nos militarunt.*

Ducis Veneti integritas egregia.

b Diar. m. s. Vene

c Lib. 9. breu. pag. 57.

50 Hoc anno Pontifex ad ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, cuius myſteria oppugnabant impij Thaboritæ, augendum cultum, tum etiam opem diuinam in perturbatis Eccleſiæ rebus conciliandam, ſacroſancti Chriſti corporis celebritatem nouo diplomate Vrbani IV. exemplo recolendam edixit, vtque fideles maiori cum pietatis ſenſu eam peragerent multis indulgentiarum præmijs ipſos affecit d.

Solemnitas vetere decreto celebranda ſolemni pompa Euchariſtiæ

d Lib. 8. diuer. ep. cur. pag. 258.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dudum felicis recordationis Vrbanus Papa IV. prædeceſſor noſter ad orthodoxæ corroborationem & exaltationem fidei, digne ac rationabiliter ſtatuens, vt de tanto ſacramento, præter illam, quæ dietim in Eccleſia fieret, annuatim memoria ſolemniter, ac ſpecialiter haberetur, & ad celebrandum eius tam excelſum, tamque glorioſum feſtum, quintam poſt octauas pentecoſtes feriam deſignans, ipſoſque fideles ad colendum illud donis ſpiritualibus animare volens, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in matutinali officio feſti eiuſdem in eccleſia, in qua illud celebraretur, intereſſent, centum, qui vero miſſæ, totidem, & qui in primis ipſius feſti veſperis, ſimiliter centum, qui autem in ſecundis, totidem, illis vero, qui primæ, tertiæ, ſextę, nonę, ac completorij horarum officijs, pro qualibet ipſarum, quadraginta; eis autem, qui per octauas ipſius feſti matutinalibus, veſpertinis, miſſæ, ac prædictarum horarum officijs intereſſent, ſingulis octauarum ipſarum diebus, etiam centum dies de iniunctis ſibi pœnitentijs miſericorditer relaxauit. Nos vero, qui huius curricula mundi, ſuperſtitioſis hæreſum fomentis guerrarumque turbinibus, nec non peſſis, & aliarum, quæ dietim ex diuinæ maieſtatis, vt formidamus, offenſa circumſtrepunt calamitatum diſpendijs fines, proh dolor! adducere cernimus paſſim deteriores, amplioribus ſpiritualis recompenſationis impendijs fideles eoſdem ad impertienda pro veneratione ſacramenti huiuſmodi, & vt illud, quo paſcantur & ſaluentur, ipſorum corda perluſtret, potiora reuerentiæ & deuotionis exercitia firmare ſummopere cupientes; ſingulis ex eis vere pœnitentibus & confeſſis, qui & quoties in ipſius ſacramenti profeſto ieiunium, vel loco illius aliud pium iuxta ſuorum conſilia confeſſorum opus fecerint, centum, & qui præmiſſis in eccleſijs, quibus illa celebrari contigerit, officijs interfuerint, nec non epiſcopis & alijs prælatis ſuperioribus, qui dictis officijs libenter intereſſent, ſed quominus eis, in ipſis eccleſijs intereſſe poſſint pro conſeruandis ſuarum dignitatum iuribus, & alias legitime tunc impeditis, pro matutinali ducentos, & pro miſſa totidem; ac pro qualibet veſperarum etiam ducentos; reliquarum vero, videlicet, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ & completorij feſti octuaginta. Rurſus autem, in quibuslibet octauarum diebus, pro ſingulis matutinalium, miſſarum, & veſperarum, ſimiliter centum, nec non pro reliquarum horarum officijs huiuſmodi quadraginta.

Aucta a Martino certis ipſis legibus ſacra indulgentia;

Illis præterea, qui proceſſiones, in quibus ipſum viuificum Sacramentum dicto feſto iuxta præfatarum ritus eccleſiarum deferetur, continuo ſecuti fuerint, a quibuslibet in feſto & octauarum diebus huiuſmodi pro pace & tranquillitate Eccleſiæ miſſas deuote celebrantibus, pro ſingulis ipſarum, nec non alijs in eodem feſto euchariſtiæ ſacramentum deuote ſumentibus etiam centum ſingulis annis, vice qualibet eis, qui dum corpus dominicum communicandis defertur infirmis, illud cum incenſo luminari procedendo vel ſequendo venerentur, ſimiliter centum, & qui tunc illud alias deuote ſecuti fuerint, etiam quinquaginta dies, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli auctoritate confiſi, de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer relaxamus; quodque in feſto & diebus octauarum huiuſmodi etiam in terris & locis eccleſiaſtico quauis auctoritate ſuppoſitis interdicto, pulſatis campanis, ianuis apertis, & alta voce, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis vt citius reconciliari ſtudeant admiſſis, & illis, qui cauſam vel occaſionem huiuſmodi interdicti dederint, altari tunc nullatenus appropinquantibus, miſſæ, & officia præmiſſa licite celebrari poſſint, auctoritate apoſtolica concedimus per præſentes, alijs quæ circa obſeruationem interdictorum a noſtris ſunt inſtituta prædeceſſoribus, in ſuo robore duraturis. Et inſuper vniuerſos patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, & alios eccleſiarum prælatos monemus & hortamur in Domino, ac eis per apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, & in remiſſionem peccaminum iniungimus, vt per ſe vel alios eorum ſubditis per ſingulas ſuarum ciuitatum &

di e

Digitized by Google

Fidelibus ad certas eccleſias in dominica prædicta venientibus indulgentia.

diœceſium eccleſias in dominica feriam & feſtum prædicta proxime præcedente, ſalutaribus ad venerationem potiſſime ſacramenti huiuſmodi monitis & exhortationibus præſentium literarum continentias & effectum publicare & inſinuare procurent, vt eodem ſuffragante miniſterio ſubditi & fideles ipſi gratiarum vberiori fulciantur augmento, & ab illo, qui ſe pro ipſis immolauit hoſtiam, poſt huius vitæ curſum ad gloriam perducantur æternam. Verum quia difficile foret huiuſmodi literis ſingulis exhiberi, volumus & eadem auctoritate decernimus, quod ipſarum tranſumpto manu publica & ſigillo alicuius epiſcopalis vel ſuperioris eccleſiaſticæ curiæ munito tanquam præfatis, ſi originales exhiberentur, literis plena fides adhibeatur, & perinde ſtetur, ac ſi dictæ originales literæ forent exhibitæ vel oſtenſæ. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* VII. *kal. iunij anno* XII.

De liberandis captiuis a Saracenis ſeruis edictum.

21 Propoſitæ etiam ab eodem Pontifice ſacræ indulgentiæ ijs fuere, qui aurum ad fideles ex Mahometanorum ſeruitute, ne inter barbaros ſalutis animarum deſerendæque fidei diſcrimen adirent liberandos, conferrent, crebris enim excurſionibus Turcæ ex finitimis prouincijs Chriſtianos rapiebant, atterebatque adeo continuis graſſationibus Seruios Amurates a, vt Georgius eorum deſpota in deſperationem actus pacto cum Turcis ſeruili fœdere Boſſinam eorum clientelæ ſubiecerit hoc anno, ac ſacramento ſpoponderit, non paſſurum ſe, vt Chriſtiani ex Hungaria per Boſſinam in Turcas irrumperent: tum filiam ſuam vxorem Amurati tradiderit. In hanc infeliciſſimam calamitatem Seruiorum Rex ſchiſmaticus lapſus eſt, cuius ſtirpem fidentem Turcico fœderi penitus exciſam inferius viſuri ſumus. Miſertus porro fidelium ſub barbarica ſeruitute gementium Pontifex hoc diploma edidit b.

a Haniual. l. 14. p. 2. Murates Dragom. in Amur. & ex ijſd. Io. Leuncl. Boſſina Turcic. clientelæ commiſſe. Georgij de ſ... in ... ſ... ſedus cum Amurate.

b Lib. 10. ep. cur. pag. 80.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, ſicut dolenter accepimus & dolentius recitamus, nonnulli, & in magno numero, etiam notabiles vtriuſque ſexus de religione Chriſtiana perſonæ tam orientalium, quam aliarum partium a barbarica ſæuitia videlicet, Turcis, Saracenis, & alijs Chriſtiani nominis æmulis in captura detineantur, & adeo impie & inhumaniter tractentur, quod metu pœnarum, quibus affliguntur ac vitæ corporalis periculo tanquam deſperati, abiurationem orthodoxæ fidei coguntur incurrere, aut ſupplicio cuncti impetuoſæ mortis tormenta ſuſtinere: nos eorum miſeriæ paterno compatientes affectu, ac cordetenus cupientes, vt per huiuſmodi charitatiua ſuffragia redimi valeant, & in libertatem reſtitui; vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, qui infra vnum annum, a data præſentium computandum, pro redemptione & liberatione huiuſmodi iuxta ſuas facultates & arbitrium; *& infra*, pias eleemoſynas erogauerint, & manus adiutrices porrexerint auctoritate apoſtolica concedimus per præſentes, vt aliquem idoneum & diſcretum presbyterum in ſuum poſſint eligere confeſſorem, qui quoties fuerit oportunum confeſſionibus ſuis diligenter auditis, pro commiſſis ſibi debitam abſolutionem impendat & iniungat pœnitentiam ſalutarem, niſi forſan talia fuerint, propter quæ ſedes Apoſtolica ſit merito conſulenda; quodque vt confeſſor huiuſmodi, quem eorum quilibet contribuentium, vt præfertur, duxerit eligendum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contritus & ore confeſſus fuerit, ſemel tantum in mortis articulo, plenam remiſſionem ſibi in ſinceritate fidei, vnitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ,

Tormenta ad ... ſæpe tentati Chriſtiani.

ac obedientia & deuotione noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtenti eadem auctoritate concedere valeat ipſis vniuerſis & ſingulis vtriuſque ſexus ſimiliter indulgemus, &c. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos* XI. *kal. martij anno* XII. Coactas in id pium opus pecunias Pontifex duobus abbatibus, vt captos redimerent, tribui iuſſit a: tum ad Proſperlaſſerat ſultanum Babylonium Franciſcum Minoritam miſit, vt Chriſtianos ex eius carceribus eriperet auro, barbarumque principem datis literis, vt clementia in miſeros vteretur, ſuæque animæ ſaluti conſuleret, eſt adhortatus b.

Proſperlaſſerat ſultan Babylon.

a Eod. pag. b Lib. 9. breu. pag. 51. & in alio lib. breu. pag. 59.

Excellentiſſimo principi Proſperlaſſerat ſoldano Babilonia ſpiritum fidei orthodoxæ.

Multa iam dudum auribus noſtris relata ſunt a pluribus Chriſtianis, de fama rerum a te geſtarum, magnitudine conſilij, & prudentia in agendis, quæ cum ſint in tali principe commendanda, multo magis laudanda erunt, & nos etiam ea laudibus digna duceremus, ſi ipſis adiungeretur virtus humanitatis & clementiæ erga fideles Chriſti, qui cum ſint multi in tuo dominio conſtituti. ſublimitatem tuam exhortamur, vt eos benigne tractet, & ſe benignam, & fauorabilem ipſis exhibeat ob reuerentiam omnipotentis Dei, quem ſupplices deprecamur, vt te veræ fidei lumine illuſtret & dirigat in viam ſalutis æternæ. Cæterum dilectum filium Franciſcum de Piſtorio ordinis Minorum ſacræ theologiæ magiſtrum ad tuam excellentiam cum præſentibus literis deſtinamus, &c. *Dat. Ferentini* x. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* XII.

Cohortatur eum Martinus.

22 Hoc anno kal. nouembris obijt Conradinus ordinis Prædicatorum pietate inſignis, qui miraculis claruiſſe fertur: de cuius in frangendis cupiditatibus conſtantia, cœleſtique caſtitatis munere diuinitus accepto, hæc refert Leander c: *Cum aliquando in cellula ſecreto orationibus vacaret, laſciuientis carnis te... ſtiginem erumpere animaduertens, quæ quidem a diuinorum contemplatione plurimum animum abducit, orationum vberrimo fructu pudicitiæque decore allectus, ferreum flagellum arripiens terga nudata tamdiu percuſſit, quouſque ſanguis non modicus efflueret. Cum itaque petulantis corporis illecebras magnanime repreſſiſſet, ſanctiſſima cœleſtis patriæ Regina duabus comitata virginibus mira odoris ſuauitate illi extemplo apparuit, dicens: Conradine fili chariſſime, iamdudum ſuſpiria, ſingultus, gemitus, lachrymas, tuumque caſtiſſimum affectum optime noui; ea profecto virtutum fundamenta iecisti, vt minus laude dignum videatur ob vigilias & orationes tuas te gratia aliqua non donari: quamobrem ſcito quaſcumque ad filium meum preces emiſeris, illas exauditas eſſe, teque omnia, quæ efflagitaueris, conſecuturum: & quo priuilegij huius fidem faciam, nunc tibi amatæ caſtitatis integritatem enixe poſtulanti renes petulcos ita cohibebo, quod nullo exinde turpitudinis infeſtaberis telo. Illa ſic demum fata, propius accedens, illius renes, ſuaueolenti ceromate inungere viſa eſt, inquiens: Stringantur amodo renes tui, ne vllam deinceps carni aduerſus ſpiritum bellandi occaſionem præſtare valeant, peractiſque omnibus Virgo ſanctiſſima cœleſtia petijt. Quoniam vero iſtud dignum memoratu extitit, ideo locus ille, in quo viſio apparuit, magna hodie colitur veneratione.*

c Leand. de viris illuſt. prædicator hoc ann. Bis conflictatus in domanda carne.

A B. Virgine caſtitatis donum accipit.

Obijt eodem anno Ioannes Gerſon academiæ Pariſienſis cancellarius die XII. iulij, vt refert eius vitæ ſcriptor: *Aetatis*, inquit, LVI. *tribus diebus poſtquam manum extremam commentarijs in cantica canticorum impoſuit, quod ipſum etiam Bernardo, Thomæ Aquinati, & multis alijs viris ſanctiſſimis contigerat*,

Io. Gerſonis mors pia.

rat, viam vniuerſæ carnis inter orandum ingreſſus eſt. Qui in teſtamento quotidiano peregrini hæc ſcripſerat: *Da continue mentem ſanam, da pœnitentiam veram, da ſaltem in affectu communionem ſacram, da ſimiliter vnctionem ſanctam, da remiſſionem plenam; da ſanctorum contra poteſtates contrarias conſolationem, da in exitu vitam æternam.* Sepultus eſt in æde S. Pauli Lugdunenſis, & diuinum Chriſti prologuium, quod inter concionandum frequenter in ore habebat: *Pœnitemini, & credite euangelio;* ſepulchro inſcriptum eſt. Ferunt litteræ collegio canonicorum Lugdunenſium ad Chriſtophorum epiſcopum Baſileenſem anno MDIV. datæ, ipſum miraculis claruiſſe. Recenſet eius opera Trithemius, quæ in quatuor tomos diſtincta leguntur. Quamuis autem, dum aduerſus tyrannidem Petri e Luna antipapæ [a], pro qua excindenda a Gallo Rege ad Bonifacium IX. & ad concilium Conſtantienſe miſſus decertauit, viſus ſit pontificiam auctoritatem oppugnaſſe, tamen alias dum loquitur de Pontifice non ambiguo, egregie eam confirmat, veluti in libello de auferibilitate Papæ conſid. 8. [b] *Nullam,* inquit, *aliam politiam inſtituit Chriſtus immutabiliter monarchicam & quodammodo regalem, niſi Eccleſiam; & oppoſitum ſentientes de Eccleſia, quod ſecundum fas eſt eſſe plures Papas, aut quod quilibet epiſcopus eſt in ſua diœceſi Papa, vel paſtor ſupremus æqualis Papæ Romano, errant in fide & vnitate Eccleſiæ contra articulum illum: Et in vnam ſanctam, &c. & ſi pertinaces maneant, iudicandi ſunt hæretici, ſicut Marſilius de Padua & quidam alij.* Ac rurſus de auctoritate Papæ & concilij, cum nondum eam controuerſiam mouiſſent Baſileenſes, ita loquitur in conſideratione 11. *Regulariter concilium generale non eſt celebrandum de iure etiam diuino non vocante vel approbante Papa, ſi eſt vnicus, nec aduerſus eum allegatio legitima.* Ornat illum Bellarminus viri docti & pij elogio [c]: monet tamen opuſculum de imitatione Chriſti adſcriptum ab alijs Ioanni Gerſon ab alijs Thomæ a Kempis, eſſe cuiuſdam Ioannis abbatis de Gerſen ſiue de Geſſen, vt habet inſcriptio vetuſtiſſima huius libri in codice m.s. qui aſſeruatur in monaſterio Aronenſi; tum addit: *Sed cuiuſcumque ſit, opuſculum eſt vtiliſſimum & iure in tota Eccleſia ſummo omnium conſenſu receptum & frequentatum, & in omnes linguas conuerſum. Ego certe ab adoleſcentia & vſque in ſenectam hoc opuſculum ſæpiſſime volui & reuolui, & ſemper mihi nouum apparuit, & nunc etiam mirifice cordi meo ſapit.*

Fertur claruiſſe miraculis.

a Trithem de ſcript. eccleſ.

De eius temporis. b Gerſ. to. 1. oper pag. 158.

c Bellarm de ſcript. eccleſ.

IESV CHRISTI
Annus 1430.

MARTINI PP. V. Ann. 13. | SIGISMVNDI REGII ROM. AN. 20. IO. VII. PALÆOL. IMP. OR. AN. 7.

1 ANno Seruatoris trigeſimo ſupra mille quadringentos octaua indictione Huſſitæ, vt Albertus Crantzius [d] atque ex eo Ioannes Cochlæus [e] referunt, victoriarum ſucceſſu elati, concitatique a ſuis ſacerdotibus in catholicos in Miſnia Luſatiaque immanes late ſtrages ediderunt, viroſque religioſos ſidiris ſupplicijs necarunt. Coniunxere quidem principes catholici exercitus ſuos, vt illos bello peterent: ſed cum a Miſniæ marchionibus exigerent, vt pro tuenda prouincia militares ſumptus refunderent, contenderentque, ij, non Miſnenſium modo, verum vniuerſam catholicorum rem agi, ac breui, cum Miſnia eo arſiſſet incendio, belli faces alijs prouincijs illatum iri, infecta re ſolutus eſt catholicus exercitus ex quo hæretici ſe inuictos rati diſcurrenteſque per Germaniam, Bambergam & Nurembergam ad redimendam auro plurimo hoſtilem graſſationem compulerunt; indeque tripartito agmine alij in Poloniam, in Hungariam alij, alij in Auſtriam irruperunt. Eminebat inter eos Czapko presbyter Thaborenſis, qui de exigenda a malis vltione, cuius nominis infamia pios omnes notabat, librum edidit, aduerſus quem Pizbram alium edidit, vt Bohemos ab ea ferina immanitate ad Chriſtianam manſuetudinem traduceret.

Clades ingentes illatæ ab Huſſitis.

d Crantz Vvand. lib 11. c. 20. e Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 6.

Diſſolutus ſocrū exercitus.

Hæreticorum in Germania excurſiones.

2 Aucti porro tanta ferocia fuerant hæretici, cum Vvintonienſis Cardinalis, vt ſuperiori anno vidimus, exercitum aduerſus eos non eduxiſſet, ſed auertiſſet in Gallos, quos cum Ioanna velut Debora altera non illicis formæ dolo, ſed ſingulari militari virtute tueretur, poſt multa præclara facinora, cum clarum hoſtium ducem Franguetum captum in acie capite truncari iuſſiſſet, deſtituta diuina ope in Compendienſi eruptione comprehenſa eſt [a] a Burgundis, qui maiorem de ea quam de quingentis inſignibus militibus triumphum egere, perductaque Rothomagum impoſito artis magicæ crimine, quo illuſiſſet Anglis, igni ab ipſis proximo anno concremata eſt; de qua hæc refert auctor [b] anonymus: *Compendium ab Anglis obſidetur. Puella eruptionem facit, & capitur. Ducta Rothomagum, vbi tunc erat Rex Henricus adoleſcens. Petrus Cauchon Bellouacorum tunc erat epiſcopus, conſiliarius præcipuus Regis Angliæ. In eius diœceſi quoniam capta puella erat, conuenit, vt ipſe inquiſitionem faceret de puella, quam maleficam eſſe per inuidiam inſimulabant & hæreticam. Quæſtio habita a multis theologis & iureconſultis Lutetia euocatis per multos dies, interrogationes & reſponſa ab tabellionibus diligenter conſcripta, admirationi omnibus erat, quod puella ruſticana de fidei rebus tam ſapienter tamque catholice loquebatur & reſpondebat. Hoc autem inquiſitores (qui Anglicæ erant omnes factionis) in primis curabant, vt callidis, verſutis, & fucatis verbis & inquiſitionibus & interrogationibus captioſis ſanctam Chriſti virginem caperent & de hæreſi accuſarent; ſed non potuerunt. Data ſunt illi a Domino verba, quæ loqueretur, nec ſpiritui eius, qui loquebatur, potuerunt reſiſtere. Inſuper Angli per obſtetrices ſuæ etiam factionis inſpici curabant virginem, nec mulieres illæ quamuis maxime cuperent, ac virgini grauiſſimæ hoſtes eſſent, aliud potuere affirmare, quam quod intemerata clauſtra virginalia ſeruata in illa reperirent: dicitur enim ſuam integritatem Deo vouiſſe, cum adhuc patris ſui gregem in agris paſceret, quibus in agris adeo religioni erat addicta, vt quoties ſonitum audiret campanæ de conſecratione corporis Domini religioſiſſime proſterneret ſe in terram diu multumque orans, laudans ac benedicens Deum. Virilem habitum excuſauit, ne ſcilicet militum incontinentia prouocari in illam poſſet, ſi fœmineo vſa fuiſſet habitu, vna nihilominus omnium Anglorum ſententia erat & vox vulgaris; nunquam ſe poſſe feliciter cum Gallis dimicare, aut victoriam reportare quandiu puella illa (quam veneficam & ſortilegam vocabant) viueret tollendam eſſe de terra. Hoſtes eius iudices erant: pars eius aduerſa, quæ eam accuſarat, tulit ſententiam, ſqualłore carceris & inedia eam macerabant.*

Angli politici horum malorum auctores. A Ioanna virguncula proſtrati.

a Monſtr. vol. 2. Ægidius e Roya in annal. Paul. Aem in Car. VII Bergomen. e claris mulier. cap. 15. & alij. b Anonym ſcript. contemporaneus & ex eo Meyer. annal. Flandr. lib. 16.

Magicæ artis accuſata

Ferunt eam tandem ab iudicibus adductam, vt ſi vellet abiurare reuelationes, quas aſſerebat ſibi factas, eam abſoluerent & abire permitterent. Quod feciſſe eam tradunt; ſed cum tamen non dimitteretur valde increpitam fuiſſe ſe dixiſſe, quod reuelationes abnegaſſet, iterum ſibi in carcere apparuiſſe ſcilicet diuas Agnetem, Margaritam, & Catharinam ab illiſque, quod hec feciſſet, obiurgatam. Hæc fuit cauſa mortis. Dicebant

Ab hoſtibus circumuenta in iudicio.

Digitized by Google

hoſtes eius, qui iudices erant, relapſam eſſe in abiuratam hæreſim: aduaxerant enim etiam, vt iuraret ſe vltra non dicturam ſibi reuelationes fallas eſſe. Data brachio ſeculari Rothomagi combuſta: collecti cineres vniuerſi & de ponte in Sequanam demerſi, ne quia forte reliquiarum ſeruari aut coli poſſit.

Poſtquam Normannia, pulſis Anglis, in fidem rediſſet, vidimus eum proceſſum & examinauimus: ex quo quidem proceſſu non ſufficienter conſtabat ipſam de alicuius erronei dogmatis contra veritatem doctrinæ catholicæ aſſertione conuictam, vel in iure confeſſam, & per hoc hæreſis atque relapſus ſatis manifeſte fuiſſe fundamentum: quanquam etiam præter hoc poterat proceſſus huiuſmodi ex multis capitibus argui vitioſus, coram capitalibus inimicis ſæpe per eam recuſatis (denegato etiam ei omni conſilio, quæ ſimplex puella erat) factus & habitus, quemadmodum ex libello, quem deſuper ab eodem Carolo expetito a nobis conſilio, edidimus ſi cui, ad cuius venerit manus, legere vacauerit, latius poterit patere. Pulſis enim de Normannia Anglis idem Carolus Rex per plures regni ſui prælatos & diuini atque humani iuris doctos homines diligenter proceſſum prædictum examinari & diſcuti fecit: & de ea materia plures ad eum libellos conſcripſerunt, quibus coram certis a ſede Apoſtolica ad cognoſcendum & iudicandum de huiuſmodi materia iudicibus delegatis, exhibitis & mature perlectis per eoſdem iudices, in ſententiam, quam prædiximus, extitit condeſcenſum, & ſententia contra eam data ſub Anglorum imperio caſſata & reuocata. Miſſa erat a Deo, ne quis ponat carnem brachium ſuum, ne Anglorum ſuperbia ſuis nimium fideret viribus. Gloriabantur in ſuis viribus, Deo non attribuebant ſuas victorias, oſtendere illis Deus voluit, quod ſtulte & impie fecerunt ſuis dumtaxat fidentes viribus, & victoriam oſtendit in ſexu fragili, ſicut in Debbora, Iudith, & Eſther. Hæc & plura de virgine ille anonymus ſynchronus puellæ. Quibus conſentanea Papyrius Maſſonus [a] ex vetuſtiſſimis monumentis ſcribit, ſubditque.

Prouocatio ad ſedem Apoſt.

a Maſſon. in Car. VI.

Reſtitutio illi a pontificijs iudicibus fama.

3 *Poſtmodum anno quadringenteſimo quinquageſimo ſexto Iſabella Ioanna mater reſcriptum a Calliſto Romano Pontifice obtinuit, quo Ioannes archiepiſcopus Rhemenſis & Vvillelmus Pariſienſis cauſæ illius cognitores eſſe iubebantur, innumeri teſtes ſuper Ioanna natalibus vita religione moribus rebus geſtis fidem fecere virginem illam iniuria damnatam, atque ita pronuntiatum eſt ab illis ſanctiſſimis viris nonis iulij anno MCCCCLVI. quarum rerum acta in ſcrinio Pariſienſis eccleſiæ adhuc ſeruantur: ſiue iure ſiue iniuria damnata eſt res Anglicæ eius aduentu turbari cœpta in deteriorem ſtatum ſenſim abiere.* Deſcribit pluribus Monſtreletus [b] partas victorias hoc anno a Francis ad Compendium, quod Burgundica obſidione liberatum eſt, adeo plures vrbes pulſis externis præſidijs, cupide & libenter in Galli Regis poteſtatem venere. Extant porro Martini literæ [c] ad Carolum nulla temporis nota conſignatæ, quibus de proſperis ſucceſſibus ipſi gratulatur, delerque ex regio animo aduerſam ſuſpicionem, quam nonnulli inuidi ipſi aſſuderant.

b Monſtrel vol. 2. pag. 64 80. ibid. pag. 68.

Angliæ res ex merito tunc aduerſæ.

c Lib. vlt. breu. pag. 133.

4 Cum vero Galliæ rei intereſſet, Philippum Burgundiæ ducem, qui Anglos inito cum ipſis fœdere adeo extulerat [d], ab iiſdem diuellere, iamque Anglus illius animum haud parum offendiſſet, quod anno ſuperiori Aurelia ad deditionem inclinante ea lege, vt non Angli ſed Burgundi acciperet imperium, ferociter reſpondiſſet non fore ſuæ dignitatis, vt feram a ſe exagitatam alter caperet; Pontifex Burgundum hiſce literis incitauit [e], vt fœdus ſolueret, ſi Angli pacem conficere detrectarent.

d Meyer. in Philip.

e Lib. breu. pag. 103

Burgundus ſuo loco conſiliare indicatur vnde.

Dilecto nobili viro Philippo duci Burgundiæ ſalutem, &c.

Pacem regnorum Franciæ & Angliæ vſque ab ipſo noſtræ aſſumptionis initio procurare ſummo ſtudio non ceſſauimus, per plures Apoſtolicæ ſedis legatos & nuntios, ſicut iniunctum nobis ſummi apoſtolatus officium, ac ſingulare cordis noſtri deſiderium requirebat: & quamuis adhuc non inuenerimus, qui admitterent verba pacis, & preces noſtras exaudirent & noſtra pietate flecterentur ad ſuam, tamen in eius pacis deſiderio nulla rerum difficultas nullaque deſperatio nos tepidiores fecit vnquam, ſed eo magis, ac magis fuimus ardentes, quo maiores ſtrages fidelium & prouinciarum deſolationes, & crudeliorem Chriſtiani ſanguinis effuſionem fieri in dies in huius abominandi belli diuturnitate cognouimus: quæ mala quanta fuerint, & quam grauia futura ſint, niſi per Chriſti miſericordiam occurratur, non poſſumus ſine lachrymis recenſere. Igitur eodem illo, quo flagramus ſemper tam ſalutaris pacis deſiderio commoti, & cupientes, vt potius ſero, quam nunquam hic finis tantæ calamitati, ad te iterum, fili dilecte, quem ſuper hac materia ſæpe rogauimus, & a quo ſcimus magna in hac re momenta pendere, reuoluimus preces noſtras. Nuper enim a fidedignis accepimus, quod aduerſarij tui, inſpirante Domino, inclinati ſunt ad pacem rationabilem & honeſtam, & quæ ſine grauiſſima nota crudelitatis repudiari non poteſt: ſed eam fortaſſis confœderati tui, ſicut aliqui ſuſpicantur, recuſabunt, propterea nobilitatem tuam pio & paterno affectu exhortamur, requirimus, & rogamus, vt in nomine Ieſu Chriſti, qui cum tranſiret ad Patrem diſcipulis dixit: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*; etiam tu inclines animum tuum ad pacem, & præfatos confœderatos tecum coneris inducere ad eandem ſententiam & voluntatem pacis, quæ quanto fieret vniuerſalior & plures amplecterentur, tanto melior & vtilior, ac gratior nobis eſſet.

Quanto ſtudio publicam pacem promouerit.

Burgundus a Martino de pace poſtulatus.

Sed ſi (quod auertat Deus) eſſent obſirmatiores in huius belli cupiditate, ex quo neceſſario ſecutura eſt miſerrima vaſtitas tot terrarum, & extrema deſolatio populorum cum execrabili offenſa Dei & irreparabili iactura communis reipublicæ Chriſtianæ, conſidera quid te facere oporteat, vt ſatisfacias conſcientiæ & honori tuo, ne tantorum malorum vnus fuiſſe cauſa in Dei & hominum iudicio cenſearis. Nos enim non videmus, quæ humana ratio poſſit eſſe tam efficax, vt illi non ſit tantum & tam commune bonum anteponendum, præcipue cum animæ tuæ ſaluti committimus, quæ periculo ſubiacet perditionis æternæ, ſi cum poſſis tot afflictis fidelibus pacem dare, non dederis. Sed dicet quis fortaſſe, promiſſiones, & fœdera ſeruari oportere, quod & nos dicimus, & ſentimus, dummodo talia ſint, quæ non offendant Deum, cuius longe magis offenſio eſt timenda, quam hominum; quamuis enim patriæ charitas, reformatio auiti regni, & ſanguinis neceſſitudo plurimum mouere te debeant, tamen te mouere debet magis & omnia mundana vincula ſuperare Dei timor; cuius iudicium formidabilius eſt, quam ſuſurrationes & ſermones humani, qui plerumque contrarij non pro rei veritate, ſed pro affectu & paſſione loquentium diffunduntur: tanta tamen eſt & tam communis huius deſideratæ pacis vtilitas in populo Chriſtiano, vt ſi auctor eius fueris, nomen tuum propter hoc nulla nota maculabitur; ſed in quolibet loco illuſtri & coram quibuſcunque principibus celebrabitur digna laude. *Dat. &c.* Adiecit ſe reli-

Ex bello diuturno immenſa ſequi mala.

Dei timor & patriæ amor propoſiti.

Digitized by Google

Valleris au ſeo ordo inſtitutus a Philippo duce Burgundiæ.

a Monſtrel vol. 2. pag. 41.

b Ib. pag. 62.

c Ibid. pag. 56.

reliquis principatibus Philippum comitatum Namurcenſem a, extincto Namurcenſi principe auunculo, ac Brabantino b principatu, cum Philippus dux Louanij obijſſet, eo potitum partim iure, partim vi, partim procerum in eum ſtudio refert Monſtreletus c.

Synodus Tarraconenſis.

d Ext. in lib. 8. ſecr. Eug. IV. pag. 49.

Confirmata a Martino eius anno.

5 Peracta eſt hoc anno ab archiepiſcopo Tarraconenſi prouincialis ſynodus Tarraconæ ad eccleſiaſtici ordinis libertatem ab improbis labefactatam in priſtinum ſplendorem reuocandam: tum ad frænandam proteruorum hominum licentiam editæ plures ſanctiones, quæ proximo ineunte anno a Martino præſulum Aragoniorum precibus permoto confirmatæ, pontificioque inſertæ diplomati d fuerunt, cuius principem partem delibamus.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor declarationum additionum ordinationum & ſtatutorum prædictorum ſequitur & eſt talis. Frequens plurimorum clamor noſtrum propulſauit auditum, quod nonnulli religioſi exempti & non exempti etiam de ordine militari, potius proprijs, quam reipublicæ noſtræ prouinciæ commodis inhiantes, tam eis in perſonis proprijs locis hominibus vel alijs bonis ſuis iniuriæ damna aliqua ſeu violentiæ per quempiam irrogantur; nos ſeu curiam noſtram & venerabilium fratrum noſtrorum ſuffraganeorum adeunt, vt eis per conſtitutiones in ſacris concilijs Tarracone contra inuaſores,

De reprimendis eccleſiaſticorum deprædatoribus.

raptores, & deprædatores hominum eccleſiaſticorum, rerum eccleſiaſticarum, & locorum religioſorum, ſancte & ſalubriter emanatas ſuccurratur de remedio competenti in dictis conſtitutionibus expreſſo.

Quod quidem remedium, cum contra ipſos in dictas conſtitutiones committentes, ad inſtantiam aliquorum vel alias ex officio proceditur, non curant admittere, nec eiſdem volunt ſubijci, ſed potius liberari, obliti conſilij ſapientis, quo cauetur: *Patere legem, quam ipſe tuleris*; & canonicis ac imperialibus legibus, quæ publice profitentur, quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe debet vti eo, & fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in eam. Nos igitur præfatus archiepiſcopus approbatione eiuſdem ſacri concilij ſtatuimus, quod dicti religioſi, etiam ſi fuerint de ordine militari, ſicut pro ſe conſtitutiones admittunt, contra ſe ſi in eas commiſerint, admittere teneantur: quod niſi fecerint, dictarum conſtitutionum commodo & auxilio præſentis ſanctionis auctoritate ipſo facto decreuimus eſſe priuatos, præcipientes dictis noſtris ſuffraganeis, vicarijs, & officialibus eorundem, ne eo caſu ad inſtantiam ipſorum, nec ex officio dictas conſtitutiones obſeruent. Procedit a rationis & iuris tramite, quod vbi maius eſt periculum, ibi procul dubio eſt plenius & ſalubrius prouidendum: quod quam graue ſit & onuſtum diſpendijs, & quot & quantis ſit plenum periculis eccleſiaſticæ iuriſdictionis exercitium noſtræ prouinciæ, his præſertim temporibus, exercere non ſolum exacti conſideratio temporis, ſed conſiderata prudenter præſentis temporis diſcrimina indicant.

Nonnulli quoque temporale dominium obtinentes ſuis terminis non contenti, falcem ſuam in aliam ſegetem imponere non verentur, ſatagentes iuriſdictioni eccleſiaſticæ, quantum poſſunt, illudere, ac eam etiam exquiſitis coloribus vſurpare: executores namque nuncios, ſeu noſtros & ve-

Peſſundata a laicis pro ceribus libertas eccl.

nerabilium fratrum noſtrorum vicariorum aut officialium literas eis, vt ſubditis ſuis, ſeu in dominijs ipſorum conſiſtentibus iuſtitiæ deferentes, nedum capiunt, immo interimunt, & atrociter verberant, ac præcepta ſuis ſubditis faciunt de interficiendis eiſdem in Dei offenſam notoriam, & ipſorum grande periculum animarum. Quapropter nos archiepiſcopus ſupradictus, prout decet & expedit, talia attentantes, qui ipſo iure tanquam impedientes iuriſdictionem eccleſiaſticam excommunicati exiſtant, congruis remedijs ab huiuſmodi auſibus retrahere, & ad Dei ſemitam reducere

Confere iſtos lato.

cupientes, ſacro approbante concilio, ſtatuimus quod ſi talia & tam nefanda crimina (quod abſit) per aliquem iudicem, marchionem, comitem, vicecomitem, nobilem, baronem, militem, ciuem, burgenſem, generoſumque vel non generoſum, & officiales eorum, conſules, paciarios, conſiliarios ciuitatum vel villarum, caſtrorum & locorum temporale dominium obtinentes, vel aliquem eius loco in noſtra prouincia Tarraconēſi commiſſa de cætero fuerint, omnia loca, caſtra, ſeu villæ committentes huiuſmodi facinus in diœceſi, in qua commiſ-

Eorum loca ſacrorum vſu priuata.

ſum fuerit, conſtituta, ipſo facto ſint ſuppoſita eccleſiaſtico interdicto: quod quidem interdictum in omnibus cathedralibus & propinquioribus circumuicinis eccleſijs, ſi commode alibi denuntiari non poteſt, ſufficiat publicari & proceſſus neceſſarios in eiſdem fieri.

Naturalis dictat ratio & experientia manifeſtat, quod nouis morbis noua conuenit antidota præparari: cumque ab aliquibus citra temporibus nonnulli excommunicati auctoritate conſtitutionum ſacrorum conciliorum Tarracone contra inuaſores raptores & deprædatores huiuſmodi eccleſiaſticorum & locorum religioſorum ſalubriter promulgatorum, munus abſolutionis ad cautelam obtinere nitantur, quod nunquam vel raro fieri conſueuit, approbatione eiuſdem ſacri concilij hoc fieri prohibemus, ſtatuentes quod ſi de facto fieret, non valeret abſolutio ſic obtenta.

Cæterum quia fidedignorum relatu percepimus, quod nonnulli dominium temporale obtinentes in ciuitatibus, terris, caſtris, & villis infra prouinciam Tarraconenſem illudentes eccleſiaſticæ libertati presbyteros & clericos ſimpliciter tonſuratos, vel etiam coniugatos, & perſonas alias eccleſiaſticas, ſi coram eiſdem dominis vel officialibus allegant tonſuram, vel quod gaudere, cum caſus occurrerit, volunt priuilegio clericali, vel ſi pecunia eis data vel mutuata non fuerit, quam nituntur a dictis presbyteris vel clericis exigere, vel exquiſitis coloribus & figmentis, vel quia dicunt eos habere

Indicta pœna proſcribentibus ſacerdotes.

ſuſpectos, ſeu alias pro libito voluntatis de dictis ciuitatibus, caſtris, locis, & villis & ipſorum dominio de facto expellunt, vel expelli faciunt, banniunt, ſeu banniri faciunt; de voluntate & aſſenſu ſacri concilij ordinamus, vt contra dominos, vicarios, & officiales, ſeu baiulos dictorum dominorum, & alios talia facientes, qui in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum deliquerunt, vel ratum habuerunt, procedatur per conſtitutiones ſacrorum conciliorum Tarracone editas contra inuaſores, raptores, & deprædatores huiuſmodi eccleſiaſticarum rerum & locorum religioſorum, per nos, ſuffraganeos noſtros, vicarios, & officiales noſtros & ipſorum, prout in alijs caſibus fuit hactenus in Tarraconenſi prouincia fieri aſſuetum, præfatas conſtitutiones contra tales impie attentantes, & dantes eis in hoc conſilium, auxilium, vel fauorem, quos volumus pœnis & cenſuris dictarum conſtitutionum ipſo facto ligari, penitus extendentes. [Decreta plura alia in Tarraconenſi

Digitized by Google

ſynodo ad tuendam eccleſiaſticam libertatem, reprimendam eorum inſolentiam, qui bona eccleſiarum inuaderent, aut eccleſiaſticos viros in certamen vocarent, iniuriaue aliqua afficerent, coercendos, profani fori ſæcularis iudices, qui clericos ad ſuum tribunal raperent, tum aliæ Petri archiepiſcopi Tarraconenſis ſanctiones renouatæ: præterea forma iuris præſcripta, ex qua coram eccleſiaſtico iudice in eos agendum eſſet, qui ius eccleſiaſticum læſiſſent: quibus omnibus Martinus apoſtolicum robur adiecit, atque anathematis pœnam ea violare auſuris irrogauit. *Dat. Romæ apud SS. Apoſtolos IV. id. ianuarij pontific. noſtri anno XIV.*

5 Auctum ᵃ eſt a Martino hoc anno VIII. nouembris die Cardinalium collegium, aſcitis in illud Ioanne in elencho Cardd. Caſanoua ſacri palatij magiſtro & epiſcopo Elnenſi, qui presbyteratu tit. S. Sixti ornatus eſt, & Guillelmo Dinano de Monteforti epiſcopo Macloujenſi, qui biennio poſt ab Eugenio IV. pileum rubrum cum titulo S. Anaſtaſiæ accepit. Promulgati etiam fuere Cardinales Proſper e Columna & Iulianus Cæſarinus, quos antea creatos, ſed in arcano habitos diximus. At Dominicus e Crapanica, quem in pontificio, ve aiunt, pectore reſeruatum fuiſſe iam ante retulimus, promulgatus non fuit: ſed cum Cardinalibus pepigit Martinus biennio tantum euoluto promulgandum, adiectis nonnullis legibus, quas Ioannes Baptiſta Poggius ᵇ in eiuſdem Cardinalis Firmani vita recenſet hiſce verbis: *A Martino creatus eſt Cardinalis ſecretus. Moris eſt Romanorum Pontificum multiſque annis obſeruatum, cum aut plures pro Cardinalium creatione ſibi ſunt infenſi, vel ipſi augeri collegij numerum ægre ferant, pontifices vero quempiam ad eam dignitatem velint extollere & competitorum moleſtias euitare, diſſimulata aliquorum creatione de collegij ſententia, quos volunt nominant Cardinales præſentibus iureiurando adactis, ſe illos pro Cardinalibus habituros, nec obſtaturos, quo minus in ſuum collegium recipiantur. Certum inſuper tempus ſtatuunt, quo id palam fiat: qui contrafecerint ſacris interdictum ſit. Ita Dominicus Cardinalis creatus eſt: conuenerat vero inter Pontificem & Cardinales, ne intra biennium pronuntiaretur Dominicus: quod ſi interea mori Pontificem contingeret, liceret illum intereſſe pro Cardinali alterius electioni, ac deinceps talis haberi, idque iureiurando ſanxerant.*

a Fel. Contelor. in elench. Cardd. Creati hoc anno Cardd.

b Io. Bapt. Pogg. in vita ms. Card. Firm.

Cur Dominicus Capranica in arcano habitus.

6 Hoc anno Pontifex Ioannem tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem ad vniuerſi ordinis Minoritarum, quos conuentuales vocant, comitia Aſſiſij celebranda ampla decernendi facultate munitum legauit, vt priſtinæ ſanctitatis nitor reſtitueretur: quo munere egregie perfunctus ſingula capita formulæ Franciſcanæ diſciplinæ explanauit ᶜ; quæ Martinus apoſtolica auctoritate confirmata ſeruari voluit ab ea ſacra familia, quam hac eximia laude ornat: *Sponſa Chriſti Eccleſia ſancta eſt; ſed in propoſito noſtro Minorum religio vertitur reformanda, quam altiſſimus Ieſus Chriſtus Dei filius ſibi quodam ſingulari annulo mirifice deſponſauit, cum eiuſdem religionis inſtitutorem & ducem ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis priuilegijs decorauit, ac ſpecialibus ſigillis, ſacris videlicet ſtigmatibus, mirabiliter inſigniuit: quæ quidem ſacra religio, licet plantata ſit ſuper illo firmiſſimo fundamento, præter quod nemo aliud ponere poteſt, quod eſt ſuum ſanctiſſimum euangelium, quaſi ad modum fluctuantis naniculæ procellis agitata ventorum, tentationum ſcilicet, pulſibus vulnerata quamplurimis tot indiget ſemper almæ matris Eccleſiæ prouidentijs & fauoribus, quot quatitur impulſibus, & vitiorum vulneribus ſauciatur.* Præcipuus reducendi ad veterem ſplendorem Minoritani ordinis auctor erat B. Ioannes e Capiſtrano adminiſtro ſupremo ad ſancita perficienda collega adiunctus ᵃ. Non leuia tamen poſtea inter arctioris laxioriſque vitæ amantes diſſidia nata ſunt, de quibus fuſe Lucas Vvaddingus.

De renouanda in Franciſcanis familia eorum diſciplina agitur.

c Extant eius lit. in bullar. in part. V. conſt. 13. & apud Vvading. in annal. Minor. to. 5. hoc ann. nu. 7 & ſeq. & ultimo ordinis elogium.

B. Ioannes e Capiſtr. ad reformandam vitam laborat.

a Vvadding. ead. ann. 23.

7 Hoc anno ᵇ Alexander appellatus etiam Vvitoldus Lituaniæ dux octogenarius rerum geſtarum amplitudine præclarus, qui Romani Pontificis iuſſu lethalem noxam ipſum ſubiturum denuntiantis, ſi hæreticorum patrocinium ſuſcepiſſet, Bohemica, quam pollicebantur hæretici corona abſtinuerat magno religionis exemplo, cum Lituaniæ Regem a Sigiſmundo Cæſare creari pepigiſſet, peruigilio SS. Simonis & Iudæ viuere deſijt, quo tempore ad ipſum vxoremque Iulianam regiæ coronæ ab ipſo ſumma cupiditate expetitæ afferrentur. Auerſantem votis ſuis paſſus ᶜ eſt Vvladiſlaum Regem Poloniæ, qui regnum Polonicum inde debilitandum metuebat, cum de Vvalachia Poloniæ beneficiaria ob gentis perfidiam excindenda, deque fœdere inter Sigiſmundum, Cruciferos equites, ac Lituanum ineundo actum eſſet: quocirca Vvladiſlaus dato ſuſpicioni loco, cæſarea diplomata adminiſtrorum opera de Lituania regio donata faſtigio intercepit, ac ne nuncij cæſarei, qui regias coronas deferebant, in Lituaniam tranſirent, aditus præcluſit. Spectabat porro non ad Romanorum Regem, ſed ad ſedem Apoſtolicam, quæ ſupremi in Lituaniam imperij iure euolutis retro temporibus donata fuerat, atque etiam aliquos illius principes inſignibus regijs exornauerat, & corona iuſſerat redimiri, inſtauranda in Lituania regiæ dignitatis auctoritas; vnde etiam refert Matthias Michouias a Martino monitum Sigiſmundum, ne Vvitoldo coronam daret, addirque Vvladiſlaum Regem Lituaniæ ducatum Suitrigello fratri conceſſiſſe ᵈ.

Vvitoldi ducis Lituaniæ mors.

b Michou. l. 4. c. 47. Cromer. lib. 19. Salom. Neweb. lib. 5.

Delatam ab hæreticis coronam ſpreuerat.

c Id. ibid.

d Michou. ſup. lib. 3. cap. 48.

8 In Græcia Chriſtiani miſerandam cladem a Turcis accepere. Maximus quidem terror illos anno ſuperiori inuaſit, quod percrebuiſſet Strazimirum præpotentem Macedoniæ dynaſtam de Dyrrachio Venetis eripiendo addicendoque in Turcicam ſeruitutem agitare conſilia, ad quæ confringenda Silueſter Maurocenus antequam Theſſalonicam claſſem duceret, munire Dyrrachium atque alia tueri loca iuſſus ᵉ eſt. Interea Turcici belli moles in Theſſalonicam verſa ᶠ; perlatæ enim trigeſima aprilis literæ fuerunt, Muſtapham Turcarum in Europa principem caſtra apud Theſſalonicam vndecima martij poſuiſſe, ac plura ſubmiſiſſe agmina, qua mare vrbs ſpectat: quæ cum vi irrumpere in vrbem pararent, poſt atrociſſimum certamen magna ex parte ferro cæſa; recentioribus vero ſuccedentibus turmis ſuccubuiſſe Chriſtianos, vrbeque, pluribus ad Venetas triremes fugientibus hoſtes potitos ᵍ; ſeptimo poſt anno, ex quo Veneti illam aduerſus Turcicam vim defendendam ſuſceperant. Porro Andreas Donatus & Paulus Contarenus Theſſalonicæ præfecti ob rem male geſtam in vincula Venetijs conjecti fuerunt. Cumulata eſt ea clades alia, quam Græci ſchiſmatici catholicis intulere; Peloponeſis enim deſpota, quem vidimus antea exitioſum bellum cum archiepiſcopo Patracenſi geſſiſſe, facta cum aliquot Græcis Patracenſibus coniuratione, vrbem adortus impetu cepit: quæ cum ſedis Apoſtolicæ clientelæ obnoxia eſſet, Pontifex propulſandæ iniuriæ cauſa Catalanam claſſem in Peloponeſum immiſit, quæ Clarentiam olim Cyllenem nuncupatam vaſtauit, vt non modo Phrantzes ʰ, verum diarij quoque Vene-

Græcorum res in Græcia collapſæ.

e Diar. Ven. ms.

f Id. ibid. et Phran. lib. 2. c. 5. anna. Tur. Io. Leuncl.

Theſſalonica a Muſtapha obſeſſa Captaq.

g Id. ibid.

Patræ Latinis adeſſi pene a Græcis.

h Phrant. lib. 2. c. 9

Veneti auctor ª referunt, quorum poſtremus addit, hoc anno Ioannis Imperatoris Conſtantinopolitani oratorem Venetias perueniſſe, feciſſeque Romanum Pontificem certiorem, Imperatorem ad concilium œcumenicum inſtaurandæ cum Romana eccleſiæ orientalis coniunctionis gratia ſe collaturum.

Conſtantinop. Imp. ſpondet ſe acceſſurum ad Concil.

a Diar. Ven. m ſ.

IESV CHRISTI

Annus 1431.

EVGENII PP. V. annus 1. SIGISMVNDI ROMAN. REGIS 21. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 8.

1 ANno poſt Chriſtum natum trigeſimo primo ſupra milleſimum quadringenteſimum indictione nona celebrati ſunt inſignes imperij conuentus Nurembergæ, in quibus de comparandis pro bello aduerſus impios Huſſitas gerendo ſubſidijs actum ᵇ eſt, prouehente ſacram expeditionem Iuliano Cæſarino S. Angeli diacono Cardinale Apoſtolicæ ſedis legato ſcientiæ virtutumque ornamentis conſpicuo: qui propoſitis indulgentiarum præmijs Chriſti cultores ad piæ militiæ nomen dandum concitare nitebatur. Aſſertur a Ioanne Coclæo Martini V. diploma ᶜ, quo conſcribendi in hæreticos cruceſignati exercitus munus illi impoſitum: tum eiuſdem Iuliani ad Miſnenſem epiſcopum ſubijciuntur literæ ᵈ poſt Eugenij creationem ſcriptæ, quibus Huſſitarum infandas graſſationes ita deplorat: *Proh dolor! abominanda hæreſis Vviclefiſtarum & Huſſitarum de Bohemia, omnes ſuperiorum temporum hæreſes crudelitate ſuperans, diebus noſtris inualuit, quæ tantam cordibus eorum obſtinationem & ſanitiam innexit, vt more aſpidis ſurdæ obturentes aures ſuas ad maternas voces Eccleſiæ & ſanctam doctrinam eius; ita vt nec actione, ratione, aut manſuetudine, vel exhortatione iam flecti poſſe videantur: ac præter peſtifera dogmata, quæ omne genus blaſphemiæ proclamant, omnem humanitatem, ac pietatem a ſe penitus exuerunt, & quaſi belluæ effecti nihil aliud, quam ſanguinem & prædam catholicorum anhelant. Horum ſcelera & ſacrilegia in Deum & homines, ac ſacramenta Eccleſiæ & templa Deo dicata, homicidia, rapinæ, & omnis humanæ publicæ ſubuertenda cupiditas tam notoria ſunt & omnibus manifeſta, vt ſuperuacaneum ſit narrare per ſingula. In armis & violentia ſolum confidunt, ferroque & igne errores ſuos defendere conantur: & ſuper omnia ſanguinem catholicorum ſitientes, quoſcumque ſuis erroribus non acquieſcentes ferali crudelitate trucidant & cremant & deformiter mutilant varijſque cruciatibus affligunt. Quam turpiter autem & ignominioſe contractent diuinæ Euchariſtiæ ſacramentum, quod profanis pedibus in ſanguine occiſorum conculcant, quam immaniter frangant & exurant imagines domini noſtri Ieſu Chriſti & glorioſiſſimæ Virginis matris eius omniumque Sanctorum, eccleſias & oratoria a fundamentis demoliantur, nimis lachrymabile eſt referre, &c.* Addita quoque pia exhortatio, vt ſacerdotes cruceſignatos cum hæreticis pugnaturos ſacrificiis precibus iuuarent, ac populos ad religioſam in eoſdem militiam indulgentiarum ſpe profitendam incitent. Adſcripta eſt ijs literis dies hac formula: *Dat. Nurembergæ Bambergenſis diœceſis anno Domini* MCCCCXXXI. *indictione* IX. *die vero* XX. *menſis martij pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & domini noſtri domini Eugenij diuina prouidentia Papæ IV. anno* 1. Miſnenſem epiſcopum legati apoſtolici mandata peregiſſe, docent eius literæ ᵉ ad clerum ſibi obnoxium ſcriptæ, quibus eū iuſſit hortari fideles, vt pro tuendo religionis catholicæ ſplendore arma ſacra capeſſerent, afferunturque a Ioanne Coclæo. Quæ vero ſint geſta aduerſus Huſſitas, poſtea narrabitur: nunc de extremo Martini pontificatu dicendum eſt.

Iulianus Card. Cæſarin. legatus contra Huſſitas.

a Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 6. hoc ann.

c Ext. ib.

d Ibid.

Eorum immanitas.

Euchariſtiā in cæſorum ſanguine conculcant

Chriſti & Deiparæ imagines contringūt

d Extant apud Cocl. lib. 6

2 Imminebat iam ex Conſtantienſis, tum Senenſis conciliorum decreto celebrandæ Baſileæ ſynodi œcumenicæ tempus conſtitutum, cum ille aduerſa iam tentatus valetudine apoplexia denique percuſſus deceſſit in vrbe x. kal. martij ª, cum ſediſſet annos tredecim, menſes tres, dies duodecim, vt in æneo ſepulchro in baſilica Lateranenſi ipſi poſito legitur: *Martinus Papa V. ſedit annos* XIII. *menſes* III. *dies* XII. *obijt anno* MCCCCXXXI. *die* XX. *februarij temporum ſuorum felicitas.* Atquoniam nulla humana felicitas luctu caret, duos fratres Antonium Salernitanum principem maiorem natu & Laurentium quos valde diligebat, alterum peſtilentia, alterum igne in turri accenſo fortuito conſumptos vidit ᵇ: quos tamen aduerſos caſus ea cum conſtantiæ laude vicit, vt nihil in ipſo viſum auditumue fuerit, quod perturbatam animi mentem indicare potuerit. Prædixiſſe B. Coletam Martini obitus diem & horam, refert Stephanus Iuliacus ᶜ illi coæuus in eiuſdem virginis vita. Fœdiſſimæ infamiæ labem Martino hæretici, ducti auctoritate Angeli ᵈ Clauaſij, dum aiunt Martinum legem de coniugijs ſoluiſſe in primo gradu, vt quidam cum ſorore connubium iniret. Verum hæc ab adulteratore literarum apoſtolicarum conficta certum eſt: nam Ioannem Armaniaci comitem, qui ab impoſtore deluſus ᵉ, ſororem ſibi iunxerat ſcelus execratū inferius viſuri ſumus. Accuſant Martinum alij auaritiæ, magnaſque congeſſiſſe opes, quas nepos princeps Salernitanus inuaſit, ac deinde in bello aduerſus eccleſiam inſtruendo conſumpſit: at cogendarum pecuniarum pio ſtudio ductum Martinum vidimus, dum armatam Bohemorum impietatem excidio dare, Græcos ad ſinum Romanæ eccleſiæ redire meditantes iuuare, ne a Turcis obruerentur perderenturque, atque orientem a barbarica feritate ac fœditate vendicare moliretur.

Martinus e viuis abit.

a Eugen. lib. bre. pag. 49.

Breue & elegās epitaphium

Martini nepotes magni auctis opibus infeliciter pereunt.

b Plat. in vit. Mart. V.

Prædicta a B. Coleta illius obitus.

c Steph. Iuliac. & ex eo Surius to. 3. die 6. martij & Vuadin. to. 5. an. 1406. n. 89.

Calumniatorum Martino aſperſa. Detergitur

d Angel. Clauaſ. in ſua ſum.

e S. Ant. ſum. p. 3. tit. 1. cap. 11. de aſ ad fin.

3 Iuſtis funebribus de more Martino perſolutis, Cardinales, qui in vrbe erant, conclaue in Dominicanæ familiæ ædibus apud eccleſiam S. Mariæ ſuper Mineruam paratum ſunt ingreſſi, & altero poſt die, nempe v. nonas eiuſdem menſis Pontificem renuntiarunt Gabrielem Condulmerium Gregorij olim XII. ex ſorore nepotem: quem repudium dediſſe rebus humanis in adoleſcentiæ flore ᶠ vna cum Antonio Corario Veneto poſtea Cardinale Bononienſi, ac viginti millia aureorum pauperibus clarga manu diſtribuiſſe, refert eius vitæ auctor, atque in monaſterio S. Georgij de Alga diu noctuque diuinis rebus mentem applicuiſſe: illum vero ignotum eremitam, dum ex more ſuo ordine pro excipiendis hoſpitibus ianitorem agebat, adijſſe ac poſt fuſas in templo diuino Numini preces, ipſi prædixiſſe in Cardinalium ordinem adlectum iri, deinde ad ſummum pontificatum euehendum, ac plures aduerſos caſus toleraturū, labente vero decimo ᵍ octauo pontificatus anno e viuis exceſſurum: his dictis ab eo valere iuſſo diſceſſiſſe, nec poſtea viſum agnitumue fuiſſe quis eſſet: hæc vero adeo frequenter Eugenius poſtmodum repetijt, vt Baſilienſes cum aduerſus ipſū calumniandi cauſas quærerent inter cætera capita obiecerint, illum nouis vatibus fidem præſtare. Ab auunculo primum ex canonico congregationis S. Georgij in Alga in protonotarium apoſtolicum adſcitus, præfectuſque pontificio ærario: tum

In quem vſum congeſtæ opes a Mart.

Creatio Eugenij IV.

f Vit. m. ſ. Eug. I. auctor.

Prædictus illi pontificatus.

g ſex. n

Eius primitiæ.

Sener-

Senenſi epiſcopatu donatus, a quo etiam Senenſis agnomen traxerat, deinde titulo S. Clementis accepto cardinalitia purpura, aduerſantibus cæteris Cardinalibus, exornatus, tum a Martino Picena legatione auctus, demum ad ſummum pontificatum euectus Eugenij nomen ſibi indidit, vſuſque eſt ſacro hoc ſymbolo: *Adiutor & protector meus es tu Domine, ne derelinquas me Deus meus.* Apud baſilicam vero Vaticanam, vt ex eius literis conſtat, IV. id. martij ſacram pontificatus inſulam accepit; cuius animi & corporis dotes deſcribit his verbis S. Antoninus a: *Hic ſtatura fuit procerus, gratioſus aſpectu, nec animo minor, liberaliſſimus ad pauperes, ad reparationem eccleſiarum munificus: religioſos Deum timentes eximio fouebat affectu pariter & effectu: cultus diuini & Chriſtianæ religionis dilatandæ zelator præcipuus. Ipſe ab adoleſcentia, bonis ſuis pauperibus erogatis, ſtatum clericorum ſæcularium religioſe & in communi viuentium, qui Cœleſtini dicuntur, Venetijs deuotus apprehendit, ex quo poſt annos plures a Gregorio XII. in epiſcopum Senenſem aſſumptus eſt, & inde ad Cardinalatum, demum in præſulem ſummum electus eſt. Statum quidem Eccleſia inuenit ſatis potentem & opulentum ac quietum: ſed ſub eo, permittente Deo, & demeritis hominum exigentibus, ac malitia tyrannorum operante, præcipue ducis Mediolanenſis, valde perturbatus eſt & diminutus.*

a S. Anton 3. par. tit 22. c. 10. in princ. Ex cotes.

4 Prænuntiatum eius parenti fore, vt Romanus Pontifex crearetur, refert Pius II. b ac iuuentutem religioſæ vitæ inſtitutis addixiſſe: *Huius*, inquit, nimirum Eugenij, *pater*, qui Angelus dicebatur, *cum in Aegypto negotiaretur cum patre Franciſci Foſcari, ab eremita, quem pariter ſciſcitandum adorſi ſunt, non minus latum vaticinium, quam ille accepit. Ille enim filium, quem habebat futurum patriæ principem, hic ſuum inter ſacerdotes ad ſummum excurſurum didicerat. Eugenio vero Gabrieli nomen in baptiſmo inditum fuit, qui cum adoleuiſſet conditis parentibus, euangelij non ſurdus auditor patrimonium, quod ab illis non tenue acceperat, inter Chriſti pauperes erogauit. Exin Antonio* Corario *comite eiuſdem ſermoris adoleſcente religionem intrauit, in qua ſumma cum laude verſatus tandiu cum illo vixit, donec Angelus* Corarius *Gregorius XII. appellatus ſedē Petri ſortitus, cum alter ab altero ſeparari non poſſet, ambos ad ſe vocans * Gennenſi eum, Bononienſi Antonium præfecit eccleſiæ; nec diu moratus vtrumque cardinalatus bonore dignatus eſt: in quo ambo claruerunt: ſed hic ſummum pontificatum conſecutus magis enituit.* Addit Franciſcus Philelphus c etiam ipſi Gabrieli, cum grauiſſimo implicitus morbo decumberet, ab Apoſtolis Petro & Paulo pontificatum oſtenſo cœleſti viſo promiſſum, eique redditam ſanitatem: *Gabriel*, inquit, Condalmerius *(qui poſtea Eugenius nominatus ſumma cum dignitate & gloria Romano pontificatui præfuit) cum vehementer ægrotaret, eſſetque de eius ſalute a medicis omnibus deſperatum, illi iam de morte non tam ſolicito, quam nihil certius expectanti Petrus & Paulus Apoſtoli apparuerunt in ſomnis, vtque bono animo eſſet hortati ſunt, nam & bonam valetudinem ei redditam eſſe, & propediem fore, vt ſummus Pontifex crearetur: quod quidem vtrumque ſecutum eſt, nam tum ſimul cum ſomno illum reliquit febris, tum non multo poſt, cum Martinus Columna, prudentiſſimus ille & amplıſſimus Pontifex, quam fortunatiſſime & cum mirifico eccleſiæ Romanæ incremento egerat, vitam finiſſet, pontificatui ille præfectus eſt.*

b Æn. Silu in europa cap. 58.

Alia prædictio.

* Senenſi.

c Philel. in orat. ad laudem Aol. Marcel. patr. Venet.

Ab apoſtolis Petro & Paulo ... pontificatus ... ſanitas ... [illegible]

5 Pontificatum adeptus omnia, quæ in conclaui iureiurando interpoſito vna cum alijs Cardinalibus ſpoponderat confirmauit, antequam thiara pontificia ornaretur, nimirum in primis diſciplinam eccleſiaſticam in priſtinam ſe integritatem reſtituturum: ſedem Apoſtolicam ad declinanda impendentia mala in varia loca non translaturum: œcumenicum concilium conſtitutis loco & tempore celebraturum: Cardinales non niſi ex Conſtantienſi decreto renuntiaturum, tum plura alia ad Cardinalium dignitatem amplitudinemque ſpectantia acturum, quæ in ſubiecto diplomate a continentur.

Acta in conclaui ab eo item confirmatio.

a Eugen l. 15. p. 16. ext. etiā in lib. conſtam Rom eccl. m. s. Vaticani ar. hiuij p. 72. & apud Nicolai de Arag m. s eiuſd. arc. pag. 244. m. s. ſig. nu. 3. pag. 163. & in alio ſign. lit. C pag. 143.

Ad perpetuam rei memoriam.

In qualibet monarchia tam eccleſiaſtica, quam mundana, ad honorem Dei & vtilitatem hominum fœliciter dirigenda & conſeruanda, neceſſe eſt conuenire membra cum capite, & vnicuique attribui, quæ ſua ſunt, & ad commune bonum ſine reſpectu priuati commodi omnia conſilia & actiones intendi. Ac in primis, quæ ad diuinam religionem pertinent ſolicitis ſtudijs procurari: ijs enim radicibus & validis fundamentis innitens ſtabilis fit omnis poteſtas humana, ſtatuſque omnis ſpiritualis & temporalis cum huiuſmodi iuſtitia, religione & communi vtilitate firmatur. Quæ nos & venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc eramus, ante aſſumptionem noſtram conſiderantes & animis reuoluentes, errata ſuperiorum temporum contra huiuſmodi laudabilem & honeſtam diſciplinam & ſcandala exinde aliquando ſecuta, & quæ in futurum ſequi poſſent cum præfatæ eccleſiæ nota atque pernicie, niſi hoc tempore opportuna prouiſio adhiberetur, maturo conſilio inter nos habito, deliberauimus, concluſimus, & promiſſione voto & iuramento firmauimus infraſcripta capitula neceſſaria ad conſeruandum ſtatum Romanæ eccleſiæ & monarchiam eccleſiaſticam cum Cardinalium dignitate, qui cum ſint lumina & ornamenta prope Papam ſedem Apoſtolicam illuſtrantia, & columnæ firmiſſimæ ſuſtentantes Eccleſiam Dei vna cum Romano Pontifice eidem, vt membra ſuo capiti concordia inſolubili debent eſſe coniuncti, & ab eo paterna charitate tractati, vt cum in agendis participes ſint laborum, eſſe non debeant commodorum & honorum expertes, quorum conſilijs ipſe Romanus Pontifex omnia ſalubriter regit & ordinat. Volentes igitur (ſicut in conclaue ante cum cæteris Cardinalibus, & immediate poſt aſſumptionem noſtram iurauimus & vouimus Deo & ſanctis eius, atque promiſimus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ) capitula prædicta, quæ etiam ſubſcripſimus propria manu Cardinalis primo, & poſtea aſſumpti in Papam, ſeruare & ab alijs in perpetuum ſeruanda tradere, & noſtris literis roborare, eadem prout ſcripta ſunt rata habentes & grata, quæ de verbo ad verbum preſentibus inſeri fecimus, de poteſtatis noſtræ plenitudine ex certa ſcientia auctoritate apoſtolica de conſilio & conſenſu præfatorum Cardinalium tenore preſentium confirmamus, & ea inuiolabiliter in omnibus & per omnia ſimpliciter & bona fide ſeruare & effectualiter adimplere iuramus & vouemus Deo & ſanctis eius, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ promittimus. Et inſuper eiſdem poteſtate ſcientia & auctoritate ſtatuimus, decernimus, & iubemus, vt preſentes noſtræ literæ vim perpetuæ legis atque inuiolabilis decretalis & conſtitutionis obtineant, quam volumus in perpetuum obſeruari, nec vllis temporibus aliqua occaſione vel cauſa in contrarium directe vel indirecte aliquid immutari: & quod nobis licere non patimur noſtris ſucceſſoribus indicamus conſtitutionibus apoſtolicis, decretis conſiliorum, & libera-

Cur facta ea conuentio.

bertate & poteſtate conceſſa Romano Pontifici & alijs contrarium facientibus, pe: quæ forſan prædicta capitula infringi poſſent, non obſtantibus quibuſcunque. Tenor autem dictorum capitulorum ſequitur in hac forma.

Pactionum formula.

6 Nos omnes & ſinguli S. R. E. Cardinales infraſcripti iuramus & vouemus Deo & ſanctis eius, Eccleſiæque ſuæ ſanctæ promittimus, quod ſi aliquis ex nobis electus fuerit in Papam, ſtatim poſt electionem de ſe celebratam iurabit & vouebit pure, ſimpliciter, & bona fide ſeruari facere & cum effectu adimplere infraſcripta capitula, nec non infra tres dies poſt coronationem ſuam Cardinalibus eiſdem dare bullam ad perpetuam rei memoriam habentem vim decretalis & conſtitutionis perpetuæ inuiolabiliter obſeruandam, nec in aliquo contrauenire ſine expreſſo conſenſu maioris partis Cardinalium in curia præſentium, de quo quidem conſenſu conſtat per ſubſcriptionem dominorum Cardinalium, vt infra. In primis, quod curiam Romanam in capite & membris reformabit & incipiet quandocunque & quotieſcumque requiretur per dominos Cardinales, aut deputandos per eos ſecundum conſilium maioris partis ipſorum Cardinalium. & deinde continuabit vſque ad plenam perfectionem, & factam ibidem reformationem ſeruabit, nec dictam curiam educet de vrbe Romana neque transferet de loco ad locum, de prouincia ad prouinciam, ſiue de patria ad patriam, ſine conſilio & conſenſu conſimili, vt vitentur ſcandala & pericula experta. Item quod concilium generale celebrabit ſeu celebrari faciet ſolemniter & in forma debita in loco & tempore, de quibus fuerit ſibi conſultum per maiorem partem dominorum Cardinalium, & in eo reformabit ſeu reformari faciet vniuerſalem Eccleſiam circa fidem, vitam, & mores tam reſpectu clericorum ſecularium & regularium, quam religioſorum, etiam militarium, & tam reſpectu principum temporalium, quam communitatum in & ſuper eo, quod pertinebit ad iudicium & prouiſionem Eccleſiæ.

De Eccleſia in capite & membris reformanda conuentum.

De non transferenda curia Romana.

De celebrando concilio.

Item quod non creabit Cardinales niſi iuxta formam & ordinationem factam in concilio Conſtantienſi, quam ſeruare tenebitur, niſi de conſenſu & conſilio maioris partis dominorum Cardinalium aliud fiendum videretur. Item vt Romano Pontifici a dominis Cardinalibus libera perueniant conſilia; non apponet nec per quempiam apponi permittet in perſonis vel bona alicuius ex eis nec aliquid in ſuo ſtatu & prouiſione immutabit pro quacunque cauſa vel occaſione, niſi de expreſſo conſilio & conſenſu maioris partis dominorum Cardinalium: nec damnabit eum niſi conuictum numero teſtium expreſſo in conſtitutione Silueſtri Papæ facta in ſynodo generali, quæ incipit: *Præſul non damnetur*. Item quod bona dominorum Cardinalium prælatorumque nec aliorum corteſanorum in curia decedentiũ nullo modo occupabit vel occupari patietur, ſed permittet iuxta iuris diſpoſitionem & conſuetudinem, & quæ in multis regnis & regionibus ſeruantur, fieri executiones iuxta voluntatem decedentium, relinquendo conſcientijs eorum diſtributionem bonorum, ad eos quomodolibet pertinentium, religioſis qui propriam voluntatem a ſe abdicarunt tantummodo exceptis, quorum bona deuoluantur ad illum vel illos, ad quem vel quos pertinent de conſuetudine iure vel priuilegio; nec de iuribus capelli Cardinalium decedentium aliquid occupabit, nec contrafaciet vel permittet; ſed liberum ſit Cardinalibus deferre ad heredes, vel facere prout eis videbitur, & ab inteſtato tranſeant ad heredes ſublatis contrarijs abuſibus quibuſcumque.

Seruanda Conſtantienſis concilij ſanctione in creandis Cardin.

7 Item quod feudatarios regnorum & alios, vicarios, capitaneos, gubernatores, ſenatores, caſtellanos, omneſque officiarios vrbis Romanæ, & aliarum terrarum eccleſiæ Romanæ, obligabit ſibi & ſucceſſoribus, ac cœtui dominorum Cardinalium cum omnibus & ſingulis capitulis opportunis, & quod ſede vacante ad mandatum dominorum Cardinalium ciuitates, terras, loca, arces, & caſtra eccleſiæ immediate ſubiecta, tradant & expediant libere & ſine contradictione quacunque. Item quod dominis Cardinalibus permittet libere recipere, & aſſignari faciet medietatem omnium & ſingulorum cenſuum, iurium, redituum, prouentuum, & emolumentorum quorumlibet Romanæ Eccleſiæ iuxta conceſſionem Nicolai IV. cuius tenor ſequitur & eſt talis: *Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.* Cœleſtis altitudo, &c. *Dat. Reatæ per manus magiſtri Ioannis decani Baiocenſis S. R. E. vicecamellarij* xv. *kal. auguſti indict.* II. *Incarnationis Dominicæ anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono pontificatus vero domini Nicolai Papæ IV. anno ſecundo.* Eamque ſeruabit in omnibus & per omnia, nec dabit aliquam ex terris eccleſiæ Romanæ in vicariatum, feudum, vel emphyteoſim ſine conſenſu & conſilio maioris partis dominorum Cardinalium, nec mouebit guerram, nec confœderationes cum quocunque Rege vel principe temporali aut communitate faciet ſine conſilio & conſenſu conſimili, nec imponet gabellas nouas ſiue exactiones alias in vrbe Romana nec in alijs terris eccleſiæ Romanæ, nec etiam concedet alicui Regi, domino temporali ſeu, communitati preter vel contra libertatem eccleſiaſticam exactionem ſuper clero vel eccleſijs ſiue bonis ad eccleſias & ad loca pia pertinentibus ſine cauſa rationabili, & tunc de ſimili eorundem dominorum Cardinalium conſenſu. Item nihil de iuribus in quibuſcumque locis conſiſtant eccleſiæ Romanæ alienabit, nec alienata de iuribus quibuſcumque eccleſiarum aliarum, religionum, vel ordinum, etiam militarium confirmabit, nec approbabit ſine eorundem dominorum Cardinalium conſilio & conſenſu conſimili. Item quod ſuper omnibus & ſingulis prædictis & dependentibus ex eis, & alijs, in quibus conſilium dominorum Cardinalium requiritur, promotionibus ad prælaturas dumtaxat exceptis, in literis ſuis ſiue apoſtolicis ſcribi faciet nomina Cardinalium conſilium & conſenſum præbentium, videlicet vbi dicitur, *de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum;* videlicet *talis & talis, &c.* ſicut fieri ſolebat ante Bonifacium VIII. vt excludatur abuſus, qui longo tempore ſeruatus eſt, de quorum nominibus conſtat ſaltem per ſubſcriptionem trium priorum, vel in eorum abſentia trium antiquorum Cardinalium, vnius ſcilicet pro quolibet ordine, qui actui interfuerint. In arduis vero requiratur ſubſcriptio Papæ & Cardinalium. *Actum Romæ apud eccleſiam S. Mariæ ſupra Mineruam in capella conclauis anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo primo indictione nona die vero veneris ſecunda menſis martij Apoſtolica ſede vacante.*

Dimidia vectigalium pars Cardinalibus addicta.

a Ext. apud Nicol Car. Aragon. in archi. bibl Vat. pag. 245. & in vi. S. Vallic. ſign lit. I. n. 12. 24. 587. & in alio ſig lit. D. n. 1 pag. 133. & in an. nal. to. 14 ann Chr. 1739 n. 49.

De nullis terris in emphyteuſim ſine aſſenſu Cardd. tradendis. Nec bello mouendo. Nec diſtrahendis eccleſiarum iuribus.

Ego Iordanus epiſcopus Albanenſis Cardinalis de Vrſinis prædicta promiſi, voui, & iuraui, & ad fidem propria manu me ſubſcripſi. Ego Antonius epiſcopus Portuenſis Cardinalis Bononienſis prædicta promiſi, voui, & iuraui, & ad fidem propria manu me ſubſcripſi.

Ego

Digitized by Google

Ego Antonius Cardinalis Aquileienſis tit. S. Suſannæ prædicta promiſi, voui, & iuraui, & ad fidem manu mea propria me ſubſcripſi. Ego Gabriel tit. S. Clementis presbyter Cardinalis Senenſis prædicta promiſi, voui, & iuraui, & ad fidem manu propria me ſubſcripſi. Ego Branda tit. S. Clementis presbyter Cardinalis, Placentinus nominatus, prædicta promiſi, voui, & iuraui, & in teſtimonium præmiſſorum propria manu ſubſcripſi. Ego Ioannes S. R. E. tit S. Laurentij presbyter Cardinalis, Rothomagenſis nuncupatus, ita vt præmittitur promiſi, voui, & iuraui, & manu propria Io: Rothom. Ego Ludouicus S. R. E. tit. S. Cæciliæ presbyter Arelatenſis Cardinalis ita, vt ſupraſcribitur, voui, iuraui, & promiſi, & propria manu me ſubſcripſi. Ego Antonius tit. S. Marcelli presbyter Cardinalis præmiſſa promiſi, voui, & iuraui, & ad fidem manu propria me ſubſcripſi. Ego Ioannes tit. S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis S.R.E. prædicta promiſi, voui, & iuraui, & ad fidem manu propria me ſubſcripſi. Ego Alfonſus Cardinalis S. Euſtachij iuraui, voui, & promiſi, vt ſupra continetur, & manu propria me ſubſcripſi. Ego Lucidus Cardinalis de Comitibus iuraui, voui, & promiſi, vt ſupra continetur, manu propria me ſubſcribens. Ego Hugo Cardinalis S. Hadriani iuraui, voui, & promiſi, vt ſupra continetur, manu propria me ſubſcribens. Ego A. Cardinalis SS. Coſmæ & Damiani, Nouarienſis vulgariter nuncupatus iuraui, voui, & promiſi, vt ſupra, ac manu propria ſubſcripſi. Ego Proſper Cardinalis S. Georgij ad velum aureum, de Columna vulgariter nuncupatus, iuraui, voui, & promiſi, vt ſupra continetur, manu propria me ſubſcribens. Ego Eugenius IV. electus in ſummum Pontificem iuro voueo, & promitto, vt ſupra continetur manu propria. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum per manus mei Blaſij patriarchæ Gradenſis cancellariam S. R. E. regentis anno incarnationis Dominicæ milleſimo MCDXXX. IV. id. martij pontificatus præfati domini noſtri Papæ Eugenij anno I.*

Quo die Eugenius corona redimitus.

8 Redimitus eſt eodem die, quarto nimirum id. martij apud Vaticanam baſilicam ſacra tiara, ac tum præſules de ſuſcepto a ſe pontificatu fecit certiores encyclicis hiſce literis [a].

a Eug. lib. breu. 59. & in alio m. s. cod. pag. 71.

Eugenius, &c. Cum felicis recordationis Martinus Papa V. prædeceſſor noſter, ſicut Domino placuit nuper, videlicet x kal. martij ab hac mortali lachrymarum valle ad immortalem vitam migrarit, poſt funeris ipſius, ac ſolemnium exequiarum, vt moris eſt, celebrationem venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc eramus, in conclaui pro electione futuri S. Pontificis celebranda modo ac tempore congruis & debitis in virtute Altiſſimi conuenerunt: vbi varijs conſilijs & deliberationibus mature præhabitis, prout tantæ rei, qua nulla maior agitur in terris, grauitas poſtulabat; tandem Spiritus ſancti gratia eorum mentibus cœlitus infuſa, licet in alios maioribus meritis inſignes conuenire potuiſſent, certo tamen Dei iudicio, cuius conſilia ſunt inſcrutabilia, nos tunc tit. S. Clementis presbyterum Cardinalem in ſponſum paſtoremque Eccleſiæ ſuæ ſanctæ vnanimi voluntate & concordia elegerunt. Quoniam vero ſicut Domino placuit ita & factum eſt, quamuis habere nos humeros imbecilles ad perferendum tantum onus quantum eſt vniuerſalis Eccleſiæ ſarcina ſentiremus, tamen ne reluctari voluntati Dei videremur, colla ſubiecimus iugo apoſtolicæ ſeruitutis, ſperantes in eo, qui infirma elegit mundi, vt confunderet fortia, cum Romanus Pontifex, licet per miniſterium hominum eligatur, ex cœleſti tamen inſpiratione procedit, quod fragilitati noſtræ robur ſuæ gratiæ inſpirabit: quam vt nobis vberius largiatur, tuis & aliorum fidelium orationibus cupientes ſubleuari, exhortamur fraternitatem tuam, vt ſolemnes proceſſiones in tua prouincia & diœceſi indicas, quibus ſuppliciter poſtuletur Deus, vt noſtræ humilitati manum ſuæ pietatis porrigat, qua roborati valeamus iniunctum nobis officium apoſtolicæ ſeruitutis ad laudem & gloriam ſui nominis, ac pacem ſalutem & tranquillitatem Chriſtiani populi exercere; nos quippe fraternitatem tuam in omnibus, quæ concernunt ſtatum honoremque tuum & eccleſiæ tibi commiſſæ habere intendimus ſpecialiter recommiſſum. *Dat. Romæ apud S. Petrum IV. id. martij anno I.* Eodem argumento datæ literæ ad Chriſtianos principes [a], quos etiam hortatus eſt nouus Pontifex, vt eccleſiaſticum ius tuerentur. In alio codice [b] appoſitæ dictæ diei nimirum IV. id. martij, adduntur hæc verba: *Die coronationis noſtræ*; vnde corrigendi plerique ſcriptores, qui illam in quintum id. martij diem conijciunt.

a Reg. poſt eand. ep.
b Apud Mar. V. lib. 1. p. 151

Non miſſis per apoſtolicos nuntios.

9 Huiuſmodi porro literas non per nuntios pontificios, vt antea fieri conſueuerat, Regibus miſit, ſed regijs oratoribus apud ſedem Apoſtolicam agentibus ad illos mittendas tradi iuſſit, quod cum Ioannes Caſtellæ Rex ægre ferret, Eugenius non alia de cauſa id factum niſi, vt eiuſmodi nuntijs cogendæ improba arte pecuniæ occaſionem adimeret, exiſtimationemq; ſedis Apoſtolicæ tueretur, ipſi ſignificauit [c]; ſui enim eſſe conſilij Romanā curiam ab omni turpis quæſtus labe vindicare.

c Ibid. pag. 157.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Regi Caſtellæ & legionis illuſtri.

Caſtellæ Rex eunde ſe neglectū interpretatur.

Intelleximus, quod ſerenitas tua mirata eſt & non bene contenta, quod non miſerimus nuntium ſpecialem ad te cum ſignificatione aſſumptionis noſtræ ad ſummi apoſtolatus apicem, vt eſt moris, ſuſpicata forſitan ad alios Reges & principes nos miſiſſe, & te vnum fuiſſe neglectum: quæ ſuſpicio, fili chariſſime, ſi forte concepta eſt, omnino ex animo tuo tollatur; nobis enim non fuit nec eſt ignota pia, fidelis, & feruēs deuotio tua erga Deum & eius Eccleſiam, claritas nominis tui, & magnitudo potentiæ, ita vt merito dignus ſis omni reſpectu inter primos Reges catholicos computari: & nos ita ſentimus & te Regem catholicum & potentem magnificamus, vt debemus, ac noſtrum & Eccleſiæ peculiarem filium reputamus; & quoties opus erit honorabiles nuntios pro honore noſtro & tuo ad tuam regiam celſitudinem tranſmittemus, & ſemper libenti animo videbimus & honorabimus oratores, quos mittes ad nos. Verum quod ante non miſimus ad te nec alios nuntios ſpeciales pro ſignificatione prædicta, ſicuti fuit retroactis temporibus vſitatum, hæc vna fuit ratio: viſum enim eſt nobis deſtinationem huiuſmodi nuntiorum pro tali cauſa quæſtuariam eſſe, cum ad eam multi ſe offerant, & quaſi pro lucro laborem precibus impetrare conentur. Igitur voluimus initium noſtri pontificatus hac labe carere, & certas etiam conſuetudines alias quæſtuarias de curia noſtra remouimus, cupientes Romanam curiam ab omni turpis quæſtus infamia liberare. Præcepimus itaque, vt de noſtra aſſumptione ſcriberetur Regibus & principibus Chriſtianis & aſſignarentur literæ procuratoribus eorum reſidentibus in curia, nuntij vero noſtri nullatenus mitterentur. Habes ergo, fili chariſſime, omnem illius noſtri conſilij rationem. *Dat. &c.* Cæterum Ioannem Apoſtolicæ ſedis valde ſtudioſum atque amantiſſimum extitiſſe, & egregiam voluntatem ſuam in illam, ac fidem

Responſio Eugenij

Rode-

Digitized by Google

Roderici oratoris opera ampliſſimis verborum officijs explicuiſſe, oſtendunt pontificiæ literæ poſtea exaratæ [a], nimirum XIV. Iulij die. Commendatus [b] pari elogio eſt Alfonſus Rex Aragonũ, qui ſe ſuaq; Pontifici addixerat ac Ioannem S. Sixti presbyterum Cardinalem, quem purpuratis patribus aggregarat Martinus, ſe complexurum apoſtolica beneuolentia pollicitus eſt: qua de re etiam ad Nauarræ [c] Regem datæ ſunt litteræ. Ioanna quoque Regina Siciliæ, miſſis oratoribus ampliſſimis, demiſſa obſequia detulit Eugenio, eiuſque auctoritati, fidei, ac prudentiæ ſe ſuaque commendauit: cui nunquam ſe deſuturum ipſe ſpopondit [d].

Rex Aragonum ſe commendat Pontifici.
a Lib. 15. pag. 17.
b Ibid. pag. 16.
c Ibid.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Ioannæ Reginæ Siciliæ illuſtri.

Cum ſerenitas tua iam dudum cum vniuerſo regno Siciliæ citra pharum, quod a nobis & Romana eccleſia recognoſcis in feudum, fuerit ſub ipſius eccleſiæ & B. Petri protectione accepta, tua tamen præclara & eximia merita, & ſincera & antiqua deuotio erga ipſam eccleſiam, nec non magnificentiſſimæ oblationes tuæ nouiter nobis factæ per oratores tuos nobis acceptæ & gratæ, quibus cum opus erit confidenter vtemur, promerentur vt continuo ſentias ſeruere magis, ac magis in dies erga perſonam tuam & ſtatum tuum apoſtolicam charitatem. Itaque cum nouiter, diuina fauente clementia, ſumus ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, volentes oſtendere te & dignitatem tuam nobis in ipſo noſtræ aſſumptionis initio curæ eſſe, te cum regno præfato ſubditis & vaſallis tuis tibi fidelibus & deuotis ſub noſtra & B. Petri, ac eiuſdem eccleſiæ protectione recipimus, diſpoſiti ad omnia, quæ concernunt ſtatum & honorem tuum & ipſius regni tranquillitatem & pacem ſtudio paternæ charitatis intendere, & ad conſeruandam reginalem dignitatem tuam vnanimi tecum voluntate concurrere; declarantes etiam vniuerſis & ſingulis tam præfati regni dominis, magnatibus, nobilibus, & populis, quam alijs quibuſcumque hanc mentem noſtram & diſpoſitionem eſſe inuiolabiliter duraturam. *Dat. &c.* Gratulati pariter ſunt litteris ſuis [e] Eugenio de tributa ri pontificali dignitate Florentini.

d Extant eius lit. in lib. breu. Mar V. pag. 158.
Delata Eugenio a Regina obſequia.
Promiſſa mutua Pontificis ſtudia.
e Extant apud Eug. lib. 15. pag. 29.

Sanctiſſime atque beatiſſime pater, poſt humilem reccomendationem, & pedum oſcula beatorum.

In hoc ipſo temporis momento, cum intellexinius felicem aſſumptionem beatitudinis veſtræ, tanto gaudio atque lætitia perfuſi ſumus, vt neque maius gaudium, neque maior exultatio nobis, & vniuerſo populo noſtro potuerit euenire. Itaque tantam magnitudinem gaudiorum, quam vix animi noſtri præ lætitia capiunt, ſtatim vt beatitudo veſtra ſentiret, properauimus, vt ne momento quidem temporis, lætitiæ atque exultationis noſtræ differatur expreſſio, neque gratulari differamus ſuper ea re, quæ optatiſſima & iucundiſſima ad aures noſtras peruenit. Gratulamur igitur beatitudini veſtræ, de tanta ſublimatione, quo nullus interea gradus eminentior eſſe poteſt. Gratulamur etiam Romanæ ſedi de tam optimo præſule, atque paſtore. Gratulamur etiam nobis & ciuitati noſtræ, quod ea perſona ſublimata eſt, quæ nos ciuitatem noſtram vnice ſemper dilexit, & in qua deuotionem præcipuam & ſingularem reuerentiam, & maximum amorem merito habebamus. Magnitudo gaudij, exultationiſque noſtræ faciat, vt nulla verba ſatis ampla nobis videantur ad hæc ſecundum cor noſtrum exprimenda, ſed oratores confeſtim mittemus, qui per viuæ vocis actum gratulationem, & gaudium & lætitiam noſtram vberius demonſtrent: Recommendantes nos, ac ciuitatem noſtram pedibus beatitudinis veſtræ. *Dat. Florentiæ die quinta martij* M.CCCC.XXXI. Mota ſunt paulo poſt ex mutua æmulatione inter hos ac Senenſes grauia diſſidia, ad quos in priſtinam concordiam reducendos Pontifex Antonium epiſcopum Oſtienſem Apoſt. ſedis legatum renuntiauit [a].

Multiplices gratulationum cauſæ.
Obortæ inter Florentinos & Senenſes diſſidia.
a Lib. 16 pag. 9.

10 Dum externi Reges, ac principes in primis noui pontificatus auſpicijs certatim multo officiorum genere obſequia Eugenio deferebant, non nulli Romani turbida adeo in eum conſilia inter ſeſe agitauere, vt ab extremo exitio vrbs vix abfuerit. Oſtenſa fuerant diuinitus hæc imminentia Romanis pericula ſuperiori anno: dum enim menſe iulio noctu in preces eſſet effuſa S. Franciſca [b], plures teterrimi dæmones, flammas præteudentes manibus, ſeſe illi videndos obiecere, iactantes eam diuinam eſſe iram, qua Roma ob ingentia ſcelera, quibus abundabat, conflagraret; interminarique ſunt luſtraturos ſe ſingulas vrbis regiones, in eaque maxima mala patraturos; cumque Franciſca fundendis precibus inſiſteret, B. Virginem Chriſtum puerili forma gremio geſtantem, ac diademate redimitam inſpexit; hinc inde vero Ioannem Baptiſtam & Apoſtolos Petrum & Paulum in genua aſtantes precanteſque, vt diuina ira ab vrbe auerteretur: tum vocem inaudijt latam aduerſus Romanos ſententiam deprecantibus id hiſce ſanctis reuocatam fuiſſe; Franciſcæque cœlitus ſignificatum eſt; Romanis, ni flagitia ſua emendarent, maximas calamitates illatum iri. Conſenſere viſis exitus; excitauerunt [c] quippe hoc anno ingentes tumultus Columnenſes Antonius Salernitanus princeps, Eduardus Celani comes, ac Proſper Cardinalis Martini V. nepotes, qui patrui beneficio in multas ſe creuiſſe opes non contenti, ſacrum etiam theſaurum, quem ille comparauerat, vt ſumptus Græcis ad concilium acceſſuris pro inſtauranda veteri eccleſiarum coniunctione ſuppeditaret, religioſamque in Turcas expeditionem conficeret, expilarant: quem cum blandis primum monitis repeteret Eugenius, Cardinalibus alijſque viris principibus interpretibus adhibitis, ipſi auerſas maluerunt pecunias effundere in milites, vt eccleſiam, quæ ipſos extulerat, oppugnarent, quam reſtituere: conflatoque exercitu de Pontifice opprimendo coniurarunt, ac facta irruptione XXII. [e] aprilis die tyrannidis iugum imponere vrbi adnitebantur; cum pontificijs copijs Romaniſque fortiter pugnantibus repreſſi ſunt. De quibus in iudiciarijs actis conqueritur Pontifex [f].

Oſtenſa S. Franciſcæ Rom. Eugenij ſtabilitas.
b Vit. S. Franc. l. 1 cap. 1.
c Lib. 15. pag. 159. & 240. Paul. Bru Nicol. m. s archiu. Vat. ſign. n 110. Nic. Bart. de Tuccia chro. m. s. arch. Vat. ſig. n. 111 S. Ant. 3. p. tit. 22. cap. 10. Blond. dec. 3. lib. 4. Plat. in Eug. Sabel. enead. 10 lib. 2. Io. Pog. l. 6 & alij.
Pontificis the-ſauro a Columnenſibus expilatus.
e Paul. Bened. vbi ſup.
f Lib. 15. pag. 24.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nobis in conſiſtorio generali præſentibus venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, ac cleri & populi multitudine copioſa præſidentibus expoſito [nimirum a fiſci procuratore] quod per antea felicis recordationis Papa Martino V. prædeceſſore noſtro ſublato de medio, derelictiſque per eum in palatio apud SS. Apoſtolos, in quo deceſſerat, & alijs locis ineſtimabilium pretioſorum mobilium & aliorum bonorum & rerum Romani Pontificis ornatui congruentium, multitudine copioſa, ac immenſis pecuniarum ſummis, dilectus filius noſter Proſper S. Georgij ad velum aureum diaconus Cardinalis & Antonius, tunc pro principe Salernitano, ac Eduardus etiam, tunc pro comite Celani ſe gerentes fratres, quondam Laurentij de Columna nati & eiuſdem prædeceſſoris nepotes; quantis eos Romana eccleſia & Apoſtolica

Forenſis in ipſos edicta.
Ingratus eor. in Eccleſiam animus.

ſedes præſidiis, ac diuitijs & honoribus ſublimauerat, minime recenſentes, pretioſa mobilia, res, & bona & pecuniarum ſummas huiuſmodi plerilque manifeſta & cognita ſubtraxerant & abduxerant, & ſuis bonis miſcuerant, ac per nos, diuina fauente clementia, ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumptos, ac præfatos Cardinales nec non certos vrbis officiales omni præuia charitate requiſiti, vt ablata, ſeu ſubtracta & abducta huiuſmodi, nec non caſtra, terras, & loca Eccleſiæ per eos notorie occupata reſtituerent, elata obſtinatione, non ſine multæ temeritatis audacia, id facere renuerent, quin potius ijs & alijs eiuſdem Eccleſiæ impinguati diuitijs, vt ingratitudinis filij, in eorum primordijs contra eandem Eccleſiam ſeditiones & oppreſſiones varias incitare moliebantur, &c. (cum die ipſis conſtituta iudicio adeſſe contempſiſſent, eos ac flagitiorum & rapinarum ſocios vti læſæ maieſtatis reos pœnis eccleſiaſticis multauit, & bonis, dignitatibus, ac iuribus priuauit. *Dat. Romæ apud S. Petrum xv. kal. iunij anno 1.*

Monde cōmoniti officiſ.

Rebelliones moliti.

Læſæ maieſtatis ſunt condemnati.

11 Iunxit a arma legibus Eugenius; cui Ioanna Regina Siciliæ ſubſidiarias copias, Iacobo Cadola duce, ſubmiſit; ſed hunc Columnenſes ingenti auri vi ſubornarunt b, vt arma in Pontificem conuerteret. Ad ſe etiam pellexere c plures Romanos nobiles Columnenſis nominis ſtudioſos. Cæterum armati d fuerant contra Eugenium audacia Columnenſes ipſi a Philippo potiſſimum duce Mediolanenſi, cuius hoſtes Florentini ac Veneti, audita perfidi Cadolæ defectione, Nicolaum Tolentinatem validis ſuccinctum copijs fœderato Pontifici ſubſidio miſere e. Creauit tum etiam Eugenius f ad reprimendos hoſtiles impetus legatum in Campania & Maritima Hugonem epiſcopum Peneſtrinum, quem ampla ideo poteſtate auxit g.

a Lib. 16 pag. 136.
b Lib. 15. pag. 19. & 37.
c Lib. 16. pag. 98.

A Philippo duce Mediolan. in contentione confirmati.
Nicolaus Tolentinas miſſus ſubſidio a Venetis & Florentinis.

d Ibid. l. 16
e Lib. 15. pag. 24. & 25.
f ib. 16. pag. 95.
g Ibid.

Hugoni epiſcopo Peneſtrino, in prouincijs noſtris Campaniæ & Maritimæ ciuitatumque & terrarum circumuicinarum citra regnum Siciliæ A. S. L. &c.

In apoſtolatus noſtri primordijs, licet varia grauiaque negotia, vtpote ex cura totius Chriſtiani populi noſtris humeris imminerent, tamen noſtra omnis cura & intentio in eo potiſſime verſabatur, vt inprimis per diligentiam noſtri operis non ſolum inter vicinas partes atque Italos omnes, ſed inter vniuerſos reges & principes Chriſtianos pax & concordia poneretur; cum interea nos dies noctes que talia meditantes, nihilque timentes hoſtile aut nobis aut Eccleſiæ, ab ijs præſertim, qui opibus Eccleſiæ ditati creuerant, iuuenilis petulantia atque inſania iniquitatis filij Antonij de Columna olim principis Salernitani, occupata per proditionem porta Appia almam vrbem cum magno equitum, ac peditum numero hoſtiliter ingreſſi, tam per vim armorum capere curiales, interficere, & ſpoliare, noſque aut capere vel certe turpiter expellere ſuis viribus conata eſt: ſed, auctore Deo, cum ſuo temeritas conſilio, & vis vi repreſſa eſſet, ac virtute, conſtantia, & fidelitate populi Romani, qui nequiter intrauerat cum dedecore & damno eiectus fuiſſet, addens inde peiora malis, ciuitates & terras Eccleſiæ occupare gentibus ſuis, bellum aperte vrbi & alijs terris noſtris inferre, venientes ad curiam, ac ab ea recedentes ſpoliare & crudeliter interficere, prædas agere, bona Romanorum ciuium aliorumque ſubditorum noſtrorum rapere, aliaque plurima mala, quæ hoſtilis furor perſuaſit perpetrare, ſolita temeritate præſumpſit, eius nefarios conatus & opera pluſquam hoſtilia coercendi cum neceſſitas eſſet impoſita, vt primum iurium & legum armaturam aſſumentes,

Roe in Eugenium ... conatus.

Mala ab ipſis in agro Romano patrata.

eum & nonnullos ſuos ſequaces huiuſmodi deteſtandi belli auctores, ac ſuaſores omnibus dominijs, terris, dignitatibus, & honoribus iuſtitia præuia priuauimus, tanquam notorios & ipſius Eccleſiæ hoſtes, ac rebelles. Deinde ad propulſandas tantas iniurias & ad refellendum bellum nefarium nobis illatum, aduocato auxilio chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Ioannæ Reginæ Siciliæ illuſtris, quod præſto per ſuam diligentiam affuit nobis, conductoque ad noſtra ſtipendia Iacobo Caudola milite, fidentes in eo eum generalem capitaneum gentium noſtrarum conſtituiſſemus contra Antonium præfatum, atque is fide in perfidiam verſa, proditor nobis ad hoſtes noſtros corruptus pecunia tranſiſſet, atque inſuper contra nos prope vrbem caſtra ſua poſuiſſet, non ſolum deſtitutos eius auxilio, ſed armis oppugnatos oportuit nos alias vires præparare, aliaque quærere auxilia, quibus contra tantam perfidiam ſtatum noſtrum & Eccleſiæ tueremur.

Submiſſus a Regina Cadola in pontificis auxilium.

Infanda Cadolæ proditio.

Neque tamen interim omiſimus vnquam ſtudium pacis quærendæ, ſed priorem mentem ſeruantes memoreſque potius dandæ veniæ, quam iniuriæ vlciſcendæ, vt pacem honeſtam conſequi poſſemus, deſtinauimus ſæpius pro eius tractatu ad præfatum Antonium, licet indignum, ad quem pro ea mitteremus, oratores & nuncios noſtros, vt omnibus palam eſſet nihil nos malle, quam pacem. At ille malis vſus conſultoribus, cum eas nobis conditiones imponeret, quæ ne a victis quidem eſſent poſtulandæ, in noſtrum vilipendium & contemptum, nos neceſſario ad bellum coacti arma parare decreuimus, quibus inſana illius conſilia & ſuperbiæ elata cornua confringerentur. Itaque cum dilectus filius Nicolaus de Tolentino cum gentibus ſuis opera & adiutorio dilectorum filiorum nobilium virorum ducis & dominij Venetiarum & Florentinorum ad auxilium noſtrum & Eccleſiæ venerit, cumque nos ipſum capitaneum noſtrum generalem fecerimus, intendamuſque eum contra præfatum Antonium alioſque noſtros & Eccleſiæ hoſtes ac rebelles deſtinare, ac neceſſarium ſit, cum res Eccleſiæ agatur, exercitui noſtro & Eccleſiæ virum eccleſiaſticum præſidere, cuius conſilio & auctoritate regatur, quique ea, quæ agenda ſint exequatur & mandet, te regia ortum ſtirpe, virum excellenti virtute, prudentia ſingulari, ac magnitudine conſilij, rerumque agendarum experientia præpollentem contra præfatum Antonium, ac eius fautores, adhærentes, & ſequaces, eorumque expugnationem legatum noſtrum de latere, ac ad prouincias noſtras Campaniæ & Maritimæ ciuitatumque & terrarum prædictarum in temporalibus & ſpiritualibus generalem de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio duximus deſtinandum, &c. (ornat ipſum ſummi in exercitu imperij exercendi auctoritate) *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCXXXI. XVI. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno 1.*

Legati ab Eugenio ad Antonium Columnen. pacis interprete, imponit ille Pontifici vt victo legem voluit.

Nicolaus Tolent. in eum immiſſus.

Adiunctus illi legatus

12 Fractæ Nicolai Tolentinatis aduentu Columnenſium res conciderunt a, ac paulo poſt eæ turbæ fœlici pace ſedatæ fuere b. Antonius enim princeps Salernitanus & Eduardus Celani comes pridie idus ſeptembris admiſſi ſunt b in gratiam, reſtitutis ab ijs vrbibus eccleſiaſticis; cuius concordiæ Sigiſmundum Romanorum Regem præcipuum interpretem extitiſſe ferunt c, cum iter in vrbem meditaretur, de qua Blondus d & Sabellicus e meminere, adduntque Columnenſes ex alto culmine in præceps decidiſſe: *In ea pace*, inquit Blondus, *illud*

a Blond. dec. 3. l. 4 Sabellic. ennead. lib. 2. Plat. in Eug. IV.
b Lib. 15 pag. 159. & lib. 16 pag. 157. 160. & 165.

Domiti Columnenſes. Donati venia.

c Pigl. 6.
d Blon. dec. 3. lib. 4.
e Sabell. Enn. 10. lib. 2. & alij.

Digitized by Google

illud cernere ſtupendum fuit, opes maximas nepotibus a Martino relictas, ſcilicet vna cum ijs, quas rapuerant, *infra ſextum, quam obierat menſem, mirabili profluuio effluxiſſe, quod princeps Salernitanus partim Pontifici Eugenio dono dederit, partim Caudolæ & alijs, quos antea conduxerat, militibus in ſtipendium diſſoluerit, partim Pontifici in pacis conditionibus reſtituere ſit compulſus. Acceſſeruntque alia detrimenta, quod ſimul cum Narniæ, Orti, Suriani, Gualdi, Nucerini, Aſſiſij, Aſculi, Imolæ, Forilium, & Forūpopilij arcibus ex patrum ſententia ſponte redditis, præter Salernitani principatus amiſſi damnum, alia dimittere coactus fuit circa vrbem caſtella.* Confirmat Hector Pignatellus [a], Ioannam Reginam Salernitano principatu & alijs toparchijs Columnenſes exuiſſe. Compreſſi quoque in Æmilia rebelles motus, ac Bononia, quæ ab Romana eccleſia defecerat, ſub Eugenij imperium redacta eſt [b]. Sedato hoc bello, Eugenius ſuſceptas priores pro reponenda Italiæ pace curas intendit. Studuerant Philippo Mariæ duci Mediolani Senenſes aduerſus Florentinos, quoad inſtaurandam Piſanam rempublicam nonnullæ molitiones clam quæſitæ, ſed a Florentinis diſſipatæ fuerāt: aduerſum quos vltro illum arma capeſſiuiſſe non modo oſtendunt Eugenij literæ [c], verum teſtis etiam eſt S. Antoninus [d], dum ſcribit ſollicitatos Senenſes a Nicolao Picinino vallem Ambræ repentina irruptione inuaſiſſe. Qui ſuſpicati Eugenium Florentinorum partes efferre, refertas querimonijs literas [e] ad eum miſere, quaſi Michelettum de Attendolis ad vaſtandum Senenſem agrum immiſiſſet; cum tamen is non a Pontifice, ſed a Florentinis ad propulſandum bellum conductus eſſet.

Vt ingētes eccl. opes breui conſumptæ.

a Pell. Pign. in diar. b Blond. dec. 3. [illegible] Pog. l. 6. Pog. l. 16 pag. 93. c Lib. 10. 15. pag. 8. d S. Anton par. 3. tit. 22. c. 9. §. 8. e Extant apud Eug. lib. 15. pag. 28. f Ib. pag. 8

Ioannina [illegible] reſpub. [illegible] contra Florentinos. D. Eugenio [illegible] Senenſes.

Retudit Eugenius eas Senenſium querelas grauiſſimis literis [f], ipſoſque arguit intuliſſe bellum finitimis, ad quod componendum cum Antonius Cardinalis epiſcopus Oſtienſis miſſus eſſet, vbi Senarum mœnibus acceſſit, perinde quaſi in animum induxiſſent nullas audire hortationes, continuo ipſum procul amandaſſe: aperire etiam ſcriptas ad eũdem Apoſtolicam literas auſos, nec non Genuenſes eorum ſocios triremim pontificiam, quæ aduerſus prædones maritimos pacatum mare tenebat, cepiſſe ac piraticam feciſſe, atque in Tyberinas fauces improuiſo irrupiſſe.

Pontificiũ legatũ Senenſes egrè ſu ſcipiunt. [illegible]

Eugenius Papa IV.

Dilecti filij ſalutem, &c. Literæ veſtræ ad nos nuper deſtinatæ querelis nonnullis tantiſq; obiurgationibus refertæ inſcios nos eorum omnium, nec tale quicquam opinantes, vehementer perculerunt: ſiquidem vnde gratiarum relationem, ac nonnullorum in nos & Romanam eccleſiam commiſſorum excuſationem ſperabamus, criminationem & accuſationem inuenimus. Nam vt animi noſtri ſententiam, & quod vobis, vt aſſeritis, inſenſi * ſumus, plane teneatis: pridem cum intellectum nobis eſſet, vos aduerſus communitatem Florentinam bellum parare id nos noſtra minime intereſſe, quin potius contra ſalutem & propria commoda laborare aſpicientes, nullaque aut honeſtatis aut neceſſitatis, quæ duo maxime mortales ad bella impingunt, ratione compelli, paterna vt decebat, erga vos beneuolentia & charitate affecti, vos ab incauto, nec ſatis tuto propoſito reuocare enixe laborauimus. Oratores quidem veſtros, qui penes nos in Romana curia morabantur non ſolum exhortando & admonendo, verum etiam obſecrando & increpando, qua in re cum nihil admonitum proficere videremur, venerabilem fratrem noſtrum Antonium epiſcopum Oſtienſem ſanctæ eiuſdem eccleſiæ Card. qui vos ab infelice propoſito, totiuſque Italicæ quietis perturbatione auerteret, de latere ad ciuitatem vſque veſtram delegauimus. Vos vero eidem recenſita a nobis mandata ita accepiſtis, vt eundem vix mœnibus appulſum veſtris, quaſi perſuaſi ne vobis ab eodem qualibet ratione perſuaderi poſſet, illico ad nos eundem tranſmiſiſtis. Quod nos quidem intelligentes, cum publicæ, & vniuerſalis quietis Italiæ contemplatione, cum veſtræ præſertim ciuitatis, quam in euidens periculum incidere videbamus, cum nihil quicquam poſſemus propterea experiri, ægerrime id ferentes, vicem veſtram paterna pietate vehementer indoluimus. Hoccine eſt vobis, vt ſcribitis, infenſos eſſe, ſtruere vobis inſidias, machinari dolos, veſtræ denique ſaluti aduerſari?

Reſpõdet querelis Eugenius.

* non

Relatum vobis præterea eſſe ſcribitis, nos dilectum filium nobilem virum Michelettum de Attendolis nonnullarum gentium armorum capitaneum, quem certiſſime ſcire dicitis ad noſtra ſtipendia militare, Florentinis conceſſiſſe. Sed vtrumque & dictu & creditu ineptum eſt. Primum ad hoc vulgi rumores adducitis, quibus nihil eſt a veritate longinquius. Deinde ſuper tam inſtabile fundamentum certitudinem ſcientiæ fabricatis. Si enim certo id tenetis, Michelettum ſtipendijs videlicet noſtris adſcriptum eſſe, neceſſe eſt illud vobis etiam certum ſit eundem nos communitati Florentiæ conceſſiſſe. Vt quid igitur ad hæc vulgi, ſeu cuiuſuis alterius relationem adducitis? Cæterum hoc quidem refellere facillimum eſt: nam cum Michelettus præfatus diem firmæ ſeu conductionis ſuæ, qua illum felicis recordationis Martinus noſter prædeceſſor ſuis obnoxium ſtipendijs fecerat, compleuiſſe teneret, aſſereretque ſe a cuiuſcumque obligationis vinculo liberatum; & Florentina communitas aliunde tunc, cum a vobis, mole belli vrgeretur, ſaluti ſuæ conſulere pergens, ad ſua eundem ſtipendia conduxit. Nec factu difficile, vti ſperamus, extitiſſet, vt ſi meliores eidem a vobis allatæ conditiones fuiſſent, prout eſt virorum huiuſmodi, ad veſtra militatum ſtipendia deueniſſet. Quod vero dicitis lanceas nos & arma vicinis veſtris, vt vos vexent, alio quæſito colore, dediſſe a nonnullis circumſtrepi arbitrati verum eſſe, ſimilis leuitatis & vanitatis eſt. Nam cum in nos, vix in primo apoſtolatus limine conſtitutos, plerique ſacrilegi homines grandem pecuniam per ſummum ſcelus nacti, vt ſacroſanctam Eccleſiam perturbarent, omnes impetus conatuſque effuderint, nos relicto periculoſo hoſte, vobiſcum nullas in nos publicas inimicitias exercentibus nequaquam bellum gereremus. Et qui pro nouitate aſſumptionis noſtræ ad pontificatum præfato graui vrgenti illato nobis bello vix ſatis ſumptus ſuppeditare poſſumus, opes noſtras, immo vero eiuſdem eccleſiæ in perniciem veſtram aſſumeremus, qui nuperrime ſalutem veſtram tantopere procurauimus?

Vani eorū rumores confutati.

Micheletus de Attēdolis non a Pontifice, ſed a Florētinis conductus.

Subijcitis poſtmodum credibilia quidem iſta non eſſe, nec mentem alicuius debere ſubire: & veriſſime quidem; licet tamen parum conſtanter; ſiquidem paulo ſuperius id, quod huic contrarium eſt, certiſſime vos tenere aſſeratis. Enimuero veremur maxime, ne vos nonnullorum conſcientia, quæ in nos & eandem eccleſiam nonnullis in ciuitatibus, terris, & locis nobis & eidem eccleſiæ deuoris, per vos & nuncios ſeu oratores veſtros tentatis perpetrari, in has quippe vos inanes ſimulaſ-

Scripta ſuper ſe pugnantia demonſtrat Eugenius.

Digitized by Google

que ſuſpiciones impegerit. Natura enim rerum compertum eſt, vt quod quiſquam inſidiarum aut facinorum in alterum machinatus fuerit, itidem ſemper in eum ſtrui ab alio ſuſpicetur. Omittimus illud, quod ſolet atrociſſimæ aſcribi iniuriæ, vos literas ad nos nuper deſtinatas tenere, ac ſæpius reſignaras lectitare auſos eſſe; quo quid poteſt fieri hoſtilius? Miſſum etiam facimus nuperrime colligatos & complices veſtros Ianuenſes, quo pacto galeram noſtram, quam ad tutandos a prædonibus, & piratis portus atque oras noſtras maritimas paratam habebamus, nonnullaſque frumento noſtro onuſtas onerarias naues e medijs Tyberis faucibus per ſummum proditionis nefas arripuiſſe, cum eoſdem deuotiſſimos noſtros & eccleſiæ filios, veſtri potiſſimum confœderatione, putaremus. Hæ quidem vobis illatæ a nobis iniuriæ, hæc damna inflicta, hæ vobis fraudes a nobis innexæ ſunt? &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo capitum principum Apoſtolorum die* IX. *iunij pontificatus noſtri anno* I.

13 Fudere deinde acerbiores queſtus Senenſes, cum Nicolaus Tolentinas, a quo confectum Columnenſe bellum vidimus, ad Florentinos redijſſet, & in ipſos Senenſes plures clades inferret, quos iniuſte de ſede Apoſtolica conqueri ita Pontifex coarguit [a].

a Lib. 15 pag. 76.

Dilectis filijs prioribus, gubernatoribus communis, & capitaneo populi ciuitatis Senarum ſalutem, &c.

Querelæ, quin potius calumniæ & incuſationes veſtræ, qua iuſtitia, qua æquitate, qua veritate nitantur, quæſumus, parumper animaduertite; cum enim ab Antonio Laurentij de Columna eiuſdemque factionis nonnullis alijs, nec non a colligatis veſtris, neſcimuſque etiam an a vobis, nos & Romana eccleſia, iuribus & bonis proprijs ſpoliari alioquin per ſummum nefas, grauiter perturbaremur, noſque pro temporis ac negotij qualitate, nouitate etiam pontificatus noſtri etſi non magnopere inuicti eſſemus, tamen ſatis parati ad reſiſtendum, & plerique gentium noſtrarum capitanei, in quibus tunc præſidium noſtrum ſitum habebamus, a nobis & dicta eccleſia per ſummum proditionis nefas defeciſſent, ne a nefarijs hominibus eccleſiam Dei dirui & labefactari pateremur, magnopere ſoliciti eramus quemadmodum ſaluti Eccleſiæ conſuleremus. Tunc autem dilecti filij nobiles viri de dominio Venetorum, ac etiam dilecti filij populus & commune Florentiæ, vt pote Eccleſiæ Chriſti membra, prout fideles omnes ſunt, ſponte eccleſiaſticæ ſalutis zelo, militantem ad communia eorum ſtipendia Nicolaum de Tolentino, vt eccleſiæ difficili & periculoſæ conditioni ſuccurrerent, præfatum nobis capitaneum ſtipendijs ſuis ac ſumptibus militantem conceſſerunt ea conditione, vt quoad illius nobis opera opportuna foret, eodem vteremur ad ipſorum eundem poſtmodum ſeruitia remiſſuri.

Antonio Columna Eugenium vexat.

Adducta in periculum Eccleſia.

Cum vero placuiſſet omnipotenti Deo, qui non deſerit ſperantes in ſe, Eccleſiæ ſuæ ſanctæ ſubuentum fuiſſe, præfatuſque noſtri & dictæ eccleſiæ hoſtes & rebelles ad noſtram & dictæ eccleſiæ obedientiam ſuppliciter rediſſent, quod ſane paulo ante kal. ſeptembris factum eſt, & nos peramplius capitanei præfati opera non indigeremus, eiſdem etiam inſtanter poſtulantibus, libere ſibi licentiam ad eos reuertendi, qui eundem nobis commodauerant, præbuimus; quodque præfatus Nicolaus noſtris vlterius ſeruitijs non inſiſteret, vos per certum nuntium oratoreſque veſtros viuæ vocis oraculo ſæpe numero fecimus certiores, intendentes, vt interim vobis & ſaluti veſtræ conſuleretis: ſed cum præfatus Nicolaus, de quo nihil ad nos amplius attinebat, ad eorum intenderet ſeruitia commigrare, quorum mercedi & ſtipendijs militabat, ſi recedens a nobis, quem obligatum nullo pacto habebamus, ac propterea eundem nullo modo poteramus retinere, vos illorum inimicos, a quibus ille conductus iniuria aliquem laceſſiuit, vt quid hæc ipſa nobis impingitis? commeatum vero niſi tanquam iter agenti, & a noſtris ſeruitijs, cum ſecus fieri honeſte non poſſet, minime præberi permiſimus (nonnulliſque interiectis:) Itaque graues profecto, dilecti filij, huiuſmodi calumniæ & criminationes veſtræ nobis eſſent, ſi iudicio potius, quam animi perturbatione, quam ex illatis vobis cladibus percepiſtis, ea vos proloqui putaremus: tunc vero tunc quidem hæc meditari & proſpicere decuit, cum nulla offenſa, nulla iniuria, nulla denique ratione compulſi ſocijs vicinis & colligatis veſtris voluntarium bellum intuliſtis; cum nos paterna charitate compuncti, & quod epiſcopatum ciuitatis veſtræ geſſimus eiuſdemque titulo inſigniti ad cardinalatus dignitatem promoti fuimus, vt vos a periculoſo bello auerteremus tantopere laborauimus. *Dat. &c.*

Perdomiti hoſtes.

Increpat Senen. de bello ſuſcepto inique illato.

Luca a Florentinis obſeſſa.

Excitatos ad bellum in Florentinos fuiſſe Senenſes a Paulo Guiniſio Lucenſi regulo, quem Florentini ſibi armis ſubijcere adnitebantur, refert S. Antoninus [a], cum Senenſibus indicatum eſſet Luca Florentinis ſubacta, Senas idem poſtea iugum ſubituras: Mediolanenſium pariter ducem arma ſumpſiſſe, cum metueret ne Florentini debellata Luca ipſius principatum inuaderent: commotum itaque ea ſuſpicione Philippum Mediolanenſem Lucam tutari aggreſſum, ac Genuenſes, quorum gerebat clientelam, in belli ſocietatem traxiſſe, ſeque Senenſibus coniunxiſſe: tot vero hoſtibus cinctis Florentinis fœderatos Venetos decreuiſſe ſuppetias ferre: ac ne dux Mediolanenſis clientelæ Lucenſis ſpecie latius proferret dominatum, ipſi bellum indixiſſe; quod tertia die februarij huius anni promulgatum narrat Diarij Veneti auctor [b]: moxque comparato exercitu Venetus in Mediolanenſem ditionem irrupit, nonnullaque oppida cepit [c]. Acceſſit illi bello aduerſus Genuenſes marchio Montisferrati: cuius tamen copiæ a Nicolao Placentino deletæ ſunt. Sigiſmundus etiam Imperator eo bello implicitus eſt, & quinque Hungarorum equitum millia ad diſtrahendos Venetos, ne Inſubriam popularentur, in Forumiulium immiſit [d], in quos comes Carmaniola ſigna extulit, partaque victoria tanta crudelitate eam fœdauit [e], vt captis effoderit oculos manuſque amputarit, ad parem inferendam Hungaris iniuriam, qui eadem immanitate Venetos, quos ceperant, affeciſſent.

a S. Ant. 3 part. 21. c. 9. §. 3. Bonif. hiſt. Taruiſ. lib. 11. Ant. Coc. Sabell. enne. 10 lib. 2. Blond dec. 3 lib. 4.

Veneti Florentinis ſociati, pertam.

b Dia. Ven. m. s. aut. hoc an.

c Ibid.

d Id. ibid. Bizar. de bello Ven. lib. 2 & hiſt. Gen. lib. 9. Folie. lib. 10. Io. Bapt. Pig. lib. 6.

b Dia. Ven. m. s.

e Id. ibid. Sabell. enne. 10. lib. 2. dec. 3. Bizar. de bello Ven. lib. 2. & hiſt. Gen. lib. 9. Io. Bapt. Pige lib. 6. Bonif. hiſt. Tar. l. 11 & alij.

d Dia. Ven. m. s. aut.

e Idem.

Sigiſmundus Venetos inuadit Hungarorum exercitu Chriſtianis.

14 Ad compeſcendum tam ſæuum bellum Martinus Papa primum legauit Nicolaum Albergatum Cardinalem S. Crucis epiſcopum Bononienſem (quem diarij m. s. Veneti auctor procul a mundano taſtu abhorrentem & ſingulari ſapientia præditum fuiſſe ait [f]) qui pacem inter Venetos ac Mediolani ducem conciliare ſtuduit: vitaque functo Martino Eugenius idem illi, vtpote ſanctitatis & prudentiæ laude ſpectatiſſimo, munus confirmauit [g]: ſed cum ipſius laboribus optati ſucceſſus non reſponderent, eum in Gallias ire iuſſit [h], vt Carolum Francorum & Henricum Anglorum Reges teterrimo implicitos bello corumque

B. Nicolaus Alberg. ad ſopiendas b. la miſſus, irritos labores ſuſcipit.

f Idem.

g Lib. 15. pag. 4.

h Lib. 16 pag. 29.

Miſſus in Gallias.

qu:

Digitized by Google

que fœderatos in concordiam redigeret, quem Venetijs profectionem paraſſe refert m s. diarium Venetum. Nos pontificias ſubijcimus literas hiſce verbis conceptas a.

a Ibid.

Dilecto filio Nicolao tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali ad pacificandum regnum Franciæ A. S. N. cum poteſtate legati ſalutem, &c.

Videntes, quod propter peſtiferam & cruentam diſſenſionem dudum exortam in regno Franciæ innumeræ ciuitates & prouinciæ affliguntur populorum cladibus, vaſtitate & depopulatione terrarum, & innumeris alijs detrimentis, qualia fiunt in bellis, maxime inter potentes, & grauiora malis præſentibus pericula belli diuturnitate ſequutura formidantes, quæ vlterius procedente diſcordia neceſſe eſt ſequi, & Angliam exhauriri viris & opibus, & Franciæ regnum deuenire ad extremam calamitatem; & cum hæc duo regna ſint firmiſſima & fortiſſima præſidia reipublicæ Chriſtianæ, his regnis laborantibus, conſequens eſſe vniuerſam Chriſtianitatem opportuna ſubuentione carentem cum ſummo periculo etiam fidei catholicæ laborare, præcipue a Septentrione inualeſcentibus Bohemis hæreticis, & ab alijs plagis mundi infidelibus inſurgentibus contra Chriſtianos; ad pacificandum præfatum regnum Franciæ conuertimus omnes noſtros ſenſus & ſpiritus. Hos igitur & alios effectus peſtiferos, quos guerrarum & huiuſmodi præcipue furor producit & fouet in noſtræ conſiderationis aciem extollentes, ac plenis & paternis deſiderantes affectibus, vt omnis ſcandalorum & guerrarum materia, quæ dudum peſtifere viguit & verſatur inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Franciæ & Henricum Angliæ Reges illuſtres, & dilectos filios nobiles viros, duces, comites, barones, milites, ac vniuerſitates & communitates & alios quoſcumque præfatis Regibus adhærentes, ac complices & ſequaces eorum, pacis actore cœlitus inſpirante, in bonum ſalutaris concordiæ & vnitatis pacificæ commutetur, &c. [Inſtruit eum auctoritate ad componendam inter diſſentientes Reges pacem, ineundas inducias, diſſoluendas coitiones, & omnes, qui redintegrandæ concordiæ obſtitiſſent, eccleſiaſticis cenſuris comprimendos]. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domini* MCCCCXXXI. III. *kal. maij pontificatus noſtri anno* I.

Muneris belloru m cladib. Galliæ & Angliæ exhauſtæ.

Hæſſiarum & infidelium exitio ſinduntur.

Pugna ij pro pace renouanda nuncia.

Sollicitati Reges ab Eugenio ad vertenda in impios arma.

b Extant apud Marl. lib. vlt. pag. 157. & 158.

c Ibid.

d Io. Gob. commen. Pij II. lib. 1.

Fruſtra conatus pro Gallo & Anglo conciliandis.

e Monſtr. vol. 2. hoc anno pag. 83. Meyer hiſt. Fland lib. 16.

Henricus Rex Angl. Pariſijs Gallicum inſigne accipit. Concordia reſpuit.

f Monſtre vol. 2. pag 77.

g Sup. pag 83.

15 Hortatus eſt alijs literis b Pontifex Reges ipſos, vt arma Chriſtiano cruore madentia in fidei hoſtes verterent, ac Nicolaum plurimis principibus nimirum Amedeo Sabaudiæ, Philippo Burgundiæ, tum etiam Britanniæ ducibus commendauit c. Meminit etiam huius legationis Ioannes Gobelinus in commentarijs Pij II. quem tum Cardinali ſe adiunxiſſe ait d, enixeque operam dediſſe in Gallijs, vt Anglus ac fœderatus Burgundus cum Carolo Rege pacem facerent, refert Monſtreletus e; ſed inueteratam illorum pertinaciam omnem ipſius induſtriam eluſiſſe. Tradit præterea idem auctor Henricum exeunte nouembri Vvintonienſi & Eboracenſi Cardinalibus, ac magna procerum caterua ſtipatum Pariſios acceſſiſſe, vt regium inſigne Gallicum ſolemni ritu acciperet, & eximiam celebremque pompam, qua exceptus eſt, deſcribit f; necnon varias Anglorum in Francos, Francorumque in Anglos expeditiones. De Nicolao vero Cardinale addit g, reſpuente concordiam Anglo, cum regnum duos non caperet, curam omnem in Burgundo Galloque inter ſeſe conciliandis poſuiſſe, ſexennaleſque inducias inter vtrumque pepigiſſe, qua de re cuncta publica propoſita fuere; ſed cum iam ſequeſtræ pacis beneficio recreari cœpiſſent populi, ſemeſtri lapſo viros nefarios hoſtilibus vtrinque excurſionibus initum fœdus fregiſſe; conculcata inde iura, actas prædas rapinaſque, viros denique eccleſiaſticos miſerrime oppreſſos. Cæterum in medio belli ardore Renatus a dux Barenſis cum Gallo fœdere iunctus, quem poſtea ad Neapolitanū regnum vocatum viſuri ſumus, conſerta cum Antonio comite Vallismontis Anglicis copijs ſuccincto pugna fuſus in acie captuſque eſt, ac Burgundo traditus: ex quo funeſto caſu collapſas eſſe Neapolitanas res oſtendetur inferius; nunc ad Eugenium comprimendis orbis Chriſtiani inteſtinis ſeditionibus intentum reuocanda eſt narratio.

a Monſtr. vol. 2. pag 76. Gagui. in Car. VII. Polyd. Vir in Hen. 6

Renatus dux Barenſis captus in acie.

Ex clade exitium rebus Neapolitanis.

Hiſpanorū Reges bellis implicitis.

b Lib. 16. pag. 68.

c Ib. pag. 68. 62.

16 Non impari ſtudio incubuit ad ſancienda inter Hiſpaniarum Reges Ioannem Caſtellæ, Alphonſum Aragonum, ac Ioannem Nauarræ pacis fœdera, vſus opera Dominici Kaui b tit. SS. Ioannis & Pauli presbyteri & Alfonſi c S. Euſtachij diaconi Cardinalium.

Dominico Kaui tit. S. Ioannis & Pauli presbytero Cardinali ſalutem, &c.

Cum vtilis & neceſſaria ſit omnino bona compoſitio, pax, tranquillitas, & ſincera concordia inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Ioannem Caſtellæ, & legionis, Alfonſum Aragonum & Ioannem Nauarræ, alioſque etiam Hiſpaniarum Reges illuſtres, & dilectos filios nobiles viros principes, duces, ciuitates, & barones, communitates & populos, ſi qui ſunt habentes diuiſiones, turbationes & rancores ad inuicem, ex quibus impediri aut aliqualiter perturbari poſſet acquiſitio dicti regni Granatæ, volumus & tibi per apoſtolica ſcripta mandamus in ſimul cum dicto Cardinale, [nimirum Alfonſo S. Euſtachij diacono Cardinale, quem ad prouehendam Granatenſem expeditionem a Caſtellæ Rege ſuſceptam legatum crearat,] cui ſimilem ſuper pace commiſſionem facimus vel tu ſolus, ſicut melius tibi cedet, & ipſi Regi videbitur expedire Reges, principes, duces, comites & barones communitates & populos huiuſmodi, eiſque adhærentes, complices, & ſequaces bonis inductionibus & perſuaſionibus auctoritate noſtra & Eccleſiæ honore inducere ad concordiam & ad pacem, aut ſaltem ad faciendam treugam prædictorum regni & principum & aliorum, quorum intererit, interueniente conſenſu: qua treuga durante poſſit medio tempore fieri deſiderata conquiſitio dicti regni Granatæ, &c. [Dominicum ipſum auctoritate munit, vt diſcordiæ ſatores percellat cenſuris, pacem inter diſſentientes conciliet, ac fœdera confirmet.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ* MCCCCXXXI. *id. iunij pontificatus noſtri anno* I. Spectabant eo pontificia vota, vt præcipuo ſacri belli duce Ioanne Caſtellæ Rege Mahometicam ſpurcitiam e regno Granatenſi remoueret d: *Cōſiderantes*, inquit Eugenius in literis ad Alfonſum legatum datis, *nullum in tota Chriſtianitate opprobrium maius eſſe quam, quod tam longo tempore paſſa eſt & hodie patitur in medio Hiſpaniarum regnorumque potentium & catholica fide pollentium vnum regnum Saracenorum infidelium Granata a Granata ciuitate, quæ caput eſt ipſius regni nuncupatum, nec id quidem magnum atque amplum poſſe conſiſtere & ſe contra tot Hiſpanorum Regum potentiam conſeruare cum maximo periculo & detrimento finitimorum Chriſtianorum, qui ab infidelibus de dicto regno quotidie iniurijs, incommodis & iacturis multiplicibus afficiuntur; & volentes tandem a Chriſtianorum oculis tantum dedecus remouere, & dictum regnum conculcata perfidia*

Iuſſi legati inducijs firmandis dare operam.

Iungere Reges arma ad Granatam expugnandam.

d Ibid. pag. 66.

Digitized by Google

fidia Saracenorum reducere ad veræ fidei cultum, ſicut tenemur ex iniuncto nobis ſummo apoſtolatus officio; & infra: *tibi plenæ poteſtatis legati de latere noſtro officium committendo, de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate apoſtolica ad regna Granatæ & in ipſo regno conſtituimus, &c.* Data eidem legato prouincia eſt [a], vt obortas inter Regis Francorum adminiſtros atque Auenionenſes magiſtratus controuerſias dirimeret.

a Ibid. pag. 67. Car. I. Caſa ... legatio in Germaniam confirmata.

17 Decretam etiam iam ante a Martino V. vt vidimus, legationem in Germaniam ad pacem, quam hæreſis euerterat vna cum religione redintegrandam, quam Iulianus Cæſarinus obibat, pontificio diplomate confirmauit [b], addiditque imperia, vt quæ de concilio Baſileenſi celebrando temporum nouæ conuerſiones ſuaderent, ſedi Apoſtolicæ ſignificaret. Neque in Germania modo, verum in Polonia etiam & Hungaria legationem geſſiſſe Cardinalem Cæſarinum, ex alijs Eugenij literis [c] conſtat, quibus ipſum ita alloquitur: *Tu pro defenſione catholicæ fidei contra Bohemos hæreticos, ac nonnullis Romanæ eccleſiæ negotijs ad omnes Alemaniæ partes, nec non Hungariæ Poloniaque & Bohemiæ regno, ſalute quoque & pace ipſius Alemaniæ & regnorum prædictorum cum officio plenæ legati de latere tanquam Angelus pacis per ſedem apoſtolicam deſtinatus fuiſti, &c.* Redintegrando ſacro in Bohemos hæreticos bello operam nauabat legatus, cum ex maximo armorum, quem catholici inſtruxerunt apparatu, ſpem maximam de reportanda victoria concepit, eaque compleuit Pontificem: qui rei expectatione recreatus præcepit ipſi, vt confecto bello Bohemico Baſileam ad ſolemnes præſulum cœtus cogendos ſe conferret.

b Ext. in append. concil. Baſilien.

c Lib. 16. pag. 1.

Iuliano S. Angeli diacono Cardinali A.S.L.

Certificati tam per literas tuas, quam alias de ſolicitudine & circumſpecta diligentia, quam habes in proſequendo cauſam fidei contra Bohemos hæreticos, tuam prudentiam commendamus, & te ad perſeuerandum hortamur, quantum cum decentia fieri poterit. Præterea cum felicis recordationis Martinus Papa V. prædeceſſor noſter inter cætera tibi iniunxerit præſidere debere auctoritate apoſtolica in concilio generali in Baſileenſi ciuitate celebrando, ſi talis eſſet concurſus & congregatio prælatorum, quod merito & rationabiliter celebrari debuiſſet & deberet &, ſicuti accepimus, vſque nunc pauci aut nulli conuenerunt, & propterea non ſit opus alium deſtinare, ſed ſit potius expectandum, placet nobis & volumus, tibique mandamus quatenus expedito negotio Bohemorum, cuius finis expectatur in breui, tuos greſſus dirigas ad prædictam ciuitatem Baſileenſem, & ibi, prout opus videris eſſe iuxta tibi iniuncta & ordinata in concilio Conſtantienſi optime prouideas, prout in tua prudentia & circumſpectione plene confidimus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXI. II. *kal. iunii pontificatus noſtri anno* 1.

Data ipſi imperia vt Baſileenſi ſynodo præeſſet.

18 Edidit eadem die Eugenius diploma [d], quo omnes pactiones, quas cum Bohemis hæreticis finitimi Germaniæ populi, vt ab eorum irruptionibus tuti eſſent confecerant, reſcidit, cunctoſque ad opprimendos religionis euerſores, qui ſacra profanarent expilarentque, Chriſti domini, B. Virginis, aliorumque ſanctorum ſacras imagines, locaque religioſa violarent, ſacerdotes igni concremarent, & fideles nullo diſcrimine contrucidarent, arma ſumere iuſſit.

Confœderationes cum hæreticis initæ reſcinduntur.

d Lib. 16. pag. 58.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, ſicut non ſine graui mentis diſplicentia nobis innotuit, diuerſi orthodoxam fidem profeſſi principes & terrarum domini eccleſiaſtici & ſæculares, nec non milites, & militares, ac ciuitatum oppidorum villarum & aliorum locorum regimina tenentes, præcipue a finibus regni Bohemiæ non longe diſtantes, immanitatem, crudelitatem, tyrannidem, ſæuitiam & multitudinem perfidorum Huſſitarum Chriſtiani nominis æmulorum in regno prædicto & illi vicinis partibus, ſicut arena, quæ eſt in littore maris multiplicatorum, pro eo, quod illi, fines eoſdem repetitis vicibus potenter exeuntes, plura oppida, villas, eccleſias, monaſteria, & alia ſacra loca fidelium inuadere, ac calicibus, miſſalibus, ornatibus, paramentis, & alijs ad diuinum cultum neceſſarijs, nec non iocalibus & alijs rebus omnibus mobilibus & immobilibus ſpoliare, nec non figuras & imagines Ieſu Chriſti, ac beatæ & glorioſæ virginis Mariæ & aliorum ſanctorum multorum deſtruere, illaſque ac oppida, villas, eccleſias, monaſteria & alia loca huiuſmodi cum eorum prælatis & perſonis etiam eccleſiaſticis vtriuſque ſexus ignis voragine conſumere, & penitus deuaſtare & deſolare, ac ſtructuras & ædificia, quæ antiquorum exſtruxere manus, demoliri, ac fideles quoſlibet necare & diris martyrijs perdere veriti non fuerunt, prout nec verentur, non immeritò pertimeſcentes, vt ciuitates, oppida, villas, & alia loca ad ipſos ſpectantia, & eorum regimini commiſſa, ac in illis conſiſtentia, homines vtriuſque ſexus, eccleſias, monaſteria, capellas, & alia pia loca cum rebus, perſonis, & bonis ad ſe & illa pertinentibus a tantis periculis præſeruare poſſent, cum eiſdem Huſſitas ad dictum tempus nondum elapſum de non offendendo vel lædendo ſe mutuo in perſonis, rebus, & bonis fecerunt contractus & pacta, datis ſuper hoc authenticis confectis exinde publicis inſtrumentis factis renuntiationibus & præſtitis cautionibus interpoſitis, iuramentis & pœnis adiectis in non modicum defenſionis dictæ fidei præiudicium & læſionem.

Aucta Huſſitarum ſæuitia.

Patrata ſacrilegia.

Eorum ſcelera.

Ad ſe ſidelis ſe ... cum impijs pacta conuenta.

Cum autem, ſicut fidedignis relatibus accepimus, chariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Rex Romanorum illuſtris, venerabiles fratres noſtri archiepiſcopi, dilecti filij nobiles viri ſacri Romani imperij electores, ac multi alij principes eccleſiaſtici & ſæculares, nec non ciuitatum, oppidorum, & villarum rectores nationis Alemaniæ, tanquam fortes Chriſti athletæ & pugiles tantas Chriſti iniurias & blaſphemiam, præcipue hoc currenti anno vindicare propoſuerint & decreuerint; nos qui repreſſionem & confutationem conatuum hæreticorum huiuſmodi totis affectamus præcordijs, ac iniurias & blaſphemiam huiuſmodi æquo animo tolerare non valemus, rememorantes, quod per fidem ſalui facti ſumus, & ſine illa quis ſaluari nequeat, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia contractus, & pacta ſupradicta, ac omnia & ſingula circa illa concluſa & conditionata omnino reſcindimus & viribus euacuamus: nec non principes, prælatos, milites, militares & rectores, ac ſingulares perſonas de communitatibus & vniuerſitatibus, ciuitatum, oppidorum, & villarum huiuſmodi ab obſeruatione iuramentorum prædictorum, quæ relaxamus per præſentes, abſoluimus & denuntiamus abſolutos, ac ab illorum nec non eorundem contractuum, ac partium obſeruantiam volumus penitus non teneri: & nihilominus pro coercitione hæreticorum huiuſmodi & il-

Decreta in impios expeditio.

Eugenius iniqua pacta abolet.

lorum

lorum totali exterminatione, Regem, electores, principes, prælatos, milites, militares, rectores, communitates, & vniuerſitates ſupradictas, ac omnes alios & ſingulos Chriſtianam fidem profeſſos, præcipue per nationem prædictam & alios vbilibet conſtitutos, monemus, requirimus, & hortamur, ac per aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, quo redempti ſumus, ſummis præuijs affectibus obſecramus, eis nihilominus in remiſſionem ſuorum peccaminum iniungentes, vt pro corroboratione fidei orthodoxæ, quam profitentur in illa immobiles perſiſtendo, ſigno viuificæ crucis aſſumpto contra hæreticos prædictos ad Chriſti vindicandam iniuriam, ac tam proximam extirpandam hæreſim in illius nomine, qui arcus fortium ſuperat & infirmos potenter accingit, in tempore conuento & ad hoc conſtituto viriliter & potenter inſurgant, eoſque & perſonas eorum inuadant, capiant, captiuent, & potenter de terra perdant & exterminent, ita quod in illa memoria eorum nullatenus remaneat, &c. [Ad pelliciendos ad religioſam eā militiam Chriſti fideles e ſacro Chriſti meritorum ærario cunctorum veniam delictorum crucis ſymbolum & arma ſuſcepturis tribuit ſacrarumque indulgentiarum etiam participes eſſe voluit illos, qui ex opibus nonnihil in militum ſtipendia conferrent: denique decernit, vt crucis ſigna ſecuturi immunitates, ac priuilegia omnia habeant, quæ tribui conſueuere ijs, qui tranſmarinæ in Saracenos Aſiaticos, dum Syriaca res inſtauranda erat, militiæ nomen dabant]. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXI. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* I.

Ad conflictandum ſigno ſancti militiā ex citat fideles.

19 Tantus in Germania conſcriptus, & comparatus eſt exercitus crucis ſymbolo inſignitus, vt ad quadraginta millia equitum ſub ſignis eſſent duce Friderico marchione Brandeburgenſi, quem duo filij Ioannes & Albertus ſequebantur. Religioſam etiam profeſſi militiam Albertus & Chriſtophorus duces Bauariæ, dux Saxoniæ Fridericus, Sueuorum militaris ſocietas, cui S. Georgij nomen erat, tum multi præſules, quibus etiam plurium principum auxiliares turmæ acceſſerant. Præterea comes palatinus Rheni & dux Lotaringiæ coniuncturos ſe cum ſuis cruceſignatis caſtra ſpoponderant; ſed mutuæ diſſenſiones illos adeo implicuere, vt conſtituta VIII. kal. iulij ad irrumpendum in Bohemiam dies extracta ſit ad kal. auguſti. Condictum etiam erat, vt ex aduerſa parte Albertus dux Auſtriæ ſigna Bohemiæ inferret.

Conſcripta quadraginta equitum millia in hæreticos. *a Cocl. hiſt. Huſ. lib. 6*

Principes duces cruceſignatis.

Bohemi quoque ſumma vi bellum apparabant inſidebantque limitibus regni, vtque catholicos irretirent literas b, fraude & impietate refertas pervigilio S. Mariæ Magdalenæ ſparſere, quibus contendebant ſe ad tuendam euangelicam veritatem arma induiſſe, & quatuor præcipua confictæ doctrinæ ſuæ capita, quibus iam ante ſimplices irretierant, propoſuere. Primum, vt laicis etiam ſub ſpeciebus vini ſacramentum conferretur. Secundum, vt cuiuis ſacras habendi conciones poteſtas permitteretur. Tertium, eccleſiaſticos ciuili adminiſtratione ſubmouendos. Quartum, (quod inani iuſtitiæ ſpecie erat ſubornatum) vt publica & immania crimina e populis legitimæ poteſtatis opera tollerentur. Sed cum ex Ioannis Vvicleffi & Ioannis Huſſi improba doctrina negarent lethalis noxæ reum legitime præeſſe poſſe, & cunctos, qui cum ipſis non ſentirent, damnarent impietatis, omnem iuſtitiæ rationem euertebant. Addebant ſe oratores ad marchionem Brandeburgenſem, ad Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ,

Palliatis ſuis in errore catholicos muniunt Bohemi.

b Extant in appen. conc. Baſileen.

ad Vladiſlaum Poloniæ Reges ad ea impetranda miſiſſe; tum multis fallacium verborum lenocinijs fucisque Eccleſiam in priſtinum ſanctitatis ſtatum reſtituendam eſſe: cum tamen ipſos omnibus ſceleribus contaminatiſſimos eſſe, & Eccleſiam Dei omni conatu euertere conſtaret. Illatum eſt Bohemiæ bellum gemina ex parte hinc Cardinale legato cum marchione Brandeburgenſi, illinc Auſtriaco incurrentibus: ſed tanta expeditio infelici euentu diſſoluta eſt. Nocuit a nimius principum numerus, qui ordinem non ſeruarint, imminentibuſque Huſſitarum Bohemorum copijs, cum incendium in caſtris excitatum caſu eſſet, repente trepidatum eſt: & Cardinale legato fruſtra fugam prohibere nitente, fortiſſimus exercitus, amiſſis impedimentis, diſſipatus eſt. De qua turpiſſima fuga certior factus Albertus Auſtriæ dux, qui iam Prazoroniam adortus erat obſidionem ſoluit; attriuit tamen adeo Morauiam, per quam victricia ſigna circumtulit, vt ad amplectenda ea dogmata, quæ Baſileenſe concilium decerneret, ipſam adegerit. Attulit vero calamitoſa, de qua paulo ante memoraui, alterius exercitus fuga maximum ſtuporem, quæ arcano Dei iudicio aſcripta fuit, cumq; Galli præſules eam perpēderent in celebratis poſtea Bituricenſibus conuentibus, ideo putarunt catholicos, qui ad impietatem hæreticorum plectendam conſurrexerant fugatos, vt ipſi prius vitiorum omnium maculas a ſe ſuſceptas delerent b, ac proinde ſolutiores mores in Baſileenſi concilio ex communibus patrum decretis in priſtinum ſanctitatis ſplendorem redigendos cenſuerunt.

a Cocl. lib. 6. ex Iul. Card. Ceſarin. lit. Diſſipatus catholicus exercitus.

Morauia ad Baſileenſis concilij decreta ſuſcipienda adacta.

Gallicanorum præſulum de ea ſententia.

b Extant eor. lit. in append. ad conc. Baſil. editionis Bin. to. 8. pag. 153. Cœtus Baſileenſis ſynodus.

20 Defluxit narratio ad concilium Baſileenſe, quod hoc anno celebrari cœptum adulta æſtate ab ijs, quos Iulianus Cardinalis legatus præfecerat, vt teſtantur acta c: *Die louis decima nona iulij de anno Domini* MCCCCXXXI. *applicuerunt Baſileæ domini ſcilicet Ioannes Polemar capellanus ſummi Pontificis, & adiutor ſacri palatij, & magiſter Ioannes de Raguſio doctor in theologia Pariſienſis procurator generalis ordinis Prædicatorum, delegati ad præſidendum concilio a domino Iuliano Cardinale S. Angeli legato apoſtolico literas ſaluorum conductuum domini Imperatoris deſcriptas habentes, remanſitque dominus Dionyſius expectans ambaſiatam præfati domini Imperatoris: qui quidem præſidentes vigeſima tertia iulij, conuocatis omnibus eccleſiaſticis perſonis tam extraneis quam intraneis, in capitulo maioris eccleſiæ Baſileenſis inchoauerunt concilium legitima poteſtate eidem Cardinali a felicis recordationis domino Martino & domino Eugenio præſenti, & deinde eorum ſubſcriptione facta a prædicto legato, quorum prædictus .. fecit collationem ſolemnem ſuper themate: Venit Angelus teſtamenti, quem vos vultis. Malachiæ tertio, in qua oſtendit poteſtatem domini legati & eorum legationem, & omnimodam voluntatem ad concilium, quod tunc inchoauerunt & ſtabilierunt.* Infrequentes fuerunt ij cœtus, tum quia belli fragor, quo Philippus Burgundiæ & Fridericus Auſtriæ duces ſeſe inuicem perſequebantur, & Huſſitarum impietas poſt fugatas cruceſignatorum copias ingraueſcens in Baſileenſium etiam finibus perſtrepebat, & obſeſſa periculis itinera aduerſabantur; tum quia, cū Ioannes Conſtantinopolitanus Imperator antea cum Martino pactus, ad cogēdum concilium œcumenicum in Italiam ſe venturum, quo facilius eccleſia orientalis occidentali coniungeretur, rem miſſis ad Eugenium oratoribus vrgebat, vt nimirum claſſis pontificio inſtructa ſumptu ad Græcos præſules deuehendos tranſmitteret; ex quo

c Baſileen. conc. acta Decreta a legato pignora.

Græci Imp. de ſuo in Italiam ad concilium acceſſu agit.

Pon-

Digitized by Google

Pontifex Cardinalium rogatis ſententijs transferendum Bononiam proximo biennio concilium cenſuit, ac Iuliano Cardinali dedit mandata a, vt Baſileenſe diſſolueret.

a Extant eius lit. in appen. ad conc. Baſil. edi. Bin. pag. 208.

Iuliano S. Angeli diacono Cardinali A. S. L.

21 Dilectum filium Ioannem Pulchripatris in theologia magiſtrum canonicum Biſuntinum pro plena informatione diſpoſitionis concilij, ac belli & turbationis illarum partiũ ad nos & dictos fratres noſtros deſtinati, quem vna cum dictis fratribus noſtris, licet infirmitate grauati, libenter audiuimus, & omnia per ipſum tam nobis vna cum præfatis fratribus, quam commiſſarijs noſtris ad eum audiendum per nos poſtea deputatis facunde & prudenter explicata plene intelleximus: qui enarrauit inter cætera, quod in partibus Alemanniæ ſpecialiter clerus multipliciter deformatus erat, quodque peſtis illa Bohemica ad multas Alemanniæ partes ſerpens venenum ſuum effuderat, & partes illas tam deteſtabili labe inquinauerat; quodque etiam exinde in partibus Baſileæ infinita ſcandala ſuborta erant, cum nonnulli oppidani ſectam Bohemorum imitantes clerum perſequerentur & crudeliter trucidarent. Addidit prætetea alias difficultates & pericula, quæ ex bello inter dilectos nobiles viros Philippum Burgundiæ & Fredericum Auſtriæ duces proueniebant: nam hi armis decertantes, terras dictæ ciuitati propinquas habentes, aſſerunt tranſitum ad Baſileam ſine formidine & periculo fieri non poſſe: præterea celebrationem concilij & reformationem Eccleſiæ plurimum opportunam eſſe aſſerebat.

Conſultus a lega. Eug. de rebus concilij.

Circa Baſileam nonnulli perſona hæreſi infecti.

Omnium inter Burgundum & Fredericum ducem Auſtriæ bellum.

Quæ omnia, ac plura alia ſatis nota, quæ honeſtatis gratia prætereunda & ſubticenda ſunt, conſiderantes, quamuis antea varijs nuntijs ac literis cognita nobis eſſent, ac exiſtimantes ob tot difficultates & pericula prælatos forſitan tanto tempore expectantes Baſileam non veniſſe, ſeptenniumque in quo congregari debebant elapſum eſſe &, ſi de nouo vocarentur, pericula & difficultates prædictas allegarent, nec ad ſubeunda huiuſmodi pericula honeſte cogi poſſent, ac etiam verſantes animo noſtro, quod cum tot difficultatibus, impedimentis, & periculis hyems etiam inſtat & noua vocatio ad concilium celebrandum, quam idem Ioannes Pulchripatris affectare videbatur, fruſtra fiet, niſi aliquod conueniens temporum ſpatium interponeretur; cumque etiam his proximis diebus chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Palæologus Imperator Conſtantinopolitanus nuncupatus oratorem ſuum ad nos & præfatos fratres noſtros deſtinauerit qui, exponendo nos requiſiuit, vt iuxta ordinationem dicti prædeceſſoris, pro vnione orientalis eccleſiæ cum Romana & occidentali eccleſia concilium celebraretur, noſque conuentionem & ordinationem dicti prædeceſſoris etiam cum conſilio dictorum fratrum noſtrorum approbantes, ipſiſque Græcis poſtulantibus iuxta conuentiones dicti prædeceſſoris expenſas galearum eos ad concilium conducere, & ipſo finito ad partes ſuas reducere debentium, & alias expenſas opportunas & neceſſarias obtulerimus, multaque etiam loca Italiæ, cum alibi pro Græcis commoda fieri non poſſet, pro celebratione dicti concilij eorumque reductione ad ritum Romanæ eccleſiæ per nos oblata fuerint, dictuſque orator certos nos effecerit Imperatorem & patriarcham præfatos alios ſuos oratores cum plena poteſtate tranſmiſſuros eſſe, qui ex oblatis in Italia locis aliquem, præſertim cum plena poteſtate Bononiam acceptabunt, prout ad præfatum prædeceſſorem ante ſui obitus notitiam traſmittebant; cumque ſi noua prælatorum vocatio, vt præmittitur, fieret, hæc duo concilia vno prope tempore concurrere videantur, & ſi ea disiuncta fieri & celebrari contingeret, vnum ex altero debilius & minoris efficeretur auctoritatis: hæc inſuper vna cum dictis fratribus noſtris animo noſtro contemplantes, cum in vniuerſa republica Chriſtianorum nihil deſiderabilius contingere poſſet, quam videre Græcos tanto temporis interuallo a dicta Romana eccleſia diſiunctos, ſub ritu ipſius eccleſiæ & veritate catholicæ fidei reductos eſſe, & illam Græciæ nationem, quæ tot ſanctos patres & viros egregios & ſapientes genuit, qui humano generi tam ſacratarum quam ſæcularium literarum ſeminarium dederunt, Romanæ eccleſiæ vnitam & ſub ipſius vnico ouili reductam; his & alijs rationabilibus cauſis inducti, vt tam reformationem cleri & Eccleſiæ, ac extirpationem hæreſum, ac paci & tranquillitati Chriſtianorum, quam etiam Græcorum reductioni, quæ omnia ſummis deſideramus affectibus prouidere perſonaliter valeamus; circumſpectioni tuæ ipſum concilium, ſi quod adhuc pendere videatur, diſſoluendi & nihilominus ante diſſolutionem huiuſmodi in ciuitate noſtra Bononienſi, vbi Deo auctore perſonaliter intendimus præſidere vſque ad annum cum dimidio a die diſſolutionis huiuſmodi computandum nouum concilium indicendi, *& infra*, plenam & liberam de ipſorum fratrum, videlicet Iordani Sabinenſis, Antonij Oſtienſis & Velletrenſis, Hugonis Prænestrini epiſcoporum, & dilectorum filiorum noſtrorum Ioannis tit. S. Laurentij in Lucina, Antonij tit. S. Marcelli, Ioannis tit. S. Sixti, Franciſci tit. S. Clementis, Angelotti tit. S. Marci presbyterorum, Lucidi S. Mariæ in Coſmedin & Ardecini SS. Coſmæ & Damiani ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconorum Cardinalium conſilio, auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXI. II. *id. nouembris pontificatus noſtri anno* 1.

Miſſus a Paleol. Imp. ad Eugeniũ & Cardd. orator.

Bononia Græcis pro loco cõcilij accepta.

Quantum Græcorum cum Rom. eccleſia cõiunctio expetita.

Baſileenſ. ſyn. di diſſoluenda & indicenda Bononienſis data poteſtas.

22 Non aſſenſere Baſileenſes præſules, vt concilium Bononiam ex apoſtolico imperio transferretur, cumque id diploma a Parentino epiſcopo allatum Cardinalis legatus ipſorum præcipuis ex oſtendiſſet, contendere ex falſis cauſis fuiſſe ſubreptum, quas legatus hiſce literis a ad Romanum Pontificem datis confutauit.

a Extant apud Aen. Sylu. pag. 73.

Sanctiſſimo in Chriſto patri domino
Eugenio Papæ IV. &c.

Iul. Card. Cęſar. lit. ad Eugen.

De conſilio domini Parentini legi dictam bullam aliquibus maioribus, qui reſpondentes dixerunt quod, cum ſanctitas veſtra eſſet mota ex non veris cauſis, nec eſſet vere informata de facto, & ignoraret inconuenientia & ſcandala, quæ ex tali diſſolutione ſequi poterant contra fidem & Eccleſiam, volebant ad eandem ſanctitatem mittere ambaſiatorem, qui eam de omnibus plene informaret, reddentes ſe certos, quod illo audito aliter deliberaret, & quod nullatenus huic diſſolutioni aſſentiret, priuſquam informaſſent eandem ſanctitatem de his, quæ conſiſtunt in facto. Dicebant primo, quod cauſa illa expreſſa, quod nonnulli oppidani circa Baſileam erant infecti hæreſi Bohemica & perſequebantur clerum, non erat vera, quoniam omnes ſunt fideles, & nihil tale auditur in his partibus; immo iſti ciues Baſilienſes ſunt boni catholici, & bene defendunt & protegunt clerum.

Secunda cauſa, quod non erat tutus acceſ-

ſus

Digitized by Google

ſus propter guerram patriæ inter duces Burgundiæ & Auſtriæ, etiam non eſt vera, quia facta eſt treuga, & nullus veniens ad concilium fuit vnquam offenſus vel derobatus; vnde cum principaliter Sanctitas veſtra mota ſit ex ijs, dicunt bullam ſubreptitiam. De hyeme non dicunt eſſe ſufficientem cauſam diſſolutionis, quia qui volunt venire non dimittunt propter hyemem. Item dicunt, quod propter Græcos non eſt omittendum hoc concilium tam ſolemniter inſtitutum, & abſurdum arbitrantur, quod propter incertam reductionem Græcorum debeat permitti, quod Germania nunc & ſemper fidelis labatur in hæreſim Bohemorum, de quo valde timendum eſſe dicunt, niſi apponatur celeriter remedium, & quod iſta cantilena de Græcis iam trecentis annis durauit & omni anno renouatur. Item dicunt, quod vtrumque tanquam bonum fiat, hoc nunc in tempore ſtatuto, & illud ad annum cum dimidio; & quod omnes libenter erunt parati venire poſtea ad illud, & quod infra illud tempus hoc erit bene completum, & multa circa hoc dicunt. Ad illud de præſentia ſanctitatis veſtræ, dicunt quod ſi illa ex cauſa intereſſe non poſſit, quod attento periculo fidei & ſtatus eccleſiaſtici non propterea negligendum eſt hoc concilium, in quo eſt legatus ſanctitatis veſtræ. [Cum vero Iulianus ipſe ab eodem Pontifice perſtrictus fuiſſet, quod nimium in ſuſcepta ſententia perſiſteret, geſtorum ſuorum rationem reddidit Eugenio].

Concilium in extremis eccleſiæ malis remedium.

Cum ex fuga exercitus omnes populi Alemanniæ ſupra modum eſſent exterriti & conſternati, videns nullum aliud ſupereſſe remedium animabam & confortabam omnes, vt manerent conſtantes in fide & nihil trepidarent, quoniam ego propter hoc accedebam ad concilium, vbi conuenire debebat vniuerſalis Eccleſia, in quo omnino aliquod ſufficiens remedium ad reſiſtendum hæreticis & ipſos extirpandos reperiretur: ita etiam dixi in Nuremberga in præſentia domini Imperatoris & plurimorum baronum & nobilium Alemanniæ: ſic etiam exhortatus ſum ambaſiatores Pilzenenſium & Ægrenſium fidelium de Bohemia, dando eis ſpem ſubſidij ratione concilij. Et certe tantus erat metus omnium populorum, quod neceſſarium erat ita agere: propterea nemo miretur ſi feci diligentiam, vt omnes ad concilium venirent vel mitterent: ita enim opus erat, vt tot tantiſque periculis poſſet aliquo modo obuiari per inuentionem celerem alicuius ſubſidij. Et quidem fama iſta concilij multos retinuit & retinet finitimos Bohemiæ, ne cum illis concordarent. Ibidem me interpellarunt nobiles & militares Alemanniæ, qui in illo exercitu fuerant, aſcribentes culpam fugæ ſolis principibus, offerentes iterum cum multo maiori exercitu regredi proxima æſtate in Bohemiam, vbi vel mori vel vincere intendebant & neminem principum volebant adeſſe ſecum, ſed ipſi ſoli eligerent capitaneum, quem rerum experientia magis idoneum indicarent: poſtulabant autem ab Eccleſia ſubſidium communium expenſarum, quod non puto excedere * 30000. ducatorum: quibus reſpondi exhortando eos in hoc ſancto propoſito, & quod volebam ſuper hoc ſcribere Sanctitati veſtræ, a quo omnino ſperabam hoc ſubſidium impendendum, & nihilominus venire ad concilium, vt ſiue per medium ſanctitatis veſtræ, ſiue concilij huiuſmodi ſubſidium non deficeret: *Et infra*.

* Forte 300000.

Incitauit etiam me huc venire litera miſſa Nurembergam a quodam barone Bohemiæ poſt receſſum exercitus, qui dicebat armis illud regnum debellari non poſſe, ſed agendum concordia & tractatu: cui reſponſum eſt meo conſilio quod, cum iam in Baſilea celebrandum eſſet concilium vniuerſalis Eccleſiæ, Bohemi curarent huc mittere aliquos cum pleno mandato, quia nuſquam melius, quam hic huiuſmodi tractatus fieri poſſet, pro quo haberent ſaluum conductum, & quidquid eſſet neceſſarium. Incitauit me etiam huc venire deformitas & diſſolutio cleri Alemanniæ, ex qua laici ſupra modum irritantur aduerſus ſtatum eccleſiaſticum; propter quod valde timendum eſt, niſi ſe emendent, ne laici more Huſſitarum in totum clerum irruant, vt publice dicunt. Et quidem huiuſmodi deformatio magnam audaciam præbet Bohemis, multumque colorat errores eorum, quod præcipue inuehantur contra turpitudinem cleri: qua de re, etiam ſi hic non fuiſſet generale concilium inſtitutum, neceſſarium fuiſſet facere vnum prouinciale ratione legationis per Germaniam pro clero reformando, quia reuera timendum eſt, niſi iſte clerus ſe corrigat, quod etiam extincta hæreſi Bohemiæ ſuſcitaretur alia, &c.]

Diſciplinæ eccleſiaſticæ inſtaurandæ neceſſitas.

Prædictio hæreſis Lutheranæ ob cleri vitia.

23 Imprudenter Iulianum Cardinalem aduerſarum Pontifici partium laqueis ſe irretijſſe, narrat Pius II. [a] *Anno*, inquit, *ſalutis primo & trigeſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum cum Dominico Capranica, quem Martinus V. in ſecreto conſiſtorio Cardinalem creauerat & Eugenius IV. ſpreuerat, Baſileam petiuimus, ibique concilium inchoatum inuenimus; verum ab Eugenio reuocatum, quamuis congregati noluerant obedire, aſſerentes tam inceptum concilium ſine conſenſu patrum, qui conueniſſent, haud quaquam potuiſſe diſſolui. Iulianus aderat S. Angeli Cardinalis natione Romanus moribus & doctrina conſpicuus: is, cum cæteris præſtaret, audita Eugenij reuocatione præſidentiam dimiſit tanquam ſummo Pontifici vellet obedire: ſed cum augeſceret in dies Eugenio vel inuito concilium, & multi ex diuerſis regionibus epiſcopi & Regum legati aduentarent, Cardinales quoque ex Romana curia profugi in dies nonnulli concurrerent, præſidentiam reſumpſit, & auctoritatem concilij mirum in modum extollens, eminentiam primæ ſedis ſupprimere cœpit, venientes Eugenij legatos & poteſtatem Romanorum præſulum magnificantes apparenter confutauit, & cum eſſet facundiſſimus, facile perſuaſit auditoribus quæ cupiebat. Cardinales ex vrbe profecti Eugenio infenſi vitam eius moreſque carpebant. Accedebant in horas cateruatim noui curiales, qui (vt eſt omnis multitudo maledica & inimica principi) Eugenij nomen modis omnibus lacerabant*. Et infra: *De poteſtate Romani Pontificis pauci erant, qui loqui præſumerent: omnes, qui publice loquebantur prurientes auribus multitudini applaudebant*. Et pluribus interiectis: *Didicimus, quæ nos antea latebant: Eugenium falſo de multis accuſatum inuenimus, Cardinaleſque, qui Baſileam venerant ob priuatas inimicitias bono & ſancto viro notam inurere voluiſſe*. Attulit huius anni curſus nouas Eugenio cauſas, quæ ipſum in ſententia de ſynodo Baſileenſi diſſoluenda confirmarunt, ne quid in ea nouaretur: quippe nonnulli præſules principeſque cenſuerant Bohemos vi frangi non poſſe, ſed beneuolentiæ ſignificatione mulcendos: cumque illi pro prædictis quatuor articulis de porrigenda laicis etiam ſub ſpeciebus vini Euchariſtia, de concionandi libertate, de clero politico dominatu arcendo, de publicis vitijs abolendis (ſub quibus aureo velamine multa venena condita erant) induiſſe arma, ac pro ijs propugnandia profuſuros ſanguinem ſe profiterentur;

a Pius II. in bull. retract. in bullar.

Iulian. Card. Cæſarinus imprudenter ſe Baſileenſibus [illegible] aduerſus Eugenium.

Cenſent ob [illegible] cum Huſſitis.

exiſtimarunt ratione vincendos, vocandoſque ad concertationem in Baſileenſi ſynodo ineundam eorum doctores, quos data concilij nomine fide prouocarunt exaratis ea de re literis [a], quarum potior pars infraſcripta eſt.

a Extant in appen. conc. Baſil edit. Bin. to. 4. conc p. 2. pag. 99.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis in Spiritu ſancto legitime congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, vniuerſis viris eccleſiaſticis, nobilibus, & toti populo regni Bohemiæ vnitatem & pacem in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Sollicitati ad mutuam pacem.

24 Credimus vobis admodum moleſtum fore tot ſtrages, incendia, depopulationes, & infinita mala conſpicere, quæ ex huiuſmodi diſſidia quotidie contingunt, voſque optare pacem patriæ ac quietem; vt tandem fides catholica vbique terrarum debite colatur: ijs nuſquam melius prouideri poteſt, quam in hoc ſacro concilio, vbi vniuerſalis conuenit Eccleſia: hic quidquid pertinet ad fidei veritatem, quidquid ad pacem & concordiam, quidquid ad vitæ puritatem & diuinorum mandatorum obſeruantiam omni cum diligentia & libertate tractabitur. Licebit libere omnibus exponere, quidquid Chriſtianæ religioni expedire iudicauerit, licebit conſulere & procurare remedia. Aderit plane Spiritus ſanctus, in cuius nomine congregata eſt hæc ſancta ſynodus: ipſe erit dux & rector concilij, perfecte illuminaturus corda hominum, vt viam ambulent veritatis & pacis.

Vocati ad concilium.

Fiduciam in Chriſto habemus quod, ſi hic puro corde & bona intentione acceſſeritis, procul dubio læti & conſolati in patriam redibitis, genti veſtræ pacem, quietem, gratiamque Dei & hominum vobiſcum deferentes. Audiuimus, quod ſæpe conquæſti eſtis non eſſe vobis traditam, qualem voluiſſetis, audientiam: iam ceſſabit omnis querelæ occaſio: ecce iam locus & facultas plenæ audientiæ præbetur: iam inuitamini non coram paucis, ſed vniuerſaliter audiemini quantumlibet audiri volueritis. Ipſe Spiritus ſanctus adſtabit medius iudex & arbiter, quid in Eccleſia tenendum & agendum ſit: erimus ſimul in oratione perſeuerantes, & tamdiu & tam feruenter ſuam pietatem gemitibus, ieiunijs, precibus, obſecrationibus, ac ſanctis operibus interpellabimus, vſque quo ipſe charitatis auctor & veritatis doctor corda vniuerſi populi illuſtrabit ad cognoſcendam amplectendamque veritatis & vnitatis ſemitam. Ob hoc præcipue in Eccleſia Spiritus ſanctus introduxit concilia, vt ſi qua circa fidem inter Chriſtianos diſſenſio orta fuerit, omnibus in vnum conuenientibus per inuocationem nominis ſui veritas euidenter appareat.

Conciliorum vis ad abolendas hæreſes maxima.

Sæpenumero in Chriſtiana religione pullularunt errores, opiniones, & ſchiſmata; ſed interuentu ipſorum conciliorum Spiritus ſanctus illa procul effugauit, & penitus extinxit. Si veritatem fidei diligitis, ſi pacem optatis, ſi honor Chriſti penitus vobis curæ eſt, iam re ipſa oſtendite: nullo vnquam loco tempore efficacius & accommodatius, quam hic eſt modo, iſta omnia per ipſum Spiritum ſanctum hortamur, rogamus, & obſecramus, vt poſtquam oſtium ad tale ac tantum bonum apertum videtis, non diſferatis introire, & ad hoc ſacroſanctum concilium in nomine Ieſu Chriſti confidenter accedere, vt vnanimiter audiamus verbum hoc, quod Spiritus ſanctus in Eccleſia Dei facturus eſt, &c. *Dat. Baſileæ die* XV *menſis octob. anno Domini* MCCCCXXXI. *indictione* I. *pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Eugenij diuina prouidentia Papæ IV. anno* I.

25 His acceptis Pontifex, ratus creari inde orthodoxæ fidei periculum, & Conſtantienſis ac Senenſis conciliorum infringi auctoritatem, cum damnati in ijs articuli in diſceptationem a Baſileenſibus vocarentur, edita apoſtolica ſanctione, Baſileenſem ſynodum ſoluit, atque aliam Bononiæ poſt decem & octo menſes celebrandam, cui idem ipſe præeſſe & in ea Græcos Romanæ eccleſiæ aggregare decreuerat, indixit: tum aliam lapſuro proximo ab illa Bononienſi decennio Auenione cogendam promulgauit. Extat huiuſmodi ſanctio [a], in qua primum Eugenius apoſtolica explicat conſilia, quomodo acceptis Eccleſiæ gubernaculis ſtudia omnia conuertit, vt Huſſitarum hæreſim exſcinderet, Græcum ſchiſma aboleret, Mahometanam comprimeret potentiam, quæ ex Africa & Aſia Europam iam premebat & crucis dominicæ cultores in diſcrimen adducebat, redigeret in concordiam Chriſtianos principes, ſolutiores cleri mores conſtringeret; hiſque ſtudijs æſtuans exclamat ad Deum: *Excita* [b] *potentiam tuam & veni, vt ſaluos facias nos. Deus conuerte nos, & oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Domine Deus virtutum conuerte nos*; tum ſubdit ad inuecta in Chriſtianum orbem mala tollenda, Iulianum Cardinalem, quemadmodum iam Martinus Papa ſanxerat, ad celebrandum Baſileæ concilium ſe miſiſſe, qui etiam ſacram expeditionem eduxerat in Bohemos, ſed arcano diuini Numinis conſilio catholicos turpiter terga auertiſſe, diſſipatumque exercitum: præfectos autem ab illo Ioannem Palomarum & Ioannem Raguſinum Baſileenſibus conuentibus, qui infrequentes extiterint, miſſumque ex ijs ad ſedem Apoſtolicam oratorem, qui retulerat luem Bohemicam finitimis aſpergi Baſileæ regionibus, in quibus iam nonnulli clerum inhumane vexarent, atque ex Auſtriaci & Burgundi bello infeſta itinera. Hæc poſtrema ita ſe habere exiſtimabat Eugenius, quæ tamen a Iuliano Cardinale refutata vidimus [c]. Addidit Pontifex tum ob ingruentem hyemem, tum ob ea, de quibus cum Ioannis Imperatoris & Ioſephi patriarchæ oratoribus a Martino Pontifice conuentum erat, iterumque poſtulatum de concilio Romæ, vel Anconæ, aut Bononiæ, ſiue in alio Italiæ opportuno loco peragendo, ad quod Græci ſuppeditato a Romana eccleſia ſumptu, venturi erant, quamuis Romæ ſibi opportunior foret, Bononiam tamen ſe ob tranſalpinorum commodum deſignaſſe, ac Iuliano Cardinali legato mandata dediſſe, vt Baſileenſe dimitteret, ne duo concilia eodem ferme tempore haberentur; tum addit Eugenius.

Eugenius Baſileæ ... opinionem damnat.

Soluit Baſileenſem ſynodum. Bononienſem indicit.

a Lib. 16. pag 141. & in append. ad Baſil conc ad Binia. pag. 209.

b Pſ. 72.

Oratoribus Græcis ob quos transferendum in Italiam concilium Eugenius cenſuit.

c Hoc an. nu. 22.

Quia poſt tranſmiſſionem præfatarum noſtrarum literarum ad notitiam noſtram peruenit, vltra ea quæ ſuperius continentur, præfatos Bohemos hæreticos in Conſtantienſi concilio tam mature atque ſolemniter condemnatos, & in Senenſi concilio, ac per diuerſos proceſſus ſedis Apoſtolicæ & legatorum eius ſubſequenter aggrauatos & reaggrauatos, cum inuocatione etiam auxilij brachij ſecularis, & publici belli indictione multiplici, quoſque toti orbi pluſquam notiſſimum eſt catholicæ fidei eſſe notorios hoſtes & perfidos inimicos armatos, hæreſes pertinaciſſime & inflexibiliter defendentes, fuiſſe inuitatos Baſileam ad diſputandum & contendendum ſuper articulis in præfatis concilijs generalibus & per proceſſus apoſtolicos tam ſolemniter, vt præfertur condemnatos, in iniuriam auctoritatis apoſtolicæ, ſacrorumque conciliorum prædictorum, contra decreta ſanctorum patrum & ſtatuta legum imperialium in ciuilibus * *audientiam expreſſe denegantium, & alia diuerſa ſcandala & pericula imminere, vt eo citius ad*

Non ad ineunda in diſceptationem quæ a concilijs decreta tam definita.

* hæreticis

termi-

Digitized by Google

terminum currant & veniant ipſorum conciliorum, quo citius præmiſſa fuerint publicata; ex nunc tenore præſentium, de noſtrorum fratrum Cardinalium conſilio & aſſenſu concilium ſi quod, vt præmittitur, Baſileæ congregatum videatur de apoſtolicæ poteſtatis noſtræ plenitudine diſſoluimus & totaliter liberamus, aliudque concilium in anno cum dimidio, a die datæ præſentium computando, in præfata ciuitate Bononienſi, quam ad hoc cognouimus aptam quamplurimum, vt præfertur, indicimus, publicamus, & tenore præſentium declaramus: in quo cum præfatis fratribus noſtris, dante Domino, intendimus intereſſe, & perſonaliter præſidere: & nihilominus in decennio aliud ſimile concilium iuxta ſtatuta Conſtantienſis ſynodi de eorundem fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu in ciuitate Auinionenſi ſimiliter ex tunc indicimus, publicamus, & declaramus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum xv. kal. ianuarij pontificatus noſtri anno 1.

Demptæ conciliŏ Baſileenſi auctoritas.

Bononiæ concilio in præſentiarum Eugenius proſitetur.

26 De ſolutis Baſileæ conuentibus traductoque Bononiam concilio certiorem fecit Eugenius [a] Sigiſmundum Regem Romanorum, preceſque addidit, vt quæ pro Eccleſiæ dignitate conciperet oratorum opera exponeret, vrgeretque Conſtantinopolitanum Imperatorem, vt oratores ſuos cum ampliſſima ad redintegrandam orientalis occidentaliſque eccleſiarum coniunctionem poteſtate mitteret.

Sigiſmundo, Imp. certiorem de his facit.

a Extant eius lit. in cod. append.

Eugenius, &c. Tibi præcipue ſignificare volumus, [nimirum de dimiſſo Baſileenſi concilio decretum] quia ante omnes principes fidei defenſores & fidelium pacem ac ſtatum Eccleſiæ & conſeruationem auctoritatis noſtræ & ſedis Apoſtolicæ procurare debes, ſerenitatem tuam rogantes, vt ſi pro ardore tuæ regiæ deuotionis, & pro tua ſapientia aliqua auiſamenta excogitaſti, & interea etiam cogitaturus es ad pacem fidelium & Chriſtianæ religionis ſtatum & honorem Eccleſiæ pertinentia, ea ſuo tempore per tuos oratores exponere placeat, Et quia inter cætera in dicto concilio agitanda Græcorum reductio tractanda eſt, precamur ex corde clementiam & ſerenitatem tuam, vt chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Romæorum Imperatorem illuſtrem & venerabilem fratrem Ioſeph a Græcis patriarcham Conſtantinopolitanum nuncupatum per literas & oratores tuos incitare velis, vt quemadmodum ſuis literis & nuncijs nobis promiſerunt, oratores ſuos cum plena poteſtate ad concilium huiuſmodi tranſmittant, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ* MCCCCXXXI. XV. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* 1.

Rogatus, vt Græcos hortetur, vt veniant ad concil.

Grauiter tulit [b] Sigiſmundus dimiſſam ab Eugenio ſynodum Baſileenſem, cum poſt intentata toties Bohemis infeliciter arma experiri percuperet, an lenitate & ratione eos ab hæreſi abducere, & ad officium flectere poſſet: atque ideo Pontificem rogauit, vt concilium ipſum inſtauraret; neque enim adductum iri in controuerſiam, quæ iam in Conſtantienſi concilio ſancita eſſent, ſed Bohemos tantum edocendos a patribus, vt errores ſuos confiterentur deponerentque; quo argumento hæc inter alia ſcripſit [c] extremo hoc anno vel proximo ineunte: *Poſt reuerſionem exercitus mox in præſentia reuerendiſſimi domini Cardinalis legati, electorum, & principum aliorum omnia remedia exquiſiuimus, quæ tanta celeritate fieri poterant, & tandem diætam in ciuitate noſtra Frankfordenſi cunctis indiximus in feſto S. Galli nunc præterito ad prouidendum his rebus ſalubriter, & vt hæc ignominia catholicorum auferri, & hæreticorum ſuperbia poſſet contundi: in qua tamen diæta, quamuis ſolemnes oratores noſtros, prælatos, & alios haberemus, nil peractum eſt, quia quaſi nullus comparuit: Nec iam aliqua ſalubria ſperantur in re iſta remedia, quam hoc ſacrum Baſileenſe concilium, quod Deus omnipotens hoc tempore tribulationis ab alto conceſſit, & in quo omnis virtus contra hanc peſtem hæreticam, omniſque ſalus & ſpes omnium conſiſtit: neque alibi exquirendæ ſunt particulares viæ in rebus tam arduis, niſi vbi generalia & ſumma Chriſtianorum ingenia, Spiritu ſancto duce, feliciter conuenerunt. Ad quod quidem concilium manutenendum, protegendum, & conſeruandum, antequam montes tranſiremus, tales promiſſiones fecimus, prout nuntij dicti concilij a nobis petere voluerunt, &c. Dat. Mediolani, &c. regnorum noſtrorum Romani* XXII. *Hungariæ* XLVI. *& Bohemiæ* XII. Affert etiam alias Sigiſmundi ad Eugenium literas Monſtreletus [a], & inter alia ne Baſileenſe concilium diſſolueret, præmonuit, ſi niteretur contra, plures eum aduerſarios experturum, eiuſque nomen obſcuratum iri. Quod vero ad Græcos ſpectaret; poſſe deinde aliud concilium pro ijs ad eccleſiam Romanam reducendis indici. Iulianum quoque Cardinalem legatum prolixioribus literis Eugenio ſuaſiſſe, adductis decem grauiſſimis argumentis, ne Baſileenſem ſynodum ſolueret, refert Ioannes Coclæus [b]: ſed hæc ab ipſo Iuliano Cardinale [c] Eugenium alloquente audiamus.

Sigiſmundus Eugenium vrget vt Baſileenſem ſynodum redintegret.

b Coclæus hiſt. Huſſ. lib. 6. hoc an.

c Extant eius lit. in append. concil. Baſileen. & apud Dolgaſt. to. 3. pag. 436

Diſſipato catholico exercitu indictum eſt Frankfordiæ comitium.

Vnicum remedium abolendæ hæreſeos creditum Baſileenſe Concilium.

Demonſtrat ſe auxilium Conc. Sigiſm.

a Monſtr. vol. 2. pag. 37.

b Coclæus hiſt. Huſſ. lib. 6. hoc an.

c Iul. Card lit. ad Eug apud Aen. Silu.

Sanctiſſimo in Chriſto patri domino Eugenio Papæ IV. &c.

27 Quanta hic ſcandala ſequantur, & quam prope ſit euerſio fidei auſcultet patienter ſanctitas veſtra. Primo euocati ſunt Bohemi ad iſtud concilium; literas vocationis alias miſi ſanctitati veſtræ. Hoc factum quilibet probat tanquam ſalubre ac neceſſarium, vt poſtquam armis toties fruſtra certatum eſt, alia via tentetur. Iam literæ iuerunt Pragam, & Pragenſes reſponderunt Ægrenſibus, prout continetur in litera incluſa. Speratur, quod veniant. Si concilium diſſoluitur, quid dicent hæretici? Nonne inſultabunt in noſtros & fient proteruiores? Nonne Eccleſia fatebitur ſe eſſe victam, cum non auſa fuerit expectare illos, quos vocauerat? O quanta hic erit confuſio Chriſtianæ religionis! Approbabimus per hanc fugam errores eorum, & condemnabimus veritatem & iuſtitiam noſtram. Nonne videbitur hic digitus Dei? Ecce exercitus armatorum toties fugit a facie eorum, & nunc ſimiliter Eccleſia vniuerſalis fugit. Ecce nec armis nec literis vinci poſſunt. Videbitur miraculum Dei euidenter demonſtrans illos vera ſentire, & nos falſa. O infelicem populum Chriſtianum! O fidem catholicam ab omnibus deſtitutam! te milites, te ſacerdotes deſerunt & vituperant, iam nemo audet pro te ſtare. Nonne hoc ſacrilegium imputabitur ei, qui huius concilij diſſoluendi cauſa eſſet! Omnes latrabunt & blaſphemabunt curiam Romanam, quæ tantam fidei confuſionem procurauit.

Propoſita Eugenio hæreſis ſoluto Concilio graſſatura.

Secundo nonne omnes fideles, qui ſciunt prædictos hæreticos eſſe ad concilium vocatos, remanebunt ſtupefacti, & putantes, quod propter huiuſmodi fugam noſtra doctrina falſa ſit, cum ipſi non audeamus defendere, ſequentur hæreſim Bohemorum? præſertim cum illi iam pluries & nunc proximis diebus diffuderint per totam Alemanniam libellos famoſos continentes circiter triginta articulos contra fidem, præſertim contra ſtatum eccleſiaſticum, cum multis auctoritatibus Sacræ Scripturæ & ſanctorum doctorum, in quibus expreſſe aſſerunt, quod noſtri ſacerdotes non habentes, quod illis reſpondeant, nunquam volue-

runt illis dare audientiam. Quid ergo nunc dicent catholici, ſi poſt collatam audientiam fugimus? Et aduertat Sanctitas veſtra, quod maior pars illorum articulorum eſt contra ſedem Apoſtolicam, & in detractionem curiæ Romanæ. Item nuntiatum eſt omnibus vniuerſitatibus, quod mittant ſolemniores doctores & magiſtros, quos habent huc pro iſta cauſa.

Tertio cum ſit vbique publicatum hoc concilium principaliter eſſe congregatum pro hæreſi Bohemiæ extirpanda, quanta poſtea confuſio & ignominia erit Eccleſiæ, ſi re infecta recedat? Quantum igitur periculum euidentis ſubuerſionis immineat, quis non conſideret? Væ miſeris clericis, vbicumque reperti fuerint.

Spem inſtaurandæ eccleſiaſticæ diſciplinæ extinctum iri.

Quarto quid dicet vniuerſus orbis, cum hoc ſentiet? Nonne iudicabit clerum eſſe incorrigibilem & velle ſemper in ſuis deformitatibus ſordeſcere? Celebrata tot ſunt diebus noſtris concilia, ex quibus nulla ſecuta eſt reformatio. Expectabant gentes, vt ex hoc ſequeretur aliquis fructus: ſed ſi ſic diſſoluatur, dicetur quod nos irridemus Deum & homines: & cum iam nulla ſpes ſupererit de noſtra correctione, irruent merito laici in nos more Huſſiſtarum. Et certe fama publica de hoc eſt: animi hominum prægnantes ſunt: iam incipiunt euomere venenum, quo nos perimant: putabunt ſe ſacrificium præſtare Deo, qui clericos aut trucidabunt aut ſpoliabunt, quoniam reputabuntur iam in profundum malorum veniſſe: fient odioſi Deo & mundo, & cum modica nunc ad eos ſit deuotio, tunc omnis peribit. Erat iſtud concilium quoddam retinaculum ſecularium; ſed cum viderint ſpem omnem deficere, laxabunt habenas publice perſequendo nos. Ah, quis honor erit Romanæ curiæ, quæ concilium congregatum pro reformatione turbauit? Certe totum odium, tota culpa & ignominia transferetur in illam tanquam cauſam auctricemque tot malorum. Ah, beatiſſime Pater, abſit a ſanctitate veſtra, vt vnquam dici poſſit fuiſſe tantorum malorum cauſam: requiretur de manibus veſtris ſanguis pereuntium: *Et infra*.

Non pacanda bella inter principes.

28 Quinto publicatum eſt hoc concilium congregari pro pace inter Reges & principes Chriſtianos, quia bulla Martini, cuius copia vbique diffuſa eſt, inter alias cauſas, etiam propter pacem Chriſtianitatis mandat congregari hoc concilium, iam inuitati ſunt Reges & principes: præſertim Franciæ & Angliæ tamdiu inter ſe bellantes: facta ſunt etiam ad hoc nonnulla præparatoria, de quibus alias ſcripſi Sanctitati veſtræ, qualiter requiſiuimus dominum archiepiſcopum Colonienſem, vt vellet ire in Franciam ad adiuuandum reuerendiſſimum dominum S. Crucis, ſcriptum etiam eſt præfato domino S. Crucis, qui nuntiauit, quod ſi eligatur aliquis locus, ad quem conueniant ambaſiatores vtriuſque partis, vtile valde eſſet, quod aliqua ſolemnis ambaſiata illuc mitteretur ex parte concilij. Nec quiſquam dicat, quid opus eſt, quod concilium ſe in hoc intromittat, cum dominus S. Crucis ad hoc miſſus fuerit? quia iudicio omnium hoc creditur expedire, & ipſe dominus S. Crucis, vt ſupra dictum eſt, laudat. Deinde quidquid fit hic, fit nomine ſanctitatis veſtræ, & omnis laus & meritum erit veſtrum: *Et infra*.

Sexto ſcriptum eſt Regi Poloniæ, duci Lituaniæ, & Prutenis, rogando vt interim ſuſpendant guerras, offerendo mittere ambaſiatam ad tractandam pacem, & ſuper hoc etiam ſcriptum eſt prælatis Poloniæ. Nonne reputabunt ſe deluſos? Quot mala ex illa guerra ſequi poſſent, ſi perſeueret alias ſcripſi ſanctitati veſtræ: timendum eſt enim, ne alter Tartaros alter Bohemos in ſubſidium inuocet in perniciem Chriſtianitatis.

Rebellaſſe in Epiſcopos in Germania nõnullos populos.

Septimo his diebus ciuitas metropolitana Magdeburgenſis expulit archiepiſcopum & clerum, & iam illi ciues incedunt more Bohemorum cum curribus, & dicitur, quod miſerunt pro vno capitaneo Huſſiſtarum (quod valde timendum eſt) habet ciuitas iſta ligam cum multis ciuitatibus & communitatibus illarum partium. Item ciuitas Patauienſis, quæ eſt de dominio domini epiſcopi, expulit epiſcopum, & erexit machinas contra quoddam caſtrum epiſcopi. Vtraque iſtarum ciuitatum eſt finitima Bohemis, & ſi coniungant ſe cum illis, prout valde timendum eſt, multarum ciuitatum habebunt ſequelam. Scriptum eſt vtrique rogando, vt ſuperſedeant a guerra, & ſi qua controuerſia inter ipſos ſit, offert ſe concilium velle illam terminare & taliter prouidere, quod ipſi ciues remanebunt optime contenti. Miſſus eſt etiam quidam ambaſiator verſus Magdeburgum ad tractandum hoc negotium pacis, ſcribendo dominis & communitatibus & circumuicinis, vt etiam ſe interponant. Idem fiet verſus Patauium, poſtquam redierit nuntius illuc miſſus. Item quia magna diſcordia eſt inter ciuitatem Bambergenſem & epiſcopum & capitulum, quæ eſt ſupra modum periculoſa propter vicinitatem hæreticorum, Concilium dat operam ad interponendum ſe pro concordia, & vocauit vtramque partem, quæ iam venit. Si ergo diſſoluatur concilium, diſcordiæ iſtæ non tollentur, ſed augebuntur, & trahent poſt ſe multas alias ciuitates & oppida.

Octauo ex conſilio domini archiepiſcopi Colonienſis requiſitus eſt dominus dux Burgundiæ & ſibi ſcriptum, ſi vellet acceptare expeditionem illam contra Bohemos, quoniam ipſe videtur ad hoc valde idoneus & inclinatus, & modicum eſt, quod fecit treuguas cum domino Rege Carolo ad biennium & in tenore treuguarum expreſſerat, quod ad illas motus fuerat, vt poſtea intenderet ad extirpationem Bohemorum, prout a me fuerat requiſitus. Iam ipſe mihi reſcripſit, quod vult mittere huc ambaſiatores ad practicandum hoc negotium: ſi concilium diſſoluatur, ecce primo perdemus hoc tam vtile medium, deinde irritabitur ille princeps contra Eccleſiam. *Et infra*.

Germanos ad bellum conficiendũ accinctos.

29 Nono militares & nobiles de Alemannia obtulerunt ſe ducere potentiſſimum exercitum proxima æſtate in Bohemiam, dummodo daretur eis ſubſidium communium expenſarum, vt ſupra dictum: & quia iam ſunt quatuor menſes, quod hoc annuntiaui ſanctitati veſtræ primo per abbatem Peruſinum, deinde per plurimas literas, nec adhuc habui reſponſum, & illi miſerunt mihi intimare per magiſtrum Prutenorum Alemanniæ quod, niſi in octaua S. Martini darem eis firmam ſpem illius ſubſidij, dimitterent hunc tractatum expeditionis; de conſilio concilij ſcripſi eis & miſi ambaſiatorem, promittendo tale ſubſidium. Iterum pridie ſcripſi & ſolicitaui eos per duos ambaſiatores ad proſecutionem tam ſancti operis, promittendo iterum. Dictum ſubſidium forſitan non habebitur de curia, ideo feci & facio diligentiam pro congregatione prælatorum, vt ſi ex curia non habeatur, habeatur hic, quod ſi diſſoluatur concilium, cuius nomine illi requiſiti ſunt, & etiam promiſſio facta, quid dicent illi? nonne dimit-

teut

Digitized by Google

tent hoc, quod inceperant? quod erit maximum damnum, & audacia nimia dabitur hæreticis, & noſtris diffidentiæ abſque omni ſpe incutietur timor, & cogentur concordare cum hæreticis; quoniam iſta ſpes multum prodeſt, etiam ſi nihil ſequatur, quia retineret homines ne adhæreant hæreticis: *Et infra*.

Decimo cum poſt receſſum de Bohemia multi domini & oppida vicina Bohemiæ inierint treuguas cum hæreticis, ne alij hoc facerent, illi de concilio miſerunt duos notabiles viros per Auſtriam, Bauariam, Franconiam, & Miſniam, ac circumcirca Bohemiam exhortando populos & dominos, vt maneant firmi in fide, & quod propter hoc concilium congregatum eſt, dando eis ſpem, quod omnino concilium adhibebit aliquod remedium ad extirpandum hanc hæreſim; & nonnulli iam excogitabant inire treuguas cum hæreticis, qui audita fama concilij, ſperantes hinc aliquid contra illam hæreſim concludi, deſtiterunt: ſi modo diſſoluatur concilium, nonne populi Germaniæ, videntes ſe non ſolum deſtitutos ab Eccleſia, ſed deceptos, concordabunt cum hæreticis, & fient nobis inimiciores, quam illi? *Et infra*.

Graſſanti hæreſi moras non pati.

30 Item, beatiſſime Pater, per huiuſmodi prorogationem non tolluntur ſcandala, quæ narrata ſunt. Eſſent interrogandi hæretici ſi volunt expectare vſque ad annum cum dimidio, vt non diſſeminent virus ſuum. Eſſent & interrogandi, qui ſcandalizantur de deformitate cleri, an interim velint ſuperſedere. Ecce quotidie pullulat iſta hæreſis: illi quotidie ſeducunt catholicos, aut vi opprimunt: non perdunt minimum temporis momentum: quotidie, noua ſcandala ex deformitate clericorum inſurgunt; & nihilominus prouiſiones & remedia procraſtinantur? fiat quod fieri poteſt nunc: reliquum ſeruetur ad annum cum dimidio. Ego timeo, quod vſque ad annum cum dimidio, niſi aliter prouideatur, magna pars cleri Alemanniæ erit deſolata: ſi per Germaniam diffunderetur hæc vox, quod concilium eſſet diſſolutum, pro certo clerus omnis daretur in prædam, &c.] Vt vero demum Bohemi in concilio Baſileenſi damnato errore orthodoxam fidem ſint amplexi, ita tamen, vt aliquæ impietatis fibræ inter ipſos remanſerint, dicetur inferius.

31 Nunc de Sigiſmundo Rege addimus, illum ſuperiori expeditione, cui marchionem Brandeburgenſem præfecerat, adornata, iter in Italiam ad imperialis ornamenta dignitatis ſuſcipienda intendiſſe; ad quem ineunte anno Martinus [a] hæc ſcripſerat.

a Lib. 11. pag. 60.

Martinus, &c. Si, vt ſcribis, ad Italiam venire diſponis pro dirigendis rebus Romani imperij, rogamus Deum, vt hoc quoque conſilium tuum ſecundet & faciat te illa cogitare feliciterque perficere, quæ ſint accepta voluntati ſuæ. Nos autem quibus, vt alias ſerenitati tuæ ſcripſimus, gratus erit aduentus tuus, præſertim tali ordine poſito contra Bohemos, libenter videbimus & honorabimus perſonam tuam memores antiquæ beneuolentiæ noſtræ, & tecum intendemus ad pacem fidelium communi conſilio procurandam: Dabimus quoque operam, vt totus mundus intelligat, nullum vnquam Romanum Pontificem Imperatori Romanorum coniunctiorem fuiſſe: nam videmus, quod nobis duobus vnanimiter diſpoſitis ad recta & iuſta opera ſuccedent omnia votis noſtris & tuis cum pace & tranquillitate populi Chriſtiani, *Dat. &c.* Impoſita ei fuerat die S. Catharinæ ſacro Mediolani ſolemni ritu ferrea corona, cum ipſemet has literas, ad Iulianum Cardinalem S. Angeli præſidem concilij Baſileenſis, ac patres vniuerſos dedit: *Quemadmodum prius omnem facultatem regnorum noſtrorum perſonamque regiam vſque ad effuſionem ſanguinis & mortis paſſionem obtulimus, ita ſemper, Deo cooperante, ea intentione inuicta, quoad vixerimus, reperiemur: & ſic nos offerimus pro Eccleſia ſancta Dei, ſignificantes paternitatibus veſtris, quod ipſo feſto S. Catharinæ virginis proxime præterito hic Mediolani in domicilio S. Ambroſij, maiorum noſtrorum imitando veſtigia, regium diadema aſſumpſimus, auctore domino Ieſu Chriſto, cum ſolemnitate & celebritate ſemper digna memoria, & in rebus ſecundis illius gratia feliciter proſperamur, accincti ſeptimana inſtante ad conuentionem cum filio noſtro chariſſimo duce Mediolani in Placentia, pro tranſitu noſtro verſus Romam celebrandam, &c. Dat. Mediolani die 11. menſis decembris regnorum noſtrorum Hungariæ XLV. Romani XXII. & Bohemiæ XII.* Suſpectus fuit Eugenio Sigiſmundi in Italiam aduentus, ne duci Mediolanenſi ſibi infenſiſſimo illuderet, quare ipſum Senis diu morari coactum viſuri ſumus.

a Extant in append. Baſileen. concil. lit. E. a. i. to. 4. ... pag. 219. apud Iſe. ... 10. 3. pag. 436.

Pia Sigiſmundi de Eccleſia ... contentatio.

Mediolani coronam Longobardicam dimittus.

32 Hoc anno, cum Galeottus Malateſta ita contemplandis rebus diuinis animum addiceret [b], vt in adminiſtranda populis iuſtitia, deeſſet principis videretur officio, monuit illum Eugenius [c] virtutis apicem in charitate Dei & proximi eminere, neq; ad Deum poſſe aſſurgere, niſi ad proximorum opem ſe demitteret; tum pluribus ſaluberrimis præceptis ad pietatem informauit.

Galeotti Malateſtæ pietas inſignis.

b Ant. Cou Sa ed. Fun. 10. lib. 1.

c Lib. 15. pag. 4.

Eugenius Papa IV. Galeotto Roberto de Malateſtis.

Dilecte fili ſalutem, &c. Cum nobis, religioſum vitæ tuæ propoſitum, ac ſanctimoniam, nonnulli retuliſſent, lætati ſumus in his, quæ dicta ſunt nobis. Cur enim non magnopere lætari quiſque debeat vicem tuam, cum veritas dicat, gaudium eſſe Angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente? non enim hominis ſæculi curis implicitum, ſed religioſi monachi perſonam te gerere affirmant. Quamobrem, ſi hanc ſanctiorem viuendi normam ita ſectaris, vt tuos tuæque curæ ac ſolicitudini commiſſos non negligas, dicemus vna cum Domino ac Redemptore noſtro, optimam te partem elegiſſe, quæ abs te nunquam auferatur. Cæterum audi quæſo, fili, ne dum pietatem (ipſa enim religio eſt) colere pergis, in impietatis labem incurras. Eſt enim, vt noſti, omnium virtutum origo ac fundamentum charitas, quæ fere aliud nihil eſt, quam Dei & proximi vera dilectio; ſed qui alteram eius partem amplectitur, alteram deſerit, charitatem non habet, ſine qua quis contemplatiuam ſe vitam adeptum eſſe audeat affirmare? Vnde veritatis ipſe Magiſter, cuius omnis actio viuendi nobis exemplum eſt, etſi aliquam vitæ partem ſupernæ contemplationi deduxerit, miniſterium tamen ſuum, quod complendum ei mandatum fuerat, nunquam deſeruit. Nos vero qui, omnipotenti Deo auctore, paſtoralem Apoſtolicæ ſedis curam gerimus, ſi omiſſa publica atque vniuerſali fidelium plebis ſolicitudine monaſterium colentes orationi & contemplationi dumtaxat incumberemus, quæſumus, quis nos paſtoris ſeu epiſcopi nomine dignos arbitraretur? Qui vero adeo humanarum neceſſitudinum vinculis ſoluti & expediti ſunt, vt cum de ſe quoduis diſpoſuerunt, negligentiæ ſeu impietatis accuſari non queant, ſi tamen omiſſis omnibus, ſolam diuinarum rerum, & futuri ſeculi curam induunt, multa quidem laude digni cenſendi ſunt. Quamobrem commendamus

Nuntium rebus humanis mittere decernit.

Admonet Eugenius cur in ob... proximorum ... abijciendā.

Virtutis ... dilectio Dei & proximi ſitam.

Exemplo ſuo illum edocet.

mus in Domino ſanctum viuendi propoſitum tuum, dum tamen eam ſerues modeſtiam, ac temperantiam, vt dum tibi prodeſſe cupis, multis iniuriam non inferas: Qui enim ſua alijs ſubtrahunt & qui vnicuique ius ſuum non reddunt, eodem fere in vitio ſunt. Potes enim, ſi ſapis (ſapies autem ſi voles) & ſi vt facis, in Domino ſpem tuam pones, vtrique dare operam, actioni videlicet & contemplationi. Omnia ſuum habent tempus; & cum commiſſis curæ tuæ populis ius dederis, negocia aliqua tractaueris, aliqua viris bonis miniſtris tuis tractanda commiſeris, tunc te ad orationem diuinarumque rerum meditationem conferre debes, deinde rurſum viciſſim eandem curam reaccipere. Sunt præterea dies feſti, diuinoque potiſſimum cultui dedicati, noctes ac nonnullæ temporum partes, quas prudens rerum indagator eligere facile intelligat. Qua ſane diſtinctione & moderatione ſeruata, vtrique rationi ſatisfacias, vtrique deſeruias, tibique demum, ac tuis morem geras: quod ſi feceris, nos autem, ſi prudens eris, id te facturum non ambigimus, erit id quidem in conſpectu Altiſſimi acceptiſſimum, neque apud homines ampliſſima laude, gloria, ac beneuolentia defraudaberis. Superiores literæ exaratæ fuere MCDXXXI. menſe aprilis pontificatus anno 1.

Ita ſibi proſit, vt alijs iniuriam non inferat.

33 Dabat Galeotto Eugenius ea conſilia, quæ ipſe complebat, nam quamuis ſummi pontificatus curis implicitus, religioſa tamen vitæ, quam olim coluerat, ſtudia in commentandis rebus diuinis conſectabatur: cuius pietate & humanitate perſpecta Ambroſius monachus Florentinus eruditione inſignis libros S. Bernardi de conſideratione ad Eugenium ad ipſum miſit, additis hiſce literis a.

Domino ſancto, ac beatiſſimo Papæ Eugenio Ambroſius.

En, vt tibi pollicitus ſum, libellos S. Bernardi de conſideratione ad Eugenium ſuum, ad te mittimus, exile quidem munuſculum, & quod tenuitatem atteſtetur noſtram; ſed tamen abs te non tenuiter amandum, & maxima etiam auiditate ſuſcipiendum: quippe in quo viuendi pontificatuſque rectiſſime adminiſtrandi diligentiſſimam reperies normam: neque enim video cur ipſum opus priori illi Eugenio magis conueniat, quam tibi: Pontifex enim & Eccleſiæ Chriſti ſponſus æque tu, vt ille, niſi hoc forte quis dixerit, illum ex monaſterij ludo ad pontificij culmen aſſumptum; quaſi vero tu aliter inſtitutus ſis, aut alibi, quam in monaſterio prima ſpiritualis militiæ rudimenta ſuſceperis, aut aliam, quam monachorum vnquam vitam inſtitutumque tenueris. Ego id pro conſtanti aſſeuerauerim, ſanctum illum nobiliſſimi auctorem operis, ea omnia, ſi adhuc viueret in carne, non minus ad te ſcripturum, quam ad illum, excepta dumtaxat illa de appellationibus materia, quæ ad vſum moderatiorem, & honeſtiorem modum contracta videtur, quam eo tempore fuerit. Ardet animus pleraque ſuggerere ſanctitati tuæ de reſtitutione ſeu reparatione veteris ſanctitatis antiquique decoris in Eccleſiæ corpore, ſed committendum non eſt, vt tanto hoſpiti, quem ad te mittimus, parum detuliſſe videamur, quaſi ille non ſatis plene executus ſit omnia, cui (iudicio meo) nihil addi poſſe videatur. Te oro atque obſecro, Eugeni beatiſſime, id opuſculum relegas, inditumque facio pectori pietatis affectum in opus apertæ actionis exſuſcites. Spes certe omnium tanta in te eſt, quanta in nullo Romanorum Pontificum) ante multa tempora fuit. Accingere, quæſo te, homo Dei, dignitatemque tuam vindica tibi. Reformentur per te in clero mores optimi: in religione cuſtodia regularis innouetur, plebs vniuerſa fidelium, de ſuo quoque prouectu gratuletur, pax in Chriſtiano populo te auctore vigeat, bellorum fremitus a noſtris viſceribus ad infideles atque gentiles, ſi ſic neceſſe eſt, transferatur; vt omnes, te paſtore, nouum terris ſydus illuxiſſe gratulentur, &c. *Florentiæ ex noſtro monaſterio* XII. *aprilis*. Amantiſſime accepit huiuſmodi munuſculum Eugenius, atque ad Ambroſium refertas inſignis beneuolentiæ ſignificationibus literas dedit: de quibus actis ei gratijs Ambroſius eundem rogauit a, vt reliquias SS. Mauri & Vitalis martyrum in monaſterio, cui S. Martini e Pino nomen eſt, in Aretino agro repertas, quæ quo par erat religioſo ornatu minus colebantur, in monaſterij Florentini ædem, cui S. Mariæ Angelorum nomen inditum, transferre ſibi liceret, tum preces addidit, vt pontificium ſtudium in conciliandis Florentinorum diſſidijs collocaret: qua in re ipſum non defuiſſe par eſt credere; deprecatus b vero eſt Coſmam Mediceum, qui plurimum in illa republica pollebat, vt quemdam Philippum Scribam, olim ſibi coniunctiſſimum mulctatumque exilio patriæ reſtituendum curaret:

a Extant ad Eug IV. lib. 15 pag. 49.

Ambroſij monach. ad Eugenium.

Ingentes de Eugenio conceptæ ſpes.

Eugenij in Ambroſiũ monachum humanitas.

a Extant eius lit. ibid. pag 49.

b Lib. 12 pag. 181

Coſmæ de Medicis ciui Florentino.

Dilecte fili ſalutem, &c. Olim cum eſſemus in minoribus conſtituti, & in ciuitate Florentiæ, quam ſemper vice patriæ coluimus, cum priuatorum negotiorum cauſa, tum etiam ratione Romanæ curiæ, ibidem tunc exiſtentes, frequentiſſime verſaremur, cum dilecto filio Philippo officium ſcribæ reformationum, vt dicitur, apud dominium illius ciuitatis tunc gerente, magnam & pene ſingularem mutuæ beneuolentiæ & charitatis neceſſitudinem contraximus: *Et infra*. Exilio, quod iam per plures annos & obedientiſſime & patientiſſime tulit, ſatis pœnarum dediſſe videtur, clementiæque & miſericordiæ locum aliquem ſibi aperuiſſe. Quid enim clementia, quid miſericordia, quid animi magnitudo valerent, niſi ad opem, præſidium, & ſalutem poſitorum in aliqua calamitate, vrbium principes, aut qui pollent poteſtate aliqua, eas conuerterent? Rogamus igitur & hortamur deuotionem tuam per paſſionem illius, qui ea nobis charitatis & miſericordiæ in alios exhibendæ documenta reliquit, & etiam pro ſe affligentibus patrem exorauit, quatenus pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reuerentia, omni ope, ſtudio, & diligentia apud dominium Florentinum, & vbi expediens fuerit, inſiſtas, cures, & opereris, quod Philippus prædictus, de exilij tenebris, & fere vmbra mortis educatur, & in patriæ lucem & liberum reditum, & incolatum reſtituatur. Ex cuius rei procuratione, poſt æternæ vitæ premium, etiam meritam, inter bonos viros laudem & gloriam conſequeris, nobis vero rem maiorem in modum gratam efficies. *Dat. Romæ apud S. Petrum* XX. *aprilis anno* 1.

Coſmum Medices ad clementiã ſollicitat.

34 Hoc anno Eugenius c XIII. kal. octobris in Cardinalium numerum aſcripſit Franciſcum Condulmerium Venetum nepotem ſuum protonotarium apoſtolicum, cui presbyteralem tit. S. Cæciliæ contulit, nec non Angelottum Fuſcum Romanum epiſcopum Cauenſem, quem titulo S. Marci inſigniuit, quoſdam etiam, quos Martinus crearat, nec tamen promulgare potuerat, publicauit excepto Dominico Capranica, in quem cum grauiſſimis delationibus fuiſſet a ſuis conſultoribus exaſpe-

Cardinales creati ab Eugenio

c Ciacon in Eugen.

Digitized by Google

exaſperatus ſanctionem edidit, qua promulgauit eos tantum cardinalatus iure potituros [a], qui præſentes pileum rubeum, titulum, annulumque a Pontifice receperint, vel ad quos abſentes Pontifex galerum rubeum miſerit, neque in renuntiando nouo Pontifice cæteriſue rebus ſuffragia laturos, niſi poſtquam in conſiſtorio pronuendæ ſuæ ſententiæ acceperint poteſtatem; quæ tamen ſanctio poſtea mitigata eſt, vt ſuo loco dicetur. Perculſum hac pontificia lege Dominicum Capranicam ferunt, de quo hæc Ioannes Baptiſta Poggius in eius vita enarrat [b]: *Martino mortuo, Dominicus dimiſſa prouincia,* ſcilicet Spoletana; *Romam venit, & ad ædem B. Laurentij via Tyburtina, ſubſidens ex amicis quendam in vrbem ad collegas miſit, qui & publice & priuatim a ſingulis poſtularet, vt venire ſibi ad ſuffragia ineunda pro creando Pontifice liceret, ſimul & oſtenderet illum ſua humanitate petere ab ijs, quod ſcirent ſibi liberum eſſe: ſed cum varijs inter eos habitis ſententijs, prout cuiuſque animus ambitione aut odio rapiebatur, res longius trahi videretur, miſſis iterum ad omnes amicis communibus, qui aut id ab eis impetrarent, aut inuiſſum ſe venturum exponerent, quamuis æqua poſtulare videbatur, tamen nonnullorum Cardinalium perſuaſionibus ab incœpto deſtitit, affirmantium, ſi hanc ſuam, quamuis iuſtam voluntatem, paulum differret futurum, vt facilius, quod ſperaret aſſequeretur. Expectata ergo noui Pontificis creatione, cum Eugenius ordine IV. electus eſſet, ſtatim ad illum miſit, qui primo ei pro tanta poteſtate adepta gratularentur, deinde peterent, vt ſe cum Cardinalium inſignibus ingredi vrbem pateretur. Cum vero procraſtinando nedum a Pontifice differri ſua poſtulata viderat, verum etiam conſilio quorundam Cardinalium, qui Martino infenſi fuerant, aures præbentem de ſe capiendo conſilia agitare, omiſſa eius rei mentione, in prouinciam reuerſus Monteſalcum ducatus Spoletani oppidum ſe contulit. Eo quoque cum miſſos a Pontifice milites venire intellexiſſet & parum abeſſe, ſimulato in propinquum caſtellum itinere clam quatuor comitibus aſſumptis ad Soractis montem (is eſt in Faliſcis) proficiſcitur, & in ſacello quodam ſexaginta dies continuos latuit, omnia expediri ſtatuens, quo Pontificis iracundiam & plus æquo inimicorum calumnijs præbentem aures leniret, qui ea ſpecie, quod diceret Martini nepotes, quibus cum bellum Eugenius incœperat, eius opera cõtra Eccleſiam arma mouiſſe, omnia eius bona publicauerat, beneficijs etiam ſpoliauerat. Sed cum eius leniendæ nulla ſpes videretur,* & infra, *Baſileam proficiſci conſtituit. Verum cum prius adire ducem Mediolani placeret, qui tum maxime infenſus Eugenio erat, impetrata a Senenſibus fide publica Sarteanum venit. Ibi vocatus per viatorem in iudicium ab ijs Cardinalibus, quibus mandatum erat a Pontifice, vt eam cauſam cognoſcerent, venire noluit, & codicillis manu ſua conſcriptis, quibus ad Baſileenſe concilium prouocabat, ad eos miſſis Plumbinum maritimum Etruriæ oppidum ſe contulit.* Subdit auctor deinde Dominicum Genuam & Mediolanum perque Heluetiorum agrum Baſileam perrexiſſe; tum quæ Baſileæ egerit ita exponit [c].

Pontificis iniuriarum conqueſtus ſuam cauſam propoſuit, quam triennium continuum ea modeſtia agitauit, vt cum plerumque tanta inopia fuerit interceptis Pontificis iuſſu, tum paternis facultatibus tum prouentibus beneficiorum, vt neceſſarijs etiam ad victum indigeret, & Pontifex extorquere ab illo eam dignitatem vellet, qua maxima poſt pontificatum ſit, nemo tamen dictum quidquam ab eo aſperius, nihil contumelioſum in illum aut inimicos audierit, quos plurimos habebat apud Pontificem potentes, qui ſuæ dignitati aduerſarentur eiuſque animum ſolite natura mitem, & ad meliora promptum aſſiduis delationibus criminationibuſque accenderent. Et paucis interiectis: *Vicit tamen Dominici conſtantia, & tandem ex concilij ſententia Cardinalis declaratur ſummo cum omnium inimicorum dolore. Nec multo poſt ab Eugenio vocatus Florentiam, vbi tum forte degebat, in itinere, quem tanto labore, ac periculo, tantaque impenſa defenderat Cardinalatus pileo puniceo, quod eius dignitatis inſigne eſt, vti cœpit: impetrauerant enim a Dominico Eugenij legati, poſteaquam præſidentes pronuntiauerant eum Cardinalem eſſe, ac pileum ferre dederant, ne priuſquam Bononiam veniſſet eum gereret, magna contentione habita, vt hunc ab Eugenio accepturus Florentiam venire vellet.* Arrogabant ſibi nimirum male Baſileenſes plerique factioſi ſpectantem ad ſummum Pontificem ſupremam auctoritatem, quæ ambitioſa contentio ipſos in ſchiſma præcipites egit, vt dicetur inferius: cuius ſchiſmatis oriundi Baſileæ exordia atque extinctionem prædixiſſe B. Coletam, refert in eius vita Stephanus Iuliacos [a].

35 In Græcia res Chriſtiana admodum afflicta eſt [b], exercente tyrannidem Amurate Turcarum principe, qui Theſſalonicam vrbem inclytam menſe aprilis Venetis eripuit [a]; de quo querente Græcorum Imperatore, reſpondit nil medium Turcas inter & Græcos relinquendum. Iſthmi mœnia immiſſo Turachane deiecit, magnumque etiam Conſtantinopoli & Peræ terrorem intulit [d]: cum ad tolerandam obſidionem ij ſe impigre compararunt, tenſa ad Sozopolim catena ferrea, & tribus onerarijs nauibus Venetis penes ſe retentis. Patræ etiam, quæ latinis paruerant, antea a Conſtantino deſpota occupatæ fuere, quarum præfecturam ſe geſſiſſe refert Phrantzes [e]. Lachrymis pariter conſperſa erat reliqua orientis facies, nec dum Ianus Cypri Rex Ægyptio carcere emiſſus diſſoluerat pretium, quo libertatem redemerat; cumque ad fidem liberandam nonnulla regia iura oppignerare vellet, quo maiori ementium tutelæ cautum eſſet, rogatus Pontifex ſuam addidit auctoritatem, ac iuſte eam ob cauſam regia bona abalienari poſſe edixit [f].

Vrgebat eundem Regem liberandorum ab Ægyptijs obſidum, quos dederat cum vinculis abſolutus eſt, cura; cui magna ærarij penuria laboranti ſubuenire cupiens Pontifex, centeſimam omnium eccleſiaſticorum cenſuum Hiſpaniarum, Angliæ, Galliæ & Delphinatus addixit [g], tum aliam auri vim ex eccleſiaſticis Italiæ, Sabaudiæ, Pedemontij vectigalibus ſuppeditauit [h]. Petijſſe quoque Ianum Regem ab Vuladiſlao Rege Poloniæ mutua ducenta aureorum millia miſſo Balduino e Notis oratore, vt vectigal grauiſſimum vectigalis annui onus, quod pendebat ſultano Ægyptio iugumque excuteret: tum etiam Heduuigim Vuladiſlai filiam in vxorem Ioanni filio ſceptri Cyprij futuro heredi poſtulaſſe, referunt Poloni hiſtorici [i]: ſed, ea defuncta, infecta re abiere Cyprij: addiditque Vuladiſlaus Polonicum ærarium ob continua bella exhauſtum. Cæterum Ianum Regem hoc anno ſacramentis rite procuratum e vita exceſſiſſe, ſucceſſiſſeque ei Ioannem, de quo paulo ante memoraui, ex ipſo & Carola Borbonia Regina natum, affirmat Monſtreletus [l]; extantque Eugenij literæ [m] inter alias hoc anno ad Ioannem Regem datæ, quibus ingenti ſe dolore ex patris ipſius obitu affectum fuiſſe ſignificat, cum animum ad delendam Mahumeticam impietatem adieciſſet, ipſumque ad amplexandas virtutes adhortatur.

Charif-

a Lib. 15. pag. 15. ext. etiam in m. s. Vall. ſign. lit. C. nu. 19. pag. 295. & in bullar.

b Pogg. in v. m. s. Card. Firman.

Cur non interfuerit Eugenij creationi Dominicus

Cur aſſe ctus a Dominico Capranica Eugenius

c Pog. vbi ſup.

Vt Dominicus ſuam cauſam egerit apud Baſileenſes

Baſileenſe ſchiſma prædictum a B. Coleta

a Steph. Iul. in vit. B. Col. & ex eo Sur. 6. mart. Wadding. in ann. 1406. nu. 89.

Theſſalonica in ditionem Turcis. Iſthmi mœnia obſidionis eiecta.

b Annal. Turc. hoc an Leunc. lib. 14.

Georg. Phran. lib. 2. pag. 9.

c Ibid.

d Diar. Ven. m. s. hoc ann.

Patræ a Latinis amiſſæ.

e Phrant. ſup. cap. 9

Cypri Rex ad liberandos redimendos regnum ...

f Lib. 16. pag. 57.

Indicta decima pro liberandis Cyprijs obſidibus centeſima.

g Eug. in append. ad Marc. ... vol. pag. 163.

h Ead. pag. & pag. 164.

i Michou. l. 4. c. 52. Crom. hiſt. Pol. lib. 20.

l Monſtr. vol. 2. pag. 84.

Ioannes Rex ſubrogatus.

m Lib. 9. breu. pag. 62.

Digitized by Google

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Cypri Regi illuſtri ſalutem, &c.

Rem ſane grauem cordi noſtro, & admodum moleſtam, chariſſime fili, tuæ literæ nobis ſignificarunt deflendam ſcilicet mortem illuſtris quondam Regis parentis tui, qui cum eſſet tanquam ſcutum fidei, ac peruigil athleta nominis Chriſtiani, dolendum quippe eſt ſublatam eſſe nobis ſingularem tanti principis virtutem; eo præſertim tempore, quo maxime videbatur eſſe neceſſaria: ſperabamus enim non longe abeſſe tempora, cum ille auxilio diuini Dei, fauore Eccleſiæ atque noſtro ſua priſtina virtute vlciſceretur iniuriam ac contumeliam, nuper ab hoſtibus fidei ſibi ac regno illatam. Nam cum in deſiderijs noſtris illud præcipuum vigeat, & verſetur in nobis, Eccleſiæ vires ita corroborari, vt aliquando poſſemus vacare vna cum auxilio Chriſtianorum principum ad expugnationem perfidiæ Saracenæ, maximum nobis præſidium ad hoc videbatur in talis principis ſapientia conſtitutum; quem eſſe ereptum, nobis magna iactura & grauis ſubſecuta eſt. Et tu quidem pie & recte virtutes eius commemoras, quæ multæ & præclaræ in eo principe extiterunt: ſed placuit omnipotenti Deo, cuius nutui contraire non licet, vocare illum ex mortali labe huius ſarcinæ corporeæ ad meliorem vitam; quod licet tibi luctuoſum ſit, & regno videatur periculoſum, tamen acquieſcere te oportet Diuinæ voluntati, quæ ſemper id agit, quod nobis proſpicit pro ſalute animæ profuturum. Illud autem præmeditari debes, non derelinquere Deum ſperantes in ſe, & per ſemitas viarum ſuarum proficiſcentes. Et cum initium omnis ſapientiæ & virtutis ſit timor Domini: da primitias tuæ adoleſcentiæ Deo, vt eum ex tota mente & toto animo colens pie & caſte viuas, Eccleſiam & eius antiſtites venereris, iuſtitiam colas, pacem ames, ac ſubditorum quietem: quæ cum egeris, non præualebit inimicus aduerſus te, cum ſit protector Dominus timentium eum. Verum nos in dolore, quo afficimur ex morte patris tui, id vnum maxime conſolatur, quod refertur nobis, te illum ſicut ſucceſſorem regni conſtituit, ita heredem ſuarum virtutum reliquiſſe, vt ſuſpicari debeamus non Regem ablatum populo Chriſtiano, ſed iuniorem, & valentiorem eſſe datum, & eum, qui paternam gloriam ſit ſuperaturus. Habes ante oculos exempla patris. Deus inſuper, ſi in eius timore te educaueris, ſubminiſtrabit prudentiam & intellectum, quibus & regnum bene regere, & hoſtibus poſſis obſiſtere. Nos quoque conſilio ſemper, auxilio vero cum facultas tulerit, tibi aſſiſtemus, rogabimuſque interim Deum, vt dirigat actus tuos. Eccleſia ad præſens varijs agitatur fluctibus, adeo vt vix ſibi ipſi poſſit ſufficere; ſed Deus, cuius miſerationes ſuper omnia opera eius exiſtunt, non deſeret eos, qui in ſe confidunt. Cum emerſerit ex difficultatibus, in quibus verſatur, conuertet oculos ſuos ad te, & regnum tuum, &c. *Dat. Romæ, &c.*

Deſlet ab Eugenio.

Ioannes R. a iunior ad ſectandas virtutes excitatur.

[illegible]

IESV CHRISTI
Annus 1432.

EVGENII PP. IV. annus 2. SIGISMVNDI ROMAN. REGIS 22. IO. VII. PALÆOL. IMP. ORIEN. 9.

1 ANno humanæ ſalutis trigeſimo ſecundo ſupra mille quadringentos indictione decima ingens ſchiſmatis periculum Eccleſiam Dei terruit, ſoluente concilium Baſileenſe Eugenio grauiſſimis de cauſis, cuius celebritatem epiſcopi, qui iam Baſileæ conuenerant, ob Huſſitarum ingraueſcentem hæreſim propagare nitebantur, quam ob rem in eam prorumpebant audaciam, vt detorto in nefarium ſenſum ſynodi Conſtantienſis decreto, concilij auctoritatem pontificiæ anteferrent: quorum facinori licet non conſentiret Sigiſmundus Romanorum Rex, Baſileenſem tamen ſynodum diſſolui ægerrime tulit, ac reſcripſit a Eugenio ſe pertimeſcere, ne maxima inde pericula in Eccleſiam redundarent, preceſque addidit, vt concilium Baſileæ inſtauraret adductis grauiſſimis argumentis, quæ in ſubiectam formulam redacta literis Placentiæ die nona menſis ianuarij exaratis inſeruit b, præfixo hoc titulo.

Schiſmatis exortus terror.

Sigiſm. rogat Eugenium vt Conc. Baſileenſe inſtauret.

a Extant eius lit. in append. conc. Baſil. edit. to. 4 p. 1. lib. pag. 219 & apud Dolg. to. 3. pag. 427.

b Extant in eod. append. pag. 220. & apud Dolg. to. 3. pag. 427.

Auiſamenta ad dominum ſummum Pontificem ex parte domini Romanorum, &c. Regis ſuper facto Baſileenſis concilij.

2 Primo quemadmodum veſtra Sanctitas in bulla nobis tranſmiſſa notificat nobis primo diſſolutionem ſacri Baſileenſis concilij, &c. ita perlecto diligenter tenore eiuſdem non videmus aliam penitus cauſam diſſolutionis, propter quam fiat, contineri, niſi propter reductionem Græcorum ad ritum Romana, ac vniuerſalis Eccleſiæ; & quemadmodum eadem Sanctitas nos rogat, vt ſi aliqua auiſamenta excogitaturi ſumus ad pacem fidelium religionis Chriſtianæ, ac ſtatum & honorem Eccleſiæ facientia, veſtræ Sanctitati velimus exponere, &c. ita requiſitione veſtræ Sanctitatis permoti, & inducti etiam deuotione ſyncera, quam ad bonum Eccleſiæ & ſtatum vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ gerimus, rubore depoſito & confidenter dicimus, quod hæc cauſa Græcorum nullatenus ſufficere poteſt ad diſſolutionem ipſius ſacri concilij, quamuis bene eſſet res ſanctorum, & multum optabilis, ipſos Græcos reductos videre, nec prætermittendum eſt ſuo tempore ad illa intendere; ſed non poterit nec debebit ipſa reductio, quæ tot centenis annorum ſic perſtitit & dubioſa quidem eſt, rebus tam arduis, quæ ſubuerſionem totius noſtræ fidei tangunt, quoquomodo præponi, quia vtique res illa moram pati non poteſt, quæ hucuſque tanto tempore perdurauit, ſine læſione Romanæ eccleſiæ, cum a Græcis & ſuis concredentibus hucuſque Chriſtianitas nihil violenti pertulerit. *Et infra.*

Ad Eugenij argumenta reſpondet. Negat Græcorum cauſam ad diſſoluendum Concilium ſufficere.

Secundo ſacrum Baſileenſe concilium miſit nobis certas literas Bohemos Huſſitaſque ad Baſileam pro reductione ipſorum vocantes, quas illico eiſdem tranſmiſimus, adiunctis noſtris opportunis & adhortatorijs literis tenorem literarum ſacri concilij continentibus. Super quibus Pragenſes, qui inter eos potiores ſunt in Praga dietam conuocarunt, prout in copia hic annexa Sanctitas veſtra elicere poterit &, vt nos aliunde informamur, ſperatur omnino de comparitione ipſorum coram concilio, & veriſimiliter etiam multo magis ad hoc ſtringuntur, quanto iam in regno noſtro Hungariæ conflicti ſunt, & magnam partem ſui exercitus equeſtrium & pedeſtrium, ac inſtrumentorum, & curruum, auxiliante Domino, perdiderunt: & etiam per illuſtrem filium noſtrum ducem Auſtriæ æſtate præterita in Morauia potenter de campo depreſſi & in fugam conuerſi; ac nouiſſime in ducatu Auſtriæ notabiliter ſunt proſtrati. Inſuper etiam, quia ipſum concilium ipſis magnum terrorem inducit, cum audiunt illud ad extirpationem hæreſum eſſe potiſſime congregatum: quibus comparentibus ſperaremus ipſos per

Miſſæ ſunt literæ ad Bohemos a Conc. Baſileenſi.

Habitus a Pragenſibus de pace conuentus.

Vt in Hungaria Bohemi cæſi.

In Morauia & Auſtria profligati.

ſacrum

ſactum concilium ita informari, quod contenti recederent, & hæc peſtis, Deo dante, ceſſaret. Nec intentio concilij & noſtra vna fuit neque eſt, vt ſuper articulis ipſorum prius damnatis debeat fieri diſputatio, prout tangit ſanctitas veſtra; ſed ſolum informatio & inſtructio per ſacras Scripturas, vt ſe errare cognoſcant & reſipiſcant, prout dominus noſter Papa Martinus prædeceſſor veſter nobis & Regi Poloniæ in pluribus ſuis bullis faciendum impoſuit & perſuaſit. Et in caſu, quo nil proficeret, tum videns ſacrum concilium ipſorum pertinaciam ſeruentius ad eorum ſuppreſſionem intenderet, & ſuper his ex omnium regionum finibus prouideret, quoniam hoc onus ſolis importabile eſt Alemannis. Inſuper quia locus Baſileenſis præfatis Huſſitis eſt deputatus & ſacrum concilium noſque ſecuritatem illuc conducendi illis plane obtulimus & per literas noſtras affirmauimus, quid dicent ipſi hæretici ſentientes diſſolutionem concilij, niſi quod nos fugiamus eos, & Eccleſiam contra eorum rationes quodammodo ſuccubuiſſe? & ſic confortabunt ſuos, & fideles populos, ad quos iam, vt audiuimus, errores ſuos & articulos cum inſertionibus ſacrarum Scripturarum miſerunt, mortali contagione inficient, in quo cunctus populus ſpem ſuam defixit.

Non diſceptandum de fidei dogmatibus ſed hæreticos erudiendos. Martinum ita cenſiſſe.

Vocatos ad Concilium hæreticos.

Actum iri audacia ſi diſſoluatur Concilium.

3 Tertio, quia vbique famatur ſacrum concilium pro reformatione morum in populo catholico & etiam ſtatu eccleſiaſtico congregatum fore, & modo, ſi diſſolutum maneret concilium, re vera timendum eſt, quod laici, qui multimode contra clericos debacchantur, capiant occaſionem irruendi contra ipſos dicentes in congregandis & diſſoluendis concilijs ſine fructu illuſiones fieri, prout prius etiam factum eſt, prout manifeſte clamant, quod non expectant niſi finem huius concilij: *Et infra.*

Populum rebellaturū in clerum.

Quarto quamuis multi principes, nobiles, & ciuitates circumquaque Bohemiam poſt rupturam exercitus cum hæreticis treuguas inierunt, tamen maior pars adhuc ſe contra eos ſuſtentat, ponendo ſpem ſuam totalem in ipſo concilio pro liberatione ſua, ad quos dictum concilium & nos dudum pro eo miſimus: qui audientes concilium debere diſſolui, totaliter ſe auertent & treuguas etiam inibunt ad redimendas vexationes; & quid in locum ſequetur niſi illius prauitatis adhæſio?

Principes ſuſtinere ſpem locaſſe in Concilium.

Quinto quemadmodum ipſum ſacrum concilium pro ponenda pace inter cætera congregatum exiſtit, & iam inter quamplures Reges, principes, & alios ſint præparamenta & initia facta ad dandum modos pro pace, ita ipſi audientes diſſolutionem concilij conuertent ſe ad gladium, & erit nouiſſimus error peior priori. *Et infra.*

Argumenta ex pace cōciliandæ opera Conc. inter principes.

Item conſiderandum eſt veſtræ ſanctitati, quod ſacrum concilium (vt putatur) ad huiuſmodi diſſolutionem nullatenus conſentiet, cum quo etiam maior pars Regum, principum, prælatorum, & communitatum concurret, & veſtra ſanctitas, quæ hucuſque in Eccleſia Dei ſine ruga & macula tenta eſt, per huiuſmodi opera poterit ſibi ſuſpicionem & rubiginem facere, ac innocentiam ſuam per hoc, quod facili & quaſi nulla legitima ratione ſubſiſtit, diſſolutionis negotium fermentare, quia dici poterit, quod veſtra ſanctitas hac occaſione foueat hæreſes, cædes, & clades inter Chriſticolas, & perſeuerantiam deformitatum & vitiorum in populo: & timendum eſt, quod habebunt ſequelam multorum, &c.]

Si perſtet in ſententia rebellaturū concilium.

Grauiſſimis litibus aperitum iri.

4 Non mutauit ob hæc Eugenius mentem, & vi. kal. februarij reſpondit Romanorum Regi ſe omnibus, quæ excutienda forent, diligenter expenſis, prolatum iam de traducendo Bononiam concilio decretum aſſentiente Cardinalium ſenatu grauiſſimis de cauſis confirmaſſe. Gratulatus vero de illius in Italiam aduentu, addidit optaſſe, vt antequam eam ingrederetur, oratores, vti erat pollicitus, mitteret, cum quibus & de imperialibus inſignibus ab ipſo accipiendis, & de collapſa pluribus in locis eccleſiaſtica diſciplina redintegranda, conciliandaque inter diſſentientes Reges ac principes pace potuiſſet agere. Aliæ etiam extant ad Sigiſmundum ipſum ſuperiori argumento datæ literæ b, quibus ſynodum iuſtis grauiſſimiſque de cauſis fuiſſe dimiſſam contendit. At Baſileenſes præſules, qui ſe notandos inſania putabant, ſi poſtquam Bohemos ad concilium euocaſſent, ipſis non expectatis illud diſſoluerent, ſimulque eoſdem Bohemos ad catholicorum communionem reuocandi in ſpem venerant, repugnarunt Eugenio, & contrarijs literis, quibus aſcripta eſt xxi. ianuarij dies promulgarunt, catholicam rem in tantum diſcrimen adductam, vt concilium ſine irreparabili damno ſolui non poſſet: conuincendos enim argumentis hæreticos, & comprimendos armis: cleri mores reuocandos in veterem formam, excolendoſque: Chriſtianos Reges in concordiam redigendos: mutaturum ſententiam Eugenium, cum ſpectata eſſet patrum integritas, qua diuinæ gloriæ ſtudebant; nec decretum Conſtantienſis concilij tanta maturitate editum de celebrandis ſynodis a Martino, atque ab ipſo Eugenio confirmatum infringendum videri: conſtituiſſe itaque cœptos Baſileæ ſolemnes epiſcoporum cōuentus protrahere, donec Bohemiæ priſtinus religionis ſplendor reſtitueretur, inſtauraretur diſciplina eccleſiaſtica, Regeſque in mutuam pacem reuocarentur.

Ob alias grauiſſimas cauſas non mutauit ſententiam Eugenius.

a Extant ex lit. in appen. ad conc. Baſil edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 211.

b Lib. 15. pag. 62.

Obluctatur Eugenio Baſileenſe Concilium.

Grauiſſima opponit argumenta.

5 Miſere poſtea literas c & oratores ad Bohemos, quibus plurima beneuolentiæ ſigna pro inſtaurando antiquo ſacro fœdere, & natis de religione diſſidijs ſedandis explicuere, eoſque adhortati ſunt, vt bellis cladibuſque finem imponerent, & quantocyus oratores ſuos Baſileam legarent.

c Extant in m. s. cod. bibl. Vat. ſign. n. 4177. pag. 10.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, &c. vniuerſis & ſingulis ſacerdotibus, nobilibus, conſulibus, clientibus, cæteriſque regni Bohemiæ incolis vnionem, concordiam, charitatem, & pacem in domino noſtro Ieſu Chriſto.

Teſtificamur coram Deo, magnam triſtitiam & dolorem aſſiduum cordibus noſtris ineſſe de tam diuturna & merito deflenda diuiſione. Inſuper omnem pacem, concordiam, & in credendo ſalubrem vnionem ex intimis affectibus ſeu affectionibus deſideramus, quantum Deus annuerit perficere, nec ab hac ſynodali congregatione quouiſmodo intendimus diſcedere, donec omnia nobis poſſibilia pro votiua & optata noſtrum adinuicem vnione perfecerimus, in Domino ſperantes, qui præſto adeſt inuocantibus eum in veritate, qui neminem vult perire, ſed omnes viam veritatis agnoſcere, quod piorum interceſſionibus exoratus, & diligentijs humanis ad hoc, vt decet, exhibitis Spiritus ſancti illuſtrante gratia, mutuam concordiam & affectuoſiſſime huiuſmodi deſideratam vnionem conſequemur. In hoc autem amplius confidimus, quod potentiſſima medicina talibus diſſenſionibus ſubuenire ſolita parata eſt ſacra ſcilicet præſens ſynodus, *& infra.* Adhortamur igitur vos in viſceribus Chriſti & in illa ſalute, quam a iuſto Iu-

Solicitati Bohemi ad pacē redintegrandam.

dice ſperatis, quatenus omnes veſtros conatus ad rem ſanctam & diuinæ vnionis & concordiæ opus apponendum viros timoratos in lege Chriſti exercitatus, communem ſalutem & pacem, non particularia commoda affectantes, de quibus vobis alias ſcripſimus, ad hoc ſacrum concilium placeat quamcitius deſtinare, *& infra*. Tædeat vos, quæſumus, cladium bellicarum & hinc inde tam horrendorum flagitiorum perpetratorum, ac viribus totis communem animarum & corporum ſalutem procurare ſatagite, in his ſiquidem (Deo auctore) vobis coaſſiſtemus fideles cooperatores. Hæc tamen quanto citius fieri rogitamus, &c. *Dat. Baſileæ in noſtra congregatione generali die ſabbati* VIII. *die menſis martij anno a natiuitate Domini* MCCCCXXXII. *ſub ſigillo reuerendi in Chriſto patris domini Philiberti epiſcopi Conſtantienſis prouinciæ Rothomagenſis, quo de præſenti vtimur.* Confirmati potiſſimum ſunt in ſententia de concilio Baſileæ celebrando, cum a ſuis oratoribus, quos Nurembergam & Ægram miſerant, vt cum Bohemorum Huſſitarum oratoribus paciſcerentur, certiores eſſent facti, præclaras ſpes redintegrandæ priſtinæ concordiæ affulgere: de quibus Iulianus Cardinalis ad Eugenium ſcripſit [a], atque ex Conſtantienſis concilij diſtorta interpretatione nonnullas argutias, quibus nitebantur Baſileenſes, expoſuit,

Tot bellorum cladibus finem imponant.

Conciliandorum Bohem. ſpes data.

a Apud Æn. Sylu. pag. 75.

Sanctiſſimo in Chriſto patri domino Eugenio Papæ IV. &c.

Vereor loqui, timens irritare Sanctitatem veſtram, ſed charitas me cogit: nam forſitan Sanctitas veſtra credit diſſolutionem valere, & propterea in illa perſeuerat; ex quo cum multa ſcandala poſſint contingere, remordet me conſcientia, ne taceam. In primis C. Frequens, videtur innuere, quod non; nam ſi prohibetur prorogatio, quod eſt minus, multo magis diſſolutio, quod eſt plus: plus enim eſt auferre, quam differre, prorogando differtur, diſſoluendo aufertur.

Item iſti dicunt, quod facile prædicta conſtitutio C. Frequens redderetur fruſtratoria, quia vt primum inchoatum eſſet concilium, poſſet re infecta diſſolui, ſicut dicunt factum eſſe Senis, & nunc dicitur etiam Sanctitatem veſtram ſiniſtre & ſubreptitie in cauſa diſſolutionis fuiſſe informatam. Dicunt etiam prædictam diſſolutionem euidenter tendere in euerſionem fidei, & ruinam Eccleſiæ, & perturbationem populi Chriſtiani, ergo fieri non poſſe nec parendum fore. Aſſerunt etiam prædictam diſſolutionem fieri non potuiſſe obſtante quodam decreto Conſtantienſis concilij, quod in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem ſchiſmatis & ad reformationem Eccleſiæ in capite & in membris quemlibet, cuiuſcumque conditionis, etiam papalis, teneri obedire ſtatutis & ordinationibus & præceptis cuiuſcumque concilij generalis, & niſi obedierit puniatur, &c. Ecce poſſe ſtatuere in aliquem, poſſe præcipere, poſſe punire non obedientem, ſigna ſunt euidentia ſuperioritatis in his, quibus ſtatuit præcipit aut punit: teneri autem obedire, ſubijci, ac parere ſigna ſunt inferioritatis in prædictis caſibus. Ergo in prædictis caſibus, cum Papa (vt dicunt) ſit inferior concilio, quod etiam facto probatum fuit (nam propter vnum de tribus caſibus concilium priuauit Ioannem, & propter alterum priuauit Benedictum) non poterit Papa diſſoluere concilium, quia inferior in eo, quo eſt inferior, non poteſt ſoluere vel ligare ſuperiorem, vt in C. cum inferior de ma. & obe. cum ſimilibus iuribus: *Et infra.*

Repellunt Eugenio Baſileenſes argumenta.

Item probatur hoc alia ratione. Nemo dubitat ſi contra aliquem ſummum Pontificem ageretur de hæreſi, quod ipſe non poſſet concilium diſſoluere, quia ſi poſſet diſſoluere non poſſet iudicari, quod eſſet contra cap. ſi Papa XL. di. Ergo ſicut in hæreſi ſic in alijs duobus caſibus, iſti enim tres parificati ſunt per concilium Conſtantienſe. [Nonnulliſque interiectis:] Et ſi dicatur in concilijs intelligitur excepta auctoritas Papæ, reſpondeo illud verum eſt quando perſona Papæ ſpecialiter non includitur: ſed ſi ſpecialiter includitur, non poteſt excipi, quia ſaperet contradictionem. Hæc dixi, beatiſſime pater, Deus eſt mihi teſtis, cum diſplicentia animi: ſed cogor ita dicere, vt ſanctitas veſtra deſinat a prædicta diſſolutione, ne contingant infinita mala in Eccleſia Dei, &c. *Baſileæ V. iunij.* Hæc Cardinalis legatus dum pontificiæ auctoritati detrahentium ſententiæ fauebat, a qua poſtea diſceſſit. Sed has etiam argutias inferius confutatas viſuri ſumus [a]. Cæterum, ſalua auctoritate pontificia, circa factum errabat Eugenius, vt ipſe poſtea profeſſus eſt.

a An. Chr. 1434. n. 2.

6 Senſere cum Baſileenſibus plures eccleſiæ, ac principes non ſoluendum concilium illud: inter quos congregati apud Bituriges Gallicani præſules XXVI. februarij die has rationes [b] Carolo Regi expoſuere: indictum illud & a Senenſi concilio & a Martino & ab Eugenio, iamque plures epiſcopos ex vniuerſo orbe eo confluxiſſe: Bohemos vulgaſſe a catholicis nunquam audiri potuiſſe, animum vero induxiſſe, vt concilij œcumenici ſtarent ſententiæ, quibus ſi nil reſpondeatur, fidem periclitaturam; facile autem Huſſitarum hæreſim omnia regna infecturam, cum ſacerdotum & principum auctoritatem oppugnet, & grauiſſimas crudeleſque pœnas de eorum inertia, qui conniueant, repetituram; exemplo eſſe Bohemiam, cuius templa diruta, trucidati ſacerdotes, proceres extincti iacent, cum naſcentem peſtem reſtinguere neglexiſſent: non fore illius expertem Galliam, in quam iam annis ſuperioribus irrepſerat, & Matiſconenſis agri Forenſiſque comitatus plebem armarat in proceres adeo, vt iactarent Huſſitæ, ipſos etiam ad colendos agros ex diuina ſententia: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*; obſtringi: ex quo nulla pendenda vectigalia eliciebant, ac niſi armis confeſtim repreſſi fuiſſent, illius erroris incendio vniuerſam Galliam corripiendam fuiſſe: in Delphinatu pariter ſeptam montibus nationem verſari, quæ cum Bohemis impie ſentiebat, ac ſubſidiarias pecunias coegiſſe tranſmiſiſſeque in Bohemiam. Si vero excitaretur ab improbis Huſſitis fama, diſturbatum ac diſſipatum concilium, quaſi argumenta ipſorum confutare non poſſet, populos eorum erroribus irretiendos: dandam vero ab epiſcopis ac principibus operam, vt exitialis eiuſmodi hæreſis excinderetur: proinde ſacroſancto iungendos fœdere Reges, neque id niſi in concilio iam Baſileæ cœpto perfici poſſe; expoſcendamque idcirco in tanto diſcrimine diuinam opem: ſi vero in pertinaci mentis duritie perſiſterent Bohemi, in eos omnium catholicorum principum arma vertenda: prætetea cleri perpoliendos eſſe mores, quod in concilio fieri debebat, ac forte eam ob cauſam diuinam prouidentiam arcano conſilio ſacrum bellum etiam tum infeliciter geri permiſiſſe, vt cleri moribus in priſtinam prius ſanctitatis formam reuocatis, hæreſis comprimeretur.

Sentiunt Gallicani præſules non diſſoluendum eſſe concilium.

b Extant in append. Baſil. conc. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 158. Quo argumento permoti.

Seditio orta in Gallia.

Vualdenſes in Delphinatu pecunias mittunt.

Incumbendum vt omnes Reges iungantur in Bohemos.

His de cauſis Gallicani præſules conſuluere Carolo Regi, vt oratores ad Pontificem mitteret, qui

Franciæ Regi ſuadent [illegible] Baſil. conc.

Digitized by Google

qui ipſum ad inſtaurandam Baſileenſem ſynodum permouerent: ſolicitaret etiam literis Sigiſmundum Romanorum Regem, ac Mediolani & Sabaudiæ duces, ne quid aduerſus eccleſiaſticum imperium nouari permitterent, ne inde transferendi alio concilij præberetur occaſio; mittendis autem ad Apoſtolicam ſedem oratoribus ſuis & eccleſiæ Gallicanæ nomine Lugdunenſem archiepiſcopum adiungi pateretur, præſulibuſque regni ſui Baſileam eundi poteſtatem faceret; ad quæ Regi Carolo inculcanda epiſcopus Aurelianenſis e conuentus legatus eſt. De iiſdem apud Bituriges conſtituti idem Lugdunenſis archiepiſcopus orator ad Eugenium decretus Lauſanenſem epiſcopum Baſileæ agentem XXVIII. aprilis die certiorem fecit [a], additque inter alia Ioannem e Monte pontificium internuntium de concilio Aueniouem aut Biſuntium aut Lugdunum transferendo ſecum egiſſe, eiuſdemque opinionem a ſe confutatam: tum etiam Cardinales, qui ſententiæ de transferendo concilio adhæſerant ab ea diſceſſiſſe ſtatim atque de maxima cogendæ ſynodi neceſſitate edocti fuere. Contulit hæc omnia Lauſanenſis epiſcopus cum Baſileenſibus, qui nona maij ea, quæ in Bituricenſi præſulum cœtu peregerat [b] laudauere, eumque ne ad Eugenium pergeret, ad ſe auertere pertentarunt. Flagitauere [c] etiam a Carolo Rege, vt oratores ſuos ac præſules Baſileam mitteret.

a Extant eius lit. ibid. pag. 236.

b Extant ea lit. in 101. appen. coll. Bin. to. 4. p. 1. pag. 165.

c Ibid. pag. 164.

d Monſtrel. vol. 2. pag. 96.

Hæretici duobus prælijs cæſi.

7 Quod ad expectatum Bohemorum aduentum ad concilium Baſileenſe ſpectat; tradit Monſtreletus [d], Bohemorum faſtum prælijs attritum fuiſſe, nempe octo vel decem hæreticorum millia a catholicis Bohemis nobilibus, quibus concilium ſexcentos equites cataphractos ſubſidio miſerat cæſa fuiſſe, ac poſtea alio certamine, duos ſacerdotes hæreticorum duces alterum Proteſtum nomine Thaboritam, alterũ Lupum vna cum ſectatorum ſex millibus profligatos fuiſſe. At de his intentius quo anno [e] contigere dicetur: addit ille Bohemos ad concilium oratores miſiſſe, vt incorruptæ fidei puritatem ab eo peterent, & cenſuratum nexu ſoluerentur. Hos vero Baſileam proximo ineunte anno perueniſſe, viſuri ſumus. Addit auctor decretos ab Rege Caſtellæ Baſileam nouos oratores; quinetiam ad Anglos in partes ſuas pelliciendos legarunt Baſileenſes ad Henricum Anglorum Regem Gerardum Landrianum epiſcopum Laudenſem, vt ipſum ad præſules Baſileam mittendos adduceret, cuius ornatiſſima oratio typis impreſſa eſt [e], ex qua nos eam partem delibabimus, in qua Baſileenſem ſynodum ob ingraueſcentem Huſſiticam peſtem perneceſſariam, ita Anglis expoſuit: *Quam nunc hæc ſacroſancta ſynodus non opportuna modo ſed, ſi nullo vnquam tempore ſtatuta fuiſſet, maxime neceſſaria ſit, paucis attendite, & recognoſcite ſanctiſſimæ fidei & reipublicæ Chriſtianæ vulnera. Primum an diſſimulare poſſumus, niſi fœdiſſime quidem, & non mediocri etiam totius nominis Chriſtiani periculo, in omni ferme regione orbis exortas, atque excreſcentes in dies magis nefarias & hæreticas factiones, venenatamque illam in primis & peſtiferam Bohemorum luem. Bone Ieſu, quam longe lateque iam fines extendit! quis enim non acerbe doleat clariſſimum olim populi Chriſtiani regnum alienum auerſumque a fide & religione noſtra factum? quis præterea non miſerebitur tot innumerabiles animas illorum falſa peſtiferaque doctrina pellectas igni & ſupplicijs æternis quotidie deperire?* pluribuſque interiectis addidit: *Quidquid hæreſum, quidquid bellorum, quidquid diſcordiarum, diſſenſionum, calamitatum, quibus miſere nimium nunc populus Chriſtianus premitur, omnia inquam per intermiſſionem conciliorum exorta ſunt, atque olim ſancti patres vbi quiddam parum honeſte, parum verecunde, parum moderate fieri conſpiciebant concilia ſtatim nullo interuallo facto cogebant in vnum, neque morbos per negligentiam, aut deſidiam excreſcere ſinebant, nullo ſane alio ſanctiori inſtituto, aut documento vtilius communi omnium ſaluti, atque poſteritati ſuæ conſulere poſſe putantes. Nos igitur tantorum patrum ſoboles, ſedendo, ſtantes, & otioſi aſpicere poterimus tam exitioſa, & in dies magis excreſcentia mala gentis noſtræ? &c.*

e Anno 1434. nu. 22.

Solicitant Angli vt Baſileenſi concilio ſe vniant.

e Extant ibid. pag. 181.

Cogitat ſe ad ſynodum a Huſſitis ſuſcitatam abolendam pertinentem.

Pro concilij Baſileenſis cauſa omnia mala ob intermiſſa concilia pullulaſſe.

Commendauit [a] Henricus Anglus Baſileenſium patrum Huſſitarum hæreſim comprimere, componere cleri mores, Regeſque inter ſe conciliare meditantium, quod præ ſe ferebant ſtudium, ac præſules habitis trium regni ordinum conuentibus Baſileam proficiſci iuſſit. De pace vero cum Carolo Francorum Rege conficienda reſpondit, ſi cœpta interprete Nicolao Cardinale tit. S. Crucis concordia ad optatum exitum non perduceretur, de ea apud concilij patres acturum ſe. Alijs autem literis [b] queſtus eſt apud Eugenium, dimiſſam ab eo maximo cum rei Chriſtianæ diſcrimine ſynodum Baſileenſem, producendamque videri, & quæ in ea geri non potuerint, poſtea in Bononienſi, ad quam regios oratores miſſurus ſit, peractum iri.

Angli Baſileenſi concilio aggregati.

a Extant eius lit. in dicta append. pag. 149.

Induciæ inter Anglos & Francos pacis actus.

b Extant ibid. pag. 140.

Eſſuſe apud Eugen. queritur.

8 Celebrarunt [c] interea Baſileæ congregati præſules, quorum numerus in dies augebatur, ſuas ſeſſiones, in quarum ſecunda XV. kalendas martij habita ſpecioſa promiſſa contrarijs factis euertentes erroribus ſe implicare cœpere, dum conciliorum auctoritatem veri nec ambigui Pontificis auctoritati prætulerunt; falſamque ſententiam confirmare nitentes duo concilij Conſtantienſis decreta inſtaurarunt, ſed in alienum detorta ſenſum, ex quibus falſam conſequentiam elicuere. Alterum eſt his conceptum verbis: *Primo declarat, quod ipſa ſynodus in Spiritu ſancto legitime congregata, generale concilium faciens & Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem immediate a Chriſto habet, cui quilibet cuiuſcumque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur, in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite, & in membris.* Verum & genuinum ſenſum illius decreti, quod a Conſtantienſi ſynodo, cum nondum œcumenica vocari poſſet, nec veteri conciliorum inſtituto, rogatis nimirum prius patrum ſententijs, editum eſt, ſuperius [d] attulimus.

Baſileenſis concilij acta.

c Acta Baſil. concil. Seſſio 2.

Baſileenſes concilij auctoritatem Pontifici præferunt.

Conſtantienſis concilij decretum in alienum ſenſum detorquent.

Refellit porro temeraria ſeditioſorum auſa Ioannes Turrecremata [e] Cardinalis S. Sixti his grauiſſimis ſententijs: *Cum dicunt, quod ſancta catholica Eccleſia in ſancto Conſtantienſi concilio, &c. præſupponunt duo, quorum primum eſt manifeſte falſum, vt dicunt: quod in concilio Conſtantienſi fuerit vniuerſaliter diffinitum, quod concilium generale, &c. quoniam non vniuerſaliter aut indefinite ſed ſingulariter facta fuit illa definitio ſiue declaratio, vt in reſponſione ad ea, quæ inducuntur de concilio Conſtantienſi plene in præcedenti capite dictum eſt. Secundo ſupponunt, quod illud decretum factum ſit a ſancta vniuerſali Eccleſia; hoc enim, ſalua pace eorum, qui ita opinati ſunt, nullo modo poteſt probari verum eſſe, ſicut iam ante diximus: immo temerarium videtur pluriumque ſcandaloſum velle diffinire, quod obedientia ſola Ioannis Balthaſar, quæ ſola Conſtantiam conueniens fecit id decretum tempore ſchiſmatis, eſſet vniuerſalis Eccleſia catholica legitime a vero & indubitato paſtore vniuerſalis Eccleſiæ congregata ſanctum vniuerſale concilium*

d An. Chr. 1414. nu 8.

e Turrecremata ſumm. de eccl. lib. 2 cap. 100.

Confutatur Io. Turrecremata.

Digitized by Google

faciens: hoc enim eſſet dicere, quod ſola obedientia Ioannis Balthaſar inter tres obedientias fuiſſet Eccleſia & thalamus Chriſti, & aliæ obedientiæ ſcilicet Gregorij & Benedicti fuiſſent proſtibula & ſynagoga ſathanæ, & hoc non eſt aliud, quam ſuſcitare antiquum ſchiſma in Eccleſia Dei. Secundo non militant præfata decreta Baſileenſis concilij, eo quod concilium illud noluit recipere præſidentes Papæ in auctoritate ſua debita iuxta morem antiquorum conciliorum vniuerſalium, de quorum auctoritate in actione ſexta concilij Chalcedonenſis, ut refert Iſidorus in libro conciliorum ita habetur: In omnibus ſynodis apocriſiarij apoſtolici decretas ſententias primo propter ſummam auctoritatem ſanctæ eiuſdem ſedis confirmabant & ſubſcribebant, quia aliter nullum robur habebant; vnde ſcribit Paſchaſius, &c. Ex quibus patet decreta illa omnino vacua eſſe auctoritate. Tertio patet idem, quia non fuerunt concluſa vnanimi conſenſu totius ſynodi. Si autem concilium non agant, vt inquit Iſidorus VI. ethicorum & in cap. primo diſt. XV. qui non conſentiunt in vnum non poteſt dici concluſio concilij vniuerſalis, maxime in materia fidei, cuius vnitas maxime requiritur in corpore Eccleſiæ, quæ ex vniuerſali conſenſu non emanat. Quod autem vniuerſalis conſenſus in decretis illis Baſileenſibus non interuenerit, patet tum, quia multis prælatis & doctoribus in vtroque iure graduatis ſapientia & virtutibus clariſſimis non conſentientibus edita ſunt, quorum plures eorum attendentes prædicta decreta aduerſa eſſe ſanctorum patrum doctrinis non modo in deputationibus ſuis contradixerunt & reclamauerunt, verum etiam in ſeſſionibus ipſis concilij, in quibus talia decreta ad fauorem quorundam hoſtium Apoſtolicæ ſedis cum multitudine populi parui pretij & nullius auctoritatis publicata ſunt intereſſe noluerunt. Secundo non fuerunt vnanimitate vniuerſali concluſa, quia non expectata plene vniuerſali Eccleſia, nec integre ſynodo congregata, non enim expectatis plurium Regum & principum oratoribus concluſa fuerunt, licet aliquos eorum nouerint iam in via conſtitutos: vnde Baſileenſes cupidi renouare decreta ſua poſtquam ſanctæ memoriæ dominus Eugenius ad principum preces reuocauerat diſſolutionem concilij, quam fecerat, timentes dominorum Caſtellæ & Angliæ oratores, quos iam propinquos nouerant, pro eorum ſapientia & zelo ad fidem & Apoſtolicam ſedem concluſionibus eorum non præbituros conſenſum, practicauerunt, vt ante aduentum præfatorum dominorum oratorum innouatio fieret ſuorum decretorum, quod factum eſt in ſeſſione XVIII. Nullus profecto ſanæ mentis vir, qui nouit cum quanta grauitate, integritate, & modeſtia fidei iudicia tractanda ſunt, iudicabit eſſe vniuerſali conſenſu totius Eccleſiæ concluſa, Spirituque ſancto dictata, in quibus huiuſmodi factiones & practicæ interuenerunt. Quarto decreta Baſileenſium inualida eſſe monſtrantur eo quod eis non interuenit aſſenſus Apoſtolicæ ſedis, quæ vnamquamque ſynodum ſua auctoritate confirmat, vt in c. Conſideremus XXV. q. 1. Hactenus Turrecremata. Quamuis autem Eugenius poſtea conſenſerit, vt Baſileenſis ſynodus inſtauraretur, non tamen ſuperiora illius decreta corroborauit. Porro ſynodum non directam a Pontifice errare poſſe nimium lugubribus exemplis conſtat.

Neque alia ſanctio Conſtantienſis concilij, qua pœnæ intentatæ ſunt omnibus ſine vllo, etiam papalis dignitatis, diſcrimine, qui Conſtantienſis ſynodi decreta ſpreuerint, rectam a Baſileenſibus interpretationem traxit; neque enim Conſtantienſes de Pontifice vero & in vniuerſa Eccleſia culto id conſtituere, ſed de ambiguo, cum tunc vigeret ſchiſma, cuius ambigui Pontificis auctoritatem inferiorem eſſe cenſuerunt. Male itaque Baſileenſes ex fallacis & ſubdola aſſumptione falſam quoque hanc concluſionem eliciunt: *Synodus Baſileenſis decernit & declarat, quod ipſa pro hæreſum extirpatione, ac morum generali reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, nec non pace inter Chriſtianos procuranda, vt præmittitur, in Spiritu ſancto legitime congregata per nullum quauis auctoritate, etiam ſi papali dignitate præfulgeat, diſſolui aut ad alium locum transferri, ſeu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet aut poteſt, debebit aut poterit in futurum abſque eiuſdem ſynodi Baſileenſis deliberatione & conſenſu.*

Baſileenſes dicta de ambiguo Pontifice ad non ambiguum maligne transfere.

Magiſtri rebellandi in Eugenium ſpecimen.

Temeraria ſanctio.

9 Seſſione tertia XXIX. aprilis die celebrata denuntiauit publico edicto Eugenio Baſileenſis cœtus, vt ad ſynodum accederet, vel ſi alijs diſtentus eſſet rebus, legatos mitteret. Quibus de rebus hæc S. Antoninus [a]: *Illi*, nimirum Baſileenſes, *obturauerunt aures ſuas*, ſcilicet iuſſis apoſtolicis, quibus Pontifex Baſileenſem conuentum diſſoluerat, *non audientes vocem Domini, ſed congregatione illa facta, conciliabulo nullas vires habente, niſi vt ſynagoga ſathanæ auctoritate ſua temeraria præſumptionis cœperunt Eugenium ad concilium adueniendum citare ſolicitati ad hoc a duce Mediolani ægre pontificatum eius ferente, quia non ſibi fauebat.*

Seſſio III.

a S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 10. §. 4

A duce Mediolani concitati Baſileenſes.

In ſeſſione quarta XII. kalendas iulij data eſt Bohemis & omnibus ad concilium acceſſuris, tum etiam, qui de fidei articulis voluiſſent diſſerere, publica fides: iam enim ſynodalibus literis [b] ſolicitati Bohemi, vt ad concilium venirent, eas cum omni obſeruantiæ ſignificatione acceperant. Extant quoque ipſorum blandæ literæ [c] ad concilij nuntios ſcriptæ his conceptæ verbis.

Seſſio IV.

b Extant in cod. append. pag. 160. 163. 164 173. 229 236. 240.

c Extant ibid. pag. 240.

Reuerendis, ac religioſis in Chriſto fratribus Ioanni Nyder priori domus Prædicatorum Baſileenſium & Ioanni de Mulbrun nuncijs concilij Baſileenſis magiſter ciuium, conſules, & ſcabini ciuitatis Pragenſis, nec non magnates, nobiles, barones, ac capitanei exercituum & communitatum regni Bohemiæ, & marchionatus Morauiæ affectandæ pacis commoda in ſummo veræ tranquillitatis auctore.

Reuerendi & religioſi viri. Epiſtolarum venerabilis concilij Baſileenſis & veſtrarum nos ad audientiam plenam, piam, & ſecuram inuitantium lectione facunda gauiſi merito arbitramur, clementiſſimum ſupra omnes Dominum viſitaſſe plebem ſuam in pijs viſceribus miſerationum ſuarum, vt reducat corda filiorum ad patres priſtinos, greſſuſque ipſorum dirigat in ſemitis iuſtitiæ directiſſimis primitiuæ eccleſiæ, quatenus tempore nouiſſimo vrgenti edocta ad veſperum corruptibilis mundi corruptela in militantis Eccleſiæ glorioſa ciuitate habitent cum fiducia, fide, ſpe, atque charitate ciues vnanimes, qui ſe ſperant in futuræ beatitudinis aula cœleſti fore ſodales: vnde, quantocyus valuimus, gubernatoribus & populo regni Bohemiæ congregatis, in hoc reſedimus vniuerſi finaliter, vt oratores noſtros & legatos ad præfatum concilium dirigamus, quatenus dudum per nos deſideratum opus & nunc, annuente Domino, feliciter inchoatum laudabili & cunctis fidelibus fructuoſo concludatur effectu, &c. [addidere preces, vt ſyngrapha de tradita oratoribus apud Ægram deſignandis fide publica mitterent]. *Dat. feria V. poſt diem B. Matthiæ Apoſtoli Domini anno Domini* MCCCCXXXII.

Bohemi ſe ad Baſileenſe concilium oratores.

Pacis ſpem oſtentant.

10 Celebri conuentu apud Ægram acto, oratores ſe ad concilium miſſuros ſpoponderant, de quibus ſunt plures ſynodales literæ [d]: Comparatis ita ad concordiam Bohemis Eugenius, qui ſummo animi ardore eos ad Eccleſiæ gremium

d Extant. ibid. pag. Bin. to. 4. p. 1. pag. 160. 163 164. 175 229. 236. 240.

rra-

Digitized by Google

traducere peroptabat, Vuladiſlaum Poloniæ Regem, qui iam plura ea de re colloquia cum illis fecerat, adhibuit interpretem ſacræ concordiæ, ac Gneſnenſem archiepiſcopum cogere ſuffraganeorum ſynodum iuſſit, & ſi e re diuina videretur, Poloniæ Regi permitteret, vt pro hæreticis ad fidem orthodoxam pelliciendis cum ipſis in congreſſum veniret, ipſeque ac ſuffraganei iiſdem reſipiſcentes cenſurarum nexu ſoluerent [a].

Conciones de Bohemis Eccleſiæ conciliandis agit.

a Lib. 15 pag. 97.

Venerabili fratri archiepiſcopo Gneſnenſi.

Cum felicis recordationis Martinus Papa V. prædeceſſor noſter olim ſingularem deuotionis ardorem, quem chariſſimus in Chriſto filius noſter Vuladiſlaus Poloniæ Rex illuſtris erga fidem catholicam gerebat, & eiuſdem Regis deſiderium reducendorum Bohemorum hæreticorum ad viam veritatis conſiderans, pro quorum reductione ipſe Rex ſe efficaciter operaturum eſſe pollicitus fuerat, eidem Regi cum dictis hæreticis pro ipſorum reductione impune conuerſandi, & circa id practicas & tractatus agendi, per ſuas certi tenoris literas licentiam conceſſerit; nos cupientes, vt dicti hæretici per quoſcumque ad conuerſionem veritatis catholicæ fidei reducantur, præfati prædeceſſoris noſtri veſtigijs inhærendo, fraternitati tuæ tenore præſentium committimus & mandamus, quatenus, ſi poſt diligentem examinationem per te vna cum venerabilibus fratribus noſtris ſuffraganeis tuis ſuper præmiſſis habendam tibi conſtiterit, practicam & tractatus huiuſmodi ſine ſcandalo fieri poſſe, & quod catholicis Chriſtianis exinde periculum non immineat, ſuper quæ tuam & dictorum ſuffraganeorum conſcientias oneramus, tribus vicibus dumtaxat, in quarum qualibet ſpatium viginti dierum non excedatur, interdictum in locis tuæ ac ſuffraganeorum prædictorum diœceſibus, & iuriſdictioni ſuppoſitis, ad quæ dictos hæreticos pro conſummatione & effectu reductionis huiuſmodi contigerit, declinare pro illis tempore & diebus, de quibus ſuperius mentio facta eſt, remoueas & relaxes, vel ad tempus breuius, ſi tibi & dictis ſuffraganeis videbitur, ſuſpendas: credimus enim præfatos hereticos huiuſmodi benignitatis ſpecie allectos facilius abiuraturos eſſe præfatam hæreſim & ad confeſſionem catholicæ fidei celerius conuertendos; tibi nihilominus ac ſuffraganeis prædictis hæreticos præfatos hæreſim huiuſmodi abiurare volentes, etiam ſi in contemptum clauium errores huiuſmodi patrauerint, & alias relapſi fuerint, recepta prius ab ipſis ac facta abiuratione hæreſis & errorum huiuſmodi, ac etiam præſtito iuramento, quod talia de cætero non committent, nec ea committentibus, auxilium, vel fauorem præſtabunt, ſi hoc a te humiliter poſtulauerint, & alias in forma Eccleſiæ conſueta abſoluendi, & ad noſtrum & Eccleſiæ gremium & ſedis prædictæ gratiam reducendi, ac recipiendi concedentes auctoritate præfata tenore præſentium facultatem, *Dat. &c. IX. kal. auguſti anno 11.*

Præſules iuſſi ſuſpendere paſtiones in conuentu.

Gneſnenſi cum ſuffraganeis auctoritate ad abſoluendos hæreticos.

11 Adhibita eſt ab Vladiſlao Poloniæ Rege pia diligentia ad Bohemos ab hæreſi reuocandos, ſed illuſi fuere religioſi labores pertinacia improbiſſimorum hominum, vt inter Polonicos ſcriptores narrat Salomon Neugebauerus [b]: *Coributus*, inquit, *captus & mox pulſus a Pragenſibus (nam ſe Thaboritis coniunxerat & cum primoribus eorum ad Regem venerat) accepta ab eo fide publica. Actum cum his de religione, adhibiti doctores Cracouienſis academiæ, qui errores ipſorum diſputando refellerent. Rex ipſe ſimpliciore oratione vſus quanta rerum perturbatio ſecuta apud eos ex mutata religione eſſet, commemorauit, vtque florentiſſimum quondam Bohemorum regnum ad interitum properaret ſublatis magiſtratibus ſacris atque profanis, euerſis oppidis & munitionibus, cæſis vel fuga dilapſis optimatibus, conſtupratis honeſtis matronis & virginibus, agris partim hoſtiliter vaſtatis, partim furore quodam ipſorum cultorum deſertis, direptis ac dirutis templis, abrogatis ceremonijs, religione contaminata, ac tam varijs portentoſiſque opinionibus diſcerpta, ita vt nemo propemodum cum altero conueniret: quæ omnia, ni mature reſipiſcerent, præſens & extremum exitium conſequi neceſſe eſt: Quod ſi his rebus commouerentur, pollicitabatur ſe perfecturum, vt æquis conditionibus eorum res componeret. Hæc & alia grauiſſime præfatus: ſurdis tamen auribus ea Bohemi accepere.* Hactenus, ille: nunc ad Baſileenſis ſynodi acta redeundum eſt.

b Neugeb. lib. 5.

Mala enarrata ab hæreſi propoſita.

Eluſa pia Poloni ſtudia.

In prædicta ſeſſione IV. ſancitum a Baſileenſibus fuit ſi eo temporis curſu, quo concilium peragebatur, interpontificium contingeret, Papam non alio in loco, quam in concilio ipſo renuntiandum: tum ademptum Pontifici creandi nouos Cardinales ius dum ſynodus tenebat, interdictumque ne iam creatos a concilio retraheret. Hæc temere atque iniquiſſime decreta a Baſileenſibus (quorum aliqui pontificatum ambiebant) vt ſibi pontificiam auctoritatem ſubijcerent, conqueſtum apud Reges Eugenium viſuri ſumus.

Seſſ. IV. Acta eius temeraria.

In ſeſſione quinta V. id. auguſti plures excutiendarum cauſarum adminiſtri renuntiati, ſtatutumque ne iudicium cuiuſuis cauſæ vltra trimeſtre extraheretur. Ita illi concilium in forenſe emporium auaritiæ ſtudio, vt obiecit Eugenius [a], conuerterunt, & nouum caput multis conflatum capitibus contra euangelica oracula Eccleſiæ imponere, & monarchiam eccleſiaſticam in ariſtocratiam, ac demum in democratiam conuertere, ſunt meditati.

Seſſio V. Perperam geſta in ea.

a An. Chr. 1436. n. 8.

12 Cum ita Baſileenſes euertendæ pontificiæ auctoritatis cupidi ſchiſma & hæreſim cuderent, Chriſti vicarius, vt eos ad ſaniora conſilia atque ad priſtinam ſententiarum cum Romana eccleſia conſenſionem reduceret, internuntios Baſileam mittere decreuit, e quibus Andreas e Petra archiepiſc. Colonienſis XXII. auguſti die luculentam ad conuentus Baſileenſis patres orationem [b] habuit, qua ipſos a conflando ſchiſmate abſterruit, ſi excindere hæreſes, ſi clerum ad virtutis ſtudium ac diſciplinam arctiorem incitare, ſi principum diſcordias diſſipare cuperent; atque vbi ſchiſmaticis refertas fere vniuerſi orbis plagas deſcripſit, addidit: *Sunt, ni fallor, duo genera hominum, qui fidei catholicæ aduerſantur, Græci ſcilicet atque Huſſitæ, quibus prouidere oportet.* Et infra: *Hi ergo quos memoro Græci ad vnionem Eccleſiæ venire contendunt, non eo pacto, quo quidam eos fallendi gratia dicunt accedere, ſed aperte & abſque aliqua ſimulatione. Pontifex ſiquidem maximus Martinus felicis memoriæ Papa V. ſic ſua ſapientia atque humanitate Græcos ad opus vnionis attraxit, vt de tanta opinionum & poſtulationum diuerſitate ad vnam & ſolam differentiam conueſſerint, quis ſcilicet locus ille ſit, qui pro conuocanda ſynodo vtriuſque generis patres apte ſuſcipere poſſet. Habeo huius rei teſtes grauiſſimos, qui huic veſtræ clariſſimæ ſpectationi adſunt, & quæ dico in præſenti audiunt, nec audita vobis patres pronuncio, ſed quæ vidi, & quæ præcepto eiuſdem præſulis ipſe contrectaui, & publica ſtipulatione concluſeram; quorum Græcorum propoſitum & tu, Eugeni Papa ſanctiſſime, pro tua religione eximia & animi amplitudine nuper ampliora & certiora te ipſis facturum ſpondendo, confirmaſti; nec credi poteſt, vt*

Legati ab Eugenio ad Baſileenſes miſſi.

Habita apud Baſileenſes inſignis oratio.

b Ex. in dicta app. pag. 183.

Vt Græci tendebant ad eccl. Rom. ipſi tamen eo deſcriuntur.

Chri-

Chriſtianorum quiſpiam his tuis ſanctiſſimis deſiderijs atque conatibus contraire poſſit. Et infra.

Oſtenſa pia [illegible] in Rom. Pont. obed.

Quomodo Græcus, tantum in hoc noſtro eccleſiaſtico corpore diſſidium audiens, eidem ſe coniungere vellet, aut cum Romanum Pontificem tam facile a ſuis contemni viderit, eidem honores debitos reddat? Nonne videbit? Nonne vtroſque leues & longe a Chriſtiana charitate ſeiunctos iudicabit? Nonne poſtulanti, vt ad gremium Eccleſiæ redeat, mox euangelicam illam reſpondebit ſententiam a: *Frater vade erue prius trabem de oculo tuo, & tunc veniens erue feſtucam de oculo fratris tui? Cum ſuperiori tempore nullus indubitatus Pontifex haberetur, neminem Græcorum aliquis audiuit, qui de vnione Eccleſiæ tractaret, at vbi omnium diſſidentium vota ad vnum paſtorem conuenerunt, mox legati Græcorum Pontificem adierunt, & coram glorioſiſſimo ac inuictiſſimo Romanorum Rege domino Sigiſmundo ſemper Augusto, pro vnionis negotio Imperator & patriarcha Conſtantinopolitanus voluntatem & vota triginta ſex articulis patefecerunt. Scio quod verum loquor, & quod hæ manus literas obſignatas explicuerint, & quæ illic continebantur ex Græcis latina fecerim. Vnde cum honeſtiſſimæ Græcorum petitiones principibus noſtræ religionis viſæ fuerant, mox dominus Ioannes epiſcopus Cardinalis tit. S. Sixti vir omnium ſuæ ætatis religione & ſapientia ſpectatiſſimus legatus in Græciam declaratus eſt, quem illuc properantem, ſi mors non ſuſtuliſſet, plurimi nunc populi ac nationes ritu & religione eſſent vobis ſimillimi, quorum nullum in præſentiarum habetur: nec credendum eſt Græcos ab illa ſua honeſta opinione receſſiſſe: eadem eſt gentis illius ad reconciliationis opus intentio, idem omnino deſiderium, eadem poſtulatio, niſi quod filius, qui nuper imperio ſucceſſit ad vnionis negotium longe ardentior ſit, quam vnquam fuerit pater, quo fit, vt ad reconciliandum gentem illam catholicæ fidei via paratior modo ſit. Quod ſi locus aliquis ad conuocandum vtramque gentem optimus daretur, videretis, patres reuerendiſſimi, plura de Græcis facta eſſe indicia, quæ omnino conſtare non poſſent. Hos igitur fructus vberrimos de Græcis, vos patres præſtantiſſimi, referetis, ſi non ſit ſchiſma in corpore*. Nec vana de Græcis narrabat archiepiſcopus Colocenſis, extant enim literæ b ab Eugenio VII. id. nouembris datæ ad tricrarchas & nauarchos, vt quoſcumque Græcos Conſtantinopoli Italiam petituros veherent; humaniterque exciperent; digreſſus deinde ad Huſſitas, qui in concilio celebrando in Italia Eccleſiæ conciliari poſſent, addidit.

a Matt. 7.

Trig[illegible] ſex articuli [illegible] Cæſari oblati.

Ioannes Car. legatus in Græciam decedit.

Incæpeſti[illegible] ingentem expectationem feſellit.

[illegible] Ioann. Pal.

b Lib. 17. pag. 77.

Alterum perditiſſimorum hominum genus, de quibus ob ſummam perniciem generali omnium patrum inſtitutione conſulendum eſt, Huſſitas intelligo: genus profecto peſtilentiſſimum et velut exitiale virus per corpus eccleſiaſticum repens. Nonnulliſque interiectis, quibus hos viciſſe ſcelere cæteros hæreticos demonſtrat, ac ni mutua conſenſione cum Pontifice conſpirarint, nunquam Huſſiticam luem repreſſuros, ſubijcit: *Illud etiam ſummo ſtudio agendum eſt, vt debitus honor, ac reuerentia Pontifici maximo, quem vnicum loco Dei in terris ſuſpicimus, tribuatur: quod omnino faciendum, quiſque hominum iudicabit, ſi de huius patris ſanctiſſimi ac beatiſſimi vitæ integritate & innocentia nouerit. Ad hæreſum extirpationem ac infidelium expugnationem nemo Chriſtianorum illo flagrantior. Taceo alia ipſius ſanctiſſimi præſulis ornamenta virtutum, illa enim aliud tempus deſiderant. Cum priuatis negotijs operam daret contra infidelium ac hæreticorum errores & impetus, plurima egregia & memoria digna cogitauerat, atque inſtituerat; reuerendiſſimorum patrum Cardinalium numero aggregatus, mox quæ priuatim excogitauerat, publica auctoritate perficere conatus eſt: propterea & legationem in Epirum, Macedoniam, Thraciam, Propontidem, Aſiam, Ciliciam, Syriam, atque Aegyptum, vbi veræ fidei iura & dignitas in ſpretum maximum venture, paratiſſimo animo ſuſceperat, propterea & conſcribi iuſſerat, quibus artibus illæ nationes poteſtati Eccleſiæ adigi poſſent, quod ſi ipſi pro magnitudine animi & zelo fidei parem poteſtatem & auctoritatem conferri contigiſſet, nihil eſt, quod vexillum ſanctiſſimæ crucis inter remotiſſimas gentes ſumma gloria noſtræ religionis non figeretur. Adſcitus ſanctiſſimi Romani Pontificis dignitati, quæ iam tot labentibus annis excogitauerat, in effectum omnino deduxiſſet, ſi inteſtinæ diſcordiæ, atque vicina bella ſancto eius propoſito impedimento non extitiſſent, &c.*

Deſcriptio Huſſitarum [illegible]

Commonitio Baſilienſ. [illegible]

Eugenij encomium.

Pia eius ſtudia contra hæreticos. [illegible]

Diſſidia & bella [illegible] non potuit.

13 Alia etiam habita eſt oratio a a Ioanne archiepiſcopo Tarentino, qua primum ſummi Pontificis auctoritatē in omnem Eccleſiam diffundi, atq; a Chriſto fuiſſe conſtitutam tum diuinis oraculis, tum ſacris canonibus, tum ſanctorum patrum ſententijs demonſtrauit: deinde cauſas, ob quas Eugenius ſuprema illa auctoritate in concilio Baſilea Bononiam transferendo eſſet vſus, repetiuit: *Intuebatur*, inquit, *ille Pontifex ſanctiſſimus tantarum rerum expeditionem non eſſe finem optatum habituram, niſi ſua ſanctitas concilio adeſſet atque præeſſet, & cum reuerendiſſimorum patrum & dominorum meorum ſacri collegij aliorumque magnorum principum & totius Chriſtianitatis orthodoxorum præſulum conſultatione, fauore, atque præſidia tanta tamque ardua negotia dirigeret atque diſponeret; quod in hac ipſa ciuitate propter notoriam Sanctitatis ſuæ inualitudinem, & quoniam plerique illuſtriſſimi principes ad eum locum conuenire denegabant, nullatenus fieri potuiſſet. Accedebat inſuper ad hoc, quod locus iſte nimium vicinus videbatur potentiæ Huſſitarum & magnæ imprudentiæ tributum fuiſſet (maxime poſt cognitionem periculi, quod non parum formidabile eſſe orator referebat b) vniuerſalem Eccleſiam tanto ſupponere diſcrimini: quin inſuper neque eo, quo facta eſt modo, hæreticorum vocationem ſine offenſa, vel ſaltem tacita detractione damnationis de ea hæreſi in ſacro concilio Conſtantienſi factæ ſua Sanctitas ſuſtinere potuiſſet, cum per vocationem illam non ad diſputationem ſolum, ſed ad Spiritus ſancti commune iudicium Eccleſia noſtra catholica & hæretici æqualiter inuitarentur: illius enim vocationis verba, vt cum pace veſtra dicam, hæc ſunt. Ecce iam locus ac facultas plena audientiæ præbetur, iam inuitamini non coram paucis, ſed vniuerſis: audiemini quantum libet, audietis, & nos ipſos reſpondentes, Spiritus ſanctus adſtabit medius, Spiritus iudex & arbiter, quid in Eccleſia tenendum & agendum ſit: erimus ſimul & in oratione perſeuerantes, & tamdiu feruenter ſuam pietatem ieiunijs, gemitibus, precibus, obſecrationibus, ac ſanctis operibus interpellabimus, vſquequo ipſe charitatis auctor & veritatis doctor corda vniuerſi populi illuſtrabit ad cognoſcendam amplectendamque veritatem & vnitatis ſententiam. Ecce, quod per hæc verba non ad recognoſcendum damnatum errorem Huſſitæ vocantur, ſed ſubmittendum ſe pariter cum Eccleſia catholica ad inueſtigationem veritatis, quod certe Huſſitis fauorem & auctoritatem maiorem fidelibus vero ambiguitatem & perplexitatem præſtare videbatur.*

a Ext. in append. conc. Baſil. edit. Bin. re 4. vol. 1. pag. 187.

Cur Bononiam concilium transferre voluerit.

b Ann. 1431. nu. 20.

Modus inuocandi Huſſitas ad concil. reprehenſus.

Sed quando illis fuiſſet, vt conuincerentur & ad cognoſcendum damnatum errorem, audientia præſtanda, locus ipſe ad id deputari non debuiſſet attento quod, ſecundum relationem oratoris illius, certa ciuitates circumadiacentes illo peſtifero morbo labefactari coeperant. Et infra: *Non erat etiam ille locus Græcis, ad vnionem tam pie tamque feruenter adſpirantibus*

at com-

Digitized by Google

accommodatus. *Plures etiam aliæ cauſæ & grauiores illius commutationis deliberationem auxerunt.* Et infra: *Bononienſis concilij nouam conuocationem omnibus mundi præſulibus atque principibus intimauit, etiam illis ex vobis, patres optimi, qui pro tempore hic reſidebant, optima ſpe fretus ne huiuſmodi Sanctitatis ſuæ mandatis orthodoxis quiſquam veſtrum contrairet. Sed, heu reuerendiſſimi patres, nedum mandata Sanctitatis ſuæ ſpreta ſunt, ſed quidam ex vobis ante diſſolutionem ſegnes & ad veniendum remiſſi videbantur, poſt diſſolutionem ſolertiſſimi atque præpetes facti ſunt: quidam qui hic aderant cum aliqua diſplicentia, poſt diſſolutionem læti & immobiles permanſerunt, quod certe (niſi ex impreſſione aut timore, qui caderet in conſtantes viros factum ſit) quam ſit ab obedientia & humanitate veſtra alienum, vos ipſi diiudicate. Spectat etiam ad ſummum Romanum Pontificem non ſolum generales ſynodos conuocare, ſententias roborare, concilia conuocata reuocare: alias in irritum labitur quidquid præter eius auctoritatem ſtatuitur; & non proprie concilia, ſed conciliabula nuncupantur. Textus eſt di. c. multis.* Et infra.

Vt pontificia auctoritas ſynodali anteceſſit.

Maiori cum admiratione dignum extimatum, quod Romanum Pontificem citare præſumpſeritis, dum diſt. 9. q. 3. ſcriptum ſit: Nemo iudex iudicabit primam ſedem iuſtitiam temperare deſiderantem, neque etiam ab Auguſto, neque ab omni clero, neque a Regibus, neque a populo iudex iudicabitur. Et gloſſa ſuper verba: Omni clero; habet ita: Argumentum, quod concilium non poteſt Papam iudicare, vt extra de electionibus ſignificaſti, vnde ſi totus mundus ſententiaret in aliquo negotio contra Papam, videtur quod Papæ ſententia ſtandum eſſet, vt XXIV. q. 1. Hæc eſt fides, nec ob argumentum gl. in contrarium, quia orbis maior eſt vrbe; 93. di. legimus; quia illud intelligitur cum Papa diſſentiret a tota Eccleſia in articulis fidei. 19. diſt. Sicut ſancta, vbi eſt gloſſa ad hoc notabiliſſima ſuper verbo: Præſumpſerit; & illa gl. ſatis ſufficienter ſoluit obiectionem, quæ fieri poſſit per c. illud Frequens, editum in ſacro concilio Conſtantienſi, quod certe non ita arctat Papam, quin poſſit ex ſuprema ſua auctoritate ſuper loco & tempore celebrandi concilij diſpenſare: quam quidem auctoritatem nimis impia vult præſumptione violare quiſquis eius poteſtatem tentat infringere fauendo cupiditatibus ſuis, & id quod accepit a veteribus non ſequendo, vt eſt textus 19. di. ita Dominus, moraliter etiam huiuſmodi legum circumſtantiæ ſemper in auctoritate & prudentia principis reſeruatæ ſunt, mutatis enim illis frequenter non ſolum diſpenſationem, ſed abrogationem leges paſſæ ſunt. Et infra.

Baſileenſes ſubijcere ſibi affectãt Pontificem

Cõſtantienſi concilio obiectati.

Formale legis eſt cauſas, perſonas, loca, & tempora metiri diſt. 29. ſciendum, &c. neque propterea c. illud Frequens & alia edita in ſacro concilio Conſtantienſi caſſa & inualida reputari debent, quotidie enim in poſitiuis, etiam ſine cauſa, nedum cum grauis cauſa inſit, vt eſt doctorum communis ſententia, Papa diſpenſat, eaque penitus tollit legibus in ſua ſoliditate remanentibus.

Illud prætereo patres optimi, quam ſit ab omni religione alienum domini noſtri Ieſu Chriſti vicarium ad inſtantiam & pro intereſſe vnius viri etiam quantacumque dignitate præditi veſtro decreto impeti & moleſtari. Scio, quod ſcitis, reuerendiſſimi patres, & frequentius me, vidiſtis cap. illud Frequens. Et paulo infra: *Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari: ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio, voluit B. Apoſtoli ſucceſſores cælo tantum debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagine inuiolatam habere conſcientiam. Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis nõ habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Scitis inſuper patres, quarta cum humanitate Marcellinum epiſcopum almæ vrbis, ſuo ore etiam de idololatria conuictum, concilium rite congregatum colligere in ſinu ſuo cauſam ſuam exhortatum eſt, tanquam non liceret a quoquam primam ſedem iudicari 21. di. Nunc autem: facit ad hoc c. ſequens, & c. 1. In tantum illud ibi.*

Pontifex nõ ambiguus iudicem non habet præter Deũ

14 *Sub ſilentio prætereundum eſſe ſtatui, patres reuerendiſſimi, quam fuerit a veſtra ſapientia & charitate remotum, poſt illam loci mutationem contra libertatem, auctoritatem, & poteſtatem ſummi Romani Pontificis conatos vos eſſe, immo verius præſumpſiſſe plura ſtatuere, & edita promulgare, noſtis quam formidabiles eſſe huiuſmodi tranſgreſſiones, ſanctorum patrum decreta declarent; vnde non dubium eſt, vt eſt textus 22. diſt. cap. 1. omnes, quod pluries allegauimus, quia quiſquis cuiuslibet eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit; qui autem Romanæ eccleſiæ priuilegium detrahit, ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæreſim labitur; & cum ille vocetur iniuſtus, hic eſt dicendus hæreticus: fidem quippe violat, qui aduerſus illam agit, quæ mater eſt fidei, & ille contumax inuenitur, qui eam cunctis eccleſijs non prætuliſſe cognoſcitur. Sed ſi neque pœnæ formido, neque conſcientiæ vermiculus reprimere vos potuit, patres optimi, ſaltem commune, quod habent membra cum capite depreſſo diſcrimen continere vos debuit: finis enim illius capituli. Aliorum hominum, cuius toties mentionem facimus, talis eſt. Rurſus patet ſanctorum voce Pontificum dignitatem ſedis eius factam eſſe toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium eſt vbique ſubmittitur, dum totius corporis caput eſſe deſignatur. De hac mihi per prophetam dictum videtur, ſi hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium, & vbi relinquetis gloriam veſtram?* Interiectis grauiſſimis adhortationibus, quibus Baſileenſes obſecrauit, vt cum ipſo ad peragendum concilium conuenirent, addidit nuntius.

Increpid de male præſumptis

Admonitĩ dando Rom. Pont. ipſos deiectum iri.

Quoniam concilij deſiderium Sanctitati ſuæ & vobis commune eſſe videtur, ſuum tamen tanto feruentius quanto plus ſua intereſt, vtpote qui in eo prodeſſe habet, debet, & vult, decreuit & deliberauit & vult, vt omnino concilium generale celebretur, in quo ſua Sanctitas non ſolum adeſſe & præeſſe vult, ſed vt membra condignam reformationem humili & manſueto animo tolerent, ſtatuit vt in primis reformatio a perſona ſuæ Sanctitatis inchoetur, non ſolum a tempore, quo ad ſummum apoſtolatus apicem aſſumptus eſt, ſed teneræ iuuentutis, procedaturque ad reliqua totius Romanæ curiæ membra: demum alios mundi principes atque prælatos ſecundum gradus tangat & pungat, quo totus Chriſtianæ profeſſionis populus correctionis fructum ſalutemque percipiat, ſtatuens ſacrum illud concilium ita protegere, vt nullo vnquam tempore illud diſſolui patiatur, niſi prius quantum poſſibile erit & Deus permiſerit, ſecta vepres, hæreſum, & diſcrimina ab agro dominico procul pellantur, quo Chriſti populus vnus & pacificus factus, atque euangelicæ vitæ puritate renouatus, ac Chriſti charitate & deuotione accenſus, Chriſti crucem atque Chriſtiani populi ſanguine madefactos mucrones in hoſtes crucis domini & Terræ ſanctæ occupatores conuertere poſſit, quam diem ſi Deus dederit, vt oculis proprijs ſua Sanctitas intueatur, nihil in hac vita fructuoſius, nihil deſiderabilius, nihil iucundius ſeſe conſecuturam ſperaret. Hic erit, Deo rem & cauſam ſuam promouente & protegente, patres optimi, ſacri illius concilij finis, hic terminus, hic fructus. Egit deinde archiepiſcopus Tarentinus de præcipuis duobus diſſenſionis capitibus, nimirum de loco & tempore celebrandij concili, ad quam tollendam controuerſiam ſubiunxit aſſentiri Eugenium.

Significatũ Eugenium concilio intereſſe velle.

Chriſtianæ arma a ſuccis infideles auertenda.

nium, vt abrupta omni mora in vnum concilium coaleſcant; deprecari vero Baſileenſes, vt ipſi in Italia locum deſignent. Tum ſubdit.

Non pendare e. loco Bohemorum reductionem oſtentant.

Quod ſi forſan Germaniæ reformationem reductionemque Bohemorum commodius in Germania fieri arbitraremini, ſua Sanctitas eſt alterius longe ſententiæ, vt præmiſſum eſt, præſertim quia auctoritas præſentiæ Sanctitatis ſuæ ad tantarum rerum expeditionem plurimum neceſſaria videtur, & an vltra Italiæ limites ſeſe propter notoriam inualitudinem conferre poſſit, qui etiam quinquaginta paſſuum progreſſu laſſatur, vos ipſi diiudicate. Neque exiſtimare debetis, patres optimi, Bohemos ſi eorum intentio pia & recta foret, ab eorum ſalute, ab vnione fidelium, ab amœniſſima pace propter loci diſtantiam retardare, neque propter ipſorum hæreticorum reductionem (quam tamen credere, conſideratis multis, mens refugit) poſtponenda eſt orientalis eccleſiæ reuocatio, quæ tantis patribus incredibili ſapientia & ſanctimonia refertis abundauit, vnde ſcilicet doctrinæ fidei gloria merito eſt tributa, cuius inclinationem nuſquam hactenus promptiorem vidimus, neque ſtricto & iuſto Dei iudicio magis neceſſariam, neque a tam pio & catholico principe oblatam. Pereunt ſane in tarditate reductionis ducentum Huſſitarum animæ, pereunt orientalium ſchiſmaticorum & abſque dubio & longe plurium: modus eſt igitur, vt abſque intermedio vtrique inuitentur, ne cum illis ſimul pereamus & nos, & vt, ſi illi obſtinatione ad gehennam ædificent, liberemur & nos. Poſſunt certe vno eodemque contextu ad vnitatem Eccleſiæ hi duo populi reuocari, poſſunt & debent, maxime cum ab altero inuitemur & nos. Tamen ſi in ea opinione veſtra perſiſtitis, placet ſuæ Sanctitati, ne propterea ab eius vnitate recedatis, quod in ambarum harum rerum expeditione reuerendiſſimus dominus meus legatus intendat. Placet inſuper, quod vos eidem adiumento ſitis, ſi hoc fructuoſius, quam ſine intermedio ad concilium proficiſci exiſtimatis, quod ſi complementum rerum huiuſmodi per dominum legatum & vos fieri non poſſit, reliquum, quod ad perfectionem extabit, ſupplebitur in concilio generali, &c.

Non poſtponendam Bohemis orientalem eccleſiam.

Et Bohemos & Græcos ſimul inuitandos.

Commoda Baſileenſes ne ſe iſſi moueantur.

15 Non his permoti Baſileenſes propoſitam a Coloceni & Tarentino archiepiſcopis concordiæ rationem reſpuerunt, ac die tertia ſeptembris inito ſolemni cœtu pontificijs nuntijs prolixa ſed fallaci & fucata oratione [a] reſpondere, contendentes concilij auctoritatem pontificiæ antecellere; quod probare niſi ſunt diuino illo oraculo [b]: *Si peccauerit in te frater tuus dic Eccleſiæ: & ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſic vt ethnicus & publicanus;* quod ſacrum Chriſti imperium in hunc traxere ſenſum, vt nemo, neque ipſe Pontifex vniuerſali voce excluderetur: concilium autem interpretati ſunt nomine Eccleſiæ, cum ipſam in eo ſolemni præſulum cœtu referret: ſed concilium acephalum, vti Baſileenſe erat, referre Eccleſiam nunquam probarunt: genuinum porro diuinæ illius ſententiæ ſenſum multis explicat Sanderus [c], id nimirum intelligi perſpicue de eccleſiaſtico iudice, qui cauſis excutiendis præſit, poſſe etiam nomine Eccleſiæ ſynodum exprimi, ſed cui ſummus præſes, nimirum Chriſti vicarius interſit.

Baſileenſes ſynodus concordiæ rationem reſpuit.

a Ext. in præd. append. pag. 100.

b Matth. 18

Contendit ſynodum Pontifici non ambiguo ſignificate antecellere.

Acephalū concilium Eccleſiam non referre.

Varus ſenſus oraculi: Dic eccleſiæ.

c Sander. de viſib. monarch. lib. 7.

16 Attulere præterea Baſileenſes Ioannis XXIII. exemplum, qui Conſtantienſis concilij imperijs fuerit obnoxius, dum illud ſua fuga ſoluere conabatur; ſed diſparem Eugenij cauſam fuiſſe oſtendimus, cumque Ioannes non Pontifex verus vel ſaltem ambiguus eſſet, potior concicilij auctoritas exiſtimata. Defluxere poſtea Baſileenſes ad querelas, quas nuntij pontificij ſuderant, ipſos a Dominico Capranica ſubornari ſe fuiſſe, ij vero ſuboleſcere, Dominicum ipſum Cardinalem Firmanum (quem eo honoris titulo contra Eugenij decretum iam ante allatum de ijs, qui Cardinales habendi eſſent, exornarunt) grauiſſime in ſynodo ipſa conqueſtum de iniuria ſibi illata ab Eugenio, atque a concilio ius, quod a Pontifice obtinere non potuerat ſibi dici popoſciſſe. Conati ſunt etiam ſeſe liberare infamia, in quam acceſſerant oppugnando pontificiam auctoritatem, qua ſolutum erat concilium, ac ſe obluctatos addidere, vt tuerentur Conſtantienſis concilij decretum de celebrandis concilijs. Ad mutandum denique locum pro celebranda ſynodo flecti non potuere.

Exemplum Ioan. XXIII. male abijs adductum. Ambigui & non ambigui Pontificis longe diſpar auctoritas. Dominicus Capranica contra auctoritatem ... ditus.

Habitus Cardinalis contra decretum Eugenij.

17 Inter hæc iurgia cum nonnulli egregij viri in procinctu ſtarent adeundæ Baſileenſis ſynodi, Eugenium conſuluere, an eo conuenturi eſſent: quorum ipſe prudentiam, obſeruantiamque erga ſedem Apoſtolicam commendauit, & cauſas traducti a ſe Bononiam concilij hiſce literis ſignificauit.

Inſignes viri conſulunt Eugenium an Baſileam ſint adituri.

a Lib. 15 pag. 104.

Eugenius, &c. Cum ſincero cordis feruore celebrando concilio pro vniuerſali Eccleſia diligentiſſime reformanda & corrigenda deſiderauerimus perſonaliter intereſſe, tum nouitas pontificatus noſtri, tum patrimonij Romanæ eccleſiæ in partibus Italiæ neceſſaria imminens reformatio propter magnam earumdem partium perturbationem tum aduerſa valitudo noſtra, & quod ad partes vltramontanas non ſatis tutus videretur acceſſus, quominus eidem concilio poſſemus perſonaliter intereſſe, nos neceſſario prohibebant. Ex quibus & alijs neceſſarijs rationibus impulſi, cum noſtrum ſit dumtaxat vniuerſale concilium conuocare, atque diſſoluere a Baſilea, vt præmittitur, auocauimus atque idem ad ciuitatem Bononienſem duximus transferendum: in quo quidem, pia Dei miſeratione annuente, tam concernentia reformationem ſtatus eccleſiaſtici, quam Chriſtianæ fidei exaltationem, quam etiam totius populi Chriſtiani pacem & tranquillitatem tractare, agere, ac etiam conſummare intendimus, atque vos & vniuerſos eccleſiaſtici ordinis gradus illuc cum tempus aderit conuocare. Quod vero nonnulli prælati, ac etiam clericalis ordinis contra & præter decreta, ac diſpoſitionem noſtram ad præfatam Baſileæ congregationem acceſſerint, quidam potius ſæculares principes, a quibus illis varijs ſuggeſtionibus ſunt compulſi, quam eorum ſpontanea voluntas in cauſa fuere: illi enim temporalem Eccleſiæ iuriſdictionem, quoad poſſunt, euertere ſeu eneruare cupientes, cum palam non poſſint, clam ac certis quibuſdam coloribus, nos atque dictam Eccleſiam oppugnare non deſinunt: qui quidem, prout firmiter ſperamus, iuſto Dei iudicio conatus ſuos contra nos & dictam Eccleſiam in vanum effundent, cæterum in ſe, ac ſalutem ſuam proculdubio retorquebunt, &c. *Dat. &c. XIV. ſeptembris anno 11.*

Optabat intereſſe ſynodo.

Eugenius pro reformando eccleſiæ ſplendore molitur.

Nonnulli Baſileenſes a principibus ſubornati. Eccleſiam iſti oppugnandam ſuſcepere.

At Baſileenſes in ſeſſione ſexta celebrata ſeptembris die VI. cui Branda Cardinalis Placentinus & Dominicus Capranica, ac triginta duo præſules interfuere, contumaciæ inſimularunt Eugenium, qui monitus, vt edictum de ſoluta ſynodo Baſileenſi reſcinderet iretque ad concilium vel oratores mitteret, ſynodalia monita ſpreuiſſet. Contra autem piam concionem [b] habuit Tarentinus archiepiſcopus internuncius pontificius propoſito eo ſacro themate [c]: *Obſecro vos, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis;* ac præſules rogauit, vt iudiciariam actionem temerariam in Pontificem

Seſſio VI. Temere in eius vocāt Eugenium.

b Ext. in ead. præd. append. pag. 100.

c Ephes. 4

Commonet a legato vt corpo abſiſtant.

tificem

Digitized by Google

tificem & Cardinales intermitterent: qui arroganter reſponderunt ea ſe de re deliberationem habituros, ac mox ſynodalium cauſarum actor Cardinales contumaciæ accuſauit, qui vocati venire neglexiſſent.

18 Cum hæc audiuit Eugenius, vt illorum impudentiæ atque audaciæ obſtaret, ne aliquod per ipſos inſigne damnum rei Chriſtianæ inferretur, plures epiſcopos interque alios Salernitanum, Florentinum, Tranenſem, Amalphitanum, Iadertinum, nec non plures abbates ad ſe accerſiuit, quibus hæc mandata miſſis hiſce literis dedit [a].

a Lib. 15. pag. 108.

Eugenius, &c. Fraternitati tuæ in virtute ſanctæ obedientiæ iniungimus & mandamus tenore præſentium, quatenus omni dilatione poſtpoſita infra menſem a data præſentium computandum veniendi ad nos in prædictam curiam iter arripuiſſe, ac te noſtro conſpectui debeas præſentaſſe, cum occurrant nonnulla ad præſens ſtatum & honorem noſtrum & Romanæ eccleſiæ concernentia, ex quibus opportunum & valde expediens arbitramur, quod nonnulli prælati abſentes, inter quos deputauimus & elegimus fraternitatem tuam, in Romana curia ſint præſentes, quorum aſſiſtentia decoretur præfata curia, & conſilijs, cum expediens fuerit, eccleſia roboretur. *Dat. VI. octobris.*

Plures præſules vocati Baſileæ ab Eugenio.

Vocarat [b] etiam antea IV. iunij Eboracenſem archiepiſcopum, vt eius opera in rebus grauiſſimis vteretur. Nec deſiere plura nouare Baſileenſes: in ſeptima enim ſeſſione ſexto nouembris die Baſileenſes ſanxere ingrediendi conclauis diem ad ſexageſimum extrahendum, ſi Romanam eccleſiam ſuo orbari paſtore contingeret.

b Ibid. pag. 86.

Seſſio VII. Decretum Baſileenſe temerarium.

Seſſio VIII.

In octaua decimoctaua die decembris Eugenius iterum monitus eſt, vt excurrente dierum ſexaginta ſpatio edictum de ſoluendo Baſileenſi concilio cogendoque alio abrogaret, iretque Baſileam, vel legatos mitteret, atque obtemperare detrectanti iudiciorum ſuorum ſeueritatem intentarunt: Cardinalibus pariter cardinalitij gradus & ſacerdotiorum priuationem, ni accederent interminati: in illos, qui ad indictum Bononienſe concilium pergerent anathematis ſententiam tulere, ac decreuere eorum, qui intereſſent ſynodo, ſacerdotia conferri a Pontifice non poſſe. Inſoleſcentes adeo Baſileenſes præſules delinire Eugenius ac ſibi conciliare annitebatur, cumque vni Sigiſmundo Romanorum Regi in propagando ſuo conuenticulo innitèrentur, Pontifex Iordanum epiſcopum Sabinenſem & Gulielmum tit. S. Anaſtaſiæ presbyterum Cardinales Apoſtolicæ ſedis legatos V. id auguſti miſit [c], vt cum ipſo de transferendo Baſileenſi concilio agitarent.

Leges temere dant Eugenio.

c Lib. 17. pag. 41.

Eugenius, &c. Vobis cum præfato Rege nonnulla ardua dictæ fidei & Eccleſiæ ac ſedis Apoſtolicæ negotia fidelium pacem concernentia, nec non cauſam congregatorum in Baſilea tractandi & concludendi &c. ſi opus fuerit & vobis expediens videbitur, ſuper celebratione generalis concilij cum præfato Rege in aliquo loco idoneo cum illis modis, conuentionibus, & conditionibus, capitulis, fœderibus, & pactis, quæ vobis opportuna eſſe videbuntur, tractandi, concordandi, & indicendi, ac omnia alia & ſingula faciendi, petendi, & exercendi, quæ ſalutarem fidei & Eccleſiæ ſtatum & augmentum concernere dignoſcuntur, ad quæ ſine alia noſtra directione pro ſingulari veſtra ſapientia vos inſtructiſſimos eſſe iudicamus, plenam & liberam de eorundem fratrum conſilio auctoritate apoſtolica tenore præſentium

Cardd. legati ab Eugenio ad Sigiſmundũ miſſi.

Ampliſſima auctoritate fulti.

concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domini* MCCCCXXXII. *V. id. auguſti pontificatus noſtri anno* II. Caruit ea legatio optato ſucceſſu, cum in Germania res Bohemicas componendas Sigiſmundo videretur; iterumque Eugenius Lucido Cardinale interprete niſus eſt Senenſes permouere, vt deprecatores accederent apud Regem eundem tum inter ipſos agentem, quo Senas Baſileenſe concilium transferretur, in quam etiam ſententiam ad illos ſcripſit [a].

De conſilio Senas transferendo actum.

a Lib. 15 pag. 115.

19 Dimouendum [b] Baſilea non viſum eſt concilium Sigiſmundo, qui etiam in ſuam ſententiam traxit Eugenium; quamuis enim in Italiam illud transferre illique præſidere optaſſet, quia tamen Huſſitæ Baſileam pergere ſpondebant, ac Baſileenſis conuentus ſpem dabat, ipſos a ſe in gremium Eccleſiæ reductum iri; ne ob commotam de loco diſſenſionem tanta res diſturbaretur, Eugenius Ceruienſem epiſcopum, Ioannem Mellam, duoſque abbates Baſileam miſit [c], vt eiuſmodi controuerſiam ſedarent.

b Ext. in append. Baſileenſe concil. hiſt. pag. 223.

Eugenius in ea ſententia concilij in Baſileenſi inſtauratur.

c Lib. 15. pag. 117. & 123.

Dilecto filio magiſtro Ioanni de Mella decretorum doctori notario, ac venerabili fratri Chriſtophoro epiſcopo Ceruienſi referendarijs, nec non dilectis filijs Ludouico S. Iuſtinæ Paduanæ & Nicolao S. Mariæ de Mouiatis Montis regalis diœceſis monaſteriorum abbatibus oratoribus & nuncijs noſtris ſalutem, &c.

Nulla maior cura, teſtis eſt ipſe cui notæ ſunt cogitationes hominum Deus, continuo agitat mentem noſtram poſtquam Altiſſimo placuit nos, licet immeritos, ad regimen ſummi apoſtolatus aſſumere, quam vt generale concilium fieret, & eo loco & tempore, in quibus præeſſe illi perſonaliter poſſemus vt, quantum Omnipotens concederet, ea ſtatuerentur & ordinarentur in eo, quæ ad laudem Dei cederent, & augmentum religionis ſpectarent & vtilitatem reipublicæ Chriſtianæ, quæ cum propter infirmitatem noſtram & alias iuſtas & rationabiles cauſas in ciuitate Baſileenſi, in qua olim ſtatutum concilium fuerat, fieri nullatenus poſſe videretur concilium, quod ibi eſſe videbatur, auctoritate apoſtolica diſſoluentes, illud in ciuitate noſtra Bononienſi tempore tunc ſtatuto de conſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium duximus celebrandum, mandantes vniuerſis eccleſiarum & monaſteriorum prælatis, vt dicto tempore deberent ad dictum concilium conuenire, prout in literis inde confectis plenius continetur.

Illius cauſa decrebit.

Cum autem in dicta ciuitate Baſileenſi nonnulli aduerſarum partium prælati, magiſtri, & doctores, ac aliæ eccleſiaſticæ perſonæ, quæ ſe ad reductionem hæreticorum Bohemiæ, extirpationem hæreſum, pacem Chriſtianorum, & vniuerſalis Eccleſiæ reformationem aſſerunt congregatos, concilium ipſum in præfata Baſileenſi ciuitate fieri & celebrari poſtulent & requirant; nos, quamuis ex pluribus cauſis ſanctius videretur, vt concilium celebraretur loco & termino per nos ſtatuto, tamen ne propter varietatem & diſſenſionem loci pro celebratione concilij proſecutio tanti boni valeat retardari, vt bonus paſtor prouidere volẽtes, ac conſiderantes plurimarum virtutum dona, quibus perſonas veſtras Altiſſimus inſigniuit, ſperanteſque per vos potentes quidem opere & ſermone in magnis expertos, ac in noſtris & ipſius Eccleſiæ negotijs præcipua fidelitate probatos ea, quæ vobis committenda duxerimus laudabiliter exequemini, vobis cum præfatis & alijs perſonis Baſileæ congregatis tam de loco & tempore, quam alijs de-

Decreti pie a pro concilio celebrando concilio.

debite requiſitis ad huiuſmodi generale concilium pro extirpatione hæreſum, reductione Bohemorum, pace inter Chriſti fideles ſtatuenda, reformatione vniuerſalis Eccleſiæ celebrandum, ac alijs ordinandis & decernendis, quæ ad laudem Dei, augmentum fidei, ſalutem religionis Chriſtianæ, ac Romanæ eccleſiæ, noſtrum fratrumque prædictorum ſtatum & honorem concernent practicandi, ordinandi, concordandi, capitulandi & concludendi, ſeruatis tamen & adimpletis inſtructionibus ſeu aduiſamentis, deuotioni veſtræ per bullas noſtras ſub data XIV. kal. ianuarij datis & ordinatis auctoritate prædicta plenariam de eorundem fratrum conſilio concedimus tenore præſentium poteſtatem, ratum & gratum habituri quidquid per vos actum & geſtum fuerit in præmiſſis. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXII XVIII. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* II.

Ego Antonius tit. S. Marcelli presbyter Card. *ſubſcripſi* †

Ego Iordanus epiſcopus Sabinenſis Card. *de Vrſinis ſubſcripſi* †

Ego Lucidus S. Mariæ in Coſmedin diaconus Card. *ſubſcripſi manu propria.*

Pontificis in Bohemos lenitas & bonitas in Pont. acta reſciſſa. a Ext. in append. conc. Baſi edit. bin. to. 4. p. 1.

30 Porro cum ad ſummum Pontificem concilij dirigendi munus ſpectet, Eugenius per Iacobum Ebredunenſem miſit præcipua rerum capita a, de quibus in ſynodo agendum eſſet, nimirum vt Bohemis ad fidem orthodoxam reducendis, diſciplinæ eccleſiaſticæ priſtino reſtituendo nitori, redigendis in concordiam principibus operam darent: tum omnia iudiciaria acta contra quoſcumque Baſileæ confecta reſcindi ab ijs iuſſit, viciſſimque ipſe acta aduerſus eos, qui Baſileæ agebant pacis ſtudio conuulſit; deinde addita ſunt hæc: *Item paratus eſt dominus noſter abbreuiare tempus concilij proxime futuri Bononiæ, & etiam locum mutare, dummodo fiat in terris Eccleſiæ immediate ſubiectis in Italia, vbi dominus noſter cum ſacro collegio poſſit perſonaliter præſidere iuxta conſilium in Baſilea exiſtentium, & ibidem poterunt conuenire & Papa & dominus Rex in concilio, vbi multa bona fieri poterunt, quæ fieri non poſſent ſine Papa præſentia.* Conuentum denique, vt Baſileæ celebraretur concilium de quo dicetur anno proximo ineunte.

b Blond. lib. 5. dec. 3. Sabell. enn. 10. lib. 2. Plat. in Eug. II. & alij. Monet Senenſes ne Mediolanen. copias excipiant. c Lib. breu pag. 64.

Quod ad Sigiſmundum Regem ſpectat; illum, poſtquam Parmæ atque Placentiæ hyemauit, vocatum a Senenſibus, et Florentinos reprimeret, reliquo fere anni ſpatio Senis moratum, tradunt ſcriptores b. Cum vero ad iter ſe compararet, conſilium dedit Senenſibus Eugenius, vt Cæſarem quidem vrbe exciperent, ſed cæſareis non autem Mediolanenſibus copijs ſuccinctum, cum Philippus Pontifici Florentinis fœdere iuncto infenſus eſſet, ac turbas augere poſſet. Reſpuere non ſine magno ipſorum detrimento pontificium conſilium Senenſes, inflammato enim inde bello haud leuiter eorum res attrita eſt, quæ cum pacis beneficio aſſurgere poſſet, eos ad illam colendam Pontifex apoſtolicis literis eſt cohortatus c.

Dilectis filijs prioribus, gubernatoribus communis, & capitaneo populi ciuitatis Senarum ſalutem, &c.

Tolerata ab Rege in clementer contumelia.

Semper ſuaſimus vobis pacem, vt palam vobis eſſe debuit, ex ſola affectione & amore, quem ad veſtram ciuitatem gerimus, & pro communi bono nos ad ſuadendum vobis pacem & procurandam concordiam commoueri: & quamuis nonnulla a vobis fierent, quæ vergerent in vilipendium noſtrum & iacturam, tulimus omnia patienter, ſperantes ſemper vos ad ſaniorem mentem eſſe reuerſuros, neque futuros omnino tam pertinaces in bello non ſolum periculoſo vobis, ſed etiam nobis & eccleſiæ Romanæ moleſto. Illud autem præcipue vos nouimus non diſplicere nobis, ſi reciperetis chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sigiſmundum Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regem illuſtrem cum eius gentibus ſolum quantæcumque eſſent, ſed non placere nobis vllo modo; vt alias gentes reciperetis, ne maius incendium excitaretur, etſi contrarium fieret nos oſtenſuros vobis id maxime nobis diſplicere: vos aperte contemnentes nos quaſi in noſtrum vilipendium contrarium effeciſtis: itaque eorum, quæ poſtea acciderunt, nulli alij ſed voſmet impulſores & cauſa fuiſtis, neque aliorum ſuaſione, neque ſponte noſtra, ſed veſtra culpa ſecuta ſunt, &c. *Dat. Romæ.*

Contra Eugenij monita copias Mediolanenſes exceperunt.

Sequuta inde grauiora mala.

Concordiæ agit interpretem Eugenius. a Lib. 15 pag. 113.

Interpretem quidem & arbitrum fœderis Eugenium Florentini & Senenſes admittebant, ſed poſtremi Sigiſmundum etiam ei adiungendum cenſebant, quorum votis aſſentiebatur Eugenius: verum cum id a Venetis, Florentinis, fœderatiſque cunctis poſceret nuſquam obtinere potuit, eo quod Sigiſmundus graues cum ipſis inimicitias geſſiſſet.

Sigiſmundum ſibi ſocium aſciſcere optabat.

Eugenius, &c. Laborauimus ſumma diligentia, Senenſes alloquitur, vt in præfati oneris & compromiſſi partem præfatum Regem Romanorum aduocaremus, quod ſane a præfatis Florentinis Venetiſque nullo pacto potuimus obtinere, aſſerentibus nullo modo æquum eſſe in præfatum Regem, qui præfati Venetorum dominij dictorum Florentinorum colligati & confœderati publice ſeſe ac palam inimicum oſtenderit, dilecti filij nobilis viri Philippi Mariæ ducis Mediolanenſis vtriuſque præfatorum dominorum manifeſti inimici partibus adhærendo, cauſam debere compromitti. Quamobrem, dilecti filij, cum affectus ac propoſiti noſtri ſit curam omnem ac diligentiam tam ad veſtram, quam totius Italiæ, ac vniuerſi populi Chriſtiani pacem & quietem conferre, neque id perficere valeamus aut laboribus parcere aut expenſis ſi, vt per nos præfatum negotium componatur, vobis placuerit oratores veſtros bene inſtructos cum ſufficienti mandato ad nos, quod & præfati Florentini facient, quantocyus deſtinetis, &c. *Dat.* 10. *nouembris anno* II.

Cur repudiatus ea in re a Venetis & Florentinis Cæſar.

Piccinini in Picenum irruptio. a Lib. breu pag. 65.

Dum ita incumbebat Eugenius ad repellendum Etruſcum bellum, fœderatæ Senenſium copiæ in prouinciam Patrimonij B. Petri excurrere, prædaſque ex agris auerterunt, ac Franciſcus Piccininus Mediolanenſium ductor in Picenum ex agro Senenſi irrupit: de quibus damnis Pontifex apud Senenſes conqueſtus eſt, ipſoſque eſt adhortatus a, vt verba ampliſſima, quibus ſe Apoſtolicæ ſedi addictos profitebantur, operibus confirmarent.

Dilectis filijs prioribus, gubernatoribus communis, & capitaneo populi ciuitatis Senarum ſalutem, &c.

Pontificis ad Senenſes querela.

Vidimus excuſationem, quam facitis per literas veſtras de præda abacta a terris patrimonij per gentes, vt ſcribitis ducales: quæ etiam ſi vera ſint, debebatis tamen dare operam poſt ſublatas offenſas per dilectum filium Lucidum S. Mariæ in Coſmedin diaconum Cardinalem legatum noſtrum, vt etiam ſi vellent, non poſſent, cum in terris veſtris morentur, ne aut nobis querela, aut vobis excuſatione opus eſſet: Cum fuerint ea quæ ablata ſunt, reſtituta, erit gratiſſimum nobis vos feciſſe debitum veſtrum. Verum illa nos magis mouent, de quibus admirari & dolere cogimur. Franciſcum Piccininum de terris veſtris ad turbandum

dum ſtatum prouinciæ **Marchiæ noſtræ acceſſiſſe**, quaſi a vobis ob hanc cauſam dimiſſum, & quidquid incendij ibi excitatum eſt, dici apud vos eſſe conſlatum. Varios inſuper tractatus & conſpirationes contra nos & Eccleſiam, prout conſpicitur, in ciuitate veſtra non ſolum habitos, ſed initos fuiſſe & eſſe; quæ non ſunt ſigna aut opera inconcuſſæ deuotionis aut fidei, quam erga perſonam noſtram & eccleſiam Romanam habere vos & verbis & literis ſignificatis, ſed potius maleuolentiæ & ſimultatis ſeu publicæ ſeu particularis. Exhortamur igitur deuotionem veſtram, vt velitis id, quod cupimus, potius date nobis facultatem pro bonis operibus vos commendandi, quam materiam aliter ſuper huiuſmodi rebus, quas ferre non intendimus, ne apud Deum & homines arguamur, omnibus remedijs opportunis prouidendi. *Dat. Romæ*.

Solicitati vt ſimila... on ba... nent operibus.

Mediolanenſium copiæ in Piſano agro fuſæ.

21 Vexante interea bello Eugenium Franciſco Piccinino, quem Mediolani dux in ditionem eccleſiaſticam immiſerat, Florentini plura in Piſano agro recuperarunt a, turmiſque Mediolanenſibus magnam cladem quarta iunij die ad Montem Topolum intulere: lapſas vero fœderatorum res reſtituere Sigiſmundus ſubmiſſo Hungarico equitatu niſus eſt. Cum Rege autẽ ipſo ita ſe geſſit Pontifex, vt amicum quidem vellet, non tamen crederet ſe illius poteſtati, cum in re Baſileenſi infenſum experiretur, illumque in vrbem admittere recuſauit b, cum Philippi Mediolanenſis Romanæ eccleſiæ hoſtis copias duxiſſet: adhibitique ſunt interpretes concordiæ (ad quam etiam vrgendam Francorum & Anglorum Reges ſuos oratores miſere, vt refert m. s. diarij Veneti auctor c) tres Cardinales, nimirum Iordanus Vrſinus epiſcopus Sabinenſis, Guillelmus tit. S. Anaſtaſiæ presbyter, ac Lucidus diaconus S. Mariæ in Coſmedin qui egere inter cætera de Sigiſmundi in vrbem aduentu, vt imperij inſignia ab Eugenio acciperet, quem Pontifex paternis complecti ſtudijs erat paratiſſimus, ſed bellum finitimum prius compoſitum peroptabat vti Iordano Cardinali Vrſino (quem ex legatione reuocabat) ſignificauit d: tum vero Sigiſmundo, cui nunquam ſe beneuolentia defuturum ſpondebat, expoſuit e ſubiectis literis quanta in rem Chriſtianam bona ex mutua Pontificis & Cæſaris coniunctione prouentura eſſent.

a Diar. m. s. Ven. Sabellic. enn. 10. lib. 2. S. Anton. tit. 22. c. 9. §. 9.

Cor Eugenium Sigiſmundum in vrbem excipere detrectarit.

b Lib. 17. pag. 58. & 59.

c Diar. Ven. m. s.

De pace aliquot conſcij Regem.

d Lib. 15. pag. 105.

e Lib. 15. pag. 108.

Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ Regi illuſtri, ſalutem, &c.

Tam per literas regiæ ſerenitatis tuæ, quam etiam per literas dilecti filij noſtri Lucidi S. Mariæ in Coſmedin ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconi Cardinalis ad eandem ſerenitatem tuam noſtri & Apoſtolicæ ſedis legati, nec non per ea, quæ dilectus filius Iacobus de Cirik notarius noſter, nobis ex tui parte plenius enarrauit, ſynceram voluntatem & intentionem tuam, quibus tum erga ſtatum & honorem Romanæ eccleſiæ, tum erga perſonam noſtram ſpecialiter affici intelligeris, plane & aperte percepimus. Aduentus enim ad nos tuus, dum tamen pacificus & quietus, erit nobis certe gratiſſimus, idque tum exaltationis honoris eiuſdem ſerenitatis tuæ cauſa, quam a longo tempore citra videre optauimus, præſertim poſtquam ad Italiam applicaſti, tum ratione ipſius eccleſiaſticæ reipublicæ ſalutis, ac etiam vniuerſi populi Chriſtiani. Quæ omnia ex felici & quieto ad nos aduentu tuo, prout in votis tuis eſſe intelligimus & optauimus, Deo fauente, ſapientiæ tuæ ac etiam noſtræ puræ intentioni ſecutura eſſe confidimus, Sed de his, quæ circa huiuſmodi negotij diſpoſitionem & tractatum neceſſaria ſiue opportuna incumbunt, plene ad præfatum Lucidum legatum ſcribimus; qui de his omnibus eandem ſerenitatem ſerioſius informabit. *Dat. Romæ, &c. v. id. octobris anno* 11. Venit in vrbem proximo anno Sigiſmundus, atque imperialibus eſt redimitus ornamentis, vt ex eius literis a, & vetuſtis tabularij Vaticani m. s. b conſtat; ex quibus alij, qui id hoc anno collocant, emendandi ſunt.

Sigiſmundi officia in Eugenium.

Relata ab Eugenio mutua officia.

a Ext. de eo lit. An. Chri. 1433. nu. 42.

Cœdes in regno Neap. turbæ.

b Barth. e Turc. m. s. ar b. Vat. ſig. n. 111 an. 1433

Rex Aragonum in ... eſt moliens.

22 Interea recruduere c in Neapolitano regno diſcordiæ inter proceres, tum aduerſus Reginam Ioannam concitatæ: ad quas ſedandas apoſtolicum nuncium eo legauit d Eugenius. Auxit terrorem Alfonſus Rex Aragonum, qui claſſem ornabat; monuitque e Ioannam Pontifex XVII. iunij die, vt ſe aduerſus illius impetus muniret, regnumque tutaretur. Extremo tamen anno ei ſignificauit f nullum periculum imminere tum addidit g: *Quemadmodum ſcripſimus ſerenitati tuæ, dilectum filium nobilem virum Raynacium de Farneſio omnibus neceſſarijs & opportunis inſtructum ad te quantocyus deſtinabimus*.

c Lib. 15. pag. 66.

d Ibid. pag. 86.

Ioannis Caraccioli cædes interitus.

e Ibid. pag. 88.

f Ib. pag. 115. & 118.

g S. Ant. 3 p. tit. 22 c. 7. §. 7.

Cæterum luxit hoc anno Neapolis triſtẽ Ioannis Caraccioli, cuius nutu regnum tot annis adminiſtratum fuerat h, exitum: quam deſcribit ac proponit S. Antoninus i, vt inconſtantiæ rerum humanarum exemplum: cum enim nuptias filij cum Iacobutij Caldorij exercitus Neapolitani præfecti filia celebraret, atque felicitatis humanæ apices attigiſſe ſe & conſtabiliuiſſe gloriaretur, immiſſis ab Regina & proceribus ſicarijs, ne res nouas moliretur in regno, noctu contrucidatus eſt, cum falſo rumore, quaſi Regina vitæ diſcrimen adijſſet, deluſus ſicarios ipſos in cubiculum admiſiſſet: quo cæſo nemo mutire auſus, & corpus ſine funebribus honoribus ſepulchro redditum eſt.

h Summ. ubi ſup.

i Lib. 15. pag. 101. & 102.

Ludouici Andegauenſis adoptio ab Eugenio approbata.

k Ibid.

l Ib. pag. 3 ad pag. 12

m Ib. pag. 110. & lib. 5. pag. 1.

n Act. conc. Baſil. cong. ſeſ. 4.

Agebat tum in Calabria Ludouicus III. Andegauenſis a Ioanna II. pro filio adoptatus, qui cum Neapolim, ſublato æmulo, reuerti ſperaret, Cobellam, quæ plurimum apud Ioannam gratia poterat, obſtitiſſe tradunt k. Cæterum de Ludouico a Ioanna adoptato mentio fit in Eugenij literis l, in quibus illum vnicum Ioannæ filium vocat, eamque rogat, vt Prouinciæ præfectum Aueniocenſi vrbi ſeditionibus perturbatæ, ac Venuſino m comitatui opem ferre iubeat: præcepitque n Petro epiſcopo Albanenſi Cardinali Fuxenſi, ſumma ei tradita poteſtate, vt ad concitatas ibi ſeditiones comprimendas omni ſtudio incumberet.

Baſileenſ. eccleſiaſticæ ditionis affectant imperium.

Detrectaſſe Aueniocenſes excipere præſidem pontificium traditur in actis o ſynodi Baſileenſis, cumque illi miſſis oratoribus flagitaſſent ab Eugenio, vt alium ipſis præficeret, neque is mutare ſententiam pontificiæ putaret eſſe dignitatis, Baſileenſes ad omnes diſſenſionum occaſiones augendas intenti, ſpecie concordiæ conciliandæ, Alfonſum S. Euſtachij diaconum Cardinalem vigeſima iunij die Aueniocenſi & Venuſino comitatui contra fas præfecere p. Admiſit ille prouinciam inique delatam, & auide expetitam, & auctoritatem, qua inſtructus fuerat, vt Regi Caſtellæ ad Granatenſes excindendos adeſſet, impetuſque conuertit in Pontificem; qui grauiter ea de re apud Ioannem Regem queſtus eſt, eique ſignificauit q, vti priuare ipſum ſacerdotijs, atque eccleſiæ Saguntinæ adminiſtratione depellere conſtituiſſet.

p Ext. ad decr. ibid.

Alfonſus Card. S. Euſtachij ab Eug. deſtituit.

q Lib. 15 pag. 124.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Caſtellæ & Legionis Regi illuſtri ſalutem, &c.

Quoniam, prout noſti, Alfonſus S. Euſtachij diaconus Cardinalis; ex legationis officio, de eodem

Eugenij de eo querela

dem a nobis inſtitutæ, vt tibi occupato in expeditione contra infideles opportunos fauores auctoritate noſtra impenderet, omnes vires conatuſque, quos in hoſtes fidei conuertere debuit, contra nos & Romanam eccleſiam effudit; ciuitatem noſtram Auinionenſem, quæ ſemper peculiaris ac deuotiſſima filia dictæ eccleſiæ extitit diuerſis fraudibus a noſtra & eiuſdem eccleſiæ deuotione & obedientia ſubducendo, aſſerendoque ſe legatum in eadem ciuitate, venerabilem fratrem noſtrum Marcum epiſcopum Auinionenſem ex commiſſione & mandato noſtris gubernatorem dictæ ciuitatis perperam abire a dicta ciuitate coegit, tantumque in dicta eccleſia excitauit incendium, vt per eum non ſteterit, quin vnio eccleſiaſtica tantis olim laboribus recuperata non mediocriter diſſiparetur. Horum ac ſimilium facinorum conſideratione inducti, licet contemplatione tuæ ſerenitatis, cuius idem Cardinalis regnicola eſt hactenus patienter cuncta tuletimus, omnibus modis experiri volentes, ſi præfatus Cardinalis ab iniquo eius propoſito recedere vllo modo intenderet, decreuimus eccleſiam Saguntinam, quam idem hactenus habuit in commendam, ab eodem Cardinali abdicare, alterique, qui eidem tuæ ſerenitati gratus ſit conferre, ac etiam de ſuis alijs beneficijs diſponere: hortantes in Domino eandem excellentiam tuam, quatenus per tuas literas, nobis velis intimare, qui nam ad præfatam eccleſiam Saguntinam a nobis conferendam eidem ſerenitati gratior ſit, atque acceptior, &c. *Dat pridie kal. februarij anno 11.*

Sacerdotia eiuſ (?) ablata (?)

Card. Fuxẽſis Alfonſũ repellit.

a Lib. breu pag. 71.

23 Mutauit mentem Eugenius, nec ſacerdotia Alfonſo ademit vti, viſuri ſumus, ſed primum clementia ipſius animum flectere conatus eſt: tum vero armis Fuxenſis Cardinalis opera eius audaciam fregit [a], pepulitque Auenionenſi comitatu, vt conſtat ex parte hac literarum, quæ pontificio nomine idibus ſeptembris proximi anni vulgatæ ſunt, in quibus ita de Baſileenſibus belli illius auctoribus expoſtulat [b]: *Quod nunquam eſt lectum, ipſi in ciuitate noſtra Auinionenſi & contra noſtram voluntatem conſtituere legatum auſi ſunt, illam tyrannidi vnius Cardinalis nuper cum eis conuenientis ſubijciendo, ſpreto vero legato de latere, per nos & ſedem Apoſtolicam conſtituto: vnde tot guerrarum ſtrages, tot rapinæ, tot homicidia, tot incendia ſuborta ſunt. Sed tandem clementiſſimus Deus ſua miſericordia fauit parti iuſtiorem cauſam habenti, quia noſtro vero dominio & ſub noſtro legato ipſa ciuitas eſt ſubiecta.* Ad componendum eiuſdem vrbis ſtatum vetuit Eugenius [c] taxillorum ludum, cum fons plurium vitiorum eſſet ac malorum, idemque contulit ſummam fiſci pontificij præfecturam Franciſco tit. S. Clementis nepoti, ad quod munus cum integritate gerendum conceptam ſacramenti formulam præſcripſit, ex qua illud officium inituri fidem obſtricturi eſſent.

b Ext. id dipl. inſer lit. Eug. allatis in ſeſſ. xv. 1 conc. Baſil. Ex hac cõuentione multa exor ta mala.

c Lib. 16. pag. 168.

Calumnia hæreſeos in nomine apponitur B. Bernardin.

d Lib. 15. & 16. pag. 204. & apud Vvadin. hoc ann. nu. 5. Poſtulatus ind. c. o. (?)

24 Vindicauit [d] hoc anno idem Pontifex Bernardinum Senenſem Minoritam, qui poſtea ſanctis fuit adnumeratus, ab ignominioſa hæreſeos calumnia, quam ex pio illius facinore, in ſanctiſſimo ſcilicet nomine Ieſu nouis efformato characteribus ad adorandum propoſito ipſi ſtruxerat Michael cauſarum fidei in Romana curia actor, qui perperam interpretatus nonnulla alia eius geſta adductis aliquot falſis teſtibus, Ioannem tit. S. Sixti presbyterum Cardinalem excitarat, vt ſuperiori anno Bernardinum ipſum illiq; ſacris ſtudijs coniunctiſſimos in iudicium vocaret, diemque peremptorium conſtitueret. Tuendam ſuſcepere beati viri cauſam Senenſes, queſtique ſunt [a] ijs de rebus apud Eugenium, qui mox explorata Bernardini integritate libellum, quo citatus fuerat, reſcidit & ab omni impietatis crimine puriſſimum, immo acerrimum orthodoxæ religionis propugnatorem vindicemque pronuntiauit [b].

a Vvadin. vbi ſup.

b Sup. pag.

Ab Eugenio Bernardinus maximo elogio (?)

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum fidedignorũ teſtimonijs nobis luculenter innotuit, quod dictus Bernardinus [nimirum Senenſis ordinis Minorum] reputetur, habeatur, & ſit homo honeſtæ conuerſationis, vitæ laudabilis & religioſæ, & optimæ famæ, nedum catholicus & Chriſtianus fideliſſimus, ſed & acerrimus & rigoroſus hæreſum extirpator, & ob eius integritatem vitæ, laudabiles verbi Dei prædicationes, & ſalutares bonorum operum fructus præclariſſimus fidei catholicæ prædicator & inſtructor rectiſſimus, in omni fere Italia & extra inter cæteros famoſos euangelizatores verbi Dei præſentis ætatis probatus & notus communiter referatur, nec vnquam fuerit de hæreſis crimine apud bonos & graues, vt proponitur, diffamatus; quinimmo repertus traditionibus & mandatis ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, eiuſque ſummorum Pontificum, doctorum, & ſanctorum patrum totis viribus inhærere, ac profiteri & prædicare quidquid eadem ſancta mater eccleſia iubet & docet, nec ab eis in aliquo deuiare, proponatque noſtris & dictæ eccleſiæ, ſicut ſemper aſſolet humiliter & deuote, præceptis & iuſſionibus protinus obedire: nos, cupientes eundem Bernardinum ſalutiferis prædicationibus & alijs diuinis obſequijs eo liberius intendere, quo fuerit ab antedictis odioſis impugnationibus abſolutus; vt ex eius virtuoſis operibus incrementum fidei Chriſtianæ & ſalutaria proueniant documenta, præmiſſis & alijs nonnullis rationalibus cauſis animum noſtrum mouentibus, ſtatum cauſæ huiuſmodi habentes præſentibus pro expreſſo, perſuaſiones & originem, media & ſequentia quæcumque & quaſcumque alias ſuper præmiſſis cum præcedentibus ad dictam citationem dependentibus, incidentibus, emergentibus, & connexis, cauſas pendentes & motas, & cauſarum merita, cum ſint de maioribus ad ſedem noſtram immediate ſpectantes, & ſine noſtro ſcitu, vt ſupra commiſſa dicantur ab eodem Cardinale, ad ſcrinium noſtri pectoris & ad nos tenore præſentium aduocantes, illas penitus extinguimus, caſſamus, annullamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dom.* MCCCCXXXII. *VI. id. ianuarij pontificatus noſtri anno* I.

Incruentum (?) ſibi iudicium reſcindit.

b Vit. S. Ber. apud Sur. to. 3. die 20. maij.

Iſſiſor S. per miraculũ diuinam vltionem cõdonat (?).

Porro de Bernardini [b] ſanctitate & cœleſtibus in tuenda eius fama prodigijs nonnulla hic adiungere alienum ab inſtituto non erit. Refert eius vitæ auctor, Sigiſmundum Romanorum Regem, dum Senis agebat, cum plura de viri ſanctitate accepiſſet, arctiſſimam cum eo amicitiam contraxiſſe, adeo vt ſingulis diebus vel illum adiret, vel ad ſe euocaret, ſecumque etiam Romam adduxiſſe: quem cum adequitantem in Cæſareo comitatu ſector inſpexiſſet, ipſum aculeato ſcommate perſtrinxiſſe, moxque diuina vltione ex tecto vehementi vento in terram præcipitem actum membriſque colliſum: cognita vero caſus infelicis cauſa ad Bernardinum ſe deferri voluiſſe, a quo poſtulata venia priſtinæ valetudini eſt reſtitutus. Vt porro viri ſancti famam aſſeruit Eugenius, ita alios hypocritas, qui religioſo cultu ſubornati, impietatis virus ſimplicibus aſpergebant inſectatus eſt, in quos Antonium Oſtienſem ac Iordanum Sabinenſem Cardd. epiſcopos animaduertere iuſſit [d].

d Lib. 17 pag. 14.

Euge-

Digitized by Google

Iordanus Card. Vrſin. cenſore in Fraticellos præfectus.

Eugenius, &c. Cum, ſicut accepimus, in plerisque mundi partibus quædam ſecta hæreticorum nefanda, quæ Fraticelli de la opinione vulgariter nuncupatur, operante ſatore zizaniæ, proh dolor! eruperit, quæ peſtiferum virus euomens ſimplices animas ſuis tendiculis & palliatis coloribus ſub prætextu ſimulatæ ſanctitatis illaqueando decipit, illas æterno ſatagens igni tranſmittere conſumendas, vobis &c. *Datum anno incarnationis Dom. MCCCCXXX. kal. maij.* Ea in re vſi ſunt Cardinales opera Ioannis e Capiſtrano [a], quem etiam cenſorem fidei creauit [b] Eugenius [c] qui collapſæ etiam regularis obſeruantiæ in Franciſcana familia, in qua Bernardinus & Ioannes ipſe veluti duæ ſanctitatis gemmæ emicabant, in priſtinum ſplendorem reuocandæ cupidus, Guillelmum e Caſali, qui ſacro eidem ordini præerat, ſumma ad rem perficiendam auctoritate inſtruxit, rogauitque principes [c], vt ad frangendam pio operi obluctantium pertinaciam eum iuuarent.

Opera B. Io. Capiſtr. vtitur.

a Vvadd. annal. hoc ann. nu. 9. ex lit. Ior. Card. Vrſin.

Franciſcana diſciplina inſtauratur.

b Lib. 17. pag. 150.

c Lib. 15. pag. 282.

IESV CHRISTI
Annus 1433.

EVGENII PP. IV. annus 3. | SIGISMVNDI ROMAN. REGIS 23. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 10.

Baſileenſe concil. ad Bohemos conciliandos inſtauratũ.

1 INſtauratum eſt ab Eugenio anno a virgineo partu milleſimo quadringenteſimo trigeſimo tertio indictione vndecima iam ante a ſe dimiſſum Baſileenſe concilium, ob potiſſimam Bohemorum cauſam, de quorum ad concilium aduentu rebuſque cum ipſis geſtis, hæc Coclæus [d] collegit, hiſtoriæque Huſſitarum monumentis conſignauit: *Quarta die ianuarij peruenerunt Baſileam.* Et infra: *Poſtridie, vt ait Æneas, vel nono die, vt nonnulli habent, eiuſdem menſis, cum ad ſynodum acceſſiſſent Bohemi, Iulianus Cardinalis legatus illos benigne allocutus longam & luculentam habuit orationem ad ea, quæ pacis & vnionis eſſent eos cohortans, cuius ſane orationis initium ſic habet: Locuturus [e] pro publica populi Chriſtiani vtilitate opus mihi eſſe arbitrar, vt perſonam priuatam exuam & induam publicam, & tam publicam, vt omnes comprehendat, & nemo ab eius iuriſdictione eximatur, &c. At prolixior eſt ea oratio [f] quam, vt hic commode recitari aut interſeri queat, digna alioqui atque etiam neceſſaria, vt hoc tempore legeretur ab omnibus, qui de ſcripturis ſuperbientes Eccleſiæ auctoritatem vel paruifaciunt, vel omnino contemnunt. Cæterum Bohemi, quibus par facundia non erat pauca, reſponderunt.*

d Coclæ. hiſt. Huſſ. lib. 6.

A Iul. Card. ſolicitati ad pacem.

e Ext. in appen. ad conc. Baſil. edit. Bin. to. 4. pag. 191.

f Ext. ib. & pag. 193.

Affert idem auctor ex vetuſto codice horum orationem a Ioanne Rokyzana habitam, qua primum gratias Deo egere, qui ipſos ſolari dignatus eſſet: tum Iuliano Cardinali legato, qui venientes benigne excepiſſet: tum diem conſtitui petiere, quo audirentur. Deſignata eſt XVII. ianuarij, qua Rokyzana primum articulum de communione ſub vtraque ſpecie propoſuit, ac diſputationem in tertium diem protraxit: poſtea Nicolaus Thaborita articulum ſecundum de corrigendis peccatis publicis bidui ſpatio in medium attulit: dein VlDaricus Orphanorum presbyter tertium de libera prædicatione duobus diebus protulit: quartum denique de ciuili clericorum dominio Petrus Payne Anglus triduo abſoluit. Cum ita Bohemi peroraſſent, Iulianus Cardinalis concilij præſes poſt plura, quibus optimas ſpes de illis ſynodum concepiſſe ex ijs, quæ profeſſi eſſent, & inter cætera, ſe Eccleſiæ ſemper firmiſſime adhæſuros, præfatus eſt [g], addidit eos propoſuiſſe diebus proximis quatuor tantum articulos, ſed præter hos plura ipſos peregrina dogmata, in quibus a concilio diſſentirent, tenere, quæ erant depromenda: & Nicolaum quidem id indicaſſe, dum Ioannem Vvicleffum euangelicum doctorem vocauit, atque ideo eius dicta ab ipſis coli. Cum vero fœdiſſimas ille hæreſes aduerſus ſacramenta diſſeminarit, quæſiturum ſe ab ipſis quid de illis ſentirent, nec prolixo ſermone, ſed verbo: *Credimus*; aut: *Non credimus*; reſpondendum; ſe pariter & ſynodi partes de ſua fide reſponſuros: *Parati enim*, inquit, *ſumus iuxta B. Petri [a] doctrinam vnicuique poſcenti reddere rationem de ea, quæ in nobis eſt fide.* Quibus dictis, cum Cardinalis Vvicleffi articulos in Conſtantienſi concilio damnatos in medio poſuiſſet, in ſcripta redactos Bohemi oratores cum prius inter ſe conſilia contuliſſent, reſpondere veniſſe ad id tantum quatuor vt illos articulos proponerent non tam ſuo, quam regni Bohemici nomine.

Quæ propoſita ſint a Bohemis.

g Ext. eius orat. apud Cocl. hiſt. Huſſ. l. 6.

a 1. Pet. 3

2 Ad hos itaq; reſpondere iuſſi aſſentiente concilio Ioannes Raguſinus [b] vniuerſi Prædicatorum ordinis procurator, in Cardinalium collegium poſtea cooptatus, Ægydius [c] Carlerius eccleſiæ Cameracenſis decanus, Henricus [d] Kalteiſe Confluentinus Dominicanæ familiæ alumnus poſtea archiepiſcopus Nidroſienſis creatus, ac Ioannes Palomarius [e] archidiaconus Barchinonenſis & cauſarum ſacri palatij auditor, viri doctrinæ laude ſpectatiſſimi: quorum prolixæ conciones [f] extant. Quamuis vero optime reſpondiſſent noſtri ad Bohemorum articulos, eos tamen hi pertinaciſſime defendere annitebantur, adeo vt Ioannes Rokyzana Raguſini reſponſiones ſex diebus oppugnarit. *Diſputatum eſt quinquaginta diebus*, ait Æneas Syluius [g], *multa in vtramque partem adducta. Poſtremo cum victa Huſſitarum perfidia vinci nollet, ad tractatus ventum: Tentatum ſi forte amice trahi poſſent. Miſſi & oratores ex concilio in Bohemiam viri doctiſſimi, & qui gentis verſutiam noſſent. Multa cum Bohemis agitata, nunc pacis ſpes facta, nunc belli metus.*

b Ext. eius reſponſ. in append. ad conc. Baſil. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 143. &c.

Bohemi errores ſuos annixi.

c ibid. pag. 301.

e ib. pag. 337

d ib. pag. 383.

e ibid.

Verl ad ſalutem detrectabant.

f Æn. Syl. h. ſt. Bohe. cap. 50.

Vltima nouẽbris die ediderunt concilij oratores cum Pragenſibus hanc concordiæ formulam [h] de vſu calicis: *Quod dictis Bohemis & Morauis ſuſcipientibus eccleſiaſticam vnitatem & pacem realiter & cum effectu, tam in omnibus alys, quam in vſu communionis vtriuſque ſpeciei, fidei & ritui vniuerſalis Eccleſiæ conformibus, illi & illæ, qui talem vſum habent, communicabunt ſub duplici ſpecie cum auctoritate domini noſtri Ieſu Chriſti & Eccleſiæ ſponſæ eius; & articulus ille in ſacro concilio diſcutietur quoad materiam de præcepto ad plenum, & videbitur quid circa illum articulum pro veritate catholica ſit tenendum & agendum pro vtilitate & ſalute populi Chriſtiani: & omnibus mature & digeſte pertractatis, nihilominus ſi in deſiderio habendi dictam communionem ſub duplici ſpecie perſeuerauerint, hoc eorum ambaſiatoribus indicentibus, ſacrum concilium ſacerdotibus dictorum regni & marchionatus communicandi ſub vtraque ſpecie populum, eas videlicet perſonas, quæ in annis diſcretionis conſtitutæ reuerenter & deuote poſtulauerint, facultatem in Domino pro eorum vtilitate & ſalute largietur; hoc ſemper obſeruato, quod ſacerdotes ſic communicantibus ſemper dicant, quod ipſi debeant firmiter credere, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer & totus Chriſtus: ac legati ſacri concilij per ſuas literas auctoritate ſacri concilij mandabunt vniuerſis & ſingulis, cuiuſcumque ſtatus aut conditionis exiſtant, vt dictis Bohemis & Morauis vtentibus dicta communio-*

h Ext. apu. Cocl. lib. 7.

Circa vſum calicis inita concordia.

Permiſſus ad vſum calicis vſus.

Sub qualibet ſpecie integrum Chriſtum contineri declaratum.

ne

Digitized by Google

re ſub dupliti ſpecie nemo audeat improperare, aut eorum famæ, aut honori detrahere: & hoc idem faciet ſacrum concilium, quando conceſſionem libertationis faciet memoratam.

De correctione peccatorum conuentum, vt ab ijs, ad quos ſpectaret, ex diuina lege & ſanctorum Patrum inſtitutis corrigerentur. De libera prædicatione verbi Dei conſtitutum, vt a ſacerdotibus & leuitis idoneis facta a præſulibus Romanoue Pontifice facultate, rite conciones haberentur. De cleri denique dominatu in eam ventum concordiam, Eccleſiam tenere ac poſſidere poſſe ædes, agros, caſtra, vrbes & in ijs dominatum habere, neque ea a quouis inique occupanda: ſi qui vero abuſus eſſent, concilij opera remouendos: quæ omnia in celeberrimis Bohemiæ & Morauiæ ordinum conuentibus cum oratoribus ſynodi Baſileenſis conuenta dicta ſunt, exoleto vocabulo compactata: quam tamen concordiæ rationem Thaboritæ, Orphani, aliique heretici reſpuere; vnde neque illa niſi triennio poſt redintegrata ſunt, cum nimirum a Pragenſibus obtriti deletique eſſent, vt ſuo loco dicetur. Nunc ad Baſileenſem ſynodum reuertamur.

De prædicatione verbi Dei quid ſancitum.

Thaboritæ & Orphani concordiã reſpuunt.

3 Cum præſules, qui Baſileenſi conuentui interfuerant, grauibus cenſuris ob ſpreta pontificia imperia, oppugnatamque ſedis Apoſtolicæ dignitatem ſe irretijſſent, Eugenius oratoribus ſuis, de quibus anno ſuperiori memoraui, poteſtatem dedit [a], vt eos contractarum cenſurarum nexibus ſoluerent.

Pap. in Baſileenſes clementia.

a Lib 17 pag.t 18.

Dilecto filio Ioanni de Mella notario, ac venerabili fratri Chriſtophoro epiſcopo Ceruienſi, nec non dilectis filys Ludouico S. Iuſtinæ Paduanæ & Nicolao S. Mariæ de Monacis Montis regalis diœceſis generali cameræ apoſtolicæ auditori monaſteriorum abbatibus nuncys & oratoribus noſtris ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum vos ad congregationem in ciuitate Baſileenſi in præſentiarum exiſtentē pro nonnullis magnis & arduis ſtatum eccleſiæ ac pacem & quietem totius populi Chriſtiani concernentibus negotijs oratores noſtros & nuncios deſtinemus, conſiderantes nonnullos forſitan prælatos in prædicta congregatione exiſtere, qui eo quod nonnullis mandatis, diſpoſitionibus, & voluntatibus noſtris iuſtis præſertim & honeſtis circa celebrationem vniuerſalis concilij per nos indicti pro reformatione Eccleſiæ, extirpatione hæreſum, ac pace & quiete totius populi Chriſtiani, inobedientes & contumaces ſe eſſe cognouerint, & per conſequens in varias excommunicationum vel irregularitatis cenſuras ſententias ſiue pœnas incurrerint, & qui fortaſſe ad cor reuerſi ad obedientiam noſtram & Romanæ eccleſiæ redire diſpoſiti ſunt, omnes & ſingulos S. R. E. Cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates aliosque eccleſiarum prælatos, doctores, & magiſtros eccleſiaſticos ſeu ſæculares, perſonas, cuiuſcumque gradus, præeminentiæ, ſeu dignitatis eccleſiaſticæ vel mundanæ exiſtant ſi, vt præmittitur, ad cor reuerſi fuerint, & ad noſtrum & dictæ eccleſiæ gremium & obedientiam redire maluerint, eoſdem ſpecialiter ſeu collegialiter vel vniuerſaliter recipiendi, ac noſtræ & dictæ eccleſiæ obedientiæ & gratiæ reconciliandi, & ab omnibus excommunicationis ſeu irregularitatis cenſuris, ſententijs, ſiue pœnis, quas occaſione huiuſmodi inobedientiæ modo aliquo incurriſſent, etiam ſi abſolutio huiuſmodi eſſet de conſuetudine vel de iure Romano Pontifici ſpecialiter reſeruata, abſoluendi, habilitandi, & reſtituendi ad famam, honores, & dignitates quaslibet eccleſiaſticas vel mundanas, cuiuſcumque generis vel conditionis exiſtant, ſeu præfatis omnibus & ſingulis prælatis & alijs ſupradictis, quatenus confeſſor, quem quilibet eorum duxerit eligendum, a prædictis excommunicationis vel irregularitatis ſententijs, cenſuris, ſiue pœnis eoſdem abſoluere valeat, iniuncta eis pœnitentia ſalutari, concedendi, & indulgendi plenam & liberam auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXII. IV. non. *ianuarij pontificatus noſtri anno* II. Qui ſcilicet in præſentem a virgineo partu MCCCCXXXIV. incidit.

In [illegible] ampliſſima exer[illegible] auctoritate

Veniam peccatores abſolui iubet.

Abſtuere Baſileenſes ab ea religioſa demiſſione, vt a pontificijs nuntijs cenſuris abſolui voluerint, cum ita a Pontificis obſequio ſe ſubducerent, vt illum ad ipſorum imperia cogi vellent, ac ſententias ab Apoſtolica ſede latas reſcinderent audentet, itaque habita XXII. ianuarij die nona ſeſſione edicta omnia Eugenij, quibus ille Sigiſmundum aut Vvilhelmum Bauariæ ducem ob clientelam concilij Baſileenſis ſuſceptam geſtamine regiis principatibuſue forſan priuaſſet, irrita pronunciarunt. An vero huiuſmodi in Sigiſmundum iudiciaria acta concepta a Pontifice aut vulgata ſint, non reperimus, ſed ex Baſileenſium geſtis conſtat pronos ad ſchiſma & bella ciuilia Baſileenſes præſules fuiſſe: qui die decima nona februarij in ſeſſione decima rejectis concordiæ rationibus a nuntijs apoſtolicis propoſitis, in Eugenium ob non reuocatum de transferendo Bononiam concilio iniquum decretum protulere. Propoſuerant [b] internuntij vt, ſi Bononiam ad celebrandam ſynodum nollent ſe conferre, alium in Italia locum deligerent, cui Pontifex intereſſe poſſet; vel ſi a duodecim arbitris ex Baſileenſibus delectis, vt concilium in Germania celebrare rei Chriſtianæ emolumento fore cenſeretur, aliquam Germaniæ vrbem, Baſilea excepta, deſignarent. At illi obſurduere, dato eo reſponſo, concilium a Pontifice ſine ipſius concilij aſſenſu ſolui non poſſe, obfirmatique in ea ſententia perſtitere.

Seſſio ix. & Acta conc. Baſil ſeſſ.9. Baſileenſes Eugenij decreta audent reſcindere.

Seſſio x.

b Ex reſp ſynod. in append. pag. 111 Sua auctoritati patrocinium codem rebelles

4 Vtebantur illi nonnullis argutijs, quæ refelluntur a Ioanne Turrecremata [c] tit. S. Sixti presbytero Cardinale, ac Pontificem iuſtis de cauſis transferre concilia poſſe, ita demonſtratur: *Si paſtor poteſtatem habet transferendi gregem de loco ad locum, prout gregi paſcendo cognouerit expedire, quis niſi ſenſu vacuus negabit Romanum Pontificem, qui paſtor eſt vniuerſalis Eccleſiæ & per conſequens concilij eam repræſentantis, poſſe transferre vniuerſale concilium, cum hoc rationabilis cauſa expoſcit. Ceterum ſi iuxta ſanctorum patrum irrefragabilia teſtimonia ſuperius inducta ſummus Pontifex ratione ſui primatus pro conditione & neceſſitate rerum auctoritatem habet, vt moderator ſit canonum, profecto multo magis exiſtente temporis rerumque neceſſitate concilium transferre, cum iuxta Gregorij in cap. Nouit diſt. 12. non pro locis res, ſed pro rebus loca amanda ſunt; & 2. Machab. v. dicatur, quod non propter locum gentem, ſed propter gentem locum Dominus elegit; plane non videtur parum circa fidem auctoritatis ſummi Pontificis deſipere, qui hoc priuilegium Apoſtolicæ ſedi denegaret. Verum ſi per aduerſarios huius concluſionis inducatur decretum Conſtantienſis concilij, quod incipit. Frequens, quod etiam confirmatum aſſeritur per dominum Papam Martinum, in quo videtur dari lex ſcripta Papæ in transferendo concilium*

c Turrecr. ſumm. de eccl. lib.3 cap.66. Transferri poſſe a Pont. concilia demõſtratur.

lium conciliorum autem vniuerſalium decreta videntur obſeruanda eſſe quemadmodum libri quatuor euangeliorum, vt atteſtatur Gregorius in canone, Sicut, diſt. xv. reſpondetur tamen breuiter abſtinendo a multis, quæ rationabiliter in hoc dici poſſent, quod conſtitutio illa Conſtantienſis concilij non arctat Papam aut aſtringit, quin Papa poſſet dictam conſtitutionem moderari, ſiue in ea temporum perſonarumque neceſſitate diſpenſare, aut in totum tollere, quemadmodum in ſuperioribus de canonibus ſacrorum conciliorum manifeſta veritate oſtendimus: manifeſte etiam habetur ex §. ex his 25 q. 1. Papa enim non ſubijcitur legibus conciliorum, vt in c. Significaſti extra de elect. eſt in l. Princeps ff. de legibus, quia non Rex legi ſed lex eſt ſubiecta Regi, qui animata dicitur.

Quod autem inductum eſt de canone Sicut, quod decreta conciliorum obſeruanda ſunt ſicut quatuor libri euangeliorum, non obſtat, quia illud ſicut glo. teſtatur & in ſuperioribus plene declarauimus, vniuerſaliter non eſt verum, ſed tantum habet veritatem in his, quæ de fide, vt puta circa articulos fidei, ac ſacramenta per concilia definita ſunt, nec conſequenter obſtat, quod etiam dicitur, quod conſtitutio illa, Frequens, fuerit confirmata per Martinum, quoniam approbatio ſiue confirmatio Martini præfata in hoc genere rerum nullum potuit inferre præiudicium ſuis ſucceſſoribus pari, immo eadem poſt eum poteſtate functuris, cum par in parem non habeat imperium in c. Meruit §. quamuis de elect. & in l. Marcus de arbi. vnde ipſe dominus Martinus, non obſtante prædicta conſtitutione concilij Conſtantienſis & confirmatione ſua dedit præſidentibus ſuis in concilio Senenſi poteſtatem transferendi concilium nulla facta mentione conſenſus concilij, vnde ratio aduerſariorum non militat. Illuſtrantur hæc ex eo, quod Martinus non omnia Conſtantienſis concilij acta confirmarit, ſed ea tantum, quæ de fidei dogmatibus aduerſus hæreticos Vvicleffiſtas & Huſſitas, tum aduerſus Petrum e Luna eiuſque ſectatores ſchiſmaticos decreta erant: inter quæ conſtitutio, quæ a verbo, *Frequens*, exorditur, non continetur, cum ipſe concilium Senenſe ſine patrum aſſenſu ſola auctoritate apoſtolica tranſtulerit.

Lit. de inſtaurato Baſil. concil. De eo lit. Eugenij.

5 Interea Eugenius Sigiſmundi Regis Romanorum ac principum electorum precibus adductus, cum ſpem illi inijcerent e concilio Baſileæ celebrando ingentia in Chriſtianam rempublicam bona redundare poſſe, dimiſſum iam ante concilium dato diplomate inſtaurauit *.

a Lib. breu pag. 65. in m. s. diuerſ. bull. pag. 68. & in m. s Alex. VII. pag. 112. & in alio m. s. ſign. n. 557. pag. 166. & in m. s. Nic. Card Arag. pag 255. et in appen. cō. Baſil. edit Bin. t. 4. p. 1. pag. 250.

Ad futuram rei memoriam.

Ad ſacram Petri ſedem, diuina diſponente clementia euocati ſalutem, tranquillitatem, & pacem totius gregis dominici nobis ex alto crediti iuxta paſtoralis officij debitum indefeſſis ſtudijs affectantes, ad ea maxime dirigimus aciem mentis noſtræ, per quæ, licet diuerſis conſilijs, prout rerum & temporum varietas perſuadet, ad eundem tamen ſalutis optatæ finem, hoc eſt ad vnitatis Eccleſiæ præſeruationem eiuſdemque reformationem, extirpationem hæreſum, pacem Chriſti fidelium, & ſalutem Chriſtianæ reipublicæ valeamus, ſublatis diſſenſionum fomentis, auctore Altiſſimo, peruenire. Sane licet in ſeptennium per generalium Conſtantienſis & Senenſis conciliorum ſtatuta ordinationeſque felicis recordationis Martini Papæ V. prædeceſſoris noſtri Baſileenſe concilium abſque alia vocatione congregari debuiſſet, & nullatenus prorogari; ac dilectus filius noſter Iulianus S. Angeli diaconus Cardinalis per ipſum prædeceſſorem ad extirpandam perfidam hæreſim Bohemorum principaliter deſtinatus extitiſſet cum poteſtate ipſi Baſileenſi concilio præſidendi, ſi in tempore congruo & decreto prælatorum ibidem condecentem copiam reperiret, ac ſubſequenter per nos poſt noſtram ad apoſtolatus aſſumptionem ad prædicta peragenda confirmatus fuiſſet; tamen pluribus exactis menſibus, etiam poſt ſeptennium antedictum, pauci tam prælati, quam magiſtri & doctores in dicta Baſileenſi ciuitate conuenerunt, prout percepimus ex relatu dilecti filij Ioannis Pulchri patris ad nos & venerabiles fratres noſtros S. R. E. Cardinales per dictum Cardinalem & eoſdem prælatos, magiſtros, & doctores deſtinati, aſſerentiſque ipſos propter numeri paruitatem tot tantarumque rerum agendorum moli inſufficientes penitus videri, & inhabiles ad verſutias hæreticorum & eorum fallacia argumenta refellenda; quodque non erant ibidem Regum atque principum oratores, cum quibus in concilijs de eorum pacificatione tractaretur; locum etiam Baſileenſis ciuitatis minime tutum videri propter plura loca eis vicina, quæ Bohemorum hæretica labe infecta erant. Inſuper ad ipſam Baſileenſem ciuitatem tutum non patere acceſſum propter ſubortum bellum inter dilectos filios nobiles viros Burgundiæ atque Auſtriæ duces; quare præfatus Ioannes dictorum Cardinalis & congregatorum nomine nobis ſupplicauit vt, cum veriſimiliter propter cauſas antedictas eo prælati minime conueniſſent, ipſos vocare, & præcipere, eoſdem vero Reges & principes, ac etiam Græcos hortari & inuitare vellemus, vt Baſileam accederent, vel idoneos mitterent oratores, per quos poſſet hæreſis Bohemorum, quæ armata dicebatur, extirpari, reductio fieri Græcorum, pax & tranquillitas Chriſtiani populi pertractari; præterea quia dum eramus in minoribus conſtituti in conclaui pro celebranda futuri ſummi Pontificis electione vna cum eiſdem fratribus conſtituti, nos voro aſtrinximus illo in loco concilium celebrare ſiue celebrari facere, in quo maiori parti ipſorum fratrum magis vtile expedienſque & opportunum videretur, ac dictis fratribus viſum fuerit melius concilium prædictum ad ciuitatem Bononienſem commutari; idcirco ex prædictis cauſis & alijs (quas honeſtatis cauſa tacuimus) commoti, ne tantum bonum amplius differretur ac, vt in ipſo concilio poſſemus perſonaliter intereſſe, de fratrum prædictorum conſilio & aſſenſu, cum Baſileæ nulla viderentur præparamenta ad celebrandum concilium opportuna, ſed potius impedimenta ſubeſſe, concilium huiuſmodi ad præfatam ciuitatem Bononienſem commutauimus, ſperantes quod ad eam nobis cum præfatis fratribus & noſtra curia, ac chariſſimo in Chriſto filio noſtro Romanorum Rege illuſtri, cum in Italia eſſet prout nunc eſt, facilior eſſet acceſſus; quodque ibidem conuenientibus nobis ambobus eſſet in prædicto conſilio prælatorum & principum numerus copioſus, ac etiam doctores & magiſtri ad tantum pondus idonei, quibus Romana curia & ipſa Bononienſis ciuitas plurimum ſunt refertæ; ſtatus quoque Romanæ eccleſiæ, qui propter abſentiam noſtram longinquam vtique in periclitatione quoad temporalia proculdubio extitiſſet, facilius conſeruari poſſe videbatur; Græci inſuper, quos ipſi Baſileæ conſiſtentes nos, vt vocaremus ad concilium, ſunt hortati, commodius Bononiam accedere potuiſſent, quam Baſileam, tum propter maris propinquitatem, tum quia cum ipſis Græcis conuentum erat de loco concilij in Italia eligendo, tum autem nobis & eccleſiæ facilior eorum ſuſtentatio extitiſſet, cum præfatus prædeceſſor & nos etiam perantea expenſas

Paucissimi Baſileæ conuenerunt.

Abfuerunt etiam principum oratores.

Transferens de Baſilea ſynodi cauſa grauiſſima.

Cur Bononiam translatum ierit.

Conuentum erat cum Græcis de loco in Italia deſignando.

Iulianus Card. S. Angeli decretus ad concilium celebrandum.

ipſis

ipſis pro eorum acceſſu ad concilium obtulerimus & receſſu.

* ſide dignorum Martinus ab Eugenio ſcribentis cauſa.

6 Verum quia ex plurimorum * fidelium relatione percepimus quod plura, quæ tunc Baſileæ concilij celebrationem impediebant, vtique ceſſarunt; nam primum, Domino concedente, ipſorum ducum bella ſublata ſunt, & aliqui pro parte Bohemorum Baſileæ veniſſe dicuntur, quod nobis eſt gratiſſimum, ſi contingat eos ad catholicam fidem reuerti; quodque etiam ibidem nunc eſt prælatorum, ac magiſtrorum maior ſolito numerus, & nobis per Romanorum Regem præfatum, ac venerabiles fratres & dilectos filios nobiles viros electores ſacri Romani imperij extiterit ſupplicatum, vt conſentire vellemus Baſileæ generale concilium celebrari pro bono vniuerſalis Eccleſiæ militantis, nos iudicantes non eſſe reprehenſibile, ſi, ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoque variantur humana, ne bonum, ſi quod Baſileæ fieri poſſet, aliqualiter impediatur, dicta commutatione concilij iam facta non obſtante, de eorumdem fratrum conſilio ſtatuimus, volumus, & mandamus, quod Baſileæ ſacrum generale concilium per noſtros legatos illuc quantocyus tranſmittendos, & qui nomine noſtro præſideant, celebretur. Et cum præfati electores obtulerint circa libertatem & ſecuritatem concilij, ſe taliter curaturos, quod nos & per nos mittendi, ac alij ad ipſum concilium conuenturi poterimus merito contentari, committimus eiſdem & tenore præſentium mandamus, vt ipſi curam, diligentiam, & ſolicitudinem ſecuritatis & libertatis prædictarum, ac cuſtodiam tam loci Baſileenſis, quam concilij & maxime legatorum noſtrorum & aliorum prælatorum, quos illuc proficiſci contigerit, in ſe ſuſcipiant, præſtent, & ita circa illos vacent & intendant, ac vacari & intendi faciant & procurent, vt tutus & liber ad præfatam ciuitatem Baſileenſem omnibus acceſſus pateat, reſidentia pariter & receſſus. Interim vero Baſileæ conuenientes ad extirpandas hæreſes Bohemorum, ac ipſos ad ſanctam fidem catholicam reducendos pacemque & concordiam inter cunctos Chriſti fideles tractandam intentos exiſtere volumus & mandamus. Hæc autem omnia volumus, vt ad omnium deducantur notitiam, valuis palatij noſtri apoſtolici, ac baſilicæ principis Apoſtolorum vrbis affigi, & ad diuerſas mundi partes etiam deſtinari ad prædictorum notitiam pleniorem, mandantes omnibus & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris patriarchis, archiepiſcopis, & epiſcopis, ac dilectis filijs abbatibus, prioribus, cæteriſque eccleſiarum & monaſteriorum prælatis, ac omnibus & ſingulis alijs, qui ad concilia generalia venire tenentur, vt in dicto Baſileenſi concilio infra trium menſium ſpatium a die datæ præſentium computandum, debeant conuenire. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ XVI. kal. martij anno II.*

Præſulum libertati conſulitur ab Eugenio.

Datis in eandem ſententiam literis ad principes, eos hortatus ᵃ eſt, vt Baſileam mitterent oratores ſuos, interque alios Raynaldo duci Barenſi ſignificauit, ſe ad prælocanda diſſentionum ſemina & calumnias extinguendas concilium Baſileam reuocaſſe. Miſſo quoque decreto ſuperiori in Gallias, Georgium Tremolliæ regulum in regia Gallica auctoritate florentem rogauit ᵇ, vt Carolum ad pontificiæ ſanctioni obtemperandum flecteret; ſubditque: *Nos quippe nihil aliud quærimus, niſi ea agere, quæ Altiſſimo placeant, populo Chriſtiano ſint vtilia, Eccleſiæ ſanctæ Dei vtilitatem afferant, & fidei incrementum.*

ᵃ Lib. breu. pag. 67. et in cod. m. s. Alex. VII. pag. 114.
ᵇ Extant eius lit. in cod. m. s. cod. Alex. VII. pag. 115.

7 Solicitauit vero Germaniæ ſeptemuiros ᵃ, vt vna cum præſulibus ad ſynodum ſe conferrent, illiuſque patrocinium ſuſciperent, nec ſinerent de alio, quam de reuocandis in Eccleſiæ gremium Bohemis & publica pace ſanciendo agi, quo argumento Saxoniæ duci inſcriptæ ſunt hæ literæ ᵇ.

Septemuiri ad ſynodi patrocinium ſuſcipiendũ excitati.

ᵃ Lib. 15. pag. 127.

Dilecto filio nobili viro Frederico duci Saxoniæ ac ſacri Romani imperij electori ſalutem, &c.

His, quæ ad ſalutem, pacem, & quietem eccleſiaſticæ reipublicæ ac totius populi Chriſtiani, augmentum fidei & extirpationem hæreſum pertinent totis cordis viſceribus intendentes, generale concilium, quod iuſtis & probabilibus de cauſis a ciuitate Baſileenſi ad ciuitatem noſtram Bononienſem pridem decreueramus transferendum, eiſdem rationibus impedimentiſque magna ex parte ceſſantibus, prout per nobilitatis tuæ ac aliorum ſacri Romani imperij electorum oratores nonnullorumque fidedigna relatione nuper informati fuimus, per noſtras certi tenoris literas, quarum copiam eidem nobilitati tuæ mittimus interclusam, in præfata ciuitate Baſileenſi de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu decreuimus celebrandum. Quamobrem, dilecte fili, cum adhibentes maxime fidem oratoribus a te, nec non cæteris Romani imperij electoribus ad nos nuper deſtinatis, affirmantibus nobis pro tua & aliorum electorum auctoritate ſecure omnia & ex zelo pacis concordiæ, cui nos maxime inhæremus, ſi concilium in præfata Baſileenſi ciuitate celebraretur, eſſe proceſſura, præfatum de celebrando Baſileæ concilio decretum ſtatuerimus, & pro ſingulari, quam de tua ac aliorum electorum erga eccleſiaſticam rempublicam, ac ſtatum noſtrum fidelitate & deuotione in Domino fiduciam obtinemus, nobilitatem tuam vna cum cæteris dicti Romani imperij electoribus præfatis ad tuitionem, cuſtodiam, & protectionem & ſecuritatem præfati concilij, prout in literis præfati decreti noſtri latius continetur duxerimus deputandos, hortamur attente in Domino eandem nobilitatem tuam, quatenus viſis præſentibus cunctis per te vel alium tuo nomine ad præfatam ciuitatem Baſileenſem præfati concilij cauſa celebrandi, quanto cum maiore numero potes de tuo ducatu ac alijs terris & locis tuo dominio ſuppoſitis, prælatorum & doctorum te quantocyus præpares & diſponas, vt ſaltem intra tres menſes a data præfati decreti noſtri computandos, & in aduentu legatorum noſtrorum, quos ad præfatum concilium intendimus deputare, ibidem conſtitutus exiſtas.

Hinc ea argumento ad Saxoniæ lit.

Pergratum autem fecerit nobis nobilitas tua, quod etiam valde conſonum eſt rationi, vt omnis diſſenſionis tollatur occaſio, ſi diligenter procurauerit, ne ante præfatorum legatorum noſtrorum ad præfatam ciuitatem Baſileæ acceſſum, præter reductionem & pacem Bohemorum, ibidem aliquid aliud pertractetur. Requirimus præterea & hortamur in Domino eandem nobilitatem tuam, quatenus diligenter apud cęteros tuos iuris eligẽdi imperatoris collegas operari velis, quod venerabilis frater noſter Rabanus archiepiſcopus Treuirenſis, quem indubitatum pręſulem Treuirenſis eccleſię pręſulem eſſe certum eſt, & ex cuius eccleſię titulo ius electionis dependet imperij, ad poſſeſſionem iuris & proprietatem imperialis electionis, quod maxime eſt iuſtitię conſonum ac etiam ęquitati, omni exceptione remota, admittatur. Enimuero pręfati oratores a te ac cęteris electoribus ad nos pridem deſtinati quantocyus ad te ac alios

Edixit Eugenius ne de vlla alia re, quam de Bohemis in concilio ageretur.

Rabanus archiep. Treuirenſis, loque ab æmulo dementis.

Digitized by Google

alios redeuntes plene de ſingulis aduiſati eandem nobilitatem tuam plenius informabunt. *Dat. &c. IX. kal. martij anno II.*

Quatuor Card. delecti et præſunt concilio.

a Id. ibid.

8 Conceptę ſunt iiſdem verbis alię a ad Conradum Moguntinum, Theodoricum Colonienſem archiepiſcopos, Fredericum marchionem Brandeburgenſem, & Ludouicum comitem palatinum Rheni. Creati fuere ab Eugenio ex Cardinalium collegio quatuor concilij pręſides, qui ſua illud regerent auctoritate, qua ſubiecto diplomate ipſos auxit b.

b Lib. 17. pag. 185.

Venerabilibus fratribus noſtris Iordano Sabinenſi & Petro Albanenſi epiſcopis, ac dilectis filijs Nicolao tit. S. Crucis in Ieruſalem & Angelotto tit. S. Marci presbyteris S.R.E. Cardinalibus Apoſtolicæ ſedis legatis ſalutem, &c.

Vobis & illis, ſeu illi ex vobis, quos vel quem in dicto Baſileenſi concilio contigerit intereſſe noſtro & ſedis Apoſtolicę nomine & auctoritate ipſi conſilio pręſidendi, ac in eo pro veſtra ſapientia illa proponendi, deliberandi, ordinandi, ſtatuendi, & decernendi, quæ ad laudem & honorem Dei, ac conſeruationem & augmentationem religionis fidei Chriſtianæ, ſtatus Eccleſię, reformationem quoque totius cleri & eccleſiaſtici ſtatus in moribus & vita, nec non reductionem orientalis eccleſię & quorumlibet aliorum oberrantium ad gremium Eccleſię militantis, ac conſeruationem eccleſiaſticę libertatis; ſalutem quoque, quietem, & pacem regnorum, Regum, ducum, principum, & quorumlibet fidelium populorum noueritis pertinere, ac etiam ibidem cum debita maturitate & deliberatione, prout in tanta re conuenit, ea omnia proponendi, decernendi, concludendi, & exequendi, per quę hereſes & errores tam Bohemię, quam de alijs quibuſcumque regnis, prouincijs, terris, & locis, in quibus ſunt, penitus extirpentur, & nihilominus de præmiſſis hæreſum & quibuſuis alijs cauſis fidem catholicam quomodolibet concernentibus, cum conſilio dicti concilij cognoſcendi, aliaſque per vos aut illos ſeu illum ex vobis, quos vel quem in dicto concilio, vt præmittitur, intereſſe contigerit, vel alium ſeu alios a vobis deputandos audiendi, decidendi, & fine debito cum præfato concilio terminandi, ac contradictores quoslibet & rebelles cuiuſcumque ſtatus, gradus, præeminentiæ vel conditionis exiſtant, & quauis eccleſiaſtica vel mundana, etiam ſi regali vel pontificali præfulgeant dignitate, auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi & ſuper his quoties opus fuerit auxilium brachij ſecularis inuocandi, omniaque alia & ſingula in eodem Baſileenſi conſilio agendi, tractandi, diſponendi, ſtatuendi, declarandi, decernendi, & concludendi, quæ in præmiſſis & circa ea pro ſtatu noſtro & eiuſdem Eccleſiæ, ac ſalute animarum fidelium, extirpatione hæreſum & errorum de agro dominico, reductione quoque oberrantium populorum, & conſeruatione eccleſiaſticæ libertatis, ac pro quieto ſtatu reipublicæ Chriſtianæ, nec non reformatione in omnibus membris ſuis noueritis profutura; plenam & liberam auctoritate prædicta tenore præſentium concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domini* MCCCCXXXIII. *kal. martij pontificatus noſtri anno II.*

Reſtituere diſciplinam.

Hæreſis & ſchiſmaticos reducere iuſſi.

Lites mouere a Baſileenſibus moti.

9 Affulſerat pijs omnibus non dubia ſpes Baſileenſes præſules, diſſipata ſuperiori diſcordia, ad diuinam rerum amplificandam gloriam, exſcindendamque hæreſim incubituros, cum elati illi, quod Pontificem ad concilium inſtaurandum adegiſſent, nouas ſeruerunt lites, maximaque cum piorum offenſione apoſtolica diplomata carpere cæperunt. Obiicere in primis in ſuo decreto a, Eugenium ipſorum monitis morem non geſſiſſe: non agnoſcere iamdiu cœptum Baſileæ concilium, ſed tantummodo per legatos celebrandum decreuiſſe: contraxiſſe etiam illius auctoritatem ad duo tantum, nimirum ad hæreticos ad fidem reducendos, & conciliandam inter principes pacem; reſtituendæ autem eccleſiaſticæ diſciplinæ caput prætermitti, neque confirmari quæ iam geſta eſſent: poteſtatem etiam præſidibus Cardinalibus datam exagitarunt, ex qua inferretur, quod ſi concilium quippiam ſtatueret & a Cardinalibus ipſis reſpueretur pro infecto eſſet; contenderetque non tantum præſides, ſed Pontificem etiam concilio obnoxium eſſe, adeo vt ſi concilio non pareret, in eum animaduerti poſſet. Denique in pertinacia obfirmari hæc peruicaciter ſunt profeſſi: *Si poſt huiuſmodi contradictionem inter concilium & Papam ortam concilium quaſi victum liti cederet, & ipſum & alios Romanos Pontifices in poſſeſſione diſſoluendi concilia poneret, quæ tandem ſpes erit, quod præfatus dominus Eugenius decreta huius ſacri concilij ſeruet & ſeruari faciat, ſi ipſum concilium ſpernat recognoſcere? quibus etiam remedijs vti poterimus, vt ſtatutis hic promulgandis non contraueniat, ſi ipſum concilium, per quod ſtatuta ſunt, irritari patiamur. Mori malumus, quam tanto errori per ignauiam cedere.* Hæc illi ad ſchiſma adulterina pij ſtudij ſpecie proni, quorum ſcelus & audacia eo prorupit, vt pontificios legatos tanquam ſynodi præſides recipere detrectarint b, vrſerintque Eugenium, vt nouata ab ipſis contra omne fas in apoſtolicæ dignitatis iniuriam confirmaret.

a Ex. in append. conc. Baſil. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 111.

Subijcere ſibi nituntur Pontificem male meditati.

Schiſmati ſternunt iter.

b Cod. ms. Vat. Nicol. Gard. Arag. ſignat. lit. E. pag. 455.

10 Contra vero profitebatur Eugenius, prius ſe mortem pro tuenda dignitate ſedis Apoſtolicæ oppeiturum, quam ſupremam auctoritatem a Chriſto acceptam (quam ipſum accepiſſe non controuertebatur) concilij arbitrio ſubijceret, quem ſynodalibus decretis fidei tantum, non autem alijs obſtrictum teneri B. Ioannes e Capiſtrano c his verbis luculenter confirmat: *Hanc præeminentiam poteſtatis in Papa ſupra concilium tenet glo. in c. Sicut ſancti euangelij 15. diſt. vbi B. Gregorius fatetur ſe venerari ſancta quatuor concilia, ſcilicet Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe ſicut ſancta quatuor euangelia, ſubdens ſe cuncta, quæ venerantur, amplecti, quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit quiſquis præſumit abſoluere, quos religant, aut ligare quos abſoluunt: ex quibus verbis ſchiſmatici feſtum agunt quaſi victores capta præda, quando diuidunt ſpolia Iſai. IX. dicit gloſſa ſuper verbo præſumit abſoluere, videtur ergo, quod Papa non poſſit deſtruere ſtatuta concilij, quia orbis maior eſt vrbe 93. diſt. Legimus, vnde Papa requirit conſenſum concilij 19. diſt. Anaſtaſius arg. contra 17. diſt. Huic ſedi, & extra de elect. Significaſti, vbi dicit, quod concilium non poteſt Papæ legem imponere; & 35. q. 9. Veniam, ſed intellige, quod hic dicitur contra articulos fidei. Totum eſt de glo. ex qua colligitur, quod Papa ſit ſuper omnes, niſi deuiaret ab articulis fidei: nam tum duntaxat concilio ſubeſſe debet 40. diſt. ſi Papa, de quo tamen amplius & latius infra dicam. Sic intelligit dictam glo. ibidem Archidiaconus, &c.*

Contendit cogere vt male ab ipſis præſumpta confirmet.

c Io. Capiſtr. lib. de Papæ & concil. auctorit. par. 3.

B. Ioannis e Capiſtrano teſtimonium de Pontif. auctoritate.

11 Cumularunt Baſileenſes male nouata errore nouo; habita enim V. kalendas maij ſeſſione vndecima ſanxere d, Romanum Pontificem ad concilium adeundum conſtitu-

d Acta Baſil. conc. ſeſſ. 11.

Seſſio XI. Baſileenſis inſolentia.

Digitized by Google

to tempore, mittendoſue legatos obſtringi; ac ſi illud diſſoluere, mutareue, aut extrahere nitatur, nec lapſo quadrimeſtri ſe emendarit, iure exercendæ ſacroſanctæ poteſtatis, quæ ad concilium deuoluatue, interdictum fore: ac ſi bimeſtri pertinaciter contempſerit, de eo pontificia dignitate deturbando actum iri. Præterea edixerunt licere omnibus Cardinalibus, renitente etiam Pontifice, intereſſe concilio, idque nonniſi aſſentientibus ijs, qui conuenerant ſolui, aut in alium transferri locum poſſe: quod fieri vetuere, niſi duæ præſulum partes aſſenſiſſent. Arrogarunt etiam ſibi factioſi Baſileenſes dicendi ſacri profanique iuris, litiumque diiudicandarum poteſtatem: quorum temeritatem & audaciam, vt comprimeret Eugenius, ſubiecto edicto, cuius potiorem partem decerpimus, a perperam cœptis eos abſiſtere iuſſit [a].

Decernunt ſine præſulum conſenſu transferri concilium non poſſe.

a Lib. 17 pag. 201.

Eugenius, &c. Apoſtolica auctoritate decernimus, quod in præfato concilio Baſileenſi nullæ cauſæ ſingularium publicæ vel priuatæ, eccleſiaſticæ vel ſæculares, quouis modo, cauſa, vel colore introductæ vel introducendæ poſſint vel debeant in dicto Baſileenſi concilio agitari, cognoſci, aut terminari, ſed dirigente Domino fidelium operas ad extirpationem hæreſum, ad pacem pouendum inter principes & populos Chriſtianos, & ad morum reformationem omnia ſtudia dirigantur, & nullatenus ad alias cauſas, quam ad præmiſſas concilium ordinatum eſt, conuerti debeant, decernentes irritum & inane, ſi ſecus a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIII. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* III. Parere detrectarunt factioſi, ac plura abſente Sigiſmundo Cæſare ad ſeditionem tendentia pertentarunt, de quibus poſtea agetur: nunc prius Cæſaris geſta in Italia, vſque augustales apices ſuſceperit percurramus.

Vetat Baſileenſes ſe litibus ſecularibus...

Extinctio de tantum hæreſi incumbere.

Sigiſmundus Eugenio ſuſpectus.

b Extant ea de re lit. Eug. in append. Baſil. concil. to 4 p. 1. pag. 112.

c Biond. decad. 3. lib. 5.

15 Meditatus Romam proficiſci ad auguſtalia inſignia pontificia manu accipienda ob Baſileenſium, quos ille ſuo patrocinio tegebat [b], & fœdus cum Philippo Mediolanenſi ſuſpectus Eugenio, Florentinis, ac Venetis ſocijs, vltra Senas progredi eccleſiaſtico & Florentino exercitu prohibitus eſt [c]. Cum vero Senis anni vnius curſu, vt motus Italicos componeret, moratus eſſet, demum miſſis XVI. martij die oratoribus ſuis, fœdus VII. aprilis ſanxit his pactionibus, ſe venturum Viterbium labente aprili, ac Pontificem in ea vrbe aditurum, meritiſque officijs ritu & inſtituto veteri complexurum: tum fidem ſuam Pontifici ex conſueta Cæſarum formula præſtiturum, hæreticos & ſchiſmaticos exciſurum, nulla cum impijs initurum fœdera, pro dignitate pontificia tuenda & ſeruandis Romanæ eccleſiæ iuribus ſtudia ſua adhibiturum, ditionem eccleſiaſticam non inuaſurum, tum immunitatem eccleſiaſtici ordinis aſſerturum. Quod etiam ſacramentum [d] oratores regio nomine in Cardinalium ſenatu ritu ſolemni dixere. Spopondere [e] etiam iidem Sigiſmundi oratores, ipſum non exercitum, ſed regiam tantum familiam, quam Senis habebat, adducturum, ac ſi quem Pontificis, Eccleſiæ, Romaniue populi hoſtem ſecum adduceret, illum ſe ad pontificium nutum mox dimiſſurum: de quo fœdere Eugenius Ioannam Reginam Siciliæ his literis [f] fecit certiorem.

Pacifcitur cũ Eugenio

d Ext. eius exemp. in eod. pag. app. pag. 224. & apud Dolg. to. 3. pag. 431.

Paciſcitur Sigiſmundus exercitum ſe nõ adducturũ.

e Ext. ea de re lit. in ead. append. pag. 222. & apud Dolg. to. 3. pag. 429.

f Lib. 19. pag. 135.

De hoc fœdere certiorem Reginam Siciliæ.

Chariſſima in Chriſto filia ſalutem.

Credimus indubie ſerenitatem tuam grato ac libenti animo accepturam eſſe ea, quæ pro ſalubri ſtatu noſtri, Romanæ eccleſiæ, & etiam Romani populi & totius populi Chriſtiani dirigi ac diſponi, ac directa, & diſpoſita a nobis, auctore Domino, fuiſſe exiſtimamus, atque ea potiſſimum ratione ſerenitati tuæ intimanda eſſe decreuimus. Pridem enim, prout ad notitiam tuam credimus perueniſſe, ſupplicantibus atque exhortantibus nos per oratores ſuos venerabilibus fratribus noſtris, ac dilectis filijs nobilibus viris ſacri Romani imperij electoribus, quatenus Baſileenſe concilium approbare, ac celebrari ibidem permittere vellemus, certis probabilibus cauſis atque honeſtis rationibus inducti eorum pijs votis ac iuſtis ſupplicationibus duximus annuendum: demum, cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Romanorum Rex illuſtris ſuos ad nos oratores, ac etiam legitimos procuratores delegauerit, poſtulantes humiliter a nobis nomine præfati Regis, quatenus in eam concordiam, amorem, beniuolentiam, & animorum vnitatem, a qua ſine dubio licet a quorundam zizaniorum ſatoribus, quanquam interpellati nunquam fuimus alieni, eidemque coronam ac cætera Romani imperij inſignia conferre, & cum eodem ad ea, quæ ſtatum Eccleſiæ, pacem & tranquillitatem totius populi Chriſtiani concernerent, pro tractanda & procuranda ſalubriter conuenire vellemus, aſſerentes ſe ad præſtandum ſolemniter iuramentum, quod omnes Reges Romanorum in ingreſſu Italiæ de iure præſtare tenentur, promptos & paratos eſſe, ſufficientique ad id & omnia ad contrahendam concordiam præfatam neceſſaria mandato eſſe munitos, nos attendentes piam & honeſtam præfati Regis poſtulationem habito cum præfatis oratoribus diligenti tractatu ac conſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, auctore omnipotenti Deo, optatam concordiam cum præfato Rege iniuimus, præſtito per eoſdem oratores in animam dicti Regis conſtituentis deuotionis & fidelitatis, prout iura & ſanctorum patrum decreta decernunt, in generali conſiſtorio ſolemniter iuramento: quæ omnia ad ſerenitatis tuæ notitiam per breue noſtrum curauimus deferenda. *Dat.* VII. *aprilis*, ſcilicet pontificatus anno III. vt præcedentes & ſubſequentes regeſti literæ oſtendunt. Idem fœdus Eugenius ampliſſimo alio diplomate [a] vulgauit.

a Ext. eius lit. ibid. pag. 222. & apud Dolg. to. 3 pag. 437.

17 Sigiſmundus quoque XV. aprilis die illud ſignificauit hiſce verbis præſulibus Baſileenſibus, ne aduerſas inde ſuſpiciones conciperent: *Approbante domino ſummo Pontifice ſacrum concilium ad perſuaſionem nonnullorum notabilium virorum & etiam oratorum noſtrorum & imperij ſacri principum electorum, qui nobis huiuſmodi bullas exhibebant, nobiſque receſſum noſtrum ſine imperialibus inſulis penitus diſſuadebant, cum Sanctitate ſua remanſimus concordes in dictis licitis & honeſtis. Sicque per totum iſtum menſem aprilis cum Sanctitate ſua in Viterbio conſtituemur, & vſque medium iunij vel prius in vrbe Romana a Sanctitate ſua coronabimur, præſtabimuſque & innouabimus ſibi illa iuramenta, quæ noſtri prædeceſſores Romanis Pontificibus præſtiterunt; iſtudque adiecimus, quod ipſum manutenebimus, quantum cum Deo poterimus; & infra, certificantes vos, quod, niſi Sanctitas ſua ſæpe dictum concilium approbaſſet indubie ſine ipſis coronis, quas propter facta ipſius concilij tanto tempore prætermiſimus, ad propria rediſſemus, &c. Dat. Senis die* XV. *aprilis regnorum anno Hungariæ, &c.* XLVIII. *Romanorum* XXIII. *&c. Boemiæ* XIII.

Sigiſm. literæ de fœdere cum Eugenio inito

De

Digitized by Google

Secreto hoc fœdus Ital. pax. Reſtituta hinc inde quæ bello rapta erant.

a Diar. m.s Venet. hoc an. Barth. e Tur. m.s arch. Vat. ſign. n. 13 Paul. Ben. Cola. m.s eiuſd. arc. ſig. n 110 Blond. dec 3. lib. 5. Plat. in Eug. IV. Corius hiſt. Med. par. 4. & alij.

Mediolanenſis ab Etruria abſtinere iuſſus. Duo Cardinales ad Sigiſm. reducendum decreti.

De huiuſmodi fœdere Pontificem inter, ac Sigiſmũdum ſancito meminere auctores a, de quo celebratam publicam lætitiam conſecuta mox Italiæ vniuerſæ pax auxit: cũ enim die tertia martij marchione Ferrarienſi interprete agitata fuiſſet, demum vigeſima ſexta aprilis, vt refert m.s. diarium Venetum, feliciſſime compoſita eſt hiſce legibus, vt Philippus Maria dux Mediolanenſis reipublicæ Venetæ arces reſtitueret, quas in Bergomenſi agro inuaſerat, ereptas alias Montiſferrati marchioni ſimiliter bimeſtri excurrente redderet: Florentinis labente vnius menſis ſpatio Piſanum comitatum: Senenſes Florentinis, ac viciſſim Florentini Senenſibus bello parta reſtituerent: Lucenſibus facultas data, vt ad idem fœdus venire poſſent, modo Florentinis ablata reſtituerent, ac viciſſim ſua reciperent. Cæterum Mediolanenſis dux quouis in Etruriam iure atque imperio ſibi temperare iuſſus, & ſi qua noua lis suborire tur, marchionibus Ferrariæ & Salutiarum illius dirimendæ poteſtas data: alia vero inter Franciſcum Foſcharum ducẽ Venetorum & Sigiſmundum diſſidia quinquennalium induciarum beneficio ſopita. Pacata ita Italia, cum Pontifex ad Sigiſmundum excipiendum ſe compararet, Vgonem Cardinalem epiſcopum Preneſtinum, Romam, vbi ipſe agebat, nulla interpoſita mora iuſſit accedere, vt vna cum Lucido diacono Cardinale ad eundem Regem deducendum ſe conferret. Verum Vgoni poſtea ſuffectus eſt Iordanus Cardinalis Vrſinus epiſcopus Sabinenſis b.

b Lib. 15. pag. 133. c Lib. 17. pag. 176. & m. s. cod. Alex. VII. pag. 599.

Interea Eugenius Sigiſmundum humaniſſimis literis c, quibus conceptam ſummam a ſe de illius virtute ſpem expoſuit, in vrbem vocauit, atque in ſuſcepto de augenda Chriſti gloria, amplificanda fide, excindendis hæreſibus, & eccleſia tuenda conſilio confirmauit.

Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Regi Romanorum illuſtri ſalutem, &c.

Quo reſpectu Sigiſmundo ob Eugenio.

Ex literis dilecti filij noſtri Lucidi S. Mariæ in Coſmedin diaconi Cardinalis legati noſtri, & etiam ex verbis dilecti filij Iacobi de Sirtz notarij noſtri intelleximus bonam voluntatem tuæ celſitudinis, & laudabilem affectionem erga pacificum & tranquillum ſtatum populi Chriſtiani, & Eccleſiæ ſanctæ Dei; ideoque deſiderare te videre nos, vt participatis inuicem conſilijs ea agere poſſis, per quæ pax inter principes Chriſtianos ſtatuatur, exaltetur fides, & hæreſes extirpentur. Summa laude, chariſſime fili, & commendatione magna digna eſt hæc præclara intentio tua: verum non eſt modo ſolum nobis notum laudabile hoc tuum deſiderium & bene agendi appetitus, ſed dum eramus in minoribus conſtituti & vidimus, quæ egiſti pro vnione vniuerſalis Eccleſiæ, & ipſi ſæpius colloquentes tecum cognouimus, quam ardenter deſiderares publicam Chriſtianorum ſalutem & fidei exaltationem: quæ res effecit; vt te tota mente diligeremus præ cæteris principibus Chriſtianis, ſperantes ſemper te eum futurum, qui poſſes & velles pacificare populum Chriſtianum, tollere hæreſes, augere fidem, & exaltare Eccleſiam Dei.

Poſtea vero, quando fuimus, diſpoſitione diuina, licet immeriti, ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, cum & ipſi conſimiles cogitationes in animo continue verſaremus, impediremur autem propter nouitates, quæ poſt noſtram aſſumptionem ſubito emerſerunt, deſiderabamus videre perſonam tuam, in qua ſingularem fiduciam gerimus, vt communicato conſilio tecum ea deliberarentur inter nos, quæ cederent ad laudem Chriſti, extirpationem hæreſum, oppugnationem infidelium, & fidei exaltationem. Teſtis eſt nobis Deus, & tu ipſe ex literis noſtris dudum videre potuiſti, nos deſiderare, vt tecum eſſe poſſemus pro bono Chriſtianitatis & Eccleſiæ, cum multa ſint, in quibus tuo præſidio & auxilio ad perficiendum opus ſit; tuum enim eſt munus tueri Eccleſiam, pacem ponere inter diſſidentes, & iuſtitiæ patrocinium ſuſcipere pro laude Chriſti. Cum ergo vtriuſque noſtrum conſilia communia exiſtant, eadem ſit mens, eadem intentio, hoc eſt agere, quæ ſunt ſalutaria populo Chriſtiano, per tuam vero præſentiam ad optatum finem perduci poſſe videantur, gratiſſimus erit nobis aduentus tuus, in quo plurimum fructum ſperamus conſequi ſpei noſtræ. Itaque tuam ſerenitatem in Domino exhortamur, vt velis accedere ad vrbem, quemadmodum inter tuam celſitudinem & præfatum Cardinalem eſt deliberatum cum primum commodum eſt tibi: certi enim reddimur, quod ea meditaberis, ea ages, quæ digne ab omnibus laudari & commendari poſſint, ac perpetuam tibi gloriam parere & animæ ſalutem. Nos quidem ſperamus, quod Deo inſpirante ſpiritum ſapientiæ ſuæ nobis, ea ſimul deliberabimus & ſtatuemus, quæ ſint placita ſibi, & omnibus Chriſti fidelibus grata. *Dat. Romæ. &c.*

Sigiſmundi in vrbem aduentus.

a Paul. Ben. m.s. arch. Vat. ſign. nu. 110. b Ext. in append. Conc. Baſil. edit. Bin. pag. 150. c Paul. Ben. vbi ſup. Barth. e Tur. m.s. arch. Vat. ſign. n. Diar. Ven. m.s. & Blond. dec 3. lib. 5.

14 Deductus a Cardinalibus legatis Sigiſmundus Rex quadringentis equitibus ſuccinctus Viterbium menſe maio ingreſſus eſt a; extant ſiquidem ipſius literæ b ad Baſileenſis conuentus præſules die eiuſdem menſis nona datæ, quibus cæptum ſuum in vrbem iter ſignificauit, monuitque ne quid nouarent, neue turbas excitarent; ingreſſus c vero eſt Romam XXI. maij frequentique populo obuiam procedente a Pontifice ad baſilicæ Vaticanæ gradus ad pedis oriſque oſculum admiſſus eſt, vt narrat his verbis S. Antoninus d: *In gradibus eccleſiæ B. Petri cum ſolemni apparatu & comitiua conſiſtens Eugenius Imperatorem genibus flexis pedem oſculantem ad oſculum oris reuerenter excepit.* Vltima e vero maij die pentecoſtes ſacro inſignibus auguſtalibus a Pontifice exornatus eſt, cum prius veterum Chriſtianorum Cæſarum more iuratus ſpopondiſſet, catholicam ſe fidem, Romanæ cæterarumque eccleſiarum iura ac priuilegia illibata ſeruaturum conceptis hiſce verbis f.

Ad pedis & oris oſculũ admiſſus. Obſequium addicit Eugenio more. Sacramenti Eugenio præſtiti formula.

Vobis ſanctiſſimo domino Eugenio Papæ IV. ac ſummo Pontifici, nos Sigiſmundus Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, annuente Domino futurus Imperator, nomine veſtro, ac Eccleſiæ nomine recipientibus promittimus & ſanctis tactis euangelijs iuramento firmamus, quod Eccleſiam & fidem catholicam pura fide totiſque viribus conſeruabimus reuerenter ac etiam defendemus, omnemque hæreſim, ſchiſma, & hæreticos quoslibet, fautores, receptatores, & defenſores eorum exterminabimus pro poſſe, ac nunquam cum Saracenis, pagano, ſchiſmatico, ſeu alio quomodolibet communionem fidei non habente, aut cum aliquo alio prædictæ Eccleſiæ inimico vel rebelli, ſeu eidem manifeſte ſuſpecto, vnionem quamlibet, parentelam, aut confœderationem inibimus, ſed tam veſtram, quam ſucceſſorum veſtrorum perſonas, honorem, & ſtatum manutenebimus & defendemus, ac etiam conſeruabimus contra omnes homines, cuiuſcumque exiſtant præeminentiæ, dignitatis, aut ſtatus, hoc etiam adijcientes iuramento, quod nos manutenebimus ſemper & ſeruabimus priuilegia omnia per prædeceſſores noſtros Reges ac Imperatores Romanorum Romanæ eccleſiæ & alijs quibuslibet eccleſijs quo-

d S. Ant. 3. part. 22. c. 10. § 1. e Id. ibid. Nic. Bart. m.s. Vat. ſign. 111. m.s. diar. Venet. f Ext. in lib. cenſ. m.s. bibl. Valiic.

quocumque conceſſa tempore & continentiæ cuiuſcumque, ipſaque omnia & ſpecialiter ac præcipue præclaræ memoriæ Conſtantinum, Carolum, Henricum, Othonem IV. Fredericum II. atque Rodulphum prædeceſſores noſtros præſertim ſuper conceſſione, recognitione, aduocatione, quietatione & libera dimiſſione terrarum & prouinciarum Romanæ eccleſiæ vbilibet poſitarum, ſedi Apoſtolicæ Romaniſque Pontificibus ſub quocumque tenore conceſſas recognoſcimus, confirmamus, & ex certa ſcientia innouamus, ac etiam de nouo concedimus, & terras ipſas, ac prouincias recognoſcimus ad ius & proprietatem ipſius eccleſiæ pleniſſime pertinere, eaſque nihilominus ex abundanti de nouo eccleſiæ prædictæ donamus, ſub prædicto nos obligantes iuramento, quod ipſas vel aliquam partem ipſarum nullo vnquam tempore occupabimus ſeu, quantum in nobis erit, permittemus ab alio occupari, nec in eis aut aliqua parte ipſarum iura aliqua, poſſeſſiones, aut tenutas habebimus, ſeu quomodolibet poſſidebimus, nec in eis poteſtariæ ſeu cuiuſuis capitaniæ officium aut iuriſdictionem quamcumque per nos vel alium exercebimus; quodque, vt princeps catholicus & ſupradictæ eccleſiæ aduocatus atque defenſor, ipſam iuuabimus, & conſilijs ac auxilijs illi aſſiſtemus opportunis contra quoſcumque inobedientes & rebelles eidem, & præcipue contra occupantes ſeu turbantes terras prædictas ſeu prouincias vel partem quamlibet earumdem. Sub eodem etiam promittimus iuramento, quod tam ipſam Romanam, quam alias eccleſias, libertatem eccleſiaſticam, bona, iura, prælatos, & miniſtros eccleſiarum ipſarum manutenebimus, conſeruabimus, & defendemus pro poſſe noſtro; & quod eccleſiæ Romanæ vaſſallos contra iuſtitiam nullatenus offendemus: deuotos ac fideles etiam eccleſiæ in imperio conſtitutos benigne tractabimus, nec eos contra iuſtitiam opprimemus, ſed in ſuis potius iuribus & iuſtitijs conſeruabimus. Sic nos Deus adiuuet & hæc ſancta Dei euangelia: & continuo ſuæ ſanctitati ſubiunximus iuramentum in hac forma.

Pollicetur Pontifici ſe in omnibus defenſurum.

Ego Sigiſmundus Romanorum Rex, annuente Domino futurus Imperator, promitto, ſpondeo, & polliceor atque iuro coram Deo & B. Petro, me de cætero protectorem & defenſorem fore ſummi Pontificis huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ in omnibus neceſſitatibus & vtilitatibus ſuis, cuſtodiendo & conſeruando poſſeſſiones, honores, & iura eius quantum diuino fultus fuero adiutorio ſecundum ſcire & poſſe meum recta & pura fide. Sic me Deus adiuuet & hæc ſancta Dei euangelia. Nos itaque Rex Sigiſmundus pro maiori firmitate præmiſſorum hanc paginam iuſſimus typario aureæ bullæ noſtræ communiri. Dat. apud S. Petrum in capella .. anno Domini MCCCCXXXIII. *die vltima maij regnorum noſtrorum anno Hungariæ, &c.* XLVII. *Romanorum* XXIII. *Bohemiæ* XIII. *imperij vero* I.

a Paul. Bened. m.s. arch. Vat. ſign. nu. 110. & Steph. Infeſſ. m.s. arch. Vat. ſignat. nu. 111.

Ad gradus baſilicæ S. Petri aurea corona redimitus, ſtratoris munus exhibet Pontifici.

Peracta pompa, vt narrat Paulus Benedictus [a], qui aderat, Sigiſmundus aurea redimitus corona ad gradus baſilicæ S. Petri cum Eugenio venit, cumque præmiſſis aliquibus verborum officijs Pontifex equum conſcendiſſet, Imperator ſtratoris obſequia illi præſtitit [b], tribuſque progreſſus paſſibus in equum ſuum inſilijt, petijtque Pontificis læuam. Vbi ad concham areæ caſtri S. Angeli peruenere mutuum ſibi dixere, *Vale*, ac Pontifex in palatium Vaticanum retroceſſit: Imperator ad Ælium pontem progreſſus plures auratos equites creauit [c], indeque ad baſilicam Lateranenſem perrexit.

b Leonar. Aret. in hiſt. rer. Ital. Blon. dec. 3. lib. 5. Plat. in Eug. Sabel enn. 10. lib. 2.

c Steph. Infeſſur. Platin. in Eug.

Eccleſiaſticam libertatem confirmat.

15 Auguſtalibus ita apicibus inſignitus Sigiſmundus dignitatem eccleſiaſticam confirmauit memorabili edicto [d], quo primum ea confirmauit, quæ Fredericus II. ante ſuam defectionem & Carolus IV. Imperatores pro libertate eccleſiaſtica ſanxerant: tum iudices ſæculares trahentes ad ſe cauſas eccleſiaſticas coercuit, atque ampliſſimas immunitates clero dedit.

d M.s. bibl. Vallic.

Sigiſmundus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Sigiſmundi edictum [illegible]

Sublimitatis imperialis gloriam inuexit ſuperna Maieſtatis veritas nullos derelinquens virtuoſos ſuppeditatos; & animaduertenter expoſcit, vt Romani imperij gubernaculum tenens, præter alia eximia virtutum opera ſua, cunctos (præſertim ſeruicio Dei mancipatos) ab vniuerſis oppreſſionibus, & offenſis ſuis ſemper inſiſtat accurata diligentia clementer ſubleuare. Et ob id nos, qui ad Romanum imperium diuina diſpoſitione vocati, curis ſollicitamur aſſiduis; vt præ cæteris tuitioni noſtræ commiſſis, perſonarum eccleſiaſticarum ſtatus venerandus in varietate virtutum, clerus ſublimatus in ſuis libertatibus & immunitatibus conſeruetur & teneatur, & ab oppreſſionibus & a temerariorum auſibus liberetur. Nunc nouarum conſtitutionum editione & extentione cum augmento pœnarum ad gloriam & laudem Dei ſolerter prouidere curemus. Sane claræ memoriæ Fredericus II. olim Romanorum Imperator prædeceſſor noſter ad ſanctæ Romanæ eccleſiæ laudem, & ſacri imperij Romani decorem, cupiens, vt expurgatis quorundam erroribus & iniquis ſtatutis penitus deſtitutis, de cætero eccleſia, & eccleſiaſticæ perſonæ plena vigerent quiete, & ſecura libertate gauderent, ac pie & iuſte attendens, quod quorundam peruerſorum iniquitas adeo abundauerat, vt non dubitaret contra eccleſiaſticam diſciplinam ac ſacros canones ſua confingere ſtatuta, & aduerſus eccleſiaſticas perſonas & eccleſiaſticam libertatem edictali lege huiuſmodi ſtatuta iniqua irritauerat, & præceperat irrita nunciari, & omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ ciuitates & loca, poteſtates vel conſules, aut quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ, vel perſonas eccleſiaſticas ac bona huiuſmodi edere aut ſeruare tentarent, contra canonicas, & imperiales ſanctiones, de ipſorum capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitus abolere facerent; & ſi de cætero talia attentarent, illa ipſo iure decreuit eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione eſſe priuatos; nec non locum, vbi talia deinceps præſumpta fuiſſent, banno mille marcarum auri fiſco imperiali præceperat ſubiacere; poteſtates vero, conſules, ſtatutarij, & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, nec non conſiliarij locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memoratas iudicarent, ex tunc eſſent ipſo iure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non teneri; quodque, ſi per annum præfatarum conſtitutionum inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum imperium mandauit impune ab omnibus occupari: ſaluis nihilominus alijs pœnis contra tales in ſacris concilijs generaliter promulgatis.

Federici II. inſignis edictio.

Abrogauit leges contra libertatem eccleſ.

Iuſſit infamia eos ferentes.

Et inſuper voluit idem tunc Imperator, quod nulla communitas vel perſona publica vel priuata collectas ſeu exactiones, angarias vel perangarias eccleſijs vel pijs locis, aut eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi imponere ſeu inuadere eccleſiaſtica bona præſumeret, quod ſi ſecus faceret, & requiſitus ab Eccleſia, vel imperio huiuſmodi emendare

Immunes ab omni onere pronunciauit Eccleſias.

re contentemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus banno imperiali ſubiaceret, quod ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuit inſuper, quod quæcunque communitas, vel priuata perſona, per annum in excommunicatione propter libertatem eccleſiæ violatam perſiſtens, ipſo iure ſimiliter banno imperiali ſubiaceret, a quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento: & inſuper ordinauerat, vt nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel ciuili ad iudicem ſæcularem trahere præſumeret contra eaſdem canonicas ſanctiones, & imperiales conſtitutiones: quod ſi ſecus faceret, actor a ſuo iure caderet, iudicatum non teneret, & iudex foret ex tunc iudicandi poteſtate priuatus: quodque iudices temporales, qui clericis, & perſonis eccleſiaſticis iuſtitiam denegare præſumerent, tertio requiſito; ſuam iuriſdictionem amittant.

Proſcripti contemnentes vel non ... proſcripti curſu anathema

Et deinde ad diuæ memoriæ Caroli IV. etiam Romanorum Imperatoris prædeceſſoris & genitoris noſtri audientiam, deducto, quod ſæculares quidam in poteſtatibus, & officijs publicis conſtituti, videlicet duces, barones, & alij domini temporales, nec non conſules ciuitatum, oppidorum, villarum, & locorum rectores, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia, & iniquas ordinationes, motu proprio & de facto præſumerent inſtituere contra legitimas, canonicas, & ciuiles ſanctiones, vt puta, quod nulla bona temporalia in poteſtatem eccleſiaſticam transferantur, & quod excommunicati laici & publice denunciati in ciuili foro minime repellantur, præterea quod dicti domini temporales, conſules, & rectores per ſæcularem poteſtatem res & bona clericorum occupauerant, arreſtauerant, oblationes fidelium diminuerant, & reſtrinxerant, exactiones alias indebitas de bonis & redditibus eccleſiarum exegerant, & extorſerant; poſſeſſiones eccleſiarum & perſonarum earundem deuaſtauerant incendijs, & rapinis, & contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros ciuitatum, villarum, & locorum, recuſauerant inſcribere atque ſigillare, ac donata & legata ad fabricas, & eccleſiarum ſtructuras contra voluntatem prælatorum, & aliorum, quorum intererat, præſumpſerunt vſurpare contra iuſtitiam in fraudem & odium clericorum, & de bonis & rebus clericorum, quos non cauſa negociationis, ſed pro vſibus proprijs per terras ducebant, ſeu duci faciebant, teloneum exigere & capere veriti non fuerunt, & confugientes ad eccleſias & cimiteria, inde extrahere contra ſanctiones imperiales præſumpſerunt; idem genitor prædeceſſor noſter hæc omnia, & quæcunque exinde ſecuta, cum per ſacras, ciuiles, & canonicas ſanctiones expreſſe reprobata eſſent, & in fraudem eccleſiaſticæ libertatis de facto præſumpta de principum, ducum, & baronum, fideliumque ſuorum conſilio ex certa ſcientia, & auctoritate imperiali, caſſauit, irritauit, annullauit, caſſaque irrita, & nullios eſſe momenti pronunciauit, præcipiendo ſub indignatione imperialis banni vniuerſis & ſingulis dominis temporalibus, conſulibus, poteſtatibus, & in officijs publicis conſtitutis, quatenus mox viſis, & intellectis præſentibus caſſatione, irritatione, & annullatione huiuſmodi dicta eorum, ſtatuta, & ordinationes, ſicut in præiudicium eccleſiaſticæ libertatis edita erant, omnino reuocarent, & de facto tollerent, quodque ſecundum ea non iudicarent amplius, nec ſententias dictarent, aut eiſdem in iudicio, aut

Lex a Carolo IV. pro libertate eccleſiaſt. leges.

Statuta de non transferendis bonis in eccleſiaſt. poteſtatem abolita.

Legata eccleſijs relicta rapi vetita.

Aſylum eccleſiarum violari prohibitum.

extra iudicium quomodolibet pro ſe & contra eccleſiaſticam libertatem potirentur.

Et inſuper pronunciauit, & declarauit auctoritate prædicta, quod quicunque laicus, cuiuſcunque ſtatus, vel conditionis foret, auſu ſacrilego, vel propria temeritatis audacia, ſacerdotem, vel clericum ſæcularem, vel religioſum diffidaret, proſcriberet, vel captiuaret, vel ſpoliaret, occideret, vel mutilaret, aut in carcere detineret, aut huiuſmodi malitiam perpetrantes ſcienter receptarent, vel fauorem in his præſtarent, præter pœnas a ſacris imperialibus, & canonicis ſanctionibus eis inflictas, forent ipſo facto infames & omni honore priuati, nec ad placita nobilium aliquatenus admittendi. Voluerat etiam, & hortabatur, & requiſiuerat epiſcopos & prælatos, vt hanc ſuam legem & conſtitutionem in ſynodis, & eccleſijs publicarent, ne in præmiſſis excedentes per ſimulatam ignorantiam, ſuas valeant excuſare malitias; adijciens, quod nulli homini liceret huiuſmodi ſuæ caſſationis, irritationis, annullationis, pronunciationis, & declarationis paginam quouis auſu temerario infringere, aut eis quomodolibet contraire, ſub pœna quinquaginta marcarum auri puri; quas ab eo, qui contra faceret toties, quoties contrafaceret, irremiſſibiliter exigi voluit, pro medietate ſui imperialis ærarij ſiue fiſci, pro reliqua vero parte iniuriam paſſorum vſibus applicari, prout in ipſis prædeceſſoris & genitoris noſtri deſuper confectis literis eius imperiali ſigno & bulla aurea cereo ſuæ maieſtatis impreſſis, ſignatis, munitis, quas præſentibus hic habere volumus ſufficienter pro expreſſis, plenius continetur.

Mulcta grauiſſima contra ... ſtatuta.

16 Et quoniam per prædicta eccleſiaſticæ libertati nondum ſatis prouiſum eſſe videtur, vt igitur per infraſcripta ſit vberius & latius ipſi libertati prouiſum, & vt eccleſiaſticæ perſonæ plena ſua libertate gaudere, & pia loca a noxijs preſeruari, & optatis proficere valeant incrementis, nos Sigiſmundus, qui ſtatum eccleſiaſticum feruore fidei & claræ deuotionis affectu veneramur libenter, vt tenemur, hac edictali lege & Imperiali auctoritate conſtitutiones, ſiue leges antedictas, tanquam iuſtas, ſanctas, & legitimas tenore præſentium approbamus, pariter & innouamus, ipſaſque ſcriptas noſtras leges, & prohibitionem & præſentes literas, & mandatum noſtrum ad omnes & ſingulas eccleſias, & monaſteria quæcunque, cuiuſcunque nationis exiſtant, & ad omnes & ſingulos prælatos, clericos, & presbyteros & eccleſiaſticas perſonas pro maiori eorum tuitione & cautela, ad tollendum in his quorundam curioſorum ambiguitatis dubium, de ſingularis munificentiæ dono ex certa noſtra ſcientia tenore præſentium duximus extendendum, ac extendimus & præcipimus vbique locorum ſub banno & pœnis antedictis & infraſcriptis a quolibet inuiolabiliter obſeruari. Deinde ſtatuimus hoc edicto in perpetuum valituro, vt nullus iudex ſæcularis in eccleſiaſticis cauſis, præſertim matrimonij, legitimationis, vſurarum, teſtamentorum infra annum non executorum & ad iudicium eccleſiaſticum legitime deuolutorum, ac decimarum, prædiorum, ac fructuum, redditiuum, & prouentuum eccleſiaſticorum, ac locationum & conductionum, ſeu conductorum eorundem poſſit ſeu valeat iudicare, aut quomodolibet de huiuſmodi cauſis, aut eorum articulis cognoſcere, niſi quatenus ab eccleſiaſticis iudicibus fuerit requiſitus: quod ſi contrarium fecerit, iudicatum non teneat, & iudex ex tunc iudicandi poteſtate ſit priuatus, & ſubiaceat nihilominus

Frederici II. & Caroli IV. ſanctiones confirmatæ a Sigiſmundo.

Eccleſiaſt. cauſæ a Laicis cognoſci vetita.

minus

Digitized by Google

minus pœnis infraſcriptis, actoque a ſuo iure cadat ipſo facto. Inſuper omnibus & ſingulis principibus, ducibus, baronibus, comitibus, comitatibus, conſulibus, rectoribus, ac in officijs temporalibus, dominijs, & poteſtatibus conſtitutis ſub indignatione imperialis banni, & quadraginta marcarum auri mulcta, ad cuius ſolutionem & præſtationem pro vna noſtro ſiue imperiali ærario, aut fiſco, & alia medietatibus perſonis iniuriam paſſis, faciendam; quemlibet huius noſtræ prohibitionis tranſgreſſorem ipſo facto teneri volumus.

Pœnæ aſtutibus & in dicibus irrogata.

Demum præſenti & irreuocabili ſancimus, declaramus, decernimus, & pronunciamus edicto, diſtrictius prohibentes, ne quis ex eis prælatos, presbyteros, clericos, & perſonas eccleſiaſticas, quominus vina, grana, res, & bona de ſuis redditibus eccleſiaſticis prouenientia libere, & ſine ſolutione, telonei ſeu gabellæ vendere, ſeu abduci facere poſſint, & quominus res, bona, vina, ceruiſia, carnes, grana, panes, & pannos, & alia quæcunque eorum vſui, & recreationi conuenientia, ſiue intranea ſeu extere vel extera fuerint pro eorum vſibus, ſeu recreatione ſibi & per quæuis loca, ciuitates, terras, caſtra, & aquas, veſtigio, vel nauigio, abſque quauis prohibitione libere & abſque ſolutione cuiuſcunque telonei, dacij, vel gabellæ adduci, & portari facere valeant, & etiam quominus res & bona mobilia, & immobilia per prælatorum, ſeu eccleſiaſticarum perſonarum obitus relicta ad manus illorum, ad quos de iure ſpectant, libere & ſine quibuſcumque impedimentis, inuaſionibus, intromiſſionibus, exactionibus, & occupationibus præſertim per laicos quantumcumque attentaris perueniant, ſiue valeant pacifice peruenire, & quominus coloni, & ſubditi eccleſiaſticarum perſonarum ſine violentis hoſpitalitalibus etiam de venationum occaſione, ac vectigalibus, ſeruicijs & exactionibus, quas ipſi exactores petitiones vocant; & a petitionibus huiuſmodi abſque damno libere & in pace dimittantur: & etiam quominus damna hoſpitalitatum, & vectigalium extortorum ſeruiciorum, & exactionum, & petitionum huiuſmodi occaſione, colonis, & ſubditis ipſis illata plenarie reſarciantur, nec non etiam quominus prælati ſeu iudices eccleſiaſtici eorum ſpirituali iuriſdictione ſubiectos pro ſuorum exceſſuum demeritis capi, & incarcerari, & captos duci, & per quæuis loca & ciuitates libere adduci & alias debita correctione puniri facere valeant quomodocumq; aut qualitercunque, publice vel occulte, directe vel indirecte, per ſe vel per alios impedire aut facere impedire præſumant vel permittant; nec talia committentes receptent, aut in præmiſſis vel circa ea impendant auxilium, conſilium, vel fauorem. Quinimmo magis volumus, & mandamus ſub banno & pœna proxime ſupradicta, vt principes, duces, comites, barones, comitatus, conſules, rectores, ac in officijs, dominijs, & poteſtatibus prædictis conſtituti, quicunque ab impedimentis & vſurpationibus rerum, & bonorum relictorum huiuſmodi, & a prædictis violentis hoſpitalitatibus, vectigalibus, ſeruicijs, exactionibus, & petionibus huiuſmodi colonorum & ſubditorum eccleſiaſticarum perſonarum, et ab impedimentis et perturbationibus eccleſiaſticæ iuriſdictionis omnino deſiſtant, nec captos nec adductos rebelles repetere, vel repeti facere præſumant, non requiſiti totis viribus perſonas eccleſiaſticas in præmiſſis ac iuriſdictionem huiuſmodi eccleſiaſticam exercentes adiuuent, & diligenter ſine omni dilatione adhibeant, & apponant auxilium brachij ſæcularis, vt libertas eccleſiaſtica manuteneatur, & vt ſubditi rebelles criminoſi, & delinquentes modis præfatis, aut alias prout eiſdem, iuriſdictionem eccleſiaſticam exercentibus, coniunctim vel diuiſim, expedire videbitur, digna animaduerſione conſtigantur.

Vetitum, ab eccleſiaſticis vectigal exigi.

Sacerdoti morienti à bonis eius diripienda.

Eccleſiaſticorum ſubditi vt ab iis arcendi tur permittendi.

Principes & magiſtratus iuriſdictione eccleſiaſtica turbare abſtinere iuſſi.

Cæterum, vt didicimus, nonnulli peruerſis eorum conatibus leges, & conſtitutiones antedictas, prælatos, presbyteros, clericos, & perſonas eccleſiaſticas diuerſis iniuriis afficientes, pro eo, quod tam per conſtitutiones & leges, quam ſanctiones huiuſmodi inflictarum pœnarum executio abſque animaduerſione negligitur, infringere non verentur. Vt igitur tam genitoris, quam Frederici II. prædeceſſorum noſtrorum præfatorum, ac noſtri, conſtitutiones & leges præſentibus literis mandatum noſtrum debitæ executionis fiendæ ſuffragio ſortiantur effectum, & inſolentiæ compeſcantur tranſgreſſorum, omnes & ſingulos noſtros, & ſacri Romani imperij principes ſpirituales & ſæculares, ac comites, barones, milites, militares, proconſuleſque & conſules, ac conſulatus, poteſtates, rectores ciuitatum, oppidorum, & locorum quorumcumque pro executione huiuſmodi quæſtionum, & legum imperialium, & præſentium noſtrarum literarum facienda, executores eorundem coniunctim, & diuiſim tenore præſentium deputamus, & nihilominus ipſis ſub imperialis banni indignatione, & ſub antedicta pœna quoad illos, qui feudum, vel priuilegia aliqua non habent: Quoad illos vero, qui talia habent ſub perditionis ſuorum feudorum, & priuilegiorum quorumcunque pœna, quam eos, ſi requiſiti infra vnius menſis ſpacium requiſitionem huiuſmodi immediate ſequens, & ad infraſcriptam executionem non proceſſerint, & non fecerint, quod mandamus, incurrere volumus ipſo facto, diſtricte præcipiendo, per hæc imperialia ſcripta mandantes quatenus ipſi, & eorum ſinguli quoſcunque & quemcunque, dum, & quoties præſentibus executores ipſos requiri contigerit, prælatis, & presbyteris, clericis, & perſonis eccleſiaſticis quibuſcumque coniunctim, & diuiſim efficacis præſidij auxilio aſſiſtentes, non permittant eiſdem; aut eorum alicui a quoquam cuiuſcunque gradus, ſtatus, vel conditionis fuerint, contra vel circa præmiſſa omnia, aut aliquid ipſorum quomodolibet iniuriam irrogari: ſed magis iniuriantes huiuſmodi, niſi poſt requiſitionem executorum eorundem infra certum terminum peremptorie competentem, eis per executores ipſos deſuper præfigendum, contra præmiſſa, commiſſa, aut neglecta emendando reſipiſcunt, pœnas antedictas, prout quemlibet pro commiſſo, aut neglecto contingit, incidiſſe declarent ſic per captionem, & detentionem perſonalem diſtractionem, inuaſionem, aut alienationem rerum, & bonorum ſuorum, mobilium & immobilium quorumcunque ſine mora ad ſatisfactionem, & obſeruantiam plenariam, præmiſſorum omnium & ſingulorum executores ipſi ſuo ſæculari brachio cogant, & compelli faciant, ac pecunias occaſione pœnarum prælatarum ærario ſiue fiſco imperiali debitas, & debendas, imperiali auctoritate emoueant, & partem ipſorum ad fiſcum imperialem pertinentem, ad fiſcum ipſum fideliter ſtudeant deſtinare, reliquam vero partem earundem partibus læſis realiter aſſignare procurent: Super quibus eiſdem executoribus, & eorum cuilibet inſo-

Inflicta pœna ſacerdotes non excipientibus.

Rapta bona iis non reſtituentib.

inſolidum imperiali auctoritate noſtra prædicta plenam licentiam, & poteſtatem liberam concedimus per præſentes, volentes & decernentes, vt eiſdem executoribus omnibus, & ſingulis, præſentibus & futuris, vigore præſentium quoad præmiſſa perpetua poteſtas, & licentia remaneat attributa, conſtitutionibus & legibus imperialibus, ac priuilegijs & indultis quorumcunque & alijs in contrarium forſam facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Ne autem in præmiſſis excedentes per ſimulatam ignorantiam ſuas valeant excuſare malitias, hortamur & requirimus vniuerſos & ſingulos archiepiſcopos, epiſcopos, & prælatos, vt conſtitutiones, & leges imperiales antedictas, & præſentes noſtras literas ſingulis annis in ſynodis, & Eccleſijs ſuis publicare procurent, ſi noſtram indignationem voluerint euitare. Nulli ergo, &c. *Dat. &c.*

Receſſus Sigiſmundi ex vrbe.

Aliquandiu in vrbe moratus eſt Sigiſmundus cumque profectionem pararet, Pontifex Marinum Vrſinum, aliumq; virum prænobilem illum per eccleſiaſticam ditionem deducere iuſſit: quo argumento extant literæ a kal. auguſti ad præſides præfatoſque eccleſiaſticos datæ, vt Imperatorem honorifice exciperent. Flexit b ipſe iter per Picenum ac Flaminiam, inde Mantuam peruenit, vbi Franciſcum Gonzagam Mantuæ regulum marchionali dignitate auxit c. Dum vero Sigiſmundus ipſe in Italia agebat, plura a Baſileenſibus temere per ſeditionem geſta ſunt, quæ noſtram ad ſe narrationem reuocant.

a Lib. 17. pag. 213. b Leonard. Aret. in hiſt. rer. Ital. S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 1 Blond. dec. 3. lib. 5. c Platin. in Eug. IV

Seſſio XII. Temeraria geſta Baſileenſium.

17 Duodecima ſeſſio a ſeditioſis Baſileenſibus III. idus iulij celebrata eſt, in qua decretum ſchiſmaticæ labis fermento refertum in Eugenium promulgatum eſt; in cuius exordio, vbi ampliſſimis verbis ſuum, quod præſeferebant, pium ſtudium extulerunt, addidere miſiſſe ſe ad Eugenium poſtquam Baſilea Bononiam concilium traduxit, Lauſanenſem epiſcopum & decanum Traiectenſem, vt ipſum ab ea mente deducerent: Sigiſmundum pariter repetitis oratoribus & literis, ac plures etiam Reges principeſque id ab ipſo enixe poſtulaſſe: cumque eas preces reſpueret, inſtitutum fuiſſe aduerſus ipſum iudiciorum ordinem, quem cum hactenus eluſiſſet, hæc ab eodem Pontifice exegere: *Declaret a tempore huiuſmodi inchoationis continuatum fuiſſe & eſſe proſecutionemque ſemper habuiſſe, continuarique, ac proſecutionem habere debere, & ipſi pure & ſimpliciter adhæreat & cum effectu, & huiuſmodi reuocationem declarationemque & puram adhæſionem per ſuas literas more Romanæ curiæ bullatas huic ſacro concilio notificet infra ſexaginta dies a die præſentis publicæ ſeſſionis immediate ſequentes.* Hæc ſi ageret Eugenius, ſpopondere ipſum ſe vti Pontificem culturos; ni faceret, defectionem intentarunt, lapſoque die ſexageſimo pontificio iure exercendo primatum renuntiarunt; pluraque alia ſeditioſa adiunxere, quibus infandum ſchiſma moliebantur. Edidere etiam decretum de electionibus præſulum, quo reſeruandarum quoque eccleſiarum ius Pontifici Romano verrere, niſi de ijs in canonicis legibus fieret mentio, aut in ditione eccleſiaſtica ſitæ eſſent; tum celebrandæ electionis ritum præſcripſere.

Abdicationis pœnam non ambiguo Pontifici intentant.

Quæſitus eſt concilio ſtatio.

18 Inter hæc diſſidia dum negabat Eugenius ſolutum pontificio decreto concilium auctoritate pollere, Baſileenſes vero ſolui non potuiſſe, Pontificemque ſynodalibus teneri legibus contendebant, ea concordiæ ratio inita eſt interprete Sigiſmundo Rege, vt Eugenius ex æquo & bono acciperet concilium in eam diem propagatum fuiſſet, quod ſubiecto edicto a vulgauit.

a Append. Baſil. conc. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag 212.

Ad futuram rei memoriam.

Cum ex dicta commutatione nonnullæ diſſenſiones ſubortæ videantur, ac nonnullas ex dictis cauſis, quibus ad huiuſmodi commutationem ſeu diſſolutionem faciendam principaliter moti fuimus aliter iam ſe habere cognoſcamus, nihilque aliud optemus, quam vt ſublata omni materia diſſenſionis ad hæreſes, bella, & morum deformitates de populo Chriſtiano extirpandas ſalubriter intendatur, ad conſilium etiam ad inſtantiam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Sigiſmundi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regis illuſtris de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio volumus & contentamur, præfatum generale Baſileenſe concilium a tempore inchoationis ſuæ continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemque ſemper habuiſſe & continuari, proſecutionemque ad prædicta habere debere, perinde ac ſi nulla commutatio, translatio, ſeu diſſolutio facta fuiſſet: quinimmo præfatam commutationem, tranſlationem, ſeu diſſolutionem reuocantes, ipſumque concilium Baſileenſe pure, ſimpliciter, & cum affectu ac omni charitate amplectimur, pro viribuſque illud promouere, ac omni fauore proſequi intendimus, ita tamen, quod præſidentes ad noſtri præfati concilij præſidentiam admittantur cum effectu, ac omnia & ſingula contra perſonam, auctoritatem, ac libertatem noſtram & ſedis Apoſtolicæ, ac venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium & aliorum quorumcumque nobis adhærentium in dicto concilio facta & geſta per dictum concilium prius omnino tollantur, & in priſtinum ſtatum reducantur; ſicque vna mente & vno ſpiritu cum charitate & puritate ad ea, quæ præmiſſa ſunt in dicto concilio, procedatur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum, &c. kal. auguſti anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIII. Neque his placati ſunt Baſileenſes, ſed vt noua ſemper iurgia ex alijs ſerebant, ac pontificiam auctoritatem ſibi ſubijcere moliebantur, concepta ea verba: *Volumus & contentamur*, inique accepere, poſtularunt enim, vt Eugenius vulgaret, non modo tolerare ſe propagatum fuiſſe, ſpretis apoſtolicis imperijs, Baſileenſe concilium, verum decerneret rite propagatum, atque ita ſuam auctoritatem acephalæ ſynodi, quam falſo œcumenicam eſſe iactabant, auctoritate inferiorem profiteretur, quod cum maieſtate apoſtolica prorſus indignum eſſet, Franciſco Foſcaro Venetiarum duci, qui diſſenſionem ſedare ſtudebat, hæc reſcripſit Eugenius b.

Sigiſmundus illius interpres.

Eug. Baſileenſes paterno ſtudioſe complexu proſequitur.

Baſileenſes in proteruia obſtinatiſſimi.

Acephalam ſynodum œcumenicam non eſſe eam contendunt.

b Lib. breu pag. 70.

Dilecto filio nobili viro Franciſco Foſcari duci Venetiarum.

19 Vltra quam verbis exprimi poſſet, dilecte fili, commendanda eſt tua prudentia, pro curis, quas continue ſuſcipis pro honore & ſtatu noſtro atque Apoſtolicæ ſedis. Legimus literas eum copijs intercluſis, quas ad nos miſiſti affectione plenas: ſuper quæ chariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Romanorum Imperator illuſtris locutus eſt cum oratoribus tuis ſuper facta concilij Baſileenſis. Vellet etiam, vt ſcribis, vt illa duo verba: *Decernimus, & declaramus*; loco *Volumus & contentamur*; poneremus in literis, quas per venerabilem fratrem noſtrum epiſcopum Ceruienſem deſtinauimus Baſileam. Miramur paulum de ſapientia Imperatoris, qui fortan propter multitudinem rerum ei incumbentium parum

Sigiſmundus [illegible] in Baſileenſes [illegible].

rum meminiſſe videtur eorum, quæ antea de ſuo aſſenſu acta ſunt. Primum, vt paulo altius repetamus, cum inſtitiſſet nobiſcum literis & nuncijs, vt concilio illi hæreremus omnino, hoc recuſauimus, potius enim hanc apoſtolicam dignitatem & vitam inſuper poſuiſſemus, quam voluiſſemus eſſe cauſa & initium, vt pontificalis dignitas & ſedis Apoſtolicæ auctoritas ſubmitteretur concilio contra omnes canonicas ſanctiones, quod nunquam antea neque aliquis noſtrorum prædeceſſorum fecit, neque ab vllo extitit requiſitum, atque in hoc ipſe poſtmodum Imperator acquieuit.

Eugenij conſtantia.

Nunquam egreſſus ſit mora, vt Pontifex non ambiguus ſubmitteretur concilio.

Ventum eſt poſtea ad formam literarum, quam miſit dilectus filius noſter Iulianus Cardinalis S. Angeli; in ea habitis prudentium & doctorum & doctorum conſilijs poſuimus verba illa, quæ Imperator modo mutari vellet: *Volumus & contentamur*; loco: *Decernimus & declaramus*; non ſolum ſciente, & conſentiente, ſed approbante Imperatore, qui coram venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, aſtantibus etiam conſilio ſuo, ac dilectis filijs nobili viro Andrea Donato milite oratore tuo & abbate S. Iuſtinæ, multiſque prætetea pluries verbis in noſtram laudem prolatis, aſſeruit nos plus feciſſe, quam deberemus, & vltra quam teneremur, & quod Baſileenſes vltro acceptare debebant: quod ſi recuſarent, mirabilia aduerſus illos pollicitus eſt ſe eſſe facturum. Quod autem modo velut oblitus verborum ſuorum, quærat poni pro illis verba, quæ tunc omnino reiecta fuerunt, nos admirari cogit: illa enim ſunt verba, per quæ quæcumque ab illis contra nos facta extitere, quæ plurima & grauia ſunt, confirmarentur, & per quæ ſubminiſtrantur arma non recte ſentientibus contra nos, & ſedem Apoſtolicam pugnandi. Potes ſcire a peritis in iure canonico & ciuili quanti ponderis ſunt verba illa; non enim ſolum per illa approbamus contra nos facta ſed etiam aduerſarijs noſtris nos ſubijcimus in futurum: quod quid aliud eſt, quam armare eos nobiſque eripere omnem tuendi & defendendi facultatem. Hoc quam tutum ſit, tu ipſe conſidera: qui enim nulla antea auctoritate fulti laxauerunt contra nos ſuas animi paſſiones (vt dicamus leuiter) quid agent cum nacti fuerint agendi, prout libuerit, poteſtatem? Nam quod Cardinalis S. Angeli promittit nihil facturum contra nos, credimus eum bono animo hæc ſcribere, & quod ita facturum putet. Sed (vt omittamus, quod his verbis præterita confirmantur) quæ ſecuritas eſt ita debere fieri, prout ille promittit? Si falletur, nam quid factum non erit; etiam ſi ipſe pro nobis mori paratus ſit, nihil nobis proderit voluntas ſua. Non eſt tutum dare nocendi facultatem, ei præſertim, qui iam nocere molitus eſt. Verum, vt tibi tuæque reipublicæ clare innoteſcat æquitas poſtulationum noſtrarum, mittimus tibi copiam literarum, quas dedimus epiſcopo Ceruienſi, quæ cum conditione exiſtunt: *Si reuocant quæque per eos contra nos attentata*; alteras eiuſdem tenoris, ſed libere, & ſine aliqua conditione factas. Si tamen antea ſe promiſerunt reuocare, & reuocant, quæ contra nos egerunt, penes nos retinuimus, & eas ad locum tutum mittemus ſecundum reſponſionem epiſcopi Ceruienſis.

Egregia Sigiſmundi ſponſio.

Dein ſed ... eſſe paſſus ...

Iuſte Baſileenſibus reſiſtit Eugenius.

Non conſuit eum dare nocendi facultatem.

Cardinalis ... ſi ... reuocarent.

Hæc omnia Imperatori nota ſunt; quæ ſi Baſileenſes ipſi acceptabunt, conſulent paci Eccleſiæ & tranquillitati populi Chriſtiani; ſi vero minus, volumus eſſe notum tibi omnem ſcandalorum culpam procul a nobis eſſe futuram. Imperatoriam vero ſtrenuitatem per eoſdem oratores hortati velis, vt meminerit, quæ hic coram tot hominibus dixit; vtque operam dare atque illis perſuadere velit honeſtius eſſe, vt citius membra capiti hæreant, quam caput membris. Vidit & nouit Imperator & verbo & opere ſinceram & perfectam intentionem noſtram. Si illi ſana intentione procedunt, prout dicunt, ſatis eſt, quod concedimus eis: ſi vero mala, nolumus eis adijcere robur & vires, quæ in noſtram & Eccleſiæ perniciem redundent. Quod autem dixit ſi, quod auertat Deus, ſciſſura in Eccleſia fieret, nobis fauere & conſeruare & manutenere nos ſe velle, & ſerenitatem ſuam & ſe, quidem & amplius ſe facturum reſpondiſti, ſummis laudibus *. Quod autem reſpondiſti Imperatoris ſtrenuitati in hac opinione plurimos principes & duces futuros, rectiſſime veriſſimeque reſpondiſti; omnes enim Reges & principes, prout eorum literis & nuntijs certificati ſumus, ſchiſma horrentes, ac deteſtantes nobiſcum ſentiunt, & nobis fauent, diſplicentque eis, quæ geſta ſunt Baſileæ. *Dat. &c.*

* commendamus.

20 Cum ita aberrare Baſileenſes conſpiceret Eugenius, vt acephalam ſuam ſynodum pontificiæ anteferrent auctoritati, reiectaque omni concordiæ ratione, ſua quantumuis iniqua accipi ab eo imperia vellent, eaque detrectanti pontificatum ſe abrogaturos comminarentur; ipſis aperte obſiſtendum, & iniqua eorum decreta, quibus ſerebant potius errores & diſſidia, quam pacem afferrent, reſcindenda hoc diplomate cenſuit a.

Reſiſtit Baſileenſis geſtis Pontif.

a Lib. 17. pag. 213.

Ad futuram rei memoriam.

Cum dudum ex certis rationabilibus cauſis concilium, quod nonnulli Baſileæ congregatum eſſe dicebant, diſſoluentes illud ad ciuitatem noſtram Bononienſem duxerimus commutandum, poſtmodum ceſſantibus dictis cauſis præfatum concilium in ipſa ciuitate Baſileenſi decreuimus per noſtros legatos, qui ibidem noſtro nomine præſiderent, continuari debere, prout in diuerſis deſuper confectis literis noſtris plenius continetur. Cum autem epiſcopi, qui Baſileæ congregati erant, prout ſunt etiam, poſt diſſolutionem & decretum noſtrum huiuſmodi, ac etiam ante aduentum dictorum legatorum, non ad communem vtilitatem, ſed ad priuatas paſſiones intenti, nullaque ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſuffulti multa & grauia etiam præter illa pia, propter quæ fuerat ibi principaliter a principio concilium conſtitutum, tanquam haberent generalis ſynodi nobis etiam contradicentibus poteſtatem, diſponere, ordinare, ſtatuere, ſancire, declarare, & mandare præſumpſerunt in noſtrum, ſedis Apoſtolicæ, ac venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium, & aliorum nobis adhærentium graue præiudicium, præter & contra ſanctorum patrum decreta, & canonicas ſanctiones, non attendentes quot, & quæ per eos ſic perperam ſtatuta, facta, & ordinata exiſtunt, ſi ſub diſſimulatione & ſilentio præteriremus, in magnum atque euidens præiudicium Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis, & graue ſcandalum plurimorum veriſimiliter redundare poſſent, cum non ad reformationem ſed deformationem, non ad vnitatem ſed ad ſciſſuram Eccleſiæ, non ad hæreſes tollendas, ſed nutriendas, non ad pacem fidelium ſed diſcordiam ſeminandam ſpectare videantur, ac propterea volentes, prout ex debito paſtoralis tenemur officij, quantum Altiſſimus permiſerit, futuris ſcandalis celeri remedio prouidere, omnia & ſingula geſta, facta, ordinata,

Bonorum Baſileenſis modo praemiorum dictis.

Ob praemiis dictis nonnulli hæc mita perperam.

ſan-

Digitized by Google

ſancita, decreta, & declarata per præfatos Baſileæ congregatos & exiſtentes, videlicet citationes & proceſſus, ſententias, ſtatuta & decreta, quæ de nobis ſeu contra nos, iura & libertatem noſtrarum & ſedis Apoſtolicæ, vel venerabiles fratres noſtros S. R. E. Cardinales, ſeu ipſorum aliquem, aut prælatos quoſcumque, ſiue curiales aut Romanam curiam ſequentes vſque ad præſentem diem facere, ſtatuere, attentare, & ordinare nimium præſumpſerunt, & quæ vſque ad acceſſum legatorum ad ſupraſcriptam Baſileenſem ciuitatem, & in ipſo concilio præſidentiam quamlibet per eos in futurum fient, agentur, ordinabuntur, ſancientur, ſtatuentur, attentabuntur, & mandabuntur, exceptis ijs, in quibus eis per noſtras literas facultatem conceſſimus, irrita eſſe, & inania, nullumque effectum debuiſſe aut debere ſortiri, auctoritate Apoſtolica de conſilio & aſſenſu præſatorum ipſorum fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium tenore præſentium declaramus, decernimus, & pro infectis haberi volumus & mandamus, ipſaque & maxime legationem in terris Eccleſiæ, creationes & ordinationes officialium, beneficiorum collationes, & omnia & ſingula inde ſecuta, vel quæ in poſterum ſequi poſſent, ex nunc præfata auctoritate, cum de facto proceſſerint, de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine caſſamus, irritamus, & annullamus, ac nullius eſſe decernimus roboris vel momenti; inhibentes diſtrictius omnibus Chriſtifidelibus, ne decretis, ordinationibus, mandatis, factis, & geſtis huiuſmodi modo aliquo pareant vel intendant, aut pro talibus reputent; declarantes omnes & ſingulos cuiuſcumque ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtant, etiamſi imperiali, regali, cardinalatus ſiue quacumque alia eccleſiaſtica vel ſæculari præfulgeant dignitate, nullo vinculo iuramenti, promiſſionis, pacti, aut conuentionis prædictis tactæ quomodolibet ſe tueri. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIII. IV. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* III. Cum vero ea præcipue decreta Baſileenſium, quæ III. id. iulij prolata fuerant, pontificiam conuellerent auctoritatem, Eugenius nouo diplomate III. id. ſeptembris illa reſcidit, ac dignitatibus exauctorauit, qui ea tuerentur.

Iudicia in Pontificem & Card. reſciſſa.

21 Vulgatæ ſunt aliæ eiuſdem Eugenij idibus ſeptembris exaratæ literę apologeticę, quibus a diſſidij vniuerſi auctores extitiſſe præſules Baſileenſes perſpicue oſtenditur. Potiorem hanc earum partem delibandam putauimus, quamquam etiam nonnulla in ea contenta ſuperius perſtrinximus.

a Ext. inſerta alijs Eug. lit. quæ aſſeruntur in actis conc. Baſil. ſeſſ. 15. pag. 43.

Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Nos indebite criminantur, quod ſcandala in Eccleſia Dei introducendi cauſa concilium diſſipauimus, cum ipſum a Baſilea commutare neceſſitatibus vrgentibus coacti fuerimus. Et quamuis nunc nobis ipſas cauſas per præfatum oratorem intimatas inficiari non vereantur, orbi tamen toti notiſſimum eſt illas cauſas celebrandi concilij impeditiuas extitiſſe veras: nam fere octo menſes effluxerant poſtquam ipſa initiari debuit ſancta ſynodus, nec adhuc Baſileæ conuenerant tres epiſcopi aut alij in toto numero decem prælati, Regumque & principum procuratores ſiue nuncij pauci ſiue nulli aderant, cum quibus de Chriſtianorum pacatione ſiue concordia poſſent aliqua pertractari, vt in concilijs primum eſt decens inquirere; doctorum & magiſtrorum fere nulli intererant, qui hæreticorum verſutijs reſiſtere poſſent, ac argumenta eorum ſophiſtica ſcirent refellere: locus etiam ipſe Baſileenſis ciuitatis minime tutus videbatur tum propter armatam finitimam hæreſim Bohemorum, tum propter ſubortam guerram inter dilectos filios viros illuſtres Burgundiæ & Auſtriæ duces. His igitur iuſtis & legitimis de cauſis non ſcandalizandi clerum ſiue errores ſtudio conficiendi de ipſorum Cardinalium plurimorum conſilio & aſſenſu, qui nunc Baſileæ conueniunt, & hanc commutationem damnant, illam fecimus; præſertim his etiam de cauſis moti, quia ſperabamus, quod in Italia conſiſtente chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Romanorum tunc Rege, nos facilius ambo potuiſſemus Bononiæ conuenire adeſſentque ibidem Bononiæ tunc celerius prælati & principes in numero copioſo, ſiue ipſorum procuratores & nuntij, cum quibus melius & grauiori maturitate ſingula in concilijs agenda expedirentur, & maiori cum reuerentia ab omnibus Chriſti fidelibus reciperentur, quam illa, quæ per paucos Baſileæ conuenientes fieri forſitan contigiſſent.

Diſſoluta Baſileenſium obiectiones.

Baſileenſes conueniunt quam tarde ...

Adeſſet amplior conuentus Bononiæ celebrandi ſpes.

Neſcimus ergo quomodo ipſam audent commutationem reprobare, cuius ipſi plurimi fuerunt auctores præcipui, damnant namque eorum geſta non noſtra, quia tunc eramus grauiſſima corporali infirmitate grauati, cum ipſi diſſolutionem & translationem ipſam promouebant, ſuadebant, & efficere ſtuduerant, nobis præcipue ad memoriam reducentes, & his rationibus compellentes, quod dum eramus in minoribus conſtituti vna cum ipſis & alijs fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus voto & iuramento nos aſtrinximus, quod illo in loco concilium teneremus, in quo maiori parti Cardinalium magis expediens videretur, cum Baſileæ non ſperaretur poſſe concilium celebrari temporibus a iure decretis, iam fine temporis inſtante & impedimentis ſubſiſtentibus antea enarratis, ſicque ipſi mutationem ſiue translationem neceſſariam eſſe dicentes, & vt alio in loco transferremus ſedulo requirentes.

Mores eo Baſileenſes translationem etiam ſuaſerant.

Tandem fuit cauſa finalis, vt ipſam translationem ſiue commutationem faceremus, quam tamen & iuſtam fuiſſe & nobis ſolis cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus facere licuiſſe, prout egimus etiam abſque alterius conſenſu concilij, nemo ſanæ mentis ambigere debet. Nam etſi canon Conſtantienſis concilij, qui incipit: *Frequens*; ab ipſo concilio editus & a felicis recordationis Martino prædeceſſore noſtro non improbatus locum mutare vel tempus inceptionis concilij prorogare nobis ſine concilij conſenſu prohibere videatur, non tamen debet ſic abuſiue interpretari, vt cauſa imminente nobis etiam ſolis adempta fuerit circa loci mutationem & temporis prorogationem diſpenſandi facultas, cum etiam ſi a Martino editus extitiſſet, illa non fuiſſet ſiue eſſe debuiſſet prohibentis intentio, quæ ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari poſt ipſum quinimmo eadem poteſtate functuris; & inſertur; prout eſt ſecundum omnia iura in hac parte, concilium inferius ſummo Pontifice, Papamque ipſis priorem nequeunt ſoluere vel ligare: ſed nos in his concilio ſuperiores ipſum poſſumus pro libitu regulare; nam hoc de iure notiſſimum eſt, quod poſſumus quæcumque ſtatuta, decreta, declarata, ſiue ſancita per quoſcumque prædeceſſores

Obiectio alia de canone Conſtantienſis concil.

Martinus non potuit ſucceſſoribus contrahere auctoritatem.

Papa non ambiguo concilijs ſuperior.

res neſtros vel per quæcumque concilia, dummodo in ipſis fidei fundamenta non exiſtant, ſiue ex hoc vniuerſalis Eccleſiæ bonum principaliter non turbetur, vt vicarius Chriſti & irreprehenſibiliter pro noſtro amouere & corripere libitu voluntatis, & contra ſentire non eſſe longæuum ab hæreſi velle ligare manus vicarij Ieſu Chriſti & in terris Dei legati, ſine ipſius geſta iudicare vel improbare, quod ſacrilegij crimen habet.

Contraria ſentire hæreſi proxima.

Sed quæſumus nobis dicant, qui nobis detrahunt, quæ hæreſis, quæ vniuerſalis eccleſiæ turbatio ex hac translatione loci ſurgere poterat, ſi nos ſanctam ſynodum Bononiæ commutauimus, vt eius bonum non fruſtraretur vlterius, quod iam menſibus octo ſine fructu aliquo extiterat prorogatum & ipſius initiandi poſtmodum Baſileæ veſtigia commoda nulla videbantur? Profecto nullius per iuris tramites ambulans, & non paſſione ſeductus, aſſereret, quod Eccleſiæ fecerimus perturbationem, ſed ſalutem, nec celebrationem concilij fruſtrauimus, ſed id accelerare concupiuimus. Taceant ergo hi, qui ſic nobis inhumaniter detrahunt, quoniam non ad Chriſtianorum & Eccleſiæ noxam commutationem fecimus, ſed pro ſalute tutiſſima, vt citius quæ in concilio forent agenda, finem debitum ſortirentur. Fuit igitur a Baſileenſi ciuitate legitima pro tunc noſtra concilij diſſolutio, ac ipſius ad Bononiam iuſtiſſima translatio, & aſſerentes contra ſunt penitus ab omni veritate ac fide catholica alieni: *Et infra*. Quam igitur Eccleſiæ turbationem fecimus eum, vt paulo ante narrauimus, illo in tempore, quo concilium commutauimus fere nulli prælati conuenerant? Non poterant igitur perturbari, qui non aderant, quia quod concilium Baſileæ fieret non curabant: nam ſi affectaſſent ibidem in tempore conueniſſent; nec quo ad illos, qui conuenerant, quia ita pauci numero erant, quod ſine noſtra auctoritate eccleſiam vniuerſalem repræſentare non poterant, quamuis ipſi eam repræſentare ſe dixerint.

Calumnia contra diſſolutionem concilij diluta.

Pauci Præſules non poterant repræſentare Eccleſiam vniuerſalem.

Concilio igitur ad ipſam Bononienſem ciuitatem legitime tranſlato iidem poſtmodum Baſileæ conuenientes velut locuſtæ acephali canonicum ſine noſtris præſidentibus non fecere concilium, cum auctoritate carerent Apoſtolicæ ſedis. Nec veræ ſunt, quas faciunt excuſationes, quod Conſtantienſis Senenſiſque atque felicis recordationis Martini, ac noſtra auctoritate ipſorum concilium vires habuerit & habeat, nam nos prædictis veris cauſis ſubſiſtentibus, & noſtram & piæ memoriæ Martini & ipſorum conciliorum auctoritates, vt iure fecimus, reuocare potuimus, vt paulo ſupra inſinuauimus, quare poſt ipſam canonicam diſſolutionem, & auctoritatum prædictarum reuocationem abſque vlla Apoſtolica auctoritate conueniebant ſiue conueniunt, vnde verum non eſt dicere eorum canonicum poſt noſtram diſſolutionem & ſine noſtris præſidentibus fuiſſe vel eſſe concilium, quoniam nulla rata eſt vel vnquam erit ſynodus generalis, quæ ſummi Pontificis non fuerit auctoritate ſuffulta, nec etiam eorum Spiritus ſanctus eſt caput, cum miſericors Ieſus Chriſtus ſuper omnia ſummum Pontificem Eccleſiæ poſt tranſitum Verbi ad Patrem caput & principem ab ipſo Chriſto & Eccleſia conſtitutum Eccleſia inſtituerit, nos videlicet, qui locum retinemus ipſius vicarij Ieſu Chriſti quamuis immeriti. Sacrilegum igitur a nobis poſtulant & hæreticum, vt declarare velimus retroactis temporibus Baſileæ continue fuiſſe concilium, cum poſt noſtram diſſolutionem ſine noſtris præſidentibus regulare non fecere concilium, quia eorum dicta, geſta, & facta omnia contra Diuina iura pariter & humana perperam ſunt confecta, & quæ per nos nullatenus ſunt debita comprobari: & in hoc eſt, quod Chriſtianam religionem circumuenire cupiunt, vt ſub colore, quod continue Baſileæ concilium fuiſſe declaramus, omnia eorum geſta & facta comprobemus, quæ adeo ſunt minus bene compoſita, vt etiamſi ab habentibus poteſtatem promulgata fuiſſent, eſſent irritatione, annullatione, & reuocatione digniſſima, &c. *Dat. Romæ apud S. Laurentium in Damaſo anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIII. *id. ſeptembris pontificatus noſtri anno* III.

Falſo prætendunt auctoritatem Martini.

Nulla eſt ſynodus generalis quæ Pontificia auctoritate caret.

Id aſſerere facinoroſum & hæreticum vocat Eugenius.

22 Dum temeraria Baſileenſium geſta refellebat Eugenius, illi in pertinacia obfirmati præſide Iuliano Cardinale S. Angeli ſeſſionem decimam tertiam III. id. ſeptembris habuere [a], in qua Pontificem de contumaciæ crimine poſtulare, vt ſæpe antea, auſi ſunt. At Vvillelmus dux Bauariæ Imperatoris nomine obſtitit, ne aliquod nouum facinus patrarent. Confirmare vero ipſos in obſequio ſedis Apoſtolicæ ſtudebat Eugenius cauſæ ſuæ æquitate, tum iniquitate Baſileenſium factioſorum collocata in luce: quo argumento extant datæ ad Ericum Daniæ & Vvladislaum Poloniæ Reges literæ [b].

Baſileenſis ſynodus temeraria, ſeſſio ... a ... conc. Baſil. ... 13. ...

b Lib. brev. pag. 72.

Chariſſimo in Chriſto filio Vvladislao Regi Poloniæ illuſtri ſalutem, &c.

Poſt receſſum dilecti filij Nicolai oratoris & procuratoris tui nullas literas recepimus a tua ſerenitate, audiuimus tamen de ſoſpitate tua & bono ſtatu, quod fuit nobis, & eſt audire iocundiſſimum; diligimus enim tuam perſonam ſincera animi affectione, ac præcipua quadam charitate complectimur propter tuam ſingularem erga nos & ſtatum noſtrum & Eccleſiæ affectionem pariter, & deuotionem. Intelligimus quotidie quanta cum maturitate conſilij procedas circa factum concilij Baſileenſis, in quo prout aperte potes perſpicere, exiſtunt homines magis cupidi ſeditionum & nouitatum, quam pacis Chriſtifidelium & vnionis Eccleſiæ, qui quid quærant, quid moliantur contra nos non obſcure ſignificant; non enim ad reformationem Eccleſiæ vacant, ſed ad depreſſionem Romanæ eccleſiæ atque noſtram: ſed obtundet Deus eorum conatus per tuam, & aliorum fidelium & deuotorum principum ſapientiam. Verumtamen nos ſemper ad pacem & quietem Eccleſiæ & Chriſtifidelium intenti miſimus Baſileam noſtros oratores cum pleno mandato de comprobando illud concilium ſuper tribus rebus, propter quas ſolas concilium fuerat a principio congregatum, extirpationem hæreſum, reformationem Eccleſiæ, ac procurandum Chriſtifidelium pacem, quod ſi illi acceptabunt, lætabimur in Domino propter bonum reipublicæ Chriſtianæ, ſi vero minus, notum erit omnibus fidelibus, illos ſequi conſilia perniciosa Eccleſiæ, & ab vnione remota. *Dat. Romæ, &c.* III. *id. octobris anno* III.

Grauiſſimæ Eugenij contra Baſileenſes querelæ.

23 Sublaturus hæc diſſidia Sigiſmundus, repreſſurusq; Baſileenſes factioſos imperiali præſentia ſperabatur, qui veluti interpres concordiæ inter Pontificem ac præſules iter ſuum in Germaniam retardare viſus eſt, donec Eugenius literas de adhærendo pure Baſileenſi concilio in his, quæ ad excindendas hæreſes, Eccleſiæ excolendos mores, ac pacem inter principes conciliandam gererentur, expediret, atque abbatem S. Iuſtinæ mitteret, de quo cum Franciſcus Foſcarus Venetorum

Adhæreſcit Eugen. concilio in his quæ ad errores ſcindendos & pacem ſpectant.

dux

dux Eugenium feciſſet certiorem, reſcripſit Pontifex [a], illa iam, antequam Imperator abiret Roma, fuiſſe decreta, morboque implicito abbate, epiſcopum Ceruienſem eadem poteſtate fultum extitiſſe.

a Lib. breu pag. 71.

Dilecto filio Franciſco Foſcari duci Venetiarum, &c.

Dux Venetus pacis eccleſ. promotor.

Recepimus tuas literas cum interclusis copijs earum, quæ chariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Romanorum Imperator illuſtris per nos fieri petit circa puram adhæſionem noſtram concilio in illis tribus rebus, & miſſionem dilecti filij abbatis S. Iuſtinæ, vel alterius, ſi ipſe accedere non poſſit. Agimus tibi gratias, quas poſſumus, pro laboribus, quos tanta cum diligentia ſuſcipis pro ſtatu & honore noſtro & Eccleſiæ. Verum, vt ad ea, quæ Imperator petit, breuibus reſpondeamus, ſcias abbatem S. Iuſtinæ hinc diſceſſiſſe quarta die præſentis menſis iturum Baſileam: cauſa autem tarditatis fuit morbus, quo diutius eſt detentus, ſed etiamſi acceſſiſſet, in ciuitate Baſileenſi iamdudum fuit venerabilis frater epiſcopus Ceruienſis orator noſter cum bullis neceſſarijs & cum omnibus ijs, quæ Imperatoe, modo vellet fieri, quæ hic cum eo ante ſuum diſceſſum fuerunt concluſa, ipſo laudante & approbante, ac dicente, prout alias tibi ſcripſimus, nos plus feciſſe, quam deberemus. Statim enim paulo poſt Imperatoris diſceſſum miſimus cum omnibus ijs, quæ Imperator tunc requirebat, & ſuper illis tribus practicatis & concluſis & alijs, prout viſum fuie, epiſcopum præfatum, qui in principio ſeptembris Baſileam peruenit: ſunt autem ibidem, qui noſtro nomine debent in concilio præſidere, cum quibus tractare poterit, quæ pro vtilitate eccleſiæ videbuntur. Itaque non eſt neceſſe, vt Imperator propter hoc iter ſuum retardet, aut expectet aduentum abbatis: & ſatis, miramur imperatoriam ſerenitatem ea, quæ concluſa & acta ſunt, de nouo fieri poſtulare, ſed credimus ſuam ſerenitatem propter occupationum nouarum multitudinem non tenere iſta memoriæ. *Dat. Romæ pridie id. octobris.*

Abbas S. Iuſtinæ [illegible] decretus.

Subrogatus illi Ceruienſis epiſcopus.

24 Tranſgreſſus demum alpes Sigiſmundus Imperator Baſileam petijt, cuius aduentus ſpe Vvillelmus Bauariæ dux pronos ad ſchiſma præſules ibi agentes coercuerat [b], vti diximus, ne in Eugenium iniquam ſententiam ferrent: ſedatum autem fuiſſe pietate atque auctoritate Cæſarea diſſidium, quod admodum incruduerat, tradit Nauclerus [c]. Et quidem Sigiſmundum cauſam aduerſus ſeditioſos tuendam ſuſcepiſſe, oſtendunt Eugenij literæ [d], quibus ob nauatam in ea rem operam, grates ipſi egit, de Andrea namque Donato oratore Veneto locutus addit: *Ipſe retulit, quamquam ea non incognita erant nobis, quanto cum feruore & cura, quanta diligentia, ac charitate defenderis honorem ac dignitatem noſtram, nullis laboribus parcendo, pro conſeruatione ſtatus noſtri & dignitatis Apoſtolicæ ſedis. Retribuat tibi ille, qui bonorum omnium eſt retributor, pro hac tua tam ſincera affectione animi & operibus laudabilibus, quæ ſunt digna magna laude & ſumma omnium commendatione; nos quidem quas poſſumus agimus gratias tuæ ſerenitati, pro amore & beneuolentia, quam oſtendit erga nos, &c.*

b S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 10. §. 1

Concili a Sigiſmun. Baſileenſes

c Naucl. vol. 2. gen 48. hoc anno.

d Lib. breu pag. 75.

Acta illi ob Eug. gratiæ.

Aſtuerat ille imperialibus ornamentis redimitus, vt ex ipſius ſynodi actis conſtat, ſeſſioni decimæquartæ [e], quæ ſeptima nouembris die celebrata [f] eſt, in qua Baſileenſes peremptorium diem quem conſtituerant iam Eugenio ad diem nonageſimum produxere, ac moderatioribus animis hæc propoſuere, ſi ex concepta formula concilium confirmaſſet: *Vt ipſe dominus Eugenius poſſit agnoſcere puram ac rectam ſacri concilij intentionem, ac veram charitatem, quam erga ipſum habet & habere in futurum intendit, oblationem alias factam in reſponſione data primis ambaſciatoribus ipſius domini Eugenij, quæ incipit: Cogitante, &c. iterum hæc ſancta ſynodus etiam alia addendo repetit ad hunc modum. Ecce, ſi quid culpæ commiſſum eſt, attentando diſſolutionem aut in confectione & publicatione trium bullarum, in reuocatione per ipſum dominum Eugenium fienda contentarum, ſacrum concilium penitus abolet, dummodo ipſe dominus Eugenius omnia & ſingula ſuperius contenta realiter & cum effectu adimpleuerit, & infra terminum in præſenti decreto noſtræ prorogationis ſtatutum huic ſacro concilio per ſuas authenticas literas ſignificauerit, quod ſi fecerit, nemo erit noſtrum, qui pedes eius, vt B. Petri, non oſculetur, qui vicarium Chriſti non honoret. Erit concilij caput, omnes ad eum reſpicient, omnes ei complacere, obſequi &, quantum cum Deo poterunt, deſeruire curabunt. Offerimus etiam quidquid dici aut cogitari poteſt nos fideliſſime facturos, quantum cum Deo fieri poterit, pro omni honore & ſtatu tam ſuæ Sanctitatis, quam omnium ſuorum. Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſi ſolemniter celebrata* VII. *Idus nouembris anno a natiuitate Domini* MCCCCXXXIII. Hæc Baſileenſes: verum fidem eos violaſſe viſuri ſumus, poſtquam nimirum ipſis ſe coniunxit Eugenius, qui præclaris eorum promiſſis adductus meliores concordiæ ſpes concepit, ad quam ineundam paratiſſimum ſe Venetorum duci ſignificauit [a]: *Hi & reliqui*, inquit, *Chriſtiani principes & deuoti aperte intelligent, nos nihil magis cupere, quam vnitatem Eccleſiæ & pacem fidelium, neque per nos deeſſe, quin bona concordia fiat inter nos & Baſileenſes. Hæc fuit ſemper & eſt & erit diſpoſitio mentis noſtræ, vt omnia agamus quantum cum Deo poterimus, quæ ſpectant ad vnitatem ſtatum & incrementum Eccleſiæ ſanctæ Dei & populi Chriſtiani.*

e Acta côc Baſileen. ſeſſ. 14.

f Act. Baſ. ſyn.

Seſſio XIV. Sedant Baſileenſes [illegible] impetus.

Quæ [illegible] petita.

Officia & [illegible]

Concepta inde concordia ſpes

a Lib. breu pag. 74.

Pia & candida mens Eugenij.

Defenderat [b] pontificium honorem in conuentu Baſileenſi Venetorum dux oratorum ſuorum opera, eidemque roganti, vt Cardinales, qui ab ipſo defecerant, intentatis cenſuris non exaſperaret, reſpondit Eugenius [c]: *Cardinalem S. Euſtachij, quamuis digne & merito beneficijs priuare debuiſſemus propter illa, quæ Auinione fecit contra nos & Eccleſiam, tamen neque ipſum neque Cardinalem S. Petri priuauimus beneficijs, habentes patientiam atque expectantes, ſi Baſileenſes ad concordiam venirent, & ne haberent aliquam vel leuem cauſam nos calumniandi. Ioannem Cardinalem S. Sixti receſſiſſe, vel potius ipſum aufugiſſe cum ſua dedecore & contra iuramenta ſua & promiſſiones verum eſt: propter eius vero demerita, quæ multa ſunt, quæ honeſtatis cauſa reticemus, contulimus alijs nonnulla ex ſuis beneficijs; Sed tamen quæ nos antea ei dederamus, &c.* Nec graue fore lectori putamus; ſi ea, quæ de eodem Cardinale ad Regem Aragonum ſcripſit Eugenius [d], afferamus.

b Ib. pag. 75.

c Lib. breu pag. 71.

Aliqui Cardinales Eugenio contrarij. Eugenij erga eoſdem clementia.

Card. S. Sixti ob fidē violatam [illegible] priuatus.

d Cod. ms. I. Alex VII. pag. 116.

Alfonſo Regi Aragonum.

Non ſolum admirari, ſed etiam dolere cogimur ob multas cauſas, chariſſime fili, ex inopinato diſceſſu, ſeu potius turpi fuga dilecti filij noſtri Ioannis tit. S. Sixti presbyteri Cardinalis, qui nuper noctu diſſimulato habitu, & ferme ſolus, ex vrbe aufugit in noſtrum & Eccleſiæ ſcandalum & contemptum: *Et infra.* Talis diſceſſus nos cogit aliter ſuſpicari, ne illis hærere velit, qui ſcandala, diſſenſiones, & ſciſſuram ſuſcitare in Eccleſia moliuntur, quod ille ne poſſit, etiam

ſi vellet, per tuæ ſapientiæ opus prouidendum eſt, &c.] Cæterum redintegrandæ inter hoſce Cardinales, atque Eugenium concordiæ interpretem ſe offerebat Franciſcus Foſcarus Venetorum dux, cui Pontifex ampliſſimam paciſcendi poteſtatem dedit, eoſque ſe in priſtinum apud ſe beneuolentiæ locum reſtituturum eſt pollicitus [a], propoſitaſque tum a Sigiſmundo Imperatores tum ab ipſo duce concordiæ pactiones cum transfugis Cardinalibus & præſulibus Baſileenſibus ſe admiſſurum ipſis Cardinalibus & Baſileenſibus expoſuit [b], eoſdem hortatus, vt ad augendam rem catholicam vna cum ipſo ſtudia ſua animoſque coniungerent: *Remittimus igitur*, inquit, *ad vos præfatum oratorem cum dictis noſtris literis, rogantes atque exhortantes vos per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt memores quantum in reliquis concilijs, Chriſti fides ſtabilita, ſtatus Eccleſiæ exaltatus, ſedis Apoſtolicæ dignitas corroborata fuerit, velitis cum ea charitate ac grauitate, qua tales patres decet, ea procurare, ea agere, quæ Altiſſimo grata ſint, & ſalutaria populo Christiano: nos quidem vos & veſtrum ſingulos ſic agentes omni fauore, beneuolentia, & paterna charitate complectemur.*

Dux Venetus inter profugos Card. & Pont. inire pacem poſcit.
a Ibid. pag. 75.
b Ibid.
Monet ne ab aliorum conciliorum exemplo deficiant.

25 Non deerat grauiſſima ſuſpicio Baſileenſes dolo agere: ipſos ſiquidem non ſincere Pontifici fuiſſe conciliatos, docuit exitus, quod cum præuideret Eugenius Venetiarum duci ſignificauit [c], cauendum ne qua fraus ſub verborum fucis irreperet.

Non ſincere acta res a Baſileenſi concil.
c Lib. breu. pag. 73.

Dilecto filio nobili viro Franciſco Foſcari duci Venetiarum ſalutem, &c.

Sicut ſæpius ad te ſcripſimus reſpondentes tuis literis, ita & nunc quoque reſpondemus, nos pro poſſe omnia facturos, quæ cognouerimus ſpectare ad honorem & ſtatum ſedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ pacem, neque deuiaturos ab honeſtis conſilijs, ac ad vtilitatem Eccleſiæ ſpectantibus, ſed tamen adeo malitia hominum excreuit, adeo multæ fallaciæ intentantur, vt & Imperatori & tibi ſit ſumma prudentia vtendum, cauteque ambulandum, ne aliquid lateat ſub velamine verborum, quod poſſet ſcandalum nobis parere. Nos quidem bonam intentionem noſtram atque affectionem erga pacem & concordiam Eccleſiæ, & verbo, & opere oſtendimus, & dante Domino oſtendemus. [Tum de Sigiſmundo Imperatore, quem aduerſarij ſpargebant pontificijs cenſuris perculſum, hæc adijcit:] De bulla noſtra, in qua dicis tangi perſonam Imperatoris, & quorumcumque aliorum fauentium concilio, non eſt, prout forſan putas. In ea ligantur illis Baſileenſes, ne procederent ad priuationem eorum, qui nobis & veritati fauent: fecerant enim eorum certum decretum, in quo ſub pœna priuationis beneficiorum, inter cœtera inhoneſta mandabant, vt exiſtentes in curia diſcederent. Itaque nos etiam, ad curialium requiſitionem illud decretum reuocauimus, ac mandauimus quibuſcumque, ne eorum priuationes acceptarent. Quod autem ibi dicitur, etiam imperiali, regali, reginali, vel alia quauis dignitate fulgentibus, illud de ſtylo & obſeruatione quadam in ſimilibus conſueta poni ſolet, quod ſi Imperatorem offendit remouebitur, certi tamen ſumus, quod ipſe non acceptabit illorum priuationes, neque fauebit illorum iniquitati. [Nonnulliſque interiectis de Nicolao Fortebrachio Peruſino, cum quo de redintegranda pace ſolicitabatur a Veneto, hæc reſpondit:] De Nicolao vero, vt videas quanto ſtudio pacem quærimus etiam cum illis, qui nos plurimum offenderunt, cum dilectus filius nobilis vir comes Antonius pro pace tractanda ad nos veniſſet, quædam concluſimus cum eo: & vt tibi pareat æquitas noſtra, mittimus tibi & petitionum ſuarum & noſtrarum reſponſionum copiam præſentibus incluſam. *Dat. &c. kal. decembris anno* III.

Addicta in ... Baſileen. ...
Nicolaus a Fortebrachio vide infeſtus.

De Nicolao appellato Fortebrachio tradit Stephanus [a] Infiſſura, illum multo ſuccinctum equitatu per pontem Miluium ad vrbis mœnia excurriſſe, tum per Latium prædam egiſſe. Addit vero S. Antoninus [b] illum rebellandi cauſam finxiſſe, quaſi Pontifex ipſum dolo opprimere meditatus eſſet; Tibureque occupato magnum terrorem Romanis intuliſſe. Quo porro tempore is a Pontifice, ſub quo ſtipendia fecerat in expugnanda Vetralla, edomandiſque Romanæ eccleſiæ hoſtibus, deſciuit ad ducem Mediolanenſem, B. Franciſca [c], dum menſe iulio ob æſtiuos calores feneſtræ innixa frigidiorem auram captabat, ac diuinam omnipotentiam in ſtellato cœlo contemplabatur, repente tetram caliginem induci vidit, inque media tempeſtate prouolare verſus Latium horrendum draconem, qui fœtidiſſimas flammas ore euomebat, ac multitudine innumera cuiuſuis ſexus conditioniſque ſtipabatur. Exhorreſcebat illa hæc cernens, cum metum pellere ab archangelo iuſſa eſt, ac deinde videndum ſe obiecit dæmon gloriabundus tot militares turmas & populos ſibi ſubeſſe, atque ocyus imperia quæuis capeſſere: Franciſcæ autem diuinitus ſignificatum eſt, Nicolaum Fortebrachium ea draconis ſimilitudine expreſſum in Pontificem perduellionis ſigna extuliſſe. Auxere id bellum Columnenſes Antonius Salernitanus princeps atque Eduardus Celani comes, qui Nicolaum Fortebrachium ſuis arcibus excipere, ac ſuas cum illo coniunxere copias. Erant ij pridem infenſi Eugenio, qui expilatum ab ipſis pontificium theſaurum vrbeſque & alia ditionis eccleſiaſticæ loca repetijſſet, eaque reſtituere detrectantes fregiſſet bello, paciſque leges accipere coegiſſet: quorum frater Proſper Cardinalis, qui ad officium illos reuocare debuiſſet inter eos tumultus, ad ipſos ſe ea vrbe proripuit, quos Pontifex perduellionis ideo nota inuſtos veteres cenſuras ac pœnas ſuperioribus edictis contentas contraxiſſe pronuntiauit [d].

Bellum ab eo illatum Eugenio,
a Steph. Inf. m.s. arch. Vat. ſign. n. 111.
b S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 10. §. 2.
c Vit. S. Franciſca lib. 3. cap. 24.
Molimina in Eugen. prædicta a dæmone.
Columnenſes ſe illi coniunxere.
Proſper Card. cum ijs ... ſe ...
d Lib. 10. pag. 53.

Studio quoque nouarum rerum incitatus Carolus Malateſta, perturbatis conditionibus & pactionibus cum Pontifice ac Venetorum duce confectis, Piſaurum occupauit. Excuſſerat iam ante ea vrbs Caroli iugum ob vectigalium grauitatem, acerbitatemque imperij, ac Pontificis vti ſupremi domini fidem implorauerat, demumque interprete concordiæ duce Veneto conuentum fuerat, vt Malateſta ingreſſu vrbis abſtineret: ſed dolo vſus eſt, vt priſtinum Piſaurienſibus imponeret ſeruitutis iugum. De quo certior factus a Franciſco Foſcaro Eugenius reſcripſit [e], in eo rei diſcrimine vtriuſque honori conſulendum eſſe.

Piſaurum a Malateſta occupatum.
e Lib. breu. pag. 71.

Eugenius, &c. Recepimus tuas literas ſuper facto ciuitatis Penſaurienſis, quam nouiter occupauit Carolus de Malateſtis, & quid nobis conſulas intelleximus. Super hac te antea ſcripſimus tuæ excellentiæ, dolentes de proditione & iniuria per Carolum factis non nobis, qui nullam in eo fidem habebamus, ſed tibi, in cuius manibus ... & caſtra ſua & ciuitatem ... poſuerat, nam niſi hoc nos feſelliſſet, fides ſcilicet data tibi, nunquam eo modo in ciuitatem introiſſet: verum poſteaquam in hoc loco res ſunt, conſideret tua prudentia quomodo hæc tractanda ſint, vt noſter honor &

Ducis Veneti fides erga eundem ...

eccleſiæ, ac etiam tuus ſaluetur. *Dat. Romæ pridie id. octobris.*

Graue bellum conflatum in Eugenium a duce Mediol.

a Blond. decad. 3. lib. 5.

Franciſci Sfortiæ in Picenum irruptio.

b S. ant. ſup. §. 2.

c Lib. breu. ep. cur. pag. 77.

In Spoletanum ducatum alia excurſio.

26 Concitatum [a] etiam acre bellum eſt in Eugenium a Philippo Maria duce Mediolanenſi, qui cum Italiæ dominatum affectaret, ægerrime ferebat ambitioni ſuæ frænum a Pontifice inijci: ſubmiſſus itaque ab eo eſt Nicolai Fortebrachij, de quo paulo ante memoraui, auunculus Franciſcus Sfortia [b], qui ſimulato in Neapolitanum regnum ſeceſſu Picenum ingreſſus pluries vrbes ex inſidijs occupauit, cum iactaret, ſe a concilio Baſileenſi de ſubducenda Eugenij obſequio ditione eccleſiaſtica imperia accepiſſe. Irrupere [c] pariter in Spoletanum ducatum nonnulli agminum ductores, iactitantes, creatum a concilio in Italia legatum a quo miſſi eſſent. In tot igitur tantaque pericula adductus Eugenius opem a Venetorum duce proximo ineunte anno petijt, indicauitque [d] a duce Mediolanenſi ea conflari.

Dilecto filio nobili viro Franciſco Foſcari duci Venetiarum ſalutem.

Franciſci Sfortiæ proditio inſignis.

Exiſtimamus eſſe nota deuotioni tuæ, quæ comes Franciſcus Sfortiæ egit contra nos & Eccleſiam in marchia Anconitana, quam fere totam proditorie occupauit nomine concilij, vt aſſerit. Is antea poſtulauerat a nobis liberum tranſitum per terras Eccleſiæ ſimulans ſe iturum in Apuliam ad terras ſuas, & promittens nobis per dilectum filium nobilem virum Micheletum capitaneum noſtrum, ſe in nullo offenſurum terras aut vaſſallos noſtros & Eccleſiæ. At ipſe quomodo fidem ſeruauerit datam, apparet. Venerunt inſuper in ducatum Spoletanum hoſtiliter contra nos Italianus Furlanus & Antonellus de Senis duce & ductore quodam Iacobo de Lunate ducis Mediolani familiari, qui dicunt ſe eſſe commiſſarios cuiuſdam vicarij Italiæ per concilium deputati. Hæc quid ſibi velint conſideret tua prudentia. Oppugnamur nos palam, ſed maiora occulte quæruntur: & certus ſis, quod expugnatio noſtra redundare poterit in tuum præiudicium; eius enim architecti hæc fabrica eſt, qui per huiuſmodi vias & tuam & multorum turbauit & turbare nititur quietem & ſtatum, neque enim contentus erit nos oppreſſiſſe, ſed vlterius procedit eius ambitio. Sub ſimulatione concilij hæc aguntur, ſed aliud, quam prætenditur agitari vides, & conſilia illius iam manifeſte apparent.

Mediolani dux ſub ſpecie concilij Pontificem opprimere conatur.

Velis igitur, dilecte fili, qui ſoles futuris periculis prouidere ſumma cum prudentia & ſapientia, diſcutere iſta mature, & diligenter quorſum euadant cogitare, neque expectare donec procella hæc ſuper alios deſcendat: leuius enim continetur hoſtis in finibus alienis, quam arcetur a propriis. Hoc idem ſcribimus [e] dilectis filijs Florentinis, vt poſſis communi conſilio quieti tuæ reipublicæ, & ſtatui Italiæ prouidere, antequam res deteriorem ſuſcipiant conditionem. Vt autem videas, quid ipſe comes Franciſcus & alij contra nos ſcribant, mittimus tibi copiam literarum ſuarum, quas ad ſubditos Eccleſiæ miſerunt præſentibus inter cluſam. *Dat. Romæ pridie non. ianuarij anno* III. Conceptæ ſunt eodem argumento miſſæque ad Sigiſmundum aliæ literæ, quibus non arbitrari ſe ait [f] tot malorum auctorem concilium extitiſſe: hæc enim non Spiritus ſancti opera eſſe, ſed aliquorum factioſorum, qui concilio interſint, & ſi perfracta in eo fuerint, antequam ipſe Baſileam perueniret, daret operam, vt concilium ſynodalibus literis vulgaret, id ſe bellum damnare.

Veneti & Florentini ad Italicâ libertatem defendendam ſollicitati.

e Extant huiuſm. lit. in m. 1 cod. Alex. VII. pag. 257.

Mon. 10. Sigiſmundus vt factioſos Baſileæ coerceat.

f Lib. breu. pag. 76. & in cod. m. 1. Alex VII. pag. 126.

Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Romanorum Imperatori illuſtri.

Sumus certi, quod hæc diſplicebunt tibi, cum ea audieris, quem ſcimus diligere noſtrum & Eccleſiæ ſtatum: ſed nec etiam credimus id de voluntate concilij procedere, cum non ea ſint opera Spiritus ſancti, ſed potius quorumdam particularium reſidentium in concilio, quos tua ſerenitas debet comprimere & coercere in hac parte. Lugenda enim ſunt & abominanda, quæ per tales viros committuntur, quibus per tuæ potentiæ & prudentiæ remedia prouidendum eſt. Cum enim defenſor & protector ſis Romanæ eccleſiæ & ad tuam celſitudinem præcipue ſpectet illam tueri & defendere, per tuum opus obuiandum eſt, ne Eccleſia ſub hac diſſimulatione concilij & vicarij ſuo patrimonio ſpolietur: patiens eſt enim Deus, qui eſt Rex ſuper omnes reges, & nauiculam ſuam multoties fluctuare permiſit nunquam autem immergi. Vides nos feciſſe, id quod nobis conſuluiſti in facto concilij, prout ex literis noſtris conſtat deſuper confectis. Itaque etiamſi forſan nonnullorum nos odientium conſilio ſeu opere ante tuum aduentum ad ciuitatem Baſileenſem hæc mala ordinata ſunt. De terris Eccleſiæ remoueantur & tua & concilij auctoritate, ne ſub hoc velamine illorum facinora poſſint latere.

Multa ſcelera a factioſis ſub nomine concilij.

Et certe valde admiramur conſilia illorum, qui hæc moliti ſunt qui, vt nos impugnent, ſtatum Eccleſiæ ſubuertere & eius patrimonium gentibus armorum ad prædam & incendia ſubmittere voluerunt. Parcat illis Deus, & ad ſanam mentem reducat. Verum tui operis & debiti eſt, etiamſi qui forſan vellent malignari, ne id poſſent efficere, & quod forſan per nonnullos factum eſt, vt retractetur operam dare & opportuna ad hæc remedia adhibere, prout vtile videbitur ſerenitati tuæ. Bonum eſſet per concilium & tuam ſerenitatem oſtendatur literis & nuntijs, id vobis diſplicere: & ita agendum videtur ad præſens, vt ſcribendo comiti præfato & alijs prout vobis viſum fuerit, ac mandando, vt a talibus rebus deſiſtant & ablata reſtituant, ne amplius prætendere poſſint concilij auctoritatem. *Dat. Romæ.* Conſignatæ ſunt hac temporis nota literæ præcedentes III. *idus octobris anno* III.

Eugenij odio eſſe res eccleſiæ turbari.

57 Legatos a concilio Baſileenſi Cardinales S. Crucis & S. Petri ad Philippum Mariam Mediolani ducem, vt ad terras quas Eccleſiæ eripuerat reſtituendas ipſum inducerent: verum id fruſtra fuiſſe narrat Monſtreletus [a], qui etiam tradit, Sigiſmundum Imperatorem ad concilium ſe contuliſſe, vt ad ſedanda bella, quæ Angli & Burgundi gerebant cum Francis, incumberet: ea autem acerrima fuiſſe ac plurimas hinc inde illatas acceptaſque ſæuas clades deſcribit [b]. Cæterum Philippus dux Burgundiæ ſtudioſiſſimus erat Eugenij, qui miſit Burgundo hoc anno per Robertum Anclou canonicum Pariſienſem in pontificia curia procuratorem ducis pretioſiſſimum Euchariſtiæ, quæ ab impio quodam homine perfoſſa ſanguine manauerat, munus. Extat eadem re in Diuionenſis eccleſiæ tabulario apoſtolicum diploma [c] XXVII. ſeptembris pontificatus anno III. conſignatum, in quo Philippum ducem ita alloquitur Eugenius: *Tibi hoſtiam quandam ſub imagine Saluatoris in throno ſedentis mirabile Sacramentum dominici corporis, multis in locis a veſana cuiuſdam feritate gladij ictibus perforatam, & ex ea ſanguine reſperſam in locis præfatis, quæ in ſacrario noſtro erat recondita, tuæ piæ deuotioni concedimus*

Card. a Baſileenſi conc. ad ducem Mediolani miſſi.

a Monſtrel. vol. 2. hoc ann. pag. 96.

De pace inde Galliæ actum.

b Monſtr. vol. 2. pag. 90. ad 97.

c Ext. apud Galt. in chron. ſæc. 15. ex vetuſt. eccl. Diuionen.

Euchariſtia perfoſſa cruor emanat.

mus & donamus, volentes & mandantes tibi, vt eam in aliqua eccleſiarum, quas poſſides, aut in alio loco celebri, cum honore & reuerentia recondas futuris temporibus reuerendam, prout tanti Sacramenti maieſtas & magnitudo requirit. Hanc maxima veneratione acceptam Philippus ex Inſula vrbe Belgij Diuionem tranſmiſit, vbi in ſancto ſacello collocata a pijs maxima religione colitur. Ad hanc Ludouicus XI. cum ſumpta Euchariſtia ex morbo diuinitus conualuiſſet, regiam coronam, qua Rhemis fuerat redimitus, religionis ergo miſit, quæ in ſolemnibus ſupplicationibus Euchariſtiæ ſuperimpoſita viſitur.

Miſſa ad ducem Burgundiæ.

Collocata in Diuionẽ ſi templo.

28 De Baſileenſi concilio addemus, congregatos in eo præſules ſolicitaſſe, miſſis oratoribus ſuis, Conſtantinopolitanum Imperatorem & patriarcham, vt orientalem eccleſiam cum occidentali coniungerent: quibus reſpondit [a] Palæologus imminentia diſcrimina ipſum ne tantæ rei nauaret operam diu diſtrinxiſſe, ſibique nil futurum optatius, quam vt concilium œcumenicum ex Græcis & Latinis veteri ritu celebraretur.

A Baſileenſi concilio miſſi orat. ad Imp. Conſtantinop.

a Extant eius lit. in app. Baſil. ſeor. edit. Bin. to. 4. par. 1. pag. 231.

Ioannes in Chriſto Deo fidelis Imperator, & moderator Romæorum Palæologus ſemper Auguſtus, ſacroſanctæ generali ſynodo Baſileenſi ſalutem, in eo, qui omnium eſt vera ſalus.

Literas V. R. recepimus per reuerendum Antonium epiſcopum Sudenſem & fratrem Albertum de Criſpis ſacræ theologiæ magiſtrum oratores veſtros, ex quibus & etiam relationibus præfatorum bene notauimus optimam diſpoſitionem atque intentionem Deo amabilem, quas V. R. pro tota Chriſtianitate gerit, & ſpecialiter pro nobis id, eſt pro vnitate Eccleſiæ ſanctæ Chriſti, & ſuper hoc lætati ſumus maxime, quoniam hortamini nos pro illis, pro quibus & nos iam diu hortati ſumus inſtanter eccleſiam Romanam, multoties enim ſcripſimus & miſimus illuc pro vnitate prædicta, vt omnibus patet. Tantis autem legationibus factis ex parte noſtra, & tanta ſolicitudine oſtenſa, non permiſerunt cauſarum circumſtantiæ, vt finem acciperet noſtra voluntas & tractatus. Ad præſens igitur de eiſdem his & cum ſimili & eadem diſpoſitione V. R. ſcribimus, quærentes fieri concilium œcumenicum ſub præſentia omnium perſonarum neceſſario debentium intereſſe ſecundum antiquum ordinem & conſuetudinem, & tale concilium fieri canonicum, liberum, inuiolatum, & ſimpliciter ſecundum formas antiquorum œcumenicorum conciliorum, & omne illud quod, Deo dante, in tali concilio vnanimiter & concorditer concluſum fuerit, hoc firmum haberi indubitanter, & ſine contradictione & lite quacumque, &c. *Dat. in vrbe noſtra Conſtantinopolitana* MCCCCXXXIII. *die* XV. *octobris*. Proximo autem mente Ioannes Palæologus oratores ampliſſimis mandatis [b] a ſe inſtructos, vt de celebrando concilio paciſcerentur edixit hiſce verbis.

Ioannis ad ſynodum literæ.

Expetit eam ab eo concilium œcumenicum, pro redintegranda coniunctione.

b Extant in lib. priuil. Rom. eccl. to. 2. pag. 266.

Mittit a Palæologo Imp. oratores ad concilium.

*Quoniam miſſi fuerunt ad ſacroſanctum concilium generale Baſileenſe noſtri & Imperij noſtri ambaſſiatores familiaris noſter protoueſtiarius Demetrius Palæologus methochites & honorandiſſimus in ſacris monachis abbas ſacri monaſterij S. Demetrij, & familiaris noſter Ioannes Biſſipas ad conſtitutionem a nobis ſollicitati generalis & œcumenici concilij pro vnione præmeditata Eccleſiarum Chriſti, & dedimus eis ambaſſiatoribus perfectam & plenam poteſtatem & bayliam ſuper & in prædictis; mandat, diffinit, & ordinat imperium noſtrum per præſens chryſobullum ſuum, quod omnia & ſingula illa, quæ ordinauerint, promiſerint, iurauerint, fecerint, & conſtituerint per ſcripturam ſiue ſcripturas ſuper prædictis præfati noſtri ambaſſiatores, reputentur a noſtro imperio, & affirmata ſint tanquam ſi a perſona noſtra præſentialiter facta, ordinata, promiſſa, & iurata forent. Et ſi contingeret impedimentum aliquod, vel mors in aliquo dictorum ambaſſiatorum, tunc quod factum & promiſſum erit per duos ex eis, firmum & validum ſit tanquam ſi per omnes tres factum foret. Et ſic in robur & firmitatem prædictorum iurat imperium noſtrum per iuramentum noſtrum & condecens nobis tanquam Chriſtiano fideli Imperatori, & per orationem & benedictionem ſancti mei Imperatoris domini & patris noſtri felicis memoriæ, & per animam meam; factumque eſt præſens chriſobullum Imperij noſtri a mundi creatione ſex milleſimo nongenteſimo quadrageſimo * ſecundo, a domini noſtri Ieſu Chriſti natiuitate milleſimo quadringenteſimo trigeſimo tertio die vndecima nouembris Conſtantinopoli in palatio noſtro imperiali & ſubſcriptum literis rubeis manu noſtra propria more imperiali cum pendenti aurea bulla.*

Ampliſſima poteſtate ad paciſcendum de concilio œcumenico illi.

* 6942.

At duxerant hoc anno Turcæ Conſtantinopolim in maximum periculum & extremum pene diſcrimen, vt narrat [a] m. s. diarij Veneti auctor: vigeſima enim tertia iulij die Conſtantinopoli Venetias reuerſus Iacobus Lauredanus ad ſenatum retulit, Turcam inſtructa quadraginta nauium claſſe cum nonnullis piſcatoribus, quos auro promiſſiſque ſubornarat, de prodenda vrbe coniurationem feciſſe, re vero pateſacta plures ſupplicio affectos, ac ſuburbana littora euerſa: at barbaros, cum enanuiſſe conſilia ſua animaduertere, ira effeſtati in Trapezuntinum imperium adortos Ponti Euxini littora euaſtaſſe. Addunt Turcicarum rerum ſcriptores [b], Venetos hoc anno Helleſpontum ingenti claſſe occupaſſe, turremque a Solimanno conſtructam obſediſſe, ac denuni poſt varias editas ſtrages pacto fœdere diſceſſiſſe: porro Caramaniæ ſultanum atque Hungariæ Regem armorum ſocietatem aduerſus Amuratem communem hoſtem iniuiſſe, vt ſi Turca in Aſiam irrumperet, Hungari Turcis in Europa bellum inferrent, ſi Turca in Hungaros ſigna attolleret, Caramanus Turcicum regnum in Aſia inuaderet.

a Diar. m. s. Vat. hoc an.

Tentata proditio a Turcis Conſtantinopolis. Et Trapezuntinum imperium infeſtant.

b Leunclau. lib. 14. 2. Muratet Dragoman. in Amur.

Io. Leonic. ex iiſdem. Fœdus inter Caramanum & Hungaros.

Dum ita orientem Mahometani opprimebant, ad eos contundendos in occidente comprimendoſque intentus Eugenius, ac pia Ioannis Regis Caſtellæ conſilia adiuturus Martini V. exemplo omnibus, qui crucis ſuſcepto ſymbolo in Granatenſes religioſam militiam profiterentur, ſtipemue in belli ſumptus conferrent, ampliſſimam noxarum veniam propoſuit [c].

Indicta ſacra militia aduerſus Granatenſes.

c Lib. 10. pag. 106.

Dilectis filiis nobilibus viris principibus, ducibus marchionibus, comitibus, & aliis quibuſcumque baronibus, communitatibus, & vniuerſitatibus ciuitatum regni Siciliæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quoniam ad vniuerſalem Chriſtianorum pacem, & tranquillitatem ſtatus Italiæ plenis affectibus aſpiramus, pro pace atque quiete regni Siciliæ alta nos cura ſolicitat, quo ad regnum ſub ditione & cura Romanæ eccleſiæ, cui præſumus, eſſe dignoſcitur conſtitutum: vnde ad cautelam, conſeruationem, & ſalutem dicti regni nedum ipſius potentiam congregare & vnire, ſed operas ſalutares ad finem conſeruationis eiuſdem tenemur opportunis ſuffragijs adhibere. Nuper quidem veniente iam fama didicimus, & literis chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Ioannæ Reginæ Siciliæ illuſtris accepimus, quod chariſſimus in Chriſto filius

Monitus a Ioanna Regina de Alfonſi aſt. illiſs.

Alfon-

Alfonſus Aragonum Rex illuſtris magna nauium, & galearum claſſe contra voluntatem ipſius Reginæ venit ad inſulam Iſcle, vt multis & euidentibus ſignis apparet, contra ſtatum ipſius Reginæ & ipſum regnum hoſtiliter inuaſurus, quod nobis eſt credere difficile propter ſingularem deuotionem & cultum, quem in nos & Romanam eccleſiam ipſe Rex profitetur habere, & propter promiſſiones a ſuis oratoribus nobis factas, potiſſime cum ipſe cognoſcat regnum idem eſſe peculiare Romanæ eccleſiæ. Verum pro omni eius inuaſione vel inſultu deficere non poſſumus, quin iura dictæ eccleſiæ defenſaremus & vim vi repellere ſtuderemus: & cum præfatam Reginam propter iuſtas cauſas diligamus, cognoſcamuſque conſeruationem ſtatus ſui & pacem atque tranquillitatem eius regni ad nos principaliter attinere, cui in omni caſu auxiliari atque fauere intendimus, nobilitatem veſtram & veſtrum ſingulos in Domino requirimus & hortamur, ac etiam apoſtolica auctoritate mandamus, attento vos eſſe viros ſtrenuos ad tutelam regni ipſius ſpecialiter inſtitutos, quatenus circa protectionem & tutelam & vigoroſam defenſionem præfatorum Reginæ & regni aſſiſtere & excitare velitis omnes vires veſtras ſicuti de probitate ac virtuoſa legatione veſtra plenam fiduciam gerimus, hoc enim caſu euenient totam debetis veſtram potentiam colligere viriliter aſſiſtendo ad protectionem ipſius reginalis ſtatus, pro quo defenſando eſtis obligati: nam ſi ſecus quiſpiam ageret, vel mandatis ipſius Reginæ non ſtuderet veris affectibus obedire, banna, cenſuras, & pœnas, quas ipſa Regina contra minus obedientes rebelles vel contumaces aut minus præmiſſa ſeruantes, duxerit infligendas apoſtolica auctoritate decernimus ratas eſſe, ipſaſque inuiolabiliter obſeruari. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* * MCCCCXXXI. v. *id. ianuary pontificatus noſtri anno* II.

Ioannam ſeruari deſcripta.

Proceres ad ipſam defendendam excitat.

* 1432.

Subornarat, Alfonſus Rex Aragonum nonnullos principes, interque eos Sueſſanum, ad quem comprimendum immiſſæ mox a Ioanna Regina ipſius copiæ, quæ ducatus arces præſidio firmarent. Pontifex etiam ſedandæ diſcordiæ ſtudio miſit ad eundem ducem nuntium apoſtolicum, vt vna cum Ioanne epiſcopo Taruiſino nata diſſidia tolleret, denuntiaretque, ni Reginæ obſequeretur [b], hoſtem ſe eum renuntiaturum. Ioannam vicisſim monuit, vt diſcordiarum cum duce ſemina extingueret, necnon ſuſpiciones, quas de Iacobo & Rogerio Gaietanis conceperat, poneret: *Quantum*, inquit, *pertinet ad nobiles viros Iacobum & Rogerium Gaietanos & ſi non parum miremur, te de Rogerio talia ſuſpicari, quem tibi & ſtatui tuo fideliſſimum & valde gratum exiſtere nobis alias per tuas literas efficaciſſime affirmaſti. Volumus tamen ſaltem quantum ad Iacobum prædictum pertinet, qui ſolus noſter & eccleſiæ ſubditus eſt, omnibus medis quibus poſſibile nobis ſit, ac etiam opportunum pro tui ſtatus ſalute & incolumitate, ne quid tibi iniuria ſeu moleſtia inferatur obuiare.* Ex his purgandus videtur Rogerius Gaietanus, quem agitaſſe cum Alfonſo Rege Aragonum conſilia de prodenda Gaieta, refert Surita [c]. Cæterum ab Eugenio [d] inter eas turbas miſſus eſt Daniel epiſcopus Concordienſis ampliſſimaque auctoritate munitus, vt Ioannam inter atque Alfonſum Regem fœdus redintegraret: quo interprete decennales induciæ initæ [e], Alfonſuſque recedere coactus eſt, cum ambitioſa conſilia euanuiſſe cerneret, ac proceres, quos promiſſis corrumpere nitebatur, Pontificis ſtudio in Ioannæ fide perſtitiſſe.

Sueſſanus dux Alfonſo fauet.
a Summon hiſt. Neap lib. 4. c. 3 Surit. lib. 14. annal cap. 11. & 12.
b Lib. 15. pag. 142.
Iacobus & Rogerius Gaietanus proditionis ſuſpicione perſtricti.
c Sur. lib. 14. annal cap. 11.
d Lib. 15. pag. 127.
Concordienſis ep. legatus ad Ioannam.
Percuſſis decennalibus induciis Alfonſus abſcedit.
e Summon lib. 4. c. 3.

29 Ad amplificandam in Aſia religionem & Chriſtianos erudiendos Eugenius, cum accepiſſet in Caſpijs montibus plures facile ob infidelium commercia erroribus varijs irretiri, Cornelium epiſcopum Atrachitanum in eas oras legauit [a], iuſſitque viginti Minoritas in eam Domini vineam adducere, quos ampla poteſtate auxit.

Miſſi ab Eugenio ad barbaricas gentes præcones euangelici.
a Lib. 15. pag. 151.

Venerabili fratri Cornelio epiſcopo Atrachitano ſalutem, &c.

Nuper te referente didicimus, quod in montibus Caſpijs, qui iuncti ſunt finibus Tartariæ & Armeniæ & montibus Gog & Magog ingens Chriſtiani populi habitat multitudo, & quod propter defectum prædicatorum verbi Dei & ſedis Apoſtolicæ diſtantiam propinquitatemque infidelium multi a via veritatis & fide catholica deuiant etiam contra articulos fidei ſentientes, ac Chriſtiani ipſi ob defectum prædicationis verbi Dei grauia animabus ſuis incommoda & detrimenta patiuntur, nos attendentes, quod tu in illis partibus aliquandiu verſatus es, atque ad partes illas redire intendis, vt te exerceas prædicando & alia pia opera faciendo, tibi viginti fratres ordinis Minorum profeſſores in lege Domini eruditos, quos ad hoc voluntarios repereris ad prædictas partes conducendi, ac tibi & fratribus ipſis eundi vbique ſtandi & permanendi, & verbum Dei prædicandi & annunciandi, nec non Chriſti fideles omnes in dictis partibus commorantes ab omnibus excommunicationis & ſuſpenſionis ſententijs, & alijs exceſſibus, delictis, & pœnis, etiam ſi talia forent, propter quæ ſedes Apoſtolica merito eſſet conſulenda, abſoluendi ac ſuper irregularitate quacumque, quam celebrando diuina vel immiſcendo ſe illis contraxerunt, & quod in ſuſceptis ordinibus miniſtrare poſſint, voluntarij homicidij & falſificationis literarum apoſtolicarum, nec non bigamiæ caſibus dumtaxat exceptis, diſpenſandi, *& infra*, plenam & liberam tibi & eiſdem fratribus auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIII. XII. *kal. iulij pontificatus anno* III.

Superſtites in montibus Gog & Magog Chriſtiani ſunt reliquiæ.

Atrachitanus epiſcopus cum viginti Minoritis miſſus.

30 Hoc anno Eugenius traducto ad Vicentinam eccleſiam F. epiſcopo Caſtellano, ſuffecit in eius locum B. Laurentinum Iuſtinianum doctrina & ſanctitate celeberrimum, ad quem hæc ſcripſit [b].

B. Laurentius Iuſtinianus creatus epiſc. Veneti.
b Extant poſt opera B. Laur. Iuſtin.

Eugenius, &c. Non ignoramus quantum verbo auctoritate & exemplo illi ciuitati valiturus ſis & præſertim ſanctæ congregationi tuæ, prout de hac re alias tibi particularius ſcribemus, nos vero, qui onera noſtra tecum libenter partiti ſumus omni opera & induſtria curabimus tibi fauori & auxilio eſſe, propterea veluti obedientiæ filius, quod tibi Dei voluntate iniunctum eſt, parato animo ſuſcipe nam, vt inquit B. Gregorius ſicut non licet talia appetere, ita nec vocatum ad ipſa pertinaciter recuſare. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo capitum principum Apoſtolorum die* XI. *maij pontificatus noſtri anno* III. Oblatum honorem defugere niſus eſt vir ſanctus demiſſionis Chriſtianæ laude conſpicuus: *Horrent*, inquiebat in literis ad Eugenium datis [c], *omnia interiora animæ meæ, cum materiam hanc diſcutio, nec vllo modo patitur tanto ſe ingerere periculo, cum notiſſimum ſit, the ſecundum interiorem hominem primatum eſſe ſcientia, ac virtutibus prælatis congruentibus alienum, atque atali experientia extraneum. Secundum vero exteriorem continuis* pene

c Extant. ibid.
Subterfugit honorem.

Digitized by Google

pene languoribus laborantem in ſeniumque vergentem. Plura in hanc ſententiam addidit, cui Eugenius iterum hæc mandata dedit.

Eugenij ad eum ſacra monita.

Eugenius, &c. Conſidera, quod non regnum ſuſcipis, ſed miniſterium Chriſti, non honorem, ſed onus, non diuitias, ſed diſpenſationem multiformis gratiæ Dei; neque id exiſtimes, quod nonnulli, vt ſcribis, hoc fortaſſe refugerint, quoniam varia ſunt dona diſcipulorum Chriſti: multos enim virgines dedit, multos in ſolitudinem contulit, te vero cum vtriuſque vitæ participem fecerit, iure ad hoc ſubeundum onus te aſtrictum eſſe intelligis, ita enim pene omnium Caſtellanenſis eccleſiæ ſumma expectatio eſt, vt te in patrem ac paſtorem habeant, qua de re vocationem tuam amodo cognoſce, nec velis ex humilitate bonum humilitatis & obedientiæ perdere, quoniam ſicut non licet te hanc rem appetere, ita non licet pertinaciter recuſare: & ſic te hortamur iterum atque iniungimus. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi; ſuper te enim orietur Dominus & gloria eius in te videbitur, quoniam, vti indubie ſperamus, propitio Deo in hos veluti in terram bonam ſemina ſparges, & afferes fructum centuplum in patientia. *Dat. &c.*

Iſai. 60.

Virtutes B. Laurentij in aplic. ſtatu.

a Ber. Iuſt. in eius vita cap. 5.

Fuere hæc oracula, nam qui in Canonicorum ordine floruerat virtutibus, pontificali munere ſuſcepto collapſum eccleſiaſticum ordinem ſuæ reſtituit dignitati, compoſuit cleri mores editis eximijs ſanctionibus, rem ſacram prouexit, monaſteriorum numerum adiectis quindecim auxit, domum ſuam pauperibus aperuit, qui fratribus & propinquis panes duos tantum e flore farinæ confectos feſtis diebus paſchatis natiuitatis dominicæ, & principum Apoſtolorum in ſignum amoris dedit, & conſanguineo oranti, vt ipſum iuuaret auro in filiæ dote conficienda reſpondit: *Conſidera, quæſo, frater ſi parum dedero, non eſt, quo opus habes; ſi multum, defraudabo multos, vt vni ſatisfaciam: & præterea quidquid illud eſt, quod eſt, ad cibos potius pauperum, quam ad intortos crines, aut margaritas ab Eccleſia traditum eſt: igitur ignoſce, ſi dare non poſſum.* Cum deficerent pecuniæ, quas erogaret pauperibus, æs alienum contrahebat, & cum procurator obluctaretur, rogaretq; qua tandem ſpe id faceret, reſpondebat: *Spe viuimus*; nec fallebat ſpes: *Nam continuo*, inquit eius nepos, *ſubmittebat illi Dominus, pecuniam inſperato multis de locis*. Caſtigauit b fœminarum luxum, quam acerbitatem, cum nobiles ægre ferrent, apud ducem violatæ Venetæ libertatis crimine poſtulatus eſt, ſed eo audito dux lachrymas non continens, conuerſus ad aſtantes ait: *Angelus non homo locutus eſt*; in iure dicundo velut rupes immobilis aduerſus turbines cauſarum ſtetit, & ſi lis dubia eſſet, ad preces confugiens diuinitus edoctus ſententiam æquiſſimam tulit: illius ſcientia diuinitus infuſa credita eſt, cum vix a præceptore prima elementa didiciſſet, atque inter ſcriptores eccleſiaſticos inſigne nomen retulit c, patientiæ laude, iniurijs ignominijſue appetitus ab aduerſarijs enituit d, pietatis autem ſacro ardore ita colliqueſcere viſus eſt, vt lachrymas, dum de diuinis verba faciebat, vberrime funderet. Inſigne exemplum affertur a Bernardo Iuſtiniano: *Cum*, inquit, *poſt prandium aliquando ſederet, & de diuinis (vt ſolebat) ſermonem haberet familiarem, conuerſus ad eos, qui aderant, feruentiori quodam mentis affectu, quid, inquit, agam fratres, quid agam, quum ad iudicem deducar? quid ei miſer, in quo ſperare poſſim? nihil habeo, niſi quod ad illius ſanctiſſimi ligni radicem prouoluar, & plangam. Hæc cum dixiſſet, totus ſolutus in lachrymas eſt, quas cum profuſius emiſiſſet, & citius vidiſſet, nos qui aderamus compungi, & illas lachrymas admirari, veritus ne quid ex his laudis humanæ ſurriperet, videtis ne, inquit, has lachrymas? affectus cuiuſdam ſenſualis fuerunt, non veræ deuotionis, a qua abſum longiſſime.* Reliqua eius admiranda geſta pius lector in eius vita perlegat.

Inſignis liberalitas in pauperes.

b Id. c. 6.

Fœminarum luxum caſtigans.

Infuſam ſcientiam habere creditus.

c Ibid.

d Ib. c. 7. Ardens erga diuina.

B. Liduuinæ felix obitus.

31 Eodem anno B. Liduuina cum diuturnis morborum cruciatibus virtutem exercuiſſet, in cœlum migrauit: cuius vitam admirandam conſcripſit Thomas e Kempis a. Nam plures annos ſine cibo ſola Euchariſtia refecta ſine ſomno die noctuque Dominicam paſſionem contemplando tranſegit, cuius extremum vitæ actum ita auctor deſcribit b: *Adueniente ſolemnitate paſchali in ipſa ſacra dominicæ reſurrectionis nocte circa horam quartam diluculo illuceſcente dominus Ioannes confeſſor eius, quum ex verbis ipſius clare percepit, quod more ſolito ab angelo ſancto viſitata fuerat, tantam enim ſuauitatem apud eam ſentiebat, quod putabatur diuerſorum aromatum vnguentis peruncta: ſuper quo cum ille ei congratulans Domino gratias ageret, ipſa ad ſe poſt habitam viſitationem reuerſa fatebatur ſe diuinitus conſolatam, pœnas tamen grauiſſimas ſibi inſtare aſſerebat, quas per eadem feſta paſſura erat.* Et infra: *Obijt virgo patientiſſima Deo & angelis eius gratiſſima XVIII. kal. maij ipſo die ſanctorum martyrum Tyburtij & Valeriani anno Dominicæ incarnationis MCCCCXXXIII. feria tertia infra octauas paſchæ circa quartam horam poſt veſperas anno ætatis ſuæ LIII. qui ſecundum curſum feſtiuitatum completus fuerat ante mortem eius in die palmarum; & conuenienter ſatis, Deo moderante temporum vices, in hebdomada paſchali ex hoc ſæculo migrauit, vt quæ longo tempore particeps fuerat paſſionum Chriſti meditando, compatiendo, etiam cum ipſo in ſancta feſtiuitate paſchali lætiſſimæ reſurrectionis eius ad æternæ vitæ gaudia tranſiret. Obijt autem electa virgo Chriſti varijs tribulationum ictibus concuſſa completis ab exordio ægritudinum ſuarum triginta octo annis triceſimo nono incœpto, angelorum choris digna aſſociari, quæ angelicam vitam in caſtimonia a puerilibus annis ſtuduit imitari.* Et infra c: *Multis annis & fere triginta ante mortem eius elapſis cingulis ciliciis pluribus ad carnem caſtigandam vtebatur, cum quorum vltimo per triennium accincta diem clauſit extremum. Cum ergo defuncta eſſet & nudata pro ſepultura reueſtiri deberet, inuenerunt qui aderant circa ſcapulas eius prædictum cingulum a corpore eius ſolutum modo hominibus ignoto, ſed integrum in rotundum & in vinculis ligaturæ ſuæ non ſolutum*; nonnulliſque interiectis d.

a Thomas Kempis in vit. S. Liduuin. p. 2. c. 25.

b Cap. 26

c Cap. 27. Quomodo corpus cilicio macerauit.

d Cap. 28

Poſt mortem eius corpus inſigni pulchritudine.

Ne Deus pauperis & humilis ancillæ ſuæ doloris & laboris penitus obliuiſci penitus videretur, & laudabilis patientia eius de ore hominum tolleretur, oſtendit etiam certis indicijs coram humanis aſpectibus, quam magnis meritis micaret in cœlis diu iacens gemma nobilis in ergaſtulo carnis, nam virginea facies eius, quæ virorum declinauit aſpectus, vt cœleſtem ſponſum videret, limpidius nullum mortis prætendebat pallorem nec horrorem, ſed quaſi oleo vel aliquo aromatico liquore linita fuiſſet, tanto ſplendore & decenti albedine radiabat, vt non facies communis hominis mortalis, aut cadaueris defuncti videretur, ſed quaſi ſimilitudo hominis glorificati aſpicientibus appareret. Dicebant namque, qui aderant, nunquam tam ſpecioſam imaginem ſe vidiſſe: vnde & licet multi ad videndam eam pluries acceſſerint, nec tamen poterant aſpectu eius ſatiari. Similiter & totum corpus eadem albedine & ſimili ſplendore nitebat, tantaque gratia ſanitatis & decenti carnoſitate

Digitized by Google

ſtate omnia membra eius refulgebant, quaſi nunquam aliquid infirmitatis paſſa fuiſſet. Fractura etiam frontis eius olim in vita apparens totaliter euanuit: pedes quoque & crura manus & brachia collumque corpulentum, ac totum corpus ita integrum viſum eſt quaſi nunquam aliquid læſionis aut vulneris in eis prius contigiſſet. Addit Thomas ipſam etiam pluribus poſt mortem annis miraculis effulſiſſe.

S. Franciſca ſanctimonialium ordinem inſtituit.

a Vita S. Franc. Rō. lib. 4. c. 1. & c.

b Cap. 7.

c Ext. in cap. 18.

32 Hoc anno condita eſt [a] florentiſſima religioſa familia ſanctimonialium turris ſpecularis a B. Franciſca Romana, cum pluribus cœleſtibus viſis ad eam inſtituendam edocta fuiſſet, atque etiam per ecſtaſes multiplices religioſæ diſciplinæ formulam diuinitus accepiſſet: quin etiam cœleſti viſo recreata B. Virginis oblonga & pertuſa aurea veſte vna cum ſocijs certo argumento ſingularis clientelæ tegi [b] conſpexit. Confirmatum eſt ab Eugenio apoſtolico diplomate [c] pium hoc ſodalitium, cui oblatarum ordinis montis Oliuetani nomen inditum eſt. Pertulit vero in ipſo exordio plura aduerſa, cumque inopia rei familiaris premeretur adeo, vt aliquando ad moniales ſuſtentandas exigua tantum panis fruſtula ſuppeterent, B. Franciſca orante ita diuinitus multiplicata [d] ſunt, vt non modo ſodales famem ea vice expleuerint, verum caniſtri relictis fruſtulis collectis completi in totum ſequentem diem ſuffecerint. Diuina etiam prouidentia adeo virginibus illius ſocietatis fauit [e], vt cum aliquando menſe ianuario ipſas in villam lignatum eduxiſſet, iamque fame & ſiti vrgerentur, nec longius ad hauriendam aquam diuertere honeſtum ipſa putaret, ea fundente preces, repente vitis pergulana racemos ſuauiſſimos protulerit.

Diuinitus eius familia ſuſtentata.

d Lib. 5. cap. 4.

e Lib. 5. cap. 8.

Vitis repente botros menſe ianuario fundit.

IESV CHRISTI
Annus 1434.

EVGENII PP. IV. annus 4. SIGISMVNDI IMP. OCCID. 24. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 11.

Miſſi a principibus oratores ad Eugenium.

f Lib. breu. pag. 77. Blond. dec. 3. lib. 5.

1 ANno partæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto indictione duodecima excepit Eugenius [f] oratores Sigiſmundi Imperatoris, Francorum Regis, duciſque Burgundiæ, qui omnibus ab eo petebant precibus, vt concordiæ formulam, quæ in ſeſſione decimaquarta fuerat a Baſileenſi concilio compoſita, amplecteretur. Erat illa admodum iniqua; exegerant enim Baſileenſes, vt Pontifex tribus decretis, quibus ad aſſerendam pontificiam auctoritatem ab illis geſta reſciderat, vim omnem & firmitatem adimeret, latas ſententias cenſuraſque, quibus Baſileenſium factioſorum ſectatores perculerat conuelleret, ac præcipue Hugonem Cyprij Regis fratrem, diaconum Card. S. Hadriani, Ioannem e Caſanoua Sancti Sixti, & Dominicum e Capranica Cardinales in integrum reſtitueret. At iam Eugenius, antequam ij oratores Romam peruenirent, ne in ſe efferatos hoſtes magis concitaret, Eccleſiamue in graues de concilij Pontificiſue auctoritate contentionum fluctus conijceret, clementia in eoſdem Cardinales vſus fuerat: atque in primis, quod ad Dominicum Capranicam attinet; grauiſſima erat eius cauſa, nam ab Eugenij ſententia ad concilium prouocauerat, & controuerſiam de concilij præſtantiori auctoritate vehementer vrſerat: cum autem illum iam ante Eugenius exauctoraſſet, poſtea Franciſco Foſcaro Venetiarum duce concordiæ interprete fidem & obſequium demiſſe pollicentem, ſeque ad pontificium honorem omni virium contentione tum in concilio tum in alijs locis tuendum promouendumque obſtringentem, ac data honeſta occaſione, Baſilea diſceſſurum, in gratiam recepit, vt facilius motam Baſileæ ſeditionum ac diſcordiarum tempeſtatem ſedaret: qua de re extant publica pactionum monumenta [a] vltimo aprilis die Baſileæ edita, cum VI. kal. ianuarij ex Cardinalium ſententia Nicolaum Cardinalem tit. S. Crucis atque alios concilij præſides ſumma auctoritate ad id inſtruxiſſet [b]: Præterea ſuperioris anni XVIII. kal. ianuarij editas de tranſlato concilio ſanctiones abrogarat, lataſque in Baſileenſes cenſuras diſſoluerat nouo pontificio diplomate [c], cuius præcipua pars hæc eſt.

Cedit hoſtibus Eugenius.

a Extant in collegij Capran. Rom. tabulario.

b Ext. in eod. Eug. lit.

c Ext. in act. Baſil. conc. ſeſ. 16. to. 4. conc. edit. Bin. p. 1.

Ad perpetuam rei memoriam,

De conſilio & aſſenſu venerabilis fratris Iordani epiſcopi Sabinenſis, & dilectorum filiorum noſtrorum Antonij S. Marcelli, Franciſci S. Clementis, Angelotti tit. S. Marci presbyterorum, ac Lucidi S. Mariæ in Coſmedin & Ardecini SS. Coſmæ & Damiani diaconorum S. R. E. Cardinalium decernimus & declaramus, præfatum generale concilium Baſileenſe a tempore prædictæ inchoationis ſuæ legitime continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemque ſemper habuiſſe, continuari ac proſecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea perinde, ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet; quinimo præfatam diſſolutionem irritam & inanem de conſilio & aſſenſu ſimili declarantes, ipſum ſacrum generale concilium Baſileenſe pure, ſimpliciter, & cum effectu, ac omni deuotione & fauore proſequimur & proſequi intendimus.

Extortum ne ab Eugenio hoc decretum.

Præterea, vt mentis noſtræ integritas ac deuotio, quam ad vniuerſalem Eccleſiam & ſacrum generale concilium Baſileenſe gerimus omnibus conſtet euidenter, duas noſtras literas pridem in palatio apoſtolico promulgatas nam tertias, quarum tenor de verbo ad verbum inferius deſcribitur, quæ dicuntur incipere: *Deus nouit*; cum a nobis aut de ſcitu noſtro nunquam emanarint, licet ſuperfluum videatur, quod non extat reuocare, tamen quia petitum eſt & ad cautelam, ſi vllo vnquam tempore apparerent & alias quaſcumque, & quidquid per nos aut noſtro nomine in præiudicium aut derogationem prædicti ſacri concilij Baſileenſis ſeu contra eius auctoritatem factum & attentatum ſeu aſſertum eſt, caſſamus, reuocamus, irritamus, & annullamus, nullas & irritas fuiſſe & eſſe declaramus.

Cenſuræ latæ in Baſileenſes reſciſſæ.

Item reuocamus quoſcumque proceſſus quarumcumque cenſurarum, priuationum, & ſuſpenſionum factos contra ſuppoſita huius ſacri concilij Baſileenſis & adhærentes eidem, nec non omnia geſta & facta in præiudicium, læſionem, & derogationem eorumdem eis non legitime citatis nec legitime defenſis, de quibuſcumque dignitatibus, beneficijs, commendis, & officijs, etiam ſi cardinalatus, patriarchatus, archiepiſcopatus, epiſcopatus, abbatiæ, &c. exiſtant iuribus & bonis quibuſcumque, & ſpecialiter contra Cardinales de Cypro, S. Sixti, & Firmanum, ac omnia in priſtinum ſtatum perinde, ac ſi nō emanaſſent, cum clauſulis opportunis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum XVIII. kal. ianuarij pontificatus noſtri anno III.*

Tres Card. priſtinis iuribus reſtituti.

d Turrecr. ſum. de Eccl. l. 2. cap. 100.

Cedente Eugenio ſeniu[s] ſe[ditioſi] ... Baſileenſ.

2 Ex his ſeditioſi Baſileenſes præſules ad infringendam Apoſtolicæ ſedis auctoritatem fallacia argumenta duxere, quæ Ioannes Turrecremata affert ac ſingula accurate diſſoluit [d]: *Replicant*, inquit,

inquit, *aduerſarij Baſileenſes quod immo in decretis eorum interuenit conſenſus Apoſtolicæ ſedis, quoniam dominus Eugenius per bullas ſuas de conſilio & aſſenſu dominorum Cardinalium, tunc ſecum in curia exiſtentium, decreuit & declarauit multa circa præfatum Baſileenſe concilium. Primo quod generale concilium Baſileenſe fuerit pro extirpatione hæreſum, pro pace populi Chriſtiani, ac generali reformatione Eccleſiæ in capite & in membris & pertinentibus ad ea legitime inchoatum. Secundo quod a tempore ſuæ inchoationis legitime inchoatum extiterat & eſſe, proſecutionemque ſemper habuiſſe & habere, &c. Tertio prædictam diſſolutionem irritam & inanem declarauit. Quarto quod ipſum generale concilium pure & ſimpliciter & cum effectu ac omni deuotione & fauore proſequi intendebat. Quinto reuocauit quidquid per eum aut eius nomine in præiudicium & derogationem prædicti concilij Baſileenſis, ſeu contra eius auctoritatem attentatum eſſet. Ad iſta facilis eſt reſponſio maxime, ſi vera ſunt, quæ a pluribus magnæ probitatis & grauitatis viris dicta ſunt in curia, videlicet quod præfatæ bullæ magis extortæ fuerunt minis, quam de mente domini Eugenij emanauerint: nam, vt fertur, dominus Andreas Venetus dominium Venetorum tunc orator, & aliqui domini Cardinales, tunc apud dominum Eugenium præſentes, timentes futurum magnum ſcandalum in Eccleſia, minati ſunt præfato domino Eugenio, quod niſi bullas illas adhæſionis concederet, ipſum ſolum recedentes relinquerent. Vnde, præfato domino in lecto decumbente, præfati domini referuntur bullas illas taliter qualiter expediuiſſe & miſiſſe Baſileam. Sed dimiſſis iſtis nos aliter reſpondemus dicentes, quod nihil earum, quæ in præfatis bullis continentur, ſuffragatur aduerſarijs, quoniam dominus Eugenius nunquam præbuit conſenſum decretis concilij Baſileenſis, nec ipſe, vt Baſileenſes fabulantur & garriunt, cum ſancta catholica Eccleſia ſuit complexus doctrinam, quam aduerſarij de auctoritate conciliorum fingunt: quoniam nec ipſe ſummus Pontifex, nec vnquam vniuerſalis Eccleſia complexa eſt talem doctrinam, ſed ipſe ſemper tenuit cum ſancta catholica Eccleſia quod Scriptura ſancta & ſacrorum antiquorum canonum firmat auctoritas ſanctorum patrum, ac clariſſimorum doctorum ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio communis tenet doctrina. Et ad probationem eius inducunt ex partibus bullarum adhæſionis reſpondetur negando, quod ex aliqua illarum partium cum veritate poteſt argui, quod dominus Eugenius complexus fuerit aut approbauerit præfatam Baſileenſium doctrinam; quod per ſingulas partes diſcurrendo facimus manifeſtum.*

Turrecremata ad ſingula obiecta reſpõſum.

Non quidem ex prima, in qua dicit concilium Baſileenſe congregatum eſſe legitime pro extirpatione hæreſium patet, quoniam ex hac conceſſione nullo modo ſequitur quod ipſe ſummus Pontifex complectatur, aut approbet quidquid per illud concilium fuerit inſtitutum aut diffinitum; licet enim vniuerſale concilium Epheſinum ſecundum extirpandæ hæreſis gratia fuerit legitima auctoritate inchoatum, nihilominus Leo Papa non complexus eſt præfati concilij diffinitiones, immo illas in concilio Chalcedonenſi ſequenti tanquam hæreticas reprobari inſtituit & damnauit. Præterea licet ſancti patres in concilijs vniuerſalibus legitima continuatione proceſſerint, nihilominus pro ſubrium canonum robore atque firmitate ad Apoſtolicam ſedem leguntur ſemper habuiſſe in fine recurſum, ſicut liber conciliorum & ſummorum Pontificum aperte teſtatur, quod etiam nos in tertio ſequenti libro oſtendemus.

Conciliorũ decreta ſine Pontifice nõ ſortiuntur robur.

Cæterum nec ex ſecunda parte bullarum adhæſionis aduerſarij habent intentum, quoniam licet dominus Eugenius declararet præfatum concilium fuiſſe continuatum & continuari debere, propter hoc non ſequitur, quod decreta ſua aut ſtatuta, ſuper quibus eius ſedes nunquam fuerit conſulta, approbauerit: & tamen vt felicis & ſanctæ memoriæ Nicolaus Papa in epiſtola, quam Michaeli Imperatori ſcribit a ſanctis patribus in concilijs obſeruatum extitit, vt abſque Romani Pontificis conſenſu nullius inſurgentis deliberationis terminus daretur; vnde ipſe, videlicet Eugenius, Florentiæ in diſputatione publica, de qua nos in minoribus conſtituti reſpondebamus, allegante in fauorem Baſileenſium reuerendiſſimo domino Iuliano de Caſarinis S. Sabinæ presbytero Cardinali præſentibus dominis Cardinalibus, pluribuſque alijs prælatis & officialibus curiæ ad argumentum de huiuſmodi bullis reſpondit ita, dicens: Nos quidem bene progreſſum concilij approbauimus volentes, vt procederet vt inceperat, non tamen approbauimus eius decreta, & in hoc ſapientiſſime fecit: quis enim niſi imprudentiſſimus princeps approbaret decreta, quæ nunquam vidiſſet, aut quæ prius non examinaſſet, ſi quid in eis minus rectum, minus verum, aut minus expediens contineretur? Et infra: Præterea quod dominus Eugenius approbando proceſſum concilij, non approbauerit decreta illius, exinde manifeſte colligitur, quod licet Baſileenſes cum maximo ſtudio repetitis vicibus ſupplicauerunt, orauerunt & requiſierant per oratores ſuos, vt dominus Eugenius eorum decreta approbaret & confirmaret, nunquam tamen talem approbationem aut confirmationem habere ab eo potuerunt: & merito, quia ſedes Apoſtolica, in qua religio Chriſtiana ſemper immaculata permanſit & permanebit, talia decreta, quæ ab euangelica veritate & ſanctorum patrum doctrina aliena videbantur, nullo modo ab eo paſſa fuiſſet confirmare.

Reſpõſio Eugenij.

Approbauit Eugenius progreſſum Concilij, ſed non eius decreta.

Cæterum nec ex tertia particula bullarum prædictarum habent aduerſarij intentum, tum quia non ideo dominus Eugenius diſſolutionem factam concilij irritam eſſe declarauit, quia ipſe, qui princeps erat Eccleſiæ, facere illam non potuerit, ſed quia agnouit ex non veris cauſis, licet veris æſtimatis ex aliquorum relatione, illam feciſſe, vnde cogit non exiſtentia cauſarum, & quod, vt in bulla inquit, ex prædicta diſſolutione ortæ erant graues diſſenſiones, & grauiores oriri poſſent, nec non quod præſtabat impedimentum executioni ſanctorum operum, ad quam ſynodus fuerat congregata, data promiſſione a ſynodo & ſecuritate a principibus, quod Apoſtolicæ ſedis honor & ſanctitatis ſua illibatus ſeruaretur, mutauit ſententiam, & voluit diſſolutionem factam pro bono pacis Eccleſiæ nullam haberi, nec habuiſſe firmitatem, reuocans illam ac irritans. Non enim eſt nouum quod ſententia ſummorum Pontificum pro conſideratione temporum & locorum & perſonarum ac grauium occurrentium neceſſitatum in melius commutetur. Ait enim Papa Nicolaus in c. ſententiam 35. q. 7. Sententiam Romanæ ſedis non negamus in melius poſſe commutari, cum aut ſurreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ætatum & temporum ſeu grauium neceſſitatum diſpenſatoriæ quædam ordinare decreuit, quoniam & egregium Apoſtolorum Paulum quædam feciſſe diſpenſatorie legimus, quæ poſtea reuocaſſe legitur.

In quo ſenſu irritã diſſolutio concilij promulgata.

Quæ non veris cauſis commotus [illegible]

Amplius nec ex quarta particula cedit aliquid fauoris aduerſarijs, quoniam licet dominus Eugenius diceret ſe velle proſequi cum omni deuotione & fauore illud concilium; hoc tamen intelligendum eſt in his, quæ iuſte & rationabiliter, ſalua fide, ſalua ſanctorum patrum doctrina, ſalua Apoſtolicæ ſedis auctoritate & reuerentia per concilium continerentur. Præterea dato quod Papa tunc promiſit concilium illud cum omni deuotione & fauore proſequi, intelligatur approbaſſe illius decreta: illa intelligitur approbaſſe, quæ iuriſdictionem & auctoritatem papalem non offendunt, & honori atque præeminentiæ Apoſtolicæ ſedis non repugnant, ſed obuiant quæ, vt ſupra repetitum eſt, ſuperiorem nullum præter Deum recognoſcit de elect. cap. licet [illegible]

In quo proſequi concilium ſpopondit & rectis intelligatur.

Item

Item nec ex quinta particula aduerſarij habent propoſitum ſuum, quoniam ex tali reuocatione & caſſatione eorum, quæ attentata fuerunt in præiudicium concilij Baſileenſis, non ſequitur, quod dominus Eugenius aſſerere voluerit, aut credere voluerit ea de conſilio Baſileenſi aut quocumque alio, quæ cum veritate concilijs non conueniunt, nec contra auctoritatem concilij ſit, negando ei conuenire, quæ iuxta ſanctorum patrum doctrinam ei non competunt. Cæterum nec per illam reuocationem voluit dominus Eugenius ſe & ſua abnegare, quæ iuxta ſcripturas, ſanctas & ſanctorum patrum ſententias, Apoſtolicæ ſedi diuinitus ſunt conceſſa, cum hoc non poſſet facere: inter quæ eſt illud de dependentia auctoritatis conciliorum a Papa & non e conuerſo, vt patet diſt. 17. per totum, de quo etiam, duce Chriſto, plenior tractatus erit in ſequenti huius ſummæ libro III.

Non potuit Eugen. auctoritatem pontificiā ſubijcere concilio.

3 Ita Turrecremata, vt Eugenium ab errore de abiecta auctoritate pontificia vindicet. Ipſe autem Eugenius hæc ſe geſſiſſe ne ſchiſmati occaſionem daret, ſi ius ſedis Apoſtolicæ rigide tueretur, profeſſus eſt in literis datis ad Sigiſmundum Auguſtum ipſum adhortantem, vt concilio aſſentiretur, ad quem etiam oratorem ſuum miſerat, cuius precibus Caroli Regis Francorum & Philippi ducis Burgundiæ oratores ſuos pariter coniunxere [a]. Antea vero Andreas Donatus Venetorum orator cæſareo nomine Eugenium exorauerat, vt idem Baſileenſe decretum confirmaret. Pontifex itaq; Tarentino archiepiſcopo & epiſcopo Ceruienſi miſſis Baſileam vna cum literis a concilio expetitis, quibus nimirum ferebatur ſynodi Baſileenſis tranſlationem irritam fuiſſe, Sigiſmundum rogauit, vt imperiali auctoritate dignitatem ſedis Apoſtolicæ tueretur.

Pacis ſtudio molliter pontificiam auctoritatem tutatus.

a Lib. breu. pag. 77. & in m. s. Alex. VII pag. 128.

Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Romanorum Imperatori illuſtri ſalutem.

Vidimus libenter reſpectu tuæ ſerenitatis, & cum magna conſolatione audiuimus dilectum filium noſtrum nobilem virum Baptiſtam Cigulam legum doctorem, ac militem oratorem tuum, qui vna cum oratoribus chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Francorum illuſtris, ac dilecti filij nobilis viri Philippi ducis Burgundiæ, cum inter cætera exhortatus eſſet nos ex tui parte ad comprobandum decretum illud concilij Baſileenſis, accepimus exhortationes tuas, & plurimum commendauimus labores per te ſuſceptos, & curam ſumma cum prudentia adhibitam erga noſtram & ſedis Apoſtolicæ defenſionem & ſtatum. Verum, chariſſime fili, diu antea venerat ad nos dilectus filius nobilis vir Andreas Donaro miles orator Venetorum etiam ex parte & cum literis tuæ ſerenitatis ſuper eadem materia, quem cum audiuiſſemus, & quid etiam nobis conſuleres intellexiſſemus, acceptauimus decretum illud, prout tunc etiam ſcripſimus eidem ſerenitati: *Et infra*. Miſimus etiam poſt ipſum Andream cum eiſdem literis venerabiles fratres noſtros archiepiſcopum Tarentinum & epiſcopum Ceruienſem, ne de aliqua tergiuerſatione aut dilatione aliqua poſſent nos calumniari.

Oratores a Cæſare & Franco ad Eugenium miſſi.

Nuntij miſſi Baſileam ab Eug.

Verum quiquid fecimus ſub ſpe tua & tuo moti conſilio fecimus pro pace Eccleſiæ & bono populi Chriſtiani, voluimuſque potius cedere de iure noſtro tui contemplatione & pro ſalute fidelium, quam perſtare in conſeruanda dignitate & auctoritate noſtra & Apoſtolicæ ſedis. Itaque cum ſecundum exhortationes tuas & conſilia ſit per nos decretum illud, prout videre poterit tua ſapientia, acceptatum, tuum eſt munus proprium & opus tueri, & defendere nos iuraque noſtra & Romanæ eccleſiæ, ac agere, vt ſedes Apoſtolica in ſua dignitate & auctoritate conſeruetur. Commendamus tuam ſublimitatem pro ijs, quæ hactenus geſſit, tibi quas poſſumus gratias agentes, ſed confidimus in tua ſapientia, quod adhuc maiora & ampliora pro honore & ſtatu noſtro & ſedis ipſius operabitur, pro quibus & vberiores gratiarum actiones a nobis & Deo æterna præmia conſequeris. *Dat. Romæ pridie id. ianuarij anno III.*

Profeſſus Eugenius iure ſuo pro ſalute fidelium ceſſiſſe.

4 Significauit alijs literis, Romani imperij electoribus, ſe decretum in ſynodo Baſileenſi editum antequam ipſorum, tum Imperatoris, Regis Francorum, duciſque Burgundiæ oratores accederent confirmaſſe, atque ad tuendum ſedis Apoſtolicæ decus eos excitauit: *Hortamur vos, vt quemadmodum hactenus feciſtis, ſitis intenti & feruentes ad defenſionem & conſeruationem noſtri honoris, ac dignitatis & auctoritatis Apoſtolicæ ſedis, quam velle impugnare ad præſens non expedit neque conducit Eccleſiæ vniuerſali, quæ per debilitatem capitis, vt & ipſa debilitetur neceſſe eſt neque enim membra valebunt, capite diminuto & inualido exiſtente. Hoc igitur conſiderantes chariſſimi nobis non permittatis auctoritatem noſtram & Romanæ eccleſiæ ſuppeditari, & quod hactenus a ſanctis patribus conſtitutum & hucuſque ſeruatum eſt, vt id quoque obſeruetur in poſterum totis viribus operam detis.* Eodem argumento datæ literæ ad Carolum Francorum [b] Regem. Reliquos etiam Reges de his certiores fecit, atque inter alios ad Vvladislaum Regem Poloniæ, quem etiam hortatus eſt [c], vt præſules ad ſynodum adeundam perpelleret.

a Ibid. pag. 79. & in m. s. Alex. VII. pag. 130.

Rogati ſepremuiri, vt auctoritatē ſedis Apoſt. tuerentur.

b Ibid. pag. 78. & in m. s. Alex. VII. pag. 129.

c Ibid. pag. 79. & in m. s. Alex. VII. pag. 130.

Chariſſimo in Chriſto filio Vvladiſlao Regi Poloniæ illuſtri.

Venerunt ad nos chariſſimorum in Chriſto filiorum Sigiſmundi Romanorum Imperatoris & Caroli Francorum Regis illuſtrium & aliorum plurimorum principum oratores, exhortantes nos ad approbandum certum decretum factum in concilio Baſileenſi pro concordia inter nos & ipſum concilium ſtatuenda, quod nos ad laudem Dei fecimus pro pace Eccleſiæ, ac ſalute populi Chriſtiani ipſorum principum contemplatione, vt ſit vna mens & vna voluntas inter nos & concilium ſpectans ad ea, quæ cedant ad gloriam Altiſſimi & fidei incrementum prout ex totis affectibus deſideramus. Hæc ad tui conſolationem voluimus ſignificare tuæ ſerenitati, rogantes eandem & in Domino exhortantes, vt velit mandare prælatis tui regni & alijs, qui ad concilia generalia tenentur accedere, vt ad præfatum concilium proficiſcantur, atque ibidem honorem noſtrum, dignitatemque Romanæ eccleſiæ, ac ſedis Apoſtolicæ auctoritatem defendant, procurando & agendo ſemper ea, quæ ſpectent ad honorem Dei & vtilitatem reipublicæ Chriſtianæ. *Dat. Romæ pridie id. ianuarij anno III.* Paruit Pontifici Vvladiſlaus, ac Sbignenm Cracouienſem, Stanislaum Poſnanienſem epiſcopos, Ioannem Coneſpolium regij ſigilli præfectum, & Nicolaum Laſſocium decanum Cracouienſem Baſileam legauit [d].

Poloniæ de geſtis admonitio.

Miſſi a Polono oratores ad concilium.

d Chron. lib. 2. Polon. rer.

5 Attulere igitur pontificias literas [e] de confirmato Baſileenſi decreto edito in ſeſſione XIV. Ioannes Tarentinus archiepiſcopus & Chriſtophorus epiſcopus Ceruienſis: quibus lectis in ſeſſione decimaſexta habita nonis februarij, pronuntiatum eſt, Eugenium concilio, quod eum in ius vocauerat,

e Acta ſyn. Baſilean. conc. ſeſſ. 16.

Digitized by Google

feciſſe ſatis: *Sancta ſynodus decernit & declarat, præfatum dominum Eugenium per prædictas literas ſatisfeciſſe plenariæ monitioni, citationi, & requiſitioni huius ſacri concilij, prout in decreto in XIX. ſeſſione promulgata & in ſchedula in eodem decreto inſerta continetur, ipſaſque literas approbat, acceptat, & admittit.* Ex hac Eugenij facilitate & indulgentia factioſi in pertinacia adeo confirmati ſunt, vt poſtea numero pauciſſimi eorum conatibus reſiſtentem ipſum pontificali honore deijcere pertentarint, atque argumentum inde ad auctoritatem pontificiam excludendam traxerint: *Cum tempore*, inquiunt [a], *primæ diſſolutionis prætenſæ pauci prælati eſſent in concilio, non numerum quatuordecim excedentes, neque medietas numeri omnium ſuppoſitorum in concilio haberetur, quæ præmiſſis actibus interfuit, ipſe quoque tunc ſummus Pontifex obijciebat eidem concilio numeri paucitatem per literas ſuas diuulgatas in orbem, & nihilominus determinatum eſt per omnes, quod hoc non obſtante fuit pro tunc legitimum concilium, & legitime continuatum: quod ſi in tali numero legitimum eſt concilium ex definitione catholica & apoſtolica, omneſque de neceſſitate ſalutis legitimo concilio obedire tenentur tanquam habenti poteſtatem immediate a Chriſto, vt præmiſſum eſt, in pertinentibus ad fidem, extirpationem ſchiſmatum, & reformationem Eccleſiæ in capite & in membris, quis poteſt iam ſub colore paucitatis vel alio quocumque occaſionem quærere non obediendi concilio in actibus præfatis?* nimirum defectionis ab Eugenio & creationis antipapæ. Hæc illi, quorum falſa principia confutata ſunt & fuſius confutabuntur ſuis locis. Memoria tenendum, profeſſum eſſe Eugenium, non valuiſſe translationem concilij, non quod pontificia auctoritas ſynodali auctoritate eſſet inferior, vt interpretati ſunt nouatores, ſed quod ex non veris cauſis, quamuis veræ cenſerentur, indicta fuiſſet.

Baſileenſis ſynodus decernit ſatisfactum ſibi ab Eugenio.

a Baſileen ſchiſm. in epiſt. ſyn. v. I. id. ro noml. an. MDCXL.

6 Licet igitur conciliata Eugenio ſynodus viſa ſit, haud tamen defuere factioſi, qui ipſi infandas ſtruxerint inſidias obtentu (ad colorandam nequitiam) auctoritatis concilij: nam & Philippus dux Mediolanenſis fingebat ſe a concilio aduerſus Pontificem creatum in Italia legatum, ac Franciſci Sfortiæ opera Picenum, Fortebraccij autem Romanum agrum vexabat, quos Philippi dolos impetuſque Sigiſmundus Imperator diſcutere eniſus eſt, vt illius oratorem expoluiſſe Eugenio inducit Flauius Blondus [b]: *Eum ducis Mediolani dolum audiens Imperator, vehementi dolore affectus congregationem ex more vocandi impatiens, vicos, compita, baſilicaſque percurrens, obuios accitoſque e domibus quoſque interrogat ſciſcitatur, quidnam hoc eſt, quod malo natus deſolationique Italiæ & Chriſtiani nominis Philippus Vicecomes auctoritate concilij gereret in Italia: quis confeciſſet epiſtolas? Et quia ſinguli ſeſe inſcios dicerent, culpa vacare congregatis ex more nationibus ad deputatos retulit. Tandem re non ſolum Cæſaris ſed principum Chriſtiani nominis omnium, qui aderant, oratorum maxima cum doloris indignationiſque ſignificatione accuratius exquiſita, nullas a concilio duci Mediolani datas eſſe literas, nulla vicariatus decreta fuiſſe conceſſa, reperiri potuit. Hincque maiora, quæ ſecreto acturi ſumus, & tractaturi in Italiam venturi data ſunt inſtante Imperatore a concilio publica, a ſinguliſque principum oratoribus priuata ad tuam ſanctitatem mandato, vt concilium, principes nationes a crimine, quod eis falſo obijcitur, ab iniuſti tanti ſceleris nota purgemus, vt inſidiæ, fraudes, doli contra ſanctitatem tuam, contra Romanam eccleſiam, ipſiuſque prouincias, a quibus ſtruantur, fiant, patentur in conſpectu ſanctitatis tuæ audituris omnibus, & per loca Italiæ quæcumque redeuntes adire poterimus, notum faciemus. Quia tamen nec breui hinc diſcedere alia tecum acturis licet, nec ſingulas adire poterimus ciuitates, epiſtolas mittemus, quas præfecturis ſereniſſimus dedit Imperator, huiuſmodi purgationem habentes; ſpemque inſuper a ſua maieſtate inijcientes populis, quod deſtinata ab eo tuæ ſanctitati præſidia conſtantes expectabunt, nec fraudulentis credent ducis Mediolani artibus aut prædonum minis inſultibuſque abſterrebuntur, quo minus ſacroſanctam tuæ ſanctitati & Romanæ eccleſiæ fidem ſeruent.*

Dux Mediolanenſis fingit ſe creatum Italiæ legatum a concil.

b Blond. dec. 3. lib. 5.

Purgat ſe concilium.

Peruulgata Mediolani conſilia iſtatu.

7 Confirmatus vero ſuperioribus Sigiſmundi Imperatoris officiis Eugenius illi de ſuſcepto dignitatis ſedis Apoſtolicæ patrocinio grates egit [a], rogauitque, vt Mediolani ducem, intentatis imperialibus minis, a vexanda ſimulato concilij nomine ditione eccleſiaſtica reuocaret, pariterque Baſileenſes patres adduceret, vt cum talia moliri in concilij dedecus facinora vetarent.

a Lib. 4. pag. 9. & 10. Alex. III. pag. 151.

Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Romanorum Imperatori illuſtri ſalutem.

Agamus gratias, chariſſime fili, omnipotenti Deo, qui dedit nobis & ſuæ Eccleſiæ talem aduocatum ac defenſorem, qualem ſemper te credidimus, & nunc experientia teſte videmus: qua in re facis tu quidem opus dignum honore & ſublimitate imperiali: nam cum audieris parari vires & arma hoſtium noſtrorum & Eccleſiæ contra nos, non expectans requiſitionem neque literas noſtras, ſcripſiſti ad ducem Mediolani omnium iſtorum malorum architectum & fabricatorem, & ad Nicolaum Piccininum, atque etiam exhortatus es Eccleſiæ ſubditos ad perſeuerantiam & firmitatem; nobis quoque ſcripſiſti literas, in quibus admodum conſolati ſumus, & ciues etiam vrbis multum recreati. Deus, qui eſt retributor bonorum optimus, retribuet tibi pro hac tam ſyncera & tam ſancta affectione animi, quam oſtendis & operibus fructuoſis. Certi autem reddimur quod, quando ſcieris ea, quæ comes Franciſcus egit in marchia noſtra Anconitana, quam fere omnem occupauit ſub palliatione concilij, prædas & rapinis omnia ſubuertendo, quæ etiam fecerunt Italianus Frulanus & Antonellus de Senis, qui inuaſerunt ducatum noſtrum Spoletanum, aſſerentes ſe commiſſarios ducis, quem dicunt eſſe factum vicarium Italiæ per concilium, commouebunt valde hæc mala animum tuum, prout decet principem religioſum, pium, & bonum ſtatum Eccleſiæ affectantem, apponeſque alia fortiora remedia ad hæc bella, quæ inferuntur nobis, prout rerum pondus requirit. Neque enim hoc eſt opus concilij, vt illi iniquitatis filij prætendunt, ſed ducis præfati, qui ſub eo colore nil tale timentibus nobis vno impetu & diuerſis locis ſtatum noſtrum ſubuertere conatus eſt: ſed reprobabit Deus conſilia illius peruerſa & perdet eos, qui aduerſus Chriſtos ſuos operantur iniquitatem. Vt autem animus ſuus apertius innoteſcat tuæ ſerenitati, mittimus præſentibus incluſam copiam literarum ſuarum, in quibus continentur etiam literæ, quas a concilio ſe habere prætendit, licet eas nullo modo credamus de conſenſu & voluntate concilij proceſſiſſe, ſed nonnullorum potius particulari affectione.

Imperator a Ceſare duo litt. deceptus.

Picenum ferme totum prætextu nominis concilij occupatum.

Literæ concilij nomine ab illo quot fictas exarata.

Verum, chariſſime fili, tuæ partes nunc ſunt & tui officij, ſuccurrere neceſſitatibus Eccleſiæ, ac noſtris & his difficultatibus, in quibus detinentur, verbo & opere prouidere; nos enim ita ſubita hoſtium Eccleſiæ proditione derepente oppreſſi

preſſi ſumus, vt difficulter poſſimus obſiſtere hoſtium malignitati. Itaque rogamus ac precamur ab intimis tuam celſitudinem, vt nunc maxime oſtendas, prout ſemper feciſti, charitatem & affectionem tuam erga nos & ſtatum Eccleſiæ defendendum, prout ſapientiæ cæſareæ melius videbitur expedire, attenta rerum & temporum qualitate; Vtile autem videtur nobis, vt tua ſerenitas & etiam concilium mandent duci Mediolani ſub grauibus cenſuris & pœnis, vt gentes iſtas reuocet, & a præmiſſis deſiſtat, & reſtitui faciat ablata, & ſi quid aliud tuæ ſapientiæ ad hoc vtile videretur pro Eccleſiæ & noſtra defenſione. Quoad ea vero, quæ ſcribit tua charitas in facto concilij iam factum eſt, prout iam debet eſſe notum tuæ ſerenitati, cuius conſilia & exhortationes ſecuti ſumus pro pace Eccleſiæ & tui contemplatione, quemadmodum literis noſtris pluribus antea intimauimus tuæ ſublimitati. *Dat. Romæ* XVII. *kal. februarij anno* III.

Rogatur Sigiſmundus, vt curet imperio concilij reſtitui occupata.

8. Vexatus, vt dixi, a Franciſco Sfortia Cotignolæ comite Eugenius illum ab eodem Philippo Maria duce Mediolanenſi, cuius filiam ſpuriam vxorem duxerat, ad ſe allicere præmiorum lenocinijs ſtuduit, vſuſque eſt Blondi [a], qui a ſecretis ipſi Pontifici erat opera: conuentum eſt itaque, vt Sfortia Picenum, quod fraude & iniuria inuaſerat, beneficio moderaretur Eugenij, qui marchionis nomine hiſce literis [b] eum cohoneſtauit: *Te, quoad vitam duxeris in humanis, marchionem præfatæ prouinciæ marchiæ Anconitanæ cum honoribus & oneribus conſuetis, ac regimine & poteſtate marchionibus, qui hactenus pro tempore in ipſa fuerunt conceſſis, auctoritate apoſtolica tenore præſentium, venerabilium fratrum noſtrorum Iordani epiſcopi Sabinenſis, Antonij tit. S. Marcelli, Franciſci tit. S. Clementis, Angelotti tit. S. Marci presbyterorum, Lucidi S. Mariæ in Coſmedin, Ardecini SS. Coſmæ & Damiani diaconorum S. R. E. Cardinalium conſilio & conſenſu fuimus, conſtituimus, & etiam deputamus, &c. Dat. Romæ apud S. Griſogonum. anno* MCCCCXXXIV. VIII. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* IV. Extant [c] aliæ pactiones in regeſto Eugenij, confectæ cum Franciſco Sfortia, qui extremo etiam anno omnium cædium & rapinarum, quas in Piceno ediderat, noxa ſolutum ac liberum renuntiauit [d]. Reducere etiam ad ſe Nicolaum Fortebraccium niſus eſt Pontifex, vt colligitur ex datis [e] XIX. februarij ad Michelettum ducem copiarum eccleſiaſticarum literis, quibus inducias cum Nicolao Fortebraccio, atque Antonio principe Salernitano, & Laurentio Columnenſibus ſepepigiſſe ſignificat.

a Blond. dec 3. lib 5.

Sfortia nomen magni nominis ab Eugenio Piceni marchio.

b Lib. 12. pag. 12.

c Lib. 11. pag. 27.

d Lib. 18. pag. 162.

e Lib. 15 pag. 156.

Romani a Fortebraccio vexati rebellant.

f Steph. Inſtin. in ephem. m. ſ. arch. Vat. ſig. n. 111 Paul. Ben Cola m. ſ. arch. Vat. Blond. dec 3. lib. 6. Monſtrel. vol. 2. pag. 97. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 2 & alij.

Indignitate gentium aſſecti in vindicem ſpiritualem Pontificis.

Verum ei poſtea illuſit Nicolaus, qui ſubſidiarijs copijs a Franciſco Piccinino acceptis Viterbium profectus Romanos adeo crebris populationibus turbauit, vt illi ob pecora abacta, ſeditione conflata ad Capitolium concurrerint, ac libertatis nomine ſibi lenocinati, reipublicæ formam mutandam XXIX. maij conclamarint: deinde Eugenium adeuntes [f], queſtique belli incommoda, poſtularint Romanæ rei gubernacula arceſque molis Adrianæ & Oſtienſem ſibi tradi. Præterea Franciſcum Condulmerium Cardinalem Pontificis ex fratre nepotem ſibi obſidem dari popoſcerunt, repulſamque paſſi e Pontificis latere vi diuulſum in cuſtodiam condidere. Tum ædes pontificias ingenti ſatellitio ſeptere. Diſſimulauit iniuriam Pontifex, ac Romanis reſpondit ſe vrbis regendæ moleſtia liberatum rebus tantum eccleſiaſticis operam daturum.

9. Cumularunt hoc facinus Romani alio grauiori, ac Pontificem Romamque Philippo Mariæ duci Mediolanenſi dedere ſunt meditati [a] atque ideo in ædes SS. Apoſtolorum, quas Martinus incoluerat, vallo cinctas, vt in honeſta & tuta cuſtodia detineretur, deducere quouſque a Baſileenſi concilio & a duce ipſo Mediolani, quid de eo fieri deberet, imperia acciperentur: in eo diſcrimine *Pontifex*, inquit Blondus [b], *cui extrema quæque ante oculos verſarentur, memor quamprimum aduesperaſceret eundum ſibi fore ad ſancti Apoſtoli ædes, vbi aut vitam finiat aut pontificatu nefarie ſpolietur, ſubito abeundi conſilium cepit. Ipſe itaque & ſoldanus nigris, quas in domo habeьant, monachorum S. Pauli veſtibus induti, e cubiculo egrediuntur: poſteriori exinde ædium parte deſcendentes, in inferiorem domeſticis curialibuſque frequentatam ideo tranſeuntes ſe incognitos eſſe coniiciunt, quod nullum vident ſedentem aſſurgere, vel ex more in faciem ſe proſternere, mulas conſcendentes ſtrigoſiſſimas, quibus monachi S. Pauli conſueuerant vectari, portu egreſſi domus poſteriore ad naualia ſtadio diſtantia a nullo recogniti peruenere. Erat forte tunc patriarcha Ieroſolymitanus reſcienti Pontificis conſilij non ignarus & epiſcopi Anconitanus ac Parentinus in aula ſimulantes Pontificis audientiam expectare, quos adueniens turba Romanorum ſtipatus regionis tranſtyberinæ princeps Romanus ciuis, interrogat quid apud Pontificem ageretur, cui reſpondit patriarcha, illum cum primum ex meridiano ſomno excitatus fuerit, in conſpectum omnibus ſe facturum. Valentinus interim a pincerna, quem præmiſerat ſoldanus in ripæ ſummitatem accitus ægre depoſitum mula Pontificem ſoldano adiuuante retinet, & per ripæ deuexum ſuſtentat brachio deſcendentem; cumque ſcapham per littoris iniquitatem ſicco male vidiſſet adhærere, medium amplexatus per aquas ad femur vadis ſcaphæ impoſuit reſupinum, tunc remis, vt iuſſi erant, incumbentes ſocij ſecundo Tyberi aduolauerunt.* Deſcribit deinde auctor, vt Romani cognita fuga Pontificis, Ipſum ſint inſecuti, prætereIapſumque ædes S. Pauli curſu præcipiti præoccuparint, quem tamen diuina prouidentia texerit in medijs periculis, nam & cymba, quæ inſtare, ac premere a tergo cœperant, in glaream impegit, & alia, quæ a fronte venientem exceptura erat, cum firma ſat non eſſet, concurrere non eſt auſa, nec tela, quæ e ripa vtraque iactata fuerat, nocuere.

Erat, inquit, *tunc forte per æſtatis tempora fluuius aqua macer, vt ſinuoſos receſſus aquis plenıores ſcapha petere cogeretur, & Tyberis complentes ripas Romani pars de infimo ſecundum aquas alueo haſtis in fluuium iactatis, pars baliſtis & oblatis forte miſſilibus, quibuſque telis deſuper minabantur. Eorum territi aſpectu ſoldanus Valentinuſque Pontificem, vt principio immiſſus fuerat, reſupinum ſcuto tegentes baliſtis, quas etiam ipſi habebant, in hoſtem verſis ſcuta duo ſagittis hoſtium prætenderunt, exortoque Romanorum clamore minas inter & multa, quæ immittebantur, tela taciti ſunt delapſi. Qui vero innauigantes inſequi properauerant, cymba in ſubiectam turri naualium glaream impactu, deſides ſubſtiterunt, at pedibus equiſque inſecuti, licet primo fruſtrati eſſent conatu, nequaquam inſequi deſtiterunt, ſed alijs item ſemitis, qua ſe flectit amnis requiſitis, contumelioſiſſimas vbicumque exaudiri potuerunt voces in Pontificem clamauere, quod tamen ſpei retrahendi Pontificis principio habuiſſent, qui perniciore curſu præceſſerant ad anfractum, quem Porti dicunt, in Portuenſis agri ripa expectantes ſcalmum piſcatorium forte oblatum expeditis iuuenibus compleuerunt, eoſque in Oſtienſem ripam,*

Turpiter eum produnt.

a Blond. ibid.

Steph. Inſſ. vbi ſup. Paul. Ben. Cola m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 110. b Blond. ſup. lib. 6

Eugenius ex vrbe fugit.

Diſcrimine ſine ne a proditoribus capiatur.

Circum vndique periculis diuinitus eruitur.

Iactatur a piud teniſ. Romæ in inuti. ...

Eorundem inſanus furor.

pam, quæ eſt e regione trancientes iuſſerunt loca virgultis bibliſque obſita inſidere, vt ſi forte Pontifex ſcalmo in Tyberi vſo armatis hoſtibus conferto, & ripam Portuenſem multitudine innumera tectam cernens, terreſtri & breuiuſcula Oſtiam verſus via, in qua nullus appareret hoſtis exſcendens iret, fugiens caperetur.

Die interim ad veſperam declinante, qui Pontificis ſcaphæ obſiſtebat ventus remiſit, & mari cedente, Tyberis rapidior defluebat. Stans igitur altiuſcula puppi, Valentinus hoſtes primus omnium & inimicum conſpicatus ſcalmum, remiges hortatur, præmia ſpondet a Pontifice ingentia, gloriam memorat, quæ obſcuriſſima natos loco & genus honeſtabit ſuum, qui Romanum Pontificem, ſanctum virum, faucibus canum eripuerint, quamomnes hactenus ſanctiſſimi patris merita & miracula per ſpiculorum imbres, per volantia vndique tela, per adactas cominus pectori lanceas, illaſi tranſiuerint, memorat. Scapha interim concitatius delabens hoſtili appropinquat Scalmo. Videres Romanos ad ſcaphæ conſpectum per amnis ripas furentes partim voce & iactatis in aera brachijs minitabundos, partim multa Valentino & remigibus ſi Pontificem traderent pollicentes, partim ſpicula lapides, tela eminus iacentes. Tunc, qui ſcalmum armati inſederant proram media amnis curſu obijcientes ſpicula, & ipſi contorquent, lanceas quauerſum, quam poſſunt longe, exerunt vt nullus appareat ſecurus remigi curſus, quin vtrobique præterlapſurus viſcera transfigatur.

Glorioſiſſime ſuperatur.

In eam adductus difficultatem Valentinus impetendum in hoſtilem ſcalmum proram prora, armis arma, vociferatur, collidendas lanceas, ſubita ſoldanus aliuque ſtantes quatuor, ſcuta dua, tres baliſtas ſedentes expediunt, & medio ipſe amnis curſu furibundus ruens Valentinus, hoſtium proram petere contendebat, tunc Romani cariaſa & putrido, vt poſtea dixerunt, diffiſi ſcalmo, ac demiſſa deſuper rapido aqua curſu remiſque valide impulſis fortiter irruentis ſcaphæ impetu mergi timentes, curſu deflexerunt, & ſecurum Valentina ſine contentione tranſitum permiſerunt. Exorta exinde vectorum Pontificis clamore alacritate pleno, ſedens ipſe tunc primo, qui orationi inſtitutiſque erga Deum officijs ad eam horam iacens, & magna itineris parte tacitus vacaſſet, quo geſta eſſent modo omnia repetebat, & laudatis pro virtute omnibus, multaque pollicitus turrim adlabitur Oſtienſem, ad triremem vero Vitelli delatus ciuitatis vetulæ portum nocte illa petere decreuerat. Reflante vento in anchoris ſtare coactus eſt. Reliqua ipſius itinera: vt Piſas & Florentiam adierit, ibique fuerit honorificentiſſime exceptus, narrat ipſemet Eugenius Ioannæ Reginæ Siciliæ hiſce literis a.

In medio diſcrimine fundebat Deo preces Eugen.

a Lib. II. pag. 5.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Ioannæ II. Reginæ Siciliæ illuſtri ſalutem.

Ex literis tuis, quas venerabilis frater noſter epiſcopus Anconitanus nuper nobis reddidit, te de nobis filiali affectione ſolicitam deſiderare percepimus certiorem fieri, quo loco res noſtræ ſint, poſtquam ab vrbe diſceſſimus. Id vero & ſi fama perlatum fuiſſe credimus, poſtquam eas dediſti literas; iterato tamen breuiter narrabimus. Paucis diebus poſtquam a Ciuitate veteri ſolueramus Piſas applicuimus, vbi honorifice excepti noſtros, qui vndique confluebant, expectantes paucis fuimus morati diebus. Exinde dilectis filijs populo Florentino, qui nobis honorandis omnes ſuas effudit vires, & magna, quæ aduexerat, prælatorum, curialiumque multitudine ſociati, in vigilia B. Ioannis Baptiſtæ Florentiam intrauimus: quo in loco curia in dies creſcere ſtatim cœpit; adeo vt ipſam nunc frequentiſſimam habeamus, quamquam maiorem in modum multiplicatura videtur. Cætera etiam, quæ ſtatum noſtrum & Eccleſiæ concernunt, feliciter diſponi cœpta ſunt. Perſonæ vero noſtræ ſtatus, Domino concedente, optimus eſt, bona enim & ſincera valetudine fruimur. *Dat. &c.*

Varia Eugenij itinera.

10 Ingreſſus igitur eſt Florentiam Eugenius IX. kal. iulij, quo die ad Baſileenſes inſignes beneuolentiæ notis literas a dedit, vt omnem ex eorum animis amoueret ſuſpicionem. De ſua vero ex vrbe fuga certiores factos hortatus eſt vt, cum paribus ſtudijs in diuina tuenda gloria componendaque re Chriſtiana conſentirent, de loco vero tantum diſſenſiſſent, nunc omnes curas ad diſciplinam eccleſiaſticam reſtituendam conuerterent.

Dat Eugenius ad Baſileenſes [illegible]

a Ext. in append. Baſil. ſeſſ. edit. Rom. to. 4. p. 1. pag. 214.

Venerabilibus fratribus & dilectis filijs in ſacro generali Baſileenſi concilio congregatis.

Quis ſine dolore & lachrymis tranſeat, quæ his diebus Romæ paſſi ſumus? non enim incognitum eſt, quid conſpirationis in nos actum ſit, quid in venerabiles fratres noſtros S. R. E. Cardinales, quid denique in noſtros & curiales omnes, quo etiam conſilio, quibus medijs, quo auctore, aut quo fine omnia iſta proceſſerint. Quid vltra hæc in alijs terris eccleſiæ Romanæ quotidie machinetur, ſatis perſpicuum eſt: Chriſtus pro ſua pietate eos omnes ad frugem melioris vitæ conuertat. Ob has & alias iuſtas cauſas cenſuimus malignitati eſſe cedendum, itaque ex vrbe profecti cum galeis & alijs nauigijs Deo propitio in portum Piſanum deuenimus, deinde ſani & incolumes, ipſo Deo iuuante, hodie hac applicuimus, in quem locum multo honore, reuerentia, & deuotione ſuſcepti ſumus. Supereſt, vt eo affectu, quo cœpiſtis, in Deum quotidie ſuccreſcentes, ad generalem Eccleſiæ reformationem ſine vlteriori mora vigiles ſitis. Sic deuotiones veſtras exhortamur in Domino, noſtis enim quantum ea indigeat religio Chriſtiana, quia, vt ait propheta b, a planta pedis vſque ad verticem non eſt in ea ſanitas. Non multa diſputatione opus eſt, ſed obſeruatione & exemplo, quibus veluti quodam optimo rectore ea, quæ a ſanctis patribus conſtituta ſunt, dirigantur, ſuumque attingant officium, &c. *Dat. Florentiæ anno dominicæ incarnationis* MCCCCXXXIV, IX. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* IV.

Docet [illegible] conſpirationem [illegible]

Eugenius ad portum Piſanum applicuit.

A Florentinis honorificentiſſime excipitur.

b Iſai. 1.

Incolumi apud Florentinos Pontifice ſummiſque ab ipſis affecto honoribus, Romani miſerandis cladibus acceptis, impietatis ſuæ pœnas dedere, vti Blondus enarrat c: *Nec tamen, inquit, ea in Pontificem Romanorum impietas impunita fuit: nam qui in Adriani molem ſe receperant curiales, præſertim Pontificis domeſtici iactis noctu interdiuque bombardis vſque ad radices Capitolij populum agitarunt, & Baldaſſar Offidanus præſidij arcis præfectus, per pontem Traiani ſubiectum impetu in vrbem facto, omnia circumſtantia ferro ignique vaſtauit, peditibuſque ſcapha Tyberim traductis cum prædam captiuoſque ex vrbe ſæpenumero abduxiſſet, omnia latrocinijs infeſtauit: Micheletus vero Laurentius & Leo Sfortia qui, vt diximus, vrbis rebellione audita caſtris a Tibure mouerit, ad vrbem redeuntes portam ceperunt Appiam, apud celeberrimam D. Pauli baſilicam caſtra metati Latium prædabantur.* Inſigni etiam militari fraude vſus arcis præfectus octo præcipuos nobilitate Romanos, quorum nomina recenſet Stephanus Infeſſura d, intercepit: cum enim defectionem ab Eugenio finxiſſet, ipſos intra arcem allexit, quibus in cuſto-

Romani pluribus cladibus [illegible]

c Blond. lib. 6. dec. 3.

P. ad. Eccl. Colam. archiv. ſignat. 310.

A Mediolanenſibus copijs infeſtatur [illegible]

d Steph. Infeſſ. in Vat. arch. ſign. n. 111.

Primores aliquot intercepit.

cuſtodiam traditis, turbam in eam iniecto igne ſulphureo terruit diſſipauitque. Quibus rebus auditis Eugenius, de permutandis captiuis liberandoque Franciſco Cardinale egit cum Romanis, ac Ioannem Reatinum & Iacobum Recinetenſem iuris ſacri peritos miſit [a] permutationis interpretes. Cæterum antequam Eugenius pedem ex vrbe referret prædixerat B. Franciſca Romana [b] multis religioſis viris imminentem calamitatem, vtque profani viri pileos cardinalitios rapturi eſſent, ne ſcilicet pij ex tanta rerum conuerſione nimium conſternarentur.

a Lib. 11. pag. 1. b Vit. S. Franc. l. 5 cap. 16.

Purgant ſe plures Romani.

11 Purgarunt ſe apud Eugenium plures Romani patrati in capiendo Franciſco Cardinale flagitij participes ſe perduellioniſue conſcios non extitiſſe: in quos vſurus clementia manſuetudineque Eugenius, Lucæ epiſcopo Aquinati Romæ agenti prouinciam dedit [c], vt ipſos cenſuras non contraxiſſe renuntiaret; alios vero, qui cum anathematis reis verſati fuerant, cenſuris rite exolueret. At coniurati, qui ob tantum facinus anathemate ſe deuinxerant aſperſiſque Pontifici pluribus calumnijs illud tueri apud Baſileenſes conati ſunt; cumque miſſis oratoribus a concilio coniungi flagitaſſent, factioſorum ſtudio admiſſi fuere non expiato rite crimine, de quo graues poſtea querelæ apud principes ab Eugenio effuſæ [d]. Porro ad Romanos conciliandos Pontifici miſſos fuiſſe a Baſileenſi concilio oratores, meminit Paulus Lælius Petronus [e]; qui quidem, cum Romam acceſſiſſent, ac pro liberando Franciſco Cardinale Veneto priſtinoque imperio reſtituendo Pontifici interpretes agerent, hiſce mandatis ab Eugenio inſtructi ſunt [f].

c Lib. breu pag. 234. Miſſi a Romanis ad Baſil. concilium oratores. Noſtris admiſſi. d Cod. m. ſ. tabul. vq. Vat. Nicol Card. Arag. ſign. lit. E. pag. 255. & in al. lib. ſign. lit. C. pag. 149. e Ext. m. ſ. ibid. ſign. nu. 1. f Lib. 12. pag. 18.

Venerabili fratri & dilecto filio epiſcopo Brixienſi, & Petro de Monte vtriuſque iuris doctori ſalutem.

Miſſi ab illo oratores.

Cum vos a ſacro Baſileenſi concilio ad vrbem noſtram Romam pro dilecti filij noſtri Franciſci tit. S. Clementis presbyteri Cardinalis Venetiarum camerarij noſtri a Romanis detenti liberatione procurandæ miſſi eandem adiueritis vrbem, mandatiſque expoſitis & certa ab illis reſponſione habita, tu Petrus ad nos veniens certas per Romanos a nobis poſtulationes fieri expoſueris, aſſerendo Romanos prædictos incumbentis ſibi debiti memores prædictum filium noſtrum Cardinalem liberare & alia quædam facere diſpoſitos eſſe, dummodo nos etiam petitionibus quibuſdam ſuis annuere velimus, idcirco nos ea, quæ ad pacem, concordiam, & quorumcumque tranquillitatem ſunt paternæ ſolicitudinis affectu deſiderantes; nec non guerrarum malis innumeris pro poſſe finem imponere, ac bono & quieti omnium prouidere plenis affectibus cupientes, & de vobis, quos in arduis eximia probitate & fidelitate probatos gratiarum Dominus ſcientia, induſtria, maturitate conſilij, & alijs grandium virtutum meritis inſigniuit, plenam in Domino fiduciam obtinentes, tractandi cum prædictis Romanis ſupradicti dilecti filij noſtri Cardinalis Venetiarum liberationem, & alia petendi, quæ pro ſtatu & honore noſtro ac Romanæ eccleſiæ quomodolibet facere videbuntur, & huiuſmodi rerum cauſa omnia & ſingula, quæ ſupradicti Romani a nobis & Romana eccleſia duxerint poſtulanda, quantum deceat & vobis videbitur, noſtro & Romanæ eccleſiæ nominibus promittendi & faciendi, & executioni mandandi, & *infra*, plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem, &c. *Dat. Florentiæ die* xxv. *ſeptembris* MCCCCXXXIV.

Data ijſdem poteſtas ab Eug. cum Romanis paciſcendi.

Pactis hac de cauſa inter Pontificem & Romanos inducijs, addit Paulus Lælius Petronus [a] Baſileenſis ſynodi oratores poſtea in reditu a Bartholomæo Gualdo Romanorum ſtipendiario violato gentium iure captos eſſe, quocirca ex arce Hadriana mox in vrbem bellicæ bombardæ directæ diſploſæque fuerunt. Cæterum Romanos tot malis poſt defectionem attritos ſubdit [b] idem auctor, vt boni ad Pontificem confugiendum vrbiſque reſtituendum ipſi imperium cenſerint.

Nefaria capti. a Petronus m. ſ. Vat. arch. ſign. hoc ann. Roma a præfecto arcis tormentis verberata. b Id. ibid.

12 Demum XXVIII. octobris SS. Simonis & Tadæi peruigilio Ioannes Vitelleſcus epiſcopus Recinetenſis & Vrſinus (Tropienſem epiſcopum eum vocat Blondus [c]) pontificias copias per portam Septimianam induxere, vt conuentum erat, factaque eodem momento ex arce Hadriana eruptione vrbs in Eugenij poteſtatem redacta eſt, & Capitolium milite præſidiario firmatum, tumque Franciſcus Gondulmerius Cardinalis ex cuſtodia ereptus in arcem reductus eſt, ac viciſſim Romani proceres ea arce dimiſſi: *Camerario*, inquit Blondus, *magna populi caterua comitante ad caſtellum deducto captiui educti, paxque & plena præter ſpem ac multorum opinionem delictorum venia Romano populo eſt conceſſa*; auctor tamen perduellionis Romanorum, qui ipſos voce & manu ad excutiendum eccleſiæ imperium exciuerat, corripueratque dominatum, Poncelletus nomine captus e Capitolio ad forū Floreum raptatus, tenaculis laniatus, ac laqueo præfocatus eſt [d].

c Blond. ſup lib. 5. Ad Pontificis obedientiam reducta. Qui tyrannidis auctor exſtiterat. d Paul. Petrон. m. ſ. arch. Vat. ſign nu. 110.

Confirmato ditionis eccleſiaſticæ imperio, redeuntibuſq; poſtea Florentiam Nicolao Albergato tit. S. Crucis, qui datæ ſibi legationis munere ſūma fide ac laude erat perfunctus, ac Ioanne Ceruante Hiſpano tit. S. Petri ad vincula, qui Baſileenſium factioni antea conſenſerat, Cardinalibus: *Eugenius de rebus Eccleſiæ*, inquit Blondus [e], *meliores ſpes concepit*; vtque impenſos eccleſiæ a B. Nicolao labores aliqua grati animi ſignificatione afficeret, illum noui ſacerdotij vectigalibus auxit, ornauitque munus hiſce literis [f].

e Blond. dec. 3. l. 6. f Ext. in m. ſ. cod. Alex. VII. pag. 135.

Dilecto filio Nicolao tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali.

Eugenij beneficentia in B. Card. Albergatum.

Dilecte fili ſalutem, &c. In nuper obitu bonæ memoriæ Alfonſi quondam Cardinalis S. Euſtachij tua charitas primum occurrit nobis, cui prouideremus de prioratu S. Firmini Montiſpeſſulani, quem idem Card. viuens obtinebat. Feciſſemus hoc idem antea in alijs, ſi commoda facultas fuiſſet, qua tibi gratificari poſſemus, & tuo ſtatui prouidere iuxta deſiderium cordis noſtri, enim ita te amamus ex corde propter excellentiam virtutis tuæ, vt ſemper in noſtro animo tua memoria obuerſetur. Experti quidem ſumus tuam prudentiam conſilijque maturitatem, & (quod admodum laudabile eſt) cognouimus te eſſe procul ab ijs paſſionibus, quibus ſi cæteri carerent, res Eccleſiæ ſeſe melius haberent. Licet ergo tua circumſpectio majora mereatur, accipies hoc tamen grato animo, quod a mente beneuola proficiſcitur, & vere proprio motu. Cum autem tempus ſe dabit, vt ampliora poſſimus, intelliges profecto nos eſſe memores tuorum erga nos & Eccleſiam meritorum. Quia vero ſuperuacuum arbitramur te docere aut monere, quid ſis in concilio acturus, omnia enim ages, quæ tanti viri ſapientia requirit, ad ea vigilet & intendat tua prudentia, quæ ſibi pro vtilitate & ſtatu noſtro & Eccleſiæ & pace populi Chriſtiani videbuntur expedire. *Datum, &c.* VII. *aprilis anno* IV. Sed reuocanda eſt narratio ad Baſileen-

Digitized by Google

ſileenſium res geſtas, quarum partem antea percurrimus.

13 Diſceptatum in primis a nouarum rerum cupidis, num præſides apoſtolici admittendi eſſent, vt narrat Turrecremata a: *Dum, inquit, in Baſileenſi concilio eſſemus & quæſtia magna & inaudita mota eſſet per eos, qui occaſionem quærebant turbandi Eccleſiam, an ſcilicet præſidentes ſanctæ memoriæ domini Eugenij ad præſidendum concilio admitterentur? Audiuimus aliquos de nouellis magiſtris multa & varia circa hanc materiam dicere & plurima obijcere, vt non admitterentur, ſed hi erant in duplici differentia, quidam enim dicebant, quod nullo modo deberent admitti ad præſidendum vniuerſali concilio; alij vero, quod admitti deberent ad præſidentiam honorariam tantum, videlicet vt eminentiorem locum in concilio tenerent & primo in ea loquerentur, & quæ agenda erant per interlocutionem dirigerent, non autem ad præſidentiam auctoritatiuam, dicentes etiam, quod ſi Papa præſens eſſet nihil auctoritatis haberet præter eminentiam loci & miniſterium directionis. Primi autem opinionem ſuam, ſi opinio & non error dicenda ſit, ſic fulcire nitebantur. Primo in concilijs vniuerſalibus per Apoſtolos celebratis Petrus Apoſtolus Romanus Pontifex non legitur præſediſſe. Ergo videtur, quod etiam nunc Romanus Pontifex hanc præſidentiam in concilijs vniuerſalibus non debet expetere.* Et infra: *Secunda dicebant (quod etiam non veriti ſunt aliqui eorum ſcriptis demandare) quod in concilijs, in quibus Papa non fuit, ſed Imperatores interfuerant, Imperatores & iudices deſtinati leguntur habuiſſe primatum & officium præſidentiæ per interlocutiones, & de conſenſu ſynodi ſiue ex mandato concluſiones & iudicia feciſſe. Et non reperitur, inquiunt, inſtantia in octo concilijs vniuerſalibus de quibus diſt. 16. c. ſancta octo, præterquam in actione tertia Chalcedonenſis concilij, vbi vicarij Leonis Papæ vicem gerentes, quia nullus pro parte Imperatoris interfuit, aut in ſynodo primatum tenuiſſe & præſediſſe, & concilium direxiſſe per prælocutiones, & demum ex iuſſu ſynodi dixiſſe ſententiam in Dioſcorum ex communi conſenſu, alijs omnibus contradicentibus. Hæc ſunt verba cuiuſdam aduerſariorum in quibuſdam ſcriptis ſuis.*

a Turrecr. ſum. de eccl. lib. 3 cap. 23.

Conſutatio Baſileenſ.

Diuina oracula ab ijs detorta.

Abuſi ſunt quoque Baſileenſes Chriſti domini verbis b: *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum;* cum Romanum Pontificem in ſuo concilio præſidentem non haberent, iactaruntque hæreticorum more ſibi ſufficere præſidere Spiritum ſanctum, cui Pontifex parere debet. Quorum ſophiſmata affert idem Turrecremata c oculatus teſtis: *Spiritus ſanctus, inquiebant, præſidet concilijs vniuerſalibus, dicitur enim Matth. XVIII. vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum ſum. Ergo non videtur, quod ſine iniuria Spiritus ſancti poſſit aliquis alius admitti ad præſidendum. Quarto ſic: Nullus inferior præſidere debet ſuo ſuperiori, ſed concilium vniuerſale ſuperius eſt Romano Pontifice, iuxta decretum concilij Conſtantienſis. Ergo Papa non debet illi præſidere, nec aliquis loco eius.*

b Matth. 18.

c Turrecr. vbi ſup.

Pro opinione aliorum arguebatur ſic per alios. Si Papa aut aliquis nomine eius præſideret vniuerſali concilio, præſidentia auctoritatiua iam ſublata eſſet eſſentialis forma a concilio, puta libertas in conſultando, obſtante coactione, & ſic non omnes, ſed vnus omnia faceret, & per conſequens ſynodus nulla redderetur.

Has omnes argutias ita diſſoluit Turrecremata d: *Si conſequentia illa valida eſſet, nullus princeps præſideret alicui regno, aut prælatus alicui ſanctæ congregationi, vnde dicendum eſt, quod ſicut cauſalitas prima cauſæ non tollit cauſalitatem ſecundæ cauſæ, ita nec præſidentia ſiue præſentia Dei tollit præſidentiam miniſtrorum eius. Per hoc ergo, quod Spiritus ſanctus dicitur præſidere ſanctæ ſynodo, nec præſidentia Romani Pontificis tollitur, nec eius auctoritas diminuitur. Præterea ſi conſequentia illa eſſet bona, peccaſſent ſummi Pontifices ſancti tanquam præſumptuoſi, qui præſediſſe leguntur, ſicut viſum eſt in multis concilijs vniuerſalibus. Peccaſſent etiam concilia ipſa, quæ hoc permittebant, maxime ſi hoc, vt aduerſariorum ſtultitia arguit, vergeret in contumeliam Spiritus ſancti: quorum tamen vtrumque eſſe erroneum nullus catholicus ignorat.*

d Lib. 3. cap. 24.

Ex principio Baſileenſium abſurda plura ſequuntur.

Secundo reſpondetur, quod falſum eſt vniuerſaliter, quod aſſumitur, ſicut patet de ſecunda ſynodo Epheſina, quæ cum damnatiſſima fuerit, magis ei præſediſſe credendus eſt ſpiritus malignus, quam ſanctus, licet patres in ea congregati ſe iactaſſent, quod Spiritus ſanctus eis conſediſſet, vnde ſic leguntur dixiſſe in eorum ſynodo. Si ergo Spiritus ſanctus conſedit patribus, ſicut manifeſte conſedit & ordinauit; quæ ordinata ſunt, quis retractat? quis Spiritus ſancti caſſat gratiam?

Quod vero inducitur ex Matthæi XVIII. *vbi Chriſtus ait. Vbi duo vel tres, &c. ad propoſitum non eſt, quia cum auctoritas loquatur ad literam de congregatione quorumcumque fidelium ſiue laicorum ſiue clericorum, qui congregantur in nomine Domini, nec loquitur de congregatione locali in aliquo loco ſiue ciuitate, ſed de congregatione, quæ eſt vnanimitas in aliqua vna re, in qua conueniunt, non loquitur ad literam de concilijs vniuerſalibus, ſicut manifeſtum eſt cuique euangelium legenti. Non negamus tamen dictum illud adaptari poſſe concilijs vniuerſalibus & prouincialibus & capitulis etiam religioſorum in nomine Domini congregatis quoad promiſſionem aſſiſtentiæ diuinæ gratiæ, arguendo per locum a minori ad maius. Præterea aſſiſtentia illa ibidem promiſſa congregatis in nomine Domini non eſt præſidentia ſynodalis, vt de ſe patet; vnde non eſt ad propoſitum. Præterea cum non poſſint dici congregati in nomine Domini, qui eius vicarium vniuerſalem ad præſidentiam non admittunt, ſed contemnunt, manifeſtum eſt, quod ratio illa aduerſariorum nullius ſit roboris atque momenti.*

14 Adacti iniuſte fuere in ſolemni cœtu XXIV. aprilis habito pontificij oratores ſacramento, ſe duo Conſtantienſis concilij decreta, quæ ſynodali auctoritate in ambiguos Pontifices fuerant edita, ac ſæpius repetita propugnaturos, quod ſacramentum non pontificio, ſed priuato nomine nuncuparunt a: *Iurauerunt,* inquit Ioannes Turrecremata b, *nominibus proprijs, vt ſcilicet particulares perſonæ & hoc neceſſitate maxima compulſi, quia aliter in maximum ſcandalum totius Eccleſiæ non admittebantur ad præſidentiam, non autem iurauerant illa tenere, vt nuncij apoſtolici, imma in quantum huiuſmodi proteſtati ſunt in contrarium, nec intereſſe voluerunt ſeſſionibus, in quibus talia concludebant.* Celebrata vero ſeſſione decima ſeptima VI. kal. maij legati apoſtolici Nicolaus S. Crucis in Ieruſalem, Iulianus S. Angeli Cardinales, Ioannes archiepiſcopus Tarentinus, Petrus epiſcopus Patauinus, ac Ludouicus abbas S. Iuſtinæ vt concilij præſides in eam admiſſi ſunt: quorum tamen auctoritatem nonnullis legibus contraxere Baſileenſes, inter quas ea iniquiſſima a factioſis contra conciliorum morem lata, vt ſi pronuntiare ſanctionem concilij nollent, proximus præſul id munus obiret: quod poſtea ſeſſione XVIII. VI. kal. iulij geſtum, apoſtolicis præſidibus abſentibus, cum

Pontificij legati ad iuſiurandum ſacramentum adacti.

a Acta conc. Baſil.

b Turrecr. ſum. de Eccl. l. 2. cap. 100.

Seſſio XVII.

Baſileenſes præter morem conciliorum alios præſides deligunt.

Seſ. XVIII.

præci-

Auſi de alijs decretis ob quæ indictũ conciliũ.

a Ext. apud Nic. Card. in m. ſ. arch. Vat. Arag ſign. lit. E pag. 255. & in alio m. ſ. ſign. lit. C. pag. 149.

b Turrecr ſumm. de Eccl. l. 2. cap. 100.

Repugnante ſede Apoſt. ſanctione temere adiri.

c Id. ibid. lib. 3. cap 464.

Vana obiectio Baſileẽſium.

prædicta Conſtantienſis concilij decreta in nefarium detorta ſenſum de concilij auctoritate, quæ tunc vigente exitiali ſchiſmate ſumma erat repetiuit. Illos vero abſuiſſe, ex libello a Eugenij apologetico conſtat, ne cum ſeditioſis epiſcopis conſentirent, neque alijs curarent præeſſe, quam ijs, ob quæ inſtitutum eſſet concilium, ne periculum offendiculi vel ruinæ afferrent: vnde ob eam potiſſimum cauſam Ioannes Cardinalis Turrecremata b contendit concilium Baſileenſe, quamuis initio legitime fuerit indictum, deſijſſe tamen legitimum eſſe, quia nimirum legatos ab Romano Pontifice ad præſidendum miſſos noluit more conciliorum œcumenicorũ vti pontificia fultos auctoritate, admittere. Addit hanc ſententiam Turrecremata: *Quis autem iam etiam patrum in ſanctorum patrum literis doctus dicet, vnanimi conſenſu vniuerſalis Eccleſiæ eſſe concluſa, quæ Apoſtolica ſede, in qua Dominus totius Eccleſiæ principatum poſuit, non conſentiente, ſed potius contradicente per ſuos oratores, & reclamante concluſa ſunt? ſicut patet ex diſtinc. XVII. per totum.* Pluribus interiectis, ait auctor c.

Arguunt quidem aduerſariorum, quod ſi Papa præferret in aliquo iudicium ſuum patribus exiſtentibus in concilio vniuerſali, cum illi repræſentent Eccleſiam vniuerſalem, exiſtimaret poſſe errare damnabiliter, & per conſequens credere Eccleſiam non ſanctam contra articulum. Credo ſanctam Eccleſiam. Sed videtur nobis hoc argumentum valde debile, tum primo quia ſi loquamur de iudicio auctoritatis ſiue poteſtatis iuriſdictionis, cum hoc iudicio Apoſtolicæ ſedis nullum ſit maius, vt ſupra oſtendimus, maxime ſecundo libro, & habetur in cap. patet 9. q. 3. Papa præferendo ſe in auctoritate huius iudicij omnibus alijs fidelibus, qui ſiue ſint diſperſi, ſiue congregati, omnes ſunt eius oues & ei ſubditi, non præfert ſe vniuerſali Eccleſiæ, vt vniuerſalis Eccleſia nominat corpus cum capite ſuo: ſed bene præfert ſe vniuerſali Eccleſiæ prout nominat corpus vniuerſitatis fidelium ſubditorum ipſi Chriſti vicario; tum ſecundo quia, ſi loquamur de iudicio diſcretionis, ſi etiam Papa in aliquo caſu in aliqua materia præferret iudicium ſuum iudicio aliorum patrum exiſtentium in concilio, non ſequitur propter hoc, quod Papa exiſtimaret vniuerſalem eccleſiam poſſe damnabiliter errare, tum primo quia falſum eſt, quod aliqua congregatio presbyterorum ſecluſo Romano Pontifice vero & catholico, qui princeps & caput vniuerſalis Eccleſiæ eſt, repræſentet vniuerſalem eccleſiam, tum ſecundo, quia licet vniuerſale concilium Eccleſiam vniuerſalem repræſentare dicatur, non tamen eſt ipſa Eccleſia vniuerſalis, & ideo aduerſariorum conſequentia nulla eſt. Vniuerſale concilium errat. Ergo vniuerſalis Eccleſia errat; vnde licet concilia aliqua, vt Ariminenſe & Epheſinum II. erraſſe damnabiliter dicantur, non tamen propter hoc dicitur vniuerſalis Eccleſia damnabiliter erraſſe.

Diſſoluitur.

Seſſio XIX.

d Acta Baſil. conc. ſeſſ. 19.

Græcorum oratores de coniunctione eccleſias agunt.

15 Decimanona d ſeſſio ſeptimo idus ſeptembris celebrata, in qua Græci, qui ab Eugenio ad conciliandam veterem orientalis cum occidentali eccleſia coniunctionem exciti, cum Baſileenſibus de cogendo concilio, cui præcipui vtriuſque eccleſiæ præſules intereſſent, pacti ſunt. Erant hi Ioannis Palæologi & patriarchæ oratores Demetrius protoueſtiarius Palæologus Mæotides, Iſidorus abbas monaſterij S. Demetrij, ac Ioannes Diſſipatus, qui expoſuere, vt ſi occidentalibus placeret, vt ſynodus Conſtantinopoli celebraretur, orientales ſuis ſumptibus eo conuenturos; ſin vero viſum eſſet, vt in occidente perageretur, iuſtas ob cauſas itinerum ſumptus orientalibus ſuppeditandos. Vrgentibus vero Baſileenſibus, vt Baſileæ illa fieret, reſpondere Græci eum locum ab Imperatore & patriarcha non deſignatum fuiſſe, tum ſubditur.

Proponunt de transferendo Conſtantinopolim concilio.

Domini deputati ſacri concilij, cognoſcentes ſanctam ac perfectam ipſius concilij intentionem, quæ eſt, vt pro honore Dei & profectu fidei catholicæ nullis parcatur laboribus & impenſis, iudicarunt non expedire, vt propter locum dumtaxat tantum bonum negligeretur. Acceptarunt igitur, ſi placeat ſacro concilio, vnum de locis inferius nominandis cum hoc, quod ſicut inferius eſt conuentum, mittantur aliqui vel aliquis ad ipſum dominum Imperatorem, patriarcham, & alios, quibus perſuadeant per efficaces rationes, vt in hanc ciuitatem Baſileenſem velint aſſentire. Loca nominata ſunt Calabria, Ancona, vel alia terra maritima; Bononia, Mediolanum, vel alia ciuitas in Italia. Extra Italiam Buda in Hungaria, Vienna in Auſtria, & ad vltimum Sabaudia: conuenerunt tamen dicti domini deputati cum ipſis dominis ambaſiatoribus in his, quæ ſequuntur ſi ſacro concilio placeant. Primo dicti ambaſiatores promiſerunt, quod ad huiuſmodi ſynodum deuenient Imperator Græcorum & patriarcha Conſtantinopolitanus, & cæteri tres patriarchæ, & archiepiſcopi & epiſcopi & alij eccleſiaſtici, qui commode venire poterunt. Similiter, quod venient ab omnibus regnis & dominijs, quæ ſubijciuntur eccleſijs Græcorum cum plena poteſtate & mandato vallato iuramento & alijs clauſulis opportunis, tam ex parte ſecularium dominorum, quam prælatorum.

Vrgent Baſileenſes vt Baſileæ fiat.

Propoſita a Græcis loca.

Conuentum quoque octo millia nummuum a Latinis erogatum iri pro cœtu orientalium Conſtantinopoli ineundo, tum quatuor triremes maioris aluei adornandas ad Græcos, quorum numerus ad ſeptingentos aſcenderet, in occidentem euchendos, eoſdemque Græcos Latinorum impenſis ſuſtentandos, tum euoluto menſe decimo a proximo nouembri quatuor alias triremes trecentis baliſtarijs munitas, in quibus concilij oratores & Demetrius protoueſtiarius Palæologus aduehantur mittendas: duas etiam triremes trecentis inſtructas baliſtarijs abſente Imperatore Conſtantinopolim aduerſus Turcas tutaturas, tum concilij oratores locum Ioanni Imperatori indicaturos, ad quem vltimo applicuturus ſit: continenter habendam interea Baſileenſem ſynodum, vel ad aliam ciuitatem traducendam, ſi Imperator Baſileam admittere recuſarit. His autem pactionibus aſſenſurum Pontificem ac diplomate confirmaturum, pariterque Ioannem bulla aurea & concilij præſules ſuis ſubſcriptionibus corroboraturos.

Promiſſi Græcis ſumptus.

16 Expetita deinde eſt a Græcorum oratoribus nonnullarum vocum, quæ in Imperatoris & Ioſephi patriarchæ literis a ſuperiori adulto anno exaratis continebantur, interpretatio, ac primum, cum oratores fulcirentur mandatis, vt paciſcerentur pro celebranda Græcorum Latinorumque œcumenica ſynodo, poſtulatum eſt ab Baſileenſibus, quid nam verbo vniuerſalis ſynodi intelligerent. Quibus Græci, vt referunt acta, *reſponderunt, quod Papa & patriarchæ ſint in dicta ſynodo per ſe vel procuratores ſuos ſimiliter, & alij prælati ſint ibidem vere vel repræſentatiue.* Ex quo Græcorum reſponſo arguere licet Baſileenſes ex Græcorum ſententia œcumenicam ſynodum non repræſentaſſe, dum pontificijs præſidibus carerent; addidere Græci: *Promittentes*, nimirum præfatis, *vt ſupra, quod dominus Imperator Græcorum & patriarcha Conſtantinopolitanus intererunt perſonaliter liberi & inuiolenti, hoc eſt, quod vnicuique liceat libere dicere iudicium ſuum ſine cuiuſquam impedimento*

a Extant. ibid.

Quid ſit œcumenica ſynodus a Græcis explicatum.

Baſileenſes abſentibus legatis Ap. ſynodum œcumenicam non conſtituerunt.

vel violentia, ſiue contentione, hoc eſt ſine contentione vixoſa & contumelioſa, non tamen excluduntur diſputationes & collationes neceſſariæ, pacificæ, honeſtæ, & charitatiuæ. Cum vero Græci prædictas pactiones ea lege temperarent, vt Eugenius conuenta ſua auctoritate firmaret, Baſileenſes ſuperiora rata habentes adiecere: *Et quoniam, vt præſcriptum eſt, ipſi Græci propter nonnullas cauſas poſtulant, vt ſanctiſſimus dominus Eugenius Papa IV. dictis capitulis & conuentionibus expreſſe conſentiat, ne propter hoc tantum bonum negligatur, ipſum Eugenium hæc ſancta ſynodus cum omni charitate obſecrat & deprecatur, ac per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti cum quanta poteſt inſtantia exorat ac requirit, vt in fauorem fidei & eccleſiaſticæ vnitatis præfatis capitulis & conuentionibus ſynodali decreto approbatis & ratificatis per ſuas literas more Romanæ curiæ bullatas expreſſum aſſenſum præbeat.*

Græci rectius depoſcunt auctoritate quam Baſileenſes ſanxere.

Rogatus Eugen. vt conuentis aſſentiat.

17 In eadem ſeſſione aliquot decreta de Iudæis ad fidem alliciendis, vel fidelibus ab eorum contagione vindicandis addiderunt [a] Baſileenſes; a quibus rogatus Eugenius, vt factas cum Græcis pactiones corroboraret, aſſenſit quidem poſtulatis, ne quod Græcorum coniunctioni impedimentum inferretur, monuitque [b] ipſos inconſulta ſede Apoſtolica cum Græcis paciſci non debuiſſe, ne qui ab ipſa in orientem legati erant oratores diſcrepantia ſtatuerent, vnde grauis offenſio publica ſuboriri poſſet.

a Extant ibid.

b Lib. breu. pag. 86.

Venerabilibus fratribus, & dilectis filiis in ſacro Baſileenſi concilio coagregatis ſalutem, &c.

Exiſtimantes olim etiam dum eramus in minoribus, quam eſſet grata & accepta Deo noſtro reductio ouium, quæ ſub nomine Chriſtiano cenſentur, ad vnum ouile & vnicum paſtorem, vt vera fides in omnibus eluceret ſemper & verbo & opere iuxta poſſibilitatem noſtræ infirmitatis egimus, vt Græci ad vnitatem Romanæ atque catholicæ Eccleſiæ reducerentur. Itaque & in concilio Conſtantienſi hanc materiam ſumma cum diligentia promouimus, & tempore poſtea felicis recordationis Martini Papæ V. noſtri prædeceſſoris non deſtitimus inſtare, vt ad hanc rem ſalutiferam populo Chriſtiano intenderetur. Inter cæteros autem fuimus noſtra ſolicitudine præcipua cauſa, vt ipſe ſuos oratores propterea deſtinaret ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Imperatorem Conſtantinopolitanum & eorum patriarcham, qui cum ſuos varios oratores ad præfatum prædeceſſorem miſiſſent, continuata cura dedimus ſemper operam, vt hæc reductio optatum finem ſortiretur. Poſt noſtram verò ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumptionem, eandem cogitationem animo verſantes, & ad illorum vnitatem intendentes, elegimus ob eam cauſam præcipue ciuitatem Bononienſem pro concilio celebrando, quoniam ille locus aptiſſimus videbatur, in quo Græci faciliter poſſent nobiſcum conuenire. Demum volentes illos noſtris quoque exhortationibus ad hoc bonum vnitatis incitare, miſimus ad eos dilectum filium Chriſtoforum Garatonem ſecretarium noſtrum peritum linguæ græcæ, ad practicandum cum ipſis, quo maxime modo hæc optata reductio facillime tractari & perfici poſſit. Qui cum rediiſſet ad nos, nuper poſt proximum præteritum feſtum paſchæ, atque attuliſſet certa capitula ex parte Imperatoris & patriarchæ præfatorum, per quæ videbantur hanc reductionem cupere; nos diſcuſſis iis, quæ afferebantur mature & diligenter, remiſimus præfatum Chriſtoforum in Græciam, reſpondendo eorum petitionibus, ac dando ei mandatum de concludendo in capitulis præfatis.

Eius labores pro conciliandis Græcis.

Impulerat Martinum vt optatam coniunctionem promoueret.

Cur Bonon. transferre concilium meditatus.

Miſſus Conſtantinopolim orator.

Pactionum capita ab Imperatore reiecta.

Iterum eum dimiſit.

Cum vero circa feſtum natiuitatis Domini noſtri, per gratiam Dei ſperamus, prout a nobis habuit in mandatis reductionem, & nos indubie credimus, ſecundum quod poſſumus aſſequi coniectura, quod ipſe afferet optatam concluſionem; nunc dilectus filius Simon ... nuntius noſter venit ad nos cum veſtris literis continentibus concluſa quædam per vos cum oratoribus ipſorum Imperatoris & patriarchæ, quæ legimus diligenter. Laudamus in Domino veſtram affectionem & diligentiam circa tam pium opus, tam laudabile & fructuoſum, decet enim nos imitari doctrinam ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui propterea paſſus fuit effundi ſanguinem ſuum, vt animas omnium ſaluas faceret, & nos quoque per eius veſtigia gradientes non deſiitimus neque deſiſtemus omnia facere & procurare, per quæ hæc vnio ſancta fiat: verum hoc paulum admirari cogimur, quod in tanta re, tam graui, tam deſiderata & agitata a nobis, pendente etiam tractatu noſtro, aliquid per vos ſit concluſum, non ſolum nobis inconſultis, ſed etiam inquiſitis & inſciis, præſertim cum ea ſint concluſa & promiſſa, quæ non tantum difficilia propter plures cauſas, ſed etiam impoſſibilia multis eſſe videantur. Multæ enim ſunt difficultates in ipſis literis, quæ non ſpem rei conficiendæ, ſed deſperationem potius afferant menti noſtræ, affectionem tamen veſtram laudibus meritis commendamus.

Pia ad Baſileenſes cohortatio.

Noſtra etiam intentio circa id ſolum vertitur, vt ea agantur, ea tractentur & concludantur, per quæ ſancta hæc vnitas ſubſequatur; Qua vero via aut quo capite id fiat, id agatur, noſtra parum refert, dummodo idem finis habeatur. A vobis vno modo eſt concluſum, orator noſter forſan alio modo concluſit. Videndum eſt ergo, ne vno tempore, de eadem re duæ variæ & diuerſæ fiant concluſiones, quod & eſſet ridiculum, præſertim in tali cauſa, & ſcandalum poſſet parere (quodque plurimi æſtimandum eſt) noſtrum dedecus & veſtrum poſſet ſubſequi, tum ex diſſenſione mutua, tum varietate voluntatum. Hoc ne accidat, ſummopere obuiandum eſt: cum enim noſtra intentio ad eundem finem tendat, quem vos optatis, illa media ſunt ad hunc eligenda, quæ ſint breuiora atque expeditiora, & accepta Deo. Hæc non ad obuiandum rebus geſtis ſcripſimus, ſed ad pleniorem informationem veſtram. Verumtamen, vt perſpiciatis noſtram ſynceram & bonam voluntatem, poſtquam ita determinaſtis, eis aſſenſum, prout petitis, noſtrum præbemus. *Dat. Florentiæ, &c. XVII. kal. decembris anno IV.*

Ne contrariæ pactiones fiant.

Deligenda commodiora media.

18 Neque Conſtantinopolitanum modo Imperatorem, verum & Trapezuntinum ad redintegrandam cum Romana eccleſia coniunctionem excitauit literis ſuis Pontifex [c], quantumuis enim a Romanis vexatus, pium tamen eius in ſalutem animarum ſtudium non deferbuit, cum ante & poſt illorum defectionem, ea de re ad ipſum ſcripſerit, qui ſe ad obtemperandum eſſe paratum reſpondit.

Trapezuntinum Imp. ad vnitatem eccleſiæ Rom. ſtudet redire excitatum.

c Ext. eius lit. in app. Baſil. conc. pag. 241.

Sanctiſſimo & beatiſſimo in Chriſto patri & domino Eugenio IV. ſummo Pontifici Romanorum ſuo reuerendiſſimo Morame Megatonenus Imperator Trapezundarum.

Sanctiſſime & beatiſſime pater & domine in Chriſto. Binas ſeries eiuſdem Sanctitatis veſtræ

per

Porrum ſe ad redintegrandum priſtinum fœdus exhibet.

per galeam Venetorum ſuſcepiſſe ſcieritis, ſingularem Romæ datam, alteram quoque Florentiæ. Gratiſſima nobis contenta in ipſis cordiali mente percepimus, requiſitioni ſiquidem prælibatæ ſanctitatis cum toto noſtro imperio læto animo aſſentire diſpoſiti, quis enim dignus illius lucis videre conſtructum * magno deſiderio optandum? Parcat Deus illis, quibus non eſt timor Dei eandem ſanctitatem vexare curioſam tanti boni operis merita adimplere. Rogamus Altiſſimum, vt dignetur in prædictis taliter diſponere, vt nulla interueniat cauſa, quæ obſtet prælibatæ ſanctitati ab incœptis deſiſtere, vt optatur. *Dat. Trapezundis* MCCCCXXXIV. *die* XVIII. *octobris*.

*conſpectū

Dāmnat Eugenij hoſtes.

In ſyrijs etiam atque Armenijs in gremium Romanæ eccleſiæ reuocandis Eugenius apoſtolicas curas impendit: miſeratque oratorem Chriſtophorum Garatonum, vt cum patriarcha Ieroſolymitano de priſtino inſtaurando eccleſiarum fœdere ageret. Excepta eſt ab Iſaia patriarcha Ieroſolymitano huiuſmodi legatio tanta cum gratulatione, vt Eugenij literas in Armeniacum ſermonem conuerſas ad Armeniorum patriarcham miſerit, ſpemque eſſe de felici ſucceſſu Pontifici ſuis literis ſignificauit. Perductam rem in Florentino concilio ad optatum exitum viſuri ſumus.

a Ext. in appe. tom. Florent. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 615. Armenij ab Eugenio ad veterum communionem inſtantiſſime ſollicitati.

19 Cæterum orientalibus rebus, quas infideles præteritis ex Chriſtianorum diſſidio elati victorijs in extremum pene adducebant diſcrimen, conſulturus Pontifex, cum accepiſſet Babyloniæ ſultanum bellum ſumma vi apparare, vt Rhodum Ieroſolymitanis equitibus eriperet, ſuos legatos, qui ſynodo Baſileenſi præerant, dare operam iuſſit [b], vt concilij nomine Chriſtiani principes ad ferendas Rhodijs ſuppetias contundendoſque barbarorum conatus concitarent. Extant [c] quoque datæ eo argumento ad Ioannem Caſtellæ Regem literæ, quibus deplorat inuerſas adeo Chriſtianorum vices, vt qui antea impijs bellum inferre ſoliti eſſent, tunc eorum impetus vix ſuſtinerent, preceſque addit, vt aliquas auxiliares copias Rhodum mittat, adhuc enim omnibus ob oculos verſari triſte Cypri excidium, atque ignominiam Chriſtifidelibus tunc inuſtam, enitendumque ne illa maiori dedecore, expugnata Rhodo, cumuletur.

Sultanus Ægyptius in Rhodios parat bellū.

b Lib. breu pag. 86.

c Lib. breu pag. 85. Reſponſum hortatur Eugenius ad ferendā Rhodo opē.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Caſtellæ & legionis Regi illuſtri ſalutem, &c.

Ex literis dilecti filij Antonij Fluuiani magiſtri hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolimitani, & fidedigna aliorum relatione intelleximus, quod Chriſtianæ fidei perfidus hoſtis ſoldanus Babyloniæ, ſumma diligentia parat magnam claſſem ad oppugnandam in æſtate futura inſulam Rhodi, & eam de manibus fidelium auferendam. Nos his cognitis, ſummo dolore mentis commoti ſumus, dolentes vicem Chriſtianorum principum, qui cum illis canibus bellum inferre, & ſua auferre hactenus conſueuiſſent, nunc veluti dormientes permittant & regna & inſulas Chriſtianis ſubditas capi & conculcari per gentem omnium viliſſimam in dedecus & opprobrium totius nominis Chriſtiani. Dolemus quoque, quod propter malignitatem temporum, ne dicamus hominum, ita vndique premimur varijs moleſtijs, vt non poſſimus ad illius inſulæ defenſionem vacare, prout gerimus in deſiderio cordis noſtri: nulla enim in re libentius exponeremus facultates noſtras & Eccleſiæ, ſi quæ eſſent: ſed tamen ſubueniemus religioni pro eorum tutela, de aliquibus galeis, prout temporum anguſtiæ permittent. Verum cum hoc parum ſit futurum, reſpectu potentiæ, quæ a canibus paratur, decreuimus exhortari etiam principes Chriſtianos, præſertim qui potentes mari ſunt, ad fidelium defenſionem. Itaque quamquam fides catholica & Chriſti nomen pro eius reuerentia debent tuam & aliorum mentem permouere ad impendendam operam non ſolum pro defenſione fidelium, ſed etiam infidelium oppugnatione, tamen per Dei miſericordiam hortamur tuam ſerenitatem, eidem in remiſſionem peccatorum iniungentes, vt pro ſalute animæ tuæ pro honore regio, pro fama, & gloria tui nominis, velis mittere magiſtro præfato pro defenſione inſulæ aliquod firmum auxilium, prout dignitas tua & regni amplitudo requirit. Scis quanta mala intulerunt dudum regno Cypri, & cum ignominia totius populi Chriſtiani. Itaque prouidendum eſt per tuam & aliorum principum ſubuentionem, ne ſimilis calamitas accipiatur in ea inſula, quæ quaſi eſt ſcutum fidelium in partibus orientis, ex quo non ſolum maxima damna, ſed etiam perpetuum dedecus inſurgerent nomini Chriſtiano. Si mercedem apud Deum requiris, ex hac re conſequeris ampliſſimam: ſi laudem apud homines, nulla præclarior eſſe poterit, quam ea, quam præſtant honeſtæ piæ & ſalutiferæ actiones; hæ præſertim, quæ collocantur pro defenſione Chriſti fidelium aduerſus infidelium iniquitatem. *Dat. Florentiæ, &c.* XVII. *kal. ianuarij anno* IV.

Bellū ſoldani Chriſtianorum deplorat.

Aliquas triremes ſubſidiarias decernit Rhodijs.

Orat Caſtellanum et auxilia ampliora ſubmittat.

Propoſita ſalis gloria.

20 Comparauit, ſe ſtrenue Rhodiorum equitum magiſter, atque omnes equites exciuit ad ſultani excipiendos, comprimendoſque impetus, adeo vt barbarus, ſpe de expugnanda Rhodo abiecta, arma poſuerit, quod Eugenij ſolicitudini, qua vniuerſi principes ad inſulam tutandam commoti fuerunt, tribuendum videtur: ac pari pietatis ſtudio adductus ad comprimendos Turcas, qui a Macedonibus victi, iam fuerant, ſacros indulgentiarum theſauros effudit [b] in Macedones alioſque, qui aduerſus eoſdem Chriſtiani nominis hoſtes arma vertiſſent.

a Boſius hiſt. equit Ieroſ. l. 5. Ægyptius Rhodi ſit apparatu irritus bello abſiſtit.

b Lib. 18. pag. 46. & 48.

Vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint ſalutem, &c.

Cum dilecti filij nobiles viri, principes, domini, barones, comites, populi, & particulares perſonæ de natione Albanenſi, prout tam fidedignorum plurium relatione, quam referente fama didicimus, Chriſtiani nominis propagationis inflammati affectu, ac cupientes collatam ſibi a Deo potentiam, in exaltationem glorioſi nominis ſui exterminiumque ipſius hoſtium præſertim Teucrorum exercere, ad debellandos ipſos, & alios infideles, in detenta per eos territoria & loca, prout alias victorioſe feciſſe dicuntur, procedere intendant, ipſoſque ex intolerabili infidelitatis iugo ad Chriſtianam religionem reducere, noſtras & catholicæ Eccleſiæ pro tam felicis conſummatione negotii partes humiliter implorarunt. Nos itaque tam ſalutare propoſitum præfatorum principum, baronum, comitum, populorum, priuatarumque perſonarum dictæ nationis ſummis in Domino laudibus extollentes, ac pro eorundem ſucceſſu directis in cœlum oculis ei, cuius negotium geritur, immenſas exinde gratias exoluentes, vt fideles ipſi ad id eo feruentius animentur, quo vberiorem gratiam exinde ſe nouerint percepturos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, & illa, quam

Macedones vincunt Turcas.

Sollicitat ad perſequendam victoriam.

nobis Deus, licet immeritis, ligandi atque ſoluendi contulit poteſtatem, eiſdem fidelibus præfatæ nationis Albanenſis & quibuſcumque alijs ſimiliter fidelibus cuiuſcumque nationis, linguæ, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, qui exercitibus aduerſus præfatos Teucros directis & ordinatis, in proprijs perſonis interfuerint pariter & expenſis, quique in eiſdem exercitibus, vſque ad eorum diſſolutionem perſeuerauerint, nec non illis, qui in propoſito ad dictum exercitum accedendi fuerint, & cum iter arripuerint, morte præuenti, ad dictos exercitus non potuerunt peruenire, quin etiam vniuerſis pariter Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, qui ob impotentiam perſonalem, ſeu alias iuſtas & rationabiles cauſas non potuerint, aut noluerint illuc ſe perſonaliter transferre, ſed loco eorum duas ad minus perſonas ad pugnandum idoneas deſtinauerint, quæ in præfatis exercitibus, vt præmittitur perdurauerint, quatenus ſacerdos idoneus ſecularis vel religioſus, quem ad hoc quilibet præfatorum duxerit eligendum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint tunc, & ſemel tantum in mortis articulo, plenam remiſſionem eiſdem impendere valeat auctoritate apoſtolica, tenore præſentium miſericorditer indulgemus. *Datum Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIV. *v. id. ſeptembris pontificatus noſtri anno* IV. Referunt Turcicarum rerum ſcriptores [a], Chriſtianos conſcripto exercitu irrupiſſe in Turcicos fines, & Columbariam arcem munitiſſimam obſidione cinxiſſe, ſed a Turcicis copijs magna clade affectos.

[a] *Hanual. lib. 14. p. 2. Murat. Dragom. in Amur.*

21. Dum vero Chriſtiana religio in Græcia vi Turcica ſenſim extinguebatur, diuina pietas ad Meridionales & occidentales gentes euangelicam lucem transferebat; Canariarum enim inſularum incolæ fidem Chriſti amplexi ſunt, quos Pontifex paterno complexurus gremio vetuit eos acerbiori a catholicis imperio vexari; cum enim quinta bonorum pars ab ijs exigeretur, grauiori huiuſmodi vectigali ſolutos eſſe [b], atque ad eaſdem leges in pendendis tributis redigi iuſſit, quibus cæteri Chriſtiani in proximis terrarum oris deuincti eſſent.

[b] *Lib. 18. pag. 78.*

Ad futuram rei memoriam.

Accepimus, quod nonnulli, qui in inſulis Canariæ, in quarum aliquibus habitatores ad fidem catholicam ſunt conuerſi, eorundem habitatorum & terrarum ſibi dominium temporale vendicant, ab eiſdem conuerſis de omnibus fructibus terræ & fœtibus animalium quintam partem exigunt in eorundem conuerſorum onus nimium & grauamen. Nos igitur illius cœleſtis Paſtoris, qui oues huiuſmodi, vt vocem ſuam audirent & ſub vnico paſtore vnum ouile fierent vocare dignatus eſt, cupientes omnes inſularum prædictarum, vt præfertur, a Domino ad ouile prædictum vocatas, ac omnes alias, quas vocari a Domino contigerit in poſterum, quantum nobis ex alto conceditur ad illud adducere & bonis moribus informare, volumus atque decernimus & auctoritate apoſtolica ſtatuimus & etiam ordinamus, quod præfati habitatores earundem inſularum iam conuerſi & in poſterum conuertendi ad fidem catholicam, & quicumque alij fideles in eiſdem inſulis pro tempore moraturi, tam eccleſiæ in decimis & primitijs & alis temporalibus dominis in fructibus, redditibus, & prouentibus, ac ſeruitijs, & alijs ſpiritualibus & temporalibus iuribus perſoluendis illos laudabiles & humaniores conſuetudines atque mores, qui per alios fideles Chriſtianos antiquos in partibus ciſmarinis eiſdem inſulis propinquioribus obſeruantur, ſeruare debeant, & ad vltra vel aliter iura huiuſmodi aliqui perſoluenda minime teneantur, & ad id compelli a quoquam inuiti nequeant ſeu etiam coarctari; decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuper ijs per quoſcumque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIV. *III. kal. octobris pontificatus noſtri anno* IV. Confirmatam [a] hanc ſanctionem a Sixto IV. & Innocentio VIII. inferius viſuri ſumus.

[a] *Inn. VIII lib. 1. pag. 37.*

22. Refloreſcere tandem cœpit in Bohemia catholica religio hoc anno, gliſcente inter hæreticos diſcordia, quæ Thaboritarum & Orphanorum factiones alteriuſ Calixtinorum ſiue Pragenſium, qui pietatis ſpecie inbornati calicis vſu a laicis vſurpato a ritu vniuerſalis Eccleſiæ deſciuerant, opera penitus obruit [b]. Fiunt ex his cauſa ſcelebris aſſlictiis reſpuerant omnem concordiæ rationem Thaboritæ cum catholicis, poſtquam impudentiſſime in concilio Baſileenſi errores ſuos defenderant, Pilzinamque orthodoxorum coloniam nobilem, cum de pace agebatur, obſidione cinxerant, iactarant ijs tantum ſe adhæſuros, quæ ipſimet vna cum concilio pronuntiaſſent; ac ne ijs obſtringerentur addebant concilia vetera erraſſe, nec decretis hominum, ſed diuinis oraculis innitendum, vt nimirum ijs in nefarios ſenſus detortis, errores aſtruerent. Horum ſigmiter Procopius Raſus Bohemos omnes duriſſimo atterebat imperio, adeo vt Maynardus e Noua domo Ioannis Hus ſectator eius iugum detrectans reliquos Bohemos ab ipſo abalienarit. Cumque nouæ ciuitatis Orphani & Thaboritæ parere magiſtratui abnuiſſent, inito atrociſſimo certamine eadem noua ciuitas expugnata eſt [c], atque in pugnæ ardore viginti duo hæreticorum millia nullo ætatis, ſexus, ordiniſque diſcrimine cæſa. Ea accepta clade Procopius, qui Pilzinæ obſidionem in decimum menſem extraxerat, impietatis ſocios vlturus, omiſſis catholicis in Pragenſes mouit, cuius audito aduentu Maynardus, qui Procopij odio Pilzinenſibus fauebat, atque octo millia nummum a concilio Baſileenſi adcita ampliſſimi alterius ſubſidij ſponſione acceperat, aduerſus Thaboritas ſigna extulit, cui proceres catholici, qui imperatoris partes tuebantur, ſe coniunxere; conſertoque certamine inter Brodam Bohemicam & Buriam demum Thaboritæ cæſi deletique, cuius conflictus præclaram ſeriem ita deſcribunt Pilzinenſes [d].

[b] *Cochl. hiſt. Huſſit. lib. 6. 7. & 8.*

[c] *Id. ead. lib. 8. & Crantz. Vandal. lib. 11. c. 33.*

[d] *Ext. ac lit. in append. conc. Baſil. edit Bin. to. 4. p. 1. pag. 238.*

Cum inſtaret hora certandi, & acies contra ſe procederent, nos ordinati eramus retro in parte poſteriori, tunc noſtra acies ſecundum quod ordinatum erat terga verterunt, fugam fingentes, ita quod nos, qui eramus in cauda in parte poſteriori, fuimus in capite a parte anteriori. Inimici autem hoc videntes, videlicet nos terga vertiſſe, concrepantes ipectius clamabant horribiliter magnis vocibus: Conſurgite, conſurgite, inſequamur, ecce enim fugiunt, & ſic omnes aduerſarij conſurgentes de ſuis caſtris & curribus egreſſi equeſtres & pedeſtres nos ſunt inſecuti. Nos autem, qui eramus in parte poſteriori, videntes quod ſe a ſuis caſtris & curribus elongauerunt, aſſurgentes in nomine Domini, cuius cauſa agebatur, aggreſſi ſumus eos a tergo & intercepimus eorum regreſſum ad eorum caſtra & currus: alij autem barones nobiles cum omni multitudine conſurgentes a parte anteriori irruerunt

eos vnanimiter quaſi vir vnus & ſic ante & a tergo eos tanquam manipulos deijciebamus cadentes, quamuis multi reddebant ſe, & reddidiſſent captiuos. Non erat tunc tempus captiuandi, ſed interficiendi ſolum: etiam aliqui per nos captiui extrahebantur violenter de noſtris manibus, & interficiebantur, & ſic per hunc modum, domino Deo nos præcedente, omnes inimicos proſtrauimus paucis euadentibus, &c. Dat. in noua Pilzna feria tertia poſt feſtum corporis Chriſti. Scriptæ hæ laureatæ literæ eodem die, quo victoria parta eſt. Qua in re perfidiæ impietatiſque vindex euidenter apparuit Numen, nimirum reos dominici corporis funeſta clade oppreſſos, quo tempore Eccleſia instaurato[a] anno ſuperiori ab Eugenio veterem ritu ab Vrbano IV. inſtituto Euchariſtiæ myſteria ſumma religione celebrabat. Cæſorum porro captorumque numerus in literis ad Iulianum Cardinalem legatum a ciuit. Nurembergenſi ita recenſetur[b]:

Reos Corporis Dominici cæſos quo tempore illius feſtum celebratum.

a Ext. in bullar. eg. de re dip.

b Ext. in appen. ead. pag.

Ceciderunt pro parte Huſſitarum vniuerſi campeſtres numero XIII. millium, inter quos interempti ſunt ille Zapego capitaneus, Protopius, & Lupus presbyteri ſeductores nequam & ſeptingenti capti extunc carceribus mancipati; & de parte noſtra, quam Altiſſimus conſeruare dignatus eſt, perierunt duntaxat ducenti, quibus clementia Saluatoris dignetur miſereri, &c.

23 Vt vero plura Orphanorum ac Thaboritarum millia in bello capta, flammis vltricibus conflagrarint, ac mortuas de exuſtis templis & monaſterijs pœnas ab eo incendio ad incendia æterna tranſmigraturi dederint; deſcribit ex vetuſtis monumentis Coclæus[c] hiſce verbis: *Confecto bello, cum multa millia captiuorum eſſent, Maynardus concilio procerum accerſito perdere peſſimam plebem ſtatuit, quæ nutrita in armis omnem ætatem in caſtris egerat, nec ſub legibus victura crederetur, rapinis, cædibus, atque adulterijs aſſueta, qua ſtante pacatum regnum ſtare non poſſet, ſed veritus ne ſimul innocentes interficeret, qui ex agris coacti ad pugnam venerant, voce præconis edici iubet, nondum bellum peractum eſſe, fugiſſe Czapkonem, Coloniam expugnari oportere, vicinaſque per circuitum gentes, quæ regnum popularentur, armis domandas. Ad eam rem neceſſarios, qui ſub Procopijs militaſſent, viros fortes & in bello exercitatos; decretum eis ex publico ſtipendium donec regnum pacaretur, proinde omnes, qui ſtipendia facere vellent in horrea ſeſe proxima reciperent, cauerent ne rudes inexperteſque belli ſecum admitterent, illos ſua rura ſuoſque lares repetere poſſe. Intrauerunt horrea (quæ apud Bohemos in villis ex materia culmo tecta frequentia ſunt) pleraque Thaboritarum & Orphanorum millia.* Et infra: *Clauſa ſunt confeſtim oſtia & ignis immiſſus horreis, quo faxilla & colluuies hominum ignominioſum exitum poſt multa, quæ patrauerat ſcelera, exuſta contempta demum religionis pœnas dedit.*

Reliquiæ Orphanorũ & Thaboritarum flãmis conſũ.

c Cocl. hiſt. Huſſ. l. 8.

24 Extant plures de hac victoria literæ in appendice ſynodi Baſileenſis, tum etiã Sigiſmundi Auguſti, quibus Baſileenſes præſules hortatus eſt[d], vt decretis ſolemnibus ſupplicationibus gratias Deo agerent, nec ſe rei catholicæ amplificandæ defuturum eſt pollicitus; quæ litteræ die iunij Vlmæ conſignatæ fuere. Tradit vero Coclæus[e] Sigiſmundum accepta ea Thaboritarum & Orphanorum clade miſiſſe oratores ad Bohemos, vt ipſos blandis verbis ad obſequium adduceret; quos quidem optime fuiſſe animo comparatos ex literis[f] cuiuſdam viri principis ad Imperatorem datis colligitur, in quibus ſcriptum eſt, ſolemnes ordinum regni Bohemici conuentus habitos Pragæ prope diem diuo Ioanni Baptiſtæ ſacrum: atque in iis paulo poſt omnes vrbes, quæ cum Pragenſibus ſimultates agebant, fœdus inter ſe iniiſſe, vnica excepta Colonia; ſed demum Czapkonem & veteres Thaboritas eiuſdem fœderis leges accepiſſe.

Pragenſ. ad redintegrandam concordiam ſollicitatio.

d Ext. in append. Baſil. conc. to. 4. p. 1. pag. 223.

e Cocl. hiſt. Huſſ. l. 8.

f Ext. in ead. appe. pag. 240.

Subinde datum eſt cæſareis oratoribus hoc reſponſum, ad Sigiſmundum reuerterentur ab eoque flagitarent, vt Ratiſponam ſe conferret, ad ipſum enim illuc ampliſſimos oratores a regni ordinibus legatum iri; tum in literarum calce addidit, Bohemos ad ipſius accipienda imperia inſtaurandamque veterem cum eccleſia coniunctionem pronos eſſe. *Dat. Pragæ ſabbato ante feſtum S. Procopij anno* MCCCCXXXIV. Conſenſit his felix exitus, Bohemos enim oratores ſumma poteſtate munitos Ratiſponam perrexiſſe, ac Sigiſmundum, reſtituto aureo ſceptro, Regem ſalutaſſe, refert Coclæus[a]: vt vero poſtea religionis controuerſiæ cum Bohemis compoſitæ ſint dicetur inferius.

Bohemi ad Sigiſmundi obſequium.

a Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 8.

25 Nunc de Sigiſmundo addimus Pontificem commendaſſe ei Theodoricum[b] confirmatum a ſe archiepiſcopũ Moguntinum, qui Conrado vita functo ſucceſſerat. Extant pariter aliæ ad clerum populumque Moguntinum, ac ſuffraganeos præſules XIIII kal. nouembris datæ[c]; quibus eos nouo archiepiſcopo obſequentes eſſe iuſſit, tum ad Theodoricum ipſum, quibus illum in conſiſtorio per Antonium tit. S. Marcelli presbyterum & Lucidum S. Mariæ in Coſmedin diaconum renuntiatum archiepiſcopum ait, pallioque Argentinenſis & Vuormatienſis epiſcoporum opera ex formula a ſe imperata ornandum decreuit. Agit de eo Serarius[d] in Moguntiacis rebus, additque eius tempore typographicam artem excogitatam primum Moguntiæ fuiſſe.

b Lib. 12 pag. 3.

c Ib. pag. 1. 2. & 3

Typographia reperta Moguntiæ.

d Ea. pag. 1.

26 Excindendæ ſimoniacæ labis ſtudio permotus Eugenius graue edictum hoc anno promulgauit cenſuraſque iam ante latas in quoſuis eo vitio inquinatos, nullius faſtigij patriarchalis, cardinalitij, epiſcopalis, regaliſue diſcrimine valituras ſanxit[e], atque eos, qui ſimoniace ſacerdotalibus ſacris initiati forent, ſacrorum ordinum vſu interdixit; alios, qui eodem vitio eccleſiaſtica vectigalia ſibi comparaſſent, omni iure priuauit atque ad ea reſtituenda, intentato animarum exitio obſtrinxit. Perculit etiam anathemate non modo eos, qui ſimoniæ flagitium patraſſent, verum illos etiam, qui interpretes patrandi extitiſſent, neque eo nexu niſi in extremo mortis diſcrimine a quouis, quam ab Romano Pontifice ſoluendos pronuntiauit. Addidit demum, vt eam peſtem facilius amoliri poſſet, omnes, ad quos admiſſi criminis notitia emanaret, ad illius auctores denuntiandos fore deuinctos.

Edita ſanctio aduerſus ſimoniacos.

e Lib. 17. pag. 278. ext. etiam in bullar. conſt. 7.

Apoſtolicæ huius ſeueritatis exemplo addimus pontificiæ beneficentiæ argumentum in Vuladislao Poloniæ Rege optime de re Chriſtiana merito, cui Eugenius[f] ampliſſimam noxarum veniam in extremo vitæ mortiſque confinio tribuit ea lege, vt expiaret prius ſacra exomologeſi conſcientiam, ac recurrente quaque ſexta feria labente vnius anni ſpatio ieiunio corpus maceraret. Excultum eo aliiſque pietatis operibus Vuladislaum diuina prouidentia ad religioſam mortem comparabat, quam illi lucidum cometem portendiſſe tradunt[g].

f Ib. pag. 273.

Indulgentia in articulo mortis quã lege Poloniæ Regi conceſſa.

Pie obit Vuladislaus.

g Michou. l. 4. c. 48. & Crom. lib. 20. & alij.

Is a ſuperſtitione Lituanica ad ſanam religionem ac fidem traductus nonnullas tamen veteris ſuperſtitionis leuia, ac deridicula ſigna retinuiſſe fertur. Aliqua etiam data ſuperſtitioni, quæ ſolidæ

Digitized by Google

lidæ erant pietatis argumenta, quale hoc fuiſſe ſcribit Michouias a: *Sub eleuatione, inquit, diuiniſſimi Sacramenti quiquid iuxta ſe inueniebat puluerem, ſtramen, aut feſtucas digitis comminuebat, & proijciendo expuebat, ſuper quo dum a præſulibus prouinciæ Polonicalis redargueretur, excandeſcens in bilem proſilijt & non ominatione incantationeue, prout putabant viri reſpondit, verum ſtramen aut alia minuta atterendo & in puluerem redigendo, ſeipſum in conſpectu diuino puluerem & abiectiſſimum æſtimatum iri docebat.* Addit plures ab illo conditas ædes ſacras & monaſteria, demumque hoc elogio commendat: *Gentem Lituanicam & Samagiticam opera ſua ad fidem catholicam conuertit, vt merito gentium illarum conuerſor & apoſtolus appellari poſſit. Et intra ecclesiarum Vilnenſis & Meduicenſis ſeu Samagitienſis in Lituania, Chelmenſis & Kiouienſis in Ruſſia fundator & dotator.*

a Michou. ibid.

Inſignes Chriſtianæ demiſſionis in tanto Rege exemplum.

Amplificata ab eo fides & conditæ eccleſiæ.

His conſentanea affert Ioannes Nider b, eiuſque exequias honorificentiſſime in Baſileenſi concilio celebrata, panegyrici funebris vicea Iulianus S. Sabinæ Cardinalis hoc alio elogio cohoneſtauit: *Mihi, patres optimi, tanquam experto credite. Rex iſte, cuius exequias celebramus, Eccleſiæ ſanctæ vltra, quam credi poteſt profuit ſuo tempore: nam a tempore, quo Chriſtianiſmum ſuſcepit, vltra triginta millia paganorum ad lumen fidei conuerſa ſunt, ſeptem cathedrales eccleſias de nouo funditus pro neophytis erexit, & in loco, vbi perpetuus nutriebatur ignis & adorabatur, eccleſiam collegiatam deſtructo igne conſtruxit, & clerum in tam copioſo numero ibi auxit, vt die & nocte nulla hora nullumque momentum exiſtat, in quo non per certos eccleſiæ miniſtros iugis laus Altiſſimo perſoluatur.*

b Io. Nid. formic. l. 4. cap. 59

Miſcuerat claris virtutibus nonnulla vitia, quæ cum in ſolemni conuentu hoc eodem anno Sbignena epiſcopus Craconienſis ipſi conſtantia paſtorali obieciſſet, vt ea emendaret, ille quamuis initio ira exæſtuarit, mox tamen ſeſe colligens Sbigneum aſſentari neſcientem impenſe coluit c, correxitque ea, de quibus fuerat obiurgatus, deliberauerat, nimirum ex artis politicæ præceptis verum auxilia Bohemis ſua viciſſim ipſi aduerſus Cruciferos mutuaturis ſubmittenda eſſent necne, ſed admonitus a Sbigneo impiam eam eſſe artem politicam, quæ opem hæreticis ferendam, ac ſocietatem cum ipſis ineundam decernit, vt priuatis commodis religionis damno inſeruiatur, regiæ amplitudini imperijque propagationi religionem prætulit, pertimeſcens iure merito pontificia fulmina vibrata in eos, qui Vvicleffiſtas & Huſſitas auxilio, commeatus aliaue quauis ratione iuuarent. Hæc vtinam recolerent Chriſtiani Reges, qui inanibus ſubornati argutijs, ſpretis apoſtolicis iuſſis atque anathematiſmis diuinas iras contrahere non verentur, dum maximo religionis catholicæ detrimento, fœdera cum hæreticis iungunt, regiumque honorem diuino anteponunt.

Sbigneum epiſcopum ſe arguentem amat.

c Steph. Demalen de archie Gneſ. in Albert. Iaſtremb.

Prætulit ſtupendo religionem.

27 Decretum e regnum eſt maiori natu filio Vvladiſlao III. qui vbi ſacro oleo ritu ſolemni inunctus inſignia regia accepit, vti pater ſpoponderat, Ruſſos & Podolicos cum nobilibus Polonis honoribus & immunitatibus æquauit, legatum Florentiam miſit, qui illius nomine fidem ibi publice dedit, Regem ipſum ſemper in Pontificis obſequio futurum: quem Eugenius ad imitanda clara & illuſtria paternarum virtutum exempla, regnumque pie adminiſtrandum hiſce literis f erudiuit.

Subrogatus in eius locum Vvladiſlai III. ipſius fil.

e Crom. lib. 21.

f Lib. breu. pag. 90. & in m. ſ. Alex. VII. pag. 146.

Chariſſimo in Chriſto filio Vvladiſlao Regi Poloniæ illuſtri.

Vidimus libenter & animo beneuolo audiuimus dilectum filium Ioannem Keoi canonicum Craconienſem oratorem tuum, qui veniens ad noſtram præſentiam obtulit, ac præſtitit nobis filialem obedientiam ex parte tuæ ſerenitatis, quod fuit nobis gratiſſimum. Optime tu quidem fili chariſſime facis, qui inter prima opera adoleſcentiæ tuæ offers primitias Deo acceptas, obedientiam ſcilicet vicario Ieſu Chriſti, in quo es maxime commendandus, imitaris enim deuotionem recolendæ memoriæ patris tui, quam ſemper habuit ſingularem ad nos & Apoſtolicam ſedem. Nos quidem illum diliximus præcipua affectione, dum vixit, tanquam Chriſtianiſſimum principem & deuotum, noſtrumque & Eccleſiæ ſpecialem filium, & fidei Chriſtianæ propugnatorem: cuius virtus cum toto orbe claruerit, enitendum eſt tibi totis viribus, vt quemadmodum regnum ſuum, ita & virtus eius & ſapientia in te tranſlata eſſe videatur, maxime autem fidei integritas & deuotio illius, quæ ipſum inſignem principem reddiderunt, tibi eſt omnino imitanda. Sed omnium primum eſt & præcipuum, vt Deum colas, & diligas ex tota mente tua & ex tota anima tua, per ſemitam mandatorum ſuorum dirigens greſſus tuos, ac etiam vt orthodoxam fidem tuearis & defendas, reuerearisque, vt facis, vicarium ſuum in terris, & Eccleſiam ſanctam ſuam; prælatis vero, quos habes patres ſpirituales, debitam reuerentiam præſta. Inter cætera vero chariſſimam in Chriſto filiam Sophiam matrem tuam honora, vt ſis longæuus ſuper terram, bonorum conſilijs adhære, pacem & concordiam inquire, & ſcrutare. Hoc agens non ſolum noſtram ſed Dei quoque conſequeris benedictionem & gratiam, quibus protectus non timebis, quid faciat tibi homo. Nos vero tum propter affectionem, quam geſſimus ad patrem tuum, tum reſpectu bonæ indolis, quam in te eſſe conſpicimus, volumus eſſe tibi charitate, beneuolentia, & conſilio tanquam pater, intenti ad complacendum tuæ ſerenitati, quantum licebit cum Deo & honore noſtro in ſingulis concernentibus & tuum & regni ſtatum & honorem. *Dat. Florentiæ.*

Regem obſequia deferſ.

Ad ſubſidia virtutis paternæ imitationem.

Commendatur in ſophiam matrem.

Extulit etiam laudibus Eugenius a Reginæ Sophiæ eximium in ſedem Apoſtolicam ſtudium, vtque filium ſaluberrimis præceptis ad ſuſtinendum Polonorum ſceptrum informaret hortatus eſt: *Semper, inquit, intelleximus te eſſe deuotam & religioſam & timentem Deum, ac debita veneratione proſequi vicarium Ieſu Chriſti & Apoſtolicam ſedem. Itaque, cum filium tuum in eodem timore, deuotione, & reuerentia inſtitueris, es maxime laudanda; nihil enim maius ſibi relinquere potes, quam timorem Dei, qui Reges tuetur & regna, fidei catholicæ feruorem, et erga Romanum Pontificem deuotam obedientiam, quia in quo illa regnant, recte ille eſt Rex merito appellandus. Nos quidem tuam ſerenitatem pro ijs, quæ laudabiliter egit, commendamus in Domino, atque offerimus nos pro ſtatu & honore Regis, quem diligimus, vt præcipuum filium noſtrum, ac etiam tuum, & regno conſeruando & defendendo, ad omnia, quæ poſſumus cum Dei honore & noſtro.*

a lib. pag. 90. & in m. ſ. Alex. VII. pag. 147.

Reginæ Sophiæ, vt ſe cum virtutibus comprobat laudat.

28 Obijt eodem anno in Neapolitano regno Ludouicus III. Andegauenſis a Ioanna II. in ſpem regni aſcitus in filium, ſummumque populis, qui mirificam b de eius virtutibus expectationem conceperant, deſiderium reliquit. Morbum ex belli-

Ludouici Andeg. obitus.

b Pandul. Collo l. 5 Sum. lib. 4 cap. 3.

bellicis laboribus, quos aduerſus Antonium principē Tarentinum Ioannæ iuſſu ſuſceperat, ab ipſo contractum fuiſſe tradunt, a quo quidē bello Eugenius Ioānam Reginam deterrere ſubiectis literis ᵃ eniſus eſt, concordiæ interpretem ſe futurum pollicitus.

Monita Ioannæ a Pont. vt bello abſtineat.
ᵃ Lib. 12 ep. 5.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Ioannæ Reginæ Siciliæ illuſtri.

Eodem referente epiſcopo (nimirum Anconitano) de bello, quod proximis diebus principi Tarentino indixiſti, compertum habuimus. Quæ res non parum nobis moleſta fuit, quoniam ſi aduerſum principem illum quicquam erit tibi negotij, id non alia quam belli via tranſactum iri voluiſſemus: noſti enim ſæpenumero experta, quam dubius ſit euentus belli, quamquam, ſi eum ad vota proſpere ſucceſſurum tibi eſſet cælitus nunciatum, belli tamē diſcrimina, regni diſturbia, populorum damna, iniuriaſq; horrere debuiſti. Adde militum ductorumq; ſiue capitaneorum (ne aliud dixerimus) ignauiam, quos experta eſſe debes. bella quæ poſſent e veſtigio confici, vt chare ſint, vt alienam abſorbeant ſubſtantiam, ducere conſuetos, & (quod diligenter aduertere, ac conſiderare debebis), ſuſpicandum fore tenemus, ne tu ipſa feras, & alius meſſem colligat. Hæc omnia & cætera, quæ narrari poſſent, abs te vel ea ratione vitari vellemus, quia iamiam ambo ætate confecti ſumus, & dierum fine propemodum inſtante nihil minus, quam bellorum anxietates, cruciatuſque deſiderare debemus. Quamobrem te hortamur, & a celſitudine tua petimus vt, ſi forte alia, quam belli, eſſet via, quæ huiuſmodi diſcordias tollere poſſet, eam Domino & Deo noſtro domino Ieſu Chriſto duce ingrediaris, & tibi ipſi imprimis regnoque & regnicolis quietem priſtinam conſeruare noueris. Nos vero * ſi tractanda huiuſmodi concordia vſui aut adiumento tibi aliqualiter eſſe poſſimus, prompti ac parati continuo erimus. Et quia res iſtæ magna ex parte conficiuntur celeritate, venerabili fratri noſtro epiſcopo Taruiſino, qui apud te eſt, vt iſta, ſi volueris, tractet mandamus, quouſque aliter, ſi tibi videbitur, in hac re operari poterimus. *Dat. Florentiæ die* xx. *iulij*. Ad irritum non cecidere ᵇ hæc quæ Pontifex animo præſagiuit, in eo ſiquidem bello vita functo, vt diximus, Ludouico, principatum Tarentinum amiſſa recuperauit, contrarijſque perturbata ſucceſſibus Ioanna morbum ex mœrore concepit, annoque proximo interijt.

Propoſita belli diſcrimina.
* in
Concordiæ agit interpretem Eugenius.
ᵇ Summ. l. 4. c. 3.

29 Nauata hoc anno eſt opera ab Eugenio, vt priſtinus diſciplinæ religioſæ ſplendor ſacris familijs redderetur, quo argumento ad Prædicatores Columbariæ, ordinis comitia celebrantes, apoſtolicas literas ᶜ dedit hac temporis nota conſignatas: *Dat. Romæ apud S. Chryſogonum, &c.* IV. *kal. aprilis anno* IV. Cum vero ij regularem diſciplinam in primæuum ſanctitatis ſtatum reuocandum conſtituiſſent, ac plurimi labores pro ea re fuiſſent ſuſtinendi, contigit vt dæmon ſacrum illud opus conſpicuis ſignis diſturbare molitus ſit, quemadmodum ex viris fide digniſſimis narrat Ioannes Nider ᵈ.

ᶜ Extant in mſ. cod. Alex. VII. pag. 135. & 136.
ᵈ Io. Nid. l. 1 c. 10.
Diſciplinā religioſam inſtaurātes vexat dæmon.

A relatione fidedigna didici magiſtri Guidonis ſacræ theologiæ profeſſoris prioris Zamberati, & eiuſdem ſub prioris, & ſcripto prioris in Aſſiaco prouincia Franciæ noſtri ordinis reformatoris religione, literis, & fama approbatorum didici inquam quod, poſtquam idem conuentus in Aſſiaco præterito anno reductus fuit ad reformationis decus, ſpiritus malignus fratrum officinas cœpit patenter inuadere, feneſtras fregit, vtenſilia ſubuertit, dolia vinaria diſſoluit, chordas campanæ ſcidit, & eaſdem aſportauit, cymbalum, quod dumtaxat de die pulſari ſolet, ad menſam & collationem tempore pulſauit nocturno, ſicque inquietauit tantum intra triduum fratres, vt quoſdam fere duceret ad amentiam, nam de die in domibus conuentus inferioribus, de nocte vero habitauit in dormitorio adeo terribiliter, vt nullus fratrum auderet ſolus per conuentum incedere. Quid plura? Vna die inuaſit nouitium in ætate conſtitutum vitæ ſuæ vigeſimo & quarto circiter anno, cuius veſtes lacerauit in duodecim foraminibus, veſtigia in eis relinquens vnguium quaſi cuiuſdam feræ ſilueſtris. Alia die, in vigilia videlicet octauarum epiphaniæ, dicto apparuit nouitio in forma catti nigerrimi, dicens. Niſi habitum ordinis exueris, die tertia te interficiam. Quo viſo & audito iuuenis alta voce adiurare cœpit dæmonem in Chriſti nomine: inuaſit tunc dæmon de nouo nouitium; defendit ſe idem. In qua lucta accurebant fratres, ex lucta amborum in cella reperientes mēſam, pulpitum, lectum, & fere alia ſubuerſa omnia, vnde debilitatum ad recreandum fratres detulerunt ad ignem. Quo facto ſtatim eum de nouo de manibus fratrum eripuit, in flammas ignium proiecit, & per longum tractum temporis caput eius in medio ignis detinuit.

Deinde nouitium fratres magno cum labore eripientes, eum in eccleſiam ad ſummum altare detulerunt: vbi iterato eum dæmon e manibus eorum explodit, & per totum chorum violenter traxit, & adeo percuſſit grauiter, vt demum relictus a dæmone pene a cunctis fratribus diceretur eſſe mortuus: quamobrem omnes ad Dei genitricem & ad ſanctos plurimos preces pro defuncto cœperunt fundere, & poſtremo ad ſanctum patrem noſtrum Dominicum recurrere, ob cuius reuerentiam locus nouella reformatione decoratus erat, & vbi hæc patiebatur a dæmone. Et ecce pater iſte piiſſimus memor ſuorum operum ſuper altare ſubito in forma viri elegantiſſimi, & in habitu ordinis apparuit, frater vero, qui credebatur mortuus, & in fratrum quorundam iacuit manibus, vultu cœpit hilareſcere, ſe de medio fratrum erigere verſus altare, vt ibi Deum adoraret, & S. Dominicum. Cœpitque currere dæmon inter hæc a loco, & deinde per diuerſas officinas domus tanto cum ſtrepitu fugiendo furere, vt totius patriæ malleatores adeſſe putares, & (quod admiratione eſt dignius) mox, vt ſacramento diuiniſſimo communicatus fuit frater, qui putabatur eſſe defunctus contra inuaſionem dæmonis, tantam ei diuina virtus valetudinem tribuit, vt membris omnibus plena & perfecta reſtitueretur ſanitas. Minabatur præterea eiſdem diebus dæmonis iſte peſſimus voce clamoroſa ſe nullatenus a domo iſta receſſurum, quam dixit ſe longo tempore titulo proprietatis poſſediſſe, ſed ſcientes Deo deuoti fratres dæmonem eſſe mendacem & patrem ᵃ mendacij, cœptæ reformationi pro viribus operam dederunt, licet in his & alijs vexationibus adeo grauati fuerint, vt noctes bene inſomnes ducerent. Nec dæmon iſte malignari deſiit, nam poſtmodum alterius nouitij cappam deſtruxit & famulo in coquina fratrum neceſſitatibus ſeruienti violenter librum ſatis pulchrum, in quo horæ canonicæ continebantur cœpit & in ollam bullientem iecit & totaliter deſtruxit: ſicque tandem miſer ille dæmon abſceſſit.

Sumpta Eucharistia, qui putabatur mortuus, e manibus dæmonis reſtitutus.
ᵃ Io. 8.

30 Hoc anno ciuilia Gallorum bella ſedari cœpta, conuenientibus Niuernum Burgundo & Borbonio ducibus cauſa ineundæ pacis, cuius felicia data ᵇ ſunt initia, ſignificatumque Pontifici & concilio Baſileenſi fuit, vt legatos ad eam perficiendam confirmandamque decernerent. At Angli concordiam peroſi militum delectu ingenti habito, duceq; Ioanne Talboto ſtrenuo viro, in Gallias traijcientes plura cōmiſere prælia, nonnullaſq; cepere vrbes, ſed viciſſim a Francis magnis cladibus

Ciuilia Gallorum bella ſedata.
ᵇ Monſtr. vol. 2 cap. 101.
Pugnant Angli et Franci.

attriti [a] fuere, quorum acerbiore imperio feſſi Normanni Anglicum iugum excuſſere, aggreſſique præſidiarios milites e pluribus vrbibus deturbarunt. Deſcribit hæc accurate Monſtreletus, quem lector conſulat, traditque [b] Amedeum Sabaudiæ ducem, qui ſex & quinquaginta iam habebat annos tranſmiſſa filijs principatus adminiſtratione ad Ripalienſem receſſum amœniſſimum ſe contuliſſe, atque eremitarum ordinis S. Mauritij veſtem religioſam induiſſe, viginti famulis ac duobus proceribus ſecum retentis; verum pro radicibus & aqua, quibus eremitæ ieiunani vitam ſuſtentant, cibis lautiſſimis optimique ſaporis vino vſum fuiſſe: tradit etiam Gobelinus [c] illum annis circiter octo in eremo egiſſe, & percrebuiſſe famam ſpem de papatu concepiſſe, & quamuis curam regiminis relegaſſet ad filium, grauiora tamen negotia ad ſe deferri voluiſſe, nec ducatus titulo ſe priuaſſe, nec rem pecuniariam alteri, quam ſibi credidiſſe & cum Baſileenſium iras in Eugenium nouiſſet, atque epiſcoporum deficiente numero exercere eas poſſent, cunctos ſuæ ditionis epiſcopos & abbates & inſignes presbyteros Baſileam miſiſſe, vt antipapatu potiretur.

Normannia vrbes Carolo VII ſe dedunt.
a Id. a pag. 96. ad 103.
b Pag. 102
Amedeus dux abaud Ripalienſe receſſum petit.
c Commen Pij II. l. 7.

31 Hoc anno Coloniæ ſacra trium Magorum lipſana theca incluſa, cum ex immanis ſaxi tempeſtate deiecti caſu forent labefactanda, diuina virtute loco ceſſerunt, vt narrat Krantzius [d]: *Per id, inquit, tempus, cum maximus turbo incubuiſſet, euerſaque ſine numero felices & infelices arbores ruerent, turres & mœnia vrbium conquaſſarentur, cecidit lapis in eccleſia Colonienſi inſignis magnitudinis vento deiectus per duplicem actus teſtudinem, locoque ſanctarum ex tribus Magis reliquiarum incubuit, ſed tum diuino, vt ferunt miraculo, ceſſit theca ad parietem deduque cadenti ſaxo locum. Hodie monſtrant in eccleſia ſaxum non longe ab ſanctis reliquijs diuorum Regum.*

d Krantz. Sax. l. 11 cap. 25.
Trium Magorum reliquiæ Coloniæ, Diuino vi loco motæ ne ſaxo imminenti eliderentur.

IESV CHRISTI
Annus 1435.

EVGENII PP. IV. annus 5. SIGISMVNDI IMP. OCCID. 25. IO. VII. PALÆOL. IMP. OR. 12.

1 ANno ſalutis milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto tertiadecima indictione, celebrata eſt Baſileæ xi. kalendas februarij ſeſſio vigeſima [e], in qua ad cleri perpoliendos mores hæc lancita ſunt: *Publicus concubinarius a perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum trium menſium ſpatio ſit ipſofacto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam euidentem eccleſiarum vtilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, conuertat: nec non & huiuſmodi publicum concubinarium, vt primum talem eſſe innotuerit, mox ſuus ſuperior monere teneatur, vt infra breuiſſimum terminum concubinam dimittat, quam ſi non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliam publice reſumpſerit, iubet hæc ſancta ſynodus, vt ipſum ſuus omnibus beneficijs priuet, & nihilominus hi publici concubinarij, vſquequo cum eis per ſuos ſuperiores, poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem manifeſtamque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorumcumque bonorum dignitatum, beneficiorum, vel officiorum ſint inhabiles, qui ſi poſt diſpenſationem recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ſint inhabiles.* Adiecta plura alia in huius criminis reos, principeſque moniti, ne præſules in ſeueritate adhibenda impedirent, ac moniti laici, vt coniugalem fidem ſeruarent, quique caſtimoniam ſeruare nequirent, vxorem ducerent.

Seſſio xx.
e Acta Baſil. concil. ſeſſ. 20.
Conſtitutiones in clericos libidinoſos pœnæ.
Incontinentes laici iuſſi vxorem ducere.

2 Seſſione [a] vigeſima prima habita v. id. iunij edixere Baſileenſes vacantium primo anno ſacerdotiorum cenſus ærario papali inferri, aut pro obtinendis bullis quidquam ſolui vetuere. Reſtiterunt [b] eorum conatibus apoſtolici legati, qui conuentui præerant, commendaturque [c] ab Eugenio epiſcopus Nannetenſis apoſtolicæ dignitatis patrocinium ſuſcepiſſe. Ad reſcindendum vero id decretum cum interceſſiſſent pontificij nuntij Ambroſius [d] Camaldulenſium maior & Antonius e S. Vito ſacri palatij auditor, ac demonſtraſſent, non ſpoliandam opibus ſedem Apoſtolicam, quo oppreſſis Chriſti fidelibus ſubſidio eſſe poſſet, ipſius concilij nomine Iulianus Cardinalis fucata oratione hæc reſpondit [e]: *Nos nec re nec verbo in hoc contradicimus, immo non eſt illa ſedes, nec etiam eſſe poſſet tam potens, ac locuples, quin eam pro vtilitate Eccleſiæ locupletiorem potentioremque eſſe vellemus: quamquam affirmemus & in illa & in alijs epiſcopalibus ſedibus deſiderari magis copiam abundantiamque virtutum & meritorum, quam opum aut diuitiarum, nec certe ſumus, vt facere quidquam intendamus, per quod illa ſedes iacturam ſeu diminutionem aliquam auctoritatis ac facultatis pati [illegible].* Adiunt plura alia acute [illegible] ſed inconſulte; [illegible], vt vocant, veluti a clero [illegible] videantur, ipſas exegerit [illegible]: qui præterea ſpe [illegible] Apoſtolicæ quam in [illegible] ſuſtulerant, pontificis [illegible], de quibus Eugenius in libello apologetico [f] conqueritur. Sancitum [g] etiam de ornatu clericorum, ac concinendis diuinis laudibus, de modeſtia colenda, de pietate conſectanea, ad verba: *Gloria Patri, &c.* iuſſi conſurgere; ad nomen vero Ieſu caput inflectere.

Seſſione Baſileenſi edicto annatæ auferuntur Pontificis ærarium.
a Acta conc. Baſil ſeſſ. 21.
Illi interceſſum eſt.
b Eug. in lib. apol. m. s. arch. Vat. Card. Arag. ſign. lit. E. pag. 255.
c Lib. breu. pag. 244.
d Lib. 10. p. 261.
[illegible]
e Ext. [illegible] reſpon. in [illegible] 170.
f Ext. in antea [illegible] conc. B. [illegible] pag. 113.
[illegible]
g Ext. apud Nic. Card. Arag. m. s. arch. Vat. ſign. lit. E pag. 255.
g Act. Baſil. conc. ſeſſ. 21.

3 Interea poſtquam a B. Nicolao Albergato Cardinale S. Crucis A. S. L. ſuſceptis maximis laboribus pax Gallos inter & Anglos eorumque fœderatum Burgundum agitata ſuperioribus annis ſine vllo fructu fuiſſet, noui conuentus [h] Niuerni habiti ſunt, in quibus dum pacis conſilia ægre perduci queunt, & Galli Angliquе ruunt in arma, mutata eſt rerum facies, Anglis in Normannia cæſis [i], & capto Arundeliæ comite, tum oppido, cui S. Dionyſij nomen eſt, recepto a Carolo Rege. Ita deflorelcente Anglica felicitate conſtitutum eſt [l], vt Atrebati ad faciendum de pace colloquium ſolemnes cœtus menſe iulio celebrarentur, quibus Eugenij nomine B. Nicolaus, de quo paulo ante memoraui, & Ludouicus tit. S. Cæciliæ presbyter Cardinalis Arelatenſis præfecti; a concilio vero Baſileenſi Hugo epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, Cypri Regis frater tit. S. Petri ad vincula nec non Nicolaus Vvexonienſis epiſcopus, Nicolaus præpoſitus Cracouienſis, & Hugo archidiaconus Metenſis, fœderis interpretes decreti [m]. Quo accepto Eugenius Nicolaum Albergatum Cardinalem legatum creauit dato ad ipſum hoc diplomate [n].

Card. Albergati pro componenda pace labores.
h Ext. de eo ducis Burg. lit. in append. conc. Baſil edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 127.
Conuentus Atrebati indicti.
i Monſtrel vol. 2. pag 104. 105
l Ext. de eo Regis Franc.
m Ext. inſtrum. de ea re in append. conc. Baſil pag. 154.

Dilecto filio Nicolao tituli S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali, ad pacificandum regnum Franciæ Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem, &c.

Quamprimum fuimus, diuina diſponente clementia, ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, conſiderantes quod, licet immeriti, gerebamus & gerimus æterni pacifici Regis vices in terris, & quod illi regum Regi pax fidelium acceptabilis eſt, quam ipſe pro ſpeciali dono hereditatis ſuæ

tran-

tranſiturus ad Patrem reliquit Apoſtolis, & videntes, quod propter peſtiferam & cruentam diſſenſionem dudum exortam in regno Franciæ innumeræ ciuitates & prouinciæ affliguntur populorum cladibus, vaſtitate & depopulatione terrarum, & innumeris alijs detrimentis, qualia fiunt in bellis, maxime inter potentes, & grauiora omnis præſentibus pericula belli diuturnitate ſequutura, formidanteſque, vlterius procedente diſcordia neceſſe eſt ſequi & Angliam exhauriri viris & operibus, & Franciæ regnum deuenire ad extremam calamitatem, & cum hæc duo regna ſint firmiſſima & fortiſſima præſidia reipublicæ Chriſtianæ, ijs regnis laborantibus conſequens eſſe vniuerſam Chriſtianitatem opportuna ſubuentione carentem, cum ſummo periculo etiam fidei Catholicæ laborare, præcipue a ſeptentrione inualeſcentibus Bohemis hæreticis, & ab alijs plagis mundi infidelibus inſurgentibus contra Chriſtianos, & hodie claſſem ad capiendam inſulam Rhodi facere molientibus in dedecus totius nominis Chriſtiani, ad pacificandum præfatum regnum Franciæ conuertimus omnes noſtros ſenſus & ſpiritus,

Propoſitum rei Chriſtianæ neceſſitates.

Hos igitur, & alios effectus peſtiferos, quos guerrarum, & huius præcipue, furor producit & fouet, in noſtræ conſiderationis aciem extollentes, ac plenis & paternis deſiderantes affectibus, vt omnis ſcandalorum & guerrarum materia, quæ dudum peſtifere viguit & verſatur inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Franciæ & Henricum Angliæ Reges illuſtres, ac dilectos filios nobiles viros duces, comites, barones, milites, ac vniuerſitates, & communitates, & alios quoſcumque præfatis Regibus adhærentes, ac complices & ſequaces eorum, pacis Auctore cælitus inſpirante, in bonum ſalutaris concordiæ & vnitatis pacificæ commutetur, & de tuæ circumſpectionis induſtria, quam potentem opere pariter & ſermone in magnis expertam & arduis, eximia probitate, fidelitate, magnitudine conſilij, morum elegantia, & alijs grandium virtutum titulis, earum largitor Dominus, multifarie inſigniuit, in cuius affectibus geritur, prout indubitanter tenemus, fluctuantes turbines, ac diffidentia quæque in pacis pulchritudinem commutare, ſumentes in Altiſſimo fiduciam ſpecialem, quod illa, quæ eidem circumſpectioni tuæ; cuius præſentia nobis ſumme perutili pro tam celebris boni conſecutione votiua in præſentiarum carere compellimur, duxerimus committenda, cura exactiſſima atque peruigili curabis adimplere, habita ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, te tanquam pacis angelum, ac paciarium, noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine ad pacificandum præfatum regnum, Franciæ Apoſtolicæ ſedis legatum, de eorundem fratrum conſilio, comitante pacis angelo, prouidimus deſtinandum, indubitabili ratione tenentes quod, inſpirante pacifico regum Rege, qui vti dictum eſt, pacem iure hereditario, de mundo tranſiturus ad Patrem ſuis reliquit diſcipulis in diſceſſu, fomenta diſcordiarum quæcumque inter Reges prædictos tollere ſalutari concordia, ac inextimabile pacis bonum producere modis omnibus ſatages, tibique propterea inter præfatos Reges, nec non duces, comites, barones, milites, ac vniuerſitates, & communitates, & alios quoſcumque præfatis Regibus adhærentes, ac complices & ſequaces eorum de, & ſuper quibuſcumque diſcordijs, differentijs, atque guerris vigentibus, & quæ eſſe poſſent inter eoſdem Reges, ac alios ſupradictos, quibuſcumque iuribus, actionibus, occaſionibus, ſeu modis, quomodocumque ſeu qualitercumque, noſtro, & Eccleſiæ nomine (partium tamen diſſidentium, accedente conſenſu), tractandi & componendi, ac indicendi, ſub ſpe pacis treugas, inducias, & ſufferentias quaslibet temporales, nec non pacem & concordiam perpetuo duraturas ſub illis capitulis, pactis, modis, conditionibus, atque formis, pœnarum adiectionibus, iuramentis, obſidibus perſonarum, iurium & bonorum obligationibus, renunciationibus, promiſſionibus, cautelis, clauſulis, & ſolemnitatibus atque modis, de quibus eidem circumſpectioni tuæ quomodolibet videbitur expedire, &c. plenam, & liberam concedimus tenore præſentium facultatem. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXV. *nono kal. may pontificatus noſtri anno* V. Adhortatus eſt alijs literis Pontifex Angliæ Regem, vt ob grauiſſima, quæ in Chriſtianam redundabant mala, paci aſſentiretur.

B. Nicol. Albergati elogium.

Legati Apoſtolici dignitate itecum inſignitus.

Ampliſſimis fultus mandatis.

Henrico Regi Angliæ illuſtri.

a Lib. breu. pag. 93. & inm. 1. Alex. VII. pag. 148.

Placuit nobis multum, quod nuper audiuimus, certam ſcilicet conuentionem fieri debere kal. iul. proxime futuri in villa Attrebatenſi pro tractanda regnorum pace. Scis enim, chariſſime fili, ob magnam affectionem, quam habemus ad hanc pacem, inter regna Franciæ & Angliæ componendam, miſiſſe nos dudum dilectum filium tit. S. Crucis in Ieruſalem presbyterum Cardinalem legatum noſtrum ad partes Franciæ & ad tuam ſerenitatem. Qui tamen, peccatis hominum exigentibus, hanc rem exoptatam nobis nequiuit perficere. De quo admodum doluimus & perturbati fuimus in mente noſtra: nam conſpicimus, & omnes vident quanta mala prouenerunt Chriſtiano populo & Eccleſiæ Dei & etiam proueniunt ex hoc pernicioſo bello, quod nimium diu viguit, pacis æmulo procurante non enim, vt alia omittamus, Saraceni hoſtes Chriſtianæ fidei auſi fuiſſent inuadere & ſpoliare regnum Cypri in dedecus totius nominis Chriſtiani, neque hodie claſſem molirentur ad capiendam inſulam Rhodi, niſi confiſi diſſenſionibus & bellis inteſtinis principum Chriſtianorum & præcipue veſtris, quæ iam ſedandi tempus eſſet & pium parcere ſanguini Chriſtiano, qui iam nimium diu in regno Franciæ & alibi etiam ob illam cauſam eſt effuſus. Nos quidem, ſi ad hoc corporis noſtri ſufficerent vires, ad ipſam villam perſonaliter accederemus pro ſtatuendo tanto bono pacis & tam neceſſario, verum decreuimus illuc deſtinare præfatum Cardinalem virum, vt noſti, ſapientem, ſine affectione partium, non quærentem, quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, & amatorem pacis, qui licet ſit nobis admodum neceſſarius in agendis Eccleſiæ propter excellentiam virtutis ſuæ, tamen omnia alia poſtponere voluimus, vt eum ad tantum procurandum bonum deſtinemus, ſperamus enim in Dei benignitate, cuius miſericordiæ ſunt ſuper omnia opera eius, quod forſan flectet corda veſtra, & inſpirabit in te & alijs ſpiritum pacis, & charitatis: idcirco rogamus tuam ſerenitatem per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſumens animum & mentem pacis, quam etiam ex prophetæ verbis inquirere & ſequi teneris. Velis eligere viros ex tuo ſanguine ſine paſſionibus, ſine affectionibus priuatis, pacis amatores, & timentes Deum, quos mittas ad præfatam conuentionem, & quibus des talia mandata, vt appareat toti Chriſtianitati, te pacem cupere, te velle concordiam ponere inter regna præfata, & finem

Henricus Angliæ Rex ad pacem ſollicitatus.

Expoſitæ Mahometanor. graſſationes.

facere diuturnis bellis & ſanguinis effuſioni. Noſti, & tuum conſilium nouit, quam bona ſit pax, quam neceſſaria, quam ſancta, quam accepta Deo, qui eam præ cæteris bonis reliquit diſcipulis ſuis tanquam hereditatem ſuam, quam qui amplectitur, hic ſeruat charitatem & dilectionem, quæ ſunt pacis vincula, ſine quibus vera pax eſſe non poteſt, hic legem impleuit, hic eſt Chriſtianiſſimus appellandus, *Datum Florentiæ*.

Monita Anglo [illegible] data.

Scripſit alias eo argumento literas ad regii cōſilium a, vt Henricum monitis ad pangendam pacem impellerent: *Velitis*, inquit, *veſtro cōſilio hortari & inducere regiam ſerenitatem ad hanc pacem appetendam & firmandam, ne illam repudiando aut ſpernenda, indignationem Dei incurrat, qui auctor eſt pacis, & charitatis amator: ſpectat enim ad vos maxime, quarum conſilijs & auctoritate negotia regia diriguntur, conſulere Regi ea, quæ ſunt ſibi & regno vtilia, accepta Deo, & hominibus grata, prout ſunt pax & concordia, ſine quibus neque regna neque homines eſſe poſſent. Dat. Florentiæ*. In eandem ſententiam extant ad Henricum tit. S. Euſebij presbyterum Cardinalem grauiſſimæ literæ b, vt pro conciliandа pace ſtudia coniungeret cum Cardinale Albergato, atque ad Atrebatenſe colloquium ſe conferret.

a Ibid. pag. 92. et in m. 1. Alex. VII. pag. 149.

Spernenti pacem di[illegible] [illegible] in[illegible].

b Lib. bren pag. 95. & in m. 1 Alex. VII pag. 154.

4 Carolum quoque Regem cohortatus eſt c, vt attrito bellis regno pacem reponeret, & pacis cupidos oratores Atrebatum mitteret. Tum has preces fucit: *Inſpiret Deus & infundat ſpiritum charitatis & dilectionis in corda eorum, qui hanc pacem tractaturi ſunt, vt aliquando fiat finis ab effuſione ſanguinis Chriſtiani. Non hortamur te ad hanc rem, cum videamus te tua ſponte promptum ad ea, quæ ſunt pacis & concordiæ. Vnum monemus tuam ſerenitatem paterna affectione, vt ea velis, ea quæras, per quæ manifeſte appareat te pacem cupere, & rationi parere, non paſſiori. Quod autem petis a nobis quatuor Cardinales accedere ad hunc tractatum, id nullo modo poteſt fieri propter paucitatem Cardinalium, qui ſunt in curia. Verum deſtinabimus eum, qui præ cæteris ad hanc pacem practicandam eſt aptiſſimus, videlicet dilectum filium noſtrum Nicolaum tit. S. Crucis in Ieruſalem presbyterum Cardinalem virum ſapientiſſimum, magnæque auctoritatis, vt noſti, & procul ab omni paſſione remotum, cuius omnes cogitationes, omnia conſilia tendunt ad concordiam ad pacem: & licet ſua præſentia ſit nobis & Eccleſiæ plurimum neceſſaria, quia videmus ipſum eſſe vtilem propter eius prudentiam & conſilij grauitatem, ipſum legatum mittere volumus, ſperantes quod Altiſſimi miſericordia ſuperabit peccata hominum & tantum bonum tam optatum a nobis largietur populo tuo*.

c Ibid. pag. 92. & in m. 1. Alex. VII. pag. 150.

Opinio in pens de B. Albergato concepta.

Excitauit præterea Pontifex d Reginaldum epiſcopum Rhemenſem plurima apud Carolum pollentem auctoritate, vt conſilijs ſuis Regem ad fœdera pacis ineunda permoueret, tum etiam Philippum e Burgundiæ ducem, vt in eam rem incumberet, monuit, quem etiam ob ſtudium ſingulare in ſedem Apoſtolicam, cuius eximias notas in literis redditis ab oratoribus ſuis expreſſerat, commendauit: *Admodum*, inquit, *conſolati ſumus, videntes tuam ſingularem erga nos & Romanam eccleſiam affectionem, & laudabilem intentionem & voluntatem erga pacem ponendam in regno Franciæ, quod nimium diu bellis varijs, & inteſtinis diſſenſionibus laceratum eſt & adeo deſolatum ac proſtratum, vt ad compaſſionem eius & lachrymas mouere deberet etiam hoſtes ſuos. Et certe, ſi animum recte adduxis, ruina illius regni trahit ſecum etiam reliqua Chriſtianitatis deſolationem & magnam Eccleſiæ iacturam. Itaque tuam*

d Ib. pag. 93.

Archiepiſc. Remenſis rogatus vt pacē regem [illegible]. Burgundus de ſed. [illegible] [illegible].

e Id. ibid. & in m. 1 Alex. VII. 151.

prudentiam maxime commendamus, quæ mentem adhibet ad procurandam pacem illam tam vtilem, tam neceſſariam, tam ſanctam, in qua quidem re, vt omnes tuas vires, omnem diligentiam, omnem operam & ſtudium colloces, te in Domino exhortamur. Dat. Florentiæ. De Atrebatenſibus conuentibus, agit accuratiſſime Monſtreletus a, & oratorum Romani Pontificis, concilij, Regum Francorum & Anglorum, & Burgundi nomina exprimit, tum ad eos cœtus aliorum Regum nimirum Hiſpaniæ, Cypri, Luſitaniæ, Daniæ, Poloniæ, Nauarræ, Siciliæ, Noruegiæ, ac Mediolani & Britanniæ ducum oratores confluxiſſe addit.

Indagat Atrebatenſium conuentuum [illegible].

a Monſtr. vol. 2. a pag. 106. ad 118.

Porro a Baſileenſi concilio miſſi fuere Hugo epiſcopus Cardinalis Prænеſtinus, Matthæus Albinganenſis, & Nicolaus Vexionenſis epiſcopi, Nicolaus præpoſitus Cracouienſis, & Guillelmus Hugo archidiaconus Metenſis; de Vexionenſi vero epiſcopo ait Magnus b in hiſtoria eccleſiæ Vpſalenſis fuiſſe Gothum, & ad archiepiſcopatum Vpſalenſem poſtea euectum, ac diuinitus ad res maximas gerendas ſeruatum ita narrat: *Cum adoleſcens ab amicis emiſſus eſſet, vt tranſmiſſo mari ad præclariora gymnaſia in Germania aut Gallia diſcendarum literarum cauſa ſe transferret, accidit ipſum in littore Pomeranico, quaſſata tempeſtatibus naui, periculoſum naufragium nocturno tempore incidere, omnibuſque ſocijs ſuis abſumptis, apprehenſa tabula vario fluxu nunc in littus nunc in mare iactari, nec poſſe auxilium, vndas fauces obſtruente, clamando implorare. Interea ruricola procul a littore manſionem complexus, vocem deſuper elapſam in cubiculo ſuo audiuit, qua monebatur repente a ſomno ſurgere, & periclitanti in mari amico Dei auxilium ſine mora afferre. Huic voci mox obtemperans ſe, quamuis media nocte, in cymbam miſit, & iuuenem ſæuiſſimis tempeſtatibus erutum littori reſtituit, quo facto ſatis oſtenſum fuit diuinam prouidentiam curam de eo gerere ſingularem*. Hæc Magnus de Nicolao epiſcopo Vexionenſi, qui in Atrebatenſibus conuentibus ad Angliæ Regis oratores hortatiuam de pace orationem habuit concilij Baſileenſis nomine; Nicolaus autem præpoſitus Cracouienſis apud Philippum Burgundiæ ducem, ac Matthæus epiſcopus Albinganenſis apud Gallos proceres de bello funeſtiſſimo ſedando perorarunt. Deinde ad agitandas fœderis pactiones ventum eſt: quæ vero vtrinque ſunt propoſita his verbis deſcribitur c.

Qui miſſi concil. Baſileen.

b Magnus in hiſt. eccl. Vpſalen. lib. 5.

Diuinæ prouidentiæ exemplum inſigne.

Pro parte Chriſtianiſſimi Regis Franciæ oblatum eſt Anglicis omne dominium, quod tenent & occupant in ducatu Aquitaniæ, nec non totus ducatus Normanniæ modo & forma contentis in quadam litera ſigillis omnium dictorum ambaſiatorum ſigillata, & illuſtriſſimo domino duci Burgundiæ tradita. Pro parte Anglicorum fuit oblatum Regi Chriſtianiſſimo Franciæ totum id quod tenet & poſſidet in Francia tam citra Ligerim, quam vltra; hoc addito, quod terræ, dominia, & oppida vnius obedientiæ incluſa ſeu incluſa in dominijs alterius obedientiæ commutabuntur ad alias terras & alia oppida ſita, ſeu inclauata inter dominia alterius obedientiæ ſecundum commodiorem vſum alterutrius partium. Item hoc mediante offerebant matrimonium ſui Regis ſine alio onere dotis & liberationem domini ducis Aurelianenſis mediante financia competenti. Ad hæc legati ſedis Apoſtolicæ & Baſileenſis concilij Henrici Anglorum Regis oratoribus ſubiecere, patrem, auum, proauum, atauoſque Caroli Gallicanam coronam pacifice geſſiſſe, ac Francorum veros Reges a Pontificibus, concilijs, Imperatoribus, vniuerſiſque orbis principibus habitos, ac voce & ſcripto ſalutatos, atque ideo pacis leges a

c Ext. in appendic. Baſil. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 228.

Pacis leges ampliſſimæ Anglis oblatæ.

Anglorum [illegible] propoſitæ.

Baſileenſes Gallorum Regis partes amplexi.

Ca-

Digitized by Google

Carolo Rege Anglis propoſitas rationi conſentaneas neque ab ijs repellendas, quas ſi non admiſerine, acturos eum duce Burgundiæ omni contentione, vt pacẽ Gallis præſtaret. Reſpuerunt a, propoſita Angli quamuis eorum res ob acceptas ab ipſis clades pronæ ad exitium eſſent, atque ex eo conuentu Aquitania & Normannia non admiſſis abſceſſere die VI. ſeptembris ad bellum inſtaurandũ, quos poſtea diuino iudicio Normanniam Aquitaniamque amiſiſſe viſuri ſumus.

a Monſtr. vol. 2. pag. 8. & 112.

Aquitania & Normannia non conceſſis Angli.

5 Pontificij itaque & Baſileenſis concilij legati Philippum ducem Burgundiæ adiere, adhortatique ſunt, vt pacem cum Rege Carolo pangeret, cum ipſe ac maiores e regia Franciæ genus ducerent; deinde pactiones, quæ in rem dignitatemque Philippi vertebantur, Francorum Regis nomine obtulerunt, quas Burgundus Pontifici & concilio morem gerens, prius ſacramento, quo Henrico Regi Angliæ ſpoponderat, nunquam ſe pacem cum Franco, ni accederet Anglus fœderi, initurum, ſolutus admiſit. Permotum ipſum ad conficiendam pacem a Nicolao Cardinale Albergato inſigni miraculo ferunt, cum ille, vt cenſurarum, quibus diſturbata pace percellendus eſſet vim demonſtraret, panem dira imprecatione in atrum colorem vertiſſet, luſtratumque ſacra prece priſtino candori reſtituiſſet, quod ex veteribus monumentis Philippi geſtorum ſcriptores teſtantur b: *Nicolaus Cardinalis*, inquit Renerus Snoi, *nulla ſuaſione vertere pertinaciam Anglorum potuit, vt cum Carolo Francorum Rege paciſceretur, licet is Normanniæ ducatu cedere & Anglis perpetuo poſſidendum velle tradere ſe profiteretur, itaque illi conſilio abire re infecta, dicereque ſe aliqua die redituros. Hic tum Philippum abire quoque volentem, nolentemque Carolo parricidium condonare pacemque accipere, quod iureiurando affirmaſſet, pro ſe & Rege Angliæ facturum, Nicolaus Cardinalis pectus eius ſuaui eloquentia primum mulcere, dein cum hoc fruſtra eſſet, his verbis illum increpare. Satis ſuperque ſupplices pro Carolo ſumus, o princeps. At iam tu, ſi auctoritati ſacræ Eccleſiæ obtemperabis, qua fungor, deuoto ſemper in regno viuito tu atque poſteri: allatumque panem ſimilaginis puræ optimi tritici fecit imprecatione nigreſcere, ac prece iterum recandeſcere, additis his binis vocul.s. Tu elige. Itaque minaciſſima Cardinalis legati denuntiatio fecit, vt fletibus ſuis, tametſi multa proteſtaretur, reconciliationem gratiæ admiſerit.*

Burgundus Gallo conciliatur.

b Renerus Snoi rer. Bat. l. 10. Hettier. in hiſt. Burg. Io. Rin. Ang. & ex ijs Io. Cab. in vita B. Nic. Alber. c. 19.

Panis precib. B. Nicolai Alberg. nigreſcit iterumque candet.

Concepta earum pactionum formula extat in literis c ducis ipſius Atrebati XXI. ſeptembris huius anni die exaratis, tum in appendice d concilij Baſileenſis, quarum princeps hæc eſt: *Primo Rex dicet per ſuos ſufficienti poteſtate fulcitos, & dicere faciet duci Burgundiæ, quod mors quondam ſui patris, cui Deus parcat, fuit iniqua & malitioſe facta per illos, qui perpetrarunt dictum ſcelus, & ex malo conſilio, & ſemper ſibi diſplicuit, & de præſenti diſplicet ex toto corde ſuo, & ſi ſciuiſſet dictum caſum & fuiſſet in tali ætate & diſcretione intellectus, in quo eſt de præſenti, ipſe obuiaſſet toto ſuo poſſe; ſed ipſe erat bene iuuenis & habebat illo tempore paruam notitiam, & non fuit ita aduiſatus, quod in hoc prouideret & rogabit dictum dominum Burgundiæ, quod omnem rancorem & odium, quæ poteſt habere contra ipſum occaſione præmiſſorum tollat de corde ſuo, & quod inter eos ſit bona pax & dilectio, & de hoc fiat expreſſa mentio in literis, quæ fient de concordia & tractatu ipſorum.* Additum eſt, vt ſupplicium de Ioannis ducis nece auctoribus ſumeretur, extrueretur ſacellum ſumptu regio, annuoque donaretur cenſu: vt quotidie cœleſtis hoſtia Deo pro illius & aliorum, qui in ſuperiori cecidere bello, ſalute immolaretur: conderetur monaſterium, in quo duodecim Carthuſiani cœleſtium rerum contemplationi vacarent: excitaretur crux egregio opere in loco, vbi Ioannes obtruncatus fuerat; & ſacra alia ædicula in eccleſia Carthuſianorum in ſuburbanis Diuionenſibus, vbi corpus ſepulchro conditum erat, ornaretur vectigali annuo locupletanda, vt miſſæ ſacrum diebus ſingulis pro defuncto fieret. Addicæ aliæ leges, nimirum maximam auri vim dandam Burgundo, vrbiumq; oppidorum, agrorum, vectigalium, quæ ipſi a Francorum Rege permiſſa erant numerum continentes, quæ indicaſſe ſufficerit. Adiectum præterea, vt Philippus a præſtanda Regi Francorum fide immunis eſſet, quo tamen heredes obſtricti forent. Cautum vero, vt ſi Angli Philippo aut poſteris initi huius fœderis odio bellum intuliſſent, Francorum Regem ipſis, ac ſi ab hoſte laceſſitus eſſet, auxilio non defuturum: acceptas etiam in ſuperiori diſſenſione iniurias voluntaria obliuione deletum iri: Carolum a fœdere, quod cum Sigiſmundo Imperatore in Philippum iunxerat diſceſſurum; denique tum Regem tum ducem a Pontificijs & Baſileenſis concilij legatis iureiurando ad hæc ſeruanda adactum iri, cenſurarum eccleſiaſticarum pœnas fœdifrago intentandas, tum vtriuſque partis proceres appoſito chirographo conuentis aſſenſuros.

c Extant apud Monſtrel. vol. 2. pag. 112. ad 118.

d Append. conc. Baſil. pag. 155.

Pactiones concordiæ inter Burgundum & Gallum.

Quid, ſanctum pro expiando laſa ducis Burgund. cæde.

Philippus dux liber a ſacramento fidelitatis.

Confirmata inter Francum & Burgundum pace, Philippus oratorum ſuorum opera Anglorum Regi ſignificauit, ſe Pontificis, concilij Baſileenſis, ordinumq; ſui principatus adhortationibus aſſenſiſſe, pacemque amplexum, miſſum etiam a duobus Cardinalibus pacis interpretibus religioſum virum, qui mala ingentia, quæ ex bellis Gallicis eruperant, quæue imminerent, niſi bello abſiſteretur, proponeret: eos autem male exceptos narrat Monſtreletus a, atq; Henricum Regem, cum legiſſet immutatam a Burgundo literarum inſcriptionem, qua non vt antea ſupremus dominus appellabatur, lachrymas fudiſſe. Verum eiuſmodi pertinacia nil profuit Anglo, interea namque egregias vrbes Diepam & Areſluctum in Normannia Henricum amiſiſſe narrat auctor memoratus b, & Burgundum de Caleto expugnando ſumpſiſſe conſilia.

Angli ſæ certiores a Burgundo de conciliata pace.

a Monſtrel vol. 2. pag. 120.

b Id. pag. 122.

6 Cæterum ſedatis in Gallia bellis ciuilibus, ex conuentu Atrebatenſi reuerſi concilij Baſileenſis legati geſta omnia in ſolemni cœtu V. nouembris die Baſileæ habito expoſuere, quæ ab vniuerſis confirmata ſunt c: *Quibus ſic actis*, addunt acta; *reuerendiſſimus dominus Cardinalis legatus & præſidens nomine & auctoritate ſacri concilij de huiuſmodi ſanctiſſima pace, inter præfatos dominos Regem Franciæ & ducem Burgundiæ reformata, dedit laudes ſanctiſſimæ Trinitati, regratiando ſanctiſſimo domino noſtro ſummo Pontifici, præfatis dominis legatis, & ambaſiatoribus de laboribus per eos in huiuſmodi ſancto negotio aſſumptis, exhortatuſque eſt dominos de ſacro concilio, vt huiuſmodi paci generali velint operam dare vſque ad conſummationem eiuſdem, adijciens contra detrahentes ſacro concilio, quod ſi concilium duraſſet per viginti annos, & non fuiſſet aliud agitatum niſi de illa benedicta pace Franciæ, adhuc non deberent ſacrum concilium diffamare, immo illud laudare & benedicere.*

Atrebatenſi conuentus geſta confirmata a Baſileenſib.

c Ext. in ſtrum. de ea re ibid. pag. 650.

Certe, vt Baſileenſis ſynodus laudem meruit, dum Eugenio in ea pace conciliand a obſecundauit, ita iure cenſura percellendi præſules illi, dum hæreſeos excindendæ, repellendorum bellorum ciuilium, ſchiſmatis Græci abolendi, diſciplinæque eccleſiaſticæ reſtituendæ cura poſthabita, alienis rebus ſe implicuere, & ſedis Apoſtolicæ auctorita-

Baſileenſis ſynodus pacificatione auctoritatem labefactare auſa.

tem labefactare conati ſunt, atque inter alia ius dicebant, interponebantque decreta in ijs, quæ ad Romanum Pontificem ſpectabant: quorum impudentia atque audacia fretus archiepiſcopus Turonenſis de prærogatiuis eccleſiæ S. Martini abolendis apud ipſos litem intendit. Cum vero ex ea re dignitas ſedis Apoſtolicæ, quæ clientelam illius eccleſiæ iam ante acceperat, infringeretur, Turonenſem archiepiſcopum, vt cœpto deſiſteret, monuit Eugenius a.

Neſoria lis mota apud Baſileen. ab archiep. Turon.

a lib. breu. pag. 241. B.

Monitus officij.

Venerabili fratri archiepiſcopo Turonenſi.

Venerabilis frater ſalutem, &c. Satis admiramur quod, cum tibi conſtet de priuilegijs & libertatibus eccleſiæ beati Martini Turonenſis, cuius nos & Romanos Pontifices pro tēpore exiſtentes ſumus epiſcopi, tamen contra libertates & priuilegia huiuſmodi litigare cœpiſti in concilio Baſileenſi. Scis enim priuilegia huiuſmodi, temporibus tuorum prædeceſſorum, qui non minus ſuæ eccleſiæ honorem & dignitatem dilexerunt & defenderunt, ſemper fuiſſe inuiolabiliter obſeruata. Scire etiam debes illius eccleſiæ cauſas coram Romano Pontifice tantum tractari debere ex ſpeciali ipſius cauſæ priuilegio. Et ſi quid eſt, in quo auctoritatem tuam aut tuæ eccleſiæ lædi aut offendi putas, proponi facias coram nobis, tuam tibi bonam, & expeditam iuſtitiam miniſtrari faciemus. *Dat. Florentiæ, &c. die XIII. menſis auguſti anno* V. Præcipuum conflandi ſchiſmatis auctorem fuiſſe Turonenſem archiepiſcopum inferius viſuri ſumus.

7 Plura ſibi præter fas aſſerebant Baſileenſes, nouaq; diſcordiarum cum Pontifice ſemina iactare cœperunt, de quibus hiſce literis b queſtus eſt Eugenius.

b Ext. in append. conc. Baſil. pag. 214.

Eugenius, &c. Quaſi inter nos & ipſos emergeret differentia per nouos oratores eius generalis concilij de ſeruanda eorum concluſione cum Græcis, de dandis indulgentijs, de cauſis ſuppoſitorum dicti concilij non admittendis, de officialibus noſtris ad curiam noſtram non vocandis, de electionibus expectandis aut etiam confirmandis, de annatis, ſeruitijs communibus, & ſimilibus non recipiendis fuimus requiſiti, ad quæ omnia per noſtros oratores plene reſpondimus, & licet ex illis reſponſionibus eidem ſacro concilio ſatisfeciſſe ſperemus, proſpeximus tamen non eſſe inconſultum, ſi quid difficultatis vel ſcrupuli aut ſuſpicionis forſitan ſupereſſe contigerit, abundantius prouidere, & deſiderium noſtrum ad vnitatem & pacem amplius aperire. [Addit ſe de Cardinalium conſilio Nicolao tit. S. Crucis in Ieruſalem, Ioanni tit. S. Petri ad vincula, Iuliano tit. S. Sabinæ, Ioanni Tarentino archiepiſcopo, & Petro epiſcopo Paduino concilij præſidibus poteſtatem feciſſe, vt eiuſmodi controuerſias dirimerent] c. *Dat. XIII. kal. martij pontificatus noſtri anno IV.* Quanto ſtudio publica Eccleſiæ pax exoptata ſit ab Eugenio, vtque in Baſileenſi concilio diſciplina eccleſiaſtica priſtino ſplendori reſtitueretur, atque ob eam rem Nicolaus & Ioannes Cardinales decreti fuiſſent, ipſe ſignificauit d Amedeo Sabaudiæ duci, dum pietatis ſpecimen adhuc præſeferret.

Iniqua diſſenſio a Baſileenſ. pontifici.

De controuerſijs inter Pontificem & Baſil. componendis ſtatum.

c Ext. eorum reſponſa in app. conc. Baſil. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 79.

d Extant eius lit. in m. s. cod. Alex. VII. pag. 155.

Dilecto filio nobili viro Amedeo duci Sabaudiæ ſalutem, &c.

Nouit ille, qui ſcrutatur corda hominum & renes omnipotens Deus, nullam ſolicitudinem, nullam curam magis inſediſſe menti noſtræ ab ipſo initio noſtræ aſſumptionis ad apicem ſummi Apoſtolatus, quam vt per concilij generalis conuocationem & per commoditatem loci, in quo perſonaliter eſſe poſſemus, fieret vna & ſancta reformatio in Dei Eccleſia tam in capite quam in membris, verum cauſante temporum malitia, & peccatis hominum, vt putamus, non potuimus videre effectum huiuſmodi deſiderij noſtri, nam ea concilio Baſileenſi, quod iam fere per quinquennium prolongatum eſt, nulla aut parua admodum reformatio, quæ quidem vere reformatio poſſit dici, ſubſecuta eſt, nec etiam in futurum ſperatur, niſi prouideatur aliter, quod ad grauem iacturam reipublicæ Chriſtianæ neceſſe eſt redundare. Cupientes igitur ab intimis noſtri cordis, vt hæc optata per nos & per populum Chriſtianum reformatio aliquando diebus noſtris perficiatur, ad laudem Dei & incrementum Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, mittimus ad præfatum concilium dilectos filios Nicolaum tit. S. Crucis & Ioannem tit. S. Petri ad vincula presbyteros Cardinales legatos noſtros viros magni conſilij & virtutis, qui vtilitatem reipublicæ Chriſtianæ & pacem Eccleſiæ ſumme deſiderant ad finem, vt inter nos & prædictum concilium ad bonam concordiam & vnitatem animorum quærant conuenientibus & accommodis vijs ſiue per loci mutationem, ad quem poſſimus accedere, ſiue per alium modum, prout Altiſſimus inſpirabit, dummodo exoptata reformatio cum pace & charitate Eccleſiæ ſubſequatur.

Emendatis morum in Ecc. temporis.

Cum ergo nouerimus tuam laudabilem affectionem & bona opera impenſa circa pacem Eccleſiæ & reformationem huiuſmodi conſequendam, voluimus hoc notificare tuæ excellentiæ tanquam bono & deuoto noſtro & Eccleſiæ filio, quem certi ſumus diligere noſtrum & Eccleſiæ ſtatum & honorem, exhortantes eandem, vt velit mandare ſuis oratoribus & alijs ſuis in ipſo concilio præſidentibus, vt ipſis legatis ad votiuum effectum legationis eorum velint aſſiſtere, & congruere ipſorum voluntati, in quo nobis rem gratam facies & vtilem Eccleſiæ & Deo acceptam. Super his vero venerabilis frater noſter Ioannes epiſcopus Ambianenſis latius noſtri parte ſcribit tuæ charitati. *Datum Florentiæ, &c.*

Defendit aliquandiu Amedeus pontificiam cauſam in Baſileenſi concilio, at vbi antipapatus ſpe titillari ſe ſiuit, præcipuus ſeditioſorum concitator & ſignifer ſchiſmatis euaſit, de quo Eugenium expoſtulantem audituri ſumus. Cæterum cum morum priſtinum nitorem, vitiorumque excidium tantopere expeteret Eugenius, tamen Baſileenſes non veriti ſunt calumniæ ignominiam ipſi inurere, quaſi diſciplinæ Chriſtianæ dignitati inſtaurandæ aduerſaretur, ac non componendis Chriſtianorum moribus, ſed exigendæ pecuniæ ſtuduerunt; non enim cœptis deſtitere ſed apoſtolicis collectoribus mandata dederunt a, vt quæ pontificio nomine ſtipendia pro collatis ſacerdotijs aut primis annuis cenſibus cogerent, in Baſileenſis concilij ærarium auerterent. Ornabant facinus hoc fuco, maximos ſumptus pro conſtituenda re Bohemica & Græcis ad coniunctionem eccleſiæ occidentalis traducendis faciendos: *Nedum*, inquiunt, *aurum quodcumque habet Eccleſia, ſed & cuiuslibet catholici corpus & animam pro tanto reductionis bono cenſuimus exponenda.*

Amedeus, conſtans & variabilis.

a Ibid. pag. 172.

8 Quod ad Græcos a veteri ſchiſmate abducendos ſpectat; variæ perficiendæ rei initæ ſunt a Baſileenſibus b atque Eugenio rationes: ij quidem conuenerant inconſulto Pontifice cum Græcis oratoribus, vt ea de cauſa concilium Baſileæ, vel ſaltem in Italia celebraretur: Eugenius vero miſſo oratore Chriſtophoro Garatone Græcorum voluntati ſe accomodarat c, vt concilium celebraretur

Diſcrepantes pactiones cum Græcis ab his qui præſidebant Baſilea.

b Ibid. pag. 115.

c Ibid.

Con-

Digitized by Google

Conſtantinopoli, cui nomine occidentalis eccleſiæ Apoſtolicæ ſedis legatus præeſſet, quandoquidem ita frequentes futuros Græcorum conuentus, atque ab ipſis coniunctionem cum Latina eccleſia felicius conſtabilitum iri, quam ſi pauci, vt olim in Lugdunenſi concilio acciderat, in occidentem commearent, quorum geſta alij poſtea facile reſcinderent. At Baſileenſes conuentis ab oratore Eugenij repugnarunt, atque hæc argumenta attulere, datis ad eum literis a: *Neque illud viſum eſt expedire, vt certitudo fidei catholicæ, qua nihil firmius atque certius apud Eccleſiam eſſe poteſt, quaſi per compromiſſum quoddam in legato vel legatis & alijs ex parte Græcorum conuenientibus remitti debeat, vt quod illi ſuper differentijs, quæ inter nos & Græcos fidem ipſam tangentibus concorditer deliberauerint, id per totam Eccleſiam ratum habeatur. Nec etiam vllo pacto viſum eſt vniuerſalem ſynodum hoc tempore apud Conſtantinopolim in faucibus Turcarum ſitam potius, quam apud terras, quæ Romana eccleſia vnitatem teneat, celebrari debere, &c. Dat. Baſileæ III. non. maij anno Domini* MCCCCXXXV. Concepta ea ſententia, Baſileenſes Conſtantinopolim legatos miſere Ioannem Raguſinum ordinis Prædicatorum, Henricum Menger decretorum doctorem, ac Simonem Freiron theologum, qui apud Ioannem Imperatorem perorarunt b, vt ipſi ſuaderent inſtaurandam illam in concilio Baſileenſi eccleſiarum conſenſionem. Verum ille adduci non potuit, vt Baſileam admitteret, immo miſſis ad concilij Baſileenſis patres literis c, quemadmodum iam ſuperiori anno conuentum erat inſtitit, vt maritimus in Italia locus ad celebrandam ſynodum deſignaretur, quo itinerum longitudini nimiæ & labori parceretur, ac Romanus Pontifex ſynodo præeſſet; quod etiam Ioſephus patriarcha a legato Baſileenſi, vt nimirum in id omni opera incumberet, exegit d, ſic inquiens.

Cur paſtus ſit Eugen. Conſtantinopoli celebrandum concil.

a Extant ead. pag. 115.

Baſileenſiũ contraria argumenta

Mittunt oratores Cõſtantinopolim.

a Ext. ea orationes in appen. conc. Baſil pag. 174. 175. 176

Negat Imperator iturum ſe Baſileam.

Poſcit vt in vrbe Italiæ maritima celebretur concilium.

b Ext. eius in ead. append. pag. 134.

c Ib. pag. 242.

Literæ patriarchæ Conſtantinop.

Quoniam propter multas, rationabiles, & neceſſarias cauſas vltimum & non prætermittendum extitit, beatiſſimum dominum Eugenium Papam neceſſario adeſſe debere meditatæ & ſolicitandæ cum Deo ſanctæ catholicæ & œcumenicæ ſynodi pro vnione eccleſiarum Chriſti, & ad eam accedere perſonaliter & intereſſe vnanimiter cum ſacroſancta ſynodo ſacra Romana eccleſia & omnibus ipſi eccleſiæ aggregatis, vt poſſimus & nos, Deo auctore illic perſonaliter adeſſe, loco commodo ſtatuto, vna cum potentiſſimo & ſancto meo Imperatore & alijs nobis adhærentibus, & ſic fiat tractatus & conſtitutio vnionis, ſicut daret Deus & ab vtraque parte conuentum & affirmatum foret; propterea humilitas noſtra ad præſens committit tibi venerabili viro Henrico Menger decretorum doctori canonico Conſtantienſis eccleſiæ vni ex ambaſſiatoribus ſacroſanctæ Baſileenſis ſynodi, ad ſynodum ſanctam reuertenti, vt quando fueris cum prædicta ſacroſancta ſynodo Baſileenſi, ſtudium & diligentiam omnimodam exhibeas, & inſtanter labores & opereris, vt ſtatuatur beatiſſimum dominum Papam in meditata œcumenica ſynodo intereſſe perſonaliter, & non repræſentatiue, electo & ſtatuta loco congruente & commodo pro quiete dicti beatiſſimi domini Eugenij & noſtra. Propter hoc facta eſt tibi præſens donatio & conceſſio noſtra in ſcriptis cauſa roboris & firmitatis. Datum Conſtantinopoli MCCCCXXXV. *die* XXVI. *menſi nouembris*. Flecti ad æquitatem non potuere Baſileenſes, quamuis ſuperiori anno ſtatuiſſent, commutaturos ſe concilij locum, ſi Græci in ſuſcepto de celebranda in Italia ſynodo perſtitiſſent, conſilio, atque Eugenio concilium ob cauſam adeo iuſtam transferenti obluctari, & ſchiſma conflare auſi ſunt, quibus de rebus dicetur inferius.

Poſtulat patriarcha vt Pontifex ſynodo interſit.

Baſileenſiũ pertinacia.

Nunc reliqua ab ipſis hoc anno geſta proſequimur.

9 Seſſione XXII. idibus octobris refertos erroribus Auguſtini ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Nazareni archiepiſcopi commentarios hac cenſura notarunt a: *Libellum quendam editum a magiſtro Auguſtino vulgariter dicto de Roma archiepiſcopo Nazareno, cuius primus tractatus de ſacramento vnitatis Ieſu Chriſti & Eccleſiæ, ſiue de Chriſto integro intitulatur, ſecundus de Chriſto capite & eius inclyto principatu: alius de charitate Chriſti circa electos & eius infinito amore, tanquam non ſanam in fide doctrinam continentem cum ſuis defenſorijs damnat & reprobat, & potiſſime ſcandaloſam illam erroneam in fide in ipſo libello contentam propoſitionem, quam piæ fidelium aures ſine horrore audire non poſſunt, videlicet. Chriſtus quotidie peccat, & ex quo fuit Chriſtus quotidie peccauit, quamuis de capite Eccleſiæ Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro dicat ſe non intelligere, ſed ad membra ſua, quæ cum Chriſto capite vnum eſſe Chriſtum aſſerit, intelligentiam eius eſſe referendam dicat. Nec non & propoſitiones iſtas eius in ſententia ſimiles, quas in articulos damnatos in ſacro Conſtantienſi concilio, incidere declarat, videlicet. Non omnes fideles iuſtificati ſunt membra Chriſti, ſed ſoli electi finaliter in perpetuum regnaturi cum Chriſto ſecundum ineffabilem præſcientiam Dei ſunt membra Chriſti, ex quibus conſtat Eccleſia, quæ tamen non conſtat niſi ex eis, qui ſecundum propoſitum electionis vocati ſunt. Non ſufficit Chriſto vniri vinculo charitatis, vt aliqui efficiantur membra Chriſti, ſed requiritur alia vnio. Has etiam, quæ ſequuntur. Humana natura in Chriſto vere eſt Chriſtus. Humana natura in Chriſto eſt perſona Chriſti. Ratio ſuppoſitalis determinans humanam naturam in Chriſto non realiter diſtinguitur ab ipſa natura determinata. Natura humana in Chriſto procul dubio eſt perſona Verbi & Verbum. In Chriſto natura aſſumpta eſt realiter perſona aſſumens. Natura humana aſſumpta a Verbo ex vnione perſonali eſt veraciter Deus naturalis & proprius. Chriſtus ſecundum voluntatem creatam tantum diligit naturam humanam vnitam perſonæ verbi, quantum diligit naturam diuinam. Sicut duæ perſonæ in diuinis ſunt æqualiter diligibiles, ita duæ naturæ in Chriſto humana & diuina ſunt æqualiter diligibiles propter perſonam communem. Anima Chriſti videt Deum tam clare & intenſe, quantum clare & intenſe Deus videt ſeipſum.* Hæ & aliæ ex ijs ductæ propoſitiones, vt in fide erroneæ damnatæ a concilio fuerunt; allatæ vero in ijs libris ſanctorum patrum ſententiæ comprobatæ in vero ſenſu non in eo nefario, ad quem detortæ fuerant; parcitum autem eſt auctori, quod omnia ſcripta ſua Eccleſiæ decernenti ſubdiderit, & quamuis in ius vocatus initio non comparuerit, attulit tamen cauſas, ob quas abfuerat. Denique iuſſi fideles, qui eiuſmodi venenatos commentarios haberent, eos fidei cenſoribus tradere, pœnæque detrectantibus conſtitutæ. Recenſentur b huius epiſcopi elucubrationes a Trithemio & Card. Bellarmino.

Seſſio XXII.

Damnati commentarij Auguſtini Romani

a Acta ſynod. ſeſſ. 22.

Blaſphema in Chriſtũ propoſitio.

Propoſitiones aliæ damnatæ.

Errorum auctori ſeruata venia.

b Trithem & Bella. de ſcriptorib. eccleſ

10 Inter hæc epiſcopus Nouarienſis Philippi ducis Mediolanenſis orator, a Riccio Hiſpano inſigni proditionum artifice ſubornatus, inſidias aduerſus Pontificem, cum quo de pace acturus venerat, ſtruxit, illumque Nicolai Piccinini ope; dum in æde S. Antonij extra muros diuerſabatur, inſidijs circumuentum abducere in Mediolanenſis ducis ditionem meditatus eſt c: ſed patefacta ſunt impia ipſius execrandaque conſilia, cum plures ſceleris ſocios adſciuiſſet. Dignus quidem erat ſupplicio, ſed Pontifex in eum crimen faſſum clementia vſus eſt, vt narrat S. Antoninus d: *Quia*, inquit,

Proditio aduerſus Eug. conflata

c Blond. dec. 3. l. 6

d S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 5.

Digitized by Google

inquit, *murmur multum erat in populo hoc proceſſiſſe a Philippo Mediolanenſi, ille habita ſecuritate vitæ, quam ex tanto flagitio merebatur degradatus amittere, in publico conſiſtorio ſcelus confeſſus declarauit, Mediolanenſem eius proditionis minime conſcium vel participem, ſed propria ſua nequitia intentione id egiſſe, veniamque poſtulans a clementiſſimo principe impetrauit a curia dimiſſus.* Datam precibus Nicolai Albergati Cardinalis S. Crucis proditori vitam refert Blondus a, ac ſingula enarrat, quæ in bello ducem Mediolanenſem inter, ac Pontificem, Venetos, & Florentinos fœderatos geſta. Præerat pontificijs copijs Franciſcus Sfortia, quem Eugenius hoc anno Romanæ eccleſiæ ſigniferum dixit b. Mediolanenſem vero exercitum ductabat Piccininus in militari arte exercitatiſſimus, donec pax ineunte anno compoſita eſt interpretibus Branda Caſtellionenſi Placentino, Ioanne S. Petri ad vincula S. R. E. Cardinalibus, & Nicolao marchione Ateſtino toparcha Ferrariæ.

Nouarienſis epi calliditas auſteritate donatus.

B. Nic. Albergatus pro eo orauit.

a Blond. ſup. lib. 6

b Lib. 18. pag. 163.

De pace inter Pont. & Mediolanenſem acta.

Extant in pontificio huius anni regeſto publicæ tabulæ c, quibus ij controuerſiarum arbitri a Franciſco tit. S. Clementis Cardinale camerario Eugenij nomine ſunt delecti: *Compromittit*, inquiunt publica illa documenta, *in reuerendiſſimum dominum dominum Brandam epiſcopum Portuenſem diuina prouidentia digniſſimum Cardinalem de Caſtiliono, & in reuerendiſ. dominũ Ioannem digniſſimum Cardinalem S. Petri ad vincula, & in illuſtrem dominum dominum Nicolaum marchionem Eſtenſem, & in eis fecit & facit per hoc præſens publicum inſtrumentum compromiſſum, plenum, latum, liberum, de facto, & de amicabili compoſitione, tam coniunctim quam diuiſim generaliter, de pro, & ſuper omnibus & ſingulis differentijs, debitis, natis & ſubortis, aut quæ nata & ſuborta dici poſſent, durante præſenti compromiſſo, inter præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum & Romanam eccleſiam parte vna & illuſtriſſimam dominum dominum Philippum Mariam Angelum ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque comitem parte altera, &c.*

c Lib. 11 pag. 62.

Qui delecti ſint arbitri.

Extant etiam tabulæ confectæ a duce Mediolani, quibus procuratores ad concordiam firmandam inſtituit d: *Specialiter*, inquiunt, *ad nomine, ipſius illuſtriſſimi domini domini ducis & pro eo & ſubditis, colligatis, adhærentibus, & recommendatis ſuis aſſecurandum, ſtabiliendum, & reformandum pacem in Ferraria alias vltimate concluſam & firmatam inter ipſam illuſtriſſimam dominam ducem parte vna, & illuſtre ducale dominium Venetorum, ac magnificam communitatem Florentiæ parte alia, ſeu partibus alijs, & ad de nouo, ſi neceſſe erit, & ipſius procuratori vel alteri eorum videbitur, pacem faciendum cum dicto illuſtri dominio Venetorum & dicta magnifica communitate Florentiæ, &c. Anno Domini* MCCCCXXXV. XIII. *indictione ſecundum curſum Mediolani die veneris quinta menſis auguſti.*

d Apud Mart. V. lib. 6. pag 28.

De concordia cum Florentin. & Venetis acta.

Aſſeruntur a Blondo e ſanciti fœderis pactiones his conceptæ verbis: *Obligaretur dux Eugenium Pontificem perpetuo in patrem, dominum, & colendiſſimum paſtorem habere, reſtituere Pontifici & Eccleſiæ Philippus Imolam cum omnibus eius agris, quæ tenet & caſtellis. Pontifex vero agri Bononienſis caſtella recuperaret, quibus Veneti per Galeam & Brandolinum præſidia impoſuiſſent, Perſicetum, Francum Manzolinum, & Sanctagatam, & illa pariter, quæ in agro Imolenſi Guidantonius occuparat, Tauſignanum, Rioſeccum, Montebatalium, & Saſſitelum. Reuocaret item dux militantes ſibi in Romandiola copias, Nicolaum & Franciſcum Piccininos, Araſminum, Triaaltium, Bernardinum Vbaldinum, Petrum Iampaulum Vrſinum, & qui ad Mutinenſem venerant agrum, Antonellum Senenſem, Chriſtophorum Lauellenſem, Chriſtophorum Torellam, Americum Seuerinatem, Leonorum Pergulanum, Sagramorum, Parmenſem, & Belmamolum Pennenſem, pariterque curaret Pontifex reuocari trans Padum a Venetis quotquot ex ſuis copijs in Romandiola ſibi & Eccleſiæ militarent, præſcriptumque eſt Philippo ne quibuſuis cauſis aut exquiſitis coloribus iura Eccleſiæ violaret, neue ius aliquod in regno Apuliæ proprio nomine, auctoritate, & viribus, aut aliquibus etiam Genuenſibus, qui ſub eius ditione & poteſtate tenerentur, ſubornatis quæreret, vel oblatum acciperet, aut quærentibus quæſitariſque faueret.*

Præcipua fœderis capita.

e Blond. d. 3. l. 7 in fine.

Capta oppida reſtituit Mediol. dux Pontifici.

Duces reuocat ex Æmilia.

Nullum in regno Apuliæ nomine ſe quæſiturum pollicetur.

12 Eodem anno Bononienſes in Eugenij Papæ fidem & poteſtatem venere, legatis ad eum ampliſſimis oratoribus, qui Florentiæ confectis publicis tabulis a Bononiæ imperium ipſi reſtituerunt, quarum hæc eſt pars præcipua.

a Ext. apud Eug. lib. 11. pag. 74.

In nomine Domini. Amen.

Anno ab eiuſdem natiuitate MCCCCXXXV. die vero XXVII. menſis ſeptembris pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri infraſcripti anno V. Florentiæ in horto conuentus fratrum S. Mariæ nouellæ habitationis infraſcripti ſanctiſſimi domini noſtri conſtituti in præſentia ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Eugenij IV. diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ ſummi Pontificis ſpectabiles & egregij viri dominus Romæus de Foſcharariis miles & legum doctor, & dominus Galeottus de Canedulo, ac dominus Nicolaus de Ghiſilardis ambo etiam legum doctores, oratores, nuntij, & ambaſſiatores populi & communis Bononiæ ab ipſa communitate Bononiæ ad infraſcripta, vt dixerunt, ſpecialiter miſſi cum literis credentialibus ancianorum, conſilij, & vexilliferi iuſtitiæ ciuitatis prædictæ, & cum mandato ſexdecim reformatorum ſtatus prædictæ ciuitatis habentium a conſilio ſexcentorum plenam & liberam in forma publica & ſolemni auctoritatem, poteſtatem, & omnimodam facultatem ad infraſcripta omnia, & quæcumque alia voluiſſent pro ipſa communitate Bononiæ facienda, prout de ipſis credentialibus literis & mandato ſexdecim reformatorum in prædicto oratorum facto & facultate a conſilio ſexcentorum ipſis ſexdecim reformatoribus data, mihi Blondo infraſcripto conſtat, cum ipſa omnia apud me habeam in forma publica & authentica ſecundum formam & conſuetudinem ciuitatis Bononiæ, interrogati ab ipſo ſanctiſſimo domino noſtro in præſentia mei notarij ad hoc vocati & rogati, & teſtium infraſcriptorum dicta de cauſa vocatorum, quid cum Sanctitate domini noſtri prælibati circa factum Bononiæ intenderent & facere deliberarent, deliberato animo, ſponte, & voluntarie reſponderunt, ſe vigore commiſſionis eis factæ quando primitus a Bononia diſceſſerunt, & per illa, quæ poſtmodum a Bononienſibus ſibi ſcripta fuerunt, tanquam oratores a Bononienſibus publice miſſos vice & nomine prædictæ communitatis Bononiæ & vigore mandatorum ſupradictorum, ciuitatem ipſam Bononiæ cum territorio, caſtris, & comitatu libere & ſine aliqua exceptione vel conditione Sanctitati domini noſtri prædicti dare, promittere, & offerre, vt ciuitatis ipſius & ciuium territorij, comitatus, & caſtrorum liberum & expeditum dominium ſine aliquali exceptione vel conditione realiter & cum effectu in poſterum habeat, teneat, & poſſideat, prout ſuæ Sanctitati libuerit & placebit, dantes illi licentiam & plenariam facultatem

Miſſi ob id Florentiam oratores.

Bononiæ imperium ſolemni pactione reſtituunt.

tem mittendi pro vera & reali ipſius ciuitatis poſſeſſione, cum ſibi placuerit. Qui ſanctiſſimus dominus noſter prædicta audiens illis primo de fidelitate & deuotione ſua laudatis prædictam ciuitatem cum omnibus comitatu territorio caſtris & diſtrictu acceptauit, promittens ipſam ciuitatem ciueſque omnes paterna charitate in poſterum fouere protegere & amare. *Acta fuerunt hæc die & loco ſuperius dictis, præſentibus, &c.* Recenſentur teſtium nomina. Tifernum quoque excepit Eugenij imperium, de quo Tifernatium redditu ſupplex libellus a extat: ipſis vero Ioannem epiſcopum Piſaurienſem præfecit Pontifex. Reuocati etiam ſunt ad officium Malateſtæ b, qui Piſaurum inuaſerant, delentque c pontificia venia omnes iniuriæ fuerunt, quibus Pandulphus archiepiſcopus Patracenſis, Galeatius, & Carolus Romanam eccleſiam affecerant, ijdemque priſtinis iuribus & immunitatibus exornati d.

Tifernum ad obſequium Eugenij reuertitur.
a Lib. 11. pag. 86.
Malateſtæ conciliati Eugenio.
b Ibid. pag. 72.
c Ibid. pag. 57.
d Ibid. pag. 61. & lib. 18 pag. 288.

12 Pacata feliciter ditione eccleſiaſtica, Neapolitanum regnum exitialibus bellis laniatum eſt. Deceſſerat e Ioanna II. Siciliæ Regina ærumnis ob excitatos ab Antonio Vrſino principe Tarentino motus, ſenioque confecta die purificatæ Deiparæ virgini ſacro, cum ageret ætatis annum ſexageſimum quintum, ſepultaque eſt humili, vt iuſſerat, tumulo in templo annuntiatæ Virginis, cuius ſe filiam ſpiritualem vocitabat, vt ex eius epitaphio f conſtat. Poſt cuius obitum Neapolitani regni iura ad ſedem Apoſtolicam ſpectabant ex pactionibus inter Romanam eccleſiam & Carolum I. olim confectis, ac poſtea ab eorum ſucceſſoribus, ac ipſa Ioanna II. repetitis; neque Alfonſus Rex Aragonum iure ad illud aſpirare poterat, cum eius adoptio primum inique facta, tum iuſte reſciſſa fuiſſet: nec Renatus, ſiue Ioannæ teſtamentum, quo relinquebatur heres, verum eſſet, vel vt nonnulli ſcribunt g adulterinum, iure nitebatur neque enim Ioanna fiduciarium regnum alijs legibus transfundere in alios poterat, quam quibus ipſa accepiſſet. Extincta itaque penitus in Ioanna II. Caroli I. Andegauenſis ſtirpe, deuoluta erat ad ſupremum dominum (nimirum Pontificem) citerior Sicilia, quam Ioanni Vvitelleſco epiſcopo Recinetenſi ac patriarchæ Alexandrino adminiſtrandam tradidit h Eugenius.

Ioannæ II. obitus.
d Ib. pag. 290.
e Blond. dec. 3. l. 6
Pandulph. Collenut. lib. 6. & alij.
Regni Neapol. iura ad ſedem Apoſt. deuoluta.
g Blond. dec. 3. l. 6
Carolo I. ſtirpe in Ioanna II. deficiente.
h Lib. 18 pag. 145. & 147. ad 156.

Venerabili fratri Ioanni patriarchæ Alexandrino in regno noſtro Siciliæ citra pharum ac ciuitate Beneuentana A. S. L.

Inter cætera deſiderabilia cordis noſtri animarum ſalutem, cultum fidei orthodoxæ, ac eius & libertatis eccleſiaſticæ ſaluberrimum incrementum, nec non pacem & tranquillitatem populorum omnium, maxime peculiarium, & qui de terris Romanæ eccleſiæ immediate ſubiectis exiſtunt potiſſime cupientes, ſedula vigilamus ſolertia, & quod poſſumus diligentiæ ſtudium adhibemus, vt poſſint laudabiliter, ſubmotis impedimentis quibuslibet, iuxta deſiderij noſtri plenitudinem, auctore Domino prouenire; præſertim in regno Siciliæ citra pharum, quæ per bonæ memoriæ Ioannam ſecundam dudum ipſius Reginam a ſede Apoſtolica & Romana eccleſia tenebatur in feudum, & nunc per ipſius Ioannæ obitum ſunt ad nos & eandem eccleſiam pleno iure deuoluta, ad quæ, vt ipſi in Dei Eccleſia atque noſtra deuotione magis proficiant, quo ſpecialius per ſedem Apoſtolicam velutimatrem & dominam ſe viſitationis beneficio conſpexerint refoueri, ecce ad te (interiectis nonnullis legati elogijs) noſtræ conuertimus deliberationis intuitum, *& infra*, de venerabilium fratrum noſtrorum Iordani Sabinenſis epiſcopi, Antonij tit. S. Marcelli, Nicolai tit. S. Crucis in Ieruſalem, Ioannis tit. S. Petri ad vincula, Ioannis tit. S. Sixti, Franciſci tit. S. Clementis presbyterorum, & Lucidi S. Mariæ in Coſmedin diaconi S. R. E. Cardinalium conſilio, tibi in regno prædicto, ac ciuitate Beneuentana plenæ legationis officium cum plena poteſtate legati de latere committendo, &c. *Dat. Florentiæ incarnationis dominicæ MCCCCXXXIV. nono kal. martij pontificatus noſtri anno IV.*

Neapolis regnum eccleſiaſtico ditioni ſubiugere decernit Eugenius.
Ioannem Vitelleſchi nominandi Neapoli legatum.

13 Præmonuit vero Eugenius a Neapolitanos, ne ſibi Regem præficerent, ſed eum ſuſciperent, cui ipſe apoſtolica liberalitate ex vetuſto more regnum contuliſſet. At illi dum non perpendunt iura ſedis Apoſtolicæ temereque violant exitium regno pararunt, alij enim Renatum Ludouici Andegauenſis antea defuncti fratrem Prouinciæ & Andegauiæ comitem ad ſceptrum vocarunt, alij Alfonſum Regem Aragonum exciuere, vt armis viam ſibi ad ſolium muniret. Affuit itaque cum valida claſſe Alfonſus fratribus ſuis Ioanne Rege Nauarræ, Henrico, & Petro ſtipatus, & Caietam obſidione cinxit. Quibus auditis Carolus Francorum Rex ac Renatus, ſuſpicati illum Eugenio aſſentiente id bellum aggreſſum, valde apud Pontificem ipſum conqueſti ſunt, id regnum Gallorum virtute olim partum tyrannorumque iugo liberatum ad Aragonios auerti. In ea Gallorum & Aragonum controuerſia Eugenius iura ſedis Apoſtolicæ tutaturus edicto vulgauit b Alfonſum ſe inuito regnum aggreſſum eſſe, populoſque illos ei parere vetuit.

a Blond. ſup. lib. 6 Summon. lib. 4. c. 3. & alij.
Commonet Neapol. ne quē ſibi Regē aſciſcant.
Diſſidio in ſeditiones ſui conflictantur.
Alfonſus Rex Arag. inuito Eugenio Neapolit. regnum inuaſit.
b Lib. 10. pag. 85.

Ad futuram rei memoriam.

Inter cæteras curas, quibus ex debito ſummi apoſtolatus officij ſedulo agitamur, illa præcipue in animo noſtro inſidet ardentius, vt terræ Eccleſiæ ac fideles ipſi pace fruantur, & deletis belli turbinibus, ad concordiam & tranquillitatem deducantur. Cum itaque poſt obitum claræ memoriæ Ioannæ quondam Siciliæ Reginæ illuſtris regnum Siciliæ, quod ad nos & Romanam eccleſiam pertinet, guerrarum moleſtijs grauiter vexetur, & nonnulli proceres, communitates, ac domini in dicto regno exiſtentes inter ſe diſſidentes diuerſas partes ſecuti ad prædictum regnum occupandum præter & contra voluntatem noſtram externas potentias excitarint, cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Alfonſus Aragonum Rex illuſtris, huiuſmodi regni diſpoſitionem conſiderans, ad inuadendum dictum regnum cum magna claſſe acceſſerit, & ciuitatem Capuanam occupauerit, & Gaietanam obſederit in non modicam ipſius læſionem, ac iacturam, & ſcandalum plurimorum, & propterea oratores chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Caroli Francorum & Renati Regum illuſtrium, quorum prædeceſſorum brachio & potentia ipſum regnum a manibus tyrannorum retroactis temporibus ereptum priſtinæ obedientiæ Eccleſiæ reſtitutum extitit, huiuſmodi regni inuaſionem, non ſine noſtro aſſenſu & voluntate, proceſſiſſe ſuſpicantes, grauem deſuper nobis querelam expoſuerunt, nos igitur, qui ad pacem dicti regni ſyncera voluntate ſemper diſpoſiti fuimus atque ſumus, & vt huiuſmodi de nobis opinio, quæ veritate caret, ex animis hominum deponatur, tenore præſentium declaramus nunquam fuiſſe nec eſſe noſtræ voluntatis & intentionis, vt dictus Rex Aragonum ad præfatum Siciliæ regnum accederet: ciuitates quoque, terras, loca, & fortalitia caperet in præfato regno, fidelitateſque, homagia, &

Capuam occupat. Caietam obſidet.
Graui ſuſpicione ſe expediuit Eugenius ne Alfonſo faueret.
Promulgat Eugenius Alfonſum contra pontificis voluntatem inuaſiſſe.

iura-

ſuramenta exigeret, aut ſponte præſtare volentibus reciperet.

Verum quia ex continuatione guerrarum dicti regni etiam maiora ſcandala prouenire poſſent; quantum nobis ex alto permittitur, prouidere volentes, ac huiuſmodi controuerſiam vna cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione, prout iuſtitia & æquitas ſuadebunt, terminare intendentes, Regem Aragonum prædictum, omneſque in hac parte ſibi adhærentes auctoritate apoſtolica hortamur in Domino, requirimus, & monemus, ac etiam in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, quatenus ab inuaſione dicti regni & occupatione ciuitatum, terrarum, & locorum ipſius penitus deſiſtant, nec aliquid in dicto regno moliri & attentare quouis quæſito colore præſumant, donec de præmiſſis per nos fuerit cognitum & deciſum. Et conſimiliter communitati Neapolitanæ, alijſque communitatibus, vniuerſitatibus, & oppidis, quæ poſt obitum Reginæ præfatæ dictum Regem Renatum in Regem aſſumpſerunt, & nominarunt non expectato noſtro conſenſu, regnumque ipſum hactenus ſuo nomine regere conati ſunt, quatenus ab omni nouitate pariter & offenſa ſuperſedeant & deſiſtant, ſub eiſdem pœnis [ſcilicet a iure conſtitutis] quouſque aliud a nobis ſuſceperint in mandatis, nec non vniuerſis & ſingulis principibus, marchionibus, ducibus, comitibus, baronibus, dominis, alijſque nobilibus & vaſſallis dicti regni Siciliæ, vt ab adhærentia, obedientia, & fidelitate præfati Regis Aragonum penitus deſiſtant, nec ſibi in acquiſitionem ipſius regni auxilium conſilium vel fauorem exhibeant quouis modo; nos enim omne fidelitatis & homagij iuramentum præfato Aragonum Regi per quoſcumque principes, marchiones, duces, comites, barones, dominos, ac communitates, & ſingulares perſonas præſtitum (cuius iuramenti formam atque tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & ſpecifice declaratis) per quod huiuſmodi noſtræ declarationis, intentionis, & voluntatis effectus poſſet quouis modo impediri vel differri, caſſamus, irritamus, ac penitus annullamus, nulliuſque eſſe decernimus roboris vel momenti. Principes, marchiones, duces, comites, barones, & dominos, ac communitates, vniuerſitates, & ſingulares perſonas huiuſmodi ad obſeruantiam iuramenti prædicti minime obligatos & aſtrictos eſſe etiam decernimus per præſentes, diſpoſiti vnicuique Regum prædictorum iuſtitiam miniſtrare. Per præfatam autem nominationem Renati Regis non intendimus cuique ius de nouo in dicto regno conferre, aut habenti ius auferre. *Dat. Florentiæ, &c. v. id. iunij anno v.*

Vetat proceres illi adhærescere.

Iubet decretorium dos expectare ſententiam.

Vetat ne quidquam in Renati gratiam nouet.

Præſtita olim Alfonſo iuramenta rescindit.

Ius cuique Regi administratum iri ſpondet.

14 Spreuit Alfonſus Eugenij imperia, nam Capua ſuorum ſectatorum inſidijs iam intercepta vrſit Caietæ obſidionem, ſed repente ipſius res ex ſummo proſperitatis culmine præcipites lapſæ ſunt; ſubmiſit enim Caietanis Philippus Maria Mediolani dux ſubſidiariam Genuenſium claſſem, quæ nauali prælio Aragonium fudit tanta felicitate, vt Alfonſus ipſe vna cum Rege Nauarræ & Henrico principe plurimiſque proceribus captus ſit, de qua victoria Philippus Maria Baſileenſes laureatis hiſce literis [a] fecit certiores: *Habeo nuper feliciſſima noua victorioſa & triumphante claſſe mea Ianuenſi, qua hoſtilem armatam Regis Aragonum apud Gaietam ex toto conflixit captis, vt recitant literæ per me habitæ, ipſo Rege & duobus fratribus ſuis videlicet Rege Nauarra & magiſtro S. Iacobi, nec non principe Tarenti, duce Sueſſæ, & filio domini Chriſtophori Gaetani comitis Fundorum, alijſque baronibus ſecum exiſtentibus, excepto infante domno Petro & principe Salerni, captis etiam nauibus & nauigijs ipſius armatæ omnibuſque gentibus hoſtilibus, quæ ſupra eo militabant. Hanc idcirco tam felicem diuinamque victoriam ſtatim RR. PP. veſtris intimare decreui, vt cum omnes felicitates meæ propriæ veſtræ ſint, mecum laudes Altiſſimo agentes, inde lætari & gaudere poſſitis & continuo meliora ſperare ad laudem & gloriam ipſius, qui piiſſimus eſt donator omnium gratiarum. Dat. Mediolani die xx. auguſti. MCCCCXXXV.*

Alfonſus Rex cum Rege Nauarræ captus.

a Extant in append. conc. Baſil. pag. 234.

Genuenſium ſpeciosiſſima victoria.

Petrus infans cum paucis euaſit.

Poſt ſupraſcripta certioratus ſum per literas proprias magnanimi & glorioſi capitanei mei claſſis meæ Blaſij de Axereto, quod vltra prænominatos Reges & alios captos, etiam captiui remanſerunt dictus infans Aragonum & vicerex Siciliæ filius ducis Sueſſæ, Meneguttius Aquilæ capitaneus lancearum trecentarum, aliique multi barones, & nobiles vltra quadringentos & armigeri vltra mille, & gens alia infinita ad milliaria. Capta præterea fuit tota hoſtilis claſſis præter duas naues minores, quæ euaſerunt. Conflictus autem fuit ſuus terreſtris exercitus, qui contra Gaietam militabat, captis bombardis & munitionibus quibuſcumque. Denique pro maieſtatis diuina clementia tanta fuit ipſa victoria, quod ſtupendum & mirabile dictu eſt. Ipſi laus, gloria, &c. Dat. vt ſupra. Agunt de his pluribus hiſtorici [a].

Terreſtris exercitus Aragonum diſſipatus.

Vt vero Alfonſus liberaliter a Philippo habitus cultuſque illi perſuaſerit, vt ſibi potius, quam Gallis in Neapolitano bello ſtuderet, adeo vt ſine vllo redemptionis pretio fuerit dimiſſus, narrant auctores. Qua in re Philippi Mariæ clementiam laudat Franciſcus Philelphus (qui eloquentiæ artem profitebatur) literis ſuis ad Florentinos datis [b]: *Alfonſum*, inquit, *Regem meminiſtis, cuius etiam potentiſſima claſſe quandoque eſtis aduerſus Philippum vſi. Is cum illuſtri illa atque formidabili ad Gaetam & nauali & terreſtri pugna cum tot ſuis & fratribus & propinquis, cum tot Imperatoribus, tot ducibus, tot principibus, tot maximis clariſſimiſque viris, tanto tam potenti tam firmo ornatiſſimoque exercitu, & proſtratus & victus & captus eſſet, quis veſtrum non credidit, ſe verum fateri vultis, illum, non in carcerem, non in tenebras, non in vincula coniectum iri, non perpetuam paſſurum ſeruitutem? ſed per extremas potius ærumnas, per omnem, contumeliam & ludibrium vltimo etiam ſupplicio cum ſuis omnibus affectum iri?* Et infra: *At qua Philippus humanitate Alfonſum exceperit, quam liberaliter munificeque tractarit, quam magnifice regaliterque dimiſerit, nulla poſteritas conticeſcet. Cum alijs in rebus permultis ac maximis eximiam Philippi inauditamque virtutem admirari ſoleo, tum in hac vna inprimis, quod nulla dominandi cupiditate a ſplendidiſſima illa animi magnitudine vnquam abduci potuit, vt de ſe quidquam, quod inuictiſſimo ac ſummo principe indignum foret, exiſtimari poſſet. Reges vicerat Philippus Maria potentiſſimos & maximos permagna certe victoria, & omnium ſine quas aut vidimus aut audiuimus, aut legimus, clariſſima; ſed multo magis glorioſius eſſe reor, quod ea victoria vſus eſt, quæ non ſe minus victiſſe iudicaretur, quam hoſtes.* Et infra: *Quanti vero huius laudem æſtimari oporteat, vel ex eo intueri licet. Quod Alfonſus ipſe, vt eſt nobiliſſimo gratiſſimoque animo, eam ſe putat ex ſua captiuitate gloriam aſſecutum, qua ſibi nullam offerri poſſe illuſtriorem in vita, nullam clariorem & dicat & præ ſe ferat; non enim videt ſolum & Sicilia ſeſe & Sardinia non eſſe ſpoliatum, quas Philippo inſulas ad cæteras difficiliores conditiones debebat ultra, ſed etiam opibus auctum & his ab eodem ſe honoribus honeſtatum intellexit.*

a Blond. dec. 3. lib. 7. Monſtrel. vol. 2. pag. 111. S. Anton. p. 3. tit. 22. c. 11. in princ. Iuſtinian. l. 5. Surit. l. 14. annal. c. 27. & 28. Bizabiſ. Cent. l. 11 Fazell. l. 2. dec. 9 cap. 9. & al. j.

b Philelph. l. 4. ep. 2.

Duorum Mediol. in captiuos Reges clementia.

Digitized by Google

texit, vt longe ſatius ac melius ſibi fuiſſe cognoſceret vinci, quam vincere, &c. Hæc Philelphus in literis quinquennio poſt datis.

In partes Renati inclinat Eugenius.... Renatus a Burgundo detentus... e.

15 Inclinauit poſtea Eugenius ad Renatum, in quem regni pars maxima prona erat, cuique oratores miſerat, vt in regnum veniret. Cumque in cuſtodia haberetur a Philippo Burgundiæ duce, Regina Iſabella eius vxor cum duobus filijs eo aduolauit a, vt Neapolitanos in officio contineret. Eugenius vero Philippum ipſum rogauit b, vt Renatum e carcere emitteret.

a Pandul. Collenut. lib. 6. b Lib. breu. pag. 94. & in m. s. Alex. VII. pag. 153. & 161.

Dilecto filio nobili viro Philippo duci Burgundiæ ſalutem, &c.

Quamuis non extimemus neceſſe eſſe, vt te incitemus literis ad humanitatem & clementiam, quæ ſemper fuit propria ſanguinis inclytæ domus Franciæ, tamen paterna affectione, quam gerimus ad perſonam tuam, voluimus tanquam bonum filium noſtrum te hortari ad hanc virtutem complectendam, quæ præ cæteris ſemper fuit hominibus grata & ſalutaris, quod ſi aliquibus benigni & clementes eſſe debemus, aduerſus eos maxime eſſe decet, qui ſunt nobis genere & ſanguine coniuncti, a quorum beniuolentia, licet aliquando, hoſte humani generis procurante, & aliquo errore hominum diſtrahamur; tamen natura ipſa duce, reducimur atque impellimur ad eorum dilectionem. Accedunt etiam præcepta Saluatoris noſtri, quibus admonemur, non ſolum noſtros, ſed inimicos etiam diligere, & orare pro perſequentibus. Nulla eſt enim ex omnibus virtutibus tam neceſſaria ad ſalutem animæ, tam ſalutaris ad communis vitæ ſocietatem, quam charitas & clementia, quæ maxime in principe laudantur. Itaque excellentiam tuam rogamus ex corde, & in Domino exhortamur, vt velis te præbere humanum ac liberalem erga chariſſimum in Chriſto filium Regem Renatum illuſtrem, de cuius prudentia & virtute multa nobis referuntur, ex quo eum merito diligimus, & eius bonum ſtatum & liberationem libenter audiremus, quantum patitur ratio commodi & ſtatus tui. Erit itaque nobis gratiſſimum, ſi ad benignitatem, qua tua ſponte vteris, erga ipſum Regem aliquid addideris etiam reſpectu noſtri, ita vt ſentiat ipſo opere noſtram hanc pro eo interceſſionem plurimum ſibi profuiſſe. *Dat. &c. Florentiæ kal. iulij anno* v. Tranſmiſſæ eædem literæ c fuere ad Nicolaum Cardinalem Albergatum, vt ſtrenuam operam liberando Renato apud Philippum Burgundum nauaret; repetitæque ſunt eædem preces ab Eugenio proximo anno, quo ſero admodum e cuſtodia Renatus eductus eſt, duriſſima ea lege admiſſa, vt in Barenſi & Lotaringico principatibus quatuor inſignes arces Burgundo tradere teneretur, vt refert Monſtreletus d, quocirca in regno Neapolitano magnæ factæ ſunt rerum conuerſiones, de quibus inferius. Nunc alia percurramus.

Burgundus captum Regem detinet.

c Ead. pag. 153.

Quibus conditionibus eductus.

d Monſtrel. vol. 2. pag. 140.

Commutatum votum ducis Alençonij.

16 Conſuluit Eugenium Ioannes dux Alençonij de voto olim a ſe in aduerſo prælio nuncupato, quo ad luſtrandum Compoſtellanum templum ſe obſtrinxerat, vt ab imminenti illo vitæ diſcrimine a Deo eriperetur, captum tamen fuiſſe, ſeque ducentis quadraginta aureorum millibus redemiſſe: cum vero ſacram illam peregrinationem ſuſcipere non poſſet, cum res Gallica non pateretur vt regno abeſſet, ſolutus eſt a Pontifice e ea religione, obſtrictuſque vt alium mitteret, qui ipſius vice Compoſtellanam ædem S. Iacobo ſacram ſexaginta diebus luſtraret, ac ducentos aureos pro inſtaurandis Vrbis eccleſijs mitteret. Ardebat nimirum tunc

e Lib. 12. pag. 11.

Gallia bello ſenſimque iugum excutiebat Anglorum, quorum res eo magis in peius quotidie inclinabant, quo politici eccleſiaſticam libertatem opprimere non deſiſtebant, adeo vt Eugenius ad tuendum ius pontificium, quod Henricus regio non contentus in conferendis ſacerdotijs inuadebat prauis ſuorum conſilijs ſubornatus, ipſum monuerit a, vt patris exempla ſecutus contrariam ſanctionem reſcinderet.

Angliæ Rex ius pontificium inuadit.

a Lib. br. pag. 58. & m. s. Alex. VII. pag. 143.

Henrico Regi Angliæ illuſtri ſalutem, &c.

Circumſpice omnia regna Chriſtianorum, eorumque erga ſedem Apoſtolicam obedientiam & deuotionem conſidera, nullum reperies, in quo non plene pareatur Romano Pontifici vicario Ieſu Chriſti, tuo duntaxat excepto. Quæ res quantam notam quantam maculam inferat tibi & regno cogitet & tua & eorum, qui tibi conſulunt ſapientia. Hoc olim animaduertens inclytæ memoriæ pater tuus, decreuerat felicis recordationis Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro tribuere plenam beneficiorum conferendi libertatem, prout plures ſunt teſtes ſui laudabilis propoſiti, mors ſuperueniens rei perfectionem diremit. Verum vt hereditatem regni tibi reliquit, da etiam operam, vt virtutis quoque & deuotionis paternæ heres exiſtas. Fuit in eo ſumma ſapientia, ſumma fides, ſumma religio, ſumma erga ſedem Apoſtolicam & Romanum Pontificem deuotio: huius veſtigia ſi imitaberis, rectiſſime tu quidem inſtitues vitam tuam, ſi timor Domini, qui in illo fuit æque in te erit, non deuiabis a voluntate noſtra, quæ ad gloriam tuam reſpicit & animæ ſalutem. Exhortamur ergo tuam ſerenitatem, atque eidem in remiſſionem peccatorum ſuorum iniungimus, vt aſſumas eam cogitationem, quæ olim in patre tuo fuit, vt remoueatur ſtatutum illud, ſi ſtatutum dici meretur, per quod impediuntur collationes noſtræ de beneficijs regni. Hoc honeſtum eſt, hoc debitum, hoc ipſo iure præceptum, hoc ad laudem & gloriam tuam & regni ſpectat, hoc ad animarum ſalutem: miramur enim, vt cætera omittamus, quomodo ſaltem viri docti & paſtores aliorum non formidant iuramenta per eos præſtita & Eccleſiæ cenſuras, quæ ſunt graues conſtitutæ contra ſeruantem talia ſtatuta, ac impedientes libertatem eccleſiaſticam & iura Apoſtolicæ ſedis, quibus ex rebus etiam interitus animarum ſequatur neceſſe eſt. Nos ad hanc diem nihil ſuper hac re tractauimus cum tua celſitudine multis de cauſis, ſed maxime quia cupiebamus hæc in concilio agi, nunc vero amplius differre non poſſumus, intendentes experiri an ſedes Apoſtolica ſit ſuam auctoritatem in tuo regno recuperatura, ſaltem quoad beneficia reſeruata. Itaque velis notificare nobis tuam circa hoc intentionem, vt poſſimus, Deo duce, ſtatuere quid ſimus acturi. *Dat. Florentiæ x. kal. aprilis anno* v. Præcipuos regios adminiſtros alijs literis b excitauit Pontifex, vt conſilijs ſuis Regem ad redintegrandum eccleſiaſticum ius in conferendis ſacerdotijs impellerent: *Quo maior eſt, inquit, in vos amor noſter, tanto magis cupimus, vt ſatisfaciatis amori noſtro, & ſoluamini a vinculis, quibus eſtis aſtricti, ad ſaluandas animas veſtras. Nos quidem, vt Deus nouit, nullum commodum, nulla vtilitas ad hoc mouet, ſed honor noſter & dignitas ſedis Apoſtolicæ, quam in ſolo regno Angliæ conculcari non ſolum in ipſius ſedis contemptum redundat, ſed in dedecus veſtrum & regni totius. Studeatis ergo dare operam, vt hæc tollantur, &c.* Denique prætereundum non eſt, de Henrico Angliæ Rege mentionem fieri in literis, quas Euge-

Monitus ne conferre ſacerdotia affectet.

Contra ſtatuta ... ſacerdotia.

b Ib. pag. 89. & in m. s. Alex. VII. pag. 145.

Proceres de reſtituenda libertate eccleſiaſtica.

Digitized by Google

nius hoc anno ad Caſtellæ Regem dedit a, in quibus flagitanti Hiſpano, vt Alfonſus Carillus, qui nondum annos ad gerendam epiſcopalem dignitatem præſcriptos a iure attigerat, Seguntinæ eccleſiæ præficeretur, hæc reſpondit Pontifex b.

a Lib. breu. pag. 142.
b Id. ibid.

Eugenius, &c. Obſtat ætas illius, obſtat exemplum, ad quod alij inuitarentur, obſtant decreta concilij Conſtantienſis, obſtant alia quamplura, quæ longum eſſet referre, vt quodammodo nobis fiat impoſſibile facere, quod velis, niſi omnino vellemus honorem noſtrum & conſcientiam conculcare, quod neque tu velle debes, neque nos decet facere. Chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Rex Angliæ illuſtris inſtitit & oratoribus & literis, iam eſt annus, pro quodam minoris ætatis de ſanguine regio ſibi in certo gradu coniuncto, vt promoueretur ad eccleſiam cathedralem, neque id obtinuit vſque ad præſens, cum ei non deeſſent niſi tres anni, &c. *Dat. Florentiæ, &c. x. kal. aprilis anno v.* Erat Alfonſus nepos Alfonſi Cardinalis S. Euſtachij, qui Auenionenſem principatum Baſileenſium factionem ſecutus turbauerat, repulſam vero vindictæ locum non accipiendam monuit Caſtellæ Regem Eugenius c ſic inquiens: *Non ſumus memores, chariſſime fili, iniuriarum quas nobis & eccleſiæ dictus Cardinalis in Auinione & in concilio intulit notas tibi: remiſimus ſibi omnia, vt etiam ſibi remittat ille, qui omnium miſeretur.*

In conferendo epiſcopatibus maxime habenda integritas.

c Ib. pag. 138.
Alfon. Caril. Card. factionem Baſil. ſecutus.

IESV CHRISTI
Annus 1436.

EVGENII PP. IV. annus 6. SIGISMVNDI IMP. OCCIDEN. 26. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 13.

1 ANno a Virgineo partu trigeſimo ſexto ſupra milleſimum quadringenteſimum indictione quartadecima celebrata eſt Baſileæ vigeſima tertia ſeſſio a VIII. kal. aprilis, in qua præſules perinde ac ſi pontificium interregnum immineret, plura in comitijs peragenda imperarunt, tum quid nouus deſignatus Pontifex ſpondere, quid præſtare, vel a quibus ſe continere deberet, eaque re illum ſibi ſubijcere & ipſius auctoritatem elidere conati ſunt, vt viſuri ſumus in apologetico libello in eos edito, quem paulo poſt afferemus: definiuere etiam in eadem ſeſſione, quot Cardinales eſſe deberent, ac plura in ipſis in ſacrum ſenatum legendis ſeruanda decreuere. Ex quibus perſpicuum eſt nouarum rerum auctores non eccleſiaſticæ diſciplinæ perficiendæ, ſed tantæ dignitatis adipiſcendæ cupidine flagraſſe; vt in eadem apologia obijcitur, vbi etiam demonſtratur ipſos perperam molitos ius pontificium in reſeruandis ſacerdotijs abrogare.

Seſſ. XXIII.
b Acta Baſil. concil. ſeſſ. 23.
Baſileenſes auctoritatem pontificiam opprimere meditantur. Iidem de Cardd. occurrere inſtituta et ſacerdotia Pontificum reſeruationem ſibi arrogant.
Seſſ. XXIV.

In ſeſſione XXIV. VIII. kal. maij de Græcis in Romanæ eccleſiæ ſinum traducendis agitatum eſt. Extracta vero res in annum proximum, ac promiſſa Græcis facta rata habita ſunt: tum de fide publica Palæologo alijſque ſeptingentis viris Græcis data ſyngrapha, additaque ſponſio, etiam ſi optatæ eccleſiarum coniunctionis exitus votis non reſponderet, ſumptus ipſis traditos non repetitum iri. Pro quibus comparandis Baſileenſes nulla accepta a Pontifice poteſtate, ampliſſimam noxarum veniam ijs elargiti ſunt, qui ſtipem erogaſſent: quo facto perperam ſibi eam arrogarunt e auctoritatem, quam ſuo tantum vicario Chriſtus contulit, præſertim cum iam biennio ante id agitatum eſſet, & in frequentiſſimo cœtu poſt multas concertationes ſancitum eſſet e non audendum videri. Tradunt autem Patriciana acta, editum id decretum a factioſis, aduerſantibus ſedis Apoſtolicæ legatis, ac decem tantum epiſcopos & tredecim abbates interfuiſſe, quos quidem in ea re non ſynodum œcumenicam, ſed Fraticellorum conciliabulum retuliſſe (quod vniuerſitate poteſtatis vel multitudinis carerent) quiuis facile colliget, cumque ex temerario huiuſmodi facinore inuidiam contraxiſſent, ad illud colorandum, apologeticum libellum b texuerunt.

e Eug. in lib. apolog. in Ext. apud Nic. Card. Aragon. in arch. bibl. Vat. ms. ſign. lit. E pag. 255. & in alio ſign. lit. C pag. 149. & ms. Alex. VII. pag. 144.
a Ibid.
Poteſtas ſpiritualis ſpectat ad Pontificem ſed non ad conciliabulum.

2 At Eugenius, cum ipſos in flagitium conuellendæ monarchiæ a Chriſto inſtitutæ præcipites ferri animaduerteret, ex Cardinalium conſilio ad Reges & principes, quos maxime illi colebant, decreuit internuntios, vt temere geſta a Baſileenſibus factioſis in oculis omnium gentium conſtitueret ex ſubiecta libelli formula.

b Ext. in app. ms. Baſil. Bin. to. 4. p. 1. pag. 116.

In hoc libello continentur fere omnia, quæ in concilio Baſileenſi, ex quo inchoatum eſt, vſque ad kal. iunij MCCCCXXXVI. attentata ſunt contra dominum Eugenium Papam IV. & contra decreta ſanctorum patrum & contra laudabiles conſuetudines aliorum conciliorum ſanctorum.

Poſt benedictionem & literarum credentialium præſentationem dicere pro exordio S. Romanam eccleſiam Romanoſque Pontifices hoc ſemper de more geſſiſſe, vt quoties aliqua graui perſecutione laborarunt, ad Reges & principes fidei Chriſtianæ & eiuſdem ſanctæ ſedis præcipuos defenſores recurrere, hoc namque iure diuino pariter & humano receptum eſt, & exemplis plurimis comprobatum, ſi teſtes temporum, & hiſtorias Romanorum Pontificum geſta repetamus. Hinc eſt, quod cum in Dei Eccleſia & ſub ſpecie pietatis, cum magno tamen periculo populi Chriſtiani, diſſidium & ſcandalum quoddam cunctis inauditum ſæculis ſit exortum, ne per diſſimulationem aut nimiam patientiam, quæ negligentia potius dici poſſet, res in deterius vergant imploraret ſanctiſſimus dominus noſter ſacrumque collegium reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium S. R. E. auxilium & fauorem ab ipſis Regibus & principibus, quorum præcipue officium & Eccleſiam defendere a perſecutoribus & ab opprimentibus eam liberare, teſtante Iſidoro, qui dicit: *Sæpe per regnum terrenum cæleſte regnum proficit, vt qui inter Eccleſiam poſiti contra fidem & diſciplinam agunt, rigore principum terreantur & conterantur;* hoc idem affirmante beatæ memoriæ Leone Papa, dum inquit: *Res omnes taliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinet, & regia & ſacerdotalis defendat auctoritas.*

Commendat Regum et principum ſtudia in defenſione Eccleſiæ.

Dicere pro narratione quanta ſemper fuerit ſincera & inconcuſſa mens ſanctiſſimi domini noſtri, ex quo aſſumptus fuit ad apicem ſummi apoſtolatus circa augmentum catholicæ fidei, pacem populi Chriſtiani, & circa ea, quæ officium ſibi a Deo creditum concernunt, quod omnes non modo Reges & principes nouerunt, ſed omnis populus id re ipſa diutiſſime comprobauit. Cum enim ſua ſanctitas primum extitit aſſumpta, nihil ſibi magis curæ fuit, quam vt pax inter Chriſtianos principes haberetur, pro qua conſequenda nullis parcens ſumptibus, ad plures mundi plagas legatos de latere & oratores ſuos deſtinauit, fecitque quantum ad officium boni & vigilantis paſtoris potuit pertinere, vt omne diſſidium e medio catholicorum principum tolleretur, nec in aliquibus, Deo miſerante, opera & diligentia ſuæ ſanctitatis fruſtra impenſa ſunt præcipue in Chriſtianiſſimo

Pontificis narratio data.

Conſumpta ſtudia ab Eug. pro inſtaurando pace.

illo

Reſtituta Gallia cum omni diligentia.

illo regno Franciæ, in quo poſt tot bella & plagas, quibus annis fere triginta regnum illud afflictum & pene deſolatum extitit, nunc pace reformata per ſuæ ſanctitatis diligentiam ſingularem, viget ſumma pax & ſecura tranquillitas.

Fecit etiam ſanctitas ſua omni diligentia & ſtudio, vt damnata illa periculoſa Bohemica hæreſis, quæ pene totam Germaniam inuaſerat, extingueretur, nihilque prætermiſit de neceſſarijs, vt peſtis illa ex Chriſtiana republica eliminaretur, legatum apoſtolicum ibi tenendo continue, qui velut obex & paries armatus illi errori ſe opponeret, factumque eſt, Dei miſericordia magis quam hominum opera, vt deferbuerit magna ex parte hæreticorum illorum furor & inaudita crudelitas. Quantum etiam ſua ſanctitas laborauerit pro reformatione cleri & populi Chriſtiani, nemo eſt qui ignoret: nam, cum a principio aſſumptionis ſuæ inſtaret tempus propter hæc præcipue celebrandi concilij, poſſetque ſua beatitudo vnico verbo ſe ab illius celebratione, ſi voluiſſet, abſoluere, ipſe nil tale aliquo modo ſapiens aut cogitans, continuo mandauit concilium in Baſilea celebrari; ſed cum præſentia ſuæ beatitudinis a pluribus deſideraretur, videreturque admodum neceſſaria, ipſeque beatiſſimus Pontifex in Baſilea commode intereſſe non poſſet, & pauci admodum ibi tunc conuenerint, qui ad res tam grandes conficiendas ſufficerent, nec illuc etiam Græci, de quorum reductione agebatur, venire vellent, multis etiam ex cauſis tunc expreſſis, de conſilio & conſenſu nec non ſubſcriptione reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium S.R.E. concilium Baſileenſe tranſtulit ad ciuitatem Bononienſem, confidens, Deo fauente, per concilium & conuentionem concilij cum ſua ſanctitate in eodem loco poſſe quodcumque & quantumcumque arduum & pro Dei eccleſia expediri.

Sed cum placuiſſet multis patribus, qui poſtea in Baſilea conuenerunt, ne inde concilium transferretur, quamuis plurima ſuaderent, vt concilium illud in Bononia continuari deberet, ſua beatitudo multorum principum deuicta precibus, & ſperans, vti tunc promittebatur ſuæ ſanctitati a patribus illis, quod ibi talia fierent, per quæ exaltaretur catholica fides, pax daretur populo Chriſtiano, moreſque reformarentur in clero ex integro, concilium in Baſilea reſtaurauit, præſidentes ſuos deſtinauit, & prælatos in notabili copia miſit, aſtititque congregationi illi quantum in ſua ſanctitate fuit, ex quo plerique Reges & principes, & in primis ſereniſſimus dominus Imperator multa bona ex illa reintegratione prouenire ſperantes, ſuæ ſanctitati gratias egerunt, promiſeruntque non paſſuros, vt quidquam deinceps contra dignitatem & honorem Apoſtolicæ ſedis & perſonæ ſuæ attentarent in poſterum, veluti hæc omnia publicis documentis & teſtibus pene innumeris probari poſſunt. Quinimmo concilium ipſum, ſi ſua beatitudo congregationem illam Baſileenſem redintegrare dignaretur, promiſit in hæc verba, vt xxiv. actione colligitur: *Quod ſi fecerit ſua ſanctitas, nemo erit noſtrum, qui pedes eius, vt B. Petri non oſculetur, quem vt vicarium Chriſti non honoret, erit concilij caput, omnes ad eum reſpicient; omnes ei complacere, obſequi & , quantum cum Deo poterunt, deſeruire curabunt: Offerimus etiam quidquid dici aut excogitari poteſt, nos fideliſſime facturos quantum cum Deo fieri poterit pro omni honore et ſtatu tam ſuæ ſanctitatis, quam omnium ſuorum.*

Baſileenſis Sponſio.

3 Verum multo aliter, quam Eccleſiæ Dei aut populo Chriſtiano expediret, vel S. D. N. crederet aut deſideraret, aut quod tam ſolemniter promiſſa continerent, euenit: nam, cum mos ſacrorum generalium conciliorum a ſanctis patribus ab ipſo initio naſcentis Eccleſiæ fuerit, ſtante vnitate capitis in Eccleſia, honorifice & cum reuerentia recipere præſidentes Apoſtolicæ ſedis, velut caput concilij & Papam repræſentantes, vt ex eorum decreto ſpoponderant, & ſine quorum conſenſu nil auctoritatiue ſtabilitur aut diffinitur, præſidentes S. D. N. non velut caput Eccleſiæ repræſentantes, vt ex eorum decreto ſpoponderunt & de iure tenebantur, ſed quaſi potius priuatæ cuiuſdam perſonæ procuratores aut oratores, multis interiectis difficultatibus, & poſt aliquos menſes, ex quo Baſileenſe concilium per ſuam ſanctitatem redintegratum eſt, omni prorſus ab eis abdicata iuriſdictione & poteſtate coactiua ſolita per tales in concilijs exerceri, & non aliter recipere decreuerunt; quam præſidentiam pro ſolo nomine & (ſicut præmittitur) ligatam: Præſidentes ipſi, ne ex eorum contradictione ſcandalo, quod nuper ſedatum fuerat, operam dediſſe dicerentur, acceptare conſtituerunt, præmiſſa tamen ſolemni proteſtatione ad partem, quod pro ſolo maiori vitando ſcandalo, alias non acceptaturi, nec per talem acceptationem præiudicium aliquod ſanctæ Apoſtolicæ ſedi intendentes inferri, huiuſmodi præſidentiam acceptabant, ſperantes, ſi ad actus concilij, a quibus vſque tunc erant excluſi, penitus admitterentur, poſſe cum tempore, quæ mala inchoata fuerant reparare, ante quorum tamen admiſſionem quaſi multa ſuper admiſſione prædicta initæ ſunt diſputationes inutiles, & Eccleſiæ potius periculoſæ, quam fidelibus profuturæ, & quæ ad duos prope menſes omnes pene maiores concilij tenuerunt occupatos in quibus concludere videbantur, Romanum Pontificem eum locum in generalibus concilijs obtinere non debere, quem in omnibus retro concilijs ſtante vnitate Eccleſiæ in vno capite miniſteriali a ſanctis patribus celebratis ſemper tenuit per ſe aut per eius præſidentes vel nuncios quaſi per hoc inferre volentes, Papam Chriſti vicarium in generalibus concilijs caput non eſſe, ſed abſque eo generalia concilia celebrari poſſe aut eius nuntijs, eaque ſibi caput poſſe conſtituere, proue etiam ipſi multo tempore obſeruarunt, conſtituendo ſibi præſidentem & caput, quod non eſt tam erroneum, quam periculoſum & plurium aurium offenſiuum, nec non ab omni obſeruatione & doctrina ſanctorum patrum alienum: Quinimmo in admiſſione ipſorum præſidentium periculoſum quoddam addiderunt, videlicet quod lectis in congregatione generali his, quæ concluſa ſunt per deputationes primus inter præſidentes ibidem præſidentibus, etiam alijs vel alio ex eis abſentibus concludat iuxta ordinationes concilij, quod ſi nolit & ipſe, alius de præſidentibus ibidem præſentibus facere, tunc proximior prælatus ſubſequens in ordine conſedendi concludat. & ipſo nolente alius ſucceſſiue faciat, & ſi nullus de præſidentibus venit ad congregationem, vel ad ſeſſionem generalem, tum primus prælatus, vt præmittitur, pro illo die faciat officium præſidentis. Ecce quomodo ſtantibus præſidentibus apoſtolicis in concilio alios in vim legis ſibi in caput & in præſidentes conſtituunt: Ex qua etiam lege, vel decreto aliquando ſecutum eſt, vt etiam contradicentibus omnibus præſidentibus apoſtolicis, prælatus quidem in materia ſatis ſcandaloſa præ-

ſumpſit concludere, immo & inferior quidam in materia valde ardua, dum nec præſidentes apoſtolici, nec prælatus aliquis concludere vellet, congregatione plena concluſit. Ex hoc facile intelligi poteſt, quomodo iuxta eorum promiſſa & ſanctorum patrum decreta Romanum Pontificem habuerunt pro capite concilij, & in quanto diſcrimine ex talibus ordinationibus in vim decreti publicatis poſuerunt tam ardua, quæ de ſui natura valde mature veniunt in generalibus concilijs ventilanda & concludenda.

[illegible]

Innouarunt præterea duo decreta quondam Conſtantienſis concilij, illa extra terminos ſuos & ad alios caſus, quam fuerat conſtituentium intentio, extendendo in magnum periculum monarchiæ eccleſiaſticæ, & præiudicium ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, prætendentes ipſi non a Romana eccleſia, prout omnes catholici doctores profitentur & docent, ipſa generalia concilia habere robur & poteſtatem, poſtquam fuerunt apoſtolica auctoritate congregata, & per hoc quaſi denegantes concilia generalia non ſuſcipere auctoritatem & fundamentum a Chriſti vicario, quod nemo vnquam fidelis & doctus dicere præſumpſit, per hoc etiam inferentes primo expreſſe declarare, quod Romanus Pontifex, vt prælatus quilibet obedire tenetur decretis, ordinationibus, & mandatis concilij, & ſubijci debere condignæ pœnitentiæ ſi contra fecerit, quod nihil aliud eſt, quam poteſtatem ſummi Pontificis Chriſtique vicarij in terris totaliter annichilare & ſupremam poteſtatem ipſi a Chriſto datam in manibus multitudinis ponere, quod eſt non tam erroneum, quam etiam ab omni doctrina ſanctorum patrum totaliter alienum, immo toto ſtatu catholicorum principum valde pernicioſum, quoniam pari modo poſſent eorum populi ſi congregarentur, ſupra eos prætendere poteſtatem, & ſic epiſcoporum ſtatum & politiam Chriſtianam euertere, quod minime eſt dicendum aut tolerandum.

Decreta Conc. Conſt. in alienos caſus & ſenſus diſtorta.

Monarchia eccleſiaſtica ob illud labefactata.

Negarunt conciliorum auctoritatem pendere a vicario Chriſti.

[illegible]

[illegible]

4 Fecerunt etiam decretum quoddam de annatis auferendis a Romano Pontifice & a ſacro collegio dominorum Cardinalium, nec non a prælatis cæteris, in graue præiudicium & depreſſionem Apoſtolicæ ſedis, & aliarum eccleſiarum, cum enim a tanto tempore, de cuius contrario non eſt memoria, & per multa retro ſæcula ſummus Pontifex & reuerendiſſimi domini ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales pro decentia ſtatus ipſorum & neceſſitatibus Romanæ eccleſiæ incumbentibus ſupportandis, in ſignum quoque ſupremæ præeminentiæ Romanæ eccleſiæ ad cæteras omnes, quas ipſa Romana ſedes fundauit, & ſupra quas ipſa Domini voce primatum obtinet, in pacifica fuerit poſſeſſione de leuandis annatis, nec vnquam a ſanctis patribus, vel ab alijs concilijs inuentus fuerit melior aut aptior modus & minus grauans eccleſias, quam annatarum, vt potè quæ nunquam fuerint per aliquod concilium reuocatæ, immo potius in generali Viennenſi & Conſtantienſi concilio ſuſceptæ, ſeruatque etiam vſque in hodiernum diem ritum hunc in ſua obedientia orientalis eccleſia, in illis in quibus adhuc dominatur; hi nihilominus de Baſilea abſque eo quod S. D. N. & ſacrum collegium dominorum Cardinalium fuerint vocati & auditi, cum de tanto eorum ageretur præiudicio, quantum in eis fuit, per viam valituræ perpetuæ legis & decreti in generali congregatione, & poſtmodum in publica ſeſſione annatas huiuſmodi abſtulerunt, in graue præiudicium & eneruationem Apoſtolicæ ſedis & prælatorum omnium, contradicentibus eis & proteſtantibus non ſolum præſidentibus apoſtolicis in eadem generali congregatione, & annullantibus actum, quantum in eis fuit, ſed alijs multis prælatis & procuratoribus prælatorum, qui aderant, & de quorum agebatur intereſſe, & non modico præiudicio. Ita Cardinales etiam S. R. E. & cæteri curiales Romanæ curiæ, officiales quoque plerique, etiam prælati vtrique inſignes in curia Romana degentes, cum huiuſmodi decreti notitia ad eos peruenit, in præſentia S. D. N. publice ſunt proteſtati & reclamauerunt, petieruntque per ſuam beatitudinem opportunum remedium adhiberi, affirmantes, quod ſi decretum huiuſmodi tam præcipitanter factum, debebat obſeruari, compellebantur relinquere ſedem Apoſtolicam & eius ſeruitia, & alibi ſe conferre vbi ſtatum & vitam eorum cum honeſtate ducere poſſent, compellebanturque etiam nonnulli prælati eorum eccleſias deſerere, quorum aliquæ in annatarum ſolutione & ſigillis fundatæ ſunt. Nec eſt omittendum, quod cum illi de Baſilea promiſiſſent ſufficienter prouidere Papæ & Cardinalibus & prælatis, qui de decreto illo plurimum lædebantur, pluries per præſidentes apoſtolicos & oratores ſuæ ſanctitatis requiſiti de hac prouiſione facienda, promiſſo nunquam ſatisfacere curauerunt, nec efficaciter curant etiam de præſenti. Immo, cum ante huiuſmodi decreti publicationem præſidentes apoſtolici offerrent quod, ſi qui fiebant abuſus in exigendo illas annatas, ſe operam daturos cum effectu, vt illi tollerentur, & id ſatis ſufficere pro reformatione, & in eam ſententiam ſanior pars optimatum concilij conueniret, ipſi omnibus his ſpretis, quod primo magno detrimento cœperant, opere compleuerunt. In qua re eſt conſiderandum, quod pro ſolo odio ante Apoſtolicæ ſedis vel ſedentis in ea, & cum magno detrimento & periculo ſtatus Eccleſiæ hoc attentatum eſt: nam cum tunc S. D. N. toto fere Eccleſiæ patrimonio eſſet ſpoliatus, & a propria ſede fugatus, in alienis terris & caſtellis moram trahere compulſus, & per quos & per opera quorum iam mundus intelligit, nec ſuæ ſanctitati & Romanæ eccleſiæ aliud præſidium, quam annatarum huiuſmodi remanſiſſet, vt omni penitus auxilio deſtitueretur de facto &, quantum in eis fuit, hoc præſidio ſuam ſanctitatem & ſacrum collegium ſpoliarunt, & per quandam quaſi circumuentionem hoc a concilio extorſerunt; plerique namque boni & timorati viri, ſperantes iuxta promiſſa ſufficientem prouiſionem debere fieri, in illud decretum conſenſerunt. Cuius etiam omnis decreti partes ſi quis ſcrutari & ponderare volet, inueniet profecto multa intolerabilia, & quæ neceſſitati ſeu conditioni inſtantis temporis nequaquam conueniebant. Illi tamen de Baſilea legem, quam in alijs tulerunt, minime ſeruantes, ſed contra eiuſmet ſtatuta venientes, quotidie annatas leuant & exigunt, & cum his, quibus vel a S. D. N. vel ab eis beneficia collata ſunt, componunt diuerſimode, & nouo quodam ingenio vndique ſibi pecunias conflare contendunt.

[illegible]

[illegible]

Inuidia deprimendæ ſedis Apoſtolicæ agi demonſtratur.

[illegible] annatas [illegible]

Aliud quoque vniuerſali Eccleſiæ & toti populo Chriſtiano, non minus pericoloſum, quam pernicioſum attentauerunt: nam, cum omnia iura diuina & humana diſponant multa fieri circa electionem ſummi Pontificis in faciliorem & expeditiorem exitum ipſius electionis propter periculum, quod imminet in longa vacatione Apoſtolicæ ſedis, & propter ſolam eam ſolemnitas illa, quæ in cæteris inferioribus eccleſijs a iure eſt introducta,

ducta,

ducta, in hac ſit pro maiori parte remiſſa, ipſi electionem Romani Pontificis cum nonnullis modificationibus & conditionibus nouis etiam adinuentionibus & inuſitatis iuramentis tam per Cardinales, quam per Papam præſtandis valde difficultarunt, & ad quandam quodammodo impoſſibilitatem redegerunt, & præcipue in vim legis ſtatuerunt, iuramentum quoddam præſtare debere, in quo inter cætera continetur, quod Romano Pontifici electo non prius obedirent, quam ipſe in ſummum Pontificem electus iuret iuxta quandam inauditam formam, quæ recte conſideranti ſchiſmatis potius eſt inductiua, quam pacis; volunt enim Papam, poſtquam electus fuerit a duabus partibus Cardinalium, emittere & dare debere conſenſum electioni de ſe factæ per modum pollicitationis, iuramenti, & profeſſionis cuiuſdam.

In qua forma iuramenti poſt profeſſionem, quam fecit de ſeruando fidem & ritum ſacramentorum iuxta traditionem ſanctorum octo conciliorum, quibus addunt Lugdunenſe, Viennenſe, Conſtantienſe, & Baſileenſe concilia, iurat proſequi celebrationem conciliorum generalium, & confirmationem electionum iuxta decreta Baſileenſis concilij, quod certe eſt inauditum, periculoſum, & contra omnia decreta ſanctorum patrum de electione ſummorum Pontificum loquentia, quæ diſponunt, quod electus a duabus partibus Cardinalium abſque contradictione quacumque ſit Papa, præſupponendo in eo fidei fundamentum; repugnaret enim, quod eſſet Chriſtianæ fidei caput, & non eſſet fidelis, ideo recte quidem ſancti patres a ſummis Pontificibus non pollicitationes & iuramenta, ſed profeſſionem tantum fidei exegerunt. Ita beatus Gregorius ſe quatuor concilia generalia Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe ſicut quatuor euangelia profitetur venerari & ſuſcipere. Ita etiam ex profeſſione Romani Pontificis colligitur, quæ in decretis canonicata eſt, in quibus illa ſancta concilia Romanus Pontifex in his, quæ ſunt fidei, profitetur. Modificant etiam ſummi Pontificis electionem in eo, quod volunt eligentes Pontificem non poſſe nominare niſi tres, & quod etiam ſi tantum duos nominarent, quod vnus ſit de extra collegium dominorum Cardinalium, & quod non poſſit niſi vnum ſcrutinium in die celebrari, & quod non poſſit fieri acceſſus niſi poſt ſex ſcrutinia, & multa alia nouitatis plena & contra laudabilem conſuetudinem hactenus obſeruatam in electione ſummi Pontificis, & in impedimentum facilioris exitus & expeditionis ipſius electionis. Nam, vt alia omittamus, ex prædictis, quæ neceſſitas incumbit, vt nominatis duobus vnus haberet eſſe de extra collegium; omnia enim iura clamant non tantum in electione Romani Pontificis, ſed in eccleſijs inferioribus, quod ſi de gremio eccleſiæ dignus reperitur, de Eccleſia aſſumi debeat, ſpecialius tamen id ſeruari conuenit & ſpecialius id de iure cauetur, quod ex ſacro collegio ſede vacante Romanus Pontifex aſſumi debeat. Ita ſexta ſynodus ſtatuit. Hoc ipſum ex Stephani Papæ concilio colligitur, dum dicitur; *Oportebat, vt hæc ſacroſancta domina noſtra Romana eccleſia, iuxta quod a B. Petro & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, rite ordinaretur & in apoſtolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris aut diaconibus conſecraretur.*

5 Nec eſt illud etiam prætereundum, quod præ cæteris eſt periculoſum; quoniam ſtatuerunt, quod hoc tempore vacante ſede Apoſtolica, electio habeat fieri in Baſilea & in loco conſilij & non niſi poſt duos menſes a die vacationis. In qua re eſt diligenter aduertendum, quod illud eſt adducere apertum ſchiſma in Eccleſia, pro quo tollendo in concilio Conſtantienſi totus Chriſtianorum principum cœtus deſudauit, quoniam reuerendiſſimi domini Cardinales, quorum eſt præcipuum munus ſede vacante prouidere de Pontifice, ne per longam vacationem Romana eccleſia, immo tota Chriſtianitas patiatur incommoda, vbi occurrat Papæ mors, ſtatim compellentur eligere & Eccleſiæ paſtore viduatæ prouidere; nec volent aut commode poterunt ire Baſileam: Illi vero de Baſilea ſuo decreto innitentes talem in ſummum Pontificem electum forte non acceptabunt, nec pro Papa habebunt, & iuxta ordinationem eorum ad aliam electionem procedent, & ſic ſtatim inducetur ſchiſma. Non eſt præterea ratio aliqua vel neceſſitas, vt Baſileæ aut in loco concilij eligatur Papa, nam iuxta canonicas ſanctiones electio Romani Pontificis habet celebrari in ciuitate vel diœceſi, ſi locus eſt tutus, vbi Papa moritur. Item etiam ſi ſeruare vellent Cardinales illud decretum de duobus menſibus eſſet valde periculoſum poſt longam vacationem, primo duorum menſium, ſecundario tanti temporis quanti duraret tractatus electionis, qui aliquando durauit anno vel annis, Cardinalibus in conclaui ad inuicem non valentibus in vnam perſonam conuenire. Cur autem decretum illud factum fuerit non eſt admodum difficile cognoſcere, quoniam de ambitionis potius, quam charitatis fomite proceſſit. Eſſet etiam valde pernicioſum electionem ſupremi in Eccleſia principis tantæ multitudini committere. Hoc tamen decretum nec per S. D. N. nec per ſacrum collegium vnquam fuit receptum vel approbatum, eſt tamen ex prædictis cauſis omnino tollendum.

Statuerunt præterea de numero & qualitate Cardinalium, capriuantes quoad hoc libertatem S. D. N. & ſacri collegij, & diuidentes orbis nationes, & Chriſti tunicam partientes: cum tamen apud Deum non ſit perſonarum acceptatio, nec ſit diſtinctio Iudæi & Græci, fueritque ſemper in poteſtate Romani Pontificis de conſilio fratrum ſuorum eligere ad latus ſuum viros, quos putauit expertos & Eccleſiæ profuturos, & quos iudicauit expedire pro tempore & publicæ rei Chriſtianæ, quod quidem decretum velut Romanæ eccleſiæ pernicioſum ipſe Romanus Pontifex & ſacrum collegium nunquam acceptauerunt.

Voluerunt etiam illi de Baſilea, & hoc decreto firmarunt, Romanum Pontificem pendente concilio nunquam Cardinales poſſe alibi creare, quam in loco concilij, quod magnam continet impietatem, nec vllam faciem honeſtatis habet; cum nulla ſit ratio, quæ arctare debeat ſummum Pontificem vt, ſi velit, eccleſiæ Romanæ prouidere de Cardinalibus vrgente vtilitate & neceſſitate ſuadente, habeat cum toto collegio & Romana curia ſe transferre Baſileam, & cum etiam hoc ſeruare nil aliud foret, quam ſtatum eccleſiaſticum & Eccleſiæ monarchiam inuoluere in apertis periculis, & pene ad exitum deducere. Quæ omnia quis dubitat de ambitionis & odij radice proceſſiſſe, ſatagentibus nonnullis, qui quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti quærunt, gradum illum prope ſupremum honoris conſcendere hac via, quem non alia poſſe attingere credebant? claudentes etiam per hoc viam S. D. N. defenſioni ſuæ, vt ita ſublata defenſione ſua beatitudo compelleretur omnibus, quæ ipſi vellent, parere, in qua re illud etiam

[Margin notes, partly legible:] Electionem pontificis difficultatibus nouis turbarunt. — Decreta vet. concil. ... — Circa electionem plura alia nouant. — Vetera decreta huic aduerſantur. — Id factum ... — De electione Card. ... — Nunquam ... ab Eugenio & Card. admiſſa.

Digitized by Google

etiam præcipuum eſt deteſtandum, quod tam leuiter & vno pene momento conati ſunt euertere, quæ a ſanctis patribus per tot retro ſæcula edita & inconcuſſe ſeruata fuerunt, ſub ſpecie pietatis & ſupremæ quam ſibi fingunt poteſtatis, conantes etiam omnem dignitatem, honorem, & ſuperioritatem ab Apoſtolica & Romana eccleſia auferre, & in ſe conuertere.

Decreta Pontificum in concilio generali promulgata cōnulluere.

6 Illud etiam eſt non minori admiratione perſpiciendum, quod Clementinam literis de proba, quam in generali concilio Viennenſi longe celebriori, quam ſit hoc Baſileenſe edidit Clemens iuſtiſſimus Pontifex & in Dei Eccleſia celebratus, tollere conati ſunt, ſupremum Eccleſiæ principem, cui iura omnia diuina pariter & humana & omne ſemper ſæculum detulerunt, de mendacio calumniari ſatagentes, & quod verbis ſuis & facto ſuo non ſit habenda fides, quod eſt certe abſurdum, præſumptuoſum, & calumnia plenum, cum caput fidei & religionis noſtræ, quod non puri hominis ſed Dei, quem impoſſibile eſt mentiri, vicem gerit in terris, non præſumatur, ſaltem de facto ſuo proprio, velle vel conſueuiſſe mentiri, cum etiam cæteris Regibus & principibus de facto ſuo credatur.

Apponunt calumniam Pontificem.

Reſeruationes inſtituere.

Abſtulerunt præterea a Romano Pontifice ſpeciales reſeruationes, quibus aliquando neceſſe eſt ſummum Pontificem vti pro tempore, nec poſſit, quod Deus ſui vicarij reliquit arbitrio, hominum ſtatutis aut legibus claudi; nam reipublicæ non expediret, vt moderatio legum omnium, quam epicheiam morales nominarunt, non eſſe penes ſupremum principem, quamuis etiam humanæ reſeruationes ſint contra ius commune; cum enim plura ſint negotia, quam vocabula, & lex non valeat omnes caſus comprehendere, dedit Deus legem animatam in terris, non multitudinem, aut collegium, vel vniuerſitatem, ſed maximum, videlicet omnium principem Romanum Pontificem Chriſti vicarium & Petri ſucceſſorem, qui haberet pro exigentia & qualitate negotiorum non alieno arbitrio, ſed ſuo leges interpretari, moderari, declarare, & tollere, ſi ſit opus. Quomodo ergo ij patres, qui ſunt Baſileæ congregati exiſtimant poſſe ſupremum Eccleſiæ principem legibus ipſorum inſuetis & ſacris canonibus aduerſantibus ligare, immo ipſum omni poteſtate denudare, ita vt pro ſolo nomine & veluti ſignum quoddam in apoſtolico throno ſedere velle videantur?

Conſtitutus a Deo Pontifex veluti lex animata.

Indulgentias temere concedere.

Poſtmodum ne aliquid deeſſet, vnde materia querelæ daretur & ſcandali, præſumpſerunt abſque auctoritate vel licentia Apoſtolicæ ſedis plenarias indulgentias dare, in qua re, cum multi graues & notabiles prælati etiam viri in diuino & humano iure doctiſſimi plerique timorati conſcientioſi & ſcandalum ex hoc in eccleſia prouenire dubitantes, ſe oppoſuiſſent per duos annos cum dimidio, & inter maiores concilij poſt multas publicas diſputationes habitas in loco deputationis pacis aliquando fuiſſet obtentum hoc minime per concilium fieri conuenire, ſed exercitium clauium & dandi plenarias indulgentias eſſe penes ſupremum Eccleſiæ principem Romanum Pontificem, nihilominus poſtmodum a multitudine vocum inferiorum, qui pro cauſa potius priuatis, quam pro republica ſunt in concilio, obtentum eſt indulgentias illas plenarias per orbem vniuerſum publicari debere, in graue præiudicium, ne dicamus contemptum, Apoſtolicæ ſedis, cuius eſt maxime proprium illas dare, & in laqueum & periculum fidelium animatum, laicis quamplurimis deteſtantibus & admirantibus hoc per multitudinem præſumi, quod in ſignum ſupremæ poteſtatis eſt ſoli ſummo Pontifici reſeruatum, in quarum publicatione, ſi quis recte velit animaduertere, inueniet hoc potius ex radice auaritiæ & audaciæ, quam charitatis, & pro ſolo ſcandalo ſuſcitando proceſſiſſe.

Maior episcoporum pars decreto inturgit. A inferiorum turba expellitur.

Plures hoc edictū execrati.

Manifeſta auaritia.

Illud ſumme aduertendum eſt, & ad quos omnis principum conſideratio ſe conuertere debet, quod ij, qui Baſileæ ſunt, omnia adminiſtrant & faciunt, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, quæ ſpectant & pertinent ad exercitium ſupremi in Eccleſia principis, quoniam minores cauſas agunt, de cauſis confirmationis cognoſcunt, poſtulationes, quæ ſoli gratiæ nituntur, & quas ſolus Papa conſueuit admittere vel reijcere, non ſolum in concilio recipiunt, immo eas contra prouiſiones Apoſtolicæ ſedis admittunt, & prouiſiones per Papam factas multas decernunt; de canonizationibus ſanctorum cognoſcunt, beneficia & officia, commendas etiam cathedralium eccleſiarum conſeruatorias ad tempus & in perpetuum dant, penſiones ſuper beneficijs imponunt, confeſſionalia concedunt more Romanæ curiæ, ab omnibus peccatis abſoluunt non ſemel tantum, ſed pluries circa eaſdem perſonas; dant indulgentias in fine ſermonis & miſſæ auctoritate vniuerſalis Eccleſiæ, faciunt doctores in omni facultate nullo vel modico examine præuio, cum illegitimis diſpenſant ad ordines, dignitates, & hereditates plerique pallium conferunt, epiſcopos conſecrari præcipiunt, ordines etiam extra tempora dari mandant, cum irregularibus & omnibus pene criminibus irretitis diſpenſant, actiones more principis ſuſpendunt, in gradibus a iure prohibitis diſpenſant ita faciliter, vt repertum ſit diſpenſatum eſſe per vnum prælatum in ſecundo gradu conſanguinitatis, auctoritate, vt dicebatur, concilij, per quam diſpenſationem pretio, vt non dubitabatur, emptam patruus neptem ſibi habuerit copulare. Quæ omnia nullum vnquam generalium conciliorum, etiam illorum octo ab initio naſcentis Eccleſiæ, facere præſumpſit, & hoc eſt aliud, quam duo exercitia ſuprema duo tribunalia, & duo capita in eccleſia militanti ponere velut monſtrum, & ſic apertiſſimum ſchiſma fouere, pro quo de domo Dei eliminando non ante multos hos annos omnes fere Chriſtiani principes multo labore & ſudore, nec non ſanguine ſuo & ſuorum annis fere quadraginta laborarunt.

Reſeruata ſunt temere ab ipſis acta.

Talia nunquam egere veteris concil. & non Duo ſuprema capita in Eccleſia conſtituerunt. Inducere ita ſchiſma vetus.

7 Inauditum quippe cunctis ſæculis eſt hoc, quod cum principe vnico catholico iudicatoque capite religionis Chriſtianæ concilium generale, a quo omnis norma iuſtitiæ & exemplar, omniſque morum emendatio, ſumma item pax, omniſque erroris eliminatio, etiam ipſa ſui toties repetita profeſſione procedere debent, cum tanto Eccleſiæ & populi Chriſtiani ſcandalo contendat de pari, immo de maiori poteſtate cum ſummo Pontifice, adminiſtrando quæ ad eum non pertinent, & pro quibus per peritiores totius orbis viros quotidie concilium laceratur & vilipenditur, referente iam ex omni parte fama, vniuerſos eccleſiaſtici ordinis viros perditos & male operantes, & qui in partibus vel in curia pro eorum demeritis punirentur, in conſilio Baſileenſi recipi & ad cumulandum tantum in delicijs haberi. Nunquam ex hominum memoria vel in annalibus maiorum noſtrorum ſimile genus ſchiſmatis aut ſciſſuræ nouit Eccleſia, dum enim in ſede Petri legitimus ſedet adminiſtrator, & is etiam, quem concilium ipſum habet & nomi-

Peritiores orbis viri damnant acta Baſileēſium.

Rebelles & nequiores ab ijs haberi in delicijs.

Indubitato Pontifici administrationis poſſeſſionem eripere conantur.

nominat indubitatum Romanum Pontificem, eſt in poſſeſſione adminiſtrandi, cur hoc eſt; quod ij patres, qui ſub nomine generalis concilij Baſileæ conueniunt, ſeque omnia in Spiritu ſancto facere & operari profitentur, parem aut maiorem præſumunt poteſtatem? Nunquid mediator Dei & hominum homo Ieſus Chriſtus, cum mortem agere & ſuos corporali præſentia relinquere decreuit, multitudinem, & non potius vicarium, Petrum videlicet Apoſtolorum verticem (ita enim Dionyſius & Cyrillus reliquique ſancti doctores eccleſiæ eum nominant) ſibi elegit ſucceſſorem? Cur monarchiam hanc, quam Deus ſuo ore inſtituit, ad populorum ſtatum & ad democratiam deducere feſtinant? Nunquid non vident apertum diſſidium non ſolum in vniuerſali Eccleſia, ſed fere in ſingulis omnibus, dum quem Papa inſtituit hi deſtituunt, & quem ligat hi abſoluunt, quem exaltat hi deprimunt?

Chriſtus non multitudini ſed uni Petro poteſtatem contulit.

Schiſma multis annis molitur.

Quid hoc aperto ſchiſmate, quod annis fere ſex adhuc repullulat Eccleſiæ aut Chriſti fidelibus populis & toti reipublicæ Chriſtianæ periculoſius eſſe poteſt? Quid opus erat ibidem congregatis ad hos ſcandaloſos & inſuetos actus procedere, & ſe de ijs, quæ ad eos minime pertinebant, intromittere, iuriſdictionem & auctoritatem ſummi Pontificis toto orbe venerandam, & in ſumma pace ſe habentem, ſede iam plena, ipſo non præmonito aut requiſito, impedire, immo totaliter auferre, & duo capita ſub diuerſis tantum nominibus in Dei Eccleſia (quod omnium pernicioſiſſimum eſt) conſtituere, fidem ipſam noſtram lædentes & articulum illum vnam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam? Vnde & ſi cætera omnia rite geſta fuiſſent, prout certe non ſunt, hæc nequaquam Chriſtiani principes ſimulare aut tolerare deberent: quinimo etiam ipſo Romano Pontifice ſilentium agente, & hæc longa quadam patientia tolerante, ipſi catholici principes pro zelo fidei catholicæ ſuccurrere tenentur. Ad prædictorum corroborationem dicere, eos etiam omnia officia ad inſtar Romanæ curiæ in concilio conſtituiſſe, videlicet cancellariam, pœnitentiariam, cameram, auditorem, clericos & cæteros eiuſdem officiales, auditores rotæ, regiſtrum tam ſupplicationum quam bullarum, curſores & ſeruientes armorum, auditorem contradictarum, correctorem, ſcriptores abbreuiatores, ſoldanum & cæteros omnes, quos Romana curia de longiſſima & approbata conſuetudine habere & ſibi conſtituere decreuit & conſueuit. Item legatos de latere cum facultatibus per ſedem Apoſtolicam talibus dari ſolitis publicarunt & fecerunt, qui vſi ſunt cruce & alijs inſignijs legatorum, monſtruoſum neſcio quid præ ſe ferentes. Collectores per omnem fere orbem conſtituerunt, qui pecunias cameræ & ſacri collegij, cenſus quoque & regalia ad Romanam eccleſiam pertinentia exegerunt, impediueruntque quominus apoſtolici collectores exigerent, immo eos, & qui eis non ſoluebant, excommunicarunt, dantes plene operam, vt iam totus mundus ſciret, concilium cum Papa non eſſe ligatum in vno pacis & charitatis vinculo, pro qua pace non rumpenda S. D. N. hæc omnia vſque in diem hanc patitur. Decimas etiam & ſemidecimas impoſuerunt, & licentiam dederunt nonnullis prælatis, vt ſubditis ſuis imponerent exactiones plurimas pro beneficiorum aut officiorum datione, & quod Papam exigere non permittunt, ipſi ſub alio titulo & colore exigunt. Prælatos ad concilium non venientes pecunia quietant & mulctant, quod genus turpis queſtus nonnulli Reges & principes in eorum temporali dominio hoc execrantes fieri omnino prohibuerunt.

Subuertunt articulum vnam ſanctam eccleſiam.

Omnia officia Romanæ curiæ induxerunt Baſil.

Legatos de latere propter ſe creant.

Vectigalia eccleſiæ Rom. ad ſe deriuarunt.

Imperarunt decimas.

Nonnulli principes eorum auaritiam execrati.

8 Dicere præterea de cauſis tam eccleſiaſticis, quam profanis, quæ indiſtincte in concilio introducuntur, ita vt concilium potius particularium cauſarum, quam generale dici aut appellari poſſit, cum enim quædam ſint cauſæ, quæ de ſui natura in concilio veniant ventilandæ, actum fuit a principio concilij, vt ex quinta colligitur ſeſſione, quod darent præcognitores, qui haberent examinare, quæ cauſæ in concilio introduci debebant, ne patres, qui venerant & vacarent ad ea, propter quæ concilium ſe profitebatur in Spiritu ſancto congregatum, inutiliter occuparentur in cauſis, & dum hoc ſeruatum extitit paucæ admodum cauſæ in concilio ſunt agitatæ, ſed cum cogitare cœperunt de perpetuatione concilij, iam exoleuit mos ille, ſiluit decreti illius diſpoſitio, omnes paſſim cauſæ introductæ ſunt, vt quoniam tædio iam affecti prælati præ nimia duratione concilij receſſerant, eſſet ſaltem multitudo, quæ concilium cum aliqua colorata occupatione continuaret, vnde nunc fit, vt omnis, qui in curia Romana ſententiam contrariam reprobat, ſtatim ad concilium recurrat, & vt plurimum quod curia abſoluit, qui in concilio ſunt condemnant. Aduerſus tres ſententias conformes latas in curia reſtiterunt, nec permittunt de ſententijs in concilio latis in curia cognoſci, at ipſi de ſententijs latis in curia cognoſcere volunt. Non patiuntur a ſententijs priuatorum in concilio latis ad Papam appellari, & conſtituentes ſe ſupremos iudices, cauſas ad ſe aduocant de Romana curia, & ſic denegant ſupremum tribunal Papam tenere in alijs cauſis, quam in cauſis fidei, quod eſt erroneum. Iudices etiam præficiunt cauſis audiendis, qui ſunt ignari iudiciorum, & penitus inexperti, non examinati primo, vt fit in Romana curia, qui iudices ignari iuris communis & ſtyli Romanæ curiæ inordinate procedunt, & futurum erit aliquando, vt omnis vel maior pars ſententiarum, quæ ibi feruntur reuocentur ex eiſdem actis in poſterum.

Concilium ſe ſummum tribunal conſtituunt.

Ad propagandum concilium ſubdolo molimento.

De ſententijs curiæ cognoſcere.

Fecerunt etiam illi bullam plumbeam, quod nunquam extitit attentatum per aliquod generale concilium, niſi forte ſede vacante, quod quidem nouitatem quandam ſapit & præſumptionem: mos enim fuit quorundam antiquorum generalium conciliorum, quæ Papa per ſuos præſidentes ſeu nuntios apoſtolicos celebrauit, vt omnia fere ſub nomine præſidentium expedirentur, & eorum ſubſcriptione & ſigillo firmarentur, nec aliter, quæ decretabantur recipiebantur.

Bullam plumbeam contra morem conficere.

Antiquorum omnia ſigillis præſidentium firmari conſueta.

Inauditum etiam eſt illud & contra vniuerſalis Eccleſiæ generalem obſeruantiam & ſanctorum patrum traditionem, quod in miſſa non orant pro Papa, ſcienter orationem illam, *Deus omnium fidelium*, omittentes, cum tamen Eccleſia nedum pro Papa, ſed pro Iudæis & paganis mandet orationes fieri, cum enim valde accurate præſidentes apoſtolici ſæpe quererentur, quod oratio illa omittebatur in miſſa, nunquam tamen illud emendare, vel aures præbere voluerunt; quæ res eſt magni contemptus, & pernicioſi exempli, & per hoc, quod intus gerunt aperte demonſtrant.

Precationem pro Papa in ſacris omittunt.

Dicere præterea de inordinato modo procedendi in concilio, a quo omnis hæc turbatio magna ex parte naſcitur, nam quendam modum inue-

Inductus nouus admittendorum ad concilium modus.

inuenerunt, quem nouiter ad concilium venientes habent ſeruare, quem incorporationem vocant: qui quidem magno aſtu & calliditate adinuentus eſt, quoniam quædam iuramenta & pollicitationes extorquentur, quæ monopolium potius & coniurationem ſapiunt, quam concilij libertatem; quod iuramentum multi graues & conſcientioſi viri, multi etiam principum oratores ſubire recuſarunt: & admiſerunt communiter & diſtinctè omnes inferiores non graduatos, ſed penitus ignaros, & qui habuerunt nedum vocem conſultiuam ſed definitiuam & auctoritatem vocum, non ponderando zelum aut merita cuncta in eo concilio acta & concluſa ſunt & fiunt etiam de præſenti, ita vt frequentiſſime prælati omnes vel maior pars & ſanior fuerit in vna ſententia, reliqua vero etiam excedendo de modico in contrarium præualuit a pluralitate vocum, qui modus eſt a iure improbatus, vt ſapientibus vocatis, ab ignaris definiatur, quod a maiori receptum eſt. Immo ſtante hac concilij ordinatione, procedendi videlicet per deputationes, & præualeat, quod obtineatur a maiori parte concluſorum in tribus partibus, ideſt deputationibus, eueniet & frequenter contingere poteſt, quod a maiori & non saniori parte totius concilij aliquid concludetur, quod eſt abſurdum, quod ſic deducitur. Pone, quod in concilio Baſileenſi agatur de tollendis commendis a reuerendiſſimis dominis Cardinalibus, & ab alijs prælatis, prout nunc dicitur eos de Baſilea abſtuliſſe, & pone, quod in deputatione fidei, pacis, & reformatorij ſcrutatis votis ſingulorum de centum vocibus pro qualibet reperiatur quod quinquaginta vna voces ſint pro parte affirmatiua, quod auferantur commendæ, & quadraginta nouem pro negatiua, quod non auferantur, & ſic omnibus vocibus harum trium deputationum computatis, apparet quod centum quinquaginta tres voces ſunt, quod non auferantur, & centum quadraginta ſeptem quod remaneant, & ſic a maioritate vocum trium deputationum iuxta concilij ordinationem opus eſt concludere, quod tollantur. Pone ergo, quod quarta deputatio de communibus nemine diſcrepante definiat commendas non eſſe tollendas, tunc licet omnibus quadringentis vocibus collectis in vnum maior pars vocum concludat, quod non tollantur, ſunt enim centum quadraginta ſeptem, tamen præualet minor numerus vocum, centum videlicet & quinquaginta trium, quæquam in tribus deputationibus præualuit maior pars, & ſic iuxta ordinationem concilij reiecto illo, quod a maiori parte vocum totius concilij receptum eſt, in generalique congregatione contenderetur, quod a minori parte concilij eſt diffinitum, & ita poſtmodum decretabitur, quod eſt ſatis inauditum, excedit enim pars maior, quæ iuxta dictam ordinationem ſuccumbit, minorem partem, quæ præualet & recipitur in nonaginta tribus vocibus, quod eſt mirandum & contra omnia iura. Sed quod etiam per hunc modum non concludatur a ſaniori parte, ſatis eſt veriſimile, quoniam poteſt contingere, quod in numero de centum quadraginta octo ſint viri longe maioris virtutis & ſufficientiæ, quam in numero de centum quinquaginta tribus: non fuit iſte modus generalium conciliorum apud antiquos patres, nec modus iuris, quoniam vt plurimum in antiquis concilijs ſoli prælati, qui ſuas diœceſes repræſentabant, & maiori lumine & gratia illuſtrantur & viſitantur, quam hi, qui non ſunt prælati & procuratores prælatorum vocem habebant definitiuam, qui etiam ſubſcribebant ſe,

Sacerdotum cum prælatibus æquatio.

Ad placita minorum ſacerdotū ſua decreta ediderūt.

Modus decernendi a Baſileenſibus inductus.

Inauditus apud antiquos generalis concilij. Prælati olim vel procuratores eorum tantum ſe ſubſcribebant.

vt ex geſtis antiquorum conciliorum colligitur. In concilio vero Conſtantienſi per quandam tolerantiam, & vt citius veniretur ad extirpationem antiquati ſchiſmatis, extitit permiſſum, vt procederetur per nationes, qui modus eſt longe tolerabilior, quam iſte, quoniam quilibet in ſua natione ſcit bene, quæ illi expediunt, norunt defectus tanquam experti, & ſciunt etiam indicare de modis reparandi: maiores etiam nationes in natione honorantur & præferuntur cæteris, & communiter minores licet forte nō ſint periti vel graduati, ſequūtur ſaltem pro reuerentia vota maiorum & peritorum de illa natione, ſic non niſi a ſaniore parte res, vt plurimum res arduæ concludi poſſunt. Non ſic contingere poteſt in hoc modo procedendi per deputationem, qui penitus inordinatus & confuſus eſt, & in quo Germani Gallicis, Gallici Hiſpanis, Hiſpani Italicis permixti ſunt, vbi vnus minimus Hiſpanus verbi gratia non deferet notabiliori & magis ſcientifico prælato, qui ſit de tota Francia, in vna deputatione, & qui tantam vocem habebit, quantam habet Cardinalis vel magnus magiſter in theologia, & ſæpiſſime eſt per experientiam comprobatum, quod in vna deputatione vnus bene inferior & miſer in faciem reſtitit vni prælato ita, vt prælatum tanquam magis probum tacere & cedere opportuerit; vnde per hunc modum raro a ſaniori parte aliquid deliberatur. Nec etiam cum grauitate, vt expediret, deliberari poteſt, vnde ſæpiſſime ſecutum eſt, vt materia ſatis facilis ita fuerit in deputationibus difficultata, vt vix potuerit multis diebus terminari, quandoque res arduiſſimæ, & quæ magno ſtudio & tempore indigebant, nulla prius diſcuſſione facta per verbum *Placet*, ſtatim expeditæ ſunt. Ideo non mirum, ſi plura per hunc modum procedendi geſta ſunt ſacris canonibus & bono publico parum conuenientia, & propter hoc videntes patres, qui debebant eſſe iudices concilij, inferiores & ignaros de iis, quæ ad eos non ſpectabant, iudicare vt intelligebant, & penes eos omnes concilij poteſtatem reſidere licet de facto, fruſtrati ſpe & deſiderio ſuo pro maiori parte receſſerunt, ita vt a multo tempore citra in concilio non fuerint vigintiquinque epiſcopi, etiam oratoribus Regum & principum computatis.

9 Hic etiam modus procedendi nec inimicos aut ſuſpectos excludit in iudicando, & frequenter & ſæpiſſime viſum, quod inimici S. D. N. & Romanæ eccleſiæ paſſionatique diuerſis ex cauſis incorporati fuerint, & contra ſuæ beatitudinis ſtatum & honorem iudicarunt, & fuerunt vt plurimum in cauſis ad ſuam ſanctitatem pertinentibus ſpecialiter deputati. Quis autem rectæ mentis non obſtupuit, immo certe non erubuit, & factum fuit deteſtatus quod, cum populus Romanus, qui nunc nuperrime Papam captiuare conatus fuerat, in eiuſque perſonam fuerat machinatus, & Cardinalem S. R. E. reuerendiſſimum ſcilicet dominum camerarium diro carceri & in compedibus mancipatum teneret, ad concilium miſiſſet, non vt ſuum errorem cognoſceret, ſed vt cum ſanctiſſimi domini noſtri calumnia tantum ſcelus palliaret, petijt tandem ſacro concilio per certos ſyndicos, quos ad hoc ſpecialiter conſtituerant, incorporari: qui nomine populi Romani ſic interdicti & excommunicati, & aeternis iuris & hominis pœnis irretiti, ſtatim magno applauſu incorporati ſunt veluti peculiares Eccleſiæ filij, qui tam egregium facinus attentauerunt, vt Chriſti vicarium temerario, immo diabolico auſu caperent, pœnas iuris

In Conſtantienſi concilio proceſſum eſt per nationes propter ſchiſma.

Grauiſſima in deputationibus Baſileenſ. incommoda.

Infimi ſacerdotes ad verſus epiſcopos obluctati.

Plura ſunt ſic ſancita.

Poteſtas concilij Baſilienſ. fuit penes infimos & ignaros ſacerdotes.

Vix 25 epiſcopi vigintiquinque in eo permanſere.

Proditores Pontificis ab iiſdem admiſſi.

iuris & hominis non formidantes, ſed potius cenſuras omnes & iura omnia diuina & humana contemnentes & profanantes, qui in nullo alio rei apud aliquos videbantur niſi quod tantum facinus, Deo in contrarium diſponente, conſummare non potuerant.

Cur Baſileæ mala temere geſta.

In qua re quis ita legum aut vitæ comunis ignarus non videat quoſdam, qui illi incorporationi fauebant, in tam damnato crimine communicare? Hæc imperita illa multitudo, quorumdam arte & aſtu decepta, fieri conſenſit in magnam concilij notam: ſi enim per prælatos & graues viros fuiſſet concilium Baſileenſe celebratum hæc geſta non fuiſſent, & non etiam forte eſſet neceſſe aut expediens de actis diſpenſare aut ea in dubium reuocare.

Aliqui prælatos [illegible] ſi conceſſere [illegible], ſed multitudini vt eã ducerent.

Qui vero rem hanc ordinarunt eo prætextu hoc fecerunt, vt multitudinem ſuo modo ducere poſſent, quod non potuiſſent ita perſonas graues & timoratas contractare. Nec hunc modum procedendi ex eo colorare poſſunt, quod a principio concilij pauci conuenerant in Baſilea, quoniam poſtquam concilium fuit plenum, & per S.D.N. reintegratum erant prope centum quinquaginta mithræ, & fuere centum poſt per multos menſes, quia poterant ſi zelum habuiſſent, facile variare modum procedendi, & expedire quæ erant expedienda, præſertim cum de hoc ſæpiſſime & cum inſtantia per magnos principes & prælatos fuerint requiſiti, ſed non exaudierunt vocem eorum.

Redintegrato ab Eugenio concilio [illegible] 150. epiſcopi.

Hinc proceſſit, quod concilium iam annis ſex durat ſine fructu, vtinam non cum magna eccleſiæ iactura. Hæc certe duratio tanti temporis in vno concilio generali inaudita eſt cunctis ſæculis; nam concilium Lugdunenſe durauit per tres menſes vel circa, & tamen conuocatum fuit per Gregorium X. pro paſſagio ſeu ſubſidio Terræ ſanctæ, pro pace populi Chriſtiani, pro reformatione vniuerſalis Eccleſiæ, & pro vnione Græcorum. Concilium vero Viennenſe durauit menſibus ſex, & in eo ſunt conſtitutiones ſaluberrimæ publicatæ.

Inaudita eius duratio in [illegible] eccleſiæ.

Quid eſt ergo quod annis fere ſex, vel dicamus duobus & ſex menſibus, quibus S.D.N. reintegrauit illud concilium, aliquod iſtorum, nedum perfici, vix inchoari potuit? ex operibus enim facile illorum, qui ibi ſunt, voluntas deprehenditur, quoniam cum non intendant finem; non intendunt in iis, quæ ſunt ad finem implicant enim ſe peregrinis factis & impoſſibilibus materijs, quas ſi etiam explicare poſſent, ſtatim alias difficiliores ſuperinducerent: ſatiſque apparet eos facere res in tempus deducere etiam ſi finem videre, quitent, & vt tempus redimant litibus & particularibus negotijs vacant aperteq; nonnulli ex eis dicant concilium non antea finem habiturum, quam ſanctiſſimi D.N. Eugenij Papæ mors ſequatur, quodque ſic intendant re ipſa, intelligi poteſt, nam & ipſi conſtitutiones fecerunt concilium Baſileenſe diſſolui, commutari, aut transferri non poſſe per Papam aut per alium quempiam niſi de conſenſu duarum partium cuiuslibet deputationis, & poſtea duarum partium generalis congregationis ſcrutatis votis ſingulorum, quod vix aut nunquam poterit obtineri, vel euenire.

Dedita opera tempus dantur.

Dixere non ante mortẽ Eugenij deſiturum cõcilium. Sanxere ſe neque diſſolui nec transferri poſſe à Pontifice.

Immo plus ſtatuerunt, quod per Papam concilium mutari, transferri, aut diſſolui non poſſit ſub pœna ſuſpenſionis primo, & deinde priuationis papatus. Erit ergo in eorum poteſtate concilium durari facere quantum volent, ſeu perpetuare in magnum ſcandalum totius religionis Chriſtianæ, niſi opportune prouideatur. Neceſt bene videre quomodo illi, qui ſunt congregati, velint imponere finem tot exorbitantijs & intendere reformationi, quam profeſſi ſunt vel [illegible] dare toti mundo & alijs, ad quæ ſe dicunt [illegible] congregatos, cum in generali congregatione quidam prælatus maxime ad perpetuationem affectus [illegible] iteratis vicibus dixerit publice, non eſſe intendendum reformationi, quoniam ea perfecta ſtatim concilium finiretur; habens pater ille pro magno inconuenienti, quod aliquando concilium habeat terminari.

Intentãſe ei pœnas Chriſti vicario.

Reformandum orbi polliciti id opus agere detrectant.

Quidam etiam ibi ſunt, qui priuato intereſſe & commodo laborant, cum a clero quidam, quidam a ſuis principibus, quidam a prælatis abſentibus ampla ſtipendia percipiant, quæ vt diu durent magnalia, vtinam vera, dominis & principibus eorum ſæpe ſcribunt de concilio. Quidam de cauſis & officijs, quæ ibi exercent & agunt, cumulant magnas pecunias, quidam ibi laborant opinione ſummi in Eccleſia principatus, & expectant caſum vacationis, quidam per ea, quibus in ipſiſmet ſunt conſcij, diffidunt de clementia S.D.N. nec audent venire ad ſuam ſanctitatem, quæ tamen eos grate & benigne reciperet: quidam confidunt, ſtante hac ſciſſura, in eccleſia poſſe cum hac turbatione conſequi, quod in pace non obtinerent, & in tantum proceſſit ambitio nonnullorum, qui ibi ſunt, vt nouis quæſitis coloribus epiſcopos & prælatos de propria ſede cum multo ſcandalo, & non ſine futura cæde plurimorum, eijcere feſtinent, quibus illi de Baſilea, vt ſibi parent clientelam & ſequelam, aſſiſtunt & fauent contra omnem iuſtitiam, gladium ponere ſatagentes vbi eſt pax, profeſſionis eorum immemores, qua pacem ſe cunctis gentibus dare polliciti ſunt: quem enim ſciunt Romanæ eccleſiæ fauiſſe, hunc capitali odio proſequuntur: quem vident honorem & prærogatiuas illius impugnare, & de Pontifice & Romana curia obloqui, extollunt & inter principes operum, quæ diximus, conſtituunt.

Cogendæ pecuniæ dedere operã.

Nonnulli de pontificis clementia deſperata diffidunt.

Mouere lites ad eijciendos è ſedibus epiſcopos.

Detrahunt de Pontifice & curia.

His igitur ita ſe habentibus rebus, quomodo ſperandum eſt, niſi ſe principes opponant murum pro domo Domini, & opportune prouideatur per homines illos, qui Baſileæ ſunt, emendare quæ fecerunt, aut ab inceptis deſiſtere, vel finem inueterato iam concilio imponere velle? Nonne hoc ipſi eorum proceſſu omnem generalium conciliorum auctoritatem in futurum celebrandorum ſepeliunt? Quis amplius futuris concilijs credet, cum experti fuerint cuncti, hoc tam magna profeſſum, pauciſſima compleuiſſe, vilibuſque quibuſdam ſe immiſcuiſſe, plura contra auctoritatem ſanctorum decreuiſſe, ita vt ſit maior expectatio de eorum, quę decretarunt abolitione, quam obſeruatione, & pauciſſima, quæ fecerunt, per orbem recepta ſint? Quis vnquam Romanorum Pontificum ex iis, quę iſti contra Apoſtolicam ſedem attentauerunt, cautior factus audebit deinceps generale concilium conuocare? Quis fidelis deſiderabit amplius cogi concilium, cum ex quo ſic frequenter concilia celebrari conſueuerunt, ex eo quod qui conuenerunt, vt plurimum quę ſua ſunt quęſiuerunt, maieſtas Eccleſię eſt labefactata, Eccleſię libertas conculcata, patrimonium Chriſti diſſipatum, temporalitas eccleſiarum occupata & deperdita, & omnis reuerentia ex clero fere extincta? Quod ſi ſacra generalia concilia ea intentione, eo ordine, et ab his partibus celebrarentur, quæ priſcis illis temporibus celebrari conſueuerunt, res Eccleſiæ, immo totius populi Chriſtiani alio eſſent loco, quam modo ſint. Ordinarunt præterea ad hunc effectum perpetuandi concilium, vt de cauſis incorporatorum non poſſet alibi cognoſci, quam in concilio,

Monitum principes vt imminẽs malum propulſent.

Baſileenſes cõc. [illegible] auctoritati detraxere.

Timuerint Eugen. Pontifices ægre adducti celebrare cõcilia.

In eccleſia mala [illegible].

Si diuina [illegible] celebrarentur [illegible].

quæque beneficia incorporatorum per aliquem ſub pœna priuationis & inhabilitationis ad obtinenda beneficia impetrari, & per Papam etiam conferri non poſſint, etiam motu proprio. Ex quo decreto ſecutæ ſunt intruſiones in beneficijs & rebelliones quamplurimæ inferiorum contra ſuos maiores, quamquam multi ſtuduerunt incorporari ad finem euitandi correptionem, vel ad continuandam ſuam intruſionem, & in fraudem fecerunt ſe plurimi per procuratorem incorporari, qui nunquam in concilio fuerunt, nec etiam intendunt in poſterum, & tamen prætextu decreti illius defenduntur, ac ſi in concilio fuiſſent, & pro republica continuo laboraſſent. Et quod Papa non poſſit beneficia incorporatorum conferre, magnam continet iniuſtitiam, & nihil eſt aliud, quam ordinem vniuerſi turbare & ſe contra ſuum ſuperiorem erigere, immo cauſam peccato tribuere. Quid ſi vnus incorporatus notorie caret titulo? quid ſi ex aliquo delicto per hominem vel a iure priuatus eſt? quid ſi duo incompatibilia abſque diſpenſatione poſſidet? nulla enim eſt ratio, quæ hoc prohibere poſſit; eſt enim illud receptum ab omni Eccleſia ſanctorum, ſummum Pontificem dominum eſſe & moderatorem, nec non diſpenſatorem omnium beneficiorum, quæ omnia veluti matrem & dominam recognoſcunt ſanctam Romanam eccleſiam.

10 Illud etiam eſt ſatis inauditum & admirandum, quod aſtringere volunt Papam ad ſeruandum eorum decreta, & nedum facta, ſed facienda in poſterum. Qua enim fronte audent legum moderatorem & principem, & qui poteſt, ſicut vtile vel expediens iudicauerit, legem tollere, requirere, vt legem ſeruet, ſic velle eum legibus, a quibus ſolutus eſt ſubiacere? Cur ipſi leges, quas ipſi promulgarunt, non ferunt nec ſeruant, ipſique primi ſunt, qui eas impune & in facie totius concilij tranſgrediuntur? Si tanta eſt maieſtas in condenda lege, tantaque neceſſitas promulgandæ, vt prędicant, antequam edatur, cur cum eſt edita, per ipſos non recipitur? Sincero non ſeruato ordine, vt ſæpe fit, promulgatur partimque deſerunt actibus humanum, quia principem Eccleſiæ, quam alium quempiam, potius de obſeruatione requirunt, profecto contemptus hic eſt maximus, nec tolerandus, hoc enim modo quandoque in Eccleſia introductæ ſunt hæreſes, dum inferiores per contemptum quendam, aut de ſuperiorum vita & moribus iudices eſſe volunt, aut eis leges, quod minime poſſunt, imponere ſatagunt. Illud profecto nullam habet apparentiam, quod futuris & nondum extantibus decretis Papam ſubijcere volunt; incertum eſt enim, quid illa continere poſſint: ſed qualis futura ſint, declarant quæ facta ſunt; patet enim de legibus ipſorum, quando ſedem eas forte iudicare neceſſe erit, quoniam omni omiſſa ſolemnitate, ſed populari quodam tumultu, ne dicamus paſſione, plurimæ editæ ſunt: omiſerunt enim modum illum ſubſcribendi in antiquis concilijs & a ſanctis patribus ſeruatum; ne tamen intelligi poſſit cum de retractandis, quæ fecerunt, agi forte neceſſe fuerit, qui edicto cauſam dederunt: futurumque erit aliquando, vt hi, qui conſenſum dederint in condendis, primi fortaſſe erunt in illis auferendis. Deſinant ergo Romanum Pontificem laceſſere: recognoſcant eum Eccleſiæ caput, non recedant a doctrina patrum, quæ ipſi omnes leges ſubijcit, non ſeminent peregrinam doctrinam, animas ſimplicium illaqueantes, non alta ſapiant, ſed in humilitate perſiſtant. Hoc enim omnium eorum caput & origo a principio naſcentis Eccleſiæ fuit, cum homines ſanam non valentes doctrinam intelligere & ſuſtinere, in laqueum ſuperbiæ elati plus ſapere, quam oportebat, cum periculo plurimorum, in primis ſuo, ſapere voluerunt.

Volunt præterea aſtringere Papam, vt non ſolum ſeruet eorum decreta ſic, vt præmittitur, facta, ſed etiam ſententias latas per eorum iudices in cauſis priuatorum: inauditum eſt enim, vt primum membrum complectantur, quod in aliquo conciliorum aſtrictus fuerit Papa ſeruare ius poſitiuum, ſi merito, quæ ſanxerunt poſitiuum ius debet appellari. Meminerint morem fuiſſe antiquorum conciliorum, quod ea etiam, quæ per auctoritatem ſummi Pontificis geſta fuerant, in concilijs petebantur per Papam confirmari & approbari, nec ipſe confirmare tenebatur, ſi nolebat, niſi & fortaſſe quæ fidem catholicam concernerent, vt de Leone Papa legitur, qui confirmauit tantum geſta concilij Chalcedonenſis in ijs, quæ ad fidem pertinuerunt. Quod vero Papa ſeruet ſententias in cauſis priuatis in concilio latas, nullam habet apparentiam, nec hoc a ſe Papa abdicare poſſet priuilegium, vt non eſſet refugium oppreſſorum, & ad quem omnes oppreſſi habent recurrere aut per appellationis aut ſupplicationis viam; hoc enim prohibere eſt tollere defenſionem, quæ eſt de iure naturali. Multa præterea fecerunt & faciunt in dies, quæ eneruant in totum iuriſdictionem & honorem ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, & turbant ſtatum Eccleſiæ, quæ de ſe patent, & longum eſt diſcurrere per ſingula: ſed ſatis ſit aliqua enarraſſe de multis, ſi illud tamen pro vltimo ponemus, quod libellos quoſdam errores plurimos continentes, non examinatos nec receptos, in quibus multa de populo, Eccleſia, & Papa continentur non iuxta doctrinam ſanctorum patrum, venales exponi patiuntur in plateis, quod eſt valde periculoſum, & damnatæ intentionis argumentum, quærentes quod actu & opere faciunt, etiam per viam doctrinæ ad poſteros tranſmittere, & ſeminare errores, quos poſtea de populo Chriſtiano extirpare non erit facile. Satis nos admonent præterita & quæ Bohemica impietas potuit, quæ leuibus principijs inſurrexit, poſtea vero in longum chaos euaſit.

11 Dicere quomodo licet S. D. N. hæc ſemper ægro animo tulerit, feceritque quantum in ſua beatitudine fuit, vt ea omnia per eos reformarentur, vt omnis conſtrueretur pax inter ſuam ſanctitatem & illos de Baſilea, in nullo vnquam tamen proficere potuit: tenuit enim in concilio præſidentes ſuos ampliſſima facultate ſuffultos, qui ſemper in ijs materijs ſcandaloſis, & offendentibus Eccleſiam & bonum publicum ſe oppoſuerunt, quærentes omni diligentia dominos illos ab ijs materijs peregrinis diuertere, eoſque ad ea conuertere, ad quæ concilium dicebatur inſtitutum; ſed nihil, aut parum proficere potuerunt, quoniam ratione præſidentiæ, quam habebant impeditam, non vltra poterant mandando, quam poſſet minimus de concilio, nec valebant, ſtantibus ordinationibus, de quibus ſupra, aliquid proficere. Aucupabantur illi de Baſilea continue fauores illorum, quos ſciebant aut Apoſtolicæ ſedi aut S. D. N. infenſos, aut repulſam paſſos, cum quæ concedenda non erant ab ipſa ſancta ſede impetrare non poterant, vnde omni vento circumacti, vt diſciplinam apoſtolicam effugerent, ſatis declarabant potius cum ſummo Pontifice velle contendere

dere, quam ad ea, quæ pacis ſunt, operam dare. Vnde hoc clare cognoſcentes ſuæ ſanctitatis præſidentes & nuntij, poſtquam annis fere tribus in concilio fuerant commorati, quoniam quidem quoad honorem ſuæ ſanctitatis, & quoad profectum communis boni fruſtra laborabant, & Baſileæ ſtabant, de recedendo a ſua beatitudine veniam ſæpe petierunt: ſed ſua ſanctitas ſemper ſperans hoc quandoque debere ceſſare, & patientia ac tolerantia aliquando iſta omnia ſuperare, non ſolum noluit, vt præſidentes tunc recederent, ſed beneficijs illos de Baſilea vincere contendit, & in multis etiam illis pie condeſcendit. Nam primo in materia reductionis Græcorum, cum ſua beatitudo auiſaſſet modos valde conuenientes & vtiles pro illorum reductione, quibus etiam Imperator ipſe Græcorum & patriarcha annuerant, & patres illi de concilio omnino illos ſpernerent, aliamque viam diſpendioſam ac intolerabilis ſumptus fuiſſent amplexi, quam abſque eo, quod S. D. N. primitus auiſaretur concluſerunt & ſolemniter decretarunt ſua beatitudine poſtea requiſita per eos, vt his, quæ concilium in hac materia ſtatueret, ſuum præſtaret aſſenſum, licet hæc via eſſet inutilis nec videretur expedire, tamen vt non contenderet cum patribus illis per quandam condeſcendentiam ſtatuit ſequi viam concilij, eam, prout ipſi petiuerant, per bullam ſuam approbauit, miſitque dominum Chriſtophorum Garatonum Conſtantinopolim ad intimandum Imperatori & patriarchę ſuæ intentionis fore de via per concilium electa non recedere, ſi tandem illa erat, quæ ad deſideratam vnionem nos perducere poſſet, itidem ſuadendo Imperatori & patriarchæ, vt facerent. In commodum etiam concilij ordinauit ſanctitas ſua in Baſilea vnum theſaurarium, qui exigeret a debitoribus cameræ, & cum eis componeret, deputauitque quartam partem exigendorum pro vſu concilij: obtulit expenſas neceſſarias facere, & pro veris debitis in præteritum contractis ſatisfacere; ſatis patienter, cum ita tunc prouidiſſet, quod patres illi pecunias ad cameram apoſtolicam ſpectantes exigerent, ita vt contra collectores illos concilij nullos proceſſus faceret, nullam cenſuram eccleſiaſticam exerceret, nuntios concilij Baſileenſis, qui ad ſuam ſanctitatem deſtinabantur, humaniter & honorifice recepit, eiſque de gratijs & beneficijs prouidit, eorum verba aliquando non cum ea, quam decebat tales nuntios reuerentia prolata, cum multa patientia ſuſtinuit, benigneque ſemper pro tempore reſpondit. Omnibus præterea ſuppoſitis concilij, etiam his, qui contra ſuæ ſanctitatis & Apoſtolicæ ſedis decus aperte pugnabant, de gratijs & beneficijs prouidit: qui tamen accepto beneficio non propterea minus quam antea facere contra ſuam beatitudinem decretarunt. Voluit præterea ſua ſanctitas, vt qui in Baſilea habent caſus minorum pœnitentiariorum, eos abſoluerent, qui commode forte ad Romanam curiam accedere non poſſent.

Publicam rem neglexere.

Vincere eos beneficijs maluit quam ipſos Eug.

Commonita de modo & ratione grandes cõſenſionis cum Græcis modos difficiles induxere.

Pacis tamẽ ſtudio cum ijs conſenſit.

Suppeditauit etiam ſumptus.

Summam ergo eoſdẽ explicuit humanitatem.

Decreta tamen cõtra ipſum edere non deſiterunt.

Videns ergo ſua ſanctitas hæc omnia pietatis & humanitatis officia nequaquam patres illos retrahere ab incepto, nec amplius patientiam ſuam valere in talibus, cum illa omnia, ſi voluiſſet apoſtolica auctoritate potuiſſet annullare, vel nulla declarare, & via ordinaria prouidere, ne quid ſedes Apoſtolica detrimenti pateretur, tamen, quia ſanctitas ſua ſcandalum formidabat, & vt nullum patientiæ genus prætermitteret, ſtatuit adhuc viam illam non attentare, ſed omnia prius experiri. Cogitans ergo ſua beatitudo, quod, ſi concilium eſſet in vno loco, & in quo ſanctitas ſua poſſet commode intereſſe, attenta conditione & mala valitudine perſonæ ſuæ, quæ longa itinera pati non poteſt, ſperabat hæc omnia mala & pericula ceſſare poſſe, & per ſuam præſentiam reparari. Suadebat ſuæ beatitudini conuentionem hanc nedum neceſſitas ipſa, rerum iſtarum male geſtarum reparandarum, quam conciliummet petere debuiſſet, ſed ipſa Græcorum reductio, de qua nunc agitur, pro qua facienda pro maiori dignitate & firmitate præſentia beatitudinis ſuæ eſt plurimum neceſſaria.

Cur Eugenius Baſileam ſe nõ contulerit.

De communi loco, vt concilio præeſſet pacifice eius.

12 Accedebat, quod ipſe Græcorum Imperator & patriarcha cum maxima inſtantia petebant præſentiam ſummi Pontificis in concilio, & pro hoc ipſo apud dominum ipſum concilium ſupplicarent. Decreuit ergo ſuæ ſanctitas pro hac conuentione mutua, & in loco ſuæ ſanctitati accommodo impetrando, mittere ad concilium reuerendiſſimos patres dominos Cardinales S. Crucis & S. Petri Apoſtolicæ ſedis legatos firmiter ſperans eos tam neceſſaria & toti Chriſtianitati accommoda non multo labore impetraturos. Venerunt ergo dicti legati Baſileam, a quibus nulla fere interiecta mora, petitum eſt per illos patres, vt quod ferebant exponerent. Sed cum tunc ægritudo domini S. Crucis & repentinus eorum aduentus non pateretur, vt tam cito, quæ ferebant, deducerent in medium, paucorum dierum, duorum vel trium, facto interuallo, nondum adhuc conualeſcente domino S. Crucis, expoſuerunt in genere de optima diſpoſitione S. D. N. eos aſſecurantes, quod ſi vellent ad rationabilia condeſcendere, fierent talia, per quæ pax Eccleſiæ redderetur, & vnio Græcorum, quantum in obedientia Latinorum eſſet, facile deſideratum conſequeretur effectum. Sed nonnulli de maioribus, qui aderant dum hæc legati proferrent, ſtatim proruperunt, dicentes ſibi verba dari; veniſſe, vt concilio illuderent, & multa alia minus reuerenter in dominos S. Crucis & S. Petri protulerunt. Quibus legati pro tempore humaniter reſponderunt, de more non eſſe, dicentes legatorum vniuerſa in prima narratione & tam repentino, quæ portarent exponere, ſed ſi tempus & locus daretur, magis deſcenderent ad ſpecialia. Datis itaque deputatis a concilio, qui audirent legatos, ipſi qui deputati fuerant petierunt in ſcriptis ſibi dari, quæ legati apoſtolici dare volebant.

Expetiere Græci vt Papa concilio intereſſet.

Miſſi ea de cauſa duo Card.

Viſum eſt ergo legatis ipſis cedulam vnam continentem piam intentionem S. D. N. breui ſtilo dictare, per quam reſponderent nonnullis, quæ aliquando concilium petiuerat a ſua ſanctitate, & declararetur deſiderium & voluntas beatitudinis ſuæ circa conuentionem in loco pro vnione Græcorum & pro cæteris exigendis, ad quem ſua beatitudo poſſet commode conuenire, cuius cedulæ tenor talis eſt: *Quia S. D. N. Papa, &c.* Ponatur tenor cedulæ. Quę cedula porrecta, quoniam breuis erat & ſententiis plena, nec tamen a rectis deſiderijs aliena, cœperunt patres illi deputati ſubſiſtere, neſcientes quo ſe verterent, quoniam cedula ſatis eos ad ea, quæ rationabilia & iuſta erant, ſtringere videbatur, nec ita fuerunt in danda reſponſione ad illam cedulam ſoliciti, ſicut fuerant in petenda relatione legatorum importuni. Sed tranſactis pluribus diebus, cum inſtarent legati apoſtolici ſibi reſponderi, cœperunt ipſi a concilio deputati quæſtiones quaſdam & dubia formare ad ea, quæ in ipſa cedula continebantur, petentes declarationes in rebus ſatis claris & apertis,

In ſcriptis data Eugenij poſtulata.

tis, & ex hoc iudicio legarotum quærentes, quantum poretant, rem ducere in longum & rempus redimere, quærentes etiam ex reſponſionibus legatorum nouas ſuperinducere quæſtiones. Quibus reſponſum eſt, quæ in cedula continebantur ita eſſe aperta & clara, quod nec vlteriori egebant declaratione, ſed vellent ad rem venire, & ad tam rationabilia condeſcendere. Inſtabant autem ſuper omnia domini legati, vt patres de concilio vellent locum eligere, ad quem tam ſua ſanctitas vna cum ſacro collegio Romanæ eccleſiæ cæteriſque prælatis, quam concilium, nec non etiam ipſi Græci commode venire poſſent. Ipſi vero de principio bona verba dabant, interea vero mittebant ad ſereniſſimum Imperatorem, vt per ſuos oratores Imperatori Græcorum ſuaderet, vt Baſileam venire vellet, cum tamen ipſe Imperator Græcorum & patriarcha expreſſe recuſaſſent ſe Baſileam, aut Conſtantiam, aut Argentinam poſſe aut velle venire, dicens Imperator ipſe, quod pro commoditate tam ſua, quam ſuorum, maxime patriarchæ, qui iam ſenio confectus eſt, & aliorum etiam vellent locum eligere in Italia & prope littora, ad quæ ex ipſis galeis facilis eſſet acceſſus.

In rebus apertis quæſtiones inutiles mouere.

Inuitos Græcos niſi trahere Baſileam.

Dum hæc ſic aguntur & fiunt, & dum expectant legati, vt ad ſingula in cedula eorum contenta ſuo ordine patres illi reſpondeant, nullo primo dato reſponſo, ſed ſpreta oblatione omnino S.D.N. quam fecerat per medium legatorũ, de dandis indulgentijs plenarijs in forma Eccleſiæ conſueta, vti in cedula continentur, decreuerunt in publica congregatione concilium, & ſeſſionem demum tenere, in qua auctoritate, qua funguntur, quæ in hac parte eſt nulla, indulgentias plenarias publicarent. In qua concluſione de publicandis magna arte, ne dicamus circumuentione, vel potius deceptione vſi ſunt quidam, quoniam in generali congregatione, antequam legatus concluderet, vt compoſitum & præordinatum erat, petitum fuit ab eo ſi erat legatus & præſidens apoſtolicus, & ſi ſciebat ſe eſſe reuocatum, & qua auctoritate intendebat concludere ſuper indulgentijs dandis. Quibus omnibus legatus reſpondit, antequam concluderet, notorium eſſe, per bonæ memoriæ dominum Martinum Papam V. eum primum miſſum fuiſſe ad partes Germaniæ legatum & ad celebrandum in Baſilea concilium generale, & in eo præſidendum, deinde quo ad hæc omnia confirmatum fuiſſe per dominum noſtrum Eugenium Papam IV. nec ſciebat, quod a præſidentia aut legatione eſſet reuocatus, & quod in facto indulgentiarum intendebat concludere tanquam præſidens apoſtolicus; de qua reſponſione rogati fuerunt notarij concilij, qui aderant, ita vt, cum legatus concluſit, intelligerent cuncti eum apoſtolica auctoritate concluſiſſe illo modo, plenarias indulgentias eſſe dandas; in qua re (ſalua tamen tanti patris reuerentia) nullam habebat poteſtatem, nam per relationem legatorum conſtabat ei de contraria voluntate S. D. N. & in actu illo nomine præſidentiæ nihil poterat, cum haberet collegas paris poteſtatis nec eſſet præſidens in ſolidum, & nomine etiam legationis non poterat, quia non veniebat hoc ex tali poteſtate ſibi conceſſa,

Cum Pont. eſſet conceſſurus indulgentias, ipſi conceſſere.

Præſes apoſtolicus nulla ad id poteſtate erat inſtructus.

In ijs ergo geſtis contra auctoritatem S.D.N. quæ plura ſunt, præſidentes ſuæ ſanctitatis aliquando publice, aliquando ad partem in concilio, aliquando extra concilium in eorum domibus coram honeſtis perſonis, prout melius & ſecurius potuerunt, ſunt ſæpius proteſtati, & ſingulariter in decreto de annatis, ſeu in decretis de electione ſummi Pontificis, & de numero & qualitate Cardinalium, niſi ſaluo honore & auctoritate ſanctæ Apoſtolicæ ſedis & ſanctiſſimi D. N. Papæ conſenſerunt, reſeruantes in ijs omnibus defenſiones loco & tempore magis opportunis, prout etiam in publicatione harum indulgentiarum vna cum reuerendiſſimo domino Cardinale S. Crucis in domo habitationis ſuæ fuerunt reuerendiſſimi domini ſolemniter proteſtati, primo tamen admoniti per graues perſonas, ne in publicum, quod libentius feciſſent propter periculum, quod eis imminebat, auderent proteſtari. Ipſi tamen de Baſilea experti ſunt quantæ deuotionis, quantique ponderis indulgentiæ illæ forent, quoniam ex earum publicatione magnam calumniam, & modiciſſimas pecunias reportarunt. Nec illud eſt omittendum, quod licet publicationem indulgentiarum legatus videretur concludere auctoritate apoſtolica (quod non potuit, vt eſt dictum) tamen in confectione bullarum ſuper illis indulgentijs nulla penitus fit mentio, quod auctoritate Apoſtolicæ ſedis illæ promulgentur, quod ſi plerique graues viri & timentes Deum ea magnæ certe literaturæ feciſſent, nequaquam concluſioni in generali congregatione, & poſtea in ſeſſione interfuiſſent, ipſi enim, vti per illas interrogationes commenritias concluſum extiterat, putauerunt in decreto & bullis de auctoritate apoſtolica fieri debere mentionem, quod quia factum non eſt aliud, quam animas illaqueare, & erecta ſede ab Aquilone velle ſe altiſſimæ Petri ſedi aſſimilari, immo ſe illi præſumptuoſe in Chriſtianæ reipublicæ excidium præferre? Conari enim videntur ſedem illam humiliare, aut deijcere potius, quod plerique hæretici quandoque attentare præſumpſerunt, ſed nec potuerunt, Dei iuſtitia præualente.

His & alijs decretis interfuere legati.

Viri graues non conſenſere.

Ita nouum caput Eccleſiæ imponere.

13 Hæc dum ſic per legatum & illos de concilio *, perpenderunt legati, dominos de concilio eius intentionis non fore de loco eligendo pro reductione Græcorum, quemadmodum a principio putauerunt; erat enim valde veriſimile, immo neceſſarium, ſi patres de concilio, quæ Græcis promiſerant in tempore conuento, ſeruare volebant, & ex nunc locum eligerent, per cuius electionem & galeas & pecunias opportunas habere poſſent, fiebantque oblationes plurimæ tam a S. D. N. quam a principibus pleriſque & communitatibus, quæ omnia debebant illos de concilio inducere ſtatim ad eligendum locum, maxime ſanctiſſimo domino noſtro per medium talium legatorum hoc cum inſtantia magna petente.

* geruntur

Locum commodum eligere noluerunt.

Offerebat enim beatitudo ſua per eoſdem præſidentes, ſi ad aliquam ciuitatem eccleſiæ in Italia conſtitutam venire volebant, quam tamen libere poſſideret, illam ſummam pecuniarum gratis & dono dare, quam quilibet princeps aut communitas pro illa reductione offerret mutuare. Obtulit communitas Florentina mutuo ſexaginta millia ducatorum & quatuor galeas, præſtando idoneas cautiones de ſeruando promiſſa. Obtulit illuſtris princeps marchio Mantuæ galeas & pecunias in magna quantitate. Obtulerunt pleriquе alij quammulta. Quibus autem in tanta neceſſitate omnibus ſpretis, reſponderunt patres illi, tempus non eſſe de loci electione tractare, nullam tamen rationabilem cauſam prætendentes, dicebant enim ſe per decretum obligaſſe ad ſtandum in Baſilea vſque ad aduentum Græcorum ad littora Italiæ, & tunc ipſis Græcis notificari debere locum

Loca oblata ab Eug.

Et iniquum illorum conſilium.

cum

Digitized by Google

cium, ad quem venire deberent. Dicebant præterea, quod electo loco ſtatim concilium tenderet ad diſſolutionem. Quibus reſpondebatur rectiſſime, quod, licet concilium decreuiſſet eo modo, quo dicebant vſque ad tempus illud ſtare Baſileæ, non tamen erat aliquod intereſſe Græcorum, quod ibi ſtarent, & dato quod vſque ad tempus illud vellent expectare ad notificandum locum, ad quem venire debebant, non propterea impediebantur, quin ſtatim & ex nunc locum poſſent eligere, & non ſolum hoc poterant, ſed tenebantur ex nunc facere, quoniam ſi tunc primum vellent locum eligere, cum Græci ad littora Italiæ applicuiſſent valde tarde prouiderent de pecunijs & alijs, quæ pro illa reductione ſunt neceſſaria, & ſi tunc primum haberent vocari prælati, vti eſſet neceſſarium, nimis intercederet de tempore quouſque illorum prælioraretur aduentus, dieſque inutiliter currerent, & expenſa augeretur in dies. Item etiam non eſſet poſſibile, vt dominus ille vel communitas, quæ haberet recipere concilium in tam modico tempore poſſet parare, quæ ad recipiendum tot extraneos, præcipue tot magnos principes, ſunt neceſſaria, nec ſaluus conductus haberi poſſet in tempore, vnde fieret magna protractio & illuſio toti orbi, maxime Græcis, ſi vſque ad illa tempora loci electio protrahi deberet; vnde vi ipſa compellebantur eligere, & ex nunc prælatos vocare, eis præfigendo diem; nec aliter in tempore ſeruare poterant, quæ promiſerant, nec ex huiuſmodi electione loci timere habebant diſſolutionem, quoniam recte poterit prouideri, ne Papa & alij prælati ante diem ſtatutum ad locum accederent, & interim in Baſilea vacare reformationi, & occupari in præparatorijs pro reductione Græcorum. Præterea quod decreuiſſent patres illi ſtare Baſileæ vſquequo Græci ad littora Italiæ venissent, hoc nulla compulit neceſſitas facere, & qui ſine cauſa illud condiderant, bene tollere poterunt cum cauſa. Sed neque ijs rationibus acquieſcere voluerunt intendentes potius perpetuationi concilij, quam Græcorum reductioni.

Cum igitur dominus S. Crucis videret nil amodo poſſe proficere ſuper loci electione, nec aliquid eorum, pro quo venerat, obtinere magna cum inſtantia petijt, vt patres illi ſaltem ad cedulam, per eum & dominum S. Petri oblatam reſponderent, ea intentione, vt reſponſione habita vna cum præſidentibus S. D. N. qui annis fere tribus in concilio fuerant commorati, quandoquidem & ipſi ibi ſtando parum proficerent, recederent. Decreuerunt ergo patres illi domino S. Crucis & S. Petri reſpondere in ſcriptis & in generali congregatione, cuius reſponſionis tenor talis eſt: *Cuperet, &c.* ponatur tenor reſponſionis. Qua reſponſione lecta domini legati apoſtolici in ſtuporem verſi & admirati, quod tam durum reſponſum oblationi tam piæ per ſanctiſſimum dominum noſtrum factæ daretur, multa per organum reuerendiſſimi S. Crucis queſti ſunt in eadem congregatione, quod non ſeruarent debitum honorem Apoſtolicæ ſedi, quod non amplexarentur tam rationabilia, quæ offerebantur, adijcientes, quod cum iam priuatim & publice de eorum voluntate reſpondiſſent, mirabantur quod in fine reſponſionis eorum tunc primum tractatum offerebant, cum tractatus de loco ſemper fuerit oblatus per ſuas dominationes nec acceptatus per eos, & conſueuerint tractatus præcedere reſponſionem, orantes poſtremo, vt reſponſionem illam ita duram in melius vellent reformare tam pro honeſtate concilij, quam pro reuerentia Apoſtolicæ ſedis, & amplecti, quæ pro bono publico S. D. N. offerebat. Ipſi tamen domini de concilio in eorum propoſito perdurantes, nec quæ oblata fuerant acceptare, nec reſponſionem aliter, quam dederant mutare voluerunt.

[illegible]

Et cum inſtaret dies receſſus tam domini S. Crucis, quam præſidentium, quoniam reuerendiſſimus dominus Cardinalis S. Petri pro factis ſereniſſimi domini Regis Caſtellæ Baſileæ per tempus aliquod remanere debebat, oratores Regum & principum, qui in concilio erant, ſe interpoſuerunt, rogantes dominum S. Crucis, vt ad dies paucos ſuperſederet, quoniam volebant ſe interponere cum patribus de concilio, & experiri, ſi aliqua via concordiæ poſſet reperiri, & dari modum, vt de loco eligendo tractaretur; dominus S. Crucis & ſi crederet oratores illos parum poſſe proficere, ne tamen vllo vnquam tempore cauſari poſſent, quod per S. D. N. aut ſuam dominationem ſtetiſſet, quominus inter patres de concilio & ſuam ſanctitatem bona pax ſecuta fuiſſet, ſtatuit ad dies paucos adhuc ſtare Baſileæ. ſed cum illi oratores tentaſſent patres illos de concilio, nec aliquid inuenire poſſent in eis, quod tenderet ad concordiam aperte, reſponderunt domino S. Crucis, quod a dominis recedere poterat, quando ſuæ dominationi placebat.

[illegible]

Dicere, quod tam dominus S. Crucis, quam præſidentes receſſerunt vna die & vna hora, & cum omnium bonorum, qui Baſileæ erant, licet non admodum multi forent, dolore non paruo, qui execrabantur & deteſtabantur paſſionatorum quorundam animos, qui ſtant in illo concilio in ſignum populorum, & regunt multitudinem illam, nec permittunt Eccleſiam reſpirare, & tot mala tolli de medio.

[illegible]

Dicere, quod poſtquam dominus S. Crucis & præſidentes venerunt ad curiam, & expoſuerunt tam ſanctiſſimo domino noſtro, quam etiam ſacro collegio ſeriem omnium geſtorum, prout eſt ſupra narratum, in admirationem & ſtuporem verſi ſunt ſanctitas ſua vna cum omnibus reuerendiſſimis dominis S. R. E. Cardinalibus: & habito inter ſe per multos dies maturo concilio, decreuerunt pro eorum officio & pro bono vniuerſalis Eccleſiæ totiuſque Chriſtianæ reipublicæ opportune prouidere tantis malis, & amplius eorum, qui Baſileæ depreſſionem & deiectionem libertatis & honoris Romanæ eccleſiæ procurant, iniurias non pati: pluribuſque inter ſuam ſanctitatem & dominos ſacri collegij modis diſcuſſis, pro minori concertatione & quietiori via conſtituit ſua beatitudo vna cum ſacro collegio ad omnes Reges & principes deſtinare, & ab eis narratis, quæ ſupraſcripta ſunt, petere contra horum hominum inſolentiam auxilium & fauorem. Quamuis enim ſua beatitudo poſt tot experimenta per eam facta de reductione illorum ad ea, quæ pacis ſunt, poſſet pro ſuo iure contra tales procedere & modis iuridicis eos compellere, nihilominus hanc modeſtiam ſeruare voluit ſua ſanctitas, vt non prius gladium eximat, quam Chriſtiani principes, quorum prædeceſſores fidem catholicam & Romanam eccleſiam ſæpe tutati ſunt, de ijs, quæ concernunt officium, & de ijs, quæ in facto ſunt pleniſſime aduiſentur, imploreturque ab eis auxilium opportunum in hac rerum turbatione, vt non permittant ſub ſpecie pietatis periclitari fidem catholicam, & Petri nauiculam pene mergi, imitatus Romanus Pontifex prædeceſſores ſuos, qui ſæpe in Eccleſiæ neceſſitatibus non fruſtra ad Regum & principum auxilium

[illegible]

con-

confugerunt, ſperans ſua ſanctitas vna cum ſacro collegio pro zelo fidei catholicæ, proque ſeruando inſtituto prædeceſſorum ſuorum catholicorum, principum, qui quandoque etiam perſonaliter ab oppreſſionibus innumeris ſanctam Romanam eccleſiam tutati ſunt, non permiſſuros ſcandalum hoc in Eccleſia amplius durare, ſed agere remedijs opportunis, vt vnitas Eccleſiæ, pro qua tantis laboribus decertarunt, integra & inuiolata perſeueret, pro qua conſequenda & pro intentione S.D.N. & ſacri collegij hæc in ſpecie Regibus & principibus dicenda ſunt & petenda, quæ ſequuntur, magis tamen & minus iuxta principis qualitatem & temporis diſpoſitionem, & pro modo & diſcretione exponentis.

14 Primo ſuadere Regibus & principibus, quod nullo modo, ſaluis conſcientia & honore ipſorum, poſſunt amplius diſſimulare & non prouidere huic tam enormi ſcandalo, & adhuc inducere rationes opportunas, quarum nonnullæ ex iam dictis colligi poſſunt.

Exponere publicum ab his tolli poſſe diſſenſionem.

Secundo oſtendere, quod etiam abſque ſcandalo adhiberi poteſt huic rei bonus modus per eos, & quod nulli ſunt, qui hoc melius & efficacius poſſint, quam ipſi: nam ſi illi de Baſilea videant principes & Reges inclinatos, vt ceſſent ab ijs enormitatibus, ſtatim ceſſabunt, quoniam non libenter, qui Baſileæ ſunt contendunt cum principibus, ſicut cum Papa, cum ad nihil aliud ibi ſient, niſi vt cum ſcandalo Eccleſiæ cum ſummo Pontifice lites & contentiones exercentes, continuam pugnam agant, ſi enim omnia eorum decreta reuoluantur, quæ in XXIV. ſeſſionibus continentur, vix erit decretum inuenire, in quo aliquid non detrahatur de honore aut ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, aut Romani Pontificis. Item adducere, quæ Imperator Romanorum ante reintegrationem Baſileenſis concilij perſonaliter promiſit ſanctiſſimo domino noſtro ſeu ſuis oratoribus & præſidentibus in fauorem ſuæ ſanctitatis, cui promiſſioni adhæſerunt principes omnes, qui tunc aderant, & oratores Regum & principum omnium, qui præſentes erant. Tenor vero promiſſionis imperialis maieſtatis eſt hæc, quæ ſequitur in forma.

Baſileenſis concilij [illegible]

Promittit ſacra imperialis maieſtas, quod in quantum ſanctiſſimus dominus noſter Papa Eugenius adhærea: ſecundum formam tranſmiſſæ cedulæ, & renocet & faciat ſicut ſua ſanctitati ſcriptum eſt, tenebit & reputabit, ſicut de præſenti tenet & reputat, ipſum pro vero & indubitato Apoſtolico, ac eum vt Chriſti vicarium honorabit, & ad eum reſpiciet, ſanctitati ſuæ complacere, obſequi, & deſeruire curabit pro omni honore & ſtatu tam ſuæ ſanctitatis, quam omnium ſuorum, ſi quod contra ſanctitatem ſuam attentarent pro quibuſcumque, quæ illi obijcerentur vſque ad diem ſuæ adhæſionis.

Quid Cæſar & [illegible] Baſileenſi concil. [illegible]

Tertio item adducere, quæ concilium promiſit ſuæ ſanctitati, cuius promiſſionis tenor ſuperius eſt annotatus, & ſi poſt præmiſſa per concilium fuerint adimpleta ſuperius ſcripta, declarant, nam poſt concilij reintegrationem longe peiora, quam ante ſunt attentata, nec vnquam magis integrum aut liberum fuit de ſummo Pontifice maleloqui, & de cæteris etiam principibus, quam modo, ita vt ſæpius laxatis habenis os eorum ponunt in cælum, ſicut de Dioſcoro aduerſus Leonem legitur.

Redintegrato concilio peiora quam ante ſunt moliti.

Dioſcorum aduerſus S. Leonem imitati.

Quarto dicere & iuſtificare ſanctam intentionem domini noſtri, qui vt hæc mala ceſſarent, elegerat, non obſtante quod iam annis VI. concilium durauit (quod eſt inauditum) venire ad certum locum ſuæ ſanctitati accommodum & ſecurum, communi voto Papæ ſacrique collegij & concilij eligendum, in quo vnanimiter de reductione Græcorum & de reformatione Eccleſiæ agatur, & de cæteris pro Eccleſia opportunis, prout legati apoſtolici S. Crucis & S. Petri expoſuerunt, agi poſſet. Nec hoc eſt præter mentem concilij, quoniam in decreto de reductione Græcorum expreſſe agitur de ipſius concilij tranſlatione: & eſt valde decens, vt res tanta non fiat abſque Papæ præſentia, id potiſſime petente ſua ſanctitate, & pro hoc etiam inſtanter ſupplicante Imperatore Græcorum & patriarcha. Sed illi de Baſilea nedum voluerunt de loco, ſed nec aliquo modo tractare. Poſſent etiam ex nunc offerri loca in ſpecie, videlicet Bononia, Ancona, Ariminum, Florentia, Piſæ, Mantua, & ad vltimum Roma.

Inſtituit vt concil. transferretur propter Græcos.

Quæ loca oblata.

Quinto, caſu quo concilium transferretur ad aliquem locum ex prænominatis, vel alias accommodis ſuæ ſanctitati, offere ſua beatitudo proſecutionem contra Bohemos cum miſſione legati de latere, & cum conſilio & aſſiſtentia tam concilij celebrandi, quam principum Alamanniæ, & potiſſime ſereniſſimi domini Imperatoris, & circa rem illam, quantum cum Deo poterit, auxilia & ſubſidia præſtare intendit vſque ad eorum reductionem, vel exterminium: circa quod is, qui ad Imperatorem proficiſcetur, dicere poterit peramplius, & de modo cum ſua maieſtate conferre.

Promiſſum imperatori Bohemorum reconciliationi operam daturum iri.

Sexto, quod ſi illi de Baſilea hoc facere negligant vel recuſent, ipſi principes velint ſuos oratores de Baſilea renocare, nec non etiam prælatos eorum & ſubditos tam eccleſiaſticos, quam ſeculares & mundanos, vt vel ad eorum beneficia vel ad curiam Romanam accedant, vel ad locum per S. D. N. declarandum, vel abſque eo quod petatur nouus tractatus de loco, petendum eſſet a Regibus & principibus, quod attento quod illi de Baſilea omnino recuſarunt, non ſolum locum eligere iuxta petita per S. D. N. ſed de illo vix tractare (ex quo ſatis eorum mens detegitur, quod ibi volunt perpetuare concilium ſine fructu, immo cum ſcandalo totius Eccleſiæ) principes ex nunc velint ſuos oratores reuocare.

Rogandi principes vt oratores & prælatos reuocent.

Septimo, quod vbi illi de Baſilea ab inceptis non deſiſtant, velint principes aſſiſtere ſanctiſſimo domino noſtro circa, quæ fieri nunc erit opus, & circa alia opportuna pro eliminando tanto diſſidio de Eccleſia.

Implorandum eorum auxilium ad domandos rebelles.

Octauo certificare Reges & principes, quod S. D. N. & ſacrum collegium ſunt in his omnibus, quæ petuntur vnanimes, & ad hoc pari conſenſu & voluntate tendunt, nec ſunt amplius diſpoſiti pati, vt per illos de Baſilea talia fiant, per quæ S. R. E. tot mala patiatur, vt populus Chriſtianus male ædificetur, & principes ruant in ſchiſma, proderitque ſatis cum principes catholici intelligent ſanctitatem ſuam & ſacrum collegium non in ijs tantum ſed in cæteris omnibus eſſe vnitos in vno vinculo charitatis, prout decet; quoniam inimici forte contrarium prædicarant, & dicere de Cardinalibus, qui fuerunt in concilio, qui omnes vno excepto, qui tenet illam multitudinem, venerunt ad pedes ſuæ ſanctitatis.

Omnes Cardd. vno excepto de ſynodo Baſileenſi.

Nono, quia non eſt dubitandum, ſi quæ ſupradicta ſunt modis conuenientibus mentibus Regum & principum inculcentur veluti rationabilem præſtabunt aſſenſum, agendum erit per nuntios apo-

apoſtolicos, qui mittuntur, vt honeſto modo procurent habere ſub literis patentibus Regum & principum, quæ ipſi domini diſponunt agere vel facere pro bono Eccleſiæ in hac materia, quoniam aliqui ex ſuggeſtione inimicorum, ſi verbo tantum eorum reportaretur voluntas, facile poſſent variare.

Moneri principes ne patiantur imponi clero decimam a Baſileens.

Decimo, quoniam fama refert, illos de Baſilea, quia vident illas indulgentias non ſufficere, velle imponere vnam decimam integram ſuper toto clero, quod ſi haberet effectum, & pecuniæ ad manus eorum venirent, multum firmarentur & permanerent in ijs, quæ fecerunt, & fortiores redderentur; aduiſandi eſſent Reges & principes, quod tali impoſitioni, quæ clerum haberet grauare, non aſſentiant, niſi impoſitio illa de voluntate S. D. N. & vt par eſt procedat, quia intentionis ſuæ ſanctitatis eſt, quod ſi pro iſta Græcorum reductione vel proſequendo negotio contra Bohemos aliqua collecta ſuper clero habet imponi, pecuniæ ad alios vſus, quam ad illos nullo modo conuertantur. Poſtremo offerre Regibus & principibus, ſi quid ſua ſanctitas vna cum ſacro collegio poſſunt pro omni honore & commodo eorum & ſibi ſubditorum, offerendo etiam interpoſitionem ſuæ ſanctitatis, ſi quis forte Rex vel princeps guerram pateretur pro omni concordia & pace, & ad cautelam portare mandatum ad hoc ſingulariter per eum, qui ad Imperatorem ibit, dicendum erit quantum ſuæ maieſtatis magis quam aliorum intereſt huic morbo prouidere, quoniam ſua ſerenitas potiſſima cauſa fuit, vt in Conſtantienſi concilio vnio ſequeretur in Dei Eccleſia, quæ annis fere quadraginta durauerat, & pro qua conſequenda tot protulit labores & expenſas in propria perſona; circumeundo regna & prouincias; & intereſt ſua, vt conſeruetur vnitas illa in Eccleſia, cuius ipſe eſt aduocatus & præcipuus defenſor, eius protectionem & tuitionem in ſua coronatione medio iuramento profeſſus fuerit ſpecialiter, ſitque hoc malum in loco ſuæ nationis, in qua veriſimiliter longe plura circa hoc poteſt operari, quam poſſet forte in alijs nationibus, & quod meminiſſe debet ſua cæſarea celſitudo, quod principaliter ob ſui contemplationem ſanctitas ſua condeſcenderit ad ea, quæ illi de concilio voluerunt.

Monitus Sigiſmundus, ne patiatur ſchiſma conflari.

Ob eius preces inſtauratum fuiſſe illud concil.

15 Scit etiam ſua maieſtas, quæ tunc ſuæ ſanctitati promiſit, & quæ etiam illi de conſilio promiſerunt, licet male ſeruauerint. Nec obliuioni dediſſe debuit ſerenitas ſua, quod pluries requiſiuit illos de concilio, quod iuxta promiſſa, quæ maieſtas ſua fecerat per organum domini Andreæ Donati S. D. N. quod variaretur modus procedendi in concilio, quia per nationes, &c. illi de Baſilea nunquam voluerunt conſentire, nec in hoc, nec in alijs multis ſuam maieſtatem exaudire, cum frequentiſſime requiſiuerit & per ſe per ſuos oratores illos de concilio, vt omiſſis cauſis priuatorum, & remiſſis cauſis ad ſuos iudices, intenderent reformationi, quod tamen nunquam facere curauerunt. Vnde ſua valde intereſt ijs apponere remedium, leuiuſque per eum, quam per alium principem poteſt hoc fieri, attenta ſequela principum & communitatum Germaniæ, quam habebit in hoc, ſi volet.

Imperiales preces a pertinacib. reiectæ.

Sereniſſimo Regi Franciæ commemorari poterunt quanta ſui prædeceſſores Francorum Reges pro eccleſia Romana fecerunt, non parcentes nedum ſumptibus, ſed nec proprijs perſonis, vt Romanus Pontifex de tyrannorum manibus & perſecutorum moleſtatione liberaretur, ita vt ſacrum illud regnum ſemper refugium fuerit ſingulare ſanctæ Apoſtolicæ ſedis. Docere etiam quanta priuilegia Romana eccleſia Regibus Francorum contulerit, quanta etiam fecerint prædeceſſores ſui pro extinguendo inueterato ſchiſmate, quantam præterea fiduciam gerant S. D. N. & ſacrum collegium erga ſuam maieſtatem & totam domum Franciæ, quanta egerit & agat quotidie ſanctitas ſua, vt ſereniſſimus Rex Renatus regnum Neapolitanum cum pace & quiete conſequatur, & iam ſua ſanctitas & reuerendiſſimi domini Cardinales expectant, vt celeriter occurratur per ſuam maieſtatem tot malis. Item plura dici poterunt alia iuxta conditionem temporis, & pro ſapientia habẽtis exponere & tractare, quę exponenda venient & tractãda, quoniam in hoc Rege pendent hæc omnia.

Quid expoſitum ſit Francorum Regi.

Vt Renatus ſibi eſſet Eugen. vt Neapol. regnum conſequeretur.

Similiter vnicuique Regi & principi ſpecialia quædam dici poterunt pro maiori parte, prout erit expediens, quæ ipſimet nuntij pro eorum prudentia ſcient reperire. Non eſſet etiam malum, quod nuntij, qui habebunt ire, habeant aliquas particularitates etiam in foro conſcientiæ, vt poſſent gratificare Regibus & principibus.

Vtile præterea foret ſi ij nuntij apoſtolici ſecum portarent ſub bulla aliquam curiæ reformationem, quam Regibus & principibus præſentarent, hoc enim baculo aduerſarij noſtri ſemper nos inuadunt & percutiunt, quia dicunt multa in Romana curia fieri, quæ egent magna reparatione, nec illa tamen corriguntur. Per hanc reformationem, etiam ſi vſquequaque plena non foret, modo eſſent aliqua, eorum ora obſtruerentur, qui continue lacerant & carpunt Romanæ curiæ famam, nec haberent, quid vltra impingerent, redderenturque tunc Reges & principes melius ædificati, & magis proni ad condeſcendendum petitionibus domini noſtri Papæ & ſacri collegij, deterrerenturque, qui auctoritatem Apoſtolicæ ſedis ſub hoc prætextu perſequuntur.

Præcipuus Baſileenſium prætextus pro deſtruendo Rõ. Pont.

De tollendis curiæ Romanæ vitijs actũ.

Neceſſe eſt, vt nuntij apoſtolici habeant copiam decretorum concilij Baſileenſis, ſaltem illorum, quæ ſunt multum præiudicialia, & de quibus ſupra fit mentio, vt ſi ſit opus ſciant fundamentaliter reſpondere; habere etiam, ſi opus fuerit, defenſiones contra decretum de annatis, & circa ea, per quæ ex eorum decretis multum læditur auctoritas Apoſtolicæ ſedis, quorum multa ex prædictis colligi poſſunt.

Scire etiam conuenit nuntios, qui mittentur, ſingula ſaltem capitula, quæ illi de Baſilea obijciunt S. D. N. vt ſciant reſpondere ad maledicta, & iuſtificare ſanctitatem ſuam, nec aures principum remaneant infectæ, ſimiliter quæ obijciuntur contra Romanam curiam.] Hactenus libellus apologeticus pro Eugenio.

Ne repellendis Baſileenſium maledictis.

16 Inter hæc ſynodi Baſileenſis internuntij Philibertus epiſcopus Conſtantienſis & collega in Normannia fœdus apud Iglaniã Olomucenſis diœceſis inierunt cum Bohemis oratoribus, quos idonea auctoritate inſtructos fuiſſe ab vniuerſis regni ordinibus teſtantur publica documenta [a] anno ſuperiori confecta: Sigiſmundus etiam Imperator & Hungariæ ac Bohemiæ Rex cæſareo diplomate [b] profeſſus eſt ſe omnem daturum operam, vt confectæ inter Baſileenſis concilij oratores & ordines regni Bohemiæ pactiones ſeruarentur, nec permiſſurum, vt quiſquam ad communionem ſub vtraque ſpecie ſuſcipiendam adigeretur, quod diploma ita conſignatum. *Dat. in Albaregali Veſprimienſis diœceſis anno Domini* MCCCCXXXVI. *die* VIII. *ianuarij* *regno-*

Bohemica res.

a Extant apud Cocl. lib. 8.
b Extant apud Dol gaſt. to. 3 pag. 454

Digitized by Google

regnorum noſtrorum anno Hungariæ, &c. XLIX. *Roman.* XXVI. *Bohemiæ* XVI. *imperij vero* III. Pertentaſſe Rochizanam nonnulloſque alios ſacerdotes Huſſitas inſtitutam de coniungendis Romanæ eccleſiæ Bohemis actionem labefactare, refert Coclæus [a]. ac varias circa fœderis capita motas controuerſias, concilij legatos ſedaſſe.

a Cocla. lib 8 pag. 283.

Quo lege permiſſus eſt calicis vſus.

Primo, inquit, dixerunt, quod non eſt intentionis ſacri concilij permittere communionem ſub duplici ſpecie permiſſione tolerantiæ, vel ſicut Iudæis permiſſus fuit libellus repudij, quia cum ſacrum concilium viſcera maternæ charitatis exhibere dictis Bohemis & Morauis intendat, non eſt intentionis concilij permittere tali permiſſione, quæ peccatum non excludit, ſed taliter elargiri, quod auctoritate domini noſtri Ieſu Chriſti & Eccleſiæ veræ ſponſæ eius ſit licita & digne ſumentibus, vtilis, & ſalubris.

Item cum circa materiam de punitione peccatorum fuiſſet per prædictos magiſtros & ſacerdotes dictum, quod ex ſcripturis ſacris habetur, quod interdum Deus excitat corda priuatarum perſonarum ad correctionem & punitionem peccatorum, & ſic videlicet licere inferioribus corrigere ſuos ſuperiores & punire, reſponderunt oſtendentes textum B. Auguſtini in decretis XXIII. q. *ſi. Qui percuſſit malos in eo, quod mali ſunt, & habet cauſam interfectionis, miniſter Dei eſt, qui vero ſine aliqua publice adminiſtratione maleficum, furem, ſacrilegum, adulterum, periurum, vel quemlibet criminoſum manu ſua fecerit aut trucidauerit, vel membris debilitauerit, velut homicida iudicabitur, & tanto acrius quanto non ſibi a Deo conceſſam poteſtatem abuſiue vſurpare non timuit. Et certe moleſtius ſuſciperet iſta ciuitas, ſi aliquis priuatus attentaret punire vnum criminoſum, & erigeret furcam in platea, & ibi eum ſuſpenderet, quam ſi vnus homo interficeret alium hominem in rixa vel per inſidias, & alios textus B. Ambroſij & Hieronymi eidem concordes etiam allegarunt,* & infra.

Ad puniendum ... ſit neceſſaria.

17 *irca articulum de prædicatione verbi Dei fuit motum, quod interdum aliquis prælatus ex ſua inuidia vel malitia ſine cauſa rationabili bonum & idoneum prædicatorem bene & catholice prædicantem inhibet prædicare: & fuit reſponſum, quod ſatis intellexerunt, quod abuſus prælatorum minus iuſte agentium magnam occaſionem præſtitit his turbationibus, & quod in eorum partibus nunquam audierunt tales querelas; ſed prælati fauent bonis prædicatoribus, & eos ad prædicandum excitant precibus, fauoribus, & honoribus. In talibus autem caſibus iam ſunt a iure præſtita remedia, quando aliquis prohibetur vti iure ſuo, habet remedium appellando, & ſi bene conſtat, quod appellatio ſit iuſta, vtatur iure ſuo omni violentia prohibita vtriuſque ſpiritualis videlicet & ſæcularis ſemota: nam exitus cauſæ declarabit, ſi ipſe habebat iuſtam cauſam appellandi, tunc declarabitur ſuperiorem male prohibuiſſe & appellationem iuſte feciſſe. Et ſuperior iniuſte prohibens debet corripi; ſi autem iuſte fuit prohibitus, & ipſe ſua temeritate ſuperioris iuſtum mandatum ſpreuit, dignum eſt, quod ipſe digna animaduerſione puniatur.*

De prædicatoribus a prælatis iniquè exagitatis.

Quid reſponſum.

Circa quartum articulum fuit motum an liceat prælatis eccleſiaſticis, actus ſæcularis dominij in propria perſona exercere. Fuit reſponſum, quod ſi per verbum, actus ſæcularis dominij, intelligantur actus, quos aliquis ſæcularis dominus poſſet agere ſeu exercere, tunc dicendum eſt, aliquos tales actus poteſt licite prælatus in propria perſona exercere, ſicut ſunt vendere, impignorare, infeudare modis & formis a iure ordinatis: aliqui ſunt, quos non licet in propria perſona exercere, ſed debet habere œconomum, vicedominum, vel procuratorem, qui hos exerceat, de quibus actibus in iure cauetur in rubrica. Ne clerici vel monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant, & alijs iuribus. Hæc ſunt dubia magiſtrorum & ſacerdotum, qui ſtabant a parte Hus, quæ ſcrupuloſius mouebant circa compactata nonſolum Pragæ anno XXXIII. *verum etiam Brunnæ in Murauia anno* XXXV. *& Iglauiæ anno* XXXVI. *quin etiam Baſileæ in Concilio anno* XXXVII. *iuxta illud Pauli: Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.*

An prælati ... poſſint exercere.

Dum Pragæ agebant ſynodi Baſileenſis oratores, ac peſtis in populo hæretico graſſabatur, eos diuinitus ſeruatos narrat Ioannes Nider [a] his verbis: *Fuerunt in Praga ex parte Baſileenſis concilij tranſmiſſi domini epiſcopi Conſtantienſis prouinciæ Rothomagenſis, epiſcopus Auguſtenſis, archidiaconus Barcinonenſis, decanus Turonenſis, & multi doctores diuini & humani iuris cum familia multa, ſed humili apparatu omnes, & clericali, vt conarentur reducere perfidos ſub treugis, quas habebant, ad gremium ſanctæ Eccleſiæ. Protelabatur autem diæta multis hebdomadibus & menſibus propter duritiem perfidorum. Graſſabatur in populo actu peſtilentia validiſſima, quæ dietim centena circiter hominum necabat. Spectaculum tunc Deus, mirantibus omnibus perfidis, fecit in hoſpitio noſtrorum, vt licet in omnibus adiacentibus, propinquis & diſtantibus domibus peſtilentia regnaret valide, nunquam tamen domum præfatam fidelium intrauit, nec per totum decurſum præſentiæ eorum quiſquam mortuus, nec peſte in minimo tactus fuit.*

a Io. Nid. l. 3. c. 12.

Legati concil. peſte ſeruati ... Pragæ graſſante.

In catholicorum denique cœtum reuocati fuere Bohemi ijs pactionibus, vt in omnibus de fide orthodoxa cum Romana eccleſia ſentirent, eiuſque auctoritate ſub duplici ſpecie Euchariſtiam poſſent accipere, profeſſuri tamen integrum Chriſtum in vnaquaque ſpecie contineri. Referuntur eæ pactiones ab Ænea Syluio [b], & in collectionibus [c] Dolgatti extant, ex Coclæo [d] vero publicæ tabulæ ea de re tunc a legatis concilij confectæ potiori ex parte adducendæ viſæ ſunt, eoque magis, quod de his rurſus aduerſus hæreticorum temeritatem certandum fuit, vt ſuo loco dicetur.

Pactiones cum Bohemis initæ.

b Æn. Syl. hiſt. Bohe. cap. 52.
c Dolgaſ. to. 3. pag 454.
d Cocl. hiſt. Huſſ l. 8.

Circa materiam communionis ſub vtraque ſpecie ſit hoc concordatum, quod dictis Bohemis & Morauis ſuſcipientibus eccleſiaſticam vnitatem & pacem realiter & cum effectu, & in omnibus alijs, quam in vſu communionis vtriuſque ſpeciei, fidei & ritui vniuerſalis Eccleſiæ conformibus, illi & illi, qui talem vſum habent, communicabunt ſub duplici ſpecie cum auctoritate domini noſtri Ieſu Chriſti & Eccleſiæ veræ ſponſæ eius, & articulus ille in ſacro concilio diſcutietur ad plenum, quoad materiam de præcepto, & videbitur, quid circa illum articulum pro veritate catholica ſit tenendum & agendum pro ſalute populi Chriſtiani, & omnibus mature & digeſte pertractatis, nihilominus ſi in deſiderio habendi dictam communionem ſub duplici ſpecie perſeuerauerint, hoc eorum ambaſiatoribus indicantibus, ſacrum concilium ſacerdotibus dictorum regni & marchionatus communicandi ſub vtraque ſpecie populum, eas videlicet perſonas, quæ in annis diſcretionis reuerenter & deuote poſtulauerint, facultatem pro eorum vtilitate & ſalute in Domino largitur, hoc ſemper obſeruato, quod ſacerdotes ſic communicantibus ſemper dicant, quod ipſi debent firmiter credere, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer & totus Chriſtus, & iuxta dictorum compactorum formam dictis Bohemis & Morauis ſuſcipientibus eccleſiaſticam vnitatem & pacem realiter & cum effectu, &

Quibus legibus calicis vſus conceſſus.

in omnibus alijs, quam in vſu communionis vtriuſque ſpeciei, fides & ritus vniuerſalis Eccleſiæ conformibus illi: illi & illa, qui talem vſum habent, valeant communicare ſub dupliſi ſpecie cum auctoritate domini noſtri Ieſu Chriſti. & Eccleſiæ vera ſponſæ eius, hoc expreſſe declarato, quod per verbum fidei ſupra & infra poſitum intelligunt & intelligi volunt veritatem primam, & omnes alias credendas veritates ſecundum, quod manifeſtantur in ſcripsis ſacris & doctrina Eccleſiæ ſane intellectis. Item cum dicatur de ritibus vniuerſalis Eccleſiæ, intelligunt & intelligi volunt non de ritibus ſpecialibus, de quibus in diuerſis prouincijs diuerſa ſeruantur, ſed de ritibus, qui communiter & generaliter circa diuina ſeruantur, & quod, poſtquam nomine regni & marchionatus in vniuerſitate hoc ſuſcipietur, ſi aliqui in diuinis celebrandis non ſtatim ſuſcipiant ritus, qui generaliter obſeruantur, propterea non fiat impedimentum pacis nec vnitatis.

Decretum diſtinctione ... pacem non ſuſ... ... .

Idcirco reuerendis in Chriſto patribus archiepiſcopo Pragenſi, & Olomucenſi & Lutbomiſlienſi epiſcopis, qui ſunt, vel qui pro tempore erunt, vniuerſis & ſingulis eccleſiarum prælatis curam habentibus animarum, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus illis perſonis, quæ vſum habent communicandi ſub duplici ſpecie iuxta formam in dicto capitulo contentam ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum ſub duplici ſpecie requiſiti, prout ad vnumquemque pertinet aut pertinebit in futurum, miniſtrent & pro neceſſitate plebis, vt non negligatur, faciant miniſtrari, & his nullatenus reſiſtere aut contraire præſumant. Scholares quoque, qui communicauerunt, & deinceps iuxta dictorum capitulorum formam communicare volent, & etiam cum promoti fuerint & ad eos ex officio pertinebit alijs miniſtrare ſub duplici ſpecie propterea a promotione ad ſacros ordines non prohibeant, ſed, ſi aliud, canonicum non obſiſtat, eos rite promoueant eorum epiſcopi. Quod ſi quiſquam contra hoc facere præſumpſerit per eius ſuperiorem debite puniatur, vt pœna docente cognoſcat, quam graue ſit auctoritatem ſacri concilij generalis habere contemptam. Vniuerſis quoque & ſingulis, cuiuſcumque ſtatus, præeminentiæ aut conditionis exiſtant, præſentium tenore diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus dictis Bohemis & Morauis ſeruantibus eccleſiaſticam vnitatem, & vtentibus communione ſub duplici ſpecie modo & forma prædictis, nemo audeat improperare aut eorum famæ vel honori detrahere, &c. Ad maiorem euidentiam robur & firmitatem ſigilla sereniſſimi domini Sigiſmundi Romanorum Imperatoris & illuſtriſſimi principis domini Alberti ducis Auſtriæ & marchionis Marauiæ ad inſtantes preces noſtras ſunt præſentibus appenſa. Dat. Iglauiæ Olomucenſis diœceſis die v. menſis iulij anno domini MCCCCXXXVI.

Violata ab Huſſitis cõuenta.

18 Violarunt poſtea hæc conuenta Rokiſanæ ſectatores, nam etiam veteres catholicos Bohemos occidentalis eccleſiæ ritus cultores, vt ſacramentum communionis ſub vtraque ſpecie ſumerent adigere voluerunt, profiteri ſub qualibet ſpecie integrum contineri Chriſtum detrectarunt, ſacram Euchariſtiam infantibus contulere, & plura alia patrarunt; ob quæ calicis vſus concesſa laicis facultas reuocanda a Pontificibus fuit; de qua hæreticorum perfidia ita queritur Coclæus [a]: *Huſſitæ in multis alijs punctis a catholica Eccleſia contra ſua compactata diſcordant, nam communicant paruulos, & ſacerdotes eorum non dicunt communicantibus ſub vna ſpecie totum & integrum eſſe Chriſtum, ſicut iubentur in compactatis dicere, ſed adhuc hodie ſub duplici ſpecie excluſa vnitate Eccleſiæ ſeruant duplicitatem ſchiſmatis in damnata parte Ioannis Hus, quem in dedecus totius Eccleſiæ pro ſancto venerantur, & feſtum diem in honorem nominis eius quotannis celebrant. Nihil igitur iuuant aut excuſant eos compactata illa, quia minime ea ſeruant, neque vnquam ſeruauerunt, quapropter ſunt in ſtatu æternæ damnationis, niſi ad Eccleſiam ſimpliciter reuertantur, damnata parte Ioannis Hus. Faxit omnipotens & miſericors Dominus inclyti barones & nobiles, aliique honeſti viri, qui de Ioanne Hus male credunt ſuis ſacerdotibus Huſſitis aperiant ſemel oculos, vt recte inſpiciant compactata. & perlegant hanc hiſtoriam ex vetuſtis codicibus abſque omni fraude & dolo laborioſe collectam, vt intelligere valeant, in quanto periculo ſalutis animarum verſentur, dum falſo perſuaſi Ioannem Hus contra Eccleſiam pro ſancto venerantur, & nihilominus putant ſe Eccleſiæ filios eſſe, quod omnino falſum & impoſſibile eſt: Hus enim & Eccleſia nunquam ſtant ſimul; nam Eccleſia Ioannem Hus, vt hæreticum & hoſtem ſuum damnauit in generali concilio, qui & in æternum damnatus manet, quidquid pro eo fingant & mentiantur ſacerdotes Huſſitæ.* Exortos ob hæc in gentes in Bohemia tumultus, cum Georgius Podiebradius Rex hæreticorum cauſam propugnandam ſuſcepiſſet, viſuri ſumus. Cæterum Eugenius ex confirmatæ concordiæ allato nuntio lætitiam maximam percepit, ac Pragenſibus eſt gratulatus [a], promiſitque ſe in ijs, quibus poſſet, apoſtolico ſtudio non defuturum.

a Coclæ. lib. 8. hiſt Huſſit.

Dilectis filijs nobilibus viris baronibus Pragæ ciuitatis, nobilibus, cæteriſque ciuitatibus regni Bohemiæ ſalutem.

a Lib. Breu pag. 152. & in m. s Alex VII. pag. 319.

Gratus nuncius dudum lætificauit animum noſtrum, dilecti filij, cum audiuimus, quod pietas Altiſſimi infuderat ſpiritum concordiæ & vnitatis in cordibus veſtris cum reliquis Chriſti fidelibus; de qua re quantam conſolationem in Domino ſuſcepimus propter pacem & quietem veſtram & aliorum Chriſti fidelium, nouit ille, cui corda & cogitationes hominum patent. Et quidem ſperamus, quod miſericordia Altiſſimi, cuius miſerationes ſunt ſuper omnia opera eius, augebit in vobis gratiam ſuam, quodque virtus & deuotio veſtra lucebit in Dei Eccleſia, & erga nos ſummum Pontificem oſtendens debitam obedientiam & fidem ad ſalutem animarum veſtrarum, quemadmodum etiam nobis retulit venerabilis frater noſter Ioannes epiſcopus Signenſis, quem ſuis exigentibus meritis paterna dilectione proſequimur, multa aſſerens de veſtra deuotione & affectione ſyncera erga nos & eccleſiam Romanam. Ex quibus rebus charitatem veſtram meritis laudibus commendamus, exhortantes vos, vt pie in Domino viuatis, vt gratia, quæ data eſt vobis a Saluatore noſtro per veſtra bona & laudabilia opera fructum afferat vberem in odorem ſuauitatis.

Gratulatur Eug. ... ... conſilia ſuſcepiſſe.

Inter cætera gratiſſimum fuit audire concordiam bonam veſtram cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto Rege veſtro, quem cum ſumma charitate diligimus, prout tanti principis virtus & merita requirunt, exaltationem & ſtatum ſuum, cum fuerit ſemper & ſit præcipuus noſter & Eccleſiæ Dei defenſor & protector, augeri tota mente exoptamus. Itaque ei, prout decet ſubditos ſuo Regi, parentes ac debitam reuerentiam & obedientiam præſtantes, diligatis ipſum in ſynceritate mentis & animi, cum ipſe ſit princeps prudentiſſimus, ac diligat & amet vos, quotidie agens, quæ ſperat pertinere ad bonum veſtrum & regni vtilitatem, nam petiuit a nobis aliqua pro quiete ac honore veſtro & regni per orga-

Concedit quæ Imp. petierat pro Pragēſib.

num epiſcopi præfati, quæ nos libenter conceſſimus, parati etiam in poſterum omnia facere, quæ concernant honorem, commodum, & vtilitatem veſtram tum propter bonum veſtrum, quorum honeſtis deſiderijs ſemper intendimus complacere, tum contemplatione Imperatoris, cuius laudabilis & ſyncera voluntas ſemper nobiſcum vnita fuit in fide pura & charitate non ficta, ac pro nobis & Eccleſiæ ſtatu ea fecit, quæ laudem & gloriam perpetuam mereantur. *Dat. Bononiæ.*

Sigiſmundi elogium.

19 Quo autem ritu Ioannes Rokiſana & alij quatuor Huſſitarum ſacerdotes, ſe ſuoſque fidos & obſequentes Romanæ eccleſiæ futuros, ſint polliciti, ita deſcribit Ioannes Coclæus a: *His peractis & conſtitutis magiſter Ioannes Rokyzana cum alijs quatuor presbyteris nomine totius cleri ſibi adhærentes obedientiam Romanæ eccleſiæ ſeſe præſtare publice profeſſus eſt, ſedente pro tribunali in foro ciuitatis Iglauiæ ipſo Imperatore Sigiſmundo, & Alberto genero aſſiſtente, magnaque procerum & oratorum circumſtante corona. Sequenti vero die haud abſimili ſolemnitate abſoluti ſunt Bohemi & Morani illius partis ab anathemate cæteriſque cenſuris, & in Eccleſiam per concilij legatos introducti.*

a Cocl. hiſt. Huſ. lib 8.

Quo ritu Rokyſana & ſocij in communionem admiſſi,

Vix hæc concordia coaleſcere cœperat, cum eam iterum idem Ioannes Rokyſana diſturbare molitus eſt; nam homo perfidus ex pactis, quæ non ſeruanda decreuerat, etiam contendit, vt in veterum catholicorum eccleſias de ſumenda a laicis ſub vtraque ſpecie ſacra Eucharistia ritus induceretur, iniectoque ciuitati tumultu, Sigiſmundum pacis cupidiſſimum ad iniquas pacis leges adegit; de quo hæc refert Coclæus b: *Imperator cupidus regni paterni, vt Bohemos deuinctiores ſibi redderet, multa ſeorſum eis promiſit & conceſſit, quæ a legatis concilij impetrare aut obtinere minime potuiſſent, de quibus ita ſcribit Aeneas Siluius c: Cæterum (inquit) inter Bohemos & Imperatorem aliæ pactiones interuenere, quibus eccleſiarum prædia occupatoribus iure pignorum relicta ſunt, donec certa pecunia redimerentur a religioſis vtriuſque ſexus, quibus adempta monaſteria eſſent: exulibus quoque ſpes reditus interdicta; Rokyzanæ Pragenſis eccleſiæ præſulatus promiſſus. De diſponendo eccleſiarum Bohemicarum regimine ſummo Pontifici facultas ablata. Hæc ille.* Vel extorta hæc promiſſa humano metu, vel a tabellionibus adulterata cæſarea reſcripta, demonſtrat Coclæus, de iniquis & importunis hæreticorum precibus apud Cæſarem repetitis locutus: *Eadem, inquit, importunitas apud cæſaream maieſtatem tantum effecit, vt ſua celſitudo bona epiſcoporum capitulorum, monaſteriorum, prælatorum, canonicorum, presbyterorum, conuentuum & aliorum ſpiritualium quomodocumque acquiſita ſeu occupata ab eis, quorum erant propria, abalienauit & Bohemis in vim ſtipendij pro ſuis ſeruitijs, contra leges & omnia iura dedit & donauit, donationeſque tam hereditarias, quam pro certis pecuniarum ſummis (licet nulliter factas) ſigillis & literis ſuis patentibus imperiali & regia poteſtate roborauit, & talia bona ipſius iure tam poſſeſſorio, quam petitorio, & cauſa proprietatis violenter confirmauit, non obſtante quod, ſicut ipſe dominus Imperator ita & ipſi poſtulantes certi eſſent, quod domino Imperatori nihil iuris in illis bonis alienandi, conferendi, donandi, ſeu alijs appropriandi competebat.*

b Id ibid.

c Æn. Syl. hiſt. Bohē. cap. 52.

Sigiſmundus pontificiis iniquis Bohemis indulget,

20 Extorſit hæc a Sigiſmundo temporum calamitas, hæreticorumque proteruia, quem reſtituendæ fidei orthodoxæ in antiquum ſtatum decuſque cupidiſſimum fuiſſe conſtat, quemque Eugenius, vt catholicæ fidei Romanæque eccleſiæ propugnatorem eximium aureæ roſæ munere donauit a.

a Lib. breu pag. 141.

Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, ac Hungariæ & Bohemiæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

Inſigne munus roſæ aureæ, quod per Pontifices Romanos dari præſentibus principibus conſueuit, decreuimus hoc anno deſtinare ad tuam ſerenitatem, chariſſime fili, in ſignum noſtræ erga te affectionis, & tuorum erga nos & Romanam eccleſiam & fidem orthodoxam ſingularium meritorum: cum enim tua opera & ſolicitudine præcipue regnum Bohemiæ redactum ſit ad pacem & concordiam cum cæteris Chriſti fidelibus, & ad obedientiam tuam, viſum eſt nobis condignum ornare ſublimitatem tuam eo dono, quod propugnatoribus & defenſoribus Eccleſiæ in odore fidei & charitatis dandum eſſe prædeceſſores noſtri inſtituerunt. Itaque memores quanta & qualia tua celſitudo fecit pro vnitate & ſtatu Eccleſiæ atque noſtro, quantum etiam de te ſperemus in futurum, merito ad eum conuertimus hac in re oculos mentis noſtræ, cuius opera & merita erga Chriſtianæ reipublicæ pacem atque incrementum maxime reſplendent in vniuerſo populo Chriſtiano. Hoc igitur munus, licet re paruum, tamen ſignificatione & charitate in te noſtra permagnum, ſuſcipias grato animo & deuota mente tanquam palmam præſentis gloriæ & futuræ. *Dat. Bononiæ.*

Sigiſm. ſtudio Bohemi in concordiam reuocati.

Roſa aurea ad eum tranſmiſſa.

Ingreſſus Pragam extrema æſtate Sigiſmundus exceptuſque quamhonorificentiſſime, ad inſtaurandum collapſæ in regno illo religionis ſplendorem curas vertit, ſibique apud viros quoſque pios ingentem gloriam peperit, vti refert ex veteribus monumentis Ioannes Coclæus a: *Vetus, inquit, codex teſtatur eum Pragam veniſſe in vigilia D. Bartholomæi hora quaſi XVIII. vbi qui paulo ante Bohemorum hoſtis, ex adulterio natus, antichriſti filius, ſacrilegus publicis hominum votis perdendus cenſebatur, extremis honoribus exceptus eſt, barones, ac ciuitates in eius verba iurauerant, & magiſtratus ſuos, quos ipſe conſtituit acceperunt, certantes inter ſe quis alter altero ſuo Regi obſequentior videretur. Philibertus epiſcopus Conſtantienſis natione Gallicus & collegæ ſui ex Baſilea miſſi eccleſiaſticos introducere ritus, ſacerdotes inſtituere, ex miſſarum ſolemnibus vulgaria verba cantilenaſque detrahere, ſanctorum imagines reducere, aquam benedictam in ædibus ſacris reponere, baptiſmatis fontes ſacrare, altaria ornare, ſpurcitias omnes abolere. Sigiſmundus Imperator, cum eccleſias pollutas intrare nollet, templum S. Iacobi (quod fratrum Minorum fuerat, & in quo machinæ bellicæ tum ſeruabantur) reſtitui ſibi popoſcit. Annuit ciuitas, & aliqui monachi introducti ſunt, qui verbum Dei prædicarent. Redierunt & alij mendicantes tum, Cæleſtini, Sclauſerui S. Mariæ. Teuthones Ieroſolymitani, & nonnulli monaſteriorum abbates. Abbatiſſa quoque S. Georgij in arce Pragenſi, quæ principis honore defungitur, & paſtorali baculo vtitur, atque ex veteri more quotannis in celebritate S. Viti nouellum Regi panem offerre tenetur, ſacris præfecta virginibus, ab exilio remeauit. Reſtituti ſunt & cathedralis eccleſiæ canonici, ac vicarij & manſionarij, ornamenta altaribus reddita, diuinum officium inſtauratum. Cumque nulli eſſent Eccleſiæ reditus, ex quibus ali templorum miniſtri poſſent, iuſſit Imperator ex fiſco regio per ſingula canonicorum capita hebdomadatim aureum nummum diſtribui, minoribus clericis dimidium dari. Ea res annua aureorum ſex*

a Cocl. lib. 8.

Bohemi Sigiſmundum magnis honoribus excipiunt,

Catholici ſacerdotes inducti Pragam.

millia

millia apud eccleſiam cathedralem abſumpſit. In alia quoque templa donaria collata ſunt. Noua iam facies vrbis, nouus populus, verus reduſſe religionis cultus apparebat, iamque Reges & principes, populique Chriſtiani Imperatori de regno recuperato congratulabantur, eiuſque nomen in omni Eccleſia magnum erat.

Rochizana tumultus pulſus.

a Aen. Syl. hiſt. Bohē cap. 52. Cocleus hiſt. Huſs. lib. 8.

Heretici montis Syon.

b Aen. Syl. ſup. cap.

Additi furcis ſiti.

Refloreſcentis religionis ſplendor adeo percuſſit Rochizanam Huſſiticæ impietatis ſigniferum, qui auerſo animo ac ſimulata pietate obſequium Pontifici Romanæque eccleſiæ ſpoponderat, vt multitudinem in arma concitare niſus ſit a, ne viros religioſos induci in vrbem pateretur: ſed Sigiſmundi Cæſaris voce minaci territus in exilium eiectus eſt. Deinde nonnulli alij compreſſi perfidi homines, qui arce proximo a montibus Cuthnis interuallo in colle extructa, illam montem Sion appellarant, ex qua inferendam Bohemiæ euangelicam veritatem fingebant, ac demum exitiales exitus e furcis habuere b: latronum iſtorum ſignifer Roacius in omnium editiſſima prælocatus, e media ſacerdos Huſſita Medius nomine pependit; atque ita Medius in medio furcarum miſeram animam ſathanæ tradidit.

Edidit eximium hoc anno Vladislaus pietatis ſpecimen; ad auertendam enim a Poloniæ regno hæreſeos peſtem, quam finitimi Bohemi importare poterant, cenſorem fidei pontificia auctoritate inſtitutum regia potentia, vt animaduerſionis ſeueritatem in religionis nouatæ reos adhiberet armauit, edito publico decreto c, quod hac temporis nota conſignatum eſt; *Dat. & actum Lanciciæ feria* III. *proxima ante S. Laurentij feſtum anno* MCCCCXXXVI.

c Ext. in arch. Cracouien. SS. Trin.

Alfonſ. Aen Aragon. & Baſileenſes commouet in Eug.

d Ext. in appen. Conc Baſil. edit Bin. to. 4. p. 2. pag. 1233.

Ditionem eccleſiaſticam detrahere nititur

e Blond. dec. 3. l. 7

f Infeſſur. in m. s. Vat.

Iunxerat ſe Mediolanē ſi aduerſus Pontif.

g Lib. bren pag. 241. & in m. s. Alex. VII pag. 201.

21 Interea Alfonſus Aragonum Rex ac Philippus dux Mediolanenſis Baſileenſes in Pontificem inſtigabant, non alia de cauſa ducti, niſi quod ipſe ambitioſis iniuſtiſque eorum cupiditatibus non ſeruiret. Extant quidem Alfonſi, qui Neapolitanum regnum flagitio inuadebat, exaratæ VIII. martij Caietæ literæ d, quibus pollicitus, ſe oratores ſuos, ac plures præſules Baſileam miſſurum, illorum audaciam non parum auxit. Narrant quidem Blondus e ac Stephanus Infeſſura f Aragonem ditionem eccleſiaſticam ſibi ſubijcere conatum Antonij Piſani opera, ſed qui diro ſupplicio Ioannis Vitelleſchi patriarchæ Alexandrini, a quo captus fuerat iuſſu temeritatis pœnas dederit. Profeſſus vero ſe fuerat vltro Pontificis hoſtem Alfonſus, dum a Philippo Mediolanenſi e cuſtodia emiſſus illi promiſerat regia omnia ſe conſilia aduerſus quoſcumque, ipſumque etiam Pontificem, coniunctiſſimis animis armiſque prouecturum, quocirca Eugenius in Renati Regis partes, vt ille Neapolitano regno potiretur, ſe conuertit, ac Philippum ducem Burgundiæ rogauit g, vt vinculis ipſum abſolueret.

Dilecto filio nobili viro Philippo duci Burgundiæ.

Rogatur ab Eugenio Burgundus vt dimittat Renatum.

Hortati ſumus dudum tuam excellentiam ad liberationem chariſſimi in Chriſto filij noſtri Renati Regis Siciliæ illuſtris, quam de proximo ſperabamus futuram, verum cum illam videamus retardari longius quam vellemus; multæ autem cauſæ non ſolum honeſtæ, ſed vrgentes & neceſſariæ, exiſtant quæ nos impellunt ad intercedendum pro eo, decreuimus iterum ſuper ea re ad te ſcribere, & monere, veluti debet pater filium ſibi accepitiſſimum, vt intellectis cauſis & rationibus, quæ nos mouent, temporibus conſulas, & te exhibeas liberalem. Primum quidem ex ea domo es ortus, quæ ſemper fuit tanquam domicilium & exemplum benignitatis atque humanitatis inter principes Chriſtianos: dein ex ea ſtirpe, quæ Chriſtianiſſima eſt vſque ad hanc diem appellata, cuius nominis, vis, ac proprietas maxima eſt: oportet enim, qui non ſolum chriſtianiſſimus vult dici, ſed Chriſtianus videri, vt ea præcipue habeat, quæ proprie Chriſtiani ſunt, charitatem ſcilicet & miſericordiam, ſine quibus neque vere dici, neque ſaluari Chriſtianus poteſt; cum enim ſint ſpes, fides, & charitas, quæ nos ſaluos reddunt, maior omnibus eſt charitas, vt ait Apoſtolus, quam qui ſequitur legem impleuit, in qua te exerceri cupimus, vt ſis omni virtute perfectus & Deo placens.

Propoſita mala quæ in regno Neapolit. redundant.

Ex pace cū Gallo Rege petitum argumentum

Præterea ex hac eius detentione plura damna inſurgunt nobis & Eccleſiæ, regno vero Siciliæ mala quodammodo infinita, prout ſunt vrbium deſolationes, regionum vaſtitates, cædes hominum, & incendia, quæ per eius præſentiam ex magna parte proculdubio ceſſarent. Nouit inſuper tua prudentia, quanta cura & diligentia, quanta etiam charitate procurauimus pacem inter te & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Franciæ illuſtrem, quæ cum ſecundum votum noſtrum ſubſecuta fuerit, vt diuturna ſit ac perpetua, vellemus, vt tua magnificentia oſtenderet animum liberaliſſimum & beniuolum erga ipſum Regem, quo maius vinculum charitatis eſſet inter vos, & hoc liberali beneficio magis deuincires animum ſuum, & tibi in perpetuum redderes obligatum.

Cedere in ſuam gloriā, ſi ex ipſius ſtirpe plures Reges prodeant.

Niſi Renatum liberet dee... ...nomini.

Inſuper hoc animaduertere oportet prudentiam tuam; cum enim ſitis ex eadem ſtirpe orti ac propinqui ſanguine ad magnam tuam & domus Franciæ gloriam debes aſcribere, cum plures ex ea Reges prodeunt, cum nomen veſtrum per orbem terrarum regio decore magnificatur. Audiſti dudum dilectum filium nobilem virum ducem Mediolani, cum Aragonum & Nauarræ Reges vna cum tertio fratre bello nauali cepiſſet, debita magnificentia ſuſcepiſſe illos, qui cum neque ſui ſanguinis, neque generis, neque nationis exiſterent, tamen ab eo liberaliter dimiſſi ſunt, cum potuiſſet iure belli multa ab illis poſtulare; quamobrem cura diligenter vt, cum ipſum ducem multis in rebus ſuperes, etiam in hac virtute liberalitatis & magnificentiæ ſuperaſſe videaris. Scis etiam multos promptos eſſe ad obloquendum neque omnes iudicare ſecundum veritatem. Itaque cum fama hominum non ſit ſpernenda, tibi præſertim, qui gloriam & honorem quæris, oportet te ea agere, per quæ tuam laudem & nomen conſerues atque augeas inter omnes, neque dare cauſam quantum in te eſt, vt homines ſecus quam tua virtus requirat loqui poſſint. Quamobrem te hortamur in Domino, requirimus, & paterna charitate monemus, vt attentis rationibus præmiſſis, tum etiam propter laudem & gloriam tui nominis & generis, tum quoque ob Dei & noſtram reuerentiam velis reſtituere præfatum Regem ad propriam libertatem, vt ſic per opus tuæ benignitatis poſſit accedere ad curam regni ſibi conceſſi. In hoc obligabis tibi regiam beneuolentiam beneficio ſempiterno, adaugebis honorem tuum & famam, laudem hominum conſequeris. & nobis, qui id valde cupimus, facies rem gratiſſimam, ex qua tibi reddemur plurimum obligati. *Dat. Bononiæ.*

a Blond. dec. 3. l. 7

Eugenius la Bononiam ſeſe recipit...

22 Contuliſſe ſe Florentia Bononiam hoc anno Eugenium refert Blondus a, id quod etiam pon-

tificiæ allatæ iam a nobis atq; infra afferendæ oſtendunt literæ, quo tempore Foroliuienſes maxima a Franciſco Sfortia eccleſiaſticarũ copiarum duce accepta clade in Apoſtolicæ ſedis ditionem rediere[a], quos Eugenius paterno excepit ſinu, omnibuſque pœnis, quas ob perduellionem contraxerant, exſoluit[b]. Subacti[c] eodem anno Præneſtini, ac Laurentius Columna a Ioanne Vitelleſco perdomitus, eiuſque arx, ex qua excurſiones in Romanum agrum fecerat, funditus euerſa. Hæc pacis ſtudio geſſit bella Eugenius, quam non modo inter clientes Rom. eccleſiæ populos, verum in alijs regnis redintegrare enisus eſt. Redegerat ſuperiori anno, vt dixi, in concordiam Carolum Francorum Regem & Philippum ducem Burgundiæ in Atrebatenſi conuentu, ſuaque ſtudia interpoſuerat, vt Anglos Gallis conciliaret, at pijs eius conatibus odiorum pertinacia vel arbitrio obſtiterat, qua de re ad Eouardũ Luſitaniæ Regem, qui ipſum rogauerat, vt eam in rẽ apoſtolicam operam conferret, ita reſpondit[d].

Foroliuienſes ad officium compulſi.
a Id. ibid.
b Lib. 19. 119. & pag. 120.
c Columnenſes ex Præneſtinis ſubacti.
Anglicum bellum cõponere ſtudet Eugenius.
d Lib. breu pag. 149. & 11 m.s Alex. VII pag. 215.

Chariſſimo in Chriſto filio Eduardo Portugalliæ & Algarbij Regi illuſtri ſalutem, &c.

More catholici & pij principis facis, fili chariſſime, qui pacem cupis poni inter principes Chriſtianos, et tibi effuſio ſanguinis Chriſti fidelium diſplicet. Verum, ſi cui viuentium hæc diſplicent, nos ij ſumus præcipue, qui non ſolum bella & cædes, ſed eorum nomen penitus exhorreſcimus, tum quia ita natura nos procreauit, vt hæc odio habeamus & amemus pacem, tum quia ad id aſtringimur ex debito officij paſtoralis. Verum ſiue culpa temporum ſiue peccatis hominum exigentibus bella, quæ narras, ita intricata ſunt, vt vix humanum conſilium ad ea ſedanda ſufficere poſſe videatur, ſed tamen non deſperantes de miſericordia Altiſſimi, continuis ſtudijs ad pacem Franciæ & Angliæ vacauimus ſemper, neque aliquid omiſimus, quod ad hanc conſequendam conferre videretur. Nam, vt omittamus literas, quibus vtrumque Regem exhortati ſumus ſtatim poſt aſſumptionem noſtram ad ſummum apoſtolatum, miſimus ad regnum Franciæ pro pace tractanda dilectum filium noſtrum Nicolaum tit. S. Crucis in Ieruſalem presbyterum Cardinalem, virum omni virtutum genere probatiſſimum, atque amantiſſimum pacis & cuiliber partium, qui cum diutius in regno Franciæ ſtetiſſet, multaſque contentiones pro bono pacis habuiſſet, tamen re infecta reuerſus eſt. Poſtmodum vero etiam dum, conuentio multorum vtriuſque partis principum pro pace tractanda in Atrebato futura eſſet, ſpeſque alia daretur poſſe eorum diſcordias componi, denuo miſimus eundem Cardinalem de ipſorum conſenſu & voluntate, qui hortaretur ad pacem, eamque noſtro nomine conaretur ſtatuere inter eos. Denique poſt varios tractatus cum aliqua ad pacem ſpectantia concluſa eſſent, nullum tamen effectum habuerunt.

Epiſtola ad Regem Luſit. de ea cupidine.
Anglici belli cauſis intricatiſſimæ.
Reges litteris Eugenio ſæpe admoniti.
Nicolaus Card. Albergat. ad eos miſſus.
Conuentus Atrebatenſis.

Nuper quoque ſcripſimus nonnullis notabilibus viris & etiam miſimus, qui verbo dicerent nos paratos iterum ad deſtinandum noſtros oratores ad pacem tractandam, ſi hoc crederent placere principibus, ad quos ſpectat, & non incaſſum vt antea acceſſuri videremur. Itaque, chariſſime fili, non eſt opus, vt nos horteris ad eam rem, ad quam nos ſponte noſtra fuimus ſemper ſummo mentis ardore incenſi: impendimus tamen quantum fuit in nobis & impendemus deinceps operam diligentem, vt inter eos Reges bona concordia firmaretur, quæ ſi nondum ſecuta eſt, non noſtra accidit, ſed illorum culpa; nos enim omnia egimus pro ipſorum quærenda & conſtituenda pace, quæ parens ſollicitus pro chariſſimorum ſibi filiorum pace & concordia facere conſueuit. Grata tamen fuit tua cohortatio, licet minime neceſſaria, & ex ea tuam ſerenitatem plurimum commendamus, cum videamus te intentum ad pacem populi Chriſtiani, quod præcipuum eſt catholici principis opus. *Dat. Bononiæ.*

23 At qui Pontificis & concilij preces de præſtanda Gallis pace, vt collapſæ Eccleſiæ res redintegrari poſſent, reſpuerant, Luteriam[e] vrbem regni principem, pro qua retinenda agitata conſilia ruperant, nec non Sueſſiones, Laudunum, & alias plures vrbes amiſere hoc anno, & proximo[e] parum quo abfuit ne Caletum arcem munitiſſimam in quam Anglicas acies tranſijcere conſueuerant, vt poſtea Gallias ferro flammiſque vaſtarent, expugnaretur a Belgis[e].

Angli ex rebus noſtris ponderatam pace in pejus ruent.
a Mo ſtr. vol 2 pag. 127
Luteria aliiſque vrbe amiſſa Caletum oppugnat a Belgis.
b Ib. ibid. pag. 140 &c.
c Ib. pag. 132. &c.

Exoptabat porro Eduardus Luſitaniæ Rex arctiori iungi fœdere Anglos Galloſque, quo ſubſidiarias copias ab ijs eliceret ad proferendum in Africa imperium. ſecundenonſque induces, qui ſeptæ bellum intendebant, cui etiam opem laturus Pontifex cunctos Chriſtifideles apoſtolicis literis[d], quibus aſcripta eſt xiii. ſeptembris dies ad profitendam in Afros accepto crucis ſymbolo religioſam militiam hortatus eſt, propoſitis ampliſſimis indulgentiarum præmijs. Pio etiam ſtudio accenſus Ioannes Caſtellæ Rex iniit conſilia de bello aduerſus fidei hoſtes gerendo, diſſidijſque grauibus cum Alfonſo Aragonum & Ioanne Nauarræ Regibus implicitus, demum iuncta affinitate compoſiturus controuerſiam ab Eugenio flagitauit, vt ad Henrici filij & Blanchæ Nauarræ filiæ gratiam legem de gradibus conſanguinitatis ſolueret: cui aſſenſit Pontifex[e], cum arma ab ipſo in impios auertenda ſperaret: aſpirabat vero idem Rex ad Africæ expugnationem, vt eam Caſtellæ adiungeret, queſtuſque eſt apud Eugenium conceſſa ab eo Regi Luſitano diplomata de ſacra expeditione in Africanos barbaros conficienda. Ne vero ex ea æmulatione diſcordia aliqua exoriretur, Pontifex Eduardo Regi ſignificauit[f], ita ſe ipſi ſuo ſubijciendam imperio permittere, vt alterius Regis Chriſtiani iuribus detrahere nollet.

Luſitanus bello Africano intentus.
Fideles ad ſacram militiam excitati.
d Lib. 10. pag. 131.
Caſtellæ Regis cum Aragonio diſcordia compoſita.
e Lib. 10. pag. 135.
Africæ imperium Caſtellanus affectat.
f Lib. breu pag. 157 & 11 m.s Alex. VII. pag. 230.

Regi Portugaliæ & Algarbij illuſtri.

24 Dudum cum ad nos acceſſiſſent tuæ ſerenitatis oratores, ac plura a nobis ex tua parte poſtulaſſent, nos ad complacendum tuæ ſerenitati, erga quam maxima afficimur tanquam ad deuotiſſimum filium charitate, inter cætera pro conſeruatione & defenſione loci de Cepta, quem recolendæ memoriæ genitor tuus de manibus perfidorum Saracenorum in partibus Africæ manu armata abſtulerat, nec non pro recuperatione aliorum terrarum caſtrorum & locorum ab ipſis infidelibus in eiſdem partibus conſtitutorum, noſtras certi tenoris literas, quæ cruciata vulgariter nuncupantur, conceſſimus, & ſimiliter tibi certas inſulas Canariæ, quas ab infidelibus poſſideri, & in quibus nullum principem Chriſtianum ius habere aut prætendere aſſerebas, tibi per alias noſtras literas dedimus in conqueſtam, prout in ipſis literis latius continetur: Cum autem poſtmodum chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Caſtellæ & Legionis Rex illuſtris, intellectis præfatarum literarum conceſſione & tenoribus, multum apud nos per ſuos oratores & literas conqueſtus fuerit, aſſerens ſibi magnum fieri præiudicium ex literis præfatis, & ex eis ſequi iuris ſui diminutionem, cum aſſerat terræ Africæ & inſularum

Luſitanorum in Africa geſta.
Inſulæ Canariæ ab Eugenio conceſſæ Luſitano.
Queſtus Caſtellæ Rex de eo ſcriptis.

Contendit ad ſe ſpectare Africæ & Canariarum inſularum ſubiiciendarum ius.

larum præfatarum conquiſtam ad ſe ſpectare, nos nolentes, vt ex conceſſionibus huiuſmodi aliquod tanto Regi præiudicium fiat, ſicut neque etiam vellemus in aliquo præiudicare iuribus tuis, intendentes quoque nemini eripere ius ſibi competens, nuper per noſtras literas declarauimus noſtræ intentionis fuiſſe & eſſe, in nullo velle præiudicare per huiuſmodi noſtras conceſſiones iuribus dicti Regis, ſed conqueſtam dumtaxat tibi concedere, & prohibitionem tolerare, ſi & in quantum nemo alter & in præfatis inſulis ſibi aliquod ius competere prætenderet. Itaque, cum cupiamus obuiare omnibus ſcandalis, quæ ex hac cauſa oriri poſſent, ac prouidere ne aliquid innouetur, quod pacem veſtram poſſet in aliquo conturbare, exhortamur ſublimitatem tuam, vt maturo conſilio & prudenti deliberatione examinet diligenter literas noſtras, nihil attentans, quod in præfati Regis præiudicium aut iuris læſionem poſſit redundare, neque aliquam cauſam des diſcordijs, aut materiam excites futuri ſcandali alicuius. *Dat. Bononiæ.*

Eugenij reſponſum.

Monita Lußitano data.

B. Didacus apud Canarienſes euangelium propagat.

a Ext. in bullar. in Six. V. conſt. 82.

25 Quod ad Canarias inſulas ſpectat, inter eos, qui Canarienſibus Chriſti fide excolendis operam nauarunt, Didacus Minorita, martyrij pro Chriſto ſubeundi cupiditate flagrans magnam barbarorum multitudinem Chriſto adiunxit, vt refert Sixtus V. in diplomate ᵃ, quo ſanctorum ei honores decreuit: *Cum aliquando*, inquit, *ad inſulas Canarias miſſus eſſet, vt guardiani officia in illo fratrum Minorum conuentu fungeretur, ſeruus Chriſti, cui viuere Chriſtus erat & mori lucrum, cœpit martyrij deſiderio vehementer flagrare. Erat in eo non ſolum columbæ ſimplicitas, ſed & ſerpentis prudentia, quare multa cum vigilantia & regularis diſciplinæ obſeruantia vir in ſua cuſtodia excubabat, in omni ſanctitate & iuſtitia forma factus puſilli gregis ſui, & fidelium inſulanorum, quibus bonus odor Chriſti erat ad vitam, ita vt frequentes eum adirent, ex eiuſque ſpiritualibus colloquijs miram caperent conſolationem & voluptatem. Magnam vero exercendæ charitatis ſegetem in inſulis illis nactus, ſimulque conſequendi martyrij ſpe incitatus, multas ex Canarienſibus infideles, & impuris adhuc idolorum ſuperſtitionibus addictas verbo, exemplo, orationibus ad Chriſti fidem perduxit, quo in munere dum ſtrenue verſaretur, multa illi pericula in ea Canaria, quæ magna appellatur, diaboli inuidia conflauit. Sæpe in capitis & vitæ diſcrimen venit, vt ſeſe iam martyrij palma potiturum ſperaret, ſed, Deo aliter diſponente, non martyrio animus & voluntas, ſed voluntati martyrium defuit, at certe gloria non defuit, cum præclare a beato martyre Cypriano ᵇ ſcriptum ſit, ad coronam Dei promerendam ipſius teſtimonium ſolum ſufficere, qui iudicaturus eſt, qui arcana renum ſcrutatur & cordis intuetur occulta. Ergo & purpuream de paſſione coronam aliquo modo recepit, & multas de bonis operibus candidas reportauit, reſeruatus a Deo, vt multos Chriſto lucrifaceret.*

b Cypr. ep. 9. ad marty. & confeſſ. de Mappal.

In ijs quoque inſulis plures barbaros Fernandus epiſcopus Robicenſis idemque Canarienſis ab ſede Apoſtolica miſſus, ad fidem Chriſti traduxerat, quos vt poſſet aliquibus opificijs exercere, vt vitam poſtea honeſte Chriſtiano more ſuſtentarent, ab Eugenio obtinuit, vt aliqua pecuniarum vis, quæ ad ærarium pontificium ſpectabat, ad eam rem deſtinaretur, de quo hæ literæ exaratæ.

Fernandus epiſc. Robicen. & Canarien.

Venerabili fratri Fernando epiſcopo Robicenſi & Canarienſi ſalutem.

Pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod tu ad inſulam Gomeriæ nec non magnæ Canariæ, quarum habitatores & incolæ, veluti humano non ſuffulti ingenio, Chriſtianæ religionis ritum non acceptarunt, nec eo recti fuerunt pro habitatoribus & incolis ipſis in dicta fide imbuendis & ad illam conuertendis, te perſonaliter tranſtuliſti, & plures ex eiſdem habitatoribus & incolis in copioſo numero bonæ vitæ & prædicationis exemplo ab eorum erroribus ad prædictam fidem reduxiſti, & multiplicem inibi fructum feciſti, ac ampliorem in dicta inſula, dante Domino, fructum facere voto geris: ſed ad præmiſſa ſalubriter dirigenda, & etiam perficienda, facultates rerum, quæ tibi non affluunt, extant plurimum opportunæ, & ſicut eadem petitio ſubiungebat, in ciuitate ac diœceſi Hiſpalenſi plures cameræ apoſtolicæ a tempore quondam Petri de Luna, tunc Benedicti XIII. in ſua obedientia, de qua ciuitas & diœceſis prædictæ erant, tunc nuncupati, vſque ad felicis recordationis Martini Papæ V. prædeceſſoris noſtri ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptionem efficaciter debitæ remanſerant pecuniarũ ſummæ apud diuerſos habeantur, ac etiam conſeruentur, & ſi illæ tibi ad miniſterium, & opus amplioris reductionis, & ad hoc, quod ipſarum inſularum habitatores & incolæ, qui veluti in memoria groſſi & materiales alicuius, de qua vitæ indigentiam ſuſcipere poſſent, artis exercitium, penitus ignorant, in artificibus, & miniſterialibus, operibus, etiam pro ipſius fidei exaltatione, nec non Chriſtianæ profeſſionis corroboratione inſtrui poſſent, aſſignarentur, exinde fidei & profeſſionis prædictarum propagatio, cum multiplici ſalutis animarum augmento ſuccederent euidenter; pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper ijs opportune prouidere benignitate apoſtolica dignaremur. Nos itaque, qui propagationem & augmentum huiuſmodi intenſis deſiderijs affectamus, eiſdem ſupplicationibus inclinati, tibi quaſcumque pecuniarum ſummas, quæ eidem cameræ infra tempus præmiſſum debitæ fuerunt, ſeu remanſerunt quauis occaſione vel cauſa, a quibuſcumque perſonis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, religionis, vel conditionis fuerint exigendi, petendi, colligendi, & leuandi & ad propagationem, & augmentum huiuſmodi exponendi, *& infra*, plenam & liberam apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus facultatem. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ MCDXXXV. pridie id. ianuarij anno V.*

Canariarum inſular. non inſtitut.

Artificium exercitia barbaris ex eiſdem curat.

Conceſſa in pecunias ab eo pertinentiis ſubſidio.

26 Querente etiam Robicenſi epiſcopo apud ſedem Apoſtolicam, neophytos Canarienſes ab alijs Chriſtianis in ſeruitutem addici, vel fortunis exui, Eugenius intentatis pœnis grauiſſimis id ſcelus vetuit ᵃ, & Canarienſes ab opprimentium iniurijs iuſſit vindicari.

Neophytos maliſ artificijs ſeruitute dant.

a Bullar. lib. 17. pag. 44.

Venerabilibus fratribus Patenſi, & Cordubenſi epiſcopis ſalutem, &c.

Sicut dudum venerabilis fratris noſtri Fernandi Robicenſis epiſcopi inter Chriſti fideles, ac habitatores inſularum Canariæ interpretis, & ab eis ad ſedem Apoſtolicam nuncij deſtinati, aliorumque fidedignorum inſinuatione intelleximus; licet in inſulis prædictis quædam de Lancellot nuncupata, & nonnullæ aliæ circumadiacentes inſulæ, quarum habitatores & incolæ ſolam legem naturalem imitantes, nullam antea infidelium nec hæreticorum ſectam nouerant a paucis citra temporibus, diuina cooperante clementia, ad orthodoxam catholicam fidem ſint reductæ, pro

Fidei Chriſtianæ in Canarijs inſulis progreſſus.

eo tamen, quod labente tempore, in quibuſdam alijs ex prædictis inſulis gubernatores, ac defenſores idonei, qui illarum habitatores & incolas in ſpiritualibus & temporalibus ac rectam fidei obſeruantiam dirigerent, ac eorum res & bona concite tuerentur defuerunt, nonnulli Chriſtiani (quod dolenter referimus) diuerſis confictis coloribus & captatis occaſionibus, ad præfatas inſulas cum eorum nauigijs, manu armata accedentes, plures inibi etiam iuxta ipſorum ſimplicitatem, incaute repertos vtriuſque ſexus homines, nonnullos iam tunc, baptiſmatis vnda renatos, & alios ex eis ſub ſpe, ac pollicitatione, quod eos vellent ſacramento baptiſmatis inſignire, etiam quandoque fraudulenter & deceptorie, ſecuritatis fide promiſſa, & non ſeruata, ſecum captiuos, etiam ad partes ciſmarinas duxerunt, bonis eorum prædæ expoſitis, ſeu in eorum vſus, & vtilitatem conuerſis, nonnullos quoque ex habitatoribus & incolis prædictis ſubdiderunt perpetuæ ſeruituti, ac aliquos perſonis alijs vendiderunt, & alias contra eos diuerſa illicita & nefaria commiſerunt; propter quæ quamplurimi ex reſiduis dictarum inſularum habitatoribus ſeruitutem huiuſmodi plurimum execrantes, prioribus erroribus remanent inuoluti, ſe propterea ab ſuſcipiendi baptiſmatis propoſito retrahentes, in grauem Diuinæ maieſtatis offenſam, & animarum periculum, ac Chriſtianæ religionis non modicum detrimentum.

Auſorum mercatorum in Canarienſes latrocinia.

Chriſtianorum ſcelera ab iis qui pugni cum communi educta.

Nos igitur, ad quos pertinet, præſertim in præmiſſis, & circa ea, peccatorem quemlibet corrigere de peccato, non volentes ea ſub diſſimulatione tranſire, ac cupientes, prout ex debito paſtoralis tenemur officij, quantum poſſumus, ſalubriter prouidere, ac ipſorum habitatorum & incolarum afflictionibus pio & paterno compatientes affectu, vniuerſos & ſingulos, principes temporales, dominos, capitaneos, armigeros, barones, milites, nobiles, communitates, & alios quoſcumque Chriſtifideles, cuiuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, obſecramus in Domino, & per aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti exhortamur, eiſque in remiſſionem ſuorum peccatorum iniungimus, vt & ipſi a præmiſſis deſiſtant, & eorum ſubditos a talibus retrahent, rigideque compeſcant. Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis eiſdem vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus præcipimus, & mandamus, quatenus infra quindecim dierum ſpatium a die publicationis præſentium in loco, in quo ipſi degunt facienda computandorum, omnes & ſingulos vtriuſque ſexus dictarum inſularum olim habitatores Canarios nuncupatos, tempore captionis eorum captos, quos ſeruituti ſubditos habent, priſtinæ reſtituant libertati, ac totaliter liberos perpetuo eſſe & abſque aliquarum pecuniarum exactione ſine receptione, abire dimittant, alioquin lapſis diebus eiſdem excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrent; a qua nec apud ſedem Apoſtolicam, vel per archiepiſcopum Hiſpalenſem pro tempore exiſtentem, ſeu Fernandum epiſcopum antedictum, ac niſi perſonis captiuatis huiuſmodi prius & ante omnia libertati deditis, & bonis eorum primitus reſtitutis, abſolui nequeant, præterquam in mortis articulo conſtituti. Similem excommunicationis ſententiam incurrere volumus omnes & ſingulos, qui eoſdem Canarios baptizatos, aut ad baptiſmum voluntarie venientes, capere, aut vendere, vel ſeruituti ſubijcere attentabunt, a qua aliter, quam vt præfertur, nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Illi vero, qui exhortationibus, & mandatis noſtris huiuſmodi humiliter paruerint cum effectu, præter noſtram & Apoſtolicæ ſedis gratiam, & benedictionem, quam proinde vberius conſequantur, æternæ beatitudinis * profeſſores fieri mereantur, & a dextris Dei cum electis, perpetua requie collocari, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCDXXXV. *id. ianuarij anno* V. qui quidem annus in præſentem a nato Chriſto vulgo numerari ſolitum incidit.

Principes & magiſtratus commonitos eriguntur.

Iuſſi Canarienſes ad priſtinam libertatem reduci.

Percuſſi anathemate qui Neophytos mancipant ſeruituti.

* poſſeſſores

27 Hæc pro amplificanda inter Canarienſes religione ſanciebat Eugenius, qui vt Blachos, Bulgaros, Moldauoſque a Græcanico ſchiſmate in Romanæ eccleſiæ gremium reuocaret, Gregorium archiepiſcopum Moldoblachiæ catholicum ampliſſima inſtruxit auctoritate a, vt eos populos orthodoxa fide imbueret, cenſuriſque exſolueret.

Eugenij ſtudiũ pro Blachis, Bulgaris, Moldauiſque a ſchiſmate reuocandis.

a Lib. 19. pag. 59.

Gregorio archiepiſcopo Moldoblachiæ ſalutem, &c.

Cum fuerimus ſemper ad receptionem Græcorum ad noſtrum & Romanæ eccleſiæ gremium venire volentium ſincera voluntate & benigne diſpoſiti, nouiſſime te, qui retroactis temporibus ipſius Romanæ eccleſiæ ritum in cunctis articulis expreſſe profeſſus & per chriſmatis vnctionem, quam ad præſentiam noſtram veniens deuote ſuſcepiſti, in noſtra & dictæ Romanæ eccleſiæ obedientia confirmatus exiſtis, benignius complexi ſumus, ſperantes in Domino, qui mentes hominum ſua illuſtrat clementia, mentem tuam in veritate catholicæ fidei ita ſtabilitam & roboratam eſſe, vt non ſolum in eadem veritate permanſura exiſtas, ſed Græcos ad huiuſmodi veritatis cognitionem verbo & exemplo ſedulo inducere ſtudebis. Hac itaque conſideratione inducti, perſonam tuam nobis & ſedi Apoſtolicæ deuotam debito honore proſequentes, & oberrantium animarum periculis, quantum nobis ex alto permittitur, prouidere volentes, tibi qui Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere, & omnes articulos, quos ſancta Romana eccleſia tenet indubie profitetis, omnes & ſingulos Græcos vtriuſque ſexus cuiuſcumque ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, Valachos, Vulgaros, & Moldauachos in regno ſeu confinibus Hungariæ in præſentiarum exiſtentes, qui tuo ſuaſu & hortatione, ſiue alias ſponte ad noſtram & dictæ Romanæ eccleſiæ vnitatem venire voluerint, ſi hoc a te humiliter petierint, & articulos, quos dicta catholica Romana tenet eccleſia expreſſe profeſſi fuerint, a pœnis & ſententijs ſpiritualibus & temporalibus etiam ſchiſmatis & hæreſis crimen ſapientibus abſoluendi iuxta formam dictæ Romanæ eccleſię conſuetam, iniuncta perſonis ipſis pro modo culpę pœnitentia ſalutari, ac recepto ab eiſdem iuramento, quod in priſtinos errores non relabentur, nec perſiſtentibus & relabentibus in errores huiuſmodi pręſtabunt auxilium, conſilium, vel fauorem, ac alia, quę de iure fuerint iniungenda, ac perſonas ipſas ad noſtram & ipſius Romanę eccleſię vnitatem recipiendi, & per chriſmatis vnctionem eas etiam confirmandi, nec non omnia & ſingula circa reductionem huiuſmodi, ad Dei laudem & noſtram, ac pręfatę Romanę eccleſię honorem & augmentum pertinentia, agendi, faciendi, & exequendi auctoritate apoſtolica tenore pręſentium concedimus facultatem. Tu vero venerabilis frater hoc ſanctum & religioſum onus tibi iniunctum ſincera deuotione ſuſcipias, & id omni ſtudio & diligentia proſequaris, & ſanctiorem animum inducere ſtu-

Gregorius archiep. Moldoblachiæ Rom. eccleſiæ aggregatus.

Profeſſus Spiritum ſanctum e Patre Filioque procedere.

Vvalachos & Bulgaros conciliare iuſſus Rom. eccleſiæ.

Sacri Chriſmatis vnctione eos confirmare.

Digitized by Google

ſtudeas, vt non minus exemplo vitæ, quam tuis ſuaſionibus Græci ipſi ad noſtram & dictæ ſedis & præfatæ Romanæ eccleſiæ vnitatem venire incitentur, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXV. VI. *id. martij pontificatus noſtri anno* V.

Ius eccleſ. violatum in Luſitania.

28 Coniunxit Chriſti vicarius pijs in amplificanda religione ſuſceptis laboribus tuendi iuris pōtificij, libertatiſque eccleſiaſticæ aſſerendæ ſtudium. Labefactabant eam in Luſitania magiſtratus regij ac iudices, qui eccleſiaſtici fori infringebant ſententias, cauſarumque ſacrarum cognitionem ſibi arrogabant; cenſuras, quibus contumaces homines a præſulibus afficiebantur, ſubijciebant examini; archiepiſcopos etiam & alioſque antiſtites vocare in ius erant auſi. Ne itaque immunitas cleri Luſitani obſoleſceret, Eugenius Eduardum admonuit [a], quam indignam labem regio decori inferret, ſi libertatem eccleſiaſticam tantorum principum ſuperioribus ſæculis auctoritate conſtabilitam obtereret ipſe, obterive ab illis pateretur.

a Lib. 12. pag. 5.

Chariſſimo in Chriſto filio Eduardo Portugaliæ & Algarbiæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

Commonitus Eduardus Rex officij.

Nonnullorum querelis per hos dies pulſati ſumus, ſerenitatem tuam quibuſdam ſe negotijs in regno tuo ingeſſiſſe, atque etiam quotidie ingerere, quæ ſi vera eſſent, proculdubio vergerent in magnum diſpendium eccleſiaſticæ libertatis, exiſtimationemque ſublimitatis tuæ non levi infamia ſugillarent: quod ſane intelligimus nonnunquam vſu euenire, cum vel improborum conſilio etiam egregie animati principes ſtruuntur, vel cum imprudentia quadam ducti recte illa ad ſe pertinere exiſtiment, ſed vtrumque ſummopere deuitandum eſt ne incurras, & ſi incurreris quantum fieri humana ope poteſt emendandum. Querelæ autem, de quibus loquimur, circa huiuſmodi fere verſantur, ſententias videlicet & cenſuras eccleſiaſticas per prælatos & alios iudices poteſtatem habentes inflictas, excellentiam tuam, ſeu eius officiales examinare, & ſi videtur, retractare & quaſi ſacrorum iudices reuocare, falcem in alienam meſſem præcipue immitendo. Cauſas etiam, & quæſtiones iuris patronatus, quas cum eccleſiaſticis rebus ſint annexæ ſecundum iuris, & ſacrorum canonum diſpoſitiones eccleſiaſticas eſſe conſtat, ad forum & iudicium tuum & eorum vendicare vos aſſerunt, nonnullos etiam ex venerabilibus fratribus noſtris regni tui epiſcopis & archiepiſcopis, vt ad tribunal tuum accederent, citari perſonaliter feciſſe in grande vilipendium & contemptum ſummæ eccleſiaſticæ dignitatis. Quæ ſane omnia, & ſi in quocumque tyranno abominanda eſſent, in Rege præſertim cuius honor iudicium diligit, turpiſſima eſſent iudicanda. Neque enim ſolum ſanctorum patrum decretis, ſed ipſis ſæculi principum legibus monemur, tam perſonas, quam bona eccleſiaſtica præcipua libertate & immunitate lætari debere, ac pœnas, & cenſuras in eos irrogari, qui illa quoquomodo violauerint. Itaque, chariſſime fili, licet filialem obedientiam & deuotionem tuam erga nos, eccleſiam Romanam, & Apoſtolicam ſedem attendentes, vix poſſimus induci, vt credamus huiuſmodi querelas veritatem continere, ſi tamen vera ſunt, quæ obijciuntur, vt conſulas ſaluti animæ & exiſtimationi tuæ, quarum nos pro ſingulari charitate, qua tuæ ſublimitati afficimur, libenter rationem habemus, ſerenitatem tuam requirimus & hortamur, diſtricte nihilominus eidem mandantes, quatenus talia deinceps nullo modo aut facias, aut per officiales tuos, aut quoſcumque alios fieri permittas, quin potius pro conſeruatione, & defenſione libertatis & immunitatis eccleſiaſticæ pro iuribus operari & agere velis. Si tamen cum dictis prælatis aliquando te aliquam controuerſiam habere contigerit, ad nos, qui parati ſumus cuique iuſtitiam miniſtrare, recurrere malis, quam tibi aliquid indebite vendicare, ex quibus poſt æterna præmia, apud nos & Apoſtolicam ſedem gratiam, penes cæteros laudem & gloriam conſequeris. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVI. XIII. *kalendas iulij anno* VI. Præterea petenti eidem Regi oratorum opera, ne quem epiſcopum ſine ipſius aſſenſu præficeret Luſitaniæ eccleſijs, reſpondit [a] Eugenius maxima ſe de re adeo noua admiratione affectum eſſe.

Temere epiſcopi ad illius tribunal a magiſtratibus vocati.

Rogatus vt eorum libertatem conſeruet.

a Lib. breu. pag. 305.

29 Sanxerat nonnulla in Scotiæ regno Ioannes Glaſguenſis epiſcopus a Iacobo Rege, cuius ſigilli præfecturam gerebat, inſtigatus iuri eccleſiaſtico aduerſantia eaque in regno promulgarat. De quibus certior factus Pontifex præceperat Iordano Albanenſi epiſcopo & Petro tit. S. Stephani in cœlio monte presbyteris Cardinalibus, vt Glaſguenſem epiſcopum de læſa eccleſiaſtica libertate in ius vocarent; qui cum ipſi diem dixiſſent Vvillelmi Creyſer archidiaconi Themdaliæ internuntij apoſtolici opera, Iacobus Rex ira incenſus, atque a Glaſguenſi epiſcopo incitatus, Vvillelmum de lege maieſtatis poſtulatum, vt hoſtem publicum ac proditorem, bonis ac vectigalibus priuauit. Prouocante vero mox ad ſedem Apoſtolicam Vvillelmo, Eugenius ſententiam tulit, ac geſta a Iacobo Rege conuulſit.

Eugenius, &c. Pro ea auctoritate, qua regios apices antecellit, Romanus Pontifex, præcipuum ſuper Reges & regna ab eo, qui cœlum terramque regit, obtinens principatum, ad hoc apoſtolicæ ſollicitudinis cogitatus diffuſius dirigit, ac ſuæ auctoritatis vices copioſius extendit, vt eccleſiaſticæ perſonæ ſingulæ illæ præſertim, qui potentium oppreſſionibus in iure & iuſtitia grauare cenſentur, ſui fauoris miniſterio ab omnibus diſpendijs & noxis releuentur, & ad ſtatum ac honores debitos reponantur. [expoſitaque Iacobi Regis in Vvillelmum irarum cauſa atque iniqua oppreſſione, addit:] Nos itaque, qui vnicuique in iuſtitia debitores, ac præfato Regi in ſingulis præmiſſorum occaſione etiam aduerſus dictum Vvillelmum iuſtitiam miniſtrare parati exiſtimus, ac præmiſſa de quibus etiam ſumus plenarie informati, nolentes ſub diſſimulatione tranſire, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati literas regias prædictas, nec non proceſſus deſuper per eundem Regem ſeu de eius mandato aut quoſcumque alios cuiuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, & quæcumque etiamſi pontificali vel alia eccleſiaſtica aut mundana dignitate præfulgeant, habitos ſub quibuſcumque verborum formis nec non publicationes, intimationes, & inſinuationes ſuper præmiſſis in dicta curia vel extra etiam factas, quorum omnium tenores præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, nec non excommunicationis ſuſpenſionis, declarationis rebellionum & proditionum, ac priuationis & interdicti ſententias, fructuum ſequeſtrationes, citationes, inhibitiones, prohibitiones & ordinationes contra præfatum Vvillelmum in præmiſſis promulgatas & factas, ſi quæ ſint, nec non quæcumque inde ſecuta, apoſtolica auctoritate & ex certa ſcientia caſſamus, reuocamus, irritamus, &

Glaſguenſis eccleſ. temeritas.

Abrogata omnia acta.

annul-

annullamus, &c. [Adijecit grauiſſimas cenſuras ac pœnas in eos, qui Vuillelmi ſacerdotia ac veſtigia occuparint.] *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVI. VIII. *id. maij pontific. anno* VI.

30 Tum Nicolao tit. S. Crucis in Ieruſalem, Ioanni[a] tit. S. Petri ad vincula presbyteris, ac Dominico S. Mariæ in via lata diacono Cardinalibus, cum abbatibus monaſteriorum, quibus Kelhou, Melros, Balmuynach, S. Andreæ nomina erant indita, imperatum[a], vt quæ in iſta ea ſententia continebantur perficerent, ac Regi Iacobo obiectis anathemate & ſacrorum in Scotia iuſtitio denuntiarent, ne apoſtolicum nuntium, quem regni hoſtem temere renuntiarat, exagitaret; & præſules clerumq; intentatis cenſuris eccleſiaſticis alijſque grauibus pœnis a ſacerdotijs eiuſdem Vuillelmi inuadendis abſterrerent: grauiſſimisque alijs literis queritur[b] Eugenius nonnullos, quos Pilatos potius, quam prælatos appellandos ait, Villelmum ipſum per falſas criminationes in inuidiam adduxiſſe, ac regium animum contra ius faſque in ipſum exaſperaſſe, preceſque addit, vt quæ aduerſus immunitatem eccleſiaſtici ordinis ſanxerat reſcindat, quæ apoſtolica etiam auctoritate a ſe conuulſa ſignificauit, illumque in priſtinam dignitatem reſtitutum.

a Ibid. pag. 62. Obiectum Regi Scoto Anathema.

b Lib. XI. pag. 149. Commonitus ab Eug. n Rex.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Iacobo Regi Scotorum illuſtri ſalutem.

Æterni Patris ſapientia princeps pacis, vt humanum genus, quod protoplaſti præuaricatione perpetuæ ſalutis diſpendia incurrerat, a ſempiternæ ſeruitutis iugo eriperet, adueniente ſacri temporis plenitudine, de ſumma cœli arce ſuum vnigenitum in noſtræ mortalitatis ſimilitudinem ad huius mundi infima ex ſuæ miræ & ineffabilis, qua nos dilexit charitatis clementia, miſit Filium, qui in noſtræ carnis ſubſtantia Patri vſque ad Crucis mortem obediens, pro nobis peccatoribus velut agnus ad occiſionem ductus, vt victima fieret ſalutaris, & ſicut in ligno mors oriebatur, ita filius hominis in ſanctiſſimæ & viuificæ Crucis ligno amariſſimæ mortis ſupplicio genus ipſum a morte perpetua liberaret, cuius in cruce mortui pendentis latus vnus ex militibus lancea aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua in noſtræ redemptionis ſalutem & regenerationis lauacrum, in quo vnicam ſuam immaculatam Sponſam ſanctam matrem Eccleſiam fundauit, conſecrauit, & perpetuo ſtabiliuit, extra quam nemo ſaluari, nec quidquam poteſt agere Deo gratum; quam dudum antea præfigurauit arca Noe, ad quam omnia ſaluanda animantia generalis diluuii tempore recurrerunt. Hæc eſt illa ſcala, quam vidit in ſomnis Iacob, cuius ſummitas cœlos tangebat, & per quam angeli aſcenderunt & deſcendebant: *Vere*, inquit, *Dominus eſt in loco iſto. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli.* Per hanc ſuſcepit Iacob ipſe, quem Deus elegit a patre ſuo benedictionem, vt qui ei benediceret, exiſteret benedictus. Hæc eſt Eccleſia illa arca fœderis, in qua panis cœleſtis, qui delitiis præbet Regibus & principibus conſeruatur. Hæc eſt vinea electa dextera Domini plantata, cuius propagines ab oriente ad occidentem diffunduntur. Huius etenim ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Eccleſiæ caput eſt Romanus Pontifex B. Petri ſucceſſor a Domino, cuius eſt terra & plenitudo eius, præcipuum ſuper gentes & regna obtinens principatum, cui Dominus ipſe regni cœlorum claues, ac ligandi & ſoluendi contulit poteſtatem. Huius etiam Eccleſiæ omnes per gratiam Dei ſaluandi Chriſti fideles eccleſiaſtici viri, quibus Deus ipſe funiculum diſtributionis hereditatem ſuam ſorte diuiſit, & etiam ſæculares cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerint membra firmantur, vt in eorum vnione ſolida acceptum Deo in odorem ſuauitatis offerant ſacrificium, & reddant Altiſſimo vota ſua. Huiuſmodi libertatem a Deo conceſſam lacerari & ſcindi non poſſe, demonſtrat noſtri inconſutilis tunica Saluatoris. Aduerſus hanc ſupra firmam petram, quæ Chriſtus eſt bene fundatam, non poterunt portæ inferi præualere. Huiuſmodi ſempiternam ſtabilitatem deſignat lapis ille reprobatus ab ædificantibus, factus in caput angularis fundamenti perpetuæ firmitatis. Hanc libertatem quilibet verus Chriſtianus religionis zelator merito proſequi, promouere, & extollere tenetur & etiam exaltare.

Propoſita illis diuina erga humanum genus clementia.

Ecc'æ ſignificatio.

Nemo præualet aduerſus Eccleſiam.

Et licet dilectus filius Guillelmus Greyſet archidiaconus Themdaliæ in eccleſia Glaſguenſi acolytus noſter præmiſſis in animo reſolutis eccleſiaſticam libertatem & iuriſdictionem ſedis Apoſtolicæ aduerſus quorundam eccleſiaſticorum temerariam audaciam, qui prædictam libertatem & iuriſdictionem per nonnullas ordinationes, proceſſus, & ſtatuta in tuo regno edita oppugnare conabantur de eiuſdem ſedis expreſſo mandato, omnibus modis & viribus ferventiſſime proſecutus fuerit, defenſauerit, ac promouerit grauiſſimis laboribus & expenſis, & propterea propter æternæ, quod prouide præſtolatur, retributionis præmium varias exemptionum a quacumque iuriſdictione ordinaria & alias gratias remunerationes & pollicitationes ſuſceperit, potius ſperans & credens, quod tua regia ſerenitas in proſecutione huiuſmodi ob timorem Dei, & ſedis Apoſtolicæ reuerentiam tamquam catholicus princeps eius miniſterio gratioſis fauoribus concurreret, quam vllam aduerſus eundem Guillelmum indignationis aſperitatem conciperet: tamen nonnulli prælati & clerici Chriſtiani nominis, vt apparet, inimici potius tyranni, quam Chriſtiani, potius Pilati, quam prælati, veluti tortuoſi colubri eccleſiaſticæ libertatis latera corrodere molientes, de vanitate in id ipſum conuenientes, quorum non eſt ſpiritus cum Domino creditus (inter quos Ioannes epiſcopus Glaſguenſis, de cuius perſona felicis recordationis Martinus Papa V. eccleſiæ Glaſguenſi tam clementer prouidit, ipſumque qui de hoc alijſque varijs enormibus criminibus & exceſſibus notatus extitit, & quod deinceps nihil contra libertatem eccleſiaſticam procuraret, immo illam promoueret data fide promiſit dictæ eccleſiæ Glaſguenſi, benigne, ac piiſſime ſecum agendo, præfecit in epiſcopum & paſtorem præcipuus & ſingularis extitit) tam ſalubre miniſterium impedire cupientes, pleriſque ſiniſtris & peruerſis machinationibus, fraudibus, dolis, deceptionibus, circumuentionibus, & deteſtabilibus ac falſis ſuggeſtionibus te ad offenſam, iram, & indignationem aduerſus præfatum Guillelmum exacerbarunt: & eis efficientibus & procurantibus, indignationis animum ac iracundiæ ſpiritum contra ipſum Guillelmum geſſiſti, eumque regni tui proditorem & conſpiratorem & læſæ maieſtatis criminis conſcium (quod dolenter audiuimus) diceris declaraſſe, ac ſuorum beneficiorum eccleſiaſticorum fructus ſequeſtraſſe, licet de facto, & alias te veluti maxima indignatione concitatum aduerſus ipſum Guillelmum exhibuiſſe. O generatio praua & exaſperans liuorum aculeis & odij

Inueniri aliqui, qui Pilati potius quam prælati vide[ntur].

Scotiæ Rex ob epiſc. Glaſguen. ſubornatus.

Digitized by Google

odij ſtimulis plena, quæ tam nobilem principum & virtuoſum animum vipereis verſutijs circumduxit! O ſemen Cain! O iniquitatis filij, detractionis & inuidiæ alumni, ſcelerum peſſimi nutritores! O maligni Iudæ proditoris conſilium, quo traditur gloria eccleſiaſticæ libertatis! vnde præcellens ille propheta Dauid atteſtatur: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius*. Hic Guillelmus, qui nunquam contra ſtatum tuum regium, aut tui regni, aut vnde celſitudo tua regia merito offendi poſſit, proſecutus eſt, ſeu promouit, ſed ſemper cum omnibus veneratione & reuerentia nobilitatem tuam honorauit & coluit, ad prælatorum & clericorum, contra eum calcaneum leuantium, execrabilem detractionem conſpirator & proditor innocenter condemnatur.

Graues de eod episc. Eugenij querelæ.

31 Velis igitur, fili chariſſime, indignationis animum ab ipſo Guillelmo inſonte benigne auertere, ipſumque amplecti viſceribus regiæ charitatis, ſtatuta & ordinationes contra libertatem & iuriſdictionem edita huiuſmodi ad Dei laudem & gloriam, prout teneris, reformare, tollere, & caſſare, placeatque, Rex inclyte, pro Regis æterni gloria dictum Guillelmum clericali ſorti aſcriptum de præmiſſis ſuſcipere penitus excuſatum; ait enim dictus propheta: *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari*. Recenſeat maieſtas regia præfatum Guillelmum a duodecim annis citra fuiſſe & eſſe Romani Pontificis acolytum, & quomodo ſedes Apoſtolica illum tamdiu toleraret, qui de proditionis ſcelere notaretur? Hæc omnia tuæ celſitudini de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu ſignificare decreuimus, vt circa præmiſſa epiſcopo & prælatis non velis fidem adhibere aliquam credituram.

Monitus la eoque Rex vt acta ſua reſcindat.

Serenitatem igitur regiam requirimus in Domino, & per aſperſionem ſanguinis Saluatoris noſtri hortamur, & in remiſſionem peccatorum iniungimus, quatenus ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, nec non omnes & ſingulares literas regias & declarationes, quæ ſuper præmiſſis & eorum occaſione quomodolibet emanarunt, ac quæcumque inde ſecuta caſſes, irrites, & annulles, quæ nos etiam, in quantum opus eſt, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac nullius fuiſſe & eſſe auctoritatis, roboris, vel momenti auctoritate apoſtolica decernimus, declaramus, nec non caſſationem, irritationem, & annullationem tuas huiuſmodi, poſtquam illas feceris, in locis in quibus literæ regia prædictæ intimatæ fuerint, publicare & inſinuari facias, ipſumque Guillelmum ad honores, dignitates, famam, officia, & beneficia quæcumque in ſtatum priſtinum, in quo antequam præmiſſa fierent, ſeu aliquid exinde fieret quomodolibet erat, reſtituas & reponas. [Et paucis interiectis.] Sic igitur celſitudo regia eundem Guillelmum pro noſtra & ſedis Apoſtolicæ reuerentia regijs fauoribus & gratia proſequatur, quod exinde, præter humanæ laudis præconium, noſtram & dictæ ſedis gratiam & benedictionem vberius proſequi, & cum benedictis Dei filijs a dextris collocari in æterna requie mereatur. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVI. IV. *non. aprilis pontificatus noſtri anno* VI. Paruiſſe videtur Iacobus Rex Scotiæ apoſtolicis monitis, dum miſſo Ioanne epiſcopo Glaſguenſi, a quo, vt dictum eſt, ſubornatus concitatuſque fuerat aduerſus nuntium pontificium, oratore vna cum Vvaltero abbate expetije [a], vt pro reuocanda in antiquam formam eccleſiaſtica

Apoſt. ſedis internuntium priſtino honori reſtituat.

a Lib. breu. pag. 154. & in m. s. Alex. VII pag. 225.

Paret Scotiæ Rex & legatum in Scotiam decerni poſcit.

diſciplina legatum in Scotiam mitteret. Quibus auditis Eugenius, cum ei non modo ob pontificale faſtigium, verum ſingulari metropolitico iure Scoticæ eccleſiæ cura incumberet, Antonium epiſcopum Vrbinatem VI. id. iulij legauit [a] in Scotiam cum ampliſſima decernendi [b] poteſtate, quem Regi Iacobo hiſce literis commendauit.

a Lib. 19. pag. 102. b Ib. pag. 103. ad 107.

Chariſſimo in Chriſto filio Iacobo Regi Scotiæ illuſtri.

Dudum, ſicut decet bonum principem & deuotum, per venerabilem fratrem noſtrum Ioannem epiſcopum Glaſguenſem & dilectum filium Vvalterum abbatem monaſterij S. Thomæ de Abirbrothe diœceſis S. Andreæ oratores tuos petiuiſti a nobis, vt pro reformatione eccleſiarum & ſtatus eccleſiaſtici regni tui vellemus mittere aliquem legatum ad ipſum regnum, qui Dei gratia mediante emendaret, corrigeret, & prouideret, prout pro augmento diuini cultus, morum eccleſiaſticorum reformatione, proque ſalute & pace animarum & ſtatu regni expedire videretur. Nos igitur, quamuis id ſummo deſiderio affectaremus, tamen propter varia impedimenta & malitiam temporum, quæ mentem noſtram varijs caſibus diſtraxerunt, nequiuimus cito prouidere iuxta voluntatem & deſiderium cordis noſtri, nunc autem data facultate, attendentes curam in ſpiritualibus tui regni ad nos & Romanum Pontificem tum ob debitum oneris pontificalis, tum ſpecialiter iure metropolitico pertinere, venerabilem fratrem noſtrum Antonium epiſcopum Vrbinatem, virum vtique ſcientiæ claritate, ac virtutum ſplendore morumque elegantia refulgentem, noſtrum & Apoſtolicæ ſedis nuntium ad ipſum regnum duximus deſtinandum, ſperantes quod ipſe, gratia cooperante diuina, omnia aget & operabitur, quæ cedant ad laudem Dei & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ad vtilitatem ſtatus eccleſiaſtici, animarum ſalutem, honorem & laudem tui regni, &c. [Ipſum hortatur vt regio ſtudio illum proſequatur.] *Dat. Bononiæ.*

Diſciplina eccleſ. in Scotia reſtituta.

Romana ſedes iure ſuo Metropolitico in Scotiam obtinet.

32 Scriptæ ſunt eodem argumento ad Ioannam [c] Scotiæ Reginam tum ad regium conſilium [d] commendatitiæ literæ. Profectus vero in Scotiam Antonius epiſcopus Vrbinas honorificentiſſime habitus ab Rege cultuſque eſt. At mox facta ibi eſt triſtis rerum commutatio; nam Vvalterus Atholiæ comes Iacobi patruus corripiendi ſceptri exagitatus cupidine, nepotem Regem adductis noctu ſicarijs, in cubiculo peremit [e]; ſed deprehenſi in ſcelere parricidæ atrocibus ſupplicijs affecti ſunt, ac Vvalterus coniurationis auctor iuſtas ambitionis pœnas dedit; triduo enim publice tortus, demum ferrea corona ardenti inuſtus proditorum Rex appellatus eſt. Hæc omnia pluribus Scoticarum & Gallicarum rerum ſcriptores [f]. Meminit de eo funeſto caſu non ſine lachrymis Pontifex, qui Antonio epiſcopo Vrbinati hæc mandata dedit [g].

Iacobus Rex Scotiæ a ſuis peremptus.

c Lib. breu. pag. 155. & in m. s. Alex. VII. pag. 225. d Ead. pag. lib. breu.

Regis interfectores ſupplicium luunt: coronis comitium.

e Monſtrel vol. 2. pag. 140. f Boeth. lib. 17. Buchan. l. 10. & 11 & alij. g Lib. breu. pag. 156. & in m. s. Alex. VII pag. 228.

Venerabili fratri Antonio epiſcopo Vrbinati in regno Scotiæ Apoſtolicæ ſedis legato.

Recepimus nuper tuas literas, quibus nobis ſignificaſti te perueniſſe in regnum Scotiæ, benigneque & cum honore receptum a regia ſerenitate, & a prælatis ac dominis regni; ſicut decet ſedis Apoſtolicæ legatum, de qua re, admodum conſolati fuimus propter deuotionem oſtenſam per eos erga nos, & Apoſtolicam ſedem. Verum poſtea (quod non abſque horrore referimus) audiuimus infauſtum caſum claræ memoriæ Regis, &

Digitized by Google

admodum miſerandum, in quo plurimum conturbati ſumus, & ſumme doluimus hunc deplorandum caſum, tam propter ſalutem animarum & Regis & eorum, qui tam infandum ſcelus commiſerunt, tum propter affectionem ſingularem, quam gerimus ad regnum præfatum & ad Regem veluti præcipuum filium gerebamus. Verum, quoniam, facta infecta eſſe non poſſunt, prouidendum eſt, vt quam minimo malo, ex hac graui percuſſione regnum afficiatur. Idcirco volumus & iniungimus tibi, vt coneris cum auctoritate ſedis Apoſtolicæ, iuxta prudentiam tibi a Deo conceſſam omnia agere & procurare, quæ ſpectent ad pacem & concordiam, & bonum ſtatum ac tranquillum regni & dilecti filij nati ipſius Regis, interponendo circa hoc omnem ſolicitudinem & diligentiam tuam, atque exhortando prælatos, barones, & alios prout vtilitas & ſalus illius regni videbitur poſtulare, ad pacem & charitatem. Deinde vero curea, vt illa, propter quæ te deſtinauimus, Deo auctore perficiantur, ea ſunt, vt ea agas, ſtatuas, & ordines, quæ ad incrementum fidei, augmentum religionis Chriſtianæ, ſtatum, & tranquillitatem regni & eccleſiarum eius, ac morum eccleſiaſticorum reformationem, & animarum ſalutem illarum partium ſpectare videbuntur, ita vt fructus laudabilis & Deo acceptus, quem ſemper optauimus, ex tuo opere ac laboribus conſequatur. *Dat. Bononiæ, &c.*

Regis Scoti necem luget Eug.

Legatus eò contulit inſtaurandæ operam dare iuſſus.

33 Treuerenſi principatui, qui diuturno bello vexatus fuerat pacem attulit hoc anno Eugenius [a], confirmatis inter Rabanum archiepiſcopum & Vlricum e Manderſchaydune decanum Colonienſem, qui ad Treuerenſem archiepiſcopatum non æquis vocatus ſuffragijs aſpirauerat fœderis pactionibus, quas Theodoricus archiepiſcopus Colonienſis, Fridericus epiſcopus Vvormatienſis, & Theodoricus deſignatus archiepiſcopus Moguntinus ſanxerant, vt nimirum Rabanus archiepiſcopalem ſedem teneret, Vlrico autem attributa duo annua aureorum millia & Scoltzenſe caſtrum, quod eo vita functo ad eccleſiæ Treuerenſis ius & imperium rediturum eſſet: cæterum Eugenius Rabano Spirenſis eccleſiæ, quam antea geſſerat, adminiſtrationem permiſit [b], de quo annales Treuerenſes [c] meminere. Hoc etiam anno, interfecto Elgenberto, qui Sueciam ab Erici Regis acerbiore imperio vindicare erat conatus, conciliata pax eſt [d] inter Regem Ericum & Suecos.

Dirempta Treuerenſis archiepiſcopatus lis.

a Lib. 19. pag. 133.

b Ib. pag. 134.

Sueciæ reſtituta pax.

c Annal. Treueran Rabano.

d Io. Magn in Metrop Vpſalen. in fin. vit. Olai Laurent. archiep.

IESV CHRISTI
Annus 1437.

EVGENII PP. IV. annus 7. SIGISMVNDI IMP. OCCIDEN. 27. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 14.

1 ANno a virgineo partu milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo quintadecima indictione Baſileenſes ſeſſionē xxv. nonis maij celebrarunt, in qua Græcorum animos iterum tentandos decreuerunt [e], vt Baſileam, quam iam ante repudiarant, vel Auenionem, aut aliquam Sabaudiæ vrbem pro celebrando concilio œcumenico deligerent, non Græcorum ad coniunctionem cum Romana eccleſia pelliciendorum ſtudio, cum iam illi pacti [f] eſſent, ſe ad portum aliquem inſignem Italiæ appulſuros; ſed praua pontificiæ auctoritati repugnandi cupidine incitati, obniti contra auſi ſunt, quamuis Eugenius paterna eos beneuolentia complexus eſſet, omnibuſque cenſuris, quas ob geſtas cum ſummo hierarcha ſimultates

Seſſio xxv.

e Acta tom. Baſil ſeſſ. 25. to. 4. conc p. 1. ex edit. Bin.

Græcis de loco eccleſiæ deſignando concertatio.

f Lib. bren pag. 306.

contraxerant, ſolui iuſſiſſet [a].

2 Non defuit muneri ſuo Iulianus Cardinalis concilij præſes, ſed fruſtra Baſileenſes in eam ſententiam adducere niſus eſt, vt aliquam Italiæ vrbem deligerent; quem Eugenius re cognita ob nauatam ea in re operam commendauit [b]. Cum vero perſentiret, plures ad deligendam Auenionem inclinare, legatos Cardinales monuit [c] eum locum idoneum non videri, quod antea illius mentio in confectis pactionibus iniecta non fuiſſet, cumque in Italiam Græci venire cuperent, ſi murent Latini priorem ſententiam inconſtantiæ macula aſperſum iri. Darent itaque operam, vt locus accommodus tum Græcis tum Pontifici deſtinaretur.

a Lib. 19. pag. 199.

Baſileenſes deteſtant aſſerti ſi celebretur in Italia.

b Lib. breu. pag. 147.

c Ib. pag. 147. & in m. 1. Alex. VII. pag. 211.

Dilectis filijs Ioanni tit. S. Petri ad vincula & Ioanni tit. S. Sabinæ presbyteris Cardinalibus Apoſtolicæ ſedis legatis.

Ex literis multorum, & præcipue dilecti filij magiſtri Galeazij de Mantua clerici cameræ apoſtolicæ, intelleximus quomodo iam tres deputationes elegerunt ciuitatem Auinionenſem, ad quam concilium debeat transferri, & quemadmodum veſtra prudentia ſummopere reſiſtit eorum deliberationi; nam ipſa opera & omnium ſermones vos laudant & commendant. nos etiam operationes veſtras & continuas illas pro defendenda noſtra cauſa & Dei ſummis laudibus commendamus, feciſtis enim, prout & honor Eccleſiæ, & veſtra dignitas poſcere videbantur. Verum licet notæ ſint nobis cauſæ plurimæ, propter quas illa ciuitas non eſt apta & accommodata ad rem, quæ quæritur, tamen etiam nunc ex parte notificamus vobis. Primum, vt ſcitis, ille locus non eſt de nominatis & iam concluſis cum Græcis cum, ipſi tum propter longam conſuetudinem & vſum, quem diutius cum Italicis contraxerunt, tum vero propter maiorem commoditatem ipſorum deſiderent & velint ad Italiæ locum & non alium venire; quod ſi de alio nunc loco ageretur, eſſet protrahere rem in longum, & quædam inconſtantia videretur, ex qua daretur eis materia de rebus noſtris & promiſſis parum confidendi. Dein multoties diximus locum eligi oportere, ad quem nos etiam commode venire poſſemus, ad Auinionem vero ex plurimis vrgentibus cauſis nullo modo eſſet poſſibile nobis accedere. Reſpondimus quoque oratoribus Auinionenſibus de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, nullatenus ex multis cauſis, præcipue propter loci incommoditatem, poſſe, neque nobis placere eligi ciuitatem illam pro transferendo concilio. Mirum autem omnibus ſapientibus & recte ſentientibus videri debet velle eligere ea loca, de quibus non contententur Græci, ea vero omittere, in quibus & ipſis complaceatur & finis optatus conſequi poſſit. Velitis igitur, quia multa poſſint emergere propter temporis dilationem, quæ euentum eorum conturbent, inſtare ea ſolicitudine & ſapientia, qua cœpiſtis, vt locus aptior & Græcis & nobis in Italia eligatur, alioquin neque finis tandiu optatus a nobis de Græcorum reductione ſequi poterit, ac multa & varia etiam ſcandala (de quo maxime dolemus & veriſimiliter dubitamus) propter verſutias ſathanæ verendum eſt, ne propterea in Dei populo & eccleſia oriantur. Hæc eadem ferme & præfati Cardinales ſcribent circumſpectioni veſtræ. *Dat. Bononiæ, &c.* Addit [d] alijs literis ſtimulos, vt deſignando loco in Italia pro celebrando concilio œcumenico operam nauarent.

Dans legatis monita.

De loco Græcis commodo deligendo.

Imminens ſchiſma auerti ſtudet Eug.

d Lit. ſec. pag. 14. & in m. Alex. VII pag. 213.

Euge-

3 *Eugenius*, *&c.* Propter ardens deſiderium & feruentem affectionem, quam habemus ad proſecutionem futuri concilij, in quo de Græcorum vnitate & reformatione Eccleſiæ alijſque vtilibus & neceſſarijs pro pace & ſtatu populi Chriſtiani tractanda &, Deo auctore, perficienda erunt, circumſpectionem veſtram requirimus & exhortamur per Chriſti ſaluatoris noſtri paſſionem ſacratiſſimam, vt velitis totis viribus incumbere, ſicut feciſtis & facitis continue, vt concilium transferatur ad locum, in quo poſſimus intereſſe pro perfecta concluſione & conſummatione præmiſſorum. Nihil quidem eſt, quod magis exoptemus, quam vt concilium celebretur in loco accommodo: quod nos propter cauſas ſupradictas omnino intendimus proſequi & continuare ad laudem Dei & vtilitatem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Itaque operemini totis viribus & ſecundum veſtram prudentiam & cum bona pace & concordia, quantum fieri poteſt, hæc translatio fiat, &c. *Dat. Bononiæ*, *&c.*

Pia Pontificis conſilia

Inter hæc Baſileenſes conſpicuos auctoritate & doctrina præſules, nimirum Ioannem patriarcham Alexandrinum atque Ambianenſem & Tragurienſem epiſcopos ex pontificio latere diuellere pertentarunt, ac Nicolaum Albergatum Cardinalem tit. S. Crucis ad eos euertendos implicare conati ſunt: at illum præmonuit Eugenius [a] ne quid in benemeritos de ſede Apoſtolica viros moliretur. Defendiſſe porro Nicolaum omni contentione dignitatem ſedis Apoſtolicæ, memorat in eius vita Io. Franciſcus Poggius [b], additque eum, cum temerarios infimæ multitudinis impetus reprimere non poſſet, Baſilea diſceſſiſſe. Infenſa Eugenio Baſileenſium pars Italiam pertinaciſſime reſpuebat, ne Pontifex, ſi in ea concilium perageretur, apoſtolicæ maieſtatis ſplendorem retineret. Cumque in deſignanda Baſilea vel Auenione, nec Pontifici nec Græcis accommodis inſiſteret, Biſſipatus Imperatoris Conſtantinopolitani & patriarchæ orator in publico cœtu profeſſus eſt, Græcos a conuentis anno ſuperiori non diſceſſuros, queſtuſque Baſileenſes ipſos impedimento eſſe, ne eccleſiarum coniunctio redintegraretur, culpamque tanti mali ſubituros, excæcari admodum cupiditatibus ſuis, qui velint Græcos aſpera maria ſulcare, vt in occidentem venirent, dum illi Baſilea in Italiam ſe conferre aſpernabantur, abeſſe ab ea ignauia orientales præſules, qui ex Syria, qui ex Ægypto, qui ex Ruſſia vaſta obſitaque periculis terrarum interualla emenſi, Conſtantinopolim iam confluxerant, atque in occidentem iter parabant: puros itaque futuros Græcos ab omni labe, ſi tot votis expetita conſenſio dirimatur, ſeque eadem apud Pontificem, qui iam cum Græcis pactus erat, repetiturum [c]. Quibus de rebus publicas haſce tabulas confici voluit.

a Extant de eo lit. in lib. bren.
b Franc. Poggius in vit. B. Nic. Alber.
Baſileenſium iniuſta pertinacia.
c Ext. apud Eug. lib. 9.

In nomine Domini. Amen.

4 Cunctis pateat euidenter, quod anno a natiuitate eiuſdem MCCCCXXXVII. indictione xv. die veneris xv. menſis ianuarij ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Eugenij diuina prouidentia Papæ IV. anno VI. *& infra*, dominus Ioannes Biſſipatus procurator & nuntius ſereniſſimi domini Imperatoris Romæorum, ac reuerendiſſimi domini patriarchæ Conſtantinopolitani certam poteſtatis cedulam ſiue requeſtam, repræſentauit & obtulit, ipſamque legi petijt. Quæ cedula per me Petrum Brunetti alterum promotorem ſacri concilij de mandato eiuſdem lecta exitit in hæc verba. Reuerendiſſimi patres & domini. Sereniſſimus dominus Imperator & reuerendiſſimus dominus patriarcha & Græci orientales miſerunt me ad ſacrum concilium ex multis reſpectibus, & ſpecialiter propter quatuor. Primo, vt ſignificarem vobis qualiter omnes de eccleſia orientali ſunt parati venire in tempore conſtituto iuxta formam decreti, a quo non intendunt in aliquo quoquomodo recedere, & vt ſciatis & ſitis contenti, quod ex parte eccleſiæ orientalis nullus defectus erit, quin omnia in tempore conuento exequantur. Secundo, vt debeam cum omni diligentia ſollicitare paternitates veſtras & inſtare, ac hortari, quod omnia in decreto comprehenſa adimpleantur in tempore conſtituto, quia ſi aliquis defectus eſſet, ex vno defectu etiam paruo, multa inconuenientia & plura mala ſequi poſſent. Tertio, vt viderem an locus, qui eligetur, ſit ex nominatis in decreto & habilis nobis Græcis & domino noſtro Papæ, quia præſentia ſua, prout ſemper diximus & dicimus, ſupra modum eſt huic negotio neceſſaria, & ſine eo non credimus, quod aliquid boni fieri poſſit. [Paucisque interiectis, quibus exponit, ni Baſileenſes cum Pontifice conſentiant, diſciſſum iri Latinam eccleſiam, dum de conciliandis cum ea Græcis agebatur, ſubijcit.] Suſpicantur etiam, [nempe Græci,] quod non haberetis illum perfectum animum, qui ad iſtam vnionem requiritur. Quarto, vt electo loco, prout dixi, accommodo & habili nobis & domino noſtro Papæ, ego deberem videre galeas, ſuper quibus venire debemus, an ſint fortes & bene aptæ ad portandum perſonas noſtras, & eas accipere cum trecentis baliſtarijs, ſecundum quod in decreto continetur, & alijs neceſſarijs, dein reuerti in Conſtantinopolim in tempore conſtituto, & ſi contrarium fieret, ego debeo proteſtari, prout proteſtor, quod vos in cauſa eſtis, quod tantum bonum impediatur, & quod per nos non remanet neque remanebit, quin omnia per nos promiſſa in iſto negotio adimpleantur, ſed vos eſtis in culpa.

Significat Græcos ad concilium venire paratos.
Commonet Baſileenſes vt pacta ſeruent.
Poſtulant locum, in quo Papa interſit, eligi.
Ne vnionis ſtudium deſeratur ſi huic ad moneat.

Ego, vt videtis, huc veni cum magnis laboribus & periculis, & inueni, quod aliqui ex vobis nolunt eligere locum, immo (quod peius eſt) elegerunt non nominatum in decreto, ad quem Papa nunquam veniet, neque mittet legatos ſuos, & volunt, quod veniamus ex oriente Baſileam per viã valde nobis periculoſam & multum longinquam & incommodam, de quo valde miramur, quod per iſtam viam iſti tales volunt vnionem noſtram, immo mortem, quia per illud mare ſic latum, vltra alia pericula, non poteſt inueniri portus, & in eo ſunt multi pyratæ nobis & omnibus Chriſtianis inimici. Miror etiam, quod cum videatis noſtros prælatos antiquos venire de Cairo, Ieruſalem, Alexandria, & Antiochia, & alijs remotiſſimis partibus orientis, ac de Ruſſia & vltimis partibus ſeptentrionis per multa millia milliarium, & per terras infidelium vſque Conſtantinopolim, & de Conſtantinopoli tam prædicti prælati, quam Imperator & patriarcha Conſtantinopolitanus, qui eſt antiquiſſimus, debeant ſimiliter per multa millia milliaria & per mare, ac etiam per dominia Turcorum vſque ad terras Latinorum accedere; quod vos non velitis pro octo aut decem dietis in terra veſtra tuta & pacifica ambulare, & cum videatis Imperatorem noſtrum & principales ex Græcis dimittere domum propriam, vxores, & filios in faucibus Turcorum, multi ex vobis pro tanto bono nolint ſe elongare

Increpat quod locum non deſignant.
Quod deſpiciant Italiam.

gare a patria propria per modicum ſpatium. Quare ſi non prouidebitis in tempore de alio loco & alia via nobis ac Papæ accommoda, ego nomine domini Imperatoris & totius eccleſiæ orientalis proteſtor coram Deo & angelis ſuis & toto mundo, quod per eccleſiam orientalem non remanet quin ea, quæ ſunt capita in decreto inter vos & nos adimpleantur tempore ſuo, de qua re per totum mundum habebitis confuſionem, & in extremo Dei iudicio reddetis rationem de tanto damno, cuius eritis cauſa, quia re vera non deficit diſpoſitio ex parte noſtra; quod ſi fiet iſtud concilium œcumenicum omnino ſequetur vnio eccleſiæ vtriuſque, & ſi remanebit, erit notum toti orbi, quod ex parte veſtri deficiet, non ex noſtra, & ſi aliquas expenſas facietis, ſignifico vobis & vos certos facio, quod omnes illas perdetis, quia per iſtam viam electam per aliquos ex vobis nunquam aliquem noſtrum habere poteritis, immo habebimus cauſam repetendi a vobis omnes expenſas, quas fecimus propter hue. Et hanc eandem proteſtationem intendimus facere apud dominum noſtrum, qui pro conſenſu eſt colligatus ad dictum decretum, & apud omnes principes mundi. Rogo omnes notarios, qui hic ſunt, quod de iſta mea requiſitione faciant mihi inſtrumenta neceſſaria, vt poſſim de hoc * facere domino Imperatori & toti mundo]. Quaquidem proteſtationis cedula ſiue requeſta, vt præfertur lecta ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis præfatus dominus Joannes petijt a nobis, notarijs & dicti ſacri concilij ſcribis ſibi fieri atque tradi vnum atque plura publicum & publica inſtrumentum & inſtrumenta. *Data fuerunt hæc in generali congregatione Baſileæ ſub anno, indictione, die, & pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem, &c.* ſubijciuntur nomina teſtium.

[Margin: Nos ſore nihi ipſos eccleſiarũ ſedus diſſiluaſſe.]
[Margin: * relationi]

5 Inter has altercationes ſtudio pacis a legatis apoſtolicis ac præſulibus ipſis adhærentibus cum aduerſa factione conuentum [a] eſt, vt ſi Auenionenſes ſeptuaginta aureorum millia, quæ pro ſuppeditandis ſumptibus Græcis ſpoponderant, excurrente conſtituto temporis interuallo ſoluerent, concilium Auenionem transferretur, ſi autem promiſſis non ſtetiſſent, alius locus deligeretur. Fidem de ſoluenda conſtituto tempore pecunia non ſeruauerunt Auenionenſes, quo circa ornatiſſima patrum pars auctoritate & prudentia potior, ſed impar numero, cui Cardinales Cæſarinus & S. Petri ad vincula Apoſtolicæ ſedis legati præerant, in ſuis primum cœtibus, quos deputationes vocabant, tum in alijs ſolemnibus, Florentiam, vel Vtinum, aut alium in pactis Pontificem inter ac Græcos conuentis contentum tutum locum, cuius imperium concilio, dum celebraretur, permittendum volebant, delegere. Verſabantur in horum numero Francorum Regis oratores, qui patriæ amori diuinum prætulere, ac non Auenionem, ſed Florentiam Caroli Regis iuſſu optanere: qua de re grates ipſi retulit Eugenius, neue ea ſententia vllis Baſileenſium conquiſitis artibus moueri ſe pateretur, preces addidit.

[Margin: a Eug. in epiſt. de tranſlat. conc. Ferrar. quæ ext. in append. edit Bin. to. 4. p. 1. pag. 255.]
[Margin: Auenionen ſeruant pol licita.]
[Margin: Galli poſt habito amore patr. a Florentiã deligunt.]
[Margin: b Lib. breu pag. 546 & in m. s. Alex. VII. pag 211.]

Carolo Francorum Regi illuſtri.

Quamuis viderimus ſemper tuam ſerenitatem promptam ad ea, quæ exiſtimaret vtilia Eccleſiæ & placere nobis, tamen lætamur in Domino quotidie magis, cum tuum erga nos ſincerum animum proſpicimus & opera deuotione & affectione plena. Intelleximus quidem te mandaſſe dilectis filijs nobili viro Simoni Caroli militi & Martino Gueſtel oratoribus tuis, vt pro transferendo concilio, in quo Græci intereſſe debent pro ipſorum reductione locum gratum nobis & conuenientem Græcis eligerent, & alios ad ſimiliter faciendum requirerent & hortarentur, quæ res fuit nobis gratiſſima, & ex ea plurimum commendamus celſitudinem tuam, quæ more ſuorum prædeceſſorum ea agit, quæ ſpectant ad dignitatem & pacem Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis. Quoniam vero ciuitas Florentina per ipſos oratores tuos fuit tuo nomine pro loco concilij prudenter electa, qua quidem ciuitate nulla ad rem, de qua agitur, aptior eſſe poteſt, neque nobis et ſtatui Eccleſiæ accommodatior, exhortamur tuam ſapientiam vt, cum ipſa ciuitas fuerit ſemper ſpecialiſſime affecta erga domum Franciæ, et omni honore et cultu Reges Francorum ſit proſecuta, firma in eo, quod actum eſt per tuos oratores perſiſtat, neque illis precibus aut perſuaſionibus ad mutandum propoſitum moueatur; cum enim Græci velint ad locum venire, ad quem nos poſſumus accedere, neceſſe eſt, vt in Italia locus eligatur: neque enim vllo modo vltra montes poſſumus proficiſci propter malitiam temporum et multas euidentiſſimas cauſas, quæ noſtram præſentiam requirunt, inter quas eſt potiſſima factum regni Siciliæ, quod procul dubio aliter diſponeretur, quam tu et ego vellemus ſi relinqueremus Italiam, et etiam patrimonio Eccleſiæ non paruum periculum immineret; in Italia vero ciuitas aptiſſima eſt omnium Florentina et valde vtilis etiam pro ſtatu regni dirigendo iuxta voluntatem noſtram, quod et tua ſerenitas debet optare. *Dat. Bononiæ, &c.* Certiorem eundem fecit [a] Pontifex, nauatam a ſe operam apud Burgundiæ ducem, vt Renato Regi libertatem largiretur, tum ad Tornacenſem rem componendam epiſcopum illum ad Narbonenſem eccleſiam non ſine priuato nepotis incommodo tranſtuliſſe.

[Margin: Francor. Rex Pontifici fauet.]
[Margin: Celebrandi in Italia concilij neceſſitas.]
[Margin: Si Italiam deſereret Eug. res Neapolitanæ ed lapſuræ.]
[Margin: a Extant eius lit. in m. s. Alex VII. pag. 207.]

Carolo Regi Francorum.

Cupientes dudum, vt optata pax vigeret in regno tuo, & vt inter tuam ſerenitatem & alios tui generis bona concordia ſtatueretur, dedimus ad id operam & ſolicitudinem quantum potuimus, & ſimili modo ad liberationem chariſſimi in Chriſto filij noſtri Renati Regis Siciliæ illuſtris vacauimus tota mente. Vt autem omnes diſſenſionum cauſas remoueremus, & vt nulla ſcintilla remaneret, ex qua aliquis ignis odij aut rancoris poſſet inſurgere conuertimus noſtram mentem ad pacificandum negotium eccleſiæ Tornacenſis, quod ſolum diſcordiarum componendum reſtabat, & pro qua tot diſſenſiones & ſcandala ſunt exorta. Ad hoc igitur toto animo incumbentes, etiam nos bonis quodammodo ſpoliare voluimus, vt perfectam pacem videre poſſemus. Itaque eccleſiam Narbonenſem a dilecto filio Franciſco tit. S. Clementis presbytero Cardinali camerario & nepote noſtro noſtra ſponte abſtulimus, & ad eam tranſtulimus venerabilem fratrem noſtrum epiſcopum Tornacenſem, &c. *Dat. Bononiæ.* Significauit alijs literis eidem Regi Eugenius [b], adeo Burgundiæ ducem Renato conciliatum, vt eundem Renatum literis ſuis ſedi Apoſtolicæ commendarit.

[Margin: Nauata ab Eug. pro liberãdo Renato opera]
[Margin: b ibid. pag. 208.]

6 At Alfonſus Rex Aragonum, Philippus Maria dux Mediolanenſis, tum maxime Amedeus Sabaudiæ dux aduerſati ſunt [c] Pontifici, ſubornaruntque nonnullos, paucos tamen numero, dignitate conſpicuos, quos inferioris ordinis ſacerdotum turba ſequebatur, qui commodis ſuis inſeruientes nonis maij duce Cardinale Arelatenſi Baſileam, ac ſi eam reſpuiſſent Græci, Auenionem iterum deſignarunt, quod ſi ciues illi promiſſa non compleſſent, in aliqua Sabaudiæ vrbe concilium

[Margin: Aragonius Mediolanẽſis & Sabaudus diſſenſionis auctores.]
[Margin: c Eug. in ſup. liter. de tranſl. conc. Ferrar.]

Digitized by Google

[illegible] Baſileenſium ad ſchiſma prona.

lium e conuocandum pronuntiarunt. Facta itaque ſunt vno eodéq; die duo decreta, ſciſſa in duas partes Baſileenſi ſynodo, quorum alterum a factioſis & acephalis ſine præſidibus apoſtolicis editum, quod typis cuſum eſt, alterum quo Florentia vel Vtinum deſignatur a digniori parte, cui præerant, vt dixi, legati apoſtolici, extatque in Patritianis actis promulgatum a.

a Ext. in conc. Baſil. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 62.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis in Spiritu ſancto legitime congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Decretum factioſæ partis concilij Baſileenſ.

7 Hæc ſacroſancta ſynodus inter ſuæ congregationis exordia, vt ea, pro quibus generalium conciliorum celebratio dignoſcitur inſtituta, Spiritus ſancti aſſiſtente gratia, opere complerentur, ſummam diligentiam ad continuandam inter populos occidentales & orientales vnionem adhibuit vt, ſicut ex longo diſſidio Dei Eccleſia innumeras perpeſſa eſt calamitates, ita ex fraterna vnione maximum aſſequeretur profectum. Proinde Conſtantinopolim ad hoc ſanctum promouendum opus oratores tranſmiſit, quibus vna cum ſolemnibus ambaſiatoribus sereniſſimi Imperatoris Romæorum & venerabilis patriarchæ Conſtantinopolitani, huc redeuntibus, habitis ſuper hoc multis tractatibus maturaque deliberatione, certa capitula inter hoc ſacrum concilium & ipſos ambaſſiatores concordata, & per decretum & publica ſeſſione firmata extiterunt, in quibus eadem ſancta ſynodus ex tam ſancto negotio ad deſtinandum Conſtantinopolim oratores ſuos cum quibuſdam pecuniarum ſummis, & duabus galeis groſſis duabuſque ſubtilibus & trecentis baliſtarijs infra certum tempus, ac per eoſdem vnum de locis in decreto comprehenſis pro œcumenico concilio nominandum, in quo Imperator & patriarcha cum ſeptingentis perſonis pro hac ſancta vnione complenda nobiſcum conuenirent, obligare ſe voluit.

Conſectæ nomine concilij pactiones.

Cum autem tempus iſta exequendi in foribus inſtet, cupiens hæc ſancta ſynodus ſuis penitus pollicitationibus ſatisfacere, & tam pium negotium, quo hoc tempore ſalubrius excogitari nequit, totis viribus ad optatum finem perducere, ad hanc in ſuis diſputationibus & deinde in generali congregatione concluſionem deuenit, vt videlicet ciuitas Florentina aut Vtinum in patria Foriiulij ponenda in manu concilij, ſeu quicumque alius locus tutus in decreto comprehenſus ſummo Pontifici & Græcis accommodus pro œcumenico concilio eligatur, ille ſcilicet de prædictis, qui citius parauerit & expedierit galeas, pecunias, & alia neceſſaria, datis etiam ſecuritatibus neceſſarijs, portus autem ſit Venetiæ, Rauenna, aut Ariminum, ille videlicet exijs, quem Imperator & patriarcha Conſtantinopolitanus maluerint, itèm ne clerus grauaretur incaſſum decima, nec decretaretur nec exigeretur vſquequò Græci ad vnum de prædictis applicuerint portum, quodque per totum tempus in decreto comprehenſum in hac ciuitate ſacrum remaneat concilium, & vt legati ac præſidentes Apoſtolicæ ſedis, vocatis patribus de quibus eis viſum eſſet, oratores ad conducendum Græcos & præmiſſa exequenda eligant, qui omnem inſtantiam pro hac ciuitate Baſileenſi facere debeant. Vt igitur, ſemper diuina gratia aſſiſtente, præmiſſa omnia & ſingula debitum ſortiantur effectum, in hac publica & ſolemni ſeſſione hæc ſancta ſynodus præfatam concluſionem vult, ſtatuit, declarat eſſe firmam atque validam, tenendam, & exequendam, caſſans, irritans, & annullans, caſſumque & irritum & nullum eſſe decernens quidquid a quoquam, & etiam quibuſcumque factum vel actum ſit, vel in futurum fieret vel attentaretur aduerſus prædicta ſeu dependentia ab eis, vel quod eorum executionem poſſet quomodolibet impedire, volens vt ad prædictorum executionem prædicti apoſtolici legati ac præſidentes quaſcumque literas opportunas ſub bulla concilij in forma debita conficiant, & alia quæcumque huic ſancto negotio neceſſaria vel accommoda expediant. *Dat. Baſileæ in noſtra ſolemni ſeſſione, in eccleſia maiori celebrata nonis maij anno a natiuitate domini* MCCCCXXXVII.

Decernitur locum concilij in Italia.

Reſciſſum decretum contrariæ factionis partis.

8 Admiſit hæc Imperatoris Conſtantinopolitani & patriarchæ orator Græcus Biſſipatus, quibus permotus Eugenius conſcripto aduerſus ſeditioſos Baſileenſes edicto expoſuit, quā cupide pacis ſtudia ipſe appetiuiſſet, quantos labores pro coniūgenda Rom. eccleſijs orientalibus ſuſcepiſſet, vt legatum apoſtolicum cum præſulibus Conſtantinopolim eam ob cauſam mittere decreuiſſet, modumque concordiæ optimum Baſileenſes diſcuſſiſſent, pacis tamen ſtudio pontificia cum Græcis colloquia abrupta ſint, miſſi fuerint Baſileam pro conficiendis pactionibus duo Cardinales, edixerint oratores Græci, orientales ad proxima tantum Italiæ littora acceſſuros, præſtantiſſima Baſileenſes concilij pars delegerit Florentiam, flagitarit orator Græcus, vt deſignatum in Italia locum ſedes Apoſtolica admitteret; quorum poſtulatis damnata aduerſa factione aſſentiendum Eugenius decreuit a.

a Lib. 11 pag. 212. & in actis Andr. S. Crucis pag. 7.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dudum in minoribus conſtituti, attendentes quot, quanta ſiue bona neglecta & perdita ſunt, ſiue mala in Eccleſia Dei & populo Chriſtiano prouenerunt ex diuiſione orientalis & occidentalis eccleſiæ, & intelligentes nil eſſe inter omnia alia pluris faciendum, rem exiſtimauimus dignam, cui omnes adhiberemus conatus, hinc in concilio Conſtantienſi primo, deinde apud felicis recordationis Martinum V. prædeceſſorem noſtrum pro optata huiuſmodi eccleſiarum Dei vnione plurimum laborauimus. Quamprimum vero ad apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, honeſto illi & pio deſiderio noſtro debitum acceſſiſſe cernentes iniunctæ nobis deſuper curæ paſtoralis, eam rem ſuſcepimus ardenti animo, factumque eſt, vt oratores chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Imperatoris Græcorum illuſtris, & venerabilis fratris Ioſeph patriarchæ Conſtantinopolitani ad nos ſe Romam contulerint, deinde miſſis per nos Conſtantinopolim nuncijs communi conſenſu tractatum fuerit, quod pro celeriori firmiorique ipſius rei conſecutione legatus de latere cum prælatis magiſtris, & doctoribus tantæ rei tractandæ neceſſarijs a nobis Conſtantinopolim mitteretur, quem tractatum Imperator Trapezuntiorum faciliter poſtea approbauiſſet. Prius vero quam tractatus huiuſmodi ad nos capitula portarentur, alius in ſacro Baſileenſi concilio veniens modus per decretum firmatus eſt, poſtquam miſſus ad nos prædicti concilij orator noſtrum requiſiuit aſſenſum.

Primum [illegible] de apud Martinum fœdus ſacrū [illegible] promouet Eugen.

Synodus [illegible] Conſtantinop. concilij [illegible].

Nos vero auidi prædictæ vnionis, & veriti ne ſi aliqua diſſenſio intercederet tantæ tamque nobis optatæ rei ruptura ſequeretur, licet de re tam graui & tot menſibus agitata quidquam a prædicto concilio ad nos perlatum non fuiſſet, non obſtante etiam, quod interea regreſſus oratoris noſtri & nouus Græcorum aduentus pro approba-

Difficultates [illegible] Baſileenſis [illegible].

baio-

batione alterius concluſionis eſſet nunciatus, antedictæ concluſioni in concilio habitæ conſenſimus, venienteque ad nos prædictorum Imperatoris & patriarchæ oratore pro confirmatione eorum, quæ in Conſtantinopoli concluſa fuerant, ea facere omiſimus ne propter varietates tractatuum tam ſanctum opus deſtrui poſſet, aut quomodolibet impediri; ſed illos ad prædictum concilium præmiſimus; exhortantes eos, vt ab huiuſmodi varietate non deſperarent, quoniam nobis erat grata omnis via, per quam ſancta hæc res effectum eſſet optatum quomodolibet habitura. Poſtea vero miſſi ſunt a præfato concilio ad Imperatorem & patriarcham prædictos alij oratores pro decreti ipſius ratificatione, & ſequtum eſt, vt habita a noſtris oratoribus, qui hac de cauſa erant Conſtantinopoli certiſſima informatione de noſtro ad rem ipsā conſenſu præſtito Imperator & patriarcha prædicti ratificauerunt: qua ratificatione facta, nos vt ſemper certam iſtius ſanctæ vnionis concluſionem affectantes de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu dilectos filios noſtros Nicolaum tit. Sanctæ Crucis & Ioannes tit. S. Petri ad vincula presbyteros S. R. E. Cardinales noſtros & Apoſtolicæ ſedis legatos miſimus Baſileam ad prædictum concilium: eis autem facultatem inter alia dedimus plenariam illa faciendi omnia, quæ vnioni prædictę viderentur quomodolibet profutura, qui pro loci nobis & Gręcis accommodi electione procuranda, vt ad optatam vnionem perueniri poſſet, opportune inſtiterunt. Cum vero expectaretur prędicta ad debitum finem perduci, nonnulli in Baſileenſi concilio exiſtentes ad quandam nominationem proceſſerunt ciuitatis Auinionis, non nominatę, non comprehenſę in decreto, & ab ipſis Gręcis ſemper alias repudiatę, vnde factum eſt, vt dilectus filius nobilis vir Ioannes Biſſipatus ambaxiator Imperatoris & nuncius, ac etiam patriarchę prędictorum in forma ſubſcripta fuerit proteſtatus: *In nomine, &c.* [Eam nos ſuis conceptam verbis ſuperiori anno attulimus.]

Concordia cum Baſileenſibus ſu… in Eugen. ſine eſſectu abrupta

D. S. S. Pa… cum ſacr… … Card. legatis ad Baſileenſes

Conteſtatio Græcorum oratoris.

9 Cumque per temporis ſpatium non modicum de huius loci electione diſſenſio fuiſſet in dicto concilio, tandem pacto conuento firmatum & ordinatum extitit, vt ſi infra certum terminum Auinionenſes omnia & ſingula per concilium requiſita non adimplerent, concilium ad alterius loci electionem procedere poſſet & teneretur: quo termino per plures dies elapſo, cum Auinionenſes requiſita non adimpleuiſſent, pręfatum ſacrum concilium iuxta ordinationem pręfatam ad loci electionem proceſſit: nam pro œcumenico & catholico concilio celebrando elegit Florentiam aut Vtinum in patria Foriiulij, ponenda in manu concilij, ſeu quemcumque alium locum tutum nominatum in decreto & accommodum nobis & Græcis, vnum videlicet de prędictis, qui citius parauerit galeas, pecunias, & alia neceſſaria, prout in decreto ſuper inde confecto latius continetur. Nouiſſime autem venientes Bononiam dilecti filij Ioannes Biſſipatus magnus adriacus & Emmanuel Tragagnoti Vuloti oratores petierunt audiri in conſiſtorio generali, quibus pro rei magnitudine libenter annuimus. Quare cum die XXIV. maij pręſentis in dicto conſiſtorio eos audire ſtatuiſſemus, eorum orationem expoſuerunt, ex cuius expoſitionis tenore Imperatoris & patriarchæ prædictorum ad ſanctiſſimam eccleſiæ orientalis & occidentalis vnionem pia deſideria non ſolum confirmari, verum etiam in dies augeri facile intelleximus, quodque magis eſt & plurimi faciendum, materiam eius vnionis conſequendæ eo loci perductam eſſe conſpicimus, vt iamiam huiuſmodi operis ſanctiſſimi omnino conficiendi, iuuante Domino, ſpem maximam teneamus. Nam cum geſta in concilio præfato narraſſent, & proteſtationem ſupraſcriptam per ſe factam contra nominationem ciuitatis Auinionenſis allegaſſent, ac poſtmodum de verbo ad verbum legi feciſſent, pro concluſione ſua nos humilibus & ſupplicibus verbis exorauerunt requiſiueruntque, vt nominationem electionemque factam de Florentia vel Vtino aut de alio loco, prout in decreto ſuper inde confecto plenius continetur, qui citius neceſſaria parauerit, acceptare atque confirmare velimus, vt œcumenicum ac catholicum concilium, & per conſequentem effectum ſanctiſſima eccleſiarum occidentalis orientaliſque vnio fiat, proteſtanturque nobis, prout Baſileenſi concilio proteſtati ſunt, quod per eos non ſtat neque aliter ſtabit, quin prædictum œcumenicum catholicum concilium fiat, memorantesque damna, ſcandala, ignominiam, & animarum pericula, quæ incumbent, ſi eorum iuſtæ & omni ex parte laudabili, ac ſummæ neceſſariæ poſtulationi conſentire recuſabimus.

Petiere vt deſignatum Italiæ locum admitteret …

Græci oratores audiuntur Bononiam accedunt.

Quare cupientes, quod tam ſanctum vnionis opus nullo modo pereat cum ad id perueniendum, nullam nobis pro nunc aliam ſciamus viam ſupereſſe, rerum geſtarum ordinem, ſimul proteſtationum & requiſitionum ſuarum inſtantiam attentius conſiderantes, & tanti operis boni periculum formidantes, ſi vel parum ab hac eorum præſenti requiſitione aliqualiter declinaremus, quod penitus impium & contra noſtræ mentis inſtitutum eſſet, qui, vt ſupra diximus, ſemper rem iſtam deſiderauimus quæſiuimuſque pro Dei laude, nominis Chriſtiani celebritate ac amplitudine, & huiuſmodi ſanctiſſimæ vnionis incomparabili bono, de conſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, plurimis etiam venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filijs electis, alijſque prælatis in noſtra curia reſidentibus in numero copioſo id laudantibus, dictorum oratorum petitionibus annuentes, eas grate libenterque ſuſcipimus, atque electionem Florentiæ & Vtini, aut alterius loci, vt in decreto continetur, acceptamus ac etiam confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, acceptationis, ac confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVII. III. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* VII.

Potioris Baſileenſ. concilij partis decreto aſſentitur.

10 Confirmato ſic ab Eugenio ſanioris Baſileenſium partis, cui vt dictum eſt, Apoſtolicæ ſedis legati præfuerant, decreto de celebranda Florentiæ vel Vtini ſynodo, ab eadem parte, quam vt pote digniorem Pontifex concilij nomine cohoneſtabat, miſſi nuntij Dignenſis epiſcopus & Nicolaus e Cuſa omnia in edita ſanctione contenta, nimirum de ſumptibus Græcis ſuppeditandis a Florentinis facile impetrarunt, conſtituitque Pontifex, vt apoſtolici nuntij vna cum alijs Baſileenſis concilij, potioris ſcilicet illius partis, tum oratoribus Græcis in orientem ad vocandos in Italiam Græcos traijcerent. Quibus ita comparatis Sigiſmundum a Imperatorem atque Hungariæ & Bohe-

Miſſi ab eo internuntij pacīſcuntur cum Florentinis.

a Lib. brev. pag. 214. Data Regibus monita e. Græcis fautan.

Digitized by Google

Bohemiæ, Regem Carolum Francorum, Renatum Siciliæ, Henricum Angliæ, Eduardum Luſitaniæ Reges a orauit, vt ea ocyus probarent, quibus Græcorum cum Latinis coniunctionem perfici poſſe cenſerent.

a Ib. pag. 215.

Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Romanorum Imperatori, & Hungariæ ac Bohemiæ Regi illuſtri ſalutem.

Venerabilis frater epiſcopus Dignenſis & dilectus filius Nicolaus de Cuſa oratores a conſilio Baſileenſi hac de cauſa miſſi, ad nos venerunt, & eis apud nos exiſtentibus, a dilectis filijs communitate Florentiæ reſponſionem & certitudinem habuimus, quod omnia, quæ iuxta formam decreti ad hoc negotium neceſſaria erant, cumulatiſſime parauerant, hincque conſtituimus, quod prædicti oratores Græcorum & conſilij Baſileenſis ſimul cum noſtris nuntijs prope diem in Græciam nauigent; quare, Domino concedente, omnia nobis optime diſpoſita & parata videntur, quæ pro vnione occidentalis & orientalis eccleſiæ videbantur neceſſaria. Itaque velit tua ſublimitas omnia facere, diſponere, & ordinare, quæ huiuſmodi Græcorum reductioni & eorum eccleſiæ cum noſtra vnioni iudicabis & intelliges poſſe conducere, vt diebus noſtris & tuis præcipuum hoc augmentum ſuſcipiat catholica fides Chriſtiana: quanquam ſperari poſſe videmus, plurima bona multifacienda vnionem prædictam, cum facta erit, concedente Domino, ſecutura, &c. *Dat. VI. id. iunij.* Eodemque exemplo datæ ſunt literæ b ad Reges, de quibus paulo ante memorauimus.

b Ibid. pag. 215.

Excitatis Regibus occidentalibus, vt ſua ſtudia in tanto opere ad exitum perducendo coniungerent, Eugenius Imperatori Conſtantinopolitano & patriarchæ hanc publicæ fidei ſyngrapham dedit c.

c Lib. 11. pag 233.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Palæologo Imperatori Romæorum illuſtri, & venerabili fratri Ioſeph patriarchæ Conſtantinopolitano ſalutem.

Baſileæ & Conſtantinopoli ſtatutum vt ſynodus in Italia celebretur.

Quia, annuente Domino, in Italia fiet vniuerſalis & catholica ſynodus, in qua iuxta concordata in ſynodo Baſileenſi & in Conſtantinopoli poſtmodum confirmata occidentalis & orientalis eccleſia conueniet, cupientes quod omnibus noſtræ mentis charitas appareat, & omnis ſuſpicio, quæ circa facultatem & libertatem venientium exhiberi poſſit de medio tollatur, tenore præſentium damus, concedimus vobis Imperatori & patriarchæ prædictis, alijſque venerabilibus fratribus Antiocheno, Alexandrino, & Ieroſolymitano patriarchis, omnibus quoque vobiſcum & cum ipſis vſque ad numerum ſeptingentarum perſonarum cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel dignitatis tam ſpiritualis, quam temporalis exiſtant, ad vniuerſalem & catholicam ſynodum prædictam accedentibus vel venientibus, plenum & liberum ſaluum conductum omneſque prædictos & eorum quemlibet cum perſonis ſaluis, & rebus ſuis in omnibus regnis prouincijs dominijs ciuitatibus caſtris arcibus villis ac locis ſubiectis obedientiæ Romanæ, per quæ ire ſtare redire & recedere vel tranſire contingeret ad noſtram liberam & firmam cuſtodiam recipimus per præſentes promittentes omnibus & eorum ſingulis tenore præſentium ſecuram & liberam facultatem eundi & redeundi ad Italiam prædictam & illic ſtandi morandi conuerſandi habitandi & cum omnibus ſecuritatibus libertatibus & facultatibus cum ijs, qui obedientiæ S. R. E. dediti & ſubiecti ſunt diſputandi ſyllogizandi, & iuſta ac rationabilia proponendi omniaque alia libere & ſine aliquo impedimento dicendi faciendi & exponendi, quæ ad vnionem eccleſiarum Chriſti illis conferre videbantur ac placebit in ſimul & diuiſim cum bonis ſuis proprijs rebus & ſubſtantijs ſuis ac ſine recedendi quoque eundi & redeundi ſecure & libere & ſine læſione omni impedimento reali & perſonali ceſſante ac penitus remoto. Item ſi hæc vnio, quod Deus auertat, non ſequeretur neque ad finem optatum procederet, prædicti Imperator & patriarcha & alij ſuperius nominati noſtris ſumptibus & galeis ſine longitudine temporis & omni impedimento ceſſante cum honore ſuo bona voluntate noſtra quemadmodum ad prædictam catholicam futuram ſynodum venerunt ita Conſtantinopolim redeant, ſiue vnio in dicta ſynodo ſecuta fuerit ſiue non, &c. *Dat. pridie non iulij.*

Fides publica data Græcis ab Eug.

Promiſſa poteſtas diſputandi libere.

Ac redeundi etiam ſi ſecuta vnio non ſequatur.

11 Retardabat votis optatam adeo Græcorum cum Latinis conſenſionem ſeditioſa illa, de qua dictum eſt, Baſileenſium pars, quæ hoſtium Pontificis imperijs promiſſiſue ſeducta, aut ambitione obcæcata concilium in Italia celebrari nolebat: nam & præpoſteris indignisque altercationibus tempus extraxerat, vt triremes menſe maio, quemadmodum iam ante conuentum erat, Conſtantinopolim mitti non potuerint ad Græcos in occidentem deuehendos. Nondum etiam potuerat vrbs, in qua ſynodus cogenda foret, vel portus ad quam applicituri eſſent Græci deſignari, ſed interponendæ erant moræ, vt componendis rebus daretur opera: atque adeo Franciſcus Cardinalis ærarij pontificij præfectus Eugenij nomine, præſentibus nuntijs potioris Baſileæ congregatorum præſulum partis, quæ cum Pontifice ſentiebat, pactus eſt cum Biſſipato Græcorum oratore, vt inſtructa claſſis decimo quinto iulij die petitura Conſtantinopolim portu ſolueret, ac locus, in quo concilium peragendum eſſet, tunc exprimeretur, cum in Italiam Græci appuliſſent, de quibus publica hæc documenta a confecta.

Baſileenſes Græcis infenſi.

a Extant apud Eug. lib. 11. pag 243.

In Chriſto nomine. Amen.

Nouerint vniuerſi præſens publicum inſtrumentum inſpecturi, qualiter anno die loco & menſe infraſcriptis conſtituti in præſentia reuerendiſſimi in Chriſto patris & domini domini Franciſci Cardinalis Venetiarum camerarij apoſtolici ſpectabiles viri dominus Ioannes Biſſipatus magnus adriacus & Emmanuel Tracagnoti Vulotis oratores ſereniſſimi domini Imperatoris Græcorum & reuerendiſſimi in Chriſto patris & domini domini patriarchæ Conſtantinopolitani, adſtantibus ibidem & attente audientibus reuerendis in Chriſto patribus dominis Petro Dignenſi, Antonio Portugalenſi epiſcopis, & Nicolao de Cuſa præpoſito monaſterij Meruel Treuerenſis diœceſis decretorum doctore ſacri Baſileenſis concilij oratoribus, in noſtra notariorum ac teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum præſentia, idem reuerendus dominus Cardinalis camerarius nomine & vice ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Eugenij, ac ambaſſiatorum præfatorum ſacri Baſileenſis concilij adſtantium, propoſuit & dixit ad præfatos oratores Imperatoris & patriarchæ Conſtantinopolitani, quomodo decreto ſacri Baſileenſis concilij conuentionali inter eccleſiam noſtram occidentalem & ipſos dominos Græcos inter alia duo continerentur, primo quod galeæ cum alijſque præmiſſis de menſe maij præterito de portu diſceſſiſſe debuiſſent pro eundo in Conſtantinopolim: ſecundo, quod ambaſſiatores vnum ex lo-

Mittendarum in Conſtantinopolim triremium tempus extractum.

cis

cis comprehenſis in decreto in Conſtantinopoli domino Imperatori & patriarchæ nominare deberent pro œcumenico futuro concilio, & quia ille terminus maij iam per ipſos ambaſſiatores domini Imperatoris & patriarchæ in Baſilea primo continuatus eſſet vſque ad finem menſis præteriti, & deinde per eoſdem in Bononia in præſentia ſanctiſſimi domini noſtri Papæ continuatus vſque ad xv. diem præſentis menſis, ita quod ambaſſiatores infra illum diem portum exeant verſus Conſtantinopolim, interrogauit ipſe præfatus dominus Cardinalis nomine & vice, vt ſupra, ipſos præfatos ambaſſiatores Imperatoris & patriarchæ, an ita foret, & de ipſa prorogatione contenti eſſent vſque ad xv. diem iulij præſenti in forma præfata.

Secundo diem dominus Cardinalis propoſuit & dixit ad eoſdem nominibus quibus ſupra: *Quoniam vobis ambaſſiatoribus ſatis conſtat, quoad nominationem loci faciendam in Conſtantinopoli de intentione reuerendiſſimi domini Iuliani Cardinalis legati vnius ex præſidentibus in concilio Baſileenſi, ac etiam quid expediat iuxta occurrentia vobis notiſſima, a vobis ſcire optamus, an contenti eſſe velitis, quod dominus Imperator & patriarcha cum alijs ad vnum ex tribus portibus, ſcilicet Venetiarum, Rauennæ, vel Arimini conducantur, & tunc cum in portu fuerint, locus vnus ex comprehenſis nominetur, & ſic de veſtro conſenſu pro hoc decreto conuentionali per nos quoad præmiſſa ſatisfiat*. Ad quas quidem interrogationes facta eis interpretatione dictorum & propoſitorum per reueren. patrem dominum Chriſtophorum Coronenſem: ac ſtatim præfati ambaſſiatores, quoad primam interrogationem, termini vſque ad xv. diem præſentis menſis, reſponderunt ita eſſe quemadmodum reuerendiſſimus dominus Cardinalis propoſuiſſet, eoſque adhuc in ipſam prorogationem forma præmiſſa conſentire. Ad ſecundam vero interrogationem nominationis loci pro œcumenico concilio præfati domini Iuliani legati & præſidentis, ac de occurrentibus ad plenum eſſent informati, ita quod eis clare conſtet plus ad negotij ſalutarem finem expedire differre nominationem loci quouſque Imperator & patriarcha ad vltimum portum peruenerint, quam eam Conſtantinopoli facere. Ideo cum ipſi promptiſſimi ſemper fuerint & ſint ad omnia illa conſentire, quæ expeditioni feliciori ſeruire poſſent, deliberati ſunt conſentire, quod ipſa nominatio loci pro œcumenico concilio fiat in vltimo portu, ſeruato tamen decreto electionis loci nuper in ſacro Baſileenſi concilio per ipſum dominum Iulianum & alios præſidentes apoſtolicos, ac concilium ſuper hoc edito, per ſanctiſſimum dominum Eugenium Papam conſiſtorialiter approbato, ſacro collegio Cardinalium conſentiente.

Super quibus omnibus interrogationibus reuerendiſſimi domini Cardinalis camerarij nominibus, quibus ſupra reſponſionibus dominorum ambaſſiatorum Imperatoris & patriarchæ, vt præfertur factis, nos infraſcripti notarij publici ad hoc ſingulariter vocati requiſiti fuimus per præfatum reuerendiſſimum dominum Cardinalem camerarium nomine & vice ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Eugenij, & per præfatos reuerendiſſimos patres ambaſſiatores ſacri concilij Baſileenſis nomine & vice eiuſdem concilij, quatenus nos præfata omnia in publicam formam in fidei robur redigeremus adſtantibus, audientibus, & intelligentibus ambaſſiatoribus Imperatoris & patriarchæ Conſtantinopolitani, & expreſſe hoc idem annuentibus & fieri ſimiliter poſtulantibus. *Acta fuerunt hæc Bononiæ in palatio, qui dicitur notariorum, habitationis ſupradicti reuerendiſſimi domini Cardinalis Venetiarum camerarij apoſtolici, & in camera ipſius domini ſupra plateam die quarto menſis iulij* MCCCCXXXVII. *pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri anno* VII. *&c.* Adiecta ſunt teſtium nomina. Pactus hæc cum Græco oratore Pontifex datis VI. id. iulij ad Ioannem Palæologum Imperatorem & patriarcham literis pollicitus eſt a, ſe conuenta de loco pro celebranda ſynodo indicendo ſeruaturum, Coronenſem epiſcopum nuncium creauit, qui Imperatorem Conſtantinopolitanum, patriarchas orientis, alioſque præſules Græcos in occidentem duceret; compellendique epiſcopos alioſque Latini ritus eccleſiaſticos viros, qui in oriente agebant, vt ad ſynodum ſe conferrent, poteſtatem ei fecit b.

Internuntius miſſus ab Eugenio ad Imp. & patriarc. adducendos.

a Ibid. pag. 226.

Venerabili fratri Chriſtophoro epiſcopo Coronenſi nuncio & oratori noſtro ſalutem.

b Lib. 19. pag. 178.

Cum inter cæteras pias cogitationes noſtras ac vigilias, varioſque conatus, quos effecimus, vt occidentalem & orientalem eccleſiam cum recta religione & fide coniugatam eſſe videremus, te iteratis vicibus ad nonnullas mundi partes deſtinauerimus, cumque huius ſalutaris vnionis deſiderati fructus deſiderataque concluſio Dei benignitate atque clementia appropinquare videatur, vt quod omnia, quæ ad nos attinent pro conſummatione huius Dei cauſæ iuxta deſiderium cordis noſtri valeamus. Cum te in præſentiarum nuntium & oratorem noſtrum vna cum venerabilibus fratribus Petro Dignenſi & Antonio Portugalliæ epiſcopis ſacri Baſileenſis concilij oratoribus, ac dilecto filio nobili viro Emmanuele chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Palæologi Imperatoris Conſtantinopolitani illuſtris ac venerabilis fratris noſtri Ioſeph patriarchę Conſtantinopolitani oratore, ad ciuitatem Conſtantinopolitanam & nonnullas alias mundi partes pro Imperatore & patriarcha pręfatis, & alijs Gręcię pręlatis & eccleſiaſticis perſonis, noſtris triremibus ad œcumenicum concilium in Italia, Deo auctore, celebrandum conducendis tranſmittamus; & maxime opus ſit in huiuſmodi concilio viri ſanctimonia vitę & religionis & doctrina ſacrarum literarum pręſtantes interſint; fraternitati tuę, de qua ob comprobatam tuam in hac ſalutari exercitatione & etiam in alijs arduis rebus integritatem ac prudentiam ſpecialem in Domino fiduciam obtinentes, conuocandi, citandi, & in virtute ſanctę obedientię, pręcipiendi & mandandi omnibus & ſingulis perſonis eccleſiaſticis ſub ritu Romanę eccleſię exiſtentibus, quas ad id idoneas eſſe putaueris, cuiuſcumque ſtatus, ordinis, conditionis, dignitatis, vel pręeminentię exiſtant, etiam ſi archiepiſcopali pręfulgeant dignitate, vt quamprimum eis commoditas aderit ad dictum œcumenicum concilium veniant. [& infra, reſciſſis contrarijs quibuſcumque priuilegijs] plenam & liberam auctoritate apoſtolica tenore pręſentium concedimus facultatem. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVII. VIII. *id. iulij pontificatus noſtri anno* VII.

Simul per Baſileenſis concilij ſuos oratores miſit.

Iuſſi præſules orientales ad concilium venire.

c Lib. 21. pag. 242.

d Ibid. 235.

e Ib. 237 pag. 238.

f Ib. pag. 239.

12 Adiunxit c Coronenſi epiſcopo Marcum archiepiſcopum Tarantaſienſem, quem legati d apoſtolici de latere dignitate ampliſſimaque auctoritate decorauit e, ipſumque vna cum collega & concilij Baſileenſis (potioris nimirum illius partis, quę a factioſis ſegregata id nomen meruit) oratoribus Imperatori & patriarchę commendauit f.

Tarantaſienſis archiepiſcopus creatus legatus a latere.

Charif-

Digitized by Google

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Palæologo Romæorum Imperatori illuſtri, & venerabili fratri Ioſeph Conſtantinopolitano patriarchæ.

Miſſi apoſtolicis & concilij legatis ad Græcos litt.

Cum pridem ſacra Baſileenſis ſynodus pro futuro œcumenico concilio in Italia celebrando ad ſanctiſſimam vnionem occidentalis & orientalis eccleſiæ, Deo propitio, conſequendam locum elegerit, & dilectis filijs Ioanni tit. S. Petri ad vincula, ac Iuliano tit. S. Sabinæ S. R. E. presbyteris Cardinalibus, & venerabili fratri Ioanni archiepiſcopo Tarentino in ea ſynodo Apoſtolicæ ſedis legatis & præſidentibus eligendi oratores ad vos cum galeis ex parte præfatæ ſynodi deſtinandos, ac eis omnia & ſingula committendi, quæ ad executionem incumbentium negotiorum fuerint neceſſaria plenam dederit poteſtatem, veluti in decreto ſuper hoc confecto plenius continetur, præfati legati & præſidentes ex huiuſmodi ſibi poteſtate conceſſa, venerabiles fratres Petrum Dignenſem & Antonium Portugalenſem epiſcopos chariſſimorum in Chriſto filiorum Franciæ & Portugaliæ Regum illuſtrium in dicta ſynodo oratores, ac dilectum filium Nicolaum de Cuſa præpoſitum monaſterij decretorum doctorem ex parte dictæ ſynodi ad deuotiones veſtras tranſmittendos elegerunt, quibus etiam dilectum filium Ioannem de Raguſio ordinis Prædicatorum ſacræ theologiæ profeſſorem, nunc apud nos oratorem, adiunxerunt, cum plena poteſtate præmiſſa faciendo, vt in literis & inſtructionibus ſuper hoc eis traditis ſerioſius continetur, nobis deinde inſtantius ſupplicantes, vt electionem & commiſſionem huiuſmodi approbare, & oratores ipſos cum literis noſtris cum dictis & alijs ad vos vlterius tranſmittere dignaremur; nos autem omnia & ſingula ſupradicta rata & grata habentes, ipſorum oratorum profectioni, vt petitum eſt, libenter annuimus. Quare charitatem veſtram exhortamur in Domino, quatenus oratores præfatos latores præſentium, ad vos pro tanto pietatis opere venientes, placeat benigne ſuſcipere, ipſoſque ſimul cum venerabilibus fratribus Marco Tarantaſienſi archiepiſcopo & Chriſtoforo Coronenſi epiſcopo ſpecialibus oratoribus noſtris ſuper dicto concilio, vt præmittitur, in Italia celebrando, libenti animo exaudire, eis vna cum prædictis oratoribus noſtris in omnibus ad rem huiuſmodi pertinentibus, fidem plenariam adhibentes. *Dat. id. iulij.*

a Lib. 11. pag. 224. ext. in actis Andreæ ſanctæ crucis pag. 17.

Diuiſo Baſileenſi concilio oborta lis, quæ pars ſit ſequenda nomine concilij.

13 Ornatæ a ſunt Eugenij iuſſu quatuor triremes, quibus Antonius Condulmerius præfectus eſt, Græcos in Italiam traiecturæ. Cum vero ex illo Baſileæ congregatorum præſulum diſſidio controuerſia oborta eſſet, quæ pars concilij Baſileenſis nomine auctoritateque prædita cenſenda eſſet, nam ſeditioſi, qui Auenionem delegerant, id etiam nomen ſibi arrogabant, ac fieri poſſet, vt ijs triremes ſumptuſque ſuppeditantibus Græci ad eos deflecterent, poſtulatum eſt ab oratore, quem Palæologus Imperator & Ioſephus patriarcha cum ampliſſima poteſtate paciſcendi de loco, in quo cogenda eſſet ſynodus miſerat, quos tandem concilium Baſileenſe referre cenſeret: qui publice eſt profeſſus, apoſtolicos legatos Cardinales ac præſules, cum ipſis ſentientes cum decretum de traducenda Florentiam vel Vtinum ſynodo promulgatum eſt, Baſileenſe concilium confeciſſe, miſſoſque ab ijs Dignenſem & Portugalenſem epiſcopum ac Nicolaum e Cuſa veros concilij Baſileenſis oratores agnoſcere, Imperatoremque & patriarcham cum ipſis ad ſynodum in Italia peragendam acceſſuros; quamuis factio, quæ Baſileam aut Auenionem deſignarat, promiſſos ſumptus exhibitura eſſet: & licet cœtus, qui cum legatis apoſtolicis ſenſerat, concilium Baſileenſe non referret, ex data tamen ſibi ab Imperatore & patriarcha poteſtate pro optatiſſimo componendo fœdere obſtrinxit, vt pontificiorum legati & nuntij rogatu ad concilium in Italia celebrandum venirent: quæ omnia in publicas tabulas a ad poſterorum memoriam redacta fuere.

a Extant apud Eug. lib 11. pag. 245. & in actis Andreæ ſanctæ Crucis pag. 23. &c.

In Chriſti nomine. Amen.

Anno ab eiuſdem natiuitate MCCCCXXXVII. die XVII. menſis iulij tempore pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Eugenij IV. diuina prouidentia ſummi Pontificis conſtitutus coram præfato ſanctiſſimo domino noſtro & ſacro collegio reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium ſpectabilis miles dominus Ioannes Biſſipatus magnus adriacus ſereniſſimi domini domini Ioannis Palæologi Romæorum Imperatoris & reuerendiſſimi patris & domini domini Ioſeph patriarchæ Conſtantinopolitani orator, conſiderans affectionem maximam tam ipſius ſanctiſſimi domini noſtri & ſacri collegij, quam dominorum Imperatoris & patriarchæ præfatorum ad ſanctiſſimam vnionem orientalis cum occidentali eccleſia, ita vt, Deo propitio, indubie ſperet mediantibus ipſis vnionem prædictam ad magnam Dei gloriam & catholicæ fidei exaltationem optatum finem habituram, attendenſque per nonnullos, qui videntur aſſerere ſe facere concilium generale, & aliquos alios eorum nomine quædam fore attentata & in dies, vt accidit attentari, quæ potius ad diuiſionem, quam ad vnionem manifeſte conſpiciantur tendere, ac timens ne, inimico homine ſuperſeminante zizania, ex his in futurum aliquid dubietatis vel difficultatis ſuboriri poſſit, quod contra mentem ipſius ſanctiſſimi domini noſtri Papæ & ſacri collegij, ac prædictorum dominorum Imperatoris & patriarchæ eius ſanctiſſimæ vnionis effectum haberet aliquatenus perturbare; ideirco ad omnia talia ſubuenienda, ac ad confirmandos animos omnium quærentium pacem & vnitatem Eccleſiæ Dei, omnia & ſingula per eum & collegam ſuum ſpectabilem virum dominum Emmanuelem Trachagnoti Vvlotis communiter & diuiſim nomine prædictorum dominorum Imperatoris & patriarchæ facta, ab robur infraſcriptorum quomodolibet competentia, confirmando ex facultatibus ſibi conceſſis per prædictos dominos Imperatorem & patriarcham, (quæ infra ſubijciuntur) dixit, aſſeruit, ac publice recognouit & firmauit, prout in quadam cedula tunc exhibita & lecta cuius tenor de verbo ad verbum nunc ſequitur & eſt talis.

Seditioſa Baſileenſis pars ſe gerere nulla pro concilio.

Schiſma turpiter moliuntur dum agitur de coniungenda Romana orientali eccleſia.

Ego Ioannes Biſſipatus orator ſereniſſimi domini Imperatoris Romæorum & reuerendiſſimi domini patriarchæ Conſtantinopolitani fateor præſenti litera propria manu ſubſcripta, reuerendiſſimos dominos S. Petri ad vincula & S. Sabinæ presbyteros S. R. E. Cardinales alioſque pro ſanctiſſimo domino noſtro Papa & ſede Apoſtolica in Baſileenſi concilio præſidentes cum patribus eis adhærentibus, qui vltimum decretum per ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam ad noſtram & collegæ mei requiſitionem confirmatum ediderunt, & qui reuerendum patrem dominum Petrum Dignenſem, dominum A. Portugalenſem epiſcopos, & dominum Nicolaum de Cuſa decretorum doctorem Conſtantinopolim miſerunt, concilium Baſileenſe facere, cui ſereniſſimus dominus meus Imperator Romæorum & reuerendiſſimus dominus meus patriarcha Con-

Græci [illegible] proteſti eam [illegible] patrem quæ adhærat [illegible] Apoſtolicæ eſſe verum concilium Baſileenſe.

Digitized by Google

ſtantinopolitanus obligantur, poſtquam ipſi patres de concilio præfati, aut ſanctiſſimus dominus Papa caput concilij præfati adimpleuerit promiſſa in primo decreto conuentionali, prout in eodem decreto conuentionali, de ipſo domino Imperatore Romæorum & patriarcha ſcriptum reperitur, & quemadmodum etiam ipſe Imperator per auream ſuam bullam & patriarcha per plumbeam ibidem ſcripta approbarunt & ratificarunt. Et ad hoc, vt omnis tollatur ambiguitas, dico quod in caſu, quo alij patres, qui Auinionem elegerunt, & ſe concilium Baſileenſe facere putant, ad Conſtantinopolim cum galeis & pecunijs acceſſerint, & præfatos noſtros dominos Imperatorem & patriarcham nomine concilij Baſileenſis per bullas auream & plumbeam requiſiuerint, quatenus finaliter Sabaudiam veniant, qui locus nominatus eſt in primo decreto, & proteſtati fuerint concilium Baſileenſe ad alium locum non conſentire, vel transferri velle, & alia fecerint, quæ quomodolibet etiam mouere poſſent Imperatorem & patriarcham aut ad veniendum cum ipſis, aut penitus non veniendum hoc tempore ad terras Latinorum, attento quod in caſu, quo etiam illa pars concilium faceret, Pars aduerſa Eugenio ... obligata promiſſis deficit. *iamdudum in promiſſionibus defecit, quoad electionem loci & lapſum temporis, in quo galeæ nunc & alia fieri debebant, ita quod Imperator & patriarcha abſoluti ſunt ab omni promiſſione illis facta, quia tunc, illis requiſitionibus & proteſtationibus non obſtantibus, ipſe Imperator & patriarcha ad requiſitionem ambaſſiatorum domini noſtri & concilij Baſileenſis prænominatorum ſecundum vim formam & continentiam primi decreti & aureæ bullæ Imperatorum & plumbeæ patriarchæ omnino venient; & in caſu, quo præfati domini præſidentes vna cum patribus eis adhærentibus concilium Baſileenſe non facerent, adhuc pro bono negotij & ad finem, vt ſanctiſſima & deſideratiſſima vnio non pereat, per mihi traditam poteſtatem ſereniſſimum dominum noſtrum Imperatorem & reuerendiſſimum dominum patriarcham & alios patres eccleſiæ orientalis per præſentem paginam obligo, & obligatos eſſe oſtendo ad veniendum ad requiſitionem ambaſſiatorum ſanctiſſimi domini Papæ & concilij prænominatorum, ita tamen, quod ipſi ambaſiatores iter arripiant verſus Conſtantinopolim infra quintum diem* Græcorum Imp. & patriarchã obſtringit vt veniant ad locum delegendum ab Eugenio. *auguſti immediate ſequentis, & ſecum omnia promiſſa in primo decreto deferant, quod ſi hoc fecerint Imperatorem & patriarcham cum alijs patribus eccleſiæ orientalis ad intrandum galeas cauſa veniendi ad vnum ex tribus portubus in ſecundo decreto nominatis infra trigeſimum diem a die, quo Conſtantinopolim applicuerint, obligo & obligatos eſſe oſtendo per præſentes literas manu mea ſubſcriptas.* Qua cedula, vt præfertur, lecta ſanctiſſimus dominus noſter & reuerendiſſimi domini Cardinales prędicti acceptauerunt approbauerunt, & grata habuerunt omnia in eadem contenta, & ipſius domini Ioannis nomine, quo ſupra, factas promiſſiones, petentes, mandantes, & rogantes, vt de prædictis vnum & plura conficerem inſtrumenta: ſimiliterque ſtatim petijt idem dominus Ioannes, vt de cedula, vt præfertur, lecta de promiſſionibus per eam factis, & de acceptatione illorum facta per ſanctiſſimum dominum noſtrum & reuerendiſſimos dominos Cardinales vnum & plura conficerem inſtrumenta. [Adiecta ſunt deinde Imperatoris & patriarchæ mandata a, quibus orator Gręcus ad hęc paciſcenda fultus erat, ac poſtremo ſuperioribus adſcripta eſt temporis nota his verbis:] *Acta ſunt hæc Bononiæ in palatio ſanctiſſimi domini noſtri Papæ*, & infra XIII. *kal. auguſt. anno* VII.

a Pag. 247.

14 Geſta hęc ad infringendos conatus factioſæ alterius Baſileenſium partis, quæ epiſcopos quatuor concilij Baſileenſis ementito nomine nuntios Conſtantinopolim legabat, vt Imperatorem & patriarcham adducerent in locum, cui Pontifex non aſſenſerat: cum autem id in apoſtolicæ dignitatis iniuriam vergeret, conſtaretque pontificij eſſe faſtigij concilia indicere, nec ſine apoſtolico aſſenſu vllos præſulum cœtus concilium œcumenicum referre, Eugenius a archiepiſcopum Tarantaſienſem oricitis apoſtolicum legatum factioſæ multitudinis Baſileenſium nuntijs imperare iuſſit, intentatis cenſurarum eccleſiaſticarum pœnis, ne Græcos ad conueniendum in alium locum, quam eum, qui ex pontificio aſſenſu decretus fuerat, ſollicitarent. Baſileenſium ... ad Græcos legatio.

a Lib. 11. pag. 238.

Venerabili fratri Marco archiepiſcopo Tarantaſienſi ſalutem.

Peruenit nuper ad audientiam noſtram, venerabiles fratres Ioannem Lubicenſem, D. Parmentem L. Viſenſem & Ludouicum de Palude epiſcopos tanquam oratores & commiſſarios Baſileenſis concilij ad chariſſimum in Chriſto filium Ioannem Romæorum Imperatorem & venerabilem fratrem Ioſeph Conſtantinopolitanum patriarcham cum nonnullis bullis, inſtructionibus, & galeis ex parte dicti concilij accedere, eoſque requirere velle, vt ad certum locum pro celebrando œcumenico concilio veniant, in quem nos expreſſe & ſpecialiter ex iuſtis & rationabilibus cauſis non conſenſimus, nec etiam conſentimus. Cum autem talis requiſitio, ſi fieri contingeret, decreto conuentionali in Baſileenſi concilio edito obuiet manifeſte, ac in eneruationem priuilegiorum & auctoritatis Apoſtolicæ ſedis tendere dignoſcatur, ad quam ſolum vniuerſalium & œcumenicorum conciliorum conuocatio pertinet, ita quod ſine Romani Pontificis expreſſo conſenſu quæcumque congregatio nec concilium facere nec auctoritatem habere manifeſtum ſit, teneanturque omnes inferiores omni conatu huius apoſtolicæ eminentiæ defenſare priuilegia & auctoritatem, præſertim epiſcopi & ſuperiores propter præſtita ipſi Romano Pontifici fidelitatis iuramenta, atque alias pro vnione huius Eccleſiæ cum occidentali ex parte dictorum Imperatoris & patriarchæ & ſibi adhærentium per eorum oratores, tam in dicto concilio Baſileenſi, quam hic coram nobis in generali conſiſtorio de non veniendo ad dictum locum ſed ad illum ſolum, in quem ſedes Apoſtolica expreſſe conſenſerit, ſit publice proteſtatum, idcirco fraternitati tuæ tenore præſentium auctoritate apoſtolica committimus & mandamus, quatenus præfatos epiſcopos & eorum complices, ac alios quoſcumque, cuiuſcumque gradus, ſtatus, præeminentiæ, & conditionis exiſtant, ac quauis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, & de quibus eſſet habenda mentio ſpecialis, auctoritate prædicta moneas & requiras, quatenus a requiſitione huiuſmodi & alio quocumque actu, qui directe vel indirecte ſecundo decreto electionis loci per nos in dicto generali conſiſtorio acceptato & approbato & conuentionibus inter nos vna cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus & oratoribus præfatorum Imperatoris & patriarchæ nuper factis, & proſecutioni commiſſionis tibi & alijs per nos factæ, obuiare aut aliquod impedimentum præſtare poſſit quouis modo, ſub pœna periurij, ac excommunicationis, ac etiam priuationis & inhabilitationis, vbi opus eſſe videbitur, in quas incidere volumus ipſo facto in indilate deſiſtant & proſecutioni tam

Pontificis auctoritati ſibi arrogant.

Data ei mandata.

Intentata periurij & alia cenſuræ.

tam ſancti operia tecum & alijs, qui iuxta dictum ſecundum decretum pro futuro œcumenico concilio celebrando in Italia ſecundum traditam a nobis formam adhærent, omnibus alijs dimiſſis & continuo aſſiſtant & alia faciant, quæ ad proſecutionem huiuſmodi negotij iuxta formam & inſtructiones a nobis tibi & alijs traditas neceſſaria eſſe videris aut quomodolibet opportuna. Alioquin omnes & ſingulos contradictores & rebelles, cuiuſcumque gradus, præeminentiæ, dignitatis, vel ordinis, vt præmittitur exiſtant, in ipſas pœnas incidiſſe declares. Nos autem quidquid in præmiſſis feceris ratum & gratum habebimus, illudque faciemus ab alijs, auctore Domino, inuiolabiliter obſeruari. *Dat. xx. iulij.*

15 Vt vero Baſileenſes ad cœptam eccleſiæ orientalis cum Latina coniunctionem perficiendã, eccleſiaſticamq; inſtaurandam diſciplinam, tum pacem inter Chriſtifideles conciliandam alliceret, eos adhortatus eſt [a], vt Tarentino archiepiſcopo, qui pontificia conſilia expoliturus foret, placidas aures darent.

a Lib. breu. pag. 148.

Seditioſi Baſileenſes vim inferunt præſidi apoſtolico.

At dum ille iniuncto ſibi munere fungebatur, atrocibus iniurijs ab ea præſulum parte, quæ in ſchiſma inclinabat, affectus eſt [b]; nam odio itaque efferati, eo quod decretum ab altera antiſtitum parte dignitate ſpectatiſſima, quæ cum legatis apoſtolicis ſteterat, confectis cum Græcis pactionibus, ea conceptum verborum formula, qua editum admiſſumq; a Græcis fuerant, ad Pontificem vt confirmaretur tranſmiſiſſet, ipſum falſo inſimulantes, quod illud adulteraſſet, incluſum domi tenuere, ac præeſſe præſulum cœtibus vetuere: imploranti iura ac leges eius procuratori iniecere turpiter manus, ac per capillos trahere ad carceres non ſunt veriti, adeo vt Cardinales legati de vi ac violata concilij libertate intercesſerint, ob quas iniurias idem archiepiſcopus munere præſidis abire, atque e concilio diſcedere coactus ſit, vnde iuſtas haſce in illos querelas effudit Eugenius [c].

b Extant de eo lit. to. 4. conc. p. 1. edit. Bin. in append. conc. Baſil. pag. 215.

Card. legati de vi queruntur aduerſus ipſos.

c Ibid.

Ad futuram rei memoriam.

In venerabilem fratrem noſtrum Ioannem archiepiſcopum ſupranominatum, (nempe Tarentinum), qui decretum in ea forma, nimirum de transferendo Florentiam vel Vtinum concilio, mittebat ad nos, qua fuerat in publica ſeſſione promulgatum, nonnulla confingentes, irruerunt omnique prætermiſſo iuris ordine ipſum, poſteaquam primo, ſecundo, ac tertio ea pro ſua iuſtitia petierat, quæ iure nulli deberent denegari, primum in domo ſua ſub cautione iuriſiurandi detinere conati ſunt, deinde deputationem & congregationem generalem per iudices datos ſuſpectiſſimos illi interdicere tentauerunt. At poſtremo contra grauamen vtrumque ſe tueri de iure ſatagentem, ſuamque iuſtitiam aſſerere ſub excommunicationis, priuationum, & inhabilitationum pœnis in domo propria tumultuario multitudinis impetu detinere, & quodammodo carcerare moliti ſunt. Grauamen præterea grauamini adijcientes, dilectum filium Arnoldum Rechſinchuſen dicti archiepiſcopi procuratorem, pro iuſtitia illius in congregatione generali, & maiori eccleſia loqui volentem, manibus iniectis percuſſerunt, ac per capillos ad carcerem trahere conati ſunt, adeo violenter atque inhoneſte, vt Cardinalis S. Sabinę legatus antedictus de violentia illata & de ſublata libertate concilij neceſſario publice fuerit proteſtatus. Per hanc ita illatam violentiam iuſto metu conſtrictus archiepiſcopus ipſe in defenſionem ſui quoſdam nobiles armatos domi habere compulſus eſt. Tandem iuſtiſſima quadam petitione in generali congregatione porrecta, cui adiecta erat proteſtatio, quod niſi in ſua iuſtitia audiretur, & a grauaminibus & oppreſſionibus, quæ in dies augebantur, ceſſaretur ipſe ob iuſtum metum recedere inde cogeretur, & non modo non fuiſſet admiſſa ipſa petitio, verum contra exhibitorem ipſius, vt ad carceres traheretur eſſet acclamatum, coactus eſt & iniunctum ſibi oratoris ac præſidentis officium deſerere, & adiunctis ſibi ſeque ducentibus dilectis filijs nobilibus viris Vvillelmo marchione de Rothelez & Rodulpho de Rameſteyn, & alijs pleriſque illorum nobilibus a prædicto concilio omnino diſcedere, &c. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVII. XIV. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* VII.

Confictis falſis calumnijs.

Idem verberib. in eccleſia agunt in procuratorem, laceſſunt.

Coactus vi præſes a poſt. officiũ deſerere.

16 Pulſo ita Ioanne archiepiſcopo Tarentino nuntio pontificio, Baſileenſes ſeditioſi plura aduerſus dignitatem ſedis Apoſtolicæ moliti ſunt, atque Eugenium in ſeſſione XXVI. pridie kal. auguſti de eccleſiaſtica ditione male adminiſtrata in ius vocarunt [a]. At quæ tandem culpa in Eugenio fuit, ſi ditio eccleſiaſtica graues clades accepit, cum Philippus Maria Mediolanenſis dux fretus Baſileenſium proteruia, confictiſque literis, quibus Eccleſiæ clientes in Pontificem concitaret, ipſum oppreſſit? Debuerant illi potius Mediolanenſem ob afflictum ſynodo ingens flagitium & vexatam ditionem eccleſiaſticam, vel Aragonem vectigale ſedis Apoſtolicæ regnum inuadentem lege poſtulare, quam Eugenium, qui hoſtium improbitate bello laceſſitus aduerſos omnes caſus auertere non potuerat, contra fas & patrum inſtituta ad tribunal apoſtolico longe inferius accerſere. Non tulere [b] rei indignitatem legati Cardinales, ac Baſileenſium factioſorum temeritatem damnarunt, profeſſi nunquam ſe immani adeo facinori aſſenſuros: & quamuis publica grauiſsimaque mala inde oboritura ante eorum oculos propoſuerint, nunquam tamen illos ab incepto facinore reuocare potuerunt. Execratus eſt tantum ſcelus Sigiſmundus Imperator, miſſoque epiſcopo Auguſtenſi ipſos a cœptis deterrere niſus eſt, ſed irrito labore. De his conqueritur Eugenius in encyclicis literis [c], quibus Baſileenſem ſynodum ſoluit traduxitque Ferrariam, interiectis enim pluribus de iniurijs archiepiſcopo Tarentino Apoſtolicæ ſedis nuntio illatis, agitatiſque in pontificios tabellarios latrocinijs, hæc ſubdit.

Seſſio XXVI.

Baſil. Eugenium in ius vocant.

a Illa in ſil. ſyn. ſeſſ. 26.

Aperta calumnia iniquitas.

b Lib. 12. pag. 166. & append. conc. Baſil. edit. in par. 215.

Admonitiis Cæſ. ſeditioſi acquieſcere non poſſunt.

c Extant in append. conc. Baſil. to. 4. p. 1. pag. 215.

Eugenius, &c. Et quid mirum ſi in oratores noſtros ſæuiant, qui in nos quoque adeo effrænate feruntur? prætenſum quippe quoddam monitorium ſiue, vt appellant ipſi citatorium conuicijs contumelijs, atque iniurijs plenum, aduerſus nos & in grauamen venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conflare auſi ſunt nouo plane exemplo, & quod priora omnia ſæcula ignorauerunt, & quod vti ne fieret, cum Ioannes & Iulianus prædicti ſedis Apoſtolicæ legati varijs modis obſiſterent, & validiſsimis & grauiſſimis veriſsimiſque rationibus improbitatem facti coarguerent, demonſtrarentque apertis documentis, id charitati, bono publico, paci Eccleſiæ, iuſtitiæ, ſactiſque canonibus ita aduerſari, vt ipſi abhorrerent illic adeſſe, vbi de tali tractaretur monitorio, auditi non ſunt, & cum inſtanter orarent & expreſſe poſtularent, vt a re tam monſtruoſa deſiſterent, conſcientiaſque exonerando ſuas, excuſarent coram Deo & hominibus innocentiam ſuam, quod monitorium illud pro viribus

Pręcatorium aduerſus illum educunt.

Ioannes & Iulianus Card. aduerſus eos conteſtati.

bus & ſupra vires impugnarent, plurima, quæ ex illo ſequi potuerunt, ſcandala & mala memorantes, maximaque inſtantia vtentes, veluti ex proteſtationibus ſuis publice & ſolemniter factis apertiſſime conſtat; tantis tamen, tam pijs, tam iuſtis poſtulationibus furor ille non ceſſit. Cum vero memorati Ioannes & Iulianus legati octo primum, deinde trium dierum inducias peterent, infra quos rationes in ſcriptis redigerent, quibus cur nullo modo ad dictum prætenſum monitorium ſeu citatorium eſſet procedendum, euidentiſſime demonſtrent, non ſolum non auditi ſunt, verum contra ipſius ordinationes concilij eadem die & generalis congregatio & ſeſsio repente ac præcipitanter eſt habita, quod nunquam antea vel in minimis priuatiſque negotijs fuerat factum.

Propoſita [illegible] mala.

In ea ſane prætenſa præcipitataque ſeſsione, & ſi prælatos ſub pœna præſtiti iuramenti cogere & pene violenter attrahere conarentur, legati tamen ipſi & plures ex oratoribus Regum & principum, prælatique plurimi iuſtitiæ potius & veritati deferentes, quam illorum cedentes comminationibus, nulla ratione huic tam inhoneſtæ ac monſtruoſæ rei intereſſe paſsi ſunt, ſed magis, ac magis inſtiterunt, vt a dicto monitorio abſtinerent, nihil innouare debere identidem aperte proteſtantes. His profecto legatorum noſtrorum rationibus iuſtiſsimiſque petitionibus ac proteſtationibus neceſſarijs acquieuiſſent, niſi pauci ex primoribus, quos ſequitur inferiorum turba, partim ambitionis corrupti peſte, partim potentium quorundam ſæcularium, ſeu furori obſequentes, ſeu deliniti obſequijs, ſeu minis atque terroribus adacti, ſub reformationis ſpecioſo nomine ſeſe duces atque auctores harum nouitatum præbuiſſent, quæ imminente iam concilio œcumenico, niſi quid aduerſus nos conciperent, omnino diſtuliſſent. Ea vero cum comperiſſet chariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Romanorum Imperator obſtupuit, præcipitemque ſententiam ſchiſmatis metu, quod ſublatum laboribus plurimis, iſti inferre tentarent, vehementer exhorruit, ac protinus per venerabilem fratrem Petrum Auguſtenſem epiſcopum oratorem ſuum ad præfatum concilium deſtinatum, vt abſtinerent ab huiuſmodi nouitatibus & ſcandalis omni inſtantia requiſiuit, & ſi quid aduerſum nos promulgarent, reuocarent, quod quidem, vt certiſsimis nuntijs accepimus, facere omnino neglexerunt. Et quid mirum, ſi illi manus obtemperent honeſta poſtulanti contra ſacrorum canonum ſtatuta, qui excuſſo de ſub iugo diuini timoris, collum tam libere quam licenter erexerunt in paſtorem Pontificem ſuum? quorum conatibus niſi opportunius prouideatur, rem hanc ſanctæ vnionis orientalis & occidentalis eccleſiæ, ex qua diebus noſtris propagari Chriſtianitatis terminos ſperamus, & ſub cuius ſpe & expectatione Chriſtianorum multitudo ab infidelibus oppreſſa reſpirat, intercipi & deſtitui eccleſiæque reformationem & pacem Chriſtiani populi, quam iam annis ſex mundus præſtolatur, in deformationem potius inteſtinumque bellum conuerti quis adeo rationis ac iudicij ignarus eſt quin videat? quin intelligat? Suborientur, vt timendum eſt, inſuper alia incommoda & mala neceſſario ſcandalaque & diuiſiones non modo in re eccleſiaſtica, verum quoque in regnis, principatibus, dominijſque temporalibus pullulabunt ex infauſto hoc germine, quæ ſine maxima Dei offenſa nos amplius diſsimulare non poſſe nemo ſanæ mentis ignorat.]

Plures ex oratoribus Regum & priores præſulesq; obſiſtunt.

Pauci prauis cupiditatibus corrupti motorum auctores.

Prætextu ſceleri reformationis ſpecies.

Monitis Sigiſmundo vt abſtineant a conſ. de ſchiſmate.

Præuiſa ex [illegible] imminentia mala.

17 Adductus igitur grauibus adeo cauſis Eugenius, cum iam antea ſanior concilij Baſileenſis pars ſanxiſſet ſynodum celebrandam in Italia, Græcique id decretum ex conuentis antea cum vniuerſo concilio pactis amplexi eſſent, ſynodum œcumenicam cum Græcis habendam Ferrariæ indixit a. Quæ literæ encyclicæ xiv. kal. octobris conſignatæ. At ne Baſileæ ciues, qui ex ſolemnibus eccleſiaſticorum conuentibus magnas cogebant opes, inde exaſperarentur, permulcere eos Eugenius conatus eſt, ac ſubiectis literis b edocuit, vt Græcorum cauſa ad concilium Ferrariam transferendum adactus fuiſſet.

Indictum ab Eugenio Ferrariæ concilium.

a Lib. 12. pag. 166. ext. etiam in append. conc. Baſil pag. 215.

Baſileenſes ciues edocti cur illuc feratur concilium.

b Lib. [illegible] pag. 161. & in ms. Alex. VII. pag. 237.

Dilectis filijs magiſtro ciuium & conſulibus ciuitatis Baſileenſis ſalutem, &c.

Semper alias multum diligimus vos dilecti filij, tum vero maxime tempore hoc Baſileenſis concilij, eximio quodam & paterno amore complexi ſumus veſtram deuotionem, quos tanquam præcipuos noſtros, & Eccleſiæ filios habemus in viſceribus charitatis; nam cum ſemper geſſeritis erga nos ſingularem fidem & deuotionem, cumque in concilio præfato ſemper quæſieritis, quæ eſſent pacis & concordiæ, obuiantes pro poſſe ſcandalis, quæ oriri videbantur, cumque etiam ſemper habueritis noſtros legatos & nuncios in ſumma veneratione, oſtendendo erga ipſos beneuolentiam & charitatem, ac præſtando eis in opportunis auxilium & fauorem, merito veſtram deuotionem gerimus infixam in intimo cordis noſtri, atque vtinam facultatem nobis Deus tribuat, vt meritis veſtris iuxta noſtrum deſiderium ſatisfacere valeamus; oſtendemus enim, quam grata ſint nobis, & quam accepta obſequia veſtra, & feruens zelus, quem ipſo opere erga nos plurimis in rebus demonſtraſtis, ſed ille, cuius cauſa hæc feciſtis, Saluator noſter retribuet vobis abundanter ſecundum merita veſtra. Verum ſi quando fuiſtis prudentes, dilecti filij, ſi quando vos oſtendiſtis bonos noſtros & eccleſiæ filios, ſi quando pacem vniuerſalis Eccleſiæ amaſtis, ſi quando pro honore ac ſtatu noſtro & ſedis Apoſtolicæ conſeruando operam impendiſtis, nunc opus eſt, vt virtutem veſtram, vt conſtantiam, vt priſtinam fidem, & integritatem animi, vt ſinceritatem cordis, totis viribus, omnibus gentibus demonſtretis, vt oſtendatis vos cupere pacem Eccleſiæ, & ſchiſmata euitare, vt caueatis bonis peruerſorum impetum comprimatis, denique vt ea agatis, per quæ ſincera fides, & integra religio veſtra ex fructuoſis & bonis operibus omnibus innoteſcat. Noſtis, vt credimus, dilecti filij, plures diſſenſiones hactenus exortas eſſe in concilio ſuper electione loci, ad quem œcumenicum, vt Græci dicunt, concilium transferretur, cum Græci oratores eum locum vellent & aperte peterent, ad quem ipſorum Imperator ac patriarcha cum eorum prælatis commode nobiſcum poſſent conuenire. Itaque nos, ea conſiderantes, pluribus ac iuſtis de cauſis neceſsitate quadam coacti pro bono vniuerſalis Eccleſiæ, & pace populi Chriſtiani, certis modis, & formis tranſtulimus concilium Baſileenſe ad ciuitatem Ferrarienſem, prout videre poteritis per copiam literarum noſtrarum præſentibus incluſam. Hoc non fecimus in veſtrum contemptum, non ad ſubtrahendam vobis vtilitatem, quibus omne bonum optamus, non ad diſplicendum vobis, quibus in omni facto cupimus complacere, ſed quia aliter fieri non potuit ad præſens. Nam cum neceſſe eſſet omnino eligere locum idoneum, ad quem Imperator,

Affectus gratiæ de ſtudio in legatos apoſtolicos collato.

Ad monitis pacē [illegible] & componendi [illegible].

Tranſlatio conc. non ad veſtrum odium facta.

tor ac patriarcha Græcorum cum eorum prælatis vellent accedere, quique etiam nobis eſſet habilis, cum ipſi abſque præſentia noſtra nolint ad concilium venire, Baſileam vero Græci, prout notum vobis eſſe debet, penitus recuſaſſent, neceſſe autem eſſet, pro tanti boni conſummatione, alicubi concilium fieri, elegimus eam ciuitatem, quæ & ipſis, ac nobis, reliquiſque omnibus, qui voluerint accedere accommoda atque idonea ab omnibus iudicatur. Hoc ſignificare voluimus prudentiæ veſtræ, vt ea, qua ſoliti eſtis ſapientia, firmi & immobiles perſeueretis in fide & deuotione noſtra & Apoſtolicæ ſedis, vtque cupientibus aut conantibus aliquas nouitates in Eccleſia moliri, quantum in vobis eſt, in virtute Altiſſimi reſiſtatis, ne propter aliorum culpam, aut in grauiſſimum aliquod crimen incidatis, aut veſtra deuotio aliqua nota infamiæ aut dedecoris apud principes Chriſtianos, ex nouis diſſentionibus poſſit aſpergi, ſed eam famam, eam laudem, eum honorem, quem ante inchoatum concilium habuiſtis, etiam translato & finito concilio in perpetuum conſeruetis. *Dat. Bononiæ*.

Deligenda fuerit vrbs Græcis accommoda.

Verum illi commodis ſuis inſeruientes fauere congregatis præſulibus, qui apoſtolicis ſpretis imperijs, cum Bohemis conciliandis, diſciplinæ eccleſiaſticæ in priorem formam reuocandæ, abolendiſue vitijs operam nauare debuiſſent, habita [a] vi. kal. octobris ſeſſione xxvii. tanquam acephali ſine præſidibus apoſtolicis Pontifici creandorum Cardinalium poteſtatem adimere ſunt auſi; cumque aliquo timore afflati eſſent, Ioannem Vvitelleſchum, de Romana eccleſia in contundendis eius hoſtibus optime meritum cardinalitia purpura donandum, inuecti ſunt in Eugenium, qui Cardinales, dum tenebat ſynodus, renuntiare vellet, ac Ioanni Vvitelleſcho ius ſacræ purpuræ ereptum voluerunt [a] Spreta eſt ab Eugenio factioſorum hominum temeritas, ac iii. non. decembris Ioannem ipſum patriarcham Alexandrinum presbyterum tit. S. Laurentij in Lucina creauit [b]. Repugnandi etiam ſtudio ac vana ſuſpicione incenſi affinxere [c] Eugenio, ipſum moliri Auenionenſem comitatum a Romana eccleſia abalienare. Suadebat ipſis aſtuta improbitas facturum id Pontificem, ne antipapa, quem ei opponere impie meditabantur, vrbem illam occuparet. Inepto itaque decreto Eugenium eccleſiaſticas vrbes diſtrahere, atque Auenionem cuiquam principi ſubijcere vetuere. Inſigni quoque improbitate vulgarunt decretum illud, quod a legatis apoſtolicis, ac precipua epiſcoporum oratorumque Regum & principum, qui ipſis adhæſerant, ac ſynodum œcumenicam referebant, parte editum de ſynodo Florentiam Vtinumue transferenda adulteratum fuiſſe.

Baſileenſes eiuer ſ[illegible] ſis præſulibus fauent. Seſſ.xxvii.
a Acta conc. Baſil ſeſſ. 27.
Inſignis ad ſchiſma proclinium temeritas.
b Lib. 12. pag. 23.
c Act. ſeſſ. 25.
Inanes ſuſpiciones concipiunt ne Auenio abalienetur.

18 Tum eo prorupit ſeditioſorum illorum impudentia, vt in ſeſſione [d] xxviii. kal. octobris habita Eugenium non comparentem contumaciæ accuſarint, atque in ſeſſione [e] xxix. iv. id. octobris eius decretum de transferendo Ferrariam concilio reſcindere tentarint, pluresque in eum ſtruere calumnias auſi ſunt, quaſi initum Eccleſiam inter ac Bohemos fœdus diſturbare niteretur; quod a veritate prorſus abhorrebat, cum Eugenium ipſos vehementer etiam atque etiam hortantem viderimus, vt prætermiſſis cæteris leuioris momenti rebus ad amplificandam diuinam gloriam, religionem aſſerendam, conciliandam pacem, reuocandos a ſchiſmate Græcos omni ſtudio incumberent. Sed ij boſtium Eccleſiæ cupiditatibus ſeruientes, ad nouam ſeditionem & diſcordiam concitandam intenti has ad ſeptemuiros ſcripſere literas [a], quibus negare non ſunt veriti, vniuerſos ſubijci Pontifici, ac ſub ementito vniuerſalis Eccleſiæ poteſtatis velamine perduellis turbæ temeritatem Chriſti vicarij auctoritati prætulerunt.

Seſſ.xxviii.
d Acta ſeſſ. 28.
Seſſ. xxix.
e Acta ſeſſ. 29.
Poteſtatem ſibi ad reſcindend. translationem concilij arrogant.
a Extant in append conc. Baſil. pag. 167. & apud Dlugoſſ. to. 3. pag. 453.

An non videtis, inquiunt, *ſi ſua*, nimirum Eugenij, *ſententia pareatur, vt non ſolum hanc ſynodum euaneſcere oporteat, ſed ne de cætero aliæ fiant facile euentuum? Profecto in id ſua pergere videtur intentio, vt quod* [a] *totius orbis ſalute veſtris & aliorum principum conſilijs auxilijſque effectum eſt, momento excidat aboleaturque*. Et infra: *Noſtra cura ea præcipue eſſe debet, ne vniuerſalis Eccleſia auctoritas contemnatur, atque vt poteſtas, quæ ſibi a Deo tributa eſt, illibata permaneat, quam violare idem dominus Eugenius notorie niſus eſt, dum hanc ſynodum præcipiti zelo diſſoluere tentauit, & (quod eſt grauius) obſtinate perſeuerare non deſinit. Quomodo ergo rem hanc tam Eccleſiæ periculoſam diſſimulare poſtergareque poſſumus, niſi tanti exceſſus participes eſſe velimus? Denique, ſi impunis & inexpugnatus exceſſus huiuſmodi relinquatur, quis vnquam Romano Pontifici quamquam improbiſſimo contradicet? Quis in generalis concilij auctoritate confidet? Cedat ergo vni hominum omnis homo, cunctaue eius arbitrio committantur? &c. Dat. Baſileæ.*

a pro
Hoc ſueſcontradicere iuſtis ac rectis.

Vniuerſos coniunctim ſumptos ſubijci tum Chriſto, tum eius vicario demonſtrauit luculento commentario B. Ioannes e Capiſtranos [b]: *Ad illud*, inquit, *quod dicitur de epiſcopis, quod vbique ſunt eiuſdem meriti & eiuſdem ſacerdotij, verum eſt quantum ad ordinem & ſacramentum, ſed non quantum ad iuriſdictionem, nam, præſuppoſito pro vero & conceſſo, quod Chriſtus dederit auctoritatem ligandi & ſoluendi omnibus Apoſtolis ſicut Petro, dedit tamen eis ſub Petro: & ſic Petro dedit vniuerſaliter ſuper omnes, alijs autem particulariter ſub Petro, quia ſolus Petrus a Chriſto plenitudinem poteſtatis accepit: cæteri vero ſolicitudinis partem, vt in iuribus ſæpius allegatis*. Et infra: *Patet expreſſe, quod Petrus inſtitutione Diuina ſemper præfuit vniuerſis, vnde cum Dominus ei primo dixiſſet: Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris & quodcumque ſolueris, &c. & in cælis Matth. xvi. in plurali dicens cælorum & cælis, præſentem Eccleſiam omnium fidelium cælorum nomine comprehendens, nam regnum cælorum præſentis temporis Eccleſia dicitur ſecundum Gregorium, vnde dicens, in cælis, indicauit in omnibus eccleſijs mundi præeſſe debere, cum reliquis Apoſtolis dixerit in cœlo Matth. xviii. Quæcumque ligaueritis & quæcumque ſolueritis erunt ſoluta & in cælo, quaſi dixerit eis. Vos ſinguli in partem ſolicitudinis veſtrarum diœceſum limitibus diſtinctis curam gerite paſtoralem. Vnde Origenes dicit: Non dixit, in cælis ſicut Petro; ſed in cælo vno, quia non ſunt tantæ perfectionis ſicut Petrus, &c.* Addit idem auctor Cyrilli, Rabani, & aliorum patrum auctoritates.

b Io. e Capiſtr. lib. de Papæ & concil. ſiue Eccl. auctorit.
B. Io. e Capiſtrano pōtificium a[illegible] [illegible] aduerſus ſchiſmaticos tuetur.

Confutauit has etiam pluribus nouatorum argutias Ioannes Turrecremata [c] exquibus pauca hæc delibaſſe ſuffecerit: *Patet*, inquit, *quod Romanus Pontifex nec ligatur nec ſubijcitur neceſſitate quorumcumque conciliorum non tantum patriarchalium, quia de iſtis nunquam fuit dubium, ſed etiam nec vniuerſalium ſtatutis, legibus, aut canonibus, quæ ſub iuris poſitiui genere comprehenduntur. Primo quidem ex ſuperioritate, qua Romanus Pontifex ſuperior eſt & primatum habet vniuerſalis Eccleſiæ. Arguendo præfata concluſio patet, ait enim Nicolaus Papa*

in

Confutata Baſileenſiū argutiæ.
c Turrecr. ſum. de eccl. lib. 3 cap. 51.

Digitized by Google

in ea. Inferior diſt. xxi. non poteſt iudicio inferior potiorem ligare, vnde propheta ait. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum, qui trahit eam? His itaque ex diuina Scriptura commemoratis ſole clarius exhibuimus, non poſſe quemquam, qui minoris auctoritatis eſt eum, qui maioris poteſtatis eſt, iudicijs ſuis adducere aut proprijs diffinitionibus ſubiugare. Hæc ille. Secundo idem patet ex eo, quod a Romano Pontifice, vt ſuperius extitit monſtratum, canonum conciliorumque dependet auctoritas: alienum profecto eſt a ratione, vt quis legibus illis alligetur coactus, qui legibus ipſis vim & auctoritatem impartitur, vnde iuriſperitus ait: Princeps ſolutus eſt legibus, quantum ſcilicet ad vim coactiuam. Vnde S. Thomas in 1. 2 quæſt. 96. art. 6. quærens an princeps ſubiciatur legibus, reſpondens dicit, quod princeps eſt ſolutus legibus quantum ad vim coactiuam, & ſubdens rationem inquit, quia nullus cogitur proprie a ſeipſo, lex autem non habet vim coactiuam niſi a principis poteſtate, licet quod ad directiuam princeps ſubiectus ſit legi propria voluntate, prout infra dicetur. Cum ergo Romanus Pontifex princeps eccleſiæ ſit, nullis eccleſiæ legibus ligatur coactus, ſiue tenetur obnoxius. Notanter diximus, Eccleſiæ, quia aliud eſt de legibus iuris diuini aut naturalis. Et infra: *Verum licet ita ſit, de honeſtate tamen tenetur iſta obſeruare tum ſecundum iam dicta, vt alijs det exemplum obſeruandi, ſecundum illud Act. 1. Cœpit Ieſus facere & docere, tum vt habetur de conſt. cap. Cum omnes, quod quiſque iuris in alterum ſtatuit ipſe debet vti eo, & ſapientis dicat auctoritas. Patere legem, quam ipſe tuleris, &c.*

Minores ſacerd. eo concilium turbant.

Illatum a Baſileenſi concilio publicæ offenſionis & ruinæ periculum, cum minoris ordinis ſacerdotes ad ferendas ſententias maximo numero admiſſi eſſent, tradit Turrecremata [a]: *Baſileenſe*, inquit, *concilium fuit toti Eccleſiæ ſcandaloſum, quod maxime euenit ex hac indiſcreta admiſſione multorum ad voces diffinitiuas in concilio.* Deſiiſſe vero eſſe vniuerſale, vbi Eugenius Ferrariam illud tranſtulit, cum vniuerſitate poteſtatis caruit, demonſtrat: *Oecumenicum*, inquit, *concilium dicitur non ab vniuerſitate orbis, ita quod de vniuerſo orbe patres vocati ſint, aut conuenerint; ſed ab vniuerſitate poteſtatis* [b].

a Turrecr. ſum. de eccl. lib. 3 cap. 15.
b Ibid. cap. 16.

Baſileenſes ſe turpiſſ. odio ſunt apud pios omnibus.

Cum autem apud vniuerſos catholicos male audirent Baſileenſes ob ſparſa ſchiſmatis ſemina; ac vocatum in iudicium Pontificem, apologiam [b] mendacijs calumnijſque in Pontificem optimum conflatis refertam promulgarunt. Sed aſpernati ſunt eorum fraudes omnes viri pij: atque adeo Henricus [c] Anglorum Rex Anglos, ne factioſo conuenticulo intereſſent abduxit. Carolus etiam Francorum Rex eos præſules Gallos, qui ab Eugenio diſcedebant ad illius obſequium reduxit, de quibus ipſe Pontifex hiſce literis eſt gratulatus [d].

b Extat in append. edit. Rom. to. 4 p. 1. pag. 118.

Angliæ & Franciæ Reges Eugenio adhærent.

c Acta Patriciana apud Card. Iuſtinian. pag. 27.
d Lib. Breu. pag. 163. & ms. Alex. VII. pag. 240.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Francorum illuſtri ſalutem, &c.

Licet domino Deo noſtro miſericordiarum patri bonorum omnium gratiæ in primis ſint agendæ, ipſe enim cogitationum & operum noſtrorum laudabilium auctor & perfector exiſtit, tamen diligentia ac virtus hominum, quibus id velle & operari largitus fuit, commendanda eſt & laudibus extollenda. Æquum eſt quippe bene agentium facta extolli laudibus, vt & virtuti debitus reddatur honor, & qui opera ſua merito commendari ſentiunt, ad ea, quæ Deo placeant, & ſalutem cæteris afferant, agenda incitentur. Itaque primum Altiſſimo gratias agimus pro tam ſalutari bono, quod nobis & populo ſuo fidelium largiri dignatus eſt, tum vero tuæ ſapientiæ, ac ſingulari deuotioni, qui per eius gratiam, a quo cuncta bona procedunt, illius perficiendi artifex extitiſti. Fuit hoc ſemper peculiare opus præclariſſimorum Franciæ Regum tuorum prædeceſſorum, vt ſchiſmata tollerent, pro fide pugnarent, religionem propagarent, Romanos vero Pontifices, ac ſedis Apoſtolicæ & Romanæ eccleſiæ iura dignitatem, auctoritatem, & etiam bona temporalia, ſuo patrocinio tuerentur? Horum laudem & virtutem tua ſerenitas in hac tam laudabili vnitatis eccleſiæ cura non ſolum imitata eſt, ſed etiam iudicio omnium ſuperauit. Quid enim amplius effici potuit, quam diciſſam inconſutilem tunicam Saluatoris noſtri, fidelium diſſenſionem Eccleſiæ vniuerſalis diſſidium ad vnitatem & concordiam reduxiſſe? Quid Deo acceptius eſſe poteſt, quam fidelium multorum animas, pro quibus Saluator noſter paſſus eſt mortem crucis, per tuam diligentiam ab interitu liberatas viam, qua ſaluari poſſent aperuiſſe?

Gallorum Regum in ſedē Apoſt. ſtudia.

Multæ ſunt res, in quibus principum virtus & opera exerceri poteſt, ſed nulla eſt profecto, quæ cum ea comparari queat, qua ſalus fidelium & fidei propagatio procuratur, qua animæ Deo reconciliatæ ad vitam æternam valeant proficiſci; & cætera quidem geſta, quæ ad corpus ſpectant, quamuis laudanda, ſi recte & duce virtute fiant, & extollenda videantur, tamen tanto ſuperantur laude & meritis ab ijs, quæ animarum ſalutem reſpiciunt, quantum anima præſtat corpori, quantum res æterna ſuperat mortalem. Itaque cogitantes quantum ſit hoc beneficium, quod nobis & cuncto populo Chriſtiano impendens ex hac, per tuam ſerenitatem reſtituta Dei Eccleſiæ vnione ac pace, merita gratiarum actione proſequimur excellentiam virtutis tuæ: referet autem debitas gratias & præmia condigna is, qui certus eſt & iudex ſiciens bonorum omnium retributor; feciſti enim rem, pro qua Romana atque catholica Eccleſia ſemper tibi obligata erit. Nos quoque, cuius diebus hoc tantum bonum mortalibus Omnipotens largitus eſt, cum id ad magnam huius ſæculi felicitatem ducamus, profitemur tibi ex eo plurimum debere, ſed ad id ſoluendum debitum ſi vires noſtræ deficient, Altiſſimus ſupplebit deficientiam noſtram. *Dat. &c.*

Actæ Carolo Regi gratiæ.

19 Dum Eugenius ob aduerſariorum ferociam Baſileenſiumque pertinaciam affligebatur, B. Franciſca vidua Romana [a] ſenſibus alienata iuſſa eſt Chriſti nomine a S. Gregorio Papa illius in tantis Eccleſiæ calamitatibus perturbatum animum confirmare: non enim diuinam opem & clientelam Pontifici defuturam; verum præmoneret, vt Cardinalibus alijſque Dei famulis prudētia conſpicuis, ac rerum terrenarum amore diuulſis in conſilium adhibitis, poſt triduanas preces de propulſandis imminentibus periculis ageret, eorumque ſententiam ad exitum perduceret, caueret autem eos, qui prudentia carnis omnia metiuntur, atque honorum inanium illecebra ſe irretiri patiuntur. Iterum etiam cum eadem Chriſti ancilla diuinam omnipotentiam in ſtellis micantibus noctu contemplaretur, iamque prope ſurgeret aurora, aerem repente turbatum vidit [b], giganteſque conſpexit, qui venerandam matronam nudatam pallio, facto impetu, magno terrore adorti ſunt. Intellexit beata Franciſca hac ſpecie Dei Eccleſiam ab aduerſarijs vexatum iri, tum ſimul victoriam de ijs reportandam, nam cum gigan-

a Vit. S. Franc. l. 3 cap. 15.

Oſtenſi diuinitus S. Franciſcæ immin. eccl. Eugenio pericula.

b Cap. 26

gigantes ſtringere enſes molirentur, objecta in ea ſpecie Eccleſia diuinam opem hiſce vocibus imploravit: *Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua libera me*; neq; illi enſes e vaginis educere potuerunt: qua re ſignificatum eſt, ſanctorum precibus dæmonum aduerſus Eccleſiam conatus infringendos. Auſi fuerant inter cætera Baſileenſes, vt pontificis adminiſtros ab eius obſequio ad ſuas partes traherent, iniquo decreto ſacerdotiorum mulctam ijs imponere, qui ipſis non adhærerent, quibus conſulturus Eugenius Baſileenſium eiuſmodi nefaria edicta conuulſit, propoſitiſque grauiſſimis pœnis, ne in ſacerdotiorum poſſeſſione, eorumue cenſibus adminiſtros eccleſiaſticos vexarent, prohibuit [a]:

Factioſorũ iniqua molimina.

a Lib. 19. pag. 219.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inſcrutabilis ſuperni patris prouidentia, vt deperditam prothoplaſti præuaricationem generis humani a perpetuæ damnationis vinculis eriperet, adueniente ſacri temporis plenitudine Filium vnigenitum de ſumma cœli arce miſit ad infima huius mundi, vt noſtræ mortalitatis naturam aſſumeret, & in ligno, in quo mors oriebatur, pro omnium redemptione mortis ſupplicium pateretur, cuius in cruce mortui pendentis vnus ex militibus lancea latus aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua in noſtræ redemptionis pretium & regenerationis lauacrum, in quo vnicam & immaculatam ſponſam ſanctam matrem Romanam & apoſtolicam Eccleſiam fundauit, conſecrauit, & perpetuo ſtabiliuit, extra quam nec acceptum Deo valet ſacrificium immolare, aduerſus quam etiam non potuerunt portæ inferi præualere. Huius caput eſt Romanus Pontifex a Domino, cuius eſt terra & plenitudo eius, præcipuum ſuper gentes & regna obtinens principatum, cui Chriſtus regni cœlorum claues, nec non in terris ligandi & ſoluendi plenitudinem poteſtatis, cuius immarceſſibilem ſtabilitatem, ſempiternam integritatem, ac indiuiſibilem vnitatem præfigurat reprobatus ab ædificantibus lapis factus in caput anguli perpetuæ firmitatis. Hæc eſt enim electa vinea dextera Domini plantata, cuius fœcundi palmites & ſalutares propagines ab oriente in occidentem diffuſius protenduntur, huius omnes Chriſtifideles, quos Dominus in filios adoptionis elegit & prælegit, & ſuæ diuinitatis participes eſſe voluit, membra fore cenſentur, quæ a capite congruit nullatenus declinare. Licet, vt intelleximus, nuper per olim ſynodum Baſileenſem noſtris & ſedis Apoſtolicæ officialibus cæteriſque Romanam curiam ſequentibus, vt in certum euentum nos & eandem ſedem deſererent, & a nobis ac dicta ſede ad beneficiorum ſuorum aut alia loca ſe transferrent, per ipſius olim ſynodi literis ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijs, quam eccleſiaſticis ſententijs & cenſuris, nec non ſuorum beneficiorum priuationum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda, præceptum fuerit & mandatum, quorum tamen præceptorum & mandatorum iniquitatem quilibet veræ fidei zelator poteſt liquide cogitare quantum decet aut conuenit illius, qui cœlum terramque regit, & cui genus omne flectitur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, angeli ſeruiunt, ſol & luna obſecundant, vicarium officialium & miniſtrorum præſentia & obſequijs remanere deſtitutum, ac eum, cui omnium eccleſiarum ſolicitudo incumbit, nec non vniuerſale fidelium regimen cælitus eſt commiſſum, omnium relinqui præſentia, ac communem ſolum, nec non vniuerſalem fieri ſingularem, ac membra a capite declinari.

Quanta ſit Apoſtolicæ ſedis dignitas.

Nefaria in hanc Baſileenſiũ rebellio.

Nos igitur, licet immeriti, Chriſti vices gerentes in terris tam periculoſis ſucceſſibus, prout ex apoſtolicæ auctoritatis tenemur officio, ſalubriter prouidere cupientes literas ac præcepta & mandata huiuſmodi (quorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus) nec non quæcumque inde ſecuta tanquam ſcandaloſa & minime rationabilia de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine penitus reprobamus, nec non caſſamus, reuocamus, irritamus, & annullamus, ac pro caſſis, irritis, & infectis haberi volumus, nulliuſque decernimus ſubſiſtere roboris firmitatis, & nihilhominus omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus cuiuſcumque dignitatis, gradus, vel conditionis fuerint, & quacumque etiamſi regali, reginali, cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali dignitate præfulgeant, nec non ciuitatum, oppidorum, terrarum, caſtrorum, & locorum vniuerſitatibus, capitulis, & collegijs ſub interminatione æternæ maledictionis & excommunicationis ſententia, quam alias eo ipſo incurrant, præcipimus & mandamus, ne præfatis literis, præceptis, & mandatis, ſeu quibuſuis in literis ipſis contentis quacumque ratione vel cauſa pareant, ſeu intendant, ſeu illorum prætextu ſeu occaſione quoſcumque officiales vel ſequentes curiam inquietent ſeu perturbent, & inſuper quibuſcumque ordinarijs, collatoribus & collatricibus ſæcularibus & regularibus vniuerſitatibus, capitulis & collegijs, nec non ad quos quorumcumque beneficiorum collatio, prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio quorumcumque canonicatuum & præbendarum, dignitatum, prioratuum, adminiſtrationum, officiorum, & beneficiorum communiter vel diuiſim pertinet, etiamſi ſimili dignitate præfulgeant, ne prætextu vel occaſione huiuſmodi in præiudicium officialium & ſequentium huiuſmodi quæcumque beneficia conferre aut ad illa præſentare ſeu inſtituere, aut de illis quouis modo diſponere, præſumant ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, & etiam vltra hoc Cardinalibus ſub capelli & honoris cardinalatus, patriarchis vero, archiepiſcopis, & epiſcopis ſub eccleſiarum patriarchalium, archiepiſcopalium, & epiſcopalium quibus præfecti cenſentur etiam vltra præmiſſa Cardinalibus, archiepiſcopis, & epiſcopis, nec non quibuſuis alijs ordinarijs collatoribus & collatricibus ſub omnium beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum, quæ in titulum aut in commendam obtinent, priuatione, vniuerſis vero capitulis & collegijs ſub ſuſpenſionis & interdicti pœnis, quos ſingulos contrauenientes in quibuſcumque contrauentionum caſibus toties quoties id fecerint apoſtolica auctoritate interdicimus & etiam prohibemus.

Adiectæ aliæ contra perduelles pœnæ.

Rurſus quibuſcumque perſonis etſi ſimili dignitate fungantur etiam ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs, nec non omnium ſuorum beneficiorum eccleſiaſticorum priuationis & perpetuæ inhabilitatis ad illa ſeu alia in poſterum obtinenda, præcipimus & iubemus, ne prætextu ſiue occaſione huiuſmodi alicuius officialis aut ſequentis curiam ſeu in ea exiſtentis, aut qui in ipſa ſint, beneficium aut beneficia in quibuſuis collatoribus, collatricibus, patronis eccleſiaſticis vel laicis, vniuerſitatibus,

capi-

Digitized by Google

tem quilibet ſumeret calicis, vt omnes ex eo bibere poſſent. Et infra: *Item praxis Chriſti communicandi diſcipulos ſuos ſub vtraque ſpecie non arguit conſuetudinem reprehenſibilem eſſe, ſicut ſeptima ratio nitebatur oſtendere, quoniam non omnis Chriſti practica obſeruata in cœna illa ſacratiſſima circa ritum huius ſacramenti eſt mandata cunctis fidelibus obſeruari, alias præcepti tranſgreſſores eſſemus, quod non pranſi communicamus, non enim apud catholicos eſt habenda valida conſequentia iſta: Chriſtus ſeruauit hunc modum in communicando diſcipulos, ergo eundem ſeruare tenentur ſacerdotes in communicando fideles*. Et infra.

Non contrarius mos primitiuæ Eccleſiæ.

Ex iam dictis clariſſimum habemus, quod non obuiat etiam honeſtati noſtræ conſuetudinis practica ipſa primitiuæ Eccleſiæ, ſicut octaua ratio videbatur ſuggerere, quia non habetur ex aliqua authentica ſcriptura, quod vniuerſaliter in primitiua Eccleſia eſſet vſus communicandi omnes fideles ſub vtraque ſpecie, in cuius ſignum Act. 2. dicitur, quod etiam illi, ſcilicet primitiui fideles, perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis, vbi nulla mentio fit de vino conſecrato. Et infra.

Conſequenter etiam non obuiat prænominatæ conſuetudini aliquod decretum vniuerſalis Eccleſiæ in generali concilio editum, vt oſtendere nitebatur nona ratio, quia oppoſitum colligitur expreſſe ex multis conciliis. Nunc in ſexta ſynodo Conſtantinopolitana aperte conſtituitur illis in temporibus vſum vnius ſpeciei fuiſſe apud populum laicalem. Et infra.

Vt ſumatur ſanguis Chriſti in vnica ſpecie.

Præterea non valet iſta conſequentia. Quilibet fidelis tenetur ſumere corpus & ſanguinem Chriſti. Ergo ſub diſtinctis ſpeciebus, immo videtur fallacia figuræ dictionis, qua ſæpiſſime paralogizatos video fuiſſe adinuentores huius erroris; plane mutant quid in quale, ſcilicet ſubſtantiam in modum. Et infra: *Sicut nec valet ſic. Quidquid Chriſtus inſtituit in ſacramento tu teneris accipere. Sed ipſe inſtituit hoc ſacramentum hora tali, & poſt cœnam. Ergo tali hora & aliis cibis refectus teneris illud aſſumere. Non valet*. Et infra: *Cæterum licet ſub vtraque ſpecie tam corpus quam ſanguis ſumatur, non tamen propter hoc fruſtra, aut ſuperflua eſt inſtitutio duplicis ſpeciei huius ſacramenti, vt vndecima ratio prætendebat, vnde ſanctus Thomas in 3. part. q. 76. art. 2. dicit: Quamuis totus Chriſtus ſit ſub vtraque ſpecie, non eſt tamen fruſtra altera illarum; valet enim ad repræſentandum paſſionem Chriſti, in qua ſeorſum ſanguis Chriſti fuit a corpore, &c. Demum non obuiat conſuetudini noſtræ, quod non reperiatur ſtatuta vniuerſalis Eccleſiæ decretum, ſicut duodecima ratio prætendebat: quoniam non omnia, quæ vniuerſalis Eccleſia multa cum veneratione modo obſeruat, prius publicata fuerunt, ſiue demandata ſcriptis, ſed multa eorum ſunt ſola conſuetudine introducta, quæ pari pietate & reuerentia colit & obſeruat, vnde B. Auguſtinus, & ponitur 2. diſt. cap. Eccleſ. de iſtis loquens, ita ait: Eccleſiarum inſtitutiones, quaſdam ſcripturis, quaſdam vero apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio confirmatas accepimus, quaſdam vero conſuetudine roboratas approbauit vſus, quibus par ritus, & idem vtriuſque pietatis debetur affectus, &c.*

Rokyſana concionatur nefarie.

a Æn. Syl. hiſt. Bohē. cap. 52. Dubl. l. 27 Cocl. l. 8.

Dum hæc & alia Prædicatores & alij religioſi viri, qui poſt diuturnum exilium Pragam reduces facti fuerant promulgarent, Ioannes Rokyſana a hæreticorum ſignifer, de quo ſupra memorauimus, incenſus inuidia, timenſque ne apud Bohemos eius fama obſcuraretur, auſus eſt pro concione effutire, quotidie dæmones monaſtico cultu ſubornatos ad ipſos confluere; ac fundendum potius ſanguinem, quam ferendam illorum præſentiam: ob quam ſceleratam trucemque vocem pietatis ſtudio vehementer commotus Sigiſmundus ſubiecit: *Immo ipſius Rochizanæ ſanguinem ante aras ſponte libabimus*; quo minaci reſponſo territus vir impius in exilium fugit.

22 Inter hæc cum a Bohemis, quemadmodum ſuperioribus annis conuentum erat, miſſi eſſent oratores, ampliſſimis mandatis a ab regni ordinibus inſtructi, commendatique concilio Baſileenſi a Sigiſmundo Imperatore litteris ad Baſileenſes XXI. Iulij die datis b, vt quatuor concordiæ leges, quas compactata vocabant, firmarent, tum decretoriam ſententiam Baſileenſis concilij acciperent in prædicta controuerſia, an laicis ad ſalutem communio calicis, vti contendebant nouatores, neceſſaria eſſet, quod decretum a Baſileenſi concilio editum eſt his conceptum verbis c: *Declarat ſancta ſynodus, quod fideles laici ſiue clerici communicantes & non conficientes, non aſtringuntur ex præcepto Domini ad ſuſcipiendum ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicet & vini, ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum, ſed Eccleſia, quæ regitur Spiritu veritatis ſecum manente in æternum, & cum qua Chriſtus manet vſque ad conſummationem ſæculi (ſicut ait diuina Scriptura) ordinare habet quomodo ipſis non conficientibus miniſtretur, prout pro reuerentia ipſius ſacramenti & ſalute fidelium viderit expedire. Siue autem ſub vna ſpecie, ſiue duplici: quis communicet ſecundum ordinationem ſeu obſeruationem Eccleſiæ profecit digne communicantibus ad ſalutem. Nec vllatenus ambigendum eſt, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integre totus Chriſtus. Laudabilis quoque conſuetudo communicandi laicum populum ſub vna ſpecie ab Eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutiſſime obſeruata, & a doctoribus Diuinæ legis ſacrarum Scripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, iam a longæuo tempore commendata pro lege habenda eſt, nec alicui licitum eſt eam reprobare aut ſine auctoritate Eccleſiæ ipſam immutare. Dat. Baſileæ in noſtra ſolemni & publica ſeſſione X. kal. Ianuarij anno a natiuitate Domini MCCCCXXXVII.*

a Extant apud Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 8.

b Extant in append. conc. Baſil. & apud Cocl. l. 8.

Bohemi cōſulunt Baſileenſes.

c Ext. ibid.

Quibus non neceſſaria vtraque ſpecies.

Integrum eſſe Chriſtū ſub qualibet ſpecie.

Iuſtum & laudabilem eſſe morem communicandi populum ſub vna ſpecie.

Porro iuſſi erant Bohemi oratores petere a concilio diplomata eius ſigillo conſignata, quibus Bohemis laicis vſus calicis permitteretur. Qua in re animaduertendum eſt, cætera concilia non vti alio ſigillo, quam Apoſtolicæ ſedis legatorum ſynodo præſidentium conſueuiſſe; at Baſileenſes, cum pontificiam omnem auctoritatem ſibi temere arrogaſſent, ſine legatis apoſtolicis factioſorum nutu pleraque decreta ederent, etiam ſigillum proprium imprimi iuſſiſſe, de quo querentem Eugenium ſupra audiuimus. Itaque cum in re grauiſſima conſulendus fuiſſet ſummus Pontifex, vt eius auctoritate vſus calicis Bohemis veterem cum eccleſia Romana coniunctionem inſtauraturis permitteretur, Baſilenſes qui a nonnullis turbulentis Romanæ eccleſiæ hoſtibus concitati pontificiam poteſtatem omni contentione infringere nitebantur, inconſulto Eugenio vſum calicis Bohemis permiſerunt; illum enim ab Apoſtolica ſede ipſis non permiſſū non fuiſſe, ex Pontificum diplomatibus viſuri ſumus, quippe factioſa ſynodus pontificij faſtigij æmula augendam ſuam auctoritatem putabat, ſi Bohemos conciliaſſe Eccleſiæ videretur, ignorateque affectauit ſynodalia acta non valere niſi Romani Pontificis auctoritate fuerint confirmata. Cæterum, vt calicis vſus, quem ſine Pontificis aſſenſu permiſerant, nil profuerit pro reuocandis ab hæreſi ijs, qui calicis vſu propoſito ſub-

Vſus calicis inconſulto Pontifice permiſſus [illegible] a Baſileenſibus.

Non profuit.

Digitized by Google

Plura illicata pertentarunt Bohemi. a Cocl. lib. 8.

ſubornati fuerant, deſcribit Ioannes Coclæus a, cum illorum ſacerdotes nunquam leges a Baſileenſibus indictas obſeruarint nec pactis conuentis contenti antiquos etiam catholicos Bohemos ad communionem calicis cogere niſi ſint, atque etiam paruulis temere Euchariſtiam porrexerint: *Cum*, inquit, *oratores Baſileæ plus peterent a concilio, quam in compactatis continebatur, & dicerent.*

Subdolum Bohemorũ petitum.

Primo & ante omnia petimus & ſupplicamus, quatenus pro tollendis litibus, iurgijs, & diſſenſionibus in populo noſtro ex diuerſitate communionis indubitanter & infallibiliter ſequentibus & infinitis malis (quæ nec dicere ſufficimus ſicut ea concepimus,) prorſus auferendis & abolendis dignemini clementer pro veſtra bonitate & liberalitate regno noſtro Bohemiæ & marchionatui Morauiæ dare, concedere, & demandare vniformem & vnanimem omnibus & ſingulis ſub vtraque ſpecie ſacræ Euchariſtiæ communionem, & hoc ſecundum ea, quæ in mandato bullæ legatorum & in compactatis nomine ſacri concilij ſunt inſerta in capitulo Pro firmitate, vbi ſic dicitur: Et omnia alia fient, quæ pro obſeruatione dictæ pacis & vnitatis neceſſaria fuerint & opportuna. Ad hæc argute reſponſum eſt a ſacro concilio, quod ex illo capitulo neque competit ius ſacro concilio faciendi Bohemis, quod pro bono pacis & vnitatis teneantur dimittere vſum communionis ſub duplici ſpecie, cum promiſerint omnia facere, quæ pro obſeruatione pacis & vnitatis fuerint opportuna; hoc eſſet valde opportunum obſeruationi pacis, vt ipſi in hoc ſicut & in cæteris ſe conformarent vſui omnium aliorum vicinorum, & totius eccleſiæ Latinæ, nec e contra ipſis Bohemis competit ius ad petendum, quod ſacrum concilium compellat omnes de regno ad communionem ſub vtraque ſpecie, tanquam hoc eſſet opportunum obſeruantiæ pacis, maxime quia hoc contrariatur ei, de quo in ipſis compactatis ſpecialiter agitur, ſcilicet de libertatione, cui contrariatur coactio, nam & in libertatione concedenda dicitur de illis perſonis, quæ in annis diſcretionis conſtitutæ reuerenter & deuote poſtulauerint, & ſi deuotioni & poſtulationi cuiusliber eſt relinquendum, non eſt ad hoc aliquis compellendus ſecundum ipſorum compactatorum ſeriem & tenorem. Et infra:

Consentit auctoritate concilij trahere in ſuas partes catholicos.

Quid reſpõſum a concilio.

Petunt Bohemi vt Euchariſtiæ vſus permittatur paruulis.

23 *Petierunt præterea libertatem communicandi paruulos ſacra Euchariſtia, at ea petitio ſimpliciter eſt denegata, eo quod communio paruulorum per compactata expreſſe ſit excluſa. Similiter & ea petitio ipſorum mox tulit repulſam, qua petebant permitti ſuis ad minus euangelia, epiſtolas, & ſymbolum in vulgari lingua in miſſis & eccleſijs coram populo, ad excitandam deuotionem, libertari, legi, & decantari; dictum eſt enim, competitionem eſſe ex directo contra compactata, & ipſorum Bohemorum promiſſionem, per quam tenebantur ſe conformare ritibus Eccleſiæ: cum ergo certum eſſet, quod ritus Eccleſiæ hoc non habeat, neque in ipſa Pragenſi eccleſia ante iſta diſturbia hoc fiebat, iuſtum & rationabile foret, vt conformarent ſe ritibus Eccleſiæ, atque in hoc & in omnibus alijs compactata efficaciter adimplerent. Petierunt denique & ſuæ vniuerſitatis Pragenſis & totius Eccleſiæ in capite & in membris reformationem; ad quam ſane æquam atque honeſtam benigne a concilio reſponſum eſt, gratiſſimum eſſe ſacro concilio, quod vniuerſitas ſtudij Pragenſis reformetur ac reparetur, ideoque eam curam committendam eſſe legato concilij.*

Quid reſpõſum.

De Pragenſi academia inſtaurata aſſum

Iuſſi etiam erant Bohemi oratores in id incumbere, vt poſcerent eccleſiaſticam diſciplinam in priorem formam renocare. At qui hoc pietatis ſpecimen dabant, nunquam adduci potuerunt, vt eccleſiarum prædia & vectigalia reſtituerent, quippe pietatis laruam induebant, & a vera pietate abhorrebant. Vt vero Romanis Pontificibus deſudandum fuerit, quo Bohemi laici relicto calicis vſu occidentalis eccleſiæ ritibus ſe accommodarent, quandoquidem ex illius vſu grauis error, quod non integer eſſet Chriſtus ſub quolibet ſpecie foueretur, ac Baſileenſium nimia indulgentia ingentes lites pepererit, ſuis locis dicetur.

Sigiſmundi obitus. a Aen. Syl hiſt. Bohe. cap. 53. Crantz lib. 12. Wandal. cap. 1. Cocl. hiſt. Huſſ. l. 8. Dubrau. lib. 27. Trithem. in chron. Sponhei. & alij. b Cocl. lib. 8.

Hoc porro de uexo anno Sigiſmundum de vita deceſſiſſe tradunt ſcriptores a, adduntque ſeptuagenarium fuiſſe, eoque corporis habitu, vt nihil amplius ad decorem auguſtæ maieſtatis natura adijcere fere potuiſſet. Alias laudes crebris adulterijs ipſum obſcuraſſe ferunt, atque Imperatricem in eodem flagitio deprehendiſſe, ſed adulterum ignouiſſe adulteræ: quæ tamen crimina poſtea ſalubri pœnitentia deleuerit. Cum morbum ingrauescere ſentiret, & Barbaram vxorem cum Polonis coniurare, vt Bohemiæ regnum Alberto genero præriperet, Praga diſceſſit b, ne Hungari a Bohemis opprimerentur, atque Iglauiæ obijt; cuius corpus in Pannoniam delatum in Vvaradienſi eccleſia S. Ladislao ſacra ex ſupremis tabulis tumulo datum. Succeſſit c in eius locum Albertus ipſius gener dux Auſtriæ, quem non modo propinquitatis iure, verum ex antiquo fœdere, quod inter Bohemiæ Reges principeſque Auſtriæ de alterna in ijs principatibus ſucceſſione, deficiente prole maſcula, intercedebat. Annixos Bohemiæ hæreticos Albertum ad indignas pactiones cogere, ſed eximium principem primatus commodis prætuliſſe cauſam diuini Numinis narrat Coclæus d, atque ideo hæreticos Caſimirum Regis Poloniæ tredecim annos natum Regem dixiſſe; ſed non ſucceſſere ex ſententia Polonorum humana commoda religioni præferentium conatus, vt dicetur inferius. In hac vero rerum conuerſione Amuratem in Hungariam expeditionem duxiſſe & magna Hungaros affeciſſe clade ſex oppida expugnaſſe, referunt annales e Turcici.

Succedit ei Albertus. c Aen. Sil. cap. 35. d Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 9. e Annal. Turc. hoc ann. Haunival l. 14. p. 2. Murates Diog. in Amur ex ijs Ioan. Leuncl.

Rex Luſitanus Africã inuadit. f Lib. 11. pag. 225.

24 Interea Eduardus Luſitaniæ Rex, Africam Chriſto ſubijcere meditatus, regnum pontificiæ clientelæ miſſo Portugalenſi epiſcopo commendauit, cui hæc reſcripſit Eugenius f.

Eugenius, &c. Eximietatis tuæ perſonam, germanos tuos, regna quoque tua, & totum populos tanquam nobis, Romanæ eccleſiæ, & Chriſtiano nomini ſingulariter affectos magna proſequimur charitate, & quo maiora ſine intermiſſione ſubitis pericula, labores, & rerum diſcrimina, qui perpetuum cum Chriſti infidelibus ſuſtinetis bellum, eo ardentius omnia pro poſſe cupimus facere, honorem, detua, & commoditatem veſtram ſpectantia. Quod reliquum eſt, licet credamus minime neceſſarium fore, commendamus eidem celſitudini tuæ ſedis & Romanæ eccleſiæ & rerum eccleſiaſticarum in regnis tuis exiſtentium iura, amplitudinem, & honorem. *Dat. VIII. id. iulij anno VII.*

Addictum illi apoſtolicum ſtudium.

g Marian. lib. 21. c. 12.

Duxere g in Africam, ſed triſti exitu, ſacro crucis ſymbolo inſignitum exercitum, quem Eugenius ad religioſam militiam propoſita ampliſſima noxarum venia pellexerat, quinque Regia Eduardi fratres, pacti prius cum finitimis Hiſpaſpania fœdus, primoſque impetus fecere in Tingim Mauritaniæ oppidum, a quo olim prouincia Tingitana nomen traxerat. Cinxerant illud obſidione ſex armatorum millia, cum affuere barbari raptis magnis equitum peditumque copijs, ac noſtros verſa rerum vice obſedere. Timore perterriti Chriſtiani pacem a Saracenis petere coacti ſunt, quam

Tingitanæ prouinciæ ſedes obſeſſa a Luſitanis.

Obſeſſi Chriſtiani.

illi accepta de Septæ arce dedenda ſponſione præſtitere. Dati illis obſides Ferdinandus Regis frater præcipuus belli auctor, alijque duces, donec regius aſſenſus eliceretur. Concilio procerum in Luſitania coacto, in eam ſententiam itum eſt, conditiones iniuſſu regio acceptas irritas eſſe, neque implendas: ab obſidibus ſuo luendum periculo, quod temere tentatum eſſet. Itaque Ferdinandus in perpetuam traditus eſt cuſtodiam, in qua eius virtus admodum eluxit; tanta enim animi æquitate eam calamitatem tulit, diuinoque adeo amori vacauit, vt quidam illum inter ſanctos referant. Sexennio fere poſt obijt, cuius ſepulchrum apud barbaros viſitur Pluenti in vrbe, ſublimi ab ijs loco ſitum veluti de gente Luſitana trophæum excitatum. Aucti etiam tunc audacia Granatenſes infideles in Caſtellam incurrere pararunt: ad quos retundendos Eugenius Iordano tit. S. Laurentij in Damaſo presbytero Cardinali in Caſtellæ & Aragoniæ regnis A. S. L. mandata dedit a, vt Chriſti fideles ad ſacrum bellum, ferendaſque Ioanni Regi & Ferdinando principi regni procuratori, ſuppetias propoſitis indulgentijs, concitaret.

25 Labantes Chriſtianorum res erigere potuiſſet Alfonſus Rex Aragonum, ſi bellum quo fiduciarium Romanæ eccleſiæ Neapolitanum regnum obruere conabatur, barbaris ad proferendam cum imperio religionem intuliſſet: cuius frænare impetus Pontifex niſus eſt, miſſo ad Iſabellam Reginam cum ſubſidiarijs copijs Ioanne Vvitelleſco, cuius prælia deſcribunt pluribus auctores b: acerbiſſimas vero inde iras aduerſus Eugenium ſuis aduerſantem cupiditatibus concepit, ac factioſos Baſileenſes in eum accendit auxitque audacia; tum plura alia grauiora molitus eſt. Cum vero interea Renatus Rex a Philippo duce Burgundiæ e cuſtodia, data illi Caſletenſi valle eſſet emiſſus c, ipſum Eugenius certiorem fecit d quanta in ſedem Apoſtolicam Alfonſus ob ſuſceptam eius aduerſus Aragonios clientelam geſſiſſet, preceſque addidit, vt pariter patrocinium Eccleſiæ ſuſciperet, adeſſetque archiepiſcopo Cretenſi, quem ad Francorum Regem mitteat.

Chariſſimo in Chriſto filio Renato Regi Siciliæ illuſtri ſalutem.

Noo ceſſat quotidie chariſſimus in Chriſto filius noſter Alfonſus Rex Aragonum illuſtris aliqua contra ſtatum noſtrum machinari & moliri tam in Baſileenſi concilio, quam alibi, vt nobis quaſi neceſſitatem afferat retrahendi mentem noſtram a fauoribus tuis, quæ quantum nobis noceant etiam in rebus grauiſſimis tu ipſe potes conſiderare. A te vere nullum adhuc præſidium neque auxilium habuimus, quod non tuæ voluntati, ſed detentioni & captiuitati tuæ imputamus. Verum cum nunc ſis in libertatem reſtitutus, ad quam rem, nos etiam diligentiſſimam operam pro poſſe impendimus, ſperamus a certo, quod cauſam noſtram & ſedis Apoſtolicæ defendendam ſuſcipies, quemadmodum te decet, & nos ſuſcepimus tuam. Itaque velis omni ſtudio & diligentia, prout de te ſperamus, efficere vt commiſſa per nos venerabili fratri noſtro archiepiſcopo Cretenſi, quem ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Francorum illuſtrem deſtinauimus, iuxta voluntatem noſtram ſortiantur effectum, prout etiam dilectus filius Ioannes de Scampis theſaurarius Pictauienſis, ſubdiaconus noſter, præſentium exhibitor latius referet ex parte noſtra tuæ ſerenitati, cui velis fidem præbere. *Dat. Bononiæ.*

Vexabat pariter Eugenium Philippus Maria dux Mediolanenſis Alfonſo fœdere iunctus, non modo Baſileæ ſeditioſorum, verum ducum ſuorum etiam opera, nam Ioſias Aquauiua & Franciſcus Piccininus Firmanos nonnulloſque alios populos confictis literis ſeducere tentarunt, iactantes conciliatum ducem Mediolanenſem fuiſſe Pontifici, ſeque illius obſequijs adeo addixiſſe, vt victricia mitteret agmina, quo Picenum ſedi Apoſtolicæ ſubijceret. Quibus a Franciſco Sfortia Attendulo Romanæ eccleſiæ ſignifero acceptis Eugenius Picenos omnes de hoſtilibus inſidijs pridie kal. nouembris præmonuit a. Hæc referebat ingratus princeps officia Chriſti vicario, qui ad Genuenſes in concordiam cum eo redigendos ſtudia apoſtolica collocabat, nam extant datæ eo argumento ad Thomam e Campo Fragoſium Genuenſium ducem ipſius literæ b, quem cum ad pacem conficiendam optime comparatum reperiſſet, Florentinos hortatus eſt c, vt ipſi quoque ad tam proficuum ſanctumque opus perficiendum incumberent.

Eugenius, &c. Deuotionem veſtram in Domino exhortamur, quatenus oratorem ſeu oratores veſtros, viros pacis & publici commodi amatores cum pleno ad eam rem, ac ſufficienti mandato quamprimum ad nos deſtinare curetis, præfatos ducem, & dominium Ianuenſe requirere, inducere, & hortari velitis, vt opus tam ſalutare, tam ſanctum tamque neceſſarium prompto & alacri animo capeſſant, pariterque oratores ſuos eadem ex cauſa, pleno & ſufficienti mandato inſtructos, quantocius ad præſentiam noſtram ſtudeant deſtinare. *Dat. Bononiæ die XII. octobris anno VII.*

26 Defecit ad ducem Mediolanenſem magnoſque iniecit tumultus ditioni eccleſiaſticæ Pyrrhus abbas Caſinenſis Spoletanæ arcis præfectus, cuius fides cum Pontifici ſuſpecta eſſet, abire iuſſus munere arcem reſtituere Eugenio recuſauit, quem merita affecturus pœna Eugenius abbatiam ei primum Caſinenſem edicto publico abrogauit d: ſed cum ille in perfidia obduteſceret, obſideri iuſſus eſt a Spoletanis, a quibus in eas anguſtias adductus eſt, vt equinas carnes vocaret, eum in auxilium vocato Franciſco Nicolai Piccinini filio, proditione Spoletum ingreſſus bona ciuium diripuit e, diraſque cædes effecit, quo depulſo Caſinenſis abbatiæ adminiſtratione Pontifex, ac diſciplinam monaſticam inſtaurare anniſus, inter alios B. Ioannis e Capiſtrano opera vſus eſt.

27 Hoc anno, conſulturus Eugenius Chriſtianæ religionis dignitati, cenſores fidei ad pellendam magiæ peſtem iuſſit f incumbere.

Dilectis filijs vniuerſis hæreticæ prauitatis inquiſitoribus vbilibet conſtitutis ſalutem.

Ad noſtrum, non ſine graui mentis amaritudine peruenit auditum, quod pleroſque Chriſti ſanguine mercatos adeo tenebrarum princeps, vt eos ſuorum damnationis lapſuſque participes efficiat eius infaſcinauit aſtutijs, quod ipſi deteſtabiles illius ſuorumque ſatellitum ſuaſus & illuſiones cæcitate noxia ſectantes, dæmonibus immolant, eos adorant, ab ipſis reſponſa preſtolantur, & accepta, illis homagium faciunt, & in ſignum deſuper chartam ſcriptam, vel quid aliud tradunt, cum ipſis obligatoria, vt ſolo verbo, tactu, vel ſigno, maleficia, quibus velint, illis inferant, ſiue tollant, infirmitates ſanent, aeris intemperiem procurent, & ſuper alijs nefandis pacta firmant, ſeu quod talia conceperint præſumptores extant: imagines,

Marginal notes: Inſiquus rediatus ... cum Mauris. — Ferdinandus princeps obſes ... gloria floreat. — a Lib. 12. pag. 25. — Alfonſus Aragon. Rex, olitaneum regnū inuadit. ... — b Blond. dec. 3. l. 7. Collenut. lib. 7. Summont l. 4. c. 4. & alij. — Renatus Rex Siciliæ reſtituitur libertati. — c Colten. ſup. lib. 6. Meyer. de reb. Belg. in Philip. & alij. — d Lib. breu. pag. 156. & in m. s. Alex VII. pag. 228. — Aragonius ſeditionem in Baſileenſi in Eug. concitat. — Renatus vt ſedis Apoſt. partes defendat, ſuſcitatur rogatus. — Mediolanen. dux Eugenium per ſuos vexat. — Picenum inuadit. — a Lib. 11. pag. 154. — b Lib. 12. pag. 105. — c Ibid. pag. 105. — Oratores a Genuenſibus ad ſe mitti poſtulat. — Pyrrhus Abbas Caſin. ... — d Lib. 10. pag. 176. — e Blond. dec. 3. l. 8 — f Lib. 12. pag. 24. — ... magiæ facinora.

Digitized by Google

gines, vel alia conſtituunt, fieri que procurant, vt ipſi dæmones inde conſtringantur, cum illorum inuocationibus, maleficia perpetrant, baptiſmatis & Eucharistiæ, nec non alijs ſacramentis & quibuſdam illorum materijs, etiam in eorum ſortilegijs & maleficijs abuti non formidant, imagines de cera aut alia re cum inuocationibus etiam huiuſmodi factis baptizant, vel ordinant baptizari, rurſuſque eorum aliqui ſacratiſſimæ crucis eiuſdem, in qua pro nobis omnibus Paſtor ipſe pependit, myſterium non reuerentes, in ſculpturis & alias præfatæ crucis ſigno, varia opprobria, motibus execrandis irrogant, & de ſacramentis ipſis, quæ nullatenus iteranda forent, auſibus ſuperſtitioſis iterare præſumunt, in graue vtique diuinæ maieſtatis offenſam, ſuarum & aliorum plurimorum periculum animarum, pernicioſum pariter & exemplum.

Profanant ab ijs Sacramenta.

Signo crucis abuſi.

Nos huiuſcemodi peſtiferos, quibus grex dominicus inficitur, contagiones & morbos propellere, cunctoſque populos a præcipitijs & vetitis, quantum in nobis fuerit, cohibere ſummis affectibus geſtientes, tibi & alijs, qui per te vicarij deputati fuerint vel ſubſtituti ſuper ijs, vobis & veſtrum cuilibet, nec non omnibus & ſingulis, qui deinceps in quibuſuis partibus ſiue locis hæreticæ prauitatis inquiſitores extiterint, ſuper præmiſſis & eorum quolibet contra talia, vel aliquod ipſorum committentes, aut fieri procurantes, ſeu quod fiant auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet exhibentes; nec non eorum receptatores & defenſores, indeque ſuſpectos, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, ſeu conditionis fuerint, auctoritate apoſtolica, quoties vobis expedire videbitur, inquirendi, ſeruatiſque modis, qui iuxta diſpoſitiones canonicas in proceſſibus cum locorum diœceſanis, & alijs in caſibus hæreſis amplectendi ſint, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij procedendi, nec non illos examinandi, & prout eorum in ijs exceſſuum qualitates exegerint carceribus mancipandi & detinendi, pœnis quoque debitis, ac per cenſuram eccleſiaſticam & quæuis opportuna iuris remedia, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis auxilio percellendi, nec non omnia alia, & ſingula, quæ in præmiſſis & circa ea quomodolibet neceſſaria vel opportuna fuerint, faciendi & exequendi, etiam cum priuilegijs & indultis apoſtolicis, quæ vobis in caſibus hæreſis huiuſmodi ſuffragari poſſunt, plenam & liberam auctoritate præfata concedimus tenore præſentium facultatem, non obſtantibus exemptionibus, priuilegijs & indultis etiam, quæ locorum diœceſanis ſuper eo forſitan, quod in ſuis ciuitatibus & diœceſibus ipſius prauitatis inquiſitores ad inquiſitionis officium admittere non debeant vel teneantur, & alijs perſonis, ſeu locis quibuſuis apoſtolica prædicta vel alia quauis auctoritate conceſſa fuerint, & per quæ præſentium effectus quomodolibet impediri poſſet, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum præſentibus mentio foret habenda, & quæ nullatenus alicui, quo ad hoc adminiculari volumus, nec non felicis recordationis Bonifatij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, illis præſertim quibus cauetur, ne quis extra ſuam ciuitatem vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam a fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices a ſede Apoſtolica deputati, extra ciuitatem & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, ſiue alij vel alijs vices ſuas committere præſumant, non obſtantibus duabus dietis in concilio generali, nec non alijs apoſtolicis conſtitutionibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. *Dat. &c.*

Iudiciarium ſeueritatem exhibe contra eos.

28 De alijs magorum horrendis flagitijs plura habet Ioannes Nider [a], ac de perditiſſimo homine, cui nomen inditum Staudes, eiuſque magiſtro Hoppone hæc tradit, quibus ſimilia antichriſti pſeudoprophetæ ſunt patraturi: *Audiui*, inquit, *quadam ab inquiſitore hæreticæ prauitatis Eduenſi, qui noſtri ordinis fuit in conuentu Lugdunenſi deuotus reformator, & in Eduenſi diœceſi multos de maleficijs reos inquiſierat.* Et infra: *& fama communis habet. Sciuerunt* [b], inquit, *hi duo, quando ſibi placuit, tertiam partem vini, fœni, vel frumenti, aut cuiuſcumque rei de vicini agro, nemine vidente, ad proprium agrum deferre, grandines vaſtiſſimas & auras læſiuas cum fulminibus procurare, in aſpectu parentum infantes prope aquam ambulantes in ipſam, nullo vidente, proijcere: cos[?] ſterilitatem in hominibus & iumentis efficere: in rebus & corporibus proximos lædere: equos ſub inſeſſoribus, ſi* [*] *ſtrepam aſcendenti tenerent, phreneticos facere, de loco ad locum per aera, vt putabant, transmeare, a ſe, cum capi deberent, fœtores peſſimos emittere, in ſe capientium manus & animos tremorem magnum incutere, occulta alijs manifeſtare, & quædam futura prædicare: abſentia velut præſentia conſpicere: ictu fulminis nonnunquam quem vellent interimere, & multa alia peſtifera procurare ſciuerunt, vbi & quando Dei iuſtitia hæc fieri permiſit.* At Hopponis magiſter Scauius gloriabatur alterum ſe eſſe Proteum, atque ex inimicorum ſuorum manibus, quoties ipſi luberet, inducta muris effigie, euaſurum. Verum cum in laconico prope feneſtram ſederet, neminemque haberet ſuſpectum, ab hoſtibus diuina permittente iuſtitia hâſtis confoſſus eſt. Porro neque humanam iuſtitiam poſſe effugere magos inſigni exemplo idem auctor ita demonſtrat: *Cum*, inquit, *iudex Petrus antefatum Stadelem capere vellet per ſuos famulos, tantus tremor manibus eorum incuſſus eſt, & corporibus & naribus illapſus tam malus fœtor, vt ſe fere deſperarent an maleficum inuadere auderent, quibus iudex ait. Secure miſerum inuadite, quia publica tactus iuſtitia omnes vires perdet ſuæ nequitiæ, & ita rei probauit exitus ſiue effectus. Idem iudex tale dedit exemplum. Cum, ait, Stadelem captiuaſſem, qui grandinibus terram & fruge grauiſſima læſerat, & per fulmina plura vaſtauerat, quæſiui a reo de veritate, qui poſt quartum ad chordas tractum primum reſponſum mihi dedit tale. Faciliter grandines procuro, ſed ad libitum lædere non valeo, ſed eos tantummodo, qui Dei deſtituti ſunt auxilio, qui ſigno crucis ſe muniunt fulmine mea non interibunt.*

a Io. Nid. l. 5. c. 3.

b Id. ibid. cap. 4.

Magorum opera ope dæmonum edita.

* ſtapedem

Magus præſtigijs.

Potentes eius poteſtatem cum a iuſtitia admini ſtrantibus.

29 Addit Nider [c], ſe ex ſacræ fidei cenſoribus & iuri dicundo præfectis accepiſſe, conuictos fuiſſe in Lauſanenſi agro magos, qui a dæmone in rabiem efferati natos ſuos trucidarint, coxerint, & eſitarint, pluribus interiectis de præſidijs, quibus magicarum artium inimica vis infringi poſſit, hæc ſubijcit: *Quantum ex prædicti Petri verbis in ſumma collegi, quinque ſunt, per quæ multum impediuntur aliquando in tota, aliquando in parte, aliquando ne in perſona hominis fiant, aliquando ne in ſuis amicis, videlicet fidem integram, vel Dei præcepta in charitate ſeruantibus, ſe ſigno crucis & oratione munientibus, ritus & cæremonias Eccleſiæ colentibus, publicam iuſtitiam bene exequentibus, & Chriſti paſſionem verbo vel memoria ruminantibus. De primo & ſecundo exempla talia mihi Petrus, qui ſupra retulit,*

Carnis humanæ eſu inducti a dæmonibus.

c Ib. ibid.

tulit, qua audierat de ſupradictis maleficiis. Cum, inquit, quidam ſimplex, ſed non rectus, maleficum me innocaret, vt inimicum ſuum vita priuarem, aut in corpore læderem grauiter fulminis ictu, vel modo alio; vocani ego magiſterulum, id eſt dæmonem, qui mihi reſpondit, quod neutrum facere poſſet: Habet, inquit, bonam fidem, & diligenter ſe ſigno crucis munit, idcirco non in corpore, ſed in vndecima parte fructuum ſuorum in campo ſi libet ei nocere poſſum. Addit ex eodem Petro iudice aliud exemplum depulſi oratione ſacra maleficij, necnon aliud ſubdit [a] de Margareta virgine, quæ in diœceſis Conſtantienſis limite prope Atheſim, cum tantam tempeſtatem concitatam vidiſſet, vt oppidum partim aquis partim ſaxorum motibus obruendum eſſet, correpta Chriſti e cruce pendentis effigie aduerſus glomeratas nubes crucis ſignum in acre expreſſerit, cuius vi tempeſtas fuerit ſedata.

Magi opera ne nocerit fide Christi armatis.

a Id. lib. 4 cap. 5.

Signo crucis ſedita tempeſtas excitata a dæmonib.

Execrandis huiuſmodi artibus dæmonum illuſum etiam fuiſſe in Gallijs præpotentem dynaſtam de Raiz regiorum caſtrorum magiſtrum, clariſſima familia natum militari peritia rerumq; geſtarum gloria florentiſſimum, quique ampliſſimas toparchias obtinebat, refert Monſtreletus [b]: eo enim ambitioſi hominis ſpes, de ingentibus honoribus & principatibus dæmonum opera comparandis procupiſſe, vt ritu magico pueros & fœminas prægnantes enecaret, quorum ſanguine carmina dæmonum exaranda curabat, ſeque octoginta & eo amplius miſeros violenta nece ad tantum patrandum flagitium peremiſſe confeſſum ait, atque a cenſore fidei apud Nannetes damnatum anno MCCCCXL. ducis Britanniæ iuſſu præfocatum laqueo, flammiſque iniectum: quem, vbi fallacia eſſe dæmonum promiſſa animaduertit, veniam a Deo popoſciſſe addit. Eiuſmodi magos prænuntiaſſe Amedeo duci Sabaudiæ ipſum infulis papalibus ornatum iri, refert Blondus [c]: *Multis, inquit, narraſſe nouimus prædictum ſibi a pythonibus futurum, vt pontificatu Romano decoraretur.* Sed de eo inferius.

b Monſtrel. vol. 2. pag. 174. an. 1440.

Humana ſacrificia a magis facta.

Pronuntiatus duci Sabaudo magis antipapatus.

c Blond. dec. 3. l. 8 & l. 10.

30 Hoc anno id. auguſti, vt refert Alfonſus Ciaconius [d], creatus [e] eſt ab Eugenio Cardinalis Ioannes Vitelleſcus patriarcha Alexandrinus presbyteralique titulo S. Laurentij in Lucina ornatus, vir bellicis artibus clarus, ac magnis muneribus auctus ab Eugenio, quem demum vaſta corrupit ambitio, vt in exemplum humanæ inconſtantis felicitatis venerit. Claudimus hunc annum Eugenij decreto, quo academiam Cadomenſem in Normannia excitauit [f].

Io. Vitelleſcus Card. creatus.

d Ciac. in Eug. IV.

e S. Ant. 3 p. til. 22. c. 11. §. 30.

Cadomenſis academiæ inſtitutio.

f Lib. 10. pag. 160.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, rei quoque publicæ & orthodoxæ fidei incrementum in oppido Cadomenſi, quod quidem ad multiplicanda doctrinæ ſemina & ad ſingulas humanis vſibus res neceſſarias ſubminiſtrandas accommodum eſſe, ac alias locum apertum & idoneum præhabita diligenti informatione reperimus, generale ſtudium auctoritate apoſtolica tenore præſentium erigimus, ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod perpetuis futuris temporibus vigeat & præſeruetur ibidem tam in theologia, iure canonico, & ciuili, ac medicina quam in alijs quibuslibet licitis facultatibus, volentes ac ſimiliter ſtatuentes, quod legentes & ſtudentes ibidem omnibus priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, & gratijs conceſſis magiſtris in theologia, ac doctoribus, licentiatis, baccallarijs, legentibus, & ſtudentibus in ſtudijs prædictis gaudeant & vtantur, &c. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVII. III. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* VII.

IESV CHRISTI
Annus 1438.

EVGENII PP. IV. annus 8. ALBERTI ROMANOR. REGIS 1. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 15.

1 COepta eſt celebrari Ferrariæ ſynodus œcumenica, ſoluta iam Baſileenſi, anno a partu virgineo milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo indictione prima, præſide Nicolao Albergato tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinale A. S. L. iuſſique præſules ſoluto conuentu Baſileenſi in eam vrbem ad Græcorum cum Latinis coniunctionem inſtaurandam ſe conferre [a]. Extat ea de re pontificium diploma [a], quo Nicolao huiuſmodi prouincia data eſt.

Cœpta ſynodus Ferrariæ.

a Ext. in m. s. bibl. Vat. ſign. n. 4128. & in actis Andr. S. Crucis edit. ab Horat. Card. Iuſt pag. 44.

Nicolao tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali A. S. L.

Cum nos nuper Baſileenſe concilium ex certis cauſis vrgentiſſimis, ac paci Eccleſiæ neceſſarijs ad ciuitatem Ferrarienſem de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu duxerimus auctoritate apoſtolica transferendum, ac poſtmodum ipſum concilium, in quo quamprimum intendimus & volumus perſonaliter intereſſe, certo tempore tunc expreſſo inchoandum ſtatuerimus, ac etiam celebrandum, nos conſiderantes præcipua virtutum dona, quibus perſonam tuam Altiſſimus inſigniuit, quodque ſapientia tua in magnis & arduis noſtris & Eccleſiæ negotijs ſumma cum prudentia & integritate verſata ingentem laudem tuis operibus comparauit, ac ideo in Domino confidentes, quod ſolitam prudentiam, fidem, & integritatem præſtabis ſimiliter in reliquis negotijs tuæ circumſpectioni de cætero committendis te de eorundem fratrum conſilio ſedis Apoſtolicæ legatum cum plena poteſtate legati de latere, nec non noſtrum & ipſius ſedis in præfato concilio Ferrariæ celebrando præſidentem eadem auctoritate tenore præſentium facimus, conſtituimus, & etiam deputamus, &c. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVII. II. *non. ianuarij pontificatus noſtri anno* VII. Pariterque poteſtatem ipſi tradidit decernendi ea, quæ ad pacem inter viros pios conciliandam, ſeruandam mutuam eccleſiarum conſenſionem, orientales occidentaleſque ſacro fœdere coniungendos, & excindendas hæreſes ſpectarent, cæteraque perficienda, ob quæ iam ante concilium Baſileæ indictum fuerat; tum omnes nullo gradus, dignitatis, ordiniſue diſcrimine & quauis prouocatione reiecta, imploratque principum ope, compeſcendi, qui ſacro Ferrarienſi concilio aduerſarentur; præterea ornauit Cardinalem eundem pluribus alijs prærogatiuis [b], quæ ipſi auctoritatem in eo munere conciliarent.

Elogium Nicolai Card. Alberg.

Præſidere iuſſus concilio.

b Lib. 23. pag. 11. ad 20.

2 Accepto apoſtolico imperio Nicolaus mox Ferrariæ in principe eccleſia primam ſeſſionem celebrauit, vti ſubiectis verbis conſignant publica documenta: *Anno a natiuitate domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo, indictione prima, die vero mercurij octaua menſis ianuarij, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Eugenij diuina prouidentia Papæ IV. anno ſeptimo.* Interfuere [c] illi præſide legato pontificio quinque archiepiſcopi, epiſcopi octodecim, quatuor alij deſignati, tum plures religioſorum ordi-

Seſſio 1.

c Acta Andreæ ſenct. acts pag. 45.

Digitized by Google

Præſulum numerus.

ordinum præfati. Præmiſſa eſt ſolemnis inſtructa religioſa pompa ſupplicatio, Spiritus ſancti votiuum ſacrum ritu ſolemni peractum, habita etiam pia concio. Deinde Cardinalis iuſſu literæ Eugenij de tranſlato Baſilea Ferrariam concilio perlectæ, quas nos tum ante attulimus, tum alia de publica fide vniuerſis ad ſynodum perrecturis data, addita Nicolai marchionis Ateſtini eadem de re ſyngrapha.

Factioſorū Baſileenſiū decreta reſciſſa.
a Ibid. pag. 50.

Proximo die Nicolaus Cardinalis conuocatis præſulibus ad conſtabiliendum concilium plures articulos propoſuit, qui ſumma conſilij maturitate diſcuſſi, nemine diſſentiente die nona ianuarij ſunt promulgati. Damnata in primis factioſorum Baſileenſium geſta, qui nulla freti auctoritate multa nefaria facinora edidere, ac pronuntiatum a iuſte Eugenium ex decreto conuenta cum Græcis pacta continente, atque ex alia ſanctione in vigeſima quinta ſeſſione ſynodi Baſileenſis edita concilium Ferrariam tranſtuliſſe, tum valere eius literas IV. kalen. ianuarij datas, quibus temere geſta a turbulentis & ſeditioſis præſulibus reſciderat.

Transferēdi concilij iuſtas fuiſſe cauſas decernitur.

Sancta vniuerſalis ſynodus, inquiunt acta, *per ipſius Dei gratiam auctorizante beatiſſimo domino Eugenio Papa IV. in hac ciuitate Ferrariæ in Spiritu ſancto legitime congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, præſidente vice et nomine ipſius ſanctiſſimi domini Eugenij reuerendiſſimo in Chriſto patre & domino domino Nicolao tit. S. Crucis in Ieruſalem S. R. E. presbytero Cardinale A. S. L. illius inhærens firmiſſimo fundamento, qui Apoſtolorum principi dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; ſolicita ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis*, & infra, *declarat tranſlationem & declarationem prædictas fuiſſe & eſſe legitimas, iuſtas, & rationabiles, ac vrgentiſſima neceſſitate ad tollendum impedimentum ſanctiſſimæ vnionis occidentalis & orientalis eccleſiæ, atque etiam ad euitandum ſchiſmam in Dei Eccleſia iam imminentem pro euidentique vtilitate totius reipublicæ Chriſtianæ fuiſſe & eſſe factas, & conſequenter hanc ipſam ſanctam ſynodum ad ea omnia, pro quibus dictum olim Baſileenſe concilium ab initio fuerat inſtitutum, præſertim pro futuro œcumenico concilio, pro ipſa ſanctiſſima vnione prædicta in præſenti ciuitate Ferrariæ in Spiritu ſancto eſſe legitime congregatam & ſtabilitam, continuationemque deinceps, ac proſecutionem ad prædicta omnia debere habere, tranſlationem ipſam cum declaratione, vt præmittitur, ſubſecuta laudat, ſuſcipit, & approbat.* Et infra,

Declarat inſuper hæc ſancta ſynodus quod, cum notoria neceſſitas & euidens vtilitas ſupradictarum cauſarum ipſum ſanctiſſimum dominum Eugenium ad tranſlationem ipſam coegerit & impulerit, ſub decreto octaua & vndecimæ, vel cuiuſcumque alterius ſeſſionis dicti olim Baſileenſis concilij vllatenus non includi, decernitque congregationem illam Baſileæ, & omnem aliam, quæ ibi vel alibi ſub nomine generalis concilij forſitan conuenerit illegitimam potius & reprobam conuenticulum eſſe cenſendam, & cenſeri debere, nullaque auctoritate generalis concilij poſſe conſiſtere, &c. Conuulſit eadem ſynodus omnia, quæ Baſileenſe conuenticulum, arrogato ſibi concilij œcumenici ſpecioſo nomine a tempore, quo pontificio imperio fuerat ſolutum geſſiſſet, vel gerere auderet: ſi quid vero in Bohemica re vtile præſtitiſſet, id confirmatum, ſuppletumque vitium, quod interceſſiſſet. Reſcidit etiam ſacramenta omnia, quibus aliqui olim concilio Baſileenſi adſtricti fuiſſent;

Conuentus Baſileen poſt tranſlationem damnatus.

Si quid in re Bohemica geſtum ſit illud, confirmatum. ſacramenta quibus Baſileenſi adſtricti erāt ſoluta.

pronuntiauit eos, qui Romani Pontificis aulam ſequebantur, ea de cauſa ſacerdotijs, muneribus, cenſibuſue eccleſiaſticis non mulctandos; tum cunctos, qui concilijs adeſſe deberent obſecrauit, vt proximo tempore Ferrariam eccleſiæ conſulturi venirent.

Vocati Ferrariam præſules.

3 His a ſynodo Ferrariæ geſtis, Pontifex profectionem ſuam parare cœpit: confectæ tamen prius XVI. ianuarij die inter Franciſcum Cardinalem ærarij præfectum pontificio nomine, ac Nicolaum marchionem Ateſtinum nonnullæ pactiones, ad apoſtolicam ſpectantes dignitatem; quibus ille ad Eugenium meritis colendum honoribus, ædes parandas ſuo ſumptu tum ipſi tum acceſſuris Imperatoribus & Cardinalibus, atque ad non exigendenda e neceſſario commeatu inferendo vectigalia ſe adſtrinxit. Vt vero Pontifex Ferrariam ſe contulerit & a Nicolao marchione honorificentiſſime exceptus ſit, refert ſubiectis verbis Andreas e Sancta cruce: 1 *Die veneris vigeſima quarta prædicti menſis ianuarij ſanctiſſimus D. noster dominus Eugenius Papa IV. de ciuitate Bononienſi verſus ciuitatem Ferrarienſem veniendo reuerendiſſimorum dominorum S. R. E. Cardinalium, archiepiſcoporum, epiſcoporum, electorum, & aliorum prælatorum in multitudine copioſa ſolemniter aſſociatus monaſterium S. Antonij extra muros applicuit, illucque feliciter intrauit: 4 Die lunæ vigeſima ſeptima præfati menſis hora vigeſima prima, vel quaſi, prælibatus dominus noſter Papa per patres & dominos huius ſacri concilij, equitone in cappis, nec non clerum ciuitatis Ferrarienſis proceſſionaliter cum reliquijs honorifice receptus magnificis viris dominis Antonio de Pace decretorum doctore & milite ſereniſſimi domini domini Ioannis Caſtellæ & Legionis Regis a dextris, ac Nicolao marchione Ferrarienſi a ſiniſtris pedes equi ipſius domini noſtri ducentibus, ciuitatem prædictam feliciter intrauit, ac vſque ad eccleſiam maiorem dictæ ciuitatis incluſiue aſſociatus fuit. Facta quoque per ipſum dominum noſtrum ante altare in medio ipſius eccleſiæ paratum oratione, & dicta collecta, ipſe in quadam cathedra ibidem ſolemniter parata ſe repoſuit, & demum per reuerendum patrem epiſcopum Foroliuienſem, ſermonem breuem fecit atque compleuit, quo completo ipſe dominus noſter, data per eum primitus benedictione, abinde diſcedens, palatium ſuum intrauit.*

Pactiones cum marchione Ateſtino ictæ.

a Ext. ib. pag. 42.

Eugenius Ferrariam it edit.

Solemniter exceptus Papa.

4 VI. id. februarij conuentum Cardinalium, præſulum, ac doctorum coegit, in quo modeſte de Baſileenſium ſeditioſorum turba queſtus, expoſuit quæ geſta inique ab ijs fuiſſent, vtque omni animi contentione ab ineunte pontificatu ad pacem reſtituendam, componendos Chriſtianorum mores, atque omnes maculas, quæ ordinibus quibuſuis, vel ipſi pontificiæ maieſtati aut Romanis aulicis hæſiſſent eluendas aſpiraſſet, concordiam cum Baſileenſibus alere niſus eſſet, nec votis potitus; immo ij non modo pontificios internuntios & oratores inhumane iniurijs affeciſſent, verum & dignitati etiam apoſtolicæ detraxiſſent, & orientalium cum Romana eccleſia conſenſionem, ad quam prouehendam Baſileenſis ſynodus indicta fuerat, quamque ipſe maximo animi ardore ſemper expetiuerat, diſturbare niterentur. Tum præſules hortatus eſt, vt optima ad compeſcendos ſeditioſos Baſileæ congregatos conferrent conſilia, ac ſingulari animi demiſſione addidit, vt ſi ipſe vel familiares geſſiſſent aliqua, quæ cenſura digna putarentur, ea a ſe vel illis emendatum iri; præterea eoſdem patres eſt adhortatus, vt cæteris virtutum exemplo prælucerent. Vbi perorauit Eugenius

Expoſuit pia ſua ſtudia.

Ad coercēdos Baſileēſes incitat Patres.

Digitized by Google

nius eadem ipſius nomine a Ioanne archiepiſcopo Tarentino repetita fuere, ac tum Iordanus Vrſinus epiſcopus Sabinenſis Cardinalium, præſulum vero abbatum & aliorum nomine Thomas archiepiſcopus Rauennas de nauata pro re Chriſtiana opera gratias egere Pontifici, ac ſtudia ſua ad eccleſiaſticæ diſciplinæ decus in vniuerſis ordinibus inſtaurandum ſe coniuncturos ſpondere. Vocati deiu fuere in ius factioſi Baſileenſes, qui Florentia Vtinone a ſaniore ac maiore præſulum parte, ad quam loci electio deuoluta pertinebat deſignatis, Aueuionem delegiſſent, translatoque Ferrariam ad declinanda imminentia pericula concilio, Baſileæ non ſine ſchiſmatis labe perſtitiſſent, increbreſcenteque Imperatoris & patriarchæ Græcorum aduentus fama, pontificali munere Eugenium interdicere, atque aulicos obiectis pœnis a pontificio comitatu Ferrariæque ingreſſu deterrere eſſent auſi. Quibus auditis Pontifex mature ijs conſulturum ſe, ſuamque innocentiam, ac Baſileenſium improbitatem in omnium gentium oculis conſtituturum reſpondit.

In ſedicioſi vocati Baſileæ ſchiſmatici.

5 IV. id. februarij in celebri cœtu, habito in pontificio ſacello de ordine conſidendi, de publicis actis conficiendis, ac de ijs, qui concilio aggregandi forent ſanctiones editæ, dieque proxima agitatum, quo legum ordine in Baſileenſes agendum eſſet. Alij pie eos monendos deque fœdere poſtulandos cenſuere, Caſtellani vero adhibendam in ipſos ſeueritatem putabant, inter quos Legionenſis epiſcopus, vt acta referunt, ita ſentiebat: *Quod inſolentia illorum de Baſilea maxima ſit, & ſi ipſi Baſileenſes concordare voluerint, veniant ad fontem, videlicet ad ſanctiſſimum dominum noſtrum, qui miſericors eſt & ſemper pacem quæſiuit.* Et infra: *Granatenſis viua voce propoſuit dicens, quod pœnas pene grauiores etiam terminis læſæ maieſtatis dicti rebelles incidiſſe deberent declarari, quodque etiam deberent mitti ad prouincias ſingulas homines valentes & experti ad prædicandum populo, cum populus multoties inducat principes ad faciendum ea, quæ non facerent ſi populus ad illa non inſtaret.*

Præſules in eos ſententia.

Seſſio II.

XV. kal. martias celebrata eſt ſecunda ſeſſio præeunte Eugenio Pontifice eique aſſidentibus ſeptuaginta duobus epiſcopis mitris redimitis, aſſentiente ſynodo peractaque diuina re conceptum, antea decretum a Foroliuienſi epiſcopo e ſuggeſtu lectum eſt, quo factioſi Baſileenſes nullo dignitatis cardinalitiæ vel epiſcopalis diſcrimine contentis literis apoſtolicis de tranſlato Ferrariam concilio pœnas contraxiſſe renuntiati *, iuſſique excurrente menſe Baſilea diſcedere, data vero magiſtratibus Baſileenſibus ac populo mandata b, vt eos inde ejicerent, cenſuræque non paſſuris intentatæ.

Contrariſſe cenſuras pronunciati.
a lib. 4. p. 63.
b lib. 19. pag. 230. & 279. & in actis conc. Ferr. seſſ. 2. to. 4 p. 1. ex edit. Bin. & in actis Andr. ſanctacr. p. 64.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum in ſacro olim Baſileenſi concilio de loci electione pro futuro œcumenico concilio ageretur, & per eos, ad quos poteſtas eligendi locum erat deuoluta, factum eſſet decretum, ipſumque ambaſſiatores chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Imperatoris Græcorum & venerabilis fratris Ioſeph patriarchæ Conſtantinopolitani ibidem exiſtentes acceptaſſent, ac nonnullis Auinionem vel alium locum nominantibus, ad quem præfati oratores nullo modo ire velle proteſtabantur, aſſerentes pro certo præfatos Imperatorem & patriarcham ad dictum concilium niſi perſonaliter intereſſemus, nullatenus acceſſuros, prædicti qui Auinionem petebant, veriti Græcos ad eos nequaquam ituros, quoddam decretum ſiue libellum aduerſus nos, licet nullum, & de facto in graue ſcandalum & ſciſſuram Eccleſiæ, initique ſancti operis vnionis videlicet Græcorum perturbationem conflare temere auſi ſunt. Nos pro vnitate Eccleſiæ conſeruanda, & dicta vnione Græcorum conſequenda prædictum Baſileenſe concilium ex iuſtis, rationabilibus, neceſſarijs, ac vrgentibus cauſis de conſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, quampluribus venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filijs electis & abbatibus apud ſedem Apoſtolicam exiſtentibus id laudantibus & conſulentibus ad ciuitatem Ferrarienſem & Græcis & nobis accommodam ſub certis modo & forma, vt illi a tam ſcandaloſo proceſſu merito reſipiſcerent, apoſtolica auctoritate tranſtulimus, prout in literis ſuper inde confectis latius continetur. Ipſi vero omnem viam pacis ſpernentes, & in ſuo obſtinato propoſito perſeuerantes, literaſque dictæ tranſlationis, ac omnia in eis contenta paruipendentes, ac mala malis cumulantes, non ſolum rationabilem tranſlationem noſtram ex prædictis iuſtiſſimis ac vrgentibus cauſis, vt præmittitur, factam non acceptarunt, ſed vt infra certum tempus & ſub ſuſpenſionis pœna prædictam tranſlationem reuocaremus, monere iterata temeritate ſunt auſi, quod quidem nil aliud erat, quam vt tam ſancti operis, tamque Chriſtianis omnibus optabilis proſecutionem deſerere cogeremur.

Ut præſt. nationi concilij Baſileæ nuper locum in Italia delegerit.
Eo admiſerint oratores reject. Auenionë reſpuentes.

Factioſi Baſileenſes ad turbandam eccleſiæ pacem.

Ferraria ex loci Græcis accommoda deſignata.

His non ſine animi diſplicentia intellectis, cum ea omnia non ſolum in deſtructionem tam ſancti operis, ſed in manifeſtam Eccleſiæ ſciſſuram, vt præmittitur, tendere videremus, tranſlationem per nos tam neceſſario factam, & conditiones in illa appoſitas purificatas fuiſſe, & ipſum Ferrarienſe concilium inchoari, ac legitimam proſecutionem habere debere, prout in alijs noſtris literis continetur, plenius declarauimus, ad illudque inchoandum dilectum filium noſtrum Nicolaum tit. S. Crucis in Ieruſalem presbyterum S. R. E. Cardinalem noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum deſtinauimus. Quod quidem in non paruo prælatorum numero legitime congregatum in publica ſeſſione tranſlationem, & declarationem prædictas legitimas, iuſtas, ac rationabiles, ac vrgente neceſſitate ad tollendum impedimentum præfatæ ſanctiſſimæ vnionis occidentalis & orientalis eccleſiæ, ac etiam ad euitandam ſciſſuram in Dei Eccleſia nunc imminente pro euidenti vtilitate totius reipublicæ Chriſtianæ fuiſſe & eſſe factas ſolemniter declarauit, prout ex ſerie decreti ſuper inde confecti liquide conſtat.

Anniſi Baſileen. concilium eſt Rom. eccleſiæ conditionem dirimere.

Æquiſſimas transferendi concilij cauſas fuiſſe pronuntiatum.

Interea certiores facti prædictos Imperatorem patriarcham, & Græcos littoribus Italiæ appropinquare ad hoc ipſum ſacrum Ferrarienſe concilium Deo duce, ea intentione & firmo propoſito venimus, vt non ſolum hoc ſanctæ vnionis opus, ſed illa etiam, propter quæ concilium Baſileæ fuerat congregatum, realiter & cum effectu, adiuuante Domino, proſequeremur. Ad quæ etiam aduertens dilectus filius Iulianus tit. S. Sabinæ presbyter Cardinalis A. S. L. vt prædictos a tam manifeſtis ſcandalis abſtineret, multis validiſſimis rationibus hortaretur, & pro eorum obſtinata mente nullatenus exaudiretur, ſed eos magis ad illa ſcandala in Dei Eccleſiam perpetranda paratos aſpiceret, ne illorum impietatibus aſſiſtere videretur, inde diſceſſit. Illi vero neque id conſide-

Iulianus Card. Ceſar. A. S. L. Ferrariam ſe confert.

ſiderantes, & neſcientes in ſemitis pacis & iuſtitiæ dirigere greſſus ſuos, iamque certiores effecti Græcos nullatenus ad eos accedere velle, ac littoribus Italiæ appropinquaſſe, in ſua cordis duritia perſeuerantes, cum dictam Græcorum vnionem, pro qua nobiſcum totis viribus, ingenio, & induſtria laborare, ac nobis aſſiſtere debuiſſent, aliter impedire & diſturbare nequirent, peiora prioribus adijcientes, ad tantum temeritatis & audaciæ ſunt progreſſi, vt nos a papali adminiſtratione ſuſpenſos eſſe, plurimis Regum & principum oratoribus, qui Baſileæ erant, tam nefandum ſcelus execrantibus & in contrarium proteſtantibus, auſu ſacrilego declarare, & ad alia plura, licet nulliter & de facto, procedere præſumpſerint.

Certiores facti Baſileen. nolle Græcos ad eos accedere.

Pontificatum abrogare Eugenio nituntur.

Nos igitur attendentes exceſſus eorum adeo notorios eſſe, vt non poſſint aliqua tergiuerſatione celari, quodque error, cui non reſiſtitur, approbari videtur, & latum pandit delinquentibus ſinum, qui eorum erroribus non reſiſtit, ac nequeuntes abſque graui offenſa domini noſtri Ieſu Chriſti & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ tot & tantos exceſſus, qui præſertim ſanctam & optatiſſimam vnionem Græcorum impedire diſturbare, ac penitus tollere videantur, vlterius tolerare, aduerſus præfatos in Baſilea exiſtentes, hoc ſacro approbante concilio, in virtute Altiſſimi decreuimus, iuſtitia mediante, in quantum oporteat, procedendum. Quapropter, matura deliberatione cum hac ſancta ſynodo præhabita, omnes & ſingulos Baſileæ ſub prætenſi concilij nomine, quod verius conuenticulum dici debet, contra translationem & declarationem prædictas conuenientes, ac tam ſcandaloſa & nefaria præſumentes, etiam ſi cardinalatu, patriarchali, epiſcopali, abbatiali, aut alia quauis dignitate eccleſiaſtica vel ſæculari præfulgeant, pœnas excommunicationis, priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum, inhabilitationis ad futura in dictis noſtris literis tranſlationis contentas, hoc ſacro approbante concilio incidiſſe decernimus & declaramus, decernentes inſuper & declarantes irritum & inane, ac nullius roboris vel momenti quidquid per eos tam circa prædicta, quam contra curiam noſtram ſequentes, vel in ſacro Ferrarienſi concilio exiſtentes a die tranſlationis per nos factæ ſub nomine concilij vel alias attentata fuerit vel in poſterum quomodolibet contigerit attentari, mandantes propterea, ipſo etiam ſacro approbante concilio, ſub dictis pœnis & cenſuris & virtute præſtiti iuramenti, quo ſanctæ ſedi Apoſtolicæ tenentur aſtricti, omnibus & ſingulis Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, electis, & abbatibus & cæteris cuiuſcumque conditionis, ſtatus, & gradus exiſtant in dicta ciuitate Baſileenſi ſub præfato prætextu concilij conuenientibus, quatenus infra triginta dies a die datæ huius decreti debeant realiter & cum effectu ab ipſa ciuitate receſſiſſe, præcipientes quoque magiſtris ciuitatum, conſulibus, ſcabinis ciuitatem Baſileenſem regentibus, & gubernatoribus, cæteriſque officialibus, quocumque nomine cenſeantur, quatenus infra prædictum triginta dierum terminum prædictos non recedentes a ciuitate præfata expellant, & a ſe realiter & cum effectu abijciant, quod ſi infra prædictum terminum facere omiſerint, omnes & ſingulos regentes & officiales prædictos excommunicationis, populum vero & ciuitatem præfatos eccleſiaſtici interdicti ſententias incurrere decernimus ipſo facto, quorum

Perculſi anathemate aliiſque pœnis afficiuntur.

Acta eorũ abrogata.

Dura Baſileæ magiſtratibus imperata.

abſolutionem niſi in mortis articulo, interdicti vero relaxationem nobis ſpecialiter reſeruamus. Omnibus inſuper & ſingulis, ad quorum notitiam hæc peruenerint, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna præcipimus & mandamus, vt ſi prædicti in Baſilea conuenientes eiuſque ipſi nobis non obediendo fuerint contumaces, nullus poſt dictum terminum ad dictam ciuitatem Baſileenſem accedat, ſed ipſis denegent mercimonia & cuncta ad vſum hominum neceſſaria. Mercatores quoque, qui cauſa dicti olim concilij ibi conuenerunt, cuiuſcumque conditionis exiſtant, ſub eadem excommunicationis pœna inde omnino diſcedant. Si qui vero hæc noſtra mandata contempſerint, elapſo dicto termino, Baſileenſibus in contumacia perſiſtentibus, aliqua forſan portare præſumentes, cum ſcriptum ſit: *Iuſti tulerunt ſpolia impiorum*, poſſunt tales huiuſmodi a quibuſcumque Chriſti fidelibus impune ſpoliari, bonaque ipſa potius capientium dominio cedant.

Ni pareant Fidelium commercio interdicti.

Pertinaciũ mercatores prædæ expoſiti.

Verumtamen, quia redeuntibus gremium ſuum nunquam claudit Eccleſia, ſi prædicti Baſileæ commorantes, vel ipſorum aliqui infra prædictum terminum triginta dierum a die datæ præſentium, vt præmittitur, ad cor redierint & a dicta ciuitate receſſerint, prædictas pœnas, quoad obedientes, prædicto ſacro concilio approbante, remittimus & plenarie relaxamus, eaſque pro infectis ab earum data & quæcumque inde ſecuta haberi volumus, decernimus, & mandamus ſupplentes, præfato approbante concilio, omnes defectus, ſi qui forſan & ſolemnitate iuris in præmiſſis vel ex omiſſione alia interuenisſent. Nulli ergo omnino hominum, &c. *Dat. Ferrariæ in generali ſeſſione ſynodali ſolemniter celebrata anno ab incarnatione domini noſtri Ieſu Chriſti* MCCCCXXXVII. XV. *kal. martij pontificatus noſtri anno* VII.

6 Obtemperauit iuſſis apoſtolicis præſulum Baſileæ agentium pars, quæ dignitate auctoritateque excellebat, atque inter alios Cardinalis S. Angeli legatus Venetias ad Græcos excipiendos procurrit. Pars alia obduruit in pertinacia, ac minoris ordinis ſacerdotes in locum deficientium præſulum ſubſtituit, Pontificeque cum orientalium & occidentalium epiſcoporum ampliſſimo numero concilium celebrante Ferrariæ, vniuerſalem Eccleſiam Baſileæ repræſentare impudenter iactauit.

Præſtantior Baſileenſiũ pars Eugenio paruit.

Quod ad Græcorum aduentum ſpectat; refert Georgius Phrantzes a Imperatorem, antequam Conſtantinopoli ſolueret, receſſum ſuum Ameræ Turcarum Regi ſignificaſſe, barbarum vero ab eo ipſum conſilio reuocare conatum: quippe Latinorum Græcorumque coniunctioni inuideret, ac tum Græcos veritos, ne abſente Imperatore Ameras impetum ſuum ab obruendam Conſtantinopolim converteret, in deliberationem rem adduxiſſe, an Turcis obſecundandum foret, an ad ſynodum abeundum: demum egreſſo Conſtantinopoli Imperatore Turcam vrbem oppugnare conſtituiſſe; ſed Halimbaſſam eius ſententiæ obſtitiſſe, ita enim euenturum, quod maxime Turcæ vererentur: expectandum potius ſucceſſum videri, ſi enim Græci Latinis adhæſerint, pacem cum ijs pangendam, deinde opportuno tempore occaſionem ad debellandam Conſtantinopolim captandam. Vehementi metu Conſtantinopolitanos, his auditis, commotos fuiſſe, refert auctor, ſed ad eorum animos confirmandos ſubmiſſas iam ante Latinorum ſubſidiarias copias vidimus.

a Phrantz l.2.c.13.

Conſtantinopolim oppugnare conſtituit Amurates.

Subſidiariæ a Latinis copiæ ſubmiſſæ.

Deſcribit accurate idem auctor [a], qui rem ex Demetrij deſpotæ ore accepit, apparatus magnificentiam, qua Imperator a duce ſenatuque Veneto acceptus eſt; ſed Phrantzes ipſe prætermiſſo, quem harum rerum cupidi legere poterunt, ſufficerit nobis ex Andrea e Sancta cruce [b] breuem narrationem delibare.

a Id. ibid. cap. 14.

b Andr. ſanct. cr. pag. 70.

Exceptus Venetijs ingenti pompa Palæologus Imperator.

Nona, inquit, februarij die anno MCCCCXXXVIII, *magno cum campanarum pulſu Græci Venetijs recepti ſunt, duce Venetorumue ciuibus dominio præſidentibus in naui, quam bucentaurum nominant, obuiam euntibus, in qua Imperatore recepto, ad palatium ſibi diſpoſitum conduxere; venerabant namque, et aſſerebatur, omni dimiſſa credulitatis pertinacia, vt veritatem cognoſcerent, meritoque plaudendum fuerat.* Et infra: *Eugenius ſummus Pontifex reuerendiſſimum Cardinalem S. Crucis, ac marchionem Ferrarienſem ad Græcos recipiendos Venetias miſit, audito Græcorum aduentu, ſed & reuerendiſſimus dominus Cardinalis S. Sabinæ S. Angeli cognominatus, qui Baſileenſi concilio præfuerat, qui ad hoc potiſſime conuentionem illam protexiſſe aſſeruerat, vt Græcorum vnioni cauſam daret, cum Græcos Pontificis nauibus aduehi conſpexit, ex Baſilea Venetias venit paulo poſt præfatorum Cardinalis & marchionis aduentum.* Et infra: *Imperator & patriarcha Græcorum primo eorum ingreſſu ex Venetijs ad ſummum Pontificem oratores deſtinarunt ſæculares tres, abbates duos, qui vigeſima februarij Pontificem adierunt. Data eis licentia publice differendi, ſæculares conuenienter ſummi Pontificis in acceſſu genuflexi ſunt. Clerici vero curuato capite aliam reuerentiam non exhibuerunt. Expoſuerunt Imperatorem & patriarcham ad nutum ſuæ ſanctitatis veniſſe, illicoque pauſa ex longo itinere ſumpta aduenturos.*

Miſſus ad eum cum alijs Nicolaus Card. Alberg.

Imp. & patriarch. Pontificem de ſuo aduentu certiorē faciunt.

Proſequitur deinde auctor, vt Palæologus, relicto Venetijs patriarcha, Ferrariam ingreſſus Pontificem ſalutarit: *Quarto martij Græcorum Imperator Ferrariam magno cum equitum apparatu ingreſſus eſt. Occurrerunt ei Cardinales obuiam omnes, qui tunc Ferrariæ erant, extra ciuitatem cum magno prælatorum comitatu. Sub pallio aureo ductus eſt ad palatium apoſtolicum, & equeſter vſque ad Papæ cameram, via ad hoc in palatio Ferrarienſi per marchiones antiquitus conſtructa, exhibitaque Romano Pontifici reuerentia debita, ad palatium, paradiſus cognominatum, pro ſui reſidentia diſpoſitum ſimili pompa aſſociatus eſt.* Viſitur in æneis valuis baſilicæ S. Petri Eugenij iuſſu conflatis efformata effigies, qua Pontifex ipſe papali thyara redimitus, Imperatori nudo capite altero genu prouoluto manum porrigit, a quo nonnihil diſcrepat Phrantzes [c], dum hæc de Pontifice ſcribit: *Cognito Imperatorem ad portam adeſſe, ſurrexit & inambulauit, & ita ſpatia facientem Imperator offendit, qui cum in genua vellet procumbere, non id Papa permiſit, ſed eum complexus porrectaque dextera oſculatus eſt, & ad ſiniſtram ſuam collocauit.*

Vt fuerit exceptus Ferrariæ habituſque Imp.

c Phrant. l. 2. c. 15.

7 Applicuit deinde Ferrariam VIII. id. martij patriarcha, naui ornatiſſima inuectus, cumque archiepiſcoporum, epiſcoporum, ac prælatorum frequens turba cum marchione Ferrarienſi eiuſque filio obuiam ei prodijſſent, exambiuit ipſe, vt ſibi etiam Cardinales occurrerent, quocirca extractus in diem ſequentem illius in vrbem ingreſſus, quem Andreas e Sancta cruce [d] ita deſcribit: *In diluculo diei ſequentis, requiſitis curialibus ſpeciali nuntio ad portum, quo naues Ferrariam applicant curialium quiſque equeſter acceſſit. Duo Cardinales iuniores diaconi Proſper de Columna tit. S. Georgij ad velum aureum & Firmanus S. Mariæ in via lata pariter acceſſerunt Pontificis iuſſu, equitantibus patriarcha & Græcis alijs. Cardinales ei occurrerunt obuiam nullaque ad inuicem alia inclinatione facta nec alter alteri pileum flectens, dominus de Columna, qui ex duobus ætate minor, dignitatis tamen adeptione maior collega, patriarchæ ſic inquit. Reuerendiſſime pater, dominus noſter Papa miſit nos, vt aſſociaremus paternitatem veſtram, eoque in medio ſumpto ad palatium apoſtolicum conduxere.* Addit auctor, vt a Pontifice exceptus ſit: *Papa, inquit, eidem non occurrit in publico, minimo vltra conſuetum morem in priuata camera ſecreti cubiculi manſit, vt arbitror prænarrata difficultatis reſpectu, ingreſſuſque eſt patriarcha ſex ſociatus tantum Papaque, vt totidem ſecum haberet, ſi vellet, vltra Cardinales, conſenſit. Sedit ſummus Pontifex vſque ad patriarchæ aduentum in ſecreta camera, Cardinalibus ad dexteram Papæ conſtitutis. In ſcabello ad ſiniſtram diſpoſito receptus eſt, eoque paululum ſummum Pontificem alloquuto, ad palatium ſibi pro habitatione aſſignatum aſſociarunt omnes, qui ſecum ex naui venerant, Cardinalibus demptis.*

Patriarcha Constant. Ferrariam applicat.

Ambit vt ſibi Cardinales occurrant.

d Andr. e Sanct. cr. in dia. pag. 71.

Quo ei illi occurrerint.

Quomodo exceptus ab Eug.

Dum ea geruntur, Baſileenſes ex Græcorum cum Eugenio conſenſione pellici ad obſequium non potuere: qui ſi, vt aiebant orientalis ecclesiæ occidentali coniungendæ pio ſtudio arſiſſent, ob diſcrepantem de loco, in quo perficienda foret, ſententiam, noua concitare offendicula non debuiſſent, neque ſchiſma inſtituere & moliris dum alij ad illud abolendum procelloſa maria ſulcabant. At ij acrioribus arrogantiæ inuidiæque ſtimulis agitati, quamuis numero pauciſſimi & acephali, Pontificem atque orientales occidentaleſque epiſcopos ſe ipſis non ſubdidiſſe ægerrime tulere, atque in duabus ſui conuenticuli ſeſſionibus [a] Eugenium ſacræ & profanæ rei adminiſtratione veluti in ſacrilega ſcena interdixere, conſtitutoque die lapſuro de pontificali gradu deiecturos ſunt comminati, vetueruntq; cauſas prouocatione facta ad Romanam curiam auerti; poſtremo de ſacerdotijs cenſibuſque eccleſiaſticis conferendis reſeruandiſque plura temere ſanxerunt. Compeſcere eorum impudentiam niſi ſunt principum electorum imperij oratores, ſeque concordiæ futuros interpretes polliciti ſunt, ſe videlicet adlecturos Græcos ad vnum e tribus, quæ deſignarant locis: ac ſi Græci non aſſentirentur, de loco & Pontifici & præſulibus Baſileæ congregatis accommodo deligendo agitaturos. Quibus fucata ac ſubdola oratione [b] reſpondere, Eugenium pepigiſſe cū Græcis de Ferrarienſi vrbe, vt concilij cenſuram effugeret, quaſi nil magis optauerit, quam vt ſacra diſciplina reſtitueretur. Cæterum ſeptemuiri, cum Pontificis & Baſileenſis conuenticuli edicta contraria cernerent, XV. kal. aprilis [c] neutri parti aduerſus alteram, ſtudere ſanxere magno Eccleſiæ damno: cum vniuerſus occidens cum Pontifice pro Græcis iuuandis in Turcas conſpirare debuiſſet. Edidere Baſileenſes alium libellum [d] idib. martij in alio ſeditioſo cœtu, in quo ſchiſmatis crimen, quo ipſi ſe contaminabant, affingere Pontifici non erubuere. At quibus argutijs [e] errorem aſtruxerint audiamus.

Furunt inuidia Baſileenſ. ſchiſmatici.

a Acta cōc. Baſil. ſeſſ. 31. 9. kal. feb. & ſeſſ. 32. 9. kal. april. to. 4. par. 1. ex edit. Bin.

Pontificem deponendum minantur quod ipſis non pareat moliūtur Baſileenſ. ſcelus in ſocios calumnia.

b Ext. in append. conc. Baſil. pag. 123.

c Ext. decret. apud Coclæ. l. 9

Obiectum ab ipſis Eugenio ſchiſmatis falſum crimen.

d Ext. ib. pag. 124.

e Extant inter ejuſd. cōc. Baſil. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 124.

Eorum argutiæ.

8 *Si liceret*, inquiebant, *Romano Pontifici congregatum concilium diſſoluere, propagare de loco ad locum transferre contra ipſius conſenſum, & dum in vno conſilio agerentur, quæ ſibi non placerent in facto fidei, aut generalis reformationis, aut ſchiſmatis & talium huiuſmodi, transferre ad alium locum placitum ſibi, & ibi homines congregare &, ſi ibi iterum non fieret, quod vellet, transmutare in locum alterum, ſicque totam Eccleſiam de loco ad locum ducere & reducere, quis non intelligit ex hoc obedientiam ipſius ad vniuerſale concilium, Eccleſiam militantem repræſentans, poſſe fruſtra-*

Digitized by Google

ſtituti? Quomodo enim concilium Papam in facto fidei generalis reformationis & ceteris iudicare poterit, ſi illico, vt iudicare cœperit, valeat per Papam diſſolui aut mutari? Quis intellectus hoc capit, vt concilio in Papam iuriſdictionem exercere donatum ſit a Domino, & tamen concilium ipſum ſe in aliquo loco ſtabilire non poſſit, in quo iuriſdictionem huiuſmodi exerceat, ſed ex voluntate Papæ totaliter dependeat ipſius mutatio? Hic fuit Baſileenſium nouatorum turbulentus error, vt concilio in Papam indubitatum, de cuius fide & electione non controuerteretur, poteſtatem datam a Domino finxerint, adeo vt eum ob celebratum in Italia concilium ad Græcos, Armenios, Æthiopes, Neſtorianos, Maronitas, Georgianos a ſchiſmate reuocandos exauctorare non perhorruerint, quorum argutiolas ita refringit Ioannes Turrecremata poſtea Cardinalis a: *Quemadmodum ad Romanum Pontificem, vt ad Eccleſiæ principem pertinet concilia vniuerſalia, ſi bene proceſſerint, approbatione & auctoritate ſua confirmando honorare, ita ipſius eſt ea concilia, quæ in perniciem fidei aut totius Eccleſiæ perturbationem celebrata reperta fuerint, corrigere, reprobare, ac caſſare ea, quæ minus iuſte minuſque bene acta ſunt, retractando & condemnando, ſicut de concilio Ariminenſi patet, quia enim in eo fides læſa fuit, & infidelitas conſcripta, Damaſus Papa illud annullat, vt iam docuimus ſupra in cap. 58.*

Refellitur

a Turrecr. ſum. de Eccl. l. 3. cap. 62.

Concilia ſi non diriguntur a Pontif. irrtari poſſunt.

Iuſtis vero de cauſis transferri poſſe concilia, ac Baſileenſe translatum iuſtiſſime, cum nonnulli nouatores confundendæ hierarchiæ eccleſiaſticæ cupidiſſimi tyrannidem corripuiſſent, ac veterem conciliorum ordinem moremque ſuſtuliſſent, ita confirmat b: *Plane conſiderata bene ſuperioritate Romani Pontificis, atque auctoritate, quam habet in vniuerſali Eccleſia, nullus Chriſtianus vertet in dubium, quin Romanus Pontifex, qui Eccleſiæ princeps eſt, cui totius Eccleſiæ vniuerſalis cura ab ipſo immortali ac omnipotenti Deo commiſſa eſt, poterit vniuerſale conciliũ congregatum, rationabili cauſa expoſcente, abſque cuiuſcumque alterius conſenſu diſſoluere, aut in alium locum transferre. Quam concluſionem licet multis rationibus firmare poſſemus, ex ſuperioribus aliqua commemorando potius agemus.*

b Id. ibid. cap. 67.

Transferri potuiſſe Baſileen. concil. probatur.

Primo ſic ex illo, quod ait Chriſtus B. Petro Matth. XVIII. Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, vnde contra hanc poteſtatis prærogatiuam dicere videntur qui negant Romanum Pontificem ex cauſa rationabili poſſe diſſoluere concilium aggregatum.

Secundo ſic. Principium regulare ff. de legibus l. 1. eſt, quod eiuſdem eſt ſoluere cuius eſt concedere, vnde etiam iuris regula prima ſituata extra de regulis iuris eſt, quod per eaſdem cauſas res diſſoluitur per quas naſcitur, cum autem vniuerſalia concilia auctoritate Romani Pontificis & congregentur & robur accipiant, vt patet diſt. XVII. per totum, patet quod Romanus Pontifex poterit concilium vniuerſale, rationabili cauſa expoſcente, diſſoluere, vnde remota poteſtate Papæ iam non remanet concilium, ſed conuenticulum vt dicit text. diſt. XVII. multis.

Tertio ſic. Si, vt ſuperius oſtenſum eſt, concilia non rite celebrata Romanus Pontifex, vtpote totius Eccleſiæ iudex, poteſt ſua auctoritate ſine cuiuſcumque alterius conſenſu caſſare & reprobare, vt in c. Cuncta per mundum 9. q. 3. quis niſi inſenſatus negabit Romanum Pontificem concilia non rite celebrata, aut in malum machinantia poſſe auctoritate ſua, ſine conſenſu cuiuſcumque diſſoluere, attento maxime quod Dominus per prophetam Iſaiam ait c. XXXIV. Solue colligationes impietatis.

Quarto confirmatur auctoritate Papæ Gelaſij, qui in ea. Cuncta 9. q. 3. ita inquit. Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quoniam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum ſedes B. Petri ius habet diſſoluendi, vtpote qui de omni eccleſia fas habeat iudicandi.

Quinto ſic. Negare, quod Romanus Pontifex non poſſit diſſoluere concilium congregatum, rationabili cauſa expoſcente, videtur eſſe nimium periculoſum Chriſtianæ fidei & vnitati Eccleſiæ. Ergo nullo modo eſt dicendum. Conſequentia patet, & antecedens colligitur ex caſibus multis. Primo quidem, & maxime, cum contingeret, quod ad eorum hominum impietatem ſynodus eſſet deuoluta, quorum ſtudia priuata in euerſionem fidei, pacis, & vnitatis agitarentur eccleſiæ, ſicut ait Leo Papa de ſecunda ſynodo Epheſina. Secundo cum epiſcoporum, qui patres & columnæ dicuntur Eccleſiæ, iudicio contempto, inferiores multitudine ſeditioſa præualente hierarchicum ordinem molirentur confundere. Tertio cum ſynodus in tyrannidem eſſet conuerſa. Quarto cum aliqui in concilio nouis auſibus vſurpare iura apoſtolici principatus pertinaci animoſitate contẽderent. Quinto cum contingeret, quod concilium faueret hoſtibus Romanæ Eccleſiæ ac ſummi Pontificis. Sexto cum princeps terræ, in qua celebrari ſynodum contingeret, multitudine clericorum dominij ſui aduerſus Romanum Pontificem, vel Romanam eccleſiam, aut alios prælatos Chriſtianos aliquod ſiniſtrum intentare præſumeret. Septimo cum ſynodus ad manus deuolueretur eorum, qui pro principatus ſui gloria, aut corporali vtilitate conſequenda perpetuare concilium niterentur. Octauo cum cauteloſe id ageretur, vt adueniente Romani Pontificis deceſſu ad eos futuri Pontificis deuolueretur electio, & ſic de ſimilibus, quæ tam ex antiquorum conciliorum practica, quam ex prauis Baſileenſium ſtudijs nota ſunt. Quis autem in huiuſmodi caſibus, niſi ratione vacuus, dogmatizare præſumeret Romanum Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ principem, paſtorem, & cuſtodem non poſſe abſque cuiuſcumque alterius conſenſu concilium vniuerſalis Eccleſiæ diſſoluere? Plane non niſi inſanus aſſereret, quod turba luporum inſidiantium vitæ ouium, paſtor non poſſet abſque luporum conſenſu lupis illis obuiare, & illos profugare de loco.

Diſſolui ab eodẽ poſſe.

9 Vtebantur præterea hoc argumento Baſileenſes, Pontificem fratrem eſſe epiſcoporum, & ideo cum peccat, emendandum, & eum denuntiandum Eccleſiæ, ſi vero transferre concilium valeat nunquam emendari poſſe. Quod argumentum ita diſſoluit idem Turrecremata a: *Ad obiectionem ſumptam ex illo capitulo Matth. XVIII. Si peccauerit in te frater tuus, &c. reſpondetur negando conſequentiam, & ad probationem cum dicitur, quod Papa ſit frater, dicimus, quod hoc non militat: quoniam cum hoc, quod Papa eſt frater noſter natura conformitate & fidei religione, eſt etiam princeps & caput totius vniuerſalis Eccleſiæ, ſupremam poteſtatem habens in Eccleſia. Ratione primi, videlicet quia eſt frater noſter, extendit ſe ad eum auctoritas præfata in ea parte, in qua ſimplex tangitur fraterna correctio, quæ dicit ſimplicem quandam admonitionem, quæ cum ſit actus charitatis, extendit ſe ad omnem proximum ſiue ſuperiorem, ſiue æqualem, ſiue inferiorem, ſicut & ipſe charitatis effectus. Ratione vero ſecundi, videlicet quod princeps & caput eſt ſupremam poteſtatem habens in Eccleſia, non extendit ſe ad eum auctoritas præfata in ea parte, in qua contra non ſuſcipientem correctionem fraternam iubetur denuntiationem fieri; quia, cum denuntiatio non acquieſcentis fraternæ correctioni ordinetur ad finem, vt talis punitione corrigatur, qui per ſimplicem admonitionem non corrigitur, non fiat niſi ſuperiori, non poteſt denuntiari prælatus, qui ſuperiorem non habet niſi ſit tale peccatum eius, per quod a ſuperiori*

a Turrecr. ſum. de eccleſ. l. 2 cap. 98.

Papa & frater & princeps eſt epiſcoporum.

Digitized by Google

rioritate tadat, cuiuſmodi eſt peccatum hæreſis, quare conſequentia illa aduerſariorum, quæ apud eos Achilles exiſtimata eſt, nulla prorſus eſt; proceſſus enim poſitus in euangelio de correctione fraterna non habet locũ in eo, qui non habet in terris ſuperiorem; clariſſimum eſt autem ex ſuperioribus, quod nullus in Eccleſia eſt ſuperior Papa niſi Chriſtus, cuius generalis vicarius eſt in terris: nec poteſt dici, quod congregatio ſubditorum ſuorũ aut ouium ſuarũ ſuperioritate auctoritatis ſit illo maior, niſi quis vellet euertere, vt alias deductum eſt, doctrinam Chriſti, & diceret quod licet Chriſtus dicat Matth. x. non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum nec ſeruus ſupra dominum ſuum, nihilominus diſcipuli ſunt ſupra magiſtrum, &c. Confirmat hæc auctor dictis theologorum Alberti, S. Thomæ, iure canonico, & praxi Eccleſiæ.

Alterum nouatorum Baſileenſium ſophiſma inſertum ſynodali epiſtolæ innitebatur figmento, quod claues a Chriſto traditæ eſſent non Petro eiuſque ſucceſſoribus, ſed Eccleſiæ, ſiue concilio eam repræſentanti, in quem ſenſum torſere hæc verba: *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* At ex conceſſa Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus poteſtate in ſubditos, non ſequi datam in ſupremum Eccleſiæ principem non ambiguum, nec reum hæreſeos poteſtatem oſtendit Turrecremata [a] his verbis:

a Id. lib. 3 cap. 1. Quis ſit reus.

Ad ſecundam, quæ ſumitur ex illo Matthæi XVIII. Quæcumque ligaueritis, &c. reſpondetur tripliciter. Primo quod auctoritas illa non videtur facere ad propoſitum, quia per illa verba, cum tantum dirigerentur Apoſtolis, quibus promittebatur poteſtas iuriſdictionis, nõ arguitur aliqua poteſtas data vniuerſali Eccleſiæ in ſolidũ ſiue vt collegio, quod aduerſarij nituntur probare, quoniam Apoſtoli tunc non erant vniuerſalis Eccleſia tota, nec re. vt patet, quoniam plures alij tam viri, quam mulieres erant fideles & ita de corpore Eccleſiæ nec repræſentatione, cum adhuc non eſſent prælati aliorum fidelium, immo nec ſacerdotes, qui facti ſunt in cœna Domini. Secundo reſpondetur, quod Apoſtolis non eſt data poteſtas per illa verba, vt collegialiter congregatis, ſed vt ſingulis, quod manifeſte patet, cum in hoc loco fundetur auctoritas iuriſdictionis ſingulorum prælatorum, quæ poſſunt contumaces gladio excommunicationis ferire, vnde nec hic nec alibi legitur, quod Apoſtolis communiter ſit data aliqua poteſtas, quã quilibet eorum per ſe exerceret. Patet etiam ex eo, quod Origenes dicit in glo. ibid. quod ideo Chriſtus dicens Apoſtolis. Quæcumque ligaueritis, &c. dixit in cœlo & non in cœlis, ſicut Petro, quia non erant tantæ perfectionis ſicut Petrus. Tertio reſpondetur, quod dato, quod poteſtas aliqua attributa eſſet Apoſtolis per illa verba, vt collegio, non tamen fuit ſine Apoſtolo Petro, immo in ordine ad Petrum, ſicut mediante quo in alios deriuanda erat, quod manifeſte colligitur ex ipſo ordine verborum Chriſti, prius enim B. Petro Chriſtus ait. Tibi dabo claues regni cœlorum, &c. quam Apoſtolis dixerit: Quæcumque ligaueritis, &c. ad oſtendendum, vt inquit S. Thomas tam in IV ſententiarum di. XIX. quam in VI. contra gentiles c. 76. quod per Petrum ad alios poteſtas clauium eſſet deriuata ad conſeruandam vnitatem Eccleſiæ. Ex quibus clariſſime patet, quod ex illa auctoritate magis veritas roboratur concluſionis noſtræ quam aduerſariorum.

Detorſere etiam in alienum ſenſum Baſileenſes more hæreticorum iactantium peſtiferis ſuis conuenticulis preeſſe Spiritum ſanctum, hæc Chriſti verba: *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*; ex quibus ſupremam ſibi auctoritatem arrogarunt, quod male ab ipſis affectatum ita arguit Turrecremata [a]:

a Id. ibid. Aliis Chriſti verbis male argutis.

Ad tertiam autem, quæ ſumitur ex illo Matth. XVIII. Vbi duo, &c. ſupra diximus in c. XXIV. nihilominus dicimus, quod aſſiſtentia illa, quam Dominus ſanctis congregationibus pollicetur, inſpirando quæ bona ſunt, & adiuuando ad proſecutionem, non arguit poteſtatem clauium, aut iuriſdictionis, aut regiminis, vt clariſſimum eſt; alias omnium ſanctorum, omnium virorum, ſiue fœminarum congregationes in Chriſti nomine conuenientes poteſtatem haberent, quod non modo periculoſum eſt, ſed etiam videtur ſapere hæreſim Valdenſium, qui omnes ſanctos homines claues habere Eccleſiæ aſſerere præſumpſerunt. Vnde manifeſtum eſt, quod ex illa Chriſti promiſſione, qua Dominus pollicetur in nomine ſuo congregatis adeſſe, nulla poteſtas iuriſdictionis arguitur in concilijs vniuerſalibus, non interueniente ſummo Pontifice, & multo minus in congregationibus, in quibus vicarij Ieſu Chriſti non interuenit auctoritas & aſſenſus, ſed contradicit, cum tales non poſſint dici in Chriſti nomine conuenire, qui contempto vero Chriſti vicario conuenticula præſumunt facere, &c.

Confictus a Baſileenſib. error.

Vt ſuperiores errores confirmarent Baſileenſes nouum finxere, nimirum Romanum Pontificem ſupremam non habere poteſtatem in vniuerſalem Eccleſiam collectiue ſumptam, atque adeo neque in concilium eam repræſentantem, ſed tantum in ſingula Eccleſiæ membra: *His nouiſſimis*, inquiunt, *temporibus ex doctrinis male intellectis nonnulli argumenta & dubia aduerſus auctoritatem ipſorum vniuerſorum conciliorum afferre conabantur frequenter ea, quæ de Romano Pontifice erga ſingulos diſperſos ſcripta erant, ad vniuerſalis concilij congregationem applicantes.* Hæc Baſileenſes in pſeudoſynodali epiſtola: quem errorem Cardinalis Arelatenſis ſchiſmatis ſignifer, Nicolaus Tudeſcus abbas ordinis S. Benedicti natione Siculus poſtea archiepiſcopus Panormitanus & anticardinalis, & Ludouicus Romanus, nefarijs commentariolis propugnarunt, quos Ioannes Franciſcus Poggius [b] confutat demonſtratq; proxime ipſos accedere ad Ioannem Huſſum damnatum a Conſtantienſi ſynodo, cum negaret Papam caput eſſe catholicæ Eccleſiæ. Non aliter porro quam paſtor eſt ouium diſtributiue & collectiue ſumptarum paſtor, & Chriſtifidelium diſtributiue & collectiue ſumptorum eſt paſtor ſupremus, ita Papa omnium diſtributiue & collectiue miniſterialis eſt paſtor, cum pontificia poteſtas a Chriſto emanarit. Ex quibus tum ex Ioannis e Capiſtrano [c] commentarijs pro auctoritate pontificia aduerſus ſchiſmaticos Baſileenſes ſcriptis refellitur comparatio de Rege obnoxio regni ordinibus allata a Burgenſi epiſcopo in Baſileenſi conciliabulo, & a factiosis adeo commendata: aiebant [d] enim, Pontificem exauctorari a concilio poſſe non aliter quam Regem a regni ordinibus: verum longe diſpar eſt ratio, cum regia poteſtas ab hominibus, pontificia vero a Chriſto ſit inſtituta; præbueretque exemplum Baſileenſes rebellandi cupidis, vt in ſuos principes exercendæ in eos iuſtitiæ ſpecie conſurgerent. Pollere vero concilia ſuprema poteſtate ratione Pontificis illi præſidentis, illuſtrant Turrecremata [e] & Poggius [f], quos lector conſulat, atque in annalibus demonſtratur.

b Pog. in comm. de auct. Papæ ſup. conc.
c Io. e Capiſtr. in comm. de auct. Papæ & conc.
d Æn. Syl. lib. de geſtis Baſil. Inepta de Pontifice cum Rege comparatio.
e Turrecr. ſumm. de eccl. lib. 3 cap. 28.
f Franc. Pogg. vbi ſup.

10 Præcipuum eorum factioſorum ſigniferum extitiſſe Ludouicum protonotarium Romanum Alfonſi Aragonum Regis oratorem, affirmat Auguſtinus Patricius [g], illumque de memoria ad prodigium tenaciſſima commendat Æneas Siluius [h], traditq; anno ætatis trigeſimo ſexto peſtilentia ſublatum iuſto quidem Dei iudicio, ne exambitam mercedem iniqui-

g Patric. in actis Baſil. conc. Nefario Eugenij ſchiſmaticorum ſignifer.
h Æn. Syl. de geſt. conc. Baſil lib. I.

Digitized by Google

quitatis ab antipapa acciperet. Is mouebatur ab eodem Rege, qui Eugenij odio flagrabat quod, vt ſupra dixi, ipſius ambitionem in coniungendo Neapolitano ſceptro Aragonio aduerſaretur. Vt vero Alfonſus Baſileenſe conuenticulum armabat audacia, ita Renatus Rex eius æmulus in Ferrarienſi concilio Pontifici adhæſit, qua de re conſcripta hęc publica documenta a.

Cur Alfonſus vexatus ſit Eugenio.

Renatus Eugenio coniunctus.

a Extant apud Eug. lib. 11. pag. 280.

Renatus, Dei gratia, Ieruſalem & Sicilia Rex, Andegauia, Barry, & Lotaringia dux, comitatuumque Prouincia, Forcalquerii, Cenomany, ac Pedemontis comes vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem.

Notum facimus, quod nos de fide, legalitate, ſcientia, probitate, & alijs virtutibus & meritis reuerendorum in Chriſto patrum nobilium & egregiorum virorum Bertrandi Auraſicenſis & Mitij Siſtaricenſis epiſcoporum, Ioannis Caſſani de Neapoli hoſpitij noſtri ſeneſcalli, Vitalis de Cabannis legum doctoris & Alani Coci requeſtarum hoſpitij noſtri magiſtri conſiliariorum noſtrorum fidelium dilectorum, plenarie ab experto confidentes ipſos epiſcopos Ioannem Vitalem & Alanum & duos ex ipſis in ſolidum facimus conſtituimus & ordinamus per præſentes de certa noſtra ſcientia & cum deliberatione noſtri nobis aſſiſtentis concilij noſtros ambaſſiatores, oratores, & nuntios ſpeciales ad ſe præſentandum nomine noſtro & pro nobis coram ſanctiſſimo domino noſtro domino Eugenio diuina prouidentia vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifice, reuerentiamque filialem & obedientiam debitam impendendi ſuę ſanctitati, nec non cum dicta ſua ſanctitate vel ab ea deputando ſeu deputandis de negotijs & agendis omnibus nos & dictum regnum noſtrum Siciliæ quomodolibet tangentibus tractandi ea componendi & in eis concludendi quantumcumque grandia, ponderoſa fuerint, vel ardua; promittendi quoque nomine noſtro dictæ ſuę ſanctitati, quod vt deuotus eiuſdem ſanctitatis ſuę & vniuerſalis Eccleſię ſacroſanctę filius et & eius mandatis, ordinationibus, & literis quibuſcumque, prout hactenus obediuimus, obediemus in futurum & obediri faciemus ab omnibus vaſſallis & ſubditis noſtris, etiam in promotionibus & prouiſionibus eccleſiarum & dignitatum epiſcopalium, & aliarum quarumlibet fiendis de perſonis nobis fidis, gratis, & acceptis, nec non ad ſe pręſentandum, incorporandum, & interueniendum & comparendum nomine noſtro & pro nobis, de conſenſu tamen & beneplacito eiuſdem ſanctiſſimi domini noſtri Papę in ſacroſancta ſynodo vniuerſalis Eccleſię catholicę in loco Ferrarię vel alibi, vbi pręfatus ſanctiſſimus dominus noſter Papa ſtatuerit pro œcumenico concilio celebrando, in Chriſti nomine de proximo congreganda, &c. *Dat. in ciuitate noſtra Maſſilia die* XX. *menſis ianuarii anno a natiuitate Domini* MCCCCXXXVIII. *primo indictionis regnorum vero noſtrorum anno* III. His freti mandatis Renati oratores Ferrarienſi concilio ſe coniunxere.

Renatus Rex Neap. ad Ferrarienſe concil. oratores mittit.

Ampliſſimis mandatis inſtruit.

11 Interiectis paucis diebus ſpreto Baſileenſium fremitu, conuentum eſt inter Latinos & Gręcos, vt in principe eccleſia Ferrarienſi promulgaretur œcumenicum concilium legitime congregatum. Qui autem ordo ſeruatus ſit, deſcribit Andreas e Sancta cruce b.

Promulgatum Ferrarien. ſynodum œcumenicam eſſe.

b Andr. tit. S. cr. in actis pag. 71.

Octauo aprilis ordo in maiori eccleſia datus eſt. Fuerunt pro generali concilio ſcilla in medio Ferrarienſis eccleſia primitus ordinata, dextera pars eccleſia vbi ſummi Pontificis erat ſedes Latinis, ſiniſtra Græcis diſpoſita fuit. Inter Papa tribunal & S. R. E. Cardinales ſedes erat pro Romanorum Imperatore, & ſi abſente, præordinata. Sequebatur reuerendiſſimorum Cardinalium S. R. E. ſenatus, reuerendiſſimus dominus Cardinalis de Vrſinis primo epiſcopus Sabinenſis Iordanus nomine, dominus Antonius epiſcopus Oſtienſis, Branda Portuenſis, Petrus tit. S. Marcelli, Nicolaus tit. S. Crucis, Franciſcus tit. S. Clementis, Angelottus S. Marci presbyteri Cardinales, Proſper tit. S. Georgij ad velum aureum, Dominicus S. Maria in via lata diaconi S. R. E. Cardinales. Inter primum & ſecundum Cardinales epiſcopos Ieroſolymitanus patriarcha quam ſancta Romana eccleſia pro patriarcha tenebat. Poſt reuerendiſſimorum Cardinalium ordinem ſequebatur reuerendiſſimus patriarcha Gradenſis, demum archiepiſcopi, prout primum quis dignitatem habuerat, poſt archiepiſcopos epiſcopi, poſt epiſcopos abbates pari ordine ſequebantur. Addit patres Latinos, qui mitris redimiti conſidebant, centum & ſexaginta fuiſſe. Tum pontificis Cardinalium & aliorum ornatum ita deſcribit.

Quis in aſſeſſionis ſeſſionis ordo.

Summus Pontifex aderat mitra gemmata ac ſacris indutus veſtibus, ſimiliterue Cardinalibus epiſcopis & presbyteris ſtantibus mitra dempta, quibus abſque ornamento alba erant, cardinalibusue diaconibus diaconorum veſtibus albaque mitra cæteris patriarchis, archiepiſcopis, & epiſcopis ornamento Cardinalium epiſcoporum more conſedentibus, protonotarijs correctore in ſcabello per tranſuerſum de dextera ad ſiniſtram eccleſia partem diſpoſito ordinatis, nobiſue aduocatis noſtro ordine ad eorum pedes in graduum ſummitate locatis auditoribus, clericis cameræ ad Pontificis pedes prope terram manentibus. Hic fuit Latinorum modus, ordo, formaue in prædicto conuentu, ac in Græcorum abſentia fuit Spiritus ſancti miſſa ſolemniter celebrata, ſeruatiſque, quæ ſunt ſolita ſeruari in ſeſſionibus publicis ſummo Pontifice Latinorumque patribus ad dexteram eccleſia partem ſtantibus, aduenerunt Græci, & ſiniſtra eccleſia parte pro eis ordinata recepti ſunt. Pergit deſcribere, quo ordine locati ſint Græci.

Quis cultus veſtium?

In ſiniſtra parte de directo cathedra Imperatoris Romæorum pariformiter conſtituta ſedes eſt. Ad eius dexteram ſcabello quodam poſito erat Demetrius eiuſdem Imperatoris germanus deſpotus Moreæ. In oppoſitum primi Cardinalis ſedes patriarcha fuerat conſtituta, qui infirmitate detentus non adfuit illo die, & ſpeciale miſit mandatum, quod publice lectum extitit. Et infra: *Quatuor ſcabellis poſt patriarcham diſpoſitis ſequebantur archiepiſcopus Heracleenſis Alexandrini patriarcha legitimum mandatum habens eiuſque locum tenens, archiepiſcopus Epheſinus patriarcha Antiocheni legatus, archiepiſcopus Meneſienſis * Ieroſolymitani patriarcha perſonam repræſentans, & Metropolita Therius Regis Iberia apocriſarius, archiepiſcopus Trapezunte, archiepiſcopus Riſicu *, archiepiſcopus Nicænus, archiepiſcopus Lacedemonienſis, archiepiſcopus Nicomedienſis, archiepiſcopus Trinouienſis *, Amaſienſis, Mitilenenſis, Toloſorum, Stauropoli, Tuſtricenſis, Garinenſis, Mellenenenſis, Achellienſis, Muldulanus archiepiſcopi, poſt quorum conſeſſum erant ſex, presbyterorum habitum gerentes Metropolitana eccleſia Conſtantinupolitana cruciferi appellati, ex eo quod crucem ſupra pileum, vltra communem presbyterorum habitum geſtabant, & monachorum venerabilis comitiua ſuo ordine ſequebatur.*

Quo ordine Græci conſederint.

* al. Monembaſienſis

* al. Zicien

* al. Ternobienſis Triſiuienſis

12 His ita ordine diſpoſitis, Græcus presbyter aſſurrexit, excuſataque patriarchæ ſenio morboque ſimpliciter abſentia, produxit in omnium conſpectu ſyngrapham, qua illi aſſentiri profitebatur, vt ſynodus œcumenica Ferrariæ celebraretur. Affertur ea ab Andrea e Sancta cruce, quamquam longe diuerſam adducit Græcus auctor in actis, qua

Patriarcha Græcorum aſſentitur celebrandæ Ferrariæ ſynodum.

Digitized by Google

qua patriarcha pronuntiat indicere ſe ſynodum, & vniuerſis præſulibus ſiue Baſileæ ſiue alibi gentium agant ſignificat, vt excurrente quatuor menſium ſpatio Ferrariam ſe conferant, aliosue ſub nomine mittant, non parituris vero anathema intentat. Quod pluribus argumentis confutat Cardinalis Iuſtinianus in ſuis ad Andream notis. Non deſunt qui [a], quamuis non facile, admittenda hæc exiſtiment, haud tamen adeo alienum arbitrantur, vt id a patriarcha factum ſit, diſſimulatumque ab Eugenio, vt pateret patriarcham vna cum ipſo eadem ſentire, tum vt Græci ad perficiendam cum Romana eccleſia optatiſſimam coniunctionem concurrerent, quo ipſimet indictam ſynodum voluiſſent. Cæterum in eadem ſeſſione ex ſuggeſtu ab epiſcopo Portugalenſi lectum eſt decretum [b], quo Pontifex aſſentiente patriarcha Conſtantinopolitano atque Imperatore promulgauit v. id. aprilis concilium œcumenicum ex occidentalibus & orientalibus Ferrarię eſſe congregatum.

a Spond. hoc ann. nu. 13.

b Lib. 19. pag. 256. & apud Andr. ſan tacr. in prim. de lat. pag. 74.

Ad perpetuam rei memoriam.

Magnas omnipotenti Deo gratias referre nos conuenit, qui antiquæ miſerationis ſuæ non immemor Eccleſiam ſuam fæcundioribus ſemper cumulat incrementis, & licet hanc iactari interdum temptationum, ac preſſurarum fluctibus ſinat, nunquam tamen patitur mergi, ſed inter vndarum moles inuiolabiliter ſeruat, facitque ineffabili clementia ſua, vt inter anguſtias varias robuſtior illa ſemper aſſurgat. Ecce enim occidentales & orientales populi diu ab inuicem ſeparati, vnum concordiæ & vnitatis fœdus inire feſtinant, & quia ſe ipſis longo ſe diſſidio auulſos, vtræque erat moleſte ferebant poſt multa ſecula, ipſo vtique auctore, a quo omne datum optimum prouenit, ſacræ vnionis deſiderio, corporaliter hoc in loco conueniunt. Noſtrum autem & totius Eccleſiæ munus eſſe intelligimus, viribus omnibus eniti, vt hæc felicia cœpta iugi ſolicitudine felicem progreſſum & exitum conſequantur, vt cooperatores Dei & eſſe & dici mereamur. Denique chariſſimus filius noſter Ioannes Palæologus Romæorum Imperator vna cum venerabili fratre Ioſeph Conſtantinopolitano patriarcha, & aliarum patriarchalium ſedium apocriſiarijs, magnaque cum archiepiſcoporum & eccleſiaſticorum nobilium multitudine, octaua februarij nuper proxime præteriti, Venetias ad vltimum ſcilicet applicuit portum, vbi (ſicut antea ſæpius fecerat) Baſileam, iuſtis ex cauſis, ratione œcumenici, ſeu vniuerſalis concilij celebrandi, ſe ire non poſſe patenter expreſſit, idque Baſileę congregatis per literas intimauit, exhortans ac requirens omnes, vti Ferrariam ad huiuſmodi concilium celebrandum electam, pro peragendo tam pio ſanctiſſimæ huius vnionis opere ſeſe transferrent.

Concordia Græcorum cum Latinis in vnione fidei.

Denunciarunt Græci Baſileenſibus ſe Baſileam conferre non poſſe.

Nos itaque, quibus hæc ſacratiſſima vnio cordi ſemper fuit, quique hanc ſummo ſtudio perfici cupimus, decretum Baſileenſis concilij cum Græcis ipſis conuentum, electionemque loci pro œcumenico celebrando concilio, in Baſileenſi ſynodo factam, ac per nos poſtea Bononiæ, inſtantibus etiam ipſorum Imperatoris & patriarchæ nuntijs, confirmatam, atque alia, ad ipſum ſanctæ vnionis opus ſpectantia, vt eſt officij & debiti noſtri, exequi diligenter intendimus. Omni igitur modo & forma, quibus melius poſſimus, decernimus & declaramus, accedente conſenſu dictorum Imperatoris & patriarchæ, omniumque in præſenti exiſtentium ſynodo, ſacram eſſe vniuerſalem ſeu œcumenicam ſynodum in hac Ferrarienſi ciuitate omnibus libere & ſecure, ſicque dictam ſynodum ab omnibus reputari & appellari debere, in qua, ſine vlla rixoſa contentione & pertinacia, atque cum omni charitate, ſacrum hoc vnionis negotium tractandum & Deo propitio, vt ſperamus, felici fine claudendum eſt, vna cum ſanctis operibus reliquis, ad quæ peragenda ſynodus iſta noſcitur inſtituta. *Dat. Ferrariæ in generali ſeſſione ſynodali ſolemniter in eccleſia maiori Ferrarienſi celebrata anno incarnationis dominicæ MCCCCXXXVIII. v. id. aprilis pontificatus noſtri anno VIII.*

13 Perſtitere in pertinacia ſua Baſileenſis conuenticuli præſules, & contra omnia vetera inſtituta, dum Græci id verum concilium œcumenicum profitentur, cui præeſſet ſupremus Chriſti in terris vicarius, ipſi ſchiſmate laniare Eccleſiam parabant. Ad auertenda hæc mala explicauit pium ardorem Carolus Francorum Rex, ac Pontificis auctoritatem aduerſus Baſileenſes defendendam ſuſcipere; rogauitque Eugenium miſſo Thoma Narducho oratore, vt iudiciaria acta in Baſileenſes intermitteret, lataſque ſententias reuocaret: cui Pontifex reſpondit [b], temperaturum quidem ſe a grauioribus edictis, ſi illi res nouare, atque apoſtolicæ auctoritati detrahere deſinerent; geſta vero in eos abrogari non debere niſi aſſentiente Ferrarienſi concilio, hortatuſque ipſum eſt, vt auitis veſtigiis in tuenda Romanæ eccleſiæ dignitate inſiſteret.

Baſileenſes ſorte in ſchiſmate moliendo. Francorum Rex non pontificiam auctoritatem decernit.

a Lib. 12. pag 113.

Inter Baſileenſes & Eugenium concordiam interponi egit.

b Lib. bren. pag. 99. & in ms Alex. VII. pag. 119.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem.

Per dilectum filium Thomam Narduchi nuntium tuum, qui diligenter & cum prudentia per te ſibi commiſſa apud nos proſecutus eſt, recepimus adſtante etiam tuo in Romana curia procuratore, literas tuæ ſerenitatis plenas fidei, plenas pietatis regiæ, & eximiæ tuæ erga nos & ſedem Apoſtolicam deuotionis. Et certe cum in animo noſtro reuoluimus (vt tuorum prædeceſſorum memoriam prætereamus quos certe propter eorum erga ſedem Apoſtolicam & Romanam eccleſiam beneficia in libro vitæ aſcriptos putamus) vt inquam præterita omittamus, tuam ſemper deuotionem erga nos & Dei Eccleſiam tantam eſſe cognouimus, talia opera pro tuenda auctoritate noſtra & ipſius ſedis fuerunt, talia remedia ad prohibenda ſchiſmata extiterunt, & exiſtunt etiam de præſenti, vt nihil ſit amplius, quod in optimo ac Chriſtianiſſimo principe requiratur. Et quidem habes veſtigia tuorum prædeceſſorum præclariſſimorum & Deo acceptiſſimorum Regum, per quorum veſtigia cum procedas, & eorum exempla tibi imitanda proponas, nihil eſt, quod Deo acceptius, hominibus gratius, tibi vero honorificentius, ac præclarius poſſis in hac vita facere. Proſequere igitur, vt cœpiſti, & ad procurandam Eccleſiæ pacem, ad conſeruandam auctoritatem dignitatemque noſtram, & ſedis præfatæ totis viribus, vt facis, incumbe: nam ſuaſores nos & adiutores in omnibus habebis & perfectorem Deum, qui ſemper bonis & rectis conſilijs fauet.

Schiſma propulſare nititur.

Ad ea pia vrgenda ſe hortatur.

Vt autem ad tuas literas veniamus laudamus, ac ſumme commendamus tuum ſanctum & bonum propoſitum, curamque ac ſolicitudinem, quam ſuſcipis pro conſeruanda Eccleſia in debita vnitate, pro ſedandis ſcandalis, quæ prouenire poſſent, proque etiam auctoritate noſtra & dictæ ſedis ab aliorum oppreſſione conſeruanda. Sed & nos quoque poſt noſtram ad ſummi apoſtolatus aſſum-

Digitized by Google

aſſumptionem nihil aliud cogitauimus, nihil aliud egimus, nihil aliud quæſiuimus & procurauimus, quam vt vnitatem in Dei Eccleſia conſeruaremus, quam vt daremus optatam pacem in populo Chriſtiano, vt (quantum in nobis eſſet) omnia diſſenſionum ſemina & ſcandalorum materiam tolleremus, humiliauimus nos ex tua præſertim ſuaſione ad complectendum alias Baſileenſe concilium, ſub ea ſpe, vt tunc promittebatur, ne aliquid contra nos aut auctoritatem ſedis Apoſtolicæ in illo concilio procurarent. Miſimus ſæpiſſime legatos & oratores noſtros, hortando & ſuadendo, vt viam pacis complecterentur, vt priuatas paſſiones tollerent, vt ea agerent, per quæ reformata non deformata Eccleſia videretur, vt ad ea vacarent, quæ eſſent pacis & concordiæ, quæ ſaperent Dei charitatem, ſine qua nullum bonum opus perfici poteſt. Pertulimus etiam cum omni patientia, licet aſperius poſſemus, prout plures ſuadebant, contra illos procedere, multa in quibus noſtra & ſedis Apoſtolicæ dignitas offendebatur, ne aliqua a nobis diſſenſionis cauſa oriri videretur. Sed tandem patientiam noſtram vicit nonnullorum iniquitas, qui non quid deceret, ſed quod liberet, potius ſpectabant. Ea fecerunt ſæpius, ea ordinarunt contra nos & curiam noſtram in noſtrum dedecus & dignitatis eneruationem, quæ in nullo vnquam concilio, prout notum eſt omnibus, acta ſunt antea, ſed neque etiam cogitata. Nos quidquid egimus contra illos non ſponte, ſed coacte fecimus & potius ad refellendam nobis, ſeu potius Apoſtolicæ ſedi & vniuerſali Eccleſiæ illatam iniuriam, quam inferendam, neceſſe enim erat per nosmedere vulneribus, quæ per Baſileæ congregatos inferebantur nobis & Eccleſiæ, ne vel negligentiæ vel tarditatis nos redarguere boni homines poſſent, cum a nobis non ab illis Deus ouium ſuarum rationem ſit poſtulaturus, quare quidquid a nobis eſt actum in eos, culpa omnis reſidet in ipſis, non in nobis, qui prouocati, impulſi, coacti calumnijs & iniurijs adhibuimus eorum morbis remedia, quæ neceſſaria videbantur.

Demiſerat ſe Eugenius dum ſperat nil moueri. | Tolerata plura a Baſileenſibus male perpeſſa. | Auſi ſunt ea, quæ a nullo concil. perpetrata fuere. | Animaduertere in eos coactus Eugen.

Quod autem nos ad pacem hortaris, quamquam gratiſſima ſit nobis ſuaſio tua, tamen non eſt opus nobis aliquo ſuaſore, ipſi enim ſponte noſtra illam ſemper quæſiuimus, neque vnquam quærere deſiſtemus omnibus medijs, quæ ſint & Eccleſiæ ſalutaria, & Deo accepta. Oratores vero tuos expectamus ſummo cum deſiderio, quorum conſilia ſcimus, quod ſemper tendent ad exaltationem Eccleſiæ atque pacem. Quod autem tua celſitudo petit, vt proceſſus noſtros contra Baſileenſes, interdicta, & ſententias latas ſuſpendamus, vtque a faciendis abſtineamus, in hoc vltimo intendimus deinceps abſtinere a ſimilibus, dummodo & ipſi Baſileenſes a ſuis grauaminibus, quæ quotidie moliuntur contra nos & noſtros, & abſtineant & ſuperſedeant. Quoad proceſſuum vero & ſententiarum ſuſpenſionem, licet cupiamus complacere tuis votis, tamen quoniam tempus breue eſt, celeris enim reſponſio petitur, materia vero eſt grauis, neque ſine huius œcumenici concilij conſilio & aſſenſu a nobis fieri debet, cumque hæc res fuerit multum ac diu antea inter prudentes diſcuſſa, oportet nos mature deliberare, ne videamur ſpernere aliorum conſilia & auctoritatem: Nos interim conſultabimus, quid ſit in hac materia agendum, & cum venient tui oratores, quos certi ſumus eſſe prudentes, ac doctos ac tales quales tam ſapientem ac tam catholicum principem decet, communicato etiam cum eis conſilio, ea facere ſperamus, quæ cedant ad laudem Dei & conſolationem tuam. Nos quidem omnium iniuriarum præteritarum memoriam abijcere volumus dummodo illi reſipiſcant, & cordis duritiem deponant. Illud certe conabimur cum Dei gratia efficere, vt oſtendamus palam tuæ ſerenitati & reliquis principibus Chriſtianis, nullam reſidere in nobis culpam, quo minus Eccleſia Dei optata in pace & tranquillitate quieſcat. *Dat. Ferrariæ.*

Temperaturum ſe ab edictis acerbioribus ſpondet ſi alij ſuperſedeant. | Orat Gallos vt ad eum veniant.

14 Deſciuit breui Carolus ab eo, quod oſtentarat, pio ſtudio, ac Baſileenſi conuenticulo fauit [a], vetuitque præſules Gallos Ferrariam ſe conferre: cumque Baſileenſium decreta accepiſſet, coacto Biturigum cœtu principum & epiſcoporum, qui Baſileenſi lue erant inquinati, pragmaticam ſanctionem die ſeptima iulij edidit magno regij nominis dedecore, & maximo Gallicæ rei damno, dum Pontificem impulſu Alfonſi Aragonij Neapolitano regno inhiantis a Baſileenſibus oppugnatum deſeruit. Afferuntur a Gaguino & alijs eiuſmodi leges. In quibus illud animaduertendum, non recepta a Gallis integra Baſileenſium decreta, ſed ea tantum, quæ ipſis grata erant, vnde alia truncauere, alia omiſere. Obſeruandum præterea eſt præſules illos, dum pragmaticæ ſanctionis beneficio apoſtolicæ auctoritati ſe ſubducere putabant, ad laicarum ſeruitutem ſe aſtrinxiſſe. Iuſta etiam pœna Deo vindice affectus Carolus Rex; qui enim Pontifici, quem patris loco revereri debuerat, obſequi recuſauit, non obſequentem ſibi filium expertus, graues ærumnas perpeſſus eſt. De ea porro ſanctione hæc tradit Gaguinus [b]: *Indicto apud Bituriges conſilio pragmaticam, quam vocant, ſanctionem tulit, eamque in parlamenti ſenatu promulgari mandat anno Chriſtianæ pietatis CCCCXXXVIII. ſupra mille nonis iulij, quam regiam auctoritate Baſileenſis ſynodi factam conſtitutionem, qui deinceps fuere Romani Pontifices non ſecus ac perniciosam hæreſim execrati ſunt, quod eam nemo Pontificum diſſoluto Baſileenſi conuentu probauerit.* Eam autem a Ludouico XI. conuulſam, damnatamque poſtea in Lateranenſi concilio viſuri ſumus.

Deſcis Carolus ad Baſileenſes. | a Lib. 10. in Carol. VII. | Vetat Gallos præſules Ferrariam accedere. Pragmaticam edit ſanctionem. | Baſileenſibus ſe Pontifici præferentibus ſe præferit. Præ[illegible] Galli ſæcularium iudicio ſe turpiter ſubijciunt. | b Gaguin. lib. 10. in Car. VII. Edita pragmatica a ſchiſmaticis.

Longe maius pietatis & obſeruantiæ in ſedem Apoſtolicam ſpecimen præ ſe tulit Henricus Anglorum Rex, qui temerarios & iniquos Baſileenſis conuenticuli auſus damnauit, hortatuſque eſt Eugenium, vt ea mala tolleret. De quo præclaro ſtudio Pontifex VI. octobris die dum Ferrariæ morabatur, gratias egit [c]: *Dudum*, inquit, *accedens ad nos lator præſentium venerabilis frater epiſcopus Clonfortienſis detulit literas ſerenitatis tuæ ſatis diffuſas, continentes multam commiſerationem tuam in calamitates Eccleſiæ, ac in Baſileenſes propter eorum exceſſus & temeritates digne inuehentes, hortanteſque nos ad remedia, quæ pro tunc illi morbo congruere videbantur.*

Quæſtus de ea ro Eug. | Anglus damnatis Baſileenſibus adhæret Eugenio. | c Lib. 12. pag. 121. | Hortatur illum vt in factioſos animaduertat.

Ad comparandum autem ſibi turbulentiſſimis ijs temporibus Anglorum præſidium, Henricum ipſum hortatus [d] eſt, vt Anglos in apoſtolica aula retineret, cum id gloriæ Anglici nominis verteretur; qua de re ad præſules & proceres, quos ad regia conſilia adhibere conſueuerat datæ literæ [e]. Cum vero fierent inter eundem Anglorum Regem & Gallos varia de pace colloquia, Pontifex rem Chriſtianam ex mutua potentiſſimorum Regum coniunctione erigendam ſperauit. At ea pia conſilia politicorum dolo refrixere, Henricumque Eugenius rogauit [f], vt egregie cœpta ad exitum perduceret, quibus Chriſtiana res maxima commoda foret conſecutura.

d Ib. pag. 42. | e Ib. pag. 41. | f Lib. breu. pag. 98. & in m. s. Alex. VII. pag. 158.

Chariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Angliæ illuſtri ſalutem.

De pace inter Francos & Anglos agitata conſilia.

Dici non poteſt, fili chariſſime, quanta dudum lætitia affecti ſimus, quantamque conſolationem in Domino ſuſceperit animus noſter, cum audiuerimus, maturo ſuper hoc habito conſilio, te deliberaſſe mittere dilectum filium nobilem virum ducem Aurelianenſem virum prudentiſſimum ad tractandam pacem inter regna Franciæ & Angliæ; placuit enim nobis audire te intentum ad ea, quæ ſunt pacis & concordiæ, ac illam quærere & procurare, prout decet bonum principem obtemperantem præceptis Saluatoris noſtri, proque ea tractanda mittere eum virum, qui eſſet accommodatiſſimus & aptiſſimus, cum ſit vtrique parti ſanguine & cognatione coniunctus ad eius practicam & tractatum. Conſolabamur quidem plurimum tum propter vtilitatem regnorum, tum propter communem vtilitatem populi Chriſtiani, cui multa mala prouenerunt ex veſtris diſſenſionibus & bellis; eccleſiam etiam Romanam & ſedem Apoſtolicam magnam vtilitatem & exultationem in hac pace ſuſcepturam videbamus. Itaque tota mente eramus intenti, expectantes finem huius tam ſalutaris propoſiti & deliberationis, cum proculdubio ſperaremus per ipſius ducis medium facillime hanc pacem tractari & concludi poſſe.

Conceperat eandem mente ipſe.

Et conſilio poſtea deſtitutus.

At vero poſtmodum videmus rem iſtam dilatam in longum refrigeſcere, neque aliquam factam in hac materia progreſſionem, quod ex qua cauſa proceſſerit, ignoramus. Credimus eum, qui otij & pacis eſt inimicus, ſatorem ſcandalorum & zizaniæ hoſtem generis humani aliquod offendiculum oppoſuiſſe ad quærendam tanto bono dilationem. De quo magnam in mente noſtra ſuſcepimus conturbationem: conſideramus enim quanta mala ex his bellis prouenerunt, & quot hominibus calamitates, & e contrario ex pace proſpicimus quot & quanta ſint bona ſecutura in Dei Eccleſia & populo Chriſtiano. Itaque tuam ſerenitatem in Domino exhortamur, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri rogamus, vt hanc tam ſanctam pacis cogitationem reaſſumens, proſequaris quod laudabiliter cœperas, ac ipſum ducem Aurelianenſem tibi conſanguinitate coniunctum, quo nullus ad hanc tractandam pacem inter tuam ſerenitatem & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Franciæ illuſtrem, & dilectum filium nobilem virum Philippum Burgundiæ ducem magis idoneus eſſe videtur, ob Dei reuerentiam, animæ tuæ ſalutem & etiam regni tui vtilitatem velis mittere prout deliberaueras ad Franciæ partes; & cum nihil melius, nihil vtilius, nihil acceptius poſſis elargiri tuo regno, quam pacem inquirere & perſequi tam ex præcepto prophetico, quam alijs diuinis & humanis conſilijs iubemur, ſequi vero præcepta Dei ſit maxime laudabile & præcipuum virtutis opus; glorioſum tibi erit in hoc pacis certamine priorem exurgere, & reliquis anteire. Nos quidem ſperamus, quod mediante diligentia, ſtudio, & prudentia præfati ducis, aſſiſtente tibi diuina gratia, Deus imponet finem his tribulationibus, quæ nimium diu tam præclara regna vexauerunt, Chriſtiani nominis ornamenta. In his vero, quæ viderimus ad tam ſalutaris operis concluſionem conferre, adhibebimus prompto animo operam & auctoritatem noſtram. *Dat. Ferrariæ.* Proximo ineunte anno de liberando Carolo duce Aurelianenſi, & pace Anglos inter & Francos redintegranda agitatum, refert Monſtreletus a, inſtauratumque iterum celebre colloquium inter Vvintonienſem Cardinalem & duciſſam Burgundiæ: ſed cum Angli Normanniam & alias ditiones ſupremo ſolutas Reges Francorum imperio ſibi permitti repoſcerent, diſturbatum b fuiſſe. Sed ad præſules Baſileæ agentes reuertamur, [illegible]

Rogatus Anglus vt ducem Aurelianenſem pacis interpretem mittat.

Monitus nullũ opus præſtantius edere poſſe quam ſi pacem conficiat.

a Monſtrel. vol. 2. pag. 128.

b Pag. 169

15 Eos ſane ſtrictiores amor leniter tetigiſſet, inſtar parentis euangelici venienti filio prodigo, Græcorum ſcilicet populo, obuiam ituri amplexus iuiſſent c. Sed priuatis cupiditatibus irretiti, ex aduentu Græcorum diſceſſionem moliebantur d. Pluribus itaque menſibus non ſine Eccleſiæ damno Ferrarienſis concilij publicæ ſeſſiones intermiſſæ, dum Græci Baſileenſes fruſtra expectabant. Acta vero res eſt d priuatis colloquijs, & arduæ controuerſiæ excuſſæ. Habita eſt prima collatio quarta Iunij die, in qua Latini teſtimonio S. Pauli Apoſtoli e conſtanter affirmarunt dari locum, in quo Chriſtifidelium animæ ſegregatæ a corporibus leues maculas, quas contraxerant, ignibus expiarent; cumque Græci verba Apoſtoli de igne æterno interpretati in hunc detorquerent ſenſum: *Ipſe damnatus per ignem ſaluabitur, ſiue in igne ſemper ſaluus erit, & non conſumetur*; id nulla ratione dici poſſe demonſtrarunt, cum Paulus vtatur verbo, *ſaluabitur*, quod ſacrarum ſcripturarum teſtimonio nunquam niſi in meliori ſenſu accipi conſueuit. [illegible]

c Id. pag. 156.

d Id. pag. 158.

Baſileenſes fruſtra expectati.

d Andr. ſanctacr. collat. 1.

e 1. Chor. 3.

Colloquia de purgatorio habentur inter Græcos & Latinos.

16 De eiuſmodi quæſtionibus inter Græcos & Latinos habitis meminit Eugenius in encyclicis literis ad cunctos Chriſticultores datis, quibus indulgentiarum præmia tribuit f, ſtipem collaturis in ſumptus, quos in perficienda orientalium coniunctione fieri oporteat.

f Lib. 12. pag. 38.

Vniuerſis & ſingulis, ad quos præſentes literæ noſtræ peruenerint ſalutem, &c.

Ad ſalutem animarum Chriſtifidelium, quarum nobis, tanquam vnico Chriſti vicario & totius dominici gregis paſtori in terris principaliter cura commiſſa eſſe dignoſcitur, diligenti ſolicitudine, prout onus ipſius paſtoralis requirit officij intendentes, ea libenter quærere & exequi peroptamus, per quæ & fidei catholicæ exaltatio deſiderata proueniat, & ipſi Chriſti fideles ex pijs eorum ſuffragijs ſpirituales fructus vberius conſequantur. Sane (vt multa omittamus, quæ ſuperiori tempore pro vnione orientalis eccleſiæ Græcorum, multo labore, & ſtudio operati ſumus) ante annum per oratores chariſſimi in Chriſto filij Ioannis Palæologi Græcorum Imperatoris, & venerabilis fratris Ioſeph Conſtantinopolitani patriarchæ, ac alios multos timoratos zelo fidei catholicæ accenſos & magnæ auctoritatis viros ad proſecutionem præfatæ vnionis, quæ eo in tempore ab alijs deſerta videbatur, inſtantius requiſiti, ad id etiam vrgente nos conſcientia, ne tam ſanctum opus, in magnam confuſionem fidei catholicæ, ac perpetuam infamiam occidentalis eccleſiæ deferri pateremur, totum eius ſancti operis onus ſuſcepimus in Dei miſeratione & fidelium ſuffragijs confidentes, in qua re tantam tamque ſolicitam operam adhibuimus, vt præfati Imperator & patriarcha vna cum metropolitis, epiſcopis, abbatibus, prælatis, nobilibus, & alijs clericis & laicis in multitudine copioſa ad nos venerint, cum quibus, præſtante Domino, œcumenicum concilium Ferrarienſe fundauimus, illud cum eis per diſputationes & opportunos tractatus vſque in diem præſentem ſolicite proſequentes. Verum cum ob dictorum apparatum ad iter, arripien-

piendum, & nauigationem, ac cuſtodiam Conſtantinopolitanæ ciuitatis, prout conuentum fuerat, graues expenſas ſubierimus, & multo maiores, quam ſuppeterent facultates, ac de cætero vſque ad reditum eorum in patriam iuxta eis promiſſa, nos ſubire oporteat, nihilominus neceſſitate compellente, cogimur deuotorum Chriſtifidelium ſuffragia, & charitatiua implorare ſubſidia.

Vt igitur ipſi Chriſtifideles, ad opportuna tam ſancti operis auxilia facilius & feruentius animentur, quo ſpiritualibus muneribus ſe ſenſerint in benedictionibus præueniri, nos attendentes, quod beato Petro Apoſtolorum principi, & æterni regni clauigero, ac paſtori Eccleſiæ, & ſucceſſoribus ſuis infinitum illum theſaurum, qui in Chriſti ſanguine fidelibus datur, plena ſit diſpenſandi attributa poteſtas, de omnipotentis Dei & Chriſti miſericordia, cuius vices, licet immeriti, in terris gerimus, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, qui pro ſupportandis oneribus, ad tam ſanctum onus nobis incumbentibus, ad certam ſummam, vt accepimus hactenus contribuerunt, aut iuxta eorum facultates contribuent in futurum, eligendi in confeſſorem ſacerdotem idoneum ſæcularem vel regularem, qui in omnibus caſibus, etiam de quibus Apoſtolica ſedes eſſet merito conſulenda, ſemel in vita quamprimum opportunitas aderit, abſoluere valeat, iniuncta eis pœnitentia ſalutari: deinde etiam ſimilem eligendi confeſſorem, qui in mortis articulo omnium peccatorum, de quibus vere corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ipſis in ſinceritate fidei vnitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac obedientia & deuotione noſtra & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, plenariam remiſſionem & indulgentiam concedere poſſit, tenore præſentium plenam & liberam concedimus facultatem, quibus etiam confeſſoribus, ſicut præmittitur, eligendis ab excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs ab homine vel a iure generaliter, vel ſpecialiter & nominatim latis, in foro penitentiali, tantum debita ſatisfactione iuxta formam iuris iniuncta, abſolutionis benedictionem omnibus & ſingulis, de quibus ſupra, impendenda in forma Eccleſiæ conſueta, nec non ſuper votis peregrinationis, vel abſtinentiæ, vel ſimilibus, etiamſi de vltramarinis partibus, aut S. Iacobi in Compoſtella, vel Apoſtolorum Petri & Pauli liminibus viſitandis emiſſa fuerint, & non adimpleta, diſpenſandi, & in alia pietatis opera commutandi, inſuper etiam quoſcumque vſurarios, aut alias turpes quæſtores, ſuper vſuris, & bonis, dumtaxat de quibus incertum eſt, quibus perſonis fieri debeat reſtitutio, ac etiam illos, qui arma vel alia prohibita infidelibus, vel hæreticis detulerint, abſoluendi, facultatem ſimiliter impertimur, ita tamen, quod votis obligati expenſas itineris & oblationes, quas facturi erant, vſurarij vero & ex turpi, vel alias indebito lucro, ad reſtitutionem obligati, vbi perſonæ, quibus erat reſtitutio facienda neſciuntur, & delatores prohibitorum, vt ſupra præmittitur, lucra quæ ex talibus conquiſierunt, ad ſubſidium huius ſancti operis exponant, & alias prædicti omnes ſatisfaciant, vt tenentur. Et ne (quod abſit) perſonæ huiuſmodi reddantur procliuiores ad illicita inpoſterum committenda, volumus quod, ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi aliquid forte committerent, quo ad illa dicta remiſſio nullatenus ſuffragetur,

Quamquidem facultatem circa voueutes, vſurarios, indebiti lucri quæſtores, & prohibitorum delatores, vt præmittitur ad eas etiam perſonas, quę pro ſubſidio huiuſmodi hactenus iuxta modos præmiſſos ſatisfecerint, dum tamen ſic ſoluta in dictum ſubſidium realiter aſſignentur, extendi volumus per pręſentes, mandantes & iniungentes omnibus & ſingulis eccleſiarum prælatis, capitulis, conuentibus & alijs quibuſuis eccleſiaſticis perſonis, quatenus indulgentias, & conceſſiones huiuſmodi, in locis eis ſubiectis, per idoneos pręddicatores populis ſuis ſolemniter publicari & exponi faciant. Quibus quidem prędicatoribus, & omnibus, qui eos deuote audierint, & in tam pio opere aſſiſtentiam & fauorem prębuerint, auctoritate predicta duos annos & totidem quadragenas de iniunctis ſibi pœnitentijs, in forma eccleſię relaxamus. Pecunias autem & alia, quę pia fidelium largitione, aut alijs quibuſcumque erogationibus in ſubſidium huius ſancti operis obuenerint, ordinarij loci, & illorum, quos cum literis conceſſionum huiuſmodi, per nos vel habentes ad hoc a nobis ſpeciale mandatum, deſtinari contigerit, dictorumque bonorum virorum loci iudicio reponi & conſeruari, & ijs, quos ad ipſas pecunias recipiendum deputauerimus, conſignari volumus, ordinationibus alias forſan quauis auctoritate in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Datum Ferrariæ* VIII. *kalendas Octobris anno* VIII. Data a eſt prouincia Ioanni archiepiſcopo Tarentino & Antonio epiſcopo Vrbinati, vt piorum hominum eleemoſynas cogerent, cum vero eę non ſufficerent, iamque Eugenius octoginta millia nummum abſumpſiſſet in re orientali, & quinque millia ſingulis menſibus tum pro alendis Gręcis, tum ſubſidiarijs triremibus Conſtantinopoli habendis expendenda eſſent, ſacerdotiorum decumas iam ante imperatas exigi iuſſit, eamque ob cauſam in Caſtellam miſit b Baptiſtam apoſtolicę camerę clericum. a lib. 15. pag. 204. b Ib. 15. pag. 211.

Baptiſtæ legum doctori clerico cameræ Apoſt. capellano noſtro.

Dudum Baſileenſe concilium pro vnione Gręcorum cum eccleſia Latina renouanda chariſſimo filio Ioanni Palęologo Romęorum Imperatori, ac venerabili fratri Ioſeph patriarchę Conſtantinopolitano expenſas pro ipſis cum ſeptingentis perſonis in veniendo ad locum œcumenici concilij, & ibidem ſtando, indeque redeundo ad ciuitatem Conſtantinopolitanam, proque duobus galeis & trecentis balliſtarijs in dicta ciuitate, quandiu dictus Imperator cauſa concilij inde abeſſet, ad ipſius vrbis cuſtodiam manſuris ſynodali decreto ſpopondit, & cum ad tam ingens opus perficiẽdum immẽſa pecuniarum quantitas neceſſaria videretur ij, qui in ipſo tunc reſidebant concilio, cõſiderantes ſimul ſummæ magnitudinem & rei neceſſitatem, opportunum eſſe iudicarunt, vt pro tanto Dei honore, & totius Eccleſiæ profectu, ipſa Eccleſia de bonis ſibi a Deo collatis ſubuenire deberet. Mature igitur inter ſe deliberantes, vniuerſalem omnium fructuum eccleſiaſticorum decimam indixerunt atque impoſuerunt. Ne autem fruſtra clerum grauari contingeret, ibidem decretum extitit, vt vſquequo ipſi Imperator & patriarcha cum alijs Græcis ad vltimum applicuiſſent portum, ipſa decima nullatenus exigeretur; Verum cum in ipſo olim Baſileenſi concilio de loci electione tractaretur, vbi œcumenica celebranda eſſet ſynodus, tandem Florentia aut Vtinum ſeu locus alius, qui prius neceſ- Duæ triremes a Pont. inſtructæ mittebantur in portu Conſtantinop.

Digitized by Google

ſaria pro hac re præparaſſet, electus extitit. Nos autem, qui etiam dum in minoribus conſtituti eſſemus, ſummopere hanc ſanctam Græcorum vnionem deſiderauimus & perquiſiuimus, habito cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus pluribuſque alijs in magno numero, qui in curia Romana reſidebant, prælatis maturo conſilio, iudicauimus ciuitatem Ferrarienſem ad huiuſmodi œcumenici concilij celebrationem eſſe opportunam atque accommodam, & pro ea quæque neceſſaria præparare decreuimus.

Quantis Eugenij cura adducti in Occid. Græci.

Ad honorem igitur omnipotentis Dei & ſanctæ matris Eccleſiæ, profectum quoque & amplitudinem fidei orthodoxæ noſtris impenſis galeas & balliſtarios aliaque omnia in ipſo ſynodali decreto promiſſa Conſtantinopolim tranſmiſimus, & tandem Deo propitio ipſos Imperatorem & patriarcham cum multis metropolitis, alijſque eccleſiaſticis & ſæcularibus viris nobilibus in magna multitudine ad vltimum portum ciuitatem Venetiarum, & deinde huc Ferrariam adduci fecimus. In qua quidem ciuitate Ferrarienſi die IX. aprilis, conſentientibus ipſis Græcis eſſe œcumenicum concilium legitime congregatum, in ſeſſione publica ſolemniter declarauimus. Cum autem vſque ad hunc diem pro hoc ſanctiſſimo opere ſummam circiter octoginta millium ducatorum expoſuerimus, omnique menſe vſque ad conſummationem tam pro expenſis eorum, qui ſunt in concilio, quam pro dictis duabus galeis & trecentis balliſtarijs ciuitatem Conſtantinopolitanam cuſtodientibus, quinque millia ducatorum exponere neceſſarium ſit, ne Eccleſiam quæ vllo modo aliunde ſupplere non poteſt in præmiſſis deficere, tantumque bonum negligi defectu pecuniarum contingat; prætatam decimam per ipſum quondam Baſileenſe concilium impoſitam conditione prædicta per Dei gratiam purificata, hoc ſacro approbante concilio, exigendam iam fore declarauimus, &c. [Baptiſtæ colligendæ illius in Caſtellæ & Legionis regno onus iniungit, eamque etiam a Cardinalibus & religioſis ordinibus equeſtribus, ſiue alijs, qui gaudebant immunitate, exigi iubet.] *Dat. Ferrariæ.*

Octoginta millia nummum ab eo expenſa.

In ſingulos menſes alia quinque millia expenſa.

17 Eodem die, quo ſacræ promulgatæ indulgentiæ fuerunt nimirum VIII. kal. octobris, habita eſt prima collatio non in principe eccleſia S. Georgij, ſed in pontificio ſacello, cum Eugenius podagra laboraret. Vbi quoque magna concertatio extitit inter theologos de additamento vocis, *Filioque*. Omnium primus Beſſarion archiepiſcopus Nicænus eleganti oratione Pontificem, Imperatorem, ac patriarcham ad coniunctionem eccleſiarum inſtaurandam incitauit, diuinamque opem hiſce verbis implorauit: *O Chriſte Rex vnum te ſuper nos & eundem Regem & volumus & optamus, cuius pretioſo ſanguine redempti ſumus, qui pro nobis venditus ſub peccato pro noſtra redemptione teipſum tradidiſti. Fac igitur, vt nos ambo vnum tibi ſimus ouile, nec patiare tuos eſſe diuiſos, nec permittas illos ad inuicem decertare: quinimmo noli alteros relinquere, alteris vero opitulari, pro vtriſque namque te ipſum tradidiſti: pretioſi ſanguinis tui effuſio ambobus lauacrum effecta eſt. Communa igitur & nunc tuum auxilium dona nobis, ac vtriſque te ipſum adhibe, ad te denique nos ipſos vtroſque alliciens, vnum & eundem finem te ipſum ſtatuens, vt alterno connexu & mutua affectione iungamur, nec permittas inciſos nos eſſe & ab inuicem diſſidentes, vt proinde neceſſario alteri a fine propoſito decidant. Spiritus ſancte, qui es gratiarum fons, ſpiritus ſapientiæ, ſpiritus intellectus, ſpiritus timoris Dei, pro quo & cum quo hoc propoſitum certamen eccleſijs eſt, expellas a nobis omnem cogitationem ſuperbam; timorem autem Dei noſtri omnino inſeras animabus, intellectum & ſapientiam nobis largire, & vna nobiſcum certamen iſtud peragens, quod pro te agitur, declares omnibus veritatem, cum non ſolum ſpiritus veritatis ſis & voceris, verum etiam, quod omnem veritatem nos doceamur, opus tuum ſit iuxta vocem illam* [a] *veritatis, veram & irrecuſabilem. O Deus Trinitas, qua omnia produxiſti rationibus ineffabilibus, & quæ cuncta contines & prouides & regis, tuum opus eſt homo, poſt forſan omnia alia, ſuper omnia tamen viſibilia conſtitutus.* Et infra: *Hoc quidem in præſentiarum largire nobis & tribuas, vt ipſa veritas nobiſcum ſit, & illam comparentem nos amplectamur, data nobis venia, ſi quod in eadem inuiti erremus, & præſertim in rationibus, quæ de te ſunt; cum non modo tu ipſe inuestigabilis & inſcrutabilis ſis, verum etiam multa de tuis creaturis, quamuis tenues, ſint tua diuinæ imaginis reſonantia & quaſi vmbra atque ſimulacra. Annuas igitur deprecantibus nobis, & viam illam te duce ſequentibus, quæ ad te ſolum verum Deum perducit. Quemadmodum denique tu, cum trinus ſis in perſonis, vnam tamen & eandem ſaluas ſubſtantiam & naturam, nihil huic identitati perſonarum obſtante numero; ſic etiam nos licet ſimus plures & diuerſarum nationum, inſuper vero inimico ſeminatore, heu mihi! diuerſæ opinionis & fidei; vnū tamen & idem in fide futuros oſtendas, &c.* Ita precantē archiepiſcopus Coloſſenſis non præmeditatus excepit, conuerſuſque ad Eugenium perorauit.

a Ext. eius orat. apud Andr. e Sanctacr. coll. 2.

Beſſarionis oratio hortatiua pro eccleſiarum coniunctione.

a Io. 16.

Pater ſanctiſſime, illud ſilere minime poſſum, nam cum in cæteris officijs, quæ ad Pontificem optimum maximum attineat glorioſiſſimum nomen aſſecutus ſis, in hoc piiſſimo opere te etiam ſuperaſti. Nemo ſuperiorum Pontificum eſt, qui in hoc tam ſacro negotio habeat tecum conferri, illi enim vel ſingulis prouincijs prima rudimenta religionis dederant, vel literis multos populos nationeſque docebant, tu lectiſſimos quoſque orientalium nationum Græcos, Ruthenos, Iberos, Valachos & alios, qui Pontum & Aſiam incolunt, tua eximia ſapientia, religione, cura, ſumptibus, triremibuſque tuis ad tuam præſentiam conduxiſti. Egiſti hoc tua præſtantiſſima ſapientia, vt œcumenicam ſynodum in Italia conuocares, ad quam hic ſereniſſimus Imperator & ille reuerendiſſimus pater patriarcha Conſtantinopolitanus libentiſſime acceſſerunt; hi enim, cum de clariſſima fama tua ſanctitatis atque diuinis tuis operibus ad tuam venerationem iampridem ſuiſſent inflammati; voluerunt quem prius ſumma obſeruatione coluerant, coram quoque videre, quod quanto deſiderio fecerint, ex his manifeſte intelligi poteſt, vt hic glorioſiſſimus princeps dimiſſo imperio inter falces, vt ſic dixerim, infidelium ſpretiſque voluptatibus regijs cæteriſque delitijs, quibus ſummi principes oblectari ſolent, hanc longam peregrinationem cum vita & fortunæ ſuæ periculo ingreſſus eſt. Illum etiam venerandiſſimum præſulem nec grandis ætas, nec corpus ægritudine longa defeſſum detrahere potuerunt, quo minus per tot diſcrimina rerum ad tuam præſentiam feſtinaſſet. Hi etiam vtriuſque ordinis clariſſimi patres omnibus ſuis etiam percharisſimis longe poſthabitis, ad te ſolum & vnum venerandum acceſſerunt: dubitare enim non poterant, quo minus tantus feruor, tanta cura, tantum denique ſtudium pro hac ſanctiſſima vnione conficienda, tanta denique impenſarum largitio ad optatum vtriuſque gentis deſiderium non deducerent. Habet hæc noſtra ætas inauditum quoddam, admirabileque negotium, vt qui tot annorum curriculis nomen Latinum atque religionem abhorrebant, iam ad conciliationem vnionemque feſtinent, nec huius admirabilis operis poſt Deum alium auctorem, quam tuam ſanctitatem eſſe intelligunt, te magnificentiſſimum benefactorem, te paſtorem piiſſimum te vere ſucceſſo-

Cum Græcis Rutheni Iberi & Valachi venere ad Eugenium.

Græcor. pro amplectenda Rom. eccleſiæ vnione ſtudium.

rem Petri exiſtimant, in te omnia ornamenta virtutum, quæ ad Pontificem maximum attinent, vno ore fatentur. Perge igitur, pater ſanctiſſime, vt cœpiſti, & rem tam ſacram in finem vſque perducito: hoc enim modo ouile Chriſti, quod tot iam currentibus annis diſperſum fuerat, reficies, & oues Domini errantes ad paſtorem reduces, cumque vltimus ille venerit dies tot gentium ac nationum meritis amplixtus, illi tot humanos ſpiritus ſaluos offeres, cuius in terris officio functus tam admirabile opus facere ſtuduiſti. Habita deinde aliqua diſputationum theologicarum prçludia, & in collatione [a] tertia III. id. octobris celebrata relatum eſt ad delectos præſules, quis modus in concertando de rebus ſacris obſeruandus foret.

a Andr. ſanct. arr. collat. 3. pag. 93.

Certatû de additione Filioque.

18 XVII. kalendas nouembris diſceptatum [b] eſt, an licuerit addere fidei ſymbolo vocem, *Filioque*, ac XIII. & VIII. kal. & kalendis ipſis nouembris, ac pridie non. & VI. id. concertatio repetita, atque inter cætera liberatum hoc argumentum, vetuiſſe Epheſinam ſynodum quidquam addi ſymbolo Nicæno vel detrahi, non grammatice, ſed aduerſus verum ſymboli ſenſum, atque ideo, cum vox, *Filioque*, veræ fidei orthodoxæ conſentiat, eam addi licuiſſe demonſtrauit Foroliuienſis [c] epiſcopus grauiſſimis hiſce ſententijs: *Conuenientibus epiſcopis in Epheſo* [d], *& vocato Neſtorio contumace, dixerunt quod ſecundum morem legatur fides patrum Nicææ, quatenus huic expoſitioni collatis de fide ſermonibus conſonantes quidem confirmentur, diſcrepantes ejciantur. Vnde patet, quod intentio ſynodi eſt, quod illa fides probetur, quæ vera, & quæ diſcrepat rejciatur, & per hoc patet, quid ſignificent illa verba: Nulli liceat aliam fidem proferre ab ea, quæ neceſſario diffinita eſt, id eſt diſcrepantem & contrariam.* Probauit reſponſi veritatem idem epiſcopus ex geſtorum in concilio Epheſino narratione, vt nimirum Nicenæ ſynodi ſymbolum lectum ſit, ac deinde recitatæ Cyrilli Neſtorijque literæ, ac de Cyrillo, qui Chriſtum Deum & hominem non in duabus, ſed vna perſona natum ex Maria virgine, eamque Dei genitricem probabat, dixiſſe nil illum nouaſſe; de Neſtorio vero pronuntiaſſe, ipſum Nicænam fidem corrupiſſe, tum ſubdit: *Ex hoc aperte patet, quæ ſit intentio ſynodi, quæ poſtea fert ſententiam prohibitiuam, quod nulli liceat proferre aliam fidem, quam in Nicæa, videlicet quod nulli liceat proferre fidem contrariam & diſſonantem, ſeu alienam, vel extraneam a veritate & a vera fide. Vnde hoc verbum, aliam, ſecundum intentionem ſynodi ſignificat contrarietatem & diſſonantiam, non aliam expoſitionem eiuſdem fidei, conſonantem veritati & rectæ fidei; quia Cyrillus latius & apertius declarauit & expoſuit fidem Nicænam: & quia veritati & fidei conſonantia dixit iudicatus eſt eadem ſapere cum fide & ſymbolo Nicæno.* Et infra.

b Collat. 4. pag. 95.

Prohibita additio intelligitur contraria vero ſenſui ſymboli.

c Collat. 9. pag. 113.

d Concil. Epheſ. actione 6.

Alia fides idest aliena non autem amplior proferri vetita.

Notandum eſt, quod ante concilium Epheſinum erat prohibitum & pœnale addere & detrahere fidei apoſtolicæ etiam in ſymbolo Apoſtolorum, vt clare exponit Cæleſtinus, nimirum Papa in literis ad Neſtorium: *Sed hac prohibitione non obſtante ſymbolo Apoſtolorum aliqua addita ſunt & detracta per ſymbolum Nicænum & Conſtantinopolitanum, vt illud. Deſcendit ad inferos, & tamen hoc non reprehenditur: & tamen Cæleſtinus reprehendit Neſtorium, quem dicit aliquid de ſymbolo apoſtolico detraxiſſe videlicet θεοτόκος id eſt, Dei genitrix, quod tamen non explicite, ſed implicite continetur in ſymbolo apoſtolico. Huius autem ratio eſt, quia Nicæna & Conſtantinopolitana, & aliæ ſynodi nil fidei apoſtolicæ addiderunt vel detraxerunt contra ſanum intellectum & contra veritatem, ſed Neſtorius. Sic ex hoc apparet, quod addere vel detrahere, quis prohibetur, quando contra verum intellectum, vel contra fidem rectam aliquid addit vel detrahit. Et ex hoc ſoluitur omnis difficultas, quam vos, patres orientales, contra Latinos dicitis, qui addiderunt, Filioque, non enim addiderunt contra veritatem, aut contra rectam fidem, maxime cum publice dixeritis, quod ſymbolum Conſtantinopolitanum & Nicænum idem ſunt, & lecto vno intelligitur & aliud. quia licet in verbis differant, non differunt in ſenſu & veritate, & ſic dicimus, quod ſymbolum Romanum eſt vnum cum Conſtantinopolitano & Nicæno ſymbolo, & lectis illis intelligitur & hoc lectum, & licet addere verbum verum & non licet addere verbum, quod diſcrepat a vero ſenſu & a recta fide, & cum dicitis, quod fuit prohibitum addere, reſpondetur cum vos fateamini eſſe vnum & idem id quod conuenit in ſenſu, quamuis differat in verbis, ſequitur, quod proprie non eſt additio, ſed vnum & idem ſeu identitatis expreſſio.*

Vox Filioque addita eſt non contra verum ſenſum ſymboli Demonſtratur ex variis ſynodorum ſymbolis.

Habitæ ſunt plures aliæ conſecutis diebus theologicæ quæſtiones, cumque Marcus archiepiſcopus Epheſinus obiecisſet additamentum vocis, *Filioque*, ſchiſma peperiſſe, ita Iulianus Cardinalis Cæſarinus illum confutauit: *Ad id quod dixiſtis, quod additio fuit cauſa multorum malorum, dicatis quod additio non fuit cauſa ſchiſmatis, quia ante iſtud ſchiſma eccleſia Romana cantabat ſymbolum cum hoc verbo, Filioque. Hoc habemus per epiſtolas Hormiſdæ Papæ, quas ſcribit Imperatori Conſtantinopolitano, videlicet Iuſtino patri* (nimirum adoptiuo) *Iuſtiniani Imperatoris, qui fuit tempore quinti concilij. Concilia Toletana ſunt magna auctoritatis celebrata cum præſidente Leonis, & in multis de illis concilijs ponitur illud verbum, Filioque.* Et infra: *Ideo dico, quod erat illud verbum apud eccleſiam Romanam, Filioque, & non fuit ſchiſma. Item Tharaſius addens, per Filium, in concilio ſeptimo non generauit ſchiſma. Deinde doctrina Auguſtini & Ambroſij erat nota ante tempus tertij concilij. Item doctrina multorum doctorum Græcorum erat nota orientalibus, & tamen nullus fuit ſcandalizatus contra eos, vnde non dicatur quod hoc verbum, Filioque, fuerit cauſa ſchiſmatis nec propter hoc ſecuta eſt diuiſio.*

Obiicis Marcus Epheſinus ex additione pullulaſſe ſchiſma. Oſtenſum factam diu ante ſchiſma.

Tharaſius in concilio 7. addens per Filium ſchiſma nô peperit.

19 His conſentanea reſponſa fuiſſe eidem Marco Epheſino ab Andrea epiſcopo Rhodienſi, memorat Gennadius [a]: *Reſpondebant autem*, inquit, *tibi Latini per archiepiſcopum Rhodienſem, oſtendentes falſa eſſe quæcumque dicebas, quod neque eccleſia Romana, neque additio diuiſionis & contentionis cauſa erat. Siquidem non ſolum ante ſchiſma eccleſiarum in ſymbolo poſita fuit additio, ſed etiam ante œcumenicas ſynodos, ſeptimam videlicet ſynodum & quartam, vt teſtatur confeſſor Maximus in epiſtola ad Marinum presbyterum Cypri.* Idem argumentum proſequitur Ioſephus epiſcopus Methonenſis [b]. At Cardinalis Beſſario [c] in libro de ſynodi Florentinæ ſucceſſu, Græcorum obiectionem de additione iam olim ab Eutychete hæreſiarcha factam, confutatamque in quarto concilio ita demonſtrat: *Amplius in actis quarti concilij in prima ſeſſione primo quidem legit Eutyches Nicænum ſymbolum, deinde idem hæreticus infert, quod de hac fide, Nicæna videlicet, decreuit Epheſina ſynodus eum, qui præter hanc quidquam addat, cogitet, aut doceat, reum eſſe pœnarum, quæ ibidem continentur. At Euſebius epiſcopus Dorilenſis, qui ſe zelo fidei accuſatorem huius hæretici conſtituerat, cum hæc audiſſet, exclamauit dicens. Non eſt tale decretum. Non eſt canon, qui hoc iubeat. Mentitus eſt. Patres vero concilij ſexcenti & triginta numero his auditis, Eutychen condemnarunt, nolentem ſapere atque credere aliqua alia, quæ in Nicæno ſym*

a Gennad. Scholarius patriarcha Conſtant. Reſponſ. aduerſus Marcum Epheſin. ſiue Ioſeph Methonen epiſc.

b Ioſeph. Methon. epiſc. aduerſ. Mar epheſ. pag 13.

c Beſſario Card. de ſucceſſu ſynodi Florent. c. 3.

Aliud eſt ſecundû ſenſum aliud ſecundum ſyntaxim.

bolu non contineantur explicite, alia veru, dico numero, non vt contradictoriu vel contrariu, quo fit vt illas additiones putauerint inhibendas eſſe, quæ contrariæ & oppoſita veritati ſunt, non illas, quæ ſunt conſentaneæ, quod enim Chriſtus ex duabus & in duabus naturis abſque confuſione permanſerit poſt carnis aſſumptionem, quod Eutyches negabat, quanquam aliud eſſet a Nicæno ſymbolo, aliud vero non ſententiu ſed verbis, tamen cogebant Eutychen, vt hoc crederet. Igitur manifeſte apparet non ſimpliciter aliud, ſed contrarium inhibuiſſe ſanctos doctores. Animaduerte namque, quod ipſamet verba tertij concilij, quæ nos proferimus, nulli videlicet licere aliam fidem proferre, hæc eadem Eutyches pro ſe producebat. Aſſeruntur a Beſſarione plura aliorum conciliorum exempla. Recentiores hæreſiarchas eodem Eutychetis vſos ſophiſmate, vt erroribus ſuis imperitos implicarent, contendiſſeque non poſſe addi ſymbolo vel illius articulos fuſius explicari editis a concilio nouis decretis fidei, inferius viſuri ſumus.

Obiectum factum ſuper additionem ſine communi conſilio.
a Collat. 14. die 1. Mar. ib. pag. 185.

Vrſere Græci in collatione a decimaquarta, additamentum vocis, *Filioque*, a Romana eccleſia non factum debita maturitate conſilij Græcis non vocatis; reſponditque Iulianus Cardinalis Cæſarinus: *Immo maximu, cum veritatem, ut diuina oracula, tum ſanctos patres Latinos & Græcos ſecuta ſit*; ſymbolum porro in Nicæno concilio factum, & id, quod ab Apoſtolis conditum ab Eccleſia & Eccleſiæ auctoritate efformatum eſſe: illam vero Eccleſiam, quæ tunc extitit, nunc conſiſtere, & ad mundi interitum perſtituram: ipſamque ſuis dictis poſſe addere, atque id additamentum carere vitio, quippeque non ab exteris, ſed ab ipſamet fiat; quod autem de Eccleſia affirmatur, idem de Romano pontifice vniuerſalis Eccleſiæ poteſtate prædito affirmandum, flagitante maxime neceſſitate.

Reſpondetur.

20 Diſſoluta ea difficultate, poſſe nimirum urgente neceſſitate, ſcilicet ad depellēdam naſcentem hæreſim, addi aliquas voces in ſymbolo, quæ ſenſum illius explicent nitidius, Latini Græcos prouocarunt ad inquirendum, num vera eſſet ſententia comprehenſa hac voce addita, *Filioque*. At Marcum Epheſinum vehementer ab inquirenda veritate abhorruiſſe, oſtendit auctor, qui circulares eius epiſtolas confutauit b: *Correctionem*, inquit, *hoc pacto futuram dicebas, vt ſcilicet expungatur e ſymbolo additio illa, & reponatur in aliqua huius rei propria definitione: quapropter ridiculum quid te ſtiuſmodi dicente generi tuo facinus adſcriptum fuit; ſi enim blaſphema eſt vox illa, ex Filio, cur igitur quæris, vt in propria aliqua ponatur definitione, ſicut etiam Iulianus ſapientiſſimus ille Cardinalis tibi dixit, cum enim tu dixiſſes, quod non poſſumus vocem iſtam recipere in ſymbolo fidei, vt blaſphemam, ſed ponamus ipſam in propria definitione, quemadmodum antiqui ſancti patres vocem ſemper Virginis Dei genitricis in oratione illa poſuerunt quæ, Vnigenitus Filius, incipit. Cardinalis vero reſpondit: Examinetur antea, reuerende pater, vox ipſa an vera ſit, vel falſa & blaſphema, ſi enim blaſphema deprehenditur, nec in ſymbolo remanebit, nec alibi ponetur, quæ enim ſunt blaſphema, nullibi ſunt dicenda, ſi autem pia & vera demonſtrabitur, quid intereſt, an maneat in ſymbolo vel alibi, quin potius in ſymbolo oportet confiteri veritatem. Hæc tu cum audiſſes, tremor te occupauit & tuos ſocios, & ad dogmatis inquiſitionem tranſire cœpiſtis fugere, cupientes inde exire.* Et infra: *Qui vero ſuæ ſalutis curam gerebant, & periculum hæreſis metuentes, aduerſus eos, qui ſe ab Eccleſia ſegregunt, noluerunt vllo pacto hoc morbo laborare, ſed potius examinari dogma, & veritatem explicari, ac illam amplecti alacriter permiſerunt, quapropter iuſtitiæ ratione alios adducentes, vt ad inquiſitionem alterius problematis tranſirent, acceperunt, & ita Ferraria Florentiam tranſire non ſunt refragati.*

b Ioſeph. epiſc. Methonen.

Fatentur Græci ſpiritum ſanctum, e Patre & Filio procedere.

Meditatos etiam diſceſſionem Marci Epheſini ſocios, cum de victoria deſperaſſent, diſerte enarrat hiſce verbis Cardinalis Beſſario a: *Abſque ulla ratione vociferabantur: Redeamus, redeamus. Dicebant autem etiam inter ſe, quod ad eorum aures peruenisset; Latinos poſſe in medium afferre plurimas multorum ſanctorum occidentalium auctoritates, quibus palam probatur Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere. Quid igitur ad hæc reſpondebimus? Diſcedamus, redeamus, abeamus. Audiſne patrum & doctorum ſententiam? Quoniam, inquiunt, multas auctoritates ſanctorum Latini afferre habent, ad quas nos reſpondere non habemus, diſcedamus ab eis. Vix tamen ſentientes abſurditatem ſententiæ ſuæ, & a ſereniſſimo Imperatore perſuaſi ceſſerunt, & manere decreuerunt.*

a Card. Beſſ. in lib. de ſucceſſu ſynod. Florent. cap. 5.
Conuicti ſ. dl. nonnulli meditantur.

Tum exquirentibus Græcis b, quibus argumentis Latini dogma de igne purgatorio conſtabilirent, reſponſum eſt ab his, qui a concilio excutiendis controuerſijs præfecti fuerant: *Nos deputati iuxta doctrinam B. Petri parati reddere rationem omni petenti de ea, quæ in nobis eſt, fide veſtræ poſtulationi, quæ principaliter de purgatorio eſſe videtur, hac ſatisfactionis reſponſione pro nunc ſatisfaciendum duximus. Si autem de reliquis per nos modo dictis rationem popoſceritis, illis etiam, Spiritu ſancto nos inſtruente, cum charitate fraterna ſatisfacere curabimus. Declaratur primo ex veteri teſtamento in libro Machabæorum c, vbi dicitur ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur. Sed pro defunctis, qui ſunt in paradiſo non opus eſt orare, quia nullo indigent, nec pro illis, qui ſunt in inferno, quia a peccatis ſolui aut purgari non poſſunt. Sunt igitur aliqui, qui poſt hanc vitam mundanam a peccatis ſolui aut purgari poſſunt.*

a Andr. ſanctacr. in actis conc. Florent. p. 2. collat. 22.
De purgatorio multa.
c Machab. 12.

Declaratur per id, quod in nouo teſtamento Saluator inquit Marci 111. Si quis blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei nec in hoc ſæculo neque in futuro; & per Apoſtolum Paulum in 1. epiſt. ad Corinthios cap. 111. vbi tractat de ædificante ſupra fundamentum, quod eſt Chriſtus, aurum & argentum, lapides pretioſos, lignum, fœnum, ſtipulam, & tunc ſubdit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale fuerit, ignis probabit, ſi cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Hæc verba de igne purgante in futuro ſæculo intelligi, ſe ipſa declarant, nam verbum illud. Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, de damnatis intelligi non poteſt, quia ſalui non erunt. Sed in æternum peribunt, neque de illis intelligitur, qui ſine peccato decedunt, quia de his proxime dixerat, ſi cuius opus manſerit, qui autem ſine peccato moriuntur nihil eſt propter quod eos igne purgari oporteat. Reſtat vt de alijs purgandis in alia vita, qui tamen ſaluabuntur, intelligatur.

Demonſtrata veritas ſacris oraculis.

Declaratur etiam conſuetudine vniuerſalis Eccleſiæ tam Latinæ, quam Græcæ, quæ pro defunctis orat & orare ſemper conſueuit, cuius oratio profecto inutilis eſt, ſi purgatorium poſt mortem non ponatur, fruſtra enim oraret pro his, qui iam ſunt in gloria cæleſti, vel in inferno. Auctoritate S. R. E. doctæ & inſtructæ a beatis Apoſtolis Petro & Paulo & ab alijs ſanctis Pontificibus, qui innumeris fulſerunt miraculis, quoſque tam Græci quam Latini vt ſanctos venerantur,

Digitized by Google

tur, ipſe ſic ſemper tenuit, ſic ſemper prædicauit, etiam tempore vnionis & continue ante præſens exortum diſſidium.

Declaratur huius fidei noſtræ veritas auctoritate ſanctorũ patrum Græcorum & Latinorum & præſertim illorum, quos tam Latini quam Græci in vniuerſali concilio a receperunt, quorum verba hæc ſunt: Sequimur per omnia ſanctos patres & doctores eccleſiæ Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Ioannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proculum, & ſuſcipimus omnia, quæ de recta fide & condemnatione hæreticorum expoſuerunt. Subijciuntur plurea auctoritates ſanctorum patrum Latinorum Auguſtini b Ambroſij c, Gregorij d, qui pluribus exemplis libro IV. dialog. id confirmat, adduntorque dicta veterum Græcorum patrum Baſilij magni, in orationibus, quæ in vigilia pentecoſtes, tum in exequijs mortuorum repetuntur, Gregorij Nyſſeni in dialogo de conſolatione & ſtatu animarum poſt mortem, & in libro de his, qui dormiunt, Dionyſij Areopagitæ in cap. VII. eccleſ. hierarchiæ, Epiphanij e contrarium, qui defunctis prodeſſe viuentium preces negauerat, refellentis, Damaſceni quem refert D. Thomas in IV. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 1.

a Concil. Later. ſub Mart. PP conſult. 5 cons. concilior. to. 2. p. 2 edi Colon. & in 5. ſyn. act. 3. eod to.

b Aug. homil. de igne purg. & 21. l. de ciuit. Dei c. 13 & c. 20. & lib. de cura pro mortuis gerẽdo c. 2. & l. de pœnit. & in ſer. de mortuis.

c Ambr. in 1. Corint. c. 3.

Denique hac ratione theologica comprobatum eſt: *Septimo declaratur præfata veritas ratione diuinæ iuſtitiæ, quæ nihil inordinate factum impunitum relinquit, & quæ iuxta menſuram delicti, vt inquit Scriptura f, conſtituit plagarum modum, cum ergo pro quolibet peccato homo certam mereatur pœnam, ſi hanc in iſto ſæculo non ſoluit, exigit diuinæ iuſtitiæ ordo, vt in futuro ſatisfaciat, alioquin impunitus remaneret. Sed ſi quis contritus decedat, huiuſmodi pœna non ſatisfaciet in inferno iuxta illud g: Peccator in quacumque hora ingemuerit, vita viuet, & morietur, quod de vita æternali intelligere oportet: in cælo autem pœnam peccatorum non ſoluet, quia repugnat munditia cæleſti, domus enim eſt gaudij non luctus. Reſtat igitur, vt præter paradiſum & infernum aliquis alius aſſignetur locus, in quo huiuſmodi exerceatur purgatio, qua facta, cum deſinit eſſe pollutus & inquinatus, mundusque efficiatur, ad Deum videndum & fruendum conſeſtim euolat.*

Ex diuina iuſtitia pœna ratio.

d Greg. l. 4. dial.

e Epiph. adu. hær. lib. 3 hær 57. alias 77. n. 7. Damaſc. ſer. de ſuſ ſe. mort.

f Deut. 25

g Ezec. 33

Cæterum quanta cum clementia & amoris ſignificatione Græcos ad indagandam controuerſiarum de fide veritatem Eugenius excitarit, deſcribit Gennadius h patriarcha Conſtantinopolitanus in apologetico aduerſus literas Marci Epheſini mendacijs refertas: *Vt Chriſtiani, inquit, veritatem quærebant & magno ſtudio indeſinenter ſcrutabantur, id enim aperte apparet quando beatiſſimus Papa noſtris dicere ita conſueuerat. Miror equidem, quomodo omnia nihili penditis, & ſeſſiones & conuentus in craſtinum reijcitis; & licet ego vos excitare frequenter non deſinam ad veritatem indagandam, vos nihilominus negligenter vos habetis; & iam duos annos in ſynodo ſumus & nondum viginti quinque conuentus ſunt habiti. Venite igitur ad diſputationem, ibi enim veritas comperietur: nec aliter fieri poteſt. Venite, inquam, & non tardate; hæc ferebat enim beatus ille vir, quod noſtri negligenter ſe habebant, & in conuentu non aderant:* De ſingulari eiuſdem Pontificis liberalitate in Græcos, quamuis exhauſtus eſſet opibus, vtque ad eos ſuſtentandos mithram pontificiam oppignerarit, ſubdit Gennadius: *Cum, inquit, Eugenius beatæ memoriæ Romæ ſanctiſſimus Papa non haberet amplius, nec inueniebat, quod vobis daret ſingulis, pro expenſis, & cum Florentinis ſignificaſſet, vt ſibi mutuo darent quadraginta millia nummum, miſit illis pignus mithram ſuam, qui cum illam accepiſſent, quod petierat Pontifex fecerunt, quin immo alia quadraginta millia polliciti ſunt dono dare, ſi ad ſuam ciuitatem ſynodum transferret, vt eorum ciuitas vna cum ſynodi definitione honorem lucraretur.* Transferendæ vero ſynodi grauiſſima cauſa inſtabat.

h Gennad. aduer. lit Marci Epheſ.

Græci a Latinis ad veritatem indagandam ſollicitati. Eug. mithrã oppignerat pro ſumptibus Græcis ſuppeditandis.

21 Inuaſerat nimirum peſtis Ferrariam, quo inopinato caſu Eugenius adductus, de transferenda Florentiam ſynodo conſilium iniit. Turbati inde quidam Græci, ſed Imperatoris & patriarchæ auctoritate ſedati. Tranſacta ea lege res eſt, vt Pontifex in menſes octo noua ſubſidia Conſtantinopolim mitteret, commeatus ipſis ſuppeditaturus eſſet, Florentiam ac non alio pergerent, ſynodus vltra quartum menſem non extraheretur, tum denique Græcis recedendi poteſtas foret. Vt vero anno proximo promulgata ſit concilij translatio, ſuo loco dicendum erit: nunc reliqua proſequamur.

Ferrariæ graſſante peſte tranſlatio ſynodi Florentiam ob eam cauſã probat.

Redimitus a eſt hoc anno Albertus dux Auſtriæ Sigiſmundi Imperatoris defuncti gener hereſque kal. ianuarij in Albaregali Hungarici regni inſignibus ritu ſolemni. Eodemque ineunte anno Pontifex, antequam Ferrariam ſe conferret, pio impulſus ſtudio, vt Hungarica arma in Turcas fidei hoſtes auerteret, Signenſem epiſcopum internuntium creauit, vt propoſitis indulgentiarum præmijs Chriſti fideles ad ſacræ militiæ nomen dandum accenderet.

Tria regna adeptus Albertus dux Auſtriæ, hortatur Hungaros expeditionem in Turcas.

a Aen. Silu. hiſt. Bohē. c. 55. & com. l. 1. Cut. hiſt. Huſſ. l. 59 & Bohē. l. ge. rer. dec. 3. l. 4 Dub. l. hiſt. Bohem. l. 8. & alij.

Ioanni epiſcopo Signenſi Apoſtolicæ ſedis nuntio & oratori, &c.

Cum te nuntium & oratorem noſtrum ad regni Hungariæ, & nonnullarum aliarum regionum partes pro pace & bono ſtatu ipſarum partium & perſonarum in eiſdem degentium in præſentiarum perſonaliter deſtinemus, ac dudum Illuſtris memoriæ Sigiſmundus Romanorum Imperator, dum ageret in humanis, ſæpius nobis inſtanter ſupplicauerit, quod cum Teucros & alios infideles Chriſtiani nominis immaniſſimos hoſtes, vt pote ipſi regno conterminos & confines, regnum ipſum ſæpe hoſtiliter inuadere perſonaſque regni ipſius captiuare, bona prædicta & clades varias regno ipſi & perſonis inferre contingat in periculum regni & perſonarum præfatorum, in ſcandalum fidei orthodoxæ, propterea vellemus ſibi, qui in oppreſſione dictorum infidelium exercitum congregare intendebat, fauoribus noſtris aſſiſtere, ac tantis malis, periculis, & incommodis, quantum cum Deo poſſemus, de opportuno remedio prouidere, fraternitati tuæ in dictis partibus quoties te in partibus illis commiſſionis huiuſmodi officio fungente Regem, qui pro tempore fuerit, ſeu barones, nobiles, & magnates dicti regni exercitum ſeu expeditionem pro exterminio & expugnatione infidelium prædictorum parare contigerit, prædicationis verbi, ac viuificæ crucis officium præſentium auctoritate committimus, tibi iniungentes, quatenus officium huiuſmodi iuxta datam tibi a Deo prudentiam & virtutem per te vel alios, quos ad id idoneos putaueris eligendos ſolerter exerceas, fideles prudenter omnes & ſingulos, quos ad eam rem vtiles & idoneos iudicaueris, inducendo vt ſuſcipientes cum reuerentia ſignum crucis ipſumque ſuis cordibus & humeris affigentes ad reprimendum præfatorum Teucrorum & infidelium impetus viriliter ſe accingant, &c. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVII. *id. ianuarij pontificatus noſtri anno* VII.

Turcæ in Hungariã excurſiones.

Exercitum in eos immittere Sigiſmundus conſtituerat.

Fideles in ſacra arma concitati.

22 Renuntiauit quoq; eundẽ epiſcopum Eugenius in-

Internuntium III kal. aprilis, dum Ferrariæ verſabatur, non modo in Hungaria, verum in Bohemia quoque, & marchionatu Morauiæ, vt religioni amplificandæ, tum conciliandæ a inter principes paci operam daret, iam enim Albertum inter & Regem Poloniæ de Bohemiæ regno controuerſiæ oboriri cœperant. Etquidem pridie non. maij Albertus Bohemiæ Rex Pragæ renuntiatus, ac III. kal. iulias Bohemicum ſceptrum accepit non vxorio tantum iure, verum etiam vetere ex fœdere, quo Reges Bohemiæ, prole deficiente, duces Auſtriæ ad regnum vocauerant. Inuidere tamen Alberto Bohemicos apices nonnulli proceres, inter quos Ptalco ac Georgius Podiebratius, qui cum Thaboritis fratrem Regis Poloniæ delegerunt, quo circa graue bellum inter Polonos Albertumq; exarſit b. Magnum ea diſſenſione dolorem attulit Pontifici, qui Vvladislaum Regem Poloniæ monuit, vt copias e Bohemia reuocaret, pariterque Albertum, vt ad pacem animum adijceret, eſt adhortatus c.

a Lib. ca. pag. 24.

Quinam Alberto Bohemiæ regnum repellunt.

Frater Regis Poloniæ eligitur. Eugenius pro ſedando bello ſtudet.

b Æn. Syl. hiſt. Bohem. c. 55. Naucl. Longe in chron. Cl. tiz.

c Cod. Vallicell. Æn. Syl. hiſt. Bohem. c. 55. Dlugoſſ. lib. 12.

Alberto Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regi illuſtri ſalutem.

Pridem intellecto, quod chariſſimus filius noſter Vvladislaus Poloniæ Rex gentem quandam armorum in regnum Bohemiæ contra tuam ſerenitatem deſtinare intenderet, non mediocriter doluimus, tum propter innumera mala, quæ ex ea re illis regionibus & etiam alijs poſſunt veriſimiliter accidere, tum propter tuam regiam celſitudinem, cuius ſtatum augeri cupimus & ſemper eſſe quietum & pacificum & tranquillum. Et vt his malis celeriter obuietur, mittimus ad eundem Regem velocem nuntium cum literis, quarum copia his intercluditur, ad quem, vt in ipſis continetur literis, infra pauciſſimos dies ſolemnem mittemus ambaxiatam omni diligentia apud ipſum Regem laboraturam, vt ab omni inſultu & apparatu bellico contra ipſum tuum regnum Bohemiæ & alia tua dominia omnino deſiſtat, cui ambaſſiatæ efficaciter iniungemus, vt omnia agere procuret, per quæ pacifica ipſius tui regni poſſeſſione vti & gaudere, ſicut dignum eſt, valeas, quodque, ſi quid diſcordiæ ac controuerſiæ eſt inter tuam ſerenitatem & ipſum Regem, ſedare & inter vtrumque charitatem & amicitiam renouare ſtudeat, ad quæ tua quoque ſerenitas propter bonum publicum Chriſtianorum, quorum maximam curam habere debes, ſtudeat omni diligentia incumbere, vt ex veſtra pace & reliquis fidelibus pariatur pax, & hoſtium nominis Chriſti vires valeant per veſtram concordiam, prout cupimus, expugnari. *Dat. Ferrariæ VI. id. iulij anno VIII.* Geſta ſunt plura in Bohemia, Morauia, ac Polonia tumultuaria prælia, Thaboritarumque arx munitiſſima exercitu cincta; cumque ij tantum fame domari poſſent, ſoluta obſidio eſt, attrita tamen admodum aduerſa lactione, tum induciæ inter Albertum & Polonum pactæ fuere e.

d Lib. 1. ... pag. 98. & in lib. Alex. VII. pag. 59.

Polonus Regi hortatur, ut ob infeſtanda Bohemia deſiſtat.

Thaboritarum arx tres oppugnata ab Alberto.

e Cod. hoc anno.

Albertus creatus Cæſar.

f Æn. Syl. hiſt. Bohem. c. 55. Cuſpinia. de Cæſar. & alij.

g Lib. breu. pag. 98. & in ms. Alex. VII. pag. 157.

53 Coniunxerat Hungarico & Bohemico Albertus Romanum ſceptrum: in publicis enim comitijs apud Francofordiam quadrageſimali tempore peractis communibus electorum ſuffragijs XIV. kal. aprilis imperij gubernacula ei tradita ſunt f. Quo felici accepto nuncio Eugenius de parto tantæ dignitatis faſtigio illi gratulatus, ad ſtrenue gerendum imperium, pellendos ex Europa Turcas, religionemque amplificandam his literis incitauit g.

Chariſſimo in Chriſto filio Alberto Romanorum & Hungariæ & Bohemiæ Regi illuſtri ſalutem.

Maximam in Domino conſolationem ſuſcepimus, chariſſime fili, & vltra quam dici poſſet lætati ſumus, cum audierimus te ad gubernacula Romani imperij eſſe electum, electorum vero prudentiam plurimum commendamus, qui vota ſua direxerunt in virum ſecundum cor noſtrum, & dignum, in quem inſignia imperij conferantur. Etenim, cum ſis princeps ſumma ſapientia, ſumma virtute, & erga Deum pietate & religione ſingulari, nihil nobis acceptius fieri potuit hoc tempore, quam eum eligi, qui eſſet aptiſſimus ad tantæ dignitatis onus ſuſtinendum, ad propugnandam fidem catholicam, ad pacificandum populum Chriſtianum, ad defendendos fideles ab oppreſſionibus infidelium, ad tutandum Dei Eccleſiam, ad omnia denique agenda, quæ boni & fidelis principis officium requirit, nam cum tua virtus & animi magnitudo ſit tanta, quanta in tali Rege poſtulatur, cum tuus zelus deuotionis & ardor fidei commendetur ab omnibus, vires autem & potentia tibi tales adſint, vt facile poſſis & virtutem & deuotionem oſtendere, proculdubio ſperamus te eum eſſe futurum, qui partes Europæ liberes ab infidelium dominatu, qui ſanctam Dei Eccleſiam totis viribus protegas & extollas, qui pacem indigentibus largiaris.

Alberti elogium.

Sollicitatur vt Europā liberet ab infidelibus.

Sed quoniam diligentibus Deum, vt ait Apoſtolus, omnia cooperantur in bonum, vt fructus virtutum tuarum facilius conſequi valeas; primum oculos tuæ mentis in eum dirigas, per quem regnant Reges, & imperia ſubſiſtunt, vt per ſemitam mandatorum ſuorum proficiſcentem exaudiat Deus, & proſperum faciat iter tuum; fidem catholicam propagandam, eccleſiam Romanam omnium eccleſiarum & tuam in Chriſto matrem tibi colendam & tuendam ſuſcipias, ſedem Apoſtolicam & Ieſu Chriſti in terris vicarium debita veneratione, ſicut decet fidelem principem, proſequaris, ames vnitatem in Eccleſia Dei, ſchiſmata prohibeas, eccleſiaſticas perſonas earumque libertatem ſub alarum tuarum protectione ſuſcipias; hæc eſſe opera & officia boni & iuſti principis recorderis, quæ qui non ſequuntur, Regum aut Imperatorum nomen vſurpare, digni vere qui recte & iure Reges aut Imperatores appellari debeant, eſſe non poſſunt. Deinde iuſtitiam virtutum Reginam, ſine qua rerum publicarum ſtatus & regnorum culmina dilabuntur, diligenter ſequaris, habeas eam operum tuorum ducem, recta iudicia fieri procures, ſubuenias miſeris, erigas oppreſſos, iniuriam patientibus opem afferas, præmia virtutibus, vitijs pœnam meritam conſtituas: quæ duæ præcipuæ ſunt iuſtitiæ partes.

Regius nomen ſectatur virtutes.

Hæc ad te, ducti ſingulari charitate, qua complectimur perſonam tuam, ſcribimus tanquam pater ad filium, quem diligit in Chriſto, non quidem vt diffidamus vlla ex parte de tua ſapientia & virtute, quem ſcimus eſſe prudentiſſimum, ſed vt cognoſcas ex his verbis præcipuam erga te noſtram ac paternam affectionem. Regna vero, quæ omnipotens Deus tuæ curæ commiſit, conſeruare ſtudeas in iuſtitia, pace, & charitate, & cultu Dei, procurans inter cætera, vt eccleſia Romana & Apoſtolica ſedes in illis priſtinam ſuam auctoritatem & dignitatem recuperet per ſtudium diligentiæ tuæ. Hæc ſi egeris, prout a certo tenemus, aderit tibi Deus adiutor, & protector omnium in ſe ſperantium, ſtatuet ſupra petram pedes tuos, ſubminiſtrabit rectas cogitationes, conſilia

Digitized by Google

ſilia adiuuabit, exaudiet vota tua, perficiet opera, & te proteget ſcuto protectionis ſuæ. Nos quidem ſemper aſſiſtemus tibi apud Deum orationibus noſtris, fauores & auxilia impendemus, quantum permiſerit fragilitas noſtra, & cum certiſſima in ſpe ſimus te imitaturum veſtigia prædeceſſorum tuorum, quorum virtus & deuotio ab Eccleſia laudatur, certe omnibus in tuum honorem, ſtatum, exaltationem, & gloriam concernentibus offerimus nos paratos & promptos iuxta commodum noſtræ imbecillitatis ad obſequendum ſerenitati tuæ, *Dat. Ferrariæ*. Incubiturus ad componendas imperij res Albertus, ſolemnes principum Germaniæ cœtus Norembergæ celebrauit, ad quos ſeptembri menſe Pontifex inſignem admodum legationem decreuit a, miſſis nimirum Nicolao Cardinale S. Crucis ſanctitate, ac rebus geſtis clariſſimo, Ioanne archiepiſcopo Tarentino, qui olim Baſileenſi ſynodo præfuerat, Petro epiſcopo Dignenſi, qui Græcos concilij nomine perduxerat in occidentem, ac tribus alijs viris doctrina ſpectatiſſimis, vt Cæſar principeſq; ſeditioſos Baſileenſis conuenticuli auſus comprimendos curarent cum Græci percuperent, vt Baſileenſes Ferrariam venirent, paribuſque animis communi concordiæ redintegrandæ nauarent operam. Coniungere etiam ſtudia ſua cum ijs legatis Ioannem epiſcopum Signienſem iuſſit Eugenius b; ac ſingulos archiepiſcopos, duces, lantgrauios, marchiones, & comites quorum catalogus in regeſto texitur c, adhortatus eſt, vt diuinæ gloriæ & eccleſiæ paci firmandæ ſtuderent.

Norembergenſes conuentus. B. Nicol. Albergatus ad eos miſſus.

a Lib. 12. pag. 37.

b Id. ibid. pag. 37.

c Ibid. pag. 38.

24 Verſæ etiam pontificiæ curæ ad hæreticos reprimendos fuerunt, cumque in Pannonia malitia adeo in dies ingraueſceret, vt fidei cenſores trepide munus ſuum obirent, implorauit d Regis Alberti opem, vt regia auctoritate Apoſtolicæ ſedis adminiſtros fulciret, audaciamque ijs aduerſantium contunderet. Peragebat tum ſacram illam cenſuram in Pannonia & Boſna Iacobus Picenus, Minorita quem Eugenius epiſcoporum imperio ſolutum ac liberum renuntiauit e, ne anathemate ipſum aut loca in quibus ageret interdicto eccleſiaſtico poſſent percellere. At ne epiſcopi fidei cenſoribus aduerſarentur, ſed potius in euellendis hæreſeon fibris cum ijſdem conſentirent, ſtudiaque ſua coniungerent proprijs ipſos allicere commodis conſtituit f. Prætulit itaque animarum lucra auro corruptibili, ac partem illam, quæ ex publicatis hæreticorum bonis redigebatur, inferebaturque in fiſcum pontificium, ad epiſcopos, in quorum illi diœceſibus damnarentur, auertit.

Hæreticis in Hungariam irrepunt.

d Ibid. pag. 59.

e Ibid. pag. 58.

B. Iacobus Picenus cenſor fidei ibi creatus.

f Lib. 19. pag. 229.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sedis Apoſtolicæ prouidentia circumſpecta, nonnunquam conceſſa & ordinata per eam, vt ſperata proueniant commoda, ac litium & controuerſiarum ſuccidatur materia, prout in Domino ſalubrius proſpicit conuenire, in melius commutat, & vt hæreſes ſtudioſius eruantur de medio populi Chriſtiani, de remedio prouidet opportuno. Sane dudum felicis recordationis Innocentius IV. Clemens V. Alexander IV. Nicolaus III. & alij Pontifices prædeceſſores noſtri pro extirpatione hæreſum, quæ plus ſolito ſuperſeminante illas homine inimico ſubcreuerunt, vt aduerſus huiuſmodi nequitiæ patratores operarij inſurgerent, ſtarentque firmiter Eccleſiæ filij orthodoxæ fidei zelatores, nonnulla inter alia ordinarunt, atque ſtatuerunt, videlicet quod bona mobilia & immobilia quorumcumque hæreticorum, quæ per officiales inquiſitorum hæreticæ prauitatis huiuſmodi, ſeu præſidum ciuitatum & locorum eſſent occupata, ſeu inuenta, & condemnationes pro ijs exactas, in tres partes diuiderentur, videlicet in commune vna ciuitatis vel vniuerſitatis locorum huiuſmodi, alia vero in fauorem, & expeditionem officij inquiſitionis officialibus, qui tunc negotia ipſa proſequerentur, attribuerentur, & reliqua tertia pars per æquales portiones in ſubuentionem occurrentium diſpendiorum circa hæreſum perſecutionem, in aliquo tuto loco, ſecundum quod epiſcopis & ordinarijs locorum, ac inquiſitoribus videretur, expendenda per conſilium eorundem præſeruaretur: & deinde piæ memoriæ Benedictus Papa XI. etiam prædeceſſor noſter, fidedignorum relatibus percipiens, quod epiſcopi, & ordinarij locorum huiuſmodi tertiam partem dictorum bonorum ſibi applicare & attribuere proponebant, idem Benedictus viam volens epiſcopis & ordinarijs præfatis ſimilia faciendi amputare, tertiam partem bonorum huiuſmodi cameræ apoſtolicæ voluit aſſignari & applicari, prout in literis eorundem prædeceſſorum hinc inde confectis plenius continetur.

Hæreticis bonis priuandi.

Ea in tres partes diuiſa aliquando Pontificum iuſſu.

Pars tertia a Benedicto XI. addicta fiſco pontificio.

Cum autem, ſicut nuper ad noſtram audientiam deductum eſt, epiſcopi & ordinarij prædicti in nonnullis partibus minus diligenter ſe habeant in præmiſſis, & inter ipſos, ac inquiſitores & officiales præfatos diſſenſiones & altercationes dietim oriantur, nos, volentes epiſcopos & ordinarios huiuſmodi aduerſus hæreticorum huiuſmodi damnatam prauitatem reddere attentiores, tertiam partem bonorum huiuſmodi præfatæ cameræ per dictum Benedictum prædeceſſorem, vt præmittitur, aſſignatam, epiſcopis & ordinarijs præfatis auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus, & etiam relaxamus, decernentes inſuper, & eadem auctoritate ſtatuentes, quod in quibuſcumque ciuitatibus, diœceſibus, & locis, in quibus epiſcopi & ordinarij prædicti dominium obtinent temporale, de quibus hæreticos huiuſmodi eſſe conſtiterit, duas dumtaxat de bonis ipſis inter epiſcopos & ordinarios ex vna, ac inquiſitores antedictos partibus ex altera æqualiter partiendas, & effectualiter inter vtraſque conuertendas fieri portiones. Itaque epiſcopis, & ordinarijs præfatis tertiam & illam de terris & dominijs, vt præmiſſum eſt, partes ſeu portiones huiuſmodi, dum tempus occurrerit, recipere & in ſuos ac officialium ſuorum, pro hæreticorum huiuſmodi perſecutione deputatorum, & impoſterum deputandorum conuertere libere liceat, præmiſſis ac alijs apoſtolicis conſtitutionibus & ſtatutis ordinationibus in contrarium editis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVII. XVII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* VII.

Tribuens ab Eugenio epiſcopis vt adiungentur tacinuant hæreſes.

25 Hoc anno aprili menſe comprehenſos fuiſſe in vrbe duos Lateranenſis baſilicæ clericos, qui infandum patrarant ſacrilegium, ſcribit Stephanus Infeſſura a. Expoliarant ij capita Apoſtolorum Petri & Pauli magna parte gemmarum, ſaphirorum, adamantum, ac vnionum ad triginta millium aureorum æſtimationem, quibus argenteas eorum thecas exornatas diximus b; luere impium facinus vltimo ſupplicio vna cum Nicolao patruo eiuſdem eccleſiæ canonico, apud quem furtum depoſuerant, vt pluribus narrat auctor, quamquam non deſunt, qui id in ſuperiorem annum referant. Eodem hoc anno Pontifex ad augendum vrbanæ academiæ ſplendorem eam priuilegijs ampliſſimis ornauit c; tum alio diplomate d ſtatuit, ne

Puniti ſacrilegi qui gemmas e capitibus Apoſtolorum abſtulerunt.

a Steph. Infeſſura. archiu. Vat. ſignum. 111.

Academia Romana priuilegijs aucta.

b Ann. 1368.

c Lib. 19. pag. 272.

d Lib. 23. pag. 3.

Digitized by Google

Deſcribit accurate idem auctor [a], **qui rem ex Demetrij deſpotæ ore accepit, apparatus magnificẽtiam, qua Imperator a duce ſenatuque Veneto acceptus eſt; ſed Phrantzes ipſe prætermiſſo, quem harum rerum cupidi legere poterunt, ſuffecerit nobis ex Andrea e Sancta cruce** [b] **breuem narrationem delibare.**

a Id. ibid. cap. 14.
b Andr. ſanct. cr. pag. 70.
Exceptus Venetijs ingenti pompa Palæologus Imperator.

Nona, inquit, februarij die anno MCCCCXXXVIII, *magno cum campanarum pulſu Græci Venetijs recepti ſunt, duce Venetorumue ciuibus dominio præſidentibus in naui, quam bucentaurum nominant, obuiam euntibus, in qua Imperatore recepto, ad palatium ſibi diſpoſitum conduxere: veniebant namque, vt aſſerebatur, omni dimiſſa credulitatis pertinacia, vt veritatem cognoſcerent, meritoque plaudendum fuerat.* Et infra: *Eugenius ſummus Pontifex reuerendiſſimum Cardinalem S. Crucis, ac marchionem Ferrarienſem ad Græcos recipiendos Venetias miſit, audito Græcorum aduentu, ſed & reuerendiſſimus dominus Cardinalis S. Sabinæ S. Angeli cognominatus, qui Baſileenſi concilio præfuerat, qui ad hoc potiſſime conuentionem illam protexiſſe aſſeruerat, vt Græcorum vnioni cauſam daret, cum Græcos Pontificis nauibus aduehi conſpexit, ex Baſilea Venetias venit paulo poſt præfatorum Cardinalis & marchionis aduentum.* Et infra: *Imperator & patriarcha Græcorum primo eorum ingreſſu ex Venetijs ad ſummum Pontificem oratores deſtinarunt ſæculares tres, abbates duos, qui vigeſima februarij Pontificem adierunt. Data eis licentia publice differendi, ſæculares conuenienter ſummi Pontificis in acceſſu genuflexi ſunt. Clerici vero curuato capite aliam reuerentiam non exhibuerunt. Expoſuerunt Imperatorem & patriarcham ad nutum ſuæ ſanctitatis veniſſe, illicoque pauſa ex longo itinere ſumpta adventuros.*

Miſſus ad eum cum alijs Nicolaus Card. Albergat.
Imp. & patriarch. Pontifici de aduentu ſuo nuntiant.

Proſequitur deinde auctor, vt Palæologus, relicto Venetijs patriarcha, Ferrariam ingreſſus Pontificem ſalutarit: *Quarto martij Græcorum Imperator Ferrariam magno cum equitum apparatu ingreſſus eſt. Occurrerunt ei Cardinales obuiam omnes, qui tunc Ferrariæ erant, extra ciuitatem cum magno prælatorum comitatu. Sub pallio aureo ductus eſt ad palatium apoſtolicum, & equeſter vſque ad Papæ cameram, via ad hoc in palatio Ferrarienſi per marchiones antiquitus conſtructa, exhibitaque Romano Pontifici reuerentia debita, ad palatium, paradiſus cognominatum, pro ſui reſidentia diſpoſitum ſimili pompa aſſociatus eſt.* Viſitur in æneis valuis baſilicæ S. Petri Eugenij iuſſu conflatis efformata effigies, qua Pontifex ipſe papali chyara redimitus, Imperatori nudo capite altero genu prouoluto manum porrigit, a quo nonnihil diſcrepat Phrantzes [c], dum hæc de Pontifice ſcribit: *Cognito Imperatorem ad portam adeſſe, ſurrexit & inambulauit, & ita ſpatia facientem Imperator offendit, qui cum in genua vellet procumbere, non id Papa permiſit, ſed eum complexus porrectaque dextera oſculatus eſt, & ad ſiniſtram ſuam collocauit.*

Vt fuerit exceptus Ferrariæ habitusque Imp.
c Phrant. l. 2. c. 15.

7 Applicuit deinde Ferrariam VIII. id. martij patriarcha, naui ornatiſſima inuectus, cumque archiepiſcoporum, epiſcoporum, ac prælatorum frequens turba cum marchione Ferrarienſi eiuſque filio obuiam ei prodijſſent, exambiuit ipſe, vt ſibi etiam Cardinales occurrerent, quocirca extractus in diem ſequentem illius in vrbem ingreſſus, quem Andreas e Sancta cruce [d] ita deſcribit: *In diluculo diei ſequentis, requiſitis curialibus ſpeciali nuntio ad portum, quo naues Ferrariam applicant curialium quiſque equeſter acceſſit. Duo Cardinales iuniores diaconi Proſper de Columna tit. S. Georgij ad velum aureum & Firmanus S. Mariæ in via lata pariter acceſſerunt Pontificis iuſſu, equitantibus patriarcha & Græcis alijs, Cardinales ei occurrerunt obuiam nullaque ad inuicem alia inclinatione facta nec alter alteri pileum flectens, dominus de Columna, qui ex duobus ætate minor dignitatis tamen adeptione maior collega, patriarchæ ſic inquit. Reuerendiſſime pater, dominus noſter Papa miſit nos, vt aſſociaremus paternitatem veſtram, eoque in medio ſumpto ad palatium apoſtolicum conduxere.* Addit auctor, vt a Pontifice exceptus ſit: *Papa, inquit, eidem non occurrit in publico, quinimmo vltra conſuetum morem in priuata camera ſecreti cubiculi manſit, vt arbitror prænarratæ difficultatis reſpectu, ingreſſuſque eſt patriarcha ſex ſociatus tantum, Papaque, vt totidem ſecum haberet, ſi vellet, vltra Cardinales, contento. Sedit ſummus Pontifex vſque ad patriarchæ aduentum in ſecreta camera, Cardinalibus ad dexteram Papæ conſtitutis. In ſcabello ad ſiniſtram diſpoſito receptus eſt, eoque paululum ſummum Pontificem alloquuto, ad palatium ſibi pro habitatione aſſignatum aſſociarunt omnes, qui ſecum ex naui venerant, Cardinalibus demptis.*

Patriarcha Conſtant. Ferrariam applicat.
Ambit vt ſibi Cardinales occurrant.
d Andr. e Sanct. cr. in dial. pag. 71.
Quo ritu illi occurrerint.
Quomodo exceptus ab Eug.

Dum ea geruntur, Baſileenſes ex Græcorum cum Eugenio conſenſione pellici ad obſequium non potuere: qui ſi, vt aiebant orientalis, eccleſiæ occidentali coniungendæ pio ſtudio affuiſſent, ob diſcrepantem de loco, in quo perficienda foret, ſententiam, noua concitare offendicula non debuiſſent, neque ſchiſma inſtruere & motus dum alij ad illud abolendum procelloſa maria ſulcabant. At ij acrioribus arrogantiæ inuidiæque ſtimulis agitati, quamuis numero pauciſſimi & acephali, Pontificem atque orientales occidentaleſque epiſcopos ſe ipſis non ſubdidiſſe ægerrime tulere, atque in duabus ſui conuenticuli ſeſſionibus [a], Eugenium ſacræ & profanæ rei adminiſtratione veluti in ſacrilega ſcena interdixere, conſtitutoque die lapſuro de pontificali gradu deiecturos ſunt comminati, vetueruntq; cauſas prouocatione facta ad Romanam curiam auerti; poſtremo de ſacerdotijs cenſibuſque eccleſiaſticis conferendis reſeruandiſque plura temere ſanxerunt. Compeſcere eorum impudentiam niſi ſunt principum electorum imperij oratores, ſeque concordiæ futuros interpretes polliciti ſunt, ſe videlicet allecturos Græcos ad vnum e tribus, quæ deſignarant locis: ac ſi Græci non aſſentirentur, de loco & Pontifici & præſulibus Baſileæ congregatis accommodo deligendo agitaturos. Quibus fucata ac ſubdola oratione [b] reſpondere, Eugenium pepigiſſe cũ Græcis de Ferrarienſi vrbe, vt concilij cenſuram effingeret, quaſi nil magis optauerit, quam vt ſacra diſciplina reſtitueretur. Cæterum ſepteuiri, cum Pontificis & Baſileenſis conuenticuli edicta contraria cernerent, XV. kal. aprilis [c], neutri parti aduerſus alteram, ſtudere ſanxere magno Eccleſiæ damno: cum vniuerſus occidens cum Pontifice pro Græcis iuuandis in Turcas conſpirare debuiſſet. Edidere Baſileenſes alium libellum [d] idib. martij in alio ſeditioſo cœtu, in quo ſchiſmatis crimen, quo ipſi ſe contaminabant, affingere Pontifici non erubuere. At quibus argutijs [e] errorem aſtruxerint audiamus.

Furunt inſultu Baſileenſ. ſchiſmatici.
a Acta cõc. Baſil. ſeſ. 31. 9 kal. feb. & ſeſſ. 32. 9. kal. april. to. 4 par. 1. ex edit. Bin.
Pontificem oratores ... Baſileenſium ſeditioſis columnis.
b Ext. in append. conc. Baſil. pag. 123.
c Ext. decret. apud Cocl. l. 9.
Obiectum ab iis Eugenio ſchiſma falſum crimen.
d Ext. ib. pag. 124.
e Extant inter epiſt. ſynod. cõc. Baſil. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 124.
Eorum argutiæ.

8 *Si liceret,* inquiebant, *Romano Pontifici congregatum concilium diſſoluere, propagare de loco ad locum transferre contra ipſius conſenſum, & dum in vno concilio agerentur, quæ ſibi non placerent in facto fidei, aut generalis reformationis, aut ſchiſmatis & talium huiuſmodi, transferre ad alium locum placitum ſibi, & ibi homines congregare &, ſi ibi iterum non fieret, quod vellet, transmutare in locum alterum, ſicque totam Eccleſiam de loco ad locum ducere & reducere, quis non intelligit ex hoc obedientiam ipſius ad vniuerſale concilium, Eccleſiam militantem repræſentans, poſſe fruſtra-*

Digitized by Google

mutari? Quomodo enim concilium Papam in facto fidei generalis reformationis & cæteris iudicare poterit, ſi illico, vt iudicare cœperit, valeat per Papam diſſolui aut mutari? Quis intellectus hoc capit, vt concilio in Papam iuriſdictionem exercere donatum ſit a Domino, & tamen concilium ipſum ſe in aliquo loco ſtabilire non poſſit, in quo iuriſdictionem huiuſmodi exerceat, ſed ex voluntate Papæ totaliter dependeat ipſius mutatio? Hic fuit Baſileenſium nouatorum turbulentus error, vt concilio in Papam indubitatum, de cuius fide & electione non controuerteretur, poteſtatem datam a Domino finxerint, adeo vt eum ob celebratum in Italia concilium ad Græcos, Armenios, Æthiopes, Neſtorianos, Maronitas, Georgianos a ſchiſmate reuocandos exauctorare non perhorruerint, quorum argutiolas ita refringit Ioannes Turrecremata poſtea Cardinalis [a]: *Quemadmodum ad Romanum Pontificem, vt ad Eccleſiæ principem pertinet concilia vniuerſalia, ſi bene proceſſerint, approbatione & auctoritate ſua confirmando honorare, ita ipſius eſt ea concilia, quæ in perniciem fidei aut totius Eccleſiæ perturbationem celebrata reperta fuerint, corrigere, reprobare, ac caſſare ea, quæ minus iuſte minuſque bene acta ſunt, retractando & condemnando, ſicut de concilio Ariminenſi patet, quia enim in eo fides læſa fuit, & infidelitas conſcripta, Damaſus Papa illud annullat, vt iam docuimus ſupra in cap. 58.*

Refellitur

a Turrecr. ſum. de Eccl. l. 3. cap. 62.

Concilia ſi non dirigũtur a Pont. corrigi poſſunt.

Iuſtis vero de cauſis transferri poſſe concilia, ac Baſileenſe translatum iuſtiſſime, cum nonnulli nouatores confundendæ hierarchiæ eccleſiaſticæ cupidiſſimi tyrannidem corripuiſſent, ac veterem conciliorum ordinem moremque ſuſtuliſſent, ita confirmat [b]: *Plane conſiderata bene ſuperioritate Romani Pontificis, atque auctoritate, quam habet in vniuerſali Eccleſia, nullus Chriſtianus vertet in dubium, quin Romanus Pontifex, qui Eccleſiæ princeps eſt, cui totius Eccleſiæ vniuerſalis cura ab ipſo immortali ac omnipotenti Deo commiſſa eſt, poterit vniuerſale conciliũ congregatum, rationabili cauſa expoſcente, abſque cuiuſcumque alterius conſenſu diſſoluere, aut in alium locum transferre. Quam concluſionem licet multis rationibus firmare poſſemus, ex ſuperioribus aliqua commemorando potius agemus.*

b Id. ibid. cap. 67.

Transferri poſſe Baſileen. concil. probatur.

Primo ſic ex illo, quod ait Chriſtus B. Petro Matth. XVIII. Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, vnde contra hanc poteſtatis prærogatiuam dicere videntur qui negant Romanum Pontificem ex cauſa rationabili poſſe diſſoluere concilium aggregatum.

Secundo ſic. Principium regulare ff. de legibus l. 1. eſt, quod eiuſdem eſt ſoluere cuius eſt concedere, vnde etiam iuris regula prima ſituata extra de regulis iuris eſt, quod per eaſdem cauſas res diſſoluitur per quas naſcitur, cum autem vniuerſalia concilia auctoritate Romani Pontificis & congregentur & robur accipiant, vt patet diſt. XVII. per totum, patet quod Romanus Pontifex poterit concilium vniuerſale, rationabili cauſa expoſcente, diſſoluere, vnde remota poteſtate Papæ iam non remanet concilium, ſed conuenticulum vt dicit text. diſt. XVII. multis.

Tertio ſic. Si, vt ſuperius oſtenſum eſt, concilia non rite celebrata Romanus Pontifex, vtpote totius Eccleſiæ iudex, poteſt ſua auctoritate ſine cuiuſcumque alterius conſenſu caſſare & reprobare, vt in c. Cuncta per mundum 9. q. 3. quis niſi inſenſatus, negabit Romanum Pontificem concilia non rite celebrata, aut in malum machinantia poſſe auctoritate ſua, ſine conſenſu cuiuſcumque diſſoluere, attento maxime quod Dominus per prophetam Iſaiam ait c. XXXIV. Solue colligationes impietatis.

Quarto confirmatur auctoritate Papæ Gelaſij, qui in ca. Cuncta 9. q. 3. ita inquit. Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quoniam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum ſedes B. Petri ius habet diſſoluendi, vtpote qui de omni eccleſia fas habeat iudicandi.

Quinto ſic. Negare, quod Romanus Pontifex non poſſit diſſoluere concilium congregatum, rationabili cauſa expoſcente, videtur eſſe nimium periculoſum Chriſtianæ fidei & vnitati Eccleſiæ. Ergo nullo modo eſt dicendum. Conſequentia patet, & antecedens colligitur ex caſibus multis. Primo quidem, & maxime, cum contingeret, quod ad eorum hominum impietatem ſynodus eſſet deuoluta, quorum ſtudia priuata in euerſionem fidei, pacis, & vnitatis agitarentur eccleſiæ, ſicut ait Leo Papa de ſecunda ſynodo Epheſina. Secundo cum epiſcoporum, qui patres & columnæ dicuntur Eccleſiæ, iudicio contempto, inferiores multitudine ſeditioſa præualente hierarchicum ordinem molirentur confundere. Tertio cum ſynodus in tyrannidem eſſet conuerſa. Quarto cum aliqui in concilio nouis auſibus vſurpare iura apoſtolici principatus pertinaci animoſitate contenderent. Quinto cum contingeret, quod concilium faueret hoſtibus Romanæ Eccleſiæ ac ſummi Pontificis. Sexto cum princeps terræ, in qua celebrari ſynodum contingeret, multitudine clericorum dominij ſui aduerſus Romanum Pontificem, vel Romanam eccleſiam, aut alios prælatos Chriſtianos aliquod ſiniſtrum intentare præſumeret. Septimo cum ſynodus ad manus deuolueretur eorum, qui pro principatus ſui gloria, aut corporali vtilitate conſequenda perpetuare concilium niterentur. Octauo cum cautcloſe id ageretur, vt adueniente Romani Pontificis deceſſu ad eos futuri Pontificis deuolueretur electio, & ſic de ſimilibus, quæ tam ex antiquorum conciliorum practica, quam ex prauis Baſileenſium ſtudijs nota ſunt. Quis autem in huiuſmodi caſibus, niſi ratione vacuus, dogmatizare præſumeret Romanum Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ principem, paſtorem, & cuſtodem non poſſe abſque cuiuſcumque alterius conſenſu concilium vniuerſalis Eccleſiæ diſſoluere? Plane non niſi inſanus aſſereret, quod turba luporum inſidiantium vitæ ouium, paſtor non poſſet abſque luporum conſenſu lupis illis obuiare, & illos profugare de loco.

Diſſolui ab eodẽ poſſe.

9 Vtebantur præterea hoc argumento Baſileenſes, Pontificem fratrem eſſe epiſcoporum, & ideo cum peccat, emendandum, & eum denuntiandum Eccleſiæ, ſi vero transferre concilium valeat nunquam emendari poſſe. Quod argumentum ita diſſoluit idem Turrecremata [a]: *Ad obiectionem ſumptam ex illo capitulo Matth. XVIII. Si peccauerit in te frater tuus, &c. reſpondetur negando conſequentiam, & ad probationem cum dicitur, quod Papa ſit frater, dicimus, quod hoc non militat: quoniam cum hoc, quod Papa eſt frater noſter naturæ conformitate & fidei religione, eſt etiam princeps & caput totius vniuerſalis Eccleſiæ, ſupremam poteſtatem habens in Eccleſia. Ratione primi, videlicet quia eſt frater noſter, extendit ſe ad eum auctoritas præfata in ea parte, in qua ſimplex tangitur fraterna correctio, quæ dicit ſimplicem quandam admonitionem, quæ cum ſit actus charitatis, extendit ſe ad omnem proximum ſiue ſuperiorem, ſiue æqualem, ſiue inferiorem, ſicut & ipſe charitatis effectus. Ratione vero ſecundi, videlicet quod princeps & caput eſt ſupremam poteſtatem habens in Eccleſia, non extendit ſe ad eum auctoritas præfata in ea parte, in qua contra non ſuſcipientem correctionem fraternam iubetur denuntiationem fieri; quia, cum denuntiatio non acquieſcentis fraternæ correctioni ordinetur ad finem, vt talis punitione corrigatur, qui per ſimplicem admonitionem non corrigitur, non fiat niſi ſuperiori, non poteſt denuntiari prælatus, qui ſuperiorem non habet niſi ſit tale peccatum eius, per quod a ſuperiori*

a Turrecr. ſum. de eccleſ. l. 2 cap. 98.

Papa & frater & princeps eſt epiſcoporum.

Digitized by Google

viorìtate cadat, huiuſmodi eſt peccatum hæreſis, quare conſequentia illa aduerſariorum, quæ apud eos Achilles exiſtimata eſt, nulla prorſus eſt; proceſſus enim poſitus in euangelio de correctione fraterna non habet locũ in eo, qui non habet in terris ſuperiorem; clariſſimum eſt autem ex ſuperioribus, quod nullus in Eccleſia eſt ſuperior Papa niſi Chriſtus, cuius generalis vicarius eſt in terris: nec poteſt dici, quod congregatio ſubditorum ſuorũ aut ouium ſuarũ ſuperioritate auctoritatis ſit illo maior, niſi quis vellet euertere, vt alias deductum eſt, doctrinam Chriſti, & diceret quod licet Chriſtus dicat Matth. x. non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum nec ſeruus ſupra dominum ſuum, nihilominus diſcipuli ſunt ſupra magiſtrum, &c. Confirmat hæc auctor dictis theologorum Alberti, S. Thomæ, iure canonico, & praxi Eccleſiæ.

Alterum nouatorum Baſileenſium ſophiſma, inſertum ſynodali epiſtolæ innitebatur figmento, quod claues a Chriſto traditæ eſſent non Petro eiuſque ſucceſſoribus, ſed Eccleſiæ, ſiue concilio eam repræſentanti, in quem ſenſum torſere hæc verba: *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.* At ex conceſſa Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus poteſtate in ſubditos, non ſequi datam in ſupremum Eccleſiæ principem non ambiguum, nec reum hæreſeos poteſtatem oſtendit Turrecremata a his verbis: *Ad ſecundam, quæ ſumitur ex illo Matthæi XVIII. Quæcumque ligaueritis, &c. reſpondetur tripliciter. Primo quod auctoritas illa non videtur facere ad propoſitum, quia per illa verba, cum tantum dirigerentur Apoſtolis, quibus promittebatur poteſtas iuriſdictionis, nõ arguitur aliqua poteſtas data vniuerſali Eccleſiæ in ſolidũ ſiue vt collegio, quod aduerſarij nituntur probare, quoniam Apoſtoli tunc non erant vniuerſalis Eccleſia tota, nec re, vt patet, quoniam plures alij tam viri, quam mulieres erant fideles & ita de corpore Eccleſiæ nec repræſentatione, cum adhuc non eſſent prælati aliorum fidelium, immo nec ſacerdotes, qui facti ſunt in cæna Domini. Secundo reſpondetur, quod Apoſtolis non eſt data poteſtas per illa verba, vt collegialiter congregatis, ſed vt ſingulis, quod manifeſte patet, cum in hoc loco fundetur auctoritas iuriſdictionis ſingulorum prælatorum, quæ poſſunt contumaces gladio excommunicationis ferire, vnde nec hic nec alibi legitur, quod Apoſtolis communiter ſit data aliqua poteſtas, quæ quilibet eorum per ſe vteretur. Patet etiam ex eo, quod Origenes dicit in glo. ibid. quod ideo Chriſtus dicens Apoſtolis, Quæcumque ligaueritis, &c. dixit in cælo & non in cælis, ſicut Petro, quia non erant tantæ perfectionis ſicut Petrus. Tertio reſpondetur, quod dato, quod poteſtas aliqua attributa eſſet Apoſtolis per illa verba, vt collegio, non tamen fuit ſine Apoſtolo Petro, immo in ordine ad Petrum, ſicut mediante quo in alios deriuanda erat, quod manifeſte colligitur ex ipſo ordine verborum Chriſti, prius enim B. Petro Chriſtus ait. Tibi dabo claues regni cælorum, &c. quam Apoſtolis dixerit: Quæcumque ligaueritis, &c. ad oſtendendum, vt inquit S. Thomas tam in IV ſententiarum di. XIX. quam in VI. contra gentiles c. 76. quod per Petrum ad alios poteſtas clauium eſſet deriuata ad conſeruandam vnitatem Eccleſiæ. Ex quibus clariſſime patet, quod ex illa auctoritate magis veritas roboratur concluſionis noſtræ quam aduerſariorum.*

a Id. lib. 3 cap. 1. Quis ſit reus.

Detorſere etiam in alienum ſenſum Baſileenſes more hæreticorum iactantium peſtiferis ſuis conuenticulis præeſſe Spiritum ſanctum, hæc Chriſti verba: *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*; ex quibus ſupremam ſibi auctoritatem arrogarunt, quod male ab ipſis affectatum ita arguit Turrecremata a: *Ad tertiam autem, quæ ſumitur ex illo Matth. XVIII. Vbi duo, &c. ſupra diximus in c. XXIV. nihilominus dicimus, quod aſſiſtentia illa, quam Dominus ſanctis congregationibus pollicetur, inſpirando quæ bona ſunt, & adiuuando ad proſecutionem, non arguit poteſtatem clauium, aut iuriſdictionis, aut regiminis, vt clariſſimum eſt; alias omnium ſanctorum, omnium virorum, ſiue fœminarum congregationes in Chriſti nomine conuenientes poteſtatem haberent, quod non modo periculoſum eſt, ſed etiam videtur ſapere hæreſim Valdenſium, qui omnes ſanctos homines claues habere Eccleſiæ aſſerere præſumpſerunt. Vnde manifeſtum eſt, quod ex illa Chriſti promiſſione, qua Dominus pollicetur in nomine ſuo congregatis adeſſe, nulla poteſtas iuriſdictionis arguitur in concilijs vniuerſalibus, non interueniente ſummo Pontifice, & multo minus in congregationibus, in quibus vicarij Ieſu Chriſti non interuenit auctoritas & aſſenſus, ſed contradicit, tum tales non poſſunt dici in Chriſti nomine conuenire, qui contempto vero Chriſti vicario conuenticula præſumunt facere, &c.*

a Id. ibid. Aliæ ſch. ſma leuma arguit.

Vt ſuperiores errores confirmarent Baſileenſes nouum finxere, nimirum Romanum Pontificem ſupremam non habere poteſtatem in vniuerſalem Eccleſiam collectiue ſumptam, atque adeo neque in concilium eam repræſentantem, ſed tantum in ſingula Eccleſiæ membra: *His nouiſſimis*, inquiunt, *temporibus ex doctrinis male intellectis nonnulli argumenta & dubia aduerſus auctoritatem ipſorum vniuerſorum conciliorum afferre conabantur frequenter ea, quæ de Romano Pontifice erga ſingulos diſperſos ſcripta erant, ad vniuerſalis concilij congregationem applicantes*. Hæc Baſileenſes in pſeudoſynodali epiſtola: quem errorem Cardinalis Arelatenſis ſchiſmatis ſignifer, Nicolaus Tudeſcus abbas ordinis S. Benedicti natione Siculus poſtea archiepiſcopus Panormitanus & anticardinalis, & Ludouicus Romanus, nefarijs commentariolis propugnarunt, quos Ioannes Franciſcus Poggius b confutat demonſtratq; proxime ipſos accedere ad Ioannem Huſſum damnatum a Conſtantienſi ſynodo, cum negaret Papam caput eſſe catholicæ Eccleſiæ. Non aliter porro quam paſtor eſt ouium diſtributiue & collectiue ſumptarum paſtor, & Chriſtifidelium diſtributiue & collectiue ſumptorum eſt paſtor ſupremus, ita Papa omnium diſtributiue & collectiue miniſterialis eſt paſtor, cum pontificia poteſtas a Chriſto emanarit. Ex quibus tum ex Ioannis e Capiſtrano c commentarijs pro auctoritate pontificia aduerſus ſchiſmaticos Baſileenſes ſcriptis refellitur comparatio de Rege obnoxio regni ordinibus allata a Burgenſi epiſcopo in Baſileenſi conciliabulo, & a factioſis adeo commendata: aiebant d enim, Pontificem exauctorari a concilio poſſe non aliter quam Regem a regni ordinibus: verum longe diſpar eſt ratio, cum regia poteſtas ab hominibus, pontificia vero a Chriſto ſit inſtituta; præbuereque exemplum Baſileenſes rebellandi cupidis, vt in ſuos principes exercendæ in eos iuſtitiæ ſpecie conſurgerent. Pollere vero concilia ſuprema poteſtate ratione Pontificis illi præſidentis, illuſtrant Turrecremata e & Poggius f, quos lector conſulat, atque in annalibus demonſtratur.

Conſiſtus e Baſileenſib. error.

b Pog. in comm. de auct. Papæ ſup. conc.

c Io. e Capiſt r. in comm. de auct. Papæ & conc.

d Aen. Syl. lib. de geſtis Baſil. Inepte de Pontifice cum Rege comparatio.

e Turre. ſumm. de eccl. lib. 3 cap. 28.

f Franc. Pogg. vbi ſup.

10 Præcipuum eorum factioſorum ſigniferum extitiſſe Ludouicum protonotarium Romanum Alfonſi Aragonum Regis oratorem, affirmat Auguſtinus Patricius g, illumque de memoria ad prodigium tenaciſſima commendat Æneas Siluius h, traditq; anno ætatis trigeſimo ſexto peſtilentia ſublatum iuſto quidem Dei iudicio, ne exambitam mercedem iniqui-

g Patric. in actis Baſil. conc. Romanus signifer ſchiſmaticorum ſignifer.

h Aen. Syl. de geſt. conc. Baſil lib. 1.

Digitized by Google

quitatis ab antipapa acciperet. Is mouebatur ab eodem Rege, qui Eugenij odio flagrabat quod, vt ſupra dixi, ipſius ambitioni in coniungendo Neapolitano ſceptro Aragonio aduerſaretur. Vt vero Alfonſus Baſileenſe conuenticulum armabat audacia, ita Renatus Rex eius æmulus in Ferrarienſi concilio Pontifici adhæſit, qua de re conſcripta hęc publica documenta a.

Cur Alfonſus vexaret Eugenium.

Renatus Eugenio coniunctus.

a Extant apud Eug. lib. 11. pag. 280.

Renatus, Dei gratia, Ieruſalem & Siciliæ Rex, Andegauiæ, Barry, & Lotaringiæ dux, comitatuumque Prouinciæ, Forcalquerij, Cœnomanų, ac Pedemontis comes vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem.

Notum facimus, quod nos de fide, legalitate, ſcientia, probitate, & alijs virtutibus & meritis reuerendorum in Chriſto patrum nobilium & egregiorum virorum Bertrandi Auraſicenſis & Mitij Siſtaricenſis epiſcoporum, Ioannis Caſſani de Neapoli hoſpitij noſtri ſeneſcalli, Vitalis de Cabannis legum doctoris & Alani Coci requeſtarum hoſpitij noſtri magiſtri conſiliariorum noſtrorum fidelium dilectorum, plenarie ab experto confidentes ipſos epiſcopos Ioannem Vitalem & Alanum & duos ex ipſis in ſolidum facimus conſtituimus & ordinamus per præſentes de certa noſtra ſcientia & cum deliberatione noſtri nobis aſſiſtentis concilij noſtros ambaſſiatores, oratores, & nuntios ſpeciales ad ſe præſentandum nomine noſtro & pro nobis coram ſanctiſſimo domino noſtro domino Eugenio diuina prouidentia vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifice, reuerentiamque filialem & obedientiam debitam impendendi ſuę ſanctitati, necnon cum dicta ſua ſanctitate vel ab ea deputando ſeu deputandis de negotijs & agendis omnibus nos & dictum regnum noſtrum Sicilię quomodolibet tangentibus tractandi ea componendi & in eis concludendi quantumcumque grandia, ponderoſa fuerint, vel ardua; promittendi quoque nomine noſtro dictæ ſuę ſanctitati, quod vt deuotus eiuſdem ſanctitatis ſuę & vniuerſalis Eccleſię ſacroſanctę filius ei & eius mandatis, ordinationibus, & literis quibuſcumque, prout hactenus obediuimus, obediemus in futurum & obediri faciemus ab omnibus vaſſallis & ſubditis noſtris, etiam in promotionibus & prouiſionibus eccleſiarum & dignitatum epiſcopalium, & aliarum quarumlibet fiendis de perſonis nobis fidis, gratis, & acceptis, nec non ad ſe preſentandum, incorporandum, & interueniendum & comparendum nomine noſtro & pro nobis, de conſenſu tamen & beneplacito eiuſdem ſanctiſſimi domini noſtri Papę in ſacroſancta ſynodo vniuerſalis Eccleſię catholicę in loco Ferrarię vel alibi, vbi prefatus ſanctiſſimus dominus noſter Papa ſtatuerit pro œcumenico concilio celebrando, in Chriſti nomine de proximò congreganda, &c. *Dat. in ciuitate noſtra Maſſiliæ die* XX. *menſis ianuarij anno a natiuitate Domini* MCCCCXXXVIII. *prima indictionis regnorum vero noſtrorum anno* III. His freti mandatis Renati oratores Ferrarienſi concilio ſe coniunxere.

Renatus Rex Neap. ad Ferrarienſe concil. oratores mittit.

Ampliſſimis mandatis inſtruit.

11 Interiectis paucis diebus ſpreto Baſileenſium fremitu, conuentum eſt inter Latinos & Gręcos, vt in principe eccleſia Ferrarienſi promulgaretur œcumenicum concilium legitime congregatum. Qui autem ordo ſeruatus ſit, deſcribit Andreas e Sancta cruce b.

Promulgatum Ferrarien. ſynodum œcumenicam eſſe.

b Andr. ſā cr. in actis pag. 71.

Octauo aprilis ordo in maiori eccleſia datus eſt. Fuerunt ſ(pro) generali concilio ſedilia in medio Ferrarienſis eccleſiæ primitus ordinata, dextera pars eccleſiæ vbi ſummi Pontificis erat ſedes Latinis, ſiniſtra Græcis diſpoſita fuit. Inter Papæ tribunal & S. R. E. Cardinales ſedes erat pro Romanorum Imperatore, & ſi abſente, præordinata. Sequebatur reuerendiſſimorum Cardinalium S. R. E. ſenatus, reuerendiſſimus dominus Cardinalis de Vrſinis primo epiſcopus Sabinenſis Iordanus nomine, dominus Antonius epiſcopus Oſtienſis, Branda Portuenſis, Petrus tit. S. Marcelli, Nicolaus tit. S. Crucis, Franciſcus tit. S. Clementis, Angelottus S. Marci presbyteri Cardinales, Proſper tit. S. Georgij ad velum aureum, Dominicus S. Mariæ in via lata diaconi S. R. E. Cardinales. Inter primum & ſecundum Cardinales epiſcopos Ieroſolymitanus patriarcha quem ſancta Romana eccleſia pro patriarcha tenebat. Poſt reuerendiſſimorum Cardinalium ordinem ſequebatur reuerendiſſimus patriarcha Gradenſis, demum archiepiſcopi, prout primum quis dignitatem habuerat, poſt archiepiſcopos epiſcopi, poſt epiſcopos abbates pari ordine ſequebantur. Addit patres Latinos, qui mitris redimiti conſidebant, centum & ſexaginta fuiſſe. Tum pontificis Cardinalium & aliorum ornatum ita deſcribit.

Quis in eā ſeſſione ſeſſionis ordo.

Summus Pontifex aderat mitra gemmata ac ſacris indutus veſtibus, ſimiliterue Cardinalibus epiſcopis & presbyteris ſtantibus mitra dempta, quibus abſque ornamento alba erant, cardinalibuſue diaconibus diaconorum veſtibus albaque mitra cæteris patriarchis, archiepiſcopis, & epiſcopis ornamento Cardinalium epiſcoporum more conſedentibus, protonotarijs correctore in ſcabello per tranſuerſum de dextera ad ſiniſtram eccleſiæ partem diſpoſito ordinatis, nobiſue aduocatis noſtro ordine ad eorum pedes in graduum ſummitate locatis auditoribus, clericis cameræ ad Pontificis pedes prope terram manentibus. Hic fuit Latinorum modus, ordo, formaque in prædicto conuentu, ac in Græcorum abſentia fuit Spiritus ſancti miſſa ſolemniter celebrata, ſeruatiſque, quæ ſunt ſolita ſeruari in ſeſſionibus publicis ſummo Pontifice Latinorumque patribus ad dexteram eccleſiæ partem ſtantibus, aduenerunt Græci, & ſiniſtra eccleſiæ parte pro eis ordinata recepti ſunt. Pergit deſcribere, quo ordine locati ſint Græci.

Quis cultus veſtium?

In ſiniſtra parte de directo cathedræ Imperatoris Romæorum pariformiter conſtituta ſedes eſt. Ad eius dexteram ſcabello quodam poſito erat Demetrius eiuſdem Imperatoris germanus deſpotus Moreæ. In oppoſitum primi Cardinalis ſedes patriarchæ fuerat conſtituta, qui infirmitate detentus non adfuit illo die, & ſpeciale miſit mandatum, quod publice lectum extitit. Et infra: *Quatuor ſcabellis poſt patriarcham diſpoſitis ſequebantur archiepiſcopus Heracleenſis Alexandrini patriarchæ legitimum mandatum habens eiuſque locum tenens, archiepiſcopus Epheſinus patriarchæ Antiocheni legatus, archiepiſcopus Meneſienſis * Ieroſolymitani patriarchæ perſonam repræſentans, & Metropolita Therius Regis Iberiæ apocriſarius, archiepiſcopus Trapezuntæ, archiepiſcopus Riſicu *, archiepiſcopus Nicænus, archiepiſcopus Lacedemonienſis, archiepiſcopus Nicomedienſis, archiepiſcopus Triuonienſis *, Amaſienſis, Mitilenenſis, Toleſorum, Stauropoli, Tyſtricenſis, Garinenſis, Mellentenenſis, Achellienſis, Muldulanus archiepiſcopi, poſt quorum conſeſſum erant ſex, presbyterorum habitum gerentes Metropolitanæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ cruciferi appellati, ex eo quod crucem ſupra pileum, vltra communem presbyterorum habitum geſtabant, & monachorum venerabilis comitiua ſuo ordine ſequebatur.*

Quo ordine Græci conſederint.

* al. Munembaſienſis

* al. Ziclon

* al. Trinobienſis Tri...

12 His ita ordine diſpoſitis, Græcus presbyter aſſurrexit, excuſataque patriarchæ ſenio morboque implicitì abſentia, produxit in omnium conſpectu ſyngrapham, qua illi aſſentiri profitebatur, vt ſynodus œcumenica Ferrariæ celebraretur. Affertur ea ab Andrea e Sancta cruce, quamquam longe diuerſam adducit Græcus auctor in actis.

Patriarcha Græcorum aſſentitur celebrandā Ferrariæ ſynodum.

qua

qua patriarcha pronuntiat indicere ſe ſynodum, & vniuerſis præſulibus ſiue Baſileæ ſiue alibi geotium agant ſignificat, vt excurrente quatuor menſium ſpatio Ferrariam ſe conferant, alioſue ſub nomine mittant, non parituris vero anathema intentat. Quod pluribus argumentis confutat Cardinalis Iuſtinianus in ſuis ad Andream notis. Non deſunt qui a, quamuis non facile, admittenda hæc exiſtiment, haud tamen adeo alienum arbitrantur, vt id a patriarcha factum ſit, diſſimulatumque ab Eugenio, vt pateret patriarcham vna cum ipſo eadem ſentire, tum vt Græci ad perficiendam cum Romana eccleſia optatiſſimam conjunctionem concurrerent, quo ipſimet indictam ſynodum voluiſſent. Cæterum in eadem ſeſſione ex ſuggeſtu ab epiſcopo Portugalenſi lectum eſt decretum b, quo Pontifex aſſentiente patriarcha Conſtantinopolitano atque Imperatore promulgauit v. id. aprilis concilium œcumenicum ex occidentalibus & orientalibus Ferrariæ eſſe congregatum.

a Spond. hoc ann. nu. 13.

b Lib. 19. pag. 256. & apud Andr. ſanctacr. in prim. ibi lat. pag. 74.

Ad perpetuam rei memoriam.

Magnas omnipotenti Deo gratias referre nos conuenit, qui antiquæ miſerationis ſuæ non immemor Eccleſiam ſuam fœcundioribus ſemper cumulat incrementis, & licet hanc iactari interdum temptationum, ac preſſurarum fluctibus ſinat, nunquam tamen patitur mergi, ſed inter vndarum moles inuiolabiliter ſeruat, facitque ineffabili clementia ſua, vt inter anguſtias varias robuſtior illa ſemper aſſurgat. Ecce enim occidentales & orientales populi diu ab inuicem ſeparati, vnum concordiæ & vnitatis fœdus inire feſtinant, & quia ſe ipſis longo ſe diſſidio auulſos, vt æquum erat moleſte ferebant poſt multa ſecula, ipſo vtique auctore, a quo omne datum optimum prouenit, ſacræ vnionis deſiderio, corporaliter hoc in loco conueniunt. Noſtrum autem & totius Eccleſiæ munus eſſe intelligimus, viribus omnibus eniti, vt hæc felicia cœpta iugi ſolicitudine felicem progreſſum & exitum conſequantur, vt cooperatores Dei & eſſe & dici mereamur. Denique chariſſimus filius noſter Ioannes Palæologus Romæorum Imperator vna cum venerabili fratre Ioſeph Conſtantinopolitano patriarcha, & aliarum patriarchalium ſedium apocriſiarijs, magnaque cum archiepiſcoporum & eccleſiaſticorum nobilium multitudine, octaua februarij nuper proxime præteriti, Venetias ad vltimum ſcilicet applicuit portum, vbi (ſicut antea ſæpius fecerat) Baſileam, iuſtis ex cauſis, ratione œcumenici, ſeu vniuerſalis concilij celebrandi, ſe ire non poſſe patenter expreſſit, idque Baſileæ congregatis per literas intimauit, exhortans ac requirens omnes, vti Ferrariam ad huiuſmodi concilium celebrandum electam, pro peragendo tam pio ſanctiſſimæ huius vnionis opere ſeſe transferrent.

Concepta de Græcorum cum Latinis vnione ſpes.

Renuntiarunt Græci Baſileenſibus ſe Baſileam conferre non poſſe.

Nos itaque, quibus hæc ſacratiſſima vnio, cordi ſemper fuit, quique hanc ſummo ſtudio perfici cupimus, decretum Baſileenſis concilij cum Græcis ipſis conuentum, electionemque loci pro œcumenico celebrando concilio, in Baſileenſi ſynodo factam, ac per nos poſtea Bononiæ, inſtantibus etiam ipſorum Imperatoris & patriarchæ nuntijs, confirmatam, atque alia, ad ipſum ſanctæ vnionis opus ſpectantia, vt eſt officij & debiti noſtri, exequi diligenter intendimus. Omni igitur modo & forma, quibus melius poſſumus, decernimus & declaramus, accedente conſenſu dictorum Imperatoris & patriarchæ, omniumque in præſenti exiſtentium ſynodo, ſacram eſſe vniuerſalem, ſeu œcumenicam ſynodum in hac Ferrarienſi ciuitate omnibus libere & ſecure, ſicque dictam ſynodum ab omnibus reputari & appellari debere, in qua, ſine vlla rixoſa contentione & pertinacia, atque cum omni charitate, ſacrum hoc vnionis negotium tractandum & Deo propitio, vt ſperamus, felici fine claudendum eſt, vna cum ſanctis operibus reliquis, ad quæ peragenda ſynodus iſta noſcitur inſtituta. *Dat. Ferrariæ in generali ſeſſione ſynodali ſolemniter in eccleſia maiori Ferrarienſi celebrata anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVIII. *v. id. aprilis pontificatus noſtri anno* VIII.

13 Perſtitere in pertinacia ſua Baſileenſis conuenticuli præſules, & contra omnia vetera inſtitucta, dum Græci id verum concilium œcumenicum profitentur, cui preeſſet ſupremus Chriſti in terris vicarius, ipſi ſchiſmate laniare Eccleſiam parabant. Ad auertenda hæc mala explicauit a pium ardorem Carolus Francorum Rex, ac Pontificis auctoritatem aduerſus Baſileenſes defendendam ſuſcipere; rogauitque Eugenium miſſo Thoma Narducho oratore, vt iudiciaria acta in Baſileenſes intermitteret, lataſque ſententias reuocaret: cui Pontifex reſpondit b, temperaturum quidem ſe a grauioribus edictis, ſi illi res nouare, atque apoſtolicæ auctoritati detrahere deſinerent; geſta vero in eos abrogari non debere niſi aſſentiente Ferrarienſi concilio, hortatuſque ipſum eſt, vt auitis veſtigiis in tuenda Romanæ eccleſiæ dignitate inſiſteret.

Baſileenſes ferunt in ſchiſmate molendo. Francorum Rex tum pontificiam auctoritatem decernit.

a Lib. 12. pag. 113.

Inter Baſileenſes Eugeniumque concordiam interpretari egit.

b Lib. breu. pag. 99. & in mss Alex. VII. pag. 119.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem.

Per dilectum filium Thomam Narduchi nuntium tuum, qui diligenter & cum prudentia per te ſibi commiſſa apud nos proſecutus eſt, recepimus adſtante etiam tuo in Romana curia procuratore, literas tuæ ſerenitatis plenas fidei, plenas pietatis regiæ, & eximiæ tuæ erga nos & ſedem Apoſtolicam deuotionis. Et certe cum in animo noſtro reuoluimus (vt tuorum prædeceſſorum memoriam prætereamus quos certe propter eorum erga ſedem Apoſtolicam & Romanam eccleſiam beneficia in libro vitæ aſcriptos putamus) vt inquam præterita omittamus, tuam ſemper deuotionem erga nos & Dei Eccleſiam tantam eſſe cognouimus, talia opera pro tuenda auctoritate noſtra & ipſius ſedis fuerunt, talia remedia ad prohibenda ſchiſmata extiterunt, & exiſtunt etiam de præſenti, vt nihil ſit amplius, quod in optimo ac Chriſtianiſſimo principe requiratur. Et quidem habes veſtigia tuorum prædeceſſorum præclariſſimorum & Deo acceptiſſimorum Regum, per quorum veſtigia cum procedas, & eorum exempla tibi imitanda proponas, nihil eſt, quod Deo acceptius, hominibus gratius, tibi vero honorificentius, ac præclarius poſſis in hac vita facere. Proſequere igitur, vt cœpiſti, & ad procurandam Eccleſiæ pacem, ad conſeruandam auctoritatem dignitatemque noſtram, & ſedis præfatæ totis viribus, vt facis, incumbe: nam fautores nos & adiutores in omnibus habebis & perfectorem Deum, qui ſemper bonis & rectis conſilijs fauet.

Schiſmata propulſare nititur.

Ad cœpta vrgenda ſollicitatur.

Vt autem ad tuas literas veniamus laudamus, ac ſumme commendamus tuum ſanctum & bonum propoſitum, curamque ac ſolicitudinem, quam ſuſcipis pro conſeruanda Eccleſia in debita vnitate, pro ſedandis ſcandalis, quæ prouenire poſſent, proque etiam auctoritate noſtra & dictæ ſedis ab aliorum oppreſſione conſeruanda. Sed & nos quoque poſt noſtram ad ſummi apoſtolatus aſſum-

aſſumptionem nihil aliud cogitauimus, nihil aliud egimus, nihil aliud quæſiuimus & procurauimus, quam vt vnitatem in Dei Eccleſia conſeruaremus, quam vt daremus optatam pacem in populo Chriſtiano, vt (quantum in nobis eſſet) omnia diſſenſionum ſemina & ſcandalorum materiam tolleremus, humiliauimus nos ex tua præſertim ſuaſione ad cumplectendum alias Baſileenſe concilium, ſub ea ſpe, vt tunc promittebatur, ne aliquid contra nos aut auctoritatem ſedis Apoſtolicæ in illo concilio procuraretur. Miſimus ſæpiſſime legatos & oratores noſtros, hortando & ſuadendo, vt viam pacis complecterentur, vt priuatas paſſiones tollerent, vt ea agerent, per quæ reformata non deformata Eccleſia videretur, vt ad ea vacarent, quæ eſſent pacis & concordiæ, quæ ſaperent Dei charitatem, ſine qua nullum bonum opus perfici poteſt. Pertulimus etiam cum omni patientia, licet aſperius poſſemus, prout plures ſuadebant, contra illos procedere, multa in quibus noſtra & ſedis Apoſtolicæ dignitas offendebatur, ne aliqua a nobis diſſenſionis cauſa oriri videretur. Sed tandem patientiam noſtram vicit nonnullorum iniquitas, qui non quid deceret, ſed quod liberet, potius ſpectabant. Ea fecerunt ſæpius, ea ordinarunt contra nos & cutiam noſtram in noſtrum dedecus & dignitatis eneruationem, quæ in nullo vnquam concilio, prout notum eſt omnibus, acta ſunt antea, ſed neque etiam cogitata. Nos quidquid egimus contra illos non ſponte, ſed coacte fecimus & potius ad refellendam nobis, ſeu potius Apoſtolicæ ſedi & vniuerſali Eccleſiæ illatam iniuriam, quam inferendam, neceſſe enim erat per nos mederi vulneribus, quæ per Baſileæ congregatos inferebantur nobis & Eccleſiæ, ne vel negligentię vel tarditatis nos redarguere boni homines poſſent, cum a nobis non ab illis Deus ouium ſuarum rationem ſit poſtulaturus, quare quidquid a nobis eſt actum in eos, culpa omnis reſidet in ipſis, non in nobis, qui prouocati, impulſi, coacti calumnijs & iniurijs adhibuimus eorum morbis remedia, quę neceſſaria videbantur.

Humiliarat ſe hortandum ſperans nil nouandum iri.

Tolerata plura a Baſileenſibus male patrata.

Acta ſunt ea, quæ a nullo concil. perpetrata ſunt.

Animaduertere in eos coactus Eugen.

Quod autem nos ad pacem hortaris, quamquam gratiſſima ſit nobis ſuaſio tua, tamen non eſt opus nobis aliquo ſuaſore, ipſi enim ſponte noſtra illam ſemper quęſiuimus, neque vnquam quęrere deſiſtemus omnibus medijs, quę ſint & Eccleſię ſalutaria, & Deo accepta. Oratores vero tuos expectamus ſummo cum deſiderio, quorum conſilia ſcimus, quod ſemper tendent ad exaltationem Eccleſię atque pacem. Quod autem tua celſitudo petit, vt proceſſus noſtros contra Baſileenſes, interdicta, & ſententias latas ſuſpendamus, vtque a faciendis abſtineamus, in hoc vltimo intendimus deinceps abſtinere a ſimilibus, dummodo & ipſi Baſileenſes a ſuis grauaminibus, quę quotidie moliuntur contra nos & noſtros, & abſtineant & ſuperſedeant. Quoad proceſſuum vero & ſententiarum ſuſpenſionem, licet cupiamus complacere tuis votis, tamen quoniam tempus breue eſt, celeris enim reſponſio petitur, materia vero eſt grauis, neque ſine huius œcumenici concilij conſilio & aſſenſu a nobis fieri debet, cumque hęc res fuerit multum ac diu antea inter prudentes diſcuſſa, oportet nos mature deliberare, ne videamur ſpernere aliorum conſilia & auctoritatem: Nos interim conſultabimus, quid ſit in hac materia agendum, & cum venient tui oratores, quos certi ſumus eſſe prudentes, ac doctos ac tales quales tam ſapientem ac tam catholicum principem decet, communicato etiam cum eis conſilio, ea facere ſperamus, quę cedant ad laudem Dei & conſolationem tuam. Nos quidem omnium iniuriarum preteritarum memoriam abijcere volumus dummodo illi reſipiſcant, & cordis duritiem deponant. Illud certe conabimur cum Dei gratia efficere, vt oſtendamus palam tuę ſerenitati & reliquis principibus Chriſtianis, nullam reſidere in nobis culpam, quo minus Eccleſia Dei optata in pace & tranquillitate quieſcat. *Dat. Ferrariæ.*

Temperaturum ſe ab edictis acerbioribus ſpondet ſi alij temperauerint.

Orat Gallos vt ad conc. veniant.

14 Deſciuit breui Carolus ab eo, quod oſtentarat, pio ſtudio, ac Baſileenſi conuenticulo fauit [a], vetuitque præſules Gallos Ferrariam ſe conferre: cumque Baſileenſium decreta accepiſſet, coacto Biturigum cœtu principum & epiſcoporum, qui Baſileenſi lue erant inquinati, pragmaticam ſanctionem die ſeptima iulij edidit magno regij nominis dedecore, & maximo Gallicæ rei damno, dum Pontificem impulſu Alfonſi Aragonij Neapolitano regno inhiantis a Baſileenſibus oppugnatum deſeruit. Aſſeruntur a Gaguino & alijs eiuſmodi leges. In quibus illud animaduertendum, non recepta a Gallis integra Baſileenſium decreta, ſed ea tantum, quæ ipſis grata erant, vnde alia truncauere, alia omiſere. Obſeruandum præterea eſt præſules illos, dum pragmaticæ ſanctionis beneficio apoſtolicæ auctoritati ſe ſubducere putabant, ad laicarum ſeruiturem ſe aſtrinxiſſe. Iuſta etiam pœna Deo vindice affectus Carolus Rex; qui enim Pontifici, quem patris loco revereri debuerat, obſequi recuſauit, non obſequentem ſibi filium expertus, graues ærumnas perpeſſus eſt. De ea porro ſanctione hæc tradit Gaguinus [b]: *Indicto apud Bituriges conſilio pragmaticam, quam vocant, ſanctionem tulit, eamque in parlamenti ſenatu promulgari mandat anno Chriſtianæ pietatis* CCCCXXXVIII. *ſupra mille nonis iulij, quam regiam auctoritate Baſileenſis ſynodi factam conſtitutionem, qui deinceps fuere Romani Pontifices non ſecus ac perniciosam hæreſim execrati ſunt, quod eam nemo Pontificum diſſoluto Baſileenſi conuentu probauerit.* Eam autem a Ludouico XI. conuulſam, damnatamque poſtea in Lateranenſi concilio viſuri ſumus.

Deficit Carolus ad Baſileenſes.

a Lib. 10. in Carol. VII.

Vetat Gallos præſules Ferrariam accedere. Pragmaticā edit ſanctionem.

Baſileenſibus ſe Pontifici præferentibus ſe præfect. Præſules Galli ſæcularium iudicio ſe turpiter ſubijciunt.

b Gaguin. lib. 10. in Car. VII.

Edita pragmatica a ſchiſmaticis.

Longe maius pietatis & obſeruantiæ in ſedem Apoſtolicam ſpecimen præ ſe tulit Henricus Anglorum Rex, qui temerarios & iniquos Baſileenſis conuenticuli auſus damnauit, hortatuſque eſt Eugenium, vt ea mala tolleret. De quo præclaro ſtudio Pontifex VI. octobris die dum Ferrariæ morabatur, gratias egit [c]: *Dudum*, inquit, *accedens ad nos lator præſentium venerabilis frater epiſcopus Clonfortienſis detulit literas ſerenitatis tuæ ſatis diffuſas, continentes multam commiſerationem tuam in calamitates Eccleſiæ, ac in Baſileenſes propter eorum exceſſus & temeritates digne inuehentes, hortanteſque nos ad remedia, quæ pro tunc illi morbo congruere videbantur.*

Queſtus de ea re Eug.

Anglus diuexis Baſileenſibus adhæret Eugenio.

c Lib. 12. pag. 121.

Hortatus illum vt in ſeditioſos animaduertat.

Ad comparandum autem ſibi turbulentiſſimis ijs temporibus Anglorum præſidium, Henricum ipſum hortatus [d] eſt, vt Anglos in apoſtolica aula retineret, cum id gloriæ Anglici nominis uerteretur; qua de re ad præſules & proceres, quos ad regia conſilia adhibere conſueuerat datæ literæ [e]. Cum vero fierent inter eundem Anglorum Regem & Gallos varia de pace colloquia, Pontifex rem Chriſtianam ex mutua potentiſſimorum Regum coniunctione erigendam ſperauit. At ea pia conſilia politicorum dolo refrixere, Henricumque Eugenius rogauit [f], vt egregie cœpta ad exitum perduceret, quibus Chriſtiana res maxima commoda foret conſecutura.

d Ib. pag. 42.

e Ib. pag. 41.

f Lib. breu. pag. 98. & in m.s. Alex. VII. pag. 158.

Cha-

Chariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Angliæ illuſtri ſalutem.

De pace inter Francos & Anglos agitato conſilio.

Dici non poteſt, fili chariſſime, quanta dudum lætitia affecti ſimus, quamamque conſolationem in Domino ſuſceperit animus noſter, cum audiuerimus, maturo ſuper hoc habito conſilio, te deliberaſſe mittere dilectum filium nobilem virum ducem Aurelianenſem virum prudentiſſimum ad tractandam pacem inter regna Franciæ & Angliæ; placuit enim nobis audire te intentum ad ea, quæ ſunt pacis & concordiæ, ac illam quærere & procurare, prout decet bonum principem obtemperantem præceptis Saluatoris noſtri, proque ea tractanda mittere eum virum, qui eſſet accommodatiſſimus & aptiſſimus, cum ſit vtrique parti ſanguine & cognatione coniunctus ad eius practicam & tractatum. Conſolabamur quidem plurimum tum propter vtilitatem regnorum, tum propter communem vtilitatem populi Chriſtiani, cui multa mala prouenerunt ex veſtris diſſenſionibus & bellis; eccleſiam etiam Romanam & ſedem Apoſtolicam magnam vtilitatem & exultationem in hac pace ſuſcepturam videbamus. Itaque tota mente eramus intenti, expectantes finem huius tam ſalutaris propoſiti & deliberationis, cum procul dubio ſperaremus per ipſius ducis medium facillime hanc pacem tractari & concludi poſſe.

Conceptæ eo de men[illegible] ſpes.

Ei ea ſpes poſtea diſſipata.

At vero poſtmodum videmus rem iſtam dilatam in longum refrigeſcere, neque aliquam factam in hac materia progreſſionem, quod ex qua cauſa proceſſerit, ignoramus. Credimus eum, qui otii & pacis eſt inimicus, ſatorem ſcandalorum & zizaniæ hoſtem generis humani aliquod offendiculum oppoſuiſſe ad quærendam tanto bono dilationem. De quo magnam in mente noſtra ſuſcepimus conturbationem: conſideramus enim quanta mala ex his bellis prouenerunt, & quot hominibus calamitates, & e contrario ex pace proſpicimus quot & quanta ſint bona conſequutura in Dei Eccleſia & populo Chriſtiano. Itaque tuam ſerenitatem in Domino exhortamur, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri rogamus, vt hanc tam ſanctam pacis cogitationem reaſſumens, proſequaris quod laudabiliter cœperas, ac ipſum ducem Aurelianenſem tibi conſanguinitate coniunctum, quo nullus ad hanc tractandam pacem inter tuam ſerenitatem & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Franciæ illuſtrem, & dilectum filium nobilem virum Philippum Burgundiæ ducem magis idoneus eſſe videtur, ob Dei reuerentiam, animæ tuæ ſalutem & etiam regni tui vtilitatem velis mittere prout deliberaueras ad Franciæ partes; & cum nihil melius, nihil vtilius, nihil acceptius poſſis elargiri tuo regno, quam pacem inquirere & perſequi tam ex præcepto prophetico, quam alijs diuinis & humanis conſilijs iubemur, ſequi vero præcepta Dei ſit maxime laudabile & præcipuum virtutis opus; glorioſum tibi erit in hoc pacis certamine priorem exurgere, & reliquis anteire. Nos quidem ſperamus, quod mediante diligentia, ſtudio, & prudentia præfati ducis, aſſiſtente tibi diuina gratia, Deus imponet finem his tribulationibus, quæ nimium diu tam præclara regna vexauerunt, Chriſtiani nominis ornamenta. In his vero, quæ viderimus ad tam ſalutaris operis concluſionem conferre, adhibebimus prompto animo operam & auctoritatem noſtram. *Dat. Ferrariæ.* Proximo ineunte anno de liberando Carolo duce Aurelianenſi, & pace Anglos inter & Francos redintegranda agitatum, refert Monſtreletus[a] inſtauratumque iterum celebre colloquium inter Vvintonienſem Cardinalem & ducissam Burgundiæ: ſed cum Angli Normanniam & alias ditiones ſupremo ſolutas Reges Francorum imperio ſibi permitti repoſcerent, diſturbatum[b] fuiſſe. Sed ad præſules Baſileæ agentes reuertamur, [illegible]

Rogatur Anglus vt ducem Aurelianenſem pacis ineundæ gratia [illegible] mittat.

Monitus nullū opus præſtantius edere poſſe quam ſi pacem conſectetur.

a Monſtrel vol. 2. pag. 118.

b Pag. 169

15 Eos ſane ſtudijmus amor leuiter tetigiſſet, inſtar parentis euangelici venienti filio prodigo, Græcorum ſcilicet populo, obuiam in amplexus iuiſſent[c]. Sed priuatis cupiditatibus irretiti, ex aduentu Græcorum diſceſſionem moliebantur. Pluribus itaque menſibus non ſine Eccleſiæ damno Ferrarienſis concilij publicæ ſeſſiones intermiſſæ, dum Græci Baſileenſes fruſtra expectabant. Acta vero res eſt[d] priuatis colloquijs, & arduæ controuerſiæ excuſſæ. Habita eſt prima collatio quarta iunij die, in qua Latini teſtimonio S. Pauli Apoſtoli[e] conſtanter affirmarunt dari locum, in quo Chriſtifidelium animæ ſegregatæ a corporibus leues maculas, quas contraxerant, ignibus expiarent; cumque Græci verba Apoſtoli de igne æterno interpretati in hunc detorquerent ſenſum: *Ipſe damnatus per ignem ſaluabitur, ſiue in igne ſemper ſaluus erit, & non conſumetur*; id nulla ratione dici poſſe demonſtrarunt, cum Paulus vſurus verbo, *ſaluabitur*, quod ſacrarum ſcripturarum teſtimonio nunquam niſi in meliori ſenſu accipi conſueuit.

c Id. pag. 156.

d Id. pag. 158.

Baſileenſes fruſtra diu expectati.

d Andr. ſanctacr. collat. 1.

e 1. Chor. 3.

Colloquia de purgatorio habita inter Græcos & Latinos.

16 De eiuſmodi quæſtionibus inter Græcos & Latinos habitis meminit Eugenius in encyclicis literis ad cunctos Chriſti cultores datis, quibus indulgentiarum præmia tribuit[f] ſtipem collaturis in ſumptus, quos in perficienda orientalium coniunctione fieri oportebat.

f Lib. 12. pag. 38.

Vniuerſis & ſingulis, ad quos præſentes literæ noſtra peruenerint ſalutem, &c.

Ad ſalutem animarum Chriſtifidelium, quarum nobis, tanquam vnico Chriſti vicario & totius dominici gregis paſtori in terris principaliter cura commiſſa eſſe dignoſcitur, diligenti ſolicitudine, prout onus ipſius paſtoralis requirit officij intendentes, ea libenter quærere & exequi peroptamus, per quæ & fidei catholicæ exaltatio deſiderata proueniat, & ipſi Chriſti fideles ex pijs eorum ſuffragijs ſpirituales fructus vberius conſequantur. Sane (vt multa omittamus, quæ ſuperiori tempore pro vnione orientalis eccleſiæ Græcorum, multo labore, & ſtudio operati ſumus) ante annum per oratores chariſſimi in Chriſto filij Ioannis Palæologi Græcorum Imperatoris, & venerabilis fratris Ioſeph Conſtantinopolitani patriarchæ, ac alios multos timoratos zelo fidei catholicæ accenſos & magnæ auctoritatis viros ad proſecutionem præfatæ vnionis, quæ eo in tempore ab alijs deſerta videbatur, inſtantius requiſiti, ad id etiam vrgente nos conſcientia, ne tam ſanctum opus, in magnam confuſionem fidei catholicæ, ac perpetuam infamiam occidentalis eccleſiæ deferri pateremur, totum eius ſancti operis onus ſuſcepimus in Dei miſeratione & fidelium ſuffragijs confidentes, in qua re tantam tamque ſolicitam operam adhibuimus, vt præfati Imperator & patriarcha vna cum metropolitis, epiſcopis, abbatibus, prælatis, nobilibus, & alijs clericis & laicis in multitudine copioſa ad nos venerint, cum quibus, præſtante Domino, œcumenicum concilium Ferrarienſe fundauimus, illud cum eis per diſputationes & opportunos tractatus vſque in diem præſentem ſolicite proſequentes. Verum cum ob dictorum apparatum ad iter, arripien-

Digitized by Google

piendum, & nauigationem, ac cuſtodiam Conſtantinopolitanæ ciuitatis, prout conuentum fuerat, graues expenſas ſubierimus, & multo maiores, quam ſuppeterent facultates, ac de cætero vſque ad reditum eorum in patriam iuxta eis promiſſa, nos ſubire oporteat, nihilominus neceſſitate compellente, cogimur deuotorum Chriſtifidelium ſuffragia, & charitatiua implorare ſubſidia.

Vt igitur ipſi Chriſtifideles, ad opportuna tam ſancti operis auxilia facilius & feruentius animentur, quo ſpiritualibus muneribus ſe ſenſerint in benedictionibus præueniri, nos attendentes, quod beato Petro Apoſtolorum principi, & æterni regni clauigero, ac paſtori Eccleſiæ, & ſucceſſoribus ſuis infinitum illum theſaurum, qui in Chriſti ſanguine fidelibus datur, plena ſit diſpenſandi attributa poteſtas, de omnipotentis Dei & Chriſti miſericordia, cuius vices, licet immeriti, in terris gerimus, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, qui pro ſupportandis oneribus, ad tam ſanctum onus nobis incumbentibus, ad certam ſummam, vt accepimus hactenus contribuerunt, aut iuxta eorum facultates contribuent in futurum, eligendi in confeſſorem ſacerdotem idoneum ſæcularem vel regularem, qui in omnibus caſibus, etiam de quibus Apoſtolica ſedes eſſet merito conſulenda, ſemel in vita quamprimum opportunitas aderit, abſoluere valeat, iniuncta eis pœnitentia ſalutari: deinde etiam ſimilem eligendi confeſſorem, qui in mortis articulo omnium peccatorum, de quibus vere corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ipſis in ſinceritate fidei vnitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac obedientia & deuotione noſtra & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, plenariam remiſſionem & indulgentiam concedere poſſit, tenore præſentium plenam & liberam concedimus facultatem, quibus etiam confeſſoribus, ſicut præmittitur, eligendis ab excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs ab homine vel a iure generaliter, vel ſpecialiter & nominatim latis, in foro penitentiali, tantum debita ſatisfactione iuxta formam iuris iniuncta, abſolutionis benedictionem omnibus & ſingulis, de quibus ſupra, impendenda in forma Eccleſiæ conſueta, nec non ſuper votis peregrinationis, vel abſtinentiæ, vel ſimilibus, etiamſi de vltramarinis partibus, aut S. Iacobi in Compoſtella, vel Apoſtolorum Petri & Pauli liminibus viſitandis emiſſa fuerint, & non adimpleta, diſpenſandi, & in alia pietatis opera commutandi, inſuper etiam quoſcumque vſurarios, aut alias turpes quæſtores, ſuper vſuris, & bonis, dumtaxat de quibus incertum eſt, quibus perſonis fieri debeat reſtitutio, ac etiam illos, qui arma vel alia prohibita infidelibus, vel hæreticis detulerint, abſoluendi, facultatem ſimiliter impertimur, ita tamen, quod votis obligati expenſas itineris & oblationes, quas facturi erant, vſurarij vero & ex turpi, vel alias indebito lucro, ad reſtitutionem obligati, vbi perſonæ, quibus erat reſtitutio facienda neſciuntur, & delatores prohibitorum, vt ſupra præmittitur, lucra quæ ex talibus conquiſierunt, ad ſubſidium huius ſancti operis exponant, & alias prædicti omnes ſatisfaciant, vt tenentur. Et ne (quod abſit) perſonæ huiuſmodi reddantur procliuiores ad illicita inpoſterum committenda, volumus quod, ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi aliquid forte committerent, quo ad illa dicta remiſſio nullatenus ſuffragetur.

Quamquidem facultatem circa vouentes, vſurarios, indebiti lucri quæſtores, & prohibitorum delatores, vt præmittitur ad eas etiam perſonas, quę pro ſubſidio huiuſmodi hactenus iuxta modos præmiſſos ſatisfecerint, dum tamen ſic ſoluta in dictum ſubſidium realiter aſſignentur, extendi volumus per præſentes, mandantes & iniungentes omnibus & ſingulis eccleſiarum prælatis, capitulis, conuentibus & alijs quibuſuis eccleſiaſticis perſonis, quatenus indulgentias, & conceſſiones huiuſmodi, in locis eis ſubiectis, per idoneos prędicatores populis ſuis ſolemniter publicari & exponi faciant. Quibus quidem prędicatoribus, & omnibus, qui eos deuote audierint, & in tam pio opere aſſiſtentiam & fauorem prębuerint, auctoritate prędicta duos annos & totidem quadragenas de iniunctis ſibi pœnitentijs, in forma eccleſię relaxamus. Pecunias autem & alia, quę pia fidelium largitione, aut alijs quibuſcumque erogationibus in ſubſidium huius ſancti operis obuenerint, ordinarij loci, & illorum, quos cum literis conceſſionum huiuſmodi, per nos vel habentes ad hoc a nobis ſpeciale mandatum, deſtinari contigerit, dictorumque bonorum virorum loci iudicio reponi & conſeruari, & ijs, quos ad ipſas pecunias recipiendum deputauerimus, conſignari volumus, ordinationibus alias forſan quauis auctoritate in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Datum Ferrariæ* VIII. *kalendas octobris anno* VIII. Data a, eſt prouincia Ioanni archiepiſcopo Tarentino & Antonio epiſcopo Vrbinati, vt piorum hominum eleemoſynas cogerent, cum vero eę non ſufficerent, iamque Eugenius octoginta millia nummum abſumpſiſſet in re orientali, & quinque millia ſingulis menſibus tum pro alendis Gręcis, tum ſubſidiarijs triremibus Conſtantinopoli habendis expendenda eſſent, ſacerdotiorum decumas iam ante imperatas exigi iuſſit, eamque ob cauſam in Caſtellam miſit b Baptiſtam apoſtolicę camerę clericum.

a lib. 15. pag. 204.

b lib. 15. pag. 211.

Baptiſtæ legum doctori clerico cameræ Apoſt. capellano noſtro.

Dudum Baſileenſe concilium pro vnione Gręcorum cum eccleſia Latina renouanda chariſſimo filio Ioanni Palęologo Romęorum Imperatori, ac venerabili fratri Ioſeph patriarchę Conſtantinopolitano expenſas pro ipſis cum ſeptingentis perſonis in veniendo ad locum œcumenici concilij, & ibidem ſtando, indeque redeundo ad ciuitatem Conſtantinopolitanam, proque duobus galeis & trecentis balliſtarijs in dicta ciuitate, quandiu dictus Imperator cauſa concilij inde abeſſet, ad ipſius vrbis cuſtodiam manſuris ſynodali decreto ſpopondit, & cum ad tam ingens opus perficiendum immenſa pecuniarum quantitas neceſſaria videretur ij, qui in ipſo tunc reſidebant concilio, conſiderantes ſimul ſummam magnitudinem & rei neceſſitatem, opportunum eſſe iudicarunt, vt pro tanto Dei honore, & totius Eccleſiæ profectu, ipſa Eccleſia de bonis ſibi a Deo collatis ſubuenire deberet. Mature igitur inter ſe deliberantes, vniuerſalem omnium fructuum eccleſiaſticorum decimam indixerunt atque impoſuerunt. Ne autem fruſtra clerum grauari contingeret, ibidem decretum extitit, vt vſquequo ipſi Imperator & patriarcha cum alijs Græcis ad vltimum applicuiſſent portum, ipſa decima nullatenus exigeretur; Verum cum in ipſo olim Baſileenſi concilio de loci electione tractaretur, vbi œcumenica celebranda eſſet ſynodus, tandem Florentia aut Vtinum ſeu locus alius, qui prius neceſ-

Duæ triremes a Pont. inſtructæ militibus in portu Conſtantinop.

ſaria pro hac re preparaſſet, electus extitit. Nos autem, qui etiam dum in minoribus conſtituti eſſemus, ſummopere hanc ſanctam Grecorum vnionem deſiderauimus & perquiſiuimus, habito cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus pluribuſque alijs in magno numero, qui in curia Romana reſidebant, prælatis maturo conſilio, iudicauimus ciuitatem Ferrarienſem ad huiuſmodi œcumenici concilij celebrationem eſſe opportunam atque accommodam, & pro ea quæque neceſſaria præparare decreuimus.

Quantis Eugenij en[...] adduxit in Occid. Græcos.

Ad honorem igitur omnipotentis Dei & ſanctæ matris Eccleſiæ, profectum quoque & amplitudinem fidei orthodoxæ noſtris impenſis galeas & balliſtarios aliaque omnia in ipſo ſynodali decreto promiſſa Conſtantinopolim tranſmiſimus, & tandem Deo propitio ipſos Imperatorem & patriarcham cum multis metropolitis, alijſque eccleſiaſticis & ſæcularibus viris nobilibus in magna multitudine ad vltimum portum ciuitatem Venetiarum, & deinde huc Ferrariam adduci fecimus. In qua quidem ciuitate Ferrarienſi die IX. aprilis, conſentientibus ipſis Græcis eſſe œcumenicum concilium legitime congregatum, in ſeſſione publica ſolemniter declarauimus. Cum autem vſque ad hunc diem pro hoc ſanctiſſimo opere ſummam circiter octoginta millium ducatorum expoſuerimus, omnique menſe vſque ad conſummationem tam pro expenſis eorum, qui ſunt in concilio, quam pro dictis duabus galeis & trecentis balliſtarijs ciuitatem Conſtantinopolitanam cuſtodientibus, quinque millia ducatorum exponere neceſſarium ſit, ne Eccleſiam quæ vllo modo aliunde ſupplere non poteſt in præmiſſis deficere, tantumque bonum negligi defectu pecuniarum contingat; præfatam decimam per ipſum quondam Baſileenſe concilium impoſitam conditione prædicta per Dei gratiam purificata, hoc ſacro approbante concilio, exigendam iam fore declarauimus, &c. [Baptiſtæ colligendæ illius in Caſtellæ & Legionis regno onus iniungit, eamque etiam a Cardinalibus & religioſis ordinibus equeſtribus, ſiue alijs, qui gaudebant immunitate, exigi iubet.] *Dat. Ferrariæ.*

Octoginta millia aureum ab eo expenſa.

In ſingulos menſes alia quinque millia expenſa.

17 Eodem die, quo ſacræ promulgatæ indulgentiæ fuerunt nimirum VIII. kal. octobris, habita eſt prima collatio non in principe eccleſia S. Georgij, ſed in pontificio ſacello, cum Eugenius podagra laboraret. Vbi quoque magna concertatio extitit inter theologos de additamento vocis, *Filioque*. Omnium primus Beſſarion archiepiſcopus Nicænus eleganti oratione Pontificem, Imperatorem, ac patriarcham ad coniunctionem eccleſiarum inſtaurandam incitauit, diuinamque opem hiſce verbis implorauit: *O Chriſte Rex vnum te ſuper nos & eundem Regem & volumus & optamus, cuius pretioſo ſanguine redempti ſumus, qui pro nobis venditus ſub peccato pro noſtra redemptione teipſum tradidiſti. Fac igitur, vt nos ambo vnum tibi ſimus ouile, nec patiare nos eſſe diuiſos, nec permittas illos ad inuicem decertare: quinimmo noli alteros relinquere, alteris vero opitulari, pro vtriſque namque te ipſum tradidiſti: pretioſi ſanguinis tui effuſio ambobus lauacrum effecta eſt. Commune igitur & nunc tuum auxilium dona nobis, ac vtriſque te ipſum adhibes ad te denique nos ipſos vtroſque alliciens, vnum & eundem finem te ipſum ſtatuens, vt alterno connexu & mutua affectione iungamur, nec permittas inciſos nos eſſe & ab inuicem diſſidentes, vt proinde neceſſario alteri a fine propoſito decidant. Spiritus ſancte, qui es gratiarum fons, ſpiritus ſapientiæ, ſpiritus intellectus, ſpiritus timoris Dei, pro quo & cum quo hoc propoſitum certamen eccleſijs eſt, expellas a nobis omnem cogitationem ſuperbam; timorem autem Dei noſtri omnino inſeras animabus, intellectum & ſapientiam nobis largire, & vna nobiſcum certamen iſtud peragens, quod pro te agitur, declares omnibus veritatem, cum non ſolum ſpiritus veritatis ſis, & voceris, verum etiam, quod omnem veritatem nos doceamur, opus tuum ſit iuxta vocem illam* [a] *veritatis veram & irrecuſabilem. O Deus Trinitas, quæ omnia produxiſti rationibus ineffabilibus, & quæ cuncta contines & prouides & regis, tuum opus eſt homo, poſt forſan omnia alia, ſuper omnia tamen viſibilia conſtitutus.* Et infra: *Hoc quidem in præſentiarum largire nobis & tribuas, vt ipſa veritas nobiſcum ſit, & illam comparentem nos amplectamur, data nobis venia, ſi quod in eadem inuiti erremus, & præſertim in rationibus, quæ de te ſunt; cum non modo tu ipſe inuueſtigabilis & inſcrutabilis ſis, verum etiam multa de tuis creaturis, quamuis tenues, ſint tuæ diuinæ imaginis reſonantia & quaſi vmbra atque ſimulacra. Annuas igitur deprecantibus nobis, & viam illam te duce ſequentibus, quæ ad te ſolum verum Deum perducit. Quemadmodum denique tu, cum trinus ſis in perſonis, vnam tamen & eandem ſaluas ſubſtantiam & naturam, nihil huic identitati perſonarum obſtante numero; ſic etiam nos licet ſimus plures & diuerſarum nationum, inſuper vero inimico ſeminatore, heu mihi! diuerſæ opinionis & fidei; vnii tamen & idem in fide futuros oſtendas, &c.* Ita precantē archiepiſcopus Coloſſenſis non præmeditatus excepit, conuerſuſque ad Eugenium perorauit.

a Sixt. eius orat. apud Andr. e Sanctacr. coll. 2.

a Io. 16.

Beſſarionis oratio hortatiua pro eccleſiarum coniunctione.

Pater ſanctiſſime, illud ſilere minime poſſum, nam cum in cæteris officijs, quæ ad Pontificem optimum maximum attinent glorioſiſſimum nomen aſſecutus ſis, in hoc piſſimo opere te etiam ſuperaſti. Nemo ſuperiorum Pontificum eſt, qui in hoc tam ſacro negotio habeat tecum conferri, illi enim vel ſingulis prouincijs prima rudimenta religionis dederant, vel literis multos populos nationeſque docebant, tu lectiſſimos quoſque orientalium nationum Græcos, Ruthenos, Iberos, Valachos & alios, qui Pontum & Aſiam incolunt, tua eximia ſapientia, religione, cura, ſumptibus, triremibuſque tuis ad tuam præſentiam conduxiſti. Egiſti hoc tua præſtantiſſima ſapientia, vt œcumenicam ſynodum in Italia conuocares, ad quam hic ſereniſſimus Imperator & ille reuerendiſſimus pater patriarcha Conſtantinopolitanus lubentiſſime acceſſerunt; hi enim, cum de clariſſima fama tuæ ſanctitatis atque diuinis tuis operibus ad tuam venerationem iampridem fuiſſent inflammati; voluerunt quem prius ſumma obſeruatione coluerant, coram quoque videre, quod quanto deſiderio fecerint, ex his manifeſte intelligi poteſt, vt hic glorioſiſſimus princeps dimiſſo imperio inter fauces, vt ſic dixerim, infidelium ſpretiſque voluptatibus regijs cæteriſque delitijs, quibus ſummi principes oblectari ſolent, hanc longam peregrinationem cum vita & fortunæ ſuæ periculo ingreſſus eſt. Illum etiam venerandiſſimum præſulem nec grandis ætas, nec corpus ægritudine longa defeſſum detrahere potuerunt, quo minus per tot diſcrimina rerum ad tuam præſentiam feſtinaſſet. Hi etiam vtriuſque ordinis clariſſimi patres omnibus ſuis etiam percariſſimis longe poſthabitis, ad te ſolum & vnum venerandum acceſſerunt: dubitare enim non poterant, quo minus tantus feruor, tanta cura, tantum denique ſtudium pro hac ſanctiſſima vnione conficienda, tanta denique impenſarum largitio ad optatum vtriuſque gentis deſiderium non deducerent. Habet hæc noſtra ætas inauditum quoddam, admirabileque negotium, vt qui tot annorum curriculis nomen Latinum atque religionem abhorrebant, iam ad conciliationem vnionemque feſtinent, nec huius admirabilis operis poſt Deum alium auctorem, quam tuam ſanctitatem eſſe intelligunt, te magnificentiſſimum benefactorem, te paſtorem piiſſimum te vere ſucceſſo-

Cum Græcis Rutheni Iberi & Valachi venere ad Eugenium.

Græcor. pro amplectenda Ro. eccleſiæ cõiunctione ſtudium.

rem

rem Petri exiſtimant, in te omnia ornamenta virtutum, quæ ad Pontificem maximum attinent, vno ore fatentur. Perge igitur, pater ſanctiſſime, vt cœpiſti, & rem tam ſacram in finem vſque perducito: hoc enim modo ouile Chriſti, quod tot iam currentibus annis diſperſum fuerat, reficies, & oues Domini errantes ad paſtorem reduces, cumque vltimus ille venerit dies tot gentium ac nationum meritis ampliatus, illi tot humanos ſpiritus ſaluos offeres, cuius in terris officio functus tam admirabile opus facere ſtuduiſti. Habita deinde aliqua diſputationum theologicarum prçludia, & in collatione ᵃ tertia III. id. octobris celebrata relatum eſt ad delectos præſules, quis modus in concertando de rebus ſacris obſeruandus foret.

a Andr. ſanct. cr. collat. 3. pag. 93.

Certatū de additione Filioque.

b Collat. 4. pag. 95.

18 XVII. kalendas nouembris diſceptatum ᵇ eſt, an licuerit addere fidei ſymbolo vocem, *Filioque*, ac XIII. & VIII. kal. & kalendis ipſis nouembris, ac pridie non. & VI. id. concertatio repetita, atque inter cætera liberarum hoc argumentum, vetuiſſe Epheſinam ſynodum quidquam addi ſymbolo Nicæno vel detrahi, non grammatice, ſed aduerſus verum ſymboli ſenſum, atque ideo, cum vox, *Filioque*, veræ fidei orthodoxæ conſentiat, eam addi licuiſſe demonſtrauit Foroliuienſis ᶜ epiſcopus grauiſſimis hiſce ſententijs: *Conuenientibus epiſcopis in Epheſo* ᵈ, *& vocato Neſtorio contumace, dixerunt quod ſecundum morem legatur fides patrum Nicææ, quatenus huic expoſitioni collatis de fide ſermonibus conſonantes quidem confirmentur, diſcrepantes eijciantur. Vnde patet, quod intentio ſynodi eſt, quod illa fides probetur, quæ vera, & quæ diſcrepat reijciatur, & per hoc patet, quid ſignificent illa verba. Nulli liceat aliam fidem proferre ab ea, quæ neceſſario diffinita eſt, id eſt diſcrepantem & contrariam.* Probauit reſponſi veritatem idem epiſcopus ex geſtorum in concilio Epheſino narratione, vt nimirum Nicenæ ſynodi ſymbolum lectum ſit, ac deinde recitatæ Cyrilli Neſtorijque literæ, ac de Cyrillo, qui Chriſtum Deum & hominem non in duabus, ſed vna perſona natum ex Maria virgine, eamque Dei genitricem probabat, dixiſſe nil illum nouaſſe; de Neſtorio vero pronuntiaſſe, ipſum Nicænam fidem corrupiſſe, tum ſubdit: *Ex hoc aperte patet, quæ ſit intentio ſynodi, quæ poſtea fert ſententiam prohibitiuam, quod nulli liceat proferre aliam fidem, quam in Nicæa, videlicet quod nulli liceat proferre fidem contrariam & diſſonantem, ſeu alienam, vel extraneam a veritate & a vera fide. Vnde hoc verbum, aliam, ſecundum intentionem ſynodi ſignificat contrarietatem & diſſonantiam, non aliam expoſitionem eiuſdem fidei, conſonantem veritati & rectæ fidei; quia Cyrillus latius & apertius declarauit & expoſuit fidem Nicænam: & quia veritati & fidei conſonantia dixit iudicatus eſt eadem ſapere cum fide & ſymbolo Nicæno.* Et infra.

Prohibita additio intelligitur contraria vero ſenſui ſymboli.

c Collat. 9. pag. 113.

d Concil. Epheſ. actione 6.

Alia fides idest aliena non autem amplior proſtanti re tita.

Notandum eſt, quod ante concilium Epheſinum erat prohibitum & pœnale addere & detrahere fidei apoſtolicæ etiam in ſymbolo Apoſtolorum, vt clare exponit Cœleſtinus, nimirum Papa in literis ad Neſtorium: *Sed hac prohibitione non obſtante ſymbolo Apoſtolorum aliqua addita ſunt & detracta per ſymbolum Nicænum & Conſtantinopolitanum, vt illud. Deſcendit ad inferos, & tamen hoc non reprehenditur: & tamen Cœleſtinus reprehendit Neſtorium, quem dicit aliquid de ſymbolo apoſtolico detraxiſſe videlicet θεοτόκος id eſt, Dei genitrix, quod tamen non explicite, ſed implicite continetur in ſymbolo apoſtolico. Huius autem ratio eſt, quia Nicæna & Conſtantinopolitana, & aliæ ſynodi nil fidei apoſtolicæ addiderunt vel detraxerunt contra ſanum intellectum & contra veritatem, ſed Neſtorius. Sic ex hoc apparet, quod addere vel detrahere, quis prohibetur, quando contra verum intellectum, vel contra fidem rectam aliquid addit vel detrahit. Et ex hoc ſoluitur omnis difficultas, quam vos, patres orientales, contra Latinos dicitis, qui addiderunt, Filioque, non enim addiderunt contra veritatem, aut contra rectam fidem, maxime cum publice dixeritis, quod ſymbolum Conſtantinopolitanum & Nicænum idem ſunt, & lecto vno intelligitur & aliud, quia licet in verbis differant, non differunt in ſenſu & veritate, & ſic dicimus, quod ſymbolum Romanum eſt vnum cum Conſtantinopolitano & Nicæno ſymbolo, & lectis illis intelligitur & hoc lectum, & licet addere verbum verum & non licet addere verbum, quod diſcrepat a vero ſenſu & a recta fide, & cum dicitis, quod fuit prohibitum addere, reſpondetur cum vos fateamini eſſe vnum & idem id quod conuenit in ſenſu, quamuis differat in verbis, ſequitur, quod proprie non eſt additio, ſed vnum & idem ſeu identitatis expreſſio.*

Vox, Filioque addita eſt non contra verum ſenſum ſymboli. Demonſtratur ex variis ſynodis. ſymbolis.

Habitæ ſunt plures aliæ conſecutis diebus theologicæ quæſtiones, cumque Marcus archiepiſcopus Epheſinus obieciſſet additamentum vocis, *Filioque*, ſchiſma peperiſſe, ita Iulianus Cardinalis Cæſarinus illum confutauit: *Ad id quod dixiſtis, quod additio fuit cauſa multorum malorum, dicatis quod additio non fuit cauſa ſchiſmatis, quia ante iſtud ſchiſma eccleſia Romana cantabat ſymbolum cum hoc verbo, Filioque. Hoc habemus per epiſtolas Hormiſdæ Papæ, quas ſcribit Imperatori Conſtantinopolitano, videlicet Iuſtino patri (nimirum adoptiuo) Iuſtiniani Imperatoris, qui fuit tempore quinti concilij. Concilia Toletana ſunt magnæ auctoritatis celebrata cum præſidente Leonis, & in multis de illis concilijs ponitur illud verbum, Filioque.* Et infra: *Ideo dico, quod erat illud verbum apud eccleſiam Romanam, Filioque, & non fuit ſchiſma. Item Tharaſius addens, per Filium, in concilio ſeptimo non generauit ſchiſma. Deinde doctrina Auguſtini & Ambroſij erat nota ante tempus tertij concilij. Item doctrina multorum doctorum Græcorum erat nota orientalibus, & tamen nullus fuit ſcandalizatus contra eos, vnde non dicatur quod hoc verbum, Filioque, fuerit cauſa ſchiſmatis nec propter hoc ſecuta eſt diuiſio.*

Obijcit Marcus Epheſinus ex additione pullulaſſe ſchiſma. Oſtenditur factam diu ante ſchiſma.

Tharaſius in concilio vii. addens per Filium ſchiſma nō peperit.

19 His conſentanea reſponſa fuiſſe eidem Marco Epheſino ab Andrea epiſcopo Rhodienſi, memorat Gennadius ᵃ: *Reſpondebant autem*, inquit, *tibi Latini per archiepiſcopum Rhodienſem, oſtenderunt eſſe falſa eſſe quæcumque dicebas, quod neque eccleſia Romana, neque additio diuiſionis & contentionis cauſa erat. Siquidem non ſolum ante ſchiſma eccleſiarum in ſymbolo poſita fuit additio, ſed etiam ante œcumenicas ſynodos, ſeptimam videlicet ſynodum & quartam, vt teſtatur confeſſor Maximus in epiſtola ad Marinum presbyterum Cypri.* Idem argumentum proſequitur Ioſephus epiſcopus Methonenſis ᵇ. At Cardinalis Beſſario ᶜ in libro de ſynodi Florentinæ ſucceſſu, Græcorum obiectionem de additione iam olim ab Eutychete hæreſiarcha factam, confutatamque in quarto concilio ita demonſtrat: *Amplius in actis quarti concilij in prima ſeſſione primo quidem legit Eutyches Nicænum ſymbolum, deinde idem hæreticus infert, quod de hac fide, Nicæna videlicet, decreuit Epheſina ſynodus eum, qui præter hanc quidquam addat, cogitet, aut doceat, reum eſſe pœnarum, quæ ibidem continentur. At Euſebius epiſcopus Dorilenſis, qui ſe zelo fidei accuſatorem huius hæretici conſtituerat, cum hæc audiſſet, exclamauit dicens. Non eſt tale decretum. Non eſt canon, qui hoc iubeat. Mentitus eſt. Patres vero concilij ſexcenti & triginta numero his auditis, Eutychen condemnarunt, nolentem ſapere atque credere aliqua alia, quæ in Nicæno ſymbolo,*

a Gennad. Scholarius patriarcha Conſtant. Reſponſ. aduerſus Marcum Epheſin.

ſine Ioſeph Methonen epiſc.

b Ioſeph. Methon. epiſc. aduerſ. Marc. epheſ. pag 13.

c Beſſario Card. de ſucceſſu ſynodi Florent. c. 3.

Aliud eſt ſecundū ſenſum aliud ſecundū vocem.

bolo non contineantur explicite, alia vero, dico numero, non vt contradictoria vel contraria, quo fit vt illas additiones putauerint inhibendas eſſe, quæ contraria & oppoſita veritati ſunt, non illas, quæ ſunt conſentanea, quod enim Chriſtus ex duabus & in duabus naturis abſque confuſione permanſerit poſt carnis aſſumptionem, quod Eutyches negabat, quanquam aliud eſſet a Nicæno ſymbolo, aliud vero non ſententia ſed verbis, tamen cogebant Eutychen, vt hoc crederet. Igitur manifeſte apparet non ſimpliciter aliud, ſed contrarium inhibuiſſe ſanctos doctores. Animaduerte namque, quod ipſa-met verba tertij concilij, quæ nos proferimus, nulli videlicet licere aliam fidem proferre, hæc eadem Eutyches pro ſe producebat. Aſſeruntur a Beſſarione plura aliorum conciliorum exempla. Recentiores hæreſiarchas eodem Eutychetis vſos ſophiſmate, vt erroribus ſuis imperitos implicarent, contendiſſeque non poſſe addi ſymbolo vel illius articulos ſuſius explicari editis a concilio nouis decretis fidei, inferius viſuri ſumus.

Obiectum factam ſolemnem additionem fuiſſe immaturo concilio. Vrſere Græci in colloſatione a, decimaquarta, additamentum vocis, *Filioque*, a Romana eccleſia non factum debita maturitate conſilij Græcis non vocatis; reſponditque Iulianus Cardinalis Cæſarinus: *Immo maxima, cum veritatem, ac diuina oracula, tum ſanctos patres Latinos & Græcos ſecuta ſit*; ſymbolum porro in Niceno concilio factum, & id, quod ab Apoſtolis conditum ab Eccleſia & Eccleſiæ auctoritate efformatum eſſe: illam vero Eccleſiam, quæ tunc extitit, nunc conſiſtere, & ad mundi interitum perſtituram: ipſamque ſuis dictis poſſe addere, atque id additamentum carere vitio, quippeque non ab exteris, ſed ab ipſamet fiat: quod autem de Eccleſia affirmatur, idem de Romano pontifice vniuerſalis Eccleſiæ poteſtate prædito affirmandum, flagitante maxime neceſſitate.

a Colla. 14. die 1. ac eb. pag. 185.

Reſpondetur.

20 Diſſoluta ea difficultate, poſſe nimirum urgente neceſſitate, ſcilicet ad depellẽdam naſcentem hæreſim, addi aliquas voces in ſymbolo, quæ ſenſum illius explicent nitidius, Latini Græcos prouocarunt ad inquirendum, num vera eſſet ſententia comprehenſa hac voce addita, *Filioque*. At Marcum Epheſinum vehementer ab inquirenda veritate abhorruiſſe, oſtendit auctor, qui circulares eius epiſtolas confutauit b: *Correctiorem, inquit, hoc pacto futuram dicebas, vt ſcilicet expungatur a ſymbolo additio illa, & reponatur in aliqua huius rei propria definitione: quapropter ridiculum quid te ſtiuſmodi dicente generi tuo facinus adſcriptum fuit; ſi enim blaſphema eſt vox illa, ex Filio, cur igitur quæris, vt in propria aliqua ponatur definitione, ſicut etiam Iulianus ſapientiſſimus ille Cardinalis tibi dixit, cum enim tu dixiſſes, quod non poſſumus vocem iſtam recipere in ſymbolo fidei, vt blaſphemam, ſed ponamus ipſam in propria definitione, quemadmodum antiqui ſancti patres vocem ſemper Virginis Dei genitricis in oratione illa poſuerunt quæ, Vnigenitus Filius, incipit. Cardinalis vero reſpondit: Examinetur antea, reuerende pater, vox ipſa an vera ſit, vel falſa & blaſphema, ſi enim blaſphema deprehenditur, nec in ſymbolo remanebit, nec alibi ponetur, quæ enim ſunt blaſphema, nullibi ſunt dicenda, ſi autem pia & vera demonſtrabitur, quid intereſt, an maneat in ſymbolo vel alibi, quin potius in ſymbolo oportet confiteri veritatem. Hæc tu cum audiſſes, tremor te occupauit & tuos ſocios, & ad dogmatis inquiſitionem tranſire cœpiſtis fugere, cupientes inde exire.* Et infra: *Qui vero ſuæ ſalutis curam gerebant, & periculum hæreſis metuentes, aduerſus eos, qui ſe ab Eccleſia ſegregant, noluerunt vllo pacto hoc morbo laborare, ſed potius examinari dogma, & veritatem explicari, ac illam amplecti alacriter permiſerunt, quapropter iuſtitiæ ratione alios adducentes, vt ad inquiſitionem alterius problematis tranſirent, acceperunt, & ita Ferraria Florentiam tranſire non ſunt refragati.*

b Ioſeph. epiſc. Methonen.

Fatentur Græci Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere.

Meditatos etiam diſceſſionem Marci Epheſini ſocios, cum de victoria deſperaſſent, diſerte enarrat hiſce verbis Cardinalis Beſſario a: *Abſque vlla ratione vociferabantur: Redeamus, redeamus. Dicebant autem etiam inter ſe, quod ad eorum aures peruenisſet: Latinos poſſe in medium afferre plurimas multorum ſanctorum occidentalium auctoritates, quibus palam probatur Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere. Quid igitur ad hæc reſpondebimus? Diſcedamus, redeamus, abeamus. Audiſne patrum & doctorum ſententiam? Quoniam, inquiunt, multas auctoritates ſanctorum Latini afferre habent, ad quas nos reſpondere non habemus, diſcedamus ab eis. Vix tamen ſentientes abſurditatem ſententiæ ſuæ, & a ſereniſſimo Imperatore perſuaſi ceſſerunt, & manere decreuerunt.*

a Card. Beſſ. in lib de ſucceſſu ſynod. Florent. cap 5. Conſilium redeundi nonnulli meditantur.

Tum exquirentibus Græcis b, quibus argumentis Latini dogma de igne purgatorio conſtabilirent, reſponſum eſt ab his, qui a concilio excutiendis controuerſijs præfecti fuerant: *Nos deputati iuxta doctrinam B. Petri parati reddere rationem omni petenti doca, quæ in nobis eſt, fide veſtræ poſtulationi, quæ principaliter de purgatorio eſſe videtur, hac ſatisfactionis reſponſione pro nunc ſatisfaciendum duximus. Si autem de reliquis per nos modo dictis rationem popoſceritis, illis etiam, Spiritu ſancto nos inſtruente, cum charitate fraterna ſatisfacere curabimus. Declaratur primo ex veteri teſtamento in libro Machabæorum c, vbi dicitur ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur: Sed pro defunctis, qui ſunt in paradiſo non opus eſt orare, quia nullo indigent, nec pro illis, qui ſunt in inferno, quia a peccatis ſolui aut purgari non poſſunt. Sunt igitur aliqui, qui poſt hanc vitam mundanam a peccatis ſolui aut purgari poſſunt.*

b Andr. ſanctacr. in actis conc. Florent. p. 1. collat. 23. De purgatorio multa.

c Machab. 12.

Declaratur per id, quod in nouo teſtamento Saluator inquit Marci III. Si quis blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei nec in hoc ſæculo neque in futuro; & per Apoſtolum Paulum in 1. epiſt. ad Corinthios cap. III. vbi tractat de ædificante ſupra fundamentum; quod eſt Chriſtus, aurum & argentum, lapides pretioſos, lignum, fœnum, ſtipulam, & tunc ſubdit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale fuerit, ignis probabit, ſi cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Hæc verba de igne purgante in futuro ſæculo intelligi, ſe ipſa declarant, nam verbum illud: Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, de damnatis intelligi non poteſt, quia ſalui non erunt. Sed in æternum peribunt, neque de illis intelligitur, qui ſine peccato decedunt, quia de his proxime dixerat, ſi cuius opus manſerit, qui autem ſine peccato moriuntur nihil eſt propter quod eos igne purgari oporteat. Reſtat vt de alijs purgandis in alia vita, qui tamen ſaluabuntur, intelligatur.

Demonſtrata veritas ſcripturæ...

Declaratur etiam conſuetudine vniuerſalis Eccleſiæ tam Latinæ, quam Græcæ, quæ pro defunctis orat & orare ſemper conſueuit, cuius oratio profecto inutilis eſt, ſi purgatorium poſt mortem non ponatur, fruſtra enim oraret pro his, qui iam ſunt in gloria cæleſti, vel in inferno. Auctoritate S. R. E. coſtæ & inſtructa a beatis Apoſtolis Petro & Paulo & ab alijs ſanctis Pontificibus, qui innumeris fulſerunt miraculis, quoſque tam Græci quam Latini vt ſanctos venerantur,

Digitized by Google

tur, ipſe ſic ſemper tenuit, ſic ſemper prædicauit, etiam tempore vnionis & continue ante præſens exortum diſſidium.

Declaratur huius fidei noſtræ veritas auctoritate ſanctorũ patrum Græcorum & Latinorum & præſertim illorum, quos tam Latini quam Græci in vniuerſali concilio a *receperunt, quorum verba hæc ſunt: Sequimur per omnia ſanctos patres & doctores eccleſiæ Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Ioannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proculum, & ſuſcipimus omnia, quæ de recta fide & condemnatione hæreticorum expoſuerunt.* Subijciuntur plures auctoritates ſanctorum patrum Latinorum Auguſtini b Ambroſij c, Gregorij d, qui pluribus exemplis libro IV. dialog. id confirmat, adduntur que dicta veterum Græcorum patrum Baſilij magni, in orationibus, quæ in vigilia pentecoſtes, tum in exequijs mortuorum repetuntur, Gregorij Nyſſeni in dialogo de conſolatione & ſtatu animarum poſt mortem, & in libro de his, qui dormiunt, Dionyſij Areopagitæ in cap. VII. eccleſ. hierarchiæ, Epiphanij e Aerium, qui defunctis prodeſſe viuentium preces negauerat, refellentis, Damaſceni quem refert D. Thomas in IV. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 2.

Denique hac ratione theologica comprobatum eſt: *Septimo declaratur præfata veritas ratione diuinæ iuſtitiæ, quæ nihil inordinate factum impunitum relinquit, & quæ iuxta menſuram delicti, vt inquit Scriptura* f, *conſtituit plagarum modum, cum ergo pro quolibet peccato homo certam mereatur pœnam, ſi hanc in iſto ſæculo non ſoluit, exigit diuinæ iuſtitiæ ordo, vt in futuro ſatisfaciat, alioquin impunitus remaneret. Sed ſi quis contritus decedat, huiuſmodi pœna non ſatisfaciet in inferno iuxta illud* g: *Peccator in quacumque hora ingemuerit, vita viuet, & morietur, quod de vita æternali intelligere oportet: in cælo autem pœnam peccatorum non ſoluet, quia repugnat munditiæ cæleſti, domus enim eſt gaudij non luctus. Reſtat igitur, vt præter paradiſum & infernum aliquis alius aſſignetur locus, in quo huiuſmodi exerceatur purgatio, qua facta, cum deſinit eſſe pollutus & inquinatus, munduſque efficiatur, ad Deum videndum & fruendum confeſtim euolat.*

Ceterum quanta cum clementia & amoris ſignificatione Græcos ad indagandam controuerſiarum de fide veritatem Eugenius excitarit, deſcribit Gennadius h patriarcha Conſtantinopolitanus in apologetico aduerſus literas Marci Epheſini mendacijs refertas: *Vt Chriſtiani, inquit, veritatem quærebant & magno ſtudio indeſinenter ſcrutabantur, id enim aperte apparet quando beatiſſimus Papa noſtris dicere ita conſueuerat. Miror equidem, quomodo omnia nihili penditis, & ſeſſiones & conuentus in tranquillum reijcitis; & licet ego vos excitare frequenter non deſinam ad veritatem indagandam, vos nihilominus negligenter vos habetis; & iam duos annos in ſynodo ſumus & nondum viginti quinque conuentus ſunt habiti. Venite igitur ad diſputationem, ibi enim veritas comperietur nec aliter fieri poteſt. Venite, inquam, & non tardate; ægre ferebat enim beatus ille vir, quod veſtri negligenter ſe habebant, & in conuentu non aderant:* De ſingulari eiuſdem Pontificis liberalitate in Græcos; quamuis exhauſtus eſſet opibus, vtque ad eos ſuſtentandos mithram pontificiam oppigneraril, ſubdit Gennadius: *Cum, inquit, Eugenius beatæ memoriæ Romæ ſanctiſſimus Papa non haberet amplius, vt inueniebat, quod vobis daret ſingulis pro expenſis, & iam Florentinis ſignificaſſet, vt ſibi mutuo darent quadraginta millia nummum, miſit illis pignus mithram ſuam, qui cum illam accepiſſent, quod petierat Pontifex fecerunt, quin immo alia quadraginta millia polliciti ſunt dono dare, ſi ad ſuam ciuitatem ſynodum transferret, vt eorum ciuitas vna cum ſynodi definitione honorem lucraretur.* Transferendæ vero ſynodi grauiſſima cauſa inſtabat.

a Concil. Later. ſub Mart. PP ſeſſ. ult. 5 ... cont. cor. ciliar. to. 2. edi Colon. & in 5. ſyn. act. 3. eod. to.
b Aug. hom. de igne purg. & 21. l. de ciuit. Dei c. 13 & c. 20. & lib. de cura pro mortuis gerẽda c. 2. & l. de pœnit. & in ſer. de mortuis.
c Ambr. in 1. Corint. c. 3.
Ex diuina iuſtitia pœna ratio.
d Greg. l. 4. dial.
e Epiph. adu. hær. lib. 3 hær. 57. alias 77. n. 7. Damaſc. ſer. de ſuſ. fe. mort.
f Deut. 25
g Ezec. 33
h Gennad. aduer. lit. Marci Epheſ.
Græci a Latinis ad veritatem indagandam ſollicitati. Eug. mithram oppignerat pro ſumptibus Græcis ſuppeditandis.

21 Inuaſerat nimirum peſtis Ferrariam, quo inopinato caſu Eugenius adductus, de transferenda Florentiam ſynodo conſilium init. Turbati inde quidam Græci, ſed Imperatoris & patriarchæ auctoritate ſedati. Tranſacta ea lege res eſt, vt Pontifex in menſes octo noua ſubſidia Conſtantinopolim mitteret, commeatus ipſis ſuppeditaturus eſſet, Florentiam ac non alio pergerent, ſynodus vltra quartum menſem non extraheretur, tum denique Græcis recedendi poteſtas foret. Vt vero anno proximo promulgata ſit concilij translatio, ſuo loco dicendum erit: nunc reliqua proſequamur.

Redimitus a eſt hoc anno Albertus dux Auſtriæ Sigiſmundi Imperatoris defuncti gener heresque kal. ianuarij in Albaregali Hungarici regni inſignibus ritu ſolemni. Eodemque ineunte anno Pontifex, antequam Ferrariam ſe conferret, pio impulſus ſtudio, vt Hungarica arma in Turcas fidei hoſtes auerteret, Signenſem epiſcopum internuntium creauit, vt propoſitis indulgentiarum præmijs Chriſti fideles ad ſacræ militiæ nomen dandum accenderet.

Ioanni epiſcopo Signenſi Apoſtolicæ ſedis nuntio & oratori, &c.

Cum te nuntium & oratorem noſtrum ad regni Hungariæ, & nonnullarum aliarum regionum partes pro pace & bono ſtatu ipſarum partium & perſonarum in eiſdem degentium in præſentiarum perſonaliter deſtinemus, ac dudum Illuſtris memoriæ Sigiſmundus Romanorum Imperator, dum ageret in humanis, ſæpius nobis inſtanter ſupplicauerit, quod cum Teucros & alios infideles Chriſtiani nominis immaniſſimos hoſtes, et pote ipſi regno conterminos & confines, regnum ipſum ſæpe hoſtiliter inuadere perſonaſque regni ipſius captiuare, bona prædicta & clades varias regno ipſi & perſonis inferre contingat in periculum regni & perſonarum præfatorum, in ſcandalum fidei orthodoxæ, propterea vellemus ſibi, qui in oppreſſione dictorum infidelium exercitum congregare intendebat, fauoribus noſtris aſſiſtere; ac tantis malis, periculis, & incommodis, quantum cum Deo poſſemus, de opportuno remedio prouidere, fraternitati tuæ in dictis partibus quoties te in partibus illis commiſſionis huiuſmodi officio fungente Regem, qui pro tempore fuerit, ſeu barones, nobiles, & magnates dicti regni exercitum ſeu expeditionem pro exterminio & expugnatione infidelium prædictorum parare contigerit, prædicationis verbi, ac viuificæ crucis officium præſentium auctoritate committimus, tibi iniungentes, quatenus officium huiuſmodi iuxta datam tibi a Deo prudentiam & virtutem per te vel alios, quos ad id idoneos putaueris eligendos ſolerter exerceas, fideles prudenter omnes & ſingulos, quos ad eam rem vtiles & idoneos iudicaueris, inducendo vt ſuſcipientes cum reuerentia ſignum crucis ipſumque ſuis cordibus & humeris affigentes ad reprimendum præfatorum Teucrorum & infidelium impetus viriliter ſe accingant, &c. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVII. *id. ianuarij pontificatus noſtri anno* VII.

22 Renuntiauit quoque eundẽ epiſcopum Eugenius in-

Ferrariæ graſſante peſte, Eugenius ſynodi Florentiam transferendi conſilium init.
Tria regna adeptus Albertus cum Auſtria. Mittit Eugenius expeditionem in Turcas.
a Aen. Silu. hiſt. Bohẽ. c. 55. & com. l. 1. Cocl. hiſt. Huſſ. l. 9. & Bonf. Ung. rer. dec. 3. l. 4. Dub. hiſt. Bohem. l. 24. et alij.
Turcas in Hungaria excurſiones.
Exercitum in eos immittere Sigiſmundus conſtituerat.
Fideles in ſacra arma concitans.

Internuntium III kal. aprilis, dum Ferrariæ verſabatur, non modo in Hungaria, verum in Bohemia quoque, & marchionatu Morauiæ, vt religioni amplificandæ, tum conciliandæ [a] inter principes paci operam daret, iam enim Albertum inter & Regem Poloniæ de Bohemiæ regno controuerſiæ oboriri cœperant. Et quidem pridie non. maij Albertus Bohemiæ Rex Pragæ renuntiatus, ac III. kal. iulias Bohemicum ſceptrum accepit non vxorio tantum iure, verum etiam vetere ex fœdere, quo Reges Bohemiæ, prole deficiente, duces Auſtriæ ad regnum vocauerant. Inuidere tamen Alberto Bohemicos apices nonnulli proceres, inter quos Ptalco ac Georgius Podiebratius, qui cum Thaboritis fratrem Regis Poloniæ delegerunt, quo circa graue bellum inter Polonos Albertumq; exarſit [b]. Magnum ea diſſenſione dolorem attulit Pontifici, qui Vvladislaum Regem Poloniæ monuit, vt copias e Bohemia reuocaret, pariterque Albertum, vt ad pacem animum adijceret, eſt adhortatus [c].

a Lib. 12. pag. 24.

Quiete Alberus Bohemiæ Regnum capeſſiuerit.

Frater Regis Poloniæ electus Regem pro ſeditione e bello ſtuentia.

b Aen. Syl. hiſt. Bohē. c. 55. Naucl. Krāz. Cochl. in chron. Cl. citz.

c Cod. bibl. Vaſ. Aen. Syl. hiſt. Bohē. c. 55. Du. hiſt. Boh. l. 28. d Lib. 6 et pag. 98. & in ms. Alex. VII. pag. 59.

Alberto Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regi illuſtri ſalutem.

Pridem intellecto, quod chariſſimus filius noſter Vvladislaus Poloniæ Rex gentem quandam armorum in regnum Bohemiæ contra tuam ſerenitatem deſtinare intenderet, non mediocriter doluimus, tum propter innumera mala, quæ ex ea re illis regionibus & etiam alijs poſſunt veriſimiliter accidere, tum propter tuam regiam celſitudinem, cuius ſtatum augeri cupimus & ſemper eſſe quietum & pacificum & tranquillum. Et vt his malis celeriter obuietur, mittimus ad eundem Regem velocem nuntium cum literis, quarum copia his intercluditur, ad quem, vt in ipſis continetur literis, infra pauciſſimos dies ſolemnem mittemus ambaxiatam omni diligentia apud ipſum Regem laboraturam, vt ab omni inſultu & apparatu bellico contra ipſum tuum regnum Bohemiæ & alia tua dominia omnino deſiſtat, cui ambaſſiatæ efficaciter iniungemus, vt omnia agere procuret, per quæ pacifica ipſius tui regni poſſeſſione vti & gaudere, ſicut dignum eſt, valeas, quodque, ſi quid diſcordiæ ac controuerſiæ eſt inter tuam ſerenitatem & ipſum Regem, ſedare & inter vtrumque charitatem & amicitiam renouare ſtudeat, ad quæ tua quoque ſerenitas propter bonum publicum Chriſtianorum, quorum maximam curam habere debes, ſtudeat omni diligentia incumbere, vt ex veſtra pace & reliquis fidelibus pariatur pax, & hoſtium nominis Chriſti vires valeant per veſtram concordiam, prout cupimus, expugnari. *Dat. Ferrariæ VI. id. iulij anno VIII.* Geſta ſunt plura in Bohemia, Morauia, ac Polonia tumultuaria prælia, Thaboritarumque arx munitiſſima exercitu cincta; cumque ij tantum fame domari poſſent, ſoluta obſidio eſt, attrita tamen admodum aduerſa factione, tum induciæ inter Albertum & Polonum pactæ fuere [e].

Polonus hortatur bellare, vt ab vexillanda Bohemia abſiſtat.

Thaboritarum arx oppugnata ab Alberto.

e Cod. hoc an.

Albertus creatus Cæſar.

23 Coniunxerat Hungarico & Bohemico Albertus Romanum ſceptrum: in publicis enim comitijs apud Francofordiam quadrageſimali tempore peractis communibus electorum ſuffragijs XIV. kal. aprilis imperij gubernacula ei tradita ſunt [f]. Quo felici accepto nuncio Eugenius [g] de parto tantæ dignitatis faſtigio illi gratulatus, ad ſtrenue gerendum imperium, pellendos ex Europa Turcas, religionemque amplificandam his literis incitauit [g].

f Aen. Syl. hiſt. Bohē. ca. 55. Cuſpinia. de Cæſar. & alij.

g Lib. breu. pag. 98. & in ms. Alex. VII. pag. 157.

Chariſſimo in Chriſto filio Alberto Romanorum & Hungariæ & Bohemiæ Regi illuſtri ſalutem.

Maximam in Domino conſolationem ſuſcepimus, chariſſime fili, & vltra quam dici poſſet lætati ſumus, cum audierimus te ad gubernacula Romani imperij eſſe electum, electorum vero prudentiam plurimum commendamus. qui vota ſua direxerunt in virum ſecundum cor noſtrum, & dignum, in quem inſignia imperij conferantur. Etenim, cum ſis princeps ſumma ſapientia, ſumma virtute, & erga Deum pietate & religione ſingulari, nihil nobis acceptius fieri potuit hoc tempore, quam eum eligi, qui eſſet aptiſſimus ad tantæ dignitatis onus ſuſtinendum, ad propugnandam fidem catholicam, ad pacificandum populum Chriſtianum, ad defendendos fideles ab oppreſſionibus infidelium, ad tutandum Dei Eccleſiam, ad omnia denique agenda, quæ boni & fidelis principis officium requirit, nam cum tua virtus & animi magnitudo ſit tanta, quanta in tali Rege poſtulatur, cum tuus zelus deuotionis & ardor fidei commendetur ab omnibus, vires autem & potentia tibi tales adſint, vt facile poſſis & virtutem & deuotionem oſtendere, proculdubio ſperamus te eum eſſe futurum, qui partes Europæ liberes ab infidelium dominatu, qui ſanctam Dei Eccleſiam totis viribus protegas & extollas, qui pacem indigentibus largiaris.

Alberti elogium.

Sollicitatur vt Europā liberet ab infidelibus.

Sed quoniam diligentibus Deum, vt ait Apoſtolus, omnia cooperantur in bonum, vt fructus virtutum tuarum facilius conſequi valeas; primum oculos tuæ mentis in eum dirigas, per quem regnant Reges, & imperia ſubſiſtunt, vt per ſemitam mandatorum ſuorum proficiſcentem exaudiat Deus, & proſperum faciat iter tuum; fidem catholicam propagandam, eccleſiam Romanam omnium eccleſiarum & tuam in Chriſto matrem tibi colendam & tuendam ſuſcipias, ſedem Apoſtolicam & Ieſu Chriſti in terris vicarium debita veneratione, ſicut decet fidelem principem, proſequaris, ames vnitatem in Eccleſia Dei, ſchiſmata prohibeas, eccleſiaſticas perſonas earumque libertatem ſub alarum tuarum protectione ſuſcipias; hæc eſſe opera & officia boni & iuſti principis recorderis, quæ qui non ſequuntur, Regum aut Imperatorum nomen vſurpare, digni vere qui recte & iure Reges aut Imperatores appellari debeant, eſſe non poſſunt. Deinde iuſtitiam virtutum Reginam, ſine qua rerum publicarum ſtatus & regnorum culmina dilabuntur, diligenter ſequaris, habeas eam operum tuorum ducem, recta iudicia fieri procures, ſubuenias miſeris, erigas oppreſſos, iniuriam patientibus opem afferas, præmia virtutibus, vitijs pœnam meritam conſtituas: quæ duæ præcipuæ ſunt iuſtitiæ partes.

Regis munera ſeſe ſtudere.

Hæc ad te, ducti ſingulari charitate, qua complectimur perſonam tuam, ſcribimus tanquam pater ad filium, quem diligit in Chriſto, non quidem vt diffidamus vlla ex parte de tua ſapientia & virtute, quem ſcimus eſſe prudentiſſimum, ſed vt cognoſcas ex his verbis præcipuam erga te noſtram ac paternam affectionem. Regna vero, quæ omnipotens Deus tuæ curæ commiſit, conſeruare ſtudeas in iuſtitia, pace, & charitate, & cultu Dei, procurans inter cætera, vt eccleſia Romana & Apoſtolica ſedes in illis priſtinam ſuam auctoritatem & dignitatem recuperet per ſtudium diligentiæ tuæ. Hæc ſi egeris, prout a certo tenemus, aderit tibi Deus adiutor, & protector omnium in ſe ſperantium, ſtatuet ſupra petram pedes tuos, ſubminiſtrabit rectas cogitationes, conſilia

ſilia adiuuabit, exaudiet vota tua, perficiet opera, & te proteget ſcuto protectionis ſuæ. Nos quidem ſemper aſſiſtemus tibi apud Deum orationibus noſtris, fauores & auxilia impendemus, quantum permiſerit fragilitas noſtra, & cum certiſſima in ſpe ſimus te imitaturum veſtigia prædeceſſorum tuorum, quorum virtus & deuotio ab Eccleſia laudatur, certe omnibus in tuum honorem, ſtatum, exaltationem, & gloriam concernentibus offerimus nos paratos & promptos iuxta commodum noſtræ imbecillitatis ad obſequendum ſerenitati tuæ. *Dat. Ferrariæ.* Incubiturus ad componendas imperij res Albertus, ſolemnes principum Germaniæ cœtus Nurembergæ celebrauit, ad quos ſeptembri menſe Pontifex inſignem admodum legationem decreuit a, miſſis nimirum Nicolao Cardinale S. Crucis ſanctitate, ac rebus geſtis clariſſimo, Ioanne archiepiſcopo Tarentino, qui olim Baſileenſi ſynodo præfuerat; Petro epiſcopo Dignenſi, qui Græcos concilij nomine perduxerat in occidentem, ac tribus alijs viris doctrina ſpectatiſſimis, vt Cæſar principeſq; ſeditioſos Baſileenſis conuenticuli auſus comprimendos curarent cum Græci percuperent, vt Baſileenſes Ferrariam venirent, paribuſque animis communi concordiæ redintegrandæ nauarent operam. Coniungere etiam ſtudia ſua cum ijs legatis Ioannem epiſcopum Signienſem iuſſit Eugenius b; ac ſingulos archiepiſcopos, duces, lantgrauios, marchiones, & comites quorum catalogus in regeſto texitur c, adhortatus eſt, vt diuinæ gloriæ & eccleſiæ paci firmandæ ſtuderent.

Nurembergenſis conuentus. B. Nicol. Albergatus ad eum miſſus.
a Lib. 12. pag. 37.
b Id. ibid. pag. 37.
c Ibid. pag. 38.

24 Verſæ etiam pontificiæ curæ ad hæreticos reprimendos fuerunt, cumque in Pannonia malitia adeo in dies ingraueſceret, vt fidei cenſores trepide munia ſuum obirent, implorauit d Regis Alberti opem, vt regia auctoritate Apoſtolicæ ſedis adminiſtros fulciret, audaciamque ijs aduerſantium contunderet. Peragebat tum ſacram illam cenſuram in Pannonia & Boſna Iacobus Picenus, Minorita quem Eugenius epiſcoporum imperio ſolutum ac liberum renuntiauit e, ne anathemate ipſum aut loca in quibus ageret interdicto eccleſiaſtico poſſent percellere. At ne epiſcopi fidei cenſoribus aduerſarentur, ſed potius in euellendis hæreſeon fibris cum ijſdem conſentirent, ſtudiaque ſua coniungerent proprijs ipſos allicere commodis conſtituit f. Prætulit itaque animarum lucra auro corruptibili, ac partem illam, quæ ex publicatis hæreticorum bonis redigebatur, inferebaturque in fiſcum pontificium, ad epiſcopos, in quorum illi diœceſibus damnarentur, auertit.

Hæretici in Hungaria increſcunt.
d Ibid. pag. 59.
e Ibid. pag. 58.
B. Iacobus Picenus fidei cenſor [illegible]
f Lib. 19. pag. 229.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sedis Apoſtolicæ prouidentia circumſpecta, nonnunquam conceſſa & ordinata per eam, vt ſperata proueniant commoda, ac litium & controuerſiarum ſuccidatur materia, prout in Domino ſalubrius proſpicit conuenire, in melius commutat, & vt hæreſes ſtudioſius eruantur de medio populi Chriſtiani, de remedio prouidet opportuno. Sane dudum felicis recordationis Innocentius IV. Clemens V. Alexander IV. Nicolaus III. & alij Pontifices prædeceſſores noſtri pro extirpatione hæreſum, quæ plus ſolito ſuperſeminante illas homine inimico ſubcreuerunt, vt aduerſus huiuſmodi nequitiæ patratores operarij inſurgerent, ſtarentque firmiter Eccleſiæ filij orthodoxæ fidei zelatores, nonnulla inter alia ordinarunt, atque ſtatuerunt, videlicet quod bona mobilia & immobilia quorumcumque hæreticorum, quæ per officiales inquiſitorum hæreticæ prauitatis huiuſmodi, ſeu præſidum ciuitatum & locorum eſſent occupata, ſeu inuenta, & condemnationes pro ijs exactas, in tres partes diuiderentur, videlicet in commune vna ciuitatis vel vniuerſitatis locorum huiuſmodi, alia vero in fauorem, & expeditionem officij inquiſitionis officialibus, qui tunc negotia ipſa proſequerentur, attribuerentur, & reliqua tertia pars per æquales portiones in ſubuentionem occurrentium diſpendiorum circa hæreſum perſecutionem, in aliquo tuto loco, ſecundum quod epiſcopis & ordinarijs locorum, ac inquiſitoribus videretur, expendenda per conſilium eorundem præſeruaretur: & deinde piæ memoriæ Benedictus Papa XI. etiam prædeceſſor noſter, fidedignorum relatibus percipiens, quod epiſcopi, & ordinarij locorum huiuſmodi tertiam partem dictorum bonorum ſibi applicare & attribuere proponebant, idem Benedictus viam volens epiſcopis & ordinarijs præfatis ſimilia faciendi amputare, tertiam partem bonorum huiuſmodi cameræ apoſtolicæ voluit aſſignari & applicari. prout in literis eorundem prędeceſſorum hinc inde confectis plenius continetur.

Hæreticis bonis priuati.
Ea in tres partes diuiſa aliquando Pontificum iuſſu.
Pars tertia a Benedicto XI. addicta fiſco pontificio.

Cum autem, ſicut nuper ad noſtram audientiam deductum eſt, epiſcopi & ordinarij prædicti in nonnullis partibus minus diligenter ſe habeant in præmiſſis, & inter ipſos, ac inquiſitores & officiales præfatos diſſenſiones & altercationes dietim oriantur, nos, volentes epiſcopos & ordinarios huiuſmodi aduerſus hæreticorum huiuſmodi damnatam prauitatem reddere attentiores, tertiam partem bonorum huiuſmodi præfatæ cameræ per dictum Benedictum prædeceſſorem, vt præmittitur, aſſignatam, epiſcopis & ordinarijs præfatis auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus, & etiam relaxamus, decernentes inſuper, & eadem auctoritate ſtatuentes, quod in quibuſcumque ciuitatibus, diœceſibus, & locis, in quibus epiſcopi & ordinarij prædicti dominium obtinent temporale, de quibus hæreticos huiuſmodi eſſe conſtiterit, duas dumtaxat de bonis ipſis inter epiſcopos & ordinarios ex vna, ac inquiſitores antedictos partibus ex altera æqualiter partiendas, & effectualiter inter vtraſque conuertendas fieri portiones. Itaque epiſcopis, & ordinarijs præfatis tertiam & illam de terris & dominijs, vt præmiſſum eſt, partes ſeu portiones huiuſmodi, dum tempus occurrerit, recipere & in ſuos ac officialium ſuorum, pro hæreticorum huiuſmodi perſecutione deputatorum, & impoſterum deputandorum conuertere libere liceat, præmiſſis ac alijs apoſtolicis conſtitutionibus & ſtatutis ordinationibus in contrarium editis non obſtantibus quibuſcumque, Nulli ergo, &c. *Dat. Bononiæ anno incarnationis dominicæ* MCDXXXVII. XVII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* VII.

Tributa ab Eug. epiſcopis [illegible]

25 Hoc anno aprili menſe comprehenſos fuiſſe in vrbe duos Lateranenſis baſilicæ clericos, qui infandum patrarant ſacrilegium, ſcribit Stephanus Inſiſſura a. Expoliarant ij capita Apoſtolorum Petri & Pauli magna parte gemmarum, ſaphirorum, adamantum, ac vnionum ad triginta millium aureorum æſtimationem, quibus argenteas eorum thecas exornatas diximus b; luere impium facinus vltimo ſupplicio vna cum Nicolao patruo eiuſdem eccleſiæ canonico, apud quem furtum depoſuerant, vt pluribus narrat auctor, quamquam non deſunt, qui id in ſuperiorem annum referant. Eodem hoc anno Pontifex ad augendum vrbanæ academiæ ſplendorem eam priuilegijs ampliſſimis ornauit c; tum alio diplomate d ſtatuit, ne

Puniti ſacrilegi qui gemmas e capitibus Apoſtolorum abſtulerant.
a Steph. Inſiſſ. ms. archiu. Vat. ſign. nu. 111.
Academia Romana priuilegijs aucta.
b Ann. 1368.
c Lib. 19. pag. 272.
d Lib. 23. pag. 3.

Digitized by Google

ne clericorum cameræ apoſtolicæ numerus ſeptenarium tranſcenderet. Ad vrbanas etiam res gerendas inſtruxit Eugenius Ioannem tit. S. Laurentij in Lucina presbyterum Cardinalem ampliſſima legati e latere, & generalis in vrbe vicarij auctoritate a, qua de re extat datum ad illum diploma, quamuis Stephanus Infiſſura rem in ſequentem annum reijcere videatur.

a Lib. 11. pag. 284. & lib. 19 pag. 257. ad 266.

Cum vero Ioannes ob vrbis adminiſtrationẽ, vt eam in officio contineret, ne quid Baſileenſes Alfonſuſue Rex Aragonum aut alij hoſtes nouarent, datam antea ſibi legationem in Neapolitano regno gerere non poſſet, atque Aſtorgium archiepiſcopum Beneuentanum eccleſiaſtico exercitui ſui vice præfeciſſet, Eugenius eundem archiepiſcopum Renati Regis Neapolitani inſignia aduerſus Alfonſum Regem Aragonum tyrannidem affectantem efferre iuſſit b.

Renatum fouetur Eug. aduerſus Alfonſum.

b Lib. 10 pag. 193.

Eugenius, &c. Fraternitati tuæ auctoritate præſentium committimus & mandamus, quatenus in quibuſuis per te facultatis prædictæ obtentæ gerendis & mouendis guerris, ponendiſque caſtrametationibus & quibus aliſque actibus bellicis, nec non in campis & tentorijs per te ſeu de mandato tuo tenendis & gerendis, cum noſtris & Eccleſiæ vexillis præfati Regis. Renati vexilla admittas & deferri concedas, omnes quoque & ſingulas per te de terris, locis, & dominijs quorumcumque nobis, Eccleſiæ & Regi præfatis rebellium & inobedientium faciendas acquiſitiones nomine ipſius Regis, & ad eius vtilitatem facias, ac illi terras, loca, & dominia ſic acquiſita ſtatim & abſque moræ diſpendio tradas reſtituas & expedias, &c. *Dat. Ferrariæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVII. X. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* VIII. Renatum hoc anno Neapolim appuliſſe tradunt ſcriptores c, variaque ab illo cum Alfonſo hoſte, inita certamina pluribus deſcribunt d, interque arces Neapolitanas, quibus Oui & Nouæ nomen eſt, vna cum turre S. Vincentij depulſis Aragonijs præſidijs, proximo anno recepiſſe.

Iuſſus legatus cum pontificijs vexillis Renati vexilla præferre.

Renatus Neapolim appulit.

c Collen. hiſt. Neap lib. 6.

Eadem anno Veſnatione in Gallijs Iacobus Borbonius e Neapolitanus olim Rex idemque Marchiæ comes, qui S. Franciſci inſtituta, relictis omnibus, amplexus erat pie obijt, vt ex epitaphio ſepulchrali marmori inciſo conſtat.

d Surit. annal. l. 14. cap. 47. Summon. l. 4. c. 4. d Ibidid.

26 Luxerunt hoc anno Luſitani Eduardi Regis obitum, qui menſe ſeptembri contigit f ad Tomare cœnobium, in quod ſe receperat, vt peſtilentiam euaderet, quæ in regnum ſuum inceſſerat; ſuſcepti Luſitani ſceptri anno quinto, vitæ quadrageſimo ſeptimo. Floruit tum pietatis, tum eruditionis laude, cuius commentarij extant de regni adminiſtratione, de iuſtitia, & equitandi arte; cui ſucceſſit Alfonſus ſexennis maior natu filius, eius nominis v.

Obitus Iacobi olim Regis Neap. Eduardi Luſitaniæ Regis obitus. Succeſſit Alfonſus filius.

e Ex epitaph. ſepul. Sur. l. 13 c. 15. Wadoing. annal. to. 5. ann. 1435. n. 17.

f 10. Mar. l. 31. c. 13. Surit l. 14. cap. 51 & alij.

IESV CHRISTI
Annus 1439.

EVGENII PP. IV. annus 9. · ALBERTI ROMANOR. REGIS 2. · IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 16.

1 TRaducta eſt Ferraria Florentiam ſynodus œcumenica anno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono indictione ſecunda, cum grauis peſtilentia ſuperiore anno, vt vidimus, ibi coorta nondum abijſſet. In ſeſſione itaque decima ſexta celebrata magna patrum frequentia in eccleſia principe, apoſtolicæ literæ de ſynodo transferenda ab Antonio epiſcopo Portugalenſi perlectæ a, in quibus Eugenius, vbi eiuſdem peſtis acerbitatem expoſuit, hæc ſancit.

Ob luem translata ſynodus Florentiam.

a Andr. ſanctacr. collat. 14

Eugenius, &c. Ex hac & nonnullis alijs rationabilibus cauſis, conſentientibus chariſſimo filio noſtro Ioanne Palæologo Romanorum Imperatore & venerabili fratre noſtro Ioſepho patriarcha Conſtantinopolitano, ſacro approbante concilio, ipſam œcumenicam ſeu vniuerſalem ſynodum ab hac ciuitate Ferrarienſi ad ciuitatem Florentinam omnibus manifeſte liberam, ſecuram, pacificam, & quietam, aeriſque ſalubritate lætantem, & ad quam inter Tyrrenum Hadriaticumque mare optime ſitam ab orientalibus & occidentalibus commode accedi poteſt, harum ſerie in nomine ſanctæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti ex nunc transferimus & translatam eſſe decernimus cum his plenis ſecuritatibus & ſaluis conductibus, quos initio huius ſacri concilij præbuimus, &c. *Dat. Ferrariæ in ſeſſione publica in eccleſia maiori ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVIII. IV. *id. ianuarij pontificatus noſtri anno* VIII.

Decretum Eugenij.

2 Dati ſubinde liberaliter Græcis, vt Florentiam pergerent, a Pontifice ſumptus, ac vndeuiginti aureorum millia Conſtantinopolim ſubmiſſa, ad vrbem illam aduerſus Turcarum impetus muniendam. Qua vero pompa Pontifex iter parauerit habueritque, deſcribit pluribus actorum concilij Græcus auctor b: *Die*, inquit, *ſextadecima ianuarij egreſſus eſt Papa e palatio cum multa magnificentia & pompa, parauerant enim equos albos duodecim phaleris & operimentis ſuperbis ornatos, & vni quidem arculam impoſuerant intus habentem ſacroſancta munera, viris hinc inde pedeſtribus cum cereis luculenter ornatis euntibus ad quinquaginta, in alterum vero aſcendit Papa mithram gerens & pluuiale pretioſum multis & ipſe cereis comitatus. Vrbis vero dominus marchio frenum equi eius manu tenens ibat pedeſter donec extra vrbem egreſſus eſt, ſimiliter & eius filius, reliqui vero incedebant equi ipſum ſequentes. Cardinales autem & epiſcopi omnes hinc inde illum equeſtres ſubſequebantur, deinde exercitus tum præeuntium tum conſequentium ingens multitudo. Hoc ordine Papa egreſſus eſt muros Ferrariæ, ſeque in monaſterium S. Antonij contulit, vt veſpertinum hymnum ibi cantaret, celebrabatur enim memoria ſancti illius. Erat porro monaſterium monialium pulcherrimum & ſatis amplum, habens palatia & triclinia ad multorum principum hoſpitium. Hoc vero idcirco factum, vt quia vicinum admodum erat flumen monaſterio, Papa egreſſus ſtatim nauigia conſcenderet, iretque Mutinam, quæ ſita eſt inter Ferrariam & Florentiam. Cum ergo manſiſſet Papa in triclinijs monaſterij, mane ſurgens decimo ſeptimo die menſis cœpit nauigare Florentiam verſus ſequente illum marchione, pranſus vero eſt Mutinæ. Deinde exercitu ſuo ſtipatus iter fecit per continentem, perueniſque Florentiam, nos vero Ferrariæ paulum commorati Florentiam & ipſi petijmus metropolitæ partim ante patriarcham, partim cum eo profecti.*

b Act. Græcolat. ſeſſ. 16.

Pontificis Ferraria profectio Florentiam apparatus.

Ferrariæ marchio ſtatoris munere functus.

3 Ingreſſus Florentiam Pontifex encyclicis literis Reges principeſque de ſuo aduentu fecit certiores, hortatuſque eſt, vt oratores ad cœptam orientalis cum occidentali eccleſiæ coniunctionem conciliandam mitterent, quo argumento hæ Regi Daniæ inſcriptæ c ſunt.

Eugenius Florentiam ingreſſus.

c Lib. 12. pag. 67.

Chariſſimo in Chriſto filio Erico Regi Daciæ illuſtri ſalutem.

Cum variæ nobis multipliceſque ſemper hactenus incubuerint ſolicitudines, ad commiſſum de-

Ad Daniæ Regem Eugenij lit.

Digitized by Google

deſuper officium paſtoralis curæ gregis dominici debite exequendum magna & omni ex parte laudabilis ſolicitudo eſt viſa circa rem vnionis orientalis eccleſiæ cum occidentali eccleſia, quæ pro Dei miſeratione, noſtris temporibus eſt oblata, ad quam tractandam, vt dudum iam feliciter cœpimus, vnionem ac, ipſo Domino & Deo noſtro propitio, obtinendam totis animi & corporis viribus properamus. Et licet multos hactenus in ea re perpeſſi fuerimus labores, pluribus tamen ante actis menſibus immixta laboribus ipſis multa, ob ſuperuenientem de ciuitate Ferrarienſi peſtem, ſubijmus etiam mortis pericula, quam vigentem, ac continuo inualeſcentem multis ac pene omnibus, in eo loco pro œcumenico concilio exiſtentibus, in locum alium propter hoc deſiderantibus ea ratione declinare, ſuperſedimus vt ſi forte per hyemis aduentum, vt veriſimile erat ea ceſſaret peſtis, inchoatam huiuſmodi vnionem orientalis eccleſiæ in loco, vbi cœpta fuerat, ad optatum finem perduceremus. Cum vero ea peſtis, per ipſam hyemem, vt antea perſeueraret, nullique amodo dubium videretur, quin per ver & æſtatem continuo inualeſceret, ne tantum & diebus noſtris incomparabile bonum, ex huiuſmodi morbo peſtis intercipi, aut aliquomodo turbari poſſet; & liberam eſſe omnibus pro Dei gloria in hoc œcumenico concilio, in vinea Domini ſabaoth colaborandi nobiſcum, vtriuſque occidentalis & orientalis eccleſiæ accedente conſenſu, dictum ſacrum œcumenicum concilium, prout ex copia tranſlationis, quam hic mittimus incluſam, videre poteris, tranſtulimus ad ciuitatem Florentinam, locum quidem ad id idoneum & ſemper alias, quoties de ipſo futuro concilio tractatum fuit, nominatum tanquam omnibus nationibus & populis, vt audiebamus, valde gratum. Ea autem tranſlatione facta, & cedulis de noſtro & Romanæ curiæ diſceſſu ex more, publico in loco affixis, iter ingreſſi tandem, duce Domino, ipſam Florentinam ciuitatem, præſenti die applicuimus, vbi magna cum cleri & populi alacritate ſuſcepti fuimus; quod tuæ celſitudini ad gaudium facimus notum, eandem in Domino exhortantes, vt poſtquam cœptum pridem pro dicta vnione orientalis eccleſiæ, alijſque maximis in Dei Eccleſia bonis operibus concilium œcumenicum, auctore Deo, eſt in loco ſalubri, tuto, libero, & omnibus populis, nationibuſque grato, tuos oratores ad id mittere, ac prælatos in tuis dominijs conſtitutos, vt veniant hortari velis, ne per tuam excellentiam aliqualiter deſit, quin vtriuſque eccleſiæ vnio cum cæteris ſanctis operibus inchoatis feliciter perficiantur. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXVIII. Aſſeruntur et ab Andrea Sanctacruce a, atque ad Sueciæ Regem, Ludouicum Palatinum Rheni Bauariæ ducem, marchionem Brandeburgenſem ducem Saxoniæ, Maguntinum, Colonienſem & Treuerenſem archiepiſcopos datas fuiſſe traditur.

Rogatur vt ſuos oratores mittat ad Florent. concil.

Regum de eodem ſcriptæ ad & ſuperiores Germaniæ.

a In actis conc. Flor p. 2. collat 14.

b Act. conc Flor. ſeſ. 16.

Patriarcha Conſtantinopol. Florentiæ exceptus honorifice.

Secuti ſunt paulo poſt Pontificem Imperator, ac patriarcha Conſtantinopolitanus, quem prius decimatertia februarij die Florentiam hoc ordine ingreſſum deſcribit Græcus auctor b: *Die tertiadecima februarij prodiere obuiam patriarchæ noſtro Cardinales duo, archiepiſcopi vero & epiſcopi ad triginta cum magna populi frequentia, & ſacti obuiam deduxerunt eum Florentiam. Ibat vero patriarcha medius inter Cardinales magno cum honore, & omnes officij cauſa comitati ſunt eum vſque ad paratas illi ædes, quo ibi relicto diuertimus & nos ad locum quiſque ſibi paratum.* Florentinos etiam magiſtratus ante vrbis prætorium honorificentiſſime excepiſſe patriarcham, refert Andreas Sanctacrux a, ac Leonardum Aretinum Florentinæ reipublicæ ſcribam orationem Græcam eorum nomine habuiſſe. Poſt triduum Florentiam peruenit Ioannes Palæologus Imperator, cui obuiam effuſos Cardinales viroſque principes, narrant Græcus auctor & Andreas ipſe, quamquam nimius imber pompæ celebritatem confudit.

a In actis conc. Flor p. 2. collat 14.

Iſſuſi ob. uiā Cardd. Imperatori Græc.

4 Deinde IV. kalendas martias habita eſt ſeſſio decimaſeptima, prima vero ex ijs, quæ Florentiæ ſunt celebratæ, in qua poſt diuturnum inter Iulianum Cardinalem Cæſarinum & Imperatorem colloquium conuentum eſt, vt Græci de modo conficiendæ concordiæ priuatim inter ſe agerent, eumque in proxima ſeſſione proponerent; ſed cum formam conſenſionis non reperirent, ad diſputationes theologicas res delapſa eſt. A ſeſſione igitur XVIII. ad XXV. diſceptatum an Spiritus ſanctus procederet a Filio, & num recte addita eſſet ſymbolo particula, *Filioque*. Concluſum vtrinque eſt ex Græcorum quoque doctorum ſententia Spiritum ſanctum a Filio quoque procedere, proinde rectiſſime adiectam in ſymbolo eam dictionem, non tamquam additamentum, ſed vt explicationem pernéceſſariam.

Seſſ. XVII.

Diſceptatū de additione, Filioque.

Conuenit eam factā vt explicationem neceſſariam.

Editum eſt ad Græcos in fide orthodoxa confirmandos inſigne miraculum; nam S. Bernardinus, qui Florentino concilio interfuit, cum Græcam linguam ignoraret, Græce apud Græcos eleganter concionatus eſt, vt narrat eius vitæ auctor b.

Quemadmodum, inquit, *Spiritus ſanctus dona ſua ſpiritualia ei inuiſibiliter infuderit, eique illapſus, ignito ardore ſuo linguam eius facundam & diſertam reddiderit, miraculum ſubiectum luculenter demonſtrabit. Volebat ille in eccleſia concilij generalis Græcos, qui ei intererant, veram ſalutis & veritatis viam docere, ſed magno animi dolore cruciabatur, quod illorum non calleret idioma. Secum autem cogitans admiranda Dei opera, & vt ille ſuis Apoſtolis contulerit, vt poſſent omnium gentium linguis loqui, obnixe rogabat eum, largiretur Græcis intelligentiam eorum, quæ dicturus eſſet ad illos. Mox feruenti ſpiritu multa in Deum fiducia fretus, aſcendit ſuggeſtum, Græceque concionatus eſt de catholica fide Græcos ſummo ſtudio erudiens, ita vt mirarentur omnes, dicerentque eum non minus probe noſſe Græce, quam ſi in Græcia natus eſſet. Sed Deus mouebat linguam eius, & loquebatur per eum, cum enim a ſuggeſtu deſcendiſſet, & omnes laudarent eius Græce dicendi facultatem & copiam, ille Deo ſoli honorem omnem tribuens, manſit expers Græcæ linguæ, vt antea fuerat.*

b Vita S. Bern. aut apud Sur 20. die maij.

Die igitur iunij tertia conuenere Græci omnes in ædes patriarchæ, qui implicitus morbo ſignificauit Imperatori, optare ſe concordiam & cum Romana eccleſia coniungi velle. Rogatis ſingulorum ſententijs cuncti, excepto Marco Epheſino, vna & mente & voce conſenſere, Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, quemadmodum Gennadius c in commentario aduerſus Marci Epheſini impoſtoris litteras accurate enarrat: *Synodus*, inquit, *facta fuit ſecreto & intra domeſticos lares, congregatis videlicet orientalibus tantum, & noſtris præſidentibus*, & infra: *in qua ſynodo orationem habuit Imperator coram omnibus vobis, arguens videlicet vos, quod negligenter vos habetis & pigre circa diuinum vnionis opus in aliena regione tempus terentes inquiens: Domini pontifices*,

Græci profeſſi Spiritū S. ex Patre & Filioque procedere.

c Act. conc Flor. pag. 5.

quid fecimus in Italia tanto tempore, & nunc etiam non ſumus videre finem huius rei? Videte, quæſo, vos & animaduertite ne decipiamur, & tantum bonum omittamus. Ego quidem Imperator cum ſim Dei gratia, qui me vnxit Imperatorem, non debeo Deo rationem reddere, ſicut & vos; munus enim Imperatoris eſt concilij decreta protegere. Vos eſtis paſtores Eccleſiæ, ad vos Chriſtiani omnes reſpiciunt tanquam duces animorum ſuorum, vos debetis Deo rationem reddere pro illorum animabus. Quapropter videte, recte conſiderate quod iuſtum eſt & Deo placitum. Hic ſuntuna rationes magnæ & periculoſæ, vnionis & diuiſionis: imminet quidem periculum, ſi vnio cum ſit bona & orthodoxa, & nos errore aliquo ducti illam non recipiamus, imminet etiam periculum diuiſionis, ſi nos non diuidamur iuſte & rite. Conſiderate itaque, quod melius eſt & vtilius, dicite ſententiam, quæ animas veſtras non lædant; vnio enim eccleſiarum ſancta eſt, dummodo cum pietate ſequatur, diuiſio vero contra horrenda eſt & deteſtanda. Quapropter niſi vniamur pie, animas noſtras lædimus, ſi vero diuidamur iniuſte, idem iterum patiemur. Video igitur, quid ſit agendum; noſtis enim quantum malum ſchiſma eccleſiis attulit, ex quo enim factum eſt ſchiſma vſque ad noſtra tempora Græci Latinos inſtar canum habent, & Latini ſimiliter Græcos. Puto igitur, quod quicumque, vt placeat hominibus, ſanctam Eccleſiæ vnionem retardabit, peiorem locum ille, quam Iudas, eſt habiturus. Sed vos, o patres venerandi, quod iuſtum eſt conſiderate, Dei timorem præ oculis habentes. Nolite propter breuem gloriam vel vnius partis vel alterius animas veſtras lædere, & ſanguinem reliquorum Chriſtianorum, qui in vos reſpiciunt, tanquam paſtores & duces ſuos.

Ioannis Palæol. Imp. oratio ad Græcos.

Denunciat Iudæ ſortem impedientibus Eccleſiæ concordiam.

5 *Hæc cum audiſſent pontifices, vno voce dixerunt omnes: Quicumque retardauerit piam Chriſtianorum vnionem ſit illi Anathema. Et ita tulerunt ſententias ipſorum ſinguli, alius quidem ſic, alius vero ſic ore locuti, incipientes a ſacro patriarcha. Quapropter vnus ex ſynodo ſanctitate & virtute exornatus & præditus inquit: Iuſtum eſt concordare auctoritates noſtrorum ſanctorum; ſunt enim concordes, & vnus & idem Spiritus locutus eſt in illis, nec vlla eſt diſſenſio, & nos vniemur Romanorum eccleſiæ. Tu vero tunc temporis reſpondiſti inquiens, quod Latini non ſolum ſunt ſchiſmatici, verum etiam hæretici, quapropter neque conuenit vllo pacto illis coniungi, niſi e ſymbolo expungant additionem illam, & confiteantur ſymbolum, quod nos habemus. Hæc cum audiſſet archiepiſcopus Nicænus,* is erat Beſſarion, in ſacrum poſtea Cardinalium collegium cooptatus, *ſibi reſpondit. Qui igitur dicunt Spiritum ſanctum a Filio etiam procedere hæretici ſunt? & quamprimum tu reſpondiſti, Maxime. At ille. Propitius eſto mihi Deus. Et ſancti, qui hoc dicunt hæretici etiam ſunt? Muto ſiant labia, quæ loquuntur aduerſus ſanctos; & ita attulit auctoritates orientalium ſanctorum doctorum, & legit eas vniuerſæ ſynodo, quas tu nec vidiſti vnquam nec legiſti præter ſcripta Cabaſilæ & Palamæ. Patres vero cum vidiſſent auctoritates tantorum orientalium & eas legiſſent, nec non occidentalium ſanctorum, & illas inter ſe concordes inueniſſent, omnes veritati crediderunt iam manifeſtatæ; non enim iuſtum eſt, cum oſtenditur lumen, oculos claudere, & ita ſententias tulerunt ſanctorum auctoritatibus conſentientes & Filium conceſſerunt eſſe ſecundum Græcos quidem cauſam, ſecundum Latinos vero principium proceſſionis Spiritus ſancti æque ac Patrem.* Accerſitis igitur poſtea patribus Latinis concepta eſt hæc formula fidei.

Marcl Epheſius blaſphemus in Latinos.

Conſtituta auctoritate patrum concordia.

Quoniam in hoc ſacro œcumenico concilio omnipotentis Dei gratia nos Latini Græcique conuenimus pro ſancta vnione inter nos aſſumenda, & ſtudioſe in vnum curauimus, vt articulus iſte de proceſſione Spiritus ſancti magna cum diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur, prolatis vero teſtimonijs de diuinis ſcripturis plurimiſque auctoritatibus ſanctorum doctorum orientalium & occidentalium, aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibuſdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum ſanctum, & eandem intelligentiam aſpicientibus, omnibus ſub vocabulis varijs, nos Græci affirmauimus hoc, quod dicimus Spiritum ſanctum ex Patre procedere non hac mente dicere, vt excludamus Filium, ſed quoniam opinati ſumus Latinos dicere Spiritum ſanctum ex Patre & Filio tanquam a duobus principijs & duabus ſpirationibus, abſtinuimus a dicendo, quod Spiritus ſanctus procedat ex Patre & Filio: Nos autem Latini aſſerimus, quod id, quod dicimus Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, non hac mente dicimus, vt excludamus Patrem, vt non ſit principium totius deitatis, Filij ſcilicet & Spiritus ſancti; aut quod id, quod Spiritus ſanctus procedit a Filio, Filius a Patre non habeat, ſiue quod duo aſſeramus eſſe principia, ſiue duas ſpirationes; ſed quod vnum tantum aſſerimus eſſe principium, vnicamque ſpirationem Spiritus ſancti prout hactenus aſſeruimus.

Conteſtati dixiſſe procedere ex Patre non excludendo Filium.

Latini non eſſe duo principia, ſed vnicam ſpirationé.

In nomine igitur S. Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti, in hac demum ſancta ac Deo chara vnione eodem ſenſu, eadem anima eademque mente nos Latini & Græci conſentimus & concordamus, vt ab omnibus Chriſtianis hæc fidei veritas credatur & ſuſcipiatur, & ita profitemur, quod Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, & ex vtroque æternaliter tanquam ab vno principio & vnica ſpiratione procedit, declarantes, quod id, quod ſacri doctores & patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc ſignificetur Filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidem cauſam, ſecundum Latinos vero principium ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti, ſicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris ſunt, Pater ipſe vnigenito Filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe Patrem, hoc ipſum, quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus eſt.

Vt intelligendum ſit Spiritũ S. procedere ex Patre per Filium.

Pater dedit omnia Filio præter eſſe Patrem.

6 Ingenti affectos lætitia vniuerſos audita illa Græcorum pia profeſſione, ac miraculo remaſcriptam tradit Andreas Sanctacrux, additque Ioſephum patriarcham flagitaſſe, vt ſeſſio celebraretur, in qua orientalis occidentaliſque eccleſiæ conſenſio ſolemni decreto ſanciretur; ſed rem extractam, quo prius Græci in alijs etiam controuerſis articulis fidem orthodoxam profiterentur; confectum vero ſenio patriarcham mortem obijſſe: *Hac*, inquit, *difficultate ſtante x. Iunij poſt ſolis occaſum dolor maximus patriarcham inuaſit, quo demum ea nocte deceſſit, ſed ante obitum cedula præmiſſæ proceſſionis Spiritus ſancti propria manu ſubſcripſit, ac regulæ ſanctæ matris Eccleſiæ ſe humiliter ſubmittens interijt.* Extat in actis Græcolatinis extrema patriarchæ ſententia, quam indicat Andreas Sanctacrux his præfixa verbis: *Ioſeph miſeratione diuina archiepiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romæ & œcumenicus patriarcha.* Non ex arrogantia, ſed ex ſimplici conſuetudine titulum hunc inanem ab anteceſſoribus perperam vſurpatum edixiſſe videtur Ioſeph, quem tolerauit prudenter Eugenius, ne Græci inde offenſionis publicæ occaſionem ſibi dari putarent. Simili ratione ſæpe Romani Pontifices paſſi ſunt patriarchas Armeniorum & Georgianorum catholicos ſe appellaſſe, cuius vocis eadem atque œcumenici ſignificatio eſt, ſed abuſiue ab ijs ſumpta, ſcilicet ſicut pro orbis parte orbis accipi ſolet, &

Ioſephi patriarchæ obitus.

Prius ſubſcripſit decreto concordiæ.

Patriarcha Conſtantinop. dictus œcumenicus per abuſum.

Ita Armenij & Georgiani patriarchæ dicti catholici.

Reges

Reges orbis imaginem præferunt manibus, quamuis exigua orbis parte potiantur. Cæterum id pietatis monumentum, a patriarcha editum, cum eius finis adeſſet vitæ, huiuſmodi eſt: *Quoniam ad finem vitæ meæ perueni, ſoluturus iam commune debitum, Dei gratia ſcribo & ſubſcribo ſententiam meam aperte vniuerſitati meorum filiorum. Omnia igitur, quæ ſentit, & quæ dogmatizat catholica & apoſtolica eccleſia domini noſtri Ieſu Chriſti ſenioris Romæ, ipſe quoque ſentio, & iis me acquieſcentem do & dico. Profiteor quoque beatiſſimum patrem patrum & maximum Pontificem & vicarium domini noſtri Ieſu Chriſti antiquæ Romæ Papam ad certam omnium fidem, nec non purgatorium animarum: in horum quippe fidem ſcriptum eſt die menſis iunii nono milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono indictione ſecunda.*

Ioſeph patriarcha profeſſio ſe ſentire cũ Romana eccleſia.

Et credere eſſe purgatorium.

Ob præclarum hoc morientis patriarchæ teſtimonium addit Andreas Sanctacrux: *Tot tantaque viſa ſunt totalis reductionis ſigna, quod ſummus Pontifex e ſacro Latinorum approbante cœtu, ad Eccleſiæ communionem admiſſum conſerſerit, magnoque cum prælatorum comitatu, aſſiſtentibus ſingulis reuerendiſſimis Cardinalibus, Græcis eorum more ſacris indutis veſtibus funeralibus decantantibus, in eccleſia S. Mariæ Nouellæ, vbi palatium apoſtolicum eſt, ſepultura conditus eſt.*

Perſolutis ita iuſtis patriarchæ funebribus, actum eſt cum Græcis, vt expenſis diuinis oraculis, ac ſanctorum patrum teſtimoniis in reliquis ſimiliter de fide controuerſiis, Latinorum ſententiæ accederent, profiterentur ſcilicet Romanam eccleſiam de proceſſione Spiritus ſancti non tantum pie ſentire, verum conuenientiſſime dictionem, *Filioque*, ſymbolo appoſuiſſe, Romanum Pontificem in vniuerſa Dei eccleſia primatum tenere verumque eſſe Petri ſucceſſorem, animas purgatorio igne reliquas criminum maculas expiare, Euchariſtiam denique in azymo vel fermentato confici poſſe. De quibus inſtitutis theologicis concertationibus Græci Romanæ eccleſiæ fidem amplexi ſunt totidem decretis editis. Et ſane in Euchariſtiæ controuerſia, quæ erat multiplex, Beſſarionem Nicænum archiepiſcopum ita Pontifici reſpondiſſe, refert Andreas Sanctacrux a: *Notiſſimum eſt, ſancte pater, beatitudini veſtræ & aliis reuerendiſſimis dominis in diſcuſſione & inquiſitione differentiarum habitarum, nos vſos auctoritatibus ſanctæ Scripturæ, & ſanctorum patrum Eccleſiæ; nam cognoſcentes nos & animaduertentes fragilitatem humanam, potius voluimus credere auctoritati ſanctorum patrum, quam rationibus humanis, ea regula, qua in aliis vſi ſumus, & in hac haſitatione vtimur. Nos audiuimus, verba dominica eſſe, quæ mutant & tranſubſtantiant panem illum in corpus Chriſti & vinum in ſanguinem, & quod diuina verba illa Saluatoris omnem virtutem tranſubſtantiationis habent, de neceſſitate ipſum doctorem & eandem ſuam ſententiam ſequimur. Præterea, pater beatiſſime, nec nos ignoramus quatuor requiri in conſecratione pretioſiſſimi & venerabilis Sacramenti. Primo materiam, quæ debet eſſe panis triticeus aut fermentatus aut azymus, quia in vtroque conficitur veraciter. Item quod miniſter ſit ſacerdos, qui habeat ſacerdotium ab Eccleſia ſecundum canones. Item tertio formam, quæ eſt verba Saluatoris ſecundum ſententiam S. Ioannis præfati. Quarto, beatiſſime pater, intentio ſacerdotis, vt habeat intentionem conſecrandi panem ſibi propoſitum & vinum. Hæc breuiter, pater beatiſſime, de hac quæſtione & ſufficienter ad certificationem ſanctitatis veſtræ & aliorum patrum diximus, & quod ſemper, pater*

De aliis controuerſiis inter Latinos & Græcos diſceptatum.

a Act. conc. Flor. p. 2. collat. 22.

Profeſſi Græci tranſubſtantiari panem in corpus Chriſti.

Confici verũ ſacramentum in fermentato, vel in azymo.

Quæ neceſſaria in miniſtro.

ſancte, fuerimus & ſimus & futuri ſimus in hac ſententia ſanctitatem veſtram certiſſimam reddimus.

7 Ea Beſſarionis oratione gratius nihil ad aures Chriſti vicarii accidere potuit, conuentumque eſt, vt die ſexta iulii in ſeſſione publica decretum initi orientalem inter & occidentalem eccleſias ſacri fœderis perlegeretur. In qua Græci ſolita in ſalutando Pontifice a Latinis exhiberi officia præſtitere, vt Andreas Sanctacrux oculatus teſtis enarrat: *Vltra nouitatem*, inquit, *honorum capitulorum fidei profeſſionem in decreto contentorum, nil noui conſpexi, niſi quod, poſtquam alii Latini patres ad ſummum Pontificem accedunt eidem oſculando fimbrias reuerentiam exhibendo, id pariter & Græci fecere, ac hymnum: Veni creator Spiritus, in Græco ſuauiſſimo concentu cantu, ac miſſam cunctaſque eccleſiæ Latinæ cærimonias religioſiſſime ac reuerenter perceperunt, adorauerunt que Miſſa, Romanæ eccleſiæ more ſummo Pontifice celebrante, finita ac demum ſolitis orationibus ac cærimoniis, quæ fieri aſſolent, in ſeſſionibus publicis, ad altare ſummi Pontificis ſede poſita, prout moris eſt, ac cunctis præſentibus Imperatore Græcorum cæteriſque Græcorum patribus, reuerendiſſimus dominus Cardinalis S. Sabinæ in Latino primo, deinde Nicænus archiepiſcopus in Græco decretum legere, cuius decreti verba hæc fuere.*

Græci honorem more Latino Pontifici detulere.

Ad futuram rei memoriam.

Conſentiente ad infraſcripta chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ioanne Palæologo Romæorum Imperatore illuſtri, & locum tenentibus venerabilium fratrum noſtrorum patriarcharum & cæteris orientalem eccleſiam repræſentantibus. Lætentur cœli & exultet terra, ſublatus eſt enim de medio paries, qui occidentalem orientalemque diuidebat eccleſiam & pax atque concordia rediit illo angulari lapide Chriſto, qui fecit vtraque vnum vinculo fortiſſimo charitatis & pacis vtrumque iungente parietem & perpetuæ vnitatis fœdere copulante ac continente poſtque longam mœroris nebulam & diſſidii diuturni atram ingentemque caliginem ſerenum omnibus vnionis optatæ iubar illuxit, gaudeat & mater eccleſia, quæ filios ſuos hactenus inuicem diſſidentes iam videt in vnitatem pacemque rediiſſe, & quæ antea in eorum ſeparatione amariſſime flebat ex ipſorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat, cuncti gratulentur fideles vbique per orbem, & qui Chriſtiano cenſentur nomine matri catholicæ eccleſiæ collætentur: ecce enim occidentales orientaleſque patres poſt longiſſimum diſſenſionis atque diſcordiæ tempus ſe maris & terræ periculis exponentes omnibuſque ſuperatis laboribus ad hoc ſacrum œcumenicum concilium deſiderio ſacratiſſimæ vnionis & antiquæ charitatis reintegrandæ gratia læti alacreſque conuenerunt & intentione ſua nequaquam fruſtrati ſunt; poſt longam enim laborioſamque indaginem tandem Spiritus ſanctus clementia ipſam optatiſſimam ſanctiſſimamque vnionem conſecuti ſunt: quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficiis gratias referre ſufficiat? quis tantæ diuinæ miſerationis diuitias nõ obſtupeſcat, cuius vel ferreum pectus tanta ſupernæ pietatis magnitudo non molliat? ſunt iſta prorſus diuina opera non humanæ fragilitatis inuenta, atque adeo eximia cum veneratione ſuſcipienda & diuinis laudibus proſequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Chriſte fons miſericordiarum, qui tantum boni ſponſæ tuæ catholicæ eccleſiæ contuliſti atque in generatione noſtra tuæ pietatis miracula de-

a Ext. in act. Græcolat. pag. 315. & apud Andr. e Sancta. cr. p. 2. collat. 22. & apud Blond. dec. 3. l. 10. & in mon. Vall. ſign. lit. B n. 12 pag. 287. & in alio ſig. lit. F. nu. 27. pag. 41.

Decretum continet vnionem Latinæ & Græcæ eccleſiæ.

Quantis laboribus quæſita ſit illa ſed. [illegible]

Digitized by Google

monſtraſti, vt enarrent omnes mirabilia tua. Magnum diuinumque munus nobis Deus largitus eſt, oculis videmus, quod ante nos multi cum valde cupierint, aſpicere nequiuerunt; conuenientes enim Latini & Græci in hac ſacroſancta œcumenica ſynodo magno ſtudio inuicem vſi ſunt, vt inter alia etiam articulus ille de diuina Spiritus ſancti proceſſione ſumma cum diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur, prolatis vero teſtimonijs ex diuinis ſcripturis plurimiſque auctoritatibus ſanctorum doctorum orientalium & occidentalium, aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibuſdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum ſanctum, & ad eandem intelligentiam aſpicientibus omnibus ſub diuerſis vocabulis; Græci quidem aſſeruerunt, quod id, quod dicunt Spiritum ſanctum ex Patre procedere non hac mente proferunt, vt excludant Filium, ſed quia eis videbatur, vt aiunt, Latinos aſſerere Spiritum ſanctum ex Patre & Filio procedere tanquam ex duobus principijs, & duabus aſpirationibus, ideo abſtinuerunt a dicendo, quod Spiritus ſanctus procedat ex Patre & Filio. Latini vero aſſeruerunt non ſe hac mente dicere Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, vt excludant Patrem, quin ſit fons & principium totius Deitatis, Filij ſcilicet & Spiritus ſancti: aut id, quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, ſiue quod duo ponant eſſe principia, ſeu duas ſpirationes, ſed vnum tantum aſſerant eſſe principium vnicamque ſpirationem Spiritus ſancti, prout hactenus aſſeruerunt, & cum ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis ſenſus, tandem in infraſcriptam ſanctam & Deo amabilem eodem ſenſu eademque mente vnionem vnanimiter concordarunt & conſenſerunt.

In nomine igitur ſanctæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti hoc ſacro approbante vniuerſali Florentino concilio, definimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicque omnes profiteantur, quod Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex Patre ſimul & Filio, & ex vtroque æternaliter tanquam ab vno principio & vnica ſpiratione procedit, declarantes, quod id, quod ſancti doctores & patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc ſignificetur, Filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidem cauſam ſecundum, Latinos vero principium ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti ſicut & Patrem, & quoniam omnia, quæ Patris ſunt, Pater ipſe vnigenito Filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe Patrem, hoc ipſum, quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus eſt.

De Spiritu ſ. proceſſione.

8 Definimus inſuper explicationem verborum illorum, *Filioque*, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceſſitate, licite & rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitam. Item in azymo ſiue fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici, ſacerdoteſque in altero ipſum Domini corpus conficere debere, vnumquemque ſcilicet iuxta ſuæ eccleſiæ ſiue occidentalis ſiue orientalis, conſuetudinem. Item ſi vere pœnitentes in Dei charitate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animas pœnis purgatorijs poſt mortem purgari, & vt a pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, ac alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt ſecundum Eccleſiæ inſtituta, illorumque animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam in ſuis corporibus vel eiſdem exutæ eluerunt intueri clare ipſum Deum trinum & vnum ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate, alium alio perfectius; illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel ſolo originali decedunt, in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

Definitum vocem, Filioque adiectam licite ſymbolo.

Corpus Chriſti in azymo ſiue in fermentato confici.

De purgatorio igne.

Diſpar pœna originalis & mortalis peccati.

Item definimus ſanctam Apoſtolicam ſedem & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B. Petri principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput & omnium Chriſtianorum patrem & doctorem exiſtere, & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam a domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum conciliorum, & in ſacris canonibus continetur. Renouantes inſuper ordinem traditum in canonibus cæterorum venerabilium patriarcharum, vt patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt ſanctiſſimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus vero Antiochenus, & quintus Ieroſolymitanus, ſaluis videlicet priuilegijs omnibus & iuribus eorum. *Dat. Florentiæ in ſeſſione publica ſynodali in eccleſia maiori ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIX. *pridie non. iuly pontificatus noſtri anno IX.* Adiectæ ſunt Pontificis, Cardinalium, ac præſulum Latinorum & Græcorum ſubſcriptiones.

De primatu Pontificis.

Diſtinctus patriarcharum ordo.

9 Perlecto ſacro de facta conſenſione decreto, Græci Pontificis genu dexteramque pie deoſculati ſunt. Quæſiuit poſtea Eugenius [a] nonnulla de ritibus Græcorum, & inter ea cur matrimonia dirimerent, nec mortuo iam Ioſepho nouum patriarcham latis ſuffragijs deſignarent, quem ipſe & confirmaturus donaturuſque liberali commeatu exauctorato Latino foret: at ij coniugia non niſi iuſtas ob cauſas ſe ſoluere affirmarunt, contenderuntque a veteri inſtituto nolle diſcedere, vt patriarcha non alibi, quam Conſtantinopoli deligeretur. Quæſtus etiam eſt de Marco Epheſino, qui ſe a ſynodo ſegregarat, cum tamen in ſapientię laude cæteris omnibus non eſſet anteferendus, quippe qui ad obiecta a Ioanne religioſo viro obmutuiſſet. His perfectis Imperator Florentia ornauit diſceſſum, quem ita Iudatus Andreas [b] deſcribit: *Die XXVI. auguſti ſolemniter per totum ſacrum Cardinalium collegium ſociati Imperator Græcique ex Florentia ad patriam redeuntes exiuerunt, aſſociantibus eundem demum per territorium Florentinum Cardinalibus tribus, ac multis alijs, hiſque ſanctiſſimæ vnioni optatus finis impoſitus eſt.* Ad quam confirmandam Græcoſque iuuandos has ad cunctos Chriſti fideles literas dedit [c].

Græci Pontificis genu dexteramque deoſculati.

a Act. Græcol. ex edi. Bin. to. 4. p. 1. pag. 609.

Quæritur Eugenius Marcum Epheſinum ſe a cæteris ſegregaſſe.

Græcorum Florentia diſceſſus.

b In actis conc. Flor. p. 2. coll. 22.

Vniuerſis & ſingulis, ad quos præſentes literæ peruenerint, ſalutem.

c Lib. 15. pag. 210.

Exultare in Domino plurimum conuenit, dilecti filij, illique hoſtiam offerre iubilationis & laudis, qui antiquæ ſuæ miſerationis memor profectus ſanctæ Romanæ eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis fecundioribus ſemper incrementis accumulat. Reſpicientes dudum ad orientales populos, ſi forte, ipſo Deo miſerante, illuceſceret dies, quo ipſos ad ipſam Apoſtolicam ſedem & Romanam eccleſiam redire videremus, ex longinquo acceſſimus

De Græcis ad obſequium Eccleſiæ reuerſis literæ.

in

Digitized by Google

in ea re ad cor altum, & ipſum ſanctum negotium promouere cœpimus, in Conſtantia primum in minoribus conſtituti; deinde ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti diligenter proſequentes, nullos labores recuſauimus, nullis expenſis pepercimus, etiam vſque ad extremam exinanitionem, denique inter afflictiones & anguſtias multas inuictam ſemper tenuimus patientiam, ne tantum bonum deſeri pateremur; ſciebamus enim rem iſtam per alium explicari non poſſe, cum ipſi populi orientalis eccleſiæ per ſuos oratores palam mundo loquerentur, non alibi quam apud Apoſtolicam ſedem & intra Italiam velle conuenire. In hoc itaq; ſanctiſſimo opere indeſeſſe laborantibus dignatus eſt miſericors Deus aſſiſtere, nam qui per tanta marium terrarumque ſpatia a nobis diuidebantur, poſt labores, incommoda, & pericula multa, hos ad ipſam Apoſtolicam ſedem & Romanam eccleſiam peruenire conceſſit.

In primis chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Palæologum Romæorum Imperatorem illuſtrem & bonæ memoriæ Ioſeph Conſtantinopolitanum patriarcham, cum metropolitanorum epiſcoporum, ac prælatorum & clericorum, nec non nobilium & aliorum multitudine copioſa, aliarum quoque trium patriarchalium ſedium, Antiochenæ ſcilicet & Alexandrinæ ac Ieroſolytanæ eccleſiarum procuratores, Hiberorum etiam & diuerſarum gentium oratores ad nos pari modo

De Armenia, Syria & Iberia. perduxit: cum quibus poſtmodum tum per diſputationes publicas & priuatas, tum per varios tractatus quindecim ferme menſibus congredi tribuit: in quo ſuppoſitorum huius ſacri œcumenici concilij, præſertim venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, nonnullorumque prælatorum, magiſtrorum, & doctorum probata pietas in hoc maxime comprobata eſt, dum nobis ſemper aſtiterint, ac indefeſſe laborauerint cum omni charitate, iungendoque ſæpenumero dies & noctes, nullum vnquam pietatis prætermiſerunt officium. Propterea exaudiuit Dominus & attendit voci orationis noſtræ: apparuit enim gloria eius ſuper populum ſuum, factumque eſt, ipſo diſponente; vt qui ferme quingentis annis ab ipſa Apoſtolica ſede & Romana eccleſia diuiſi fuerant, nunc in vnam veritatis profeſſionem pure conueniant, Spiritum ſanctum a Patre

Diremptam controuerſia de Spiritu S. & Filio procedere conteſtantes, recognoſcenteſque ſupremam auctoritatem apoſtolici throni Romani Pontificis, cui vt domino noſtro Ieſu Chriſto capita ſubmiſerunt, & plura alia pro fide & vnitate facientes, veluti in decreto ſuper hoc confecto & in ſolemni ſeſſione promulgato plenius continetur. Quid hac Dei largitate præſtantius? Quid hoc diuino opere mirabilius? non enim veluti Hebræorum populum ad terram repromiſſionis gentem vnam vidimus euocari, ſed multarum gentium populos nationes & linguas ad vnam diuinæ veritatis aſſertionem meritumque concurrere; quodque amplius eſt, exinde latum aperiri campum, per quem intra infidelium populos hic ſonus introeat, fiantque magna & mirabilia Dei opera in ſalutem eorum, ac noſtrorum fidelium perpetuam pacem, prout diebus noſtris, Domino concedente, videre ſperamus.

Vniuerſi ad referendũ Deo gloriã excitati. Lætentur igitur cœli & exultet terra, conſurgat ad hoc Chriſtianus populus, præſertim principes terræ induantur fortitudine ſua, quo tantorum bonorum participes eſſe mereantur, induatur veſtimentis gloriæ plebs fidelis, quoniam ſi Deum pro ſuis in nos beneficijs laudare iubemur, in ijs maxime excolere conuenit, honorare, canticis vocis prædicare, ac myſticis adorare muneribus, & omnium ſanctorum operum ſtudio præuenire. Nos autem, qui tam incomparabile opus, ipſo Deo diſponente, ſuſcepimus & in eius miſeratione ac fidelium ſuffragijs plene confiſi magnas atque intolerabiles hucuſque expenſas ſubiuimus, maioreſque ad huiuſmodi ſanctiſſimi operis felicem

effectum, pro reducendis ibi, quæ hic concluſimus, arcendiſq; infidelibus a moleſtijs populi Chriſtiani & alijs faciendis, quas ſupra præmiſimus neceſſario ſubire oporteat, lubenti ac libero animo Chriſtifideles ad hoc cœleſte meritum inuitamus, quos etiam, vt feruentiores reddantur magnis ſpiritualium donorum ac Dei benedictionum muneribus præuenire decreuimus, &c. [Proponit indulgentiarum præmia, qui pecuniam in ſacrum illud opus conuertendam contulerint.] *Dat. Florentiæ anno MCCCCXXXIX. id. auguſti anno IX.* — Et ferendã opem orientalibus contra Turcas.

10 Præceperat antea XI. kal. aprilis Eugenius [a] Quintino deſignato epiſcopo Atrebatenſi, vt pecunias, quæ ex indulgentijs in ditione ducis Burgundiæ contractæ fuerant ad Græcos ſuſtentandos tranſmitteret. Reſpondiſſe Chriſti fideles Pontificis votis, atque opes pro amplificanda diuina gloria contuliſſe, ex Blondo colligitur, dum is tradit [b] mirum fuiſſe quantos Eugenius pro Græcis ſumptus fecerit. Qui etiam ad tuendum Palæologum Imperatorem contra Turcas eſt pollicitus [c] certum triremium numerum ſubſidio ei ſe miſſurum, atque tum etiam terreſtribus copijs ipſum adiuturum, acturumque cum Alberto Romanorum Rege, vt exercitum in expeditionem aduerſos Turcas educeret.

a Lib. 11. pag. 308.

b Blond. dec. 3. lib. 10

c Lib. 11. pag. 358.

Subſidia Græcis in Turcas ſuppeditat Eugenius.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Palæologo Romæorum Imperatori illuſtri ſalutem, &c.

Cum pro ineffabili miſericordia ſaluatoris noſtri domini Ieſu Chriſti his diebus factum ſit, vt nonnullæ differentiæ, quæ quingentis ferme annis inter occidentalem orientalemque eccleſias viguerunt, ſublatæ ſint, & vnio inter ipſas eccleſias feliciter fuerit confirmata, prout in decreto ſuper inde confecto & in publica ſeſſione pridem ſolemniter publicato plene continetur, ipſamque ſanctam vnionem & omnia in dicto decreto contenta tu pro zelo domus Dei, & catholicæ fidei pridie feruenti deuotione in noſtra & venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, multorumque prælatorum præſentia exequi, & ad effectum pro viribus deducere in partibus orientalibus pollicitus fueris, nos, qui non ſolum ipſa effectui demandari tota mente peroptamus, ſed etiam ea perpetua ſtabilitate firmari, ac etiam dilatari, quo crucis dominicæ inimicis a Chriſti fidelium finibus eliminatis, in pacis quiete, ac ſecura libertate ipſi Chriſti fideles debitum poſſint Domino reddere famulatum, cognoſcenteſque eundem tuæ ſerenitati pietatis ineſſe affectum, tenore præſentium de conſilio & aſſenſu ipſorum Cardinalium tuæ ſerenitati pollicemur, quod per totum menſem martij proxime ſecuturum verſus Conſtantinopolim mittemus decem galeas armatas, quæ pro hac re ſpatio vnius anni, vel ſi vtilius videretur, viginti inter galeas & naues, quæ ſpatio ſex menſium in locis illarum partium, vbi magis opportunum videbitur, permanebunt.

Sublatum ſchiſma, quod per annos ferme quingentos tenuerat.

Promiſſa a Pont. Imperatori claſſis.

Et vt non ſolum mari ſed etiam terra Turchi opprimi poſſint, te in aliquo adiuuabimus pecuniario ſubſidio, vt tua potentia & noſtra ſubuentione eo facilius contra ipſos Turchos terreſtrem poſſis illo tempore exercitum ducere. Sollicitabimus

Et terreſtris exercitus in Turcas.

Digitized by Google

mus quoque omni cum inſtantia chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Albertum Romanorum ac Hungariæ & Bohemiæ Regem, vt eo tempore ex partibus Hungariæ contra eoſdem Turchos potentem conducat exercitum, idemque vt fiat per Albaneſes & alios illarum partium Chriſtianos, diligenter curabimus. Dabimus etiam operam nobis poſſibilem, vt pro feliciori huius rei executione ipſe Rex Romanorum huic expeditioni perſonaliter interſit. Quod ſi forte ex aliqua cauſa in prædicto menſe martij ipſa maritima atque terreſtris expeditio contra infideles fieri non poſſet, nihilominus tempore opportuno & rebus exigentibus ea omnia, quemadmodum prædictum eſt, nos exequemur.

Et ſi forte ex aliqua cauſa terreſtris exercitus fieri non poſſet, nihilominus omittente neceſſitate, & te hoc requirente, prædictas galeas armari & ad partes Conſtantinopolitanas mitti faciemus. Soluemus etiam trecentis balliſtarijs pro tuitione ciuitatis Conſtantinopolitanæ a die, quo applicueris Conſtantinopolim, vſquequo fiat prædicta naualis expeditio, menſuatimque ordinabimus, pro vno anno pecunias apud Conſtantinopolim, vt pro ſtipendio ipſis balliſtarijs debito valeat ſatisfieri. Item ſi dicta galearum expeditio dicto menſe martij non fieret, ex tunc vſquequo fiat, ordinabimus, vt dictæ galeæ armatæ apud dictam vrbem Conſtantinopolim pro ipſius tuitione neceſſaria a menſe aprilis vſque ad menſem ſeptembris permaneant, quodque, ſi facta executione prædicta generalis expeditionis contingat (quod abſit) res proſpere non ſuccedere, & neceſſitas pro tuitione ipſius Conſtantinopolitanæ vrbis immineat, ſolui faciemus prædictis trecentis balliſtarijs & duabus galeis, vt proxime dictum eſt. Hanc autem noſtram promiſſionem, etiam ſi interim nos ad ſe Deus vocauerit, in omnibus prædictis capitulis robur & firmitatem habere & ipſam ſanctam Romanam eccleſiam ad eorum executionem, quæ commune totius Chriſtianitatis bonum concernunt obligatam eſſe volumus. *Dat. Florentiæ* 1x. *kal. octobris anno* 1x.

Supp[r]etia pro defendenda Conſtantinopoli.

11 Vt dicta facta ornaret, paucis poſt diebus Coſmo & Laurentio Medicæis argentarijs Romanæ curiæ iniunxit a, vt duodecim aureorum millia præſidiario militi Conſtantinopolitano perſoluenda curarent: Miſit etiam ſuos ad Albertum Regem legatos, qui ad parandum ſacrum bellum incumberent. Vt vero orientis populos ad ea excipienda & pie colenda, quæ in ſynodo Florentina ſancita fuerant adduceret Dei vicarius, plures legatos in varijs prouincijs creauit, interque alios Fantinum Cretenſem archiepiſcopum legati de latere auctoritate exornauit b.

a Ibid. pag. 308.

b Lib. 12. pag. 75.

Fantino archiepiſcopo Cretenſi ad ipſam Cretenſem inſulam & prouinciam, ac omnes eius ciuitates & diœceſes legato miſſo.

Cum omnipotens Deus, id quod etiam antequam ad pontificatus apicem eſſemus aſſumpti ardentiſſimo ſtudio optauimus, videlicet vt orientalis cum noſtra occidentali Eccleſiæ, ſublato de medio pernitioſo ſchiſmate felix vnio ſequeretur, diebus noſtris, ſua pietate donare dignatus ſit, prout hoc iam vniuerſis fere mortalibus innoteſcit, neque huic operi manum impoſuiſſe ſatis factum eſſe videatur, niſi ad proſequendum concluſæ huiuſmodi vnionis negotium perſonas idoneas pro ea re exequenda & firmanda ad diuerſas partes, vbi opus eſt, deſtinemus, cum nec etiam leges condere & iura ſufficiat, niſi ſint per quos illa debite ſeruari mandentur. Vt igitur ipſæ Cretæ inſulæ, ac prouinciæ partes & in ipſis conſiſtentes populi eo magis perfectam huiuſmodi vnionem complectantur, atque vt id Dei & Romanæ eccleſiæ reuerentia, obedientia, ac deuotione perſiſtant, quo ſpecialius per ſedem Apoſtolicam velut matrem viſitationis officio conſpexerint ſe foueri, ecce ad te poſt nitem quidem opere & ſermone, quem Deus omnipotens in magnis expertum & aſſidui ſingularis circumſpectionis induſtria & probitate, alijſque grandium virtutum titulis inſigniuit, in cuius aſſertionibus geritur, prout indubie tenemus, honorem Dei & Apoſtolicæ ſedis, atque ipſum vnionis bonum, quam latiſſime effundere atque promulgare, iuſtitiæ terminos colere, rebelles compeſcere atque errantes in viam reducere veritatis, noſtrum conuertimus deliberationis intuitum, teque ipſarum tuarum conſideratione virtutum tibi ab ipſo Deo abunde conceſſarum de fratrum noſtrorum conſilio in prædicta inſula, & prouincia Cretenſi, eiuſque ciuitatibus & diœceſibus huiuſmodi noſtrum legatum miſſum cum poteſtate legati de latere facimus, conſtituimus, & etiam deputamus, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIX. *quartodecimo kal. octobris pontificatus noſtri anno* 1x. Legauit a etiam in Ruſſiam aliaſque prouincias Iſidorum Kiouienſem archiepiſcopum, qui egregiam operam pro reuocandis in Romanæ eccleſiæ ſinum Græcis nauarat.

Fantinus Cretenſis archiep. creatur in Græcia legatus a latere.

Iſidorus Kiouienſis archiep. in Ruſſiam miſſus.

a Lib. 10. pag. 127. extat etiam inter Martini V. ep. pag. 13.

Venerabili fratri Iſidoro Kyeu, ac totius Ruſſiæ metropolitæ in Lituaniæ, Liuoniæ, & Ruſſiæ prouincijs, ac in ciuitatibus, diœceſibus, terris, & locis Lechiæ, quæ tibi iure metropolitico ſubeſſe noſcuntur Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem.

Cum iuxta deſiderium cordis noſtri, & diutinam operam per nos impenſam, per ineffabilem Dei miſericordiam & Spiritus ſancti gratiam, qui vbi vult ſpirat, Græcorum eccleſia nobiſcum vnita ſit, ita vt deinceps vnum ouile & vnicum eis paſtorem oues Chriſti fidelium recognoſcere habeant, nos cupientes, vt longinquæ & exteræ nationes huius vnitatis ſuauitatem ſentiant & odorem, & vt in ea, Deo auctore, ædificentur, atque in vera fide Chriſti in melius reformentur, & illa in eis fiant, per quæ exaltatio fidei orthodoxæ, animarum ſalus, pax & concordia populorum, ac diſciplina morum vberius ſequantur, & nomini Chriſti proueniat incrementum, te, cuius virtus & diligentia in hac ſancta vnione admodum cognouimus profuiſſe, & quem Dei benignitas præclaris virtutum dotibus illuſtrauit, ac vitæ integritate & morum, necnon magnitudine conſilij, rerum agendarum experientia, prudentia quoque, & ſacrarum literarum doctrina plurimum exornauit, in Lituaniæ, Liuoniæ, ac totius Ruſſiæ prouincijs nec non in ciuitatibus, diœceſibus, terris, & locis Lechiæ, quæ tibi iure metropolitico ſubeſſe noſcantur de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio pro ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ atque noſtro noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere cum plena poteſtate auctoritate apoſtolica facimus. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIX. XVI. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* 1x. Peſſime a Moſchis fuit acceptus Iſidorus coniectuſque in carcerem, atq; a congregato ſchiſmaticorum conciliabulo, intendebantur b illi ſupplicia, ſeu verius martyrij palma parabatur, niſi e carcere diuinæ prouidentiæ arcano conſilio fuiſſet emiſſus.

Iſidorus ſtudio pro reuocanda ad Eccleſiæ obſequium Ruſſia &c.

Data Iſidoro poteſtas in Lituania Liuonia & Ruſſia.

b Leo Ciſſa in libel. defenſ. vnionis Eccleſiar.

12 Coniungebat cum Iſidoro pios labores

Viſia-

Digitized by Google

Viſſario, ſiue Beſſario Nicænus archiepiſcopus, quem vt de re catholica benemerentem Eugenius annuo ſtipendio ſexcentorum aureorum, dum in Romana curia agebat; trecentorum vero, dum Conſtantinopoli verſabatur donauit a, amboſque cardinalitia pariter purpura exornatos, inferius viſuri ſumus. Affecit etiam pluribus priuilegijs Andreas archiepiſcopus Colocenſis b & Pembaninus Pneumeticos Lomiti abbas c ordinis S. Baſilij ob coniunctam impigre in iungendo ſacro fœdere operam.

Beſſarioni Nicæno archiepiſcopo & Iſidoro Ruteno cardinalitia purpura.
a Lib. 12. pag. 200.
b Lib. 23. pag. 92.
c Lib. 12. pag. 200.

Auxit eam de Græcis ab inueterato ſchiſmate reuocatis lætitiam Armeniorum ad gremium Eccleſiæ confluentium aduentus, qui cum in dies imminerer, Eugenius vniuerſis fidelibus concepta animo gaudia literis d encyclicis explicuit; tum etiam Reges ac principes, vt ſacra arma pro Græcis e Turcica ſeruitute vindicandis, & Mahumetica ſuperſtitione abolenda, expedirent, cohortatus e eſt.

Armenij ſe ſedunt ad Eugenium.
d Extant apud Card. Iuſt. conc. Flor. p. 3.
e Extant eius lit. p. 3. actor. conc. Flor pag. 333. & in cod. m. s. ex bibl. Heydelbergẽ in Vatic. inuento fol. 273.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ab ipſis noſtri apoſtolatus initijs omni ſtudio elaborauimus, vt vtriuſque eccleſiæ vnio feliciſſime ſequeretur, & poſt multas hinc inde miſſas legationes aduenerunt ad nos anno præterito adducti & hactenus ſuſtentati ſumptibus noſtris chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Palæologus Romæorum Imperator illuſtris & bonæ memoriæ venerabilis frater Ioſeph patriarcha Conſtantinopolitanus, & locatenentes Alexandrini, Antiocheni, & Ieroſolimitani patriarcharum, legatique Trapezuntij Imperatoris, Iberorum, Ruthenorum, & Valachorum cum metropolitis & clericis, ac nobilibus plurimis, & multitudine copioſa. Audi quippe huius ſacratiſſimæ vnionis laboribus plurimis, mariſque periculis ſeſe exponere nequaquam cunctati ſunt, ſacro œcumenico concilio, quod intra Italiam, & vbi nos commode intereſſe poſſemus fieri magna cum inſtantia poſtularunt, adeſſe cupientes, aduenerunt autem ad diſputandum, ſine contentionis tamen vitio, aut pertinaciæ ſtudio. Nos itaque diuini humanique iuris profeſſores omni ex parte congregare curauimus, qui cupientibus veritatem aperirent, Deoque largiente, poſtquam eis tam ex ſcripturis diuinis, quam ex ſanctis patribus Latinis, pariter & Græcis veritas per omnia eſt patefacta, libentiſſime conſenſerunt inuentæ veritati, Spiritumque ſanctum ex Patre ſimul & Filio procedere profeſſi ſunt, ſummamque Romanæ eccleſiæ & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ auctoritatem, quam improbe nimirum quidam opprimere nituntur, grate recognouerunt, atque in reliquis conſenſerunt, prout ex decreto inde confecto, quod his incluſum mittimus, tua celſitudo apertius cernet.

Ex Trapezuntij & Iberi.

Audemus ſane in Domino gloriari, atque confidentiſſime dicere id noſtra ætate patratum eſſe, quo nihil maius, nihilque dignius ab ipſo apoſtolicæ prædicationis tempore catholica vidit Eccleſia, neque vero hic erit finis diuinorum mirabilium, ſed diuinæ miſerationis latior campus aperitur, vt ſol ille iuſtitiæ, qui in oriente iam ortus eſt, ad ipſas quoque infidelium tenebras radios ſuæ lucis extendat, fiatque ſalus Domini vſque ad extremum terræ, omneſque vno ore & vno ſpiritu glorificent Deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Expectantur enim in dies cum noſtris nuntijs ad id miſſis, & iam fere præ foribus adeſſe nuntiantur Armeni, gens magna & & celebris, parati ſe per omnia Romanæ eccleſiæ & ſanctæ ſedi Apoſtolicæ ſubdere, eiuſque mandatis & doctrinis incunctanter obedire. Merito itaque, chariſſime fili; cum in re iam tam multa, in ſpe etiam plura teneamus, omnipotenti Deo hoſtiam obtulimus iubilationis & laudis, tibique iſta inſinuanda putamus, vt noſtrorum in Domino gaudiorum particeps factus diuinæ pietati nobiſcum gratias referas, hortamurque, vt Chriſtianæ deuotionis affectu per tuum regnum litanias, proceſſiones, orationeſque publicas fieri iubeas, partim referendo gratias pro acceptis a Deo muneribus, partim orando, vt complere dignetur Omnipotens ſuum opus & barbaras nationes in ſua feritate gloriantes ſub ſanctiſſimæ Chriſtianæ fidei iugum mittere.

Indicit ſolemnis ſupplicatio.

Et quoniam ſpes adeo læta ſeſe vndique aperit, pio monemus affectu, vt ad eripiendos ab infidelibus, a quibus indigniſſime opprimuntur, illarum partium Chriſtianos, nobiſcum animum intendas: iam enim, Deo inſpirante, claſſem terreſtreſque copias proximo vere parare intendimus, ſperantes quod qui cœpit in nobis opus bonum, ipſe perficiat, ac per huiuſmodi ſtudia noſtra a iugo miſerabilis ſeruitutis catholicum gregem propitius ac benignus eripiat. Confidimus autem tam negotium faciliime feliciſſimeque ſucceſſurum, per tuam maxime reliquorumque Chriſtianorum principum opem atque operam. Accingere itaque fili chariſſime, ardentique animo concurre ad hæc ſtudia pietatis, ex quibus & in hoc ſæculo gloriam conſequeris, & in futuro cum pijs fidelibuſque principibus, qui ab initio Deo placuerunt, conſcribi mereberis, nos enim te per alias noſtras literas & nuntios requiremus, non ambigentes nihil te a tuis maiorumque tuorum pietate & nobilitate degeneraturum. *Dat. Florentiæ non. iulij pontificatus noſtri anno IX.*

13 Acceſſiſſe Florentiam Armeniorum patriarchæ apocriſiarios paulo ante quam Imperator ex ea vrbe abiret, referunt acta Græcolatina a, eoſdemque ab Imperatore flagitaſſe, vt pro Armenijs in concordiam cum Romana eccleſia redigendis ſuam operam interponeret; afferunturque a Cardinale Iuſtiniano patriarchæ Vagarſabath literæ b, quibus nuntijs ampliſſimam poteſtatem contulit, quarum potiorem partem ſubijcit: *Ego*, inquit, *cum plenaria poteſtate dedi auctoritatem Sarchis Vertebet & Ioachim epiſcopo Pera, vt eant ad ſynodum & Spiritus ſanctus illuſtret eos & per virtutem Spiritus ſancti, & ſicut S. Silueſter & S. Gregorius fuerunt concordes, ita Deus concordet nos in pace & amore & vnione, & ſicut Conſtantinus Imperator & c Tertach Imperator noſter inter ſe habuerunt concordiam & facta, ita & vos etiam confirmate acta eorum ad vnitatem, & ad facta iſtorum Imperatorum nos inclinamus modo etiam quidquid Spiritus ſanctus illuſtrauerit ſanctam ſynodum, prompti ſumus ei obedire. Scripta XXV. menſis iulij anno Domini MCCCCXXXVIII.* Diſceptarunt d Armenij de ſuis controuerſijs, ac demum orthodoxæ veritatis luce colluſtrati a Pontifice & ſynodo catholicæ fidei formulam religioſe e in ſeſſione publica IV. id. decembris celebrata excepere; eam ſynodali decreto inſeruit Eugenius, ex quo præcipua capita decerpimus.

a Act. Græcol. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 621.
b Concil. Flor. p. 3. Mandati a patriarcha Armeniorum dati formula.
c Tyridates.
d Aug. Patric. in actis & ex eo Card. Iuſt.
e Ext. apud Card. Iuſt. conc. Flor. p. 3. pag. 363. & apud Bin. pag. 613.

Ad perpetuam rei memoriam.

In primis damus eis ſanctum ſymbolum a centum quinquaginta epiſcopis in œcumenico Conſtantinopolitano concilio editum cum illa additione, *Filioque*, ipſi ſymbolo declarandæ veritatis gratia, & vrgente neceſſitate, licite & ratio-

Profeſſi Armenij Spiritum a Patre Filioque procedere.

Digitized by Google

ctionabiliter appoſitam cuius tenor talis eſt : *Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cæli & terræ, &c.* Hoc autem ſanctum ſymbolum ſicut apud Latinos mos eſt, ita decernimus per omnes Armenorum eccleſias intra miſſarum ſolemnia ſingulis ſaltem diebus dominicis & maioribus feſtiuitatibus decantari vel legi.

Vocem Filioque fuiſſe additam.

Secundo tradimus eis definitionem quarti vniuerſalis concilij Chalcedonenſis, in quinto poſtea & ſexto vniuerſalibus concilijs renouatam, de duabus naturis in vna Chriſti perſona, cuius tenor eſt talis : *Sufficeret quidem ſapiens hoc & ſalutare diuinæ gratiæ ſymbolum ad plenam cognitionem & confirmationem pietatis : de Patre enim & Filio, & Spiritu ſancto perfectionem docet, & Domini humanationem fideliter accipientibus repræſentat : ſed quoniam hi, qui conantur reprobare prædicationem veritatis per proprias hæreſes nouas voces genuerunt, & hi quidem præſumentes corrumpere myſterium diſpenſationis Domini, quæ propter nos facta eſt, alij vero, introducentes confuſionem permixtionemque, & ſtulte confingentes vnam eſſe naturam carnis & deitatis, & portentoſe dicentes paſſibilem Vnigeniti diuinam naturam, ob hoc, volens claudere illis omnem machinationem contra veritatem, præſens noſtra ſancta & magna atque vniuerſalis ſynodus, prædicationem hanc docens ab initio immobilem, decreuit ante omnia fidem trecentorum decem & octo ſanctorum patrum manere irreuocabilem, & poſteriore tempore propter illos quidem, qui pugnant aduerſus Spiritum ſanctum corroborat doctrinam de ſubſtantia Spiritus traditam a patribus centum quinquaginta apud Conſtantinopolim congregatis, quam illi omnibus notam fecerunt, non quaſi inferentes, quod aliquid minus eſſet in præcedentibus, ſed eorum intellectum de Spiritu ſancto ſcripturarum teſtimonijs declarantes aduerſus eos, qui dominationem eius reſpuere tentauerunt. Propter illos autem, qui moliuntur corrumpere diſpenſationis myſterium, & impudenter delirant, dicentes purum hominem eſſe illum, qui ex S. Maria virgine natus eſt, ſuſcepit epiſtolas ſynodicas B. Cyrilli quondam præſulis eccleſiæ Alexandrinæ ad Neſtorium & ad orientales, congruas exiſtentes ad conuincendos Neſtorij veſanias, & ad interpretationem eorum, qui ſalutaris ſymboli mentem pio zelo noſſe deſiderant. Quibus etiam conſequentiſſime epiſtolam coaptauit magnæ & ſenioris vrbis Romæ præſulis beatiſſimi ac ſanctiſſimi Leonis Papæ, quæ ſcripta eſt ad ſanctæ memoriæ archiepiſcopum Flauianum ad perimendam Eutychis malam intelligentiam, vt pote congruentem illius magni Petri confeſſioni, & exiſtentem nobis communem quandam columnam aduerſus praua dogmata, & ad confirmationem rectorum dogmatum : his namque, qui in duos Filios diſpenſationis diuinæ myſterium diſcerpere nituntur, obſiſtit, & illos, qui paſſibilem deitatem Vnigeniti auſi ſunt dicere, a ſacro cœtu expellit ; & his, qui in duabus naturis Chriſti temperamentum aut confuſionem exquirunt, reſiſtit ; & eos, qui dicunt ſerui formam, quam ex nobis aſſumpſit, cæleſtem eſſe aut alterius alicuius ſubſtantiæ, vt dementes abigit, & qui duas quidem ante vnitionem naturas Domini fabulantur, vnam vero poſt vnitionem confingunt, anathematizat. Sequentes igitur ſanctos patres, vnum eundemque confiteri filium dominum noſtrum Ieſum Chriſtum conſonanter omnes docemus, eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum vere, & hominem vere, eundem ex anima rationali & corpore, conſubſtantialem Patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, per omnia nobis ſimilem, abſque peccato, ante ſæcula quidem de Patre genitum ſecundum deitatem ; in nouiſſimis autem diebus eundem propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria virgine Dei genitrice ſecundum humanitatem, vnum eundemque Chriſtum verum filium dominum vnigenitum in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiuiſe, inſeparabiliter agnoſcendum, nuſquam ſublata differentia naturarum propter vnitionem, ſalua proprietate vtriuſque naturæ, & in vnam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrente : non in duas perſonas partitum ſiue diuiſum, ſed vnum & eundem Filium vnigenitum Deum verbum dominum Ieſum Chriſtum, ſicut ante prophetæ de eo, & ipſe nos Ieſus Chriſtus erudiuit, & ſanctorum patrum nobis tradidit ſymbolum.*

Et duas naturas in Chriſto.

Ex diſtinctione naturarum non ſublatam, & earum vnitate.

14 Tertio definitionem de duabus voluntatibus duabuſque Chriſti operationibus in prædicto ſexto concilio promulgatam, cuius tenor talis eſt : *Sufficeret quidem ; & reliqua, quæ in ipſa definitione concilij Chalcedonenſis ſuperius enarrata ſequuntur vſque ad finem, poſt quæ ſequitur in hunc modum. Et duas voluntates naturales in eo & duas naturales operationes indiuiſe inconuertibiliter, inſeparabiliter inconfuſe ſecundum ſanctorum patrum doctrinam adæque prædicamus & duas naturales voluntates non contrarias, iuxta quod impij aſſeruerunt hæretici, ſed ſequentem humanam eius voluntatem, & non reſiſtentem vel reluctantem, ſed potius & ſubiectam diuinæ eius atque omnipotenti voluntati : oportebat enim carnis voluntatem moueri, ſubijci vero voluntati diuinæ iuxta ſapientiſſimum Athanaſium, ſicut enim eius caro Dei Verbi dicitur & eſt, ita & naturalis carnis eius voluntas propria Dei Verbi dicitur & eſt, ſicut ipſe ait : Quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me Patris ; ſuam propriam dicens voluntatem, quæ erat carnis eius, nam & caro propria ipſius facta eſt. quemadmodum enim ſanctiſſima & immaculata animata eius caro deificata eſt, & non eſt perempta, ſed in proprio ſui ſtatu & ratione permanſit ; ita & humana eius voluntas deificata eſt, & non perempta ; ſaluata eſt autem magis ſecundum Deiloquum Gregorium dicentem : Nam velle illius, qui in Saluatore intelligitur, non eſt contrarium Deo. Deificatum eſt totum, duas enim naturales operationes indiuiſe, inconuertibiliter, inconfuſe, inſeparabiliter in eodem domino Ieſu Chriſto vero Deo noſtro glorificamus, hoc eſt diuinam operationem & humanam operationem ſecundum diuinum prædicatorem Leonem apertiſſime aſſerentem. Agit enim vtraque forma cum alterius communione, quod proprium eſt, Verbo ſcilicet operante, quod Verbi eſt, & carne exequente, quod carnis : nec enim in quoquam dabimus vnam naturalem operationem Dei & creaturæ, vt neque quod creatum eſt in diuinam ducamus eſſentiam, neque quod eximium eſt diuinæ naturæ ad competentem creaturis locum deijciamus, vnius enim eiuſdem tam miracula, quam paſſiones cognoſcimus ſecundum aliud & aliud earum, ex quibus eſt naturarum, & in quibus habet eſſe, ſicut admirabilis inquit Cyrillus. Vndique igitur inconfuſum, atque indiuiſum conſeruantes vnam S. Trinitatis, breui voce cuncta proferimus, & poſt incarnationem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum eſſe credentes, aſſerimus duas eius eſſe naturas in vna eius radiantes ſubſiſtentia, in qua tam miracula, quamque paſſiones per omnem ſui diſpenſatiuam conuerſationem, non per phantaſiam, ſed veraciter demonſtrauit ob naturalem differentiam in eadem vna ſubſiſtentia cognoſcendam, dum vtraque natura cum alterius communione indiuiſe & inconfuſe propria vellet atque operaretur ; iuxta quam rationem & duas naturales voluntates & operationes confitemur ad ſalutem humani generis conuenienter in eo concurrentes.*

Et duas voluntates & operationes.

Quarto quoniam hactenus ipſi Armenij præter has tres Nicænam, Conſtantinopolitanam, & Ephe-

Digitized by Google

Epheſinam primam ſynodos nullas alias vniuerſales poſtea celebratas, nec ipſum beatiſſimum huius ſanctæ ſedis antiſtitem Leonem, cuius auctoritate ipſa Chalcedonenſis ſynodus extitit congregata, ſuſceperunt aſſerentes eiſdem fuiſſe ſuggeſtum, tam ſynodum ipſam Chalcedonenſem, quam memoratum Leonem ſecundum damnatam Neſtorij hæreſim definitionem feciſſe, inſtruximus eos & declarauimus huiuſmodi falſam fuiſſe ſuggeſtionem, ipſamque ſynodum Chalcedonenſem & beatiſſimum Leonem ſancte & recte veritatem de duabus in vna perſona Chriſti naturis ſuperius deſcriptam definiuiſſe contra impia Neſtorij & Eutychis dogmata, iniunximuſque ve ipſum beatiſſimum Leonem, qui veræ fidei columna fuit & omni ſanctitate & doctrina refertus, tanquam ſanctum & in cathalogo ſanctorum merito deſcriptum de cætero reputent & venerentur, atque non ſolum dictas tres ſynodos, ſed omnes alias vniuerſales auctoritate Romani Pontificis legitime celebratas, ſicut & cæteri fideles, reuerenter ſuſcipiant.

Chalcedonenſem ſynodum & [illegible] œcumenicam [illegible]

15 Quinto eccleſiaſticorum ſacramentorum veritatem pro ipſorum Armenorum, tam præſentium, quam futurorum, faciliori doctrina ſub hac breuiſſima redigimus formula. Nouæ legis ſeptem ſunt Sacramenta, videlicet baptiſmus, confirmatio, Euchariſtia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium, quæ multum a ſacramentis differunt antiquæ legis; illa enim nõ cauſabant gratiam, ſed eam ſolum per paſſionem Chriſti dandam eſſe figurabant, hæc vero noſtra & continent gratiam, & ipſam digne ſuſcipientibus conferunt. Horum quinque prima ad ſpiritualem vniuſcuiuſque hominis in ſe ipſo perfectionem, duo vltima ad totius Eccleſiæ regimen multiplicationemque ordinata ſunt: per baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur, per confirmationem augemur in gratia & roboramur in fide, renati autem & roborati nutrimur diuina Euchariſtiæ alimonia, quod ſi per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur: ſpiritualiter etiam & corporaliter, prout animæ expedit, per extremam vnctionem, per ordinem vero Eccleſia gubernatur & multiplicatur ſpiritualiter, per matrimonium corporaliter augetur. Hæc omnia ſacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, quorum ſi aliquid deſit, non perficitur ſacramentum. Inter hæc ſacramenta tria ſunt baptiſmus, confirmatio, & ordo, quæ characterem, id eſt ſpirituale quoddam ſignum a cæteris diſtinctiuum, imprimunt in anima indelebile, vnde in eadem perſona non reiterantur: reliqua vero quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.

Septem Sacramenta nouæ legis [illegible]

Primum omnium ſacramentorum locum tenet ſanctum baptiſma, quod vitæ ſpiritualis ianua eſt, per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur Eccleſiæ, & cum per primum hominem mors introierit in vniuerſos, niſi ex aqua & Spiritu renaſcamur, non poſſumus (vt inquit Veritas) in regnum cœlorum introire. Materia huius ſacramenti eſt aqua vera & naturalis, nec refert frigida ſit, an calida. Forma autem eſt: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Non tamen negamus quin & per illa verba: *Baptizetur talis ſeruus Chriſti in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, vel: *Baptizatur manibus meis talis ſeruus Chriſti in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, vel: *Baptizatur manibus meis talis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*; verum perficiatur baptiſma, quoniam cum principalis cauſa, ex qua baptiſmus virtutem habet ſit ſancta Trinitas, inſtrumentalis autem ſit miniſter, qui tradit exterius ſacramentum, ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum cum ſanctæ Trinitatis inuocatione perficitur ſacramentum. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, cui ex officio competit baptizare, in caſu autem neceſſitatis non ſolum ſacerdos vel diaconus, ſed etiam laicus vel mulier, immo paganus & hæreticus baptizare poteſt, dummodo formam ſeruet Eccleſiæ, & facere intendat, quod facit Eccleſia. Huius ſacramenti effectus eſt remiſſio omnis culpæ originalis & actualis, omnia quoque pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur, propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda eſt ſatiſfactio, ſed morientes, antequam culpam aliquam committant, ſtatim ad regnum cœlorum & Dei viſionem perueniunt.

Materia Sacramenti baptiſmi, quænam ſit. Quæ illius forma.

Quis miniſter ſit ex officio vel ex neceſſitate.

Secundum ſacramentum eſt confirmatio, cuius materia eſt chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ, per epiſcopum benedicto, forma autem eſt: *Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Ordinarius miniſter eſt epiſcopus, & cum cæteras vnctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere, hanc non niſi epiſcopus debet conferre, quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum vicem tenent epiſcopi, quod per manus impoſitionem Spiritum ſanctum dabant, quemadmodum Actuum [a] Apoſtolorum lectio manifeſtat: *Cum enim audiſſent, inquit, Apoſtoli, qui erant Ieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem qui, cum veniſſent, orauerunt pro eis, vt acciperent Spiritum ſanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini noſtri Ieſu, tunc imponebant manus ſuper illos & accipiebant Spiritum ſanctum.* Loco autem illius manus impoſitionis datur in Eccleſia confirmatio. Legitur tamen aliquando per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili & vrgenti admodum cauſa ſimplicem ſacerdotem chriſmate per epiſcopum confecto hoc adminiſtraſſe confirmationis ſacramentum. Effectus autem huiuſmodi ſacramenti eſt, quod in eo datur Spiritus ſanctus ad robur ſicut datus eſt Apoſtolis die Pentecoſtes, vt videlicet Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen, ideoque in fronte, vbi verecundiæ ſedes eſt, confirmandus iniungitur, ne Chriſti nomen confiteri erubeſcat, & præcipue crucem eius, quæ Iudæis eſt ſcandalum, gentibus autem ſtultitia ſecundum Apoſtolum [b], propter quod ſigno crucis ſignatur.

Sacramenti confirmationis materia & forma.

a Act. 8.

b 1. Cor. 1

Tertium eſt Euchariſtiæ ſacramentum, cuius materia eſt panis triticeus & vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet; aqua autem ideo admiſcetur, quoniam iuxta teſtimonia ſanctorum patrum ac doctorum Eccleſiæ pridem in diſputatione exhibita creditur, ipſum Dominum in vino aqua permixto hoc inſtituiſſe ſacramentum, deinde quia hoc conuenit dominicæ paſſionis repræſentationi: inquit enim Alexander Papa V. * a B. Petro: *In ſacramentorum oblationibus, quæ intra miſſarum ſolemnia Domino offeruntur, panis tantum & vinum aqua permixtum in ſacrificium offeruntur*; non enim debet in calice Domini aut vinum ſolum aut aqua ſola offerri; ſed vtrumque permixtum, quia vtrumque id eſt ſanguis & aqua ex latere Chriſti profluxiſſe

* vi

Cur in ſacrificio aqua [illegible] vino.

xiſſe legitur, tum etiam quia conuenit ad ſignificandum huius ſacramenti effectum, qui eſt vnio populi Chriſtiani ad Chriſtum; aqua enim populum ſignificat ſecundum illud Apocalypſis *a*: *Aquæ multæ populi multi*. Et Iulius Papa I. poſt B. Silueſtrum ait: *Calix dominicus iuxta canonum præceptum vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo cum in calice vinum & aqua miſcentur, Chriſto populus adunatur, & fidelium plebs ei, in quem credit, copulatur & iungitur.* Cum ergo tam ſancta Romana eccleſia a beatiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo edocta, quam reliquæ omnes Latinorum Græcorumque eccleſiæ, in quibus omnis ſanctitatis & doctrinæ lumina claruerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ ſic ſeruauerint & modo ſeruent, inconueniens admodum videtur, vt alia quæuis regio ab hac vniuerſali & rationabili diſcrepet obſeruantia. Decernimus igitur, vt etiam ipſi Armenij ſe cum vniuerſo orbe Chriſtiano conforment, eorumque ſacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ prout dictum eſt vino admiſceant.

a Apoc. 17

Forma huius ſacramenti ſunt verba Saluatoris, quibus hoc confecit ſacramentum, ſacerdos enim in perſona Chriſti loquens hoc conficit ſacramentum; nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur, ita tamen, quod totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini, ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ & vini conſecrati ſeparatione facta totus eſt Chriſtus. Huius ſacramenti effectus, quem in anima operatur digne ſumentis, eſt adunatio hominis ad Chriſtum, & quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & membris eius vnitur, conſequens eſt, quod per hoc ſacramentum in ſumentibus digne gratia augeatur, omnemque effectum, quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem, ſuſtentando, augendo, reparando, & delectando, ſacramentum hoc quoad vitam operatur ſpiritualem: *In quo*, vt inquit Vrbanus Papa, *gratam Saluatoris noſtri recenſemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum.*

Sacerdos in Chriſti perſona loquitur.

Integer Chriſtus ſub vtraque ſpecie.

Quartum ſacramentum eſt pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt actus pœnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes, quarum prima eſt cordis contritio, ad quam pertinet vt doleat de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero; ſecunda eſt oris confeſſio, ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter; tertia eſt ſatisfactio pro peccatis ſecundum arbitrium ſacerdotis, quæ quidem præcipue fit per orationem, ieiunium, & eleemoſynam. Forma huius ſacramenti ſunt verba abſolutionis, quæ ſacerdos profert cum dicit: *Ego te abſoluo, &c.* Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos habens auctoritatem abſoluendi vel ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris. Effectus huius ſacramenti eſt abſolutio a peccatis.

Quæ partes ſint pœnitentiæ

Quintum ſacramentum eſt extrema vnctio, cuius materia eſt oleum oliuæ per epiſcopum benedictum. Hoc ſacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet, qui in his locis vngendus eſt, in oculis, propter viſum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter greſſum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma huius ſacramenti eſt hæc: *Per iſtam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per viſum deliquiſti;* & ſimiliter in alijs membris. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, effectus vero eſt mentis ſanatio, & in quantum animæ expedit, ipſius etiam corporis. De hoc ſacramento inquit B. Iacobus Apoſtolus cap. v. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.*

Sacramenti extremæ vnctionis materia & forma

Sextum ſacramentum eſt ordinis, cuius materia eſt illud per cuius traditionem confertur ordo, ſicut presbyteratus traditur per calicis cum vino & patenæ cum pane porrectionem; diaconatus vero per libri euangeliorum dationem; ſubdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua ſuperimpoſita traditionem, & ſimiliter de alijs per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſſignationem. Forma ſacerdotis eſt talis: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis & mortuis in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti;* & ſic de aliorum ordinum formis, prout in pontificali Romano late continetur. Ordinarius miniſter huius ſacramenti eſt epiſcopus, effectus eſt augmentum gratiæ, vt quis ſit idoneus Chriſti miniſter.

Forma conferendi ſacerdotij.

Septimum ſacramentum eſt matrimonij, quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ ſecundum Apoſtolum, dicentem *a*: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia.* Cauſa efficiens matrimonij regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus. Aſſignatur autem triplex bonum matrimonij, primum eſt proles ſuſcipienda & educanda ad cultum Dei, ſecundum eſt fides, quam vnus coniugum alteri ſeruare debet, tertium eſt indiuiſibilitas matrimonij propter hoc, quod ſignificat indiuiſibilem coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ. Quamuis autem ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cum matrimonij vinculum legitime contractum perpetuum ſit.

a Epheſ. 5 Matrimonium ſignum eſt coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ.

Sexto compendioſam illam fidei regulam per beatiſſimum Athanaſium editam ipſis præbemus oratoribus, cuius tenor talis eſt: *Quicumque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat catholicam fidem, &c.*

Septimo decretum vnionis cum Græcis conſummatæ pridem in hoc ſacro œcumenico concilio Florentino promulgatum, cuius tenor talis eſt, prout ſupra ſcriptum eſt.

Octauo cum inter alia ſit etiam cum ipſis Armenis diſputatum, quibus diebus feſtiuitates annuntiationis B. Mariæ virginis, natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ, & conſequenter natiuitatis & circumciſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac præſentationis eiuſdem in templo ſeu purificationis B. Virginis Mariæ celebrari debeant, ſatiſque dilucide veritas patefacta fuerit tam ſanctorum patrum teſtimonijs, quam conſuetudine Romanæ eccleſiæ & omnium aliarum vniuerſaliter apud Latinos & Græcos, ne in tantis celebritatibus diſpar ſit Chriſtianorum ritus, vnde perturbandæ charitatis occaſio poſſet oriri, decernimus tanquam veritati & rationi conſentaneum, vt iuxta totius reliqui orbis obſeruantiam ipſi etiam Armenij feſtum annuntiationis B. Mariæ die xxv. martij, natiuitatis Ioannis Baptiſtæ xxiv. iunij, natiuitatis vero ſecundum carnem Saluatoris noſtri xxv. decembris, circumciſionis eiuſdem i. ianuarij, epiphaniæ vi. eiuſdem ianua-

Qui dies feſti ab Armenis celebrandi.

ianuarij præſentationis Domini in templo ſeu purificationis Dei genitricis 11. februarij debeant ſolenniter celebrare.

16 His omnibus explicatis, prædicti Armenorum oratores nomine ſuo & ſui patriarchæ ac omnium Armenorum hoc ſaluberrimum ſynodale decretum cum omnibus ſnis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis, & ſtatutis, omnemque doctrinam in ipſo deſcriptam, nec non quicquid teuet & docet ſancta ſedes Apoſtolica & Romana eccleſia cum omni deuotione & obedientia acceptant, ſuſcipiunt, & amplectuntur; illos quoque doctores & ſanctos patres, quos eccleſia Romana approbat, ipſi reuerenter ſuſcipiunt, quaſcumque vero perſonas, & quidquid ipſa Romana eccleſia reprobat & damnat, ipſi pro reprobatis & damnatis habent, profitentes tanquam veri obedientiæ filij nomine, quo ſupra ipſius ſedis Apoſtolicæ ordinationibus & inſſionibus fideliter obtemperare.

Lecto autem ſolemniter in noſtra & huius ſanctæ ſynodi præſentia memorato decreto, mox dilectus filius Narſes Armenius nomine ipſorum oratorum in idiomate Armenico publice hæc, quæ ſequuntur, legit, quæ in continenti dilectus filius Baſilius ordinis Minorum noſter & ipſorum Armenorum communis interpres publice ſermone Latino in hunc modum ex ſcripto legit.

Sacramenti ab Armeniis nuncupati forma.

Beatiſſime pater & ſanctiſſima ſynode. Totum hoc ſanctum decretum, quod nunc Latine coram veſtra publice lectum eſt præſentia, fuit nobis pridie de verbo ad verbum in noſtro idiomate clare expoſitum & interpretatum, quod quidem optime nobis placuit & placet. Ad maiorem autem noſtræ mentis expreſſionem eius effectum ſummatim repetimus.

In ipſo continetur primo qualiter populo noſtro Armenorum traditum ſanctum ſymbolum Conſtantinopolitanum cum illa additione, Filioque; vt in eccleſijs noſtris diebus ſaltem dominicis maioribuſque feſtiuitatibus intra miſſarum ſolemnia decantari, ſeu legi debeat.

Secundo definitionem concilij quarti vniuerſalis Chalcedonenſis de duabus naturis in vna Chriſti perſona.

Tertio definitionem de duabus Chriſti voluntatibus & operationibus in ſexto vniuerſali concilio promulgatam.

Quarto declaratis, quod ipſa Chalcedonenſis ſynodus & beatiſſimus Leo Papa recte de duabus in vna perſona Chriſti naturis veritatem definierint contra impii Neſtorij & Eutychis dogmata, iubetiſque vt ipſum beatiſſimum Leonem tanquam ſanctum & fidei columnam veneremur, atque non ſolum has tres ſynodos Nicænam, Conſtantinopolitanam, & Epheſinam primam, ſed & omnes alias vniuerſales auctoritate Romani Pontificis legitime celebratas reuerenter ſuſcipiamus.

Quinto breuem formulam ſeptem ſacramentorum eccleſiæ, videlicet baptiſmi, confirmationis, Euchariſtiæ, pœnitentiæ, extremæ vnctionis, ordinis, & matrimonij declarando, quæ ſit euiuslibet ſacramenti materia forma & miniſter, quodque in ſacrificio altaris, dum calix offertur vino paululum aquæ admiſceri debet.

Sexto quandam compendioſam beatiſſimi Athanaſij fidei regulam, quæ incipit: Quicumque vult ſaluus eſſe, &c.

Septimo decretum vnionis concluſæ cum Græcis in hoc ſacro concilio pridem promulgatum continens, qualiter Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter procedit, & quod illa additio, Filioque, licite & rationabiliter ipſi ſymbolo Conſtantinopolitano fuit appoſita, quodque in pane triticeo azymo vel fermentato corpus Domini conficitur. Quid etiam credendum ſit de pœnis purgatorij & inferni, ac vita beata & de ſuffragijs, quæ pro defunctis fiunt, item de plenitudine poteſtatis ſedis Apoſtolicæ tradita a Chriſto B. Petro & ſuis ſucceſſoribus atque de ordine patriarchalium ſedium.

Octauo decernitis, vt de cætero Armenij has feſtiuitates infraſcriptis diebus more vniuerſalis Eccleſiæ celebrare debeant, videlicet annuntiationis B. Mariæ virginis xxv. martij, natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ xxiv. iunij, natiuitatis Saluatoris noſtri ſecundum carnem xxv. decembris, circumciſionis eiuſdem 1. ianuarij Epiphaniæ v. eiuſdem ianuarij, præſentationis Domini in templo, ſiue purificationis B. Mariæ 11. februarij.

Nos igitur oratores nomine noſtro noſtrique reuerendi patriarchæ & omnium Armenorum, ſicut & veſtra ſanctitas in ſuo decreto atteſtatur, hoc ſaluberrimum ſynodale decretum cum omnibus ſuis capitulis, declarationibus, definitionibus, traditionibus, præceptis & ſtatutis, omnemque doctrinam in ipſo deſcriptam, nec non quidquid tenet & docet ſancta ſedes Apoſtolica & Romana eccleſia cum omni deuotione & obedientia acceptamus, ſuſcipimus, & amplectimur. Illos quoque doctores & ſanctos patres, quos eccleſia Romana approbat, reuerenter ſuſcipimus. Quaſcumque perſonas & quidquid ipſa Romana eccleſia reprobat & damnat, nos pro reprobatis & damnatis habemus, profitentes tanquam veri obedientiæ filij nomine, quo ſupra, ipſius ſedis Apoſtolicæ ordinationibus & iuſſionibus fideliter obtemperare.] *Dat. Florentiæ in publica ſeſſione ſynodali ſolemniter in eccleſia maiori celebrata anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIX. X. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* IX.

Doctores Rom. eccleſiæ reuerenter ſuſcipiunt.

17 Admiſſis in gremium eccleſiæ Romanæ Armenijs, Eugenius eorum epiſcopos priſtinis honoribus potiri ſanxit, cumque in Caphenſi vrbe, quę in Taurica Cherſoneſo Latino imperio parebat, multa Armeniorum ſuis ſedibus pulſorum multitudo ageret, cui Armenius epiſcopus præerat, iſque ab epiſcopo Latino Caphenſi veluti hęreſi & ſchiſmate inquinatus, prohibitus eſſet mithram epiſcopalem in ſolemnibus ſupplicationibus gerere, vel Armenios crucis ſigno ſolemni ritu luſtrare, hanc controuerſiam ſubiecto edicto, Eugenius diremit, atque anabaptiſmum, quem Armenij in deſertoribus fidei ad Eccleſiam cedeuntibus vſurpabant, damnauit.

Controuerſia inter plures vnius vrbis epiſcopos.

a Lib. 11. pag. 375.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad apoſtolicæ dignitatis apicem diuina diſpoſitione vocati ex incumbente nobis ſolicitudinis officio eccleſiarum omnium diſcutere conditiones habemus, vt debite omnia proſpicientes ſic circa illarum & ſubiectorum eis populorum ſalubrem ſtatum vigilanti cura vacemus, quod superni fauoris affluente præſidio, amotis omnibus, quæ diſturbia, errores, & ſcandala afferebant, optata ſuſcipiant incrementa. Sane poſt concluſam ſolemniter in ſeſſione publica promulgatam, proximis diebus glorioſiſſimam populo Chriſtiano Armenorum cum Romana eccleſia vnionem, cum dilectos filios ipſorum Armenorum oratores, qui ea de cauſa apud nos erant, diligenter interrogaremus de modis, qui hactenus apud eos, & præſertim in ciuitate Caphenſi, in qua ipſorum magna multitudo conuenit, obſeruati fuerunt, aliqua ipſorum relatione intellcximus, circa quæ præſentium tenore debitum & conueniens remedium decreuimus adhibere. In primis namque, cum venerabiles fratres epiſcopi Caphenſes, qui

hactenus pro tempore fuerunt, epiſcopos Armenorum tanquam ſchiſmaticos & hæreticos prohibuiſſe dicantur deferre mithram in proceſſionibus generalibus, quæ in ipſa ciuitate fiebant, & nullo in loco, nulloque tempore benedictionem cum ſigno crucis etiam ritus ſui populo dare permiſerint. nos attendentes, quod licet ciuitas illa vnicam ſicut cæteræ habeat diœceſim, tamen ipſa Armenorum gens ſedibus proprijs pulſa ibidem in maximo habitat numero, volumus & præſentium tenore auctoritate apoſtolica mandamus, quod epiſcopi Armenorum, qui in futurum pro tempore erunt, in proceſſionibus & alijs quibuſcumque actibus publicis mithram, ſicut & Caphenſis epiſcopus, per dictam ciuitatem & diœceſim deferre poſſint & valeant. Circa benedictionem vero & ſignaculum crucis eam adhiberi modeſtiam volumus, vt Armenorum epiſcopi ſuis tantummodo populis quando eos priuatim ſalutatum ibunt, aut quando obuiantes manum oſculabuntur, dextera leuiter eleuata cum ſigno crucis benedictionem annuntient.

Præterea cum ad noſtram peruenerit notitiam, quoſdam & in prædicta ciuitate Caphenſi, & alijs in partibus circumſtantibus, tantam habere ſacrarum inſtitutionum ignorationem, vt multos, qui poſt ſuſceptum baptiſma ab rectis catholicæ fidei vijs deuiauerint, & poſtmodum reſipiſcere velint, iterum baptizent, attendentes a iure & ſacris canonibus omnino prohibitum eſſe baptiſma reiterari, volumus & auctoritate ac tenore ſimilibus mandamus, vt nullus ſacerdos de cætero ſub excommunicationis, quam ipſo facto incurrat, & aliarum Eccleſiæ cenſurarum pœnis audeat vel præſumat aliquem, cuiuſcumque nationis & ritus ſit, ſiue Græcum ſiue Sclauum, aut Armenum, aut alium quemcumque, qui ſemel rite fuerit baptizatus, aliqua ratione vel cauſa iterum baptizare. Cupientes etiam, quod dictorum Armenorum epiſcopus debitis in prædicta ciuitate fungatur honoribus, & ſubiectum ſibi populum valeat debite cum iuſtitia gubernare, eundem ſimilibus auctoritate & tenore volumus & mandamus, nullo modo in iudicijs & cæteris ad eccleſiaſticam iuriſdictionem pertinentibus, quantum ad ea, quæ ſunt de foro epiſcoporum, a quoquam ſiue epiſcopo Caphenſi ſiue alia eccleſiaſtica vel ſæculari perſona, quomodolibet impediri, ſed poſſe in omnibus & per omnia eam iuriſdictionem in ſuos Armenos, in ciuitate & diœceſi Caphenſi habitantes, exercere, quam alij epiſcopi in ſuis diœceſibus exercent de conſuetudine vel de iure. Nulli ergo &c. *Dat. Florentiæ anno Domini, &c.* MCCCCXXXIX. *die* XV. *decembris anno* IX. Conciliandi Eccleſiæ ſupererant Indi & Æthiopes, ad quos Eugenius Albertum e Sarchiano Minoritam miſit [a], vt eos a ſchiſmate ad coniunctionem eccleſiæ Romanæ reduceret, quos etiam exemplo ſuo Palæologus Imperator allicere ad ſacrum fœdus ineundum ſtuduit, vt oſtendunt eius literæ [b] e Græco in Latinum ſermonem verſæ, quibus patriarcham Alexandrinum certiorem fecit, ſanctos patres Græcos & Latinos in dogmate de proceſſione Spiritus ſancti a Patre & Filio conſentire, atque orientalem occidentalemque eccleſias coniunctas ita fuiſſe, vt veteres Græci ritus a Græcis illibati ſeruarentur; tum ex eo fœdere reſtituendi in oriente priſtino ſplendori & amplitudini Chriſtiani imperij ſpes affulgere.

a Lib. 11 pag 359. extant eius lit. apud Wadding. to. 5 pag. 360. & 361.
b Extant in ms. cod. bib. Vallic. ſign. lit. I. n. 33. pag. 101.

Sanctiſſime papa & patriarcha Alexandriæ & iudex orbis Pentapolis, Libyæ, Aethiopiæ, & vniuerſæ Aegypti, domine Deo amantiſſime.

Venimus in has partes Franciæ [ita occidentalia regna ab orientalibus appellantur] pro coniunctione eccleſiarum Chriſti, ſuſcepimus enim huiuſmodi vnionis opus, quoniam ea diuina erat pro vtilitate & fulcimento Chriſtianorum, remque vniuerſam nouimus per plures diſquiſitiones & examina, quæ facta ſunt circa dicta ſanctorum orientalium & occidentalium, & inuenimus ex his, quid dicant de hoc, nimirum de proceſſione Spiritus ſancti. Omnes occidentales ſancti eadem dicunt ſicut orientales ſancti; & licet dictiones alias vſurpent, in eandem tamen ſententiam conſpirant. Propter hoc conſenſimus nos ipſis in eadem fide, vt pote ſancta, ſicut potes addiſcere ex decreto edito ab hac ſancta & œcumenica ſynodo, & vniti & coniuncti ſumus illis nil omnino noſtrorum inſtitutorum tranſgreſſi prætermittenteſque, neque ſymbolum neque quidquam ex liturgia, neque ex ritibus noſtræ eccleſiæ. Confidimus igitur in Deo, quod diuinum erit hoc opus pro vtilitate Chriſtianorum, ſi quod in præſentiarum factum eſt Chriſtianis patefiat, ſperamus igitur in Deo, quod ſi quid diuinum antea factum eſt, certe ex hoc Chriſtiani magnam vtilitatem & firmamentum habituri ſint. Proficiſcitur autem ad tuam ſanctitatem ſacratiſſimus & colendiſſimus dominus Nathanael metropolita Rhodi, qui defert decretum in dicta ſacra œcumenica ſynodo editum, deque omnibus fuſius verba facturus eſt. Adhibeat ergo illi tua ſanctitas in his fidem perfectam, quoniam quæcumque dixerit tuæ ſanctitati ea veriſſima, & ex parte noſtra dicet.] Non defuiſſe muneri patriarcham, miſſiſque oratoribus conſenſiſſe ſacro fœderi, coniunxiſſe pariter ſe Romanæ eccleſiæ Æthiopes ac Iacobitas & decreta Florentinæ ſynodi demiſſe excepiſſe, inferius viſuri ſumus.

18 Extracta [a] eſt ſynodus Florentina in tertium annum, in ſequentem nimirum (vt acta concilij Tridentini m.s. quæ in Hadriana mole aſſeruantur meminere) tum ad orientalium firmandam conſenſionem, tum ad Baſileenſium compeſcendam impietatem. qui ob præclara geſta Eugenij incenſi odio & inuidia ſchiſma moliebantur, vt ab exitiali conſilio eos auocaret, vti oſtendunt graues eiuſdem literæ [b] menſe februario ad ducem Mediolani (qui licet antea Eugenio in concilij loco deſignando aduerſatus eſſet, a ſchiſmate tamen conflando abhorrebat) datæ, quibus gratias ei egit de nauata ad ſeditioſos ſedandos opera, ac ſignificauit quantis ipſe ſtudijs & contentione pacem ſemper exquiſijſſet.

a Card. Iaſſ. p. 3. pag. 353. Extracta ſynodus Florentina ob Baſil. ſchiſma.
b Lib. 12. pag. 134.

Duci Mediolani.

Dilecte fili ſalutem. Vidimus literas tuas miſſas venerabili fratri noſtro epiſcopo Portuenſi Cardinali Placentino cum cedula incluſa, continente certa auiſamenta facta Baſileæ per quoſdam Regum & principum oratores. Per ipſas quidem literas cognoſcimus magnum tuæ celſitudinis affectum ad obuiandum pernicioſo ſchiſmati, quod nonnulli Baſileæ exiſtentes, ſolum ambitione & proprijs paſſionibus ducti, in Eccleſia Dei ſuſcitare moliuntur. Iam dudum hunc tuum laudabilem affectum manifeſte perpendimus per ea, quæ tui oratores apud Baſileam tuo iuſſu frequenter ac magnanimiter, ſeditioſis aliquibus hominibus reſiſtentes, operati ſunt. Pro his igitur, te merito laudamus & commendamus, exhortantes in Do-

mi-

mino, vt quemadmodum haſtenus egiſti, ne Eccleſia Dei vuſta enorme pateretur diſſidium, ita continue, ſicut ſperamus, laborare velis. Vnde non dubium apud omnipotentem Deum, pro cuius Eccleſiæ conſeruanda vnitate laboras, maximum meritum, & apud cunctos homines non mediocrem conſequeris laudem.

Quod vero ad conſilium tuum, quod in prædictis continetur literis, hoc dicimus, quod vſque nunc ex toto corde doluimus, ac dolemus, quod quorundam ambitio & humana paſſio tot ſcandala in Eccleſia parturiat, quibus nullam nos nec dedimus nec quidem damus cauſam aut occaſionem; immo omnia cum magna patientia & manſuetudine egimus, ne talia contingerent, nec per nos vnquam ſtetit, quin media quæque ad pacem & vnitatem accommoda adhiberentur. Et inter cætera, quam multum proxima æſtate condeſcenderimus ad preces dilectorum filiorum Romani imperij electorum, tibi putamus optime conſtare: miſimus enim dilectum filium Nicolaum tit. S. Crucis presbyterum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis legatum cum certis alijs prælatis & doctoribus ad oppidum Nurimbergenſe cum pleno ad pacem mandato, ac cum tam honeſtis & rationabilibus pacis medijs, vt nemo, niſi pacis aduerſarius, contradicere illis potuiſſet. Et licet ipſe Cardinalis omnia, quæ ad pacem & vnitatem conferre videantur, ſemper obtulerit, quid tamen ibi ſecutum ſit, non ignoras.

[Margin: Omnes pacis rationes ſectatus Eugen.]

[Margin: Supra memorati concordiæ, ſed fruſtra egit.]

In hoc autem nos ipſos conſolatur, quod multos ſanctis Romanis Pontificibus anteceſſoribus noſtris eadem, quæ nobis & interdum acriora per ingratos & ſeditioſos filios nonnunquam acciderunt. Sed licet flauerint venti & æſtuauerit mare, nauiculaque Petri vndique quateretur, nihilominus ſaluator ipſe Ieſus Chriſtus, imperans mari & ventis, tandem nauiculam ſuam ac nauiculæ rectorem ad portum tranquillitatis potenti virtute illæſam conduxit. Sicut autem vſque nunc ad omnem viam pacis & vnitatis, quæ honori ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & Romanæ eccleſiæ, atque vnioni Græcorum conduceret nos promptos obtulimus, ſic in futurum parati ſemper inueniemur. Id vero, quod poſtremo tuæ literæ continebant, vt dilectum filium Ludouicum de Roma ſedis Apoſtolicæ notarium recommiſſum haberemus, libenter audiuimus, & tam ſibi, quam cunctis bene agere volentibus parati ſumus benefacere, & ipſos per rei euidentiam recommiſſos ſuſcipere, prout eidem Ludouico iamdudum intimauimus, circa quod, dudum eidem nobilitati tuæ ſcripſimus. *Dat. Florentiæ die* XXI. *februarij anno* VIII. Aucta eſt Baſileenſium audacia ex torpore Alberti Regis Romanorum, qui pontificiam dignitatem, vt par erat, non eſt tutatus, dum ſe nec Eugenio nec Baſileenſibus ſtudere velle promulgauit, ſiuitque Baſileenſes conuentus magno Eccleſiæ offendiculo propagari.

[Margin: Triumphatores ... Baſileenſibus eccleſiam premebat Eugen.]

[Margin: Albertus Rex Rom. Baſileenſibus fauet.]

19 Coegit [a] porro idem Rex hoc anno VII. kal. aprilis Moguntiæ ſolemnes magnatũ cœtus, quibus etiam Cardinalis S. Petri ad vincula, archiepiſcopi electores imperij, treſque alij Germaniæ epiſcopi, tum archiepiſcopus Turonenſis & epiſcopus Trecenſis Francorum Regis, Caſtellæ vero Conchenſis, ducisque Mediolanenſis nomine Albiganenſis epiſcopi, tum alij plures Germaniæ principum oratores, denique patriarcha Aquileienſis legatus conciliabuli Baſileenſis interfuere: cumque principes, qui aderant & abſentium legati inſtarent, vt Baſileenſes a Pontifice in ius vocando abſtinerent, nihil impetrare potuere, quamuis Nicolaus e Cuſa Eugenij orator pontificiam cauſam ageret, contenderetque concilium œcumenicum non Baſileæ ſed Florentiæ celebrandum eſſe. Denique in eo conuentu decreta Baſileenſium ipſorum ſuaſu a Germanis ſunt admiſſa [a], quibuſdam tamen temperata modis, de quibus extant [b] publicæ tabulæ in m. s. codice Vallicellano.

[Margin: Conuentus Moguntini a Aug. Patris in actis conc. Baſil. & Æn. Syluio lib. 1. & alij.]

[Margin: a Æn. Syl. in hiſt. conc. Baſil. Langius in chron. Citizen. & alij. b M. s. Vallicel. ſign. lit. B. nu. 19. pag. 10. ad 14.]

Dum ij cœtus agitabantur, minoris ordinis ſacerdotes Baſileæ auctore Nicolao pſeudodominicano patria Burgundo inſtar rabidi canis aduerſus Pontificem vbique latrante nefarium horridumque facinus aggreſſi ſunt: nefarijs enim argutiolis concluſere, Eugenium hæreticum relapſum eſſe, & falſa deliramenta pro decretis fidei promulgarunt, conflatumque ab ipſis ſchiſma Cardinalis Arelatenſis omni ſtudio & contentione confirmare cum paucis, maiore ſcilicet præſulum Baſileæ agentium parte ſcelus execrante, annisus eſt, quod ex ipſa ſchiſmaticorum hiſtoria ab Ænea Syluio [c], cum errore capto conſcripta narrabimus, vt Baſileenſium nouatorum dementiſſima temeritas magis in luce collocetur: *Inter diſputandum*, inquit, *triplex emerſit opinio, alij namque hæreticum Eugenium affirmabant, alij non ſolum hæreticum verum etiam relapſum, tertio vero nec relapſum eum nec hæreticum fateri volebant*. Et infra: *Tandem ſententia vicit, vt hæreticus atque relapſus Eugenius diceretur*, nimirum a ſeditioſis doctorculis, *Octo inter ipſos theologos concluſiunculis approbatis, quas veritates appellitarunt, earum copiam in orbem diuulgantes: quæ res circa medium menſis aprilis initium ſuſcepit, induſtria quidem, ac ſolertia Nicolai cuiuſdam Burgundionis ex ordine Prædicatorum*. Hæc impia molimina archiepiſcopus Mediolanenſis, cum ſchiſmatis imminentis calamitatem prævideret, omni conatu diſcutere niſus eſt, verum nihil profecit; in principe namque eccleſia facinoroſorum conuenticulum coactum eſt, cui Ludouicus pſeudocardinalis Arelatenſis Pontificis hoſtis præfuit; *Sex omnino diebus*, inquit Æneas, *& ante prandium & ante cœnam protracta res diſputando eſt. Medius erat inter omnes, primoque loco, vt iudex fidei, totiuſque diſputationis moderator & arbiter Ludouicus Cardinalis & archiepiſcopus Arelatenſis*. Poſt eas inanes diſceptatiunculas temere conſtitutæ ſunt hæ propoſitiones, quas in Florentino concilio damnatas mox viſuri ſumus.

[Margin: Infanda ſchiſmaticorum conciliabulo.]

[Margin: c Æn. Syl. eod. lib. 1. Seditioſor. impudentia.]

1. *Veritas eſt catholicæ fidei, ſacrum generale concilium ſupra Papam & alium quemuis poteſtatem habere.*

[Margin: Baſileenſ. falſa principia.]

Hanc Baſileenſium propoſitionem, quæ baſis ſchiſmatis extitit, falſitatis arguit pluribus Ioannes Turrecremata [d] Cardinalis S. Sixti, ex quo hæc decerpſi, omiſſis pluribus alijs interiectis: *Præfata aduerſariorum aſſertio quantum ad illam partem, in qua ponit, quod vniuerſale concilium, vt dicitur corpus prælatorum eccleſiæ condiſtinctum a Romano Pontifice, habeat poteſtatem a Chriſto immediate ſine quacumque mediatione Romani Pontificis ſatis plene improbata eſt cum lib. 2. cap. 80. quam in hoc tertio libro cap. ſuperiori. Solum nunc reſtat illam refutare quantum ad illam partem, in qua aduerſarij Baſileenſes, plus ſapientes, quam oportebat, ſtulta temeritate dogmatizarunt, id ad fidei veritatem pertinere*. Et infra: *Arguitur primo ſic nullum, quod repugnat rationi naturali poteſt dici ad fidem catholicam pertinere*, & infra, *rationi naturali repugnat, quod concilium vniuerſale ſit corpus & Romanus Pontifex caput eius, & tamen concilium vniuerſale non dependeat & poteſtate & auctoritate a Romano Pontifice, caput*

[Margin: d Turrecr. ſumma de eccleſ. l. 3. c. 30.]

[Margin: An pertineat ad fidem.]

Digitized by Google

put enim, vt dicit Iſidorus lib. etymolo prima pars corporis eſt, datumque eſt ei hoc nomen, eo quod ſenſus & nerui inde initium capiant, atque ex eo omnis vigendi cauſa oriatur. Secundo repugnat euangelio, vbi Chriſtus ait Ioannis vlt: Simon Iona paſce oues meas, vbi Petrus, & in eo eius ſucceſſor Romanus Pontifex gregis dominici vniuerſaliter, nullo fidelium in illa fidelium congregatione excepto, paſtor & rector conſtitutus eſt. Tertio aſſertio dicens, quod vniuerſalis Eccleſia, ſiue vniuerſale concilium poteſtatem regitiuam, ſiue curam regiminis non tantum reſpectu omnium fidelium, ſed etiam Papa non a Papa ſed immediate a Chriſto recipiat, repugnat verbo Chriſti dicentis Ioan. 10. Erit vnum ouile & vnus paſtor. Quarto videtur eſſe contra articulum. Vnam ſanctam Eccleſiam, quod ſic oſtenditur, quia cum vnitas Eccleſia inter alia attendenda ſit ex ordine ad vnam ſupremam poteſtatem regitiuam totius Eccleſia, quae eſt in Papa, vt in ſuperioribus eſt oſtenſum, & deducit S. Thomas pulchre in 4. diſt. 23. & colligitur ex glo. Matth. 16. Sed ponere olim ſupremam poteſtatem in concilio regitiuam, cui omnis fidelis obedire teneatur impendentem a poteſtate regitiua data paſtori vniuerſali totius Eccleſia, eſt manifeſte vnitatem ſcindere. Quinto repugnat diſpoſitioni illi, qua Deus Eccleſia regimen conſtituit monarchicum ſiue regale. Sexto derogat honori & priuilegijs Apoſtolica ſedis, quoniam inter alia priuilegia Apoſtolica ſedis hoc connumeratur, quod Romanus Pontifex concilia vniuerſalia congreget, auctoritate fulciat, & eorum geſta ſua auctoritate roboret & confirmet, vt patet ex diſt. 17. per totum cap. confidimus 25. q. 1. cap. ſignificaſti de electione, & ex multis alijs. Septimo ſubtrahit obedientiam a Romano Pontifice debitam iure diuino ei a cunctis fidelibus, quorum pater eſt & princeps & ſubijcit eum alijs. Octauo manifeſte repugnat Apoſtolica ſedis diffinitioni & ſanctorum doctorum ſententia. Nono tollit ordinem & ornatum hierarchica diſpoſitionis ab Eccleſia Dei, &c. Hæc Ioannes Turrecremata, quibus conſentanea alij poſt ipſum tradidere.

Nec modo falſam, verum etiam in concilij œcumenicis damnatam, & ab initio primitiuæ Eccleſiæ Pontificem non ambiguum in vniuerſam Eccleſiam & concilia imperium exercuiſſe, demonſtrat B. Ioannes a Capiſtrano [a]: *Probatur*, inquit, *per Greg. X. in generali concilio Lugdunenſi dicentem in c. vbi periculum de elect. lib. 6. in §. cæterum, vbi exhortando omnes Cardinales tam abſentes, quam præſentes pariter & futuros, cum agitur de electione Papæ dicit. Per viſcera miſericordia Domini noſtri, ac per aſperſionem ſui pretioſi ſanguinis obteſtamur, vt penſantes attentius, quod eis imminet cum agitur de creatione vicarij Chriſti Ieſu & ſucceſſoris Petri, rectoris vniuerſalis Eccleſia, gregis dominici directoris, omni priuata affectionis inordinatione depoſita, &c. Cum itaque talis conſtitutio facta fuerit in concilio generali, vbi erant pralati vniuerſalis Eccleſia, mirum eſt, quod ſi talis conſtitutio a veritate ceſſabat, tantorum & tot pralatorum præſentia minime contradixit, & ſi violentia qualiſcumque interuenerit, mirum eſt quod non per ipſos nec per eorum ſucceſſores abinde in poſterum extitit reclamatum, vel ab aliquo refragatum, vnde iam pro tanto tempore omnis eſt præſcriptio conſummata ab eccleſia Romana contra quoslibet contrarios.* Et infra: *Cum itaque ab exordio ſurgentis Eccleſia primitiua hanc præeminentiam & in Chriſto primitus; & in Petro Chriſti primo vicario, & in cæteris ſucceſſoribus eorundem ſummis Pontificibus continuatam priſcis & ſucceſſiuis temporibus contemplemur, quid aliud contrarium aſſerentibus nomen imponere valebimus, niſi ſchiſmatis tunica Chriſti inconſutilis lacerationem, omiſſionem vnitatis? ſancta matris Eccleſia deſolationem? Iam vidimus abominationẽ deſolationis Amedeum Sabaudienſem non in loco ſancto Romano throno, Domino prohibente, ſed in loco prophano, excommunicato & interdicto baſiliſcorum ſpelunca, dæmonumque cauerna ſedentem in foro Coſroe Perſarum olim perditiſſimi Regis.* Quin etiam concilium Conſtantienſe, dum œcumenicum fuit, eam damnaſſe implicite, vt ſupra diximus, dum Pontificem eſſe caput militantis Eccleſiæ aduerſus Vvicleffum ſanxit; explicitis autem verbis in concilio Florentino œcumenico damnatam viſuri ſumus.

a Io. e Capiſtr. in lib. de Papa & conc. ſiue eccl. auctoritate pag. 316.

Pontificem agnitum caput Eccleſiæ a conc. Conſtantienſe.

At Baſileenſes nouatores, quamuis numero eſſent pauciſſimi exclamabant ex eo quod, teſte Hieronymo, orbis maior ſit vrbe totius Eccleſiæ auctoritatem Romani Pontificis auctoritate maiorẽ eſſe; quorum ſophiſma ita diſſoluit idem B. Ioannes e Capiſtrano [a]: *Ad illud, quod dixit Hieronymus, orbem maiorem vrbe, reſpondeo, hoc intelligendum quoad dimenſitatem, non quoad pontificalem auctoritatem, nam cum tot ſuis epiſtolis Hieronymus Damaſo Papæ ſcripſerit, ſe ſimiliter tenere, neminem extra ſuam obedientiam poſſe ſaluari, quomodo putandum eſt ſua frequentiſſima proteſtationis immemorem extitiſſe, & contrarium inuluiſſe? qui hoc credunt, meo iudicio, de Hieronymo maleſentiunt, ſed non ego, ipſe igitur hæreſum extirpator ſe defendat, qui ſemper fuit poſſe tenus veritatis amicus, cultor atque defenſor, vt ſum in proœmio huius operis exorſus, ſcribens enim ad Eugenium presbyterum de præeminentia ſacerdotij ad diaconum, retundens ſupercilia ſuperbientis diaconi volentis ſe præferre presbyteris ex conſuetudine vrbis Romæ dicit. Orbis maior eſt vrbe.* Et infra: *Quid mihi præfers vnius vrbis conſuetudinem, nam ex eo, quod in Romana curia diaconi Cardinales, ne contemni videantur, proponuntur omnibus Cardinalibus* nimirum in adminiſtratione opum eccleſiaſticarum, vt pluribus in locis obſeruat Card. Baronius, *talis conſuetudo non eſt ad exemplum trahenda in conſequentiam ad alias eccleſias, ſed magis ſequenda eſt conſuetudo generalis, vt dicit glo. in d. cap. legimus in verbo, maior, allegat. 12. diſt. nouit 40. diſt. nos, qui, & non loca ſubdes, & eſt hic argumentum, quod ſtatutum concilij præiudicat ſtatuto Papæ, ſi contradicat, vt dixi, quaſt. 3. nono. Tu dices, quod hoc debiliſſimum argumentum ſoluit alia gloſ. in eod. cap. legimus, in verbo, verbis conſuetudinem decreuis ſcilicet diſt. 10. quis neſciat contra, ibi de ea conſuetudine agitur, quam Romana ſeruat eccleſia, & alijs mandat ſeruandum, hic vero de ea, quam ſola ſeruat nec vult ab alijs ſeruari, vnde & ibi dicitur, quod Romanam eccleſiam videat ſequi & docere.*

a Io. e Capiſtr. de Pap. & conc. ſiue eccl. auct.

In eandem ſententiam demonſtrarunt alij catholici doctores conciliorum, quibus præeſt ipſe Pontifex, auctoritatem non eſſe maiorem intenſiue, quam Pontificis; quare decreta fidei in controuerſijs de paupertate [b] Chriſti & de viſione beatifica a Pontificibus ſine concilijs œcumenicis edita eiuſdem auctoritatis fuiſſe, ac ſi ab ijs edita fuiſſent, quantumuis hæreſiarchæ Michael Cæſenas & Gabriel Okamus [c] contra oblatrarint. Non valere etiam ſemper in concilijs quod contendebat perperam Pſeudocardinalis Arelatenſis, maiorem opinantium (inter quos etiam male minoris ordinis ſacerdotum turbam allegerat) partem, vt decretum fidei ſtatuatur, ſi Pontificis, cui Spiritus ſancti directio promiſſa eſt, auctoritas non acceſſerit, ita oſtendit Ioannes Turrecremata [d]: *In concilijs vniuerſalibus non eſt arguendum ſemper a maiori parte, quæ concluſio primo patet exemplariter de concilio Ariminenſi, vbi cum inter patres*

vnum

b Annal. to. 15. An. Chr. 1323. n. 61.

c Annal. to. 16. an. Chr. 1336. nu. 3.

d Turrecr. ſumma de eccl. l. 3. cap. 65.

numero DCCCXXX. fuiſſet diſſenſio, maior multo pars fuerat errantium, vt patet ex hiſtoria, male argutum fuiſſet tunc a maiori parte, vnde Damaſus Papa ſcribens epiſcopis per Illyricum conſtitutis: Nec enim, inquit, præiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum; quando conſtat nec Romanum Epiſcopum, cuius ante omnia decebat expectare decretum, nec Vincentium, qui tantis annis epiſcopatum inuiolabiliter cuſtodiuit, nec alios talibus præbuiſſe aſſenſum. Secundo patet in ſecundo concilio Epheſino, in quo cum etiam plures fuerint, qui declinauerunt a veritate, pauci vero pro veritate certantes, malum fuiſſet ſi in illo concilio a maiori parte fuiſſet argutum.

Baſileenſiũ falſa principia.

10 Aliæ propoſitiones a pſeudotheologis Baſileenſibus editæ ſunt his verbis conceptæ.

II. *Generale concilium legitime congregatum ſine ipſius conſenſu nec diſſoluere, nec transferre, nec prorogare ad tempus ex auctoritate ſua poteſt Romanus Pontifex, idque veritatis eiuſdem eſt.*

III. *Qui pertinaciter his veritatibus ſe opponit hæreticus eſt cenſendus.*

IV. *Has veritates Eugenius Papa IV. oppugnauit, cum primo ex plenitudine poteſtatis apoſtolica Baſileenſe concilium diſſoluere, ſiue transferre attentauit.*

V. *Errores his veritatibus repugnantes monitus tandem per ſacrum concilium Eugenius reuocauit.*

VI. *Diſſolutio ſiue translatio per Eugenium ſecundum attentata prædictis eſt obuia veritatibus, inexcuſabilemque circa fidem errorem continet.*

VII. *Eugenius iterato diſſoluere ſeu transferre concilium tentans in reuocatos errores prolabitur.*

VIII. *Commonitus per ſynodum Eugenius, vt diſſolutionem ſiue translationem ſecundo attentatam reuocaret, poſt declaratam contumaciam in rebellione perſiſtens, Ferrariaque conciliabulum erigens, ſeipſum pertinacem declarat.*

Cum erroneas eas propoſitiones Argenſis epiſcopus, Ioannes Segobienſis, & Franciſcus de Fuxo theologi propugnarent, vt refert Æneas, abbas Panormitanus, qui antea aduerſus Eugenium pro conciliorum auctoritate ſteterat, rei indignitate permotus, publice contendit Eugenium hæreſeos reum non eſſe, neque enim in ſymbolo contineri, neque in Eccleſiæ decretis, *Papam non poſſe concilia diſſoluere, nec id ſibi videri ex determinationibus antea factis reſultare, ſed potius ex decretis Conſtantienſis concilij hunc caſum tanquam omiſſum diſpoſitioni Papæ reſeruati, cum in capitulo Frequens locus futuri concilij per Papam approbante concilio eligatur: & de hoc nihil omnino ſit dictum. Quod ſi forſitan in prima diſſolutione peccaſſet Eugenius, excuſatum tamen haberi debere, qui de conſilio Cardinalium egiſſet Romanam eccleſiam repræſentantium: cuius tantam eſſe auctoritatem dixit, vt eius iudicium toti orbi præponeretur, idque gloſſam ſingularem aſtruere: nec inueniri vnquam ſacrum concilium aduerſus Eugenium tanquam hæreticum proceſſiſſe.* Et infra: *Vltimam quoque diſſolutionem nihil habere huiuſmodi, quoniam ſimiliter ex conſilio Cardinalium diſſoluiſſet & propter vnionem Græcorum fiendam.*

aÆn. Syl. in comment. de geſtis conc. Baſil

Abbatis Panormitani ſententia.

Licet vero minorum ſacerdotum turba concitato tumultu Eugenium hæreſeos damnaret, maior tamen præſulum Baſileenſium pars tantum facinus exhorruit, atque ad mitigandum ſeditioſorum furorem eos ſuis hortatibus vrſit, vt res differretur donec Caſtellæ & Aragonum Regum, ducisque Mediolanenſis oratores conſulerentur; nam de Panormitano archiepiſcopo hæc tradit

Minores ſacerdotes ſententiam Panormitani.

Æneas Syluius a. *Nec conniuere ſe potuit, cum de prælatis mentio incidit, quin aliquantiſper caleſceret, diceretque apud ſe maiorem prælatorum partem, namque ſi epiſcopi & abbates tunc computarentur, nemini dubium eſſe, quin maior pars differri præſentem rem vellet, cumque totius poteſtas concilij in epiſcopis* (adijci debuit eorumq; præſide Pontifice) *reſideret, haud ferendum eſſe, vt ipſis ſpretis, quod maiori parti inferiorum placeret id concluderetur. Apoſtolis namque & eorum ſucceſſoribus, qui epiſcopi ſunt, datas fuiſſe a Domino claues dicebat, triaque ſynodorum genera inueniri epiſcopalem, prouincialem, & generalem, nullamque ſine epiſcopis fieri ſynodum, indignumque ſibi videri morem huius præſentis concilij, vbi non qua quiſque dignitate polleret, ſed quam multas haberet ſecum voces penſitaretur, epiſcopos tamen iuxta famoſam Clementis epiſtolam columnas eſſe & claues cæli, inferiores vero cum eis non deciſiuam, ſed conſultiuam tantum habere vocem, futurumque hac vice ſcandalum ſi ſine epiſcopis res fidei terminum ſumeret.* Et infra b: *Ipſis oratoribus principum Moguntiæ exiſtentibus iniurioſum eſſet non expectari eum non ſuas ob commoditates, ſed reipublicæ tantum cauſa & pro bono pacis abeſſent, nec oblitum ſe fore, quod ipſis abeuntibus nomine omnium ſupplicaſſent, ne quid in eorum abſentia in rebus Eugenium concernentibus innouaretur.* Hæc ille. Ludouicus etiam Romanus protonotarius obiecit, ſolos epiſcopos habere ſententiam decretoriam in concilijs; ac ſi inferioris gradus eſſent admiſſi, id non valere, vbi alij repugnarent: *Adducebatque*, inquit Æneas, *virum maximæ auctoritatis Conchenſem epiſcopum in teſtem, qui nullam incorporationem inferioris populi æquo animo ſuſtinuiſſet.*

aÆn. Syl. de geſt. conc. Baſil lib. 2.

Obnixus contra eſt Arelatenſis coniuratorum princeps, ac multitudini ſacerdotum lenocinatus, epiſcopalem ordinem calumniatus, contendit non patrum dignitatem, ſed veritatem perpendendam, epiſcopos rerum caducarum amore irretitos principibus magis, quam Deo placere: *Nec ego*, inquit, *cuiuſuis epiſcopi mendacium quamuis ditiſſimi veritati præponam pauperis presbyteri, nec dedignari epiſcopus debet, ſi aliquando ignarus & rudis ſequacem non habeat multitudinem.* Tum perperam nonnulla addidit, vt ſacerdotes cum epiſcopis in ferenda decretoria ſententia adæquaret, atque ſeditioſam ſacerdotalem turbam, quo in pertinacia & perduellione eam confirmaret, laudibus quamuis immeritis ornauit, adegitque vt ex prædictis concluſionibus tres primæ promulgarentur, vt tandem poſſet obtineri Pſeudopapa, qui concilio ſubeſſet, falſoque ſubdidit, doctrinam exiſtentem Papam ſupra concilium nouam eſſe a. Cum vero moliretur nefarios errores præcipiti impetu promulgare, contradixit illi epiſcoporum ordo, excepto archiepiſcopo Turonenſi & paucis titularibus epiſcopis nouarum rerum cupidis.

Arelatenſis Cardinalis ſeditioſa [illegible].

Erat vbique clamor, ait Æneas, *vbique ſtrepitus, vbique iurgia effundebantur, nunc Panormitano, nunc Ludouico ſermo erat, nulli tamen ſine feſtinantia loqui licuit, epiſcopi cum epiſcopis, inferiores cum inferioribus verbales habebant rixas, omniaque contentionibus & probris inſonabant. Quæ cum vidiſſet Ludouicus patriarcha Aquileienſis*, & infra, *verſus ad Panormitanum & Ludouicum protonotarium: Nec credite, inquit, rem ſic abire; Germanorum neſcitis mores, namque ſi ſic proceditur, nequaquam fas erit integris hanc prouinciam exire capitibus. Quo verbo velut cæleſti fulmine ſacti Panormitanus, Ludouicus, & Mediolanenſis, vno impetu aſſurgentes: Libertas (inquiunt) nobis eripitur? Et quid eſt, quod fran-*

Seditione conflatum ſchiſma.

gen-

genda nobis capita patriarcha minatur? Verſique ad Ioannem comitem de Tiarſtein, qui tunc locum protectoris tenebat, ſciſcitati ab eo ſunt, an protegere concilium vellet, omneſque in libertate tutari. Nonnulliſque interiectis verbis; *Cum obiectum Ludouico protonotario eſſet ipſum Louanij & Coloniæ eas veritates prædicaſſe, quas modo promulgari nollet, aſſurgens ille (verum eſt ait) illas me apportaſſe veritates; vos tamen eas fidei veritates nuncupatis, quæ adiectio mihi ſubdubia eſt. Cumque hoc dixiſſet, quærebat Arelatenſis, vt concordatum virorum duodecim legeretur, pluresque ſibi in auribus ſibilabant ne ſententia flecteretur. Panormitanus vero, vt cæptum eſt legi concordatum, aſſurgentibus ſecum collegis & alias Aragonenſibus altiſſime clamans, quo niſi plane & morate loquens exaudiebatur nemo. Vos (ait) patres, noſtras contemnitis preces, Reges & principes contemnitis, prælatos contemnitis, at cauete nedum omnes deſpicitis, ab omnibus deſpiciamini*, ita rem contigiſſe viſuri ſumus; *Vultis concludere, ſed veſtrum non eſt concludere. Nos prælatorum maior pars ſumus, concilium fecimus, ad nos concludere ſpectat, egoque nomine prælatorum ſuperſedendum eſſe concludo. Quo verbo tantus exortus eſt clamor, quantus ſolet in prælijs tubarum clangor & equorum fremitus audiri, cum ſignis collatis duo inuicem concurrunt exercitus. Alij quod Panormitanus effeciſſet execrantur, alij probant faciuntque diuerſa ſtudia, diuerſas contentiones.*

Diſſenſio ingens inter Baſileenſes.

21 Sedato paululum tumultu, perorauit Ioannes Segobienſis, abſurdeque contendit minimam conciliabuli partem poſſe concluſiones ſuperiores adeo controuerſas promulgare ac pro ſanctionibus fidei obtrudere, atque his argutiolis confirmauit, quod Cardinalis S. Angeli cum quinque tantum epiſcopis decretum de ſynodis prouincialibus protuliſſet, & quod abbas Vergiliacenſis, antequã vllus epiſcopus adueniſſet, concilium inchoaſſet; tum hoc ſophiſma, quod in cauernis hæretici muſſitare conſueuerant, repetijt: *Quid hic aut prælatos expectemus aut principes? quærenda non eſt alia poteſtas vbi præſens eſt diuina maieſtas.* Ita ille, ex præſentia diuinæ maieſtatis conflandi ſchiſmatis auctoritatem aucupatus. At Panormitanus & collegæ in ſententia perſtitere ipſis concilium facerent valeretque eorum concluſio contra Arelatenſem & turbam minorum ſacerdotum: *Erant turbata omnia*, ait Æneas, *nec vt ſolebant ſuis ſubſellijs prælati inſidebant, ſed vt quemque trahebat affectio illi Arelatenſem, illi Panormitanum adibant, & quaſi principem quique ſuum aut exercitus imperatorem adhortabantur, iamque in veſperum dies ferebatur*, paucíſque interiectis: *Alijs deſerendum concilium videbatur, alijs perſiſtendum, omnique niſu reſiſtendum, ne quid vlterius aduerſus Eugenium fieret eaque inter eos ſententia manſit*, Et infra: *Burgenſis, cum alijs ex Lombardis & Cathelonis Germanicam adijt nationem, exinde ſenatum vrbanum, & vtrobique de prohibendo ſchiſmate ſermonem fecit, Natio, vt poſtea intellexi, retulit ſe ad ea, quæ deputationes deliberarent.* Nonnulliſque alijs interiectis: *Itemque principum oratores ex Maguntino conuentu redierant omnes habitiſque inter ſe concilijs impedire decretum ſtatuerant.*

Schiſma locorum ſubtilibus argutis.

Subdit auctor, vt Arelatenſis inſigni proditione eos de pace poſtularit, de qua dum agitaretur, impium ſuum decretum promulgarit: *Nona*, inquit, *maij die*, & paucis interiectis verbis, *ad generalem concionem deuentum eſt, quæ admodum frequens fuit, vtraque parte ad conflictum ſe exhibente. Ipſi autem principum oratores vocati per Lubecenſem epiſcopum & Conradum de Vvinſperg protectorem in choro eccleſiæ detinebantur, ibique de pace (ſi qua poſſet haberi) agitabatur, pluſque ibi morati ſunt, quam alicuius ferret opinio.* Et infra: *Legi e veſtigio concordata publica iuſſit*, ſcilicet inter ſacerdotes minores ſchiſmatis cupidos & paucos epiſcopos, quorum pars etiam exauctorata erat, *inter quæ illud etiam erat, vt poſſet ipſe Arelatenſis, quando ſibi videtur ſeſſionem indicere. Quibus lectis rogatus a promotoribus ex more concluſit, oratoribus principum adhuc in choro perſiſtentibus, qui vt rem geſtam intellexerunt turbati admodum colloquia dimiſerunt, Lubecenſi omnia imputantes, qui eos ex induſtria tenuiſſet in choro, verbaque protelaſſet, ingreſſique concionem totum templum querimonijs impleuerunt.* Et infra: *Turonenſis archiepiſcopus videri ſibi dicebat, vſque ad ſeſſionem liberam eſſe dicendi omnibus facultatem aduerſus eam, quæ promulgari deberet legem, cum tunc canones conſecrarentur tuncque reciperet animum, cum infulati epiſcopi poſt lecturam decreti in ſeſſione placere ſibi reſpondiſſent, ſecus vero inanem eſſe interrogationem, quæ a promotoribus in ſeſſione fieret, ea de cauſa, cum nondum eſſent concluſiones in ſeſſione approbatæ, impune ſe circa eas pauca locuturum, rem eſſe grandem arduamque, nec tam breui ſpatio comprehenſibilem, ſe ſolum nunc eam habuiſſe notitiam, quia tamen archiepiſcopus eſſet, oportere eum rem bene noſſe, vt domum rediens & informare Regem & inſtruere ſubditos queat, velleque ſe atque collegis ante conſeſſum fiendum & audire alios & audiri ab alijs, nec videri ſibi ante relationem geſtorum, quæ oratores principum Maguntiæ egiſſent, ſeſſionem hanc fiendam, quæ forſitan talia forent, vt patrum poſſent intentionem mutare.* Sentiebat Turonenſis archiepiſcopus aduerſus Eugenium pro conciliabuli auctoritate, tam apertam tamen ferocientis Arelatenſis tyrannidem pati non potuit.

Omnia per tyrannidē & metus geſta.

Pergit Æneas Siluius a narrare, vt is palam ab epiſcopis & oratoribus principum temeritatis damnatus fuerit, quippequi in Eccleſia Dei nouum cum ſuis coniuratis viliſſimæ ſortis ſacerdotibus Catilinam ageret: *Conchenſis*, inquit, *epiſcopus orator Regis Caſtellæ, qui & ipſe nuper ex Maguntia reuenerat, vir plura intelligens, quam explicare ſciat, grauiter queſtus eſt contemni prelatos. nec fuiſſe rem magnam (ait) ſi expectati fuiſſent, qui Maguntiam, non voluptatis, ſed neceſſitatis cauſa, & cum grauibus periculis & ſumptibus petijſſent. Poſt quaſi ſubridens. Ah demens (inquit) ego quid expectari prælatos ex Maguntia volo, cum nec etiam ex choro huius eccleſiæ expectati ſint. Facite ergo, vt libet. Si quid hinc ſcandali, ſi quid mali euenerit, neque nos & oratores Caſtellæ inculpandi ſumus, neque ſereniſſimo Regi noſtro quiſquam iure imputauerit. Mediolanenſis quoque archiepiſcopus, quod eius rei pericoloſiſſimum exitum iudicabat, in auctorem Arelatenſem acerbiſſime conuitiatus eſt, ipſum eſſe, qui copiſtarum pædagogorumque gregem nutriret, remque cum eis fidei concluderet, alium eum Catilinam vocitans, ad quem deſperati & perditi omnes confugerent, illorumque ipſum eſſe principem & cum illis Eccleſiam regere, nec in re omnium maxima magnis prælatis & magnorum principum oratoribus auſcultare.*

a Aen. Syl in comm. de geſtis Baſil.

Conuenti prodeores de ſuaſioſis.

Arelatenſis ſchiſmatis & hæreſeos auctor.

*Albinganenſis quoque vir nobiliſſimus & ex Cæſarum ſanguine deſcendens, quamuis nunquam animum a concilio alienaſſet, nec tamen ab alijs oratorum principibus * videtur, diſcrepare, haud abſimilem querimoniam habuit de neglectu prælatorum. Ex hinc ad Panormitanum oratio defluxit.* Et infra: *Qui eſt ex Deo (inquit) verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Rurſus quoque,*

* videtur.

Qui

Digitized by Google

Qui male agit odit lucem, alibi etiam: *A fructibus eorum cognoſcetis eos. & non poteſt arbor bona malos fructus facere. Quæ omnia in patres concilij retorquebat, qui verba Dei, id eſt verba pacis, quæ ipſi oratores proferrent, non audirent; quique lucem fugiſſent oratoribus abſentibus & clanculum concludentes, quodque in ſua deputatione diem feſtum non celebraſſent, ſed feriata die concluſiſſent, & quod in præcedenti concluſione non ratione, ſed deceptione viciſſent. De fructibus dicebat, vt ipſi patres meditarentur quoniam, ſi fructus eorum non eſſent boni, ipſi etiam boni non eſſent, ſe autem videre in foribus concilium aliud, vbi timeret ne huiuſmodi concluſiones reuocarentur tanquam malæ fructus arboris.* Recte Panormitanus; nam damnatas huiuſmodi tres concluſiones in Florentino concilio earumque auctores anathemate perculſos viſuri ſumus. Addit Æneas Syluius de Ludouico protonotario, qui antea cum Panormitano prætulerat conciliarem auctoritatem pontificiæ, nec præuiderat tanta mala exorturas. *Is debere concilium aduertere dicebat, ne inuitis prælatis materiam fidei agitaret, ne ſcandalum ſequeretur, quod rem inualidam aliqui dicerent, namque licet Chriſtus duodecim Apoſtolos & ſeptuaginta diſcipulos elegiſſet, in editione tamen ſymboli ſoli Apoſtoli interfuiſſent, quaſi exemplum darent rem fidei ad ſolos Apoſtolos & ad ſolos epiſcopos pertinere, nec eſſe in materia fidei cum feſtinantia procedendum, quæ limpidiſſima eſſe debet, cum exigat Petrus probationem fidei pretioſiorem eſſe auro, quod per ignem probatur, quod ſi ſpretis epiſcopis huic rei daretur terminus, qui columna & claues cœli dicuntur, non poſſet bene probata fides videri nec bene examinata. Faſſuſque tandem inferiores cum epiſcopis definire poſſe minorem epiſcoporum partem cum maiori inferiorum parte aliquid poſſe terminare negauit.* Eo nempe prolapſa erat temeritatis & impudentiæ ſeditioſorum Baſileenſium turba, vt poſt contemptam auctoritatem pontificiam, etiam epiſcoporum, vt præuiſum ab Eugenio antea dictum eſt, auctoritatem temneret, & erroneas fidei ſanctiones ijs præſcriberet.

Spreti præſules a inſtroſis ſacerdotibus.

At Arelatenſis inanibus argutijs diſceptauit, minores ſacerdotes ferendæ decretoriæ ſententiæ auctoritate pollere in concilijs, conqueſtus ſe a præſulibus, qui ipſum præſidem elegiſſent, deſeri. Cum vero impium decretum pronuntiare niteretur, repugnarunt palam cum maxima epiſcoporum parte principum oratores, vt auerterent ſchiſma: *Obtinuit tamen demum Arelatenſis*, ſubdit Æneas, *lectaque forma decreti vſque ad verbum, determinus, aſſurgens Panormitanus nihil paſſus eſt vlterius audiri, indecorumque eſſe clamabat epiſcopus Cathanienſis, ſolum Arelatenſem cum paucis & titularibus epiſcopis rem concludere, clamabant & omnes, qui Panormitano fauebant. Cardinalis quoque Terraconenſis, qui vſque ad eam horam ſiluerat, grauiter ſuos caſtigabat, qui veluti dormientes & ſomnolenti proteſtationem non legerant, familiaribuſque illico vni ex ſuis, vt proteſtationem perlegeret, mandauit. At ſicut antea lecturam concordatorum aduerſarij perturbabant, ſic nunc patres concilij aduerſariorum proteſtationi locum non dimittebant.* Et infra: *Interea Matthæus Albinganenſis epiſcopus proteſtationem nulli alteri, quam ſibi legebat, nec enim præ ſtrepitu poterat audiri. Quo finiente tam Longobardi, quam Cathelani proteſtationi adheſerunt. Cardinalis quoque Terraconenſis*, & infra, *& ipſe & omnes fere Aragonenſes Longobardique, & Caſtellani diſceſſerunt.* Ita poſt interpoſitas publicas denuntiationes ab epiſcopis & oratoribus, Arelatenſis cum paucis, ac ſeditioſorum turba iniquum ſuum decretum promulgauit [a].

Cõfuſio in ferendis decretis.

a Aen. Syl. li. ſup.

22. Debuiſſet Albertus Cæſar temeritatem coercere pſeudocardinalis Arelatenſis, qui tyrannidem in conciliabulo adiuncta ſibi minorum ſacerdotum multitudine occupauerat, ſed deſerto apoſtolicæ dignitatis patrociniorum obtendebat negligentiæ ſuæ colorem, ſtudio pacis in neutram ſe inclinare partem, vt inter vtramque interpres concordiæ eſſe poſſet. Quem Eugenius grauiter monuit [a], vt ſacroſanctæ poteſtatis ius defendendum aduerſus conciliarem factionem ſuſciperet, ſeque pariter Albertum ipſum apoſtolicis ſtudijs in tuenda aduerſus Turcas Hungaria proſecuturum; cæſarei porro eſſe muneris ſeditioſos homines Eccleſiam Dei ſchiſmate laniare meditantes compeſcere, cum ſe eiuſdem Eccleſiæ defenſorem eſſe profiteretur.

Albertus Cæſar ſchiſma in eam dis ſollicite abnuit.

a Lib. 2. pag. 71.

Chariſſimo in Chriſto filio Alberto Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regi illuſtri ſalutem.

Reuertente ad nos dilecto filio magiſtro Ioanne de Fabriano decretorum doctore intelleximus primum ſerenitatem tuam præfatum magiſtrum Ioannem grate ſuſcepiſſe, deinde audiuiſſe, quæ venerabilis frater noſter Ioannes epiſcopus Signinus legatus & orator noſter, ac dilectus filius nobilis vir Gaſpar dominus Nouicaſtri, ac cancellarius tuus, vice venerabilis fratris noſtri Ioannis epiſcopi Patauienſis ex parte noſtra tuæ ſerenitati retulerunt: poſtmodum reſponſum tuum ad illa in ſcriptis datum, plene percepimus, per quod ſatis deprehendimus, te illa omnia, etiam grato animo recepiſſe, quamuis, vt inquis, pro imminente turbatione in Dei Eccleſia non videas pro nunc ad ea poſſe operam dare, ne forſitan pro huiuſmodi turbatione, vt optas, ſedanda interponendi partes tuas tibi tolleretur occaſio, ſi videreris in aliquam partium quouiſmodo pendere. In qua re primum ſcire te volumus, non fuiſſe intentionis noſtræ de re huiuſmodi promouenda, ſed ex parte tua per ipſum Patauienſem epiſcopum, vnum ex tuis oratoribus requiſiti, pura & recta mente conſenſimus, & propterea ipſum magiſtrum Ioannem ad te deſtinauimus: ſatis enim, quantum ad nos pertinebat, videbatur pro iniuncto nobis deſuper paſtorali officio ad pacem populi Chriſtiani, in te, veluti Regum primum, dirigere vota noſtra, teque omni poſſibili fauore complecti, ſignanter pro arcendis infidelibus a regno illo Hungariæ ad ipſius regni quietem pacemque perpetuam; neque dubitamus id ſequi poſſe, modo diligens ſtudium ad id impenderes, ſicut indubie ſperabamus.

Ignaue agens Pontificem tueri.

Promiſſa ii ab Eugenio ſtudia pro bello in Turcas.

Exiſtimamus etiam ſublimitatem tuam pro fauore ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, contra nonnullorum machinationes iniquas iam tibi notas, daturum operam efficacem, ſine quo ad quæ ſupradiximus conſequenda peruenire non poſſe, dubium non eſt quin, ſtante inteſtina ſeditione aduerſus ipſam ſanctam ſedem matrem omnium fidelium & magiſtram, aduerſum exteros de victoria ſperare non licebat. Et quamuis arbitremur ſerenitatem tuam bona mente in id tendere, vt ſe oſtenderet neutralem, non ob hoc credimus imminenti periculo ſubueniri, quin potius venenoſam doctrinam contra ipſam ſanctam Apoſtolicam ſedem, & contra puriſſimam vnitatem, ab omnibus Chriſtifidelibus ſemper obſeruatam, continuo ſerpere, & ſub vmbra reformationis Eccleſiæ, quam ſatores huiuſmodi in ſe ſemper horruerunt, venena diffundere, quorum conatus, niſi fidelium opera & virtute reprimantur, iam ad diuiſionem vnitatis Eccleſiæ, ſeditionem populorum, confu-

Propoſita ſchiſmatis mala.

Reſiſtenda diſciplina ſpecie fiſta hæreſis.

ſio

ſionemque totius politicæ diſciplinæ, viam plane aperiri conſpicimus, quod autem ad te, veluti eiuſdem ſanctæ ſedis, & totius Eccleſiæ aduocatum primum pertineat, non ignoras. Qua de re ſerenitatem tuam hortamur in Domino, vt cum his, quos in Domini timore poſitos, & ſoli Christi ſeruitio dedicatos noueris, communicato conſilio, quæ a te requirimus, plene metiri velis, & his imminentibus malis prouidere, cum potes, ſciens & ipſam ſanctam Apoſtolicam ſedem non amplius ſub diſſimulatione tranſituram, ſed daturam omnem operam ad huiuſmodi peſtem eliminandam quantum fuerit opportunum; cum potius corporaliter moriendum ſit quam omne ſchiſma tolerandum, quam ſuſcipiendi errores, quibus eiuſdem ſanctæ ſedis auctoritas a Chriſto data, & ab omni catholica Eccleſia pro fidelium omnium vnitate & ſalute reuerenter ſuſcepta vlla labe maculetur. Quod ſi quiſpiam obtenderit ab eadem ſede etiam parum grauari, parata erit ad omnia rationabilia atque honeſta, cum deuote & reuerenter, vt decet, fuerit requiſita, &c. *Dat. Florentiæ anno, &c.* MCCCCXXXIX. IX. *kal. maij anno* IX.

Rogatus Albertus ne ſchiſma toleret.

23 Vrſit eum iterum Pontifex repetitis literis [a], vt Eccleſiæ fluctuantis patrocinium ſuſciperet, felicibus ſe triumphis a Deo cumulandum pro certo haberet, ſi ingruenti malo obuiam iret, Eccleſiamque a ſchiſmate vindicaret: miſſum ad ipſum hac de cauſa a Francorum Rege oratorem, qui cum eum abijſſe in Hungariam Turcas bello petiturum mouiſſe comperiſſet, cum Friderici Auſtriaco de ſchiſmate tollendo agitaſſe conſilia.

Solicitatur iterum Albertus ut ſchiſma cõſilij patrocio.

a Lib. bren pag. 105. ext. etiam in Ms. Alex. VII. pag. 168.

Alberto Romanorum, ac Hungariæ, & Bohemiæ Regi illuſtri ſalutem.

Cum ad nos veniſſet dilectus filius Rodulphus dominus de Gaucort orator chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Francorum illuſtris, retulit ſe miſſum ab eo ad tuam ſerenitatem, ad exhortandum & rogandum, vt vellet obuiare, ne ſchiſma in Eccleſia fieret, & vt auctoritas & dignitas noſtra & ſedis Apoſtolicæ in priſtino ſtatu & dignitate conſeruaretur, ſed cum tuam celſitudinem in Hungariam audiuiſſet eſſe profectam, ſe locutum fuiſſe eadem cum dilecto filio nobili viro Friderico ſeniori duce Auſtriæ conſanguineo tuo, quem optime diſpoſitum ad iſta eadem ſe inueniſſe dixit, & propterea deſtinaſſe ad te ſolemnes oratores ſuos. Commendanda eſt plurimum ipſius Regis deuotio & cura, quam pro Eccleſia ſancta Dei ſuſcepit, ſimiliter diligentia & bona affectio ducis, quos nos quoque per noſtras literas commendamus. Sed cum tua, inquit, celſitudo, ad quam præcipue tutela & defenſio Eccleſiæ catholicæ & Romanorum Pontificum ſpectat, debeat non ſolum imitari virtutem aliorum, ſed ducem ſe præbere ad ſtatum & honorem noſtrum & ipſius Eccleſiæ & ipſius ſedis conſeruandum & augendum, exhortamur tuam ſerenitatem, vt hanc curam & ſolicitudinem velis ſumere, vt Eccleſia a tot turbinibus & fluctibus, in quos Baſileenſium iniquitas illam poſuit, per tuæ prudentiæ opus in tranquillitate quieſcat. Et quidem multi dicunt tuam virtutem remiſſiorem fuiſſe in noſtrum & ſedis Apoſtolicæ auxilium, quam requirat officium illius, ſed excuſamus te propter plurima & diuerſa impedimenta, quæ te diſtraxerunt, & multis laboribus implicarunt. Hoc tamen pro certo teneas, Deum omnipotentem, in cuius manu Reges & regna ſunt cum Eccleſiæ ſuæ pacem & eius ſponſo vicario Ieſu Chriſti tranquillitatem dederis, tibi quoque & pacem & victoriam ab hoſtibus conceſſurum. Velis igitur Baſileenſium temeritatem & audaciam reprimere, & nobis, prout debes, fauere, neque ibi concilium exiſtimare, vbi diuiſionum & ſcandalorum omnium ſpiritus regnat, ſemen germinat malignitatis. *Dat. Florentiæ XV. kal. Iulij anno* IX.

Miſſus a Franc. Rege orator ad Cæſarē pro ſchiſmate propulſando.

Eugenij de Alberto querela.

Promiſſa illi pax & victoria ſi Eccleſiā adiuuerit.

Miſſum etiam ab Eugenio Nicolaum Albergatum tit. Sanctæ Crucis Cardinalem memorat Poggius Florentinus, in funebri eius laudatione: *Cum poſtea, inquit, celebrandi concilij gratia, ad quod Græci venturi erant, Pontifex Eugenius Ferrariam conceſſiſſet, in Germaniam legatus mittitur ad Albertum Regem Romanorum, qui erat Nuremberga ad agendos conuentus Principum Germaniæ ad obuiandum ſchiſmati, quod poſtea Baſileenſium veſania confecit. Hic multa in eo conuentu locutus, quæ ad deterrendos homines a ſchiſmate Eccleſiæ pertinebant, hortatuſque ad Pontificis ſolitam fidem ſeruandam.* At de Nurembergenſibus conuentibus inferius: cæterum iuſtis Pontificis precibus Albertus aures non dedit, qui facile imperio ſeditioſorum Baſileenſium conuenticulum ſoluere poterat; quocirca nec diuinam ſibi gratiam conciliauit, atque adeo profectus in Turcas inglorius, vt videbimus rediit, neque ita multo poſt mortuus eſt.

a Pog. in orat. fun. Card. S. Crucis.

Diuinam non promeruit patrocinium qui Eccleſiæ defuit.

24 Quod ad Carolum Francorum Regem attinet; præferebat ingens auertendi ſchiſmatis ſtudium nauabatque operam, vt Pontificem, ac Baſileenſe conuenticulum in concordiam reduceret. Cum vero verbo lapſus illud concilium appellaret, monuit [b] ipſum Eugenius perfidorum hominum ſynagogam non eo nomine cohoneſtandam. Queſtus etiam eſt ipſius oratores, atque inter alios archiepiſcopum Turonenſem pia eius conſilia prodidiſſe; nam qui ad componenda diſſidia miſſi eſſent ad principes, illa improuide magis auxiſſe. Expoſtulauit etiam ipſum non perfeciſſe promiſſa, neque oratores pro redintegranda orientalem inter & occidentalem eccleſias coniunctione Florentiam legaſſe; denique rogauit, vt ex Baſileenſi conuenticulo regios oratores ſubditoſque ſuos graui edicto reuocaret.

Francorum Rex pacis Eccleſiæ ſtudioſus.

b Lib. bren pag. 102.

Eius oratores cauſam pontificis prodiderũt.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Francorum illuſtri,

Conſolati ſumus plurimum in literis tuis, quas dilectus filius Thomas Narducij ſcutifer tuus & noſter etiam familiaris attulit nobis: magnam enim oſtendis, ſicut ſemper feciſti, affectionem erga nos & ſedem Apoſtolicam, atque etiam ad vnitatem Dei conſeruandam. Sed multo maiorem conſolationem ſuſcepimus ex verbis ipſius Thomæ, quibus mature & diligenter ex parte tua aperuit nobis puram mentem & perfectum animum erga nos, quam & oſtendes ipſo opere, vt dixit, cum primum tempus erit. Hæc eadem & alia plura veniens poſtmodum ad nos dilectus filius nobilis vir Rodulfus dominus de Gancort orator tuus, multa dicens de cura & diligentia, quam aſſumpſiſti, ne Eccleſia Dei in diuerſa ſcindatur, & vt ſedes Apoſtolica retineat dignitatem & decorem ſuum. Ad quæ, cum ſint digna tanto principe, nos quoque tuam ſerenitatem in Domino exhortamur. Neceſſaria quidem eſt Eccleſiæ Dei, ne periclitetur amplius, & ne impiorum manibus laceretur, tua pietas & virtus, vt a tot perturbationibus, tot tempeſtatibus liberetur, quibus iam diu nimis exagitata eſt Baſileenſium malignitate: etenim dolendum eſt non ſolum nobis,

ſed

Digitized by Google

ſed tibi quoque, chariſſime fili, ſalutis humanæ hoſtem ſathanam laxaſſe adeo habenas noſtris temporibus in nonnullis iniquitatis filijs, in ſpiritu diuiſionis & ſcandalorum fomite congregatis, vt non deſiſtant noua in diem pericula & turbationem contra nos & vnionem Eccleſiæ moliri, ac etiam fideles ſolicitare principes varijs mendacijs aduerſus ſedem Apoſtolicam, vt eos attrahant in errores ſuos. Et certe illorum veſania maiores ſeditiones fabricaſſet & ad ſciſſuram Eccleſiæ, quam iam non occulte, ſed palam quærunt, deueniſſet, niſi eorum temeritas per catholicorum principum & tuam maxime prudentiam repreſſa extitiſſet. Sed tanta eſt tua deuotio erga nos & præfatam ſedem, tanta cura & diligentia, quam præſtas in Eccleſia præſeruanda ab omni ſchiſmate, vt obuiatum ſit hucuſque per te & obuiatum iri non dubitemus nefarijs conatibus aduerſantium nobis, vel potius fidei Ieſu Chriſti & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ: neque enim ambigimus (licet aliqui reprobi quandoque reperti ſint, qui ſub ſpe bona contra ſedis prædictæ auctoritatem aliqua tibi forte ſuadere conentur) quin egregium ac præclarum nomen, quo Franciæ Reges Chriſtianiſſimi appellantur hactenus ſuis in Eccleſia meritis claruerunt, tua quoque ſerenitas maiorum veſtigia imitatus velis laudabiliter conſeruare.

Chariſſimo Regi [illegible] quærela.

Sollicitatus Carolus Rex ad ſectanda maiorum veſtigia.

Manifeſtum eſt certe omnibus, qui intellectus lumine vti velint, quid vſque ad hanc idem quærat & fabricet Baſileenſium congregatio, quos a te concilij verbo appellari vide ne nimis alienum ſit a tam catholici principis grauitate, quomodo enim potes, cum veriſſime teneas & rectiſſime profitearis, nos eſſe verum vicarium Ieſu Chriſti atque vnicum Eccleſiæ ſuæ ſponſum conuenticulam illam concilium nominare? An ſcelerum omnium & ſcandalorum ſentina reproba, & ſententijs apoſtolicis damnata nomen ſynodi meretur? ille potius malignantium conuentus eſt, ac Phariſæorum Chriſtum tradentium perfida ſynagoga, quorum malus animus, peiores cogitationes, peſſima opera, nihil aliud tot annis egerunt; niſi vt conculcarent atque eneruarent ſummorum Pontificum & Petri ſedis auctoritatem, vt aliquod idolum erigerent aduerſus nos, quo pax & fides Chriſtiani populi turbaretur. Quorum mentem inquinatam & ad ſciſſuram Eccleſiæ promptam poteſt quiſque fidelis hoc nomine vocare, aut exiſtimare nullam in eis niſi male agendi facultatem aut auctoritatem eſſe conceſſam; ſchiſmata, doli, fraudes, ſcandala, diuiſiones, rebellio & Chriſtianorum turbatio, illorum ſunt exercitia, qui nati ad interitum animarum tanquam mercenarij nullam de ouibus curam habentes, obiecerunt illas lacerandas rapacibus lupis. Permagna profecto eſt in illis Dei patientia, qui tantam labem orbis ſuſtinet ſuper terram: ij enim more ſathanæ ab Aquilone ſedem poſuerunt aduerſus Chriſtum & vicarium eius, ſibi ea præſumentes, quæ nulla vnquam antiqua & vſque ad hoc tempus celebrata ſynodus, cuius nomen falſo vſurpat, auſa eſt attentare, vt plane omnibus conſtet, illos a præteritorum conciliorum inſtitutis, auctoritate, virtute, ſanctitate, moribus, & auctoritate eſſe penitus alienos. Hos tua ſerenitas ſeditioſos, damnatos, a Dei Eccleſia præciſos & tanquam mundi purgamenta reiectos nequaquam amplius concilium nominet, cum nullum concilium legitimum vnquam fuerit neque etiam eſſe poſſit, niſi ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſuffultum.

Admonitus ne concilij nomine appellet conuenticulum factioſorum.

Quid de eo ſentiendum poſt tranſlationem factam ab Eugenio.

Impia opera Baſileenſium.

Auſi tentare quæ nulla ſynodus cœpit.

Segregati ab Eccleſia concilium celebrare non poterunt.

Atqui huius conciliabuli cogitationes, curæ, conſilia quo tendant etiam lippientes proſpiciunt, vnum loquuntur, aliud intendunt, prætendunt Græcorum vnionem & tertij loci practica principes moleſtant, interim ſciſſuram quærunt; non enim vnitatis Græcorum illis, aut fidei orthodoxæ cura eſt, ſed ſchiſmatis ac diuiſionis. Quomodo enim, vt alij vniantur quærere poteſt, qui in diuiſione perſiſtit? quomodo alienam eccleſiam ad ſe trahet, qui ſuam abrogauit ac dereliquit? quomodo ad gremium Eccleſiæ catholicæ cæteros exhortari poteſt, qui ſe ab ea per ſuperbiam ſeparauit? Nimium ſunt iſta diuerſa inter ſe, chariſſime fili, & opera verbis, quæ loquuntur, contraria. Finxerunt ſe curam habere Græcorum, donec pecunias indulgentiarum nomine a fidelibus ſubtraherent, quas poſtea non in Græcis expendunt, ſed in ſuis cupiditatibus explendis, & in noſtro ſediſque Apoſtolicæ ſtatu & dignitate opprimendis conſumunt. Græci quidem iam per quindecim menſes & amplius apud nos ſunt, qui cum capite, non cum putidis membris & a corpore diuulſis concordiam & vnionem tractare voluerunt. Nos eorum onera & impenſas pertulimus, nos eorum aduentus & reditus gerimus curam, ad quorum vnitatem cum tuæ auctoritatis aſſiſtentia vtilis & tibi honorifica fuiſſet, miramur aliquantulum pro tanto bono conſequendo te non miſiſſe aliquos tuo nomine ad hoc œcumenicum concilium, ſicut & nobis & ipſis Græcis te facturum ſcripſiſti, vt tu quoque eius meriti particeps extitiſſes.

Non eccleſiarum [illegible] ſed diuiſionem affectarunt.

Græcorum nomine [illegible] pecunias [illegible] augerent.

Oratores vero tui, quos pro tractanda concordia te miſſurum ad nos dudum ſcripſiſti, licet diu expectauerimus ſummo cum deſiderio, tamen nondum venerunt; occupati enim fuerunt magis, vt euerterent ſtatum noſtrum, quam vt vllam concordiam tractarent, nam nihil eſt cogitatum in præiudicium noſtrum in locis, vbi fuerunt, quin aſſenſum nomine tuo nedum præbuerint, ſed incitauerint licet contra tuam voluntatem & commiſſionem. Sed de his non admiramur, cum ſciamus a quo fonte procedant: archiepiſcopus enim Turonenſis ex odio, quod habet erga nos & eccleſiam Romanam, a qua exaltatus eſt & promotus, ſignifer eſt omnium errorum, qui fiunt contra nos, per tuos oratores ipſe dudum, cum contra voluntatem tuam & mandata aduerſaretur nobis, fuit a te ex Baſilea reuocatus, nunc cum ſuperiora errata ſe emendaturum diceret, iterum a tua benignitate miſſus peiora egit prioribus, ſemper principalem ſe præbuit ad nos impugnandos, ſemper conſilio & opere fauit noſtris aduerſarijs, ſemper in his, quæ in noſtrum præiudicium deliberata ſunt, primus conſenſum præbuit, ingratus nimium profecto, neque ſolum immemor beneficij a ſede Apoſtolica accepti, quæ eum de infimo gradu ad tantam, qua ſe indigniſſimum reddidit, dignitatem prouexit, ſed etiam per eum multoties præſtiti iuramenti ſedi Apoſtolicæ, quod in periurium vertens, & nobis, & Deo debitam fidem violauit. Hunc denuo reuoces oportet, ne ad nos veniat: nam qui zizaniorum ſator eſſe conſueuit, nequaquam vllo modo aptus eſſet ad tractandam concordiam aut pacem, cæteros vero grato animo recipiemus complectentes omnem viam pacis & concordiæ, quæ honeſta ſit, nec aduerſa a noſtra & ſedis Apoſtolicæ dignitate.

Interpellatus Franc. Rex quod oratores ad Flor. concilium non miſerit.

Archiep. Turonenſis ſummis promotus.

Ingratus & periurus eſt [illegible].

Te vero, chariſſime fili, per Dei miſericordiam exhortamur, vt velis ſumere laborem, vt

Eccleſia catholica ab iſtis Baſileenſium moleſtijs conquieſcat, vt vnitate gaudeat, ne pax per tot tuorum prædeceſſorum, & aliorum fidelium principum labores ſibi conceſſa, malignitate Baſileenſium turbetur. Spectat ad te potiſſimum, vt Chriſtianiſſimi Regis nomen & gloriam conſerues præbere te tanquam ſcutum pro defenſione ſedis Apoſtolicæ atque noſtra. Debes te alijs bene agendi exemplum præſtare, & id agere vt, ſi qui potius priuigni, quam filij Eccleſiæ eſſe volunt, tu veram matrem verus filius recognoſcas, conſeruans eam in ſuo decore & ſtatu, vt ab alijs oppreſſa a te ſubleuata eſſe videatur. Id vero a te maxime agendum eſt, vt tuos reuoces, ſi qui ſint Baſileæ oratores, ſubditis vero mandes, vt ab illa congregatione quamprimum recedant, ne illorum contagione honor tuus & tanti regni dignitas aut ſplendor, non tua culpa, ſed aliorum malignitate maculetur. Super his præfatus Thomas, cuius diligentiam & modeſtiam in agendo ſibi commiſſa maxime laudamus, & eum propterea recommendamus celſitudini tuæ, latius loquetur cum eadem ex parte noſtra, cui velis fidem præbere, &c: *Dat. Florentiæ pridie kal. iunij anno IX.*

Admonitus Francorum Rex ne priuignum ſed filium Eccleſiæ agat.

25 Non deerant in Gallijs plures viri grauiſſimi, qui Carolum Regem monerent, vt regiam auctoritatem in propulſando ſchiſmate & confirmanda eccleſiaſtica pace adhiberet: qua laude excellebant Tectoſagum ordines, quibus ab Eugenio actæ ſunt gratiæ hiſce literis a.

a Extant in m. s. cod. Alex. VII. pag. 167.

Venerabilibus fratribus & dilectis filijs tribus ſtatibus patriæ linguæ Auxitanæ ſalutem, &c.

Benedictus ſit Deus, filij deuotiſſimi, qui vobis inſpirauit ſpiritum veritatis & ſinceræ fidei ac deuotionis, quam verbo & opere oſtenditis erga ſanctam ſedem Apoſtolicam & nos vicarium, licet immeritum Ieſu Chriſti: nihil enim præclarius, nihil laudabilius, nihil Deo acceptius aut glorioſius a vobis fieri potuit, quam vt hortaremini veris ac ſanctis rationibus chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Francorum illuſtrem, vt conſeruaret Apoſtolicam ſedem in vnione & dignitate conſueta, vtque reſiſteret ſchiſmati & ſcandalis, quæ quotidie fabricantur per reprobam & Deo odibilem Baſileenſium congregationem, qui nihil agunt aliud, nihil cogitant, niſi de diuidenda Eccleſia & oppreſſione noſtra; reſiſtet Altiſſimus illorum ſuperbiæ & iniquitati, & Eccleſiam ſuam ſanctam per veſtras & aliorum fidelium preces & opera liberabit de manibus operantium iniquitatem: permittit enim nauiculam Petri diuerſis fluctibus agitari, vt eo modo, qui probati ſunt manifeſti fiant. Magnam profecto laudem & commendationem meremini apud omnes fideles Chriſti, qui tanto feruore fidei pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis defenſione tam bonum opus operati eſtis: & licet exiſtimemus virtutem & fidem præfati Regis eſſe cauſam, quod omnia acturus ſit, quæ ſpectant ad laudem Dei & ſalutem ſuæ animæ, quodque non deuiabit a ſuorum prædeceſſorum veſtigijs, qui ſemper ſummos Pontifices & Romanam eccleſiam, aliarum omnium matrem, pacis vinculo honorarunt; tamen preces veſtræ apud illum tam ſanctæ tam iuſtæ maximum pondus habebunt, & plurimum fructum afferent ad confirmandum animum ſuum in bona diſpoſitione, in qua ſemper fuit. Perſeuerate igitur, filij, cum noſtra benedictione, & veſtra bona voluntate: nam Deus pro nobis retribuet veſtræ charitati, quam infundit in animis veſtris, nos quoque erimus ſemper prompti ad omnia, quæ concernant veſtram tam corporis, quam animarum ſalutem. *Dat. Florentiæ, &c. V. non. iunij an. IX.* Adhæſiſſe Carolum Francorum Regem Pontifici inferius viſuri ſumus, quantumuis nonnulli Galli conflando ſchiſmati maximam operam dederint.

Teſtes reges Eugenium contra Baſileenſes tuentur.

Interea Baſileæ tumultus aucti, nam pſeudocardinalis Arelatenſis poſt tres propoſitiones falſas pro ſanctionibus fidei repugnante maiori præſulum, qui aderant, parte promulgatas XVI. kal. iunias ſeſſionem coniuratorum habuit exauctoraturus Pontificem, obnitente iterum contra maiore præſulum parte, & principum oratoribus obluctantibus; *In qua,* inquit Æneas Syluius a oculatus teſtis, *nullus Aragonenſium prælatorum interfuit, nulluſque omnino ex tota Hiſpania, ex Italia ſoli Croſſetanus epiſcopus & abbas de Dona,* & intra, *ex duabus alijs nationibus miſtrati fuerunt ſolum viginti.* Erant illi vel epiſcopatus honore ob flagitia deiecti, vel titulos inanes præferentes, quibus ſcilicet perperam a ſchiſmaticis decorati erant, vel ex ſchiſmatis flagitio turpis lucri ſpē conceperant. At Arelatenſis pſeudocardinalis a maxima epiſcoporum parte deſertus hac fraude vſus eſt: *Cogitarat,* inquit Æneas b, *quod erat futurum* (illos nimirum ſceleri non aſſenſuros) *plurimaſq; ſanctorum reliquias tota vrbe perquiri iuſſit; ac per ſacerdotum manus in ſeſſione portatas abſentium epiſcoporum locum tenere; qua res maxime deuotionem adauxit, in tantum vt vocato poſtmodum de more Spiritu ſancto, nemo lacrymas continuerit.* Deluduntur interdum hypocritæ fallaci pietatis ſenſu; nec rite Spiritus ſancti auxilium imploratum fuit a ſchiſmaticis Eccleſiam dilaniaturis, cocrodilorum inſtar flentibus, dum ſe accingunt ſceleri, ſed potius omnia dæmonum genera, vt conqueritur Eugenius c, ad ſynagogam hanc perduellium inſtitutam a Chriſto monarchiam euertere molientium concurrerunt; poſtea vero in proximo conſeſſu archiepiſcopus Lubecenſis & archiepiſcopus Turonenſis Cæſaris & Francorum Regis oratores iniquam Eugenij deiectionem approbarunt; ſed ambo ea in re Regis vtriuſque mandata turpiſſime temerarunt.

Aucti Baſileæ tumultus.

Seſſio XXXIV.

a Aen. Syl. lib. 1. de geſtis Baſil. conc.

b Ibid.

Baſileenſi hypocriſis.

Rogebantur a dæmone.

c In decr ſynod. in actis conc Flor. p. 3.

26 Quam inique & impie peractum fuerit hoc iudicium, demonſtrat B. Ioannes e Capiſtrano d, ſic inquiens: *Dicit B. Thomas, quod ad vſum clauium duplex poteſtas requiritur, ſcilicet ordinis, & hæc eſt æqualiter in omnibus ſacerdotibus & reſpectu omnium, & iuriſdictionis, & hæc non eſt æqualiter in omnibus nec reſpectu omnium.* Et infra: *Cyrillus Alexandrinus in libro theſaurorum, & Chryſoſtomus, & Auguſtinus ſuper pſalmos, & gloſſa ſuper illud Lucæ XII. cum dixit Dominus Petro: Quis putas, eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam? dicit glo. id eſt ſuper Eccleſiam, & Ambroſius lib. 2. de Trin. dicit, quod talis ſeruus fuit Petrus ſuper Eccleſiam, & ſic quilibet legitimus Petri ſucceſſor. Hinc etiam de Petro cantamus dictum a Domino. Super plebem meam principem te conſtitui, ad quod Ierem. I. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas & diſperdas & diſſipes & ædifices & plantes, quod fuit noſtrum thema in hoc tractatu. Numquid ergo gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? & exaltabitur ſerra contra eum, a quo trahitur, quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus, qui vtique lignum eſt. Iſa. X. caueant ſic ergo alij Eccleſiæ prælati, ne eorum ſubditi inſurgant ſuper eos tanquam pedes ſupra caput, & ſuccedat eis, quod*

d Io. e Capiſtr. de auctorit. Papæ & concil.

Baſileenſis cauſa confutata a B. Io. e Capiſtrano.

di-

dixit Apoſtolus ad Rom. 2. In quo enim iudicas alterum, te ipſum condemnas; & ſi Petrus relictus eſt iudicio Chriſti tanquam peculiaris Chriſti ſeruus, tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? vt dixit Apoſtolus ad Roman. XIV. Et ſi omnes Chriſticolæ Petro ſunt ſubmiſſi per Chriſtum, qua fronte præſumis, non dico in Petrum, ſed nec Petri ſubditos in eo, quod omnes ſibi ſubiicere debent, iudicium inferre fruſtratorium & inane? cum, vt ſupra iam patuit, ſola Romana ſedes auctoritate Chriſti de omnibus iudicet, atque contra eam nulli permiſſum eſt iudicare. Et infra: *Nonne ab antiquiſſimis ſuperioribus temporibus a noſtris ſanctis patribus extitit ordinatum, vt maiores eccleſiæ cauſas maxime fidei etiam per generalia concilia ad ſummum Pontificem referantur? Nonne etiam Moyſes ita ſtatuit a Domino inſpiratus Deuter. XVIII. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit dominus Deus tuus:* Et infra: *Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo,* & infra, *morietur homo ille. Vide extenſius ſupra ſecunda parte principali ſecunda parte in quæſt. an principes populi Chriſtiani ſubeſſe debeant iuriſdictioni Papæ argum. XVI. in fine pro parte affirmatiua,* quod ſic. Quæ vero ab Eugenio pro tuenda apoſtolica auctoritate geſta ſint videbuntur inferius. Poſt patratum autem a Baſileenſibus execrabile facinus, latamque nefariam de abrogato pontificatu ſententiam a pauciſſimis doctorculis in Eugenium, quem non modo Latini epiſcopi colebant, ſed cui etiam orientales damnato ſchiſmate obſequium deferebant, peſtis Baſileam inceſſit, qua pars ſchiſmaticorum abſumpta eſt.

Peſtis Baſileæ ſchiſmaticos abſumit.

27 In iis fuere Ludouicus protonotarius, qui quamuis non approbaret Baſileenſium tyrannicam factionem, vt maior ſacerdotum numerus cum paucis epiſcopis ederent ſanctiones fidei reluctante maxima epiſcoporum parte, auctoritatem tamen conciliabuli aduerſus Pontificem ſcriptis propugnarat: is igitur inopina & ſubita morte extinctus improbe conceptas ex ſchiſmate ſpes amiſit. De Ludouici etiam, qui Aquileienſis patriarchatus titulos gerebat, (adeo feri Eugenii hoſtis, vt epiſcopis non aſſentientibus iniquæ in Pontificem latæ ſententiæ capitale ſupplicium intentarit) infelici exitu hæc addit Æneas Syluius [a]: *Nec quem optauerat diem electionis Papæ*, id eſt antipapæ, *potuit cernere; in eo tamen partem conſolationis recepit, quoniam prius depoſitum Gabrielem*, nimirum Eugenium, *vidit quam moreretur, lætuſque vt ante prædixit tale numquam morbem portauit alium.* Et infra: *Fuitque eius obitus omnibus patribus*, nempe ſchiſmatis auctoribus, *amariſſimus, iamque duas concilii columnas proſtratas eſſe dicebant prothonotarium & patriarcham, quoniam iure alter, ſcilicet commentitio, facto alter veritatem ſynodi defendiſſent.* E medio ſimiliter exceſſere [b] ſchiſmatis ſigniferi Lubecenſis epiſcopus, qui principum oratores circumuenerat, ne impia ſynagogæ decreta fieri prohiberet, ſubornaratque Turonenſem archiepiſcopum, vt contra Gallorum Regis mandata ſceleri aſſentiretur, Ebronenſis epiſcopus vt vocant, eleemoſynarius Regis Aragonum, epiſcopus Conſtantienſis, Vergiliacenſis & de Dona abbates, adulterinarum bullarum ſcriptores octo, totidem pluteſue ex peruerſæ pœnitentiariæ impoſtoribus, denique, vt ait auctor: *Omnis ordo Patrum conſoſſus fuit. Ex doctoribus magnus defecit numerus.* Adſcribendum

a Æn. Syl. lib. 2. de geſt. Baſil. old. lib. 2

b Id. lib. 2

Debilitati e vnde ſchiſma.

id ſane diuinæ prouidentiæ, ne illi eloquentia ſua & ſcriptis ſchiſmati robur adderent; imminuto autem impiorum numero, ſuperſtitum conatus nefarii parum valuerunt. In tanta Baſileenſium ſchiſmaticorum clade Arelatenſis pſeudocardinalis quamquam nonnullos e familiaribus amiſerat, tamen deſerere Baſileam abnuit, ne conciliabuli reliquiæ ſchiſmatis imperfecto facinore, necdum creato antipapa diſſoluerentur.

Intenta itaque perficiendo flagitio ſchiſmatica turba ſanxit appetente octobri, vt triginta duo cum eodem Arelatenſi conuenirent: in quibus deligendis, poſtquam variis ſententiis certatum eſt, Thomam abbatem e Dunduno, Ioannem e Segobia in eccleſia Metenſi archidiaconum, ac Thomam e Corcellia canonicum Ambianenſem electores deſignarunt, qui latis inter ſe ſuffragiis viginti nouem collegas deligerent, eo quippe res prorueerat, vt exauctorato Pontifice ſchiſmatici ſacerdotes non modo ſe æquarent epiſcopis, verum etiam anteferrent, adeo vt Arelatenſis, de quo paulo ante memoraui, iam perduellionis pœnas lueret. Dum hic pſeudocardinalis Gallus ſubornatis Gallorum Regis oratoribus laniare Eccleſiam nititur, adhæſit Eugenio Carolus Rex, miſſoque alio oratore explicuit ſua erga Pontificem ſtudia, & vt eiuſmodi tumultus componere percuperet, eoque maxime, quo iam in dies Baſileenſium impietas ſe magis ac magis efferebat aduerſus Chriſti vicarium, qui actis ipſi gratiis expoſuit conciliabulum illud aperte iam ad ſchiſma, de cuius periculo toties eum certiorem feciſſet, conflandum incumbere, retardatumque ſe diutius fuiſſe, ne apoſtolicam in eos ſeueritatem adhiberet, in quos demum ſynodali edicto coactum ſe animaduertere; ſi tamen reſipuerint paternis brachiis & oſculis, vt filios prodigos excepturum.

Qui electi ſint pro creando antipapa.

Officia erga ſtatuenda dignitate ſedis Apoſt. a Francor. Rege delata.

a Lib. brev. pag. 109. & in ms. Alex. VII. pag. 174.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Francorum illuſtri ſalutem, &c.

Venit ad nos nuper dilectus filius Robertus Ciboule magiſter in ſacra pagina conſiliarius tuus, vnus ex quinque oratoribus, quos dudum te ad nos deſtinare ſcripſeras, & diligenter ac mature nobis retulit tuam ſinceram fidem & puram deuotionem erga Romanam eccleſiam & Apoſtolicam ſedem, & etiam ſingularem beniuolentiam & affectionem, quam geris ad perſonam noſtram, quæ quamuis propter tua bona opera ſint notiſſima nobis, tamen lætamur in Domino, cum ea multorum verbis reiterantur auribus noſtris; nam cum nos amemus tuam ſerenitatem præcipua charitate, & ea conati ſimus ſemper agere, quæ ſpectent ad pacem tui regni, & incrementum, atque exaltationem ſtatus tui & tuorum, maxime conſolamur in Domino, cum tuis bonis operibus reſpondeas affectioni erga te noſtræ. Facis tu quidem more progenitorum tuorum, qui pro conſeruanda Eccleſiæ vnitate, pro tollendis ſcandalis, pro ſtatu Romanorum Pontificum, pro defendenda ſedis Apoſtolicæ auctoritate, nullos labores, nulla diſcrimina recuſarunt, quos cum tua virtus imitetur, ſummam commendationem & laudem mereris. Verum ſi vnquam fuit tempus, quo Eccleſia catholicorum principum auxilio indigeat, nunc maxime eſt, quo illam de iniquorum manibus liberari oportet. Vides quo Baſileenſium amentia ac temeritas progreſſa eſt. Vides nunc tandem, quod toties ad te ſcripſimus, quid ſynagoga illa diabolica moliatur, non iam occulte, ſed palam ſciſſuram Eccleſiæ catholicæ & diuiſionem inconſutilis tunicæ Chriſti fabricatur, nunc

Exhibita ab Eugenio Regi officia.

De intendenda diſcordia cura certiorem factus.

tan-

tandem conceptum diutius venenum erupit ad perdendas animas & perturbandũ populum Chriſtianũ. His pro te manifeſto quoque remedio obuiandum eſt,& ne ſcindere poſſint Eccleſiam,occurrendũ pro delenda tanta ex nomine Chriſtiano macula, & id a te agendum, vt non ſolum abſis a culpa (quod nonnulli illorum occulte diſſeminant) ſed etiam ab omni culpæ ſuſpicione: prouidendum eſt tuæ prudentiæ ita agere, vt regnum tuum nulla ex parte maculetur illorum ſacrilega contagione. Hoc proprium officium Regis catholici & Chriſtianiſſimi eſt, hoc tanti regni requirit auctoritas, hoc tuorum prædeceſſorum dignitas & virtus expoſcit.

Laudatur quod iuſſerit priſtina obedientia Romanæ ſedi deferri.

Commendamus maxime tuam ſanctam deliberationem, qua præcepiſti obediri nobis poſt publicatam illorum veſaniam, quemadmodum antea fiebat, ſed alia quoque addenda pro tuæ mentis puritate fuerunt, & ſunt etiam de præſenti. Reuocandi ſunt ſubditi tui ſub grauibus pœnis, qui illis fæcibus peſtiferis vel hærent, vel fauent, vel aſſiſtunt conſilio vel fauore. Non concilium fex illa hominum reproba appellanda eſt, ſed perditorum hominum, ac Dathan & Abiron ſynagoga. Qui enim concilium eſſe, aut nominari poſſunt viri peſtiferi, nefarij, totiens a nobis & ſede Apoſtolica cum concilij auctoritate damnati, apud quos nihil ſacrum aut diuinum, ſed profana atque obſcena ſunt omnia? Et certe non conſcientia, non Dei timor, non religio, non ratio vlla monere aliquem debet catholicum principem, vt nunc illum peſtiferum conuentum nominis concilij appellare poſſit, & ſi qui tibi contrarium perſuadere volent, primum animam ſuam nequiter damnant, cum tuam diuerſis fallacijs peruertere conabuntur.

Impietas nomine concilij condecorata.

Dux Burgundiæ ſchiſmaticis mortem gerit vetitam.

Rem dignam magna laude nuper egit dilectus filius nobilis vir Philippus dux Burgundiæ conſanguineus tuus, qui per ſuas patentes literas præcepit ſub grauibus pœnis in ſuis dominijs, ne vllis literis illius ſceleratiſſimæ conuenticulæ aliquis obediret, aut ad ſua dominia illas auderet deferre, nec vero illos Deo rebelles viros concilium dicit, ſed ſolummodo propter honeſtatem patres appellat; quod ſi reliqui principes feciſſent, refrigeſceret illorum audacia, & potius de ſua ſalute, quam de aliorum pernicie cogitarent. Sed tamen nullus Rex aut princeps fidelis aliquid adhuc de ſua ſolita obedientia erga nos propter illorum decreta imminutauit, nullus aliquid contra nos & ſedis Apoſtolicæ auctoritatem innouauit, ſed in priſtina deuotione & fide permanſerunt. Speramus autem, quod tua ſerenitas, cuius videtur eſſe præcipuum opus conſeruare vnitatem Eccleſiæ, & tueri auctoritatem Apoſtolicæ ſedis, ſumet palam cauſam hanc tuendæ vnitatis, reprimens inanes conatus eorum, apud quos neque a Deo neque ab homine vlla eſt auctoritas conceſſa.

Cur diſtulerit animaduertere in Baſil. Eugenius.

Contra hos procedere per plurimos menſes hucuſque diſtulimus, inſtanter ſuper hoc a te requiſiti, & nos id patienter fecimus, tum reſpectu tuæ ſerenitatis, tum expectantes, cum omni humilitate & manſuetudine ſi vellent redire ad ſanam mentem; nunc vero, cum illos videamus in reprobum ſenſum datos, mala malis addere, & in ſua male agendi pertinacia obſtinatos, ne medendis vulneribus, quæ Eccleſiæ infliguntur negligentes eſſe videamur, & etiam a pluribus grauiſſimis & probatiſſimis viris & Deum timẽtibus requiſiti, in hoc ſacro œcumenico concilio aduerſus illos proceſſimus, prout videre poteris per copiam decreti præſentibus interclusam. Voluiſſemus propter ſalutem animarum illorum, & propter pacem Eccleſiæ, vt ſepoſitis odijs & paſſionibus, depoſita obſtinatione animi, depoſita Eccleſiæ lacerandæ voluntate, ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ rediſſent potius, quam voluiſſent tanta ſcandala fabricare. Et nunc Deum oramus, vt depulſis errorum tenebris, illis lumen gratiæ ſuæ infundat, vt reſipiſcant a laqueis diaboli, quibus tenentur aſtricti; nam clementem nos patrem, mitem, miſericordem, condolentem ſuis erroribus inuenient. Obliuiſcemur iniuriarum & opprobriorum, quæ in nos profuderunt, ea humanitate vtemur, qua paterfamilias vſus eſt, cum filium prodigum recepit, &c. *Dat. Florentiæ non. ſeptembris anno* IX.

Lata in Florentino concilio ſententia.

Quod attinet ad Philippum Burgundiæ ducem, de quo ſuperius mentio facta eſt, illum Eugenius hortatus eſt [a], vt cœpta teneret, ac Francorum Regem in pia ſententia confirmaret.

a *M. ſ. Alex.VII. pag.* 177.

Dilecto filio nobili viro Philippo duci Burgundiæ ſalutem, &c.

Burgundus in priſtina pietate confirmatur.

Literas apoſtolicas ad te mittimus, quibus Baſileæ in diuiſionis ſpiritu congregatorum cenſuras & pœnas decernimus, & declaramus nullius eſſe roboris vel momenti, prout per ipſas literas poteris latius intueri. Continua igitur ſicut cœpiſti ſuſcipiens ſcutum protectionis vnitatis eccleſiæ & defenſionis noſtræ auctoritatis aduerſus obſtinatam perfidiam eorum, qui vt aperte vides eccleſiam Dei ſibi lacerandam & ſcindendam ſumpſerunt & apud quoſcumque catholicos Reges & principes, potiſſimum apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Francorum Regem illuſtrem, quem optime diſpoſitum vndecumque præſenſimus, obſta quantum potes illorum malignitati. *Dat. Florentiæ, &c. die* 11. *menſis ſeptembris.*

Apoſtolicæ etiam dignitatis vindicem acerrimum in his Baſileenſium ſeditionibus præbebat ſe Henricus Angliæ Rex, cui mutuam Eugenius gratiam reponebat, vt eiuſdem Pontificis teſtantur literæ [b].

b *Ib. pag.* 177.

Anglorum Rex pontificiæ dignitatis vindex aduerſus nouatores.

Eugenius, &c. Propter tuorum prædeceſſorum tuamque eximiam erga ſedem Apoſtolicam & nos deuotionem, ſemper habuimus perſonam tuam loco ſpecialis filij, ac peculiaris in quo ſpem ſingularem in Domino gerimus, videntes quanta grauitate & maturitate te habeas, quantamque erga nos affectionem oſtendas pro noſtra & ſedis Apoſtolicæ dignitate aduerſus temerariam & Deo odibilem Baſileenſium præſumptionem, itaque quantum cum Deo potuimus ſemper egimus, quæ cognouimus pertinere ad tuum & regni honorem ſtatum & exaltationem, &c. *Dat. Florentiæ, &c.*

28 Quod attinet ad decreta ab Eugenio in Baſileenſes edita, de quibus meminimus; in primis x. kal. ſeptembris reſcidit apoſtolica auctoritate omnes Baſileenſium ſententias, quæ poſt indictam concilij ad Ferrarienſem vrbem translationem latæ fuerant, atque omnes, qui Baſileenſium edicta poſt eam facta tuerentur, meritis pœnis affici iuſſit [c].

c *Lib.* 2C. *ep. cur. pag.* 88. *decar.*

Ad futuram rei memoriam.

Ex iniuncta nobis deſuper cura officij paſtoralis, ad ea merito inducimur ſtatuenda, per quæ oppreſſionibus & moleſtijs, per iniquos homines Eccleſiæ fidelibus illatis, de opportuno remedio ſuccurratur. Cum igitur poſt translationem concilij, quod dudum Baſileæ erat, ad ciuitatem Fer-

ra-

tarienſem per nos legitime factam iniquitas Baſileæ in diuiſionis & rebellionis contra ſanctam ſedẽ Apoſtolicam ſpiritu congregatorum multos aſſertos proceſſus, ac ſententias, cenſuras, & pœnas varias, nulla auctoritate ſuffulta, ſed propria temeritate & iniquitate ad nonnullorum inſtantiam fecerit & fulminauerit aduerſus diuerſas perſonas eccleſiaſticas, & ſæculares, in noſtra & ſedis apoſtolicæ deuotione & obedientia conſiſtentes, in Dei offenſam grauiſſimam & perturbationem pacis & vnionis populi Chriſtiani; nos volentes illorum temerariæ præſumptioni, prout ex paſtorali officio a domino noſtro Ieſu Chriſto nobis credito, tenemur debite obuiare, omnes & ſingulos proceſſus, ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi, ſub quauis forma vel expreſſione verborum conceptas, factas, latas, & promulgatas, & quæcumque ex eis, vel ob eas, ſeu earum aliquam, forſitan ſecuta ſint & in futurum ſequi poſſent, fuiſſe & eſſe caſſa, nulla, & irrita, ac nullius penitus effectus, roboris, vel momenti, auctoritate apoſtolica decernimus & declaramus, & nihilominus, omnia & ſingula prædicta, ex abundanti ſaltem tamquam de facto præſumpta reuocamus irritamus, & annullamus, mandantes omnibus, & ſingulis, ad quorum notitiam deuenerunt, vel deuenient in futurum; quatenus illis nullo modo pareant, vel intendant, neque aſſenſum præſtent, aut auxilium, vel fauorem. Inſuper locorum ordinarijs quibuslibet eadem auctoritate committimus & mandamus, quatenus omnes & ſingulas perſonas cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, etiam ſi pontificali aut quauis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, proceſſus, ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi publicantes, aut illis quoquomodo vtentes, vel ſeruantes, ſiue præbentes illis aſſiſtentiam, auxilium vel fauorem, capiant, arreſtent, & incarcerent, & debita animaduerſione puniant, prout iuſtitia ſuadebit, & prout rei exceſſus requirere videbuntur, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, contradictores etiam quoslibet, & rebelles, auctoritate præfata, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, in contrarium editis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIX. X. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* IX.

Edita a Baſileen. impia ſententia.

Reſciſſa ab Eugenio.

In contumaces ſeueritas adhiberi iuſſa.

29 Editum eſt aliud ſynodale decretum pridie nonas ſeptembris, quod ad Francorum Regem, nec non alios principes miſſum fuit ad confundendam doctrinam erroneam, quam Baſileenſes ſeſſione XXXIII. XVI. kal. iunij promulgauerant, tum ad meritas pœnas ijs irrogandas, qui ſeſſione XXXIV. VI. kal. iulij Eugenium pontificio gradu deijcere tentauerant. Ad tantum flagitium perhorruerunt vniuerſi, quibus pietatis ſenſus inerat, illudque Regum principumque oratores damnarunt. Porro ſub ementito Baſileenſis concilij nomine ſeptem tantummodo pſeudoepiſcopi importuniſſimi Eugenij hoſtes vna cum ſacerdotum imperitorum collecta fæce tantum nefas commiſerant, de quo hæc Eugenius ſcripſit a.

Baſileen. damnat errores.

a Ex tabul. lit. apud Card. Iuſt. conc. Flor. p. 3: pag. 337. & apud Cocl lib. 9.

Ad perpetuam rei memoriam.

Moyſes vir Dei populi ſibi commiſſi ſalutem zelans, timenſque ne ob ſeditioſum ſchiſma Chore, Dathan, & Abiron ira Dei in ipſum populum, ſi illos ſequeretur, inſurgeret, iuſſu Domini dixit ad plebem vniuerſam: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent; ne inuoluamini in peccatis eorum;* ſciebat enim, ipſo Domino inſpirante, ſeditioſos & ſchiſmaticos illos vltionem grauiſſimam accepturos, ſicut poſtmodum rei monſtrauit euentus, dum nec ipſa terra potuit eos ſuſtinere, ſed iuſto Dei iudicio illos abſorbuit, vt deſcenderent in infernum viuentes. Sic & nos quibus, licet immeritis, dominus noſter Ieſus Chriſtus populum ſuum committere dignatus eſt, audientes id execrabile ſcelus, quod quidam perditi homines Baſileæ cummorantes ad ſcindendam ſanctæ Eccleſiæ vnitatem proximis diebus machinati fuerant: metuentes ne quos incautos ſeducant fraudibus, & venenis inficiant, ad ipſum domini noſtri Ieſu Chriſti populum nobis creditum clamare pari voce compellimur: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum*, maxime cum longe amplior ſit plebs Chriſtiana, quam illa tunc Iudæorum, Eccleſia ſanctior quam ſynagoga, & Chriſti vicarius ipſo Moyſe auctoritate & dignitate ſuperior.

Quam exoſum ſit Deo ſchiſma.

Quam Baſileenſem impietatem dudum præuidere cœpimus, quandoquidem illud tunc Baſileenſe concilium intuebamur iam in tyrannidem prolabi, dum multi etiam inferioris gradus ad illuc veniendum, & ſtandum pro libitu factionis auctorum cogerentur, dum nonnullorum vota & iudicia diuerſis artibus extorquerentur, alij mendacijs & fraudibus ſeducerentur, dum conſpirationibus, coniurationibus, monopolijs & conuenticulis pene omnia cederent, & pro ambitione papatus diuturna protractio eius concilij quærebatur, vbi denique innumeræ nouitates, inordinationes, deformitates, & quaſi infinita patrabantur mala, ad quæ etiam laici ac clerici infra ſacros ordines conſtituti, ignorantes, inexperti, diſcoli, profugi, apoſtatæ, de criminibus condemnati, de carceribus fugientes, nobis & ſuis ſuperioribus rebelles, & reliqua iſtiuſmodi hominum monſtra concurrerunt, qui ab ipſis ſcelerum magiſtris in omnem corruptionem facile trahebantur. Aduertimus etiam ad illud ſanctiſſimum opus vnionis orientalis eccleſiæ, quod per quorundam factioſorum Baſileenſium fraudes omnino periclitari videbamus, & idcirco tantis malis, quantum in nobis erat, prouidere cupientes, ex prædictis & alijs rationabilibus cauſis & neceſſarijs, de quibus in decreto translationis plene continetur, præfatum tunc Baſileenſe concilium de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, plurimiſque venerabilibus fratribus, & dilectis filijs archiepiſcopis, epiſcopis, electis, abbatibus, & alijs eccleſiarum prælatis & magiſtris, & doctoribus adſtantibus, ad ciuitatem Ferrarienſem tranſtulimus, vbi etiam cum occidentali & orientali eccleſia concilium œcumenicum, Domino diſponente, fundauimus.

Baſileenſis impietas diu ante ab Eugen. præuiſa.

Ex quo hominum genere illud conc. Baſil. fuerit.

Concil. primo Baſilea Ferrariam translatum.

Deinde morbo peſtis ſuperueniente & continuante, ad hanc ciuitatem Florentinam eius gratia annuente, eodem approbante concilio, tranſtulimus, in qua ipſe piiſſimus & clementiſſimus Deus oſtendit mirabilia ſua, vt ſcilicet ſchiſma illud pernicioſiſſimum, quod in Dei Eccleſia per quingentos fere annos cum maximo ipſius Chriſtianitatis detrimento durauerat, & ad illud extirpandum plurimi ſancti Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, multique Reges & principes, alijque Chriſtiani magnis cum laboribus & impenſis inſudarunt, poſt multas tandem in vtroque loco diſputationes publicas, & priuatas, diuerſoſque tractatus & labores multiplices ſublatum fuerit, & ſanctiſſima Latinorum orientaliumque vnio feliciter…

Ferraria Florentiam propter peſtem.

Poſt quingentos fere annos abolitum ſchiſma.

lici-

liciter conſummata, prout in decreto ſuper inde confecto & ſolemniter promulgato plenius continetur. Ex qua re ipſi æterno Deo inexhauſtas gratias referentes omnique fideli populo congratulantes, obtulimus illi hoſtiam iubilationis & laudis. Vidimus enim non gentem vnam, velut Hebræorum populum ad terram promiſſionis euocari, ſed multarum gentium populos, nationes, & linguas ad vnum diuinæ veritatis eloquium meritumque concurrere, per quod etiam iam magna ſpes redditur, vt ipſe Sol iuſtitiæ in oriente oriens ad aliarum multarum gentium etiam infidelium tenebras radios ſuæ lucis extendat, fiatque ſalus Domini vſque ad extremum terræ. Cuius quidem rei iam optimas artas, Deo diſponente, tenemus dum ipſe omnipotens Deus per operam noſtram Armenorum oratores ex longiſſimis ſeptemtrionis partibus ad nos & Apoſtolicam ſedem ad ſacrum hoc concilium his diebus cum pleno mandato peruenire conceſſit, qui nos non aliter, quam B. Petrum Apoſtolorum principem intuentes & venerantes, ipſamque ſanctam ſedem veluti matrem omnium fidelium & magiſtram recognoſcentes, in præfatum concilium pro ſpirituali cibo & ſanæ doctrinæ veritate ſe veniſſe profeſſi ſunt. Ob quam rem ipſi Deo noſtro iterum gratias multas retulimus, ſed quas in hoc diuino opere moleſtias, quas impugnationes, quas denique perſecutiones non quidem a Turcis & Saracenis, ſed a vocatis Chriſtianis, huc vſque paſſi fuerimus, horret animus commemorare.

Plures gentes ad eccleſiæ obſequium traductæ.

Armenij Florentiam ſuos mittunt oratores.

Impij Eugenium æque ac Turcæ perſequuti.

Refert B. Hieronymus, quod ab Hadriani temporibus vſque ad imperium Conſtantini in loco reſurrectionis dominicæ ſimulachrum Iouis, & in crucis rupe ſtatua Veneris ex marmore agentibus poſita colebatur, exiſtimantibus perſecutionis auctoribus tollere nobis fidem reſurrectionis & crucis, ſi ſancta loca per idola polluiſſent. Non diſſimile a Baſileenſibus illis hominibus perditiſſimis nobis & Eccleſiæ Dei his diebus fieri contigit; niſi quod illud a paganis, & verum Deum ignorantibus factum eſt, hoc ab his, qui cognouerunt & oderunt, & idcirco *ſuperbia eorum*, iuxta prophetam, *aſcendit ſemper*; in eo periculoſius, quod ſub reformationis ſpecie, quam in ſe ſemper horruerunt, venena diffundunt. Primum quidem, poſtquam hi, qui omnis ſcandali patratores Baſileæ fuerunt, Græcis in promiſſione defecerant, cum per ipſorum Græcorum & eccleſiæ orientalis oratores plane intelligerent, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Palæologum Romæorum Imperatorem illuſtrem, & bonæ memoriæ Ioſeph Conſtantinopolitanum patriarcham, reliquoſque tam prælatos, quam alios orientalis eccleſiæ ad locum illum pro œcumenico celebrando concilio per nos & noſtros legatos & præſidentes, alioſque ex præſtantioribus ibidem exiſtentibus, ad quos ius eligendi locum, iuxta conuentionem communi omnium conſenſu formatam poſt graues ſupradictorum eiuſmodi diſſenſiones deuolutum erat, legitimæ electioni accedere velle, cumque etiam nos hanc ipſam loci electionem ad inſtantiam & ſupplicationem maximam dictorum oratorum in generali conſiſtorio Bononiæ confirmaſſe, ac galeas, ac alia neceſſaria pro executione ipſius decreti conuentionalis, & huius ſanctiſſimæ vnionis opere, verſus Conſtantinopolim deſtinare percepiſſent, quoddam deteſtabile monitorium ſeu citatorium, quo ſanctum hoc opus interrumperent, contra nos & præfatos Cardinales decernere auſi ſunt, illudque ad præfatos Imperatorem & patriarcham Conſtantinopolim mittere, vt ipſos & omnes alios omnino a veniendo diuerterent. Sciebant enim illos ad locum alium, quam electum, vt præmittitur, nullo pacto venturos. Deinde cum prædictos Imperatorem & patriarcham, ac reliquos pro ipſo ſanctiſſimæ vnionis opere ad nos iam venire percepiſſent, alium impietatis laqueum huic tam diuinæ rei inijcere ſunt conati, dum quandam ſacrilegam ſuſpenſionis ab adminiſtratione papatus aſſertam ſententiam contra nos protulerunt.

Diffuſa reformationis ſpecie hæreſis.

Baſileæ, Græcos ne ad Pontificem accederent retardare conati.

30 Poſtremo memorati ſcandalorum duces numero quidem pauciſſimi, quorum plerique conditionis infimæ & nominis, veræ pacis odioſiſſimi iniquitatem ſuper iniquitatem apponentes, vt non intrarent in iuſtitiam Domini, dum Spiritus ſancti gratiam pro ipſorum Græcorum vnione iam in nobis operari conſpicerent, a recta linea per anfractus erroris exorbitantes, prætenſam quandam XVII. kal. iunij proxime præteriti ſeſſionem [a] fecerunt, in qua quibuſdam decretis, licet per vnam tantum ex tribus obedientijs poſt receſſum Ioannis XXIII. ſic in eadem obedientia nuncupati, Conſtantiæ ſchiſmate tunc vigente editis, inhærere ſe dicentes, tres propoſitiones, quas fidei veritates vocant, quaſi nos & omnes principes & prælatos & alios fideles & deuotos Apoſtolicæ ſedis hæreticos facerent, protulerunt, quarum tenor ſequitur in hæc verba.

a Concil. Baſil. ſeſſ. 33.

Veritas de poteſtate concilij generalis vniuerſalem Eccleſiam repræſentantis ſupra Papam & quemlibet alterum declarata per Conſtantienſe & hoc Baſileenſe generalia concilia, eſt veritas fidei catholicæ.

Propoſitiones Baſileenſium erroneæ.

Veritas hæc, quod Papa concilium generale vniuerſalem Eccleſiam repræſentans actu legitime congregatum ſuper declaratis in præfata veritate, aut aliqua eorum ſine eius conſenſu nullatenus auctoritatiue poteſt diſſoluere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, eſt veritas fidei catholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans eſt cenſendus hæreticus.

In hoc pernicioſiſſimi, dum ſuam malignitatem ſub veritatis fidei fuco colorant, Conſtantienſe concilium in malum ac reprobum ſenſum, & ſana doctrina penitus alienum pertrahunt, cæterorum ſchiſmaticorum & hæreticorum falſam doctrinam ſequentes, qui confictos errores & impia dogmata ex diuinis ſcripturis & ſanctis patribus peruerſe intellectis, ſemper ſibi adſtruere moliuntur. Deinde euertentes penitus ſenſum ſuum, & declinantes oculos ſuos, ne viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum, more Dioſcori & damnatæ Epheſinæ ſynodi [b], ad quandam venenatam execrabilemque aſſertæ declarationis ſeu priuationis ſententiam a dignitate & officio ſummi apoſtolatus inexpiabili quodam ſcelere proceſſerunt [c], cuius tenorem, omni piæ menti horribilem, habere hic volumus pro ſufficienter expreſſo, nihil omittentes, quantum in eis fuit, quin hoc incomparabile vnionis bonum in totum euerterent. O miſeros & degeneres filios! O prauam & adulteram generationem! Quid hac impietate ac iniquitate crudelius? Quid deteſtabilius, horribilius, atque inſanius excogitari poterat? Dixerant olim nihil melius, nihil glorioſius atque fructuoſius hac ſanctiſſima vnione ab exordio naſcentis Eccleſiæ in populo Chriſtiano viſum vel auditum fuiſſe, neque expedire in re illa de

Dioſcorum ac damnatam ſynodum Epheſinam ſunt imitati.

b Conc. 2 Epheſin.

c Concil. Baſil. ſeſſ. 34.

loco

loco contendendum fore, ſed pro ea conſequenda nedum huius mundi ſubſtantiam, ſed & corpus atque animam exponi debere, pro hac toto orbe clamantes, & ad id commouentes populum Chriſtianum, veluti in ſuis decretis & epiſtolis plene continetur, nunc vero tam furioſe, tam impie, quantum in eis eſt, id idem perſequuntur, vt ad illud Baſileenſe latrocinium totius orbis dæmonia confluxiſſe videantur.

31 Et licet illorum iniquitatem ſibi ſemper mentitam omnipotens Deus hucuſque præualere non permiſerit, cum tamen ad eam complendam vſque ad abominationem deſolationis in Dei Eccleſia viribus omnibus ſtudeant, nos qui ſine grauiſſima Dei offenſa, ac imminenti periculo confuſionis & abominationis in Dei Eccleſia talia diſſimulare nullo modo valemus iuxta paſtoralis officij noſtri debitum, multis etiam zelo Dei ſuccenſis nos ad hoc ipſum impellentibus, tantis malis obuiare volentes, ac quantum in nobis eſt optime & ſalubriter prouidere, execrabilemque impietatem ac peſtem pernicioſiſſimam a Dei Eccleſia eliminare, prædeceſſorum noſtrorum ſequentes veſtigia qui, vt ſcribit ſanctæ memoriæ Nicolaus Papa, ſoliti ſunt concilia etiam vniuerſorum Pontificum nequiter celebrata caſſare, ſicut in vniuerſali contigit ſynodo Epheſina ſecunda, quam beatiſſimus Leo Papa ſubmouit, & Chalcedonenſem inſtituit, ſolemne & ſalubre declarationis decretum contra ſacrilegos ipſos auctoritate apoſtolica, in ſacro Ferrarienſi generali concilio XV. kal. martij per nos editum, hoc ſacro approbante concilio, innouamus, per quod quidem, inter alia, omnes & ſingulos Baſileæ ſub prætenſi concilij nomine, quod verius conuenticulum eſſe diximus, contra translationem & declarationem noſtras contrauenientes, & illa ſcandaloſa & nefaria præſumentes, etiam ſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali, aut alia quauis dignitate eccleſiaſtica vel ſæculari præfulgerent, excommunicationis, priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum, ac inhabilitationis ad futura pœnas in dictis noſtris literis translationis contentas, ipſo ſacro Ferrarienſi approbante concilio incidiſſe declarauimus; decernentes etiam nunc & declarantes, quæcumque per dictos impios homines Baſileæ exiſtentes facta & attentata, de quibus in præfato noſtro Ferrarienſi decreto fit mentio, ſimiliter omnia & ſingula per prædictos ex poſt facta, geſta, & attentata, ſpecialiter in duabus prætenſis ſeſſionibus, ſeu verius conſpirationibus vltimo nominatis, ac quidquid ex eis vel ex ea forſitan ſecutum ſit, & in futurum ſequi poſſet, tanquam ab impijs hominibus, & nullam poteſtatem habentibus, ſed a Deo abiectis & reprobatis fuiſſe & eſſe nulla, caſſa, & irrita, & de facto præſumpta, ac nullius penitus effectus, roboris, vel momenti, ipſaſque propoſitiones ſuperius deſcriptas iuxta prauum ipſorum Baſileenſium intellectum, quem facta demonſtrant, veluti ſacroſanctæ Scripturæ & ſanctorum patrum & ipſius Conſtantienſis concilij ſenſui contrarium, necnon præfatam aſſertam declarationis ſeu priuationis ſententiam cum omnibus inde ſecutis, & quæ in futurum ſequi poſſent, tanquam impias & ſcandaloſas, nec non in manifeſtam Eccleſiæ Dei ſciſſuram, ac omnis eccleſiaſtici ordinis & Chriſtiani principatus confuſionem tendentes, ipſo ſacro approbante concilio, damnamus & reprobamus, ac damnatas & reprobatas nuntiamus. Decernimus etiam & declaramus omnes & ſingu-

Conuincitur ſynodus ſine Pontifice errare poſſe.

Pœnæ ſententiæ ab Eug. [illegible]

Damnatæ eorum propoſitiones.

los prædictos fuiſſe, & eſſe ſchiſmaticos & hæreticos, & vltra pœnas in præfato Ferrarienſi concilio declaratas, tanquam tales cum omnibus eorum fautoribus & defenſoribus, cuiuſcumque ſtatus, conditionis, & gradus eccleſiaſtici vel ſæcularis extiterint, etiamſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali, aut alia quauis dignitate præfulgeant, vt cum prædictis Core, Dathan, & Abiron meritam accipiant portionem, pœnis condignis omnino puniendos. Nulli ergo, &c. *Dat. Florentiæ in ſeſſione publica ſynodali ſolemniter in eccleſia S. Mariæ Nouellæ celebrata anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIX. *pridie nonas ſeptembris pontificatus noſtri anno IX.*

32 Obduruere in flagitio Baſileenſes, ac poſthabitis ſanctiſſimis patribus & clariſſimis theologis, Marſilium Patauinum hæreſiarcham & deliros Fraterculos monarchiæ a Chriſto conditæ euerſores ſecuti ſunt, quorum væſaniam atque impietatem ita redarguit Ioannes Turrecremata, Cardinalis S. Sixti: *Non parum admirandum, aduerſarios Baſileenſes tanta caligine mentis inuolutos, & excæcatos malitia, vt in materijs fidei definiendis & declarandis maluerint ſequi homines ab Eccleſia Dei in doctrina ſua damnatos, ſicut fuit Marſilius de Padua & Ockam cum complicibus ſuis, ex quorum doctrina extracta ſunt pro magna parte decreta illa Baſileenſium, & quoſdam alios nouellos doctorellos, præfati Okam & aliquorum Fraticellorum opiniones erroneas renouantes, quam doctores ſanctos ab Eccleſia approbatos, & alios præſtantiſſimos doctores antiquos, & reputatiſſimos in ſchola theologica, quorum doctrina fulget Eccleſia, vt ſole luna, contra quos ait Hieronymus, & habetur in canone, Non afferamus 24. q. 1. Non afferamus ſtateras doloſas, nec appendamus, quod volumus pro arbitrio noſtro, dicentes hoc graue, hoc leue eſt, ſed afferamus diuinam ſtateram ex ſcripturis ſacris tanquam de theſauris dominicis, & in illa, quod ſit grauius appendamus. Hæc Hieronymus.* Deflectebant adeo ad hæreticorum præcipitia Baſileenſes, vt licet conciliorum auctoritatem verbis ampliſſimis commendarent, neque eos lateret negaſſe Vvicleffum Pontificem eſſe caput militantis Eccleſiæ, & damnatum in Conſtantienſi concilio dum œcumenicum erat, ipſorum tamen nonnulli impie effutirent cum hæreticis Eccleſiam futuram monſtrum, ſi præter Chriſtum, qui caput eſt Eccleſiæ, aliud caput miniſteriale, ſcilicet Pontifex, daretur, quorum væſana dicta refellit B. Ioannes a Capiſtrano his verbis: *Mirandum eſt & ſuper mirandum de dicentibus, quod ex quo Chriſtus eſt caput Eccleſiæ ponere Papam pro capite Eccleſiæ monſtrum eſſet. Hæc eſt enim Iudæorum perfidia, quia more carnalis paternitatis & filiationis diuinam paternitatem & filiationem capere nequeunt, cum certum ſit, quod paternitas in Deo nec eſt carnalis, nec filiatio, ſed ſpiritualis, quia Deus ſpiritus eſt Ioannis 4.* Et infra: *Sic ergo dicimus de Papa, qui vocatus eſt in plenitudinem poteſtatis, cæteri vero epiſcopi in partem ſolicitudinis 2. q. 6. decreto noſtro & cap. qui ſe ſcit. dicit enim B. Ioannes Chryſoſtomus, ſuper illis verbis Domini: Paſce oues meas; Io. vlt. Quoniam Petrum orbis terrarum inthronizat magiſtrum.* Et infra: *Quia igitur magna ei prædixerat Dominus & orbem terrarum commiſerat, & Theophilus dicit: Ad orbis pontificatum & cunctorum fidelium prælaturam inſtituit. & Auguſtinus dicit: Sit amoris officium paſcere dominicum gregem. & Theophil. dicit: Finito prandio commiſſionem ouium mundi Petro commendat non alij; & de his ſatis dixi ſupra part. 1. in quæſt: quando Petrus fuit inſtitutus a Chriſto.* Ex quibus omnibus ſupradictis

a Turrecr. ſumm. de Eccl. lib. 2. c. 100. Hæc ab [illegible] Baſileenſium opinio [illegible]

b B. Io. e Capiſtr. de Papa & concil. auctorit. 112. ſ. 3. 2. p. princip.

Digitized by Google

Papa eſt ſupra omnes & ſim col. lectiue.

patet, quod non ſolum vrbis ſed orbis & totius mundi & omnium fidelium tam quoad membra diſperſa, quam quoad vnita & inuicem congregata Petrus a Chriſto ſuſcepit plenitudinem poteſtatis, cum cæteri epiſcopi a Petro & ſic a Papa Petri ſucceſſore quicumque ſolicitudinis partem capiant & impendant.

Baſileenſiũ argutia & calumnia.

a Baſil. in ep. ſynod. pag. 140. col. 1.

b Turrecr. l. 3. c. 31.

Refellitur.

Vſi ſunt Baſileenſes nouatores, qui tyrannidem in Pontificem & eccleſiam arripiebant, eo præcipue telo, vt Eugeninm calumnijs appetendo iactarent, permitti Pontificibus effrænatam male agendi licentiam, niſi conciliorum decretis obſtringerentur. Quibus ita reſpondet Ioannes Turrecremata b: *Ad ſeptimam, quæ videtur aduerſarijs Achilles, reſpondetur negando aſſumptum, videlicet quod niſi vniuerſalis Eccleſia haberet immediate a Chriſto plenitudinis poteſtatem, Chriſtus legislator non ſufficienter prouidiſſet ſponſæ ſuæ; hoc enim eſt falſum & præſumptuoſe dictum, immo videtur, quod ſufficientius prouiſum ſit talibus caſibus non dando talem poteſtatem vniuerſali Eccleſiæ eo modo, quo aduerſarij dicunt, quam dando: patet quoniam ſi in prædictis caſibus ſemper eſſet conuocandum concilium vniuerſale, tarde & per conſequens male prouideretur ſimilibus neceſſitatibus, quæ quaſi ſubita expoſcunt remedia, &c.* Quod porro attinet ad illud calumniarum genus, quo perduelles Baſileenſes, perſtrinxere Eugenium, ideo ab eo concilium Baſilea transferri in Italiam, ne ipſe ab eodem concilio emendaretur; perſpicue inuidorum nequitia innoteſcit, cum Eugenius omni virtutum genere excelleret, ac ſuperioribus annis toties dediſſet mandata Baſileenſibus, vt ad inſtaurandam eccleſiaſticam diſciplinam incumberent, quod ipſos ſubterfugiſſe Ioannes Nider c, qui aderat, teſtatur his verbis: *Vſque ad ſex annos iam crebro diſputatum eſt de diuerſorum ſtatuum reparationibus, nec in effectu vſque hodie quidquam vidimus.* Hæc ille. Vera autem transferendi concilij cauſa fuit, vt dixi, inſtaurandæ orientalis eccleſiæ cum Latina coniunctionis, & reſcindendæ nouatorum nonnullorum tyrannidis in cõcilio correptæ neceſſitas. Dum vero Eccleſiam priſtinæ formæ & ſanctitati reſtituere Baſileenſes iactant, eam nefario ſchiſmate deformarunt, quis B. Ioannes e Capiſtrano monet pro diſciplina eccleſiaſtica conſtituenda in primis ſeruandam fuiſſe membrorum cum capite coniunctionem. Non ferentes autem Baſileenſes ipſis obijci ab Eugenio, eos Epheſinam ſecundam ſynodum imitatos, nihil ſolidum attulerunt, cum vtraque Romanum Pontificem damnare hæreſeos auſa fuerit: *Præfatus*, inquiunt, *Gabriel comparat ſe B. Leoni, contra quem Dioſcorus ſententiam tuliſſe refertur in ſecunda Epheſina ſynodo, cui hanc ſanctam ſynodum Baſileenſem aſſimilat. Longe certe eſt differentia inter Leonem ſanctum & Gabrielem tot vitijs & criminibus irretitum.* Meræ ſunt hæ inuidorum calumniæ: cæterum etſi diſparia ſunt merita par in vtroque auctoritas fuit, quæ eſt ſuperior conciliorum ampliſſimorum auctoritate, vt B. Ioannes e Capiſtrano d demonſtrat fuſius, multo magis paucorum coniuratorum cœtui antecellit. Addunt illi: *Atque inter hanc ſanctam ſynodum Baſileenſem legitimam ſynodum*, ita vocant ſordidorum & perfidorum turbam, *in plena libertate ſemper conſtitutam & illam reprobam Epheſinam, in qua viri armati gladios tenentes in manibus compellebant homines ad diffiniendũ, quod placebat Dioſcoro.*

c Io. Nid. formic. l. 1. c. 7.

d B. Io. e Capiſt. de Papa & conc. auct. p. 3.

e Aen. Syl. lib. 2. de reb. geſtis Baſ.

Fuiſſe plura Baſileæ per ſummã tyrannidem patrata ab Arelatenſi pſeudocardinale & factioſis, ex Ænea Syluio e conſtat. Purgare denique ſe aduerſus Eugenij grauis querelas niſi ſunt Baſileenſes, dum Apoſtolici illius pietatis ardorem perturbati animi vitio tribuerunt, impiaſque literas ita conſignarunt: *Dat. Baſileæ in congregatione noſtra generali nonis octobris anno a natiuitate Domini MCCCCXXXIX.*

a Aen. Syl de geſtis Baſil. conc lib. 2.

Pſeudocardinalis Arelat. turbata conſcientia.

33 Obfirmatis ita in perduellione atque hæreſi Baſileenſibus, ex trium tenebrionum ſacerdotum ſententia, pſeudopontificis futuri electores creati ſunt ab iiſdem ſchiſmaticis: in quo impio & inſano conuenticulo, vt ſe geſſerit pſeudocardinalis Arelatenſis conſcientiæ ſtimulis exagitatus, ita deſcribit Æneas Syluius a: *Arelatenſis, in tanta re anxius & pluribus occupatus negotijs aliquanto tardius venit, quam tempus exegit, expectationemque ſui non ſine admiratione omnibus præbuit, qui tamen vt ad ſubſellia reſedit, mora ſua primitus excuſata, Hodie, inquit, magna res agitur, in nominatione, qua ſtatim aperietur ſtatus Eccleſiæ pendet, ſi tres viri, quibus rem commiſiſtis, bene egerint, fateor quippe tardiuſcule veniſſe, ſi autem male, nimis cito adſum. Quæ verba & trementi voce & ore pallido, atque ex abundantia cordis pronuntiauit, qui ſic locutus aſpectu triſtis, animo turbatus, & oculis minax cunctis terrori erat, tantumque mentis mœrorem oſtendit, vt plurimi collacrymati ſint, qui eius in fronte ſtatum ſuum condiſcunt, verebatur namque*, & paulo infra, *ne tres viri ſpretis maioribus prælatis plures ex inferioribus accepiſſent, quæ res eo erat ſuſpectior, quoniam nunquam ſcire aliquid de mente triumuirorum potuerat, qui vt corrugatam nunc Cardinalis frontem inſpexerunt, quaſi poſt coruſcantem aerem ad ſuſtinendam procellam ſe parauerunt, timor tamen omnibus fuit, ne illo iterum die ſcinderetur eccleſia.* Excidit ſcilicet Arelatenſis pſeudopontificatus eiuſmodi ſpe, cum Amedeus triumuiros ad plures Sabaudos pro Gallica & Italica natione collegas ſibi aſciſcendos induxiſſet, vt eorum ſuffragijs ad antipapatum ipſum eueheretur. Pronuntiati vero fuere a triumuiris electores Arelatenſis & alij vndecim pſeudoepiſcopi pſeudoabbates ſeptem, theologi quinque, & doctores legum nouem ſacerdotio inſigniti. Obſeruandum vero eſt eoſdem pſeudoepiſcopos numero paucos partim ob ſcelera ſedibus pulſos fuiſſe, ac doctores illos ſordidos pædagogos extitiſſe, quorum tanta fuit inſolentia, vt ne quidem epiſcopis vellent cedere, adeo vt primum locum decanus Baſileenſis, poſtremum epiſcopus Dertuſenſis ſortiti ſint.

Qui fuerint electores antipapæ.

Schiſmaticorum inſolentia in contemnendis epiſcopis.

b Ibid.

Quod conclaue electum.

Addit Æneas b delectum pro conclaui locum fuiſſe in ciuitatis Baſileenſis medio, qui ad vſum choreaum fuerat conſtructus, dignum quippe viſum eſt laſciuiæ theatrum, in quo tripudiantes dæmones conflato ſchiſmate triumpharent, non vt ille more poetico fingit, vt ibi virtutes refloreſcerent, tum de electione Amedei ſubijcit: *Primo ſcrutinio confecto compertum eſt plurimos eſſe in Papam nominatos, nullum tamen habere voces ſufficientes, ſeptemque & decem eo ipſo die ex diuerſis nationibus ad pontificatum fuiſſe vocatos conſtat, vnus tamen omnes ſuperauit Amedeus dux Sabaudiæ decanus militum S. Mauritij de Riparia Gebennenſis diœceſis.* Et infra: *Et quia proximior alijs Amedeus Romano pontificio videbatur, habiti ſunt in commune ſermones multi de vita & moribus eius, & alij non eſſe homini laico cito imponendas manus dicebant, quod videbatur omnibus monſtra ſimile, principem ſeculi ad Romanum pontificium aſſerſiri; quæ res nimium eccleſiaſticis derogat viris, quaſi nullum haberent tanta dignitati idoneum.* Interiectis pluribus in eius laudem, vnus ex electoribus antipapæ addidit alia, quæ manifeſte arguunt Baſileenſes nimium præfidentes ſibi, abiecta ſanctorum patrum doctrina, in errorum & hæreſeos præcipitia abijſſe, cum ſe a veri Romani Pontificis

Delatus ad antipapatũ vocatus.

Digitized by Google

ficis obſequio temere diuulſiſſent de tradendis enim ſacerdotibus vxoribus cum Vvicleffo ita apud nos deblaterabat nouator, vt narrat Æneas Syluius [a], qui poſtea ſcripta ſua pro Baſileenſibus edita reuocauit [b] conuulſitque: *Quod de vxore dicitur nihili pendo; cum non ſolum qui vxorem habuit, ſed vxorem adhuc habens queat aſſumi. Cur enim diſputant doctores, an vxoratus electus in Papam vxori ſoluere debitum teneatur, niſi quoniam etiam coniugatus recipi poſſit? Fueruntque, vt ſcitis, etiam in matrimonio Pontifices, nec Petrus Apoſtolorum princeps vxore caruit. Quid iſta modo obiicimus? Forſaſſe non eſſet peius ſacerdotes quamplures vxorari, quoniam multi ſaluarentur in ſacerdotio coniugato, qui ſterili in presbyteratu damnantur.* Sed de hoc alias.

a Aen. Syl. de geſtis Baſil. l. 2.
b Pius II. in bullario conſtit. 10.
Baſileenſis nefandus error.

Hunc errorē aureo Babylonis calice propinaſſe Lutherum laſciuis monachis & ſacerdotibus, cum horum nouatorum exemplo pontificiam auctoritatem oppugnare cœpiſſet, innumeraſque cumulaſſet hæreſes, inferius viſuri ſumus. Addidit alias rationes nouator, cur potiſſimum præpotens princeps in antipapam deligendus eſſet, qui Baſileenſes a contemptu vindicaret: *Conſiderate (oro) paulisper quibus in terminis ſumus, quibus anguſtiis premimur, quibus periculis agitamur. Quis principum eſt huic ſacro concilio obediens? alii nec concilium hic eſſe fatentur, nec mandata noſtra ſuſcipiunt, alii verbo hic eſſe concilium dicunt, facto apud Florentiam fore oſtendunt.* Et infra: *Quid hic fiendum eſt? nedum ne hominem eligemus, qui noſtris principibus magis deriſui, quam venerationi habeatur?* Et infra: *Potentes prælati, ac famoſi Cardinales a nobis defecerunt, videtis quid principes fecerint*, & infra: *Nemo aptior eſt Amedeo duce Sabaudiæ, qui alterum in Italia alterum vero in Gallia pedem habet, ad quem omnes fere Chriſtianorum principes aut ſanguine attinent, aut amicitia fauent*, paucis interiectis: *Hæc cum ille dixiſſet, maxima electorum pars ſibi fauendo arriſit.* Et infra: *Nonis nouembris*, & paulo poſt, *ſex & viginti voces in eum concurrere.*

Cur Sabaudus delectus.
Nonis nouembres Antip.

34 Subornatos eos fuiſſe ab Amedeo ipſo, quem a pythonibus perſuaſum papales ſibi apices auguratum eſſe, multiſque ideo annis hypocriſis laruam geſſiſſe, Flauius Blondus [c] tradit.

Et a magis promiſſus antipapatus.

Cum, inquit, *Albertus Auſter Cæſar declaratus arcendis a Pannonia finibus Teucris intentus diem obiiſſet, congregata apud Baſileam factio conciliaris, illius liberata metu in facinus, quod tam perdite tamque efflictim diu conceperat proſupit, Amedeo Sabaudiæ duce in Romanum Pontificem declarato, cuius electionis modum paucis abſoluemus, quibus facillime intelligitur, certaſſe ſimul obcæcatam paucorum, & quidem abiectiſſimorum hominum Eccleſiam ſcindere quærentium, rabiem cum mandita alias principis viri affectatæ in rem eccleſiaſticam tyrannidis lenitate: is etenim, quem ante proximum decennium multis narraſſe meminimus, prædictum ſibi a pythonibus futurum, vt pontificatu Romano decoraretur, ducatus dominiique, quod poſſideret & ingentis curam natis ſpecie reliquit, & anachoritæ vita ſolo habitu inſtituto, etſi remoto ab vrbibus viſo cum paucis nobilibus ſimili opertus pallio degeret, omnia vt erat ſolitus ducis atque domini prouinciarum munera exercebat. Concilio autem Baſileenſi interea, quandiu Romani Pontificis Eugenii conſenſu celebratum fuit, paucos præſtitit fauores, ſed poſteaquam Pontificem, & orbis Chriſtiani principes illud tanquam pernicioſum deteſtari vidit, omnes eo augendo manuque tenendo adhibuit vires, adeo vt quibus temporibus proximo ſuperiore exacto biennio ſuſpenſionis ab adminiſtratione*

c Blond. dec. 3. lib. 10. Gobel. in comm. Lang. in chron. Citiz. & alii.

Illudus dæmonis promiſſo.

primum, deinde priuationis machinationes in Pontificem ſunt intentatæ, impulſi a duce Sabaudiæ clerici aliorum, qui apud Baſileam ei interfuerunt impietati, numerum æquauerint: quibus in rebus adeo contraria ſenſit Philippus Mediolanenſium dux, vt licet illi gener eſſet & multa ſibi olim cum Eugenio Pontifice interceſſiſſent odiorum atque inimicitiarum cauſæ, magnam ſuorum partem ab eo conciliabulo reuocarit, paucos vero, qui manſerunt nedum illis actionibus intereſſe voluerit, ſed contra ſimul cum aliis principum oratoribus proteſtari curauerit, quare cum ad idoli erectionem eſt ventum, ex quinque nationibus, quæ concilia conſtituere conſueuerunt, ſelecti ſunt quibus ſuffragium ferre conceſſum eſt, tres & triginta, quorum duodeuiginti ex ducis Sabaudiæ dominio fuere, cum tamen cæteros homines ſordides & maiori ex parte ob admiſſa apud ſuos flagitia ſedibus propriis pulſos illius largitione corruptos fuiſſe conſtiterit.

Deſcribit etiam egregie Poggius [a] Florentinus eorundem dotes, ac fraudes, quibus Amedeus in antipapatum irrepſit, his verbis: *Aduerte, quæſo, animum ad illam tuam in ſathanæ thronum deflendam aſſumptionem & cunctis gentibus deteſtandam. Inſpiciamus a quibus hominibus tua præſumptio facta eſt, quam bonis, quam ſanctis, quam religioſis. Qui ergo tui ſoli artifices extiterunt, vt ex eo Felicis nomine fueris expiſcatus? Homines certe ſummæ auctoritatis, ſummæ prudentiæ, ſummæ virtutis; apoſtatæ perfidi, homines fraudolenti, corde improbi, animo facinoroſi, deteſtandi, ſacrilegi, infames ex turpitudine omnium gentium a te collecti, qui ne infimam quidem vllam dignitatem, nedum ſummam aut oculis aſpicere, aut mente concipere potuiſſent, perditi ſathanæ alumni, viri ſceleſti, omnium ignominia noti, nati ad paſtum, ad ſaciendum ventrem creati. Sed referamus hanc veluti prætoriam cohortem præclariſſimorum militum ad crucifigendum verum Chriſtum in Pilati atrio congregatam. Italici, vt aiunt, quatuor. At ex qua Italia? explica illam paululum, ex Gallia ciſalpina, ex his gentibus, quibus Italia nouerca eſt, omnes tibi ſerui adſcriptitii, tibi ſubditi, quibus imperare poſſes, de induſtria a te in perfida arce collocati, homines, qui corpus & animam pro te perdere eſſent parati. O Italiam mendicam, ne dicam inopem excellentibus viris! ſiquidem ex omni ornamento Italiæ non reperiuntur niſi ciſalpini homines ruſtici, ignobiles, contempti, abiecti præ cæteris, qui ad electionem, vt volunt, Pontificis deputentur. Sed ſummo conſilio, atque adeo egregia conſcientia a te factum fuit; noluiſti enim reliquam Italiam eſſe tanti ſceleris participem tantæ notæ turpitudinis infamem.*

a Poggius invect. in antip. pag. 56.

Poggii in antipapæ electores invectiua.

Gallicos item quatuor dicunt fuiſſe, non ex vera Gallia, quæ floret excellentiſſimis, probatiſſimis, atque honeſtiſſimis viris, ſed & ex illa intercluſa ſiluis, ac montibus patria ſordida ac ruſticana, quam Sabaudiam vocant, certe ſubditam imperio tuo, quos tuæ libidini ſubditos, atque addictos tuæ ſeruituti vocas, qui quod cuperes non negarent. Totidem Germani ad officinam illius idoli conuenerunt: atqui homines Deus bone, ſomnolenti, ſtupidi, ſtertentes, nunquam ſobrii, hominibus odibiles & Deo, qui vini an mortui eſſent vino atque epulis obruti non diſcerneres. Sunt in ea natione plurimi viri egregii, prudentes, docti, ſobrii, omni virtute cumulati, ex his nullus aſſumptus eſt, ſed quidem animo & corpore peruerſi, in quibus nulla virtus eſſet, nulla conſcientia, nulla doctrina. Totidem attulit Hiſpania portenta quædam naturæ, non homines: referta eſt enim ea prouincia hominibus doctiſſimis, ornatiſſimis, nulli eorum eſt hoc munus nefarium demandatum: ex infima eorum fæce

Digitized by Google

quidam delecti ſunt, qui illi optimæ nationi inurerent infamiam ſempiternam.

His omnibus luminibus orbis tam præclara data eſt poteſtas vituli aurei fabricandi. Ad horum preces, vel potius ad horum coquinæ fumum, ciborumque ac potus nidorem Spiritus ſanctus illectus acceſſit. Hi auro, ſpe, præmio, promiſſis corrupti partim Iudæis partim infidelibus deteriores, quidam ex Mahumeti lege profecti, quibus fidei iactura ſummum lucrum erat, futurum hunc egregium paſtorem ouium lupum excitauerunt. O rem dignam memoria poſterorum! O felicitatem cunctis ſæculis prædicandam! Tu ne Felix talium virorum opibus eſſe potes? Tu talium portentorum horrendum actum felicitatem appellas? Abijce, quæſo, deinceps hoc tibi funeſtum nomen, quod maius eſt, quam tua ignauia & conditio requirat. Et infra: *Depone aliena ornamenta, & quod turpiter occupaſti cum aliqua dignitate depone, veſtes non tuas relinque, tibi tua aſſume, abijce inanem pompam, emendicatam dignitatem ſperne, abijce curam illius non concilij, ſed latrocinij Baſileenſis, reſpice cogitationes barbaricæ facis, illius nefariæ collusionis ſpurciſſimam factionem, in qua nulla ineſt fides, nulla auctoritas, nulla religio, lenocinium non concilium appellandum, reijce decreta ebriorum, ac ſomniatorum ſomnia extimanda: quid enim auctoritatis habere poſſunt per tumultum ſtultæ plebeculæ pretio & pactione corrupta ad euertendam fidem ſcelerata conſtitutiones? nefaria hominum turpiſſimorum factio dicenda eſt, quæ a Chriſti vicario deſciuere, &c.* De eiuſmodi Amedei erectione hæc ſcripſit B. Ioannes e Capiſtrano [a].

Quam iniuſte Amedeus Felicis nomen accepit.

a Io. e Capiſtr. de Papæ & conc. auct. par. 3.

35 *Nouatianus per ſchiſmaticos volebat eligi, quem Cyprianus reprobans inter aduerſarios & antichriſtos computat, ſubdens, Eccleſia vna eſt, quæ vna & intus & foris eſſe non poteſt.* Et infra: *Paria de Amedeo dici poſſunt, nam regnum non capit duos ex 11. metaphyſ. Dic mihi, quæſo, qui conaris oſtendere Petrum non ſuſcepiſſe auctoritatem ſuper vniuerſalem Eccleſiam, cuius vox illa fuit, quæ dixit: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam Matth. xvi? De particularibus forte membris hæc Chriſtus expreſſit, an de vniuerſali corpore myſtico? & Apoſtolus ad Romanos xii. de quo corpore loquitur, dicens: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus.* Et multis interiectis: *Iam videmus abominationem deſolationis Amedeum Sabaudienſem non in loco ſancto Romano throno, Domino prohibente, ſed in loco profano, excommunicato, & interdicto Baſiliſcorum ſpelunca, dæmonumque cauerna ſedentem in fano Coſrhoe Perſarum olim perditiſſimi Regis.*

Quid de eo ſenſerit B. Capiſtranus.

36 Vbi primum admiſſi a Baſileenſibus tanti flagitij fama peruenit ad Eugenij aures, illico Reges hortatus eſt, ne Eccleſiam ſchiſmate diſcindi paterentur ab impijs, quorum dolos ita deſcripſit [b].

Monet Reges ab Eug. vt coerceat ſchiſmaticos.

b lib. breu pag. 135. & in m. s Alex. VII. pag. 268.

Eugenius, &c. Rem peſtiferam & ſceleſtam, deflendam certe populo Chriſtiano, non dubitamus videri tibi, chariſſime fili, monſtrum hoc informe, quod Baſileenſium infanda temeritas in Dei Eccleſia excitauit. Quis enim fidelis catholicus non ſolum princeps, ſed priuatus homo non doleat ac lamentetur inſidias ſathanæ tantum valuiſſe apud illos perditionis alumnos, vt qui palam tanto tempore falſo prædicarint, ſe ad tollendas hæreſes & ſchiſmata congregatos, ij nunc ſchiſmatis ſint ac diuiſionis perfidi auctores, & vnitatem Eccleſiæ tanto quondam ſudore & laboribus tum tuis tum aliorum principum fidelium quæſitam abrumpere, & Chriſti tunicam inconſutilem lacerare, populumque Chriſtianum in hæreſes & animarum interitum conentur traducere, vt populus Chriſtianus inſurgere in eos, ac tantum ſcelus delere de terra viuentium deberet? Nos quidem exclamare cum propheta cogimur: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, qui nolunt pacem ſerui ſui.* Qui enim magis ſunt Dei hoſtes atque inimici, quam ij, qui ſub nomine Chriſticolarum perfidia & ſcelere ipſos ſuperant infideles? qui ſub vmbra vnionis Græcorum, pro vnitate ſchiſmata intulerunt, pro pace bellum, pro fide perfidiam, pro quiete tribulationum ſemina in Dei populo procurantes, qui pecunias a fidelibus pro Græcorum procuranda vnione acceptas in diſſipatione vnionis perturbatione Eccleſiæ in procurando monſtruoſo capite conſumpſerunt. O execrabilem Dathan & Abiron ſynagogam! Quod vnquam aliud fuit ſiue concilium, ſiue peſſimorum & Deo odibilium hominum tam perfidus conuentus, qui iſtorum ſit nefarijs operibus malignitate & ſcelere comparandus? Nunquam tanta peruerſitas in aliquorum mentibus fuit, vt ſola male agendi libido ad tantum ſcelus impulerit, vt ſcindere Eccleſiam, vnionem lacerare, populum Chriſtianum perdere, & ſe præcipites in barathrum inferni tradere vellent. Nam quæ dementia, quis furor, quæ rabies has peſtiferas belluas atque immanes induxit ad excitandum idolum Moloch, in quo diabolo ſacrificia fieri poſſent? Nulla vtilitas Chriſtianorum, nullum fidei augmentum, nulla religionis ampliatio, nulla pacis commoditas; ſed contra omnia diſcordia fidelium, diſſenſio populorum, animarum detrimenta, bella pluſquam ciuilia & omnium malorum ſemina ſubſequuntur.

Turpe Baſileenſium facinus.

Inſignis eorundem impietas.

Eorum veſania in creando antipapa.

At quales homines hoc idolum euexerunt? Pudet referre tantam Eccleſiæ deformitatem, noſtrorum temporum infamiam, labem ſæculi, & opprobrium ſempiternum. Octo Italici dicuntur dominij Sabaudienſium omnes, tanquam Italia omnis ex Sabaudia conſtet, & ſibimet per vim Baſileam deſtinati: Gallici octo, quorum quatuor Sabaudienſes ſunt: Alamani octo, viri empti pretio & pecunia corrupti, ignobiles, aut qui nihil ſaperent, aut qui male ſentirent: ex Hiſpanis Cathelani ſex fuere, & ij ea qua id egerint cauſa, non ignoratur, reliqui duo contra ſuorum principum voluntatem, quibus omnibus vix daretur locus ad viliſſimi decani electionem, nedum ad Petri ſucceſſorem. Quæ eſt igitur, aut qualis non electio, ſed profanatio eorum, qui præmio aut ſpe corrupti, vel odio erga ſedem Apoſtolicam vel maliuolentia incitati, viri omnes non electione Pontificis, ſed carcere & ſupplicio digni, ad perturbandam Eccleſiam nullo iure, nullo vſu, nulla conſuetudine, nulla ratione inſurrexerunt? Vt plane conſtet hoc ſcandalum & eccleſiæ vulnus a damnationis filio duce Sabaudiæ tanquam architecto omnium malorum fabricatum.

Electorum eius qualis conditio.

Non fuere prælati ſed infimi ſacerdotes.

Quid cogebat illum ſenem in diebus malis inueteratum, niſi diabolicus ſpiritus tanta moliri, vt Eccleſiam laceraret, vt ſe cibum ſathanæ traderet, vt fidelium animas perderet, vt ſuam ſenectutem ſempiterna morte & perpetua macula labefactaret, vt domum ſuam funeſtaret tanto opprobrio, vt eſſet odio propter ipſum omnibus mortalibus futurus? Hic hypocriſis antea oſtentatæ, hic eremitæ habitus, hic ſanctuarij æmulati, hic ſolitudinis quæſitæ, hic ſimulatæ religionis eſt fructus? Quis non hunc lupum, qui tandiu ſub ſpecie agni latuit deteſtandum ſæculis omnibus, quis hoc orbis portentum non execrandum cunctis fidelibus eſſe fateatur? nimirum magna nimis dia-

Auctor ſchiſmatis Amedeus diabolico ſpiritu incitatus.

aboli

Digitized by Google

boli potentia in hoc homine viguit, qui illum adeo amentem, præcipitem, inſanum, furioſumque reddidit, vt cum famæ, honoris, laudis, animæ ſuæ, Dei immemorem reddiderit, qui cæcus ambitione, ac dominandi cupiditate ſeductus, humanitatem exuens, ſerpentem Adæ deceptorem induit ad damnandum iterum populum Chriſtianum, qui quanta inconſtantia atque frande vſus ſit, ipſemet nouit. Primum nobiſcum, vt debuit, contra Baſileenſes ſentiebat ſumma deuotione, vt ferebat inceuſus i tum ex quadam leui, neque honeſta cauſa ad Baſileenſes tranſijt, placatus poſtmodum a nobis iterum ad nos rediit, demum ſpe iniecta præmij iniquitatis Baſileenſibus rurſus adhæſit, vt idolum ex ſe fieri procuraret, vt id quæreret. Quod ſi ſana & fidelis mens, non oppreſſa caligine inferna eſſet, ſpernere, fugere, & horrere tanquam perditionem animæ debuiſſet, ſed *diſſipat Deus cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum*, vt inquit Scriptura.

Senſerat primum cũ Eu. aduerſus Baſileẽ.

Ex leui cauſa ad eos [illegible]

Certi quidem ſumus, quod cum tua ſerenitas intellexerit a quibus & quomodo hæc non electio, ſed profanatio facta fuerit, exhorreſcet tantam hominum reproborum nequitiam & improbabit, quæ improbe facta ſunt in Eccleſiæ catholicæ & totius populi Chriſtiani detrimentum: inclytæ memoriæ, vt ſuperiores omittamus pater atque auus tuus ſummis laboribus magnis impenſis ſtudio & diligentia ſingulari vnionem Eccleſiæ, quæ ſciſſa erat, procurarunt. Nunc ad eam conſeruandam nullis laboribus, nullis pecunijs, nulla grauiori cura, ſed fide, conſtantia, & virtute opus eſt, quæ quia ſunt Regum proprium opus, decet tuam ſerenitatem abhorrere a tam nefando terrarum monſtro, & ſe in noſtra & ſedis Apoſtolicæ fide, deuotione, & obedientia eum præbere, qui hactenus fuiſti, illorum vero væſanam perfidiam contemnere. Hoc pacto te, veluti tanti mali opprimendi ducem, cæteri principes, quos ad id optime diſpoſitos nouimus, ſequentur, euaneſcent conſilia impiorum, & iniquitatis fabrica diſſoluetur, conſeruabitur vnitas Eccleſiæ, ſalus animarum procurabitur, pax ſequetur in populo Chriſtiano, obuiabitur infidelium conatibus, ſequetur omnibus bene operantibus primum laus & gloria immortalis, deinde præmium vitæ æternæ; ad quæ per viſcera miſericordiæ Dei noſtri precibus quibus poſſumus propter vtilitatem Chriſtianæ reipublicæ exhortamur. *Dat. &c.*

Regem ad diſſipandũ ſchiſma ſollicitat.

37 Inter hos tumultus ſchiſmatis Baſileenſis, in Gallijs pragmatica ſanctio de ſacerdotijs ab epiſcopis conferendis, creandiſque epiſcopis a canonicorum collegijs inſtaurata eſt, quæ antea a Gallis cum acephali eſſent, ſcilicet poſt defectionem ab Vrbano VI. & ab antipapa Petro e Luna, ſancita fuerat. Cuius pragmaticæ contra iura ſedis Apoſtolicæ inductæ auctoritate canonici Andegauenſes epiſcopum ſibi præiecere, cum alium delegiſſet Eugenius: ad quem in eccleſiæ Andegauenſis poſſeſſionem inducendum has ad Carolum Regem literas [a] dedit, eumque monuit, ne iuris apoſtolici violatoribus & Eccleſiæ perturbatoribus aures præberet.

Pragmatica ſanctio in Gallijs inſtaurata.

a Extant in cod. m. s. Alex. VII. pag. 169.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Francorum illuſtri ſalutem, &c.

Cum conſideramus diligenter, chariſſime fili, tuorum prædeceſſorum ſummam ac ſingularem erga Romanos Pontifices fidem, reuerentiam & deuotionem, cum etiam tua deuotio & ſincerus animus erga nos & ſedem Apoſtolicam verſaremus in mente noſtra, non poſſumus non admirari de literis in facto eccleſiæ Andegauenſis; quas nuper accepimus tam irreuerenter ſcriptis ad vicarium Ieſu Chriſti, ſed imputamus id non tuæ prudentiæ, nam grauitatem regiam nouimus, ſed vel culpæ conſulentium, vel temeritati ſecretarij, qui neque pro quo neque ad quem ſcribat aduertens, tam ſtulte, tam inſolenter inconſiderato impetu potius, quam vlla ratione ſcripſit. Sunt plures, qui magis conſulunt priuatis paſſionibus & vtilitati propriæ, quam proſpiciant honeſtati tuæ & communi bono, qui ſi perpenderent ea, quæ ſcribunt, temperatiores literas a te ſubſcribendas deferrent, neque quidquid liberet id licere putarent.

Subornatus Carolus Rex ab iniquis politicis.

Scribitur in principio literarum tuarum, quod tentauimus prouidere eccleſiæ Andegauenſi. Non reſpondendum eſt multis verbis illius ignorantiæ, relinquendus eſt enim cum ſtultitia ſua, ſed ſcribimus tuæ ſerenitati tale verbum non conuenire neque ſapientiæ regiæ, neque dignitati & auctoritati noſtræ & Apoſtolicæ ſedis, quæ ea, quæ facit, non attentat, ſed iuſte, ſancte & prudenter facit & ſumma cum ratione, atque adeo conceſſa poteſtate legitime vtitur ad Eccleſiæ ſuæ ſanctæ decorem, ſtatum, atque vtilitatem. Dicitur etiam, atque iteratur ſæpius, vt irritare velimus promotionem per nos factam. Sed illa irritari non debent, quæ recte fiunt; at vero quæ per nos in hac promotione acta ſunt non eſt opus, vt irritentur, cum eire ſancte & iuſte facta exiſtant. Hoc potius conueniret illorum, vt dicunt, decretis, qui Dei Eccleſiam perturbant, quibus qui fauent irritare & retractare ſententiam, ſi ſapiunt, deberent & meliora ſentire. Sed verum tandem, vt alia omittam, æquius eſt, perperam & præter iuris normam per capitulum & de homine ignobili atque idiota prætenſam electionem irritari. *Et infra.*

Si vero aliqua ſcandala ex hoc ſequentur, væ illi, per quem ſuſcitabitur ſcandalum, cuius culpa omnis abeſt a nobis, & in illis reſidet, qui plus volunt ſapere, quam oportet, nam qui ſacros canones, qui ſcripſit, allegat & quod mandant a nobis fieri petit, ridiculum eſt velle nos docere canonum ſanctiones, quorum editio, promulgatio, obſeruatio, interpretatio ſicut a Pontificibus proceſſionem, ita & ab eiſdem ſuſpendi, mitigari, aboleri, & commutari poſſunt, quorum in poteſtate eſt iura condere & interpretari.

Quod vero ſcribitur, ordinationes Bituris confectas velle manutenere, a certo tenemus ſcriptum eſſe te inſcio & inuito. Nam cum pro tua ſapientia dudum cum illæ ordinationes fierent, conſuluiſſes viros nonnullos timentes Deum, & bonos viros ac doctos, quid de illis ſentirent, atque ij tibi reſpondiſſent, eas eſſe contra Deum, contra æquitatem iniuſtas, & contra ſalutem animæ tuæ, mirandum eſſet modo ſimilia tua prudentia te velle eas ordinationes ſeruare, quæ eſſent iniquæ & in animæ tuæ præiudicium factæ. Relinquimus alia quamplura illis ſimilia, quibus vt reſpondeamus indigna ſunt, cum exiſtimemus eſſe dicta præter & contra voluntatem & intentionem tuam. Tantum ſcribimus, reſpondendo literis tuis, primum nos velle tueri per nos legitime factam prouiſionem, deinde ſperare & confidere in ſapientia tua quod, ſicut ſemper feciſti, ita & in futurum tanquam bonum filium noſtrum & Eccleſiæ, & ſicut catholicum decet principem, reiectis iniquis ſuaſoribus acceptabis & habebis ratam prouiſionem noſtram, &c. *Dat. Florentiæ.* Hortatus

Sapientum [illegible] conſilia.

ſus eſt alijs literis [a] Carolum Cœnomaniæ comitem Renati Siciliæ Regis fratrem, vt Andegauenſis epiſcopi creati ab ſede Apoſtolica, depulſo pſeudoepiſcopo, inducto a canonicis, patrocinium ſuſciperet. Pariterque monuit [b] Iolandem Reginam Siciliæ Andegauiæque comitiſſam, ne ſedi Apoſtolicæ iniurias inferret pro acceptis beneficijs ab ea, quæ Renatum defendendum ſuſceperat, neue ſalutem animæ ſuæ contemptis apoſtolicis imperijs in periculum adduceret. Merito certe perſtricta eſt Iolandes ingrati animi, cum Eugenius ob Renati patrocinium in Alfonſi Regis Aragonum odia incurriſſet, adeo vt ille oratorum opera in conuenticulo Baſileenſi aduerſus eundem Pontificem, vt mox dicetur, turbas auxerit [c]. Porro Renatum ab Eugenio armis adiutum fuiſſe non modo referunt hiſtorici [d], verum teſtantur etiam Eugenij literæ datæ [e] ad Carolum Francorum Regem, qui Renatum ipſum ei commendarat.

a Ibid. pag. 170.
b Ib. pag. 167. & lib. breu. 104. & 107.
Iolandi Regina ingrata in Pont. Alfon. Rex Arag. ſchiſmatis promotor.
c Lib. 12. pag. 135.
d Collen. lib. 6 Summont lib. 4. c. 4.
e Lib. breu. pag. 109.

Eugenius, &c. Quod nobis, facta chariſſimi in Chriſto filij noſtri Renati Regis Siciliæ illuſtris commendas, ſcias quod præcipua charitate eum & beniuolentia ſemper complexi ſumus, pro cuius ſtatu nihil omiſimus eorum, quæ fuerunt poſſibilia nobis, nam illum verbis, ope & opera iuuimus, etiam pluſquam eſſet poſſibilitas, non formidantes ſubire inimicitias multorum, qui propterea nobis & Eccleſiæ maxime nocuerunt, & ita in futurum, dante Domino faciemus, tum propter eum, qui eſt bonus & deuotus princeps, tum maxime ob reſpectum tuum & domus Franciæ, quæ ſemper protulit principes egregios, qui inter cætera virtutum opera Eccleſiam Dei ſummos Pontifices Romanos & ſedem Apoſtolicam præ cæteris iuuerunt, defenderunt & in omnibus ſunt fauoribus & ſubſidijs proſecuti. *Dat. Florentiæ non. ſeptembris anno* IX.

Eugenius Renati Regem tuetur.
Cur ſuſceperit eius patrocinium.

38 Ex his igitur Eugenij in Renatum ſtudijs cũ ſuos conatus infringi doleret Alfonſus, Baſileenſi conciliabulo aduerſus Chriſti vicarium contra fas adhæſit, quamuis Trinacriæ, Sardiniæ, & Corſicæ beneficiariorum regnorum ergo ad tuenda ſacroſanctæ poteſtatis iura obſtrictus eſſet. Cum itaque plura nefaria in dies moliretur, Pontifex Dominicum tit. SS. Ioannis & Pauli presbyterum Cardinalem ad leniendas eius iras incumbere iuſſit [a].

Ingratus in ſedem Ap. ſt. Alfonſus.
a Lib. 12. pag. 135.

Dilecto filio Dominico tit. SS. Ioannis & Pauli presbytero Cardinali.

Dilecte fili ſalutem. Non eſt incognitum circumſpectioni tuæ, quantis hoc in tempore ſedes Apoſtolica turbinibus agitetur, quantiſque ipſa Petri nauicula tempeſtatibus conquaſſetur. Huius rei miſerabilis vnum exemplum domeſticum ante oculos habes, opus videlicet chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alfonſi Aragonum Regis, cuius in tantum animi motus aduerſus ipſam Apoſtolicam ſedem concitari videntur, vt multa in eius perniciem moliri ſatagat, perpetuumque diſcrimen, quæ nos ſæpius animo recenſentes non admirari non potuimus, vt tantus princeps, qui fide & religione inter multos præſtare videbatur, nobis & Apoſtolicæ ſedi, quibus plurimum debet, ita ſe ingratum oſtendat, vt pro gratia contumeliam, pro charitate iniuriam reddat, niſi forte de nobis, huic ſedi diuina diſpenſatione præſidentibus, quidquam malignantium relatione conceperit, quaſi illi læſionem aliquam intulerimus, quem ſemper paterna pietate dileximus, ſed ſi non promerebatur exiſtimatio illa, vt quiſpiam innocens etiam leue diſpendium pateretur, quanto indignius ipſa Apoſtolica ſedes hoc implicatur diſcrimine, in cuius eruditionem & fide Rex ipſe Chriſtianum nomen ſortitur & meritum. At factum eſt, vt non modo temporalium rerum præfatæ ſedis iura turbauerit, verum etiam & in ipſum ſupremæ auctoritatis verticem graue vulnus inflixerit, dum illam impiam Baſileenſem ſectam recognouit, dum illi adhæſit, quæ in multitudine virtutis ſuæ gloriatur, & dicit: *Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra a nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt?* cuiuſque omnis feſtinat intentio monarchiam, principatus, ac magiſtratus omnino ſubuertere, cunctæque terreſtris ierarchiæ ordinem tollere, & in tumultuoſum vulgus redigere, quemadmodum contigit de conglobatis leuitis aduerſus Aaron ſummum Domini ſacerdotem, quod quam periculoſum ſit, quam abominabile, vltrix illarum pœna commonuit.

Eccleſiaſticam euertere moditatur.

Sed & de re amplius cogimur admirari, cum enim pro tua ſcientia & ſapientia omnem hanc impietatem plene recognoſcas, ac præfati Regis conſiliarius fidelis, & quidem inter primos exiſtas, & auctoritate ac prouidentia apud ipſum plurimum valeas, quare in hac tempeſtate omne tuum ingenium ita permiſeris deliteſcere, non ſatis intelligimus; præſertim in ſubſidium Apoſtolicæ ſedis, cui tum pro tua dignitate, tum pro debito iuramenti, quantum obnoxius ſis non ignoras. An a te excidit imminens periculum animæ tuæ & Regis pariter ſi tacueris, ſi illi omne conſilium Dei non annunciaueris? Non de pecunia ac re temporali contenditur, ſed de fide totius militantis Eccleſiæ, quæ ſi violari permittitur, iam omnes Eccleſiæ ordo ſoluatur neceſſe eſt. Quare expergiſcere amodo, & pro Regis huius ſalute fidenter cum ipſo congredere, magnus tibi pro veritate & iuſtitia ſe aperiet campus, cumque oportune inſtiteris, importune argueris, obſecraueris in omni patientia, & doctrina; futurum erit, vt ſperamus, vt ſanam doctrinam per eruditionem tuam libenter recipiet, quam huculque non habuit, fientque hominis illius nouiſſima meliora prioribus. Quod ſi forte de nobis quicquam obiecerit, aut aduerſum nos aliquid habere prætenderit, parati ſumus poſcenti rationem reddere, offenſam autem in nos, & Apoſtolicam ſedem, ac Romanam eccleſiam recognoſcenti remittere, illumque paterna charitate ſuſcipere velnti in præteritum fecimus cum pleriſque, qui ex regione longinqua ad noſtram & ipſius Apoſtolicæ ſedis obedientiam, vt ad matrem veram & magiſtrum ſunt reuerſi, &c. *Dat. Florentiæ ſub annulo noſtro ſecreto* III. *id. martij anno* IX. Inſtruxit eundem Cardinalem auctoritate [a], vt cum eodem Rege ad ipſum ſedi Apoſtolicæ conciliandum paciſceretur, de quo literæ exaratæ v. kal. ſeptemb. extant. Adhibuit [b] etiam ad conciliandos Alfonſum inter & Renatum inducias Petrum epiſcopum Albanenſem, ac demum pactas fuiſſe; atque ex ijs res ſuas Alfonſum auxiſſe, refert Blondus [c], qui ita de Eugenio loquitur: *Cum etiam rebus Eccleſiæ quietem vbique cuperet dare Pontifex, ab Apuliæ regno incipiens, inducias cum Aragonenſium Rege ea ratione a Cardinali Florentino in annum conſtitui eſt paſſus, vt pax per eas celerior haberetur, quare cum forte eo tempore Iacobus Cadola apoplexia correptus interiſſet, & Acerras oppidum cepiſſet Rex Alfonſus, deterior multo Renati Regis rerum conditio eſſe cœpit.*

Dominicus Card. ſollicitatus vt ſuggerat illi pia conſilia.
Si queratur Aragonius ad ius dicendum paratum ſe Eugenium exhibet.
Poſtulatur de pace Aragonius.
a Lib. 12. pag. 210.
b Lib. 10. pag. 209. & 210.
c Blondus dec. 4. lib. 1.
Lapſo Renati res.

Pacandis quoque alijs regnis apoſtolicas curas intendit Eugenius, cumque perniciale diſſidium

Pacandæ Germaniæ dat operam Eugenius.

inter

inter Albertum Romanorum & Vvladiſlaum Poloniæ Reges ob Bohemiæ regnũ natũ eſſet, Nicolaum tit. S. Crucis in Ieruſalem ad Nurembergenſia comitia miſit [a], vt operam componendo inter illos fœderi nauaret: quod ſi ſanciri non poſſet, Tarentinum archiepiſcopum & epiſcopum Signenſem ad Polonum Germanumque ſe conferre iuſſit, qua de re extant ad Albertum & Vvladiſlaum [b] Reges, tum ad nuntios ipſos [c] datæ literæ.

a Lib. 2. pag. 121.
Ad Cæſarẽ & Polonũ miſſi internuntij.
b Lib. 10. pag. 209. & 210.
c Lib. 12. pag. 71. & lib. 15 pag. 268.

Venerabilibus fratribus Ioanni archiepiſcopo Tarentino & Ioanni epiſcopo Signenſi Apoſtolicæ ſedis legatis miſſis ſalutem, &c.

Cum inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Albertum Romanorum & Vvladiſlaum Poloniæ Reges illuſtres occaſione regni Bohemiæ, proh dolor! grauis diſſenſionis materia orta eſſe noſcatur, ita vt niſi celeri & opportuno pacis & concordiæ remedio occurratur, grauia bellorum incendia, damna, & pericula poſſent ex huiuſmodi diſſenſionibus in populo Chriſtiano veriſimiliter prouenire, nos volentes bellis, ſcandalis, periculis, & malis, quæ huiuſmodi diſſenſionum occaſione suboriri poſſent, quantum cum Deo poſſumus, obuiare, ſperanteſque ex præcedentibus tractatibus, ex quibus treugæ inter præfatos Reges vſque ad proximum feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ ſunt, Deo propitio, ſubſecutæ bonam viam perpetuæ futuræ paci, ipſo Deo donante, præparari, circumſpectioni veſtræ, & cuilibet veſtrum tam coniunctim quam diuiſim per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ad partes Alamaniæ & alibi & ad præſentiam dicti Romanorum Regis, ſi expedierit, perſonaliter accedentes, ſeu alter veſtrum accedens, cum ipſo Rege aut eius commiſſarijs, necnon ad Regem Poloniæ ſeu ipſius commiſſariorum, vbicumque eos ſimul & diuiſim eſſe contigerit, ſignanter in dieta ſuper hoc in die aſcenſionis proxime futuræ inter partes antea conſtituta, ſi opus fuerit, vos conferentes ſeu alter veſtrum ſe conferens ſuper huiuſmodi pacis & concordiæ materia pertractanda dicatis, faciatis, & procedatis, prout eidem circumſpectioni pro bono huiuſmodi pacis & concordiæ videbitur expedire, &c. [Inſtruit ipſos neceſſaria auctoritate, vt concordiæ oppoſita obſtacula deficiant, inducias indicant, & cenſurarum religione aliove nexu aduerſas partes illas ſeruare compellant.] *Dat. Florentiæ xi. kal. martij anno IX.*

De regno Bohemiæ diſceptatio.
Induciæ inter Cæſarẽ Polonumq; conciliatæ.
Legati ad promouendam pacem decreti.

39 Secutæ [d] ſunt nouæ in Bohemia rerum conuerſiones ex Alberti Regis morte, quæ vi. kal. nouembris contigit: ex nimio peponum eſu letalem contraxit dyſenteriam, dum reuertebatur ex ſuſcepto cum Turcis, ſed non feliciter geſto bello; cum enim ad Drauum flumen eſſet progreſſus, vt Sindronianæ arcis obſidionem ſolueret, prius arce potiti ſunt hoſtes, deſpota obcœcato abductoque in vincula antequam omnes Alberti copiæ acceſſiſſent. Perſtringit Æneas Syluius [e] Alberti virtutes his verbis: *Religioſus princeps, & qui liberalitate ſimul iuſtitiaque præſtaret. Fuit quoque in bellis audax & manu promptus. Morauos, ac Bohemos armis ſubegit. Polonos late vagantes intra regnum ſuum coercuit, magna de ſe Chriſtianæ reipublicæ promittere videbatur, nec minora populi de ſua virtute conceperant, pulcherrimæ ſpei ſatisfieri breuitas non ſiuit, repente occidit, qui breui ad ſummum potentiæ euaſerat, neque enim biennio toto imperauit.* Succeſſit ei in Hungaricum & Bohemicum regna Ladiſlaus filius poſthumus: ſed cum ad ea moderanda Vvladiſlaus Rex Poloniæ vocaretur, grauiſſimæ inter Hungaros commotæ ſunt diſſenſiones, quibus ſedandis vacaſſe Eugenium, dicemus inferius. Nunc de eius ſtudio in concilianda inter Anglorum Francorumque Reges pace addimus legatos, idcirco ad illos archiepiſcopum Spalatenſem, Meldenſemq; epiſcopum, Franciſcum iuris conſultum, ac Ioannem Turrecrematam apoſtolici palatij magiſtrum, theologiæ ſcientia florentem, qui maxime in Florentino concilio emicuerat.

Albertus in Turcas irrita expeditio.
d Aen. Syl. hiſt. Bohem. c. 56. & in hiſt. Europ. cap. 1. Dub. l. 28. Bonif. l. 3 dec. 4. Cocl. hiſt Huſſ. l. 9. Michou. l. 4. c. 65. Cuſpin. de Cæſar. Io. Bapt. Egnat. l. 3 & alij.
Obitus & elogium.
e Aen. Syl. in Europ. ſen. c. 1. [illegible]

De pace inter Francos & Anglos agitatum.
a Lib. 11. pag. 340.

Venerabilibus fratribus B.., archiepiſcopo Spalatenſi & Petro epiſcopo Meldenſi, ac dilectis filijs Ioanni Franciſco de Capitibus Liſtæ vtriuſque iuris doctori & militi, nec non Ioanni de Turrecremata theologiæ profeſſori & apoſtolici palatij magiſtro, oratoribus noſtris ſalutem, &c.

Ad ea, quæ pacem vnitatem & concordiam Chriſtifidelium præſertim Regum & principum nobis & Romanæ eccleſiæ deuotorum reſpiciunt libenter intendimus, illaque indefeſſis ſtudijs ac fauoribus proſequimur opportunis. Sane cum ſuper danda pace generali inclyto regno Franciæ diuerſis maximiſque bellorum tempeſtatibus plurimum afflicto intelligamus nonnullos ſolemnes tractatus iamdiu inchoatos de proximo futuros, per quos, Deo miſerante, ſpes magna redditur pacem dudum deſideratam ſecuturam fore, nos qui perſonas veſtras ad præfatum regnum pro nonnullis alijs arduis negotijs in præſentiarum deſtinamus, volentes quidquid cum voluntate & gratitudine partium neceſſarium vel opportunum viſum fuerit per vos in ea re poſſe impendi, diligentius exhiberi, vobis & aliquibus veſtrum, de quibus ſuper his ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, de & ſuper diſcordijs ac differentijs quibuſcumque inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Reges Franciæ & Angliæ, duces, & principes de eorum ſanguine, & alios, quorum intereſt, exiſtentibus noſtro nomine & auctoritate tractandi, concordandi, componendi & concludendi treuguas & ſufferentias ſi opus fuerit ſub ſpe pacis firmandæ indicendi, pacem & concordiam perpetuo duraturas ſub illis capitulis, pactis, modis, & conditionibus atque formis, pœnarum adiectionibus, iuramentis, obſidibus perſonarum, depoſitis terrarum, iurium, & bonorum obligationibus, renunciationibus, promiſſionibus, cautelis, clauſulis, ſolemnitatibus atque modis, de quibus vobis videbitur, nec non alia faciendi quæcumque vobis ad firmitatem & obſeruantiam pacis & concordiæ huiuſmodi neceſſaria videbuntur ſeu etiam opportuna, ſi ſuper hoc ab ipſis vos vel aliqui veſtrum in prædictis ſeu aliquorum prædictorum requiſiti fueritis, auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, ratum & gratum habituri quidquid feceritis in præmiſſis. *Dat. Florentiæ xx. octobris anno IX.*

Miſſi ab Eugenio in Gallias internuntij.
Amplissima iis facul. mandata pro iungenda concordia.

Conſulturus etiam Luſitaniæ, cuius Rex anno ſuperiori obierat, Petrum principem ducem Conimbriæ hortatus [b] eſt, vt regni procurationem prudenter gereret: *Hortamur*, inquit, *excellentiam tuam in Domino, quatenus ea iuſtitia, moderatione & prudentia in regimine te habere velis, vt nihil digne tibi obijci poſſit, ex quo aut Regina iuſte conqueri, aut quod tuam ſinceram & optimam exiſtimationem perſtringere poſſit.* Huic ſimultatem aliquam cum Regina Leonora interceſſiſſe, indicant aliæ ad ipſam datæ literæ [c].

b Lib. 12. pag. 142.
Luſitanæ ad la ducorda tum nunc[illegible]
c Lib. breu. pag. 116. ſup. col. Alex. VII. pag. 186.
Eas ſedare nititur [illegible]

Cha-

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Leonori Reginæ Portugalliæ & Algarbij illuſtri ſalutem.

Illius literæ ad Reginam.

Quanta mala prouenianr ex diſcordijs & diſſenſionibus inteſtinis cum exemplis quotidianis ante oculos poſitis ita manifeſtum ſit, vt alia probatione non egeat, debet quilibet fidelis Chriſtianus, & ij præcipue, qui auctoritate & dignitate præcellunt ea maxime abhorrere, ac vacare præ cæteris vnitati & concordiæ animorum eoſque ad mutuam charitatem traducere. Equidem ſcimus regnum Portugalliæ & Algarbij, licet non amplum ſit territorio; tamen viribus magnum & potentia extitiſſe, vt non ſolum ſua defenderit, ſed protulerit vires ſuas vſque ad infidelium oppugnationem, id primum gratiæ Dei tum vnitati regni & concordiæ tribuendum eſt, quoniam, vt inquit veritas, regnum in ſe diuiſum deſolabitur neque enim qui ſe ipſum debilitat & oppugnat aut ſe tueri aut cæteros poteſt offendere, ſed deficiat & ab alijs conculcetur neceſſe eſt: itaque diſcordiarum ac ſimultatum omnium materia omnis ſopienda atque extinguenda eſt, cum ex parua ſcintilla perſæpe magna ſint incendia excitata: propone tibi ante oculos finem, qui ex domeſticis bellis ſubſequi ſolet; exhorreſcet profecto animus non ſolum ab opere, ſed etiam a cogitatione tantorum malorum, quæ multa etiam noſtra ætas ex domeſticis cladibus vidit. Charitas quidem paterna, qua ad regnum veſtrum afficimur & ad perſonam Regis, nos cogit, vt te admoneamus ſalutaribus præceptis & exhortemur ad ea euitanda, ex quibus hominum atque vrbium deſolatio, ac totius regni (quod Deus auertat) calamitas poſſet euenire. Hoc fiet tollendo inuicem odia, ſedando diſcordias, componendo diſſenſiones, mutuam beneuolentiam inter omnes conſtituendo. Hoc maxime ſpectat ad prudentiam tuam, quæ in excelſiori loco conſtituta eſt, cui enim plus a Deo tributum eſt, ille plus debet, ac maiori vinculo aſtringitur ad concordiæ & vnitatis procurationem. Quamobrem tuam ſerenitatem requirimus, eidem in ſuorum remiſſionem peccatorum iniungentes, vt omne ſtudium, curam, & ſolicitudinem adhibeas ad ſedandas nonnullas diſſenſiones, quas cum magna animi diſplicentia audiuimus in regnis ipſis eſſe ortas, pacemque inter omnes ponere ſtudeas; vt ſic regnum procul ab omnibus armorum turbinibus in ſola quiete & tranquillitate requieſcat, *Dat. Florentiæ*. Eodem argumento exaratas literas [a] ad præcipuos Luſitaniæ principes miſit.

Vt concordes Luſitani protulerint victorias,

Diſcordiæ ſint pernicioſæ.

a Reg. poſt eand. epiſt

Graues etiam diſſenſiones atq; diſcordiæ ortæ erant Caſtellæ Regem inter & Henricum Aragoniæ regiæ principem ordinis S. Iacobi magiſtrum, eiuſque fratrem Regem Nauarræ, tum multos Caſtellanos proceres eorum fœderatos, quas vt mitigaret Pontifex diſſiparetque, hæc ad Caſtellanum ipſum, ſcripſit [b].

b Lib. 11. pag. 340. & in m.s cod. Alex. VII. pag. 258.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Regi Caſtellæ & Legionis illuſtri ſalutem, &c.

Hortati ſumus ſæpius tuam ſerenitatem ad pacem & concordiam cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ioanne Rege Nauarræ illuſtri, & dilecto filio nobili viro infante Henrico magiſtro militiæ S. Iacobi in Compoſtella pro tui regni baronibus & proceribus, & quoniam nomen pacis ſuaue eſt, & res ipſa ſalutaris, vt quidam de ſapientibus ſæculi dixit, ac tibi quoque & regno tuo, ac alijs conducit, ſperabamus quod per Dei gratiam ad aliquam bonam concordiam deuentum eſſes, ſed, vt audiuimus, plus valuit, non tamen tua culpa, zizaniorum ſator ſathanas, quam noſtræ exhortationes. Intelleximus nulla concordia ſecuta, te propinquum eſſe cum tuo exercitu alteri parti, & dubitari ne ad certamen deueniatur, in quo & tibi & alijs victoria infelix erit, nam, vt alias ad te ſcripſimus, de tuo non de alieno certatur, & quidquid perit, de tuo perit, vt ſi alios viceris, teipſum viciſſe videaris. Et quidem ſatius eſt, ſi qua pars corporis infirma eſt, eam paulum tolerare, vel ſanare, ſi fieri poteſt, vt corpori ſubminiſtret, quam abſcindere & proijcere a ſe, cum per diminutionem membri diminuatur & corpus. Sunt etiam multa remedia, quæ non omni parti & non omni tempore conueniant, vt aliter oculi, aliter pedes curandi ſint. Præterea tutius eſt leuem offenſionem pati, quam eam velle vlciſci cum periculo ſtatus ſui, omnia prius viro prudenti experienda ſunt, quam arma, in quibus plerumque plus fortuna, quam ſapientia aut virtus dominatur.

Diſſidia dirimendi a Regibus Induſtria ſubditorum.

Non decet tuam ſerenitatem ponere ſe in ea pericula, quæ poſſent (quod Deus auertat) tibi & perſonæ & ſtatui diſcrimen afferre; nam ſi ſuperareris, vides quo res ſit peruentura, victoria per ſe inſolens eſt, neque ſcit modum ſeruare. Si ſuperas, nil vincis, nil acquiris, ſed damno tuo vincis: itaque omnino abſtinendum eſt ab ijs armis, in quibus ex altera parte ſumma calamitas eſt, ex altera nullum emolumentum, immo potius damnum, & licèt iuſta cauſa tibi videatur inſurgendi contra eos, qui tuis mandatis inobedientes, aut tibi rebelles exiſtunt, id quod ratio requirat, vt tibi pareant ſubditi omnes, tamen conſideret tua prudentia an hoc ſit vtile ad præſens ſtatui tuo, & an melius ſit futurum habere patientiam & tolerare iniurias quoad tempora eueniant meliora, quam decernere armis & committere ſe fortunæ, quæ incerta eſt & multotes fallit. Reſeruare ſe ad tempus commodum, & occaſiones expectare prudentis eſt, tempora docent quid ſit agendum, & agendi facultatem præbent, & quidem tutiora conſilia ſemper præponenda dubijs videntur, &c. *Dat. Florentiæ*. Cum vero eiuſmodi diſſidia in dies ingraueſcerent, iterum Eugenius Caſtellæ Regem aduerſus perduelles valde commotum flectere ad clementiam niſus eſt, propoſitis ingentibus malis, quæ Caſtella ob ciuilem diſcordiam ſubitura erat, nec non exemplo miſerandæ Galliæ, quam inteſtina bella dilaniauerant, tum ſaluberrimis alijs ipſum præceptis ad regnum feliciter adminiſtrandum erudiuit [a].

a Cod. m.s Alex. VII. pag. 171.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Regi Caſtellæ & Legionis illuſtri ſalutem, &c.

Non abſque mentis amaritudine intelleximus chariſſime fili, nonnullas nouitates & diſſenſiones, procurante humani generis hoſte, emerſiſſe in tuo regno, ac multos vereri ne diſcordiæ huiuſmodi ad aperta odia & arma hoſtilia deſcendant: cum enim, non ſecus ac bonus parens erga bonum filium conſueuit, geramus ſingularem affectionem & amorem erga proſperum & tranquillum ſtatum tuum & regni, ſumma afficimur animi moleſtia cum audimus aliqua, quæ tibi ſcandalum aut ſtatus aliquam turbationem poſſunt afferre. Igitur pia charitate moti, volumus exhortari tuam ſerenitatem ad ea conſilia capeſſenda, per quæ omnia euitentur bella, & omnes maioris motus cauſæ & materiæ ſopiantur. Non arbitramur latere ſapientiam tuam, quam magna incendia ex parua ſcintilla, quam grauia & dura mala ex bellis præſertim inteſtinis & domeſticis ſoleant excitari. Exemplo inter alia tibi ſit (quod dolenter referimus)

Pontificia ad Regem Caſtellæ monita.

Digitized by Google

mus) calamitas regni Franciæ, quod diutius, quam æquum erat, inteſtinæ diſcordiæ multis ac varijs cladibus affixerunt. Equidem dies nobis deficeret (vt omittamus ſapiens dictum hiſtorici, qui ait: *Concordia parua res creſcunt, diſcordia maxima dilabuntur*) ſi recitare vellemus, quot regna, quot dominia euerſa legimus propter diſcordias inteſtinas, vna Saluatoris diuina ſententia, quæ dixit, Omne regnum in ſe diuiſum deſolari, ſatis vnicuique eſſe debet ad reprimendum belli appetitum, ad compeſcendas diſſenſiones, ad pacem omni diligentia perquirendam, quam vel minime æquam etiam iuſto, præſertim ciuili bello multi ſapientes ſeculi præponendam cenſuerunt: & cum regni vnius inter ſe bellum ciuile & domeſticum dici poteſt cuius partes non aliter, quam corporis membra, ſi qua infirmiora eſſent, curanda ſunt, & ſicut durum atque aſperum eſſet aliquam partem, licet imbecillam, a corpore abſcindi aut auelli, ita & regni portiones, ſi quæ infirmæ eſſent, non lacerandæ, ſed ad ſanitatem reintegrandæ ſunt, neque ferro reſecandæ, ſed clementia & benignitate ad priſtinam valitudinem reſtituendæ.

Id præ cæteris tuæ ſapientiæ prouidendum eſt ne res, cui paruo remedio obuiari poſſet, in extremum diſcrimen perducatur, & quod conſilio adminiſtrari licet, nequaquam eſt committendum temeritati fortunæ, leuia vulnera grauioribus remedijs curari poſſunt, quæ vero grauia & lethalia ſunt nequaquam exaſperari ſolent, ſed leui manu & mitioribus medelis tractari quid quod eiuſmodi diſſenſiones ſunt, vt etiam victoria ſit tibi pertimeſcenda, ſi enim vincis, te ipſum ſuperas; de tuo enim detrahitur quidquid deletur, & in hoc vno vincendo ſuperaris, cum in eo, quod perit tua potentia minuatur. Multæ ſunt & variæ in hanc ſententiam rationes, quas omittimus cauſa breuitatis, vnum dicimus, in tuto verſari, neque ſe caſibus incertis velle committere, ſi id euitare, conſilio & ratione poſſit, ſemper eſſe habitum viri ſapientis. Quamobrem quoniam præcipuo & paterno erga te affectu omnia pericula, quæ bellorum furor afferre ſolet reformidamus, exhortamur in Domino tuam ſerenitatem, & per Saluatoris noſtri paſſionem obſecramus, vt propter Dei reuerentiam, propter commune tuæ reipublicæ & pacis bonum, ſine quo nullius boni alterius fructus percipi poteſt, ſepoſita omni indignatione, etiam ſi quos aduerſus te, quid deliquiſſe putas, velis flectere ad clementiam, & pacem animum tuum, & tuos cogitatus ad quietem & otium conuertere, præcipue vero conſideres ſtragem Chriſtiani ſanguinis Deo eſſe infenſam, & regni vires conterere. Decet clementem Regem eſſe & promptum ad veniam, otium vero & tranquillitatem præ cæteris rebus appetere, vt Saluatoris noſtri mandatis pareat, qui inquirere & proſequi pacem iuſſit. Nos quidem ad hanc conſequendam operam noſtram & diligentiam pollicemur, miſſuri proprium pro hac re legatum ſi id videatur tibi. Sed quoniam celeriora remedia ſalubriora eſſe conſueuerunt, commiſimus venerabili fratri noſtro Scipioni epiſcopo Mutinenſi, quem ad ſignificandam tibi Græcorum vnitatem, & pro nonnullis alijs negotijs ad tuam celſitudinem deſtinamus, oratorem noſtrum, & dilecto filio Baptiſtæ de Padua clerico cameræ apoſtolicæ iſtic exiſtenti ad præſens, vt ſi id tibi placeat & de conſenſu tuo exiſtat auctoritate noſtra ſe interponant pro pace & concordia concludenda, quam dignetur ille concedere, qui ſemper eius auctor & perfector eſſe conſueuit. *Dat. Florentiæ, &c.* De ſalubribus præceptis Ioanni Regi datis, vt oborientia inteſtina bella ſedaret, certiores fecit Chriſti vicarius [a] Carolum Regem Nauarræ, & Henricum ordinis militiæ S. Iacobi principem ſanguine Regi Caſtellæ coniunctiſſimos, vt concordiæ interpretes agerent; tum Aluarum e Luna magiſtrum equitum, Gunterumque archiepiſcopum Hiſpalenſem ad compeſcendos ciuiles motus omni ſtudio incumbere iuſſit [b]. Quæ literæ XVI. kal. auguſti pontificatus anno IX. ſunt conſignatæ.

a Lib. breu pag. 108 & in m.s. Alex VII. pag 173. & 174.
b Ibid.

40 Edita eſt hoc anno inſignis ſanctio [c] ab Eugenio ad cardinalitiæ dignitatis ſplendorem aſſerendum: nam cum in Anglia celeberrimi ordinum regni cœtus haberentur, Henricus archiepiſcopus Cantuarienſis Ioanni presbytero Cardinali tit. S. Balbinæ de honorificentiori ſeſſione litem mouit facta ad ſedem Apoſtolicam prouocatione; in qua tamen profeſſus eſt ſe nec ſedi Apoſtolicæ neque cardinalitiæ dignitati velle detrahere. Cui primum Eugenius reſpondit, iam ante ipſum Henrico epiſcopo Vvintonienſi ſuffraganeo ſuo, cum primum presbyter Cardinalis tit. S. Euſebij creatus fuiſſet, honorificentiorem locum ceſſiſſe, cui ante cardinalatum, quamuis regio genere nato præferri conſueuerat: deinde cardinalitiæ dignitatis antiquitatem faſtigiumque his verbis illuſtrauit, quæ ob inſignem eruditionem repetenda mihi viſa ſunt.

c Ext. in bullar in Eug. conſt. 15.

De archiepiſcopatus & cardinalitiæ dignitatis præſtantia lis mota.

Venerabili fratri Henrico archiepiſcopo Cantuarienſi, &c.

Etſi huius dignitatis nomen, quod modo in vſu eſt, ab initio primitiuæ Eccleſiæ non ita expreſſum fuit, officium tamen ipſum a B. Petro eiuſque ſucceſſoribus inſtitutum euidenter inuenies, immo, vt inquit Innocentius III. ex veteri teſtamento iuſſu Dei traxit originem: aſſerit enim id, quod Deuteronomij XVII. dicitur, vt pro difficultate & ambiguitate iudicij accedatur ad ſacerdotes Leuitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tempore, & obediatur ipſorum iudicio, qui præſunt loco, quem Dominus elegerit, de ſummo Pontifice intelligendum eſſe & fratribus eius, id eſt S.R.E. Cardinalibus, qui ei iure Leuitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Itaque ab exordio Eccleſiæ, ſicut & hodie, ſummis Pontificibus in regenda gubernandaque vniuerſali Eccleſia aſſiſtebant, & vt ex concilio Stephani Papæ colligitur, dicentis: *Oportebat, vt hæc ſacroſancta domina Romana eccleſia, iuxta quod a B. Petro & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, rite ordinaretur & in apoſtolatus culmine vnus de Cardinalibus presbyteris aut diaconis conſecraretur*; datur manifeſte intelligi, hos fratres noſtros, qui inter Cardinales locantur tempore B. Petri extitiſſe. In confinio autem Nicæni concilij B. Silueſter, qui cœpit Eccleſiam regere anno incarnationis Dominicæ CCCXXX. [*] vel circiter, in ſynodo generali congregatis præſidens hos coadiutores ſuos nuncupauit Cardinales, & magno admodum priuilegio inſigniuit, quale nullus patriarcharum, archiepiſcoporum, & epiſcoporum in canonibus habere reperitur, vt videlicet ſine plurima teſtium multitudine damnari non debeant. Nec ſine myſterio triplex ordo in fratrum noſtrorum collegio a ſanctis noſtris prædeceſſoribus inſtitutus eſt, nam, cum ſummus Pontifex vices Dei gerat in terris, decuit quemadmodum Moyſi præceptum fuit, vt omnia ad exemplum faceret ſicut ei oſtenſum erat in monte, quod ad inſtar illius cœleſtis hierarchiæ, in hac noſtra

Cardinalitia dignitas quando inſtituta.

Probatur inſtituta a S. Petro.

* CCCXV.

Digitized by Google

Expreſſa in Pontifice & Card. cœleſtis hierarchia.

Eccleſia tres conſtituerentur ordines aſſiſtentium Papæ, qui purgantium, illuminantium, & perficientium fungerentur officio, veluti ſunt diaconi, presbyteri, & epiſcopi Cardinales. Decuit etiam cum ſummus Pontifex Chriſti repræſentet perſonam, vt quemadmodum Chriſto conuerſanti in terris aſſiſtebant Apoſtoli, ita etiam Cardinalium cœtus, apoſtolicum repræſentans, coram Papa aſſiſteret, reliqui vero epiſcopi vbique diffuſi Apoſtolos repræſentant ad prædicandum per orbem miſſos.

Argumentum ex legibus canonicis petitum.

Ipſos præterea Cardinales pro honoris ac dignitatis eminentia partem ſui corporis ſummi Pontifices appellant. Ex quo ſine vlla dubitatione oſtenditur, poſt caput Eccleſiæ, quod eſt Papa, contigua ſui corporis membra, qui ſunt fratres eius Cardinales, præ cæteris Eccleſiæ membris ac partibus honorari debere; adeo quidem, vt ſacris canonibus ſancitum ſit eos, qui in Cardinalem manus iniecerint violentas, aut fugarint, aut inſecuti fuerint, ſeu ad hoc dederint conſilium vel fauorem, criminis læſæ maieſtatis reos, maximis & multiplicibus pœnis eſſe plectendos, ac ſi ipſi apoſtolici throni violauerint maieſtatem, quod in ipſos, qui patriarchas, archiepiſcopos, vel epiſcopos offenderint, ſtatutum minime reperitur, vt euidenter liqueat tanto hinc ampliorem cenſeri dignitatem, quanto plures ſeuerioreſque illam offendentibus infliguntur pœnæ.

Patritijs comparati Cardinales.

Sunt etiam & in ſignum præeminentiæ ipſis fratribus noſtris præ alijs Eccleſiæ prælatis & ſimiliter cum legati de noſtro latere deſtinantur, præ alijs legatis multa ac magna per canones attributa priuilegia, quæ tibi nota eſſe non dubitamus: hinc etiam conſtat cur a latere apoſtolico mitti eis ſolis, & non alijs appropriatur legatis. Sed & ille notiſſimus Conſtantinus Imperator animaduertens, ad quam magnum ac publicum vniuerſalis Eccleſiæ officium ipſi fratres noſtri vocati eſſent, ſic inquit: *Volumus etiam deinde ſui ordinis reuerendiſſimos clericos S. R. E. ſeruientes ſingulos habere illud ſanctum culmen potentiæ & excellentiæ, cuius ſanctiſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, id eſt patritios conſules fieri, quos certe patritios conſules ſecundum leges, vt in ſumma dignitate conſtitutos, Imperator patres ſibi elegit, & loco patrum a ſe honorari affirmat.*

Dignitatũ amplitudo ex Rom. Pontifice profecta.

Quod vero hæc dignitas tanto honore præfulgeat, nec tuæ fraternitati, nec cuipiam alteri moleſtum eſſe debet quoniam, vt ſancti atteſtantur patres, omnes patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales, cathedrales, aliaſque dignitates Romana fundauit eccleſia, ſicutque licuit vni eccleſiæ amplam, alij ampliorem, & alij ampliſſimam, prout expedire iudicauit, tradidit poteſtatem: omnes enim tanquam vnius arboris rami ab vna eademque radice, & vt diuerſi aquarum riuuli ab eodem fonte prodierunt, licet vnus alio copioſior atque vberior. Itaque, ſi iuſtis ex cauſis & Spiritus ſancti inſtinctu, quo hanc ſedem regi credendum eſt, Romana eccleſia venerabilium Cardinalium cœtum ad cœleſtis hierarchiæ ſimilitudinem conditum, & tanquam ſui corporis partem his priuilegijs & honoribus illuſtrare decreuit, nec tua eccleſia, cui per apoſtolicam ſedem præfectus es, nec quiſquam alius eccleſiæ gradus ab eodem ſimiliter apoſtolico throno originaliter inſtitutus, quæ omnia de ipſorum fratrum noſtrorum conſilio acta ſunt, vllam ſuccendendi aut conquerendi cauſam habet, ne illud adducamus euangelicum verbum: *Amice non facio tibi iniuriam. Nunquid mihi non licet de meo facere, quod volo?* & ſicut tu vis, vt priuilegijs eccleſiæ tuæ ab hac ſede conceſſis aliæ deferant inferiores eccleſiæ, ita eadem ratione par eſt, vt ab eadem ſede huic cœtui inſtituto tu ſimiliter deferas, & reuerentiam præſtes.

Argumentũ ex veteri conſuetudine petitum.

Multum etiam mouere te debet diuturna per Chriſtianum populum vbique ſeruata conſuetudo quæ etiamſi cætera deeſſent, ex quo tam vetuſta eſt, vt eius initij memoria non extet in contrarium, pro conſtituto iure habenda foret, præſertim quando ſcientes & approbante ſummo Pontifice non quidem vno, ſed tot quot vnquam habuit Eccleſia, id actum eſſe dignoſcitur; in omnibus enim nationibus ac regnis &, vt in Anglia memorauimus, hactenus huiuſmodi præeminentiæ Cardinalibus delatus eſt honor, qui quidem non tam ipſis, quam nobis, cum noſtra ſint membra, attribui cenſendus eſt. Nec minus his eccleſiæ Romanæ conſuetudo, quæ caput, norma, & magiſtra eſt reliquarum eccleſiarum, id ipſum tibi perſuadeat, qua ſemper, nullo vnquam contradicente, in cunctis actibus quibuſcumque prælatis præhonorati ſunt.

Ex conciliorum decretis.

Idem in antiquis generalibus concilijs; præſertim in duobus Lugdunenſibus, in vno præſidente Innocentio IV. in altero Gregorio X. quorum adhuc extant acta, vſitatum fuit, ſic & in his ſynodis noſtris noſtra ætate celebratis, de quibus etiam apud regnum Angliæ non pauci ſuperſunt teſtes, obſeruatum eſſe palam eſt, abſentibus etiam ſummis Pontificibus, idem & nunc nobis præſidentibus in hoc ſacro œcumenico ſeruatur Florentino concilio.

Obiectio ſumpta ex ordine epiſcopatus epiſc.

Diluitur.

His quoque illud accedat, quod in ſententiis & decretis tam huius ſanctæ ſedis, quam generalium conciliorum, cum de dignitatibus, nominatim ſit mentio, illa clauſula adijci ſolet: *Non obſtantibus ſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, ſeu alia quacumque præfulgeat dignitate;* per quod ex ordine nominandi, quæ ſit maior luculenter appatet. Nec cauſetur quiſpiam, quod ordo epiſcopalis presbyterio maior ſit, quoniam in eiuſmodi prælationibus officium ac dignitas ſiue iuriſdictio præponderat ordini quemadmodum iure cautum eſt; vt archidiaconus non presbyter ſuæ iuriſdictionis obtentu archipresbytero præfertur. Simili modo diaconus vel ſubdiaconus aliuſue clericus noſter, aut alicuius Metropolitani vicarius ſeu locumtenens in ſynodo & alibi alios quocumque ordine maiores, etiam epiſcopos, antecedit propter illius iuriſdictionem, quam exercet & perſonam, quam repræſentat. Sic & electus ad eccleſiam cathedralem & confirmatus, quamquam nondum conſecratus ratione iuriſdictionis cunctis in ſua diœceſi præeminet. Quis ergo iam dubitarit eum, qui talia iura & canones condidit, & talem alijs tribuit poteſtatem, poſſe eandem, cum vult, & maiorem ſuis membris tribuere? Si quis forte obiecerit, prioris dignitatis potius eſſe rationem habendam, quam cardinalatus de nouo collati, cum in regijs tractatibus ac parlamentis quilibet, vt ſuæ eccleſiæ prælatus noſter, vt Cardinalis interſit. Huic obiectioni euidens reſpondet ratio, nam cum perſonæ ſint eccleſiaſticæ ſicut ſtatuta ac priuilegia ſuarum eccleſiarum in his actibus ſeruant, multo magis Romanæ eccleſiæ, cui vinculo obedientiæ adſtricti ſunt, priuilegia & ſtatuta ſeruare tenentur, quibus nec ipſæ perſonæ eccleſiaſticæ, nec alij quicumque tanquam inferiores derogare quomodolibet poſſint?

Alia obiectio.

Diſſoluitur.

Cum

Digitized by Google

Cum igitur viri eccleſiaſtici ad actus publicos vel priuatos vocantur cum ſuis qualitatibus ac prærogatiuis ab Eccleſia inſtitutis admitti debent, nam & contra honeſtatem publicam & vniuerſalis Eccleſiæ politiam, & in opprobrium eccleſiaſticæ diſciplinæ vergeret, ſi in quouis actu diaconus presbyterum, vel presbyter epiſcopum, aut epiſcopus patriarcham præcederet. Præterea in canonibus ſcriptum eſt, vnumquemque in collegio vel capitulo iuxta ſuæ receptionis tempus honorandum eſſe, & quod ſi poſtea aliquis admittatur presbyter, cæteris tempore anterioribus præponatur, qui presbyteri non ſunt, quod ſi in ordine maiori ſit, hoc etiam multo amplius in dignitate ſeu iuriſdictione, quæ in his actibus maior eſt ordine ſeruandum eſt, vt ſupra de archidiacono & archipresbytero dictum eſt. Quod ſi in poſt receptis locum habet, eadem ratione in iis, qui prius, ſi qua de nouo eis obueniat dignitas, hoc enim rationi conſentaneum eſt, vt dignius minus dignum ad ſe trahat, & res a potentiori & nobiliori denominetur. Quod ſi in ipſis Cardinalibus euidenter ſeruatur, qui licet certarum eccleſiarum dum ad cardinalatum aſſumuntur epiſcopi ſint, nihilominus eos non epiſcopos, ſed presbyteros S. R. E. Cardinales ſedes Apoſtolica appellat, quinimmo ſi eis ſuas priores eccleſias in titulum dimittat, non amplius ſub nomine eccleſiarum ſed tituli cardinalatus ſcribit, quaſi ad maiorem dignitatem & iuriſdictionem aſſumpſerit, alioquin non aſcendiſſe ſed deſcendiſſe, non honorari ſed dehonorari viderentur.

Argumentum ex more Romanæ eccl. ductū.

Ex officio cardinalitios.

Quis etiam non videat cardinalatus dignitatem archiepiſcopali eſſe maiorem dignitate? quia cum illa priuatæ vnius patriæ præſit vtilitati, iſta publicæ totius populi Chriſtiani, illa vnam dumtaxat regit eccleſiam, iſta cum ſede Apoſtolica vniuerſas, & cum a nemine niſi ſolo Papa iudicentur Cardinales, ipſi & patriarchas, & archiepiſcopos, & reliquos Eccleſiæ gradus cum ſummo Pontifice iudicant, quorum officio nomen ipſum conſonat optime, nam ſicut ſuper cardinem voluitur oſtium domus, ita ſuper hoc ſedes Apoſtolica totius Eccleſiæ oſtium quieſcit & ſuſtentatur, &c. *Dat. Florentiæ . . . pontificatus noſtri anno* VIII.

Cardinaliū numerus valde auctus.

41 Vergente hoc anno, nimirum XV. kal. ianuarij in generali concilio & publico conſiſtorio Eugenius ex variis regnis viros illuſtres virtutibus & ſcientia in Cardinalium numerum adſciuit, de quibus hæc Blondus [a]: *Decem & ſeptem creauit Cardinales tanta cum orbis partium diſtributionis æqualitate, vt delectus virorum alioquin laudatiſſimorum ſuperauerit laudem habita ratione prouinciarum. Duos namque habuit Græcia, quorum in Aſia Biſarion Nicænus archiepiſcopus fuit vnus, alter in Europæ finibus Metropolita Ruthenorum Iſidorus, & Hiſpania, quam dicunt Portugalliam, Antonius vrbis Portugalliæ epiſcopus; alterique maiori Hiſpaniæ datus eſt Ioannes ex oppido Turrecremata inſignis theologus. Quatuor habuit omnis Gallia quorum vnus Francorum Regis familiariſſimus Raymundus Rhemenſis archiepiſcopus, alter ducis Burgundiæ Ioannes epiſcopus Morinenſis, Renato Regi Siciliæ ex Andegauenſi patria, vt oſtendimus oriundo, datus eſt tertius nomine Guillelmus ad eccleſiam Andegauenſem tunc electus, quartum Galliæ prouinciæ ſimul & Angliæ Regi Normandiæ regionem obtinenti dedit Pontifex Ludouicum Rothomagenſem archiepiſcopum, ornatumque eſt etiam altero Cardinale regnum Angliæ Ioanne archiepiſcopo Eboracenſi. Duo in Germania, vnus ex natione Polona Sbigneus, qui erat epiſcopus Gneſnenſis, alter creatus eſt Petrus epiſcopus Auguſtenſis. Vnicum habuit Pannonia Dionyſium epiſcopum Agrienſem. Reliqui fuere ex Italia æquali item regionum habita ratione, regno enim Apuliæ dati ſunt duo, Ioannes archiepiſcopus Tarentinus, & Nicolaus archiepiſcopus Capuanus. & Mediolanum vno decoratum eſt Gaſpare epiſcopo Comenſi. Cum Genua pariter vnum ex Fiſchea gente Georgium ciuitatis archiepiſcopum, & Florentia Albertum habuerit ex gente Alberta tunc deſignatum epiſcopum, qui ſolus fuit diaconus, cum cæteri fuerint presbyteri titulo decorati.* Meminit præter cæteros ſcriptores Latinos [a] & Græcos, qui de Iſidoro & Beſſarione idem tradidere [b], de ea Cardinalium creatione Eugenius in literis, quibus Guillelmo [c] deſignato epiſcopo Andegauenſi & Ioanni [d] epiſcopo Morinenſi earum eccleſiarum adminiſtrationem coniuncto cardinalatu permittit.

a Blond. dec. 4. l. 1 Ciaccon. in 3. creationeCard.

Eorum nomina. Delecti ex omnibus regnis.

a Papien. Card. in ep. pag. 75. b Laonic. Calchond lib. 6. c Lib. 10. pag. 245. & 246. d Ib. pag. 248.

IESV CHRISTI
Annus 1440.

EVGENII PP. IV. annus 10. FRIDERICI III. ROM. REGIS 5. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 17.

Baſileenſes promulgāt Amedeum antipapam.

1 CONfirmato ſchiſmate, quod a perfidis conuenticuli Baſileenſis ſacerdotibus paucisque præſulibus, qui hoſtile odium in Eugenium exercuerant, conflatum iam ante fuerat, ater extitit annus redempti orbis quadrageſimus ſupra milleſimum quadringenteſimum indictione tertia kal. enim martii: impiorum ſynagoga antipapam ſuum delatos honores iniuſſe, eiuſque obtemperandum imperiis promulgauit, vtque auguſtiori pompa Baſileam pergeret, permiſere vt, antequam pontificalibus infulis cingeretur, Cardinales creare poſſet. & quatuor ab eo renuntiatos menſe aprili confirmauere, ex quibus vnicus tantum illum Baſileam euntem comitatum eſſe fertur. Cæterum antipapa legatum dixit pſeudocardinalem Arelatenſem, ſuoque nomine Baſileenſi conuenticulo præeſſe iuſſit [e].

Cardinalis Arelatenſis conuenticulo præfectus.

e Patri. in act. Aen. Syl. in dec geſt. conc. Baſil. Seſſ. XXVIII Floren.

Interea Eugenius verus Eccleſiæ vniuerſæ paſtor ſchiſmaticorum impietatem repreſſurus, iudiciario ſeruato ordine, Florentiæ in XXVIII. ſeſſione, quæ in actis Patricianis VIII. dicitur ad X. kal. aprilis Amedeum antipapam, eius electores, ſectatoreſque omnes, niſi quinquaginta dierum excurrente ſpatio impietatis viam deſeruiſſent, anathemate pœniſque in hæreticos & ſchiſmaticos conſtitutis perculit. De qua ſententia in Florentino concilio a ſe lata memorat ipſemet Pontifex in literis [f] pridie nonas iulii exaratis, quibus Iacobo epiſcopo S. Andreæ præcipit, vt eam promulget, atque ab aliis promulgandam curet.

Interdictū ſchiſma in Scotia.

f Lib. 5. pag. 19.

Venerabili fratri Iacobo epiſcopo S. Andreæ ſalutem, &c.

2 Perſonam tuam nobis & Apoſtolicæ ſedi deuotam tuis exigentibus meritis paterna beniuolentia proſequentes illa tibi libenter concedimus, per quæ perſonarum noſtris & ſedis prædictæ monitis & mandatis debitis parere recuſantium præſumptione repreſſa, tam illis ex eis, qui ad nos ſeu eandem ſedem cum humilitate redierint, quam etiam benemeritis perſonis te benignum & gratioſum exhibeas & etiam liberalem. Dudum ſiquidem ex certis tum expreſſis iuſtis & rationabilibus cauſis de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, & quampluribus ex venerabilibus fra-

Eugenii ad Scotię primatem epiſcopum litteræ.

fratribus noſtris archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filijs electis & abbatibus apud ſedem Apoſtolicam tunc exiſtentibus id laudantibus & conſulentibus generale concilium apud ciuitatem Baſileenſem tunc conſtitutum de ipſa ciuitate ad ciuitatem Ferrarienſem tranſtulimus & translatum eſſe declarauimus inter cætera ſub excommunicationis, priuationis dignitatum beneficiorum & officiorum, ac inhabilitatis, pœnas quas contra facientes ipſo facto incurrere voluimus, aduerſus quas pœnas reſtitui & reddabilitari præterquam a nobis non poſſent, ſed nec ab excommunicatione huiuſmodi abſolui valerent, niſi in mortis articulo conſtituti, diſtrictius inhibentes ne ex tunc in antea in Baſileenſi ciuitate aut alibi præterquam in ciuitate Ferrarienſi huiuſmodi concilium aut alius conciliarius actus teneretur, ſeu aliquod officium ab eo ſubordinatum exerceretur, neque etiam aliquis in dicta ciuitate niſi quoad Bohemorum articulum dumtaxat remanere & ad alium locum, quam Ferrariæ ſub nomine ac prætextu concilij accedere auderent, & deinde per alias ſacro concilio tunc Ferrariæ legitime congregato tunc approbante omnes & ſingulos Baſileæ ſub prætenſi concilij nomine, quod verius conuenticulum dici tunc debeat [a] prout de præſenti debet; contra translationem & declarationem noſtras huiuſmodi venientes & nonnulla ſcandaloſa & nefaria tunc expreſſe præſumentes etiam ſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, abbatiali, aut quauis dignitate eccleſiaſtica vel ſæculari præfulgerent, excommunicationis, ac priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum ſuorum huiuſmodi pœnas ipſo facto incurriſſe etiam declarauimus in mandatis deſuper ſub pœnis & cenſuris prædictis omnibus & ſingulis Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis electis, & abbatibus, ac cæteris cuiuſcunque conditionis ſtatus vel gradus exiſterent in dicta ciuitate Baſileenſi ſub prætextu conſilij huiuſmodi conuenientibus, vt intra triginta dies a die data poſteriorum literarum huiuſmodi computandos deberent realiter & cum effectu ab ipſa Baſileenſi ciuitate receſſiſſe; ac vlterius poſteriorem declarationem huiuſmodi per alias innouauimus: poſtremo vero etiam per alias noſtras literas inter cætera quoſcunque perditionis & infelicitatis filios Amedeo olim Sabaudiæ duci Felicem auſu temerario ſe nominare præſumenti, eiuſque erroribus ſcienter & deliberate credentes ſeu adhærentes, fuiſſe & eſſe ſchiſmaticos, blaſphemos, & tanquam hæreticos, ac reos criminis læſæ maieſtatis puniendos, eiſque excommunicationis, anathematis, ac officiorum & beneficiorum, nec non honorum, prælaturarum, dignitatum tam eccleſiaſticarum, quam mundanarum priuationis, & inhabilitationis ad habenda, perſonis eorum a fidelibus capiendis expoſitis, ipſorumque omnibus bonis, iuribus, & iuriſdictionibus publicatis & confiſcatis, omneſque & ſingulas alias pœnas contra præfatum Amedeum ſchiſmaticum, blaſphemum, ac criminis huiuſmodi reum, tam a iure, quam ab homine ſtatutas incidiſſe & incurriſſe decreuimus & etiam declarauimus, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnullæ regni ac ciuitatum, terrarum, & locorum ditioni chariſſimi in Chriſto filij noſtri Iacobi Scotorum Regis illuſtris ſubditorum perſonæ tam eccleſiaſticæ, quam ſæculares ſuorum ſalutis, ſtatus, & honoris immemores contra monita & mandata, vt alia in literis contenta huiuſmodi venire, ac plura etiam nefaria & ſcandaloſa facere, perpetrare, & committere præſumant in noſtrum & dictæ ſedis vilipendium, ac pernicioſum exemplum & ſcandalum plurimorum, nos talia ſub diſſimulatione vlterius pertranſire non valentes, ac aduerſus præſumptores præfatos illo volentes remedio ſubuenire, per quod ipſorum temeritas compeſcatur, & alijs ſimilia de cætero aditus præcludatur, fraternitati tuæ in magnis & arduis noſtris & Romanæ eccleſiæ negotijs diutius comprobatæ, de qua in ijs & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, omnes & ſingulas regni, ciuitatum, terrarum, & locorum ditioni Regis huiuſmodi eccleſiaſticas, clericales, ac laicales perſonas cuiuſcumque gradus, ſtatus ordinis, vel conditionis, *& infra*, in eccleſijs, ac alijs locis eccleſiaſticis, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit excommunicatos & interdictos; nec non monaſterijs, ac beneficijs ſuis omnibus, cum cura vel ſine cura, ſæcularia vel regularia, ac ad illa, vt alia in antea obtinenda inhabiles alijſque ſententijs cenſuris & pœnis ſupradictis irretitos fuiſſe & eſſe auctoritate apoſtolica publice nunciandi & nunciari faciendi, eaſque & ipſarum quamlibet etiam cum inuocatione brachij ſæcularis aggrauandi & reaggrauandi, ac quaslibet ex eis, quos ad noſtram & præfatæ ſedis obedientiam & deuotionem pro tempore redire volentes, ſi id a te humiliter petierint, ab omnibus & ſingulis excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti alijſque ſententijs, cenſuris & pœnis, quibus propter eorum præſumptiones huiuſmodi tunc irretitæ fuerint, ſimul vel ſucceſſiue abſoluendi, (nonnulliſque iniectis, quibus ſuſceptam infamiæ notam ob ſchiſma abolendi & priſtinis iuribus dignitatibus, ac muneribus redeuntes ad officium reſtituendi omneſque cenſuras diſſoluendi auctoritate inſtruit) plenam & liberam eadem apoſtolica auctoritate tenore præſentium facultatem concedimus. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ MCDXL. pridie non. iulij pontificatus noſtri anno* X. Impoſitum eſt idem munus Alano epiſcopo Auenionenſi, ac Roberto Rogerio Apoſtolicæ ſedis internuntio, vt pœnas in edicto ſynodali, cuius initium a verbo, *Moyſes*, ducitur contentas ſumerent de ſchiſmaticis, qui in Prouincia, Delphinatu, Aquitania, Chriſti tunicam laniare annitebantur, ac prædicto Amedeo olim duci Sabaudiæ, qui ex antipapatu Felicis nomen traxerat, ſimiliter adhærebant. Eademque mandata dedit Ioanni tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali [b], Euterio [c] archiepiſcopo Hiſpalenſi, alijſque Caſtellæ & Legionis archiepiſcopis [d] & epiſcopis, Bartholomæo Angli [e] in Lugdunenſi & Narbonenſi prouincijs, Zanono [f] epiſcopo Baiocenſi in Gallia, Conrado epiſcopo Vvratislauienſi [g] in Polonia, in Germania Nicolao epiſcopo Lubicenſi [h] & Baldeuino Bremenſi [i] archiepiſcopo.

3 Eminebat inter omnes ſchiſmaticos in audacia atque perfidia Ludouicus Arelatenſis olim tit. S. Cæciliæ presbyter cardinalis, qui contempſerat pontificia decreta, fouerat Baſileenſe conuenticulum, eccleſiæ Romanæ hoſtium animos auxerat, cunctorumque malorum ferme præcipuus auctor & ſchiſmatis ſignifer extiterat, idolum denique antipapale profanarat potius, quam ſacrarat. Ob quæ flagitia Pontifex hanc in ipſum ſententiam tulit [l].

Ad futuram rei memoriam.

Quemadmodum Romana eccleſia, quæ eccleſiarum omnium mater eſt ſalutariſque doctrinæ magiſtra, recurrentes ad eam cum humilitate ſi lios

Vt illud Baſilea Ferrariam tranſlatum ſit Apoſtolica auctoritate concilium.

Translato concilio ſub Baſilea cõ. aliud concilium. nuncupabat.

Conſtituta in antipapā & ſectato. res pœna.

In Eccleſijs excõ cũ vtu promulgata.

Redituris ad obedientiam promiſſa venia.

a Lib. 5. pag. 152.

Promulgata ſchiſmaticis regni edicta in Baſileenſes.

b Lib. 23. pag. 158.

c Ibid. pag. 162.

d Ibid. pag. 161.

e Pag. 71

f Pag. 178

g Pag. 172

h Pag. 93.

i Pag. 88.

Ludouicus Card. Arel. præcipuus ſchiſmatis auctor.

l Lib. 12. Pag. 271.

Sugeri… cuiuſ ſcel…

Digitized by Google

lios poſt exceſſum materno ſuſcipere conſueuit affectu ipſorum doloribus misericorditer compatiendo, ſic profecto illos digne a ſe expellit & abhorret, qui ſuo lacte nutriti, ſua beneficentia ſublevati, ſuperbiæ concepto ſpiritu ipſam, quam ſibi ſponſam Chriſtus copulauit, & extra, quam nemo ſaluus eſt, varijs figmentis, fucatiſque coloribus, ac exquiſitis excogitatiſque fraudibus diuidere, ac horrendo & peſtifero ſchiſmati in diuinæ maieſtatis offenſam, ac in perpetuam ſuarum damnationem animarum, Chriſtianique populi grauiſſimum ſcandalum ſubmittere non expauescunt, ne illius vbera alterius ſugere permittantur, quam venenatis dentibus mandere, ac eius vnionem ac integritatem ore polluto execrataque lingua violare præſumpſerunt. Dudum ſiquidem ex certis, iuſtis, ac rationabilibus tunc expreſſis cauſis de venerabilium fratrum noſtræ S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, pluribus ex venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filijs electis, & abbatibus apud ſedem Apoſtolicam tunc exiſtentibus, id laudantibus & conſulentibus, generale concilium apud ciuitatem Baſileenſem conſtitutam de ipſa ciuitate Baſileenſi ad noſtram ciuitatem Ferrarienſem propter quaſdam cauſas tranſtulimus, & tranſlatum eſſe declarauimus, ac inter cætera ſub excommunicationis & priuationis quorumcumque eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, prioratuum, perſonatuum, adminiſtrationum, officiorum, & aliorum bonorum eccleſiaſticorum quorumlibet, nec non inhabilitationis, & alijs tunc expreſſis pœnis, quas contrafacientes, ipſo facto incurrere volumus, omnibus & ſingulis cuiuſcumque ſtatus, gradus, aut ordinis exiſterent, etiamſi cardinalatus honore, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali, aut alia quauis eccleſiaſtica, vel ſæculari præfulgeant dignitate, diſtrictius inhibuimus, ne ex tunc in antea in dicta Baſileenſi ciuitate, aut alibi, præterquam in ciuitate Ferrarienſi, huiuſmodi concilium, aut alius conſiliarius actus teneretur, ſeu aliquod officium ab eo ſubordinatum exerceretur, nec etiam aliquis in dicta ciuitate Baſileenſi, niſi dumtaxat, quoad Bohemorum articulum remaneret, nec ad alium locum quam Ferrariæ. ſub nomine & prætextu concilij accedere, & deinde ipſo concilio in dicta Ferrarienſi ciuitate tranſlato, & approbante, omnes, & ſingulos, Baſileæ ſub nomine concilij, quod verius conuenticulum dici debuit, contra tranſlationem & declarationem noſtras huiuſmodi venientes, & nonnulla ſcandala, & nefaria tunc expreſſa præſumentes, etiamſi titulis aut dignitatibus præfulgerent antedictis, excommunicationis, ac eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, prioratuum, perſonatuum, adminiſtrationum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, ac beneficiorum ſuorum huiuſmodi pœnas ipſo facto incurriſſe, per alias declarauimus, mandantes inſuper ſub pœnis & cenſuris prædictis, omnibus & ſingulis Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, electis, & abbatibus, ac cæteris cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, aut conditionis exiſterent in dicta ciuitate Baſileenſi, ſub prætextu concilij huiuſmodi conuenientibus, vt intra triginta dies a die datarum poſteriorum literarum huiuſmodi computandos, deberent realiter & cum effectu ab ipſa Baſileenſi ciuitate receſſiſſe, ac poſtremo poſteriorem declarationem huiuſmodi, inter cætera per alias noſtras literas innouauimus, prout hæc omnia in literis præfatis plenius continentur.

Et quia; vt dolenter referimus, iniquitatis alumnus atque perditionis filius Ludouicus olim tit. S. Cæciliæ presbyter Cardinalis, eccleſiæ Arelatenſis per ſedem prædictam adminiſtrator deputatus, ſuæ ſalutis immemor, ac in ſenſum reprobum datus, extrema laborans ingratitudine, ac propria ſuperatus iniquitate malitiaque confuſus, nec non bonorum & honorum, quæ ab eadem eccleſia Romana indigne fortaſſis ſuſceperat, factus immemor, malum pro bono retribuens nedum noſtris literis obedire, ſed in diuinæ maieſtatis offenſam, ac noſtræ & ipſius ſedis auctoritatis contemptum, in dicta Baſileenſi ciuitate poſt & contra tranſlationem remanere, ſeque profanæ, ac rebellis multitudinis, quæ etiam poſt & contra tranſlationem, declarationem, inhibitionem, & mandatum antedicta inibi remanſit, ducem & patronum obſtinato animo auſuque ſacrilego, excommunicationis & priuationis, ac alias in præfatis literis contentas pœnas & cenſuras multipliciter incurrendo, ſe conſtituere præſumpſit, ac damnatam huiuſmodi præſumptionem ſuam huc uſque, dietim peiora ſemper prioribus accumulando, palam & publice, ac de perpetratis huiuſmodi per eum ſceleribus gloriari, & tandem deſcendens in profundum maiorum electioni ſeu potius profanationi de perſona iniquitatis filij Amedei olim ducis Sabaudiæ in antipapam conſentire, ſeu verius illius auctor eſſe non expauit; nos exceſſus tantos & abuſus, quos vlterius ſub diſſimulatione tranſire non poſſumus, ad vniuerſorum Chriſti fidelium notitiam deduci volentes, eundem Ludouicum olim Cardinalem & dictæ eccleſiæ Arelatenſem adminiſtratorem, vt præfertur, qui ob præmiſſa excommunicationis, priuationis, & alias pœnas antedictas merito incurriſſe dignoſcitur, cardinalatus honore, nec non prædictis, ac quibuſuis alijs eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, prioratibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, ac beneficijs alijs eccleſiaſticis ſæcularibus & regularibus, commendis quoque & prouiſionibus vniuerſis, quas, quos, ſeu quæ tempore priuationis huiuſmodi obtinebat & percipiebat, nec non iure quod ſibi ſimiliter in quibuſuis alijs, ſeu ad ea quomodolibet competebat, priuatum fuiſſe & eſſe auctoritate apoſtolica tenore præſentium declaramus. Nulli ergo, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXL. *v, kal. iunij pontificatus noſtri anno* x.

In eccleſiā ingratus.

Conſtans contemptor pontificiarum cenſ. & priv.

Schiſmatis auctor.

Omnibus dignitatibus iuſtiſque ipſius priuatus.

Depulſo Arelatenſi ſede Ludouico, eccleſiæ illius adminiſtratio Rogerio prepoſito Aquenſi demandata eſt [a], qua de re ad Arelatenſem clerum [b] tum ad Renatum [c] Regem Neapolitanum, ac Prouinciæ comitem datæ literæ. Nec defuit officio Renatus, quippe qui Eugenio coniunctiſſimus eſſet, & iam pridem abiectis Baſileenſibus Ferrarienſi adhæſiſſet concilio. Cœnomanenſi etiam epiſcopatu ob ſchiſma deiectus [d] eſt Ioannes, qui illi eccleſiæ ab Eugenio præfectus defecerat ad Baſileenſes, & cenſuras ſe eccleſiaſticas ex ſuſcepto a Pontifice honore contraxiſſe ſtulte & impie erat profeſſus. Pari pœna affectus eſt Ludouicus epiſcopus Viſenſis, qui plura aduerſus pontificiam dignitatem erat molitus; geſſerat enim in oriente legationem Baſileenſium nomine, vt Græcos ab Eugenio abalienaret, tum ad ſchiſma conflandum contra mandata Regis Luſitaniæ cuius orator extiterat intenderat ſtudia. Viſenſi [e] igitur eccleſia deturbatus ab Eugenio, in eiuſ-

Archiepiſcopatus adminiſtratio Aquenſi præpoſito data.

a Ibid. pag. 272.
b Ibid. pag. 273.
c Ibid. pag. 285.
d Pag. 286.

Viſenſis epiſcopus exauctoratus.

e Lib. brev. pag. 123.

Digitized by Google

eiuſque locum Ludouicus Coutino ſubrogatus eſt. Quod vbi ille accepit Baſilea in Luſitaniam profectus amicorum opera nouũ Viſenſem epiſcopum pepulit, adeoqne permulſit Alfonſum Luſitaniæ Regem, ac ſuis fraudibns ſubornauit, vt ipſius patrocinio ſuſcepto expoſtularit cum Pontifice, ſe inconſulto Viſenſem epiſcopum creaſſe. Atqui Eugenius inſcium pontificij iuris Regem puerum edocuit, atque ad ſedem Apoſtolicam ſpectare epiſcopos præficere eccleſijs, quamuis illæ a principibus cenſibus prædijſque donatæ auctæue eſſent, tum etiam iuſte ſeueritatem eccleſiaſticam adhibitam fuiſſe in Ludouicum exauctoratum, qui propterea neque epiſcopi nomine exornari poterat.

Luſitano Rege ſubornato epiſcopatum recuperat.

A Lib. breu pag. 143. & in cod. m.s. Alex VII. pag. 249.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Portugalliæ & Algarbij Regi illuſtri.

Credimus a certo chariſſime fili, importunitatem perditionis filij Ludouici quondam epiſcopi Viſenſis, ſchiſmatis & manifeſtæ hæreſis per nos & concilium œcumenicum condemnati, te impellere ad ſcribendum pro eo, ac petendum ea, quæ neqne iuſta neque æqua ſunt, & quæ cum noſtra & ſedis Apoſtolicæ dignitate aut honore & ſana conſcientia facere nequimus. Et certe literæ, quas a nobis te ſcribis recepiſſe, ſatis tibi ſignificare debuerunt intentionem noſtram, & iuſtificare ea quæ fecimus de eccleſia Viſenſi, nam cum ille ſemper fuiſſet & præcipuus noſter & ſedis Apoſtolicæ rebellis ac ſignifer omnium, quæ contra nos fiebant, ſcandalorum, cumque vſque ad finem totius rei ſua nequitia & obſtinata perfidia indurato animo perduraſſet, cum quidquid mali potterat pro ſcindenda Chriſti Eccleſia non ſolum feciſſet, ſed etiam oſtentaret facere, & in ſua malicia gloriaretur, non ſolum eccleſia priuari ſed tanqnam incorrigibilis & in diebus malis obſtinatus carceribus & diro ſupplicio, prout hæretici merentur, tradi debuiſſet, neque vero nunc pœnitentia ductus, aut motus conſcientia a Baſileenſibus receſſit, ſed partim timore, partim ſpe recuperandæ eccleſiæ, partim ad ſerenda ſcandala & fraudes intendendas, venia autem danda non eſt niſi recte & & ex corde & voluntate, non neceſſitate pœnitenti, & oſtendenti veram non fictam contritionem, ſed tamen ita etiam vere pœnitentibus venia danda eſt, vt remittatur culpa non auferatur delictorum pœna. Apoſtolus Paulus non recognoſcens errorem ſuum, vt ſcribis (in quo aperte qui dictauit errauit) ſed perſeuerans in perſecutione ſanctorum a Domino vocatus eſt & factus eſt ex perſecutore defenſor. Hoc cum ita placuerit Deo non eſt nunc reddenda cauſa, ſed & ipſe Apoſtolus tradidit quendam ſathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret, & Petrus Ananiam & Zafiram, quoniam mentiti erant, morte mulctauit. Itaque remittenda culpa eſt ei, qui ex corde ſe fatetur erraſſe, quod hic ſathanæ alumnus nunquam fecit, ſed ſimulatione quadam vſus eſt ad homines decipiendos.

[illegible]

Carcere & ſupplicio dignus fuit.

Sed plurimum miramur de tua ſerenitate (de eis potius, qui literas componunt) cum excommunicatus, damnatus hæreſis & ſchiſmatis epiſcopus Viſenſis a te appelletur. Non ſunt iſtæ primitiæ deuotionis, quam debet adoleſcens Rex erga Dei Eccleſiam oſtendere, vt quaſi per contemptum auctoritatis Apoſtolicæ appellet eum epiſcopum, qui neque Chriſtianus eſt, & ne homo quidem propter ſententias quas incurrit, appellandus eſſet. Sed huius rei culpa non tua eſt, cuius ætas non permittit hæc ſapere, ſed eius, qui literas dictauit, qui deberet modeſte loqui & ſapere ad ſobrietatem, deberent etiam, qui tibi in conſilium adſunt, repellere importunitatem eius, & non impellere tuam adoleſcentiam ad ſcribendum multa, quæ minime deceant regiam deuotionem. Itaque hortamur tuam ſerenitatem, vt abſtineat de cætero a talibus literis & petitione earum rerum, quæ merito rogari non poſſunt. Nos quidem diſpoſiti ſumus, prout alias tibi ſcripſimus, nunquam mutare, quod egimus, de eccleſia Viſenſi, cum non ſit dignum illam a fideli & catholico ac bene merito auferre, & eam infideli & hæretico, qui ipſa propter ſua demerita priuatus eſt, committere.

Non vocandus epiſcopus.

Admonitus Rex ne ſe ab adminiſtris decipi ſinat.

Illud verò plurimum admiramur, quod eſt in literis tuis, venerabilem fratrem noſtrum Ludouicum Contino epiſcopum Viſenſem de epiſcopatu Viſenſi ſe intromiſiſſe abſque tuo conſenſu, qui ex lege canonica & ciuili ſuper eius prouiſione fuerat requirendus, cum a tuis progenitoribus fundata eccleſia Viſenſis fuerit. Non culpamus tuam adoleſcentiam, quæ iura neſcit, ſed inſcitiam illius, qui literas edidit, qui dum vtrumque ius allegat, vtriusq; ignarum ſe eſſe oſtendit. Iura quidem tribuunt ſedi Apoſtolicæ & Petri ſucceſſoribus liberam eccleſiarum omnium diſpoſitionem, ad quarum regimen eligit & perficit ſecundum eccleſiarum vtilitatem, neque requirit conſenſum Regum neque principum, ſed diſponit prout dignitas ſedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ commoditas poſtulat. Supplicant nobis Reges Franciæ, Angliæ, & Hiſpaniæ, cæterique pro prælatorum promotionibus nobiſque commendant quos vtiles & idoneos credant.

Obiectio politici ignari.

Pontifex in præficiendis epiſcopis non tenetur Regum conſenſum petere.

Nos poſtmodum exaudimus, quantum cum Deo poſſumus & honore noſtro, preces eorum, vbi vero aliter videtur nobis pro commodo & bono regimine eccleſiarum eſſe faciendum, diſponimus de prouiſione eccleſiarum pro voluntate noſtra, cui Reges & principes acquieſcunt. Et in tuo quoque regno prouiſiones antea factæ ſunt pluribus eccleſijs cathedralibus de perſonis idoneis abſque vllius Regum conſenſu: ad nos enim, non ad Reges ſpectat eccleſiarum diſpoſitio, quas Deus noſtræ curæ, non aliorum commiſit, & earum nos ſumus, non autem Reges apud Altiſſimum debitores. Non ergo epiſcopus Viſenſis per nos promotus errauit, ſi acceptauit prouiſionem per nos motu proprio factam, ad quam rem nullus tuus conſenſus accedere debebat. Sed inique factum fuit & minus iuſte, cum ipſe per duos fere menſes vigore noſtræ prouiſionis tenuiſſet præfatæ eccleſiæ poſſeſſionem, poſtmodum ipſum de mandato tuæ curiæ ſpoliari eccleſia ſibi debita, & poni in eadem officiales, qui nullam inibi iuriſdictionem neque poſſunt neque debent exercere. Itaque exhortamur & etiam requirimus tuam ſerenitatem, vt prædictum Ludouicum tum ob Dei reuerentiam atque noſtram, tum propter tuum honorem, tum propter illius eccleſiæ vtilitatem, ne amplius remaneat viduata regimine veri paſtoris ſui, velis reſtituere ad poſſeſſionem præfatæ eccleſiæ, vt ſic noſter & deuotionis filius eſſe dicaris. Illud vero te paterna charitate admonemus, vt habeas in hac tua prima ætate bonos præceptores & inſtitutores tuæ adoleſcentiæ, viros Deum timentes, catholicos, & deuotos, qui te inſtruant in timore Domini & reuerentia ſedis Apoſtolicæ, ac vicarij Ieſu Chriſti, ſit prima apud nos precum tuarum recta ratio non aliorum cupiditas aut voluntas, neue doceant te ſpernere mandata apoſtolica,

Propoſitum aliorum Regum exemplum.

Ad Pont. non ad Reges pertinet eccleſiarum diſpoſitio.

Queritur Eugenius inique deiectum quem præfecerat.

Hortatur Regem vt illum re[illegible].

Et vt magiſtros mori[illegible] pios ſibi aſciſcat.

lica, quæ qui hactenus contempſerunt videmus aſperam Dei iudicia incurriſſe. *Dat. Florentiæ, &c.* Verum non ideo cœptis deſtitit Alfonſus, ſed a ſuis inpulſus iterum precibus contendit ab Eugenio, vt deterrimum hominem in priſtinam dignitatem reſtitueret. Reſcripſit Pontifex a illum longe aliter promeritum ob ingentia admiſſa flagitia, quæ hiſce verbis in ipſis oculis defixit:

a Lib. breu. pag. 125. & in m. s. Alex. VII. pag. 251.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Portugalliæ & Algarbij Regi illuſtri ſalutem, &c.

3 Cum genitor tuus tanquam deuotus & catholicus princeps ipſum cum alijs oratoribus ad nos primum, dein ad tunc Baſileenſe concilium miſiſſet, vt ſtatum noſtrum & ſedis Apoſtolicæ tueretur, vt procuraret ea, quæ riſeur pacis concordiæ & vnitatis Eccleſiæ & ad quietem reipublicæ Chriſtianæ ſpectarent, hic filius iniquitatis, cum etiam antea dudum a nobis benigne receptus, humaniter auditus, & in multis ſuis petitionibus exauditus & bene tractatus fuiſſet, poſtmodum Baſileæ omnia in contrarium ex innata malignitate procurauit, neque ſolum alios ſecutus eſt, qui contra nos & ſedem Apoſtolicam ſcandala quærebant, ſed multis in rebus ſe vexilliferum & ducem præbuit, ad ſcindendam Eccleſiæ vnitatem in genitoris tui tuumque & regnorum eorundem non modicum dedecus & turpitudinis notam. Poterat homo ille, ſi incorporatus erat (vt ſcribis) tacere quod multi alij prudentes viri fecerunt, qui vel inde abierunt, vel ſe exterorum malignitati oppoſuerunt, vel ſaltem tacuerunt, nullum erga nos & ſedem prædictam odium oſtendentes. At hic, in reprobum ſenſum datus, non fuit contentus in Baſilea ſe noſtrum & ipſius ſedis hoſtem publice profiteri, ſed legationes etiam ſæpius aſſumpſit ad diuerſos principes & nationes & contra nos profano ore loquendo, quæ in ſuum opprobrium redundabant, cum etiam illis diſplicerent apud quos ea proferebantur. Et neſcimus, qua paſſione vel potius inſania ductus, cum a multis admirantibus & dolentibus reprehenderetur tanquam tranſgreſſor regiæ voluntatis, a nonnullis etiam ad reprimendam veſaniam eius temeritatem admoneretur, vt cautius & temperatius ageret contra nos, cum ex eo poſſet ſuam eccleſiam amittere, reſpondit ſæpius, non ſolum eccleſiæ, ſed vita quoque priuari ſe æquo animo paſſurum, immo ſe id appetiturum, dummodo affectionis ſuæ optatum finem videret.

Reſponſum Eugenij.

Expoſtulat Eugenius ... [illegible]

Monitus obſtinacia ... [illegible]

Itaque & cum de prætenſis ſuſpenſione noſtra, tum de priuatione, tum de profanatione illius execrandi idoli ageretur, non ſolum aſſuit, ſed cæteris præfuit ad ſcindendam Eccleſiæ vnitatem, & ad perturbandam pacem populi Chriſtiani, ex quibus quanta mala ſubſequi poſſint, quanta animarum perditio, quanta deſolatio vniuerſalis Eccleſiæ, quis ignorat? Certi equidem ſumus illum malignitatis filium non habuiſſe hæc in mandatis a ſuo progenitore, qui erat bonus & peculiaris noſter & eccleſiæ filius, non poſſe a tua ſerenitate hoc ſibi iniunctum eſſe, cum in eadem fidei charitate & deuotione perſiſtas; ſed proceſſiſſe ex rebellione ſpiritus & inſtinctu principis tenebrarum, qui mentem ſuam excæcauit atque impulit ad talia peragenda: quare ſi ſua temeritas, ſi impudentia, ſi nequitia propter publicum bonum, propter aliorum exemplum, tantis exigentibus peccatis ex parte punitur, non eſt infamia, ſed laus, neque vllus pudor, ſed ſumma gloria genitori tuo & tibi, ſi præter præmiſſa excedentes veſtra mandata, ſi præter voluntatem veſtram agentes in re præſertim tanti ponderis puniuntur: neque in aliquo damnabitur memoria patris tui, ſed filij pietas laudabitur, cum faueat auctoritati dictæ ſedis, & permittat eos puniri, qui contra patris ſui voluntatem agere eiuſq; laudem & gloriam voluerint maculari, & ſine dubio exiſtimamus ſi tuus genitor viueret, ipſum ſua ſponte, vt ſe tanta macula purgaret puniturum fuiſſe illum tranſgreſſorem ſuæ voluntatis ac ſchiſmatis machinatorem. Et ſane ſi tanta iniquitas impunita remaneret propter tuam interceſſionem, videri poſſet genitorem tuum & tuam etiam ſerenitatem fauorem & in male agendo præbuiſſe, & veſtra voluntate facta eſſe, quæ ſunt per ipſum geſta, quod non ſolum procul abeſſe a vero, ſed etiam ab omni veri ſuſpicione; nam & literis & verbo certificati ſumus, & ipſi genitori & tibi per illum facta ſumma diſplicuiſſe, neque ea vnquam proceſſiſſe de veſtra voluntate. Velit igitur tua ſapientia primum, vt eius fides ſincera & erga nos deuotio manifeſtior omnibus Chriſtifidelibus fiat mandare, ſi ipſe Ludouicus, qui eſt noſter & ſedis præfatæ hoſtis & rebellis, qui eſt per ſententiam noſtram, hoc ſacro approbante concilio excommunicatus, ac damnatus hæreſis & ſchiſmatis & tanquam membrum putridum a reliquo corpore Eccleſiæ præciſus, qui eſt eccleſia ſua priuatus, ad tuum regnum acceſſerit, capiatur & carceretur per tuos officiales non ſolum permittere, ſed efficere, vt tanquam præuaricator tuorum mandatorum, ne in ſua iniquitate gloriari poſſit, luat meritam pœnam præuaricationis ſuæ, vt venerabilis frater noſter Ludouicus Coutino epiſcopus Viſenſis aſſequatur, vt alias ſcripſimus, pacificam eccleſiæ ſibi commiſſæ poſſeſſionem, &c. *Dat. Florentiæ, &c.* MCCCCXL. XVI. *kal. iuly anno* X.

Non ferendum impune tantum crimen.

4 Dum ita in ſchiſmaticos Eugenius animaduertebat illi, magno perciti furore habita Baſileæ X. kal. auguſti ſeſſione a, quam annumerant quadrageſimam primam, Pontificis iuſtiſſimam ſententiam, vt hæreticam & a fide deuiam damnare auſi, pœnas iniquas in eos, qui illam excepiſſent promulgaſſentque decreuere; & qui antea, vt ſe eccleſiaſticæ libertatis vindices aduerſus pontificiam potentiam oſtentarant, annatas ademerant Eugenio, eas ſibi latrocinij iure aſſeruere; tum omnium cenſuum eccleſiaſticorum quintam partem in quinquennium, ac decumam in aliud proximum eccleſiaſticis viris imperarunt, vt ijs vectigalibus ſeipſos, & antipapam eiuſque adminiſtros ſuſtentarent; denique ad ſubornandos Chriſtifideles VI. id. nouembris literas b fucis & fraudibus plenas ſparſere; ſed contempta ſunt impia eorum molimina a maxima Chriſtiani orbis parte.

Seſſio XLI. a Acta conc. Baſil. ſeſſ. 41. Schiſmaticorum inſania.

Latrocinia exercent in ſacerdotes.

b Extant in append. conc. Baſil. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 143.

In Galliis, cum Regis Caroli orator archiepiſcopus Turonenſis conciliabuli Baſileenſis partes ſecutus regiā dignitatem prodidiſſet, idemq; Rex aliquorum conſulentium, vt eccleſiaſticos cœtus cogeret in Gallijs ad diſquirendum, num eidem conciliabulo, an Florentino concilio parendum eſſet, ſuſurris aures præbuiſſet, pontificij oratores flagitantes, vt ſchiſmaticos regia auctoritate coerceret, aliquot menſiū interuallo ambigua expectatione ſuſpenſos ancipites, quę tenuit; qua de re grauiter eidē Regi conqueſtus eſt Eugenius c, ipſumq; præmonuit non expectandos Gallorum præſulum cœtus, vt in ijs controuerſia dirimeretur, num Pontifex concilio an concilium Pontifici auctoritate præcelleret; eam enim tot ſæculorum praxi iam diremptam; id quod a B. Ioanne e Capiſtrano comprobatum vidimus.

Turonenſis archiep. Pontificis Galliæ regis proditor.

c Extant eius lit. in cod. m. s. Alc. VII pag. 278.

Cha-

Digitized by Google

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Francorum illuſtri.

Monita Ga lo Regi dans.

Cum ſciremus multos eſſe pſeudopropheras inimicos Crucis Chriſti, qui inconſutilem tunicam ſcindere conarentur, miſimus ad tuam ſerenitatem ſolemnes oratores noſtros, qui cohortarentur eam ad pacem & vnitatem Eccleſiæ conſeruandam, ac ſuaderent, vt ſubditos tuos prohiberes a tam ſacrilegæ ſynagogæ malignantium contagione, vt regnum tuum ab infamia & labe ſchiſmatis immaculatum præſeruaretur, neque vero fuit intentio noſtra, vt expectarent per tot menſes congregationem prælatorum regni Franciæ, cui tanquam ab eis accepturi deciſionem aut determinationem aliquam noſtræ & ſedis Apoſtolicæ auctoritatis aut poteſtatis, quippe cum iſta iam multis antea ſæculis.] Deſunt cætera in pontificio regeſto.

adeclſa ſint

Non latuit Carolum, quam male ſibi arrogaſſent Galli exorta de Vrbani VI. pontificatu lite ferre ſententiam, & quam perniciale conflaſſent ſchiſma, dum in controuerſia ab œcumenico concilio cognoſcenda iniquam pro antipapa ſententiam tulere. Nouatorum itaque Baſileenſium facinus, ac Felicem antipapam damnauit Rex, de quo ad eum ab Eugenio hæ datæ ſunt literæ

Schiſma ab eo damnatum.

a Lib. bren pag. 96: & in m. s. Alex. VII. pag. 156.

Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem.

Magnum gaudium ſuſcepimus in Domino ex literis tuis, quas nobis præſentauit venerabilis frater noſter archiepiſcopus Cretenſis orator noſter, vidimus enim, quod ſēper credidimus & opere experti ſumus, tuam ſinceram deuotionem & perfectam affectionem circa ſtatum & honorē noſtrum & ſedis Apoſtolicæ conſeruandum. Vere filius es præcipuus noſter & Eccleſiæ, quam veluti chariſſimam tibi matrem debita reuerentia & fauore colis & veneraris, imitando inclyta geſta tuorum progenitorum, qui ſe præbuerunt ſemper tanquam ſcutum ac firmiſſimum propugnaculum pro tutela ac defenſione Romanorum Pontificum & Apoſtolicæ ſedis, fuit enim ſemper hoc proprium inclytæ domus Franciæ, vt ſola præ cæteris ſtatum, ac dignitatem Romanæ eccleſiæ, ac ſedis Apoſtolicæ tueretur. Merito igitur laudanda eſt & extollenda tua ſerenitas, quæ pro conſeruatione iurium noſtrorum & ipſius ſedis ea decreuit ſumma cum prudentia, quę decori Eccleſię, voluntati noſtrę, & tuę virtuti, ac deuotioni conueniant. Pro quibus rebus & nos agimus tibi gratias, quas poſſumus & maiores, ac tuis meritis condignas reddet tibi Altiſſimus omnium bonorum operum retributor. Quantum vero ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Renatum Regem ſpectat, certa ſit tua ſublimitas, nos & feciſſe & eſſe facturos omnia, quæ ſpectent ad incrementum ſtatus ſui, prout hęc & nonnulla alia referet ex parte noſtra eidem ſerenitati dilectus filius theſaurarius Pictauenſis, qui has literas tuę celſitudini pręſentabit. *Dat. Florentiæ.*

Laudatur ab Eugenio ob eximiū ſtudium.

Franc. Regum elogiū

Promiſſa Renato Regi Neap. mutua ſubſidia.

At licet Carolus Eugenium cultu & obſeruantia ſolitis proſecutus ſit, in eo tamen regio officio & muneri defuit, quod concilium Ferrarienſe nollet agnoſcere; tum pragmaticam ſanctionem confirmare niteretur; extant enim apud Nicolaum Clemangium de oratorum Papę & antipapę in Gallica aula geſtis hę literę b: *De facto Eccleſiæ ambaſſiatores Eugenij in craſtinum aduentus Regis fuiſſe auditos, qui inter cætera quatuor petierunt. Primo, vt Rex reprobaret concilium Baſileenſe a tempore tranſlationis in Ferrariam, & approbaret concilium Ferrarienſe & in eo acta. Secundo, vt nullo modo depoſitioni domini Eugenij conſentiret in electionem per Baſileenſe concilium factam de duce Sabaudiæ immo eam reprobaret, &c. Tertio, quod in illam ciuitatem Moguntiam,* indicti enim erant in ea vrbe Germanorum cœtus, *nullo modo inconſulto Papa mitteret. Quarto quatenus pragmaticam ſanctionem vellet ſuſpendi & tolli, & quod dominus Eugenius prouideret. In craſtinum auditi ſunt ambaſſiatores Felicis.* Et infra: *Prælati & alij per ſex dies deliberauerunt, & finaliter fuit reſponſum ad primum, quod Rex tenuerat concilium Baſileenſe pro concilio, ad ipſum ambaſſiatores miſerat, multa bona pro fide & moribus conſtituerat,* nimirum ante tranſlationem, *quæ Rex approbabat, nec vnquam congregatum Ferrarienſe pro concilio habuerat aut habebat.* In eo errabat Moguntini conuentus a principum oratoribus celebrati placita ſecutus. *Quoad depoſitionem Eugenij & electionem Felicis, nunquam eas approbauerat aut approbat, immo tenuerat dominum Eugenium pro Papa, & adhuc tenebat, & volebat, quod ſibi in ſuo regno obediretur, niſi aliud in concilio generali celebrando iuxta annum in aliquo loco Galliarum fuiſſet ordinatum & quod requirebat Papam quatenus illuc mitteret dictum concilium & conuocaret, & celebrari procuraret.* Et infra: *Quoad pragmaticam ſanctionem, eam inuiolabiliter volebat obſeruari & cuſtodiri, & ſi aliqua videntur nimis rigida, in illo generali concilio poſſent moderari, &c. Dat. Biturig. IX. ſeptembris.*

b Apud Nic. Cleman. pag 106.

Eugenij ad Carolum Regem legatio.

Antipapæ alia legatio

5 Cultum poſtea eſt a Gallis Germaniſque Ferrarienſe & Florentinum concilium, quamuis ob Baſileenſis conciliabuli ſanctiones contrarias ad illud non acceſſiſſent; perduellibus enim Baſileenſibus tanquam adminiſtris ſuis dæmon vſus eſt, qui obſiſterent, ne Galli & Germani ad Florentinum concilium accederent, cum ad illud veniſſent Græci, neue communia conſilia pro retinenda amplificandaque in oriente Chriſti religione conferrent. Quod vero ad pragmaticam ſanctionem attinet, Eugenius Carolum Regem ſolicitauit a, vt eam, vtpote iuribus Apoſtolicæ ſedis aduerſantem reſcinderet, & quę pro Renato Rege, ne vrbs Neapolitana in hoſtium Aragonum poteſtatem caderet, geſſiſſet, expoſuit.

Inſtat apud eum Eugenius, vt pragmaticā ſanctionem tollat.

a Extant eius lit. in cod. m. s. Alex. VII. pag. 180.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem, &c.

Ex noſtrorum oratorum, qui nuper a tua ſerenitate redierunt, & ex dilecti filij nobilis viri Thomę Narducij nuntij tui verbis cognouimus laudabilem & ſanctam deliberationem & concluſionem circa ea, quę noſtrum & ſedis Apoſtolicę ſtatum & bonum concernunt, & Eccleſię Dei vnitatem. Recepimus quoque tuas literas tuę virtutis deuotionis & ſapientię teſtes, quas ad nominis tui laudem & exaltationem, ac etiam ad conſolationem audientium legi fecimus in conſiſtorio generali, additis per ipſos oratores pluribus verbis in tuę ſerenitatis & domus Francię gloriam & commendationem. Etenim fecit tua prudentia rem dignam laude & gloria immortali & prout facere debetis, qui ſucceſſit ſapientia in regno ijs Regibus, quorum deuotio & opera egregia erga Romanam eccleſiam & Chriſti vicarios ſemper prę cęteris conſpecta ſunt, quorum per ſemitas cum dirigas greſſus tuos, & ſanctam Romanam eccleſiam matrem tuam, qua decet pietate & fauore complectaris, non dubitamus quin Saluator noſter, cuius cauſam ſuſcepiſti, tibi abunde retribuat pro meritis tuis, quę ex Deo accepta & toti mundo grata extiterunt. Equidem nos ſemper firmiſſimam ſpem geſſimus in puritate mentis & conſcientię tuę, neque dubitamus vnquam, quin tua virtus ſupe-

peraret malitiam nonnullorum, qui omni timore Dei poſtpoſito, te auertere a tam ſancto propoſito, ac peruertere varijs coloribus conati ſunt. Sed quoniam fides tua ſuper petram fundata ſemper fuit, a certo tenemus, prout etiam experientia docuit, quod nullis vocibus impiorum, nullis turbinibus, nullo motu conquaſſabitur, ſed ſemper in melius proficiet, prout tanti Regis ſapientia, & tam illuſtris proſapiæ dignitas requirit. Verum vnum opus, quod tua virtus & deuotio videtur maxime requirere reſtat perficiendum, vt quædam ſanctio, dudum non a te, prout certi reddimur, ſed a nonnullis quærentibus, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti in diminutionem obedientiæ, quæ ſemper Romanis Pontificibus in regno Franciæ præſtita eſt in eneruationem auctoritatis ſedis Apoſtolicæ præter diuina & humana iura Bituris edita, per opus tuæ prudentiæ abrogetur, vt appareat omnibus velle te defenſionem auctoritatis & dignitatis ipſius ſedis & noſtræ tibi quodammodo a tuis progenitoribus hereditaria deuotione relictam conſeruare.

Significatū Neapolim pontificiis ſubſidijs liberatam.

Quoad ea vero, quæ ſtatum chariſſimi in Chriſto filij noſtri Renati Regis Siciliæ illuſtris reſpiciunt, egimus quæ nobis poſſibilia fuerunt, prout ipſe Thomas nouit, nam ſubſidia miſimus non ſine magna impenſa, ſine quibus ciuitas Neapolitana in manus hoſtium procul dubio perueniſſet, & alia etiam ordinauimus, prout temporum conditio patitur, quæ ſpectant ad fauorem ſuum, propter quæ Rex Aragonum contra nos admodum turbatus eſt, & omnia quærit & agit, per quæ ſciat non parum nobis & Eccleſiæ ſe poſſe nocere, prout ea diligentius idem Thomas referet tuæ ſerenitati, &c. *Dat. Florentiæ*. Adduci non potuit Carolus Rex, vt pragmaticam ſanctionem aboleret: nec defuiſſe, qui Gallias inficere ſchiſmate pertentarint ex alijs Eugenij literis [a] ad Carolum ducem Aurelianenſem, qui recenter Anglico carcere laxatus fuerat, datis colligitur, quibus ipſum rogauit, vt in Gallico regno Apoſtolicæ ſedis dignitatem aduerſus Baſileenſes ſchiſmaticos aſſereret. De emiſſo e carcere Anglico eodem Carolo duce, Philippo Burgundo interprete, meminit Monſtreletus [b], traditque de pace inter Anglos & Francos concilianda tum ſuperiori anno inter Caleſium & Grauelinguam, tum hoc anno apud Fanum S. Audomari plura facta colloquia, ſed irrito exitu, Gallo interea Rege Trecas & alias Campaniæ vrbes recuperante, contra vero Anglis Picardiam Normanniamque vaſtantibus [c].

Nonnulli impij Gallos in ſchiſma trahere conati.

a Lib. breu. pag. 118.

Pax tentata inter Gallos & Anglos.

b Monſtrel. vol. 2. hoc ann. p. 176.

169. 176

6 Emicuit [d] in illo ſciſmate Henrici Anglorum Regis in tuenda ſede Apoſtolica virtus, imitatuſque eſt exempla maiorum ſuorum, qui oborto ſuperiori ſchiſmate Vrbano & ſucceſſoribus conſtantes adhæſerant, ac primum cum Baſileenſes molirentur ſchiſma, oratoribus ſuis mandata dedit, vt ipſos a tanto ſcelere deterreret; deinde cum Amedeus a ſchiſmaticis thyara Baſileæ redimitus, encyclicis literis refertis hypocriſi & ſcelere præter alios principes Henricum etiam Anglorum ſubornare trahereque in errorem pertentaſſet, Henricus deteſtatus eius dolos lenociniaque, profeſſus eſt non alium Chriſti in terris vices, quam Eugenium gerere, eundemque de ſuo in ipſum ſtudio reddidit certiorem. Cuius conſtantiam religionemque ſingularem commendauit Pontifex, collocataque in luce factioſorum Baſileenſium nequitia, ad eum hortatus eſt, vt in priſtina pietate perſtaret.

d Lib. breu. pag. 114.

Anglorum Rex Henr. conſtantiſſimus in obſequio ſedis Apoſt.

Chariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Angliæ illuſtri ſalutem, &c.

Quod gentium doctor & Apoſtolus Paulus inquit, neceſſe eſſe hæreſes fieri, vt qui probati ſunt manifeſti fiant, id in te, fili chariſſime, veriſſime dici poteſt: probatur enim conſtans & inconcuſſa fides, ac erga nos & ſedem Apoſtolicam deuotio tua non ſolum coram Deo, cui occulta cordis notiſſima ſunt, ſed etiam coram hominibus, vt lumen ſapientiæ tuæ ſupra candelabrum poſitum omnibus eluceat in exemplum, imitatus ſiquidem tuorum prædeceſſorum veſtigia, qui ſemper in Eccleſiæ diuiſionibus Romanos Pontifices & ſedem Apoſtolicam verbo & opere confouerunt. Miſiſti ad nos literas plenas fide & deuotione tamquam teſtes & fideiuſſores tuæ erga nos & ſedem Apoſtolicam voluntatis, quæ quantam laudem, quantam gloriam, quantam exaltationem nomini tuo afferant, aliorum ſermonibus & relatione intelliges. Deus autem, qui ſolus eſt verus iudex, cuius iudicium falli nequit, tibi ſuæ Eccleſiæ defenſori felicitatem in hac noſtra vita & in futura æterna mercedem præparabit. Scribis per literas ex tui parte præſentatas nobis per dilectum filium Vincentium Clementem cubicularium noſtrum, quas propter tuum honorem publice legi fecimus ſumma omnium commendatione & æterno præmio digniſſimas, & primum quidem, quod timuiſſe te ais ea quæ agebantur per neſariam illam atque abominandam ſcelerum ſentinam Baſileæ congregatorum, ne quod periculum Eccleſiæ molirentur, ac propterea te oratores tuos miſiſſe ad illos ad reprimendam væſanam eorum temeritatem, & reliquos principes ad idem illud excitaſſe per literas tuas pie ac ſapienter: & tanquam catholicus vereque Chriſtianiſſimus princeps ſcribis. Quis enim fidelis Chriſtianus non timere atque exhorrere debuiſſet gladium nudum in furioſorum atque impiorum manibus poſitum? Quis ſanæ mentis non cenſeret tam malam arborem, quæ ita peſſimum atque execrandum fructum protulit, excidendam penitus fuiſſe, atque in ignem mittendam? Hic eſt fructus abominabilis & tot annorum meſſis nefaria illius ſacrilegę conuenticulę, quę cum ad reformationem Eccleſiæ, ad pacem Chriſtianorum, ad tollendas hereſes ſe congregatam diceret, cum ſe Gręcorum vnionem quærere ſimularet, nouam hereſim introduxit, bellorum ciuilium cauſas in populo fidelium ſeuit, eccleſias non ſolum deformare ſed ſcindere ac lacerare procurauit. Græcorum vnitatem multis verſutijs impedire voluit, licet incaſſum, cum plus valuerit Dei timor & prouidentia, quam illorum ſceleſtorum abominanda nequitia, quæ nos quoque animo preuidentes atque exhorrentes hunc deteſtandum finem, cum iam ſchiſmatis & deſolationis Eccleſiæ ſemina ſpargerentur, tranſtulimus concilium ad ciuitatem Ferrarienſem, vt Eccleſia conſeruaretur, & reprobæ illi factioſorum hominum ſectę precluderetur aditus ad Eccleſiam perturbandam, ſed plus ſatanę calliditas & eius miniſtrorum perfidia potuit, quam noſtra prouiſio. Obturarunt illi aures ſuas velut aſpis ſurda, ne noſtras, ne tuas, ne aliorum principum fidelium ſalutares voces audirent, & ſatanę in interitum animę traditi obſtinata perfidia eum, quem iam conceperant, execrabilem fœtum parere voluerunt.

Quid cenſendum de Baſileenſi concil. poſt tranſlationem.

Noua hereſis a Baſileenſibus conflata.

Sed conſolamur in tua prudentia plurimum, quę iamdiu præuidens eos errare in inuio, declinaſti ab eorum ſemitis, & eorum blaſphemia opera

Digitized by Google

exhorruiſti. Primum reprehendiſti ipſorum ſacrilegas operationes, dein habuiſti eos tanquam ethnicos & publicanos, quod tibi perpetuam gloriam pariet, & regno tuo; Romana vero eccleſia, ac ſedes Apoſtolica perpetuo charitatis vinculo erit obligata. Illud vero ingentem laudem & commendationem atque etiam mercedem meretur quod, cum infelix illud in terris monſtrum ad lacerandam Eccleſiam ab inferis excitatum ſuis fallacibus literis & nuntijs vellet in lapſu ponere pedes tuos, tua virtus, reiectis falſis ſuaſionibus, oſtendit verbo & opere te ei diſſimilem, fidemque tuam ſuper petram & angularem illum lapidem, ſupra quem omne ædificium recte conſiſtit, fundatam ac ſolidatam eſſe, ita vt nullis turbinibus ventorum, aut tempeſtatum motibus agitari aut quaſſari poſſit. Sed hoc quoque, quod in literis tuis ſequitur, Dei gratiam in corde tuo diffuſam oſtendit, qui te tuam ſalubrem animæ tuæ & tuorum ſubditorum deliberationem ſumere perſuaſit: ſcribis enim te ad imitationem inclytorum prædeceſſorum tuorum vna cum ſubditis & vaſallis tuis habiturum & ſeruaturum, ſicut hactenus, erga nos & Romanam eccleſiam puram & ſinceram obedientiam reuerentiam, & filialem deuotionem, daturumque operam, vt illud idem cæteri principes & alij faciant. Hæ laudabiles ſunt & Deo acceptæ primitiæ adoleſcentiæ tuæ, quas Deo offers in noſtram Eccleſiæque defenſionem, pro quibus retribuet tibi Deus in hoc ſæculo & in futuro, non enim ſolum ratione ſed exemplis quoque manifeſtum eſt eos, qui Eccleſiam ſanctam Dei, qui ſummos Pontifices & Romanam eccleſiam adiuuarunt & defenſarunt, quique ſchiſmata abominantes vnitati Eccleſiæ adhæſerunt, quique hæreticos & ſchiſmaticos ſunt perſequuti, proſperum, felicem, & longæuum ſtatum in hoc æuo fuiſſe ſortitos, & poſt exactam cum omni laude vitam æterna præmia conſequutos.

Conatus antipapæ Anglus ſeductœ.

Angliæ Regis pietas inſignis.

Studioſi Apoſt. ſedis Reges Deo chari.

Itaque perſeuera, vt cœpiſti, chariſſime fili, ſuſcipiens noſtram & ſedis prædictæ tutelam, & defenſionem pro Eccleſiæ vnitate, & ad idem cæteros & literis & nuntijs hortare, prout laudabiliter decreuiſti, nam vt plurimum tecum ſentient omnes, & per noſtrum conſenſum delebitur macula illa, quæ Eccleſiam labefactat, euaneſcent conatus & vires eorum, qui aduerſus Chriſtum Domini ſurrexerunt, extinguetur incendium illud Aquilonari vento excitatum, cum fuerit principum fauoribus deſtitutum, hoc pacto vnitas conſeruabitur in Eccleſia, neque dabitur occaſio aut facultas cæteris in futurum ſchiſmata fabricandi. Quod autem firmiter tenes nos pro pace Eccleſiæ & tranquillitate fidelium curam & ſolicitudinem velle adhibere, rectiſſime ſentis, id neque obſcurum fuit antea, neque erit in futurum, nam & omnia egimus ſecundum Deum, per quæ omnis ſchiſmatis occaſio tolleretur ad reprimendam perfidiam improborum, & deinceps pro vnitate Eccleſiæ & veritate tuenda (quantum honor ſedis Apoſtolicæ patietur) opem & operam impẽdemus, neque iniquitas aliorum nos a pietate & clementia auocabit, neque claudemus gremium ad pœnitentiam & vnitatem Eccleſiæ redeuntibus, expectantes, vt Dei miſericordia eorum mentes illuminet ſplendore ſuo, &c. *Dat. Florentiæ*. Commendauit [a] etiam Eugenius Hunfridi ducis Gloceſtriæ eximium ſtudium pro Eccleſiæ coniunctione aduerſus ſchiſmaticorum conatus in Anglia tuenda collocatum: *Eſt quidem*, inquit, *magna virtus tua, quæ ſe exercet in his negotijs, quæ Deo placent, & hominibus ſunt grata, cum ſpectent ad ſalutem Eccleſiæ & vnitatis conſeruationem, pro qua quilibet fidelis operam, ac diligentiam impendere debet: tot enim hoſtes illius inſurrexerunt, qui inconſutilem Chriſti tunicam ſcindere conantur, vt niſi fidelium principum virtus & fides exiſteret, ruinam maximam Eccleſia pateretur. Perſeuera igitur, vt cœpiſti, quoniam a Deo præmia condigna & ab hominibus gloriam & laudem reportabis. Nos vero & ſedes Apoſtolica tibi erimus ex his tuis laudabilibus operibus maxime obligati, &c.*

a Ib. pag. 116. & in m. s. Alex. VII. pag. 186.

Dux Gloceſtriæ Auguſtinis teſtimonio.

7 Non Galli modo & Angli ſpreuere antipapam, verum etiam eius expectationem ſefellit ipſius gener Mediolani dux, vt refert Franciſcus Philelphus [a] in literis ad Florentinos datis: *Eo, inquit, conſilio atque mente rem tantam admiſiſſe*, nimirũ Amedeum, *fatentur omnes, quod minime futurum dubitaſſet, vt ſe gener hic quam cupidiſſime ſequeretur: id quod etiam alios Chriſtiani nominis principes continuo facturos ſentiebat. Sed Philippus Maria nulla neceſſitudine, nullis precibus, nulla ingentiſſimorum munerum ac præmiorum ſpe induci potuit, vt amantiſſimo & bene merenti ſocero in hanc diem obſequeretur, intelligit enim primam ſibi neceſſitudinem eſſe cum Deo, nec plus cuiquam debere, quam Deo, nec vlla eſſe munera aut præmia cum virtute Deoque comparanda. XVI. kal. iulij anno natali Chriſtiano MCCCCXL.*

Gener Antipapæ ab eo abhorret.

a Philelph lib. 4. ep. 20.

Execrati etiam ſunt antipapam & Baſileenſes Caſtellani, quorum doctores, qui Salamanticenſem academiam moderabantur, Eugenium verum Pontificẽ profeſſi aſperſas inſignibus pietatis & religionis notis literas ei miſere, grauiſſimis effuſis querelis in Baſileenſes, qui Dei Eccleſiã laniare ſchiſmate nõ perhorruiſſent: quibus hæc reſcripſit Põtifex [b].

Hiſpani antipapam execrati.

Dilectis filijs rectori & vniuerſitati ſtudij Salamantici ſalutem.

b Lib. breu. pag. 114. & in m. s. Alex. VII. pag. 182.

Agimus primum gratias Deo ſaluatori noſtro, dilecti filij, qui vobis largitus eſt ſcientiam, qua ſaperetis, quæ ſua ſunt, tum vero commendamus ex corde veſtram deuotionem, quæ firmata eſt ſupra petram aduerſus errores eorum, qui in viam ſathanæ abierunt. Neceſſe eſt, inquit veritas, vt ſcandala eueniant, verumtamen væ illis per quos ea euenerunt. Nam licet Petri nauicula varijs fluctuum tempeſtatibus ſæpius agitata ſit, dextera tamen Domini, quæ illam regit, non ſinit ſubmergi, ſed in portum tranquillitatis dirigit poſt tempeſtatem. Itaque cooperante eo, qui nouit aſpera deducere in vias planas, certo tenemus, quod illud Baſileenſe monſtrum in Dei contumeliam, in opprobrium fidei, in ſcandalum Chriſtianorum, in animarum interitum per filios perditionis erectum confringet virtus Altiſſimi, qui nunquam in ſe ſperantes derelinquit. Vos autem prout ſcribitis perſeuerate in bona diſpoſitione veſtra, & in ſolita erga nos & ſedem Apoſtolicam deuotione. Summam conſolationem in Domino ſuſcepimus ex veſtris literis, quas tam deuote tam reuerenter ſcribitis ad nos, condolentes de ijs, quæ contra nos per Baſileenſium impietatem facta ſunt in deſolationem Eccleſiæ ſanctæ Dei, & ipſius miſerabilem ſciſſuram. Sentitis & ſcribitis recte ac vere, prout decet veſtram prudentiam, & multum lætamur ſtudia veſtra bonum fructum tuliſſe in vobis, eum autem qui a vobis exiuit, ſed non ex vobis det Deus, vt reſipiſcat a laqueis diaboli. Sed veremur ne ex illis vaſis ſit, quæ ſunt in contumeliam, vt iuſtitia Domini manifeſtetur in eis, fuerunt enim ſemper & ſunt multi inimici crucis Chriſti, qui ſpeciem agni oſtentant, vt tanquam lupi rapaces habeant quos deuorent,

Commendati ab Eugenio.

Digitized by Google

rent, & trahant in ſuos errores. Vos autem reiecto impio cum ſua impietate, ſuſcipite ſcutum defenſionis Eccleſiæ & vnitatis, quantum in vobis eſt, & reſiſtire aduerſantibus nobis & Apoſtolicæ ſedi, atque auctoritatem noſtram & dignitatem defendite, vt ſic agentes a Deo æterna præmia, & a nobis ac ſede præſata retributionem dignam veſtris meritis recipere valeatis. *Dat. Florentiæ.*

Fideles præmonet vt caueant ab antipapa.

Communire etiam cæteros fideles, ne ſe Baſileenſium factioſorũ & antipapæ mendacijs illaqueati ſinerent eniſus eſt Eugenius, poſita ante omnium oculos Baſileenſium ipſorum inaudita improbitate, qui immani flagitio Eccleſiæ pacem contudiſſent ſignifero impietatis Sabaudiæ duce, quem pontificatus ingens cupido diu multumque exagitauerat: tum confutauit ſingulas literarum antipapæ partes, in eoque oſtendit infeliciſſimum eſſe, quod Felicis nomen ſibi indidiſſet: demonſtrat Baſileenſem conuentum iuſtiſſimis de cauſis apoſtolica auctoritate ſolutum, concilijque maieſtate caruiſſe; eos vero, qui antipapam deligere auſi fuerant, nullateuus orbis Chriſtiani regna, eorumque auctoritatem referre potuiſſe; denique non tolerandum eſſe illius hypocriſim atque impoſturam, qui iactaret delatam pontificiam dignitatem ſe accepiſſe, vt ſchiſmata propulſaret, cum fœdiſſimum ſchiſma ea accepta conflaret. Quæ literæ a, licet in ijs nonnulla iam dicta repetantur, ob rei tamen grauitatem afferendæ viſæ ſint.

a Lib. bren pag. 132. & in cod. 91. pag. 264.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis.

Affligitur ſumma amaritudine mens noſtra & torquetur ſuper eccleſię anguſtijs, quam videmus conculcari pedibus impiorum & lacerari ab improbis, qui per ſathanę verſutias pietatem Dei & fidem abnegantes, non ſolum ſuam perdunt, ſed & cæterorum quoque animas in æternam damnationem conantur traducere. Sciebamus tempora mala eſſe, & peccata hominum multa, ſed non extimauimus vnquam adeo impietatem & deſideria inſana quorundam Dei hoſtium, progreſſura, vt tanto vulnere, tam peſtifero morbo Eccleſiam fidelium iugulare & perimere vellent. Credebamus quoque adeo ſuperiorum ſchiſmatum pertæſos homines, vt non ſolum horrere & abhominari, ſed etiam perſequi deberent eos, qui noua ſchiſmata molirentur. At vero reperti ſunt non homines, ſed hominum figura, immanes belluæ, quæ pudore omni & timore Dei poſtpoſito vi, fraude, dolis, corruptela, mendacio pacem Eccleſiæ turbantes, diuiſiones in ea veluti fidei hoſtes conentur inferre. Horum dux & archipirata extitit ſathanæ alumnus Amedeus dux Sabaudiæ, qui iam ſex annis continuis ſub ficta hypocriſi & agni pelle rapacis lupi animum geſſit, quærens ſemper diſcordiarum & ſcandalorum ſemina, quibus aſcenſum ſibi ad ſedem pontificiam compararet. Itaque id ita palam & intemperanter fecit, ita deſiderium ſuum reprobum non occultauit, vt iam quinque annis palam de eo vulgatum ſit; quod poſtea vidimus ſubſecutum. Neque contentus erroris peſtiferi, neque damnatæ inſaniæ, qua mens eius dementi & cœca cupiditate oppreſſa eſt, alios quoque per ſuas literas in eandem peſtis labem, in eandem perfidiam, in idem præcipitium, confictis mendacijs, conatur attrahere, vt vere de eo conſtet id propheticum, in circuitu impium ambulare.

Baſileenſiũ improbitas in loco collocata.

Scribit, prout literarum ſuarum teſtatur principium, ſe Felicem (vellemus, vt id vere ſecundum Deum dicere poſſet, vt eſſet felix illa felicitate æterna, quæ eſt vera felicitas appellanda) ſed nimium ab illo nomine eius ſacrilega opera diſtant; qui ſi nouerit quanto ſe ſcelere, quam damnando flagitio, quanto dedecore, quanta infamia aſtrinxit, non dubitamus, quin ſe iudicet eſſe omnium, qui viuant, infeliciſſimum: quæ enim maior infelicitas eſſe poteſt, quam ſe conſtituere nouum hæreſiarcham, velut alterum Arium ad lacerandum Eccleſiam, ad ſcindendum populum Chriſtianum, & fideles Chriſti ad perfidiam traducendos? Quærit per literas iuſtificare iniquitatem ſuam ad excuſandas excuſationes in peccatis, cum dudum, vt bene ageret intelligere noluiſſet. Narrat infelix ille multis verbis, omnes principes Chriſtianos ad concilium miſiſſe, & nos concilio hæſiſſe. Hoc neque diffitemur, ſed tunc dicimus ea acta eſſe, cum verum erat concilium, cum nondum ſpiritus ſatanæ in cordibus nonnullorum infuſus eſſet, cum pro reformatione Eccleſiæ non deformatione congregati viderentur, cum eſſent ibi plures ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, cum nondum ſe hoſtes ſedis Apoſtolicæ, a qua omnis conciliorum auctoritas pendet, palam ſe profiterentur, cum vacare ſe profiterentur ad quærendam Græcorum vnitatem, quæ ſola illis maleficæ ſynagogæ cauſa fuit concilij ad certum tempus prorogandi, poſtquam eorum nefaria mens maligna conſilia opera pernicioſa ex officina Amedei Sabaudienſis prouenientia palam facta ſunt: cum appareret palam illos ad ſcandalizandam Dei Eccleſiam congregatos, cum videretur aperte ſciſſuram per Dei Eccleſiæ hoſtes ex illius inſtructione fabricari, cum Græcorum vnio niſi in noſtra præſentia fieri non poſſet, cum varia ſcandala quotidie orirentur, cum ſolum depreſſio noſtræ auctoritatis & ſedis Apoſtolicæ quæreretur.

Quam falſo antipapa Felicis nomen acceperit.

8 Cumque nos veluti bonus paſtor, cui de ſalute ouium cura erat, tranſtuleramus tunc concilium ad ciuitatem Ferrarienſem, non concilium poſtea illud perditorum hominum peſtifer conuentus fuit, & malignantium ſynagoga, in qua nulla niſi deſtruendi & malignandi poteſtas fuit. Neque ad prætenſas ſuſpenſionem priuationemque, vt aſſerit, noſtram aut erectionem illius idoli execrandi vlli Reges aut principes Chriſtiani conſenſere, præter illum ipſum Amedeum architectum & fabricatorem omnium ſcandalorum, ſed & nullum quoque fore principem Chriſtianum certi reddimur; adeo modici conſilij, adeo paruæ prudentiæ, adeo perditi animi, & prodigum ſalutis animæ ſuæ fore, qui illi idolo hærere velit, & ſe perpetua infamia aſtringere, qui animam ſuam & ſibi ſubditorum populorum cupiat perdere, qui potius ſtatuam Molohc dedicatam, quam nos Chriſti vicarium & Petri ſucceſſorem velit in terris colere, qui denique cupiat dici a poſteris ſe fautorem ſchiſmatis extitiſſe. At idem longa verborum ſerie nomina multorum enarrat, qui ad ſe electionem, ſiue prophanationem de ſe factam detulerunt, ac ſi ignoti homines ſint, & qua ſpe, qua fraude, quibus artibus concitati ad tantum facinus neſciatur, quorum maior pars partim metu, partim præmio, partim odio & conſcientia ſcelerum miniſtri ſuorum operum extiterunt. Nam proſanatio illa a quibus hominibus facta ſit, quam abiectis, quam indignis tanto pondere, quis ignorat? Octo ex natione Italica dicuntur fuiſſe, qui omnes Pedemontani & de dominio dicti ducis, qua in re manifeſta perfidia, & ſingularis fraus

Omnium ſcandalorum architectus fuit.

Deſcribuntur quinam fuerint eius electores.

hanc ſtatuam deteſtabilem fabricantium fuit: nimis abiectum eſſet Italicum nomen & decus, ſi eius auctoritas & dignitas circa octo ſolum ducis ipſius ſubditos verſaretur. Nullus prælatus dilecti filij nobilis viri Philippi Mariæ Angeli ducis Mediolanenſis fuit, quin potius, cum hanc machinam fieri præſenſiſſet, omnes ſibi ſubditos ab illa infami conuenticula auocauit. Nullus dilectorum filiorum Venetorum Ianuenſium, Florentinorum, aut regni Neapolitani prælatus interfuit, cum multi ſint ſingulari doctrina, virtute, prudentia, & ſapientia excellentes. Sed octo ſolum ſatellites tanquam lictores ducis ab eo ad id opus electi, in quibus nullum veſtigium inerat Italicæ vel dignitatis vel auctoritatis. Galliæ nationis octo ſimiliter, fuiſſe narrantur (quorum quatuor præfati ducis ſubditi, reliqui hi ſunt, vt magnum dedecus inſurgat tanto regni ita notabilibus prælatis prædito) eſſe deputatos ad tantam rem, vt aiunt, homines contemptos atque abiectos, qui talis regni nomen & gloriam ſuſtinere non poſſunt, quin illam potius dehoneſtant. Ex Hiſpania præter duos, quorum vterque temeritate propria abſque vllo legationis munere Baſileæ reſidebat, omnes Cathalani fuere, & ij aut ſine dignitate, aut omni dignitate indigni, & qua vi impulſi, ſatis conſtat. Ex Alamania præter epiſcopum Baſileenſem homines contempti, potius vino & epulis, quam vllo bono muneri aſſueti. Hoc eſt illud egregium conſortium ex tam claris hominibus ad electionem, vt dicunt, Pontificis deputatum, certe digni qui talem ſtatuam fabricarent.

Sed fuerint viri eximij, vt prælati omnes, qua auctoritate, quo exemplo, quo more tantum facinus auſi ſunt, quod vnquam concilium ex ijs, quæ vere ſunt concilia appellanda, Romanum indubitatum Pontificem auſum eſt priuare? cuius vnquam auctoritate (præter Conſtantienſe, & hoc vnitatis ratio poſcebat) alicuius ſummi paſtoris electio facta eſt? a quo concilio vnquam auditum eſt deputatos, qui vicarium Chriſti eligerent, vt ſchiſma in Dei Eccleſia ſuſcitarent? O Saluator noſter, quam magna eſt tua potentia aduerſus eos, qui oues tuo ſanguine redemptas in prædam ſathanæ tradere voluerunt! quam diſtat hoc infame latrocinium a ſanctitate & operibus ſuperiorum conciliorum! Reliqua concilia ad tollenda ſchiſmata celebrata ſunt, hæc pharisæorum ſentina ſchiſma nouum in Eccleſia excitauit. In alijs de tollendis hæreſibus agebatur: iſti hæreſiarcham tanquam alterum Mahumeth in Dei populo excitarunt. In concilijs priſcis de pace & concordia fidelium tractabatur, in iſta nequiſſima ſynagoga fabricatus eſt gladius ad perditionem animarum, & ad ſcandala & diſcordias excitandas, vt non mirum ſit ex tam nefaria hominum colluuione perditionis factum atque opus hæreſum emerſiſſe. At idem multum diſputat de conciliorum auctoritate tanquam alter Auguſtinus aut Hieronymus, & non ſimplex homo rudis, indoctus, & penitus literarum ignarus, vt ne ad ſacerdotium quidem digne aſſumi poteſt, qui ſi ſciret, quæ ſit vis conciliorum, quam inferior poteſtate vicarij Dei, non effunderet tot incaſſum verba, neque tueretur inſaniam quorundam dementium.

Ineptia antipapæ ignari.

Hoc autem ridiculum videtur, immo compatiendum potius tantæ mentis cæcitati, ſcribi ab eo ad excuſationem tantæ præuaricationis, ſe onus illud ſibi iniunctum acceptaſſe ad euitanda

Fingit ſtudio pacis conſenſiſſe ſchiſmati.

pericula, in quæ reſpectu Chriſtianorum incurrebat, & pro defenſione vnitatis Eccleſiæ, & ad ſchiſmata propulſanda, vt matri Eccleſiæ in ſuis afflictionibus ſubueniret, & vt bono publico Chriſtianorum ſuccurreret, multaque fictæ pietatis indicia inſerit literis homo impius & crudelis, vt fideles Chriſti a vera fide ad hæreſim impiam auertat, vt tenebras falſitatis obducat veritati, & confictis mendacijs, quibus illæ literæ ſunt refertæ, fidelium animas ſeducat, vt veriſſime de eo dici poſſit, venenum aſpidis ſub labijs ſuis. Scimus veritatem quoque flecti & conculcari ad tempus poſſe, ſed nequaquam extingui aut funditus interire. Itaque confidimus in eo, qui ſolus eſt veritatis & fidei ſuæ protector ac defenſor, quod illuſtrabit mentes fidelium & tergiuerſationes malignantium, & noctem eorum peccatis obducentium ſuo lumine reſecabit.

Patefacta eius verſutia.

Verum, vt ne nos veritatis defenſioni defuiſſe videamur, quis æquo animo ferat tantam mendaciorum congeriem in perniciem hominum fabricatam? nam quæ pericula Chriſtianæ reipublicæ imminebant, niſi quæ illorum malignorum audacia & ſcelera procurauit? Quod tunc ſchiſma erat in Eccleſia, quæ diuiſio, vt ad eam tollendam nouo ſchiſmate & idolo opus eſſet? Nullæ erant afflictiones, niſi illæ, quibus Baſileenſium ſcelera Dei Eccleſiam afflixere. Magna pietatis indicia & compaſſionis ſigna fuerunt Eccleſiæ vnitatem ſcindere ob regnandi cupiditatem, nouam hæreſim inducere ob fidei fauorem, & tanquam luciferum ponere ſedem ab Aquilone, vt eſſet ſimilis Altiſſimo, diuidere populum Dei, vt adoretur imago beſtiæ diuiſionis ac ſchiſmatis inſtitutrix & auctrix, qui bellum pro pace, diſſenſiones pro concordia, ſchiſma pro vnitate, odium pro dilectione, pro quiete afflictiones, ſuperbiam pro charitate in Chriſtiano populo introduxit. Hæc ſunt pij, vt ait, hominis opera, quibus peiora nullus Manichæus, nullus infidelis, nullus Dei hoſtis facere potuiſſet. Rem peſſimam, Deo hominibuſque inuiſam, & ab omnibus fidelibus vindicandam verborum ambage & miſericordiæ obumbratione conatur defendere. Sed ille, cuius lux etiam in tenebris lucet, illuminabit ſuorum fidelium corda, neque permittet veritatem opprimi potentia, aut a conatu malignantium ſuperari, infundetque mentibus hominum, vt ſi qui perditionis filij ſua ſponte voluerunt, nequaquam in eandem perditionem ſe attrahere permittant. Plura ſchiſmata in Dei Eccleſia excitata ſunt, ſed eorum auctores poſt æternam damnationem, etiam in hac vitæ legimus meritam pœnam fuiſſe perpeſſos, nos autem ſupplicamus Altiſſimo non, vt aliquem puniat, ſed vt ignoſcat illis, & det gratiam vt reſipiſcentes a laqueis diaboli ad viam veræ pœnitentiæ, & ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ reuertantur.]

Pro concordia, ob eo inducta diſcordia.

9 Grauiter etiam inuectus eſt in eundem antipapam aculeata oratione Poggius [a] Florentinus, qui Pontifici a ſecretis erat, in qua ſubdolas illius encyclicas ad fideles peruertendos exaratas literas redarguit conteutoſque in ea dolos detegit: *Legi, inquit, nuper oblatum mihi exemplar cuiuſdam non epiſtolæ, ſed ſomnij hominis delirantis, qui quod dicat aut ſcribat ignoret. Et certe arbitror illum, cuius nomine ſcripta eſt, quid ea epiſtola contineat inſcium non intelligere, quæ ſunt ſcripta. Quid enim ſciat, qui nunquam literas didicit, nullum vnquam neque profanam doctrinam perceperit, nullum Dei præceptum legerit. Sed tamen tanta iactantia referta eſt, tanta* ver-

a Pogg. in Felic. antip. inuectiu.

Putatis ſecretis immunitas.

verborum magniloquentia, tanto ambitu ſententiarum, vt quæ ab Amedeo dicta neſcias, ab aliquo ex priſcis illis doctiſſimis viris Romanis Pontificibus profectam putes, Gregorium aut Leonem loquentem exiſtimares, non eum, qui literas neſcit, qui ſacra ac profana eodem loco habeat, qui religionem in quæſtum verterit, qui ſchiſma ad quærendum aurum in Eccleſia excitauerit, qui veritatis, hoc eſt ipſius Dei, hoſtis acerrimus tanquam naufragus & nudus omni ſpe auxilioque deſtitutos mendicando ac mentiendo omnium ſpem atque auxilium implores. Sed nil tibi proderit ſimulata verborum fucatio, nil illa peruerſa via. Quem te dicis habere vnionis appetitum, notus es omnibus, nota mens, nota facinora. Itaque alias fallacias quæras oportet, cum in his parum profecerit calliditas tua; multis ſchiſma deteſtatur. O peruerſum ſanctitatis genus! cur potius ſchiſma, quam teipſum huius ſciſſuræ principem deteſtaris? cur non abhorres ſcelus tuum, qui illud ſchiſma conflaſti? Cur non odis pertinaciam ac peruicaciam tuam, qui fabricantibus ſciſſuram Eccleſiæ fomentum ac vires addidiſti? nam quis ſatrem illam barbaram in ſuum dominum incitauit? Amedeus: quis illorum inſaniam contra Eugenium excitauit? nempe Amedeus: quis pecuniam illorum cupiditati porrexit? hic idem Amedeus: quis eſt in idolum aduerſus Chriſtum erectus? Amedeus: & tu ſchiſma tibi odio eſſe dicis, vnitatem appetere profiteris, qui vnitatis hoſtis acerrimus illis gladiatoribus arma porrexiſti, quibus ſcinderent inconſutilem tunicam Ieſu Chriſti? Nonnulliſque interiectis verbis: *A te malorum omnium ſotore tanquam a præcipuo fonte cauſa exorta eſt omnium Eccleſiæ calamitatum. Tu ſuaſor, impulſor, adiutor, auctor, architectus huius tam piaculari operis extitiſti: tu in diuiſione Eccleſiæ falſam hereditatem ſubripuiſti, vt tibi partem poneres cum iniquis. At quam humiliter draco loquitur vorax, quam ſubmiſſe, quam molliter, vt pacem Eccleſiæ videatur appetere. Cur non illam præbes populo Chriſtiano, quam ob eã ſolus per ſummum ſcelus eripuiſti? cur non cedis alienæ dignitati? cur non renuntias faſtigio a te per ſummum dedecus occupato?*

Sed quod ridiculum eſt & mihi riſum mouit plurimum, extollit concilium, vt appellat Baſileenſe & ſuam prophanationem dicit a Deo prouenisse. Magna profecto fuit Deo cura excitare alterum ſathanam, qui fidem ſuam peruerteret, qui tartari ianuas patefaceret, quo ipſe ſuique cultores eſſent deſcenſuri, magna Amedei merita apud cæleſtes erant, vt omnes eniterentur ſchiſma fieri, vt ipſe in throno ſathanæ conſtitueretur; nam quod in illa ſceleratiſſimorum factione hominum tuas vires, tuam auctoritatem, tuam fidem colloces, recte facis iniquos cum iniquis animo & ſententia conuenire. Quis enim ignorat qualis fuerit illa tumultuaria inquinatiſſimorum hominum manus? Quis non nouit quales viri, quam nefarij, quam reprobi, quam ſceleſti in illa ſentina nequitiæ fuerunt verſati? Apoſtatæ, fornicarij, inceſti, raptores transfugæ turpi conuicti crimine, blaſphemi, Deo & ſuis ſuperioribus rebelles, fax denique pretio & mercede a te corruptore conducta illa colluuies fuit, quæ Baſileam profecta eſt, te duce, ad explendas varias libidines, & impunitatem ſuorum ſcelerum conſequendam. Et infra.

Factio Baſileenſis ſentina conſceleratiſſimi.

At minime cupidum dignitatis pontificalis ſcribis te fuiſſe. Quid ergo te impulit, vt homines illos perditos auro, ſpe, præmio, precibus per quoſdam, quos nouimus corrumperes, vt tibi fauerent inoucceres, vt te eligerent cogeres, niſi mens cæca cupiditate dominandi & auri auaritia æſtuans, ac feruens ambitione tuns tot pecunias vt nihil prodeſſent, incaſſum effudiſti? Tu ne gratis, nulla alia ſpe motos animam ſathanæ deſpondiſti? At credo illorum patrum grauitas, morum ſanctimonia, auctoritas te mouit, illorum virtus te decepit; & ad credendum eorum decretis te inuitauit. Homo ſimplex eras, rudis, atque illorum peruerſitatis ignarus, impulſus, deceptus, eluſus fuiſti, profitearis ſaltem ſtultitiam tuam, vt malitiam fugias; ſatius eſt enim ſtultum, quam malum videri. Sed neque deceptus es, neque errore prolapſus, diutius excogitatum præmeditatum prouiſum hoc tuum conſilium fuit, tu omnium rerum machinator atque inſtructor, tu ſchiſmatis ſuaſor atque impulſor extitiſti.

Corrupti auro & promiſſis ab Amedeo.

Meditatum diu fuit ſcelus.

10 Aucta eſt Amedei inſolentia, cum vacuo Cæſareo ſolio ſeptemuiri, qui ſchiſmaticorum improbitatem retundere debuerant, tuendæ pacis inani ſpecie pacem contuderunt, dum qui Eugenio & Florentino concilio adhærere debuiſſent, acephalos ſeſe conſtituere [a] XXI. martij Francofurti profeſſi, neq; Eugenij aduerſus Baſileenſes, nec Baſileenſium aduerſus Eugenium edicta ſe ſuſcepturos: *Diſſidij, inquiunt, ſincero corde condolentes non immerito veremur, niſi firmiſſima fraternaque conſtantia noſtra ſolidaretur integritas, ipſius diſſidij ſcintilla flammas diſcordiæ vſque ad apicem columnaſque ſacri imperij pretendat, vt ſic vtriuſque gladij poteſtate conciſa atque confracta alter alteri minime ſubuenire poſſet: electio quoque Romani principis, per nos de præſenti celebranda ſub prætextu cuiuſcumque cenſuræ annullari queat, ideoque huiuſmodi periculis quærentes quantum valemus occurrere, ac vnionem & zelum fraterni amoris inter nos tenacius conſeruare, ante omnia proteſtamur, quod per ea, quæ nunc dicimus, ac per alium quemcumque actum, quem facturi ſumus ab obedientia & reuerentia ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſanctæque matris eccleſiæ nullo vnquam tempore diſcedere volumus nec in aliquo vacillare, quinimmo prout debito Chriſtianæ religionis, cuius profeſſores ſumus & ſacramenti vinculo tenemur, ipſam ſedem Apoſtolicam ſanctamque vniuerſalem eccleſiam matrem noſtram ſincera mente veneramur & illi integraliter obedire: quia vero inter prædictum ſanctiſſimum dominum noſtrum, ac ſacrum Baſileenſe concilium (quod dolenter ſuſtinemus) expreſſa vigent diſcordiæ, aduerſa quoque quotidie proceſſus & mandata procedunt ab eiſdem, quæ mentes noſtras adeo perplexas reddiderunt, vt pro debito fragilitatis humanæ de illorum viribus habeamus merito dubitare. Sed quia pro electione Romani principis, in præſentiarum congregati ſumus, cui dum adhæremus iuxta traditam a D. Carolo IV. Romano Imperatore nobis normam nullis debemus exteris cogitationibus perturbari, ſed eidem electioni quietis mentibus intendere, ideoque edicimus & proteſtamur ac bona fide promittimus, quod in præmiſſa diſcordia inter ſanctiſſimum Dominum noſtrum & ſacrum Baſileenſe concilium nullam partem aduerſus alteram de præſenti quomodolibet fouere proponimus, &c. Actum Francfordiæ anno Domini MCCCCXL. die XXI. menſis martij.*

Aucta ex interregno antipapæ inſolentia.

a Ext. apud Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 9.

Sanxerant idem principes ſuperiori anno in Maguntino conuentu, nimirum neque Eugenio Pontifici concilioue Ferrarienſi aduerſus Baſileenſes, neq; Baſileenſibus aduerſus Eugenium adhæſuros, quod ſi Ludouico Arelatenſi pſeudocardinali ſeditionis auctori, id adeo viſum eſt indignum, vt exclamarit, referente Ænea Siluio [b]: *Illud quomodo ſtare poſſet, ſe minime intelligere, quod neque concilio neque Papæ ſe obedituros ſtatuiſſent, quoniam aut illi parendum eſſe aut iſti, tertium nullum eſſe tribunal, cui foret obediendum in his, quæ fidem vel animarum ſalutem reſpicerent.* Multo magis Eugenio indignum viſum eſt, adeo vt in Germanos ſibi non obtemperantes animaduertere decreuerit, at illos ex eo efferatos pene defectionem ad antipapam moliruros, ſed iterum in viam ſalutis reuocatos Baſileenſium ſchiſma damnaſſe ſuo loco dicetur.

Neutralis factio in Maguntico conuentu.

b Aen. Syl. lib. 1. de geſt. conc. Baſil.

Inte-

Digitized by Google

Interea eo amentiæ progreſſi ſunt nouatores Baſileenſes, vt cum ipſi eſſent numero pauciſſimi, atque ideo nomina in decretis veteri more adijcere eos puderet, ſe veram eſſe Eccleſiam iactitarent, negarentque Pontificem legitime, vt ſatebantur, electum in cœtu centum & quadraginta epiſcoporum orientalium & Latinorum Eccleſiam referre; nam ſi de multitudine agebatur, inferiores numero Baſileenſes concilij Florentini patribus extiterunt, vt qui vnum tantum Cardinalem eumque perduellem, & circiter viginti partim abbates partim epiſcopos perduellionis reos numerarent, adeo vt diuina oracula ad colorandum facinus ab ijſdem vſurpata [a] magis Florentino quam Baſileenſi conuenirent: *Si te non audierit, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.* Quam autem perperam inferant Baſileenſes ex conceſſa hac Apoſtolis ligandi & ſoluendi poteſtate in ſubditos, datam etiam in Petrum eorum principem ſiue epiſcopis Apoſtolorum ſucceſſoribus in Petri ſucceſſorem, demonſtrat Ioannes Cardinalis tit. S. Sixti [b]: *Quod prædicta*, inquit, *auctoritas non faciat ad aduerſariorum propoſitum, ſed magis confirmet propoſitum noſtrum, patet ex ordine temporis, quo Chriſtus verba illa dixit Apoſtolis, quoniam, vt inquit S. Thomas, in IV. diſt. XXII. quamuis omnibus Apoſtolis data ſit communiter poteſtas ligandi & ſoluendi, tamen vt in hac poteſtate ordo aliquis ſignificaretur, primo ſoli Petro data eſt, vt oſtendatur, quod ab eo in alios debeat deſcendere, propter quod ei ſingulariter dixit Chriſtus. Confirma fratres tuos, & paſce oues meas, id eſt loco mei, vt dicit Chriſoſtomus. Præpoſitus & caput eſto fratrum tuorum, vt ipſi te in loco mei aſſumentes vbique terrarum te in throno tuo ſedentem prædicent & confirment.* Et infra: *Eadem modo reſpondetur ad auctoritatem Rabani in glo. Dicimus enim quod poteſtas data Petro ſit data alijs Apoſtolis, nihilominus tamen differenter, ſicut exemplariter poſſumus dicere, quod Deus dedit lumen ſoli & ſtellis, ſed differenter, quia ſoli immediate & in plenitudine, ſtellis vero per medium ſolis & in minori quantitate, ſic Chriſtus dedit Petro immediate & in plenitudine, alijs vero mediante Petro vicario ſuo generali, & gubernatore totius orbis Chriſtiani, & in quantitate ſiue menſura per Petrum limitando ſecundum partem ſolicitudinis, ad quam eſſent euocandi.* Abuſi ſunt etiam Baſileenſes hoc oraculo: *Vbi duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum.* Si de coniuratorum exiguo numero & pertinacia glorientur, in ea re inhæſere veſtigijs hæreticorum, quibus nunquam fuci ad ſubornandum flagitium defuerunt; nam illi de tranſlato ad orientalis eccleſiæ promouendam coniunctionem concilio cuius transferendi a Pontifice nulla vnquam maior & auguſtior cauſa occurrere potuit velut de concitata perſecutione in Eccleſiam impudenter queſti ſunt: *Obijciunt alij* [c], *quod in ſancta ſynodo*, ita ſchiſmaticam vocant, *permanentes pauci numero fuerunt ad exercendos actus iuridicos ſuſpenſionis ab adminiſtratione papali & depoſitionis olim Eugenij, ac ſubſequentis electionis ſanctiſſimi Domini Felicis Papæ V. quæ quidem obiectio, ſi illi debeat ſuffragari, qui ſynodum perſecutus eſt, qui omnibus modis homines ab ea ſubtrahere & ſeparare laborauerit, & aduerſus illos milites, qui tempore perſequutionis permanſerunt, qui omnes de orbe ad ſuccurrendum & prouidendum eccleſia Dei per epiſtolas & oratores vocare integro ferre biennio non ceſſauerunt, quis non videt ex hoc conciliorum auctoritatem proſterni & confundi? nam ſemper ſummus Pontifex dum ſynodum rumpere volet aliquos exinde abſtrahere poterit, ſi autem alij permaneant obijcitur eis paucitas ſicq; videntes ſe nihil proficere poſſe ſynodum in tantum deſerent, permitteturque agere cuilibet ſummo Pontifici quidquid libuerit.*

a Baſileen. conc. in reſp. ſynod.

Abuſi Baſileenſes ſacris oraculis.

b Turrecr. ſumm. de eccl. l. 2. c. 61.

Poteſtas ligandi & ſoluendi primo data Petro.

Inſanæ Baſileenſium querelæ.

c Epiſt. ſynod. Baſil. pag. 146.

Abſona eorundem argumenta.

Hæc Baſileenſes pietatis inane ſpecimen ſceleri obtendentes, appellanteſque impie perſecutorem Eugenium, quod priuatis ſeditioſorum voluntatibus & commodis obſtaret, Baſileenſemque ſynodum, quæ tot annis tenuerat, in Italiam tranſtuliſſet, ob grauiſſimas & iuſtiſſimas cauſas: *Etenim in Baſileenſi concilio*, inquit Turrecremata [a], *ſub colore conuerſionis hæreticorum aut reformationis Eccleſiæ in capite & in membris practicata ſunt multa mala & ſcandala orta; vſurpata enim ſunt Apoſtolicæ ſedis priuilegia, plurima mala dogmata ſeminata, &c.* Cumque male ſe egiſſe nollent fateri, ſchiſma conflarunt & ſchiſmatis culpam inique impieque in Eugenium & vniuerſam Eccleſiam coniecerunt, donec poſtea geſta reſcindere coactos viſuri ſumus.

Specioſus Baſileenſium fucus.

a Turrecr. de eccleſ. l. 3. c. 69.

Quod autem attinet ad ignominiam calumniæ, quam illi Romanis Pontificibus inurere auſi ſunt, quaſi publicum Eccleſiæ bonum promoueri in concilijs nolint, eos temeritatis ita perſtringit idem Turrecremata: *Multa in his aduerſariorum argumentationibus præſupponuntur, vt puta, quod ſolus Papa inter omnes de concilio obuiet bono vniuerſalis Eccleſiæ, aut quod ipſe videret neceſſitatem Eccleſiæ & fidei periclitationem niſi concilium continuaretur, & tamen, quod ipſe ſolus nollet continuationem concilij, & multa ſimilia, quæ aduerſarij facile & temerarie iudicant in ſummis Pontificibus, licet tantæ iniquitatis exempla nuſquam ſuperioribus temporibus expreſſe in aliquo vero Romano Pontifice legerint. Nos reſpondemus, non quia credamus illa tanta facilitate poſſibilia, quanta aduerſarij illa poſſibilia ſupponunt, nobis enim non videtur tantum malum de ſummis Pontificibus facile iudicandum, conſiderata maxime prærogatiua illius Apoſtolicæ ſedis, tam ex parte diuinæ pollicitationis, quam ex parte excellentia meritorum ſanctorum Pontificum, qui in ea ſederunt, vnde Symmachus Papa in cap. non nos diſt. 40. dicit. Quis enim ſanctum dubitat, quem apex tantæ dignitatis extollit, in quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiant quæ a loci prædeceſſore teſtantur, aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtret.* Hæc merito Turrecremata ſcripſit aduerſus Baſileenſes, qui contra Eugenium egregijs virtutibus in Eccleſia vniuerſa præfulgentem, ac diuinæ gloriæ propagandæ excindendæque Mahumeticæ impietatis ſtudio flagrantem inſtinctu dæmonum impulſi coniurauerant, vt orientalium eccleſiarum coniunctio conciliata cum Latina ob ipſorum turbas diſſolueretur. Cæterum dum aliqui Pontifices a ſanctitatis officio deſecere, prouidit Deus, ne ex priuatæ perſonæ vitijs aliquod detrimentum fides pateretur, vt Baronius & Bellarminus Cardinales demonſtrarunt. At Baſileenſes cum reformare Eccleſiam ſe velle iactarent, eam, quantum in ipſis fuit, hæreſi & ſchiſmate deformarunt, quorum dolos poſteriores nouatores ſunt ſecuti.

Delapſi deinde ſunt Baſileenſes ad inanes querelas, & qui multa ob perduellionem erant paſſi, ea ſe pietatis ſtudio perpeti more hæreticorum iactarunt; & cum omnes, qui ipſorum factionem deſeruerant, atque ad Pontificem pro conciliandis Romanæ eccleſiæ Græcis ſe contulerant, Eccleſiam deſeruiſſe deblaterarunt: ſe autem cum Apoſtolis comparare non ſunt veriti [b]; quam cantile-

Querelæ Baſileenſium.

b Baſileen. in ep. ſynod. 6. id. nou. 1440.

Digitized by Google

tilenã hæreſiarchæ omnes inſuſurrare conſueuerant. Sunt enim hæc blaſphemorum & hypocritarum verba a: *Sed nunquid illi, qui non fugerunt, qui non deſeruerunt ſynodum in neceſſitate, qui non fidem veritatem & iuſtitiam*, ita illi colorant ſchiſmatis flagitium, *conculcari permiſerunt, quique pro his ſuſtinendis tribulationes & dolores peſtem, guerram, penuriam, & cæteras aduerſitates ſubierunt, propterea culpandi ſunt? Nunquid Apoſtoli, qui in numero pauci cum Chriſto permanſerunt in tentationibus ſuis, alijs diſcedentibus ideo male egerunt?* Male illi gloriabantur manere ſe cũ Chriſto, dum ſe a Chriſti vicario ſegregabant. Subdunt quoque: *Nonne ſatis elucidatum fuit in ſupradicta ſynodali reſponſione, quæ incipit. Cognito; conſentiente in hoc & cooperante tunc legato apoſtolico quomodo illi, qui permanerent in ſynodo vſque ad finem operis ſui commendandi eſſent.* Si autem audiendus viſus ſit legatus apoſtolicus, multo magis ipſe Pontifex audiendus fuit, & ſi errantem legatum ſecuti ſunt multo magis pœnitentem ſequi debuerunt: is vero fuit Iulianus Cæſarinus S. Angeli Cardinalis, qui Æneæ Syluio geſta in Baſileenſi concilio illi objicienti ingenue ſuum errorem faſſus eſt, hiſce verbis b.

Præſumpſi de meipſo, cum eſſem Baſileæ nimis quamuis deceptus decepi, & credens prodeſſe nocui, in medio Eccleſiæ docens, quæ non didici, cæcus errans & in tenebris ambulans, reliqui tandem eccleſiam malignantium, & cum impijs ſedere recuſaui. Reuelauit Dominus oculos meos & conſideraui mirabilia de lege ſua, cognoui priorem errorem, & quantum a vero prorſus abijſſent Baſileenſes plane intellexi. Adij Romanam curiam, & Eugenio cum fuiſſem rebellis ſubmiſi ceruicem, a quo miſericordiam conſecutus ad vnionem Græcorum nauaui operam, & illis Romanæ eccleſiæ reconciliatis aduerſus impios Turcas legationem accepi. Caſtigans caſtigauit me Dominus & morti non tradidit me, ſed humiliatum exaltauit, quia cognito in errore non perſeueraui, ſed mox in viam redij, & ex magiſtro factus diſcipulus, ex magno paruus expurgato veteri fermento, nouum hominem indui & veræ matris lacte nutritus ad fontem veri perueni, quem ſancti doctores oſtendunt Græci & Latini, quorum vna vox eſt, ſaluari non poſſe, qui ſanctæ Romanæ eccleſiæ non tenet vnitatem, omneſque illas virtutes mancas eſſe ei, qui ſummo Pontifici obedire recuſat, quamuis in ſacco & cinere iacens dies & noctes ieiunet & oret, & in cæteris videatur legem implere, quia melior eſt obedientia, quam victima, & omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta eſt, & Romanum præſulem in Eccleſiæ vertice conſtitutum eſſe conſtat, a qua nullam ex ouibus Chriſti exemptam nouimus. Ego ad ouile redij, qui diu errraueram extra caulas, & paſtoris Eugenij vocem audiui, tu, ſi ſapis, idem facies. Hæc Iulianus Cardinalis apud Pium II.

Obſtinati in perfidia ſchiſmatici.

Hæretici comparant ſe cum Apoſtolis.

b Iul. Card S. Ang. apud Piũ II. in bull. retract.

Iul. Card. Cæſarinus initio ad verſatus Eugenio. Poſtea errorẽ agnouit.

Omnes virtutes mancæ ſunt in eo qui Pontifici non paret.

21 Addidere aliud ſophiſma Baſileenſes ſic inquientes: *Quis poteſt iam ſub colore paucitatis vel alio quocumque occaſionem quærere non obediendi concilio in actibus prefatis? quod ſi deinceps liberum ſit vnicuique de actibus ſynodalibus recipere, quæ volet, quæ nolet abijcere, reputare concilium velut habens poteſtatem cum placuerit, cum non placuerit, non reputare, non audire eccleſiam niſi quando & quomodo voluerit, quis dubitat ex hoc omnem conciliorum auctoritatem proſterni, omnemque obedientiam illis debitam fruſtrari?* Hæc illi, cum tantis tenebris ſchiſmatis ſtudio ſe inuoluerent, vt vera concilia a ſpurijs diſcernere nequirent, ſed ea ratione hæreticalia cum catholicis confunderent, dum nolebant agnoſcere ea vera, iiſque parendum, quæ confirmantur a Pontifice, vt pote Eccleſiæ capite, ſummoque Dei vicario, quæ ab eodem reijciuntur reijcienda, vt ex ſacris canonibus confirmat Ioannes Franciſcus Poggius a: *Generalia*, inquit, *concilia profeſſione Romani Pontificis roborantur, 16. di. Propter & cap ſextam c. ſancta & c. placuit ſemperque in conſtitutionibus per concilium promulgatis auctoritati Papæ defertur, vt ita demum ſint rata, ſi ab eo probentur, vt canones ipſi aperte teſtantur 25. q. 1. §. his ita de elect. c. ſignific. Præterea Zoſimus 25. q. 1. c. 1. Papa ait. Prima ſedes vnamquamque ſynodum ſua auctoritate firmauit.*

Sophiſma Baſileen. cõtra Pontif. auctoritatem.

Quomodo acta conciliorum valeant.

a Pog. lib. de poteſt. Papæ c. 3 arg. 25.

Cum vero Baſileenſes in ſuperiori ſophiſmate omnia concilia etiam ſine pontificio aſſenſu & directione celebrata errare non poſſe ponerent, Ioannes b Turrecremata Cardinalis S. Sixti egregie eos confutat; vbi enim concilia, quibus inhæret Pontifex Eccleſiæ militantis caput errare non poſſe demonſtrauit, tum ſubijcit de alijs concilijs: *Concilium vniuerſale non interueniente conſenſu & approbatione Apoſtolicæ ſedis errare poteſt in his, quæ fidei ſunt; quæ concluſio exemplis & auctoritate oſtenditur. Exemplariter patet primo de concilio, quod copioſo numero epiſcoporum conueniente Arimini celebratum eſt, in quo, vt dicit Hieronymus in altercatione Luciferiani & orthodoxi, nomine vnitatis & fidei infidelitas ſcripta eſt. Hoc concilium B. Auguſtinus vocat latrocinium, hoc concilium damnatur in canone in cap. ſancta Romana eccleſia, vbi Gelaſius Papa inquit. In primis Ariminenſem ſynodum a Conſtantio Cæſare Conſtantini filio congregatam mediante Tauro præfecto ex tunc & in æternum confitemur eſſe damnatam: ſecundo idem oſtenditur ex concilio Epheſino II. quod in euerſionem fidei agitatum eſt, & in eius correctionem Leo Papa Chalcedonenſem ſynodum inſtituit:* & ſic *de multis alijs poſſent exempla induci, & illis etiam de Baſileenſi, quod & ſcandaloſum & in multis a ſanctorum patrum doctrina erraſſe videtur. Præterea, quod concilium præfatum errare poſſit ſatis aperte colligitur ex B. Iſidoro in c. Domino ſancto di. 50. vbi ait, quod ſi in geſtis conciliorum diſſans ſententia, inueniatur, illius concilij ſententiæ ſtandum ſit, cuius quidem potior & antiquior extat auctoritas, nunquam autem ad inuicem poſſunt diſcordare niſi altero illorum a vero declinante, quoniam ſecundum Philoſoph. 1. ethicorum, omnia vero conſonant, ſed falſum eſt quod a vero diſſonat: hoc autem nequaquam dixiſſet Iſidorus ſi fuiſſet impoſſibile concilium aliquod errare. Idem etiam colligitur ex cap. cuncta per mundum 9. q. 3. Item Aug. in epiſtola contra Donatiſtas ait. Itaque concilium illud peruerſum atque nefandum maxime, vt creditur, traditorum fuit. Ex his exſufflatur fantaſia ſtulta eorum, qui omni concilio non errandi gratiam quaſi eſſentialiter ineſſe affirmant, &c.* Adiunxere Baſileenſes ſubdolas hortationes ad fideles ad eos ſuis erroribus irretiendos, concludentes male, ſi conſilio Baſileenſi antea parendum eſſet, dum ſcilicet auctoritate pontificia firmiſſima petra nitebatur, etiam poſt factam ab ipſis in ſummum Eccleſiæ caput conſpirationem illi parendum. Denique hanc loci ac temporis notam adijciunt: *Datum in congregatione noſtra generali in eccleſia maiori Baſileenſi celebrata v idus nouembris anno a natiuitate Domini* MCCCCXL.

b Io. Turre cremata. ſumm. de eccl. l. b. 3 c. 58.

Demonſtratur concilia errare poſſe ſi nõ dirigantur a Pont.

22 Inter hos ſchiſmatis fluctus editum eſt in Ioanne Cardinale Vitelleſco domi militiæque clariſſimo humanæ calamitatis exemplum. Eum vere an falſo apud Eugenium delatum, inque ſuſpicionem affectatæ tyrannidis adductum ferunt c: occulta præterea cum Philippo Maria Mediolani duce agitaſſe conſilia, arcana cum Nicolao Piccinino,

c Steph. Inf. ſ. arch. n. Vat. Blond. dec. 3. lib. 10. S. Ant 3. p. tit. 22. c. 11. §. 10. Æn. Syln. l. 2. c. 4. Pog. lib. 7. Corius p. 5. & alij.

Card. Vitelleſ. infimulatus conſpiraſſe cum duce Mediol.

col-

Expreſſa in Pontifice & Card. cœleſtis hierarchia.

Eccleſia tres conſtituerentur ordines aſſiſtentium Papæ, qui purgantium, illuminantium, & perficientium fungerentur officio, veluti ſunt diaconi, presbyteri, & epiſcopi Cardinales. Decuit etiam cum ſummus Pontifex Chriſti repræſentet perſonam, vt quemadmodum Chriſto conuerſanti in terris aſſiſtebant Apoſtoli, ita etiam Cardinalium cœtus, apoſtolicum repræſentans, coram Papa aſſiſteret, reliqui vero epiſcopi vbique diffuſi Apoſtolos repræſentant ad prædicandum per orbem miſſos.

Ipſos præterea Cardinales pro honoris ac dignitatis eminentia partem ſui corporis ſummi Pontifices appellant. Ex quo ſine vlla dubitatione oſtenditur, poſt caput Eccleſiæ, quod eſt Papa, contigua ſui corporis membra, qui ſunt fratres eius Cardinales, præ cæteris Eccleſiæ membris ac partibus honorari debere; adeo quidem, vt ſacris canonibus ſancitum ſit eos, qui in Cardinalem manus iniecerint violentas, aut fugarint, aut inſecuti fuerint, ſeu ad hoc dederint conſilium vel fauorem, criminis læſæ maieſtatis reos, maximis & multiplicibus pœnis eſſe plectendos, ac ſi ipſi apoſtolici throni violauerint maieſtatem, quod in ipſos, qui patriarchas, archiepiſcopos, vel epiſcopos offenderint, ſtatutum minime reperitur, vt euidenter liqueat tanto hinc ampliorem cenſeri dignitatem, quanto plures ſeuerioreſque illam offendentibus infliguntur pœnæ.

Argumentum ex legibus commune petitum.

Sunt etiam & in ſignum præeminentiæ ipſis fratribus noſtris præ alijs Eccleſiæ prælatis & ſimiliter cum legati de noſtro latere deſtinantur, præ alijs legatis multa ac magna per canones attributa priuilegia, quæ tibi nota eſſe non dubitamus: hinc etiam conſtat cur a latere apoſtolico mitti eis ſolis, & non alijs appropriatur legatis. Sed & ille notiſſimus Conſtantinus Imperator animaduertens, ad quam magnum ac publicum vniuerſalis Eccleſiæ officium ipſi fratres noſtri vocati eſſent, ſic inquit: *Volumus etiam deinde ſui ordinis reuerendiſſimos clericos S. R. E. ſeruientes ſingulos habere illud ſanctum culmen potentiæ & excellentiæ, cuius ſanctiſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, id eſt patritios conſules fieri, quos certe patritios conſules ſecundum leges, vt in ſumma dignitate conſtitutos, Imperator patres ſibi elegit, & loco patrum a ſe honorari affirmat.*

Patritijs & patres Cardinales.

Quod vero hæc dignitas tanto honore præfulgeat, nec tuæ fraternitati, nec cuipiam alteri moleſtum eſſe debet quoniam, vt ſancti atteſtantur patres, omnes patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales, cathedrales, aliaſque dignitates Romana fundauit eccleſia, ſicutque ſicut vni eccleſiæ amplam, alij ampliorem, & alij ampliſſimam, prout expedire iudicauit, tradidit poteſtatem: omnes, enim tanquam vnius arboris rami ab vna eademque radice, & vt diuerſi aquarum riuuli ab eodem ſonte prodierunt, licet vnus alio copioſior atque vberior. Itaque, ſi iuſtis ex cauſis & Spiritus ſancti inſtinctu, quo hanc ſedem regi credendum eſt, Romana eccleſia venerabilium Cardinalium cœtum ad cœleſtis hierarchiæ ſimilitudinem conditum, & tanquam ſui corporis partem his priuilegijs & honoribus illuſtrare decreuit, nec tua eccleſia, cui per apoſtolicam ſedem præfectus es, nec quiſquam alius eccleſiæ gradus ab eodem ſimiliter apoſtolico throno originaliter inſtitutus, quæ omnia de ipſorum fratrum noſtrorum conſilio acta ſunt, vllam ſuccendendi aut conquerendi cauſam habet, ne illud adducamus euangelicum verbum: *Amice non facio tibi iniuriam. Nunquid mihi non licet de meo facere, quod volo?* & ſicut tu vis, vt priuilegijs eccleſiæ tuæ ab hac ſede conceſſis aliæ deſerant inferiores eccleſiæ, ita eadem ratione par eſt, vt ab eadem ſede huic cœtui inſtituto tu ſimiliter deferas, & reuerentiam præſtes.

Dignitatū amplitudo ex Rom. Pontifice profecta.

Argumentū ex veteri conſuetudine petitum.

Multum etiam mouere te debet diuturna per Chriſtianum populum vbique ſeruata conſuetudo quæ etiamſi cætera deeſſent, ex quo tam vetuſta eſt, vt eius initij memoria non extet in contrarium, pro conſtituto iure habenda foret, præſertim quando ſciente & approbante ſummo Pontifice non quidem vno, ſed tot quot vnquam habuit Eccleſia, id actum eſſe dignoſcitur: in omnibus enim nationibus ac regnis &, vt in Anglia memorauimus, hactenus huiuſmodi præeminentiæ Cardinalibus delatus eſt honor, qui quidem non tam ipſis, quam nobis, cum noſtra ſint membra, attribui cenſendus eſt. Nec minus his eccleſiæ Romanæ conſuetudo, quæ caput, norma, & magiſtra eſt reliquarum eccleſiarum, id ipſum tibi perſuadeat, qua ſemper, nullo vnquam contradicente, in cunctis actibus quibuſcumque prælatis prælatis præhonorati ſunt.

Ex conciliorum decretis.

Idem in antiquis generalibus concilijs, præſertim in duobus Lugdunenſibus, in vno præſidente Innocentio IV. in altero Gregorio X. quorum adhuc extant acta, vſitatum fuit, ſic & in his ſynodis noſtris noſtra ætate celebratis, de quibus etiam apud regnum Angliæ non pauci ſuperſunt teſtes, obſeruatum eſſe palam eſt, abſentibus etiam ſummis Pontificibus, idem & nunc nobis præſidentibus in hoc ſacro œcumenico ſeruatur Florentino concilio.

His quoque illud accedat, quod in ſententijs & decretis tam huius ſanctæ ſedis, quam generalium conciliorum, cum de dignitatibus, nominatim fit mentio, illa clauſula adijci ſolet: *Non obſtantibus ſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, ſeu alia quacumque præfulgeat dignitate;* per quod ex ordine nominandi, quæ ſit maior luculenter apparet. Nec cauſetur quiſpiam, quod ordo epiſcopalis presbyterio maior ſit, quoniam in eiuſmodi prælationibus officium ac dignitas ſiue iuriſdictio præponderat ordini quemadmodum iure cautum eſt; vt archidiaconus non presbyter ſuæ iuriſdictionis obtentu archipresbytero præſtatur. Simili modo diaconus vel ſubdiaconus aliuſue clericus noſter, aut alicuius Metropolitani vicarius ſeu locumtenens in ſynodo & alibi alios quocumque ordine maiores, etiam epiſcopos, antecedit propter illius iuriſdictionem, quam exercet & perſonam, quam repræſentat. Sic & electus ad eccleſiam cathedralem & confirmatus, quamquam nondum conſecratus ratione iuriſdictionis cunctis in ſua diœceſi præeminet. Quis ergo iam dubitarit eum, qui talia iura & canones condidit, & talem alijs tribuit poteſtatem, poſſe eandem, cum vult, & maiorem ſuis membris tribuere? Si quis forte obiecerit, prioris dignitatis potius eſſe rationem habendam, quam cardinalatus de nouo collati, cum in regijs tractatibus ac parlamentis quilibet, vt ſuæ eccleſiæ prælatus potius, quam vt Cardinalis interſit. Huic obiectioni euidens reſpondet ratio, nam cum perſonæ ſint eccleſiaſticæ ſicut ſtatuta ac priuilegia ſuarum eccleſiarum in his actibus ſeruant, multo magis Romanæ eccleſiæ, cui vinculo obedientiæ adſtricti ſunt, priuilegia & ſtatuta ſeruare tenentur, quibus nec ipſæ perſonæ eccleſiaſticæ, nec alij quicumque tanquam inferiores derogare quomodolibet poſſunt?

Obiectio ſumpta ex ordinis epiſcopatus apice. Diluitur.

Alia obiectio.

Diſſoluitur

Cum

Digitized by Google

Cum igitur viri eccleſiaſtici ad actus publicos vel priuatos vocantur cum ſuis qualitatibus ac prærogatiuis ab Eccleſia inſtitutis admitti debent, nam & contra honeſtatem publicam & vniuerſalis Eccleſiæ politiam, & in opprobrium eccleſiaſticæ diſciplinæ vergeret, ſi in quouis actu diaconus presbyterum, vel presbyter epiſcopum, aut epiſcopus patriarcham præcederet. Præterea in canonibus ſcriptum eſt, vnumquemque in collegio vel capitulo iuxta ſuæ receptionis tempus honorandum eſſe, & quod ſi poſtea aliquis admittatur presbyter, cæteris tempore anterioribus præponatur, qui presbyteri non ſunt, quod ſi in ordine maiori ſit, hoc etiam multo amplius in dignitate ſeu iuriſdictione, quæ in his actibus maior eſt ordine ſeruandum eſt, vt ſupra de archidiacono & archipresbytero dictum eſt. Quod ſi in poſt receptis locum habet, eadem ratione in ijs, qui prius, ſi qua de nouo eis obueniat dignitas, hoc enim rationi conſentaneum eſt, vt dignius minus dignum ad ſe trahat, & res a potentiori & nobiliori denominetur. Quod ſi in ipſis Cardinalibus euidenter ſeruatur, qui licet certarum eccleſiarum dum ad cardinalatum aſſumuntur epiſcopi ſint, nihilominus eos non epiſcopos, ſed presbyteros S. R. E. Cardinales ſedes Apoſtolica appellat, quinimmo ſi eis ſuas priores eccleſias in titulum dimittat, non amplius ſub nomine eccleſiarum ſed tituli cardinalatus ſcribit, quaſi ad maiorem dignitatem & iuriſdictionem aſſumpſerit, alioquin non aſcendiſſe ſed deſcendiſſe, non honorari ſed dehonorari viderentur.

Argumentum ex more Romanæ eccl. ductū.

Quis etiam non videat cardinalatus dignitatem archiepiſcopali eſſe maiorem dignitate? quia cum illa priuatæ vnius patriæ præſit vtilitati, iſta publicæ totius populi Chriſtiani, illa vnam dumtaxat regit eccleſiam, iſta cum ſede Apoſtolica vniuerſas, & cum a nemine niſi ſolo Papa iudicentur Cardinales, ipſi & patriarchas, & archiepiſcopos, & reliquos Eccleſiæ gradus cum ſummo Pontifice iudicant, quorum officio nomen ipſum conſonat optime, nam ſicut ſuper cardinem voluitur oſtium domus, ita ſuper hoc ſedes Apoſtolica totius Eccleſiæ oſtium quieſcit & ſuſtentatur, &c. *Dat. Florentiæ ... pontificatus noſtri anno VIII.*

Ex officio cardinalatus.

41 Vergente hoc anno, nimirum XV. kal. ianuarij in generali concilio & publico conſiſtorio Eugenius ex varijs regnis viros illuſtres virtutibus & ſcientia in Cardinalium numerum adſciuit, de quibus hæc Blondus a: *Decem & ſeptem creauit Cardinales tanta cum orbis partium diſtributionis æqualitate, vt delectus virorum alioquin laudatiſſimorum ſuperauerit laudem habita ratione prouinciarum. Duos namque habuit Græcia, quorum in Aſia Biſarion Nicænus archiepiſcopus fuit vnus, alter in Europæ finibus Metropolita Ruthenorum Iſidorus, & Hiſpaniæ, quam dicunt Portugalliam, Antonius vrbis Portugalliæ epiſcopus; alterique maiori Hiſpaniæ datus eſt Ioannes ex oppido Turrecremata inſignis theologus. Quatuor habuit omnis Gallia quorum vnus Francorum Regis familiariſſimus Raymundus Rhemenſis archiepiſcopus, alter ducis Burgundiæ Ioannes epiſcopus Morinenſis, Renato Regi Siciliæ ex Andegauenſi patria, vt oſtendimus oriundo, datus eſt tertius nomine Guillelmus ad eccleſiam Andegauenſem tunc electus, quartum Galliæ prouinciæ ſimul & Angliæ Regi Normandiæ regionem obtinenti dedit Pontifex Ludouicum Rothomagenſem archiepiſcopum, ornatumque eſt etiam altero Cardinale regnum Angliæ Ioanne archiepiſcopo Eboracenſi. Duo in Germania, vnus ex natione Polona Sbigneus, qui erat epiſcopus Gneſnenſis, alter creatus eſt Petrus epiſcopus Auguſtenſis. Vnicum habuit Pannonia Dionyſium epiſcopum Agrienſem. Reliqui fuere ex Italia æquali item regionum habita ratione, regno enim Apuliæ dati ſunt duo, Ioannes archiepiſcopus Tarentinus, & Nicolaus archiepiſcopus Capuanus. & Mediolanum vno decoratum eſt Gaſpare epiſcopo Comenſi. Cum Genuo pariter vnum ex Fiſchea gente Georgium ciuitatis archiepiſcopum, & Florentia Albertum habuerit ex gente Alberta tunc deſignatum epiſcopum, qui ſolus fuit diaconus, cum cæteri fuerint presbyteri titulo decorati.* Meminit præter cæteros ſcriptores Latinos a & Græcos, qui de Iſidoro & Beſſarione idem tradidere b, de ea Cardinalium creatione Eugenius in literis, quibus Guillelmo c deſignato epiſcopo Andegauenſi & Ioanni d epiſcopo Morinenſi earum eccleſiarum adminiſtrationem coniuncto cardinalatu permittit.

Cardinaliū numerus valde auctus.

a Blond. dec.4.l.1 Ciaccon. in 3. creatione Card.

Eorum nomina. Delecti ex omnibus regnis.

a Papien. Card. in ep. pag. 75.
b Laonic. Calchond. lib. 6.
c Lib. 10. pag. 245. & 246.
d Ib. pag. 248.

IESV CHRISTI
Annus 1440.

EVGENII PP. IV. annus 10. FRIDERICI III. ROM. REGIS 1. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 17.

1 CONfirmato ſchiſmate, quod a perfidis conuenticuli Baſileenſis ſacerdotibus pauciſque præſulibus, qui hoſtile odium in Eugenium exercuerant, conflatum iam ante fuerat, ater extitit annus redempti orbis quadrageſimus ſupra milleſimum quadringenteſimum indictione tertia kal. enim martij: impiorum ſynagoga antipapam ſuum delatos honores iniuſiſſe, eiuſque obtemperandum imperijs promulgauit, vtque auguſtiori pompa Baſileam pergeret, permiſere vt, antequam pontificalibus infulis cingeretur, Cardinales creare poſſet. & quatuor ab eo renuntiatos menſe aprili confirmauere, ex quibus vnicus tantum illum Baſileam euntem comitatum eſſe fertur. Cæterum antipapa legatum dixit pſeudocardinalem Arelatenſem, ſuoque nomine Baſileenſi conuenticulo præeſſe iuſſit e.

Baſileenſes promulgat Amedeum antipapam.

Cardinalis Arelatenſis conuenticulo præfectus.

Interea Eugenius verus Eccleſiæ vniuerſæ paſtor ſchiſmaticorum impietatem repreſſurus, iudiciario ſeruato ordine, Florentiæ in XXVIII. ſeſſione, quæ in actis Patricianis VIII. dicitur ad X. kal. aprilis Amedeum antipapam, eius electores, ſectatoreſque omnes, niſi quinquaginta dierum excurrente ſpatio impietatis viam deſeruiſſent, anathemate pœniſque in hæreticos & ſchiſmaticos conſtitutis perculit. De qua ſententia in Florentino concilio a ſe lata memorat ipſemet Pontifex in literis f pridie nonas iulij exaratis, quibus Iacobo epiſcopo S. Andreæ præcipit, vt eam promulget, atque ab alijs promulgandam curet.

e Patri. in act. Aen. Syl. in dec geſt. conc. Baſil. Seſſ. XXVIII Floren.

Inuentus in ſchiſmaticos lata.

f Lib. 5. pag. 19.

Venerabili fratri Iacobo epiſcopo S. Andreæ ſalutem, &c.

2 Perſonam tuam nobis & Apoſtolicæ ſedi deuotam tuis exigentibus meritis paterna beniuolentia proſequentes illa tibi libenter concedimus, per quæ perſonarum noſtris & ſedis prædictæ monitis & mandatis debitis parere recuſantium præſumptione repreſſa, tam illis ex eis, qui ad nos ſeu eandem ſedem cum humilitate redierint, quam etiam benemeritis perſonis te benignum & gratioſum exhibeas & etiam liberalem. Dudum ſiquidem ex certis tum expreſſis iuſtis & rationabilibus cauſis de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, & quamplurimis ex venerabilibus fratri-

Eugen. ad S. Andr. præcipit epiſcopum literis.

tribus noſtris archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filijs electis & abbatibus apud ſedem Apoſtolicam tunc exiſtentibus id laudantibus & conſulentibus generale concilium apud ciuitatem Baſileenſem tunc conſtitutum de ipſa ciuitate ad ciuitatem Ferratienſem tranſtulimus & tranſlatum eſſe declarauimus inter cætera ſub excommunicationis, priuationis dignitatum beneficiorum & officiorum, ac inhabilitatis, pœnas quas contra facientes ipſo facto incurrere voluimus, aduerſus quas pœnas reſtitui & reddabilitari præterquam a nobis non poſſent, ſed nec ab excommunicatione huiuſmodi abſolui valerent, niſi in mortis articulo conſtituti, diſtrictius inhibentes ne ex tunc in antea in Baſileenſi ciuitate aut alibi præterquam in ciuitate Ferrarienſi huiuſmodi concilium aut alius conciliarius actus teneretur, ſeu aliquod officium ab eo ſubordinatum exerceretur, neque etiam aliquis in dicta ciuitate niſi quoad Bohemorum articulum dumtaxat remanere & ad alium locum, quam Ferrariæ ſub nomine ac prætextu concilij accedere auderent, & deinde per alias ſacro concilio tunc Ferrariæ legitime congregato tunc approbante omnes & ſingulos Baſileæ ſub prætenſi concilij nomine, quod verius conuenticulum dici tunc debeat * prout de præſenti debet contra tranſlationem & declarationem noſtras huiuſmodi venientes & nonnulla ſcandaloſa & nefaria tunc expreſſe præſumentes etiam ſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, abbatiali, aut quauis dignitate eccleſiaſtica vel ſæculari præfulgerent, excommunicationis, ac priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum ſuorum huiuſmodi pœnas ipſo facto incurriſſe etiam declarauimus in mandatis deſuper ſub pœnis & cenſuris prædictis omnibus & ſingulis Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis electis, & abbatibus, ac cæteris cuiuſcumque conditionis ſtatus vel gradus exiſterent in dicta ciuitate Baſileenſi ſub prætextu conſilij huiuſmodi conuenientibus, vt intra triginta dies a die data poſteriorum literarum huiuſmodi computandos deberent realiter & cum effectu ab ipſa Baſileenſi ciuitate receſſiſſe; ac vlterius poſteriorem declarationem huiuſmodi per alias innouauimus: poſtremo vero etiam per alias noſtras literas inter cætera quoſcumque perditionis & infelicitatis filios Amedeo olim Sabandiæ duci Felicem auſu temerario ſe nominare præſumenti, eiuſque erroribus ſcienter & deliberate credentes ſeu adhærentes, fuiſſe & eſſe ſchiſmaticos, blaſphemos, & tanquam hæreticos, ac reos criminis læſæ maieſtatis puniendos, eiſque excommunicationis, anathematis, ac officiorum & beneficiorum, nec non honorum, prælaturarum, dignitatum tam eccleſiaſticarum, quam mundanarum priuationis, & inhabilitationis ad habenda, perſonis eorum a fidelibus capiendis expoſitis, ipſorumque omnibus bonis, iuribus, & iuriſdictionibus publicatis & confiſcatis, omneſque & ſingulas alias pœnas contra præfatum Amedeum ſchiſmaticum, blaſphemum, ac criminis huiuſmodi reum, tam a iure, quam ab homine ſtatutas incidiſſe & incurriſſe decreuimus & etiam declarauimus, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnullæ regni ac ciuitatum, terrarum, & locorum ditioni chariſſimi in Chriſto filij noſtri Iacobi Scotorum Regis illuſtris ſubditorum perſonæ tam eccleſiaſticæ, quam ſæculares ſuorum ſalutis, ſtatus, & honoris immemores contra monita & mandata, vt alia in literis contenta huiuſmodi venire, ac plura etiam nefaria & ſcandaloſa facere, perpetrare, & committere præſumant in noſtrum & dictæ ſedis vilipendium, ac pernicioſum exemplum & ſcandalum plurimorum, nos talia ſub diſſimulatione vlterius pertranſire non valentes, ac aduerſus præſumptores præfatos illo volentes remedio ſubuenire, per quod ipſorum temeritas compeſcatur, & alijs ſimilia de cætero aditus præcludatur, fraternitati tuæ in magnis & arduis noſtris & Romanæ eccleſiæ negotijs diutius comprobatæ, de qua in ijs & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, omnes & ſingulas regni, ciuitatum, terrarum, & locorum ditioni Regis huiuſmodi eccleſiaſticas, clericales, ac laicales perſonas cuiuſcumque gradus, ſtatus ordinis, vel conditionis, *& infra*, in eccleſijs, ac alijs locis eccleſiaſticis, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit excommunicatos & interdictos; nec non monaſterijs, ac beneficijs ſuis omnibus, cum cura vel ſine cura, ſæcularia vel regularia, ac ad illa, vt alia in antea obtinenda inhabiles alijſque ſententijs cenſuris & pœnis ſupradictis irretitos fuiſſe & eſſe auctoritate apoſtolica publice nunciandi & nunciari faciendi, eaſque & ipſarum quamlibet etiam cum inuocatione brachij ſæcularis aggrauandi & reaggrauandi, ac quaslibet ex eis, quos ad noſtram & præfatæ ſedis obedientiam & deuotionem pro tempore redire volentes, ſi id a te humiliter petierint, ab omnibus & ſingulis excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti alijſque ſententijs, cenſuris & pœnis, quibus propter eorum præſumptiones huiuſmodi tunc irretitæ fuerint, ſimul vel ſucceſſiue abſoluendi, (nonnulliſque interiectis, quibus ſuſceptam infamiæ notam ob ſchiſma abolendi & priſtinis iuribus dignitatibus, ac muneribus redeuntes ad officium reſtituendi omneſque cenſuras diſſoluendi auctoritate inſtruit) plenam & liberam eadem apoſtolica auctoritate tenore præſentium facultatem concedimus. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCDXL. *pridie nonas Iulij pontificatus noſtri anno* X. Impoſitum eſt idem munus Alano epiſcopo Auenionenſi, ac Roberto Rogerio Apoſtolicæ ſedis internuntio, vt pœnas in edicto ſynodali, cuius initium a verbo, *Moyſes*, ducitur contentas ſumerent de ſchiſmaticis, qui in Prouincia, Delphinatu, Aquitania, Chriſti tunicam laniare annitebantur, ac prædicto Amedeo olim duci Sabaudiæ, qui ex antipapatu Felicis nomen traxerat, ſimiliter adhærebant. Eademque mandata dedit Ioanni tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali [b], Euterio [c] archiepiſcopo Hiſpalenſi, alijſque Caſtellæ & Legionis archiepiſcopis [d] & epiſcopis, Bartholomæo Angli [e] in Lugdunenſi & Narbonenſi prouincijs, Zanono [f] epiſcopo Baiocenſi in Gallia, Conrado epiſcopo Vvratislauienſi [g] in Polonia, in Germania Nicolao epiſcopo Lubicenſi [h] & Balduino Bremenſi [i] archiepiſcopo.

3 Eminebat inter omnes ſchiſmaticos in audacia atque perfidia Ludouicus Arelatenſis olim tit. S. Cæciliæ presbyter cardinalis, qui contempſerat pontificia decreta, ſouerat Baſileenſe conuenticulum, eccleſię Romanæ hoſtium animos auxerat, cunctorumque malorum ferme præcipuus auctor & ſchiſmatis ſignifer extiterat, idolum denique antipapale profanarat potius, quam ſacrarat. Ob quę flagitia Pontifex hanc in ipſum ſententiam tulit [l].

Ad futuram rei memoriam.

Quemadmodum Romana eccleſia, quæ eccleſiarum omnium mater eſſe ſalutariſque doctrinæ magiſtra, recurrentes ad eam cum humilitate filios

Vt e Baſilea Ferrariam tranſlatum ſit Apoſtolica auctoritate concilium.

Tranſlato concilio ſuſe Baſileæ [illegible] pugnabat.

Conſtitutæ in antipapã & ſectatores pœnæ.

In Eccleſijs excommunicatis promulgatæ.

Redituris ad obſequium promiſſa venia.

a Lib. 5. pag. 152.

Promulgata in omnibus regnis edicta in Baſileenſes.

b Lib. 23. pag. 158.
c Ibid. pag. 162
d Ibid. pag. 161.
e Pag. 71
f Pag. 178
g Pag. 173
h Pag. 93.
i Pag. 88.

Ludouicus Card. Arel. præcipuum ſchiſmatis auctor.

l Lib. 12. pag. 271.

Eugenij ſententia.

lios poſt exceſſum materno ſuſcipere conſuenit affectu ipſorum doloribus miſericorditer compatiendo, ſic profecto illos digne a ſe expellit & abhorret, qui ſuo lacte nutriti, ſua beneficentia ſubleuati, ſuperbiæ concepto ſpiritu ipſam, quam ſibi ſponſam Chriſtus copulauit, & extra, quam nemo ſaluus eſt, varijs figmentis, fucatiſque coloribus, ac exquiſitis excogitatiſque fraudibus diuidere, ac horrendo & peſtifero ſchiſmati in diuinæ maieſtatis offenſam, ac in perpetuam ſuarum damnationem animarum, Chriſtianique populi grauiſſimum ſcandalum ſubmittere non expauerunt, ne illius vbera alterius ſugere permittantur, quam venenatis dentibus mandere, ac eius vnionem ac integritatem ore polluto execrataque lingua violare præſumpſerunt. Dudum ſiquidem ex certis, iuſtis, ac rationabilibus tunc expreſſis cauſis de venerabilium fratrum noſtræ S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, pluribus ex venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filijs electis, & abbatibus apud ſedem Apoſtolicam tunc exiſtentibus, id laudantibus & conſulentibus, generale concilium apud ciuitatem Baſileenſem conſtitutum de ipſa ciuitate Baſileenſi ad noſtram ciuitatem Ferrarienſem propter quaſdam cauſas tranſtulimus, & tranſlatum eſſe declarauimus, ac inter cætera ſub excommunicationis & priuationis quorumcumque eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, prioratuum, perſonatuum, adminiſtrationum, officiorum, & aliorum bonorum eccleſiaſticorum quorumlibet, nec non inhabilitationis, & alijs tunc expreſſis pœnis, quas contrafacientes, ipſo facto incurrere volumus, omnibus & ſingulis cuiuſcumque ſtatus, gradus, aut ordinis exiſterent, etiamſi cardinalatus honore, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali, aut alia quauis eccleſiaſtica, vel ſæculari præfulgeant dignitate, diſtrictius inhibuimus, ne ex tunc in antea in dicta Baſileenſi ciuitate, aut alibi, præterquam in ciuitate Ferrarienſi, huiuſmodi concilium, aut alius conſiliarius actus teneretur, ſeu aliquod officium ab eo ſubordinatum exerceretur, nec etiam aliquis in dicta ciuitate Baſileenſi, niſi dumtaxat, quoad Bohemorum articulum remaneret, nec ad alium locum quam Ferrariæ, ſub nomine & prætextu concilij accedere, & deinde ipſo concilio in dicta Ferrarienſi ciuitate tranſlato, & approbante, omnes, & ſingulos, Baſileæ ſub nomine concilij, quod verius conuenticulum dici debuit, contra tranſlationem & declarationem noſtras huiuſmodi venientes, & nonnulla ſcandala, & nefaria tunc expreſſa præſumentes, etiamſi titulis aut dignitatibus præfulgerent antedictis, excommunicationis, ac eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, prioratuum, perſonatuum, adminiſtrationum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, ac beneficiorum ſuorum huiuſmodi pœnas ipſo facto incurriſſe, per alias declarauimus, mandantes inſuper ſub pœnis & cenſuris prædictis, omnibus & ſingulis Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, electis, & abbatibus, ac cæteris cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, aut conditionis exiſterent in dicta ciuitate Baſileenſi, ſub prætextu concilij huiuſmodi conuenientibus, vt infra triginta dies a die datarum poſteriorum literarum huiuſmodi computandos, deberent realiter & cum effectu ab ipſa Baſileenſi ciuitate receſſiſſe, ac poſtremo poſteriorem declarationem huiuſmodi, inter cætera per alias noſtras literas innouauimus, prout hæc omnia in literis præfatis plenius continentur.

Et quia, vt dolenter referimus, iniquitatis alumnus atque perditionis filius Ludouicus olim tit. S. Cæciliæ presbyter Cardinalis, eccleſiæ Arelatenſis per ſedem prædictam adminiſtrator deputatus, ſuæ ſalutis immemor, ac in ſenſum reprobum datus, extrema laborans ingratitudine, ac propria ſuperatus iniquitate malitiaque confuſus, nec non bonorum & honorum, quæ ab eadem eccleſia Romana indigne fortaſſis ſuſceperat, factus immemor, malum pro bono retribuens nedum noſtris literis obedire, ſed in diuinæ maieſtatis offenſam, ac noſtræ & ipſius ſedis auctoritatis contemptum, in dicta Baſileenſi ciuitate poſt & contra tranſlationem remanere, ſeque profanæ, ac rebellis multitudini, quæ etiam poſt & contra tranſlationem, declarationem, inhibitionem, & mandatum antedicta inibi remanſit, ducem & patronum obſtinato animo auſuque ſacrilego, excommunicationis & priuationis, ac alias in præfatis literis contentas pœnas & cenſuras multipliciter incurrendo, ſe conſtituere præſumpſit, ac damnatam huiuſmodi præſumptionem ſuam hucuſque, dietim peiora ſemper prioribus accumulando, palam & publice, ac de perpetratis huiuſmodi per eum ſceleribus gloriari, & tandem deſcendens in profundum maiorum electioni ſeu potius profanationi de perſona iniquitatis filij Amedei olim ducis Sabaudiæ in antipapam conſentire, ſeu verius illius auctor eſſe non expauit; nos exceſſus tantos & abuſus, quos vlterius ſub diſſimulatione tranſire non poſſumus, ad vniuerſorum Chriſti fidelium notitiam deduci volentes, eundem Ludouicum olim Cardinalem & dictæ eccleſiæ Arelatenſem adminiſtratorem, vt præfertur, qui ob præmiſſa excommunicationis, priuationis, & alias pœnas antedictas merito incurriſſe dignoſcitur, cardinalatus honore, nec non prædictis, ac quibuſuis alijs eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, prioratibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, ac beneficijs alijs eccleſiaſticis ſæcularibus & regularibus, commendis quoque & prouiſionibus vniuerſis, quas, quos, ſeu quæ tempore priuationis huiuſmodi obtinebat & percipiebat, nec non iure quod ſibi ſimiliter in quibuſcis alijs, ſeu ad ea quomodolibet competebat, priuatum fuiſſe & eſſe auctoritate apoſtolica tenore præſentium declaramus. Nulli ergo, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ MCCCCXL. V. kal. iunij pontificatus noſtri anno X.*

In eccleſiã ingratus.

Conſuetũ pontificia tum, eius [illegible]

Schiſmatis auctor.

Omnibus dignitatibus ſuis quæ ſpoliatus.

Depulſo Arelatenſi ſede Ludouico, eccleſiæ illius adminiſtratio Rogerio præpoſito Aquenſi demandata eſt [a], qua de re ad Arelatenſem clerum [b] tum ad Renatum [c] Regem Neapolitanum, ac Prouinciæ comitem datæ literæ. Nec defuit officio Renatus, quippe qui Eugenio coniunctiſſimus eſſet, & iam pridem abiectis Baſileenſibus Ferrarienſi adhæſiſſet concilio. Cœnomanenſi etiam epiſcopatu ob ſchiſma deiectus [d] eſt Ioannes, qui illi eccleſiæ ab Eugenio præfectus [e] deſciuerat ad Baſileenſes, & cenſuras ſe eccleſiaſticas ex ſuſcepto a Pontifice honore contraxiſſe ſtulte & impie erat profeſſus. Pari pœna affectus eſt Ludouicus epiſcopus Viſenſis, qui plura aduerſus pontificiam dignitatem erat molitus; geſſerat enim in oriente legationem Baſileenſium nomine, vt Græcos ab Eugenio abalienaret, tum ad ſchiſma conflandum contra mandata Regis Luſitaniæ cuius orator extiterat intenderat ſtudia. Viſenſi igitur eccleſia deturbatus ab Eugenio, in eiuſ-

Archiepiſcopatu adminiſtratio Aquenſi præpoſito data.

a Ibid. pag. 272.
b Ibid. pag. 273.
c Ibid. pag. [illegible]
d Pag. 286

Viſenſis epiſcopus exauctoratus.

e Lib. breu. pag. 123.

Digitized by Google

eiuſque locum Ludouicus Coutino ſubrogatus eſt. Quod vbi ille accepit Baſilea in Luſitaniam profectus amicorum opera nouũ Viſenſem epiſcopum pepulit, adeoque permulſit Alfonſum Luſitaniæ Regem, ac ſuis fraudibus ſubornauit, vt ipſius patrocinio ſuſcepto expoſtularit cum Pontifice, ſe inconſulto Viſenſem epiſcopum creaſſe. Atqui Eugenius initium pontificij iuris Regem puerum edocuit, atque ad ſedem Apoſtolicam ſpectare epiſcopos præficere eccleſijs, quamuis illæ a principibus cenſibus prædijſque donatæ auctæue eſſent, tum etiam iuſte ſeueritatem eccleſiaſticam adhibitam fuiſſe in Ludouicum exauctoratum, qui propterea neque epiſcopi nomine exornari poterat.

Luſitano Rege ſubornato epiſcopatum recuperat.

A Lib. breu pag. 123. & in cod. m. 1. Alex VII. pag. 249.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Portugalliæ & Algarbij Regi illuſtri.

Cedimus a certo chariſſime fili, importunitatem perditionis filij Ludouici quondam epiſcopi Viſenſis, ſchiſmatis & manifeſtæ hæreſis per nos & concilium œcumenicum condemnati, te impellere ad ſcribendum pro eo, ac petendum ea, quæ neque iuſta neque æqua ſunt, & quæ cum noſtra & ſedis Apoſtolicæ dignitate aut honore & ſana conſcientia facere nequimus. Et certe literæ, quas a nobis te ſcribis recepiſſe, ſatis tibi ſignificare debuerunt intentionem noſtram, & iuſtificare ea quæ fecimus de eccleſia Viſenſi, nam cum ille ſemper fuiſſet & præcipuus noſter & ſedis Apoſtolicæ rebellis ac ſignifer omnium, quæ contra nos fiebant, ſcandalorum, cumque vſque ad finem totius rei ſua nequitia & obſtinata perfidia indurato animo perduraſſet, cum quidquid mali poterat pro ſcindenda Chriſti Eccleſia non ſolum feciſſet, ſed etiam oſtentaret facere, & in ſua malicia gloriaretur, non ſolum eccleſia priuari ſed tanquam incorrigibilis & in diebus malis obſtinatus carceribus & diro ſupplicio, prout hæretici merentur, tradi debuiſſet, neque vero nunc pœnitentia ductus, aut motus conſcientia a Baſileenſibus receſſit, ſed partim timore, partim ſpe recuperandæ eccleſiæ, partim ad ferenda ſcandala & fraudes intendendas, venia autem danda non eſt niſi recte & & ex corde & voluntate, non neceſſitate pœnitenti, & oſtendenti veram non fictam contritionem, ſed tamen ita etiam vere pœnitentibus venia danda eſt, vt remittatur culpa non auferatur delictorum pœna. Apoſtolus Paulus non recognoſcens errorem ſuum, vt ſcribis (in quo aperte qui dictauit errauit) ſed perſeuerans in perſecutione ſanctorum a Domino vocatus eſt & factus eſt ex perſecutore defenſor. Hoc cum ita placuerit Deo non eſt nunc reddenda cauſa, ſed & ipſe Apoſtolus tradidit quendam ſathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret, & Petrus Ananiam & Zafiram, quoniam mentiti erant, morte mulctauit. Itaque remittenda culpa eſt ei, qui ex corde ſe fatetur erraſſe, quod hic ſathanæ alumnus nunquam fecit, ſed ſimulatione quadam vſus eſt ad homines decipiendos.

Vitæ pœnitentia.

Carcere & ſupplicio dignus fuit

Sed plurimum miramur de tua ſerenitate (de eis potius, qui literas componunt) cum excommunicatus, damnatus hæreſis & ſchiſmatis epiſcopus Viſenſis a te appelletur. Non ſunt iſtæ primitiæ deuotionis, quam debet adoleſcens Rex erga Dei Eccleſiam oſtendere, vt quaſi per contemptum auctoritatis Apoſtolicæ appellet eum epiſcopum, qui neque Chriſtianus eſt, & ne homo quidem propter ſententias quas incurrit, appellandus eſſet. Sed huius rei culpa non tua eſt, cuius ætas non permittit hæc ſapere, ſed eius, qui literas dictauit, qui deberet modeſte loqui & ſapere ad ſobrietatem, deberent etiam, qui tibi in conſilium adſunt, repellere importunitatem eius, & non impellere tuam adoleſcentiam ad ſcribendum multa, quæ minime deceant regiam deuotionem. Itaque hortamur tuam ſerenitatem, vt abſtineat de cætero a talibus literis & petitione earum rerum, quæ merito rogari non poſſunt. Nos quidem diſpoſiti ſumus, prout alias tibi ſcripſimus, nunquam mutare, quod egimus, de eccleſia Viſenſi, cum non ſit dignum illam a fideli & catholico ac bene merito auferre, & eam infideli & hæretico, qui ipſa propter ſua demerita priuatus eſt, committere.

Non vocandus epiſcopus.

Admonitus Rex ne ſe ab adminiſtris decipi ſinat.

Illud verò plurimum admiramur, quod eſt in literis tuis, venerabilem fratrem noſtrum Ludouicum Contino epiſcopum Viſenſem de epiſcopatu Viſenſi ſe intromiſiſſe abſque tuo conſenſu, qui ex lege canonica & ciuili ſuper eius prouiſione fuerat requirendus, cum a tuis progenitoribus fundata eccleſia Viſenſis fuerit. Non culpamus tuam adoleſcentiam, quæ iura neſcit, ſed inſcitiam illius, qui literas edidit, qui dum vtrumque ius allegat, vtriuſq; ignarum ſe eſſe oſtendit. Iura quidem tribuunt ſedi Apoſtolicæ & Petri ſucceſſoribus liberam eccleſiarum omnium diſpoſitionem, ad quarum regimen eligit & perficit ſecundum eccleſiarum vtilitatem, neque requirit conſenſum Regum neque principum, ſed diſponit prout dignitas ſedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ commoditas poſtulat. Supplicant nobis Reges Franciæ, Angliæ, & Hiſpaniæ, cæterique pro prælatorum promotionibus nobiſque commendant quos vtiles & idoneos credant.

Obiectio ſoluitur.

Pontifex in præficiendis epiſcopis non tenetur Regum conſenſum petere.

Nos poſtmodum exaudimus, quantum cum Deo poſſumus & honore noſtro, preces eorum, vbi vero aliter videtur nobis pro commodo & bono regimine eccleſiarum eſſe faciendum, diſponimus de prouiſione eccleſiarum pro voluntate noſtra, cui Reges & principes acquieſcunt. Et in tuo quoque regno prouiſiones antea factæ ſunt pluribus eccleſijs cathedralibus de perſonis idoneis abſque vllius Regum conſenſu: ad nos enim, non ad Reges ſpectat eccleſiarum diſpoſitio, quas Deus noſtræ curæ, non aliorum commiſit, & earum nos ſumus, non autem Reges apud Altiſſimum debitores. Non ergo epiſcopus Viſenſis per nos promotus errauit, ſi acceptauit prouiſionem per nos motu proprio factam, ad quam rein nullus tuus conſenſus accedere debebat. Sed inique factum fuit & minus iuſte, cum ipſe per duos fere menſes vigore noſtræ prouiſionis tenuiſſet præfatæ eccleſiæ poſſeſſionem, poſtmodum ipſum de mandato tuæ curiæ ſpoliari eccleſia ſibi debita, & poni in eadem officiales, qui nullam inibi iuriſdictionem neque poſſunt neque debent exercere. Itaque exhortamur & etiam requirimus tuam ſerenitatem, vt prædictum Ludouicum tum ob Dei reuerentiam atque noſtram, tum propter tuum honorem, tum propter illius eccleſiæ vtilitatem, ne amplius remaneat viduata regimine veri paſtoris ſui, velis reſtituere ad poſſeſſionem præfatæ eccleſiæ, vt ſic noſter & deuotionis filius eſſe dicaris. Illud vero te paterna charitate admonemus, vt habeas in hac tua prima ætate bonos præceptores & inſtitutores tuæ adoleſcentiæ, viros Deum timentes, catholicos, & deuotos, qui te inſtruant in timore Domini & reuerentia ſedis Apoſtolicæ, ac vicarij Ieſu Chriſti, ſic prima apud nos precum tuarum recta ratio non aliorum cupiditas aut voluntas, neue doceant te ſpernere mandata apoſtolica,

Propoſitum aliorum Regum exemplum.

Ad Pont. non ad Reges pertinet eccleſiarum diſpoſitio.

Queritur Eugenius inique deiectum quẽ præfecerat.

Hortatur Regem vt illum reuocet.

Et vt magiſtros nouit pios ſibi aſſiſcat.

Digitized by Google

lica, quæ qui hactenus contempſerunt videmus aſperam Dei iudicia incurriſſe. *Dat. Florentiæ, &c.* Verum non ideo cœptis deſtitit Alfonſus, ſed a ſuis impulſus iterum precibus contendit ab Eugenio, vt deterrimum hominem in priſtinam dignitatem reſtitueret. Reſcripſit Pontifex [a] illum longe aliter promeritum ob ingentia admiſſa flagitia, quæ hiſce verbis in ipſis oculis defixit.

a Lib. breu pag. 125. & in m. s. Alex. VII. pag. 251.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Portugalliæ & Algarbij Regi illuſtri ſalutem, &c.

3 Cum genitor tuus tanquam deuotus & catholicus princeps ipſum cum alijs oratoribus ad nos primum, dein ad tunc Baſileenſe concilium miſiſſet, vt ſtatum noſtrum & ſedis Apoſtolicæ tueretur, vt procuraret ea, quæ cilent pacis concordiæ & vnitatis Eccleſiæ & ad quietem reipublicæ Chriſtianæ ſpectarent, hic filius iniquitatis, cum etiam antea dudum a nobis benigne receptus, humaniter auditus, & in multis ſuis petitionibus exauditus & bene tractatus fuiſſet, poſtmodum Baſileæ omnia in contrarium ex innata malignitate procurauit; neque ſolum alios ſecutus eſt, qui contra nos & ſedem Apoſtolicam ſcandala quærebant, ſed multis in rebus ſe vexilliferum & ducem præbuit, ad ſcindendam Eccleſiæ vnitatem in genitoris tui tuumque & regnorum eorundem non modicum dedecus & turpitudinis notam. Poterat homo ille, ſi incorporatus erat (vt ſcribis) facere quod multi alij prudentes viri fecerunt, qui vel inde abierunt, vel ſe cæterorum malignitati oppoſuerunt, vel ſaltem tacuerunt, nullum erga nos & ſedem prædictam odium oſtendentes. At hic, in reprobum ſenſum datus, non fuit contentus in Baſilea ſe noſtrum & ipſius ſedis hoſtem publice profiteri, ſed legationes etiam ſæpius aſſumpſit ad diuerſos principes & nationes & contra nos profano ore loquendo, quæ in ſuum opprobrium redundabant, cum etiam illis diſplicerent apud quos ea proferebantur. Et neſcimus, qua paſſione vel potius inſania ductus, cum a multis admirantibus & dolentibus reprehenderetur tanquam tranſgreſſor regiæ voluntatis, a nonnullis etiam ad reprimendam vel minuendam eius temeritatem admoneretur, vt cautius & temperatius ageret contra nos, cum ex eo poſſet ſuam eccleſiam amittere, reſpondit ſæpius, non ſolum eccleſia, ſed vita quoque primari ſe æquo animo paſſurum, immo & ſibi appetiturum, dummodo affectionis ſuæ optatum finem videret.

Ecpoſtea Viſenſis eccleſ. ſceleſtas. [illegible]

Monitus effecta in ſua pertinacia perdurat.

Itaque & cum de prætenſis ſuſpenſione noſtra, tum de priuatione, tum de profanatione illius execrandi idoli ageretur, non ſolum aſſuit, ſed cæteris præfuit ad ſcindendam Eccleſiæ vnitatem & ad perturbandam pacem populi Chriſtiani, ex quibus quanta mala ſubſequi poſſint, quanta animarum perditio, quanta deſolatio vniuerſalis Eccleſiæ, quis ignorat? Certi equidem ſumus illum malignitatis filium non habuiſſe hæc in mandatis a tuo progenitore, qui erat bonus & peculiaris noſter & eccleſiæ filius, non poſtea a tua ſerenitate hoc ſibi iniunctum eſſe, cum in eadem fidei charitate & deuotione perſiſtas; ſed proceſſiſſe ex rebellione ſpiritus & inſtinctu principis tenebrarum, qui mentem ſuam excæcauit atque impulit ad talia peragenda: quare ſi ſua temeritas, ſi impudentia, ſi nequitia propter publicum bonum, propter aliorum exemplum, tantis exigentibus peccatis ex parte punitur, non eſt infamia, ſed laus, neque vllus pudor, ſed ſumma gloria genitori tuo & tibi, ſi præter præmiſſa excedentes veſtra mandata, ſi præter voluntatem veſtram agentes in re præſertim tanti ponderis puniuntur: neque in aliquo damnabitur memoria patris tui, ſed filij pietas laudabitur, cum faueat auctoritati dictæ ſedis, & permittat eos puniri, qui contra patris ſui voluntatem agere eiuſq; laudem & gloriam voluerint maculari, & ſine dubio exiſtimamus ſi tuus genitor viueret, ipſum ſua ſponte, vt ſe tanta macula purgaret puniturum fuiſſe illum tranſgreſſorem ſuæ voluntatis ac ſchiſmatis machinatorem. Et ſane ſi tanta iniquitas impunita remaneret propter tuam interceſſionem, videri poſſet genitorem tuum & tuam etiam ſeruitatem fauorem & in male agendo præbuiſſe, & veſtra voluntate facta eſſe, quæ ſunt per ipſum geſta, quod non ſolum procul abeſſe a vero, ſed etiam ab omni veri ſuſpicione; nam & literis & verbo certificati ſumus, & ipſi genitori & tibi per illum facta ſumma diſplicuiſſe, neque ea vnquam proceſſiſſe de veſtra voluntate. Velit igitur tua ſapientia primum, vt eius fides ſincera & erga nos deuotio manifeſtior omnibus Chriſtifidelibus fiat mandare, ſi ipſe Ludouicus, qui eſt noſter & ſedis præfatæ hoſtis & rebellis, qui eſt per ſententiam noſtram, hoc ſacro approbante concilio excommunicatus, ac damnatus hæreſis & ſchiſmatis & tanquam membrum putridum a reliquo corpore Eccleſiæ præciſus, qui eſt eccleſia ſua priuatus, ad tuum regnum acceſſerit, capiatur & carceretur per tuos officiales non ſolum permittere, ſed efficere, vt tanquam præuaricator tuorum mandatorum, ne in ſua iniquitate gloriari poſſit, luat meritam pœnam præuaricationis ſuæ, vt venerabilis frater noſter Ludouicus Coutino epiſcopus Viſenſis aſſequatur, vt aliàs ſcripſimus, pacificam eccleſiæ ſibi commiſſæ poſſeſſionem, &c. *Dat. Florentiæ, &c.* MCCCCXL. XVI. *kal. iulij anno* X.

In profanâ ne antipapæ cæteris præfuit.

Non ferendum impune tantum crimen.

4 Dum ita in ſchiſmaticos Eugenius animaduertebat illi, magno perciti furore habita Baſileæ x. kal. auguſti ſeſſione [a], quam annumerant quadrageſimam primam, Pontificis iuſtiſſimam ſententiam, vt hæreticam & a fide deuiam damnare auſi, pœnas iniquas in eos, qui illam excepiſſent promulgaſſentque decreuere; & qui antea, vt ſe eccleſiaſticæ libertatis vindices aduerſus pontificiam potentiam oſtentarant, annatas ademerant Eugenio, eas ſibi latrocinij iure aſſeruere; tum omnium cenſuum eccleſiaſticorum quintam partem in quinquennium, ac decumam in aliud proximum eccleſiaſticis viris imperarunt, vt ijs vectigalibus ſeipſos, & antipapam eiuſque adminiſtros ſuſtentarent; denique ad ſubornandos Chriſtifideles VI. id. nouembris literas [b] fucis & fraudibus plenas ſparſere, ſed contempta ſunt impia eorum molimina a maxima Chriſtiani orbis parte.

Seſſio 41.

a Acta conc. Baſil. ſeſſ. 41.

Schiſmaticorum vaſania.

Latrocinia exercent in ſacerdotes.

b Extant in append. conc. Baſil. edit. Bin. to. 4. p. 1. pag. 143.

In Galliis, cum Regis Caroli orator archiepiſcopus Turonenſis conciliabuli Baſileenſis partes ſecutus regiã dignitatem prodidiſſet, idemq; Rex aliquorum conſulentium, vt eccleſiaſticos cœtus cogeret in Gallijs ad diſquirendum, num eidem conciliabulo, an Florentino concilio parendum eſſet, ſuſurris aures præbuiſſet, pontificij oratores flagitantes, vt ſchiſmaticos regia auctoritate coërceret, aliquot menſiũ interuallo ambigua expectatione ſuſpenſos ancipites, que tenuit; qua de re grauiter eidē Regi conqueſtus eſt Eugenius [c], ipſumq; præmonuit non expectandos Gallorum præſulum cœtus, vt in ijs controuerſia dirimeretur, num Pontifex concilio an concilium Pontifici auctoritate præcelleret; eam enim tot ſæculorum praxi iam diremptam; id quod a B. Ioanne e Capiſtrano comprobatum vidimus.

Turonenſis archiep. Pontificis Galliq. Regis prodidit.

c Extat eius lit. in eodem. s. Alex. VII pag. 271.

Cha-

Digitized by Google

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Francorum illuſtri.

Monita Carolo Regi data.

Cum ſciremus multos eſſe pſeudoprophetas inimicos Crucis Chriſti, qui inconſutilem tunicam ſcindere conarentur, miſimus ad tuam ſerenitatem ſolemnes oratores noſtros, qui cohortarentur eam ad pacem & vnitatem Eccleſiæ conſeruandam, ac ſuaderent, vt ſubditos tuos prohiberes a tam ſacrilegæ ſynagogæ malignantium contagione, vt regnum tuum ab infamia & labe ſchiſmatis immaculatum præſeruaretur, neque vero fuit intentio noſtra, vt expectarent per tot menſes congregationem prælatorum regni Franciæ, cui tanquam ab eis accepturi deciſionem aut determinationem aliquam noſtræ & ſedis Apoſtolicæ auctoritatis aut poteſtatis, quippe cum iſta iam multis antea ſæculis.] Deſunt cætera in pontificio regeſto.

adceſſit ſiet

Non latuit Carolum, quam male ſibi arrogaſſent Galli exorta de Vrbani VI. pontificatu litem ferre ſententiam, & quam perniciale conflaſſent ſchiſma, dum in controuerſia ab œcumenico concilio cognoſcenda iniquam pro antipapa ſententiam tulere. Nouatorum itaque Baſileenſium facinus, ac Felicem antipapam damnauit Rex, de quo ad eum ab Eugenio hæ datæ ſunt literæ a.

Schiſma ob eo damnatum.

a Lib. breu. pag. 96: & in m. ſ. Alex. VII. pag. 156.

Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem.

Magnum gaudium ſuſcepimus in Domino ex literis tuis, quas nobis præſentauit venerabilis frater noſter archiepiſcopus Cretenſis orator noſter, vidimus enim, quod ſẽper credidimus & opere experti ſumus, tuam ſinceram deuotionem & perfectam affectionem circa ſtatum & honorẽ noſtrum & ſedis Apoſtolicæ conſeruandum. Vere filius es præcipuus noſter & Eccleſiæ, quam veluti chariſſimam tibi matrem debita reuerentia & fauore colis & veneraris, imitando inclyta geſta tuorum progenitorum, qui ſe præbuerunt ſemper tanquam ſcutum ac firmiſſimum propugnaculum pro tutela ac defenſione Romanorum Pontificum & Apoſtolicæ ſedis, fuit enim ſemper hoc proprium inclytæ domus Franciæ, vt ſola præ cæteris ſtatum, ac dignitatem Romanæ eccleſiæ, ac ſedis Apoſtolicæ tueretur. Merito igitur laudanda eſt & extollenda tua ſerenitas, quæ pro conſeruatione iurium noſtrorum & ipſius ſedis ea decreuit ſumma cum prudentia, quę decori Eccleſię, voluntati noſtrę, & tuę virtuti, ac deuotioni conueniant. Pro quibus rebus & nos agimus tibi gratias, quas poſſumus & maiores, ac tuis meritis condignas reddet tibi Altiſſimus omnium bonorum operum retributor. Quantum vero ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Renatum Regem ſpectat, certa ſit tua ſublimitas, nos & feciſſe & eſſe facturos omnia, quæ ſpectent ad incrementum ſtatus ſui, prout hęc & nonnulla alia referet ex parte noſtra eidem ſerenitati dilectus filius theſaurarius Pictauienſis, qui has literas tuę celſitudini pręſentabit. *Dat. Florentiæ.*

Laudatur ab Eugenio ob eximiũ ſtudium.

Franc. Regum elogiũ.

Promiſſa Renato Regi Neap. mutuo ſubſidia.

At licet Carolus Eugenium cultu & obſeruantia ſolitis proſecutus ſit, in eo tamen regio officio & muneri deſuit, quod concilium Ferrarienſe nollet agnoſcere; tum pragmaticam ſanctionem confirmare niteretur; extant enim apud Nicolaum Clemangium de oratorum Papę & antipapę in Gallica aula geſtis hę literę b: *De facto Eccleſiæ ambaſſiatores Eugenij in craſtinum aduentus Regis fuiſſe auditos, qui inter cætera quatuor petierunt. Primo, vt Rex reprobaret concilium Baſileenſe a tempore tranſlationis in Ferrariam, & approbaret concilium Ferrarienſe & in eo acta. Secundo, vt nullo modo depoſitioni domini Eugenij conſentiret in electionem per Baſileenſe concilium factam de duce Sabaudiæ immo eam reprobaret, &c. Tertio, quod in illam ciuitatem Moguntiam,* indicti enim erant in ea vrbe Germanorum cœtus, *nullo modo inconſulto Papa mitteret. Quarto quatenus pragmaticam ſanctionem vellet ſuſpendi & tolli, & quod dominus Eugenius prouideret. In craſtinum auditi ſunt ambaſſiatores Felicis.* Et infra: *Prælati & alij per ſex dies deliberauerunt, & finaliter fuit reſponſum ad primum, quod Rex tenuerat concilium Baſileenſe pro concilio, ad ipſum ambaſſiatores miſerat, multa bona pro fide & moribus conſtituerat,* nimirum ante translationem, *quæ Rex approbabat, nec vnquam congregatum Ferrarienſe pro concilio habuerat aut habebat.* In eo errabat Moguntini conuentus a principum oratoribus celebrati placita ſecutus. *Quoad depoſitionem Eugenij & electionem Felicis, nunquam eas approbauerat aut approbat, immo tenuerat dominum Eugenium pro Papa, & adhuc tenebat, & volebat, quod ſibi in ſuo regno obediretur, niſi aliud in concilio generali celebrando iuxta annum in aliquo loco Galliarum fuiſſet ordinatum & quod requirebat Papam quatenus illuc mitteret dictum concilium & conuocaret, & celebrari procuraret.* Et infra: *Quoad pragmaticam ſanctionem, eam inuiolabiliter volebat obſeruari & cuſtodiri, & ſi aliqua videntur nimis rigida, in illo generali concilio poſſent moderari, &c. Dat. Bituris IX. ſeptembris.*

b Apud Nic. Cleman. pag. 106.

Eugenij ad Carolum Regem legatio.

Antipapæ alia legatio

5 Cultum poſtea eſt a Gallis Germaniſque Ferrarienſe & Florentinum concilium, quamuis ob Baſileenſis conciliabuli ſanctiones contrarias ad illud non acceſſiſſent; perduellibus enim Baſileenſibus tanquam adminiſtris ſuis dæmon vſus eſt, qui obſiſterent, ne Galli & Germani ad Florentinum concilium accederent, cum ad illud veniſſent Græci, neue communia conſilia pro retinenda amplificandaque in oriente Chriſti religione conferrent. Quod vero ad pragmaticam ſanctionem attinet, Eugenius Carolum Regem ſollicitauit a, vt eam, vtpote iuribus Apoſtolicæ ſedis aduerſantem reſcinderet, & quę pro Renato Rege, ne vrbs Neapolitana in hoſtium Aragonum poteſtatem caderet, geſſiſſet, expoſuit.

Inſtat iterũ Eugenius, vt pragmatica ſanctio tollatur.

a Extant eius lit. in cod. m. ſ. Alex. VII. pag. 180.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem, &c.

Ex noſtrorum oratorum, qui nuper a tua ſerenitate redierunt, & ex dilecti filij nobilis viri Thomę Narducij nuntij tui verbis cognouimus laudabilem & ſanctam deliberationem & concluſionem circa ea, quę noſtrum & ſedis Apoſtolicę ſtatum & bonum concernunt, & Eccleſię Dei vnitatem. Recepimus quoque tuas literas tuę virtutis deuotionis & ſapientię teſtes, quas ad nomuois tui laudem & exaltationem, ac etiam ad conſolationem audientium legi fecimus in conſiſtorio generali, additis per ipſos oratores pluribus verbis in tuę ſerenitatis & domus Francię gloriam & commendationem. Etenim fecit tua prudentia rem dignam laude & gloria immortali, & prout facere debetis, qui ſucceſſiſtis ſapientia in regno ijs Regibus, quorum deuotio & opera egregia erga Romanam eccleſiam & Chriſti vicarios ſemper pręcęteris conſpecta ſunt, quorum per ſemitas cum dirigas greſſus tuos, & ſanctam Romanam eccleſiam matrem tuam, qua decet pietate & fauore complectaris, non dubitamus quin Saluator noſter, cuius cauſam ſuſcepiſti, tibi abunde retribuat pro meritis tuis, quę ex Deo accepta & toti mundo grata extiterunt. Equidem nos ſemper firmiſſimam ſpem geſſimus in puritate mentis & conſcientię tuę, neque dubitamus vnquam, quin tua virtus ſupe-

pe-

peraret malitiam nonnullorum, qui omni timore Dei poſtpoſito, te auertere a tam ſancto propoſito, ac peruertere varijs coloribus conati ſunt. Sed quoniam fides tua ſuper petram fundata ſemper fuit, a certo tenemus, prout etiam experientia docuit, quod nullis vocibus impiorum, nullis turbinibus, nullo motu conquaſſabitur, ſed ſemper in melius proficiet, prout tanti Regis ſapientia, & tam illuſtris proſapiæ dignitas requirit. Verum vnum opus, quod tua virtus & deuotio videtur maxime requirere reſtat perficiendum, vt quædam ſanctio, dudum non a te, prout certi reddimur, ſed a nonnullis quærentibus, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti in diminutionem obedientiæ, quæ ſemper Romanis Pontificibus in regno Franciæ præſtita eſt in eneruationem auctoritatis ſedis Apoſtolicæ præter diuina & humana iura Bituris edita, per opus tuæ prudentiæ abrogetur, vt appareat omnibus velle te defenſionem auctoritatis & dignitatis ipſius ſedis & noſtræ tibi quodammodo a tuis progenitoribus hereditaria deuotione relictam conſeruare.

Significatũ Neapolim pontificijs ſubſidijs liberatam.

Quoad ea vero, quæ ſtatum chariſſimi in Chriſto filij noſtri Renati Regis Siciliæ illuſtris reſpiciunt, egimus quæ nobis poſſibilia fuerunt, prout ipſe Thomas nouit, nam ſubſidia miſimus non ſine magna impenſa, ſine quibus ciuitas Neapolitana in manus hoſtium procul dubio perueniſſet, & alia etiam ordinauimus, prout temporum conditio patitur, quæ ſpectant ad fauorem ſuum, propter quæ Rex Aragonum contra nos admodum turbatus eſt, & omnia quærit & agit, per quæ ſciat non parum nobis & Eccleſiæ ſe poſſe nocere, prout ea diligentius idem Thomas referet tuæ ſerenitati, &c. *Dat. Florentiæ.* Adduci non potuit Carolus Rex, vt pragmaticam ſanctionem aboleret: nec defuiſſe, qui Gallias inficere ſchiſmate pertentarint ex alijs Eugenij literis [a] ad Carolum ducem Aurelianenſem, qui recenter Anglico carcere laxatus fuerat, datis colligitur, quibus ipſum rogauit, vt in Gallico regno Apoſtolicæ ſedis dignitatem aduerſus Baſileenſes ſchiſmaticos aſſereret. De emiſſo e carcere Anglico eodem Carolo duce, Philippo Burgundo interprete, meminit Monſtreletus [b], traditque de pace inter Anglos & Francos concilianda tum ſuperiori anno inter Caletum & Grauelinguam, tum hoc anno apud Fanum S. Audomari plura facta colloquia, ſed irrito exitu, Gallo interea Rege Trecas & alias Campaniæ vrbes recuperante, contra vero Anglis Picardiam Normanniamque vaſtantibus [c].

Nonnulli impij Gallos in ſchiſma trahere conati.

a Lib. breu pag. 118.

Pax tentata inter Gallos & Anglos.

b Monſtrel vol. 2. hoc ann. pag. 176. 169. 176

6 Emicuit [d] in illo ſchiſmate Henrici Anglorum Regis in tuenda ſede Apoſtolica virtus, imitatuſque eſt exempla maiorum ſuorum, qui oborto ſuperiori ſchiſmate Vrbano & ſucceſſoribus conſtantes adhæſerant, ac primum cum Baſileenſes molirentur ſchiſma, oratoribus ſuis mandata dedit, vt ipſos a tanto ſcelere deterreret; deinde cum Amedeus a ſchiſmaticis thyara Baſileæ redimitus, encyclicis literis refertis hypocriſi & ſcelere præter alios principes Henricum etiam Anglorum ſubornare trahereque in errorem pertentaſſet, Henricus deteſtatus eius dolos lenociniaque, profeſſus eſt non alium Chriſti in terris vices, quam Eugenium gerere, eundemque de ſuo in ipſum ſtudio reddidit certiorem. Cuius conſtantiam religionemque ſingularem commendauit Pontifex, collocataque in luce factioſorum Baſileenſium nequitia, ad eum hortatus eſt, vt in priſtina pietate perſtaret.

d Lib. breu pag. 114.

Anglorum Rex Henr. conſtan[illegible] in [illegible] obſequio ſedis Apoſt.

Chariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Angliæ illuſtri ſalutem, &c.

Quod gentium doctor & Apoſtolus Paulus inquit, neceſſe eſſe hæreſes fieri, vt qui probati ſunt manifeſti fiant, id in te, fili chariſſime, veriſſime dici poteſt: probatur enim conſtans & inconcuſſa fides, ac erga nos & ſedem Apoſtolicam deuotio tua non ſolum coram Deo, cui occulta cordis notiſſima ſunt, ſed etiam coram hominibus, vt lumen ſapientiæ tuæ ſupra candelabrum poſitum omnibus eluceat in exemplum, imitatus ſiquidem tuorum prædeceſſorum veſtigia, qui ſemper in Eccleſiæ diuiſionibus Romanos Pontifices & ſedem Apoſtolicam verbo & opere confouerunt, Miſiſti ad nos literas plenas fide & deuotione tamquam teſtes & fideiuſſores tuæ erga nos & ſedem Apoſtolicam voluntatis, quæ quantam laudem, quantam gloriam, quantam exaltationem nomini tuo afferant, aliorum ſermonibus & relatione intelliges. Deus autem, qui ſolus eſt verus iudex, cuius iudicium falli nequit, tibi ſuæ Eccleſiæ defenſori felicitatem in hac noſtra vita & in futura æterna mercedem præparabit. Scribis per literas ex tui parte præſentatas nobis per dilectum filium Vincentium Clementem cubicularium noſtrum, quas propter tuum honorem publice legi fecimus ſumma omnium commendatione & æterno præmio digniſſimas, & primum quidem, quod timuiſſe te ais ea quæ agebantur per nefariam illam atque abominandam ſcelerum ſentinam Baſileæ congregatorum, ne quod periculum Eccleſiæ molirentur, ac propterea te oratores tuos miſiſſe ad illos ad reprimendam væſanam eorum temeritatem, & reliquos principes ad idem illud excitaſſe per literas tuas pie ac ſapienter: & tanquam catholicus vereque Chriſtianiſſimus princeps ſcribis. Quis enim fidelis Chriſtianus non timere atque exhorrere debuiſſet gladium nudum in furioſorum atque impiorum manibus poſitum? Quis ſanæ mentis non cenſeret tam malam arborem, quæ ita peſſimum atque execrandum fructum protulit, excidendam penitus fuiſſe, atque in ignem mittendam? Hic eſt fructus abominabilis & tot annorum meſſis nefaria illius ſacrilegę conuenticulę, quę cum ad reformationem Eccleſiæ, ad pacem Chriſtianorum, ad tollendas hereſes ſe congregatam diceret, cum ſe Gręcorum vnionem quærere ſimularet, nouam hereſim introduxit, bellorum ciuilium cauſas in populo fidelium ſeuit, eccleſias non ſolum deformare ſed ſcindere ac lacerare procurauit. Græcorum vnitatem multis verſutijs impedire voluit, licet incaſſum, cum plus valuerit Dei timor & prouidentia, quam illorum ſceleſtorum abominanda nequitia, quæ nos quoque animo preuidentes atque exhortentes hunc deteſtandum finem, cum iam ſchiſmatis & deſolationis Eccleſiæ ſemina ſpargerentur, tranſtulimus concilium ad ciuitatem Ferrarienſem, vt Eccleſia conſeruaretur, & reprobæ illi factioſorum hominum ſectę precluderetur aditus ad Eccleſiam perturbandam, ſed plus ſatanę calliditas & eius miniſtrorum perfidia potuit, quam noſtra prouiſio. Obturarunt illi aures ſuas velut aſpis ſurda, ne noſtras, ne tuas, ne aliorum principum fidelium ſalutares voces audirent, & ſatanę in interitum animę traditi obſtinata perfidia eum, quem iam conceperant, execrabilem fœtum parere voluerunt.

Quid cenſendum de Baſileenſi concil. poſt tranſlationem.

Noua hereſis a Baſileenſibus conflata.

Sed conſolamur in tua prudentia plurimum, quę iamdiu prævidens eos errare in inuio, declinaſti ab eorum ſeuitia, & eorum blaſphema opera

exhorruiſti. Primum reprehendiſti ipſorum ſacrilegas operationes, dein habuiſti eos tanquam ethnicos & publicanos, quod tibi perpetuam gloriam pariet, & regno tuo; Romana vero eccleſia, ac ſedes Apoſtolica perpetuo charitatis vinculo erit obligata. Illud vero ingentem laudem & commendationem atque etiam mercedem meretur quod, cum infelix illud in terris monſtrum ad lacerandam Eccleſiam ab inferis excitatum ſuis fallacibus literis & nuntijs vellet in lapſu ponere pedes tuos, tua virtus, reiectis falſis ſuaſionibus, oſtendit verbo & opere te ei diſſimilem, fidemque tuam ſuper petram & angularem illum lapidem, ſupra quem omne ædificium recte conſiſtit, fundatam ac ſolidatam eſſe, ita ve nullis turbinibus ventorum, aut tempeſtatum motibus agitari aut quaſſari poſſit. Sed hoc quoque, quod in literis tuis ſequitur, Dei gratiam in corde tuo diffuſam oſtendit, qui te tuam ſalubrem animæ tuæ & tuorum ſubditorum deliberationem ſumere perſuaſit: ſcribis enim te ad imitationem inclytorum prædeceſſorum tuorum vna cum ſubditis & vaſſallis tuis habiturum & ſeruaturum, ſicut hactenus, erga nos & Romanam eccleſiam puram & ſinceram obedientiam reuerentiam, & filialem deuotionem, daturumque operam, vt illud idem cæteri principes & alij faciant. Hæ laudabiles ſunt & Deo acceptæ primitiæ adoleſcentiæ tuæ, quas Deo offers in noſtram Eccleſiæque defenſionem, pro quibus retribuet tibi Deus in hoc ſæculo & in futuro, non enim ſolum ratione ſed exemplis quoque manifeſtum eſt eos, qui Eccleſiam ſanctam Dei, qui ſummos Pontifices & Romanam eccleſiam adiuuarunt & defenſarunt, quique ſchiſmata abominantes vnitati Eccleſiæ adhæſerunt, quique hæreticos & ſchiſmaticos ſunt perſequuti, proſperum, felicem, & longæuum ſtatum in hoc æuo fuiſſe ſortitos, & poſt exactam cum omni laude vitam æterna præmia conſequutos.

Contemni antipapa Anglos ſeducere.

Angliæ Regis vlcera inſignis.

Studioſi Apoſt. ſedis Reges Deo chari.

Itaque perſeuera, vt cœpiſti, chariſſime fili, ſuſcipiens noſtram & ſedis prædictæ tutelam, & defenſionem pro Eccleſiæ vnitate, & ad idem cæteros & literis & nuntijs hortare, prout laudabiliter decreuiſti, nam vt plurimum tecum ſentient omnes, & per noſtrum conſenſum delebitur macula illa, quæ Eccleſiam labefactat, euaneſcent conatus & vires eorum, qui aduerſus Chriſtum Domini ſurrexerunt, extinguetur incendium illud Aquilonari vento excitatum, cum fuerit principum fauoribus deſtitutum, hoc pacto vnitas conſeruabitur in Eccleſia, neque dabitur occaſio aut facultas cæteris in futurum ſchiſmata fabricandi. Quod autem firmiter tenes nos pro pace Eccleſiæ & tranquillitate fidelium curam & ſolicitudinem velle adhibere, rectiſſime ſentis, id neque obſcurum fuit antea, neque erit in futurum, nam & omnia egimus ſecundum Deum, per quæ omnis ſchiſmatis occaſio tolleretur ad reprimendam perfidiam improborum, & deinceps pro vnitate Eccleſiæ & veritate tuenda (quantum honor ſedis Apoſtolicæ patietur) opem & operam impēdemus, neque iniquitas aliorum nos a pietate & clementia auocabit, neque claudemus gremium ad pœnitentiam & vnitatem Eccleſiæ redeuntibus, expectantes, vt Dei miſericordia eorum mentes illuminet ſplendore ſuo, &c. *Dat. Florentiæ.* Commendauit a etiam Eugenius Hunfridi ducis Gloceſtriæ eximium ſtudium pro Eccleſiæ coniunctione aduerſus ſchiſmaticorum conatus in Anglia tuenda collocatum: *Eſt quidem*, inquit, *magna virtus tua, quæ ſe exercet in his negotijs, quæ Deo placent, & hominibus ſunt grata, cum ſpectent ad ſalutem Eccleſiæ & vnitatis conſeruationem, pro qua quilibet fidelis operam, ac diligentiam impendere debet: tot enim hoſtes illius inſurrexerunt, qui inconſutilem Chriſti tunicam ſcindere conantur, vt niſi fidelium principum virtus & fides exiſteret, ruinam maximam Eccleſia pateretur. Perſeuera igitur, vt cœpiſti, quoniam a Deo præmia condigna & ab hominibus gloriam & laudem reportabis. Nos vero & ſedes Apoſtolica tibi erimus ex his tuis laudabilibus operibus maxime obligati, &c.*

a Ib. pag. 116. & in m. ſ. Alex. VII. pag. 185.

Dux Gloceſtriæ Eugenij laudes meretur.

7 Non Galli modo & Angli ſpreuere antipapam, verum etiam eius expectationem feſellit ipſius gener Mediolani dux, vt refert Franciſcus Philelphus a in literis ad Florentinos datis: *Eo*, inquit, *conſilio atque mente rem tantam admiſiſſe*, nimirū Amedeum, *fatentur omnes, quod minime futurum dubitaſſet, vt ſe gener hic quam cupidiſſime ſequeretur: id quod etiam alios Chriſtiani nominis principes continuo facturos ſentiebat. Sed Philippus Maria nulla neceſſitudine, nullis precibus, nulla ingentiſſimorum munerum ac præmiorum ſpe induci potuit, vt amantiſſimo & bene merenti ſocero in hanc diem obſequeretur, intelligit enim primam ſibi neceſſitudinem eſſe cum Deo, nec plus cuiquam debere, quam Deo, nec vlla eſſe munera aut præmia cum virtute Deoque comparanda. xvi. kal. iuly anno a natali Chriſtiano* MCCCCXL.

Gener Antipapæ ab eo abhorret.

a Philelph lib. 4. ep. 20.

Execrati etiam ſunt antipapam & Baſileenſes Caſtellani, quorum doctores, qui Salamanticenſem academiam moderabantur, Eugenium verum Pontificē profeſſi aſperſas inſignibus pietatis & religionis notis literas ei miſere, grauiſſimis effuſis querelis in Baſileenſes, qui Dei Eccleſiā laniare ſchiſmate nō perhorruiſſent, quibus hæc reſcripſit Pōtifex b.

Hiſpani antipapam execrati.

b Lib. breu. pag. 114. & in m. ſ. Alex. VII. pag. 182.

Dilectis filijs rectori & vniuerſitati ſtudij Salamantini ſalutem.

Agimus primum gratias Deo ſaluatori noſtro, dilecti filij, qui vobis largitus eſt ſcientiam, qua ſapereris, quæ ſua ſunt, tum vero commendamus ex corde veſtram deuotionem, quæ firmata eſt ſupra petram aduerſus errores eorum, qui in viam ſathanæ abierunt. Neceſſe eſt, inquit veritas, vt ſcandala eueniant, verumtamen væ illis per quos ea euenerunt. Nam licet Petri nauicula varijs fluctuum tempeſtatibus ſæpius agitata ſit, dextera tamen Domini, quæ illam regit, non ſinit ſubmergi, ſed in portum tranquillitatis dirigit poſt tempeſtatem. Itaque cooperante eo, qui nouit aſpera deducere in vias planas, certo tenemus, quod illud Baſileenſe monſtrum in Dei contumeliam, in opprobrium fidei, in ſcandalum Chriſtianorum, in animarum interitum per filios perditionis erectum confringet virtus Altiſſimi, qui nunquam in ſe ſperantes derelinquit. Vos autem prout ſcribitis perſeuerate in bona diſpoſitione veſtra, & in ſolita erga nos & ſedem Apoſtolicam deuotione. Summam conſolationem in Domino ſuſcepimus ex veſtris literis, quas tam deuote tam reuerenter ſcribitis ad nos, condolentes de ijs, quę contra nos per Baſileenſium impietatem facta ſunt in deſolationem Eccleſiæ ſanctę Dei, & ipſius miſerabilem ſciſſuram. Sentitis & ſcribitis recte ac vere, prout decet veſtram prudentiam, & multum lętamur ſtudia veſtra bonum fructum tuliſſe in vobis, eum autem qui a vobis exiuit, ſed non ex vobis det Deus, vt reſipiſcat a laqueis diaboli. Sed veremur ne ex illis vaſis ſit, quę ſunt in contumeliam, vt iuſtitia Domini manifeſtetur in eis, fuerunt enim ſemper & ſunt multi inimici crucis Chriſti, qui ſpeciem agni oſtentant, vt tanquam lupi rapaces habeant quos deuo-

Commendati ab Eugen.

tent,

rent, & trahant in ſuos errores. *Vos autem reiecto* impio cum ſua impietate, ſuſcipite ſcutum defenſionis Eccleſiæ & vnitatis, quantum in vobis eſt, & reſiſtite aduerſantibus nobis & Apoſtolicæ ſedi, atque auctoritatem noſtram & dignitatem defendite, vt ſic agentes a Deo æterna præmia, & a nobis ac ſede præfata retributionem dignam veſtris meritis recipere valeatis. *Dat. Florentiæ.*

Fideles præmoniti vt cauerent ab antipapa.

Commonere etiam cæteros fideles, ne ſe Baſileenſium factioſorũ & antipapæ mendacijs illaqueari ſinerent eniſus eſt Eugenius, poſita ante omnium oculos Baſileenſium ipſorum inaudita improbitate, qui immani flagitio Eccleſiæ pacem conturbaſſent ſignifero impietatis Sabaudiæ duce, quem pontificatus ingens cupido diu multumque exagitauerat: tum confutauit ſingulas literarum antipapæ partes, in eoque oſtendit infeliciſſimum eſſe, quod Felicis nomen ſibi indidiſſet: demonſtrat Baſileenſem conuentum iuſtiſſimis de cauſis apoſtolica auctoritate ſolutum, concilijque maieſtate caruiſſe; eos vero, qui antipapam deligere auſi fuerant, nullatenus orbis Chriſtiani regna, eorumque auctoritatem referre potuiſſe; denique non tolerandum eſſe illius hypocriſim atque impoſturam, qui iactaret delatam pontificiam dignitatem ſe accepiſſe, vt ſchiſmata propulſaret, cum fœdiſſimum ſchiſma ea accepta conflaret. Quæ literæ a, licet in ijs nonnulla iam dicta repetantur, ob rei tamen grauitatem afferendæ viſæ ſint.

a Lib. bren pag. 132. & in cod. Vat. pag. 264.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis.

Affligitur ſumma amaritudine mens noſtra & torquetur ſuper eccleſię anguſtijs, quam videmus conculcari pedibus impiorum & lacerari ab improbis, qui per ſathanę verſutias pietatem Dei & fidem abnegantes, non ſolum ſuam perdunt, ſed & cæterorum quoque animas in æternam damnationem conantur traducere. Sciebamus tempora mala eſſe, & peccata hominum multa, ſed non extimauimus vnquam adeo impietatem & deſideria inſana quorundam Dei hoſtium, progreſſura, vt tanto vulnere, tam peſtifero morbo Eccleſiam fidelium iugulare & perimere vellent. Credebamus quoque adeo ſuperiorum ſchiſmatum pertæſos homines, vt non ſolum horrere & abhominari, ſed etiam perſequi deberent eos, qui noua ſchiſmata molirentur. At vero reperti ſunt non homines, ſed hominum figura, immanes belluæ, quæ pudore omni & timore Dei poſtpoſito vi, fraude, dolis, corruptela, mendacio pacem Eccleſiæ turbantes, diuiſiones in ea veluti fidei hoſtes conentur inferre. Horum dux & archipirata extitit ſathanæ alumnus Amedeus dux Sabaudiæ, qui iam ſex annis continuis ſub ficta hypocriſi & agni pelle rapacis lupi animum geſſit, quærens ſemper diſcordiarum & ſcandalorum ſemina, quibus aſcenſum ſibi ad ſedem pontificiam compararet. Itaque id ita palam & intemperanter fecit, ita deſiderium ſuum reprobum non occultauit, vt iam quinque annis palam de eo vulgatum ſit; quod poſtea vidimus ſubſecutum. Neque contentus erroris peſtiferi, neque damnatæ inſaniæ, qua mens eius dementi & cæca cupiditate oppreſſa eſt, alios quoque per ſuas literas in eandem peſtis labem, in eandem perfidiam, in idem præcipitium, confictis mendacijs, conatur attrahere, vt vere de eo conſtet id propheticum, in circuitu impium ambulare.

Baſileenſiũ improbitas in luce collocata.

Scribit, prout literarum ſuarum teſtatur principium, ſe Felicem (vellemus, vt id vere ſecundum Deum dicere poſſet, vt eſſet felix illa felicitate æterna, quæ eſt vera felicitas appellanda) ſed nimium ab illo nomine eius ſacrilega opera diſtant; qui ſi nouerit quanto ſe ſcelere, quam damnando flagitio, quanto dedecore, quanta infamia aſtrinxit, non dubitamus, quin ſe iudicet eſſe omnium, qui viuant, infeliciſſimum: quæ enim maior infelicitas eſſe poteſt, quam ſe conſtituere nouum hæreſiarcham, velut alterum Arium ad lacerandum Eccleſiam, ad ſcindendum populum Chriſtianum, & fideles Chriſti ad perfidiam traducendos? Quærit per literas iuſtificare iniquitatem ſuam ad excuſandas excuſationes in peccatis, cum dudum, vt bene ageret intelligere noluiſſet. Narrat infelix ille multis verbis, omnes principes Chriſtianos ad concilium miſiſſe, & nos concilio hæſiſſe. Hoc neque diffitemur, ſed tunc dicimus ea acta eſſe, cum verum erat concilium, cum nondum ſpiritus ſatanæ in cordibus nonnullorum infuſus eſſet, cum pro reformatione Eccleſiæ non deformatione congregati viderentur, cum eſſent ibi plures ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, cum nondum ſe hoſtes ſedis Apoſtolicæ, a qua omnis conciliorum auctoritas pendet, palam ſe profiterentur, cum vacare ſe profiterentur ad quærendam Græcorum vnitatem, quæ ſola illis maleficæ ſynagogæ cauſa fuit concilij ad certum tempus prorogandi, poſtquam eorum nefaria mens maligna conſilia opera perniciosa ex officina Amedei Sabaudienſis prouenientia palam facta ſunt: cum appareret palam illos ad ſcandalizandam Dei Eccleſiam congregatos, cum videretur aperte ſciſſuram per Dei Eccleſiæ hoſtes ex illius inſtructione fabricari, cum Græcorum vnio niſi in noſtra præſentia fieri non poſſet, cum varia ſcandala quotidie orirentur, cum ſolum depreſſio noſtræ auctoritatis & ſedis Apoſtolicæ quæreretur.

Quam falſo antipapa Felicis nomen acceperit.

8 Cumque nos veluti bonus paſtor, cui de ſalute omnium cura erat, tranſtuleramus tunc concilium ad ciuitatem Ferrarienſem, non concilium poſtea illud perditorum hominum peſtifer conuentus fuit, & malignantium ſynagoga, in qua nulla niſi deſtruendi & malignandi poteſtas fuit. Neque ad prætenſas ſuſpenſionem priuationemque, vt aſſerit, noſtram aut erectionem illius idoli execrandi vlli Reges aut principes Chriſtiani conſenſere, præter illum ipſum Amedeum architectum & fabricatorem omnium ſcandalorum, ſed & nullum quoque fore principem Chriſtianum certi reddimur; adeo modici conſilij, adeo paruæ prudentiæ, adeo perditi animi, & prodigum ſalutis animæ ſuæ fore, qui illi idolo hærere velit, & ſe perpetua infamia aſtringere, qui animam ſuam & ſibi ſubditorum populorum cupiat perdere, qui potius ſtatuam Moloch dedicatam, quam nos Chriſti vicarium & Petri ſucceſſorem velit in terris colere, qui denique cupiat dici a poſteris ſe fautorem ſchiſmatis extitiſſe. At idem longa verborum ſerie nomina multorum enarrat, qui ad ſe electionem, ſiue prophanationem de ſe factam detulerunt, ac ſi ignoti homines ſint, & qua ſpe, qua fraude, quibus artibus concitati ad tantum facinus neſciatur, quorum maior pars partim metu, partim præmio, partim odio & conſcientia ſcelerum miniſtri ſuorum operum extiterunt. Nam profanatio illa a quibus hominibus facta ſit, quam abiectis, quam indignis tanto pondere, quis ignorat? Octo ex natione Italica dicuntur fuiſſe, qui omnes Pedemontani & de dominio dicti ducis, qua in re manifeſta perfidia, & ſingularis fraus

Omnium ſcandalorum architectus ſuit.

Deſcribuntur quinam fuerint eius electores.

Digitized by Google

hanc ſtatuam deteſtabilem fabricantium fuit: nimis abiectum eſſet Italicum nomen & decus, ſi eius auctoritas & dignitas circa octo ſolum ducis ipſius ſubditos verſaretur. Nullus prælatus dilecti filij nobilis viri Philippi Mariæ Angeli ducis Mediolanenſis fuit, quin potius, cum hanc machinam fieri præſenſiſſet, omnes ſibi ſubditos ab illa infami conuenticula auocauit. Nullus dilectorum filiorum Venetorum Ianuenſium, Florentinorum, aut regni Neapolitani prælatus interfuit, cum multi ſint ſingulari doctrina, virtute, prudentia, & ſapientia excellentes. Sed octo ſolum ſatellites tanquam lictores ducis ab eo ad id opus electi, in quibus nullum veſtigium inerat Italicæ vel dignitatis vel auctoritatis. Galliæ nationis octo ſimiliter fuiſſe narrantur (quorum quatuor præfati ducis ſubditi, reliqui hi ſunt, vt magnum dedecus inſurgat tanto regno ita notabilibus prælatis prædito) eſſe deputatos ad tantam rem, vt aiunt, homines contemptos atque abiectos, qui talis regni nomen & gloriam ſuſtinere non poſſunt, quin illam potius dehoneſtant. Ex Hiſpania præter duos, quorum vterque temeritate propria abſque vllo legationis munere Baſileæ reſidebat, omnes Cathalani fuere, & ij aut ſine dignitate, aut omni dignitate indigni, & qua vi impulſi, ſatis conſtat. Ex Alamania præter epiſcopum Baſileenſem homines contempti, potius vino & epulis, quam vllo bono muneri aſſueti. Hoc eſt illud egregium conſortium ex tam claris hominibus ad electionem, vt dicunt, Pontificis deputatum, certe digni qui talem ſtatuam fabricarent.

Sed fuerint viri eximij, vt prælati omnes, qua auctoritate, quo exemplo, quo more tantum facinus auſi ſunt, quod vnquam concilium ex ijs, quæ vere ſunt concilia appellanda, Romanum indubitatum Pontificem auſum eſt priuare? cuius vnquam auctoritate (præter Conſtantienſe, & hoc vnitatis ratio poſcebat) alicuius ſummi paſtoris electio facta eſt? a quo concilio vnquam auditum eſt deputatos, qui vicarium Chriſti eligerent, vt ſchiſma in Dei Eccleſia ſuſcitarent? O Saluator noſter, quam magna eſt tua potentia aduerſus eos, qui oues tuo ſanguine redemptas in prædam ſathanæ tradere voluerunt! quam diſtat hoc infame ſatrocinium a ſanctitate & operibus ſuperiorum conciliorum! Reliqua concilia ad tollenda ſchiſmata celebrata ſunt, hæc phariſæorum ſentina ſchiſma nouum in Eccleſia excitauit. In alijs de tollendis hæreſibus agebatur: iſti hæreſiarcham tanquam alterum Machometh in Dei populo excitarunt. In concilijs priſcis de pace & concordia fidelium tractabatur, in iſta nequiſſima ſynagoga fabricatus eſt gladius ad perditionem animarum, & ad ſcandala & diſcordias excitandas, vt non mirum ſit ex tam nefaria hominum colluuione perditionis factum atque opus hæreſum emerſiſſe. At idem multum diſputat de conciliorum auctoritate tanquam alter Auguſtinus aut Hieronymus, & non ſimplex homo rudis, indoctus, & penitus literarum ignarus, vt ne ad ſacerdotium quidem digne aſſumi poteſt, qui ſi ſciret, quæ ſit vis conciliorum, quam inferior poteſtate vicarij Dei, non effunderet tot incaſſum verba, neque tueretur inſaniam quorundam dementium.

Impie antipapa igno al.

Hoc autem ridiculum videtur, immo compatiendum potius tantæ mentis cæcitati, ſcribi ab eo ad excuſationem tantæ præuaricationis, ſe onus illud ſibi iniunctum acceptaſſe ad euitanda

Fingit ſtudio pacis conſenſiſſe.

pericula, in quæ reſpectu Chriſtianorum incurrebat, & pro defenſione vnitatis Eccleſiæ, & ad ſchiſmata propulſanda, vt matri Eccleſiæ in ſuis afflictionibus ſubueniret, & vt bono publico Chriſtianorum ſuccurreret, multaque fictæ pietatis indicia inſerit literis homo impius & crudelis, vt fideles Chriſti a vera fide ad hæreſim impiam auertat, vt tenebras falſitatis obducat veritati, & confictis mendacijs, quibus illæ literæ ſunt refertæ, fidelium animas ſeducat, vt veriſſime de eo dici poſſit, venenum aſpidis ſub labijs ſuis. Scimus veritatem quoque flecti & conculcari ad tempus poſſe, ſed nequaquam extingui aut funditus interire. Itaque confidimus in eo, qui ſolus eſt veritatis & fidei ſuæ protector ac defenſor, quod illuſtrabit mentes fidelium & tergiuerſationes malignantium, & noctem eorum peccatis obducentium ſuo lumine reſerabit.

Pateſſacta eius verſutia.

Verum, vt ne nos veritatis defenſioni defuiſſe videamur, quis æquo animo ferat tantam mendaciorum congeriem in perniciem hominum fabricatam? nam quæ pericula Chriſtianæ reipublicæ imminebant, niſi quæ illorum malignorum audacia & ſcelera procurauit? Quod tunc ſchiſma erat in Eccleſia, quæ diuiſio, vt ad eam tollendam nouo ſchiſmate & idolo opus eſſet? Nullæ erant afflictiones, niſi illæ, quibus Baſileenſium ſcelera Dei Eccleſiam afflixere. Magna pietatis indicia & compaſſionis ſigna fuerunt Eccleſiæ vnitatem ſcindere ob regnandi cupiditatem, nouam hæreſim inducere ob fidei fauorem, & tanquam luciferum ponere ſedem ab Aquilone, vt eſſet ſimilis Altiſſimo, diuidere populum Dei, vt adoretur imago beſtiæ diuiſionis ac ſchiſmatis inſtitutrix & auctrix, qui bellum pro pace, diſſenſiones pro concordia, ſchiſma pro vnitate, odium pro dilectione, pro quiete afflictiones, ſuperbiam pro charitate in Chriſtiano populo introduxit. Hæc ſunt pij, vt ait, hominis opera, quibus peiora nullus Manichæus, nullus infidelis, nullus Dei hoſtis facere potuiſſet. Rem peſſimam, Deo hominibuſque inuiſam, & ab omnibus fidelibus vindicandam verborum ambage & miſericordiæ obumbratione conatur defendere. Sed ille, cuius lux etiam in tenebris lucet, illuminabit ſuorum fidelium corda, neque permittet veritatem opprimi potentia, aut a conatu malignantium ſuperari, infundetque mentibus hominum, vt ſi qui perditionis filij ſua ſponte voluerint, nequaquam in eandem perditionem ſe attrahere permittant. Plura ſchiſmata in Dei Eccleſia excitata ſunt, ſed eorum auctores poſt æternam damnationem, etiam in hac vitæ legimus meritam pœnam fuiſſe perpeſſos, nos autem ſupplicamus Altiſſimo non, vt aliquem puniat, ſed vt ignoſcat illis, & det gratiam vt reſipiſcentes a laqueis diaboli ad viam veræ pœnitentiæ, & ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ reuertantur.]

Pro concordia, ab eo inducta diſcordia.

9 Grauiter etiam inuectus eſt in eundem antipapam aculeata oratione Poggius [a] Florentinus, qui Pontifici a ſecretis erat, in qua ſubdolas illius encyclicas ad fideles peruenturas exaratas literas redarguit contentoſque in ea dolos detegit: *Legi, inquit, nuper oblatum mihi exemplar cuiuſdam non epiſtolæ, ſed ſomnij hominis delirantis, qui quod dicat aut ſcribat ignoret. Et certe arbitror illum, cuius nomine ſcripta eſt, quid ea epiſtola contineat inſcium non intelligere, quæ ſunt ſcripta. Quid enim ſciat, qui nunquam literas didicit, nullum vnquam neque profanam doctrinam perceperit, nullum Dei præceptum legerit. Sed tamen tanta iactantia referta eſt, tanta* ver-

a Pogg. in Felic. antip. inuectiu.

Iuuati ſceleris immanitas.

verborum magniloquentia, tanto ambitu ſententiarum, vt quæ ab Amedeo dicta neſcias, ab aliquo ex priſcis illis doctiſſimis viris Romanis Pontificibus profectam putet, Gregarium aut Leonem loquentem exiſtimares, non eum, qui literas neſcit, qui ſacra ac profana eodem loco habeat, qui religionem in quæſtum verterit, qui ſchiſma ad quærendum aurum in Eccleſia excitauerit, qui veritatis, hoc eſt ipſius Dei, hoſtis acerrimus tanquam naufragus & nudus omni ſpe auxilioque deſtitutus mendicando ac mentiendo omnium ſpem atque auxilium imploret. Sed nil tibi proderit ſimulata verborum fucatio, nil illa peruerſa via. Quem te dicis habere vnionis appetitum, notus es omnibus, nota mens, nota facinora. Itaque alias fallacias quæras oportet, cum in his parum profecerit calliditas tua; multis ſchiſma deteſtatur. O peruerſum ſanctitatis genus! cur potius ſchiſma, quam teipſum huius ſciſſuræ principem deteſtaris? cur non abhorres ſcelus tuum, qui illud ſchiſma conflaſti? Cur non odis pertinaciam ac peruicaciam tuam, qui fabricantibus ſciſſuram Eccleſiæ fomentum ac robur addidiſti? nam quis ſecem illam barbaram in ſuum dominum incitauit? Amedeus: quis illorum inſaniam contra Eugenium excitauit? nempe Amedeus: quis pecuniam illorum cupiditati porrexit? hic idem Amedeus: quis eſt in idolum aduerſus Chriſtum erectus? Amedeus: & tu ſchiſma tibi odio eſſe dicis, vnitatem appetere profiteris, qui vnitatis hoſtis acerrimus illis gladiatoribus arma porrexiſti, quibus ſcinderent inconſutilem tunicam Ieſu Chriſti? Nonnulliſque interiectis verbis: *A te malorum omnium ſatore tanquam a præcipuo fonte cauſa exorta eſt omnium Eccleſiæ calamitatum. Tu ſuaſor, impulſor, adiutor, auctor, architectus huius tam præclari operis extitiſti: tu in diuiſione Eccleſiæ ſalſam hereditatem ſubripuiſti, vt tibi partem poneres cum iniquis. At quam humiliter draco loquitur vorax, quam ſubmiſſe, quam molliter, vt pacem Eccleſiæ videatur appetere. Cur non illam præbes populo Chriſtiano, quam ob ea ſolus per ſummum ſcelus eripuiſti? cur non cedis alienæ dignitati? cur non renuntias faſtigia a te per ſummum dedecus occupato?*

Sed quod ridiculum eſt & mihi riſum mouit plurimum, extollit concilium, vt appellas Baſileenſe & ſuam probationem dicit a Deo prouenisse. Magna profecto fuit Deo cura excitare alterum ſathanam, qui fidem ſuam peruerteret, qui tartari ianuas patefacaret, quo ipſe ſuique cultores eſſent deſcenſuri, magna Amedei merita apud cæleſtes erant, vt omnes eniterentur ſchiſma fieri, vt ipſe in throno ſathanæ conſtitueretur; nam quod in illa ſceleratiſſimorum factione hominum tuas vires, tuam auctoritatem, tuam fidem colloces, recta ſatis iniquos cum iniquis animo & ſententia conuenire. Quis enim ignorat qualis fuerit illa tumultuaria inquinatiſſimorum hominum manus? Quis non nouit quales viri, quam nefarij, quam reprobi, quam ſceleſti in illa ſentina nequitiæ fuerunt verſati? Apoſtatæ, fornicarij, inceſti, raptores transfugæ turpi conuicti crimine, blaſphemi, Deo & ſuis ſuperioribus rebelles, fæx denique pretio & mercede a te corruptore conducta illa colluuies fuit, quæ Baſileam profecta eſt, te duce, ad explendas varias libidines, & impunitatem ſuorum ſcelerum conſequendam. Et infra.

Factioſi Baſileenſis ſynagogæ contaminatiſſimi.

At minime cupidum dignitatis pontificalis ſcribis te fuiſſe. Quid ergo te impulit, vt homines illos perditos auro, ſpe, præmio, precibus per quoſdam, quos nouimus corrumperes, vt tibi fauerent inuenires, vt te eligerent cogeres, niſi mens cæca cupiditate dominandi & auri auaritia æſtuans, ac feruens ambitione tunc tot pecunias vt nihil prodeſſent, incaſſum effudiſti? Tu ne gratis, nulla alia ſpe motus animam ſathanæ deſpondiſti? At credo illorum patrum grauitas, morum ſanctimonia, auctoritas te mouit, illorum virtus te decepit, & ad credendum eorum decretis te inuitauit. Homo ſimplex eras, rudis, atque illorum peruerſitatis ignarus, impulſus, deceptus, eluſus fuiſti, fatearis ſaltem ſtultitiam tuam, vt malitiam fugias; ſatius eſt enim ſtultum, quam malum videri. Sed neque deceptus es, neque errore prælapſus, diutius excogitatum præmeditatum prouiſum hoc tuum conſilium fuit, tu omnium rerum machinator atque inſtructor, tu ſchiſmatis ſuaſor atque impulſor extitiſti.

Corrupti auro & promiſſis ab Amedeo.

Meditatum diu fuit ſcelus.

10 Aucta eſt Amedei inſolentia, cum vacuo Cæſareo ſolio ſeptemuiri, qui ſchiſmaticorum improbitatem retundere debuerant, tuendæ pacis inani ſpecie pacem confuderunt, dum qui Eugenio & Florentino concilio adhærere debuiſſent, acephalos ſeſe conſtituere [a] xxi. martij Francofurti profeſſi, neq; Eugenij aduerſus Baſileenſes, nec Baſileenſium aduerſus Eugenium edicta ſe ſuſcepturos: *Diſſidij*, inquiunt, *ſincero corde condolentes non immerito veremur, niſi firmiſſima fraternaque conſtantia noſtra ſolidaretur integritas, ipſius diſſidij ſcintilla flammas diſcordiæ vſque ad apicem columnaſque ſacri imperij prætendas, vt ſic vtriuſque gladij poteſtate conciſa atque confracta alter alteri minime ſubuenire poſſet: electio quoque Romani principis, per nos de præſenti celebranda ſub prætextu cuiuſcumque cenſuræ annullari queat, ideoque huiuſmodi periculis quærentes quantum valemus occurrere, ac vnionem & zelum fraterni amoris inter nos tenacius conſeruare, ante omnia proteſtamur, quod per ea, quæ nunc dicimus, ac per alium quemcumque actum, quem facturi ſumus ab obedientia & reuerentia ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſanctæque matris eccleſiæ nullo vnquam tempore diſcedere volumus nec in aliqua vacillare, quinimmo prout debito Chriſtianæ religionis, cuius profeſſores ſumus & ſacramenti vinculo tenemur, ipſam ſedem Apoſtolicam ſanctamque vniuerſalem eccleſiam matrem noſtram ſincera mente veneramur & illi integraliter obedire: quia verò inter prædictum ſanctiſſimum dominum noſtrum, ac ſacrum Baſileenſe concilium (quod dolenter ſuſtinemus) expreſſa vigent diſcordiæ, aduerſa quoque quotidie proceſſus & mandata procedunt ab eiſdem, quæ mentes noſtras adeo perplexas reddiderunt, vt pro debita fragilitatis humanæ de illarum viribus habeamus merito dubitare. Sed quia pro electione Romani principis, in præſentiarum congregati ſumus, cui dum adhæremus iuxta traditam a D. Carolo IV. Romano Imperatore nobis normam nullis debemus exteris cogitationibus perturbari, ſed eidem electioni quietis mentibus intendere, ideoque edicimus & proteſtamur ac bona fide promittimus, quod in præmiſſa diſcordia inter ſanctiſſimum Dominum noſtrum & ſacrum Baſileenſe concilium nullam partem aduerſus alteram de præſenti quomodolibet fouere proponimus, &c. Actum Francfordiæ anno Domini* MCCCCXL. *die* XXI. *menſis martij.* Sanxerant idem principes ſuperiori anno in Maguntino conuentu, nimirum neque Eugenio Pontifici concilioue Ferrarienſi aduerſus Baſileenſes, neq; Baſileenſibus aduerſus Eugenium adhæſuros, quod ſi Ludouico Arelatenſi pſeudocardinali ſeditionis auctori, id adeo viſum eſt indignum, vt exclamarit, referente Ænea Siluio [b]: *Illud quomodo ſtare poſſet, ſe minime intelligere, quod neque concilio neque Papæ ſe obedituros ſtatuiſſent, quoniam aut illi parendum eſſe aut iſti, tertium nullum eſſe tribunal, cui foret obediendum in his, quæ fidem vel animarum ſalutem reſpicerent.* Multo magis Eugenio indignum viſum eſt, adeo vt in Germanos ſibi non obtemperantes animaduertere decreuerit, at illos ex eo efferatos pene defectionem ad antipapam molituros, ſed iterum in viam ſalutis reuocatos Baſileenſium ſchiſma damnaſſe ſuo loco dicetur.

Aucta ex interregno antipapæ inſolentia.

a Ext. apud Ca.l hiſt. Auſt. lib. 9.

Neutralitas facta in Mogunt. conuentu.

b Æn. Sylu. lib. 1. de geſt. conc. Baſil.

Inte-

Interea eo amentiæ progreſſi ſunt nouatores Baſileenſes; vt cum ipſi eſſent numero pauciſſimi, atque ideo nomina in decretis veteri more adijcere eos puderet, ſe veram eſſe Eccleſiam iactitarent, negarentque Pontificem legitime, vt fatebantur, electum in cœtu centum & quadraginta epiſcoporum orientalium & Latinorum Eccleſiam referre; nam ſi de multitudine agebatur, inferiores numero Baſileenſes concilij Florentini patribus extiterunt, vt qui vnum tantum Cardinalem eumque perduellem, & circiter viginti partim abbates partim epiſcopos perduellionis reos numerarent, adeo vt diuina oracula ad colorandum facinus ab iiſdem
a Baſileen conc. in reſp. ſynod
vſurpata [a] magis Florentino quã Baſileenſi conuenirent: *Si te non audierit, dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.* Quam autem perperam inferant Baſileenſes ex conceſſa hac Apoſtolis ligandi & ſoluendi poteſtate in ſubditus, datam etiam in Petrum eorum principem ſiue epiſcopis Apoſtolorum ſucceſſoribus in Petri ſucceſſorem,
Abuſi Baſileen. diuinis oraculis.
b Turrecr. ſumm. de eccl. l. c. 61
demonſtrat Ioannes Cardinalis tit. S. Sixti [b]: *Quod prædicta*, inquit; *auctoritas non faciat ad aduerſariorum propoſitum, ſed magis confirmet propoſitum noſtrum, patet ex ordine temporis, quo Chriſtus verba illa dixit Apoſtolis, quoniam, vt inquit S. Thomas, in IV. diſt. XXII. quamuis omnibus Apoſtolis*
Poteſtas ligandi & ſoluendi primo collata Petro.
data ſit communiter poteſtas ligandi & ſoluendi, tamen vt in hac poteſtate ordo aliquis ſignificaretur, primo ſoli Petro data eſt, vt oſtendatur, quod ab eo in alios debeat deſcendere, propter quod ei ſingulariter dixit Chriſtus. Confirma fratres tuos, & paſce oues meas, id eſt loco mei, vt dicit Chriſoſtomus. Præpoſitus & caput eſto fratrum tuorum, vt ipſi te in loco mei aſſumentes vbique terrarum te in throno tuo ſedentem prædicent & confirment. Et infra: *Eodem modo reſpondetur ad auctoritatem Rabani in glo. Dicimus enim quod poteſtas data Petro ſit data alijs Apoſtolis, nihilominus tamen differenter, ſicut exemplariter poſſumus dicere, quod Deus dedit lumen ſoli & ſtellis, ſed differenter, quia ſoli immediate & in plenitudine, ſtellis vero per medium ſolis & in minori quantitate, ſic Chriſtus dedit Petro immediate & in plenitudine, alijs vero mediante Petro vicario ſuo generali, & gubernatore totius orbis Chriſtiani, & in quantitate ſiue menſura per Petrum limitanda ſecundum partem ſolicitudinis, ad quam eſſent euocandi.* Abuſi ſunt etiam Baſileẽſes hoc oraculo: *Vbi duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum.* Si de coniuratorum exiguo numero & pertinacia glorientur, in eare inhæſere veſtigijs hæreticorum, quibus nunquam fuci ad ſubornandum flagitium defuerunt; nam illi de tranſlato ad orientalis eccleſiæ promouendam coniunctionem concilio cuius transferendi a Pontifice nulla vnquam maior & auguſtior cauſa occurrere potuit velut de concitata perſecutione
Inſanæ Baſileenſium querela.
c Epiſt. ſynod. Baſil. pag. 146.
in Eccleſiam impudenter queſti ſunt: *Obijciunt alij* [c], *quod in ſancta ſynodo*, ita ſchiſmaticam vocant, *permanentes pauci numero, fuerunt ad exercendos actus iuridicos ſuſpenſionis ab adminiſtratione papali & depoſitionis olim Eugenij, ac ſubſequentis electionis ſanctiſſimi Domini Fœlicis Papæ V. quæ quidem obiectio, ſi illi debeat ſuffragari, qui ſynodum perſecutus eſt, qui omnibus modis homines ab ea ſubtrahere & ſeparare laborauerit, & aduerſus illos militet, qui tempore perſequutionis permanſerunt, qui omnes de orbe*
Abſona eo rundem argu. ta.
ad ſuccurrendum & prouidendum eccleſiæ Dei per epiſtolas & oratores vocare integro ferre biennio non ceſſauerunt, quis non videt ex hoc conciliorum auctoritatem proſterni & confundi? nam ſemper ſummus Pontifex dum ſynodum rumpere volet aliquos exinde abſtrahere poterit, ſi autem alij permaneant obijcietur eis paucitas ſicq; videntes ſe nihil proficere paſſes ſynodum in tantum deſerent, permitteturque agere cuilibet ſummo Pontifici quidquid libuerit.

Hæc Baſilenſes pietatis inane ſpecimen ſceleri obtendentes, appellantesque impie perſecutorem Eugenium, quod priuatis ſeditioſorum voluntatibus & commodis obſtaret, Baſileenſemque ſynodum, quæ tot annis tenuerat, in Italiam tranſtuliſſet, ob grauiſſimas & iuſtiſſimas cauſas: *Etenim in*
Speciosus Baſileenſiũ fucus.
a Turrecr. de eccleſ. l. 3. c. 69.
Baſileenſi concilio, inquit Turrecremata [a], *ſub colore conuerſionis hæreticorum aut reformationis Eccleſiæ in capite & in membris protracta ſunt multa mala & ſcandala orta; vſurpata enim ſunt Apoſtolicæ ſedis priuilegia, plurima mala dogmata ſeminata, &c.* Cumque male ſe egiſſe nollent fateri, ſchiſma conflarunt & ſchiſmatis culpam inique impieque in Eugenium & vniuerſam Eccleſiam coniecerunt, donec poſtea geſta reſcindere coactos viſuri ſumus.

Quod autem attinet ad ignominiam calumniæ, quam illi Romanis Pontificibus inurere auſi ſunt, quaſi publicum Eccleſiæ bonum prouehi in concilijs nolint, eos temeritatis ita perſtringit idem Turrecremata: *Multa in his aduerſariorum argumentationibus præſupponuntur, vt puta, quod ſolus Papa inter omnes de concilio obuiet bono vniuerſalis Eccleſiæ, aut quod ipſe videret neceſſitatem Eccleſiæ & fidei periclitationem niſi concilium continuaretur, & tamen, quod ipſe ſolus nollet continuationem concilij, & multa ſimilia, quæ aduerſarij facile & temerarie iudicant in ſummis Pontificibus, licet tantæ iniquitatis exempla nuſquam ſuperioribus temporibus expreſſe in aliquo vero Romano Pontifice legerint. Nos reſpondemus, non quia credamus illa tanta facilitate poſſibilia, quanta aduerſarij illa poſſibilia ſupponunt, nobis enim non videtur tantum malum de ſummis Pontificibus facile iudicandum, conſiderata maxime prærogatiua illius Apoſtolicæ ſedis, tam ex parte diuinæ pollicitationis, quam ex parte excellentiæ meritorum ſanctorum Pontificum, qui in ea ſederunt, vnde Symmachus Papa in cap. non nos diſt. 40. dicit. Quis enim ſanctum dubitat, quem apex tantæ dignitatis extollit, in quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ a loci prædeceſſore teſtantur, aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtret.* Hæc merito Turrecremata ſcripſit aduerſus Baſileenſes, qui contra Eugenium egregijs virtutibus in Eccleſia vniuerſa præfulgentem, ac diuinæ gloriæ propagandæ excindendæque Mahumeticæ impietatis ſtudio flagrantem inſtinctu dæmonum impulſi coniurauerant, vt orientalium eccleſiarum coniunctio conciliata cum Latina ob ipſorum turbas diſſolueretur. Cæterum dum aliqui Pontifices a ſanctitatis officio defecere, prouidit Deus, ne ex priuatæ perſonæ vitijs aliquod detrimentum fides pateretur, vt Baronius & Bellarminus Cardinales demonſtrarunt. At Baſileenſes cum reformare Eccleſiam ſe velle iactarent, eam, quantum in ipſis fuit, hæreſi & ſchiſmate deformarunt, quorum dolos poſteriores nouatores ſunt ſecuti.

Querelæ Baſileenſiũ
Delapſi deinde ſunt Baſileenſes ad inanes querelas, & qui multa ob perduellionem erant paſſi, ea ſe pietatis ſtudio perpeti more hæreticorum iactarunt; & eum omnes, qui ipſorum factionem deſeruerant, atque ad Pontificem pro conciliandis
b Baſileen. in ep. ſyn 6. id. nou. 1440.
Romanæ eccleſiæ Græcis ſe contulerant, Eccleſiam deſeruiſſe deblaterarunt: ſe autem cum Apoſtolis comparare non ſunt veriti [b]; quam cantile-

tilenã hæreſiarchæ omnes inſuſurrare conſueuerant. Sunt enim hæc blaſphemorum & hypocritarum verba [a]: *Sed nunquid illi, qui non ſugerunt, qui non deſeruerunt ſynodum in neceſſitate, qui non fidem veritatem & iuſtitiam*, ita illi colorant ſchiſmatis flagitium, *conculcari permiſerunt, quique pro his ſuſtinendis tribulationes & dolores peſtem, guerram, penuriam, & cæteras aduerſitates ſubierunt, propterea culpandi ſunt? Nunquid Apoſtoli, qui in numero pauci cum Chriſto permanſerunt in tentationibus ſuis, alijs diſcedentibus ideo male egerunt?* Male illi gloriabantur manere ſe cũ Chriſto, dum ſe a Chriſti vicario ſegregabant. Subdunt quoque: *Nonne ſatis elucidatum fuit in ſupradicta ſynodali reſponſione, quæ incipit. Cogitanti; conſentiente in hoc & cooperante tunc legato apoſtolico quomodo illi, qui permanerent in ſynodo vſque ad finem operis ſui commendandi eſſent.* Si autem audiendus uiſus ſit legatus apoſtolicus, multo magis ipſe Pontifex audiendus fuit, & ſi errantem legatum ſecuti ſunt multo magis pœnitentem ſequi debuerunt: is vero fuit Iulianus Cæſarinus S. Angeli Cardinalis, qui Æneæ Syluio geſta in Baſileenſi concilio illi objicienti ingenue ſuum errorem faſſus eſt, hiſce verbis [b].

Obſtinati in perfidia exuiere.

Hæretici comparant ſe cum Apoſtolis.

b Iul. Card S. Ang. apud Piũ II. in bull. retract.

Iul. Card. Cæſarinus initio adhæſerat Baſileenſibus contra Eugenium. Poſtea errorẽ agnouit.

Præſumpſi de meipſo, dum eſſem Baſileæ nimis quamuis deceptus decepi, & credens prodeſſe nocui, in medio Eccleſiæ docui, quæ non didici, cæcus erraui & in tenebris ambulaui, reliqui tandem eccleſiam malignantium, & cum impijs ſedere recuſaui. Reuelauit Dominus oculos meos & conſideraui mirabilia de lege ſua, cognoui priorem errorem, & quantum a vero prorſus abijſſent Baſileenſes plane intellexi. Adij Romanam curiam, & Eugenio cum fuiſſem rebellis ſubmiſi ceruicem, a quo miſericordiam conſecutus ad vnionem Græcorum nauaui operam, & illis Romanæ eccleſiæ reconciliatis aduerſus impios Turcas legationem accepi. Caſtigans caſtigauit me Dominus & morti non tradidit me, ſed humiliatum exaltauit, quia cognito in errore non perſeueraui, ſed mox in viam redij, & ex magiſtro factus diſcipulus, ex magno paruus expurgato veteri fermento, nouum hominem indui & veræ matris lacte nutritus ad fontem veri perueni, quem ſancti doctores oſtendunt Græci & Latini, quorum vna vox eſt, ſaluari non poſſe, qui ſanctæ Romanæ eccleſiæ non tenet vnitatem, omneſque illius virtutes mancas eſſe ei, qui ſummo Pontifici obedire recuſat, quamuis in ſacco & cinere iacens dies & noctes ieiunet & oret, & in cæteris videatur legem implere, quia melior eſt obedientia, quam victimæ, & omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta eſt, & Romanum præſulem in Eccleſiæ vertice conſtitutum eſſe conſtat, a quo nullam ex ouibus Chriſti exemptam nouimus. Ego ad ouile redij, qui diu erraueram extra caulas, & paſtoris Eugenij vocem audiui, tu, ſi ſapis, idem facies. Hæc Iulianus Cardinalis apud Pium II.

Omnes virtutes mancæ ſunt in eo qui Pontifici non paret.

10 Addidere aliud ſophiſma Baſileenſes ſic inquientes: *Quis poteſt iam ſub colore paucitatis vel alio quocumque occaſionem quærere non obediendi concilio in actibus præfatis? quod ſi deinceps liberum ſit vnicuique de actibus ſynodalibus recipere, quæ volet, quæ nolet abijcere, reputare concilium velut habens poteſtatem cum placuerit, cum non placuerit, non reputare, non audire eccleſiam niſi quando & quomodo voluerit, quis dubitat ex hoc omnem conciliorum auctoritatem proſterni, omnemque obedientiam illis debitam fruſtrari?* Hæc illi, cum tantis tenebris ſchiſmatis ſtudio ſe inuoluerent, vt vera concilia a ſpurijs diſcernere nequirent, ſed ea ratione hæreticalia cum catholicis confunderent, dum nolebant agnoſcere ea vera, ijſque parendum, quæ confirmantur a Pontifice, vt pote Eccleſiæ capite, ſummoque Dei vicario, quæ ab eodem reijciuntur reijcienda, vt ex ſacris canonibus confirmat Ioannes Franciſcus Poggius [a]: *Generalia*, inquit, *concilia profeſſione Romani Pontificis roborantur, 16. di. Propter & cap ſextam c. ſancta & c. placuit ſemperque in conſtitutionibus per concilium promulgatis auctoritati Papæ defertur, vt ita demum ſint ratæ, ſi ab eo probentur, vt canones ipſi aperte teſtantur 25. q. 1. §. his ita de elect. c. ſignific. Præterea Zoſimus 25. q. 1. c. 1. Papa ait. Prima ſedes vnamquamque ſynodum ſua auctoritate firmauit.*

Sophiſma Baſileenſiũ contra Pontificem Romanum.

Quomodo acta conciliorum valeant.

a Pog. lib. de poteſt. Papæ p. 3 arg. 25.

Cum vero Baſileenſes in ſuperiori ſophiſmate omnia concilia etiam ſine pontificio aſſenſu & directione celebrata errare non poſſe ponerent, Ioannes [b] Turrecremata Cardinalis S. Sixti egregie eos confutat; vbi enim concilia, quibus inhæret Pontifex Eccleſiæ militantis caput errare non poſſe demonſtrauit, tum ſubijcit de alijs concilijs: *Concilium vniuerſale non interueniente conſenſu & approbatione Apoſtolicæ ſedis errare poteſt in his, quæ fidei ſunt; quæ concluſio exemplis & auctoritate oſtenditur. Exemplariter patet primo de concilio, quod copioſo numero epiſcoporum conueniente Arimini celebratum eſt, in quo, vt dicit Hieronymus in altercatione Luciferiani & orthodoxi, nomine vnitatis & fidei infidelitas ſcripta eſt. Hoc concilium B. Auguſtinus vocat latrocinium, hoc concilium damnatur in canone in cap. ſancta Romana eccleſia, vbi Gelaſius Papa inquit. In primis Ariminenſem ſynodum a Conſtantio Cæſare Conſtantini filio congregatam mediante Tauro præfecto ex tunc & in æternum confitemur eſſe damnatam: ſecundo idem oſtenditur ex concilio Epheſino II. quod in euerſionem fidei agitatum eſt, & in eius correctionem Leo Papa Chalcedonenſem ſynodum inſtituit:* & ſic de multis alijs poſſent exemplo induci, & illis etiam de Baſileenſi, quod & ſcandaloſum & in multis a ſanctorum patrum doctrina erraſſe videtur. *Præterea, quod concilium præfatum errare poſſit ſatis aperte colligitur ex B. Iſidoro in c. Domino ſancto di. 50. vbi ait, quod ſi in geſtis conciliorum diſtans ſententia, inuenitur, illius concilij ſententiæ ſtandum ſit, cuius quidem potior & antiquior extat auctoritas, nunquam autem ad inuicem poſſunt diſcordare niſi altero illorum a vero declinante, quoniam ſecundum Philoſoph. 1. ethicorum, omnia vera conſonant, ſed falſum eſt quod a vero diſſonat: hoc autem nequaquam dixiſſet Iſidorus ſi fuiſſet impoſſibile concilium aliquod errare. Idem etiam colligitur ex cap. cuncta per mundum 9. q. 3. Item Aug. in epiſtola contra Donatiſtas ait. Itaque concilium illud peruerſum atque nefandum maxime, vt creditur, traditorum fuit. Ex his exſufflatur fantaſia ſtulta eorum, qui omni concilio non errandi gratiam quaſi eſſentialiter ineſſe affirmant, &c.* Adiunxere Baſileenſes ſubdolas hortationes ad fideles ad eos ſuis erroribus irretiendos, concludentes male, ſi conſilio Baſileenſi antea parendum eſſet, dum ſcilicet auctoritate pontificia firmiſſima petra nitebatur, etiam poſt factam ab ijs ſis in ſummum Eccleſiæ caput conſpirationem illi parendum. Denique hanc loci ac temporis notam adijciunt: *Datum in congregatione noſtra generali in eccleſia maiori Baſileenſi celebrata VI. idus nouembris anno a natiuitate Domini MCCCCXL.*

b Io. Turre cremata ſumm. de eccl. lib. 3 c. 58.

Demonſtratur concilia errare poſſe ſi nõ dirigantur a Pont.

c Steph. Inf. ſſ. in. ſ. arch. u. Vat. Blond dec. 3. lib. 10. S. Ant 3. p. tit. 22. c. 11. §. 10. Aen. Sylu. l. 2. c. 4. Pog. lib. 7. Corius p. 5. & alij.

11 Inter hos ſchiſmatis fluctus editum eſt in Ioanne Cardinale Vitelleſco domi militiæque clariſſimo humanæ calamitatis exemplum. Eum vere an falſo apud Eugenium delatum, inque ſuſpicionem affectatæ tyrannidis adductum ferunt [c]: occulta præterea cum Philippo Maria Mediolani duce agitaſſe conſilia, arcana cum Nicolao Piccinino, col-

Card. Vitelleſcus conjuraſſe fertur cum duce Mediol.

Digitized by Google

colloquia ſeruiſſe, clamque literas miſiſſe acceepiſſeque. Vtcunque ſe res habuerit, Antonius Ridus præfectus Hadrianæ arcis in illius aditu multis vulneribus ipſum ſtrauit, cepitq; cumq; armatum agmẽ, Cardinalem ſequens, vt vltionem ſumeret, accurriſſet, Antonius oſtenſis pontificijs mandatis tumultum ſedauit. Demum vigeſima poſt die vulnerum dolore extinctus eſt VVitelleſcus, eiuſq; cadauer S. Mariæ ſupra Mineruam tumulo conditum. Cæſus nimirum eſt, cum forenſi ſatellitio reſiſtere auderet: Eugenius enim, vtpote iuſtiſſimus ſummaque pietate præditus legum ordinem in ipſius cauſa ſequi decreuerat. Præfectum in eius locum pontificijs copijs Ludouicum Mediarotam Patauinum epiſcopum Florentinum ab Eugenio tradunt, qui Nicolaum Piccininum Mediolanenſis exercitus ducem hoſtemque Eccleſiæ minas Florentinis intendentem prælio fudit b die Apoſtolorum Petri & Pauli ſacro; de qua victoria hæc S. Antoninus c prodit: *Aſſerunt plurimi magis Dei virtute, quam viribus vel induſtria humana habitam fuiſſe victoriam, nam ſecundum humanum iudicium ille aſtutus Nicolaus ita ordinauerat bellum, quod victoria ei cedebat. Huic autem plurimum nocuit auaritia ſuorum, nam cum hoſtes viderentur iam deficere, & quaſi fugere, plures ex Nicolai copijs inclinati ad prædam cœperunt diſpergi, inde aduerſarij fortiores effecti præualuerunt. Dignum vtique & iuſtum erat, vt principes Apoſtolorum, qui Romanam eccleſiam ſuo ſanguine conſecrauerant, ea die martyrij ſui Petrus & Paulus cauſam Eccleſiæ defenſarent, quæ cum Venetis & Florentinis contra hoſtes ſuos dimicabat, ac plenam victoriam miniſtrarent.* Hiſtoriam accuratius deſcribit Petrus Andreas de Caſtaneis d hiſce verbis.

MCCCCXL. anno Eugenius Papa IV. cum curia ſua valde notabili Florentiæ perſonaliter erat; Eccleſia quidem necnon & Florentini a Philippo Maria duce Mediolanenſi crudeliter vexabatur, & a Nicolao Piccinino dicti ducis militiæ principe ita & taliter, quod maior pars caſtrorum, videlicet illorum, quæ ſunt a ciuitate Florentina ad Aretinam & Senarum territorium perdita erant, veneruntque gentes domini capitanei vſque ad planitiem ciuitatis Florentiæ deprædando bona & homines, & comburendo, ac infinita mala faciendo, ita vt nobiles, ciues, & artiſtæ ciuitatis ſicut & curiales erant quaſi cæci, & quid agerent neſciebant, timebant enim non capere bellum & acies producere contra dominum capitaneum, cum eſſet valde aſtutus & copiam maximam hominum fortium haberet, necnon armorum & equorum. Deus autem, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, & non deſpicit neque derelinquit homines in ſe ſperantes, ſed adiuuat defendit & protegit, cum primo anno iam infinita miracula per B. Andream particulariter curando in diuerſis infirmitatibus oſtendiſſet, & concurſus populorum ad viſitandas eius reliquias veniebat vota ſua portantium & offerentium, reuelauit per B. Andream cuidam iuueni, qualiter in die S. Petri Apoſtoli, qui caput eſt Eccleſiæ, quod feſtum infra octo dies appropinquabat, bellum & campus caperetur contra prædonem Eccleſiæ inimicum & Florentinorum, contra quem maxima victoria conſequeretur, ita quod tota ciuitas ſtaret in canticis & tripudijs, focis, luminaribus, & proceſſionibus. Talis vero iuuenis in præceptum habuit talia intimare decem officialibus baliæ ſiue guerræ ciuitatis, inter quos erant iſti, vt ſum memor, dominus Angelus Iacobi de Acciaiolis miles, Coſmas Ioannes de Medicis, Nerius Gini de Caponibus, Ioannes Petri Bartholomæi, &c. qui quidem iuuenis intrepidus & virilis abſque aliquo metu intrauit in prædictorum congregationem, quos inuenit triſtes plenoſque dolore, quibus ait hilari & iucunda facie, Domini mei decem; quid triſtamini cum Deus per ſanctos ſuos & huius ciuitatis aduocatos contra veſtros inimicos ſit diſpoſitus ita & taliter pugnare, vt eius ope talem victoriam obtineatis, qualem in memoria hominum non ſit retroacto tempore hanc ciuitatem habuiſſe? Itaque confortamini & viriliter agite; quoniam B. Andreas de Corſinis ciuis veſter epiſcopus Feſulanus de ordine Carmelitarum & in domo ipſorum ſepultus, qui nouiter tanta miracula oſtendit, ita hæc mihi voluit reuelare ac præcipere, vt vobis dominis meis intimarem.

Qui quidem domini & officiales admodum animati & confortati, omni depoſito timore, ſicut veri fideles & ſecuri de tali reuelatione, operam dederunt cum ipſorum capitaneo & capitaneo Eccleſiæ bellum ac pugnam contra inimicos eorum capere ipſo feſto die S. Petri Apoſtoli, mira res & quaſi inaudita! in paucis horis talis eſt habita victoria, quod vix vnus de inimicis remanſit, nam nonnullæ perſonæ deuotæ, commorantes vbi actum eſt bellum ſiue prope, retulerunt vidiſſe in aere quemdam epiſcopum de albo indutum ſuper equum cum baculo in manibus ante ſe promouentem infinitam aciem armorum contra dictos noſtros inimicos & ita ex diuina gratia & meritis beatorum ſanctorum ciuitatis Florentiæ aduocatorum, & præſertim B. Andreæ de Corſinis recepta eſt victoria prædicta, & liberata eſt ciuitas a tyrannis, & per conſequens Eccleſia videlicet Eugenius Papa cum toto clero ſuo. Ex qua victoria ordinatum eſt maximum feſtum, videlicet ſolemnis proceſſio omnium religioſorum, omniumque Florentinorum ciuium, quibus præceptum eſt, vt venirent ad eccleſiam Carmelitarum & ibi ſolemnis miſſa cantaretur de Trinitate, & de voluntate domini noſtri Papæ Eugenij, cui ſupplicauerunt reuerendiſſimi Cardinales ſequentes, nempe Dominicus de Capranica, dominus de Columna, dominus Andegauenſis, dominus Placentinus, dominus S. Mariæ nouæ ad requiſitionem totius populi Florentini in tali proceſſione omnibus oſtenſum eſt corpus ipſius B. Andreæ, quod ita eſt integrum, ac ſi hodie mortuus eſſet. Aſcriptus poſtea eſt in ſanctorum numerum ab Vrbano VIII.

His addit S. Antoninus a Eugenium x. kal. iulij ſacra purpura donaſſe Ludouicum epiſcopum Florentinum, ac patriarcham Aquileienſem dictum Scarampum ſiue e Mediarota patria Patauinum, quem a medica arte ad bellicam ſe contuliſſe, ac presbyterali titulo S. Laurentij in Damaſo inſignitum, refert Alfonſus Ciaconius b, vnaque cum Ludouico Petrum Barbum Pontificis ex ſorore nepotem ex deſignato epiſcopo Ceruienſi creatum addit diaconum Cardinalem S. Mariæ nouæ, qui deinde auctus titulo S. Marci, demum in pontificatu Pauli II. nomen accepit. Cæterum de Ludouico ad patriarchatum Aquileienſem euecto extant Eugenij ad ducem Venetorum datæ literæ c, quibus rogat, vt eidem patriarchæ Foriiulij prouinciam reſtituat. Plurimas geſſerant pugnas Veneti cum patriarcha huius prædeceſſore eique terras multas eripuerant, quam ob cauſam a Baſileenſi concilio cenſuris perculſi fuerant. Diſſimulatat vero rem Pontifex, cum iſte de Venetis male meritus eſſet. Eo autem mortuo ad iura eccleſiæ Aquileienſis aſſerenda, ineundamque a Venetis gratiam, Ludouicum Venetæ clientem reipublicæ, eidemque plurimum deuinctum patriarchatui præfecit, concepta ſpe, Forumiulium ipſi, vtpote non ſuſpecto reſtitutum iri, ſed eum Veneti partam prouinciam reſtituere abnuerent, monuit ducem Pontifex, ſine magno dedecore & offendiculo publico ſe eccleſiæ Aquileienſis iura in-

Marginal notes:

Conficitur vulneribus a præfecto molis Adrianæ.

a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 11. §. 11. Pij II. comm. 2.

b S. Ant. ſup. c. 11. §. 13.

c Id. ibid.

Nicolaus Piccininus a Florentinis victus.

d Petrus Andr. de Caſtan. in vit. S. Andr. Corſini c. 7. Surius & Bolland. ex eo 30. ianuar.

Eius graſſationes.

Oſtenſum a B. Andr. Corſino vt vincendus foret.

Die feſto S. Petri pugna committi iuſſa.

Parta diuinitus victoria.

A Deo per B. Andream impetratum.

a S. Ant. vbi ſup. Ludouicus ep. patriarcha Aquil. fit Card.

b Ciacon. in Eug. IV. Petrus Barbus purpura ſacra donatus.

c Lib. 11. ep. ſecr. pag. 403.

Id ægre ferunt Veneti.

Digitized by Google

infringi pati non poſſe; ſi vero hunc ipſorum amicum & eximium patriarcham reſpuant, ad aliam quidem dignitatem traductum iri, ac tum Regis Romanorum rogatu alium patriarcham ſubrogandum, qui forte infenſus, certe non Venetus eſſet futurus.

Dilecto filio nobili viro Franciſco Foſcari duci Venetorum.

Eugenij monita ad Venetos.

Reuerſus ad nos dilectus filius noſter Franciſcus Cardinalis Venetiarum S. R. E. vicecancellarius, multa retulit nobis de amplo honore ſibi & in eo nobis, ac Romanæ eccleſiæ multipliciter impenſo ab dominio & ciuibus tuis, narrauitque diligenter, quid tecum egerit circa ſingulas commiſſionis ſibi factæ partes, ſed cum cætera ſuum habitura ſint reſpondendi tempus, vnum eſt quod differri non poteſt. Id vero a remotioribus principijs ideo repetemus, vt intelligere poſſit, ſi volet tua celſitudo & conſilium, ac ciuitas vniuerſa, nos eam rem tua magis & ciuitatis illius, patriæ noſtræ, quam noſtra cauſa quærere. Credimus te memorem eſſe, nos a die aſſumptionis noſtræ ad ſummi pontificatus apicem tam per oratores tuos ad nos miſſos, quam per noſtros, qui aliquali ex cauſa ad te venerunt, ſemper tuam celſitudinem exhortatos fuiſſe, monuiſſe, ac requiſiuiſſe non ſolum tanquam paſtorem & animarum patrem, ſed tanquam ex ciuitate vnum ſingulorum aut fratrem aut filium, vt ſi miſericordiam a Deo noſtro, ſi pacem veram, bonam, atque vtilem habere cupiebatis, ab huiuſmodi rerum eccleſiaſticarum retentione, ab alijſque præuaricationibus reſipiſcentes, omnia emendaretis. Accidit poſtea, vt cum apud tunc Baſileenſe concilium eccleſiæ Aquileienſis occaſione multas magnaſque incurriſſetis agitationes, tot poſtea tamque magnas promiſſiones illas, quarum memor eſſe potes, per oratores tuos publice feceris in ipſo concilio, in quo ex omni Chriſtianorum natione oratores & viri præſtantiſſimi affuerunt.

Procedente poſtmodum tempore, cum in eodem concilio excommunicationis laqueo innodati, & per orbem publicati fuiſſetis, non leuem infamiam, neque contemnendum incurrimus odium vos ad cautelam tam leuiter abſoluendo; & poſtquam veſtræ contentiones cum patriarcha illo inueteratæ erant, ipſeque in multis honeſtatis terminos fuerat prætergreſſus, nullam vobis de hoc patriarchatu moleſtiam ipſo viuente dedimus, eo autem defuncto timentes id, quod magna iam ex parte euenit, ne aliqui illum peterent magnates veſtræ reipublicæ inimici, ſcripſimus vobis, vt cum eidem eccleſiæ vnum dare conſtituiſſemus, qui cum veſter eſſet totus, nemini tamen adeo foret ſuſpectus, quin honoris veſtri rationem habuiſſe videremur, velletis vos diſponere ad eccleſiam ipſam cum ſuis iuribus ipſi patriarchæ conſignandam, & poſtea pronuntiato in patriarcham venerabili fratre Ludouico, tunc archiepiſcopo Florentino, per literas primum, deinde per dilectum filium magiſtrum Ioannem Caruail ſacri palatij cauſarum auditorem, & poſtremo per ſupradictum Cardinalem Venetiarum ſuaſionibus apud vos, precibus, & quibuſcumque potuimus modis inſtitimus, vt dictam eccleſiam cum iuribus & bonis ſuis dicto patriarchæ conſignaretis: quæ autem fuerit reſponſio veſtra & vos omnes ſcitis, & nos ob doloris admirationiſque magnitudinem nunc referre deſinimus. Sed rationes ſæpenumero ſcriptas, & per noſtros oratores ſupradictos noſtro nomine vobis dictas, ideo nunc replicare libet, vt

Cur Ludouicus arch. ad patriarchatum promotus.

ſi poſt noſtram prouiſionem, quam rationabiliter in hac re ſtatuimus, quidquam vobis aduerſi euenerit, vos ipſos & neminem alium incuſetis, qui noſtris conſilijs, precibus, & ſuaſionibus a ſumma in patriam charitate profectis nolueritis acquieſcere.

Diximus ſæpe, & identidem affirmamus, offendi a dominio illo Deum noſtrum in occupatione Aquileienſis eccleſiæ, nec dubitari debere, quin a maieſtate Diuina ipſam miſericordiam, quæ in veſtris laboribus exinde minorem lentioremque habeatis; nam, etſi certiſſime probatum eſt experimento, Deum vbique illis iraſci, a quibus eccleſiarum iura impediuntur, tamen ſæpenumero audiuimus maiores noſtros dicere ſolitos, & ciuitatem noſtram, & omnes alios, qui eccleſiæ Aquileienſis terras & iura moleſtarunt, aliquod paſſos eſſe euidens detrimentum: læditur ſecundo loco noſter & Apoſtolicæ ſedis honor, adeo vt temporibus iſtis quæ, vt noſti, turbulentiſſima ſunt, non parua calumniatoribus noſtris præſtetur occaſio de nobis murmurandi, qui dicimur ſponte permittere, quod præſtans hæc inter Italiæ eccleſias a ſæcularibus & vti dicunt ipſi, tyrannice teneatur. Affert etiam tuo illi dominio & ciuitati ea retentio dedecus & infamiam per Chriſtianum orbem, maxime attentis promiſſionibus tam a te publice factis per oratores tuos in concilio tunc Baſileenſi, in quo, vt diximus, tunc aderant ex vniuerſo Chriſtiano orbe præſtantes viri, qui tunc talia in tuum noſtrumque dedecus prædicare non deſinunt, & niſi aliter fiat, continuo peius dicent. Eam vero infamiam, vt vltimæ huic particulæ primo ſatisfaciamus, vtrum negligas neſcimus, ſed nos certe tenemus abeſſe non poſſe, quin iſtis temporibus Deus totis ſenſibus ſit colendus, maxime cum innocentia placari oporteat.

Iura eccleſiæ Aquileienſis a Venetis detinentur.

Quantum attinet ad honoris noſtri partem, quæ fuit ſecunda, dicimus nos iudicio noſtro non eſſe tam pauca de vobis meritos, vt non potius debeatis hanc rem noſtram, & non veſtram, tam ſanctam, tam iuſtam, tam rationabilem, a vobiſque toties promiſſam facere, nec permittere, vt ipſius rei occaſione ab æmulis ſuſurronibuſque. Et quidem ſi id neglexerimus, merito laceremur, præſertim quando conſtet damna noſtra in veſtrum etiam caput redundare. Reſpondent vero, vt audiuimus, nonnulli ex veſtris, vera eſſe & ita ſe habere quæcumque ſunt dicta ſuperius, ſed obſtare, & ne petitioni noſtræ annuatis ſuadere temporum conditiones, quoniam periculoſum nimis videatur patriam Foriiulij tanto labore tantiſque impenſis quæſitam in patriarchæ vnius poteſtate relinquere, hoc præſertim tempore, quando tam multos in circuitu habetis hoſtes. Quæ quidem reſponſio nos ad inſtandum ardentiores facit, cum penitus ſit contraria rerum veſtrarum ſaluti, quam nos certe non minus, quam veſtrum quiſque & quærimus & optamus, neque enim dubitabit aliquis, qui animum a paſſionibus ſemotum habeat, quin multi immo omnes ex ijs, qui terris patriæ ſunt vicini diligentius abſtineant a lædendo patriam Foriiulij ſuo patriarchæ ſubiectam, quam ſi eam viderint a vobis, vt dicunt, tyrannice poſſideri. Sed inquiet quiſpiam diligenter fideliterque in patria conſeruanda, ad Venetorum commoda ſtatutus erit locumtenens quiſpiam, ex concilio Venetorum miſſus; nos autem, qui id in homine alienigena & nobis ignoto fortaſſis fateremur, dicimus patriarcham

Quæ fuerit contra Venetorum cauſa.

hunc a nobis hoc tempore datum, quem non ignoratis Venetum eſſe, a nemine ex tuis aut fide aut charitate erga patriam aut diligentia ſuperari poſſe, cum tamen vltra finem & diligentiam vltra patriarchalem auctoritatem aliquid in neceſſitatibus adijcere poſſit ad patriæ Foriiulij defenſionem, a Romanæ eccleſiæ juribus & auctoritate, a proprijſque, quas habet facultatibus, quod nullo modo nobilis quiſpiam ex tuo conſilio facere poſſet.

Creandi patriarchæ neceſſitas oſtenſa.

Habes ex ſupradictis cauſas, habes rationes, quæ nos impulerunt, vt cum vacaret eccleſia Aquileienſis, potius præficeremus illi venerabilem fratrem, qui nunc eſt, Ludouicum patria Venetum, quam aut ipſam diutius vacare pateremur? quod nullo modo fieri potuiſſet, aut cogeremur aliquem ex petitoribus eiuſdem, quorum nullus ſatis tibi fidus fuiſſet facere patriarcham. Vnde, niſi paſſionibus ducimini, intelligere poteſtis, nos neque propria vtilitate ductos, neque vt noſtro familiari benefaceremus, quod Dei gratia aliter & multis modis poſſibile fuit nobis, eam prouiſionem feciſſe, ſed potius, vt in vno eodem negotio ſatisfaceremus honori noſtro, qui detentæ diu a ſæcularibus eccleſiæ Aquileienſi, cum vacauit, patriarcham, qui patria, fide, affectione, animo, voluntate non minus eſſet Venetus, non minus honoris, ſtatus, & vtilitatis Venetiarum patriæ, quæ nos genuit, in omnem euentum rationem eſſet habiturus, quam quilibet ex illis, quos tuum dominium mittere pro locumtenentibus conſueuit, eam rem tantopere optabilem, tantopere illi dominio amplectendam, tam multis, vt noſti, quæſiuimus modis, nec tamen impetrare potuimus.

Venetum pro nomine Veneto præſtitum fuiſſe.

Et licet ſciamus nos, quantum ad nos attinet, apud Deum eſſe excuſatos, non tamen in hoc gaudemus, quia quanto magis excuſati ſumus in non tacendo, tanto magis aggrauatum eſt peccatum veſtrum in non parendo iuſtis, pijs, ſalubribuſque monitis noſtris. Nec tamen ideo aut permiſſuri ſumus, quod ipſe venerabilis frater Ludouicus patriarcha in vim iuramenti vobis & Eccleſiæ præſtiti facere teneretur, contra vos procedat, aut nos ſententiam excommunicationis fulminabimus, vel vt ciuitatem, vt par eſſet eccleſiaſtico ſubijceremus interdicto, cum potius ex animo doleamus, vt excommunicationem ipſam in graui forma ipſo facto incurriſſe, & eadem eſſe periculoſiſſime innodatos, ſed cum honorem veſtrum vſquequaque etiam velimus, patriarcham prædictum ad aliam transferemus dignitatem, & ſic dimittet patriarchatum Aquileienſem, quem tamen, cum ſit ex principalioribus imperij dignitatibus, velimus nolimus cogemur dare ad requiſitionem Regis Romanorum. Qui autem ille ſit futurus hucuſque ignoramus. Sed vnum ſcimus, quia Venetus non erit, prout nec vnquam antea, niſi hic noſter quiſpiam fuit, & licet etiam eo caſu diligenter curaturi ſimus, vt vobis ſit amicus, quem ſciemus; vtinam ne rei natura noſtram ſuperet intentionem, & pro amiciſſimo vobis veniat inimicus. *Florentiæ III. id. martij anno X.*

12 Quod ad Regem Romanorum attinet; hoc anno celebratis ab imperij electoribus Francofordiæ comitijs vnanimi omnium conſenſu renuntiatus a eſt Romanorum Rex Fridericus eius nominis III. dux Auſtriæ Erneſti filius & Alberti demortui patruelis, pietate inſignis, quem vigeſimum ſextum ætatis annum tum egiſſe ferunt, in cuius poſteritate imperialis dignitas firmata eſt. Suſcepto imperio politica ſeptemuirum, qui non ſine magno religionis detrimento Florentinæ ſynodo adhærere nolebant, neque Eugenio aduerſus Baſileenſes, nec Baſileenſibus aduerſus Eugenium ſe parituros profitebantur, ſecutus conſilia, conuentus ſolemnes in annum proximum indixit a Moguntiæ, ac Regem Francorum ad eos pellicere annisus eſt b, vt de ſedandis Eccleſiæ diſcordijs agerent.

Fridericus III. ad imperium euectus.

a Naucler vol. 2. gen. 40. Cuſpinian. in Fred. III.

Indicit conuentus Moguntiæ pro Eccleſiæ diſſidijs.

a Extant eius lit. apud Nic. Clemang. pag. 107. & in ms. bibl. monaſt. S. Victoris Pariſ.

b Ibid.

Federicus Romanorum Rex ſemper Auguſtus Auſtriæ, Stiriæ, Charinthiæ, & Carniolæ dux, comes Tirolis, &c. sereniſſimo principi Carolo Regi Francorum fratri & conſanguineo noſtro chariſſimo ſalutem & fraternæ dilectionis affectum.

Dum ad ſacri imperij faſtigia diuino vocati munere tantæ moli grauiſſimæ gubernationis humeros noſtros in Dei nomine, ne ſuæ videremur ordinationi reſiſtere, ſincero corde ſubmiſimus, inter innumera mala, quibus vndique orbis terrarum concutitur, hoc maxime, quo certamen agitur, vt æuo noſtro ſancta ſcindatur Eccleſia, animum noſtrum eo premit ardentius que ſollicitat, quo eidem Eccleſiæ matri noſtræ filiali dilectionis amore & nobili aduocationis officio fortius conſtituimur obligati, vt illi ſæua .... patienti pro viribus noſtris tributis ab alto diligentia celeri ſuccurramus, atque ad concurrendum in hoc tam neceſſario ac ſalutari opere Reges & principes Chriſtiano nomine gaudentes pura ſinceritate hortemur; nihil vero ad id æque patrocinaturum conſpicimus, quam ſi catholici ſimul conueniamus Reges & principes, eccleſiaſtici & ſæculares, vt ſentiant, quicumque diſſidentes vnam eſſe vocem omnium: tunc enim ſperandum, quod nemo vſquam illam irridebit aut ſpernet, nemo non reuerebitur, neque non timebit. Vnde venerabilium & illuſtrium noſtrorum & ſacri imperij principum electorum oratoribus, qui pridem decretum electionis de noſtra perſona ad culmen imperij celebratæ conſpectui noſtro attulerunt, alijs quoque prælatis, principibus, comitibus, baronibus, proceribus, & viris conſularibus noſtris fidelibus dilectis deliberate conſulentibus, conuentionem ſeu diætam ſolemnem pro communi conſtituimus omnium ſalute in ciuitate Moguntina, rebus gerendis pluribus ex cauſis accommoda, in diem feſtum purificationis glorioſæ virginis Mariæ proxime futurum, quæ erit ſecunda menſis februarij, ad quam dextera Dei nobis aſſiſtente propria intendimus perſonaliter eos * transferre, chariſſimam ſerenitatem veſtram puro cordis affectu rogantes quatenus orthodoxorum progenitorum veſtrorum imitantes veſtigia pro laude Dei, pro conſolatione Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ac totius populi Chriſtiani ſalute ad conuentionem ſeu diætam hujuſmodi idoneos veſtros oratores de veſtræ fraternæ dilectionis propoſito, vijs quoque & modis, quibus ab imminentibus calamitatibus ſancta poſſit reſpirare Eccleſia, diſtincte inſtructos, & ad tractandum, conſulendum, cooperandum, & concludendum in his plena veſtra poteſtate fulcitos illic deſtinare velitis. Si autem fraternitas veſtra conuocationem & diætam eandem accedere poſſet & vellet propria in perſona, id profecto ingentem gloriam & rebus gerendis fructum vberiorem afferret. Hortamur denique fraternitatem veſtram aduertere velle mente fideli, quæ ſit noſtra exhortatio, quantaque eccleſiæ ſubſit neceſſitas, & quam periculoſum eſſet noſtrum ſilentium & agere libeat quod experimus propter ſalutem populi, ac decus veſtrum, reſpicientes ad illum, cuius cauſa agitur.

* nos

Carolum Regem ad ſua vocat.

qui

Digitized by Google

qui de cælo deſcendit, vt moriturus homo crucem aſcenderet, in qua militans fundata eſt Eccleſia, quatenus in ea ſuborta tollantur diſſidia & a grauioribus periculis eruatur, *Dat. Viennæ anno Domini* MCCCCXXI. * *menſis maij regni noſtri anno 1.*

* Moccccxl.

De nouo celebrando concilio agitatum.

Optaſſe quoque Carolum Regem cogi concilium in Galliis vidimus, & quamuis ambo principes Eccleſiæ pacem redintegrare percuperent, non veram tamen ea in re rationem inibant, dum tertium tribunal erigere niterentur, cui Eugenius cum Florentino concilio tum Baſileenſes ſubijcerentur: ſed non paſſus eſt Pontifex nouam celebrari ſynodum, ne nouæ turbæ excitarentur: ac demum damnata nouatorum Baſileenſium impietate ſuſcepta a Gallis Germaniſque Florentini concilij œcumenici decreta fuerunt.

Negat Eugenius ſed Florentino adhære eidem.

Auxere eccleſiaſticos tumultus Bohemiæ & Hungariæ bella; cum enim Albertus Rex nullam prolem maſculam, vt ſuperiori anno diximus, ſed duas tantum filias & vxorem prægnantem reliquiſſet, Hungarorum pars Vvladiſlaum Poloniæ Regem ſibi Regem delegere a, vt illius armis a Turcis tuti eſſent, & Polon. Regina filium interea peperiſſet, tamen eum in Pannoniam venientem multi ſuſcepere, adhærentibus reliquis Reginæ infantique, qui Chriſtianis ſacris ſuſceptus, mox fuit regia corona redimitus, & a matre vna cum regno Friderici Cæſaris fidei commendatus. Inde Hungaria, quæ vires ſe in Turcas colligere putarat, ciuili bello attrita eſt, quæ fuſe & copioſe Hungari & Poloni ſcriptores enarrant. Cæterum manauit eadem diſcordia ad Bohemos, alij enim Ladiſlaum puerum, Polonum alij, alij Fridericum Regem optauere. Sed Fridericus, quamuis rogatus a Bohemis, vt tutelari vel ſuo nomine regnum capeſſeret, vtrumque conſtanter recuſauit.

Vngari in Rege deligendo diuiſi.

a Aen. Sylu. Europ. c. 1 Turos c. 27 & 50 Crom. lib. 21. Bonf. dec. 3 l. 4 & alij.

53 Non ea celſitudine animi, ac modeſtia præditus erat Alfonſus Rex Aragonum, qui incenſa adeo cupidine Neapolitano regno inhiabat, vt religioni ſuam amplitudinem præferret; cũ enim ſuæ ambitioni obſequentem Eugenium non haberet, nolebat profiteri ipſum eſſe Chriſti vicarium, nec tamen antipapæ obtemperabat, ſed vtrumque arte doliſque detinebat. Baſileenſium quidem decreta in ditione ſua promulgari vetuit, regnique præſules Baſilea reuocauit, vt Eugenium ſibi deuinciret. Interea tamen, archiepiſcopum Panormitanum, non ſine magna proditionis labe ad Amedeum miſit b, qui polliceretur regia illi vti ſummo pontifici obſequia præſtanda, atque etiam eum ſe Romam, aut Neapolim, Caietamue, vel Terracinam deducturum, ſi tabulas de ipſius adoptione ſcriptas confirmaret, regnumque Neapolitanum in ipſum ac poſteros conferret. Tum Regem Nauarræ atque Henricum militiæ S. Iacobi principem fratres ſuos ſororemque Reginam Caſtellæ ſollicitauit, vt miſſis oratoribus edicerent Eugenio, ni ſtudere Renato Regi aduerſus ipſum Alfonſum abſiſteret, fraternas ſe partes aduerſus eum ſecuturos. Quibus reſcribens Pontifex c oſtendit, quam inique Alfonſus vi & armis Neapolitanum regnum ſibi ſubijcere affectaret: contra vero quam iuſte de Neapolitano ipſe regno, vtpote ſedis Apoſtolicæ fiduciario ſine cuiuſquam iniuria decernere poſſet: tum quantis ſtudijs pacem cum eodem Rege redintegrare conatus eſſet.

Rex Arag. ex Eccleſiæ diſſidio rẽ ſuam auget

b Surit. annal. lib. 15.

Aragonij principes Eugenio infenſi.

c Extant eius lit. in cod. m. s. Alex. VII. Pag. 194.

*Chariſſimæ in Chriſto filiæ Mariæ Reginæ Caſtellæ & Legionis, & chariſſimo in Chriſto filio * Carolo Regi Nauarræ illuſtribus & dilecto filio nobili viro Infanti Henrico magiſtro militiæ S. Iacobi de Spatha ſalutem, &c.*

* Ioanni

Retulit nobis ex parte veſtra dilectus filius nobilis vir Petrus de Laparda miles multa de veſtra erga nos & ſedem Apoſtolicam deuotione, ac affectione etiam ſingulari, quam geritis ad perſonam & ſtatum noſtrum, de quibus vos plurimum in Domino commendamus. Subdidit præterea preces ex parte veſtra, vt placeret nobis concordes eſſe cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Alfonſo Rege Aragonum illuſtri fratre veſtro, vt facilius ex hac opportunitate poſſetis iuxta deſiderium veſtrum proſequi ea quæ ſpectant ad conſecutionem ſtatus noſtri, quod ſi fieri non poſſet, ſaltem deſiſteremus ab inferendo ſibi moleſtias, & fauendo aduerſarijs ſuis in regno noſtro Siciliæ citra pharum, alias non poteritis deeſſe honori & ſtatui regio, quia potius opportebit vos veluti fratrem & dominum tueri & ei ſeruire. Chariſſimi & dilecti filij, non erimus longiores in exponendis præteritis rebus circa regnum præfatum, quoniam exiſtimamus vobis eſſe nota, & præſertim per ipſum Petrum & dilectum filium nobilem virum Ludouicum de la cauallaria, qui ad præfatum Regem ſuper hac inſtantimateria & redierunt, quæ per nos & Regem hucuſque acta ſunt. Credimus etiam vobis notum eſſe, qua iuſtitia & quo iure præfatus Rex illud regnum inuaſit.

Eugenij agendi ſi.

Sed quoniam ipſe alias forſan vobis ſignificauit, volumus vos eſſe certiores Regem ipſum, nullo iure, nullaque iuſtitia ſibi in aliquo fauente, occupaſſe partem eius regni, & plures vrbes expugnaſſe contra voluntatem noſtram, nam id regnum noſtrum & Romanæ eccleſiæ ſemper fuit, & ad nos Regis inſtitutio & regni conceſſio ſpectant. Neque vero fuit contentus regni terras & terminos infeſtare, ſed vrbem Terracinam & plures alias terras ad nos & dictam eccleſiam nullo medio ſpectantes occupauit. Monaſterium inſuper Caſinenſe, quod propter nomen B. Benedicti, qui in illo loco vixit & defunctus eſt, omnibus Regibus & principibus magnis in honore & reuerentia ſemper fuit, ſuis caſtris omnibus ſpoliauit, & multa alia fecit, in quibus vtinam ſe modeſtius habuiſſet. Nos vero viam pacis ſemper quæſiuimus per multa media, quæ & honeſtiſſima erant, & ab eo honorifice non potuerunt recuſari. Diximus etiam ſæpius, ſi quod ius in ipſo regno habere prætenderet, oſtenderet illud nobis; & parati eramus ſibi iuſtitiam miniſtrare, & licet noſtrum eſſet dare & auferre ius in regno, tamen volebamus iuri, ſi quod per eum eſſet quæſitum, acquieſcere, quamuis etiam ij, qui ius in aliqua re habent, debeant illud mediante iuſtitia & coram debito iudice proſequi, non illud per vim & arma & propria auctoritate vſurpare, cum illi, qui ita agunt decidant, ſecundum diuinas & humanas ſanctiones, ab omni iure, quod antea habebant. Sed ijs non obſtantibus volebamus ius ſuum ratum & firmum eſſe, ſi quod haberet, dummodo de eo clare & authentice nos doceret. At Rex cum intentionem ſuam non in vlla iuſtitia, ſed in dominandi cupiditate fundaſſet, reſpuit ſemper omnes noſtras oblationes, nec vnquam viam vllam concordiæ acceptauit.

Reſpondet Eugenius inique regnum Neap. inuadi ab Alfonſo.

Ditionis etiam eccleſiaſt. ea vrbes occupatas.

Detrectaſſe iudicium ſiue.

Miſimus quoque ad ipſum nuper de menſe decembris legatum pro pace tractanda dilectum filium noſtrum Ioannem tit. SS. Nerei & Achillei

Digitized by Google

presbyterum Cardinalem, virum ſapientiſſimum, abſque vllis armis, cupidum pacis, & illis qui Regi fauent, & in regno manutenent beneuolum & acceptum, quem Rex reſpuit neque regnum ingredi voluit, neque ipſum audire, ſed pro pace nobis bellum denuntiauit, ſcribens nobis literas diffidatorias, alijs vero diffamatorias, quarum tenor erat indignus prudentia talis Regis.

Legatum Cardinali aditu prohibuiſſe.

Cogitare igitur chariſſimi & dilecti filij, & id abſque vlla affectione conſiderate, an vobis videamur errare, ſi nolumus occupari regnum noſtrum præter omne ius, & contra noſtram voluntatem, & in alterius præiudicium, qui a nobis iuſtitiam petit, ſi videtur vobis inhoneſtum nobis illatam tantam iniuriam repellere, Nunquid erramus iura Romanæ eccleſiæ tuendo. Nunquid patiendum ſit ea per alios inuadi, diripi, & hoſtiliter occupari? Si diceremus, nos velle diſponere de illo regno pro libito voluntatis noſtræ, quis eſt qui poſſet nos iuſte reprehendere? Nunquid nos ſibi aut vobis, aut alijs principibus interdicimus, quin de rebus veſtris libere diſponatis? Nunquid non licet id etiam minimis de patrimonio ſuo? Quæ igitur iniuria ſit Regi Aragonum, ſi nolumus ei concedere, quod tenet iniuſte? Vult nos eſſe miniſtros ſuæ cupiditatis, ſed in eo fallitur, malumus enim obtemperare Dei præceptis, quam Regis voluntati, præſertim quæ nulla ratione fundatur. Obtulimus si multas conditiones concordiæ iuſtitia præuia, quam ſequi volumus & debemus, ne cui fiat iniuria. Hortati ſumus & requiſiuimus, vt quo iure regnum inuaſit oſtenderet, & nos æquum iudicem reperiret. Omnia hæc recuſauit tanquam qui omne ius habeat ſitum in ſola ambitione, & regni poſſidendi deſiderio. Perſuaſit ſibi vim & arma meliora eſſe iuſtitia & legibus, & ea ſibi regnum eſſe largitura, ſed oblitus eſt Deum ſuperiorem eſſe conatibus ſuis, & illos qui ſimiles vias contra Eccleſiam & iuſtitiam hactenus quæſiuerunt, meritam vltionem & Dei iudicium eſſe perpeſſos.

Nos quidem iuſtificauimus ſemper omnia acta noſtra, Deum ſemper & iuſtitiam ante oculos habentes, nulla paſſio ad hoc nos mouet, ſed debitum, quo obligamur Eccleſiæ pro ipſius iuribus ab oppreſſione tuendis. Faciemus quippe quæ ſpectant ad nos, ita vt & Deo & hominibus noſtrorum operum rationem reddere valeamus. Si Rex faciet contrarium, ſi aget quod non debet, a Deo recipiet quod non credet, ipſe enim iudicabit cauſam ſuam, & contra ſe & Eccleſiam inſurgentes reprimet, & legimus & vidimus multos Romanorum Pontificum & Romanæ eccleſiæ hoſtes & rebelles Imperatores, Reges, & alios euanuiſſe in cogitationibus ſuis, & meritam pœnam ſuorum conatuum tuliſſe. Et certe quædam exempla ita ante oculos ſita ſunt, vt quemuis ſanæ mentis ab eiuſmodi rebus ob Dei timorem terrere deberent.

[illegible] hoſtium Eccleſiæ exitus.

Optamus igitur vt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cuius vicarij ſumus in terris, bonam mentem det Regi, & faciat eum reſipiſcere a ſuis cogitationibus, & ne velit eſſe cauſa deſolationis tanti regni, quod iam propter eius bellum fere conſumptum eſt. Quod ſi in ſua ſententia voluerit permanere, vos ſequamini deuotionem veſtram, neque propter eum deuietis a via recta, & ſolita erga nos & ſedem Apoſtolicam deuotione & fide. Nolite communicare cum errore fratris, & ſi impius eſſe voluerit, abſit procul a vobis impietas eius, nam adeſt Deus teſtis cordium, & errorum punitor, & eorum maxime quæ fiunt contra Eccleſiam ſuam, qui cum ſit miſerator & miſericors, tamen iuſtus quoque eſt & iuſtitiam dilexit vultus eius, non permittens peccata hominum impunita.

Verum quoniam in fine verborum ſuorum idem Petrus addidit, quod ſi placeret nobis, parati eratis mittere ſolemnes oratores, ac etiam inducere chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Franciæ illuſtrem ad mittendum ad nos ſuos oratores pro huiuſmodi concordia tractanda inter regni competitores, reſpondemus nobis ſumme placere conſilium veſtrum de quo vos plurimum laudamus, & id vt faciatis hortamur, nihil enim magis placet nobis, quam concordia & pax, quam ſemper optauimus & procurauimus toto corde, & nunc quoque, ſi præfati oratores venerint, eam diligentiam adhibebimus pro concordia ſtatuenda, vt intelligere poſſitis nil magis diſplicere, quam hoc bellum & regni illius deſolationem. Speramus autem in miſericordia Altiſſimi & in noſtris operibus bonis, quod per oratorum ipſorum prudentiam & cohortationes noſtras aliqua media concordiæ reperientur, & cognoſcent omnes, nos nullum odium, nullamque maleuolentiam gerere erga Regem Aragonum fratrem veſtrum, ſed amorem & charitatem, & eum diligere, & deſiderare quietem, ac pacem ſuam & regni præfati, *Dat. Florentiæ*.

Promota ab Eugenio pacis conſilia.

Pacem non coluit Alfonſus, ſed Gallos pacis expectatione, ne ea, qua par erat, diligentia expedirent arma, deluſit: dumque has artes adhibet, copias in hoſtem duxit, atque Auerſam Renato Regi abſtulit [a], & Antonium Caudolam illius ducem promiſſis ad ſtudium ſui perduxit, ac tum fœde ab vtroque Rege regnum Neapolitanum attritum eſt. Laturus autem opem populus Eccleſiæ clientibus Eugenius, Ioannem tit. S. Nerei & Achillei presbyterum Cardinalem ad pacem conciliandam ampliſſima auctum poteſtate extremo ſuperiori anno miſerat [b]. Et quidem Renatus Eugenio, vt ſupremo regni Neapolitani domino obſequentem ſe præbuit, at Alfonſus reiecto legato bellum vrſit; in quem Pontifex legatum armis rem gerere juſſit [c], inijt fœdera cum Genuenſibus, ac Blanciardinum Becutum pontificio nomine claſſem conſcendere imperauit [d], atque ſi ea in Trinacriam aliaſue inſulas impetus verteret, ad iungendos ſibi principes inſtruxit auctoritate, ſi Neapolitana littora petijſſet, legato obtemperare iuſſit. Sed de ea armorum ſocietate anno ſequenti.

Tacita expeditione Gallos Alfonſus deludit. Auerſam capit.

a Collen. lib. 6. Sand. 15. cap. 1. Fac. lib. 7. Sam. l. 4. c. 4. & alij.
b Lib. 23. pag. 185. ad 193.
c Lib. 5. pag. 72.
d Ibid.

14 Quod ad res Hiſpanas attinet, ingentes hoc anno tumultus perſonuere [e], nam ſumpſere arma in Ioannem Regem Caſtellæ ipſius filius, Regina vxor, Ioannes Rex Nauarræ, & Henricus ordinis militaris, cui e Spatha nomen, magiſter. Pepererat hoſce motus ſumma nimiaque Aluari e Luna, qua apud Regem valebat gratia, quare ad eius elidendam potentiam facta eſt coniuratio; & quamuis compoſita pax certis legibus fuerit, inter quas ad ſemeſtre Aluarus ab regia aula remoueri & ablegari iuſſus, iterum tamen diſcordia recruduit. Quibus de rebus certior factus Pontifex belli flammam, qua Caſtellanum regnum conflagraturum videretur, reſtinguere niſus eſt. Plures extant huiuſmodi argumento apoſtolicæ ad ſingulos datæ literæ nulla temporis nota conſignatæ, quæ tamen non prætermittendæ viſæ ſunt, atque in primis propoſuit [f] Ioanni Regi neceſſariam omni-

Tumultus graues excitati in Hiſpania.

e Marian. hiſt. Hiſp. lib. 21. c. 14. & 15 & l. 22. c. 1. 2. 3. & 4.
f Lib. breu. pag. 318. & in mſ. Alex. VII. pag. 189.

Digitized by Google

omnino ipſi pacem, cum in eo bello nulla ſperanda eſſet iucunda victoria; ſi enim vicerit, ſuos perditurum: ſi autem ſi ſuccubuerit, regnum in maxima pericula adductum iri; qua eximia ſententia ipſum alias vſum vidimus.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Caſtellæ & Legionis illuſtri ſalutem.

Ad pacem iucundam excitatur Caſtellæ Rex.

Cum audiuerimus, non abſque ſummo animi mœrore, certas diſſenſiones & diſcordias in regno tuo etiam inter te, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Regem Nauarræ illuſtrem & eius fratrem exortas, ex quibus dubitatur ne maiora ſcandala oriantur, nos ſoliciti de ſtatu & honore tuo & regni tui; tanquam peculiaris bonique ac deuoti noſtri & Eccleſiæ filii, ac cupientes vt pax & concordia vigeat inter vos, & in tuo regno inter omnes ſit bona concordia, ſcribimus præfatis Regi & fratri & certis alijs, prout videre poteris per copiam noſtrarum literarum præſentibus inter cluſam. Cæterum de vtilitate pacis, ac bellorum malis & periculis, quæ euenire poſſunt, idem quoque ſcribimus ſerenitati tuæ, exhortantes, vt ea ſolum ſapias, quæ ſint pacis & concordiæ tui regni; ea eſt enim conditio huius diſſenſionis, vt etiam vincendo perdas, in tuo enim & de tuo certatur, vt quid exinde pereat tuo damno fiat, & tuæ quoque prudentiæ eſt, tanquam bonus medicus ſolet, adhibere ea remedia, per quæ infirmorum ægritudines ſanentur, & non pereant ægri. Itaque per Dei miſericordiam requirimus tuam prudentiam, vt quantum dignitas & honor regius patitur, amplectaris per omnem viam honeſtam concordiam atque pacem, decet enim tuam prudentiam maiorem curam gerere pacis, quam reliquos, &, ſicut bonus paſtor facit, curam habere ouium, quæ ſuæ ſunt, vt ſanari poſſint, neque velis cum damno regni & tuo ponere te in periculo bellorum, quorum exitus eſt incertus. Plus aliquando prodeſt remittere iniurias, quam vlciſci, & parcere ſubditis, ſi cum ſalute fieri poteſt, ſemper laudatum eſt. Nos quidem ex toto corde te rogamus & hortamur ad pacem, quam Deus bonorum omnium opifex tibi & regno largiri dignetur. Si quid autem ad hanc rem operis aut auxilij afferre poſſumus, nos require, nam ſemper prompti erimus ad omnia quæ ſpectent ad pacem regni & ſtatus ac honoris tui conſeruationem. *Dat. Florentiæ.*

Admonitus filius ne patri bellum inferat.

a Ibid pag. 530. & cod. m. s. pag. 259.

Mouentem in ipſum nefanda arma filium corripuit [a] Pontifex, oſtenditque quam indignum foret in imbelli ætate ius patri velle dicere, eiuſue acta cenſura notare; in memoriam reuocaret exempla a Deo in illos edita, qui parentibus iniuriam aliquam intulere, ſuſcepturum viri impii nomen, ac dedecus, quo futuris ſæculis hominum odia ſibi pareret; in honore potius patrem haberet, pacique interpres eſſet.

Dilecto filio nobili viro...

Audiuimus non abſque ſumma admiratione, & etiam amaritudine mentis, te eſſe in campis vna cum alijs contra chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Regem Caſtellæ & Legionis illuſtrem patrem tuum. Hoc quoniam ita raro accidit, vt monſtri ſimile videatur, filium arma ſumere contra patrem, voluimus paterna charitate te veluti filium admonere, eorum quæ tuæ famæ & honori atque animæ ſaluti conducere arbitremur. Non eſt tuæ neque ætatis, neque prudentiæ velle caſtigare patrem, aut reprehendere acta ſua: cui te parere & ſubditum eſſe & diuina & humana iura præcipiunt; non eſt filij præeſſe patri, aut eum corrigere, ſed e contrario. Scire debes filium, qui nec patris verenda contexit maledictionem Dei ſubiſſe, eum vero, qui cooperuit, benedictionem conſecutum. Quid tu tibi futurum ſperas ſi, quod maius ſcelus, quod deterius eſt, parentem armis perſequaris. Abſalon, qui contra patrem Dauid inſurrexit, pœnam luit ſuæ temeritatis. Itaque vide, fili, quid agas, noli ſubire impij filij nomen, vt id agas, quod in te iram Dei prouocet, & omnibus ſæculis diffameris, ſed honora patrem & ei ſubditus eſto, vt ſis longæuus ſuper terram. Fuge procul ab armis, ne ſcelus inexpiabile admittas, & quod omnis ætas damnabit. Neſcis, fili dilecte, quanta ſit obligatio filij ad patrem, quanta ſit vis naturæ, quæ amorem paternum inuiolatum ſeruari iubet, quæ præcipit parentibus reuerentiam & obedientiam exhibendam? Neque vero vlla iuſta cauſa filio eſſe poteſt reſiliendi a voluntate paterna, excepta religione & fide.

Propoſitũ Abſalonis exemplum.

Abſtine igitur & recede ab omni certamine, & ab omni re, quæ eſſet contra patrem tuum, præſertim cum ſit tantus & talis Rex, ac ita prudens, vt non egeat tua correctione. Conſtitue te, quoad potes, mediatorem concordiæ atque pacis, & eam pro viribus quære, quam ſi adipiſci non poteris, ſequere mandatum & voluntatem patris, id & iuſtum tibi & rectum puta, quod ipſe præſcripſerit tibi, nam nullo iure, nullo exemplo laudabili potes in ea ætate conſtitutus refragari voluntati ſuæ. Ad hoc te hortamur, ad hoc te monemus, vt tuæ ætatis primitias dicans bonis principijs, eam benedictionem conſequaris, qua qui caruerunt omni ſucceſſu & proſperitate caruere. *Dat. Florentiæ, &c.*

Incenderat filium eiuſmodi bello Maria Caſtellę Regina, quę ſimultatem cum viro gerebat. Hanc monuit Eugenius [a], vt dirimeret prælia, in quibus funeſta omnino foret victoria. Nitebatur ipſa fratrum Ioannis Regis Nauarræ & Henrici equitum S. Iacobi principis viribus: præcipuus vero auctor diſcordiæ erat idem Rex Nauarræ, quem Eugenius ſaluberrimis monitis erudiuit [b], vt moderandis animi motibus operam daret, nec prudentis principis fore in ancipites bellorum æſtus ſe conijcere; ex pace autem, ſi eam coleret alijſque afferret, magnam laudem conſecuturum.

a Ibid. pag. 119. Io. Rex Nauarræ belli in Caſtella ciuilis auctor. b Ead. pag.

Eugenius, &c. Requirimus tuam ſerenitatem, & per Dei miſericordiam obſecramus, vt ſepoſitis omnibus paſſionibus, odio, & indignatione tum propter ſtatum Regis & regni, qui tibi tuendus & defendandus eſt, tum propter honorem tuum velis omni opera & diligentia quærere & procurare, quæ ſunt pacis & concordiæ inter omnes, nec velis ſpem vllam ponere in rebus fortuitis & incertis, in quibus multi iam decepti ſunt, ſed ſequere conſilia pacis, quæ tutiora ſunt. Dixit quidam ſapiens ſæculi, melius eſſe certam pacem, quam ſperatam victoriam, &c.] Agebatur de Caſtellanæ regiæ procuratione, quam Ioannes Rex Aragoniorum principum opibus & armis florentiſſimorum potentiam veritus, ne ab ijs Caſtella opprimeretur, Aluaro e Luna, & Fernando Velaſco comiti de Haro commiſerat: quos Eugenius ad conſilia pacis amplectenda hortatus eſt [c], nec non Ioannem tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem concordiæ interpretem agere iuſſit [d]. Sed de eo fœdere iterum anno inſequenti dicetur.

Actum itaq; bello de Caſtellæ procuratione.

c Ibid. pag. 120. & 121. & in ms. S. Alex. VII. pag. 193. & 194. d Ibid. pag. 119.

15 Interea S. Franciſca Romana, quæ vt ſuo loco diximus, religioſam domum, quam vocant oblatarum congregationis montis Oliueti, condiderat, virtutibus & miraculorum, ac prophe-

tiæ

tiæ dono clariſſima, nona martij die in cœlum migrauit [a], cui pleuritide laboranti ſecunda a febre cõtracta nocte Chriſtus maxima luce circumfuſus, angelorumque & ſanctarum animarum turma ſuccinctus ſe videndum, vti ſæpe conſueuerat, obtulit, eique cœleſtes triumphos ob glorioſa cum dæmonibus, a quibus ſæpe tentata diuexataque acerbiſſime fuerat certamina, pollicitus eſt, atque eius diem exitus deſignauit. Quo viſo recreata, incredibili mentis alacritate rem confeſſario ac ſanctimonialibus ſuis aperuit, flenteſque pijs verbis ad conſtantiam erexit: ſeptem vero dies, quibus morbo tenta eſt in pijs fundendis precibus conſumpſit, omnibuſque ſacramentis ſe muniri iuſſit: dumque ſacerdos in eius cubiculo rem diuinam faciebat, abalienato ab ſenſibus animo, diuini amoris magna in ſe incrementa ſenſit, rogataque vt promouendæ ſodalium ſalutis gratia vitam ſuam in longius tempus produci a Deo expoſceret, ſe æque ad vtrumque paratam ſeu Deus illam viuere, ſeu emori vellet. Quamuis porro acerbiſſimos pateretur dolores, nullum tamen doloris ſignum dedit, venienteſque hilari facie excepit, eoſq; ſalubribus præceptis ad virtutem erudiuit. Neque ſingulis diebus, propter morbi vim, horariam precationem, quam de beata Virgine vocant, repetere, & ſtatos orationis dominicæ & ſalutationis angelicæ numeros percurrere intermiſit; carpendæ enim æternæ quietis conſcia quietem ſomnumue carpere abnuebat. Demum effuſa in preces, angelumque aſſiſtentem intuita maiori alacritate opus accelerantem, ſe breui e vita diſceſſuram agnouit, ac veſpertinam Deiparæ repetens precationem, defixiſque in cœlum oculis, ſenſuumque compos placide ſanctiſſimam animam nono martij die ætatis anno quinquageſimo ſexto Deo reddidit.

a Vit. S. Franciſc. Rom. l. 5 c. 18. ex actis vetuſtis.

Eius corpus pluribus diebus inſepultum manſit ob ingentes populorum concurſus, eiuſque membra non obriguere, ſed tractabilia, ac ſi viueret, perſtitere, tamque ſuauem odorem ſpirauit, vt ſacrum illud templum roſis, violis, ac lilijs refertum videretur: duo epileptici, plures febri correpti alij contracti membris ſolo corporis contactu conualuere, energumeni liberati, pluraque alia edita miracula. Die S. Gregorio ſacro in diaconia S. Mariæ Nouæ ante aram principem ſepulta eſt, laudataque pro concione inter alios a S. Bernardino Senenſi & B. Ioanne e Capiſtrano, qui illam in ſanctarum mulierum numerum referendam affirmarunt. Inclaruit deinde miraculorum illius fama in dies, refoſſumque eſt XXVII. iulij eiuſdem anni corpus, vt ſepulchrum cruſtis marmoreis ornaretur, quod omnis corruptionis & labis expers inuentum eſt, ac ſi tum recenter viuere deſijſſet & ſuauiſſimo odore fragrauit, ſummoque omnium ſtupore non rigida membra, ſed ad flectendum facillima reperta fuere. Facti etiam ſunt noui ad eius ſepulchrum piorum concurſus ob ingentia miracula, quæ illius ope ſunt patrata; quare Eugenij IV. & Nicolai V. iuſſu [b] ſacra actio de miraculis editis ope S. Franciſcæ inſtituta eſt, a Pio II. & Iulio II. repetita, promota a Clemente VIII. demumque perfecta a Paulo V. a quo conſultus Robertus Cardinalis Bellarminus hæc inter alia reſpondit: *Cum ij, qui in album ſanctorum referuntur, quaſi faces clariſſimæ in edito loco ponantur, vt multis mortalibus viam ad perfectionem oſtendant, B. Franciſca omni ætati, omni ſexui, omni gradui exemplar virtutum proponatur, quippe quæ ab ipſa infantia multis annis virginitatem coluit, alijs non paucis in caſto coniugio verſata eſt, poſtea etiam laborioſam viduitatem exercuit, ad vltimum vitam religioſam & perfectam in monaſteria duxit, itaque & virginibus, & coniugatis, & viduis, & ſanctimonialibus eius declarata ſanctitas mirifice proderit. Quare cenſea finem huic tanto negotio iam tandem per ſanctitatem veſtram omnino eſſe ponendum.* Decreti itaq; fuere a Paulo V. [a] anno MDCVIII. ſanctarum viduarum honores, atque ab Vrbano VIII. Pontifice inuentæ eius reliquiæ maximis miraculis coruſcarunt.

Beatiſſimum corpus ſuauiſſimos odores ſpirat.

Picta Bernardino & Io. a Capiſtrano laudatur pro concione.

Miraculis claret.

b Cap. 20

A Paulo V in cal. 16 S. numerum relata.

a Bull. to. 3. Paul. V conſt. 45.

16 Claudimus hunc annum Græcorum rebus, quæ aliquorum pertinaciſſimorum ſchiſmaticorum impietate valde turbatæ fuerunt; nonnulli enim ea, quæ Florentina ſynodus peregerat, aliter quam geſta eſſent in vulgus ſparſere, quorum mendacia refellere aggreſſus eſt Beſſario egregio volumine, quod Alexij Laſcaris Philantropini nomini dicauit, in quo & hiſtoricum ſimul & theologum agit. Inter eos, qui eidem concilio aduerſati, diu expetitam tantoque partam labore eccleſiarum coniunctionem poſtea diſſoluere, Marcus Epheſi epiſcopus extitit, in quem præter Latinorum elucubrationes [b], extant [c] Græcorum libelli Georgij Hieromonachi Protoſyncelli, Ioſephi Methonenſis epiſcopi, Gennadij [d] poſtea patriarchæ Conſtantinopolitani luculentiſſimi commentarij.

Marcus Epheſinus ſchiſmatis inſtaurator

b Turrecr. & alij.

c Ext. poſt acta Flor conc. to. 4 par. 1. ex edit. Bin.

d Ext. in m. s. Vall.

De Marci quidem Epheſini intollerabili arrogantia & impudentia hæc tradit Gennadius ipſe [e]: *Propria opinione deceptus prudentior & ſapientior vel ipſa vniuerſa ſynodo eſſe putabas, quod ſummæ inſaniæ argumentum fuit, vnum videlicet hominem vniuerſo orbe præſtantiorem eſſe, ſi enim vnus cum vno conferretur, aliquam fortaſſe haberet rationem, ſed vniuerſa Eccleſia communiter congregata vnum aliquem præſtantiorem eſſe fieri nullo pacto poteſt.* Laboraſſe illum morbo epileptico, deque poteſtate mentis deturbatum fuiſſe, conqueſtum ſe a dæmonibus diuerberatum miſere plãxiſſe, cum ad ſynodum vocaretur, idem auctor refert. Obieciſſe porro proteruum hominem in concilio Florentino libros omnes Græcos a Latinis corruptos fuiſſe, eundem tamen ad libros ſanctorum patrum corrumpendos incubuiſſe, fuiſſeque eluſamque diuinitus eius improbitatem memorat.

Præfert ſe concilio.

e Gennad. aduerſ. Marc. Epheſ.

Vocatus ad ſynodum plangit ſe diuerberatum a dæmonibus.

Obiecit impie patrum a Latinis corruptos.

Nolebant, inquit, ſacri illi viri occidentalium patrum auctoritatibus, ſed potius orientalium ſui dogmatis veritatem confirmare, ne haberetis quid obijcere, ſicut factum eſt. Tu vero cum non poſſes ferre veritatem, corruptionem & deprauatos ſanctorum doctorum libros appellabas, cum tibi reprehenſio magna ab vniuerſa ſynodo adſcripta fuit, dum hæc diceres, præcipue prælati interioris Galliæ cum hæc audiſſent, quod libri orientalium doctorum ſunt deprauati, alta voce exclamarunt. Hæreticus eſt maledictus iſte, ſempiterno anathemate damnetur, doctores enim Eccleſiæ reſpuit & e medio tollit, & ſi ſuis orientalibus doctoribus fidem non adhibet. quidnam diceret de occidentalibus & noſtris doctoribus? Orto itaque tumultu ſurrexiſtis: ſequenti vero conuentu cum de auctoritatibus magni Cyrilli verba illi facerent, omnino negaſti ſanctum talia dicere. Cum vero Ioannes Epiphanium afferret eadem cum Cyrillo dicentem, hæc etiam deprauata & corrupta tu dixiſti.

Deinde conſtus profundus ille ſimul & excelſus theologus ex magno Baſilio ex ijs, quæ contra Eunomium ſcripſit, auctoritates attulit eadem confirmantes, quæ ſuperius allatæ, tu vero etiam hunc Baſilium deprauatum dixiſti, & omnes allatos libros corruptos appellans inſanus ab omnibus es habitus. Cum etiam famulum

lum Metropolita Nicomediæ miſiſtis, vt librum afferret S. Baſilij, in quo erat hæc auctoritas. Quæ enim neceſſitas, &c. Ille itaque vel praua mente ſua, vel a vobis adductus voluit occultare veritatem, & accepto pra manibus libro cum veniſſet ad feneſtram cogitauit delere auctoritatem illam & inuenta pagina, in qua erat auctoritas abijt, vt ferrum caperet, & illam deleret. Sed ſpiritus veritatis noluit hoc fieri, ne veritas deleretur, & cum aerem inſufflaſſet, & aer paginam vertiſſet, in qua erat auctoritas, ille preceleritate aliam pro alia paginam ſecat & accepto libro & feſtinanter ad ſynodum allato veniebat magna cum audacia Latinos victurus, ſed cum dominus eius librum aperuiſſet, & auctoritatem integram vidiſſet, obtorto oculo in famulum oſtendit illi, qui non ſine timore exclamauit. Sic me preces tuæ adiuuent, domine & ego paginam abſcidi, quomodo vero iterum integra ſit, neſcio. Hoc itaque pacto auctoritate integra reperta pudore confuſi receſſiſtis, & nunc non te pudet dicere, quod arguiſti abſurditatem dogmatis Latinorum? oportebat procul dubio te pudere talia dicere. Auctoritas S. Baſilij controuerſiam omnem dirimebat, quam cum ſchiſmatici corruptam inſulſe dicerent, adhibita fuit a Beſſarione [a] poſtquam rediJt Conſtantinopolim, accuratiſſima diligentia, vt peruetuſtos eiuſdẽ S. Baſilij libros ãnte exortam inter Latinos & Græcos controuerſiam conſcriptos conſuleret, integramque eam ſententiam ſe in codicibus antiquis reperiſſe, vitiatam in recentioribus ſincere enarrat, & Græcos patres non e Latinis, ſed a Græcis ſuæ & aliorum Græcorum ſalutis proditoribus fuiſſe deprauatos.

Meditatus B. Baſilij textum diſcindere dominus decreuit.

a Beſſar. de ſucceſſu ſynod. Florent. c. 1. Corruptores Græci crimen in Latinos transtulerunt.

Magno & clementiſſimo viro Alexio Laſcari Philanthropino.

Quandam auctoritatem B. Baſilij, quæ ſola omnibus alijs quoad propoſitum oſtendendum antecellit omiſi, propterea quod ab aliquibus dubitabatur, an eſſet B. Baſilij, non quia ego quoque aliquid dubij de ea habuerim, minime, ſed quia apud alios dubitabatur, nolui dubio vti. Hæc autem eſt, qua in tertio contra Eunonium ſuorum librorum beatus ille vſus eſt. Cur enim neceſſe eſt; inquit, ſi ordine ac dignitate, tertius eſt Spiritus, natura quoque ipſum tertium eſſe dignitate, namque ipſum ſecundum eſſe a Filio eum ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa cauſa dependeat pietatis ratio tradit. Hoc igitur omiſimus in dogmatico noſtro ſermone ponere. Ita vero ego certe teneo S. Baſilij hanc eſſe auctoritatem, quemadmodum & alios eius contra Eunomium libros, quibus autem rationibus, tu quoque audias. Cum in hac ſynodo noſtra ſex inter nos volumina huius operis contra Eunomium haberemus, quatuor in membranis antiquiſſima, quorum tria quidem Mitilenenſis archiepiſcopi erant, quartum Latinorum, duo vero in papyro, quorum vnum erat ſereniſſimi Imperatoris aliud reuerendiſſimi patriarchæ, quod a monaſterio Xantopulorum commodo accipiens ſecum portauerat, quorum inquam ſex voluminum quinque ita habebant hanc auctoritatem, vti ego nunc allegaui, videlicet qui ab ipſo, hoc eſt Filio, habeat eſſe Spiritus, & ab eo tanquam a cauſa dependeat, vnum vero dumtaxat, quod videlicet apud patriarcham erat hoc auctoritate carebat in quibuſdam partibus eius diminutum, in quibuſdam ſuperabundans, prout corruptoris, quicumque ille fuerit, mens & manus voluit, demum poſt celebratum ſacrum concilium & noſtrum ad vrbem Conſtantinopolitanam reditum, cum propoſuiſſemus omnes illorum ſacrorum locorum bibliothecas, tum huius libri S. Baſilij tum aliorum gratia inquirere, quæcumque noua volumina reperi poſt hanc contentionem ſcripta omnia manca prædicta auctoritate reperi, quæcumque vero antiquiora erant, & antequam hoc bellum oriretur ſcripta, hæc vera ſana & integra cum auctoritate prædicta manent, quæ non pauciora ſunt, quam illa, quæ paſſa fuerant corruptionem, in quibus etiam aliquid reperi, quod & plangendum ſimul & mirandum eſt, mirandum quidem, ſi quis volens adhæret falſo ipſe illud fingens, & præſertim veritatem celando, cum intellectus naturaliter veritatem habeat pro obiecto, plangendum vero, quod aliqui ſint ita fidei veritatem parui facientes, ſine qua eſt impoſſibile hominem ſaluum fieri, vt non ſolum eius inueſtigationem contemnant, verum etiam cum clare appareat eam cælare, opprimere, atque peruertere conentur: hoc autem tale, quid erat vna cum alijs. Duos etiam quoſdam libros S. Baſilij offendi apud monaſterium Chriſti Saluatoris Pantepopti, vnum in pergameno antiquiſſimum, vt videbatur, quanti vero temporis ignoro, non enim erat annus inſcriptus, aliud in papyro ante tercentos annos ſcriptum, erat enim in fine tempus notatum, ex quo certe habetur tantum temporis præteriſſe ab eius initio, & libri adhuc extant, niſi poſtquam eos publicauerim e medio ſublati fuerunt ab illis, qui omnia contra ſuam ipſorum ſalutem machinantur. Hæc ambo, vti nos allegauimus, habebant ſancti doctores auctoritatem inſcriptam. Quidam autem animi audacis, audacioris etiam manus a membranis quidem ferro veritatem deleuit, quamquam nihil ei temeritas profuit, cum & locus vacuus manens & ſyllabarum medietate adhuc exiſtentes & illius audaciam accuſent, & veritatem nihilominus oſtendant. In papyreo vero volumine atramento perfuſo totam illam partem operuit, qua dicitur ab eo tanquam a cauſa dependere. At poſt aliquos annos cum hic liber in manus incidiſſet illius ſapientiſſimi viri Demetrij Cydonij, auctoritas prædicta reintegrata eſt, ille enim cum propria manu in margine illius libri adſcripſit; audaciam corruptoris digne reprehendit; in tantam inſaniam, tenebras, & ignorantiam noſtros homines perpulit eorum contentio.

Inſignis Baſilij auctoritas.

Perfidia ſchiſmaticor. in corrumpendis auctor. ſcriptis.

Semiraſa auctoritas S. Baſilij reſtituta.

Deinde dicere audent, quod Latini, noſtrorumque Veccus & alij, qui Latinos ſecuti fuerunt, libros corruperint, præſertim cum auctoritas hæc tantum ornatum tantam gratiam & eloquentiam Atticam præſeferat, vt non modo Latinos aliquid ſimile cum tanta gratia in lingua peregrina & Græca non poſſe componere, ſed ne Græcos quidem præter ipſum Baſilium; Latinis etenim lingua propria generaque dicendi a noſtris diuerſa impedimento ſunt, ne aliquid ita ornate in noſtra lingua conſcribant: *Et infra*. Præterea cum Veccus paucis ante annis fuerit, libri vero multo eo antiquiores ſint, falſam hanc accuſationem, & vanum refugium probant. Item hoc idem aliunde probatur; Vir quidam apud Latinos maximæ reputationis Hugon nomine antiquus & longe ante tempora noſtra (præteriti ſunt namque fere trecenti anni ex quo fuit) cum de proceſſione Spiritus ſancti ſcriberet, hanc etiam auctoritatem S. Baſilij ad hanc concluſionem probandam inducit. Hoc autem non Latine ſcriptum videns dico, verum Græce apud Conſtantinopolim in quodam libro Græco, non ipſius Hugonis, ſed cuiuſdam Nicetæ archiepiſcopi Theſſalonicenſis, qui ipſi

Calumnia Græcor. ſchiſmaticor.

Hugo-

Digitized by Google

Hugoni contradicit, quamquam ipſe Theſſalonicenſis idem cum Latinis ſapiebat, quod enim Spiritus ſanctus ex Patre Filioq; procederet credebat; contendebat vero, vt vulgo dicitur, de vmbra aſini, neque ipſum verum aſſerens licere ſymbolo addi: rem magnæ profecto deuotionis & ſapientiæ ac ſi diceret non oportere veritatem publice prædicare.

a Beſſar. de ſucceſ. ſynod. Florent. c. 9.

17 [Inter ſophiſticas argutias ſchiſmatici obſcuras aliquas ſanctorum patrum ſententias in alienum ſenſum detorquebant a Græci in primis eam S. Ioannis Damaſceni ſententiam, Spiritum Filij dicimus, ex Filio vero non dicimus. Reſpondet Beſſario dixiſſe Damaſcenum non ex Filio, quia Filius non eſt primordiale principium Spiritus ſancti: Si vnum nomen eſſet ſufficiens & ſummam potentiæ eorum identitatem, & ſummum ad inuicem ordinem ſimul ſignificare, illo profecto omnibus alijs poſtpoſitis vtendum eſſet; nec vero non ſolum impoſſibile eſt vnum tale reperire nomen, & ideo neceſſario vno nomine alterum horum, altero vero alterum exprimendum eſt. *Et infra:* Præpoſitio, ex, æqualitatem quidem cum de aliquibus duobus vel pluribus accipitur, ſignificat, ordinem vero vnius ad alterum minime: *Et infra:* At præpoſitio, per, e conuerſo ordinem quidem ſignificat, æqualitatem vero minime, ſi quid enim ex aliquo per aliquem eſſe aut fieri dicatur, manifeſte apparebit illum, de quo dicitur, per ordinem quendam ad illum, de quo præpoſitio ex, prædicatur habere & hinc ab eo accepiſſe id quod per eum fit, æqualitas vero horum ad inuicem minime ſignificatur, minoris namque potentiæ ſemper & auctoritatis eſt ille, de quo præpoſitio, per, prædicatur, vnde ſancti patres & doctores tum orientales tum occidentales cum ad potentiæ æqualitatem, immo identitatem Patris & Filij reſpiciunt, ex Patre & Filio dicunt Spiritum ſanctum procedere & eſſe, cum vero ordinem eorum ad inuicem oſtendere volunt, ex Patre per Filium eum procedere & ex Patre per Filium ſiue ex Deo per Filium eum eſſe docent. Sunt tamen nonnulli ſanctorum, quorum aliqui maioris fecerunt ordinem, vt maior pars orientalium, aliqui æqualitatem ſiue identitatem, vt primi occidentalium, & quemadmodum occidentales pluris facientes æqualitatem ſæpius vtuntur, ex, ita orientales, qui ordinem maioris æſtimant, cum quibus & B. Ioannes Damaſcenus connumeratur, per vt plurimum vtuntur, raro admittentes præpoſitionem, ex, non ſibi inuicem contradicentes, ſed diuerſa ſignificata diuerſis nominibus exprimentes, quare de mundi creatione, etſi abſque vlla ambiguitate ex Filio etiam omnia producta ſint prout ex Patre, rariſſime tamen reperies apud doctores, præſertim orientales, quod mundus ſit productus ex Filio, ſed ſemper per Filium ob illud Ioannis. Omnia per ipſum facta ſunt, ita magis ordini adhæſerunt patres orientales, & ideo vtuntur per, quæ ſola ordinem ſignificat. Præterea linguæ Græca per hanc propoſitionem, ex, principalem ſignificat cauſam, qualem Filium eſſe vel Spiritus vel mundi nullus omnino concedet, quare fugiunt doctores de Filio ipſam, ex, vti, ne quis eum principalem cauſam putaret.

Cur Græci dixerint per Filiũ procedere Spir. ſanctũ.

b Beſſar. de ſucceſſ. ſynod. Florent. c. 9.

[Obijciebant etiam ex S. Dionyſio, ab illo in libro de diuinis nominibus Patrem dici ſolum fontem diuinitatis: *Solus fons diuinitatis, quæ ſuper omnem ſubſtantiam Pater eſt;* ad quæ reſponſum b eſt a Beſſarione, dici Patrem ſolum fontem, quia non eſt fons ex fonte, Filius vero licet ſit fons Spiritus ſancti, tamen ſit fons ex fonte.] Ad illa S. Dionyſij, ſolum fontem diuinitatis Patrem dicentis, vt clarius appareat, auctoritatem illam non habere illum intellectum, quem noſtri putant, audiendum eſt primo illos doctores, qui etiam Filium dicunt fontem Spiritus ſancti: non dico gratiarum Spiritus ſancti non ſubſiſtentium, hac enim abutuntur ad omnia huiuſcemodi reſpenſione; ſed ipſius perſonæ Spiritus ſancti. Primo itaque Athanaſius in ſua contra Arianos oratione illud pſalmi: *Quoniam apud te eſt fons vitæ,* exponens: *Sciebat etenim,* inquit, *Patrem videlicet apud ſe habere Filium fontem Spiritus ſancti.* Pater igitur, quod ipſam perſonam Spiritus hic dicit, non gratiam non ſubſiſtentem. Habemus enim a S. Baſilio traditam regulam, quod cum audimus Spiritum cum additione, ſanctum, nil aliud quam perſonam Spiritus intelligere debeamus. Cum igitur hic Filius fons Spiritus cum additione ſancti dictus ſit, patet quod perſonæ eius fons dictus eſt. Deinde quoque ipſe magnus Baſilius, qui hanc nobis tradidit regulam, fontem Spiritus ſancti Filium nominat, dicens: *Fons vitæ Filius,* ait enim Dauid ad Patrem: *Quoniam apud te eſt fons vitæ;* & rurſus alius propheta dicit de Iudæis: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis;* aqua vero viuens dicitur Spiritus ſanctus: *Et infra:* Quod ſi quis etiam diceret Patrem ſolum fontem generationis diuinæ, quæ ſupra omnem ſubſtantiam eſt, tanquam ſolum Filij ſimul & Spiritus principium, non ab re diceret; ſolus enim ille amborum principium eſt, & ſolus fons non ex fonte: Filius vero eſt quidem fons, doctoribus ita docentibus, ſed fons ex fonte: huius autem ſententiæ & B. Auguſtinus in quarto de Trinitate eſt, ait etenim: *Et quod dicit Dominus: Quem ego mittam vobis a Patre, probat Spiritum ſanctum & Patris eſſe & Filij, etenim cum dixiſſet, quem mittet Pater, addidit, In nomine meo, non tamen dixit; Quem mittet Pater a me, quemadmodum dixit: Quem ego mittam vobis a Patre; oſtendens videlicet, quod totius dignitatis, vel vt melius dicatur, deitatis Pater eſt principium.* Hoc beatiſſimo doctore quem digniorem quæremus mentis Dionyſij expoſitorem?]

Auctoritas S. Dionyſij expenditur.

Alia S. Athanaſij expenſa.

Cur Pater dicatur ſolus fons.

At cur ſancti patres Græci ſæpius dicant Spiritum ſanctum ex Patre per Filium, ſchiſmaticos ad labefactandam veritatem nonnullas finxiſſe argutias, vt his laqueis imbecillium mentes irretirent obſeruat Beſſario in declaratione orationis dogmaticæ a, ſic inquiens: *Sciendum, quod cum doctores dicant Spiritum ſanctum ex Patre per Filium procedere, vel profluere, & cæteris ſimilia, & ex hoc apparet Filium quoque Spiritus principium eſſe, quod contra eos facit his quatuor euaſionibus hanc veritatem euadere conantur. Primo namque cum rariſſime dicant doctores Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, ſæpiſſime vero mitti, profluere, prodire, emanare, ſcaturire, ſtiri, ac huiuſmodi, fecerunt ſibi hanc voluntariam diſtinctionem, quod videlicet verbum, procedere, dumtaxat ſignificaret hypoſtaticam & perſonalẽ Spiritus ſancti emanationẽ, cætera vero vocabula chariſmatũ et donorum eiuſdem in nos diſtributionem, & temporalem in mundum eius miſſionem, quam etiam per Filium fieri concedunt. Secundo dicunt quod ideo dicitur, ex Patre per Filium, non quia Filius eſt principium Spiritus ſancti, ſed quia Pater & Filius ſunt nomina relatiua, alterum vero relatiuorum non poteſt dici quin intelligatur alterum, ideo dicendo, ex Patre, neceſſe eſt etiam Filium nominare propter vim ipſius*

a Beſſar. in decl. orat. dog.

Vaniæ Græcorum argutiæ ad obſcurandam veritatem.

Digitized by Google

ſius relationis. Tertio conſubſtantialitatem Patris & Filij cauſam eſſe aiunt, vt ex Patre per Filium Spiritus eſſe dicatur, cum enim eiuſdem ſubſtantiæ ſint Pater & Filius, neceſſario cum dicitur ex Patre oportet quod dicatur etiam ex Filio. Quarto quia nonnunquam, rariſſime tamen & apud poetas, quibus ob anguſtiam metri, licet metaphorice & abuſiue vocabulis vti præpoſitionem, per, aliquando repererunt idem ſignificare, quod præpoſitio, cum, dicunt Spiritum ſanctum ideo dici, ex Patre per Filium procedere, quia ex Patre cum Filio ſimul procedit, & his modis omnes illas auctoritates exponunt ſiue peruertunt. Hæc nos ex ipſamet auctoritatum ſententia & rationibus veriſſimis conſutauimus, probantes hæc non poſſe conſiſtere nec opinionibus & verbis ſanctorum doctorum conuenire, prout ex ipſis verbis clarius videtur. Addit Græcos de Theodoreto Cyri epiſcopo obieciſſe, illum in œcumenico concilio contendiſſe aduerſus Cyrillum non habere Spiritum ſanctum exiſtentiam per Filium, vel ex Filio, nec tamen a concilio increpitum fuiſſe, & concilij ſilentium pro inſolubili argumento a Græcis exiſtimari: at Theodoretum tunc Neſtorij hæreſiarchæ ſuſcepiſſe patrocinium, propterea que damnatum, ac multis annis ab Eccleſia excluſum fuiſſe, quod Baronius quoque fuſe in ſuis annalibus proſequitur.

Obiectio ex Theodoreto diſſoluta.

Eadem ſolutione vſus eſt Gennadius Scholarius a aduerſus Marcum Epheſinum obijcientem auctoritatem Maximi: *Quod, inquit, vt validiſſimum obijcis eſt, quod ait Maximus, Patres illos demonſtraſſe non eſſe a ſe affirmatum filium eſſe cauſam ſed illud denotatum quod per ipſum procedat: hoc enim tu ais & iſtos nunc reformidantes dicta quidem approbaſſe & ipſos exemplo Maximi, cauſam vero Filio tribuere nullo modo voluiſſe maiorem partem. Nos vero ad hæc etiam reſpondebimus paucis, S. Maximi dictum ita intelligitur, non putat ipſe Filium eſſe cauſam Spiritus principalem & primordialem, aut principium ſine principio, ſiue cauſam abſque cauſa, hoc enim ſolo ineſt Patri haud quaquam Filio, ſiquidem quod habet Filius acceptum habet a Patre, a quo etiam eſt, quare, vt Filius quoque dicatur cauſa & principium Spiritus ſancti, hoc a Patre accepit. Poſſumus quippe nos etiam exemplo magni Gregorij dicere cauſa de cauſa, lumen de lumine, Deus de Deo, ſicut ille dicit, principium de principio. Etſi ergo Filius vocatur cauſa, non tamen a ſe originaliter verum ex Patre quidem principaliter per Filium vero & ex Filio, vtpote per Filium & hoc eſt, quod ait Maximus, oſtenſum eſſe ab illis ſe non aſſerere Filium cauſam Spiritus principalem, ſed ſignificare voluiſſe, quod per ipſum procedat. Ita igitur & iſti hoc ſenſu tribuentes Filio cauſam non primordialem recte & pie fecerunt, nam neque nos dicimus Filium principalem ſeu primordialem Spiritus cauſam, ſed ex Patre, vtpote primo principio a nullo principio & principali, ex Filio autem & per Filium, vt per ipſum ex Patre ita credimus, & intrepide prædicamus.*

a Gennad. ſchol. adu. Marc. Epheſin.

Filius non dicitur principium primordiale Spiritus S.

18 In controuerſia de azymo cum arguerentur Græci eo die, quo inſtitutum eſt Euchariſtiæ ſacramentum, non repertum in Iudæa fermentatum ex diuina lege, finxiſſe miraculo creatum fuiſſe a Chriſto, refert idem Gennadius b in libro de quinque capitibus pro concilio Florentino, ac pias cauſas ob quas orientales fermentato, azymo vero occidentales vſi ſint, exponit: *Quidam, inquit, præter rationem admodum imperite & adeo ſtolide, vt ita dicam, & impudenter obijciunt quamuis azymorum dies eſſent, vt dicitis, nec fermentatum inueniri oportebat, tamen cum Deus eſſet, azymum fermentatum efficere poterat, nihil eſt enim impoſſibile apud omnipotentem Deum, nihil eſſe impoſſibile apud eum, qui poteſt omnia, omnes confitentur, nec ſolum azymum fermentatum efficere, ſed & lapides ipſos panes. At neceſſitatem hanc, qua ad hoc peragendum duceretur, ego perſpicere non valeo; quanam de cauſa ſtatuere voluiſſet fermentatum potius, quam azymum corpus ſuum conſici, hanc mihi explicate neceſſitatem, ſi noſtis, at nunquam poteritis. Neſcio etiam an panem fermento carentem corpus & ſanguinem ſuum prohibuiſſet, vel ſua diuina conſecrationis verba inualida reddere libuiſſet, ſed idneque hæretici, neque a Chriſtiana religione alieni ſentient vnquam, vel dicent; quod autem Dei Eccleſia nullum eſſe diſcrimen inter azymum & fermentatum arbitratur multis & egregijs argumentationibus iam oſtenſum eſt.*

Controuerſia de fermentato,

b Gennad. expoſit. pro conc. Flor. 42. cap. ſect. 8

Fictio Græcis miracula pro confirmando figmento.

Nunc demonſtrabitur, quo pacto Romana eccleſia azymum & orientalis eccleſia fermentatum conficit per Gregorium Dialogum virum ſanctiſſimum, qui ante eccleſiarum ſchiſmata vixit, cuius commemorationem noſtra etiam eccleſia vnaquoque anno cum laude facit: hic enim optime cauſas reddit azymi & fermentati, traditque occidentalem eccleſiam azymum, orientalem fermentatum antiquitus in vſu habuiſſe, bonaque & laudabili ratione vtramque ad id efficiendum fuiſſe permotam; ſcribit enim. Solet multos perturbare quamobrem in Eccleſia quidam panes azymos, quidam offerunt fermentatos. Romana eccleſia offert azymos panes, propterea quod Dominus ſine vlla commiſtione ſuſcepit carnem. Sed cæteræ eccleſiæ offerunt fermentatum pro eo, quod verbum Patris indutum eſt carne & eſt verus Deus & verus homo. Item & fermentum commiſcetur farinæ & efficitur corpus domini noſtri Ieſu Chriſti viui, ſed ſiue in azyma ſiue in fermentato conficiatur Domini corpus & Saluatoris noſtri ſumimus. Audiſti quomodo magnus hic pater nullum inter azymum & fermentatum indicat eſſe diſcrimen? Quodque indubitate vtroque modo conficitur corpus Domini, idque iam diu vſus obtinuit in eccleſijs apud occidentalem in quam & orientalem nam optime, vt ipſe arbitror, declarauit quod nunc propoſitum eſt hanc azymo vſam eſſe ait propter ſynceritatem & puritatem carnis Domini, quia immunis & expers eſt omnis vitij, illam fermentata propter diuinitatis & humanitatis vnionem in ipſius hypoſtaſi, idque merito, nam vt azymum ſubtiliſſimum ac puriſſimum eſt, quia ſine fermento conficitur (nam fermento pro peccato ſcriptura vtitur) ſic & Domini corpus cum puriſſimum nec alicuius peccati perceptibile ſit in azymi ſacrificio conficitur, ac vt fermentatum per fermentum ſubſtantiam craſſiorem ſubit, ſic & Domini corpus per humanæ carnis conſperſionem in vnam diuinitatis & humanitatis perſonam per fermentum indicatur.

Cur Romana eccleſia azymo orientalis in fermentato conficiant.

Myſtica azymi & fermenti ſignificatio

19 Exorta hoc anno in Licienſi vrbe controuerſia, an lethaliter peccarent, qui ipſo paſcalis die ſacram Euchariſtiam non ſumpſiſſent etiam ſi præcedenti feria quarta ea refecti fuiſſent, conſultus Eugenius hoc reſponſum dedit a.

a Bullar. in Eug. IV conſt. 20.

Eugenius, &c. Cupientes purgatum triticum in horreum Domini congregare & inutilibus contentionibus finem dare, attendentes iuxta doctrinam B. Auguſtini, quod ſolent circumſtantiæ ſcripturarum illuminare ſubſtantiam veritatis, & non ſolum adiacentia, ſed etiam præcedentia & ſubſequentia verba ſunt conſideranda prudenter. Cum dicat canon Eccleſiæ, omnis vtriuſque ſexus. Fidelis ſaltem ſemel in anno confiteatur: *Et infra.* Suſcipiens ad minus in paſcha reuerenter Euchariſtiæ Sacramentum. Et ſequitur: Niſi de proprij ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum; dicimus expreſſe non intentionis legiſla-

Qui cenſendi communicaſſe in paſchate.

Digitized by Google

toris fuiſſe animas illaqueare fidelium ſub culpa mortali ad communicandum præciſe in die reſurrectionis Dominicæ, ſed terminum ſtatuiſſe a paſcha ad paſcham, cum dicit ſemel in anno. *Et infra.* Ad minus in paſcha, &c. mens enim magis, quam verborum ſonus eſt attendenda diſcretio. Intelligimus itaque optimo iure ſatisfactum eſſe canoni, ſi in hebdomada ſancta, vel infra octauam Paſchæ reſurrectionis dominicæ ſecundum meliorem diſpoſitionem conſcientiæ, & aptiorem mentis deuotionem fideles præparatione debita ſanctum Euchariſtiæ pignus excipiant, & cum Domino paſcha celebrent ad ſalutem, & huic ſententiæ omnes volumus acquieſcere, &c. *Dat. &c. die VIII. iuly* MCCCCXL. *pontificatus noſtri anno* X.

A paſchate ad paſcha.

IESV CHRISTI
Annus 1441.

EVGENII PP. IV. annus 11. FRIDERICI III. ROM. REGIS 2. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 18.

1 ANnus redempti orbis milleſimus quadringenteſimus quadrageſimus primus indictione quarta ob Iacobitas orientales, qui Ægyptum incolebant, cum eccleſia Romana in concilio Florentino conciliatos, inſignis extitit. Miſerat iam ante [illegible] Eugenius ad illos a ſchiſmate reuocandos cum apoſtolicis literis a Albertum Minoritam, quas in Syriacum ſermonem conuerſas Ioannes eorundem Iacobitarum patriarcha cum alijs epiſcopis in eccleſia publice in maxima populi frequentia, vt ipſemet teſtatur, perlegi iuſſit. Quibus ingenti omnium plauſu, ac gratulatione auditis, Pontificem literis ſuis, anno ſuperiori exaratis, ea de re certiorem fecit, atque ad ſedem Apoſtolicam Andream S. Antonij abbatem, facta ei ampliſſima iungendi ſacri inter eccleſias fœderis poteſtate, legauit. De cuius aduentu, rebuſque hoc anno cum Eugenio ac ſynodo Florentina geſtis hæc apud Andream e Sancta cruce b monumentis conſignata ſunt: *Die iouis* XXXI. *& vltima menſis auguſti ac mane hora duodecima vel quaſi, qua hora, quæ pro generali congregatione adſcripta fuerat, S. D. N. Eugenio præſidente, ac reuerendiſſimis reuerendiſque venerabilibus patribus & dominis ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, doctoribus & magiſtris, tam ſæcularibus, quam regularibus, hoc ſacrum concilium repræſentantibus congregatis, comparuit præfatus dominus abbas Andreas, ac præmiſſis ſolemnitatibus in idiomate Syrorum propoſuit in hac verborum forma, prout poſtmodum in ſermone Latino per venerabilem virum dominum Blondum præfati domini noſtri Papæ ſecretarium interpretatum fuerat de idiomate Italico in Latinum, vt ſequitur.*

a Ext. apud Card. Iuſtin. pag. 351.

b Apud Card. Iuſt. conc. Flor. p. 3. n. 8.

Abbas S. Antonij de erectis orator a patriarcha.

Cogitanti altam maieſtatem tuam & meam humilitatem, pater beatiſſime, tantus ſuboritur pauor, vt ſi aliqua errauero in dicendis paucis, primum id mihi indulgeas deprecor; nil enim aliud quam tremor apprehendere poteſt hominem me, puluis enim ſum & cinis coram te Deo in terris verba faciens. Es namque Deus in terris, & Chriſtus & eius vicarius, es Petri ſucceſſor & pater, caput & doctor Eccleſiæ vniuerſalis, cui data ſunt claues claudendi & paradiſum cuicumque volueris reſerandi. Tu princeps Regum & maximus es magiſtrorum.

Oratio eiuſ ab eo habita.

Primatum Romani pontificis agnoſcit.

Quæ omnia & ſimilia conſiderans, expaueſco tuam alloqui ſanctitatem, cum maxime ante oculos mentis proponam non ſolum poteſtatem tuam, ſed ſapientiam Latinorum, qui in ſtudio ſapientiæ diuinarum rerum & diſciplinæ Ieſu Chriſti, quod a principio ſalutis fidelium imbiberunt, continuo in hæc tempora exercitati ea nunc tenent, & ſentiunt, quæ beatiſſimi Apoſtolorum principes Petrus & Paulus illis a principio tradiderunt; quæ autem eccleſiæ, huiuſmodi ſapientia & diſciplina aliquando priuatæ, prima non tenuerunt fundamenta, & a Romana eccleſia matre & magiſtra ſeparatæ fuerunt, eas permiſit Deus gentibus in opprobrium & infidelibus in rapinam, prout euidenter cernere datur in Græcis & Armenis, & pariter in nobis Aethiopibus Iacobitis, poſtquam anno nongenteſimo a vobis fuimus ſeparati.

Orientales conculcatos ab infidelibus propter ſchiſma.

Conſolamur vero & mæſtitiæ noſtræ ſpem ea ratione amplam aſſumimus, quod qui tibi conceſſit Græcos & Armenos in catholicæ fidei vnionem latius venire, quique tibi inſpirauit, vt nos per dilectum filium tuum Albertum ordinis Minorum ad vnionem quærendam inuitares, idem piiſſimus Deus noſter ſuam nobis elargietur benedictionem, vt eadem tecum in catholica Dei Eccleſia ſentiamus, quod quidem perficietur. Ego &, vt tu vides, ætate iam grauis e domo ſum profectus ad tuæ ſanctitatis pedes præſentiamque, ſuperatis terræ & maris periculis perventurus, reuerendiſſimi mei patriarchæ orator, ac ut digniſſimus locumtenens, quemadmodum conſtare videbis in mandatis, quæ tibi ab eodem patriarcha exhibeo, quemadmodum poterit enarrare idem frater Albertus, qui multa mecum pericula, multos ſubijt labores pro hac digniſſima vnione fidei Chriſtianæ.

2 Aſſenſiſſe pontificem pijs Iacobitarum votis, atque orthodoxæ fidei formulam tradidiſſe, proximo anno viſuri ſumus. Cæterum Andream abbatem Ægyptium non modo Iacobitarum in Ægypto degentium eorum patriarchæ oratorem fuiſſe, verum & Imperatoris Æthiopum vna cum Petro diacono, ex literis a Eugenij conſtat, quibus Vaticanæ baſilicæ canonicis dedit mandata, vt iiſdem oratoribus limina Apoſtolorum adituris ſacram Veronicam oſtenderent.

A Conſtantino Imp. Æthiopum miſſi oratores ad Eugenium.

a Lib. 5. pag. 100.

Dilectis filijs canonicis & capitulo baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe ſalutem.

Cum dilectos filios Andream abbatem S. Antonij de Ægypto & Petrum diaconum oratores magni principes Conſtantini Imperatoris Æthiopum, ſiue, vt dicitur, presbyteri Ioannis, qui deuotionis cauſa ad almam vrbem præſentialiter ſe conferunt, cupiamus pro maiori Eccleſiæ ædificatione, atque vt prædictum Imperatorem alioſque ſibi ſubiectos Reges & principes, ac populos pene innumeros ad vnionem cum eccleſia occidentali, quam apud nos quærere aduenerunt, facilius adducere & inclinare poſſint ſanctã Dei & ſaluatoris noſtri imaginem, ſiue, vt dicunt, S. Veronicam videre, & vos conſtitutionibus ac alijs ordinibus illius eccleſiæ iuramento firmatis id extra debita & conſtituta tempora facere prohibeamini, deuotioni veſtræ, vt ipſam ſanctam nunc, quando non ſunt tempora inſtituta, prædictis oratoribus cum debito & ſolito modo reuerenter oſtendatis, prohibitionibus ſupradictis, iuramento, & quouis alio auctoritate Apoſtolica tenore præſentium vos hac vice tantum reddimus abſolutos, & alijs in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, ſimilibus tenore præſentium & auctoritate præcipimus & mandamus. *Dat. Florentiæ IV. non. octobris anno* XI. Peruenere eodem anno Florentiam alij Conſtantini Æthiopum Regis oratores, quos Angelus Maurocenus ex inſula Rhodo aduexit, cumque Angelus ipſe reditum pararet, Pontifex cunctos Chriſtifideles vllam ei iniuriam inferre vetuit b, propoſita hac iuſtiſſima cauſa.

Oſtenſa illis Romæ ſacra Veronica in baſilica S. Petri.

b Lib. 5. pag. 107.

Vni-

Vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem, &c.

Cum dilectus filius nobilis vir Augelus Mauroceuus miles Scienſis nonnullarum galearum & fuſtium, quas proprio ſumptu tenet, gubernator & dominus, proximis temporibus gratam nobis & plurimum acceptam, & nomini Chriſtiano glorioſiſſimam dederit operam, perductis ad noſtram præſentiam ex partibus inſulæ Rhodi magni Æthiopum Regis Conſtantini, ſiue vt dicitur Presbyteri Ioannis oratoribus, vnionem dicti Regis & ſubiectorum ſibi populorum pene infinitorum cum occidentali eccleſia quærentibus, nos eundem Angelum, qui cum ipſis galeis & fuſtibus aut earum parte ad orientis partes redire intendit, cupientes plena vbique inter Chriſtianos principes ſecuritate atque immunitate & fauorabili tractatione gaudere, vniuerſitatem veſtram, &c. [rogat Chriſti cultores, vt placide Angelum, nullam ipſis iniuriam illaturum, portubus excipiant & commeatu inſtruant. *Dat. Florentiæ IV. non. octobris anno XI.*

Conſiliarii Rex Æthiopum Romanæ eccleſiæ aggregatur.

3 Ad inſtaurandam eandem cum Romana eccleſia Æthiopicæ coniunctionem, Nicodemus etiam abbas, qui Æthiopibus Ieroſolymis commorantibus præerat, Regis Æthiopiæ nomine legatum miſit [a] cuius oratio [b] in publico cœtu habita eſt Florentiæ hoc anno ſecunda ſeptembre die.

a Sauder. de viſib. monarch. l. 7.
b Ext. in act. conc. Flor. apud Card. Iuſt. p. 3. n. 11 pag. 375.

Expoſitio oratoris R. P. D. Nicodemi abbatis pro ſereniſſimo & potentiſſimo Aethiopum Imperatore ſuper Aethiopibus Ieroſolymis conſtitutis.

Omnes homines ad tuam præſentiam peruenientes, pater beatiſſime, multas tenentur Deo gratias agere, qui eos fecerit dignos videre in te Chriſtum etiam in terris, inter peccatores homines conuerſantem. Sed nos in Æthiopia nati multis magniſque cogimur rationibus, qui nobis dedit ſacram fidem tuam in præſenti tempore intueri. Primum quod neminem credimus remotiore ab orbis parte huc ſe conferre, quam nos, qui non ad extremam modo omnibus partem, ſed pene extra ipſum orbem poſitam incolimus Æthiopię regionem.

Habita a Nicodemo abbate oratio nomine illorum.

Secundum, quia (ſalua cæterarum pace) non credimus gentem eſſe aliam, quæ maiori fide & deuotione Romanum Pontificem veneretur, quod quidem experientia apud nos notorium eſſe dignoſcitur, vt reuerſuri in patriam applauſus exultationeſque noſtrorum hominum & populi obuiam proceſſuri timere cogamur, quia ſemper hactenus obſeruatum eſt, vt venientium a Romani Pontificis conſpectu plebs, & omnis ſexus ætatis multitudo conferta pedes oſculari, & veſtis partem, pro reliquijs ſeruandam, lacerare contendat. Vnde intelligi poteſt quanta ſit noſtris hominibus Romani Pontificis opinio ſanctitatis.

Tertio loco maiori excipienuum lætitia & iubilo gaudium noſtrum, quod maius imperium noſtrum, quam aliud eſſe opinamur, ſiquidem Reges centum noſtro imperio etiam præſenti tempore ſunt ſubiecti, & præter hoc gloriæ noſtræ pars non eſt minima Regina Saba, quæ excitata fama ſapientiæ Salomonis ita ſe contulit in Ieruſalem, quemadmodum nos, qui licet multo minores ſimus Regina Saba, ad te venimus qui es etiam plus quam Salomon: ex gente igitur noſtra fuerunt Candacis Regina & eunuchus, quos Philippus Domini noſtri Apoſtolus baptizauit, quarum rerum certe magnarū gratia tu, qui maximus es magnatum, nos licet paruulos des libenter, prout confidimus, te intueri.

Vaſtitas Abyſſini imperij.

Poſtremo vero & rationum præſtantiſſima, quibus aduenisse lætamur, ea eſt, quæ ab ipſis effectibus innotuit, & mundo palam eſt factum, omnes, qui a te & a Romana eccleſia diſceſſerunt, penitus corruiſſe, noſtra tamen inter cæteras eccleſias quæ a prædicta Romana videntur eccleſia receſſiſſe, fortis etiam & potens ac libera exiſtit, cuius quidem rei nullam aliam dicent ſapientes cauſam exiſtere, quam quia aliarum eccleſiarum receſſio atque rebellio fuit voluntaria. Hincque eorum populi in ſeruitutem exterminiumque ſunt dati, noſtra autem intermiſſio & elongatio a ſede tua nequaquam a perfidia aut leuitate alia, ſed potius proceſſit a prouinciarum diſtantia & a periculis, quæ ſubeunt commeantes, atque etiam a prædeceſſorum tuorum Romanorum Pontificum negligentia, cum nulla apud noſtros homines ſit memoria viſitationis aut curæ tot Chriſti ouium, quam paſtorum quiſpiam ante te voluerit ſuſcipere; nam fert opinio noſtra octingentos effluxiſſe annos, ex quo nullus ante Pontifex Romanus nos vel leui aut vnico verbo curauerit ſalutare. [Ignarus fuiſſe videtur hic abbas hiſtoriæ eccleſiaſticæ, etenim ſæpius coniunctos ſe Romanæ eccleſiæ profeſſi Æthiopes ab illa doctrina apoſtolica erudiri flagitarunt, nam Alexandri III. temporibus ſacellum Ieroſolymis & in Vrbe eccleſiam obtinuit Æthiopum Imperator [a], ad quem inſtruendum eſt miſſus legatus: ad eos autem a Nicolao IV. [b] & a Ioanne XXII. [c] miſſos ſacerdotes pro inſtauranda veteri cum Romana eccleſia coniunctione, ſuo loco memorauimus. Pergit Nicodemus orator.]

Cur Ægypti, non Æthiopes in ſeruitutem redacti.

Æthiopes ſæpius reconciliati Pontifici.

a Baron. tom. 12. An. Chri. 1177.
b Tom. annal. 14. an. 1289 n. 59.
c Tom. 15 an. 1329 nu. III.

In hoc itaque ſumma laus tua & noſtri gaudij multitudo conſiſtit, quod tu ſolus ac primus Imperatorem noſtrum ac noſtram gentem catholicæ fidei & tibi ipſi ſtudeas vnire per veſtræ congregationis & operam noſtri abbatis Nicodemi ſerui tui in Ieroſolyma conſtituti, qui nos ad te mittit, quemadmodum in præſentibus literis continetur. Commendat autem abbas ipſe tum ſeipſum tum & filios ſuos ſanctitati tuæ, ad cuius mandata labores quoſcumque ſuſcipere eſt paratus pro habenda concludendaque ſanctiſſima vnione. Te autem imprimis certum reddit Imperatorem Æthiopum nihil in rebus humanis ducere maius, nihil affectuoſius cupere, quam vniri Romanæ eccleſiæ & tuis ſanctiſſimis ſubijci pedibus; tantæ magnitudinis apud eum ſunt Romanum nomen & Latinorum fides, quam tecum Chriſtus augere & conſeruare dignetur in ſæcula ſæculorum. Amen.]

4 Subijciuntur a Cardinale Iuſtiniano eiuſdem abbatis Nicodemi literæ [d], quibus excuſat ſe non auſum ob Saracenorum formidinem abire Ieroſolymis, Pontificem Chriſti vicarium eſſe profitetur, ſpondetque nauaturum ſe operam, vt factum fœdus cum Rege Æthiopum redintegretur; nec vero res fidei adducturos in controuerſiam Æthiopas, ſed omnibus, quæ ipſe Pontifex iuſſerit aſſenſuros.

d Extant ead. p. 3. nu. 12. pag. 377.
Æthiopum in Pontifice audiendo pietas.

In nomine S. Trinitatis hæ literæ mittuntur ab Ieroſolymis per Nicodemum abbatem ſuper nationem Aethiopum, quæ dentur magno Patri vrbis Romæ Eugenio capiti omnium ſedium. Pax tibi & omni ſedi, & pax magnitudini tuæ, qui ſedes in ſede Apoſtolorum Petri & Pauli, ita ille loquitur, quod B. Paulus in vrbe Romanos Chriſti euangelio imbuerit, ac martyrij corona fuerit redimitus; non quod ſummum pontificatum geſſerit cum S. Petro, vt recentior theologus ſomniauit, cuius opinio ab Innocentio X. damnata eſt, *cuius ſplendor illuminat mundum. Ego vero vbicumque terrarum ſim*

proſternor coram te, non autem ego ſolus, ſed omnes patriarchæ, atque epiſcopi, Reges, atque Imperatores inclinantur ante te.

Cum ad nos deuenerunt nuncij tui ob cauſam fidei, magnam ex eis conſolationem accepimus, quam hactenus valde cupiebamus, vt tandem omnes vnum ſimus ſicut Paulus dicit: *Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma*. Hæc vero res cum ad Regem noſtrum peruenerit, maximæ illi lætitiæ futura eſt; nam idem admodum cupit, vt omnes in vnam fidem pariter vniantur. Ego autem ipſe pro re iſta ad te veniſſem, niſi me metus Saracenorum perterruiſſet, ne forte res iſta infidelibus palam fiat. Præterea mitto ad te filios meos præſentium literarum latores, qui die octobris XIV. a me recedentes, opto eos ad me redire celeriter, vt ad Regem noſtrum Æthiopiæ ſe citius conferant, cui referant cuncta, quæ iuſſeris, quæ velis, deinde perficere & quæ cœpiſti, quoniam ideo Deus Pater te omnibus præpoſuit patriarchis & in magna ſede es Petri Apoſtoli conſtitutus, quæ caput eſt omnium, vt omnes poſſes paſcere oues Chriſti.

Hæc autem cogitatio tua a Deo eſt, & tu vere beatus es, qui ad Apoſtolorum ſimilitudinem pro fide Chriſti talia tentaſti, nec tanta fecerunt prædeceſſores tui. Vtinam cuncta ad finem vſque perducas, etenim contaminatio infidelium in vnum coacta eſt, Iudæi Chriſti crucifixores pariter idem conſentiunt, Chriſtiani vero relicta Apoſtolorum ſapientia vnuſquiſque in viam ſui ſenſus, vt libuit, abierunt, & quilibet dicit. Mea fides verior eſt, quæ diſtinctio nequaquam eſt a Deo, ſed procedit a diabolo. Tu igitur cura, vt poſſint ad vnum venire diſperſi, vt ſit omnium fides vna, & ſicut ſub patribus trecentis decem & octo in Nicæna ſynodo facta eſt, ſic & tu robora fidem, vt illi fecerunt, vt congregemur in vnum, quoniam cum in vnam fidem pariter conuenerimus, Chriſtus ex terra promiſſionis noſtros hoſtes abijciet, & fient vt ſtipula ante faciem venti, non noſtra ſed Chriſti noſtri potentia faciente.

Poſt hæc, o pater magne, vt de vnione inter nos facienda aliquid tibi reſpondeam, eam quidem de certo nos & Rex noſter vehementiſſime cupimus, verumtamen ſine ipſo Rege noſtro illam concludere non vellemus. Offerimus nos omnes ſanctitati tuæ omnes vires, curam, & diligentiam noſtram, vt noſtro labore ac ſtudio vnio ſancta tecum apud Regem noſtrum veraciter, vt iuſſeris, compleatur, quoniam qui aditus vel acceſſus ad patriam noſtram terra marique Latinis hominibus pene mortalis & impoſſibilis eſt, a nobis Æthiopibus quamuis inter ingentes labores in dies ſæpius frequentatur, verentibus Saracenis ob metum Regis Æthiopum in aliquo nos offendere, quos infideles Rex ipſe noſter parua opera penitus poſſet deſtruere. De noſtro vero ad tuam ſanctitatem aduentu patriarcha Iacobitarum penitus nihil nouit, ſed clam illo & Saracenis ignorantibus, ad te venimus, ne forte, ſicut ex varia ratione ambitionis atque perfidiæ vtrique facere ſolent, negotium vnionis præpediretur. Præſentes autem filij mei ad te veniunt, non tecum de fidei veritate diſputaturi, ſed tuam ſententiam audientes recepturi, veritatique fidei, quam ſtatueris, conſenſuri, quoniam tu ſol magnus & verus ſplendor creaturarum es, nec lux vlla valet a quoquam facile in ſæculo reperiri, quæ ſoli ſit præferenda. Quis igitur tecum ſtultus atque ignarus valeat aut debeat diſputare, cum ſit tam ingens ac vetuſta ſapientia Latinorum nota iam orbi terrarum, neque ſit iuxta euangelicam veritatem diſcipulus ſupra magiſtrum, aut ſeruus ſupra dominum ſuum? Poſtremo, beatiſſime pater, quidquid a nobis velis mitte ad Regem Æthiopiæ noſtrum, qui cum ea, quæ cupias, audierit a nobis, ijs in nullo penitus refragabitur. Sed quæcumque velis libentiſſime audiet atque aſſentiet, accepturus ingens de tua voluntate ſolatium, cum ſit fidei Chriſtianæ beneuolus & obediens, & quæ ad fauorem religionis pertinent, auidiſſime complectatur. Rogamus poſt hæc beatitudinem tuam, vt filij mei abs te cito expediantur, quatenus ſe in Æthiopiam transferentes Regi noſtro dicere valeant omne, quod iuſſeris. dominus Deus longos faciat dies tuos, & repleat te omni bono, ac compleat omne deſiderium tuum, fidemque tuam confirmet, ac roboret in ſæcula ſæculorum, Amen. *Datum Ieroſolymis die* XIV. *octobris Amet anno Amoheret*, Neque hoc loco reticendum eſt, Æthiopum Regem miſſis alijs oratoribus vrſiſſe ſuorum cum Romana eccleſia coniunctionem, quos cum ad ſynodum œcumenicam orthodoxæ fidei perdiſcendæ cauſa aduentare proximo anno accepiſſet Eugenius, eam Florentia Romam traduxit; qua de re proximo anno agetur.

Æthiopi ergi Rom. eccleſiam veneratio.

Nolunt diſputare de fide ſed eã perdiſcere a Rom. eccleſia.

Inter hos orientalium Meridionaliumque populorum ad Romanæ eccleſiæ gremium concurſus, nonnulli quoque principes Saraceni excitati ſunt ad ineunda cum Pontifice fœdera, ex quo ingentes reſtituendæ Syriæ religionis, quæ in ea deflorueratt, ſpes concepit Eugenius, conſiliaque cum Francardino Acri principe contulit. Cum itaque is propterea ad Chriſtianorum oras Pontificis ſuaſu iturus foret, vniuerſi Chriſti fideles apoſtolicis literis [a] ſunt præmoniti, ne qua illum iniuria afficerent.

De reſtitud. do Syriæ Chriſt. ſolu tu agitat Eugenius.

[a] Lib. 15 pag. 101.

Vniuerſis & ſingulis præſentem inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum magnus & potens vir Francardinus Benecabul Saracenus Acri dominus partium Aſſyriæ ad circumſtantes patriam ſuam aliaſque partes Chriſtianorum, nobis ſuadentibus atque curantibus, intendat ſe conferre, ea tractaturus, geſturus, & operaturus, quæ pro Dei noſtri & nominis Chriſtiani in illis partibus collapſi inſtauratione duximus ordinanda, nos ipſius & ſuorum ſaluti conſulere intendentes, vniuerſitatem veſtram, qui Ieſu Chriſti domini & Dei noſtri religionis & fidei gratiam accepiſtis, in ipſo Ieſu requirimus & hortamur, nihilominus auctoritate apoſtolica diſtricte mandantes, quatenus eundem Francardinum cum filijs, ſocietate, & quotquot ſecum ducere volet, & cum armis, pannis, & cæteris rebus tam mari, quam terra per omnia veſtra inſulas, ciuitates, terras, caſtra, & loca venire, tranſire, morari, & redire permittatis, &c. *Dat. Florentiæ* IV. *id. ſeptembris anno* XI.

Francardinus princeps ſcedus init cum Pontifice.

5 Auguſta adeo meditantem diuinæ amplificandæ gloriæ proferendæque religionis gratia Chriſti vicarium ſchiſmatici Baſileëſes retardarunt, ideoque non modo bellum Ieroſolymitanum ſuſceptum non eſt, verum & Græcorum cum Romana eccleſia coniunctio admodum labefieri cœpit: nam & Palæologus Imperator, vbi Albertum Regem, a quo maxima ſibi mittenda ſubſidia ſperauerat, obijſſe in ipſo primo belli Turcici conatu, occidentaleſque Baſileenſi ſchiſmate diſiunctos vidit, a priſtino ardore pro deſciuit, tepuitque in ijs, quæ ad ſchiſma penitus abolendum ſpectabant ad exitum perducendis, quare & Pontifex promiſſas ſubſidiarias

Diſcuſſo Baſil. ſchiſmaticis præclara Eugenij conſilia

Conſtantinopolitanus Imp. ſchiſmatis delendi curam remittit.

rias aduerſus Turcos copias non ei miſit. Explicuit vero maius pietatis ſtudium Conſtantinus deſpota, qui Chriſtophoro epiſcopo Coronenſi nuntio pōtificio eſt pollicitus, omnem ſe daturum operam, vt cœpta coniunctio perficeretur conſtabiliretur que. Cui viciſſim ſpopondit Eugenius a, nunquam illi ſedem Apoſtolicam auxilio defuturam.

a Lib. 5. pag. 64. & apud Card. Iuſt p. 3. n. 10

Eugenius ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio & excellenti Conſtantino deſpoto Palæologo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quanto cum deſiderio & animi feruore ob Dei reuerentiam zeloque catholicæ fidei cupiat deuotio tua, vt ſancta hæc occidentalis & orientalis eccleſiæ vnio domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti gratia nuper tam ſolemniter, rite, & concorditer celebrata, debitum iſtic in Conſtantinopoli & in cæteris Græciæ partibus ſortiatur complementum, literæ venerabilis fratris Chriſtophori epiſcopi Coronenſis oratoris noſtri & plurimorum orthodoxorum virorum relationes nobis & Apoſtolicæ ſedi nunciauerunt. Nam in ea cauſa licet per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Palæologum Romæorum Imperatorem hactenus ſatis tenuiter & tepide ſit proceſſum, tua tamen celſitudo rem ipſam locum & perfectionem ſuam, quantum in ſe fieri poteſt, habere vult & intendit, idcirco in manus præfati epiſcopi oratoris, noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine recipientis, ſuper pectus tuum pollicitus es, te ipſum in futurum omnem operam daturum, quo præfata vnio ſit, vt præmittitur, & omnia quæ illius perfectionem poſtulant, impleantur, completaque in ſui robore & firmitate permaneant. Quorum omnium gratia, dilecte fili, nos & Apoſtolica ſedes primum bonitati diuinæ, quæ illa pectori tuo inſinuat, tum filiali tuæ deuotioni, quæ in ſinu retinuit & retinet, plurimum congratulamur, ſimulque cupimus quaſque res deuotioni tuæ gratas efficere & operari, volumuſque præterea in præſentiarum aliquas facere ſaltem tibi pro gratitudinis memoria acceptas.

De eo queritur Eugenius.

Promiſſa Conſtantini deſpotę

Igitur fauente Deo, cuius cauſam in hac ſanctiſſima re proſequeris & proſequi, vt præmittitur, intendis, ſi te in futurum quandoque in Romæorum imperio huiuſmodi ſuccedere aut quouis modo præſidere & in Imperatorem creari contigerit, & ſtabilimento præfatæ vnionis in publicatione & lectione decreti dederis debitum, vt præmittitur, complementum, deuotioni tuæ per præſentes noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine pollicemur auxilia illa, ſubuentiones, & ſubſidia, quæ chariſſimo in Chriſto filio Imperatori præfato pro tuitione & defenſione ciuitatis Conſtantinopolis polliciti ſumus, quæque illius culpa & tepiditate impleri non potuerunt, in te ipſum & perſonam tuam, tunc in præfato imperio præſidentem, & , vt prædiximus, vnionem huiuſmodi iam prius per te perfectam & illic in ſui firmitate manutenentem perficere, ac debitis prouiſionibus adimplere; illud etiam addentes, vt nunquam Romanam eccleſiam & Apoſtolicam ſedem tibi defuturam eſſe dubites, eidem debitam & deuotam reuerentiam exhibendo, dum etiam per ſemitam iuſtitiæ inceſſeris atque vnionis huiuſmodi ſacroſanctę neceſſarium complementum tam fideliter quam potenter adhibueris. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLI. XI. *kal. may pontificatus noſtri anno* XI.

Cui nona ſubmiſſa Græcis auxilia.

Promiſſa deſpotæ.

6 Inter hæc expoſtularunt Græci Cyprij, non ſeruari a Latinis ſynodale de coniunctione decretum, atque a nonnullis Græcorum commercio arceri, nec Latini cum iis nuptias celebrarent, funebria iuſta peragerent, vel publica acta conficerent, atque hunc libellum ſupplicem Eugenio porrexere a.

Libellus ſupplex porrectus Eugenio a Græcis Cyprijs. a Ext. apud Eug. IV, lib. 12 poſt pag. 145.

Beatiſſime ac clementiſſime pater. Quanquam alias tempore diuiſionis eccleſiarum Latinæ atque Græcæ Latini a communione Græcorum licite abſtinerent, nunc tamen ſublato diſſenſu in tempore indubitatæ vnionis per ſanctitatem veſtram, Domino faciente, confirmatæ atque perfectæ, ſi Latini Græcis non communicarent, iam non vna fides, non vna fidelium catholica cunctorum mater Eccleſia, iam nil factum putaretur, & decreta veſtræ ſanctitatis, ſacroſancto approbante concilio ad perpetuam rei memoriam edita, iam per orbis fines longe lateque vulgata, tanquam irrita cederent in contemptum. Et quoniam pater beatiſſime, in regno & inſula Cypri Latinis mixtimque Græcis populato Latini in matrimonialibus, funeralibus, & alijs ſolemnibus publiciſque actibus Græcis non communicant, vt deberent, immo quidam eorundem hoc expreſſe prohibent, quod maioris ſcandali cauſam poſſet veriſimiliter generare: vt igitur, pater ſanctiſſime, huiuſmodi ſcandalis obuietur, ac ſancta & ſalubris vnio in eccleſia ſancta Dei conſeruetur in æuum, ſupplicant humiliter eidem ſanctitati veſtræ epiſcopi & alij Græcorum dicti regni fideles, quatenus omnibus dominis epiſcopis, prælatis, & alijs Latinis eiuſdem regni incolis ſub cenſuris eccleſiaſticis & alijs pœnis præcipere & mandare dignetur, quatenus amodo epiſcopos, prælatos, & alios quoſcumque Græcos fideles, ſecundum eorum dignitates & gradus indiſtincte in proceſſionibus, matrimonialibus, funeralibus, & alijs quibuſcumque legitimis actibus in ſuum conſortium benigne & charitatiue recipiant & admittant, eiſdem communicent, & ſincera in Domino charitate pertractent, nulla ſuper hoc inter eos præteritorum nota penſata in contrarium faciente, non obſtantibus quibuſcumque.] Perlecto huiuſmodi libello Pontifex archiepiſcopo Colocenſi eum miſit, addiditque imperia b, vt ſtuderet ne Latini ſe a Græcorum communione ſegregarent, aliudve facerent, ex quo mutua vtriuſq; populi conſenſio in ſynodo œcumenica facta labefactari videretur.

Queruntur Latinos cū Græcis cōmercio nō miſcere.

Poſtulant admitti in mutuum cōſortium.

Audita ab Eugenio Græcorum preces. b Ibid. pag. 146.

Archiepiſcopo Colocenſi.

Venerabilis frater ſalutem, &c. Oblata nobis nuper pro parte quorundam epiſcoporum Græcorum inſulæ Cypri ſupplicatio in effectu continebat, quod licet olim, per Dei gratiam, Græci Latinis vniti ſunt, prout iam apud omnes gentes notorium eſt, tamen Latinorum quidam in inſula Cypri commorantes a communione Græcorum illic conſiſtentium abſtinere dicuntur, ex quo vnionis ipſius effectus, prout deberet, non ſuccedit, prout in ipſa ſupplicatione, cuius copiam tibi præſentibus mittimus interclusam, plenius continetur. Quare fraternitati tuæ committimus, & mandamus tenore præſentium, quatenus habita ſuper ijs diligenti informatione, ſi prædicta inueneris vera eſſe, omnibus melioribus modo & forma, quibus id fieri poſſe videris, habita ratione ad decretum ſuper ipſa vnione promulgatum, vt Latini memorati Græcis præfatis communicent iuxta tenorem ſupplicationis prædictæ, omni cura & diligentia procures. *Datum Florentiæ V. nouembris anno* XI.

Vetat Latinis Græcorum communione abſtinere.

Eodem anno ad extremas orientis oras miſſus c eſt Antonius Troianus Minorita cum am-

c Lib. 5. pag. 106.

Digitized by Google

Sectatores cenſuris perculſi.

ampliſſimis mandatis promulgandi euangelij in Tartaria, Aſſyria, Perſide, inque Maronitarum, Druſolitarum, & Surianorum prouincijs, datumque ad eum diploma XVIII. kal. ianuarij anno 11. conſignatum eſt. Cæterum ad reprimendos recentiores ſchiſmaticos vtque Chriſtifideles ab eorum impietate declinarent, Amedeus antipapa vna cum ſuis ſectatoribus & alijs hæreticis anathemate perculſus eſt a.

a Lib. 15. pag. 218.

Ad perpetuam rei memoriam.

Anathematis promulgati in impios formula.

7 Excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus ſancti, auctoritate quoque beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ac noſtra omnes hæreticos Gazaros, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldiſtas, Speroniſtas, Paſſaginos, Vvicleffiſtas, Fraticellos, & quoſcumque alios hæreticos quocumque nomine cenſentur, ac omnes fautores, receptatores, & defenſores eorum. Item excommunicamus & anathematizamus omnes & ſingulos cuiuſcumque ſtatus, gradus, præeminentiæ, aut conditionis exiſtant, etiamſi pontificali, regali, reginali, aut quauis alia eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, qui perfidis hæreticis & Vvicleffiſtis arma, equos, ferrum, plumbum, lignamina, ſal, oleum, vinum, veſtes, victualia, & alia quæcumque ad vſum hominum pertinentia, aut quæuis alia præſidia publice vel occulte subminiſtrant, ac per ſe vel ſubditos ſuos afferri faciunt vel permittant, cum quibus ipſi Vvicleffiſtæ Chriſti fideles & catholicos quomodolibet impugnare ſeu offendere poſſint, nec non omnes & ſingulos Vvicleffiſtarum eorundem adhærentes, fautores, defenſores, & receptatores cuiuſcumque ſtatus, nobilitatis, excellentiæ, vel conditionis exiſtant, etiamſi pontificali, regali, reginali, aut quauis alia eccleſiaſtica vel ſæculari ſint præditi dignitate, ac conſentientes & præſtantes eiſdem in præmiſſis quomodocumque & qualitercumque auxilium, conſilium, vel fauorem, ipſoſque omnes & ſingulos declaramus continuatores & fautores hæreſis, atque omni beneficio dignitate & honore eccleſiaſtico ac mundano denuntiamus fuiſſe & eſſe priuatos. Lata deinde anathematis ſententia in bullarum apoſtolicarum adulteratores, inuehentes Saracenis merces damno rei Chriſtianæ, infeſtantes ad ſedem Apoſtolicam venientes, inuadentes Siciliæ, Trinacriæ, Sardiniæ & Corſicæ regna, Romam aliamque ditionem eccleſiaſticam; ſubdit.]

Amedeus antipapa percuſſus anathemate.

Item excommunicamus & anathematizamus Amedeum olim ducem Sabaudiæ antipapam, & eos, qui ipſum elegerunt ſeu profanauerunt in antipapam, omneſque eidem credentes, adhærentes, fauentes, & eum receptantes, ac ipſum & eos excommunicatos & anathematizatos, ac ſchiſmaticos & hæreticos denunciamus, decernimus, & declaramus, prout ex proceſſibus contra eos promulgatis tales eſſe clare apparere dignoſcitur, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs & indulgentijs ac literis apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus eis vel eorum alicui ſeu aliquibus, cuiuſcumque ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint etiamſi, vt præmittitur, pontificali, regali, reginali, ſeu quauis alia eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, ab Apoſtolica ſede ſub quauis forma vel tenore conceſſis, quod excommunicari vel anathematizari non poſſint. *Et infra*. De quibus quidem ſententijs nullum per alium, quam per Romanum Pontificem, niſi dumtaxat in mortis articulo, conſtitutis abſolui poſſit, nec etiam tunc, niſi de ſtando ſanctæ matris Eccleſiæ mandatis ſatisfactione, vel ſufficienti cautione præſtitis, &c. [Anathemate eos percellit, atque omni munere vel dignitate deijcit, qui abſoluere ſchiſmaticos huiuſmodi tentaſſet.] *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLI. *id. aprilis pontificatus noſtri anno* XI. Ne ſchiſmatis eiuſmodi lues latius propagaretur, pluribus epiſcopis dedit mandata Eugenius a, vt animaduerterent in ſchiſmaticos pertinaces, redeuntes autem ad Eccleſiam catholicam cenſuris ſoluerent.

Edicta lata in eius ſequaces confirmata.

Cenſores fidei immiſſi contra ſchiſmaticos.

a Lib. 23 pag. 264.

8 In Luſitania Ludouicus epiſcopatum Viſenſem retinebat contra Eugenij ſanctiones multorum in aula Luſitana procerum gratia fretus, cumque Regem a ſchiſmate abhorrere noſſet (quippe Luſitani ea pietatis laude floruerunt, vt ſe a ſchiſmatibus & hæreſibus, quæ plura alia regna fœdarunt, his poſtremis ſeculis ſe puros ſeruauerint) ſchiſma, cuius erat auctor maximus damnauit, vt Regem ea reſipiſcentiæ ſpecie in ſui patrocinio ſuſtinendo confirmaret. Verum Eugenius, qui artes hominis norat in ſuſcepto iam conſilio de adhibenda in ſchiſmaticum impoſtorem ſeueritate perſtitit, deque ea re grauiſſimas iterum ad Alfonſum literas b dedit.

b Ext. in cod. ms. Alex. VII. pag. 255.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Portugalliæ & Algarbij Regi illuſtri ſalutem, &c.

Satis iam reſpondimus literis, quas pro perditionis filio nobis tua ſerenitas ſæpius ſcripſit, vt ſi literæ ad tuam notitiam deuenerint, miremur te toties ſuperfluum laborem pro homine indigno velle ſuſcipere: ſed quoniam literæ noſtræ forſitan tibi redditæ nondum fuerunt, reſpondebimus paucis verbis etiam ad vltimas tuas literas, quæ VII. kal. aprilis ſcriptæ fuerunt, in quibus primum id regia prudentia, damnationis alumnum Ludouicum quondam epiſcopum Viſenſem, ſchiſmatis & hæreſis per nos, & hoc œcumenicum concilium condemnatum, & eccleſia, quam olim tenuit, diuino & humano iure priuatum, vocari in tuis literis epiſcopum Viſenſem in contemptum auctoritatis noſtræ & Apoſtolicæ ſedis, & in vilipendium eccleſiaſticarum cenſurarum, quibus præfatus Ludouicus merito & ſuis culpis & demeritis exigentibus damnatus fuit. Sed illud eſt maiori admiratione dignum & regia indignum ſapientia ſcribere, indignum tibi videri illum, cum tuis literis paruiſſet pulſum ſua dignitate, contumelijſque affectum, neglectum iri a te, cum ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ redierit, neque te poſſe æquo animo ferre hominem a regia celſitudine miſſum ad concilium, & ex legatione reuerſum taliter moleſtari.

Monitus Luſitaniæ Rex ne epiſc. Viſenſ. ſchiſmaticum foueat.

In his non culpamus tuam adoleſcentiam, quæ in talibus ſequitur conſilia aliorum, ſed ſecretarij literas dictantis ſtultitiam & ignorantiam accuſamus, qui tuo nomine ſcribit ea, quæ minime deceant regiam aut grauitatem aut prudentiam, cum velit tueri errorem eius, quo nullus alius infeſtior hoſtis noſter aut ſedis Apoſtolicæ & vnitatis Eccleſiæ fuit in Baſilienſium ſynagoga, qui ſi a regia olim ſapientia ad concilium miſſus fuit, cum extiterit peſſimus præuaricator mandati regij, non defendi ab eo in tanto errore deberet: non enim ſibi iniunxit recolendæ memoriæ Rex genitor tuus, vt contra nos & ſedem Apoſtolicam tam perfide inſurgeret, tranſgreſſor iuramenti per eum præſtiti & regiæ voluntatis. Vt enim omittamus legationes, quas ad varia loca contra nos ſuſcepit, vt non referamus verba contumelioſa, quæ contra perſonam noſtram protulit, fuit hic maligni-

Digitized by Google

gnitatis filius machinatus princeps, auctor, fautor omnium ſcandalorum, quæ ſecuta in Dei Eccleſia ſunt, fuit auctor & caput ad prætenſam priuationem noſtram & idoli illius nefandi erectionem, fuit auctor & opifex huius execrandi ſchiſmatis, neque vnquam rediit ad regnum, vel ab nefariis ſuis operibus deſtitit, niſi cum ſe priuatum eccleſia ſenſiſſet, ſed pervicaciam aliis præſtitit in ſua erronea opinione. Tum rediens, cum nihil amplius mali poſſet facere, neque amore rediit, ſed metu, & ſpe maiora ſcandala, ſi poſſet, ſerendi, neque vt tibi pareret, ſed vt vtilitatem ſuam haberet & fereret contra nos ſcandala, vbi poſſet. Quod ſi hoc non ex regia voluntate, vt certi ſumus, ſed propria perfidia & temeritate egit carcerari & puniri a te deberet, vt omnibus conſtaret tibi diſplicere, quæ per eum acta ſunt in tuam infamiam & regnorum tuorum, &c. *Dat. Florentiæ, &c.*

Seſſ. xliii. Baſil. Simulata pietas Baſileen. ſchiſmaticis.

Porro Baſileenſes hypocritæ, vt pietatis famam ſibi compararent, religioſum decretum in ſeſſione xliii. kal. iunii fecere, de celebrando die viſitationis Deiparæ ſacro vi. nonas iulias pro comparanda, eiuſdem Virginis ope, Eccleſiæ pace & concordia, quam ipſi inaudito ſcelere turbauerant. At feſtum hoc non ea de cauſa receptum eſt in Eccleſia, quod ab iis ſit decretum fuerit, antea enim Bonifacius IX. ea de re ſanctionem, quæ iam ante ab Vrbano VI. remouendi ſchiſmatis cauſa fuerat concepta, vt ſuo loco dictum eſt, ediderat. Porro quamuis falſa religionis oſtentatione aliiſque modis illuſi nonnulli fideles in pluribus prouinciis adhærerent Baſileenſibus, principes tamen ab eorum ſcelere & contagione abhorruere. Inter quos Carolus Francorum Rex, qui celebrato apud Bituriges præſulum conuentu ex nonnullis decretis Baſileenſibus perperam factis pragmaticam ſuam ſanxerat [b], rogatuſque vt oratores ad Florentinum concilium legare, detrectarat, cum anceps cui parti ſtuderet aliquandiu fluctuaſſet, cum hinc illum generalis concilii vmbra terreret, hinc pontificiæ maieſtatis ſplendor perſtringeret, demum agnouit Baſileæ impetu & ſeditione remgeſtam, ac peſtilentem doctrinam adulterantem euangelium, & pontificiam poteſtatem non in vno ſummoq; præſule, ſed in multitudine collocantem, ac monarchiam inſtitutam a Chriſto in ariſtocratiã vel democratiam redigentem fuiſſe inductam conflatumque teterrimum ſchiſma, miſſis oratoribus quorum princeps Meldenſis epiſcopus, profeſſus eſt Eugenium vere eſſe ſummum Dei vicarium eademque poteſtate, quam Petrus ab ipſo Chriſto accepit, pollere; nec non monarchiam pontificiam a Chriſto eſſe conſtitutam. Quia tamen auctoritatis illius æſtimatio apud populos, apud quos vigebat conciliorum auctoritas, obſoleuerat adeo, vt plures concilii pſeudogeneralis vmbra perterriti Baſileenſium ſchiſmate & errore illaquearentur, popoſcit vt ad pontificiæ auctoritatis exiſtimationem in priſtinum ſplendorem reſtituendam, & Baſileenſe ſchiſma diſſoluendũ generale concilium indiceret in Galliis celebrandũ; quæ oratio hiſce verbis fuit concepta [c].

a Act. conc. Baſil. ſeſſ. 43.

b Gaguin. in Carol. VII.

Carolus Francorum Rex de Baſileen. ſeditione certior factus.

Profitetur Eugenium eſſe verum Chriſti vicarium.

c Ext. in m.s. bibl. Vat. ſign. n. 4177. pag. 12.

Gallorum Regis ad Eugenium legatio.

Beatiſſime pater.

9 Indidit natura cunctis mortalibus, inſtigatque omnes ſenſus ſecundum vrgentiam rerum verba voceſque proferre, ſic enim nauſragantes, ſeu prope naufragium exiſtentes patronum nauis magnis clamoribus altiſque vocibus compellare ſolent. Igitur ſi nos humiles ambaſſiatores Chriſtianiſſimi Regis Franciæ illuſtriſſimi principis noſtri in hoc naufragoſo ſchiſmate, quo innumerabiles pereunt animæ, te patronum nauis olim Petro pro ſalute hominum commiſſæ (te inquam declamatorie alloquamur, tibique voces planctuoſas & importunas proferamus) clamat enim ipſe Rex Chriſtianiſſimus Eccleſiæ ſciſſuram abhorrens, clamant omnes circumſpicientes Tartaream voraginem huius ſchiſmatis, clamat denique ipſa tota plebs catholica ad te pro remedio dicens: *Princeps noſter eſto, ruina autem hæc non manu tua.* Scribuntur hæc verba Iſaiæ iii. cap. Non enim, beatiſſime pater, dicimus: *Princeps noſter eſto*; quaſi quidquam de tuo principatu dubitemus aut nunc noui ſub te veniamus, ſed dicimus: *Princeps noſter eſto*; conditionem huius principatus a te inſtanter poſtulantes, nam tuum principatum monarchicum eſſe a Deo, nedum ſecundum communem vniuerſi prouidentiam, ſed etiam ſpeciali inſtitutione inter opera reſtaurationis mundi a Chriſto inſtitutum, teque vera legitimaque ſucceſſione illum poſſidere palam recognoſcimus & confitemur. Sed poſtulamus dicendo: *Princeps noſter eſto*, vt quemadmodum princeps noſter es inſtitutione a Chriſto deriuata, ita princeps noſter exiſtas conditione ab ipſo Chriſto huic principatui impoſita: appoſuit ſiquidem Chriſtus conditionem huic principatui, quam & ſimilitudinibus inſinuauit vere, quando primum principem Eccleſiæ quem inſtituit, videlicet Petrum, de nauis gubernaculo inter procellas maris ad hunc apicem vocauit, principi eccleſiæ ſimiles conditiones patrono in naui obſeruandas, videlicet inter cæteras, vt ſit circumſpectus ad pericula, meticuloſus, id eſt non temere confidens, & in caſu periculi ſtrenuus ſolicituſque omnia remedia tentans, vnde non vacat myſterio id, quod canit Eccleſia in perſona Chriſti ad Petrum: *Petre de naui vocaui te, & ſuper plebem meam te principem conſtitui.* Petimus ergo, dum dicimus: *Princeps noſter eſto*, vt in hoc procelloſiſſimo tempore nobis præſideas ſicut patronus in naui, nihil remediorum contemnens amplius.

Monarchia a Chriſto inſtituta agnoſcunt Galli.

Conditionem in hoc principatu apertis ſermonibus Chriſtus declarauit, ſic enim referunt tres euangeliſtæ ipſum dicentem ſuis diſcipulis: *Principes gentium dominantur eorum, vos autem non ſic.* In hoc certe volunt omnem tumorem animi, omnem elationem cordis ab hoc principatu reſecare: principes enim gentium, qui Deum ignorant, illam extollentiam, quam præ cæteris habent, non in Deum, ſed in ſeipſos referunt, & inde ſuperbientes alios deſpiciunt, non ſic autem, vt ait Chriſtus, ſunt principes eccleſiaſtici, quoniam mente ſemper tenere debent, quod ob hoc aliis ſic præferuntur, vt eis magis obſequioſi ſiant, nam poſtea ſubiungit Chriſtus: *Qui eſt maior inter vos, fiat ſicut miniſtrator.* Rurſus hanc reſecationem ſuperbiæ & elationis ipſi tres euangeliſtæ diuerſimode exprimunt, ſed mirabili conſonantia vnum & idem deſcribunt, dicit namque ſic Lucas euangeliſta: *Principes gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur, vos autem non ſic*; ſolent enim principes gentium, dum ſic inani gloria bona eis ſubdita appropriare, & ad conciliandum fauores laudum diſpergere, & dum ea diſtribuunt volunt benefici inde appellari ab iis quibus largiuntur. Non ſic autem principes eccleſiaſtici bona eis ſubdita ad libitum voluntatis debent diſtribuere, nec debent dici largitores munerum, nec benefactores hominum, ſed potius impoſitores rerum, & impenſores officiorum, ita & debent dare beneficium propter officium,

Principes gentiles omnia ad ſe referunt, quos largitores putant.

cium, & non officium propter beneficium, alioquin ſuperbiunt vt principes gentium, quod prohibuit Chriſtus. Matthæus autem & Marcus ſic loquuntur: *Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent ſuper illos.* Quid quæſo aliud eſt poteſtatem exercere in ſubditos, niſi ſine cauſa & ratione, ſed mera voluntatis libidine vti poteſtate, & ad incommoda ſubditos coercere? Sic plerumque principes gentium illam poteſtatem, quam vi aut violentia aut doloſitate vendicauerunt ſuper ſubditos, exercent. Non ſic autem principes eccleſiaſtici, qui ſuam poteſtatem a Deo recipiunt in finem beatitudinis æternæ conſequendæ, pretioſa namque eſt, quæ ſic de cœlo venit, quare non eſt ea vtendum ſine directione & regula, & ſemper in eius vſu glorificandus eſt Deus, qui talem poteſtatem dedit hominibus. Ob hoc vero ſanctiſſimi patres decreta & regulas conſtituerunt pro ipſius vſu gubernandæ ſeu regulandæ, & quicumque præter has regulas hac poteſtate vtitur, ſuperbit & poteſtatem in ſubditos exercet ſicut principes gentium, quod prohibuit Chriſtus.

Abutuntur poteſtate, quam obtinent.

10 Hic, pater beatiſſime, fodiendum eſt, quoniam hic latet tota calamitas præſentis Eccleſiæ; ſæpe enim dictum eſt, quod duæ extremitates ſunt cauſa deſtructionis Eccleſiæ, vna ſiquidem fuit & eſt illorum, qui voluerunt vti hac poteſtate ſine regulis patrum, & illam exercere ſicut principes gentium ſuam exercent poteſtatem, puta ſola voluntatis libidine. Alia autem extremitas eſt eorum qui, vt reſiſterent huiuſmodi abuſibus & voluntario exercitio huius poteſtatis, ipſam poteſtatem ſupprimere conati ſunt, & nimio feruore reſiſtendi, ad hanc væſaniam deuenerunt, quod ſupremam poteſtatem in vno ſuppoſito conſiſtere denegant, ſed eam in multitudine, quæ cito in diuerſa ſcinditur, collocant, & ſic pulcherrimam monarchiam Eccleſiæ, quæ Chriſtianos hucuſque tenuit in vnitate fidei, in vna profeſſione religionis Chriſtianæ, in vno ritu Sacramentorum, in vna obſeruantia mandatorum, in eiſdem cæremonijs diuini cultus, atque pacem & tranquillitatem aſſeruit, nunc abolere & ſupprimere contendunt, nobiliſſimam politiam. quæ beatitudinem cœleſtem habet pro fine ad democratiam vel ad ariſtocratiam redigentes, & vlterius in malis procedendo vnũ ſibi in capite aſſumpſerunt, qui non eis præfertur, & ſic ſchiſma factum eſt nedum in obedientia capitis, ſed & in doctrina euangelij, quod omnibus Chriſticolis eſt abhominandum.

Queruntur Galli aliquos Pontifices ſua poteſtate abuſos.

Contra Baſileenſes auferre pontificiam poteſtatem conatos.

Monarchiã eccleſiaſticam in democratiam redegiſſe.

Et hoc animaduertens præfatus Chriſtianiſſimus Rex Franciæ vehementi dolore ingemiſcit, & condolens Eccleſiæ, remedia vbique perquirit, ac denique conſulto prælatorum, & aliorum multorum ſapientium regni ſui, videtur ſibi quod nullum eſt aptius remedium ad hoc ſchiſma extirpandum, quam euellere aut diſperdere duas prædictas extremitates, ad quod faciendum neceſſarium eſt generale concilium. Porro concilium olim Baſileenſe vnam extremitatem nimis exacuit, quando veritatem de ſuprema poteſtate in vno extinguere pertentauit. Concilium autem Florentinum hanc veritatem bene quidem lucidauit, vt patet in decreto Græcorum, ſed pro regulando vſum huius poteſtatis nihil edidit, nihilque locutum eſt, vnde reputatur a multis aliam extremitatem exacuiſſe? Quamobrem, ſi hoc ſchiſma eradicare velimus, neceſſarium eſt aliud ab iſtis celebrare concilium, in quo & veritas de iſta poteſtate ſuprema illuſtretur, & ſuper candelabrum Eccleſiæ ponatur, ac pro eius vſu regulando decreta ſanctorum, quoad materias quæ nunc in contentione ſunt, ſecundum poſſibilitatem temporum in eſſe reponantur ad intentionem ſanctorum patrum. Et hac intentione præfatus Rex Chriſtianiſſimus Franciæ, beatiſſime pater, nos ſuos ambaſſiatores ad præſentiam tuæ ſanctitatis deſtinauit, tibi ſupplicare, vt ad hos fines generale concilium tua auctoritate celebrandum, tuaque ſolicitudine dirigendum velis conuocare in aliquo loco nationis Gallicanæ, quæ poſt cæteras nationes concilium nondum habuit.

Non modo ſchiſma ſed hæreſim conflaſſe.

Supremam poteſtatem in vno ſiſti extinguere conatos.

Petunt Galli concilium pro regendo vſu poteſtatis pontificiæ.

Sed ſtatim diceret quiſpiam: *Quid ad hæc facienda opus eſt generali concilio? Eritne vnquam finis conciliorum generalium? Nonne Romana curia cum ſuo capite adhoc ſufficit, immo iam vnum iſtorum per eam factum eſt, & ſecundum fieri, ſi permitteretur, quid opus eſt multitudinis conuocatione? Quis principum ſuam auctoritatem diſcuſſioni multitudinis committeret?* Certum eſt enim, quod principatus monarchicus multitudini naturaliter eſt exoſus. Nonne & Baſileenſes hoc ſatagunt, vt iterum veniant cum multitudine & tumultuoſo impetu, & fiat nouiſſimus error peior priore? quippe ſolum homines eruditi ex malitia in ſedem Apoſtolicam peccant, quibus opus eſt cenſurarum eccleſiaſticarum fulminatione, quam vlteriori veritatis declaratione. Iſta & ſimilia, vt exiſtimo, nunc volitant per ora hominum quærentium poteſtatem exercere vt principes gentium, ſed profecto apud pium intellectum non militant, præſertim ſi conſideretur ſtatus præſentis Eccleſiæ, vt nunc eſt, proh dolor! nam ſi conſideretur quomodo iſtæ extremitates duæ ſua concertatione lacerarunt Eccleſiam, & continue lacerant, adeo quod eius poteſtas nunc vilipenditur & habetur contemptui, recte iudicabitur, quod ad has extremitates euellendas non ſufficit auctoritas Papæ ſine generali concilio (nempe quoad effectum exoptatum quamuis valeat quoad poteſtatem) vnde diſtinguendum eſt hic de duplici auctoritate tam in ſummo Pontifice, quam in cæteris prælatis. Vna ſiquidem auctoritas eſt commiſſæ poteſtatis, & illa in omnibus ſummis Pontificibus ſemper eſt æqualis, quia quod datum eſt Petro in poteſtate datum eſt etiam omnibus ſucceſſoribus. Alia eſt poteſtas bonæ æſtimationis, ſeu reputationis, & hæc venit ex virtutibus & operibus virtuoſis, quare non ſemper eſt æqualis in ſummis Pontificibus, ſicut patet de Gregorio magno & B. Leone, qui fuerunt maximæ auctoritatis & reputationis, ſicut id quod fit per Papam in generali concilio, & iſto modo concilia generalia dicuntur ſummæ auctoritatis quantum ad auctoritatem, quæ venit ex reputatione vel æſtimatione.

Obiectio grauiſſima contra poſtulata.

[illegible]

Auctoritatem exiſtimationis diſparem eſſe arguit.

11 Ad propoſitum igitur veniens dico, quod auctoritas Romanæ curiæ tam ex detractionibus æmulorum tam ex demeritis ſubditorum, tam ex occaſionibus datis, proh dolor! his diebus diminuta, ne dicam deperdita, adeo quod ſententiæ eius & determinationes in ijs materijs, quæ ſub contentione ſunt nihili penduntur. Vnde ſi vis igitur, beatiſſime pater, hanc auctoritatem reſtituare, neceſſe eſt vt aliam tibi vindices, quatenus eius teſtimonio Romanæ curiæ auctoritas ſuffulciatur, & cum generalium conciliorum adhuc auctoritas penes populum vigeat, neceſſum eſt, vt illam tibi procures ad releuandam tuæ ſedis tuæque curiæ auctoritatem, alioquin non potes euellere ſupradictas radices huius doloroſi ſchiſmatis. Præterea detractores auctoritatis ſan-

ctæ

ctæ ſedis Apoſtolicæ auctoritate generalis concilij ſe protegunt, quapropter non poſſunt melius obrui aut confutari, quam efficacia vnius generalis concilij. Et hoc facile a ſapientibus iudicatur, ſi vnum concilium a te rite celebretur, reguletur, & modificetur ſecundum mores patrum & antiquorum conciliorum, vbi non audiantur tumultuoſi clamores, ſed viri maturi, vt prælati & famoſi doctores dicta ſanctorum digeſte allegantes, & vſque ad librorum inſpectionem fiat diſcuſſio. Certe tale concilium non quærunt Baſileenſes, quoniam non poteſt excidere verbum dicentis: *Qui male agit odit lucem, vt non arguantur opera eius*; ſed petunt, quod illud quod dicunt concilium, ſemper continuetur, vel, ſi oporteat, aliud dependens ab eo in tertio loco ſtabiliatur, donec ſua incœpta confirment. Et hoc non quærit Rex Franciæ Chriſtianiſſimus, quærit inquam vnum nouum concilium celebrandum tua auctoritate, & regulandum ſecundum regulas patrum.

Fouentur Baſileenſes [geſtam?] tumultu & ignorantia.

Sed dicebatur: In omni multitudine eſt periculum, nam multitudo naturaliter odit principatum monarchicum. Ad hoc reſpondetur, quod verum eſt de multitudine non diſciplinata, & vbi corruptio naturæ tranſgreditur diſciplinam legis diuinæ, talis namque multitudo non conſiderat, quomodo Deus poſuit hominum probationem principaliter in obedientia, & quod plus ponderat obedientiam hominis, quam iudicium cuiuſcumque rationis naturalis. Hoc enim non conſiderabant Dathan, Core, & Abiron, quoniam multitudinem præferentes dicebant: *Multitudo ſanctorum eſt, & Dominus eſt in multitudine*; & non attendebant ad Moſen clamantem pro obedientia, & eam ſupexaltantem, dum eis diceret: *Quid eſt Aaron? quid eſt Aaron, vt murmuretis contra eum?* ideo in exemplum & terrorem omnium inobedientium terra ipſos viuos abſorbuit. Itaque omnis multitudo, quæ Dei legibus frænatur, monarchiam tanquam legationem Dei omnipotentis pro obedientia amplectitur & veneratur, & maxime in ſpiritualibus. Nec eſt ſimile de principibus ſeculi, quorum principatus dependebat a conſenſu populi, licet dato conſenſu, vt ait Chryſoſtomus, nunquam ipſe populus ſuperioritatem habet poſtea in ſuum principem. Sed etiam longe aliud eſt de tuo principatu eccleſiaſtico, cuius monarchia non ab homine, ſed de cœlo venit, illam enim atteſtantur euangelia, illam prædicant ſanctorum teſtimonia, illam tenuit hucuſque vniuerſalis Eccleſia ſeu vniuerſalis eccleſiæ obſeruantia. Quid ergo formidandum eſt de ipſa in congregatione multitudinis diſciplinatæ, & ibi per libros & ſententias ſanctorum fiant iudicia? certe hic nihil eſt periculi, nihil hic eſt formidandum eſt.

Que multitudo monarchiam oderit.

Monarchia ſacra & prophana diſcrepantia.

Dicam vero aliud, quod magnopere formidandum eſt tibi ex altera parte, videlicet ſi renuas tale concilium celebrare, ſcis enim quod ſicut ſubditis eſt nedum periculum, ſed & præcipitium æternæ damnationis recedere a ſummo Pontifice ex quacumque occaſione, niſi propter manifeſtam hæreſim, ita prælatis & paſtoribus quibuſcumque eſt æternus interitus per ſuam ignauiam vel duritiem, aut contemptum ſuis ſubditis rebellionis & contumaciæ occaſionem dare, hoc vero exprobrat Dominus paſtoribus & prælatis damnationem eis interminans per Ezechielem prophetam ſic dicendo: *Væ vobis paſtoribus, &c.* ſequitur: *Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, quod perierat non requiſiſtis, &c. Sed cum auſteritate imperabatis illis, & cum potentia diſperſa ſunt in deuorationem omnium beſtiarum. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, &c.* Ecce quomodo multum formidandum eſt prælatis, ne ſint in cauſa diſperſionis ſui gregis. Hoc certe metuit multum Samuel propheta dum videbat populum ab eius regimine diſcedere velle, vnde concionatus ad populum ſic dicebat: *Loquimini de me coram Domino & chriſto eius, ſi quempiam veſtrum læſerim, ſi bouem aut aſinum cuiuſquam tulerim, &c.* Similiter Paulus Apoſtolus dicebat Corinthijs, qui recedentes ab eo ibant ad pſeudoapoſtolos: *Quid minus præ cæteris eccleſijs accepiſtis? Nunquid vos ipſe grauaui? Nunquid per aliquem, quem ad vos miſi, circumueni vos?* Ecce quomodo rectores fidelis plebis omnino timere debent, ne aliquali duritione * occaſionem ſchiſmatis ſuis ſubditis præbeant, quantopere igitur, pater beatiſſime, tibi formidandum eſt ne per contemptum vel duritionem * aliquam durationis ſeu continuationis huiuſmodi ſchiſmatis cauſa exiſtas. Recogita, ſupplico, quantum peccauit Roboam Rex terrenus & qualem ſui memoriam reliquit, dum volens exercere poteſtatem, vt principes gentium, ex conſilio iuuenum durum reſponſum dedit populo, qui petebat ab oneribus alleuari. Inde vero ſchiſma factum eſt perpetuum in regno Salomonis, ſuper quo ait ſic B. Chryſoſtomus in homilia prima ſuper Matthæum: *Sicut Roboam ſequendo conſilia iuuenum occaſionem dedit illi diſſidio, ita epiſcopi circa finem ſeculi relinquentes conſilia ſenum, ſcilicet Apoſtolorum, prophetarum, & decreta ſanctorum patrum tam ſuper conuerſatione ipſorum tam ſuper ſanorum verborum, quam ſuper directione ſubditorum, & ſequentium conſilia ſpoium coætaneorum, præbebunt occaſionem & cauſam nouiſſimo & finali ſchiſmati.* Propter quæ verba huius ſanctiſſimi doctoris ſic prophetice loquentis multi prudentes autumant & formidant huius prophetiæ tempora aduenisse, ex eo, quod ſchiſma præſens ex ſimilibus cauſis ſumpſit exordium, & ſimilem progreſſum habet: ſed vereor nunc comparare hoc ſchiſma ad illud antiquum & finale regni Salomonis. Hoc tantum dico, quia ſiue ex conſilio iuuenum data occaſione, ſiue ſumpta ex malitia perfidorum ſchiſma præſens intrauerit, tamen clarum eſt videre quod ad perpetuitatem tendit & progreditur.

Hortantur Eugenium ne occaſionem det ſchiſmati.

* duritie

* duritiem

Prædictio S. Io. Chryſ. de hæreſi ſchiſmate circa finem ſeculi.

12 Quid quæſo magis poſſet in perpetuitatem ſchiſmatis tendere, quam monarchiam Eccleſiæ, quæ Chriſtanos tenuit in vnitate, tollere & abolere, quam auctoritatem ſupremam multitudini, quæ cito ſcinditur, tribuere? quam poteſtatem iudicandi ſuperiores inferioribus dare? & ſic de multis alijs, quæ in practica & doctrina Baſileenſium concurrunt, quibus ſemel iunctis & ſtantibus non eſt pax in Eccleſia Dei poſſibilis. Ea propter autumant & formidant quamplures, ne iſtud ſchiſma ſit vnicum illius diſceſſionis, quam B. Paulus Apoſtolus ianuam venturi antichriſti futuram prophetizauit Theſſalonicenſibus. Væ igitur illis, qui ſua duritie aut ignauia tantæ ruinæ occaſionem dabunt, ſed magis væ illis, qui vt filij Belial propter cuiuſcumque hominis duritiem in tanti ſchiſmatis foueam ſe præcipitant. O pater beatiſſime, procul ſit a te tanta durities, procul ſit a diebus noſtris talis tempeſtas, quæ venturi antichriſti primordia portat. Quocirca tibi certandum eſt ſummopere, vt ad deſtruendas euellendaſque eiuſmodi ſchiſmatis cauſas & radices accingaris toto adniſu, quæ non niſi ad generale con-

Baſileenſium ſchiſ[illegible] ſcribunt ſupremam auctoritatem multitudini.

Dubitatum an Baſileenſes pandeant ianuam Antichriſto.

concilium euelli poſſunt, vt dictum eſt: Et cum petitur: Eritne vnquam finis conciliorum generalium? reſpondetur, quod licet tædioſum ſit medicinam crebro recipere, tamen medicina vtendum eſt quandiu durat & inualeſcit morbus. O vtinam eſſet aliqua promptior medicina aut aliud facile remedium & magis accommodum, quam generale concilium! Sed circumſpectis omnibus profecto aliud non videtur, Si enim in fauoribus principum confidas abſque generali concilio, proculdubio arundineum baculum tenes; & ſi per cenſuras tuas ac fulminationes pœnarum ſchiſmatiſantes reprimere putas, profecto in vanum laboras, nam fulminando ſententias in hac re nihilo plus agis, quam ſi feram inhumaniſſimam cum baculo domare tentares. Vides enim quomodo poteſtate contra tuam poteſtatem reſiſtitur, & ſibi licere putant ſicut ferrum ferro retundere.

Argumenta pro celebrando nouo concilio.

Crede, beatiſſime pater, hic morbus nimis imbibitus eſt, nimiſque longam traxit originem, quare ad aerem natiuum redeundum eſt pro ſalute tuæ auctoritatis, videlicet ad doctrinam & decreta ſanctorum, quæ in libris reperiuntur, quorum applicatio commodius quam per concilium generale fieri nequit. Et cum arguebatur, quod ſolum eruditi & ex malitia peccant in hanc auctoritatem contra quos fulminationibus opus eſt, reſpondetur quod immo multi ſimplices & puſilli ſcandalizantur & pereunt ex hoc ſchiſmate, vt pote illi, qui propter lucra temporalia, vel vt liberentur ab omnibus, quæ homines libenter fugiunt, inſtructoribus huius ſchiſmatis adhærent & conſentiunt. Quare propter eos malignantibus reſiſtendum eſt, ac reſpondendum; & eo caſu quo quærunt, ſcilicet per concilij generalis vmbram alios decipiunt, per verum generale concilium eis reſpondendum eſt. Sic enim beatiſſimus Leo Papa proponentibus concilium ſecundum Epheſinum reſpondit per Chalcedonenſe concilium: *Licet nempe ſcriptum ſit: Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne videaris ei ſimilis; tamen illico ſubiungitur. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne videatur ſibi ipſi ſapiens.* Porro quoniam ſtulti volunt videri ſapientes, & ſequelam habere alios trahendo, protinus reſpondendum eſt eis. O quoties noſter Saluator phariſæos refutauit ſuis reſponſionibus, & tamen quantumcumque reuertebantur cum interrogationibus, licet cognoſceret ex malitia procedere, eis reſpondebat, & hoc propter puſillos, Hic ſuper exemplo Chriſti ſermones meos claudam, multa namque ſunt & innumera remedia ad demonſtrandum auctoritatem concilij generalis rite celebrandi, particularia vero dicentur ad partem, ſi tuæ ſanctitati placuerit.

Periculoſum per ... concilij ... [illegible]

Hæc autem dicta ſunt in publico, vt omnibus innoteſcat pia & ſanctiſſima Regis noſtri Chriſtianiſſimi intentio, non enim in hac cauſa adhæret carni & ſanguini, ſed tantummodo reuelationes Dei Patris, qui in cœlis, eſt ſequitur. Secundum quas reuelationes, prout ad eum peruenerunt per doctrinam ſanctorum & Eccleſiæ, te ſummum Pontificem, te principem Eccleſiæ, te vicarium, Chriſti recolit & veneratur. Sed quia iſtas reuelationes nunc, proh dolor! videt in cordibus hominum per hanc diram eccleſiaſticorum contentionem obnubilari, petit ſuper eo generale concilium celebrari, quæ perino non niſi pia & iuſta videri poteſt. Perſonam tuam vltra communem debitum filiationis diligit, de te ſemper bene loquitur, mala de te non libenter audit, bonum de te ſemper ſperat, ſperat namque quod tu, qui ruinam Græcorum & orientalium cum magnis ſumptibus reſarcire curas, hanc ruinam occidentalium, quæ ſub manu tua eſt, quia ad manum habes remedia, reparare non deſpicies; ſicque eris nobis princeps conditione ſicut & inſtitutione, & tandem tibi conueniet illud præconium laudis; quod de quolibet Pontifice laudabilis memoriæ refert Eccleſia dicens: *Ecce Sacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulcit domum, & in diebus ſuis corroborauit templum,* quod tibi concedat Ieſus Chriſtus benedictus Deus in ſæcula. Amen. *Explicit propoſitio facta Florentiæ coram ſanctiſſimo domino noſtro domino Eugenio Papa IV. in conſiſtorio publico per reuerendum in Chriſto patrem D. P. epiſcopum Meldenſem pro requiſitione concilij generalis ex parte Regis Franciæ anno* MCCCCXLI. *die* XVI. *menſis decembris.*

Agnoſcit Gallus Rex Eugenium Chriſti vicarium.

13 Non viſum eſt Eugenio tutum celebrare aliud concilium in Gallijs, & pontificiam auctoritatem in controuerſiam adducere, quæ recenter in ſynodo Florentina communi Latinorum & Græcorum conſenſu contra nouatores Baſileenſes fuerat illuſtrata, ad quod conſilite magis Gallus Rex pro tam pia cauſa oratores mittere debuiſſet, quam nouum concilium in Gallijs habendum depoſcere, cum maxime ſinguli Reges illud in ſuis regnis peragendum pari iure exambire potuiſſent. Ex ea autem ſententia, quod abuſus in exercenda pontificia auctoritate emendandi ſint a concilio, politicos in ſchiſma fere prolapſos viſuri ſumus, cum Piſanum conciliabulum aduerſus Iulium II. coactum fuit. Vt vero ſine nouo concilio in Gallijs celebrato Diuina prouidentia Baſileenſe ſchiſma diſſoluerit, dicetur inferius.

Cur Eugenius noui in Gallijs concilium celebrare detrectauit.

Opinio tenentium abuſus pontificum emendandos a concilio ſchiſma peperit.

Emicuit inter has Baſileenſium nouatorum procellas ſingulari religionis laude Ioannes Caſtellæ Rex, qui tuendæ Apoſtolicæ ſedis dignitatis ſtudio accenſus Carolum Francorum Regem pijs literis excitauit, vt Baſileenſium vaſaniam reprimeret. De quo factus certior Pontifex Caſtellano gratulatus a, vt ad reliquos etiam Reges principeſque ea de re literas daret ipſum adhortatus eſt.

a Lib. breu. pag. 123. & in cod. m. s. Alex VII. pag. 184.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Caſtellæ & Legionis Regi illuſtri ſalutem.

Magnam gloriam & laudem apud omnes Chriſtifideles conſecutus es, chariſſime fili, & æternam etiam mercedem apud Deum conſequeris ex tanta fide & deuotione, quantam & hactenus erga nos & ſedem Apoſtolicam varijs operibus, & ex literis per te miſſis ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Franciæ illuſtrem oſtendiſti, etenim cum reliquæ virtutes, tum maxime religio & pietas, & erga ſanctam Romanam eccleſiam deuotio in Regibus & principibus requirantur, in quibus cum tua ſerenitas præcipue excellat, oſtendens ſingularem affectionem, quam habet ad conſeruandam vnitatem Eccleſiæ, & ad tuendum nos in ſede, in qua nos omnipotens collocauit, & ipſius ſedis dignitatem defendendam, digna eſt omnium vocibus & laudibus celebrari, ſedes autem ipſa & Romana eccleſia, & nos quoque conſolari in Domino poſſumus & gaudere, talem filium tam deuotum, tam promptum ad noſtram defenſionem eſſe nobis datum eo tempore quo minime tali propugnatore & defenſore opus erat Eccleſiæ.

Rex Caſtellæ Eugenii cauſam tuetur.

Iraque primum agimus Deo gratias, & domino noſtro Ieſu Chriſto, a quo omnia gratiarum

Commendata eius pietas.

rum dona procedunt, qui in te tam ſanctum animum infudit. Deinde tibi quoque nos gratiarum actiones agimus, qui palam tanto Regi & reliquis etiam tuam ſinceram mentem erga ſtatum Eccleſiæ Dei notam ac manifeſtam eſſe voluiſti. Etenim multa ſunt opera, quæ præclarum principem poſſunt reddere, ſed nihil in eis eſſe præclarius poteſt ijs virtutibus, quibus defenditur fides, religio, Eccleſiæ dignitas, & animarum conſulitur ſaluti, quas res omnes cum ſchiſmata tollant atque auferant, introducunt etiam hæreſes varias in deſolationem fidei & interitum animarum; ſancte igitur ac pie cum egeris non ſolum in ſentiendo quæ recta ſunt, ſed etiam in teſtificando reliquis tuum animum, merito a nobis atque ab ipſa ſede & omnibus recte ſapientibus commendandus & ſummis laudibus celebrandus es. Dominus quidem reddet tibi pro tantis meritis in hoc & futuro ſæculo condigna præmia, & nos quoque ſemper memores erimus tuorum operum & prompti ad omnia, quæ ad ſtatus tuæ perſonæ & tui regni conſeruationem & augmentum cedere videantur. Verum ſicut ad Regem Franciæ ſcripſiſti, ita eſſet gratiſſimum nobis, & ad amplitudinem quoque tuæ laudis ſpectaret, ſi illud idem cæteris Regibus & principibus ſignificares, quo enim magis diuulgatur virtus tua, & deuotio, eo maiori laudum cumulo in omni populo celebratur. *Dat. Florentiæ* VIII. *kal. februarij anno* X.

Schiſmata pariunt hæreſes.

14 Floruit etiam pietatis & obſeruantiæ in ſedem Apoſtolicam laude Vvladiſlaus Rex Poloniæ, qui profeſſus literis ſuis Eugenio miſſis illum verum Chriſti vicarium, ſe nunquam ab eius obſequio deflexurum ſpopondit. Cum vero ab altera Hungarorum factione ad Hungaricam coronam accipiendam vocatus eſſet [a], ab altera quæ Ladiſlaum Regem Alberti olim Auguſti Pannoniæ Regis filium poſthumum colebat, repelleretur, ac pacem inter eos controuerſiamque conciliare anniteretur Pontifex, vt arma in Chriſtiani hoſtes nominis, qui Hungariam occupare moliebantur auerteret, ex hoc aduerſam ſuſpicionem concepit Vvladiſlaus, quam hiſce literis a ſe amouere ſtuduit [b].

Vvladiſlaus Rex Polonus adhæret Eugenio.

a Aen. Syl in Europ. cap. 1.

b Lib. 5. pag. 99.

Chariſſimo in Chriſto filio Vvladiſlao, &c. Regi illuſtri ſalutem.

Curam peruigilem pro eiuſdem ſanctæ ſedis, (nimirum Apoſtolicæ) honore, tibi & quando oportuit impendere deſcribis, itidem futuris temporibus te facturum promittis, ſignanter in his, quæ venerabilis frater noſter Ioannes Varadienſis epiſcopus tuæ ſerenitati propoſuit. In cuius euidens ſignum ad eam congregationem, quæ ex clero regni Poloniæ futura erat in proximo, ex tunc ita ſcripſiſſe teſtaris, vt cum reuerentiam, ac obedientiam tuam ſimul, & regni Hungariæ ad nos & ipſam ſanctam ſedem cognouerint, & ipſi mandatis noſtris, vt tenentur, obedient, quæ cum legiſſemus, lætati ſumus plurimum, videntes ſpem noſtram, de vera religione, & fide in te propenſius confirmari, & in dies augeri. Animaduertimus etiam quam ſapienter bonum vnitatis intelligas, illius inquam vnitatis, quæ veræ paci, ac quieti proſpicit ſubditorum, inquietos reprimit, & firmat imperia, quæ denique genus humanum in Deum ordinat & ſalutem æternam. Hoc non intellexerunt quidam Baſileæ congregati, ſed auerterunt ſenſum ſuum, vt ponerent lucem tenebras & tenebras lucem, & iniquitatem in excelſo loquerentur, ſimulque Deum & ipſam naturam, mores, & legem omnem offenderent, quemadmodum eorum opera manifeſtius docent. Sed gratias agimus Deo & domino noſtro Ieſu Chriſto, qui non permiſit fideles principes inuolui peccatis eorum, ſicut inter alios de tua ſublimitate liquido experimur & conſolamur in Domino.

Romanæ ſedis honorem tueri pollicetur.

Baſileenſium furor impius.

Verum, vt paterna charitate fateamur, hanc conſolationem noſtram pauliſper obturbat, quod in ipſis tuis literis de nobis ſentire videris, quaſi in hac tua vocatione ad regimen dicti regni Hungariæ remiſſiores tibi fuerimus in fauoribus exhibendis, ſicut ſcripto & actu cognouiſſe te aſſeris. Profecto, fili chariſſime, nihil huiuſmodi de nobis apud te fuiſſe cognouimus. Primum, vt ſuperiora repetamus, non immemores ſumus quantus extiterit affectus noſter ad genitorem tuum, quid inter alia pro eius honore & ſtatu egerimus eo tempore, quo claræ memoriæ Sigiſmundus Romanorum Rex imperij coronam de manibus noſtris accepit. Iterum in ea differentia, quam etiam claræ memoriæ Rex Albertus tecum habere videbatur, talia pro te ei ſuggeri fecimus, vt de nimio noſtro fauore contra ſe ſuſpicari diceretur, licet ad commune bonum noſtra properaret intentio. Nouiſſime cum de ipſa vocatione tua ad regnum præfatum & coronam poſtmodum ſubſecuta ad nos ſcripſeris, nos de felicibus incrementis tuis congratulati ſumus, ita tamen, vt optaremus cum charitate & pace omnia ſimul componi, quo veluti præcipuo medio imminens ille barbarorum furor crudeliſſimus ab eo regno arceri poſſet, qui a multis ante temporibus ſicut infernus aperuit os ſuum ſuper illud. Quid in his quærimus præter Dei gloriam, honorem & ſtatum tuum, ſalutem & pacem populi Chriſtiani? ſi quid forte in verbis noſtris defuit deſiderio tuo, nobis imputari non poteſt, quaſi inſolitum quidquam fecerimus, ſed nobis potius in hac temporum malignitate compati debes, ſicut filius & Chriſti imitator: *Et infra.*

De promouendis rationem habere intendimus vt nihil ingratum a nobis fiat, neque ante auiſationem tuam, ſicut ſupplicaſti, tum demum, quantum in nobis fuerit & cum Deo poterimus, ad tua deſideria, ac vnitatem & pacem totius regni proſpicere *.... Hoc vnum affectamus, vt hi proponantur a nobis, qui pro vitæ munditia, literarum fama, ac zelo domus Dei digne præfici poſſint, qui vere epiſcopi ſint ad ſalutem populi ſibi commiſſi. Poſtremo ad ea, quæ in vltima parte literarum tuarum nuntias, reſpondentes omni tuæ proſperitati ad vnitatem & bonum dicti regni ſtatum congratulamur in Domino, illud magno deſiderio expectantes, quod de plena concordia cum chariſſima in Chriſto filia Elizabeth Regina amplecti & conſequi ſperas, in qua re, ſi quod etiam apud nos eſt, quod ad eius conſummationem valere poſſit, parati ſumus omni poſſibili ſtudio interponere partes noſtras. *Dat. Florentiæ* VIII. *kal. iunij anno* XI.

* deſunt aliqua

15 Parte alia Fridericus Romanorum Rex Eugenium ſolicitabat, vt Ladiſlai pueri patrocinium ſuſciperet, neue iuſtitiam lædi, & Hungaricum ſceptrum, quod eius parentes optime de Eccleſia meriti iure tenuerant, alio transferri pateretur; tum egregia auorum facinora commemorauit datis his ad Eugenium literis [a].

Cæſar Eugenio Ladiſlaum puerum commendat.

a Extant apud Dlugoſſ. 10. 3. pag. 477.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus ſanctiſſimo patri domino Eugenio Papæ IV, &c.

Et ſi non dubitemus Apoſtolicam ſedem tan-

quam veritatis doctricem iuſtamque vitæ magiſtram quorumlibet iuribus fauorabilem eſſe, nullique prorſus iniuriam facere, quia quidquid ab eius ſolio manat, iuſtitiæ lancibus libratur & æquitatis, non tamen ab re fore putamus aliqua per nos ſcribi beatitudini tuæ, quibus ius ſereniſſimi principis Ladiſlai Hungariæ Regis patruelis noſtri chariſſimi pueri, pupilli, & orphani commendatum efficiamus, & eorum qui ficta pro veris referunt, impijs reſiſtamus conatibus. Scit enim tua beatitudo, patruelem noſtrum præfatum, qui poſt obitum vitæ diuæ memoriæ patrui & anteceſſoris noſtri Alberti Romanorum, atque Hungariæ Bohemiæque Regis, in vtero materno poſthumus remanſerat, vt primum natus fuit & ſacri baptiſmatis vnda renatus, adhibitis ex more ſolemnitatibus verum Hungariæ heredem ſuſcepiſſe coronam. Nunc autem ſicut accepimus, magnopere quidam inſtant, vt tua ſanctitas titulum regni huius in alium transferat, multa illinc emolumenta tum ſanctitati tuæ tum regno præfato prouentura dicentes. Quæ licet nullatenus Apoſtolicum mouere credamus, quia nullum commodum eſt tam ingens, pro quo bene vendi iuſtitia poſſit, mirandus tamen eſt eorum conatus, qui ex alieno incommodo ſuum quærentes commodum, altiſſimi ſanguinis puerum paterno & auito regno cupiunt ſpoliare. Iniquum profecto & abominabile ſcelus, fecerit enim alius quiuis magnalia, ſit potens, ſit aptus regimini, ſit per aliquos accerſitus (nolumus iſta diſcutere, nec cum iniuria volumus loqui cuiuſquam) nulla tamen ratio ſuadet huic puero ſuum adimi regnum, qui ſi propter ſe non eſſet magni putandus, ei tamen propter facta paterna vniuerſa Chriſtianitas fauorabilis eſſe deberet.

Bis Polonus propter nulla commoda, pro nullo vendendā ius.

Quis enim noſtri temporis homo eſt, qui patris huius glorioſos conflictus tum contra Turcos, tum contra Huſſitas non audiuerit? Debent præterea & huic puero fauorem præbere aui ſui clariſſima geſta, & illa Eccleſiæ vnio Conſtantiæ reparata, tum vero & Caroli IV. & Henrici VII. (quorum vltimus hic ſanguis eſt) memoria Cæſarum. Taceamus inclytæ domus noſtræ Auſtralis opera tam pro imperio, quam pro Eccleſia in fauorem fidei per noſtros & huius pueri progenitores edita. Quis tandem non compati deberet innocenti puero, parentibus orbato, vero Hungariæ Regi ac heredi? Inſanæ profecto mentis & animi trucis ſunt ac totius hoſtes iuſtitiæ, qui tam generoſum puerum regno priuare, & ius tam clarum conculcare nituntur. Sciunt tamen & illi ipſi qui talia petunt inhumanum eſſe quod optant, atque idcirco extinctum puerum & nuſquam inueniri confingunt, vt vel hoc colore regni titulus in alium deriuetur. Sed aliud reperitur: viuit enim Rex Ladiſlaus ac fauſta & felici fruitur ſoſpitate: Scitus puer atque formoſus is eſt in noua ciuitate vicina Vngariæ, adirique ab hominibus poteſt, qui eius viſendi ſunt cupidi: ſpes & noſtra & omnium eſt, anteceſſorum ſuorum virtutes in hoc puero reuicturas. Quæ omnia tuæ beatitudini recenſemus, ne per ſiniſtras ſuggeſtiones aliquid ex curia tua valeat extorqueri, quod huic patrueli noſtro poſſit eſſe nociuum; vtque puerum iſtum omnibus imperij principibus ſanguine iunctum Apoſtolicæ ſedis fauore tua ſanctitas proſequatur. Sit igitur hic Rex pupillus in tuo conſpectu recommendatus, ſit ante oculos tuæ mentis ſua generoſitas, ſua ætas, ſua puritas, ſuorum memoria prædeceſſorum, & huius iuſtitiam, ex qua non inanis & ficta,

Commemoratio eorum meritis.

ſed vera & ampla vtilitas Apoſtolicæ ſedi redundare poteſt, amplecti atque tueri velis. *Datum Viennæ.*

Exagitatum eſt diu ijs diſcordiarum tempeſtatibus Hungaricum regnum magno cum religionis detrimento. Similiterque vexata eſt Bohemia, in qua Ptaſco hæreſeos lue infectus, qui antea Alberto Regi bellum intulerat, Ladiſlao etiam puero ſceptrum eripere moliebatur: cuius freti potentia Pragenſes plurimi Huſſiticæ peſtis aperte virus euomuere, ſeruandarum enim pactionum, quas cum ſynodo Baſileenſi iam ante fecerant ſpecie, quaſque compactata appellitabant, eaſdem inſigni flagitio violarunt; articulis namque de conferenda laicis ſub vtraque ſpecie Euchariſtia infandum hunc errorem addidere a: *Vt nullus audeat prædicare, quod tantum ſumitur ſub vna ſpecie, quantum ſub vtraque, cum hoc ſit contra communicantes ſub vtraque ſpecie.* Quem errorem a Conſtantienſi & Baſileenſi concilijs, ipſis etiam poſtremo aſſentientibus Bohemis, damnatum vidimus. Vt vero ob hæreſim immanibus procellis vexata fuerit Bohemia dicetur inferius; nunc ad Neapolitanum regnum, quod Alfonſi Aragonij illi inhiantis ambitione laniabatur, ſermonem conuertimus.

Labefactata in Bohemia ob bella ciuilia religio.

Permiſſa a Baſileenſibus vtriuſque ſpeciei vſus non profuit.

a *Coclæ. hiſt. Huſſ. lib. 9.*

Promulgat hæretici nō tantum obtineri ſub qualibet ſpecie quantum ſub vtraque.

16 Nullas apoſtolicæ ſolicitudinis partes prætermiſit Eugenius, vt Renatum Alfonſumque Reges, inter ſe de eodem Neapolitano regno decertantes, in concordiam redigeret. Miſerat antea Petrum Cardinalem Fuxenſem Albanenſem epiſcopum, deinde cum ille ad omnia monita obſurdeſceret Ioannem tit. SS. Nerei & Achillei presbyterum Cardinalem ad ipſum legauit, qui ſolita illum pertinacia repulit; quamuis Renatus Rex Pontifici ſupremo regni domino, ad quem ius dicere, & beneficiarium regnum conferre ſpectabat, obſequi paratus eſſet.

Neapolitana bella ſedare nititur Eugenius.

Iniquum itaque iuris eccleſiaſtici inuaſorem vi comprimere coactus Eugenius Bianciardinum Vecutum Genuam VI. id. april. miſit b ampliſſima cum poteſtate ineundi fœderis cum Thoma Campofregoſo Genuenſium duce, vt iunctis armis communem hoſtem regno pellerent: hæcque pacta præcipua fuere, vt Pontifex quatuor millia equitum, peditum mille trecentos conſcriberet in Alfonſum, crearetque legatum in exercitu; Genuenſes vero duodecim triremes & quatuor naues onerarias omni apparatu bellico inſtruerent donec parta eſſet victoria, communibuſque ſtipendijs claſſem ſuſtentarent. Præterea ſancitum, partem alteram ſine altera inducias pacemue non admiſſuram, nonnullaque alia commenta, quæ publicis hiſce tabulis continentur c.

b *Lib. 5. pag. 71.*

Fœdus init Eugenius aduerſus Alfonſum, cum Genuenſibus.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Hæ ſunt conuentiones pacta & capitula inita, ac firmata inter illuſtrem & excelſum dominum, dominum Thomam de Campofregoſo Dei gratia Ianuenſium ducem, &c. magnificum conſilium dominorum ancianorum & ſpectabiles prouiſores rerum Neapolitanarum nomine excelſi communis Ianuæ ex vna parte, & ſpectabilem militem & iuris vtriuſque doctorem dominum Vianciardinum de Vecutis de Peruſio apoſtolicum nuntium habentem ad hæc & alia ampliſſima facultatem & arbitrium a ſanctiſſimo & beatiſſimo in Chriſto patre & domino domino diuina clementia ſacroſanctæ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ digniſſimo ſummo Pontifice nomine ſanctitatis ſuæ & eccleſiæ Romanæ, ac cameræ apoſtolicæ parte altera, in & ſuper conſenſu & intelligentia inter ipſas partes ſuſcepta ad ſubueniendum diſcordijs iacturis & mul-

c *Apud Eug. IV. lib. 5. pag. 65.*

Pactionum tabula.

Digitized by Google

multiplicibus calamitatibus regni Siciliæ, namque idem ſanctiſſimus dominus Eugenius animo reuoluens hominum cædes, vrbium direptiones, templorum incendia, agrorum vaſtationes, aliaſque clades, quas multos iam per annos regnum Siciliæ, quod ad Romanam eccleſiam iure directi dominij pertinet, propter Reges de principatu illius contendentes pertulit, & in præſentiarum perfert, Reges componere, & abiectis armis pacem inter eos facere & literis & nuntiis ſæpe tentauit, ac poſtremo reuerendiſſimum in Chriſto patrem dominum Ioannem SS. Nerei & Achilles presbyterum Cardinalem Tarentinum Apoſtolicæ ſedis legatum ad eam pacem ſub æquis iuſtiſque conditionibus componendam in regnum deſtinauit, is neque a ſupradicto Rege Aragonum, quem primum adire iuſſus erat, vt legatus acceptus eſt, nec regnum intrare permiſſus, quæ res animum illius a conditionibus pacis abhorrere clare demonſtrat, eumque nihil magis cupere, quam regnum illud vi atque iniuria occupare, cum e conuerſo Renatus Rex multis oblationibus, ac declarationibus teſtatus ſit, velle omnino voluntati prænominati ſanctiſſimi domini tanquam directi domini illius regni parere, ac ſeipſum ſubmittere, nec iuſtitiæ viam, nec concordiæ æquas conditiones aſpernari.

Conſa ſuſtinuit quæ ducem ad pacificandum permouerunt.

Regis Alfonſi iniquitas.

Quibus quidem multis atque alijs rationibus manifeſtum eſt paci locum futurum non eſſe, niſi bello & armis iuſtitia ipſa iuuetur, ac prohibeatur ne regnum Trinacriæ occupatum tyrannice poſſideatur, quapropter prænominatus dominus Vianciardinus nomine quo ſupra [nimirum Eugenij Papæ] ex omni poteſtate atque arbitrio attributo virtute earum literarum, quæ in fine huius contractus inſertæ ſunt, promiſit ac ſe dicto nomine obligauit ſolemniter, prænominato illuſtri domino duci, conſilio, & officialibus nomine dicti communis Ianuæ, quod idem ſanctiſſimus dominus noſter intra menſem vnum, a die firmati præſentis contractus proxime computandum ad tardius, bellum terreſtre indicet atque mouebit contra eundem dominum Regem Aragonum ſuoſque fautores atque ſequaces in regno, ſaltem cum equitibus quatuor millibus, & peditibus mille trecentis, offendendo Regem ipſum, ſuos fautores, ac ſequaces in regno publice, & palam velut hoſtem ſuum & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, quodque ad proſecutionem huiuſmodi impriſiæ legatum de latere inſtituet, & cum copijs ſuperius declaratis perſeueranter in regno tenebit bellum gerendo, & aſſidue Regem ipſum & ſuos vſque ad completam victoriam, neque prædictas copias ab eorum offenſione vnquam retrahet non victoria conſummata.

De Trinacria illi eripienda agitur.

Pollicetur Eugenius terreſtrem ſe exercitum aduerſum eum immiſſurum.

Et econuerſo prænominati Ianuæ dominus dux, conſilium, & officiales nomine quo ſupra, promiſerunt, ac ſe ſolemniter obligauerunt eidem domino Vianciardino iam dicto nomine, quod ipſi inſtituent præpotentem claſſem, quæ ſit ſaltem duodecim triremium bene, ſufficienter, ac voluntarie armatarum, & quatuor magnarum nauium in quarum qualibet vltra marinarios neceſſarios & conſuetos eſſe debeant viginti ducenti armigeri armati & bello apti, & aliarum inſuper quarumdam paruarum ad commeatus & inſtrumenta bellica deferenda, & quod ſi hæc claſſis tanta non eſſet, quæ in mari vires hoſtium ſuperare & victoriam regni polliceri cum prædictis copijs terreſtribus poſſet, illam in tantum augere promiſerunt, quo vſque ad victoriam, Deo fauente, ſufficiens videatur, quodque ita mature diſpoſita atque ſtructa erit, vt intra menſes duos & dimidium a die firmati præſentis contractus proxime numerandos & portus ſolui poſſit, & deinceps loca atque littora regni huic aduerſantia intelligentiæ, quam celerius & commodius fieri poſſit, petet atque inuadet, dummodo, vt ſupra promiſſum eſt, ſanctiſſimus dominus noſter prius bellum mouerit, vt ſuperius conuentum declaratumque eſt.

Spondent Genuenſes ſe inſtructuros claſſem.

Item promiſerunt nomine quo ſupra, quod ipſi ſiue dictum commune Ianuæ omnem impenſam, quæ neceſſaria pro dicta claſſe comparanda & augenda, vt ſupra videatur, facient ipſimet de pecunijs & rebus ſuis, quodque capitaneis, nautis, armigeris, balliſtarijs, & alijs perſonis in claſſe neceſſarijs ſtipendia æqua & conſueta pro tribus menſibus ſoluent, & ſi ad rei perfectionem neceſſarium fuerit abſque alia ſolutione claſſem ipſam permanere ac perſiſtere, facient ad perſolutionem impriſiæ menſe vno & dimidio immediate ſecuturis & vltra diutius & maiore tempore, ſi id commode obtineri poterit, & quando neceſſe erit ipſam exarmare, teneantur aliam ſequenti vere, regno non ſubacto, iterum inſtituere & comparare, partibus ad ſimilia obligatis, & ijs pactis in ſuo robore permanentibus, & ex aduerſo prænominatus dominus Vianciardinus nomine quo ſupra, promiſit quod ſanctiſſimus dominus noſter, poſtquam maiore parte regni potitus fuerit, intra menſes tres Ianuenſibus ipſis ſatisfaciet pro dimidia parte totius ſummæ ſtipendiorum menſium trium ſuperius declaratorum claſſis comparandæ & augendæ, vt dictum eſt, idque faciet aut in pecunia numerata, aut in aſſignatione introituum regni vel aliter, prout inter ſe partes melius conuenire poterunt, ita demum quod ad dictam ſummam dimidiæ partis totius quantitatis ſtipendiorum menſium trium, vt dictum eſt, ſatiſfactio ipſa vere ac realiter aſcendat, & ſi ſequenti vere claſſis maior aut minor inſtaurabitur ad eandem ratam & quotam ijdem domini ſatisfacient, prout melius partes conuenire poterunt ſecundum præſentium capitulorum tenorem.

Et ſumptus illi ſuppeditaturos.

De refundendis a Pontifice comparato regni parte dimidio adhibita cautio.

Item conuentum eſt inter partes ipſas, quod in claſſe Ianuenſi recipiatur vnus commiſſarius ſanctiſſimi domini noſtri, qui cum capitaneo claſſis deliberet quid magis expediat, & vbinam ſit melius inſultum facere pro regni & membrorum eius acquiſitione, & grauiori hoſtis offenſione, & quomodo ac quando terreſtris exercitus claſſem, & claſſis terreſtres copias ope mutua iuuare poſſint. Item promiſerunt partes ipſæ ſibi mutuo, ac viciſſim, quod deinceps neutra partium ipſarum inducias, treuguas, vel pacem de regno faciet cum prænominato Rege Aragonum clam vel palam, directe vel indirecte, aut alio quouis modo abſque conſilio, voluntate, & expreſſo conſenſu partis alterius, de quo conſtet publica ac ſolemni ſcriptura, ita demum vt quidquid de inducijs, treugijs, vel pace prædictis faciendum fuerit, id nullo modo fieri poſſit ſine expreſſo conſenſu mutuo partis vtriuſque.

Conuentiſ pacem non initum iri cum Alfonſo niſi mutuo conſenſu.

Item promiſit prænominatus Vianciardinus nomine quo ſupra, quod ſi magnifico domino Ioanni de Campofregoſo non poterit forſitan propter fauorem impriſiæ concedi officium admiratus regni priuſquam eum amoueat, ſanctiſſimus dominus noſter reſtaurabit illi in rebus alijs taliter dominium, quod merito poterit remanere contentus, quodque ciues omnes Ianuenſes in omnibus prærogatiuis, priuilegijs, exemptionibus, & immunitatibus in quarum poſſeſſione vel

vel quaſi fuerunt celebris memoriæ dominæ Reginæ Ioannæ ſecundæ conſeruabit, fouebit, & manutenebit ſine vlla iniuria aut diminutione eiuſmodi iurium ſuorum illos ciues Ianuenſes, qui gabellas Neapolis vel a Rege Renato vel a ſereniſſima Regina vxore ſua, vel eorum tempore a communitate Neapolis emerunt vna cum quibuſdam Neapolitanis ciuibus, vel conſeruabit pro rata portione eos tangente in prædicta emptione, vel pro reſiduo ſolutorum ſatisfaciet eiſdem & parte altera prænominati. Idem dux, conſilium, & officiales nomine, quo ſupra, ſaluis tantum infraſcriptis, promiſerunt quod omnes ciuitates, terras, caſtra, oppida, prouincias, ducatus, principatus, & marchionatus, comitatus, baronias, nec non etiam inſulas extra regnum & quidquid aliud, etiam ſi regnum aliud a regno Siciliæ cenſeretur, quod ad ius & proprietatem Romanæ eccleſiæ mediate vel immediate pertinent, quæ vel quod armata ipſa caperet, vel ſub eius poteſtate quomodolibet perueniret, libere & abſolute ſine aliqua mora vel ſolutione impenſæ in manibus legati vel alterius commiſſarij ſanctiſſimi domini noſtri conſignabit, tradet, atque reſtituet, exceptis bonis mobilibus atque profanis, quæ reperiuntur in terra ciuitatis vel oppidi, quod per vim claſſis ipſa occuparet, mœnibus tantum loci atque perſonis legato aut commiſſario libere reſtitutis. Illæ vero ciuitates, terræ, caſtra, prouinciæ, dignitates, & loca, quæ vel obedientes eſſent Eccleſiæ, vel ad obedientiam pacto, conuentione, aut ſponte ſua redirent vel redire vellent, amice a claſſe tractari debeant, nullaque ipſis damna in perſonis aut bonis inferri, ſed potius auxilium atque defenſio, excepto tamen ac ſpecialiſſime declarato, quod liceat Ianuenſibus ipſis ſibi ad pignus & cautionem retinere omnes vrbes, arces, ac terras, inſulas Trinacriæ, quas ab ea claſſe acquiri quouis modo etiam continget, ſi ſanctiſſimus dominus noſter maiore parte regni potitus non fuiſſet, & ea omnia tamdiu retinere, ac poſſidere, quoadusque per ſanctiſſimum dominum noſtrum fuiſſet plenarie ſatisfactum de quantitatibus impenſarum ſuperius promiſſis, hoc inſuper adiecto & ſpecialiter inter partes ipſas declarato, quod ſi quo caſu contingat, claſſem ipſam acquirere Sardiniam aut aliquam eius partem, quidquid ab ea geſtum vel acquiſitum fuiſſet, plene & libere cedat communi Ianuæ & ipſius communis effectum eſſe intelligatur, dummodo Ianuenſes eam inſulam recognoſcant in feudum ab eccleſia Romana.

Reſtituent Pontifici captas vrbes regni Neap.

Permiſſum vt captas in Trinacria vrbes pro pignore accipiant.

Si Sardiniã expugnent eam retenturos.

Item actum eſt inter partes ipſas, quod ſi propter fauorem impriſiæ forſitan oporteret vel placeret ſanctitati domini noſtri nonnullas terras ſiue dignitates in regno conſiſtentes, ſpectantes, ac pertinentes ad magnificum Ianum de Campofregoſo ex conceſſione ſereniſſimi Regis Renati alteri concedere, ſanctitas ipſa dicta Ianum reſtaurabit in regno intra menſes ſex a die ipſius conceſſionis illis formis ac modis, prout ſuæ beatitudini videbitur & placebit, ita tamen, quod præfatus Ianus merito poterit remanere contentus. Acta, conuenta, & promiſſa fuerunt omnia & ſingula infraſcripta per & inter partes ſuperius nominatas agentes & contrahentes nominibus ſuperius declaratis videlicet per Illuſtrem & excelſum dominum Thomam de Campofregoſo; Dei gratia, Ianuenſium ducem, &c. magnificum conſilium dominorum antianorum, & ſpeciale officium dominorum prouiſorum rerum Neapolitanarum in legitimis numeris congregata. [Subiuncta ſunt nobilium Ianuenſium nomina, ac diploma apoſtolicum, quo Vianciardino ineundæ cum Ianuenſibus armorum ſocietatis pro reſtituendo Renato Rege Siciliæ aduerſus Alfonſi Aragonij inuaſoris conatus auctoritas tribuebatur. *Anno Dominicæ natiuitatis* MCCCCXLI. *indictione tertia, iuxta morem Ianuæ die mercurij vigeſima ſexta menſis aprilis hora* XIV. *&c.* Adiecta ſunt teſtium nomina, quæ ſilentio præterimus.

57 Decreuit Pontifex[a] contra Alfonſum, quemadmodum conuentum erat, Neapolitanam legationem, eiuſque obeundæ munus iniunxit Ioanni, de quo paulo ante memoraui, tit. SS. Nerei & Achillei presbytero Cardinali, cui præcepit, vt contumacem Regem iura apoſtolica inuadentem in iudicium vocaret, promulgaretque ob perduellionem in Romanum Pontificem, cuius, vtpote ſupremi iudicis ſententiæ in fiduciarij regni controuerſia ſtare detrectaret, beneficiarijs regnis Trinacria nimirum, ac Sardinia & Corſica, tum omni actione & ambiguo iure, quod in Neapolitanum ſe habere contendebat excidiſſe, diem etiam illi conſtitueret, quo pontificio tribunali iuſtam acceptu- rus ſententiam ſe ſiſteret.

a Lib. 5. pag. 76.

Conſtituitur Ioannes iudex cauſæ, nec non Alfonſum Regem.

Dilecto filio Ioanni tit. SS. Nerei & Achillei S. R. E. presbytero Cardinali in regno noſtro Siciliæ citra pharum A. S. L. ſalutem, &c.

Proximis temporibus exciti clamoribus & eiulatibus pupulorum & miſerabilium regni noſtri Siciliæ citra pharum, damna, ſtrages, direptiones, incendia, homicidia, & alia dictu horrenda, quibus tamdiu afflicti ſunt propter guerras inter Reges de ipſo regno contendentes diutius perferre nequeuntium, multis varijſque modis miſſis oratoribus, nuntijs, & literis quæſiuimus Alfonſum Aragonum Regem illuſtrem ad iuſtitiam vel pacem, concordiam, aut treuguam, compoſitionemque aliquam perducere & inclinare, cumque id nullo poſſemus alio modo efficere & obtinere, ſperantes futurum, vt ſi aliquem ex venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium collegio mitteremus, ipſe oblatas iuſtitiam, vel conditiones æquas atque tolerabiles nullatenus refutaret, tuam circumſpectionem ad id duximus deſtinandam.

De ingentibus malis quæ Rex Aragonum intulit regno Neap.

Is vero debiti ſui immemor, qui nonnullorum magnorum dominiorum, & præſertim inſularum Trinacriæ & Sardiniæ ac Corſicæ, nobis & Romanæ eccleſiæ feudatarius iuxta iuramenti per ſe præſtiti formam nobis obedire tenetur, parumque conſiderans famæ detrimentum, quod ſubibat, oblatas iuſtitiam vel pacis aut treuguæ conditiones aſpernando, nedum eandem circumſpectionem tuam ab ipſius regni Siciliæ partium, quas occupat, ingreſſu prohibens, videre & ad ſalutationem colloquiumque admittere, verum & iam pluries requiſitus, vt Terracinam, quæ ad nos & Romanam eccleſiam pleno iure ſpectat, & pertinet aliaſque terras ad monaſterium Caſinenſe, quod immediate nobis & Apoſtolicæ ſedi ſubiectum exiſtit, quas vi detinet occupatas, reſtituere recuſauit, quare cum regni antedicti totalem deſolationem nullatenus, prout tenemur, tolerare intendentes, te ad partes antedicti regni pro pace in ipſo ponenda, & quiete, ac ſalute populorum illius, omnibus vijs quæ videbuntur neceſſariæ, quærenda, legatum deputaremus, prout in literis dictæ legationis latius continetur, nos prouidere volentes, ſi prædictus Rex iuramenti, prout præfertur, nobis aſtringitur, & debiti ac honoris

Vt fiduciario iure Trinacriam, Sardiniam & Corſicã teneat.

Iuſſi ſtare vel pacem amplecti abnuit.

Sacramentum Pontifici præſtitum violat.

ſui

Digitized by Google

ſui immemor in priſtina acceptandi iuſtitiam vel pacem recuſatione, terrarumque prædictarum reſtitutionis denegatione perſeuerans tibi non obediuerit, & (quod Deus auertat) in reprobum ſenſum datus hoſtiliter reſiſtet, aut aliquas alias noſtras & Romanæ eccleſiæ terras lædere intentabit a, ne huiuſmodi exceſſus & crimina in exempli perniciem tranſeant impunita, antedictæ circumſpectioni tuæ contra ipſum Alfonſum Regem illuſtrem, auctoritate noſtra ſuper huiuſmodi, & omnibus alijs exceſſibus & rebellionibus, etiam ex officio, inquirendi & de illis cognoſcendi, ſpecialiterque declarandi ipſum fuiſſe & eſſe reum criminis læſæ maieſtatis, ac periurij reatum & proditionis in dominum ſuum incurriſſe, ideoque propter præmiſſa incidiſſe in pœnas & ſententias, tam a iure, quam ab homine in huiuſmodi rebelles & eccleſiæ hoſtes inflictas & promulgatas, eundemque omni iure & actione, quod & quam in regnis Siciliæ vltra & citra pharum, atque Sardiniæ & Corſicæ, quæ ad nos, vt prælertur, iure directi dominij ſpectant & pertinent, ſibi competere atque ad eum pertinere quomodolibet prætendit, aut prætendere poteſt, fuiſſe & eſſe priuatum & vt talem per te cui in ea parte vices noſtras committimus, auctoritate noſtra de apoſtolicæ plenitudine poteſtatis declarare.

Læſæ maieſtatis crimine poſſe lædere.

Quoad alia autem regna & dominia, quæ poſſidet, præſertim quæ de feudo noſtro & Romanæ eccleſiæ non exiſtunt, & in quibus de facto ſuperiorem non recognoſcit, eundem per edictum, ſi ad eum perſonaliter citandum tutus non patuerit acceſſus, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, cites, quatenus infra certum competentem terminum, de quo tibi videbitur, per ſe vel per procuratorem compareat in hac ciuitate Florentina, aut alibi, ſi interim curiam nos transferre contigerit, in conſiſtorio generali coram nobis, ad videndum ſe declarari priuatum huiuſmodi regnis & dominijs, & de eis diſponi prout ius ac iuſtitia ſuadebunt, omniaque alia & ſingula ſuper prædictis faciendi & exequendi, quæ quomodolibet neceſſaria fuerint & etiam opportuna, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem. *Dat. Florentiæ kal. iunij pontificatus noſtri anno XI.* Submiſſæ a ſunt legato copiæ b, vt Regis Aragonum vim vi retunderet; ſed irrito exitu, obduruit enim Alfonſus in pertinacia ſecundis armorum ſucceſſibus (a quibus tantum volebat ius petere elatus) Auerſamque hoc anno, ac Neapolim proximo cepit c.

Promulgandi in eum edicti data legato poteſtas.

a Blond. dec. 4. l. 2. b Id. ibid. c S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 5. §. 14. 15. 16. Cor. p. 5. d Lib. 10. pag. 360. e Lib. 23. pag. 255.

Auerſam cepit.

58 Ardebat bello alia Italiæ pars, ac Ligures & Florentini fœderati cum Philippo Anglo duce Mediolanenſi certabant, quorum conſilia bellica impetuſque deſcribunt pluribus Blondus b & S. Antoninus c. Implicitus eo etiam bello erat Ludouicus tit. S. Laurentij in Lucina presbyter Cardinalis patriarcha Aquileienſis, quem Pontifex reſtituendæ Italiæ pacis cupidus legatum creauit d, vt Bononiam & alias Æmiliæ vrbes arceſque ad ditionem eccleſiaſticam reduceret.

Mediolanenſis cum Liguribus & Florentinis bello implicitus.

Renuntiatus etiam eſt pridie non. iulij ſedis Apoſtolicæ legatus e in Mediolanenſi ducatu Gerardus tit. S. Mariæ in Transtyberim, ampliſſimaque poteſtate auctus f. Cæterum bellum illud ex inſperato compoſitum eſt g, contrariarum enim partium ductores Franciſcus Sfortia & Nicolaus Piccininus, dum ſigna collaturi erant, mutatis animis, in amplexus ex mutuæ bellicæ virtutis admiratione ruerunt; ac Franciſcus Sfortia Philippi filiam Blancham notham dudum ſibi deſponſam vxorem duxit. At Philippus bellicis curis ſolutus, cum genero omnino non hæreret, Nicolao Ateſtino ditionem ſuã adminiſtrandam tradidit. Sed is nec dum euoluto menſe vigeſima ſeptima decembris die extinctus a eſt, præbito prius egregio demiſſionis Chriſtianæ exemplo; quippe qui teſtamento cauit, vt nudus in nuda humo ſine vlla funerea pompa locaretur; cum Lenellus ex pellice natus, qui principatus adminiſtrationem ob imbellem Herculis & Sigiſmundi ætatem ſuſceperat ea lege, vt ipſis poſtea principatum relinqueret, Pontifici expoſuit meditatum ſe pecuniam omnem, quæ in ſumptus funebres impendenda fuiſſet, in eleemoſynas ad leuandam patris animam erogare, quod pium conſilium commendauit hiſce literis Eugenius b.

Ludouicus Card. ad recuperandã Æmiliam legatus. Gerard. Card. legatus in Mediolanenſi. Bellum compoſitum.

f Ib. pag. 274. ad 278. g S. Ant. vbi ſup. Cor. p. 5.

a Pegna hiſt. Ateſt. lib. 6. & alij. Principis Ateſt. demiſſio.

b Lib. 12. pag. 146.

Leonello marchioni Eſtenſi.

Dilecte fili ſalutem. Auditis his, quæ nuper ad nos ſcripſiſti, videlicet quod impenſam illam, quam in parentis exequijs facere conſtituetas, ad pauperes paſcendos potius conuertere intendis, honeſtum propoſitum tuum in Domino magnopere commendamus. Mirum etiam in modum approbamus genitoris tui ſupremam diſpoſitionem, qui neglectis penitus atque reiectis funeralibus pompis, mandauerit corpus ſuum non operoſis ſepulchris ad ſuperbiam potius quandam, quam ad ſalutem tendentibus, ſed nuda & aperta terra nudum reponi. Hoc humilitatis ſignum, in magnam ſpem nos adducit, illum animæ ſuæ non immemorem fuiſſe, quod vtinam miſericors Deus ſua pietate & miſericordia illi conceſſerit. Quare cum pium & religioni Chriſtianæ decens ſit, animabus defunctorum pijs eleemoſynarum patrocinijs conſuli, & maxime a liberis, te plurimum hortamur in Domino, vt pauperum & afflictorum neceſſitatibus ſubuenias, opemque eis, ad miſeriam ſubleuandam feras, & vt in omnibus ſaluti paternæ animæ conſulas, ex eo, quo tenemur, officio, te monemus & hortamur, vt nihil tanquam pius & dilectus filius omittas eorum, ad quæ genitor de iure tenebatur, rationem habendo eius æris alieni, ad quod Romanæ eccleſiæ, pro ſuis cenſibus tenebatur, quæ omnia ſi, vt ſperamus, facies, & ſæpius a nobis requiſitus id facere pollicitus es, parentem tuum maximo onere, & te ipſum obligatione ſubleuabis. *Dat. Florentiæ XX. ianuarij anno XI.*

Commendata ab Eugenio.

Admonitus filius vt ſubeat pro & ſoluat alienum æs.

Hoc anno, recrudeſcente in Caſtellana aula diſſenſione ob Aluari e Luna nimiam gratiam & amplitudinem, Pontifex his literis Mariam Reginam, ac fratres Aragonios ad redintegrandam cum viro Rege Caſtellæ concordiam excitauit c.

Exortæ in aula Caſtellana turbæ.

c Lib. breu. pag. 130. & in ms. Alex. VII. pag. 260.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Mariæ Reginæ Caſtellæ & Legionis, &c.

19 Spetabamus, quod literæ, quas ad vos ſeparatim ſæpius ſcripſimus exhortantes ad amicitiam, beneuolentiam & pacem cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ioanne Caſtellæ & Legionis Rege illuſtri deberent infundere in vos per Dei gratiam ſpiritum concordiæ & charitatis, tum quia omnia diſſenſio & bellorum materies inter Chriſtianos turpis eſt, tum vero inter affines & conſanguineos turpiſſima. Nouiſſime non ſine mentis amaritudine ſumma intelleximus, quod nedum inter vos concordia ſecuta eſt, ſed in maius diſſenſiones exarſerunt adeo, quod dubitatur cum in propinquo ſitis ne ad arma deueniatur & certamen, quod ſine vtriuſque partis diſcrimine & damno fieri non poteſt, nam eiuſmodi victo-

Ea pacificentur Reginæ.

ria

ria calamitati coniuncta eſt adeo, vt dubitemus vtrum vincere an vinci alterutri parti ſatius ſit. Sed cum in omnibus bellis ciuilibus culpa ſit, tamen illud admiratione non caret & crimine vxorem contra virum inſurgere, & arma ferre contra eum, quem diuinæ & humanæ leges tutari ab alijs & defendere præcipiunt & hortantur, hoc eſt ſeparare qood Deus coniunxit, & diuidere quod ſeparatum eſſe non poteſt: *Erunt*, inquit Deus; *duo in carne vna*. Quomodo ergo tu Regina eiuſmodi armis potes intereſſe, quæ in te ipſam redundant, quæ carnem tuam lacerant & diſtrahunt a mandatis Dei? Tua eſt mediam te offerre his diſſenſionibus, & virum & fratres ad concordiam hortari, ac procul eſſe ab omni ſtrepitu & turbine bellorum, cum ſit officium dominarum vacare officio & quieti, neque eam vindictam quærere, quæ ſibi maius damnum quam lucrum ſit importatura. Nuoquid non in mentem venit, ſi ad certamen deueniatur, poſſe accidere (quod Deus auertat) vt vir pereat? nunquid vt etiam fratres? Et quæ tibi conſolatio, quæ apud Deum merces erit, & apud homines laus, ſi eiuſmodi futuris periculis nedum non obſtiteris toto poſſe, ſed etiam partem te feceris? Exhortamur igitur vos omnes per Ieſu Chriſti paſſionem & ſanguinem illum pretioſiſſimum, quem pro nobis effudit, vt aduertentes ad pericula, quæ ex congreſſione veſtra ſequi poſſent, velitis deſiſtere ab armis, & potius ſicut ſuadet Apoſtolus Paulus, decedere a iure veſtro, quam ponere vos in id certamen, quod & corporum & ſtatus detrimentum etiam cum infamia ſit allaturum, nulli enim explorata victoria eſt, nulla certitudo hoc vel illud eſſe futurum, nam ſæpe qui victoriam ſperauit victus eſt, & imbecillior ſuperauit, quare deſiſtite omnino ab armis, & ſequamini viam pacis, quæ & laudabilior eſt, & tutior ſemper fuit, &c. *Dat. Florentiæ*. Extant aliæ eodem argumento ad Ioannem Regem Nauarræ literæ [a], quibus ingentia, quæ ex bellis ciuilibus oriuntur mala ob oculos ei propoſuit, hortatuſque ipſum eſt ne nouos motus in Caſtella concitaret.

Increpitat Reginam, quod in virum arma moueat.

Propoſita ex ciuili bello oritura mala.

a Eod. m. s. pag. 270.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Regi Nauarræ illuſtri ſalutem, &c.

Quot & quantæ tribulationes ac calamitates proueniant principibus, regnis, & vniuerſis hominibus ex diſcordijs & bellis tam multa exempla ante oculos poſita demonſtrant, vt illa ſola abſque alijs rationibus deberent homines abſterrere a bellorum turbinibus, & ad concordiam exhortari: certum eſt enim quod nedum regna, prouinciæ, ciuitates vllo pacto abſque pacis dulcedine conſeruari poſſunt, ſed ne domus quidem priuata conſiſtet, in qua diſcordia & diſſenſiones vigebunt, quod ſi inter fideles diſcordia & bella inhoneſta ſunt & plurimum culpanda, inhoneſtiſſima tamen & digna reprehenſione ea putantur, quæ oriuntur & vigent inter eos, qui ſunt conſanguinitatis vinculo coniunctij, vt omittamus Saluatoris noſtri præcepta, ac diuina humanaque iura, quæ nos ad concordiam & pacem hortantur, quibus non obtemperare Chriſtianum, impudentis eſſe videtur. Certe eſt inhumanum etiam apud infideles violare iura conſanguinitatis, & velle cum eo concertare, cui opem ferre deberet, ſi ab alijs impugnaretur.

Mala ex iniquo bello propoſita.

Hoc ob eam rem ſcribimus, quod non abſque ſumma mentis amaritudine audiuimus, inter te & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Regem Caſtellæ & Legionis illuſtrem & certos alios nonnullos diſſenſiones de nouo exortas, ex quibus dubitatur ne grauiora pericula ſubſequantur, atqui tua maxime intereſt non ſolum nolle, vt tua opera aut conſenſu aliquæ nouitates in regnis illis exurgant, ſed obuiare & obſiſtere illis, qui nouitates aut diſſenſiones aliquas molirentur, præſertim aduerſus Regem cui parere, & quem ſequi & voluntati eius hærere omnes debent, qui ſana conſilia & præcepta Apoſtoli ſequi volunt, qui non ſolum talibus Regibus, ſed etiam diſcolis dominis ſubditos parere volunt idcirco exhortamur in Domino tuam ſerenitatem, & per Chriſti paſſionem obſecramus, vt depoſita omni maleuolentia & paſſione animi velis cum præfato Rege cum beneuolentia & charitate viuere, prout conſanguineos decet, neque permittere aut aſſentiri, vt aliquis bellorum motus exoriatur, cum finis eiuſmodi rerum ſint cædes hominum & regnorum deſolationes, quibus melius in primordijs obſiſti poteſt, quam cum ſanguis effundi cœperit & odia & vulnera proceſſerunt: principia enim in noſtra ſunt poteſtate, finis vero in fortunæ arbitrio ſitus eſſe videtur, quæ incerta eſt & multorum decipit cogitationes. Sequere igitur conſilium noſtrum, qui tanquam bonus parens ſoliciti de filiorum ſalute tibi ea conſulimus; per quæ honorem apud homines & merita apud Deum conſequeris, redeas in gratiam Regis, & ad ea vaces per quæ regna ſua pace gaudeant & quiete, & omnis bellorum & diſcordiarum occaſio de medio tollatur, id quoque vt alij agant cum omni diligentia efficias rogamus, hortare vt pacem ſectentur, & vt Regi obtemperent, prout æquum eſt & ex debito tenentur, hoc & tua prudentia requirit, & nos tibi. ſi id egeris, reddemur tuæ virtuti plurimum ex bonis tuis operibus obligati. *Datum Florentiæ, &c.* Henricum pariter principem Nauarræ & Aragonum Regum fratrem, quem Æmuli Aluari vrebat fœlicitas, vt pacem bello & cædibus præferret admonuit. Neque prætereundum videtur poſtulanti Ioanni Caſtellæ Regi, vt Pontifex anathemate percelleret illos, qui regia vectigalia non ſoluerent, Pontificem ipſum reſpondiſſe [a], id fieri non debere, quod maxima animarum pericula eſſet allaturum.

Poſtulat Caſtellanus defigi cenſuris fiſci defraudatores.

a Lib. breu. pag. 126. & in cod. m. s. Alex. VII. pag. 253.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Caſtellæ & Legionis Regi illuſtri ſalutem, &c.

Exiſtimamus, id quod tua ſerenitas a nobis petijt, vt in fraudantes in tuis regnis gabellas excommunicationis ſententiam proferamus, non de tua mente prodire, ſed de eorum conſilio, qui ſub ſpecie vtilitatis gratificari ſerenitati tuæ, cum enim ſis vir ſummæ prudentiæ, & conſiderare poſſis quanti ponderis ea res ſit apud Deum, quantum animarum periculum inſurgeret in tantis hominum millibus, quot exinde ſcandala ſequerentur, & quanta apud Saluatorem noſtrum erga te indignatio oriretur ex interitu animarum, quas ſuo ſanguine redemit, non poſſumus adduci, vt putemus hanc petitionem a tuæ conſcientiæ puritate proceſſiſſe. Quis enim dubitat quin ij, qui & iam perſonæ periculum ſubeunt, vt fraudibus eiuſmodi vtantur, neque pœnas temporales & ante oculos ſitas, quæ manifeſtæ ſunt, & quibus nulla eſt remiſſio riment, minus metuant eccleſiaſticas cenſuras, quæ ſunt occultiores, & futuram pœnam reſpiciunt, & errati venia ſperatur. Hæc animarum pericula conſiderantes prædeceſſores noſtri noſque etiam nullas propter ſimiles cauſas eiuſmodi pœnas ſtatuimus in noſtris & eccleſiæ terris, ne quis pro temporali fraude æternam pœnam ſubiret, cum multi ſint,

Reſpondet Eugenius grauiora exinde mala pullulatura.

Id non fieri in Pontificis terris.

ſint, qui potius in Dei miſericordiam quam hominum manus velint incidere. Idcirco exhortamur tuam ſapientiam, vt velit deſiſtere ab hac petitione, neque poſtulet ea, quæ nullus Chriſtianus princeps a Romanis Pontificibus petere attentauit. [Nonnullis interiectis de Calatrauenſi ordine equeſtri addidit.]

Indultum equitibus Calatrauæ ne caſtitatis votum nuncupent

20 Quoad factum ordinis de Calatrauo, quod ſupplicas reuocari, quod actum eſt; miramur paulum de petitione tua. Scis enim te ſæpius ſcripſiſſe nobis & hortatum eſſe, vt non modo hoc idem agere vellemus, ſed (quod longe maius erat) vt eum iam ordinem profeſſis diſpenſaremus vt poſſent nubere, id vero eum minus graue eſſet, quod honeſtius eſſe videbatur, conceſſimus vt illius ordinis profeſſio non contineret caſtitatis votum. Itaque cum literæ tuæ nos plurimum mouerunt, tum multis honeſtis cauſis ad id ſumus inducti, ſciebamus illum eſſe ordinem militarem, non propter diuinum cultum, ſed propter bella & defenſionem Chriſtianorum inſtitutum, propterea laicos eſſe omnes, nulli ordini eccleſiaſtico aſtrictos, audiebamus præterea multos inhoneſte viuere, & ea agere, quæ merito apud Deum & homines reprehendi poſſent, & cum ſecundum Apoſtoli ſententiam melius eſſet nubere, quam vri, viſum eſt nobis vtilius cum vxore viuere, quam cum meretrice, præſertim eos qui ſolum militarem artem & armorum exercitium profitentur. Itaque ſi id modeſtius egimus, ad quod per tuas literas hortatus es, & quod nobis pro honore Dei, ſalute animarum, pro honeſtiori vita, pro vtilitate ordinis viſum eſt expedire, velis tuiſmet ſupplicationibus etiam modificatis acquieſcere, neque velis mutare ſententiam poſt factum, cum antequam fieret, nobis vt fieret ſupplicaſti, &c. *Dat. Florentiæ.*

Profeſſi iis caſtitatem voto non ſoluti ſunt.

Cur Eugenius permiſerit non aſtringi voto eos equites.

IESV CHRISTI
Annus 1442.

EVGENII PP. IV. annus 12. FRIDERICI III. ROM. REGIS 3. IO. VII. PALÆOL. IMP. OR. 19.

Traductum Florentia Romam concilium.

1 TRaducta eſt Romam Florentina ſynodus anno a partu Virginis milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo indictione quinta poſt habitam ab Eugenio menſe aprili ſeſſionem de qua hæc prodit Auguſtinus Patricius a; *Florentiæ Eugenius ſeſſionem celebrat VI. kal. maij anni ſalutis MCCCCXLII. in qua afferens legatos Zara Iacob magni Regis Aethiopiæ, quem presbyterum Ioannem vocant, ad concilium œcumenicum orthodoxæ fidei ſuſcipiendæ gratia properare, concilium ipſum, vt maiorem auctoritatem etiam ſuſciperet Romam, approbante ipſo concilio, tranſtulit proſequendum in baſilica Lateranenſi propria & prima ſede ſummi Pontificis decimoquinto die poſt eius ad vrbem reditum. Huic tranſlationi addidit & plures cauſas, loci venerentiam & commoditatem, rerum omnium copiam, tum occaſionem componendarum prouinciarum Eccleſiæ, & pacis ac quietis Italiæ, cæterarumque regionum procurandæ.* Perductam ad felicem exitum Æthiopum coniunctionem ab Eugenio oſtendunt ſeſſiones in Lateranenſi baſilica ab eo poſtea celebratæ, editaque de Syris, Chaldæis, & Maronitis ſynodalia decreta b, quæ ob rei maieſtatem inſerenda annalibus viſa ſunt.

a Auguſt. Patrit. & Card. Iuſt. de conc. Flor p. 3.

Quo eſſet momenti Eugenium.

b Extant in concil. Flor. p. 3. pag. 354. & in bullar. in Eug. conſt 23.

Ad perpetuam rei memoriam.

2 Cantate Domino, quoniam magnifice fecit, annuntiate hęc in vniuerſa terra; *Et infra.* Ecce nondum exacto triennio in hac ſancta œcumenica ſynodo ſaluberrimam trium magnarum nationum vnionem dominus noſter Ieſus Chriſtus pro ſua infatigabili pietate ad commune perenneque totius Chriſtianitatis gaudium tam copioſe effecit, vnde actum eſt, vt totus fere oriens qui glorioſum Chriſti nomen adorat, ac non parua ſeptentrionis portio, poſt longa diſſidia, cum ſancta Romana eccleſia in eodem fidei & charitatis vinculo iam conuenerint. Primo etenim Græci & ij qui ſubſunt quatuor patriarchalibus ſedibus, multas gentes nationeſque & idiomata continentibus, deinde Armeni multorum populorum gens, hodie vero Iacobini, magni etiam per Ægyptum populi, ſanctæ ſedi Apoſtolicæ vniti ſunt. Et cum nihil ſaluatori domino noſtro Ieſu Chriſto gratius ſit quam mutua inter homines charitas, nihilque nomini ſuo glorioſius atque eccleſiæ vtilius eſſe poſſit, quam vt Chriſtiani, omni inter ſe ſublato diſſidio, in eadem ſimul fidei puritate conueniant, merito nos omnes & cantare præ gaudio & iubilare in Domino debemus, quos vt tantam Chriſtianæ fidei magnificentiam diebus noſtris videremus, diuina miſeratio dignos effecit.

Multæ gentes reuocatæ ad Rom. eccleſiam.

Summa igitur cum alacritate annuntiamus magnalia hæc in vniuerſa Chriſtianorum terra, vt ſicut nos pro gloria Dei & exaltatione Eccleſiæ gaudio inenarrabili repleti ſumus, ita & alios tantæ lætitiæ participes faciamus, vt omnes vno ore magnificemus & glorificemus Deum, & ſuæ maieſtati, prout dignum eſt, magnas quotidianaſque gratias agamus pro tot tantiſque mirabilibus beneficijs hac ætate Eccleſiæ ſuæ ſanctæ collatis. Et quoniam qui opus Dei diligenter exercet, non modo meritum, ac retributionem in cœlis expectat, ſed & apud homines amplam gloriam laudemque meretur, venerabilem fratrem noſtrum Ioannem Iacobinorum patriarcham, huius ſanctæ vnionis cupidiſſimum, ac communi omnium Chriſtianorum fauore eum tota ſua gente dignum iudicamus. Is enim a nobis per noſtrum oratorem, ac literas excitatus, vt ad nos & hanc ſanctam ſynodum legationem mitteret, & ſe ac ſuam gentem in eadem cum Romana eccleſia fide vniret, dilectum filium Andream natione Ægyptium abbatem monaſterij S. Antonij apud Ægyptum, in quo & habitaſſe & mortuus eſſe ipſe S. Antonius perhibetur, religione & moribus non mediocriter inſtitutum, ad nos & ipſam ſynodum deſtinauit, cui deuotionis zelo accenſus impoſuit atque commiſit, vt fidei doctrinam, quam ſancta Romana eccleſia tenet & prædicat, nomine ipſius patriarchæ & ſuorum Iacobinorum reuerenter ſuſciperet, deferendam poſtea per eum ad ipſum patriarcham & Iacobinos, vt & ipſi eandem agnoſcerent ratamque haberent, & in ſuis regionibus prædicarent.

Nos igitur, quibus vice Domini commiſſum eſt paſcere oues Chriſti, ipſum Andream abbatem per nonnullos huius tam ſacri concilij inſignes viros ſuper articulis fidei & ſacramentis Eccleſiæ & quibuſque ad ſalutem ſpectantibus diligenter examinari fecimus, & tandem, quantum viſum eſt fore neceſſarium, expoſita eidem abbati S.R.E. fide catholica & per ipſum humiliter acceptata, hanc quæ ſequitur veram, neceſſariamque doctrinam hodie in hac ſolemni ſeſſione, ſacro approbante œcumenico concilio Florentino in nomine Domini tradidimus.

In primis igitur ſacroſancta Romana eccleſia Domini & ſaluatoris noſtri voce fundata firmi-

Fidei formula tradita ab Eug.

Digitized by Google

ter credit, profitetur & prædicat vnum verum Deum omnipotentem incommutabilem & æternum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, vnum in eſſentia, trinum in perſonis, Patrem ingenitum, filium ex Patre genitum, Spiritum ſanctum ex Patre & Filio procedentem: Patrem non eſſe Filium aut Spiritum ſanctum, Filium non eſſe Patrem aut Spiritum ſanctum, Spiritum ſanctum non eſſe Patrem aut Filium; ſed Pater tantum Pater eſt, Filius tantum Filius eſt, Spiritus ſanctus tantum Spiritus ſanctus eſt. Solus Pater de ſubſtantia ſua genuit Filium, ſolus Filius de ſolo Patre eſt genitus, ſolus Spiritus ſanctus ſimul de Patre procedit & Filio. Hæ tres perſonæ ſunt vnus Deus & non tres Dij, quia trium eſt vna ſubſtantia, vna eſſentia, vna natura, vna diuinitas, vna immenſitas, vna æternitas, omniaque ſunt vnum vbi non obuiat relationis oppoſitio. Propter hanc vnitatem Pater totus eſt in Filio, totus in Spiritu ſancto. Filius totus eſt in Patre, totus in Spiritu ſancto. Spiritus ſanctus totus eſt in Patre, totus in Filio. Nullus alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate. Æternum quippe & ſine initio eſt, quod Filius de Patre exitit, & æternum ac ſine initio eſt, quod Spiritus ſanctus de Patre Filioque procedit. Pater quidquid eſt, aut habet, non habet ab alio, ſed ex ſe, & eſt principium ſine principio. Filius quidquid eſt aut habet, habet a Patre, & eſt principium de principio. Spiritus ſanctus quidquid eſt aut habet, habet a Patre ſimul & Filio; ſed Pater & Filius non ſunt duo principia Spiritus ſancti, ſed vnum principium; ſicut Pater, Filius, & Spiritus ſanctus non ſunt tria principia creaturæ, ſed vnum principium. Quoſcumque ergo aduerſa & contraria ſentientes damnat, reprobat, & anathematizat, & a Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, alienos eſſe denuntiat. Hinc damnat Sabellium perſonas confundentem, & ipſarum diſtinctionem realem penitus auferentem. Damnat Arianos, Eunomianos, Macedonianos, ſolum Patrem Deum verum eſſe dicentes, Filium autem & Spiritum ſanctum in creaturarum ordine collocantes. Damnat & quoſcumque alios gradus ſeu inæqualitatem in Trinitate facientes.

Quid ſentiendum de Trinitate.

Damnat errores aduerſus Spiritum ſanctum.

Firmiſſime credit, profitetur, & prædicat vnum verum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum eſſe omnium viſibilium & inuiſibilium creatorem, qui quomodo voluit bonitate ſua vniuerſas tam ſpirituales quam corporales condidit creaturas, bonas quidem, quia a ſummo bono factæ ſunt; ſed mutabiles, quia de nihilo factæ ſunt, nullamque mali aſſerit eſſe naturam, quia omnis natura, in quantum natura eſt, bona eſt. Vnum atque eundem Deum veteris & noui teſtamenti, hoc eſt legis & prophetarum, atque euangelij profitetur auctorem, quoniam eodem Spiritu ſancto inſpirante vtriuſque teſtamenti ſancti locuti ſunt, quorum libros ſuſcipit & veneratur, qui titulis ſequentibus continentur, quinque Moyſis, ideſt Geneſi, Exodo, Leuitico, Numeris, Deuteronomio. Ioſue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duobus Paralipomenon, Eſdra Nehemia, Tobia, Iudith, Eſther, Iob, Pſalmis Dauid, Parabolis, Eccleſiaſte, Canticis canticorum, Sapientia, Eccleſiaſtico, Iſaia, Ieremia, Baruch, Ezechiele, Daniele, duodecim prophetis minoribus, id eſt Oſea, Ioele, Amos, Abdia, Iona, Michea, Nahum, Habacuc, Sophonia, Aggæo, Zacharia, Malachia, duobus Machabæorum; quatuor euangelijs Mathæi, Marci, Lucæ, Ioannis, quatuordecim epiſtolis Pauli ad Romanos, duabus ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, duabus ad Theſſalonicenſes, ad Coloſſenſes, duabus ad Timotheum, ad Titum, ad Philæmonem, ad Hebræos, Petri duabus, tribus Ioannis, vna Iacobi, vna Iudæ, Actibus Apoſtolorum, & Apocalypſi Ioannis. Præterea Manichæorum anathematizat inſaniam, qui duo prima principia poſuerant, vnum viſibilium, aliud inuiſibilium; & alium noui teſtamenti Deum, alium veteris eſſe Deum dixerunt.

Nulla eſt mali natura, contra manichæos.

Libri canonici.

3 Firmiter credit, profitetur, & prædicat vnam ex Trinitate perſonam verum Deum, Dei Filium ex Patre genitum, Patri conſubſtantialem & coæternum, in plenitudine temporis, quam diuini conſilij inſcrutabilis altitudo diſpoſuit, propter ſalutem humani generis, veram hominis integramque naturam ex immaculato vtero Mariæ virginis aſſumpſiſſe, & ſibi in vnitatem perſonæ copulaſſe tanta vnitate, vt quidquid ibi Dei eſt non ſit ab homine ſeparatum, & quidquid eſt hominis non ſit a Deitate diuiſum, ſitque vnus & idem indiuiſus, vtraque natura in ſuis proprietatibus permanente, Deus & homo, Dei Filius & hominis filius, æqualis Patri ſecundum diuinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem, immortalis & æternus ex natura Diuinitatis, paſſibilis & temporalis ex conditione aſſumptæ humanitatis. Firmiter credit, profitetur, & prædicat Dei Filium in aſſumpta humanitate ex Virgine vere natum, vere paſſum, vere mortuum & ſepultum, vere ex mortuis reſurrexiſſe, in cœlum aſcendiſſe, ſedereque ad dexteram Patris, & venturum in fine ſæculorum ad viuos mortuoſque iudicandos.

De incarnato verbo quid credendum.

Anathematizat autem, execratur, & damnat omnem hæreſim contraria ſapientem. Et primo damnat Ebionem, Cherinthum, Marcionem, Paulum Samoſatenum, Photinum, omneſque ſimiliter blaſphemantes, qui percipere non valentes vnionem perſonalem humanitatis ad Verbum, Ieſum Chriſtum dominum noſtrum verum Deum eſſe negauerunt, ipſum purum hominem confitentes, qui diuinæ gratiæ participatione maiori, quam ſanctioris vitæ merito ſuſcepiſſet, diuinus homo diceretur.

Damnat qui negant vnionem perſonalem humanitatis ad Verbum.

Anathematizat etiam Manichæum cum ſectatoribus ſuis, qui Dei Filium non verum corpus, ſed phantaſticum ſumpſiſſe ſomniantes, humanitatis in Chriſto veritatem penitus ſuſtulerunt, nec non Valentinum aſſerentem Dei Filium nihil de Virgine matre cepiſſe, ſed corpus cœleſte ſumpſiſſe, atque ita tranſiſſe per vterum Virginis ſicut per aquæductum defluens aqua tranſcurrit; Arium etiam, qui aſſerens corpus ex Virgine aſſumptum anima caruiſſe, voluit loco animæ fuiſſe Deitatem; Apollinarem quoque qui intelligens ſi anima corpus informans negetur in Chriſto, humanitatem veram ibidem non fuiſſe, ſolam poſuit animam ſenſitiuam, ſed deitatem Verbi vicem rationalis animæ tenuiſſe voluit.

Aut qui negant verum corpus habuiſſe Chriſtum.

Anathematizat etiam Theodorum Mopſueſtenum atque Neſtorium, aſſerentes humanitatem Dei Filio vnitam eſſe per gratiam, & ob id duas eſſe in Chriſto perſonas, ſicut duas fatentur eſſe naturas, cum intelligere non valerent vnionem humanitatis ad Verbum hypoſtaticam exitiſſe, & propterea negarent Verbi ſubſiſtentiam accepiſſe. nam ſecundum hanc blaſphemiam non Verbum caro factum eſt, ſed Verbum per gratiam habitauit in carne, hoc eſt non Dei Filius homo factus eſt, ſed magis Dei Filius habitauit in homine.

Anathema eſt percuſſi aſſerentes humanitatem tantum vnitam verbo per gratiam.

Ana-

Digitized by Google

Anathematizat etiam, execratur, & damnat Eutychem archimandritam, qui cum intelligeret iuxta Neſtorij blaſphemiam veritatem incarnationis excludi, & propterea oportere, quod ita Dei verbo vnita eſſet humanitas, vt Deitatis & humanitatis vna eſſet eademque perſona, ac etiam capere non poſſet, ſtante pluralitate naturarum, vnitatem perſonæ, ſicut Deitatis & humanitatis in Chriſto vnam poſuit eſſe perſonam, ita vnam aſſeruit eſſe naturam, volens ante vnionem dualitatem fuiſſe naturarum, ſed in vnam naturam in aſſumptione tranſiiſſe, maxima blaſphemia & impietate concedens aut humanitatem in deitatem, aut deitatem in humanitatem eſſe conuerſam.

Anathematizat etiam execratur & damnat Macharium Antiochenum, omneſque ſimilia ſapientes, qui licet vere de naturarum dualitate & perſonæ vnitate ſentiret, tamen circa Chriſti operationes enormiter aberrauit, dicens in Chriſto vtriuſque naturæ vnam fuiſſe operationem, vnamque voluntatem. Hos omnes cum hæreſibus ſuis anathematizat ſacroſancta Romana eccleſia, affirmans in Chriſto duas eſſe voluntates duaſque operationes.

In Chriſto duæ voluntates & duæ operationes.

De peccato originali.

4 Firmiter credit profitetur & docet neminem vnquam ex viro fœminaque conceptum a diaboli dominatione fuiſſe liberatum, niſi per meritum mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti domini noſtri, qui ſine peccato conceptus, natus, & mortuus humani generis hoſtem, peccata noſtra delendo, ſolus ſua morte proſtrauit, & regni cœleſtis introitum, quem primus homo peccato proprio cum omni ſucceſſione perdiderat, reſerauit, quem aliquando venturum omnia veteris teſtamenti ſacra, ſacrificia, ſacramenta, cœremoniæ præſignarunt.

De legalibus abolitis.

Firmiter credit, profitetur, & docet legalia veteris teſtamenti, ſeu Moſaicæ legis, quæ diuiduntur in cœremonias, ſacra, ſacrificia, ſacramenta, quia ſignificandi alicuius futuri gratia fuerant inſtituta, licet diuino cultui illa ætate congruerent ſignificato per illa, domino noſtro Ieſu Chriſto adueniente ceſſaſſe, & noui teſtamenti ſacramenta cœpiſſe, quemcumque etiam poſt paſſionem in legalibus ſpem ponentem, & illis velut ad ſalutem neceſſarijs ſe ſubdentem, quaſi Chriſti fides ſine illis ſaluare non poſſet, peccaſſe mortaliter, non tamen negat a Chriſti paſſione vſque ad promulgatum euangelium illa potuiſſe ſeruari dum tamen maxime ad ſalutem neceſſaria crederentur, ſed poſt promulgatum euangelium ſine interitu ſalutis æternæ aſſerit non poſſe ſeruari.

Circumciſio & ſabbatum cur ſublata.

Omnes ergo poſt illud tempus circumciſionis & ſabbati, reliquorumque legalium obſeruatores alienos a Chriſti fide denuntiat, & ſalutis æternæ minime poſſe eſſe participes, niſi aliquando ab ijs erroribus reſipiſcant. Omnibus igitur, qui Chriſtiano nomine gloriantur, præcipit omnino quocumque tempore vel ante vel poſt baptiſmum a circumciſione ceſſandum, quoniam ſiue quis in ea ſpem ponat ſiue non, ſine interitu ſalutis æternæ obſeruari omnino non poteſt. Circa pueros vero propter periculum mortis, quod poteſt ſæpe contingere, cum ipſis non poſſit alio remedio ſubueniri niſi per ſacramentum baptiſmi, per quod eripiuntur a diaboli dominatu, & in Dei filios adoptantur, admonet non eſſe per quadraginta aut octuaginta dies, ſeu aliud tempus iuxta quorumdam obſeruantiam ſacrum baptiſma differendum, ſed quamprimum commode fieri poteſt debere conferri, ita tamen quod mortis imminente periculo non ſine vlla dilatione baptizentur, etiam per laicum, vel mulierem in forma Eccleſiæ, ſi deſit ſacerdos, quemadmodum in decreto Armenorum plenius continetur.

Firmiter credit, profitetur, & prædicat omnem creaturam Dei bonam, nihilque reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, quia iuxta verbum Domini, non quod intrat in os coinquinat hominem, Illamque Moſaicæ legis ciborum mundorum & immundorum differentiam ad ceremonialia aſſerit pertinere, quæ ſurgente euangelio tranſierunt, & efficacia eſſe deſierunt. Illam etiam Apoſtolorum prohibitionem ab immolatis ſimulachrorum & ſanguine & ſuffocato dicit illi tempori congruiſſe, quod ex Iudæis atque gentilibus, qui antea diuerſis ceremonijs moribuſque viuebant, vna ſurgebat Eccleſia, vt cum Iudæis etiam gentiles aliquid communiter obſeruarent, & in vnum Dei cultum fidemque conueniendi præberetur occaſio, & diſſenſionis materia tolleretur, cum Iudæis propter antiquam conſuetudinem ſanguis & ſuffocatum abominabilia viderentur, & eſu immolatitij poterant arbitrari gentiles ad idololatriam redituros. Vbi autem eo vſque propagata eſt Chriſtiana religio, vt nullus in ea Iudæus carnalis appareat, ſed omnes ad Eccleſiam tranſeuntes in eoſdem ritus euangelij cœremoniaſque conueniant, credentes omnia munda mundis, illius apoſtolicæ prohibitionis cauſa ceſſante, etiam ceſſauit effectus. Nullam itaque cibi naturam condemnandam eſſe denuntiat, quam ſocietas admittit humana, nec inter animalia diſcernendum per quemcumque ſiue virum ſiue mulierem, & quocumque genere mortis intereant, quamuis pro ſalute corporis, pro virtutis exercitio, pro regulari & eccleſiaſtica diſciplina poſſint & debeant multa non negata dimitti, quia iuxta Apoſtolum: *Omnia licent, ſed non omnia expediunt.*

Dei creatura non abiicienda.

Multa non negata pro exercenda virtute dimittuntur.

Firmiter credit, profitetur, & prædicat nullos intra catholicam Eccleſiam non exiſtentes non ſolum paganos, ſed nec Iudæos, aut hæreticos atque ſchiſmaticos æternæ vitæ fieri poſſe participes, ſed in ignem æternum ituros, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, niſi ante finem vitæ eidem fuerint aggregati, tantumque valere eccleſiaſtici corporis vnitatem, vt ſolum in ea manentibus ad ſalutem eccleſiaſtica ſacramenta proficiant, & ieiunia, eleemoſynæ, ac cætera pietatis officia & exercitia militiæ Chriſtianæ præmia æterna parturiant, neminemque quantaſcumque eleemoſynas fecerit, & ſi pro Chriſti nomine ſanguinem effuderit, poſſe ſaluari, niſi in catholicæ eccleſiæ gremio & vnitate permanſerit.

Pereunt omnes qui ſunt extra eccleſiam non coniuncti.

5 Amplectitur autem approbat & ſuſcipit ſanctam Nicænam ſynodum trecentorum decem & octo patrum temporibus beatiſſimi Silueſtri prædeceſſoris noſtri & magni Conſtantini piiſſimi principis congregatam, in qua impia hæreſis Ariana cum ſuo auctore damnata eſt, & deffinitum eſt, Filium Dei Patri eſſe conſubſtantialem & coæternum.

Quæ concilia ſint ſuſcipienda.

Amplectitur etiam, approbat, & ſuſcipit ſanctam Conſtantinopolitanam ſynodum centum quinquaginta patrum beatiſſimi Damaſi prædeceſſoris noſtri & Theodoſij ſenioris tempore conuocatam, quæ ipſum Macedonij anathematizauit errorem, qui Spiritum ſanctum non Deum ſed creaturam aſſerebat, quod damnant damnat, quod approbant ap-

probat, & per omnia vult ibidem definita & illæſa & inuiolata ſubſiſtere.

Amplectitur etiam, approbat, & ſuſcipit ſanctam primam Ephesinam ſynodum ducentorum patrum, quæ tertia eſt in ordine vniuerſalium ſynodorum ſub beatiſſimo Cæleſtino prædeceſſore noſtro & Theodoſio iuniore conuocatam, in qua impij Neſtorij eſt damnata blaſphemia, diffinitumque eſt domini noſtri Ieſu Chriſti veri Dei & veri hominis vnam eſſe perſonam, & B. Mariam ſemper virginem non ſolum χριστόκον, ſed etiam θεοτόκον hoc eſt non tantum hominis ſed Dei genitricem ab omni eccleſia prædicandam. Damnat autem, anathemarizat, & reſpuit impiam ſecundam Epheſinam ſynodum ſub beatiſſimo Leone prædeceſſore noſtro & præfato principe congregatam, in qua Dioſcorus Alexandrinus antiſtes Eutychis hæreſiarchæ defenſor, & S. Flauiani Conſtantinopolitani pontificis impius perſecutor execrandam illam ſynodum ad approbationem Eutychianæ impietatis arte & minis attraxit.

Deliramento Neſtorij damnato.

Amplectitur etiam, approbat, & ſuſcipit ſanctam Chalcedonenſem ſynodum quartam in ordine vniuerſalium ſynodorum ſexcentorum & triginta patrum temporibus præfati beatiſſimi Leonis prædeceſſoris noſtri & Marciani principis celebratam, in qua hæreſis Eutychiana cum ſuo auctore Eutyche & Dioſcoro defenſore damnata eſt: & diffinitum eſt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe verum Deum & verum hominem, & in vna eademque perſona diuinam humanamque naturas integras, inuiolatas, incorruptas, inconfuſas, diſtinctaſque manſiſſe, humanitate agente quæ hominis ſunt, & deitate quæ Dei, quos damnat damnatos habet, quos approbat approbatos.

Et Eutychiana hæreſis.

Amplectitur etiam approbat & ſuſcipit ſanctam quintam ſynodum ſecundam Conſtantinopolitanam tempore beatiſſimi Vigilij prædeceſſoris noſtri & Iuſtiniani principis celebratam, in qua ſacri Chalcedonenſis concilij definitio de duabus naturis & vna perſona Chriſti renouata eſt, multique Origenis errores ſuorumque ſequacium, præſertim de dæmonum aliorumque damnatorum pœnitentia & liberatione reprobati atque damnati ſunt. Amplectitur etiam, approbat, & ſuſcipit ſanctam tertiam Conſtantinopolitanam ſynodum centum & quinquaginta patrum, quæ ſexta eſt in ordine vniuerſalium ſynodorum temporibus beatiſſimi Agathonis prædeceſſoris noſtri & Conſtantini quarti huius nominis principis congregatam, in qua Macharij Antiocheni & ſectatorum hæreſis condemnata eſt & diffinitum eſt in domino noſtro Ieſu Chriſto duas eſſe perfectas integraſque naturas & duas operationes, duas etiam voluntates, licet eſſet vna eademque perſona, cui vtriuſque naturæ competerent actiones Deitate agente quæ Dei ſunt, & humanitate quæ hominis ſunt. Amplectitur etiam, veneratur, & ſuſcipit omnes alias vniuerſales ſynodos auctoritate Romani Pontificis legitime congregatas, ac celebratas & confirmatas, & præſertim hanc ſanctam Florentinam, in qua inter alia Græcorum & Armenorum ſanctiſſima vnio conſummata eſt, & multæ circa vtramque vnionem ſaluberrimæ diffinitiones editæ ſunt, prout in decretis deſuper promulgatis plenius continetur, quorum tenor in hunc modum ſequitur.

Quinta ſynodus admiſſa.

Florentina ſynodus ſeptima œcumenica ſic numerata.

Decretum pro Græcis.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Conſentiente ad infraſcripta chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ioanne Palæologo Romæorum Imperatore illuſtri, & locatenentibus venerabilium fratrum noſtrorum patriarcharum, & cæteris orientalem eccleſiam repræſentantibus. Lætentur [a] cœli, & exultet terra, &c. [Inſertum fuit antea ſuo loco, id decretum cui adiectum aliud pro Armenijs, quod ab his verbis ducit initium: *Exaltate Deo ſalutari noſtro, &c.*] *Dat. Florentiæ in publica ſeſſione ſynodali ſolemniter in eccleſia maiori celebrata anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIX. X. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* IX.

a an. Chr. 1439. n. 7.

6 Verum quia in ſupraſcripto decreto Armenorum non eſt explicata forma verborum, quibus in conſecratione corporis & Sanguinis Domini ſacroſancta Romana eccleſia Apoſtolorum doctrina & auctoritate firmata ſemper vti conſueuerat, illam præſentibus duximus inſerendam. In conſecratione corporis Domini hac vtitur forma verborum: *Hoc eſt enim corpus meum*; ſanguinis vero: *Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Panis vero triticeus, in quo ſacramentum conficitur, an eo die an antea coctus ſit, nihil omnino refert, dummodo enim panis ſubſtantia maneat, nullatenus dubitandum eſt, quin poſt præfata verba conſecrationis corporis a ſacerdote cum intentione conficiendi prolata, mox in verum Chriſti corpus transſubſtantietur.

Quæ ſit forma & materia ſacramenti eucharistiæ.

Conſtabilita de tranſſubſtantiatione doctrina.

Quoniam per nonnullos aſſeritur quartas nuptias tanquam condemnatas reſpuere, ne peccatum, vbi non eſt, eſſe putetur, cum ſecundum Apoſtolum mortuo viro, mulier ſit ab eius lege ſoluta, & nubendi cui vult in Domino habeat facultatem, nec diſtinguat mortuo primo vel ſecundo vel tertio, declaramus non ſolum ſecundas, ſed tertias, & quartas, atque vlteriores, ſi aliquod canonicum impedimentum non obſtat, licite contrahi poſſe, commendatiores tamen dicimus ſi vlterius a coniugio abſtinentes, in caſtitate permanſerint, quia ſicut viduitati virginitatem, ita nuptijs caſtam viduitatem laude ac merito præferendam eſſe cenſemus.

Damnat qui nuptias quartas damnant.

His omnibus explicatis prædictus Andreas abbas nomine dicti patriarchæ, ac proprio & omnium Iacobinorum hoc ſaluberrimum ſynodale decretum cum omnibus ſuis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis, & ſtatutis, omnemque doctrinam in ipſo deſcriptam, nec non quidquid tenet & docet ſancta ſedes Apoſtolica & Romana eccleſia cum omni deuotione & reuerentia ſuſcipit & acceptat. Illos quoque doctores & ſanctos patres quos eccleſia Romana approbat; ipſe reuerenter ſuſcipit, quaſcumque vero perſonas & quidquid ipſa Romana eccleſia reprobat & damnat, ipſe pro reprobatis & damnatis habet, profitens tanquam verus obedientiæ filius, nomine quo ſupra, ſedis Apoſtolicæ ordinationibus & iuſſionibus fideliter ſemper obtemperare. Lecto ſolemniter in præſenti ſynodo hoc decreto Latino ſermone, mox in Arabico præfatus Andreas abbas ipſum Iacobinorum decretum publice ibidem perlegit, atque infraſcripta verba in ſcriptis Arabice ſubiunxit quæ in continenti Latine recitata ſunt.

Beatiſſime Pater domine Eugeni ſanctæ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ ſumme Pontifex, vereque Chri-

Chriſti vicarie, ac B. Petri ſucceſſor, & ſanctiſſima vniuerſalis Florentina ſynodo totum hoc ſanctum decretum cum inſertis etiam ſanctis decretis vnionis Græcorum & Armenorum, quod nunc in veſtra præſentia publice lectum eſt. Ego Andreas humilis abbas S. Antonij orator R. patris domini Ioannis patriarchæ Iacobinorum, habens ipſius decreti per plures dies plenam notitiam & inſtructionem, cognoſco, confiteorque omnia in ipſo decreto contenta diuina, ac catholica omniumque Iacobinorum ac meo, quemadmodum veſtra ſanctitas attellatur, præfatum ſaluberrimum ſynodale decretum cum dictis inſertis decretis omnibuſque ſuis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis, & ſtatutis omnemque doctrinam in ipſo deſcriptam; nec non quidquid tenet & docet ſancta ſedes Apoſtolica & Romana eccleſia, cum omni deuotione & reuerentia ſuſcipio & accepto. Illos quoque doctores & ſanctos patres, quos eccleſia Romana approbat reuerenter ſuſcipio, quoſcumque vero perſonas, & quidquid ipſa Romana eccleſia reprobat & damnat, pro reprobatis & damnatis habeo, pollicens nomine quo ſupra, ipſum patriarcham Iacobinoſque & me ipſum tanquam vera obedientia filios veſtris ac ſedis Apoſtolicæ ordinationibus & iuſſionibus fideliter & ſemper obtemperaturos.] Dat. Florentiæ in publica ſeſſione ſynodali ſolemniter in eccleſia domus S. Mariæ nouellæ, apud quam nunc reſidemus, celebrata anno incarnationis dominicæ MCCCCXLI. pridie non. februarij pontificatus noſtri anno XI.

Quo viro Iacobinarū nomine [illegible] fidei profeſſio.

Ego Eugenius catholicæ Eccleſiæ epiſcopus. Adiutor meus & protector meus es tu, Domine ne derelinquas me Deus meus.

Ego Antonius Oſtienſis epiſcopus, Cardinalis Bononienſis me propria manu ſubſcripſi.

Ego Branda epiſcopus Portuenſis, nominatus Cardinalis Placentinus.

Ego Nicolaus tit. S. Crucis presbyter Cardinalis manu propria me ſubſcripſi.

Ego Dominicus tit. SS. Ioannis & Pauli presbyter Cardinalis manu propria me ſubſcripſi.

Ego Franciſcus tit. S. Clementis & presbyter Cardinalis S. R. E. vicecancellarius.

Ego Angelottus tit. S. Marci presbyter Cardinalis manu propria me ſubſcripſi.

Ego Ioannes tit. SS. Nerei & Achillei presbyter Cardinalis me ſubſcripſi.

Ego Nicolaus tit. S. Marcelli presbyter Cardinalis me ſubſcripſi.

Ego Georgius tit. S. Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Beſſarion tit. SS. XII. Apoſtolorum presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Ioannes tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis manu propria ſubſcripſi.

Ego Guilelmus tit. S. Martini in montibus presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Eugenij decreta ruſceptunt Æthiopes inter veterum cōciliorū decreta.

7 Retulere Æthiopes orientales magna religione hæc decreta inter alias veterum œcumenicarum ſynodorum ſanctiones, & magna pietate coluere, quamuis ob longinqua terrarum interualla, ac Mahometanos interiectos commercia facere cum Latinis intermiſiſſent. Cum vero Luſitani non ſine cœleſtibus prodigiis ad Æthiopas ſulcato mari rubro penetraſſent, vetera hæc ſacra fœdera inſtaurata fuere, de quibus Dauid Imperator in ſuis ad Clementem VII. datis literis [a] ita meminit.

[a] Extant apud Damia. Goes Hiſp. illuſt. 2. p.

In archiuis proaui noſtri Seminis Iacob earum literarum memoria conſeruatur, quas Papa Romanus nomine Eugenius ad has terras miſit, cum ipſe ſemen Iacob regnaret Rex Regum in vniuerſa Aethiopia Rex metuendus. Præſcriptio autem literarum hæc erat, Eugenius Romanus Pontifex. Dilecto filio noſtro Regi ex ſemine Iacob Regi Regum in vniuerſa Aethiopia maxime metuendo, &c. In ſumma autem literarum ſignificabat, filium ſuum Ioannem Palæologum Regem Romæorum ad ſacroſanctam ſynodum celebrandam euocatum fuiſſe, & cum eo Ioſephum patriarcham Conſtantinopolitanum veniſſe cum magno numero archiepiſcoporum, epiſcoporum, & omnis generis prælatorum in quibus etiam fuiſſent procuratores patriarcharum Antiocheni, Alexandrini, & Ieroſolymitani, qui omnes ſe cum ſanctæ fidei & religionis amore firmiter coniunxiſſent, conſtitutaque vnitate Eccleſiæ ſublatas fuiſſe antiqui temporis difficultates, non ſine diuino auxilio, quæ erroneæ & religioni contrariæ videbantur, quibus rebus rite ſancitis & conſtitutis ipſe Papa omnibus ſingularem lætitiam peperiſſet. Hunc autem librum Papæ Eugenij ad vos mittimus, quem incorruptum ſeruauimus, totum etiam pontificiæ benedictionis ordinem & poteſtatem miſiſſemus, niſi harum rerum nimis magnum volumen eſſe videretur, cum magnitudine librum Pauli ad gentes omnino ſuperet. Legati vero, qui hæc a Pontifice ad nos detulerunt fuere Theodorus, Petrus, Didymus, & Georgius ſerui Ieſu Chriſti. Tu vero, ſanctiſſime pater, recte feceris, ſi euolui veſtros libros iuſſeris, vbi harum rerum, de quibus ſcribimus, vti facile arbitror aliqua memoria reperiatur. Itaque, ſancte pater, ſi aliqua ad nos perſcribes, firmiter exiſtimabo cuncta in noſtros libros diligentiſſime fore conſcripta, vt poſteris noſtris earum rerum ſempiterna memoria relinquatur. Et certe is mihi beatus eſſe videtur, cuius memoria cuſtodita literis in vrbe ſancta Roma & in ſede SS. Petri & Pauli, nempe ob doctrinæ & martyrij in eadem vrbe non pontificatus contentionum, *conſeruatur. Hi enim ſunt domini regni cœlorum, & totius mundi iudices.*

Seruata ab Æthiopibus lautiſſima Eugenij memoria.

8 Quod ad patriarcham Alexandrinum attinet; extant etiam eius literæ, ad Eugenium ſcriptæ, quibus eccleſiaſticam coniunctionem & Florentini concilij decreta pie ſe amplexum, ac Romanum Pontificem ſupremum in terris vniuerſalis Eccleſiæ paſtorem veneratum, tum Eugenij nomen in ſacra diptica retuliſſe ita profeſſus eſt.

Patriarcha Alexandrinus coniunctionē eccleſiaſticam.

[a] Extant in par. 2. coll. 22. ad concil. Floren. ex edit. Card. Iuſtin.

Philotheus miſeratione diuina papa & patriarcha magnæ ciuitatis Alexandriæ ac totius Aegypti.

Pater ſanctiſſime, *& infra*, pater beatiſſime, religioſiſſime, iuſtiſſime, terreſtris angele, ac cœleſtis homo, qui cum gratia Dei indutus cum ſacra veſte ornatus, boni gregis optime paſtor, qui doctrina tua irruentes lupos ab ouibus vniuerſalis ouilis depellis Chriſti noſtri benefactoris patrocinio, deinde principis Apoſtolorum Petri, petra fidei, caput omnium Chriſtianorum eccleſiarum, qui ex Chriſto Ieſu domino noſtro ſacram poteſtatem accipiens Papa magnæ vrbis Romanorum, & protector cæterorum patriarcharum factus es comminiſter & frater in Spiritu ſancto, domine ſancte Papa Eugeni, ſit tibi gratia, magnificentia, ſimul & gloria a Deo Patre omnipotente & domino noſtro Ieſu Chriſto, qui tribuens ſuis diſcipulis pacem in ſancta Syon: *Pacem*, inquit, *meam do vobis pacem relinquo vobis*; non ſicut ad cæteras gentes, ſed per igneas linguas illis aduenit, aperienſque corda eorum adimpleuit eos quantum quiſque capere poterat, ac ſic inſtitutos in vniuerſum orbem ipſos dimiſit, quantum naturalis ac gentilis philoſophiæ indocti fuerant, tanto veræ ſcientiæ & iuſtitiæ rudimenta ſuſceperunt; hanc igitur gratiam, pacem, ac benedictionem in maxima tua beatitudine primo, deinde in ſanctis fratribus meæ moderationis pontificibus, ſacerdotibus, omnibuſque Chriſtiano nomi-

Data ab eo ad Eugen. lit.

ne

ne appellatis, idem Spiritus multiplicare dignetur, intercedentibus ad hoc munus perfectiſſima Regina ac Dei genitrice Maria, B. Marco Apoſtolo & euangeliſta, ac demum omnibus ſanctis Dei. Amen.

Mea humilitas, pater ſanctiſſime, audiens quæ tuæ magnæ ſanctitati a filio meo in Spiritu ſancto fratre Alberto monacho ordinis Minorum miſſo in Ægyptum refero, vt ſcilicet huc ad nos veniens detulerit ſanctiſſimas literas tuæ ſanctitatis, quas diligentiſſime legi iuſſimus, & contenta in illis mandata de ſacra & œcumenica ſynodo cum omnibus patribus locatenentibus ſanctorum patriarcharum, & potentiſſimo Imperatore noſtro Ioanne Palæologo, ac omnibus pontificibus, ac doctoribus orientalibus, ac occidentalibus ſanctis, intelleximus cognouimuſque, quo pacto vnio & pax in tota catholica Eccleſia celebrata eſt charitate perfecta, anima vna, fide vna, ac ſymbolo, abiectoque ſchiſmate & inimicitia in latriam communem, ac iuſtitiam Dei omnipotentis amor & pax innouata ſunt per gratiam, miſerationem, pietatemque domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Lectis igitur ſanctiſſimis literis tuis perfectiſſime pater, omnes adorationis gratias egimus domino noſtro Ieſu Chriſto de tam excellentiſſimo dono Eccleſiæ ſuæ catholicæ elargito. Huic noſtræ alacritati aliud quodque lætitiæ genus additum eſt, ſiquidem eodem pene momento, quo dominus frater Albertus huc acceſſerat, redditæ ſunt mihi literæ ex magna vrbe Conſtantinopoli sereniſſimi domini Imperatoris & locum noſtrum tenentium patrum, quorundamque nobilium perlatæ manibus per ſacratiſſimi fratris meæ moderationis metropolitæ Rhodi domini Autheametis, legimuſque vtraſque, Græcas ſcilicet & Latinas, contulimuſque eas orationem orationi, verſum quoque verſui, & ſimiles omnino illas reperimus ſtipulatas ſubſcriptionibus ſanctorum Patrum, ac fratrum archiepiſcoporum & magiſtrorum orientalium & occidentalium, obſignatas ſigillis tuæ magnæ ſanctitatis & potentiſſimi principis domini Imperatoria, vnde cum noſtris Ægyptijs pontificibus & cæteris clericis noſtris ſtatuimus, vt vbique in omnibus Chriſti eccleſijs inter miſſarum ſolemnia præ cæteris patriarchis memoriam tuæ beatitudinis faciamus, ſicut in ſacris canonibus cautum eſt. Ego vero, pater beatiſſime, decretum ſacræ ſynodi ſumma veneratione ſuſcipiens, in pectore meo æterna inſpectione infixi, ſequi inſtituens tuæ ſanctitatis veſtigia ſacra, & ſynodos, & apoſtolicos canones. Agimus præterea gratias Deo piјſſimo cum ijs populis Chriſtianis, quod nos tanto dono dignos efficere voluerit, conſtitueritque nos omnes, vt ſub auctoritate & potentia tuæ ſanctitatis regamur, atque ſub vmbra alarum tuæ pietatis doceamur. Te autem, pater beatiſſime, felicem ſummæque beatitudinis dignum eſſe omnes gentes exiſtimabunt, nam fons vitæ in euangelio beatos dixit, ac filios Dei, qui pacem hominibus comparant. Et certe beatus es, pater ſanctiſſime, multi enim ſanctorum Pontificum ac Regum cupierunt videre hoc vnionis munus, & non potuerunt, tu vero non ſolum hoc præ cæteris aſſequi meruiſti, ſed & ſummam mercedem habebis, coronaque veritatis cum omnibus iuſtis coronaberis. Amen.

Eugenij nomen a patriarcha Alex. relatum in diptyca.

Scripſit mea humilitas literas ad potentiſſimum principem dominum Imperatorem & ad quoſdam Pontifices Conſtantinopolim, ſignificans vt, ſi quis ea quæ in ſacra ſynodo decreta ac definita ſunt, non recipit, tanquam tyrannus & hæreticus habeatur, decidatque a communione ſanctæ catholicæ Eccleſiæ. Inclino me ipſum, pater beatiſſime, ſub ſcabello pedum ſanctitatis tuæ, cum qua ſit gratia, beatitudo, & pax cum omnibus variuſque ordinis viris ſub tua poteſtate conſtitutis. Et benedictio tuæ beatitudinis ſit cum omnibus nobis. Amen.]

De Ægyptijs atque Æthiopibus meminit Eugenius in encyclicis literis [a] anno MCCCCXLV. exaratis, atque a nobis inferius afferendis, quorum ad Romanæ eccleſiæ obſequium redeuntium effigies in veteribus valuis æneis baſilicæ Vaticanæ Eugenij ipſius tempore inſculpta conſpicitur; nec tem adeo inſignem Blondus [b] in eiuſdem Pontificis ſepulcrali epitaphio prætermiſit.

Æthiopes obſequium deferunt Eugenio.

a Extant ibid. pag. 380.

b Blond. dec. 4. l. 1

9 Dum ita Ægyptij atque Æthiopes ex vltimis terrarum oris ad Eugenium confluebant, Baſileenſes in ſuſcepto obfirmati ſcelere ſe ab eo diuellebant: ad quorum plectendam improbitatem coactus Pontifex ſeueritatem adhibere, eos cenſibus eccleſiaſticis ſpoliauit [c]: cumque inter alios auctorem ſchiſmatis Ludouicum pſeudocardinalem Arelatenſi eccleſia & abbatia Montis maioris priuaſſet, Bartolomeum e Cingulo illarum adminiſtrationi præfecit addita hac facti cauſa.

Baſileenſes auctores ſe ab eo ſegregant.

c Lib. 6. pag. 270.

Ludouicus Card. Arelaten. exauctoratur.

Eugenius, &c. Cum, prout iam fere apud omnes notorium eſt, iniquitatis filius olim Cardinalis Arelatenſis propter multas & varias rebelliones & facinora contra nos & Apoſtolicam ſedem commiſſa, nec non propter adhærentiam & ſequelam perditionis alumni Amedei olim ducis Sabandiæ antipapæ per nonnullas ſententias latas a nobis, ſacro Ferrarienſi ac Florentino approbante concilio, damnatus omnibuſque dignitatibus, officijs, honoribus, beneficijs, & emolumentis prorſus priuatus exiſtat, ac propterea Arelatenſis eccleſia, ac monaſterium montis maioris prædicta, quæ dictus Cardinalis tenebat in commendam vacare noſcantur, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLII. VII. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* XII.

Ingentium criminum reus fuit.

Fremebant ita Baſileenſes ſchiſmatici ſacerdotia Eugenij iuſſu ſibi eripi, atque in ſua pſeudoſynodo ſeſſione XLIV. enixere [d] priſtinis reſtituendos honoribus, quibus qui eorum conciliabuli occaſione ſacerdotijs ſpoliati eſſent. Ex contrarijs eiuſmodi Pontificis ſchiſmaticorumque edictis, cum vnicum ſacerdotium plures æmuli exambirent, nouæ commotæ ſunt in pluribus prouincijs diſſenſiones, maximeque in Britannia minori, vbi Ioannes dux nimia facilitate paſſus erat ſacerdotia a Baſileenſibus conferri: miſſi vero a Pontifice nuntij, vt eccleſiaſticos viros in concordiam redigerent, pacis ſtudio permiſere ijs qui a Baſileenſibus fuerant intruſi, potiri ſacerdotijs ea lege, vt ſchiſmate damnato Eugenium verum Chriſti vicarium profiterentur; eos autem, qui e viuis diſceſſerant dum cum Baſileenſibus ſentiebant, ſepultura ſacra non priuarunt, cum non ex Apoſtolicæ ſedis contemptu, ſed a peruerſis doctoribus in errorem impulſi eſſent. Quam concordiæ formulam Pontifex confirmauit [e]: Britannum vero ducem, vt a Baſileenſium nefaria doctrina caueret ita inſtruxit [f].

Contradictoria Pontifici edicta promulgant Baſileen. Seſſ. XLIV.

d Conc. Baſil. ſeſſ. 44.

Inde graues obortæ in prouincijs diſſenſiones.

Britanniæ ... ſedata.

e Lib. 5. pag. 135. & lib. 6. pag. 118.

f Lib. 6. pag. 100.

Dilecto filio nobili viro Ioanni duci Britanniæ ſalutem.

Admirari multum cogimur, dilecte fili, & dolere etiam temporum iniquitatem, quod is, quem ſemper cognouimus eſſe deuotum noſtrum & ſedis

Digitized by Google

ſedis Apoſtolicæ filium, & eam reuereri ac coliere, nunc dicatur ea egiſſe, quæ ſint procul ab omni deuotione ac religione aliena, quæ licet non credamus, tamen monit nos fama hominum & nonnullorum literæ, quæ ſunt in curia delatæ. Relatum eſt nobis, te ad ſuaſionem nonnullorum, ſathanæ filiorum, qui infidelibus deteriores exiſtunt, & Eccleſiam Dei ſcindere & quaſſare conantur, declinaſſe in partem Baſileæ congregatorum, atque acceptaſſe certa eorum, non decreta, ſed corruptelas omni humano & diuino iuri aduerſas, quod te feciſſe ſi verum eſt, non tua ſponte aut ſcientem, ſed malis ſuaſoribus & aliorum ſuggeſtionibus deceptum exiſtimamus, neque tibi imputamus, ſed malis conſultoribus, qui potius eorum propriam vtilitatem reſpiciunt quam honorem tuum: qui credendum eſt principem prudentiſſimum, qualem te ſemper eſſe cognouimus, laudare aut approbare Baſileenſium præſumptionem temerariam, qua ſi reliqui vterentur, neque principes, neque Reges, neque vllus reipublicæ ſtatus in ſæculo eſſe poſſet? nam ſi detur occaſio aut facultas ſubditis aduerſus ſuos ſuperiores inſurgendi, aut illos pro ſua affectione caſtigandi & corrigendi licentia, qui ſtatus principum aut politia poſſet in ſuo ſtatu conſeruari? Atqui contra ſæculares principes ſubditi forſan aliqui hactenus inſurgere aliquo iure potuerunt, contra vicarium vero Chriſti, qui ſolum Deum habet ſuperiorem, qui a nemine iudicatur, cui a Deo ſuprema poteſtas eſt conceſſa, qua ratione inferiores abiecti, damnati, reprobi, ac contumaces in malignitatis ac diuiſionis ſpiritu congregati, qua auctoritate poſſint inſurgere? Res profecto eſt & nullis antea ſæculis audita, nimis certe ampla, & male agendi facultas inferioribus daretur, ſi pro libito voluntatis poſſent de ſuperioribus iudicare, & id eſſet deſtructio rerum omnium publicarum. Tibi certe reliquiſque principibus cauendum; non enim tuus magis quam noſter ſtatus in tuto verſabitur, ſi hanc viam approbabis, qua ſuperiores ab infimis iudicentur. Sed, vt diximus, exiſtimamus tuam ſapientiam deceptam eſſe eorum fallacijs, qui malum bonum, bonum vero malum appellant. Illud etiam nos adducit, vt id factum eſſe nullo modo de tua voluntate putemus, quod cum nobis per tuas literas patentes olim de anno Domini MCCCCXXXV. ſcripſeris nobis te velle, ſicut teneris, non obſtante concilij tunc Baſileenſis decretis, quod in tua patria obediatur nobis, ſicut fuit hactenus conſuetum, nimis abſurdum eſſet & tali principe indignum, tuam prudentiam, quæ in rebus minimis ſemper fidem ſeruauit, nunc in tanta re non ſeruare literas & promiſſiones ſuas.

Subornatus dolo a peruerſis doctoribus Baſileenſium decreta admiſerat.

Baſileenſis doctrina ſacrorum & principum ſtatui contraria eſt.

Omnis ordo euerſus per libidinem inferiorum de ſuperioribus iudicantium.

9 Præterea nullo modo adduci poſſumus, vt credamus, te voluiſſe eſſe primum omnium Chriſtianorum principum, qui aduerſus ſanctam Romanam eccleſiam, aduerſus auctoritatem ſedis Apoſtolicæ inſurgeret, qui ſolus vellet nobis & Romanæ eccleſiæ eſſe rebellis, qui ſolus vellet ea approbare quæ nullus adhuc recepit fidelis princeps. Sunt multi Reges, ſunt multi principes, ſunt multi duces in populo Chriſtiano, quorum nullus adhuc hanc fecit deliberationem, nulli ex priſtina deuotione & obedientia aliquid immutarunt, tu ſolus & primus omnium, ſi verum eſt quod dicitur hanc ſingularem notam ſubire præ cæteris voluiſti, in ea re præſertim, in qua agitur de auctoritate vicarij Ieſu Chriſti.

Obiurgatur Britannus quod contra promiſſa Baſileenſibus paruerit.

10 Admonemus te paterna charitate, ſicut debemus, dilecte fili vide & diligenter conſidera, quid agas, quid moliaris, vide ne notam perpetuæ infamiæ incurras, qua te Romana eccleſia vt ſuæ dignitatis impugnatorem & auctoritatis hoſtem poſſit in poſterum appellare. Fluctuat Petri nauicula, ſed non mergitur; diſſoluetur congregatio malignantium, & quod a Deo non eſt, diutius eſſe non poterit: ſedes vero Apoſtolica, quia cum ea Chriſtus eſt, permanebit vſque ad ſæculi conſummationem. Multas quidem aduerſitates hactenus a diuerſis temporibus paſſa eſt, ſed ex omnibus illis liberauit eam Dominus, & aduerſus eam Imperatores & Reges inſurgentes iuſtitia Dei, qui eſt illius protector, compreſſit. Reſpice igitur, fili, ad honorem tuum, reſpice ad animæ ſalutem, reſpice ad matrem tuam ſpiritualem ſanctam Romanam eccleſiam, & tanquam bonus filius matrem ſuſtenta potius quam impugnes, aut labantem ad terram coneris proſternere; id age vt tuorum in eam meritorum potius memor eſſe poſſis, quam vltrix vllius defectionis.

Prædictio Eugenij de Baſileenſium conuentu diſſoluendo.

Exhortamur ergo tuam excellentiam, vt memor non ſolum tuorum prædeceſſorum, ſed tuæ quoque priſtinæ deuotionis velis perſeuerare in ea, & eccleſiam Romanam ſedemque Apoſtolicam, atque illius honorem & auctoritatem augere potius quam minuere, & etiam ſi cæteri errarent, permanere debes in fide ſyncera & ea agere, per quæ & apud Deum & homines valeas merito commendari. Prouiſiones noſtras ſuſcipe, & apud te plus ſana conſilia & Deum timentium valeant, quam peruerſa, &c. *Dat. Florentiæ.*

11 Hoc anno grauiſſima in Neapolitano regno bella Alfonſus Rex Aragonum geſſit, cumque Neapolim obſideret, neque eam fame, quod Genuenſes, vt cum Pontifice pacti erant, obſeſſæ vrbi commeatus inferebant, neque vi capere poſſet, ex inſperato in eam per aquæductum, per quem olim Belliſarius ea erat potitus, IV. kalend. iulias, quæ dies in peruigilium principum Apoſtolorum[a] incidit, monſtrante viam cæmentario fabro, perrupit. Redactam in ſuam poteſtatem vrbem edicto diripi vetuit, vt ea clementiæ ſpecie ciuium animos ſibi conciliaret. Quo inopino caſu perculſus Renatus Rex, cum ſe Neapolim recuperare poſſe diffideret, conſcenſa naui Piſas primum, tum Florentiam ad Eugenium venit, demumque in Galliam ſe recepit, proferente interea victoriam Alfonſo, atque in eius ditionem arcibus, quæ ſupererant, concedentibus. Parto ita iniquo bello Neapolitano regno Aragonius, vt illud ſibi aſſereret, placare Pontificem ſupremum illius dominum ſtuduit, auxiliares copias aduerſus Franciſcum Sfortiam Eccleſiæ hoſtem pollicitus. Impar erat Eugenius Alfonſi victoris potentiæ, vt illum regno depellere poſſet; quocirca fœdus proximo anno cum eo pepigit, vt infidum Sfortiam coerceret. Vſus[b] is erat multiplici dolo in Eugenium, adeo vt nulla vnquam ipſi fides danda foret; nam primum confingens, in Neapolitanum regnum iter ſe moliri per Picænum, compoſitis Baſileenſis ſynodi nomine falſis literis, eam prouinciam occuparat. Conciliatus deinde Pontifici amplitudine præmiorum, creatuſque Eccleſiæ ſignifer, non modo quæ promiſerat reſtituere recuſauit, verum & Aſſiſium, Tolentinum, pluraque alia oppida inuaſit. Quas iniurias cum pacis ſtudio diſſimularet Pontifex, ſuperiori etiam anno in eo fœdere, quod ducem Mediolanenſem inter, ac Florentinos Venetoſque fœderatos ſanciue-

Alfonſus per Aquæductum Neapoli potitus.

Neapolitano regno erepto Renato, Alfonſus Pontificem ſibi conciliare nititur.

Franciſci Sfortiæ perfidia.

[a] Collenut. lib. 6. Conſtant. lib. 10. Summont. l. 4. c. 4.

[b] Lib. 6. pag. 2.

Digitized by Google

einerat, rem eccleſiaſticam prodidit; creatus enim pacis arbiter, cum Bononiã atq; alias vrbes ditionis eccleſiaſticę a tyrannis occupatas reſtituendas curare debuiſſet, non ſolum id neglexit, verum Forum-liuij etiam in poteſtatem ſuam redegit. Proditori itaque nefario Eugenius vexilliferi munus abrogauit, ipſumque omni iure, quod veluti beneficiarius in ampla ditione ſibi pepererat, exuit, pluribuſque alijs pœnis ſubiecto contentis diplomate afficit [a].

a Ibid.

Vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis, ſalutem.

Propoſitum ſe cum edi- ctum.

Tantæ fuerunt hactenus iniuriæ & facta hoſtilia, quibus Franciſcus Sfortia nos & Romanam eccleſiam diutius afflixit, vt iam varijs moleſtijs & oppreſſionibus defeſſi cogamur, licet inuiti, querelas iuſtas effundere, neque ſolum Dei, ſed hominum quoque auxilia compellamur in noſtrum & Eccleſiæ ſubſidium implorare, & niſi ſciremus Saluatorem noſtrum per patientiam ſolere peccatores ad pœnitentiam reuocare & etiam perſæpe, quo diutius pœnam diſtulit, & grauius punire conſueuiſſe, miraremur quod ſua patientia tantam nequitiam hoſtis ſui ſuperbiſſimi (quæ quidem tanta eſt, vt maior eſſe nequeat) tam diu ſuſtineret in terris. Nam, cum olim, vt paucis illius iniurias repetamus, ſe in regnum Neapolitanum cum ſuis gentibus pacifice velle tranſire, ac vt per noſtras & eccleſiæ Romanæ terras & loca tuto ire poſſet, a nobis ſaluum conductum poſtulaſſet, nos nullam timentes proditionem, & fidei ab eo nobis datæ & ſuis promiſſionibus credentes, procurante tunc & bona fide pro eo promittente, ac ſe obligante dilecto filio nobili viro Michaele de Cutignola, tunc noſtro & Romanæ eccleſiæ capitaneo, tranſitum liberum dediſſemus, is malo animo, mente infideli fidem datam abrumpens, ſimulque etiam Michaelem prædictum cognatum ſuum decipiens, ſicut poſtea ipſe apud nos, nec non apud omnes Cardinales dolenter conqueſtus eſt, hoſtili modo prouinciam marchiæ noſtræ Anconitanæ occupauit. Qua proditione minime contentus verſus vrbem tendens, intentus ad calcandas & proſternendas eccleſiæ Romanæ vires, ciuitatem noſtram Interamnenſem, Tudertum quoque & Tuſcanellam, ac plures alias terras & loca noſtra, ſicut omnibus notum eſt, per metum cepit. Quibus malis, cum ad reſiſtendum imparati eſſemus, de improuiſo enim & præter ſpem nos inuaſerat, neceſſario coacti ſumus, prout tempora poſtulabant, certas conuentiones cum eo inire magis neceſſarias quam honeſtas. Nam marchionem Marchiæ & confalonerium noſtrum eum fecimus, & inſuper nonnullis ex his quæ ceperat oppidis reſtitutis ciuitatem noſtram Tudertinam, & quædam alia ad certum tempus conceſſimus, ſperantes quod finito tempore illa nobis, ſecundum fidem datam, reſtituere deberet.

Romã verſus ſigna extulit.

Interamnã Tudertumque & alia cepit.

Ad inhoneſtas ſed neceſſarias pacis leges Eugenium adegit.

At vero non ſolum, quæ promiſerat non reſtituit, ſed plura alia ſimili ſcelere & fauore cepit, nam ciuitatem noſtram Aſſiſij, ac Tolentinum, Ceretum, Viſſum, & plures alias noſtras & eccleſiæ prædictæ terras eripuit, & ſubtraxit a nobis contra eius iuſiurandum, quo noſtras & Romanæ eccleſiæ ciuitates, terras, & loca tueri, & ne alij occuparent niti & defendere ſecundum noſtras conceſſiones & literas deſuper confectas tenebatur. Quæ omnia licet moleſte, tamen æquo animo & patienti tulimus, ſperantes illum aliquando ad ſana conſilia rediturum, ne bellorum diſcriminibus inuolueremur, quæ ſemper effugimus, vt pace & quiete ſubditi noſtri fruerentur. Demum autem in pace nuper inter dilectos filios communitates Venetiarum & Florentinorum ex vna, & dilectum filium nobilem virum Philippum Mariam ducem Mediolani altera parte concluſa, cum ſperaremus, vt is confalonerius noſter auctor eſſet reſtituendæ nobis ciuitatis noſtræ Bononiæ, nec non aliarum terrarum noſtrarum Romandiolæ, prout tenebatur, & tunc poterat cum a partibus arbiter commiſſarius deputatus eſſet, tantum abfuit, vt id quæreret aut procuraret, vt etiam contra nos de reliquis quoque noſtris ciuitatibus & terris occupandis ad debilitandas omnino noſtras & eccleſiæ Romanæ vires paciſceretur. Neque vero his eius ambitio contenta, quæ tamdiu calcaneum contra Chriſti vicarium & ſedem Apoſtolicam erexit, quod dolendum eſt, nouiſſime ciuitatem noſtram Forliuienſem, quam ad noſtram obedientiam redigere volebamus, ſuis gentibus occupatam detinuit, prout etiam de præſenti arcem detinet, licet ſub honeſtatis prætextu remiſerit in eam vrbem illum, qui antea ipſam detinebat.

Bononiam eccleſiæ reſtitutam non curauit.

De eccleſiæ viribus deprimendis pactus eſt.

Forumliuij occupauit.

12 Nos igitur tantis iniurijs affecti, cum ferre tantum noſtrum & eccleſiæ hoſtem amplius nequeamus, decreuimus nequaquam pati vlterius, quod debuiſſemus iam antea cum Dei adiutorio vlciſci. Et propterea omnibus & ſingulis, ciuitatibus, oppidis, terris, & locis quibuslibet, nobis & Romanæ eccleſiæ ſubditis vbilibet conſtitutis notum facimus per præſentes, præfatum Franciſcum Sfortiam ab omni ſuo iure, ſi quod habet in marchionatu prouinciæ noſtræ marchiæ Anconitanæ, aut alibi quomodolibet ex noſtra conceſſione habuiſſet, penitus decidiſſe, ac excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias in hoſtes eccleſiæ promulgatas incurriſſe, nec non omni dignitate confaloneriatus, & quauis alia priuatum eſſe, nec eum debere talem amplius reputari, & per conſequens omnes terras, oppida, communitates, & loca quælibet noſtra & eccleſiæ Romanæ quæ occupat, ab omni fidelitatis iuramento eſſe abſoluta, & per præſentes noſtras literas ex poteſtate nobis ab omnipotenti Deo in terris conceſſa abſoluimus & liberamus, mandantes nihilominus eidem Franciſco ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs, cenſuris & pœnis quas in eum proferimus in his ſcriptis, ac ſub pœna maledictionis æternæ, quatenus cum primum hæ noſtræ literæ in prædicta prouincia noſtra marchiæ Anconitanæ publicatæ fuerint, & veriſimiliter ad eius notitiam peruenire potuerint, debeat nobis vel legatis noſtris aut nuncijs, omnes & ſingulas ciuitates, oppida, terras, & loca quælibet, quæ a nobis & dicta eccleſia eripuit & nunc detinet occupata, plene & abſque exceptione aliqua libere reſtituere & conſignare, alias ex nunc, prout ex tunc, in eum excommunicationis, ſuſpenſionis, & maledictionis æternæ ſententias promulgamus, dantes tenore præſentium plenam & liberam facultatem, poteſtatem, & arbitrium, ac mandatum dilecto filio Galeazio de Capannis de Mantua notario noſtro, nec non dilecti filij noſtri P. tituli S. Mariæ nouæ diaconi Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legati locumtenenti, & vicelegato in prouincia noſtra marchiæ Anconitanæ prædictæ, & in præſidatu Farfenſi, mandandi ſub pœnis prædictis præfato Franciſco ne ſe amplius noſtrum & eccleſiæ Romanæ confalonerium nominet, neque vexilla noſtra & prædictæ eccleſiæ in caſtris aut alibi deferat, & ipſum tanquam

Interminatur anathemate iuſſus reponi neſtitue re.

quam hoſtem & rebellem noſtrum & eccleſiæ Romanæ omni dignitate, honore, titulo, & præeminentia priuandi, ipſumque priuatum declarandi, & quæ, vt terras, ciuitates, & loca noſtra, ac eccleſiæ, nobis ſiue legatis, aut nuncijs & commiſſarijs noſtris, ſiue ipſi dilecto filio Galeazio reſtitui mandandi, auctoritate & arbitrio prædictis, nec non omnes & ſingulas ciuitates, oppida, terras, & loca prædicta nobis, & Romanæ eccleſiæ ſubiecta reducendi ad noſtram & eccleſiæ Romanæ deuotionem, & obedientiam, quæ vera & propria libertas eſt, & in qua, tempore felicis recordationis Martini V. prædeceſſoris noſtri, ac etiam tempore noſtro ante prædictam occupationem viuebant. Volumus etiam, & tenore præſentium plenam poteſtatem, auctoritatem, & mandatum damus ipſi Galeazio vicelegato, & locumtenenti prædicto immunitates, gratias, & indulta, nec non priuilegia prædictis ciuitatibus & terris noſtris, alias per nos & prædeceſſores noſtros conceſſa confirmandi, nec non prædictas ciuitates, & terras noſtras, a quibuſcumque pœnis, cenſuris delictis, & criminibus, etiamſi talia eſſent, quæ crimen læſæ maieſtatis ſaperent, auctoritate prædicta abſoluendi & liberandi, & prædictas gratias, immunitates, indulta, & priuilegia illis a nobis, ſeu prædeceſſoribus noſtris conceſſa, de nouo concedendi, ſi forte ab earum iuribus quomodocumque, aut quauis occaſione, ſeu exceſſibus decidiſſent, ratum & gratum habituri quicquid per prædictum Galeazium notarium noſtrum, & vicelegatum ac locumtenentem geſtum factumque erit cum prædictis ciuitatibus, terris, & locis, nec non etiam procuratoribus ſinodicis aut oratoribus. *Datum Florentiæ* III. *non. auguſti pontificatus noſtri anno* XII. Iuſſa eſt promulgari ea[a] ſententia correptisque armis receptæ[b] ſunt de Sfortia plures Piceni & Vmbriæ arces donec Philippus Maria dux Mediolanenſis illius tutſum patrocinium ſuſcepit.

Recuperatæ ex Sfortia plures vrbes.

a *Lib. 6. pag. 155.*
b *Blond. dec. 4. l. 8*

13 Diſtinuere hæc bella ciuilia Eugenium, cui nil magis cordi erat, quam religionis diuinæque gloriæ amplificatio, ne pro tuendis Græcis, quos in Eccleſiæ gremio continere exoptabat, vires aduerſus Turcas conuerteret. Cum vero ſuppeditandis maximis ingentis belli ſumptibus par non eſſet, Chriſti cultores præmijs indulgentiarum pellicere[c] conatus eſt, vt ſubſidiariam pecuniam partim in hoſtibus propulſandis obterendiſq; partim in ſacris ædibus reficiendis inſumendam conferrent: quo argumento extant datæ ad Anglos literæ, quibus etiam admoniti, vt opem implorarent ſanctiſſimę Virginis, cuius nomini excitata erat eccleſia Etonenſis in diœceſi Lincolnienſi, ab Henrico Rege magnificentiſſime extructa.

c *Lib. 5. pag. 158. & 159.*

Subſidiū Anglorum poſcere cogitur Eugen.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, &c.

Dum nefarias turbationum atque aduerſitatum procellas, nec non inſidioſas tendiculas, pericula quoque, ac diſcrimina varia, quibus credita nobis diuinitus beati Petri Apoſtolorum principis nauicula ſubijcitur, dum inſuper perfidias, quas in vniuerſalis Eccleſiæ ſciſſuram hæretici, ac ſchiſmatici exercere non ceſſant machinationes, dum poſtremo ſtrages, incendia, ſeruitutes, aliaque innumerabilia pericula, quæ Chriſtiani nominis inimica Turcorum & paganorum aliorumque barbarorum gens in creditum nobis populum in plerisque regnis, ac prouincijs catholicis a paucis citra annis exercere non deſinunt, ſacratiſſimam orientalis cum occidentali eccleſia vnionem factam rumpere & penitus exinanire ſatagentes, in noſtræ mentis arcanis attenta meditatione reuoluimus, nulla profecto mortalia ſola ad tantas propulſandas hoſtilitates arma nobis ſufficere cognoſcimus. Quinimmo potius ex alto auxilium implorandum, atque ad intemeratam Dei Matrem glorioſam, quæ pietatis & miſericordiæ fons, ac mater & ſedula pro peccatoribus, apud quem gemit oratrix, exiſtit, præcipuum nobis firmum atque irreflexum manet refugium recurrendū fore iudicamus, ad quam ſi religioſe deuoteque nos conuertimus, ac etiam conſtructas ſub ſancto eius nomine baſilicas iuxta conceſſam nobis diuinitus poteſtatem pro noſtrarum facultatum modulo cum vt in eis ad laudem Dei & ipſius Virginis glorioſæ cultus diuinus augeatur, tum vt eis mediantibus nequitiæ & iniquitati perfidorum, qui religionem Chriſtianam deſtruere ſatagunt, obuietur, reuerenter honorabimus, ſpem gerimus indubiam, quod ipſa vnigeniti filij ſui, cuius apud nos tantus fuit amoris feruor, vt pro nobis cum ſceleratis deputatus mortem etiam turpiſſimam pati dignatus eſt, adiuta virtutibus minantes præfatæ nauiculæ fluctus temperabit, & præfatorum religionis Chriſtianæ inimicorum conatus temerarios reprimet, & nos commiſſumque noſtræ ſolicitudini gregem dominicum a tot & tantis nobis inſultantibus turbationibus atque periculis liberabit, ingemiſcimus namque, vixque ſæpius lachrymis temperamus, dum tot in Chriſtiano populo noſtræ commiſſo ſolicitudini noſtris in temporibus ſuborta cernimus flagella, compatimur oppreſſis, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLII. VII. *id. maij pontificatus noſtri anno* XII.

Turcarū in Chriſtianū imperium graſſationes deplorat.

Fideles ad opem Deiparæ implorandam hortatur.

De Græcorum & Turcarum rebus refert Marianus Barletius[a], Georgium Myſiæ ſiue Seruiæ deſpotam Amuratis iugum excuſſiſſe, cæſiſque quibuſdam Turcarum præſidijs, regnum recuperaſſe; verum cum Amurates omnem imperij ſui conatum in eius perniciem, effundere pararet, Georgium viribus imparem ad Hungaros, deſerto regno, confugiſſe: cumque Amurates Adrianopolim exercitum reduxiſſet, Iulianum Cardinalem Cæſarinum, quem Pontifex in Hungariam miſerat excitaſſe Vvladiſlaum Pannoniæ & Poloniæ Regem vt Georgium in priſtinum ſtatum reſtitueret, tum vero Amuratem Turcicas copias inſtauraſſe, atque octuaginta hominum millia coegiſſe, neque Hungarorum expectata in Myſiam irruptione, Romaniæ præfectum atque Scanderbegum cum viginti millibus militum præmiſiſſe, eoſdemque cum robore exercitus & impedimentis ſecutum eſſe. At Chriſtianum exercitum duce Huniade, vulgo Ianco dicto, ad triginta quinque militum millia ſub ſignis ſtetiſſe, atque exploratis Turcarum viribus Huniadem, relicto in caſtris Rege, decem millia bellatorum delegiſſe, ac ſuperato Moraua fluuio in Turcas feciſſe impetum; cumque Chriſtianorum militum impetum Turca ægre ſuſtineret, Scanderbegum, qui antea ab Amurathe tyranno deficere meditatus erat, quod ſe pluries ab eo appetitum inſidijs noſſet, vt Macedoniæ libero imperio potiretur, gradum retuliſſe, atque ad fugam pellexiſſe Turcas, cum baſſa proditum ſe vereretur, atque ea occaſione arrepta Hungaros proſecutos victoriam, de qua interius, eamque florentiſſimam reportaſſe, nec non impedimentis Turcarum non ſine magna eorum ſtrage potitos: in hac vero conſternatione Turcarum Scanderbegum conſilia cum amicis, ac præſertim Ameſa nepote contuliſſe,

Georgius Seruiæ deſpota regnum recuperat.

a *Mar. Bar lib. 1. de vita & geſtis Scander.*

Scanderbegus ab Amurate deficit.

Digitized by Google

quendamque ex ſcribis Amuratis intercepiſſe, atque admoto iugulo ferro, illum ad ſcribendas literas ad præfectum Croiæ adegiſſe, vt eius prouinciæ præfecturam Scanderbego Amuratis nomine demandaret, ſublatoque mox ſcriba, ne rem proderet, progreſſum in Macedoniam Scanderbegum, præfectumque Turcam fraude circumuentum dimiſiſſe, ſequenti autem nocte Chriſtianos in arma ad opprimendum præſidium Turcicum concitaſſe, atque ſalutem ijs qui Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſent propoſuiſſe: ita plures barbaros cæſos. Vt vero Mahometis ſuperſtitione damnata ſtrenuiſſimus Chriſti athleta ad coercendas barbaricas irruptiones euaſerit, ſuis locis dicetur. Porro ſuperiorem victoriam, quæ Scanderbegho Macedoniæ Chriſtiano reſtituendæ imperio occaſionem præbuit, diuinitus Huniadis opera hoc anno editam fuiſſe, ex literis Eugenij [a] proximo ineunte anno exaratis conſtat.

Principatui aucto reſtitutus.

[a] Lib. 22. pag. 40.

Ex Gallijs in Turcas nulla veteri more auxilia haberi potuere, ardebant enim illæ continuo bello initis ſæpe, ſed fruſtra, de pace conſilijs [b]; quin potius facta Anglos inter & Francos ad vniuerſale certamen prouocatio fuerat [c]. Carolus vero Rex partis ſuperiori anno victorijs [d] elatus florentiſſimam hoc anno in Aquitaniam expeditionem confecit, quippe Toloſæ octuaginta millia equitum recenſita [e], refert Mouſtreletus, ſed e tanto numero ad ſexdecim tantum millia delegiſſe, atque ad ſoluendam arcis munitiſſimæ, cui Tartas nomen eſt, ab Anglis oppugnatæ obſidionem prouolaſſe, obſeſſiſque commeatus intuliſſe, inde in Fanum S. Seueri vertiſſe impetus, atque hoſtili impreſſione cæſis Anglis expugnaſſe, coegiſſeque ad deditionem Aquenſes, qui poſtea ab Anglis ſubacti fuerunt.

[b] Extant publica documenta apud Monſtrel. vol. 2. pag. 191. [c] Id. ibid. [d] Pag. 147. [e] Pag. 195

In Aquitania Anglos inter Gallos certatū

14 In Africa Luſitani Septam magna gloria partam, maiori labore aduerſus Mahometanorum hoſtiles impreſſiones propugnabant: quibus Eugenius piorum auxilia conciliaturus, ſacra indulgentiarum præmia ſubſidiariam ſtipem elargituris contulit [f]. Tum Septa in clientelam apoſtolicam admiſſa, cenſuras eccleſiaſticas Chriſtianis, qui Septenſes infeſtarent, intentauit [g].

[f] Lib. 5. ep. 221. [g] Ibid. pag. 222.

Ad futuram rei memoriam.

Aſſiduis barbarorū inſultibus oppugnata Septa

Cum ciuitas Septa in Africa, tertia mundi parte, ſola nunc ſit, quæ Chriſti Domini nomen nunc confiteatur, & pro eo ſub dominio & viribus chariſſimi in Chriſto filij noſtri Regis Portugalliæ illuſtris aduerſus tantam barbariem perpetuis bellorum periculis fatigetur, ipſam ciuitatem cum omnibus incolis, habitatoribus, & bonis quibuſcumque, & cum omnibus territorijs, diſtrictibus, iuribus, iuriſdictionibus, & pertinentijs vniuerſis, tam præſentibus, quam futuris, quandiu fidei Chriſtianæ cultum ſeruabit Chriſtianis dominijs ſubiecta erit, motu proprio & ex certa ſcientia ſub beati Petri & ſedis prædictæ, ac noſtra protectione, tutela, ſecuritate, & defenſione ſuſcipimus, diſtrictius inhibendo omnibus & ſingulis, etiamſi regali aut alia quacumque præfulgeant dignitate, ſub pœna excommunicationis, quam ipſo facto contra facientes incurrant, ne prædictos ciuitatem, incolas, & habitatores eorumque bona, iuriſdictiones, & pertinentias, vt præfertur, ſub noſtra tutela & ſecuritate poſitos, inquietare, moleſtare, & offendere, aut eis aliquam nouitatem vel aliud incommodum quoquomodo inſerre præſumant, quin potius eoſdem pro viribus ad omnem eorum requiſitionem protegant & defendant, ita pro noſtra & dictæ ſedis reuerentia erga prædictos ciuitatem, incolas, & habitatores ſe habentes, vt de ipſorum obedientia, deuotione, & reuerentia debeant a nobis merito commendari. Nulli ergo, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLII. IV. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* XII.

15 Conſulturus etiam Pontifex Chriſtianæ religionis ſplendori, ne qua labe a Chriſtifidelibus in Caſtella ex Iudæorum Saracenorumq; conſortio aſperſi lineretur, præſertim cum Iudæi edicta apoſtolica in ſenſum a textu abhorrentem detorquere ſoliti eſſent, ſanxit ne Chriſtianis veſci cum infidelibus, aut cum ijs in eadem verſari domo, aut frequentare balnea, vel ab eis medicam opem expoſcere liceret, ac ne ijdem impij publica gerere munera, ne ſynagogas nouas condere poſſent, ne vagarentur cum dominicæ paſſionis recoluntur myſteria, neque teſtimonium dicerent in Chriſti cultores, nutriceſque Chriſtianas infantibus darent: iuſſi etiam graui mulcta percelli, ſi Chriſti nomen blaſphemis vocibus violaſſent, ac ſi extorſiſſent vſuras, eas reſtituere; denique pluribus malis, quæ inuexerant ſubiecta ſanctione [a] obuiam itum eſt.

Conſultum Hiſpanis ne Iudæorum conſortio inquinentur.

[a] Lib. 6. pag. 8.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dudum ad noſtram audientiam deducto Iudæos, in Caſtellæ & Legionis regnis, ac dominijs chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis dictorum regnorum Regis conſiſtentes, certis indultis & conceſſionibus eis a ſede Apoſtolica ad futuram rei memoriam conceſſis adeo erronee & peruerſe interpretari, vt ijs quæ eis gratioſe & ad bonum ac honeſtum finem & effectum conceſſeramus, illi abuterentur, multaque ſub eo prætextu inhoneſta & turpia committerent, ex quibus Chriſtianæ religionis & fidei puritas non parum lædebatur, & mentes catholicorum Chriſti fidelium ſæpe ſcandalum patiebantur, nos conceſſiones, priuilegia, & indulta per nos Iudæis regnorum & dominiorum prædictorum, vt præmittitur, conceſſa vſque ad terminos iuris communia dumtaxat operari, nec vllatenus aliquo pacto ſe extendi, nec aliam quam ipſius iuris communis interpretationem pati aut recipere per alias noſtras literas decreuimus & declarauimus prout in eiſdem literis plenius continetur. Cum autem, ſicut veridica relatione, non ſine diſplicentia grandi, percepimus licet a diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris de Iudæis & Saracenis quamplura ſalubria conſtitutiones & decreta, ac decretales epiſtolæ emanauerint, præfati tamen Iudæi & Saraceni in præfatis regnis & dominijs commorantes proprijs affectibus & antiquæ eorum perfidiæ incumbentes, dum conſtitutionum, decretorum, & decretalium epiſtolarum huiuſmodi ſenſum legitimum ad ſua vota non habent, vt illis illudere valeant, adulterinum intellectum ſuperadducant, & veterem ipſorum malitiam & temeritatem in Chriſtifideles continuare & in dies eorum nequitia præſumptuoſius vti non vereantur, in maximum Chriſtianæ fidei vilipendium, animarum quoque periculum pariter & iacturam, nos, vt Iudæi & Saraceni prædicti ac illorum fautores impij Chriſtiani pœnarum impoſitionibus territi vereantur in antea in eorum perniciosa auſus relabi, & Chriſti fideles in ſua perſiſtentes fidelitate conſtanter, non habeant propter illorum clandicare perfidiam, remedijs quibus poſſumus, prout ex debito paſtoralis officij tenemur, præcauere cupientes, ad orthodoxæ fidei catholicæ corroborationem & exaltationem

Iudæi conceſſionibus pontificijs abuſi.

præ-

Digitized by Google

præſentis perpetuo valituræ & irrefragabiliter obſeruandæ conſtitutionis edicto auctoritate apoſtolica omnia & ſingula conſtitutiones, decreta, & decretales epiſtolas prædictas, quorum omnium tenorem de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus, promiſcue innouamus. Necnon ſancimus, ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus Chriſtiani cum Iudæis & Saracenis comedere aut bibera, ſeu ipſos ad conuiuia admittere, vel eis cohabitare, aut cum ipſis balneare, vel ab eis infirmitatis aut debilitatis, ſeu alio quocumque tempore medicinam vel potiones, ſeu vulnerum aut cicatricum curationes, ſiue aliquod madelæ genus recipere non debeant, ac Chriſtiani non permittant Iudæos & Saracenos contra Chriſtianos dignitatibus ſæcularibus præfici, vel officia publica exercere.

Chriſtiani edere aut bibere cum Iudæis vetiti.

Prohibiti ab illis pharmaca accipere.

Præſidere muneribus publicis.

Iudæi quoque & Saraceni non poſſunt eſſe arrendatores, collectores, conductores, ſeu locatores fructuum, bonorum, vel rerum Chriſtianorum, ſeu eorum computatores, procuratores & œconomi, negotiorum geſtores, negotiatores, madiatores, proxenetæ, concordatores ſponſalium vel matrimoniorum tractatores, obſtetrices, ſeu in domibus aut bonis Chriſtianorum aliquod opus exercere, vel cum Chriſtianis ſocietatem, officium, aut adminiſtrationem in aliqua communione vel arte ſeu artificio habere, ac nullus Chriſtianus Iudæis vel eorum congregationi ſeu Saracenis in teſtamento aut voluntate vltima aliqua relinquere poſſit vel legare. Iudæi quoque ſynagogas nouas erigere aut conſtrui facere non valeant, ſed antiquas dumtaxat, non tamen ampliores vel pretioſiores ſolito reficiant, & in lamentationum ac dominicæ paſſionis diebus per loca publica ſeu publice non tranſeant vel incedant, nec oſtia vel feneſtras teneant apertas, & ipſi ac Saraceni ad ſoluendum quaſcumque da quibuſuis rebus & bonis decimas aſtricti cenſeantur, & contra eos in quibuſuis caſibus Chriſtiani teſtes eſſe poſſunt, ſed Iudæorum contra Chriſtianos in caſu nullo teſtimonium valeat & apud Chriſtianos iudices & communes dumtaxat, non autem apud Chriſtianos iudices pro eis ſpecialiter deputatos, ſeu eorum ſeniores Iudæi & Saraceni in quibuſcumqua cauſis agant & experiantur. Nec poſſint Iudæi & Saraceni nutricem, vel familiarem aut ſeruitorem cuiuſcumque ſexus Chriſtianum in domo tenere. Nec etiam Chriſtiani in ſabbatis, ſeu Iudæorum feſtiuitatibus Iudæis ipſis ignem accendant, vel cibum aut panem, ſeu quodcumque aliud opus ſimile ad decorem cultus feſtiuitatis eiuſdem quomodolibet exhibeant vel ſeruitium aut obſequium aliquod præſtent vel impendant.

Iudæi & Saraceni decimas pendere iuſſi.

Vetiti famulum famulamue Chriſtianos habere.

Sæculares quoque iudices Chriſtiani Iudæos Deum aut glorioſiſſimam beatam Mariam virginem eius genitricem, vel aliquos ſanctos blaſphemantes, aut in hoc quomodolibet delinquentes pecuniaria vel alia grauiori, de qua eis videbitur pœna, puniant & percellant. Necnon omnes & ſinguli Iudæi & Saraceni, cuiuſcumque ſexus & ætatis diſtinctum habitum, ac notoria ſigna, per quæ euidenter a Chriſtianis cognoſci poſſint, vbique deferant & inter Chriſtianos non habitent, ſed infra certum circulum ſeu locum a Chriſtianis ſegregati & ſeparati, extra quem nullatenus manſiones habere valeant, inter ſe degant. A Chriſtianis quoque vſuras minime exigant, recipiant, vel extorqueant, nec non extorta a Chriſtianis per vſurariam prauitatem illis, a quibus

Blaſphemantes Iudæi puniri iuſſi.

Vetiti a Chriſtianis vſuras accipere.

extorſerunt ſine difficultate protinus reſtituant. Et inſuper vt tam Chriſti fideles, quam Iudæi & Saraceni in præfatis regnis & dominijs commorantes prædicti præſentes & poſteri ad decretorum & decretalium epiſtolarum, ac prædictarum & præſentis noſtræ conſtitutionum huiuſmodi obſeruationem omnimodum nouerit efficaciter ſe teneri, nec vigore ſeu prætextu quorumuis priuilegiorum, exemptionum, libertatum, immunitatum, conceſſionum, & indultorum eis quomodolibet conceſſorum, ab obſeruatione prædicta valeant aliquatenus ſe tueri, nec vigora ſeu prætextu quorumuis priuilegiorum, axemptionum, libertatum, immunitatum, conceſſionum, & indultorum eis quomodolibet conceſſorum ab obſeruatione prædicta valeant aliquatenus ſa tueri, omnia & ſingula priuilegia, exemptiones, libertates, immunitates, conceſſiones, & indulta per nos, ac felicis recordationis Martinum Papam V. cæteroſque prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, ac alios quoſcumque quibuſuis eiſdem Iudæis & Saracenis in ſpecie vel in genere ſub quibuslibet verborum formis & motu proprio, & ſub quacumqua forma val expreſſione verborum contra præmiſſa vel eorum aliquot quomodolibet facta vel conceſſa, quæ omnia ſimiliter præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſerta forent, pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, nec non quæcumque inda ſecuta eadem auctoritate caſſamus, reuocamus, & annullamus, ac nullius decernimus exiſtere roboris vel momenti. Præterea dictum Regem, ac vniuerſos & ſingulos venerabiles fratres noſtros archiepiſcopos, epiſcopos, & dilectos filios principes, dominos temporales, capitaneos, armigeros, barones, milites, nobiles, communitates, & cæteros quoſcumque Chriſtifideles eccleſiaſticos & ſæculares in præfatis regnis & dominijs commorantes, cuiuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, obſecramus in Domino, & per aſperſionem ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti exhortamur, eiſque in remiſſionem ſuorum peccaminum iniungimus, vt & ipſi decreta, decretales epiſtolas, & conſtitutiones prædicta obſeruent, & per eorum tam Chriſtianos, quam Iudæos & Saracenos ſubditos faciant inuiolabiliter obſeruari, & nihilominus eiſdem vtriuſque ſexus fidelibus, ac Iudæis & Saracenis præſentibus & futuris præfatis præcipimus & mandamus, quatenus infra triginta dierum ſpatium a die publicationis præſentium in loco in quo ipſi degunt faciendæ computandorum, omnia & ſingula decreta, decretales epiſtolas, conſtitutiones prædicta, ac in illis & præſentis noſtræ conſtitutionis literis contenta obſeruare incipiant & obſeruent, nec de cætero vllo vnquam tempore contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum, in toto vel in parte, per ſe vel alium ſeu alios quouis quæſito colore directe vel indirecte venire, facere, ſeu aliquid attentare audeant vel præſumant, alioquin lapſis diebus eiſdem in illos ex eis, qui noſtris mandato, præcepto, literis huiuſmodi non paruerint cum effectu, ſi Chriſtiani cuiuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, etiam ſi regali, reginali, patriarchali, archiepiſcopali, & epiſcopali, aut alia quauis eccleſiaſtica ſeu mundana dignitate præfulgeant, ex nunc prout ex tunc excommunicationis, ſi vero Iudæi vel Saraceni fuerint, priuationis ſeu amiſſionis omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium, quæ quidem bona vel eorum pretium per epiſcopos locorum, in quibus bona huiuſmodi conſiſtunt in fabrica cathedra-

Reſciſſa contraria his decretis omnia.

Præcipitur Chriſtianis vt omnium horum decretorum obſeruatio.

Chriſtiani contra hæc tendentes anathemate percuſſi.

Iudæi bonis mulctari iuſſi.

linm & aliarum eccleſiarum, ac piorum locorum vtilitate, prout eiſdem epiſcopis viſum fuerit conuerti, & exponi volumus ſententias, quas eo ipſo incurrant harum ſerie auctoritate prædicta profetimus & promulgamus, non obſtante felicis recordationis Gregorij Papæ IX. prædecaſſoris noſtri, quæ incipit: *Ex ſpeciali*; & alijs apoſtolicis conſtitutionibus cæteriſque, contrarijs quibuſcumque, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLII. VI. *id. auguſti pontificatus noſtri anno* XII. Tranimiſſe hæ literæ ad archiepiſcopos & epiſcopos Caſtellæ fuerunt, adiitaque a imperia, vt ſanctionem ipſam omnino ſeruandam curarent.

a Lib. 5. pag. 10.

Inſigne miraculū hoc anno Virginis ope editum.

b Iuſt. Lipſ. Virg. Hallenſ. c. 27.

16 Hoc anno ſenſit opem Deiparæ nobilis Bauarus de quo hæc ex veteribus monumentis tradit Iuſtus Lipſius b; *Anno* MCCCCXLII. *vir nobilis erat e terra Bauaria Monachio oriundus, qui religione motus in Iudæam & loca Seruatori noſtro calcata & ſanguine ſacro reſperſa iuit, peruenit, & redibat, ſed in via, cum in naui mari ionio ferretur, acer eum morbus inuaſit & ad extremas fati lineas admouit. Nauticum genus ſatis aſperum, neque ægris aut languidis amicum. Hominem in imam carinam & angulum aliquem nauis detrudunt, ingraueſcit ibi magis morbus, & iam in eo erat, vt deſperatus in mare abijceretur piſcium & belluarum eſca. Senſit & doluit alius e Belgica noſtra vir nobilis in eadem naui vector. Is ad hominem accedit lingua iam impotem, mentis vix compotem, ſolatur tamen & erigit verbis, qua poteſt, & inter alia dicit, diuam Virginem Hallis cæli inſignem beneficus, & velut publicam miſerorum tutelam: ſuadet ad hanc aram confugiat, & quoniam lingua nuncupare preces aut vota non poſſit, corde faciat; confidere ſe de præſenti auxilio & ſalute. Homo intelligit, arripit, & ſi antea fama nulla eius patrocinij ad aures eius veniſſet, tamen e cordis penetrali ſuſpiria & preces ad eam mittit, & ipſo tempore videt agmen varium & miſcellum geniorum malorum ſuper nauim volitare, & ſimul augusta forma fœminam ante ſe ſtare, quæ prolem in brachio & manu altera cereum ardentem præferret. Ea vix comparuit, cum genialis illa turba diſparuit. Hanc adorans pacemque & veniam precatus, mox ſentit vires reſtitui, ſermonem & valetudinem veterem redire, quod ipſe gauiſus, alij mirati ſunt in tam ſubita mutatione, at cum deinde patriam attigiſſet, nihil prius habuit quam ad ſeruatricem ſuam venire, quod non ſine inſigni teſtimonio pietatis fecit, nam ipſe cum famulo totum illud iter, quam lata pene Germania eſt, vndique confecit, iterumque eo habitu repedauit. En religioſum in Bauaria pectus, neque nunc deſunt priſci & puri illic cultores, præeuntibus principibus, quos fulcrum & exemplum appellare licet auitæ pietatis.*

Dæmones pulſi a Deipara.

Vires & valetudo reſtituūtur momento.

IESV CHRISTI
Annus 1443.

EVGENII PP. IV. annus 13. FRIDERICI III. ROM. REGIS 4. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 20.

Reſtituere pacem Italiæ meditatur Eugenius.

1 ANno quartidecimi a Virginis partu ſæculi tertio & quadrageſimo indictione ſexta, Eugenius pacandæ Italiæ cupidus, tum vt maximis Romanam eccleſiam periculis eximeret, quæ ſine dubio creanda ei erant, ſi Alfonſus antipapæ adhæſiſſet, cum quo de fœdere, miſſo oratore, agere cœperat, Neapolitanum ipſi regnum, quo armis iam potitus erat, fiduciario iure tradere conſtituit; refert enim Surita c, Alfonſum ex turbis luctuque laniatæ ſchiſmate Eccleſiæ res ſuas augere ſolicitum, eodem tempore & cum Amedeo pſeudopontifice, & cum Eugenio de concordia pro aſſerenda ſibi citeriori Sicilia agitaſſe, remque adeo cum antipapa protectam, vt quas offerebat ampliſſimas pactiones, die XVI. aprilis Alfonſus admiſerit. Pollicebatur inter cætera Amedeus adoptionem, qua Ioanna II. Regina illum heredem fecerat confirmaturum, ipſique Neapolitani regni titulos, tum ducenta aureorum millia collaturum ac viciſſim Alfonſus pſeudopontifici pollicebatur, ipſum vicarij Chriſti loco & numero habiturum, miſſurum ad Baſileenſem ſynodum aliudue concilium, quod ab Amedeo cogeretur, oratores regnorumque ſuorum præſules, daturumque operam, vt Caſtellæ Rex ac Mediolani dux idem præſtarent. Verum euamere eorum conſiliorum exitus, cum Alfonſus eadem eliciut ab Eugenio, quæ ab antipapa expecierat, cenſuerit que res ſuas magis confirmandas, ſi a vero Pontifice fiduciarium regnum acciperet; qua de re præter Suritam a Patriciana acta b agunt, initique fœderis leges referunt. Ipſas nos ex Eugenij monumentis aſſeremus.

c Surit. l. 15. annal. c. 18.

Alfonſus Aragonū Rex dolo res augere molitur.

Vtrorque demum a Pont. quæ ab antipapa depoſcebat.

a Sur. ſup. cap. 18.

b Acta Patritiana.

Adhibitus eſt c ad ſanciendum fœdus cum Alfonſo Ludouicus patriarcha Aquileienſis, ac S. Laurentij in Damaſo Cardinalis, qui Terracinam, quam ille eripuerat eccleſiæ, profectus decima quarta iunij die in eas leges d conuenit, vt Alfonſus Eugenium verum Pontificem agnoſceret, ſubditoſque populos in eius obſequio contineret, libertatem eccleſiaſticam non infringeret, labefactatamque in priſtinum ſtatum reuocaret, oppida S. Felicis & Fruſinonis vna cum eorum agris reſtitueret eccleſiæ, inſtrueret ſex naues milite & commeatu, eaſque pontificij legati claſſi ad bellum ſacrum Turcis inferendum iungeret: præterea ad Picenum e Franciſci Sfortiæ tyrannide vindicandum quatuor equitum millia & pedites mille ſubſidio mitteret pontificio exercitui. Viciſſim vero Eugenij nomine a legato promiſſum eſt Alfonſo adoptionem illam, qua Ioanna II. ipſum in filij locum cooptarat, corroboratum iri, concedenda beneficio liberalitateque ſedis Apoſtolicæ regni Neapolitani iura, quamuis regnum armis & vi in ſuam poteſtatem redegiſſet, & inſignibus regijs pontificia auctoritate redimitum iri; ſpondente pariter Alfonſo, ſe ritu ſolemni profeſſurum, Neapolitanum ſe regnum beneficiario iure ab Romana eccleſia accepiſſe. Firmauit hæc pacta conuenta pridie nonas iulij Eugenius apoſtolico diplomate, dum Senis verſabatur: ad quæ magis illuſtranda ipſamet publica documenta e afferenda cenſuimus.

Ludouicus Cardinalis pacem concordit.

c Lib. 26. pag. 1.

d Eod. lib. pag. 16.

Præcipuæ concordiæ leges.

e Extant apud Eug. IV. l. 26. pag. 16.

Ad futuram rei memoriam.

Dilectus filius tit. S. Laurentij in Damaſo presbyter Cardinalis camerarius noſter & A. S. L. ſuperioribus diebus, vt quieti & tranquillitati ſubditorum noſtrorum & eccleſiæ Romanæ conſuleret, nomine noſtro cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Alfonſo Aragonum & vtriuſque Siciliæ Rege illuſtri nonnulla concordiæ capitula iniuit atque firmauit, quorum quidem capitulorum tenor de verbo ad verbum infra ſequitur, & talis eſt.

Confirmatq ab Eugenio

Hæc ſunt capitula inita, concordata, firmata, atque iurata inter reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum dominum Ludouicum diuina prouidentia tit. S. Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem Aquileienſem A. S. L. in vim ſcilicet apoſtolicæ poteſtatis ſibi ſuper infraſcri-

ptis

ptis & alijs ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis conceſſæ tenore cuiuſdam bullæ apoſtolicæ datæ Senis anno incarnationis dominicæ MCCCCXLIII. ſecundo id. aprilis pontificatus noſtri anno XIII. & ſereniſſimum atque potentiſſimum dominum dominum Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliæ, &c. Regem facta Terracinæ XIV. iunij anno a natiuitate Domini noſtri MCCCCXLIII. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris domini noſtri domini Eugenij Papæ IV. anno XIII. [Prima initi fœderis lex eſt, vt Eugenius Alfonſuſque deleta ex animo veterum iniuriarum memoria, mutua inuicem ſe beneuolentia complecterentur. Secunda vt acceptas iniurias voluntaria obliuione contererent. Aliæ ſubiectis conceptæ verbis.]

Indicta iniuriarum vtrinque obliuio.

2 Item quod præfatus ſereniſſimus dominus dominus Rex prælibatum ſanctiſſimum dominum noſtrum in bonum & verum patrem & dominum recipiet, & vt Chriſtianum principem decet, per ſe & eius vaſſallos atque ſubditos in omnibus & ſingulis ſuis regnis, dominijs, ciuitatibus, terris, & locis eidem præfato domino noſtro Papæ Eugenio IV. tanquam vnico, ſummo, vero, & indubitato eccleſiæ Romanæ Pontifici, & nemini alteri ratione papatus integram, veram, indubitatam, perpetuamque obedientiam vniuerſaliter, generaliter, particulariter, ſingulariter, ſimpliciter, effectualiter, & bona fide præſtabit, & in ea præſtanda perdurabit & perſiſtet, ac etiam perſiſti & perdurari faciet. *Rex Alfonſus.*

Spondet Alfonſus Eugenium eum ſummum & verum Pōtificem.

Item quod deinceps præfatus ſereniſſimus dominus Rex in omnibus & ſingulis regnis, dominijs, ciuitatibus, terris, & locis ſuis prædictis neque per ſe, neque per aliquem officialium, fidelium, vaſſallorum, aut ſubditorum eius libertatem eccleſiaſticam quouis modo aut colore turbabit vel impediet, ſeu turbari vel impediri faciet, conſentiet, permittet, ſuſtinebit, aut patietur, & ſi quid etiam dictis guerris durantibus per ipſum dominum Regem aut aliquem ex officialibus, fidelibus, vaſallis, & ſubditis ſupradictis in dictæ libertatis eccleſiaſticæ, auctoritatiſque papalis & obedientiæ ſupradictæ præiudicium, ſeu contra eam infra regna, dominia, & loca ſua prædicta ſtatutum, actum, geſtum, ſeu attentatum, cuius tamen effectus adhuc vigeat ſeu perduret, forſan fuerit aut ſit, id totum prorſus reuocabit, caſſabit, annullabit & pro infecto habebit, quodque infra eadem neque ſe neque per aliquem vllatenus intromittet ſeu intromitti faciet, conſentiet, permittet, ſuſtinebit, aut patietur, illis dumtaxat caſibus exceptis, quibus aliquid nec iuris eccleſiaſtici ſeu ſpiritualis ſibi aut alicui ex prædictis de iure, vel approbata, licita, & valida conſuetudine competeret, ſed immo præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam omneſque & ſingulos prælatos & eccleſiaſticos viros regnorum, dominiorum, & locorum prædictorum in eiſdem ſuis ſingulis poteſtatibus, auctoritatibus, & iuriſdictionibus in prædictis rebus & iuribus libere vti & gaudere permittet, & patietur, pati & permitti faciet, ſimpliciter & bona fide. *Rex Alfonſus.*

Non violaturum libertatem eccleſiaſticā.

Iura eccleſiaſtarum aſſerturum.

Item conuenerunt & concordarunt atque pacti ſunt, quod præfatus reuerendiſſimus dominus legatus nomine & auctoritate quibus ſupra, ſtatim firmatis, iuratis, & hinc inde ſigillatis præſentibus capitulis, ipſi ſereniſſimo domino Regi dictum regnum Siciliæ citra Pharum iuxta ſtylum, morem, formam, clauſulas, & conditiones per Romanos ſummos Pontifices ſeruari conſuetas denuo infeudabit, eumque de eodem inueſtiet etiam cum confirmatione arrogationis ipſi ſereniſſimo domino Regi per olim bonæ memoriæ Reginam Ioannam ſecundam ad ſucceſſionem huius regni factæ, & cum clauſula. Non obſtante, quod per vim dictum regnum occupaſſe noſcaris. *Rex Alfonſus.*

Conceſſum Alfonſo regnum Neapol. ac infeudatio.

3 Item quod dictus ſanctiſſimus dominus noſter, & ipſe reuerendiſſimus dominus legatus nomine & auctoritate prædictis ſtatim poſt huiuſmodi capitulorum firmam, atque ſigillaturam ad omnem requiſitionem dicti ſereniſſimi Regis coronam & inſignia dicti regni vbi quamprimum voluerit ſolemniter per manus ipſius reuerendiſſimi domini legati, aut alterius pro parte dicti ſanctiſſimi domini noſtri tradet, eumque prout moris eſt coronabit. *Rex Alfonſus.*

Item quod dictus ſanctiſſimus dominus noſter & ipſe reuerendiſſimus dominus legatus nomine & auctoritate prædictis ciuitates Beneuenti & Terracinæ in vicariatu ipſi ſereniſſimo domino Regi pro toto tempore vitæ ſuæ dabit, & concedet, cum dictis omnibus in ſimilibus apponi conſuetis. Pro recognitione cuiuſque vicariatus dictus ſereniſſimus dominus Rex anno quolibet dicto ſanctiſſimo domino noſtro Papæ ſeu cameræ apoſtolicæ duos accipitres dare & aſſignare teneatur, & idem ſereniſſimus dominus Rex verſa vice informatus, quod ſubſcripta certis bonis reſpectibus petutilia multumque accommoda erunt ſtatui Eccleſiæ, dabit ipſi ſanctiſſimo domino noſtro & ſedi Apoſtolicæ terras Ciuitatisducalis, Accumuli, Gouiſſæ, ita quod a modo dictus ſanctiſſimus dominus noſter & ſedes Apoſtolica illas teneant & poſſideant, eiſque fruantur quandiu dictus ſereniſſimus dominus Rex dictas Terracinam & Beneuentum tenuerit. *Rex Alfonſus.*

Beneuentum & Terracinam præfectura illi tradita.

Nonnulla alia terra Regi reſtituenda ab Alfonſo.

Item quod dictus ſanctiſsimus dominus noſter & ipſe reuerendiſsimus dominus legatus nomine & auctoritate prædictis pleniſsimam remiſsionem, relaxationem, & quitantiam faciet ipſi ſereniſsimo domino Regi, eiuſque officialibus & miniſtris ſuo nomine de & quibuſcumque pecuniarum ſummis & rebus ſeu bonis per ipſam regiam maieſtatem, ſeu alios prædictos ſuo nomine & vice hactenus exactis, perceptis, & habitis ex quibuſcumque iuribus & redditibus cameræ apoſtolicæ aut prælaturarum, dignitatum, & beneficiorum ac perſonarum eccleſiaſticarum quarumlibet, quouis iure, titulo, colore, ſeu cauſa, ac etiam præfatum ſereniſſimum dominum Regem a quauis pecuniæ quantitate, ad quam ratione cenſus ſeu tributi regni huiuſmodi pro toto tempore præterito ſedi ſeu cameræ apoſtolicæ teneretur, prorſus liberabit atque abſoluet realiter & bona fide. *Rex Alfonſus.*

Remiſſa Alfonſo pecunia erepta eccleſiæ & eccleſiaſticis.

Remiſſum vectigal aſſuetum hactenus debitum.

4 Item verſa vice dictus ſereniſſimus dominus Rex ſtatim cum firmata & ſigillata fuerint huiuſmodi capitula, dictamque obtinuerit infeudationis & inueſtituræ bullam, requiſitum iuramentum & homagium præſtabit in manibus dicti reuerendiſsimi domini legati, aut alterius, qui ad hoc per dictum ſanctiſsimum dominum noſtrum aut per dictum reuerendiſsimum dominum legatum miſſus fuerit, perſonaliter &, vt moris eſt, cætera omnia & ſingula faciet & promittet & obſeruabit, quæ infeudationis ſeu inueſtituræ & ſuo loco coronationis prædictæ tempore cæteri prædeceſſores regni huius in ſimili caſu Romanis Pontificibus facere, promittere, & obſeruare conſueuerunt & tenentur, & tributum ſeu cenſum annis ſingulis a

Quæ promiſſa ab Alfonſo.

præ-

Digitized by Google

prædictæ inneſtituræ die inchoandis realiter & cum effectu ſoluere promittit, & ſoluet. *Rex Alfonſus*.

Castra S. Felicis & Fruſinonis reſtiturum.

Item quod prædictus ſereniſſimus dominus Rex ſtatim poſt horum capitulorum ſigillationem & bullam inueſtituræ prædictam, ipſi aut eius ſpeciali nuntio traditam, caſtra & loca S. Felicis & Fruſinonis cum ſuis pertinentijs & territorijs præfato ſanctiſſimo domino noſtro, aut dicto domino legato, ſeu cuiuslibet eorum nuntio libere, ſimpliciter & bona fide reſtituet & conſignabit, ſeu reſtitui & conſignari faciet cum effectu. *Rex Alfonſus*.

Item ſereniſſimus dominus Rex præfatus ſummas immortaleſque de præmiſſis huiuſmodi gratias ipſi ſanctiſſimo domino noſtro ſuoque reuerendiſſimo domino legato referet, ne ingratus tanti beneficij a quoquam valeat prædicari, & vt zelum Chriſtianiſſimum, quem ad fidem catholicam ſemper geſſit, opere valeat melius demonſtrare, in complacentiam ſingularem dicti ſanctiſſimi domini noſtri, qui ſubſcripto ſancto propoſito maioris incommodi, vt fertur, efficitur, offert atque promittit, quam citius commode poterit ſex galeas, ſiue triremes ad tempus ſex menſium mittere ipſaſque triremes neceſſarijs omnibus communitas armare, & in mare Helleſpontum ſeu quo A. S. L. ad hoc deſtinandus voluerit pro inuadendis Teucris deſtinare, quarum quidem galearum capitaneus, atque patroni & alij, qui cum eiſdem incedent, dicto mittendo legato parere in omnibus teneantur, ita videlicet quod ſtatim ſigillatis & firmatis præſentibus capitulis, habitaque infeudationis bulla prædicta ad apparandas triremes præfatas eaſque prorſus expediendas talis acceleratio ſine intermiſſione temporis adhibeatur, quod in tam ſancti propoſiti executione tempus aliquod perdatur. *Rex Alfonſus*.

Sex triremes egregie inſtructas aduerſus Turcos immiſſurum.

5 Præterea dictus ſereniſſimus dominus Rex, vt huiuſmodi pax & animorum concordia ipſi ſanctiſſimo domino noſtro Papæ ſacroque collegio dominorum Cardinalium gratior magiſque accommoda fiat, promittit quod ſtatim firmatis & ſigillatis capitulis ſupradictis, aſſignataque ſibi prius bulla infeudationis præfata, mittet in auxilium Eccleſiæ pro recuperatione terrarum marchiæ Anconitanæ & aliarum terrarum per comitem Franciſcum Sfortiam occupatarum, equitum quatuor millia & pedites mille ſub capitaneo ſeu ductore decenti, qui illuſtri eccleſiæ capitaneo parendo, eas gentes inibi ad ſeruitia ſanctæ matris Eccleſiæ militare, donec tempus patiatur, caſtrametarique faciet, & terras & loca, quæ & quas dictæ gentes extra prædictum regnum adquiret libere & ſine mora aliqua dicto ſanctiſſimo domino noſtro, aut eius legato, ſeu alteri, ad hunc commiſſionem habenti, aſſignari faciet cum effectu. *Rex Alfonſus*. [His conditionibus, adijcitur, vt Pontificis Alfonſique ſubditis omnibus iura ſeruentur, ipſiſque iuſtitia ex legibus adminiſtretur; tum legatum ac Regem conuenta ſacramento confirmaſſe, ac ducentorum millium ducatorum mulctam alteri parti pendendam illa violanti impoſuiſſe.] *Data & acta fuerunt hæc apud ciuitatem Terracina prædicto die* XIV. *iunij, anno a natiuitate Domini* MCCCCXLIII. *pontificatus prælibati ſanctiſſimi domini noſtri anno* XIII. Corroborauit Eugenius apoſtolica auctoritate pacta inita, hac ſanctione edita [a].

Et exercitũ pro reſtituẽdo Rom. eccleſię Piceno.

Pontificis Alfonſique clientibus ſua iura aſſerta.

a Lib. 26. pag. 18.

Ad futuram rei memoriam.

Hæc ſunt capitula, &c. [Adducit ſuperiora pacta, iiſque eadem forma verborum expoſitis, rationes quæ ipſum ad ea admittenda perpulere, ſubijcit:] Eam ob rem nos conſiderantes nomen concordiæ dulce ſemper fuiſſe, non ignari quot bona quiue fructus ex pace & concordia naſcantur, & e contrario, quot calamitates prouinciarum, deſolationes vrbium, euerſiones populorum, cædes & excidia bellorum turbines inferant, animaduertentes etiam quam ſincero animo & bona mente præfatus Rex ad huiuſmodi firmanda capitula & concordiam amplectendam deuenerit, ſperanteſque propterea maxima ſtatui noſtro & Romanæ eccleſiæ præſidia contra eiuſdem eccleſiæ hoſtes futura eſſe prædicta capitula, nec non omnia & ſingula in eis contenta per præfatum Cardinalem & legatum nomine noſtro cum præfato Rege, vt præfertur inita & firmata, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & conſenſu confirmamus, approbamus, & omologamus, eiſque robur pleniſſimum præſentium tenore adijcimus ac partes & conditiones illas, quæ ad nos ſpectant, Deo auctore executioni mandabimus, & a noſtri mandari faciemus, ſperantes in Domino quod præfatus Rex etiam huiuſmodi concordiæ capitula ſincera mente amplectens & obſeruans ſtatui noſtro & eccleſiæ, vt decet, plurimum fauebit, propter quod & animæ ſalutem & nominis ſui gloriam, ac laudem comparabit. Nulli ergo, &c. *Dat. Senis anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLIII *pridie non. iulij pontificatus noſtri anno* XIII.

Cur paci aſſenſus ſit Eugenius.

6 Impleuit mox Eugenius conuenta, tributo Alfonſo Neapolitano regno iiſdem ferme legibus, quibus Clemens IV. illud Carolo I. tradiderat, editumque ea de re diploma apoſtolicum hac verborum formula conceptum eſt [a].

Confert Eugenius Alfonſo regni ius fiduciarium.

a Lib. 26. pag. 2.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Regnans in altiſſimis ac triumphans Eccleſia, cui Pater æternus cœli ac terræ dominator dominus præeſſe dignoſcitur, cuique ſanctorum & ſanctarum miniſtrant agmina & angelorum laudis gloriam decantant, vicariam ſibi in terris conſtituit eccleſiam militantem vnigenito filio Dei viui domino Ieſu Chriſto ineffabili coniunctione copulatam, ad huiuſmodi namque militantis Eccleſiæ regimen, licet immeriti, diuina diſpoſitione vocati circa quarumlibet fidelium nationum felicem ſtatum & animarum ſalutem, prout ex debito tenemur ſummi pontificatus officij, nobis vt præfertur iniuncti, cogitatus noſtros libenter effundimus, ac partes Apoſtolicæ ſolicitudinis adhibemus ſed illa nos cura propenſius vrget atque compellit, vt nobis & Romanæ eccleſiæ ſubiecta regna, ciuitates, terras, atque loca omnia & ſingula per noſtræ prouiſionis miniſterium, ſublatis ab ea ſiniſtris quibuslibet ac omnibus & ſingulis, eorum ſalutem ac felicem ſtatum, nec non deſolationis euitationem concernentibus mature ac debite compenſatis, vtiliſſimi ac feliciſſimi regiminis præſidio fulciantur, paciſque, tranquillitatis, & quietis dulcedine gaudeant ex huiuſmodi pace & tranquillitate alia noſtra & dictæ Romanæ eccleſiæ ciuitates, terræ, ac loca à guerrarum turbinibus, earumque ſuſpicionibus liberata proſperis gratulentur euentibus, ipſaque omnia etiam ad laudem & gloriam Chriſtiani nominis dictæque eccleſiæ ſtatum ſalubrem felicia ſpiritualium & temporalium ſuſcipiant incrementa.

Totius orbis cura Põtifici demãdata.

Eugenii ſtudia pro fouenda publica pace.

Dudum bonæ memoriæ Ioanna ſecunda olim Regina regni Siciliæ & terræ citra pharum, quod iuris & proprietatis eiuſdem Romanæ eccleſiæ

Quo iure Alfonſus Neapolit. regnum ſibi pepererit.

Digitized by Google

ſiæ exiſtunt, granibus inimicorum ſuornm oppreſſionibus vexata & conculcata, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alſonſum Aragonum Regem illuſtrem in ſui ſubſidium & tutelam hoſtiumque propulſationem aduocanit, qui non ſine grauibus laboribus impenſis & periculis relictia regnis ſuis omnique alia cura poſtpoſita, cum copijs & gentibus ſuis ac potenti claſſe ad liberationem præſatæ Reginæ perſonaliter veniens, eam auxiliante Domini præſidio, liberauit & in veram ſui ipſius libertatem ſalutemque reduxit. In cuius rei memoriam ac ſummi beneficij compenſationem prænominatum Regem Aragonum in filium arrogauit, eidem regnum prædictum cum omnibus iuribus ſuis, ijs melioribus vijs & modis quibuſcumque potuit, per publica inſtrumenta, quæ hic haberi pro expreſſis volumus, ſuiſque legitimis ſucceſſoribus dedit, tradidit, & conceſſit. Poſt cuius quidem Reginæ obitum Rex ipſe nulli parcens ſuo ſuorumque periculo, nulli indulgens labori, nec non impenſarum profluuio, relicta ſua regna pro dicti regni recuperatione pecunijs rebus & bonis pene exhauriendo, regnum ac terram prædictam, propitiante ad hæc ſibi Altiſsimo, eiuſque ad hoc accedente ſtrenua animi virtute & magnanimitate & grandi conſtantia cæteriſque virtutibus, quibus eum Dominus omnipotens inſigniuit dotauitque in dies forti congreſſu & acri bello pedetentim acquiſiuit, omneſque principes, duces, marchiones, comites, barones, & regnicolas, nec non ciuitates, terras, caſtella, & tandem inclytam ciuitatem Neapolitanam ditioni ſuæ ſubiecit.

Vt a tyrannia in ſeruilium eiect[illegible] — *Cooptatus in filium confecto bello.*

7 Cum itaque, ſicut pro parte dicti Regis nobis nuper expoſitum extitit, omnes & ſingulæ regni & terræ prædictorum principes, comites, & barones, nec non ciuitatum, caſtrorum, terrarum, & locorum infra regnum & terram huiuſmodi conſiſtentium communitates & vniuerſitates, præſertim poſt captam, vt præfertur, tandem ciuitatem Neapolitanam, præfatum Regem in eorum verum & legitimum Regem atque dominum recognouerint, & pro tali eum teneant & reputent, ſibique tanquam regni & terræ præfatorum vero & legitimo Regi ac domino in omnibus pareant, obediant, & intendant, ac etiam cuncti principes, comites, & barones & eorum ſinguli in manibus ſuis fidelitatis ſolitum iuramentum præſtiterint, & alias ipſe Rex regnum & terram prædicta in pace, quiete, & tranquillitate de cætero tenere confidat, ac vt deuotiſsimus & catholicus princeps noſtris & dictæ Romanæ eccleſiæ mandatis debite parere & intendere noſtrum & huiuſmodi Eccleſiæ ſtatum iuxta facultatem ſibi deſuper pro tempore traditam conſeruare, defendere, & augere proponat; & ad id ſe ſpecialiter efferat, nec dubitet in poſſeſsione regni & terræ huiuſmodi per quemuis alium facile perturbari poſſe, pro parte ipſius Regis fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt regnum Siciliæ ac terram citra pharum huiuſmodi cum territorio ac diſtrictibus aliiſque iuribus & pertinentijs ſuis ſibi pro ſe & ſuis heredibus maſculis in perpetuum concedere & donare & de illis eum inueſtire ac alias ſuper hoc ei & heredibus præfatis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur, nos tam celebris recordationis Regis Ferdinandi genitoris ſui maxime in extirpando a Dei Eccleſia tunc vigente peſtifero ſchiſmate, tum dicti Regis Alfonſi acquirenda, reſtituendaque ipſi eccleſiæ marchia Anconitana præſtita obſequia, ipſiuſque Regis prædicti potentiam ac pro ipſius parte nobis expoſita, aliaque præmiſſa omnia & ſingula, nec non etiam damna, ſcandala, atque pericula grauia & immenſa, quæ ex perſona cuiuſuis regnum & terram huiuſmodi abſque ſpeciali ſedis Apoſtolicæ priuilegio detinentis, ac e contra vtilia & ſalubria etiam grandia *, quæ ex eodem, ſi ſuæ petitioni huiuſmodi fauorabiliter annuatur, nobis ac ſtatui noſtro & Romanæ eccleſiæ facile prouenire poſſent, matura deliberatione, ac iuxta rei tam grandis exigentiam, debita prouidentia compenſantes, & etiam attendentes, nec non principibus, ducibus, comitibus, & alijs nobilibus, communitatibus quoque & vniuerſitatibus & incolis præſentibus & futuris ciuitatum, caſtrorum, terrarum, & locorum regni & terræ prædictorum, ne de cætero vlterioribus guerrarum turbinibus cum tanto excidio & graui detrimento ſubiaceant, prouidere volentes, ac ſperantes quod dictus Rex per prouidentiam & plurimarum virtutum excellentiam, quibus perſonam ſuam illarum largitor Dominus inſigniuit, regnum & terram huiuſmodi feliciter regere & ſalubriter gubernare, nec non more progenitorum ſuorum noſtri, ac ſedis & eccleſiæ prædictorum ſtatus conſeruator & defenſor præcipuus eſſe debeat, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ad omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, nec non glorioſæ virginis Marię Dei genitricis, ac Apoſtolorum Petri & Pauli totiuſque curię cœleſtis laudem & gloriam, nec non noſtrę ſedis, Eccleſię, regni, & terię prędictornm ſalubrem ſtatum & honorem, regnum Sicilię prędictum cum terra prędicta, quę eſt citra pharum vſque ad confinia terrarum dictę Romanę eccleſię, excepta ciuitate noſtra Beneuentana cum toto eius territorio, ac omnibus diſtrictibus & pertinentijs ſuis, per nos ſeu Romanum Pontificem diſtinctis vel diſtinguendis, quam dicta Romana eccleſia ſibi olim retinuit & reſeruauit, prout nos etiam harum ſerie reſeruamus, etiam ſi ipſa regnum & terra ad nos & prędictam Romanam eccleſiam per obitum clarę memorię Ioannę ſecundę Sicilię Reginę vel alias qualitercumque, ſeu per mortem cuiuſcumque alterius perſonę, ſeu ex quacumque vacet, ſeu quouis modo aut ex alterius cuiuſcumque perſona deuolutum exiſtat in feudum perpetuum tibi chariſsimo in Chriſto filio noſtro Alfonſo Regi prędicto, licet abſenti, pro te tuiſque heredibus deſcendentibus per rectam lineam maſculis iam natis & in poſterum naſcituris cum modis, formis, conditionibus, adiectionibus, promiſsionibus, cautelis, clauſulis, voluntatibus, & ordinationibus inferius denotatis ex certa ſcientia de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, & apoſtolicę poteſtatis plenitudine tenore prę ſentium concedimus & donamus, ac in te & heredes tuos ſupradictos totaliter, ac plenarie transferimus & tranſportamus, nec non de ipſis regno & terra eorumque iuribus & pertinentijs vniuerſis, te etiam abſente, in perſonam dilecti filij magiſtri Alfonſi Hiſpani notarij noſtri per te ad nos pręſentialiter deſtinati, per annuli noſtri eiuſdem Alfonſi digito annulari traditionem & impoſitionem præſentialiter inueſtimus, receptis tamen prius a te in forma, quę ſequitur, fidelitatis debitæ iuramento, ac pleno homagio, ſeruitio, vaſſallagio, ligio pro huiuſmodi feudo debitis & conſuetis, &c. [Reliquæ adiectæ leges conſentiunt cum alijs quas Carolo I. Carolo II. Roberto, Ioannæ, Carolo III. & Ladislao a Romanis

Pon-

Vt a tyrannide in ſeruitium [illegible]

Cooptatus in filium confecto bello.

[illegible] regni populus ſibi ſacramento deuinxit.

Petieris ſibi iure fidu[illegible] quod tenebat.

Reſtitutum Alfonſi ope Eugenio Picenum.

* bona

Comparandum ex Alfonſi amicitia rebus Eccleſiæ præſidium.

Auertenda bellorum mala.

Conceſſionis regni Neap. formula.

Ius regni ad Rom. eccleſiam deuolutum transfertur in Alfonſ.

Regij oratoris digito inſertus ab Eugenio annulus in rei argumentum.

Pontiſicibus imperatas vidimus a.]

a Annal. tom. 14. ann. Chr. 1265. n. 14. & 1289. n. 2. & 1309. nu. 19. Nos enim intentionem, voluntatem, & declarationem noſtras, necnon conſtitutionem, ordinationem, ſtatutum, infeudationem, tranſlationem, donationem, inueſtituram dictorum regni & terræ ſic per nos Regi Alfonſo & dictis ſuis heredibus, vt præmittitur, factas de conſilio & aſſenſu fratrum noſtrorum prædictorum ex noſtra certa ſcientia auctoritate apoſtolica ac poteſtatis plenitudine harum ſerie volumus & decernimus perpetuo valitura, ac irritum & inane quidquid per alios quoſcumque, & qualitercumque, & quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter in contrarium iam forſan attentatum eſt, aut in poſterum contigerit quomodolibet attentari, conceſſionibus, infeudationibus, inueſtituris, & coronationibus de dictis regno & terra, per quoſcumque prædeceſſores *Reſciſſio donationes cõtrariæ factæ a prædeceſſorib. Eugenij vel per eodem pontific.* noſtros ac pro Romanis Pontificibus ſe gerentes præfatis, aut quibuſuis alijs factis & conceſſis, nec non iuribus, conſtitutionibus feudalibus, ac regni & terræ prædictorum conſtitutionibus, ac alijs contrarijs, quæ poſſent præmiſſis aliquatenus obuiare, quæ omnia haberi volumus pro expreſſis, non obſtantibus quibuſcumque, quinimmo eis, quatenus præfatis noſtris voluntati, intentioni, declarationi, decreto, ſtatuto, conceſſioni, infeudationi, & inueſtituræ ac alijs præmiſſis, aut alicui eorum in aliquo obuiarent ſcientia, auctoritate, poteſtate, & cauſis prædictis & alijs animum noſtrum mouentibus derogamus, etiam ſi talia eſſent in quorum derogatione quæcumque alia verba ſeu actus aliqui alij requirerentur, ac etiam iura, conſtitutiones, & conſuetudines huiuſmodi quantum ad præſentem conceſſionem, quominus ipſa ac omnia & ſingula in ea contenta nunc vel in poſterum ſuum plenum ſortiri poſſint effectum quouis modo impedientia reuocamus, ac ea quoque ad hoc pro infectis haberi volumus; omnem defectum, ſi quis in præmiſſis aut aliquo ipſorum, vel circa ea, aut eorum aliquod forſan inesset, ſupplentes ſcientia, auctoritate, conſilio, & cauſis prædictis ac de eiſdem plenitudine poteſtatis. Nulli ergo, &c. noſtræ declarationis, conſtitutionis, ordinationis, conceſſionis, inueſtituræ, intentionis, reſeruationis, exceptionis, decreti, voluntatis, & promulgationis infringere. Si quis, &c. incurſurum, cunctis vero præmiſſa ſeruantibus ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud Deum diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniantur. Amen. *Dat. Senis anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLIII. *id. iulij pontificatus noſtri anno* XIII.

De adoptione Alfonſi. 8 Transſiſis ab Eugenio in Alfonſum Neapolitani regni iuribus, cum is admodum expeteret adoptionem a Ioanna factam, cui bellorum ab ipſo in regno armis ſubijciendo geſtorum ratio innitebatur, auctoritate apoſtolica muniri, idque iam ante conuentum fuiſſet, demum labente anno Pontifex, qui alia promiſſa impleri prius ab illo voluerat, inſigni hoc diplomate morem ipſi geſſit b.

b Lib. 26 pag. 49.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Aragonum & Siciliæ citra & vltra pharum Regi illuſtri ſalutem, &c.

Tanta eſt ſedis Apoſtolicæ benignitas & gratia, vt recurrentium ad eam cum deuotione vota & ſupplicationes liberaliter exaudiat rorumque ſtatui libenter conſulat, qui de eccleſia Romana benemeriti ſunt. Sane pro parte tua, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum bonæ memoriæ Ioanna ſecunda olim Regina regni Siciliæ & terræ citra pharum, quæ iuris & proprietatis eiuſdem Romanæ eccleſiæ exiſtunt, grauibus inimicorum ſuorum oppreſſionibus vexata ac conculcata, te Regem prædictum, de cuius virtute, fide, & omni præſtantia plurimum confidebat, in ſui ſubſidium & tutelam, hoſtiumque propulſationem, *Vocatus Alfonſ. a Ioanna II. clade ſ...* aduocauit, qui non ſine grauibus laboribus, impenſis, & periculis, relictis regnis tuis, omnique alia cura poſt habita, cum copijs & gentibus tuis, ac potenti claſſe, ad liberationem præfatæ Reginæ perſonaliter veniens eam a dictorum hoſtium oppreſſionibus liberaſti, & in veram ſui ipſius libertatem, ſalutemque reduxiſti. Quo ſummo beneficio accepto præfata Regina te prænominatum *Ab ipſa pro filio adoptatus.* Regem Aragonum in filium arrogauit, regnumque prædictum cum omnibus ſuis iuribus ijs melioribus vijs & modis quibus potuit, per publica inſtrumenta tibi tuiſque legitimis ſucceſſoribus dedit, tradidit, & conceſſit. Poſt cuius quidem Reginæ obitum tu nullis tuis ſeu tuorum parcens periculis aut laboribus, nullis denique indulgens expenſis, aliqua tua regna pro dicti regni recuperatione pecunijs, rebus, & bonis pene exhauriens, tandem regnum & terram prædictam magna virtute, & laboribus intolerabilibus longo poſt tempore acquiſiuiſti, *Ex crebris regnum ſubegit.* omneſque principes, duces, marchiones, comites, barones, & regnicolas, nec non ciuitates, terras, Caſtella, & tandem inclytam ciuitatem Neapolitanam ditioni tuæ ſubiecisti, ita vt omnes & ſinguli, regni & terræ præfatorum principes, comites, & barones, nec non ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum infra regnum & terram huiuſmodi conſiſtentium, communitates, & vniuerſitates præſertim poſt captam, vt præfertur, ciuitatem Neapolitanam, te præfatum regem, in eorum verum ac legitimum dominum atque Regem recognouerunt, & pro tali te tenent ac reputant, tibique tanquam regni & terræ præfatorum *Vniuerſis in ſua verbo adeſt.* vero & legitimo Regi ac domino in omnibus parent, obediunt, & intendunt. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt tibi & ſtatui tuo ſuper his oportune prouidere, & dictam arrogationem confirmare & omnes defectus, ſi qui forſan in ea interueniſſent, ſupplere dignaremur.

Rogatus Reg. vt adoptionem cõfirmet & vitia ſuppleat. Nos igitur, qui ſingularem perſonarum, & præcipue Regum catholicorum a quibus Romana eccleſia magna poteſt ſperare præſidia, ſalutem quærimus & quietem, ac non immerito conſiderantes ea quæ ſuperioribus annis, vt catholicum & deuotum Regem decet, pro augmento & conſeruatione noſtri & eccleſiæ Romanæ ſtatus contra eiuſdem hoſtes et rebelles egeris, et in futurum pro eiuſdem ſtatus conſeruatione facere paratus ſis, conſiderantes etiam quod, ſicut petitio tua continebat, omnes regni et terræ præfatorum principes, duces, marchiones, comites, et barones, et eorum ſinguli in manibus tuis fidelitatis ſolitæ iuramentum præſtiterunt, tuis ſupplicationibus inclinati prædictam arrogationem de *Cõfirmat.* te prædicto per Reginam Ioannam ad ſucceſſionem huiuſmodi regni, et terræ præfatam, cuius quidem arrogationis tenorem hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſo, non obſtante quod dictum regnum per vim ſeu violentiam ad manus tuas redegeris, ſeu occupaſſe noſcaris, aut alias te ad illud habendum *Etiamſi illo vi regnũ occuparit ſeque indignum præſtiterit.* quomodocumque indignum reddideris, tenore præſentium auctoritate apoſtolica confirmamus,

atque

Digitized by Google

atque vim & robur ſedis Apoſtolicæ adijcimus omnes & quoſcumque defectus, ſi qui forte in dicta arrogatione interuenerint, de poteſtatis plenitudine ſupplentes, priuilegijs, indultis, decretis, conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, legibus imperialibus, & municipalibus, & alijs regni & terræ prædictorum etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus cæteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcumque; Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ id. decembris anno* XIII. MCCCCXLIII.

Contraria decreta abrogata.

Statuit etiam plura alia Alfonſi rogatu Pontifex, atque in primis [a], vt in regno Neapolitano ſuccederent non ſolū eius filij cæterique poſteri, qui genus ab ipſo non ſolum directo, verum extincta ea ſtirpe, qui tranſuerſo etiam ordine ducturi forent, modo Romanam eccleſiam colerent.

a Lib. 26. pag. 41. Oreatus pluribus prærogatiuis.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Aragonum, nec non Siciliæ citra & vltra pharum Regi illuſtri ſalutem, &c.

Cum ius conceſſionis huiuſmodi tuæ ſerenitati atque deſcendentibus per lineam directam maſculis dumtaxat natis & naſcituris factum fuerit, neque tranſuerſalis ſecundum ipſarum bullarum tenorem ad ſucceſſionis & conceſſionis prædictæ vocarentur, immo penitus excluderentur; volentes tecum & cum ſucceſſoribus tuis etiam tranſuerſalibus plenioris gratiæ liberalitate vti, confidentes eos & eorum quemlibet ad noſtrum, & eccleſiæ Romanæ ſtatum augendum, tuendumque, & veram Apoſtolicæ ſedi fidem, & obedientiam exhibendam, tuæ ſerenitatis veſtigia atque exempla ſecuturos, de noſtra mera liberalitate & gratia, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia tenore præſentium decernimus, volumus, atque declaramus, quod dicti regni conceſſio atque inueſtitura, cum omnibus iuribus, conditionibus, & pertinentijs ſuis in defectum maſculorum deſcendentium ex linea directa, etiam ad tranſuerſales maſculos iam natos, & in antea naſcituros ſecundum gradus prærogatiuam extendantur, ita quod præfati tranſuerſales in dicto regno in deſcendentium per directam lineam defectu ſuccedere valeant & admitti, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac natura & conſuetudine feudi vel conceſſionis huiuſmodi, omnibuſque & ſingulis in præfatis literis contentis, cæteriſque contrarijs, quibus ex nunc quatenus contra prædicta vel aliquod prædictorum faciant vel diſponant, ex certa ſcientia volumus atque declaramus eſſe derogatum. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ id. decembris anno* XIII. MCCCCXLIII.

Tranſuerſales ad ſucceſſionem Alfonſi poſteri.

Contraria leges antiquata.

Conſulturus porro regni Neapolitani eccleſijs, quæ ſuperioribus bellis admodum laceratæ, earumque bona abalienata fuerant, pontificio edicto ſanxit [b], vt omnia illa prædia iuraue diſtracta, quę temporum iniuria obſoleuiſſe videbantur, eccleſijs reſtituerentur.

b Lib. 6. pag. 265.

Ad futuram rei memoriam.

Cum, ſicut accepimus, plura & diuerſa terræ, villæ, caſtra, ac loca, nec non temporalia, dominia, iura, iuriſdictiones, cenſus, fructus, redditus, & prouentus ad multa & diuerſa infra regnum Siciliæ ac terram citra pharum, pluresque illorum prouincias, ciuitates, & diœceſes conſiſtentia, eccleſias etiam metropolitanas & alias cathedrales, nec non monaſteria & alia eccleſiaſtica, loca eorumque prælatos, rectores, capitula, conuentus, & perſonas ac ipſarum prælatorum archiepiſcopales, epiſcopales, & abbatiales menſas pleno iure ſpectantia, cauſantibus diris guerris & alijs plurimis calamitatibus, ac ſiniſtris euentibus, quæ partes illas diutius afflixerunt partim vendita, alienata, conceſſa, aſſignata, infeudata, dimembrata, ſegregata, & diſtracta, & partim de facto occupata & detenta fuerint, prout etiam hodie detinentur & occupantur in non modicum eccleſiarum, monaſteriorum, eccleſiaſticorum locorum, prælatorum, capitulorum, conuentuum, perſonarum, & menſarum prædictorum præiudicium, atque damnum; [nonnulliſque interiectis, quibus ex apoſtolico munere priſtina eccleſijs iura reſtituenda decernit;] vendita, alienata, conceſſa, infeudata, aſſignata, demembrata, ſeparata, ſegregata, diſtracta, detenta, & occupata omnia & ſingula, etiam ſi præſcriptioni ſubiacerent ad ius & proprietatem eccleſiarum, monaſteriorum, et eccleſiaſticorum locorum, prælatorum, rectorum, capitulorum, conuentuum, & eccleſiaſticarum perſonarum eorundem, prout ad illa a principio pertinebant, auctoritate apoſtolica reducimus & reducta eſſe decernimus, & illis plenarie aggregamus, ſtatuentes auctoritate præfata, nec non decernentes atque mandantes; quod omnes & ſinguli terrarum, villarum, caſtrorum, & locorum, ac temporalium dominorum, iurium, & iuriſdictionum conceſſorum, alienatorum, aſſignatorum, venditorum, infeudatorum, dimembratorum, ſegregatorum, ſeparatorum, diſtractorum, & occupatorum prædictorum poſſeſſores & detentores, infra triginta dies a die publicationis præſentium eis legitime faciendę computandorum, omnia & ſingula per eos conceſſa & detenta huiuſmodi, nec non quod illi ex eis, qui abſque titulo aliquo ea detinuerunt fructus, redditus, & prouentus ab eis interim de facto pro tempore male perceptos eccleſijs, monaſterijs, eccleſiaſticis locis, prelatis, rectoribus, conuentibus, capitulis et eccleſiaſticis perſonis prefatis, prout ad eos tunc ſpectabit integre & cum effectu realiter tradere, reſtituere, et aſſignare ſtudeant et procurent, nec ex tunc in antea vllo vnquam tempore directe vel indirecte, quouis quęſito colore, ea vlterius detinere, ſeu de illis ſe intromittere, aut contra tenorem pręſentium facere, venire, ſeu attentare audeant vel præſumant, mandantes pręterea chariſſimo in Chriſto filio noſtro Alfonſo Aragonum et Sicilię Regi illuſtri, quatenus terras, villas, caſtra, loca, necnon temporalia dominia, iura, iuriſdictiones, cenſus, fructus, redditus, et prouentus detenta et occupata, prędicta omnia et ſingula de manibus detentorum eorundem, videlicet poſtquam archiepiſcopo et epiſcopo ac pręceptori infraſcriptis aut vni vel duobus ex eis conſtiterit pręfatos detentores mandatis eius factis huiuſmodi debite non paruiſſe, regia auctoritate extrahere, ac eccleſijs et perſonis eccleſiaſticis, ad quas pertinent reſtituere et plenarie aſſignare non differat, alioqui, tam in Alfonſum Regem, quam in omnes et ſingulos, qui mandato, ſtatuto, et decreto noſtris huiuſmodi debite non paruerint, ex nunc prout ex tunc ſententiam excommunicationis proferimus et etiam promulgamus, et illa eos irretitos eſſe decernimus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ* MCCCCXLIII. V. *non. decembris pontificatus noſtri anno* XIII.

Abalienata eccleſiarū plurium bona.

Priſtina his iura reſtitui iuſſa.

Iniuſte percepti fructus reſtituendi.

Præterea ad reſtituendum priſtinum Neapolitanę coronę ſplendorem edixit [a] Eugenius, vt ſi qui principatus, comitatus, aliæue terrę ac loca abalienata forent, iterum coronę Neapolitanę coniungerentur.

a Lib. 6. pag. 265.

Redintegrata Neapolitanæ coronæ iura.

Digitized by Google

Ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex, in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit, inter multiplices quibus aſſidue premitur curas & ſolicitudines, etiam ad regnorum & dominiorum ad eum & Romanam eccleſiam directo dominio ſpectantium Regum & dominiorum eorundem iurium recuperationem & conſeruationem ſuæ conſiderationis intuitum libenter extendens, ea quæ in illorum præiudicium preceſſiſſe comperit interdum caſſat, reuocat, & annullat, ac deſuper prouidet & diſponit prout perſonarum, locorum, & temporum qualitate penſata id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut nobis innotuit, regnum Siciliæ & terra citra pharum, ad præfatam eccleſiam directo dominio pertinentia, ac Regi Siciliæ pro tempore exiſtenti ab eadem eccleſia quoad vtile illius dominium dudum conceſſa, nec non prouinciæ, ciuitates, terræ, caſtra, & loca infra regnum & terram prædictam conſiſtentia propter guerras duriſſimas, necnon rebelliones, ſeditiones, aliaſque diuerſas calamitates a longiſſimis citra temporibus partes illas diuerſis vicibus crudeliſſime affligentes, ac ex litibus & controuerſijs ſuper regno & terra præfatis inter diuerſos Reges, Reginas, principes, & alios temporales dominos diutius vigentibus ſpecialiter prouenientes, maxima & innumerabilia damna & detrimenta intulerunt, ac etiam interdum multæ & diuerſæ perſonæ ex conceſſionibus & donationibus regijs, ex malignitate temporum potius, quam ex ipſorum Regum & Reginarum voluntate propria procedentibus, ac etiam alias abſque titulo plura & diuerſa ex ciuitatibus, terris, caſtris, locis, dominijs, & membris infra regnum & terram huiuſmodi conſiſtentibus, eorumque & ex ipſis prouenientibus, alijſque cenſibus, redditibus, datijs, gabellis, feudis, iuribus, iuriſdictionibus, ac bonis ad Regem præfatum ac eius & dicti regni Siciliæ dominium legitime pertinentibus detinuerunt, prout etiam hodie detinent, in eccleſiæ, Regis, & regni prædictorum damnum non modicum pariter & detrimentum, nos attendentes, quod dicta eccleſia regni & terræ prædictorum conceſſionem potiſſime ad eum finem, vt exinde ab ipſo Rege iurium eiuſdem eccleſiæ conſeruatio & defenſio ſedulo prouenirent feciſſe dignoſcitur, ac ſuper hoc eorundem regni, terræ, atque Regis ſtatum, & vt chariſſimus in Chriſto filius noſter Alfonſus Rex Aragonum & Siciliæ illuſtris, prout intendit atque deſiderat, ac ſucceſſores ſui pro tempore exiſtentes Siciliæ Reges noſtri & Romanæ eccleſiæ vaſalli circa iurium eccleſiæ ac illius & regni præfatorum felicis ſtatus conſeruationem & defenſionem, continuo inſiſtere, & ne ob ſuorum iurium huiuſmodi carentiam in conſeruatione & defenſione prædictis deficere, & pro quotidie ipſis incumbentibus magnarum expenſarum oneribus ſupportandis, & vt commodius cenſum eccleſiæ Romanæ debitum ſoluere, nec aliena ſuffragia quærere debeant, prout ex debito tenemur ſummi pontificatus officij nobis ex alto commiſſi vtiliter & ſalubriter prouidere volentes, motu proprio, non ad ipſius Alfonſi Regis, vel alicuius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate ex certa ſcientia de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium omnes & ſingulas donationes, aſſignationes, conceſſiones, venditiones, alienationes, infeudationes, dimembrationes, ſegregationes, ſeparationes, & quaſuis alias diſtractiones, de quibuſuis ex ciuitatibus, terris, caſtris, locis, dominijs, membris cenſibus, redditibus, datijs, gabellis, feudis, iuribus, iuriſdictionibus & bonis ad Regem pro tempore ad regnum ac demanium huiuſmodi pertinentibus, quibuſcumque nominibus nuncupentur, etiam ſi aliqua eorundem dominiorum principatus, ducatus, aut comitatus exiſtant, per quoſcumque Reges & Reginas quibuſuis perſonis cuiuſcumque nobilitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiam ſi quauis eccleſiaſtica ſeu mundana dignitate præfulgeant in genere vel ſpecie, ſub quibuſuis formis aut verborum expreſſionibus, ac effectuum præſentium præiudicialibus clauſulis, nec non irritantibus decretis, etiam ſi quorumuis meritorum & impenſorum ſeruitiorum, aut expenſarum & laborum ſusceptorum intuitu ſeu reſpectu, & ex alijs compenſata tunc ipſorum varietate forſan legitimis & rationabilibus cauſis, etiam motu & ſcientia prædictis hactenus factas atque conceſſas reuocamus, irritamus, caſſamus, tollimus, et annullamus, etc. [Reuocat etiam ad coronam regiam omnia alia iura, quæ præteritis temporibus ab ea diuulſa quacumque ratione, vel vi ac dolo occupata extiterint, atque etiam Alfonſum Regem incuſſa cenſurarum religione ad ea redintegranda obſtringit, tum etiam archiepiſcopo Beneuentano et epiſcopo Iſernienſi præcipit, vt detrectantes pœnis eccleſiaſticis afficiant,] etiam præfato Alfonſo Regi, vt ciuitates, terras, villas, caſtra, loca, dominia, membra, cenſus, redditus, datia, gabellas, feuda, iura, iuriſdictiones, et bona detenta, prædicta omnia ſingula de manibus detentorum eorundem videlicet, poſtquam venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopo Beneuentano et epiſcopo Iſernienſi, ac dilecto filio præceptori domus S. Antonij Neapolitani, aut vni vel duobus ex eis conſtiterit, præfatos detentores mandatis noſtris eis factis huiuſmodi debite non paruiſſe, propria ac regia auctoritate extrahere, ac ad ius proprietatem vſus et vtilitatem ſuam ſucceſſorum demanij et regni præfatorum reducere et aggregare non differat, ſed ad id diligentiam ac efficaces opem et operam adhibere ſtudeat, alioquin tam in Alfonſum Regem, quam in illos omnes et ſingulos ex ſupradictis, qui mandatis noſtris huiuſmodi debite non paruerint, ex nunc prout ex tunc excommunicationis ſententiam proferimus et promulgamus, ac illa eos irretitos fore decernimus et declaramus, a qua niſi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui non poſſint, et nihilhominus præfatis archiepiſcopo, epiſcopo, et præceptori et eorum ſingulis tam coniunctim, quam diuiſim per ſe vel alium ſeu alios præſentes literas publicandi, intimandi, inſinuandi, et notificandi, nec non illos ex Rege et alijs præfatis, quos conſtiterit excommunicationis ſententiam huiuſmodi incurriſſe excommunicatos publice nunciandi, et ab alijs nunciari, ac ab omnibus arctius euitari faciendi, ac contra dictos excommunicatos ad aggrauationes et reaggrauationes procedendi, necnon ciuitates, terras, et loca omnia et ſingula, in quibus ipſi inobedientes et excommunicati pro tempore permanſerint, aut eis ſubiecta fuerint, eccleſiaſtico interdicto ſupponendi, inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, cæteraque in præmiſſis et circa ea neceſſaria & opportuna faciendi et exequendi, auctoritate apoſtolica prædicta harum ſerie plenam et liberam facultatem et poteſtatem concedi-

Inteſtina bella ſuperioribus temporibus multa mala.

Alienata ſuis regio.

Reuocata bonorum diſtractio.

Obſiſtentibus cenſuræ.

Data mandata Alfonſo.

cedimus, ac etiam ad præmiſſa omnia & ſingula facienda & exequenda ſpeciale mandatum damus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLIII. IV. *non. nouembris pontificatus noſtri anno* XIII.

Franciſcus Sfortia Piceno depulſus.

9. Promeruerat Alfonſus Pontificis gratiam reſtitutis ditioni eccleſiaſticæ pluribus Piceni vrbibus, quas Franciſcus Sfortia tyrannide atterebat. Narrant pluribus hiſtorici [a], quæ in eo bello præclare geſſerit, extant ea de re Ferdinandi ad Alfonſum patrem datæ literæ [b]. Qua lætus victoria Eugenius, cum etiam idem Rex claſſem aduerſus Turcas compararet, ducenta illi aureorum millia ex eccleſijs ipſius regnorum redigenda ei attribuit [c].

a Collen. lib. 5. Surit. lib. annal. 15 cap. 19. Summont lib. 4. & alij.

Ad futuram rei memoriam.

Ad præclara deuotionis & fidei merita, quibus chariſſimus in Chriſto filius noſter Alfonſus Rex Aragonum & Siciliæ illuſtris erga nos & Romanam eccleſiam ſplendere dignoſcitur, apoſtolicæ conſiderationis intuitum dirigentes, inducimur non indigne, vt votis ſuis noſtrum præſertim & dictæ eccleſiæ felicem ſtatum, ac Chriſtiani nominis laudem, & propagationem concernentibus, nos fauorabiles reddamus pariter & benignos. Cum itaque, ſicut accepimus, Rex prædictus tanquam princeps catholicus & fideliſſimus, ac huiuſmodi noſtri & dictæ, (nimirum Romanæ,) eccleſiæ ſtatus zelator cupidiſſimus, nuper in propria perſona, nullis parcendo periculis, atque laboribus, cum non parua potentia verſus marchiam noſtram Anconitanam per plura tempora, cum omnibus & ſingulis illius ciuitatibus, terris, atque locis, a nonnullis noſtris, & dictæ eccleſiæ etiam potentibus inimicis indebite detentam & occupatam, in noſtrarum gentium armigerarum, tunc in marchia ipſa pro illius recuperatione de mandato noſtro militantium, ſubſidium atque fauorem ſe contulerit, & inimicis ipſis exinde viriliter fugatis, ijſque partim captis & partim debellatis, fere omnia & ſingula ciuitates, terras, caſtra, villas, & loca ſupradicta, eius prouidentia, conſilio, atque potentia cum noſtris gentibus ſupradictis, ac non modica huiuſmodi ſtatus noſtri & eccleſiæ exaltatione recuperauerit, & ad noſtram eiuſdemque eccleſiæ fidelitatem, obedientiam, & ſubiectionem cum illorum ciuibus, incolis, & habitatoribus reduxerit, ac vlterius aduerſus nonnullos temporales dominos temporaliumque dominiorum gubernatores, qui olim a nobis cum humilitate, placabilitate, & benignitate plurima, vt nobiſcum in pace permaneant, ac ciuitatum, terrarum, & locorum noſtrorum occupatoribus & indebitis detentoribus, fauorem & auxilium de cætero præſtare deſinant multiplicatis vicibus exhortati & requiſiti exhortationibus penitus ipſis neglectis, inimicis præfatis nouam recuperatorum prædictorum occupationem tentare, & nonnulla alia nobis & memoratæ eccleſiæ damna, detrimenta, & moleſtias inferre non deſinentes, ſuffragia plurima præſtare, ac etiam conſpirationes & ligas in noſtri & dictæ eccleſiæ ſtatus præiudicium facere præſumpſerunt pariter & præſumunt, cum ſua regia potentia realiter inſurgere, & eorum conatibus reſiſtere, ac demum claſſem maximam & potentiſſimam, contra perfidiſſimos Teucros alioſque infideles Chriſtiani nominis inimiciſſimos, ad illorum confuſionem & extirpationem, quas noſtris potiſſime temporibus videre, atque ſentire ſummis deſideramus affectibus,

b Ext. apud Hier. Donzelin c Lib. 6. pag. 857.

Commendatus ab Eugenio Alfonſ.

Promiſſa alia Alfonſ. præſidia.

Datæ inſtruenda contra Turcas claſſi ſ. ca.

de proximo parare, & tam circa ea quam etiam alia omnia & ſingula eccleſiæ huiuſmodi ſalubrem ſtatum, ac illius & noſtrorum pro tempore rebellium & inimicorum, eorumque præſumptionis & audaciæ repreſſionem concernentia toto poſſe intendere proponat, & ad id ſe ſpecialiter offerat, nos, qui olim multiplicatis vicibus pacem & concordiam conſpiratoribus & inimicis præfatis non ſolum obtulimus, ſed etiam ſumma cum inſtantia poſtulauimus, conſpirationes & ligas prædictas, & quod ex illis ac conſpiratorum eorundem obſtinata malitia atque potentia ſubſiſtentibus, noſtri & præfatæ eccleſiæ ſtatus, præſertim in Italiæ partibus totalis deſolatio & deſtructio facile prouenirent, niſi vi & armis, quæ ad obuiandum tantis, & tam arduis noſtris & memoratæ eccleſiæ imminentibus periculis excitare compellimur aduerſus nequitiam conſpiratorum huiuſmodi, omni cum prouiſione & ſollicitudine reſiſtatur, aſſiduis meditationibus conſiderantes & attendentes, ac alias ipſius Regis præclaram deuotionem et ſummam fidelitatem, necnon merita condigna ſalubriaque, propoſitum, intentionem, et oblationem huiuſmodi, condignis in Domino laudum præconijs, ac multa et magna in bene geſtis prædictis hactenus ſuſcepta, necnon in conſequendo effectu propoſiti, et eius intentionis præfatorum ſuſcipienda per eundem Regem expenſarum onera memori mente repetentes, et ne Rex ipſe abſque cuius ſuffragio, cauſante modernorum temporum malitia, potentiæ conſpiratorum et inimicorum præfatorum obuiare non poſſumus ob facultatum carentiam in tam ſanctiſſimo ac vtiliſſimo propoſito deficiat, dictaque eccleſia tantis et talibus periculis vlterius ſubiaceat, quantum cum Deo poſſumus, prouidere volentes, ac congruum et debitum recenſentes, vt pro cauſa omnipotentis Dei et Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, etiam inter perſonas eccleſiaſticas ipſius Regis regnorum, atque dominorum, pars ſuſceptarum et ſuſcipiendarum expenſarum prædictarum æquo libramine præferatur, matura ſuper hoc deliberatione præhabita, vnum ſubſidium ducentorum millium florenorum auri de camera, eidem Regi, ab hinc vſque et per totum proxime futurum annum milleſimum quadringenteſimum quadrageſimum quartum realiter donandorum, aſſignandorum, et tradendorum, ac alias iuxta formas atque tenores in alijs diuerſis noſtris literis, quas quo ad hoc certis prælatis ſeu perſonis eccleſiaſticis dirigere intendimus, contentos exigendorum ſuper vniuerſis fructibus, redditibus atque prouentibus, tam præſentis, quam futuri annorum huiuſmodi, metropolitanarum cathedralium, et collegiatarum ac aliarum eccleſiarum, necnon monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum, præceptoriarum, magiſtratuum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, officiorum, canonicatuum, et præbendarum, cæterorumque beneficiorum eccleſiaſticorum, necnon hoſpitalium et aliorum piorum locorum, in quibus hoſpitalitas non ſeruatur, cum cura et ſine cura, ſecularium, et quorumuis ordinum regularium exemptorum et non exemptorum, infra Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, Maioricarum et Sardiniæ, nec non Siciliæ citra, et vltra pharum, et alia quæcumque præfati Regis regna et temporalia dominia, necnon prouincias, ciuitates, et diœceſes eorundem conſiſtentium, videlicet in Aragoniæ, Cataloniæ, Valentiæ, Maioricarum, et Minoricarum centum et quadraginta, ac in Siciliæ vltra

Impoſitum clero vectigal.

Diuiſæ pro rata portiones.

Digitized by Google

pharum regnis viginti, nec non in terra citra pharum triginta, & inſula Sardiniæ decem millium Florenorum ſimilium illis ex eis quæ obtinent, ac in quibus & ad quæ ius habent, ac interim obtinebunt, & ius habebunt, venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, qui in partem noſtræ ſolicitudinis diuina miſeratione vocati, grandia ad eorum ſtatum decenter tenendum expenſarum onera quotidie ſubire noſcuntur, dumtaxat exceptis auctoritate apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium imponimus, & ex-nunc impoſitum eſſe decernimus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLIII. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* XIII. Remiſit [a] etiam illi ob ſumptus in Piceno ad eccleſiaſticum imperium reuocando factos quinquaginta marcharum millia, quibus eccleſiæ obſtrictus erat ob acceptum a Pontifice Neapolitanum regnum, tum ſoluendi octo millium unciarum auri cenſus [b] vectigaliſque, militaris trecentorum equitum onere liberauit. Præterea cum teneretur ſacramentum fidei nuncupare Pontifici excurrente ſemeſtri, ſi verſaretur in Italia idē Pontifex, vel anno labente, ſi extra Italiam ageret, defuiſſet vero Rex officio, ex apoſtolica indulgentia præſtanda illa ab ipſo clientelaris ſponſio ad duos annos extracta eſt [d].

a Lib. 26. pag. 20, & 27.
b Ibid. pag. 36.
c Ibid. pag. 39.
d Ibid. pag. 43.

10 Inter hæc Alfonſus Luſitaniæ Rex more maiorum Africæ bellum Chriſtianamque religionem vna cum Petro Coimbricenſi & Henrico Viſenſi ducibus inferre meditabatur. Cuius præclara prouecturus conſilia Eugenius eccleſiarum præſulibus dedit mandata, vt Chriſtianæ fidei cultores ad pium id bellum accenderent, impenſuriſque in eo operam opemue, præmia ſacra propoſuit [e].

e Lib. 5. pag. 216.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, & epiſcopis, & dilectis filijs electis, &c.

Cum dudum præclaræ memoriæ quondam Ioannes Portugalliæ & Algarbij Rex illuſtris Chriſtianæ propagionis affectibus inflammatus, ac cupiens collatam ſibi a ſummo Rege potentiam in exaltationem glorioſi ſui nominis exterminiumque ipſius hoſtium exercere, inſtructis Chriſtianorum militum aciebus ad debellandos in Africanis partibus Saracenos & alios infideles, qui Chriſtianos crebris infeſtationibus, captiuitatibus, & occiſionibus affligebant, in detenta per eos territoria & loca proceſſerat, locum de Septa, quem retroactis temporibus occuparunt, ab ipſorum intolerabili ſeruitute potenter eripiens, ſuauiſſimo Chriſtianæ religionis iugo reſtituit, & poſt illius obitum claræ memoriæ Eduardus eius filius in præfatis regnis ſuccedens, & regnorum eorundem ſimiliter Rex illuſtris, per patris veſtigia progrediens, incœpta per patrem contra eoſdem infideles ſolicitis ſtudijs proſequi curauit, poſtmodumque chariſſimus in Chriſto filius noſter Alfonſus eiuſdem Eduardi Regis filius, qui ſibi poſt eius obitum in regnis eiſdem ſucceſſit, ac dilecti filij nobiles viri Petrus Colibriæ & Henricus Viſenſis duces, Ioannis quondam Regis prælibati geniti, volentes prudenter oſtendere non ſolum regni & in terris dominij ſucceſſionem, ſed etiam virtutum paternarum hereditatem ad ſe perueniſſe, patrum ſuorum veſtigijs inhærentes, tanquam fidei catholicæ pugiles athletæ fortiſſimi incœpta huiuſmodi contra Saracenos & infideles præfatos viriliter proſequi deſiderent & proponant, & aduocta ſibi multitudine copioſa fidelium intendant illo præſtante, cuius cauſam deuote complectuntur, ad ſubiugandum Saracenos & infideles huiuſmodi, redigendaſque ad cultum ipſius noſtræ fidei terras, quas occupant, omnem ſuam & ſuorum dictorum regnorum ac dominiorum potentiam adhibere, noſtras & catholicæ Eccleſiæ, quæ congregationem ipſorum fidelium comprehendit pro tam felicis conſideratione negotij partes adiutrices humiliter implorans, nos itaque tam ſalutare Regis & ducum prædictorum propoſitum maximis in Domino laudibus extollentes, ac pro eiuſdem ſucceſſu felici directis in cœlum oculis, vt cuius negotium geritur diuerſas proinde gratias exſoluentes, omnes & ſingulos Imperatores, Reges, duces, marchiones, principes, barones, comites, poteſtates, capitaneos, magiſtratus, & quoslibet alios officiales & eorum locatenentes, communitates quoque, ciuitates, vniuerſitates, oppidorum, caſtrorum, villarum, & aliorum quorumcumque locorum, cæteroſque eiuſdem Chriſtiani nominis zelatores ſtatus & religionis cuiuſlibet exhortamur, ac per aſperſionem ſanguinis eiuſdem glorioſiſſimi Redemptoris paternis affectibus obſecramus, in ſuorum eis remiſſionem peccaminum ſuadentes, vt ad infidelium errorumque eorundem exterminium, & ad impendenda profutura ſuffragia, quibus huiuſmodi proſecutio feliciter adiuuetur, potenter ac viriliter ſe accingant, ad hoc enim ſpiritualibus munificentijs remiſſionibus videlicet & indulgentijs ipſorum de fratrum noſtrorum conſilio duximus eos inuitandos.

Petrus & Henricus principes Afros ſubijcere meditati.

Multa ab his præclare geſta.

Fideles ad coniungendas cum his vires ſolicitati.

11 Quocirca vobis & veſtrum cuilibet patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac filijs electis, adminiſtratoribus, & prælatis per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos & cuilibet veſtrum quoties Alfonſum Portugalliæ Regem huiuſmodi, & Petrum vel Henricum duces præfatos, ſeu eorum alium negotio intendere, & aduerſus infideles eoſdem exercitus ſuos ordinare contigerit, ſuper hoc quoque vigore præſentium, quas pleno firmitatis robore, quandiu idem Alfonſus Rex vitam duxerit in humanis, fulciri volumus debite fueritis requiſiti, ad præmiſſum tam pium tamque ſalubre negotium exequendum veluti præcones fortes exaltantes ipſo nomine voces veſtras in ſingulis ciuitatibus, diœceſibus, atque locis, vbi congruum proſpexeritis per vos aliaſque perſonas ſingulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc idoneas duxeritis eligendum, iuxta datam vobis & illis a Deo prudentiam Chriſti fidelibus quibuſcumque ad audiendum confluentibus & accedere volentibus, quibus vere pœnitentibus & confeſſis, vt ad id eo libentius inducantur, pro vice qualibet acceſſus huiuſmodi centum dies de iniunctis eis pœnitentijs per vos auctoritate apoſtolica relaxentur, verbum crucis eiuſdem ac ipſius admirabile ſignum publice proponere & prædicare curetis, illudque fidelibus ipſis id deuote ſuſcipere volentibus & eorundem eligendorum exhortationibus ac opportunis monitionibus præuijs, vt cum reuerentia debita ſignum huiuſmodi recipiant, & illud cōtra peruerſos dictorum infidelium conatus ſuis cordibus imprimatur & negotium ipſum fideli ac feruenti animo proſequantur, libere concedatis ipſorumque humeris affigatis. [Addit ſe indulgentiarum præmia e ſacro Chriſti ærario ijs impertiri, qui accepto crucis ſymbolo ſub ſignis aduerſus infideles meruerint, vel pecuniam in bellicos ſumptus impendendam contulerint: tum ijs priuilegijs præditos religioſam eam militiam profeſ-

Promulgari iuſſa ſacra militia.

Indulgentiarum præmia eam profeſſuris propoſita.

Digitized by Google

ſeſſuros decernit, quibus olim alij in Syriam transfretantes donabantur, ſancitque, vt nemo quauis de cauſa ipſorum prædia ac bona inuadat, donec de illorum morte certiſſime conſtiterit, hocque pontificium diploma valiturum declarat etiamſi in ea expeditione Alfonſo Regi aut Petro & Henrico ducibus aliquid humanitus contigiſſet, ac ſi claſſis vel ad tuendam Septam, aut Saracenos oppugnandos inſtruatur, ijs omnibus indulgentijs eos potituros, quos in eiuſmodi belli apparatu lucem relinquere accideret; tum præcipit vt Luſitani antiſtites ſacerdotes ad crueeſignatos ſacra exomologeſi expiandos in caſtra ſubmittant, quibus etiam permittit, vti grauiores noxas venia delere poſſint. Denique ſubdit.]

12 Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Caſtellæ & Legionis Regis illuſtris petitio continebat, plura caſtra, ciuitates, fortelitia, oppida, & loca in eiſdem partibus Africanis & conqueſta illarum partium ad ipſum tanquam ad excellentiorem & principaliorem Hiſpaniarum Regum pertineat, et nonnulli eius progenitores aliquandiu in pacifica aliquorum ex ciuitatibus, caſtris, et fortalitijs in partibus Africanis huiuſmodi poſſeſſione extiterunt, et propterea in illis præfatus Rex Caſtellæ occaſione literarum huiuſmodi ſibi dubitat præiudicium poſſe generari, ac in dicta conqueſta tacite vel expreſſe; nos igitur ipſius Regis Caſtellæ ſtatui et indemnitati in præmiſſis opportune conſulere cupientes, noſtræ intentionis fuiſſe et eſſe nullum ſibi in ciuitatibus, caſtris, fortalitijs, oppidis, ac locis, terris, et conquiſta præfatis in partibus Africanis per literas noſtras prædictas et quaſcumque in illis inſertas clauſulas præiudicium fieri aut generari voluiſſe, ſed literas præfatas omnemque illarum ſubſiſtentiam et effectum (in quantum in derogationem et læſionem iuris dicto Regi Caſtellæ in conquiſta et terris Africanis huiuſmodi quomodolibet competenter cedunt, aut ad præfatum Regem Caſtellæ quomodolibet pertinent) nullius exiſtere firmitatis, ſed pro infectis et irritis haberi et reputari debere, apoſtolica auctoritate et ex certa ſcientia præſentium ſerie decernimus etiam declaramus, ipſumque Regem Caſtellæ in ſtatum priſtinum dictorum iurium, quæ ipſe prætendit et aſſerit, in quo erat, antequam præfatæ literæ quomodolibet emanaſſent, reſtituimus et reponimus, ac reſtitutum et repoſitum nunciamus, præfatis literis alias in ſuo robore permanſuris, non obſtantibus conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis ac literis præmiſſis, nec non omnibus in eis contentis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo, etc. *Dat. Florentiæ pridie non. ianuarij anno* XII.

Caſtellanæ ampliatio.

Diſcrepat ſuis iuribus detrahi.

Pronunciat Eugenius nolle detrahi iuri Caſtellæ.

13 In oriente Turcę ſui imperij terminos latius protulere, ad quos reprimẽdos Eugenius cũctos Chriſti fideles encyclicis literis, ad capeſſenda in eos arma concitare eniſus eſt, propoſuitque in primis, vt ingenti quidem affectus fuerit lætitia, cum Græcos et alios orientales in gremium Romanæ eccleſiæ reuerſos vidit; verum eam lætitiam conuerſam in luctum, cum Turcicus furor in dies ingraueſcat, cum præter vaſtiſſimas prouincias recenter Georgij deſpoti Raſciæ occuparit principatum, illius filios coniecerit in vincula, fodinas auri argentique inuaſerit, tum multa Chriſtianorum millia in ſeruitutem abduxerit. Præterea inuentum aliud execrandum mali genus in religionis Chriſtianæ dedecus, miſsique conſtitutis temporibus exactores qui e ſingulis Chriſtianorum familijs in Turcico imperio agentibus adoleſcentem ſacris Chriſtianis initiatum rapiant, illumque ad Mahumeticam traducant ſuperſtitionem. Poſtremo Pannonia in eorundem poteſtatem redacta fuiſſet, niſi in Vvalachia Ioannes Vvayuoda ſingulari diuini Numinis ope admirandam de ipſis victoriam reportaſſet. Vniuerſo itaque oriente in perniciem verſo, ſummus totius eccleſiæ paſtor ad expedienda arma, criminum propoſita venia, Chriſti cultores hiſce literis eſt adhortatus a.

Liberandæ orientalis eccleſiæ dat operam.

a Lib. 22. pag. 40.

Funeſtę Turcorum de Chriſtianis victoriæ.

Execrandū vectigalis genus de Chriſtianis exactum a Turcis.

a Lib. 22. pag. 40.

Ad perpetuam rei memoriam.

14 Poſtquam ad apicem ſummi apoſtolatus, diuina diſponente clementia aſſumpti ſumus, nihil magis deſiderauimus, nihilque animo noſtro ſedit ardentius, quam ea efficere, quæ diuini nominis laudem, et catholicæ fidei et religionis Chriſtianæ augmentum reſpicerent, et auctoritate noſtri ſummi pontificatus digna eſſe cenſerentur. Hoc itaque deſiderio inflammati continuas cogitationes operationeſque indefeſſas et maximos conatus adhibuimus, vt Græcos, quos ab ineunte fere ætate ſingulari quadam et præcipua charitate proſecuti fuimus, alioſque a cultu et doctrina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ diſſidentes, eadem diuinæ veritatis lege nobiſcum et Romana eccleſia coniunctos eſſe videremus. quod cum maximis curis, laboribus, et ſumptibus miræ diuinæ maieſtatis clementia noſtris temporibus non inani et ſæcularibus rebus fundata, ſed vera et ſolida in Domino lætitia aſſecuti fuimus, cum videremus non ſolum Græcos cæteraſque ſedes patriarchales vna cum Triballis, Illyrijs, Vvalachis, ambobus Sarmatis vtriuſque Albaniæ, Iberis, Colchis, alijſque ampliſſimis nationibus, quæ omnes Græcam ſequebantur eccleſiam, verum et Armenos et Iacobitas ex extremis mundi partibus per tot maritima et terreſtria pericula pro cognitione veritatis euangelicæ ad præſentiam noſtram, et huius ſacri œcumœnici Ferrarienſis et Florentini concilij perueniſſe. Vbi factis hinc inde diſceptationibus et aſſiduis diſputationibus per viros ſacrarum literarum peritiſſimos, demum Spiritu ſancto illuſtrati lumen veritatis catholicæ fidei et ſacram præfatæ Romanæ eccleſiæ fidem, quam nunquam Deus omnipotens errare permiſit, debita reuerentia aſſumpſerunt, eamque obſeruant, et ritum ac Romanæ eccleſiæ doctrinam omnes pene huiuſmodi nationes et populi venerantur et colunt, taliaque huiuſmodi ſpiritualis ædificij fundamenta iacta ſunt, vt ſpem firmam habeamus, non multo temporis interuallo noſtris etiam temporibus, Deo auctore, aliorum quoque plurium populorum reductionem et conuerſionem conſequi poſſe. O admirabilem Dei benignitatem! O clementiſſimam Dei miſericordiam! quo duce populi, quorum quidem quingentorum pene, nonnulli vero nongentorum annorum curriculo in eorum ritibus a veritate Romanæ eccleſiæ alieni exiſtentes, breui tempore ad cognitionem veritatis diuinæ peruenerunt. Quod tantum beneficium, et vſque ad noſtra tempora inauditum, quamquam humanæ operationes humanaque ſtudia et ardentiſſimæ ſolicitudines interuenerint, ſoli tamen Deo attribuendum eſt, qui cum iuſtiſſimus ſit, nunquam ſuos miſericordes ac clementes oculos ab humano genere, præſertim a Chriſtianis hominibus, amouet, ſed ſemper ſua clementiſſima inſpiratione pulſat hominum mentes, et ſalubria et ſancta infundit conſilia. Hæc tam felicia et religioſe geſta, et poſteritati conſecranda conſiderantes, et ſi de-

De coniunctis cum occidentali Latina eccleſia.

Quam variæ gentes illi ſociatæ fuerint.

Aliæ quingentis aliæ nongentis annis errauerant.

Digitized by Google

deficiat mens noſtra, deficiat intellectus ad tantorum beneficiorum cumulum & ſplendorem, diuinæ tamen clementiæ gratias agimus, eam ex corde aſſiduis precibus obſecrantes, vt Eccleſiam ſponſam ſuam vlnis ſuæ benignitatis & gratiæ ſemper confoueat. Verum conſiderantes iniurias fidei illatas ac Chriſtianorum calamitates, miſerias, carceres, mortes, atque vincula, quæ a frequentibus nuncijs noſtris ex oriente ſeptentrioneque venientibus intelleximus, huiuſmodi noſtra lætitia in mœrorem conuerſa eſt, cum innumerabilia ſint pericula, quæ ceruicibus Chriſtianorum fratrum & proximorum noſtrorum illata ſunt, atque continuò magis imminent.

Clades illatæ Chriſtianis a Turcis.

15 Illa enim Turcorum natio poſtquam peccatis Chriſtianorum exigentibus tota Aſia occupata, eamque partem Europæ, quam Græci incolunt, Thraciam, Macedoniam, Illiricum, Epirum, Bulgariam, Albaniam fere totam, Aulonem, magnamque Sclauoniæ partem etiam in parte aquilonari, Gachiam, non paruam Ruſſiæ plagam iamdiu, ac nouiſſime dominium dilecti filij nobilis viri Georgij deſpoti Raſciæ cum filijs quos Turcus captiuos habet, auri atque argenti mineram, ac ſubditos numero, vt fertur, ducentarum millium animarum impiæ ſeruituti ſubegit, longe magis ſolito immanis & efferata effecta eſt; nam inter cæteras inauditas crudelitates, dum excurſiones in territoria Chriſtianorum efficiunt, hominum ac animalium præda onuſti redeuntes ducunt quamplurimos ſimul captiuos Chriſtianos vtriuſque ſexus vno fune ligatos, & eos, qui aſſi longis itineribus, aut infirmitate, aut ſenectute, aut alijs incommoditatibus feſſi ſequi non poſſunt, vel in agris aut etiam in medio ciuitatum Chriſtianarum, per quas tranſeunt, ipſos occidunt vel lethaliter vulnerant; ibidemque interemptos aut vulneribus pene exanimatos feris eorum cadauera deuoranda laniandaque in vilipendium & dedecus religionis Chriſtianæ medijs ipſis Chriſtianis in vrbibus relinquunt. O quantam immanem & inauditam atrocitatem ciuitates illæ magnitudine periculorum deterritas tolerare oportet! ij enim in maniſſimi Chriſti hoſtes mirabili celeritate aduolant, & prius fidelium territorijs adſunt, quam eos ad id parari ſentiatur. Non religioni, non ordini, non dignitatibus, non ſexui, non ætati parcentes, non vagientis miſerentur infantiæ. Coguntur mori, qui nondum viuere nouerunt, & neſcientes malum ſuum inter hoſtium manus læti rident, conducenteſque inſuper ſingulis annis in ſeruitutem ex reliquijs dictarum, quas ſupra memorauimus aliarumque prouinciarum, ex Hungaria præſertim quondam potentiſſimo regno, ab aliquo tempore plus ſolito bellis ciuilibus occupato, magnam Chriſtianorum captiuorum multitudinem crudelitatibus omnibus ſæuioribus brutorum animalium mercatorio more vendentes eoſdem, & ad augendam calamitatem pater filium, filius patrem, vir vxorem, vxor virum venundari diſtrahique videt atque conſpicit. O infelicitatum omnium infeliciſſimam, calamitatem, atque miſeriam! quorum plurimi cruciatus illos mentis corporiſque terribiles pati non valentes, fidem abnegant in animarum & corporum deſolationem atque interitum.

Quot prouinciæ debellatæ a Turcis.

Raſciæ deſpota captiuus.

Ducenta millia animarum in ſeruitutem redacta.

Quanta immanitas in captiuos a Turcis exerceatur.

Nec in pueros vagientes.

Pannoniæ propter inteſtina bella clades.

Fideles in ſeruitutem venditi.

Neque his contentus immanis ille Turcus miſerabile quoddam execrabileque pœnarum genus in vilipendium Chriſtianorum atque iacturam continuo exercet, determinatis namque & ſtatutis temporibus ad omnes Chriſtianorum prouincias ſua ſub ſeruitute degentium exactores quoſdam tranſmittit, & ex ſingulis Chriſtianorum familijs vnum ſaltem adoleſcentem baptizatum & Chriſto dedicatum, qui ad militarem diſciplinam idoneus videatur, & ad impij Machometti ſectam de ſinu manibuſque lachrimantium matrum extorquent atque rapiunt, & niſi menſe ſeptembri proxime præterito Deus ipſe ſua clementia mirabili Chriſtianis in partibus Tranſiluanis Vvalachiæ ſub dilecto filio nobili viro Ioanne Vaynoda Chriſtiani exercitus duce miraculoſe, vt omnes teſtantur, & ipſemet humiliter profitetur, de Turcis glorioſam feliceinque victoriam dediſſet, de ſubijcienda & vaſtanda Hungaria tota crudeliſſimus ille Turcus, vt a pluribus fidedignis aſſeritur, conſilium habebat.

Adoleſcentes Chriſtiani ad ſectam Machometi abducti.

Niſi Huniades Turcas viciſſet actum erat de Hungaria.

16 Hæc tot tanta dira Chriſtianorum imminentia pericula, afflictiones, cruciatus, calamitates, & varia mortis genera verſantur ante oculos noſtræ mentis, quæ cum conſideramus ſuſpiria & lachrymas continere non poſſumus, nec debemus. Quis enim ita a fide Chriſtiana, ab humanitate, & charitate exiſtit alienus, qui non moueatur animo, & mœrore afficiatur audiens Chriſtianos tot calamitatum generibus vexari? Certe, qui huiuſmodi tormenta atque preſſuras patientibus non miſeretur fidem negat, & eſt infideli deterior. Sed forte Deus omnipotens, cuius iudicia iuſtiſſima ſunt, tantam atrocitatem aduerſus peculiarem populum ſuum Chriſtianum heri permittit, vt cum vniuerſa Chriſtianitas mutuis diſcordijs & bellis continuo magis opprimatur, & nulla pene ipſius pars huiuſmodi calamitatibus vacua ſit, itinera enim latronibus infeſta ac clauſa, maria obſeſſa piratis, bella vndique fremunt, & orbis mutuo ſanguine gaudet, vt cum nec diuina & humana præcepta, nec charitas, nec humanitas, nec noſtræ pro viribus operationes ipſos ad pacem deducere poſſint, ſaltem deterriti tot periculis ceruicibus hominum imminentibus ad concordiam deducantur, quod maximum ad impetus infidelium comprimendos remedium eſſet, præſertim ſi omnes venerentur ſacroſanctam Apoſtolicam ſedem, ac nos licet immeritum Chriſti vicarium, vt noſtra auctoritate ac potentia pace inter Chriſti fideles ſtabilita ac compoſita, vires noſtras & Eccleſiæ, catholicorumque principum aliorum Chriſtianorum aduerſus tantam infidelium ſuperbiam atque rabiem parare poſſemus, quod ita deſideramus, vt naſcentia continuo impedimenta, quæ effectum huiuſmodi noſtri pij deſiderij perturbant, ſic nos excruciant, vt ſpiritus noſter ſedula anxietate ac mœrore vexetur.

Infelix Chriſtiani imperij ſtatus.

Impoſſibilitas adiuuandi Eugenio ne arma in Turcas exerceret.

Verum ad hanc tam neceſſariæ pacis compoſitionem noſtrumque pium deſiderium conſequendum, inter cætera remedia, tranſmiſimus dilectum filium noſtrum Iulianum tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinalem, S. Angeli vulgariter nuncupatum, Apoſtolicæ ſedis legatum de latere ad perpetuam pacem ſiue temporalem inter principes Hungariæ & Poloniæ & aliarum partium finitimarum componendam, nec non venerabilem fratrem Chriſtophorum epiſcopum Coronenſem ad nonnullos in confinibus Hungariæ, Moldauiæ, Lituaniæ, Vvalachiæ, Albaniæque principes & communitates, vt compoſitis rebus illarum partium, facilius cætera confici poſſint.

Iuliani Cardin. legatio in Pannoniam & Poloniam.

Coronenſis epiſcopus ad Vvalachos, Moldauos, & Albanos miſſus.

17 Paulo vero poſt tranſmiſſionem Cardinalis & epiſcopi prædictorum dilectus filius frater Iacobus de Bononia ordinis Minorum B. Franciſci ad Conſtantinopolim pro nonnullis Græcorum

Arme-

Digitized by Google

Armenorumque rebus componendis ordinandiſque ad hoc conducentibus, fuit a nobis miſſus, rediens miſerias huiuſmodi atque calamitates &, ſi fieri poſſet, ſuperioribus maiores ſe vidiſſe, Hungarorum præſertim aliorumque Chriſtianorum, qui quotidie per Conſtantinopolitanam ciuitatem fune & ferro ligati ducuntur propria voce teſtatur, nec non prædictæ Conſtantinopolitanæ ciuitatis offenſionem nouiter a Turcis factam, & periculum imminens nobis non ſine ſumma mentis anguſtia audientibus enarrauit, atque ex parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Palæologi Romæorum Imperatoris illuſtris ac venerabilis fratris noſtri patriarchæ Conſtantinopolitani, quibus poteſt, precibus & ſuaſionibus ſupplicauit, vt ciuitatem illam Conſtantinopolitanam in oriente Chriſtianorum arcem & munimentum ſalubri celerique remedio imminente periculo proximo liberare & conſeruare conemur. Cum autem ea per dictum Iacobum vix audiuerimus, & ecce per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Regem Cypri illuſtrem nobis & venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus per dilectum filium nobilem virum Stephanum Pignolum militem oratorem ſuum ſignificatum eſt, regnum Cypri, quod ſuperioribus temporibus propugnaculum fidei catholicæ erat, maximis ſubiacere periculis, licet antea ſciremus eſſe ſub tributo Soldani, & veniſſe in tam ignominioſa & miſerabili ſeruitute, vt pro honore nominis & Regis Chriſtiani referre pudeat, adeo quod quamplurimi in regno prædicto eſſe dicuntur, qui mori mallent, quam vitam eorum tam turpi ſeruituti ſubijci, & (quod miſerabilius & infelicius eſt) omnes fere prouinciæ Chriſtianæ regno prædicto circumiacentes eidem periculo ſubiectæ eſſe videntur. Accedit ad augendum mœrorem noſtrum, quod impius ille Soldanus magnam claſſem parare propoſuit, vt ea traijciat aduerſus regnum prædictum & Rhodum aliaſque Chriſtianorum partes, quod præſertim regnum & prędictas partes in maximam ignominiam Chriſtianorum & iacturam delere intendit, vt idem orator nobis, & præfatis Cardinalibus conſtanter aſſeruit, humilibus precibus lachrymiſque exorans atque ſupplicans, vt in fauorem fidei dignaremur de opportuno remedio prouidere.

Constantinopolis in discrimine a Turcis adducta.

Cyprius Rex in periculis constitutus conqueritur.

Aegyptius Sultanus in Cyprum & Rhodum classem parat.

18 Nondum, vt ita dixerimus, illo audito, & ecce dilecti filij illuſtris principis Theodori deſpoti fratris dicti Imperatoris Romæorum, qui Moreæ dominatur, ſuperuenit orator eadem & ſimilia narrans, & inſtanter ſupplicans, vt prouidere conemur, ne locus ille Moreæ, totque millia animarum illic habitantium in ſeruitutem perueniant Turcorum. Quid plura dicemus? Totus fere oriens Chriſtianus atque ſeptentrionis magna pars aut ſeruitutem pluſquam per Pharaonem illatam tolerat, aut de proximo, niſi Deus iuuerit, pati formidat. Sed finem querelis, nec quidem ſine lachrymis & ſuſpirijs, imponentes ad remedia poſſibilia recurrendum eſt, ne furor huiuſmodi impiorum crucemque Domini noſtræ ſalutis pretium blaſphemantium aduerſus eos, quos ſupra diximus, aliaſque nationes ita immaniter ac crudeliter ſæuire nomenque Chriſtianum extinguere valeat, rogantes ex corde per miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti omnes & ſingulos, & præcipue prælatos & perſonas eccleſiaſticas, vt prompto animo pro Dei laude, pro fide, pro Chriſtiana religione ad hanc neceſſariam Chriſtianorum defenſionem pro viribus ſe paratos diſponant, pro qua non ſolum huius ſæculi caducam & continuo pereuntem ſubſtantiam exponere, ſed etiam mortem ipſam plurimorum tam veteris, quam noui teſtamenti ſanctorum exemplo minime formidare debemus, ponamus ante mentis noſtræ aciem diuitem illum purpuratum pauperis Lazari non miſerentem, & qualis ſuperba mens eius in retributione damnata ſit. Illi qui miſerias, calamitates, atque preſſuras huiuſmodi patiuntur noſtri ſimiles ſunt, de eodem nobiſcum formati ſunt luto, eiſdem compacti elementis, & (quod præſtantius eſt) eadem religione & fide nobis coniuncti, quidquid patiuntur, & nos pati poſſemus, vulnera eorum extimemus propria, vt omnes proximorum ſalutem clementi cogitatione penſemus, liberalem enim atque munificum dominus noſter Ieſus Chriſtus remuneratorem ſe conſtituit, cum æternam vice gloriam in futuro temporalia largientibus pollicitus fuerit, ſperantes in Domino, cuius cauſa agitur, & qui dixit: *Confidite, quia ego vici mundum*; quod huiuſmodi infidelium conatus frangentur, & interitus, quos Chriſtianis minitantur in ipſos redundabunt, ſi fideles ipſi quod ad eos pertinet efficere properabunt.

Peloponnesij obsessio.

Vniuersus ferme Christianus orbis a Turcis expositus.

Rogari Christianos ut in Christi fide opem ferant.

Exemplo est Diuitis non misericordis.

Confidendum in Deo omnino.

Et cum ad prædictam infidelium rabiem & potentiam reprimendam in tanto Chriſtianorum periculo neceſſaria ſit omnino armorum vis ac potentia, & maritima claſſis, & terreſtris non paruus exercitus, nec ea fieri, educari, & ſuſtentari poſſit ſine grauiſſimo ſumptu, & quoniam nos non tam propter illam grauiſſimam impenſam, ac maximos ſumptus pro Græcorum, Armenorum, & aliorum vnione a nobis expoſitos, quorum ſumptuum neminem participem fecimus, nec quemquam grauare voluimus, quam propter etiam graues moleſtias & oppreſſiones quamplurimas, quas Romana eccleſia noſtris temporibus paſſa eſt & etiam patitur, de præſenti pecunijs exhauſti ſumus, & vires noſtræ adeo exiles factæ ſunt, vt nullo modo onus tot ſumptuum noſtræ & Romanæ eccleſiæ facultates tolerare poſſent, volenteſque adimplere præceptum omnipotentis Dei, quod nobis ab ipſo conceditur, qui nos licet immeritum ſpeculatorem domus ſuæ conſtituit: *Speculator enim*, vt ſanctæ memoriæ Gregorius magnus prædeceſſor noſter dicit, *ſemper in ſpecula altitudinis ſtare debet, vt quidquid euenturum eſt longe proſpiciat*. Hoc ſancto admoniti præcepto omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, ne ſanguinem eorum, qui in tam imminenti diſcrimine forſan perituri ſunt (quod omnipotens ſua ineffabili clementia auertat Deus) ipſe de manu noſtra requirat hæc atrociſſima & fidelium imminentia pericula, per præſentem nuntiamus, vt quilibet pro viribus periculo expoſitæ fidei Chriſtianę in prędictis partibus, & terribili expectatione languentibus Chriſtianis, auxilium afferat, conſilium, & fauorem, ne huius calamitatis & perſecutionis ignis per omnes fidelium partes ſerpat & impetu quodam inſuperabili adiacentes partes continue deuoret. Speramus enim & a certo tenemus, Dei ineffabili miſericordia confiſi & vt huiuſmodi naualis ac terreſtris exercitus executionem habere poſſit prçter alias Chriſtianorum vtilitates & commoda non modo mare hoc magnum, quod a Gadibus vſque Conſtantinopolim & Cyprum extenditur, in quo Afri Mauri quamplurima nauigantibus nocumenta afferre ſolent, ſecure tuteque a Chriſtianis nauigari poterit, ſed etiam magna lataque Chriſtianis ſequentur domi-

Adhortatur Christianos Pont. ut opem & auxilium ferant.

Propositum spes rei bene gerendae.

nia

Digitized by Google

nia & taliter tam prędictorum impiorum, quam aliorum infidelium ſuperbia impietaſque reprimetur, quod fides catholica atque religio Chriſtianę maxima ſuſcipiet incrementa. Verum, vt prædiximus, cum nos ſoli huius maritimæ claſsis & terreſtris exercitus, vt Deus teſtis eſt, expenſas facere non poſsimus, aliorum Chriſti fidelium & præcipue catholicorum ſubſidia & auxilia ac præſidia requirere compellimur, dignum eſt enim, & miſericordiæ & charitati Chriſtianæ conueniens, vt perſonæ præſertim eccleſiaſticæ in omnibus Chriſtianorum partibus conſtitutæ aliquid de patrimonio Ieſu Chriſti, de redditibus beneficiorum ſuorum pro tam communi & neceſſaria reipublicæ & Chriſtianę fidei cauſa attribuant ad ſumptum huiuſmodi tolerandum.

19 Cupientes igitur ſuper his, vt tenemur, ſalubriter prouidere, felicis recordationis Romanorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhęrentes, ac iuſtis & neceſſarijs Imperatoris, Regis, ac patriarchæ prędictorum, ac nonnullorum principum & aliarum perſonarum catholicarum ſupplicationibus annuentes, matura deliberatione pręhabita cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ac tam pro ciuitatis Conſtantinopolitanę, quam pręfati regni Cypri ac Rhodi, aliorumque Chriſtianorum, quos ſupra memorauimus, conſeruatione atque tutela, & dictarum quas Chriſtianitas perdidit, prouinciarum recuperatione, & pro hac ſumma vrgenteque neceſsitate atque euidenti vtilitate vniuerſalis Eccleſię & fidęi catholicę, vnam decimam, alias per Baſileenſe concilium pro ſumptibus & expenſis ad Gręcorum vnionem neceſſarijs impoſitam, & per nos confirmatam, non decretandam neque exigendam, niſi poſtquam dicti Gręci veniſſent, quam pro tunc, quia aliter pro dictis expenſis prouidere potuimus, & clero compaſsi exigere noluimus, omnium redditnum & prouentuum ex eccleſijs, monaſterijs, et alijs beneficijs quibuſcumque et pijs locis habentibus beneficia eccleſiaſtica, vel decimas ſibi vnitas, in vniuerſo orbe conſiſtentium, vnius anni a feſto reſurrectionis dominicę proxime futuro inchoandi, et continuo ſubſequenter quantocyus fieri poterit; aut ſaltem in feſto B. Ioannis Baptiſtę ab omnibus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, pręlatis, et perſonis eccleſiaſticis ſęcularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, &c. *& infra*, ordinibus mendicantium et S. Mariæ Seruorum, ac monaſterijs ſororum et monialium ordinum quorumcumque ac hoſpitalibus pauperum dumtaxat exceptis, ſoluendam, exigendam, et colligendam ſecundum taxam in huiuſmodi decimis obſeruari ſolitam et conſuetam, et ad conducendam claſſem et exercitum fidelium contra infideles conuertendam, auctoritate apoſtolica de prædictorum S. R. E. Cardinalium conſilio decernimus et declaramus per præſentes. Et nos, licet immeriti caput ſimus in terris Eccleſiæ militantis, vt membra noſtra prælatos, & nobis inferiores & ſubditos noſtros inuitemus extra decimam huiuſmodi libenter & liberaliter perſoluendam, incipientes a nobis ipſis, omnium redditum & prouentuum ex communibus ſeruitijs & annatis ad cameram apoſtolicam ſpectantibus partem quintam ad eundem, vſum claſſis & exercitus fidelium deputamus vltra illud quod, Deo fauente, facere intendimus, nec non fratres noſtri S. R. E. Cardinales vltro & ſponte pro tanto bono tamque pia & neceſſaria re communem totius Chriſtianitatis ac fidei concernente vtilitatem omnium ſuarum eccleſiarum ac monaſteriorum & beneficiorum quorumcumque decimam partem perſoluendam, liberaliter ſe paratiſſimos obtulerunt. Volumus tamen ne huiuſmodi exigendæ pecuniæ in alios vſus conuertantur, quam pro hac neceſſaria fidei cauſa & claſſe & exercitu fidelium parandis, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLII. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* XII.

[Margin notes, left column:] Ag demul ... ; Decima in hos ſumptus conuerſa. ; Exemplo excitat Eugenius vna cum Cardd.

20 Quod ad victoriam ſpectat a Ioanne Huniade Vayuoda & Vladislao Rege apud Sophiam vrbem de Amurate partam, de qua meminit Pontifex ac ſuperiori anno mentio facta eſt; tantam fuiſſe ferunt [a], vt noſtri numero impares centum millia Turcarum fuderint, triginta millibus cæſis, & quatuor millibus captis: adduntque Chriſtianum exercitum progreſſum ad fines Thraciæ & Macedoniæ pridie natalitij diei Chriſti domini, & Carambeium Aſiæ præfectum in eos iam defeſſos irruentem ad Hæmum ipſos profligaſſe; reductas deinde in Pannoniam Chriſtianas copias, Regemque Vladislaum Budam ingenti pompa ingreſſum recta ſacrum Deiparæ templum nudis pedibus adijſſe, atque in eo Turcarum ſigna ex voto defixiſſe. Cæterū ex pontificijs, de quibus paulo ante memoraui literis corrigendi, qui eam victoriam in hunc annum conijciunt, cum ſuperiori anno contigiſſe conſtet: quo etiam acciderat Conſtantinopolis oppugnatio. Referunt vero Turcici annales [b] Caramanum hoc anno armorum ſocietatem cum Hungariæ Rege aduerſus Amuratem communem hoſtem coiiſſe, atque Hungarum cum Huniade in Turcicum imperium irrupiſſe, atque caſtrum altum, Nyſſam, & Sarkiuen flammis deleuiſſe.

Ea victoria non modo Seruiam ab Amuratis tyrannide, reſtituto in priſtinam dignitatem Georgio deſpota liberauere, verum excitarunt [c] etiam Scanderbeghum tum Arrianitem Cominatum, tum alios Macedoniæ principes & regulos ad decutiendum a ſuis ceruicibus Amuratis iugum, qui viri principes celebrem hoc anno egerunt in eadē prouincia conuentum, in quo Scanderbegus eleganti oratione eos præmonuit, non fidendum Turcis, qui per ſpeciem pangendæ pacis Ioannem Caſtriotum parentem ſuum, tum Myſios, & Græcos oppreſſiſſent, nimiamque illam credendi facilitatem exitium parare; & quamuis plurimi Turcarum triumphi enumerari poſſent, tot tamen in Macedonia fortiſſimos duces ac populos ſupereſſe, vt ſi inter ſe ſe iungerentur fœdere, Turcicam vim poſſent contundere: *Quid*, inquit Scanderbeghus, *de tot eius in me odijs, tot ſimultatibus dicendum erit? quid de inſidijs illis, quæ non ſolum vobis, ſed vniuerſo ferme terrarum orbi vulgata vel cruentiſſimo hoſti aliquid potuiſſent lachrymarum elicere? quid demum de miſerabili fratrum meorum cæde, quos omnes eodem ferme temporis momento apud eum funeſto fato abſumptos his oculis vidi? Parum ne hoc igitur, proh dolor! me ad hunc vſque diem imbutas ſanguine meorum manus aſpicere potuiſſe, & apud homicidam impium tam certo vitæ periculo omnes ferme dulcioris ætatis annos tranſegiſſe? Sed quid in his immoror? oſtendet prope diem omnia an probe an improbe facta euentus belli iuſtus iudex. Vnum illud polliceri auſim omnibus, vos militem me vel ducem inuicta patientia ad omnes labores ſubeundos, ad quæcumque pericula habituros, nō dies non noctes in aliquo tempore veſtræ pariter & Chriſtianæ rei ſum defuturus, &c.* Aſſenſere peroranti Scanderbego Macedones, belliq; aduerſus Turcas pro religione & cōmuni libertate gerendi militare imperiū detulerunt.

[Margin notes, right column:] Turci fuſi ab Hungaris. ; [a] *Callim. de reb. geſtis Vladisl. l. 2. Æn. Sylu. de Europ. cap. 5. & alij. Bonf. 3. dec. 5. & 6. Thuroſ. cap. 40. Crom. lib. 21. Io. Leuncl. in annal. Turc.* ; Templum ab Vladislao ſua... ; [b] *Hanuel l. 14 p. 2. Muratii Drago. in Amurat. I & Leuncl. ex ijſd.* ; Scanderbegus Macedones in Turcas concitat. ; [c] *Marin. Barlet. l. 2. de vit. & geſtis Scanderb.*

De

Digitized by Google

De felici hac Macedonicarũ rerum conuerſione ac de Georgio deſpota auito Seruiæ regno reſtituto certior factus Eugenius Pontifex, mox Arbanenſi epiſcopo prouinciam dedit *, vt Albanenſes & Raſcios, qui filios ſuos Turcis impiæ militiæ adſcribendos tradendo aliaue patrando flagitia cenſuris eccleſiaſticis ſe irretierant, redeuntes ad caſtra Eccleſiæ omni noxa ſolutos piorum communioni reſtitueret.

Fideles qui filios Turcis dederāt ad eccleſiā reuocādos curat Pontifex.

a Lib. 6. pag. 168.

Venerabili fratri Andreæ epiſcopo Arbanenſi ſalutem, &c.

Apoſtolicæ ſedis copioſa benignitas commiſſi ſibi gregis dominici ſedula ſolertia curam gerens, ad ea libenter intendit & præbet vigilantiæ ſuæ partes, per quæ animas lucrifacit Chriſto Redemptori. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in ciuitatibus, terris, caſtris, villis, & locis in prouincijs Albaniæ & Raſſiæ, & partibus circumuicinis conſtitutis, quarum aliquæ & pro magna parte, proh dolor! ſub iugo impiæ ſeruitutis infidelium Turcorum ſunt redactæ, & per illos occupatæ detinentur magna fidelium tam eccleſiaſticarum quam ſæcularium perſonarum, quarum aliquæ homicidium, quædam membrorum mutilationes committere, nonnulli manus violentas etiam cum ſanguinis effuſione in perſonas eccleſiaſticas iniicere, aliqui a Turcis huiuſmodi hoſtiliter & crudeliter oppreſſi, vt maiora damna euitarent, licet inuiti, certam partem ſeu quotam fidelium de quolibet ipſorum domo dare & aſſignare, nonnulli quoſdam fideles pro certo pretio vendere ipſis Turcis, & quoſdam eis donare præſumpſerunt, aliqui vero ſcienter, quidam ignoranter tertio ſeu quarto conſanguinitatis vel affinitatis gradibus coniuncti diſpenſatione apoſtolica deſuper non obtenta, matrimonia inter ſe contrahere, nonnulli etiam quamplura alia diuerſa crimina, exceſſus, & delicta perpetrare præſumpſerunt * multitudo fore dignoſcitur.

Impia Turcorum tyrannis in exigendo fidelium vectigali.

* quorum

Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, ex perſonis prædictis aliquæ propter nimiam locorum, in quibus moram trahunt a ſede prædicta diſtantiam viarumque diſcrimina, nonnullæ vero propter facultatum ac rerum carentiam ſiue inopiam, & quædam ex negligentia ſeu forſan ignorantia pro abſolutionis beneficio ab excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs atque pœnis, quas præmiſſorum occaſione quomodolibet incurrerunt, nec non opportuna ſuper irregularitate per eos, pro eo quod ſententijs & cenſuris prædictis ſeu earum aliqua ligatæ miſſas & alia diuina officia celebrarunt, aut ſe illis immiſcuerunt contracta conſequendis diſpenſationibus ſedem Apoſtolicam adire hactenus diſtulerunt, pro parte tua, qui ſicut aſſeris de dictis partibus oriundus exiſtis, ac prædictarum delinquentium perſonarum animarum ſalutem plurimum zelo charitatis, fidei, & deuotionis accenſus concupiſcere & zelare videris, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt perſonis ipſis delinquentibus paterna ſuper his prouidere diligentia curaremus.

Conſulit Pontifex Raſciorum & Macedonū ſaluti.

Nos itaque, quos more peruigilis paſtoris decet de quarumcumque animarum ſalute cogitare, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ omnes & ſingulos tam eccleſiaſticas, quam ſæculares perſonas delinquentes, &c. [Confert illi Pontifex ad biennium auctoritatem, vt earum prouinciarum fideles cenſuris ob ea ſcelera deuinctos ſacris templiſque reſtituat, eccleſiaſticos quorumcumque notuum religione vt munera obeant exoluat, coniunctos affinitate in connubijs initis perſtare permittat, atque etiam alios tertio & quarto gradu ſe attingentes ex ijs prouincijs oriundos iungi matrimonio ob iuſtas cauſas indulgeat, peregrinationis ad limina Apoſtolorum & alia minora vota cum pijs operibus commutet, ea tamen lege, vt quæ gratis acceperit gratis conferat.] *Dat. Senis anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLIII. *non. aprilis pontificatus noſtri anno* XIII.

Confeſſos quibus ſe obſtrinxerant ſoluēdos curat.

11 Præclarum Albanenſium exemplum Raſcij, vt ſperabat Pontifex, nō ſunt ſecuti[a]: Georgius enim deſpota quamquam Hungaricis armis regno reſtitutus, Amurati barbaro fidem habere maluit, quam vna cum Hungaris & Macedonibus ac Romano Pontifice Chriſtianam rempublicam tueri. At Amurates Scanderbeghi & Albanenſium defectionem vlturus, antequam Latinus exercitus opem laborantibus ferre poſſet, Alybaſſam cum exercitu quadraginta millium lectiſſimorum equitum in Epirum & Macedoniam effudit: conceptæque erant a barbaris ſpes, ac vulgo iactatæ voces, de Scanderbegho in aliqua ciuitate obſeſſo propediem ſupplicium ſumptum iri, quinetiam tantus terror inceſſit cunctos Epiri populos, vt vndique ruſtici cum pecoribus ex agris in vrbes confugerint. Verum Scanderbeghus cum octo tantum millia equitum peditumque ſeptem millia ex omni multitudine delegiſſet, monuiſſetque non ipſis Venetos principeſque Italicos defuturos, prope Dibram inferiorem octogeſimo a Croia milliari hoſtes adortus ſpectabilem habuit de ipſis victoriam, de qua hæc tradit geſtorum eius ſcriptor: *Victor ex omni parte exercitus tam præclaram victoriam recenſebat vix ipſi credibilem victo; & ingentem tam exigui temporis operā mirabatur; pugnatum eſt enim a ſole orto ad tertiam horam diei. Cæſa ſunt eo prælio barbarorum ad XX. duo millia, viuorum duo millia capta, ſigna militaria viginti quatuor. Ex victoribus pauci cecidere: vix centum viginti feruntur, licet vulneratorum maior longe fuerit numerus.*

a Marin. Barlet. l. 2. de vit. & geſt. Scanderb.

Turca a Scanderbegho fuſi.

Occiſi ad viginti duo millia.

Cum celeberrimæ huius victoriæ fama Pannoniam peruaſiſſet, Vvladiſlaus Hungariæ Rex, qui auctore Iuliano Cardinale legato arma ad tundendam Turcicam ferociam parabat, Scanderbegho de ea eſt gratulatus b, ſimulque ad ineundam cum Hungaris & Romano Pontifice, necnon cum Philippo Burgundiæ duce armorum ſocietatem hortatus eſt, fecitque certiorem, non terreſtri tantum, verum maritimo quoque exercitu Turcam appetendum, atque ad diſtrahendas eius vires Helleſponti anguſtias a noſtrorum exercitu obſeſſum iri. Ea quibus confirmantur ea, quæ Eugenius literis ſuis prodidit; cæterum lector facilem veniam dabit ſi Vvladiſlaus nonnullis vocibus interdum vtatur, quæ ex veteri ethniciſmo ad grammaticos fluxere.

b Extant eius lit. apud Marin. Barlet. l. 3. de vit. & geſt. Scanderb.

Vvladiſlaus Hungariæ & Poloniæ Rex Scanderbego Albanorum principi ſalutem plurimam dicit.

Diſtulit fortaſſe in hoc tempus fortuna ſeram iſtam gratulationem noſtram, quo non tantum hodie tibi ob recuperatum feliciter imperium, ſed pari etiam prudentia fortitudineque defenſum duplici rei proſperæ euentu gratularemur. Gratulamur itaque, nec tibi tantum, verum etiam Chriſtianis omnibus, quod tanta ſit benignitate Dei per virtutem nunc tuam rei Chriſtianæ acceſſio facta, quandoquidem non minima ſemper inter cætera mala noſtra clades illa ducenda fuit Epiroticæ gentis amiſſio, cum Ioannes Caſtriotus pa-

Vvladiſlai ad Scanderbegum

Digitized by Google

ter tuus princeps (vt audio) de omnibus animis optime meritus, neque tibi in aliena degenti poteſtate regnum auitum filio tradere, neque aliter ab Amurate oppreſſus imperio ſuo conſulere potuit, & viueret vtinam nunc felix te nato parens, qui omnium ſuperaſſet fortunam, ſi te antevidiſſet, quam a vita diſcederet. Ita vnus plane videris mihi (pace omnium dixerim) hac tempeſtate princeps ſicut omnibus animi corporiſque bonis, ita diuino quodam fato præditus, cuius auſpicijs non ſolum tuta in poſterum omnis Epiroticæ terræ ora futura ſit, ſed cuncti præterea populi a corpore Macedoniæ imperij nefario Othomannorum latrocinio iam pridem direpti in antiquam formam iuris ac ditionis ſuæ redituri. Quid enim (vt cætera taceam, quæ & apud barbaros vel puero tibi olim, tanta in dies creſcente inuidia, maximum nomen prodiderunt) victoria illa ſpecioſius, quam nuper Alybaſſa cum tot copijs fugato partam tibi ingenti admiratione æque audiuimus ac credidimus: *Et infra*. Maioris penitus tibi gloriæ materia ſubeſt occaſio contra Amuratem omnes veteres nouaſque tuas ac tuorum iniurias vlciſcendi nec priuatas iſtas tantum, ſed & publica id genus mala, atque tot oppreſſæ, nec dicam extinctæ, iam fidei ludibria, ſi cum victore exercitu tuo iſto nondum deſperatis rebus noſtris adeſſe velis. Inuitant te ad hoc omnes Hungariæ & Poloniæ principes, ac viri fortiſſimi inuitat Iulianus S. Angeli Cardinalis cum pijs illis Chriſtianæ ſalutis militibus iam diu nobiſcum in armis inſtructus, nihil præter tua ſigna expectamus, quam ſi nunc oblatam vltro a Deo immortali occaſionem non reijcis, debellari poſſe penitus omnes affirmant, expellique Turcas, & a tam diutina Europæ poſſeſſione deturbari.

Alybaſſa victus a Scanderbego.

Omittendum itaque hoc loco apud te omne adhortationis genus cenſeo pro ea cauſa, quæ defenſa ſalutem, lucem, libertatem ſpondet, amiſſa numerare horreo, ſatis nos hucuſque tandem deſeruiuimus Chriſtiani, conflagrauimus iam omnes, dum nemo incendium ad ſe traiecturum putat. Quid de Græco cernimus quantas de Triballorum imperio iacturas, Denum ipſas meas, totque exhauſta atque exhaurienda in dies mala quis recenſeat? quis fortiſſimos principes Hungarici imperij propugnacula per omnes ætates amiſſos, & tot validiſſimos exercitus eodem funeſto belli fato abſumptos ac occidione ferme occiſos, ita vt nulla ſit in Hungaria iam domus, nulla matrona luctus expers. Audiunt hæc Chriſtiani principes, neque mouet vllum miſerabilis ſociorum calamitas, ſic nos velut piacula quædam luendis omnium periculis hoſti paſſim obiectari patiuntur.

Cur poſſum ſue ? res Chriſtiana.

Vnus Eugenius ſanctiſſimus Romanæ rei præſes & Philippus Burgundiæ dux afflictæ fortunæ onus non detrectarunt, alter Iulianum hunc cum præclaro milite nobis adiunxit, Philippus claſſe inſtructa & in Helleſpontum vſque miſſa Turcis tranſitum, quantum in ipſo fuit, fortiter prohibuit. Alia nunc nobis ſpes propinqua ſubeſt auxilij optandi, quare vltro nunc ad te ad tam neceſſarium bellum euocandum virtus tua inprimis cognita ſuaſit, tum rerum omnium noſtrarum periculum diſcrimenque cogit. Cæterum cum ignoret nemo id quod nunc ſia incommodo acturus tuo, præter recentem adhuc domeſticarum rerum tumultum & vix dum pacatum nouiter redempti imperij ſtatum, id te mouere non debet, cum & tibi præclariſſimum nomen hac expeditione ſis

De nouiſ exercitu.

pariturus, & hoc præſens beneficium apud minime ingratos animos ſis collocaturus, quod enim prior tu hodie pro ſalute noſtra dignitateque feceris, id nos pro tua laude & imperij incremento ſemper faciemus. Vale. *Ex Buda*. Lectæ ſunt in publico Albanenſium ſenatu Vvladiſlai Regis literæ, confirmauitque Scanderbeghus a ſacrum cum Pontifice & Hungaro ſociale fœdus, ac triginta millia Macedonum cum exercitu cruceſignato ſe coniuncturum eſt pollicitus datis ad eundem Regem hiſce literis.

Sacrum fœdus in Turcas. *a Extant eius lit. apud Barlet. l. 2.*

Scanderbegus Epirenſium princeps Vvladiſlao Hungariæ ac Poloniæ Regi S. P. D.

Accepi literas tuas lætitia deſiderioque pari, inuictiſſime Regum, quas cum in maxima ducum meorum frequentia legi iuſſiſſem, nemo omnium eſt auditus, qui tam iuſti belli occaſionem a te oblatam non vltro adeundam cenſeret, ita & publice omnes & priuatim ſinguli dixere, gratius quidquam hodie a Deo immortali ſibi tribui non potuiſſe, qui vt optimum Regem aliquo ſibi non ingratorum animorum officio deuincirent, & rei Chriſtianæ ſimul tam opportunam operam præſtarent, gauiſus ſum maxime ipſe in ea meorum voluntate, tum tua in primis, tum communi cauſa, cum ita animatos pro Chriſti fide & affectos milites noſtros & omnium generum ordines vel ſine vlla adhortatione viderim: *Et infra*. Vtinam vellet Deus optimus maximus, Vvladiſlae, vt poſſem ipſe ad hoc præclarum bellum tibi tantum afferre virium, quantum ſum animi & cupiditatis allaturus, non iaceret diutius fortaſſe in eo ſqualore Europa ab impio oppreſſa Amorate, non velut piaculo quodam aliorum fumarent toties Hungarico cruore Baſileenſes ac Varnenſes campi, et Epirotico ſanguine omnis Macedoniæ angulus. Periuimus iam omnes, dum quiſque ſibi ſe tantum natum exiſtimat. Sed quid nunc ipſe mecum has inutiles querelas iacto, & nequidquam conqueror? Profecto neque virium me mearum pœnitet omnino, neque ſi acies tecum mihi ad tam felix bellum coniungere licuerit, fortunæ id eſt bellicæ felicitatis noſtræ Chriſtianum nomen (vt arbitror) vnquam pœnitebit, ad ea namque xv. millia militum, quæ in Macedoniæ finibus nuper Alybaſſam fuderunt, totidem adijcere in animo eſt, cum quibus quamprimum integrum fuerit ad vos iter arripiam, ſigna tua in omnem euentum ſecuturus. *Vale ex Croia pridie nonas ſextiles* MCCCCXLIII.

Scanderbegi litteræ ad Vvladiſlaum.

Promiſſa auxiliorum copiæ.

22 Obſtitit Scanderbegho & Albanenſibus Georgius Seruiæ deſpota, ne per Myſiam exercitum cum Vvladiſlao coniungeret, ac Turcæ ex Europa eijcerentur, de quo proximo anno agemus. Quod vero ad claſſem pontificiam attinet, de qua Vvladiſlaus Rex Scanderbeghum fecerat certiorem, ab ea Turcas traiectu ex Aſia in Europam prohibitum iri; vrgebat Pontificem Palæologus Imperator, legato Andromeno Iagari oratore, vt eam magnifice inſtructam in orientem mitteret; cui Eugenius reſpondit b ornandæ claſſi ſe intentum, deſignatumque fuiſſe legatum Cardinalem S. Clementis: tum eundem Palæologum hortatus eſt, vt confirmandæ eccleſiarum coniunctioni operam nauaret.

Seruiæ deſpota pugnat pro Turcis contra Chriſtianos.

b Lib. 12. pag. 153.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Palæologo Imperatori Romæorum illuſtri ſalutem.

Acceſſit ad præſentiam noſtram dilectus filius nobilis vir Andromen Iagaris orator ſerenitatis tuæ, quem hilari vultu & libenti animo accepimus. Idem autem ex his, quæ nobis retulit, præcipue

cipue charum habuimus, quod pro tua ſolita corporis qualitate bene valere aſſeuerauit. Quantum autem ad apparatum claſſis pro expeditione aduerſus Teucros pertinet, de quo nos idem orator tui ex parte requiſiuit, diligentem ei rei operam dedimus, continuoque damus, prout orator ipſe plene informatus a nobis tuæ celſitudini Iſtius reſerabit, hodieque a nobis hinc receſſit dilectus filius noſter Franciſcus tituli S. Clementis presbyter Cardinalis ſanctæ Romanæ eccleſiæ vicecamerarius, quem ob hanc dumtaxat cauſam, ad partes Græciæ legatum noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis tranſmittimus, a quo cum eandem ſerenitatem ipſum conuenire continget, eris de occurrentibus ſingulis pleniſſime informatus. Reliquum eſt, vt Ieſum Chriſtum dominum noſtrum ſincero corde exoremus, vt opus iſtud pro ſui ſacratiſſimi nominis honore inceptum proſpero euentu ſecundare dignetur. Quo autem vota noſtra magis æquis & propitijs auribus exaudiat omnipotens Deus, curare omni ope & diligentia velit eadem excellentia tua, quod negotium vnionis, quam tantis laboribus & expenſis partam fuiſſe noſti, felicioribus, in dies ſucceſſibus amplietur. *Dat. Senis, &c. III. id. iunij anno XIII.* Ad perducendam eam coniunctionem ſubmiſſa eſt claſſis in Turcas, ſed non obſedit Helleſpontiacas fauces opportuno tempore, quare Amurates exercitum ex Aſia in Europam aduerſus Vvladislaum Poloniæ Regem traduxit, vt videbimus.

Data ab Eugenio cum potenda claſſi opera

Card. S. Clementis decretus in Græciam legatus.

Interea dum idem Rex Turcas ad confirmandos Græcos in obſequio & coniunctione Rom. eccleſiæ perſequebatur armis, plus etiam edictis Ruſſos & Podolicos, qui Græcanico ritu viuebant, ad Romanæ eccleſiæ gremium pellicere anniſus eſt; ſanxit a enim præſules Græci ritus cultores ſuis ſceptris obnoxios, qui Florentini decreta concilij amplecterentur, iiſdem honoribus & immunitatibus, quibus Latini antiſtites in Polonia Hungariaque perfruuntur, potituros.

a Ext. autograph. in archiu archiep. Kijouienſ cuius exẽplar transmiſſum ad Paul. V.

Vvladislaus Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Raſciæ, Selauoniæ, Galliciæ, Comaniæque, &c. Rex, nec non terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Lanciciæ, Lituaniaque princeps ſupremus, Pomeraniæ, Ruſſiaque dux & heres, &c.

Cum Spiritus ſancti cooperante clementia eccleſia orientalis, ritus videlicet Græci & Ruthenorum, quæ longis, heu, temporibus in diſparitate quadam & ſciſſura fidei ſanctæ, & diuinorum ſacramentorum, non ſine multorum ſalutis diſpendio, ab vnione ſanctæ Romanæ eccleſiæ fluctuare videbatur; & quam vnionem patres noſtri immo tota plebs catholica temporibus noſtris videre cupiebat, modo iam, miſerante Domino, decretis ſanctiſſimi domini Eugenij Papæ IV. & aliorum patrum plurimorum fidei ſanctæ zelatorum cum ipſa ſancta Romana ac vniuerſali Eccleſia reducta ſit ad identitatem dudum deſideratæ vnionis, pro tanto, vt ipſa eccleſia orientalis prælatique & clerus vniuerſus eiuſdem ritus Græci & Ruthenorum in amplitudine dominiorum noſtrorum & ditioni noſtræ ſubiectorum vbilibet conſiſtentes, qui alias ſtante huiuſmodi diſparitate & ſciſſura quandam depreſſionem ſuſtinebant, reſtituta ipſis libertate diuino cultui inſiſtere poſſint, & Saluatoris noſtri clementiam pro ſaluandis fidelium animabus, & ſanctæ fidei conſeruando ſtatu in pacis dulcedine vberius exorare valeant ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, qui nos ſuo redemit pretioſiſſimo ſanguine, vniuerſis eccleſijs, earumque epiſcopis ſeu vuladicis, prælatis, clero, & cæteris perſonis eccleſiaſticis eiuſdem ritus Græci & Ruthenorum hæc omnia iura, libertates, modos, conſuetudines, & immunitates vniuerſas duximus in perpetuum concedendas, & præſentibus concedimus, quibus eccleſiæ omnes regnorum noſtrorum Poloniæ & Hungariæ, &c. horumque archiepiſcopi, epiſcopi, prælati & cæteræ perſonæ eccleſiaſticæ conſuetudinibus fruuntur atque gaudent. Volumus inſuper & præſentibus decernimus, quod a modo nullas dignitariorum, capitaneorum, & officialium terrigenarum & cæterorum ſubditorum noſtrorum, cuiuſcumque ſtatus aut conditionis exiſtant, & præcipui regni noſtri Poloniæ prædicti, ſingulariter autem terrarum noſtrarum Ruſſiæ & Podoliæ & aliarum ipſis annexarum de iuriſdictione epiſcoporum, vuladicorum, & prælatorum eiuſdem ritus Græci & Ruthenorum, ſed neque de iudicijs ſacerdotum ſeu plebanorum ipſorum, immo de cauſis matrimonij aut diuortiorum ſe deinceps impediant in terris prædictis quomodolibet & quoquo modo, non obſtante quauis conſuetudine hactenus in terris præſcriptis qualibet in contrarium obſeruata. Præterea, vt ijdem epiſcopi ſeu Vvladicæ cæterique prælati & eccleſiaſticæ perſonæ ſupradicti ritus Ruthenorum vitæ adminiculis ſuſtentari ad laudes Deo exſoluendas eo commodius intendere poſſint, ipſis & eorum eccleſijs vniuerſis, in dominijs noſtris vbique exiſtentibus, omnes villas & poſſeſſiones quaslibet quibuſcumque nominibus cenſeantur, quæ ab antiquo ad ipſas eccleſias pertinere videbantur, & per quaſcumque perſonas & & in quibuſcumque terris & diſtrictibus noſtris in præſens habitas cum omnibus eorum iuribus pia manſuetudine duximus reſtituendas, & reſtituimus per præſentes, &c. *Actum & datũ Budæ feria VI. proxima ante dominicam, Oculi, anno Dom.* MCCCCXLIII.

Tam præclarum principem arcano Dei iudicio pro Chriſto pugnantẽ in prælio occubuiſſe proximo anno lugebimus: nunc ad Baſileenſes, qui veluti cum Turcis in exitium rei Chriſtianę coniuraſſent: Eugenium pro orientalis eccleſiæ ſalute deſudantem ſuis iniquis diſſidijs fatigarunt, ſermonem traducamus.

23 Tradunt acta Patriciana a hoc anno nouatores Baſileenſes damnaſſe inter alia propoſitiones, quæ affirmat, Chriſtifideles non teneri de iure dominicis & ſolemnibus diebus miſſas in ſuis parrochialibus eccleſijs audire, & confeſſos apud mendicantes non teneri etiam ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti; quæ ſanxere, cum vt diſcordias inter parochos & religioſos ordines ſererent; tum vt ea ratione clerum ſæcularem ſibi quaſi parochorum & epiſcoporum auctoritatis vindicibus conciliarent, tum etiam pontificum, qui religioſos ordines immunitatibus ampliſſimis donanere, auctoritatem infringerent: ſed eorum artes ad irritum cecidere. Conati vero ſunt nonnulli acephali, qui nec Eugenio nec Baſileenſibus ſtudere ſe præferebant, ſacroſanctam Pontificum in vniuerſalem Eccleſiam poteſtatem euertere, moliebanturque concilium tertio loco celebrare, atque Eugenio & Amedeo exauctoratis tertium in pontificium ſolium euehere: cumque ſubuereretur Chriſti vicarius, ne Germani Caſtellæ Regem in eam trahere ſententiam pertentarent, Ioannem Cardinalem S. Petri ad vincula diſſipandæ illi molitioni operam dare iuſſit b.

Baſileenſiũ noua damnatio.

a Act. Baſileen. concil. ab. apud Patricium.

Acephali nituntur concilium tertio loco celebrare pro tertio eligendo.

b Lib. 12. pag. 156.

Eugenius, &c. Si forte contingat memoratum Regem Caſtellæ, [nimirum Ioannem,] ab chariſſimo in Chriſto filio noſtro electo in Roma-

Ord. rec. con. tit. Eugen.

Digitized by Google

norum Regem vel quouis alio requiri, vt tertio loco per Germanos, vt ipſi aſſerunt, eligendo aſſenſum præbeat, aut illuc mittat, velit tua circumſpectio ipſi Regi ad memoriam reducere, nuntios ac literas tam ad ipſum electum & electores imperij, quam ad Regem Franciæ ac alios principes per ſuam celſitudinem deſtinatos, quorum medijs ita clare in fauorem noſtrum & dictæ ſedis ſuam voluntatem aduerſus tertij voti fautores declarauit vt iam nullo modo regiam coronam deceat aliquid ſuper hac re in contrarium innouare, &c. *Dat. Senis III. auguſti anno XIII.*

Sol eiusq; Genu. vt nepotes mitterē ad concil. in tertio loco — a Extant eius lit. inter epiſt. pri. cit. monuméta ſel. ab Hierron. Nigro pag. 23.

Subornare etiam Germani reliquos principes conabantur, Fridericus enim Cæſar priſtinam eccleſiarum coniunctioné celebrato in tertio loco cõcilio redintegratum iri opinabatur: cuius literis reſpondit vna cum Genuenſibus ſuis Raphael a dux, rē tanti momenti eſſe, vt caueri maxime oporteret, ne nimia acceleratione peccaretur.

Raphael dux & conſilium inuictiſſimo principi Friderico Romanorum Regi ſemper Auguſto.

Gen. s ſib reſponſum ad Cæſarē.

Literas regias, inuictiſſime princeps, XXIV. iunij ſuperioris die Viennæ datas, ſeeo quidem, ſed debita veneratione accepimus, vti quos ſacrum imperium in peculiares filios ſemper habuit, honoribuſque ingentibus ac ſæpe beneficijs exornauit; & quamquam exploratiſſimum haberemus animum ſublimitatis veſtræ ad vniuerſale bonum Eccleſiæ maximo ſtudio & ſumma vi anhelare, iuuit tamen nos, vin dum lecto literarum initio, hoc ipſum earum etiam teſtimonio cognouiſſe, in quo quidem maieſtatis veſtræ propoſito digne collaudando, quanquam nullas vires, nulla hominum ingenia ſatis eſſe arbitremur, nos tamen quantum datur illud laudamus, prædicamus, & omni genere laudum extollendum ducimus, neque enim videmus, quid ſit aliud, quod æque poſſit nomen veſtrum æternitatis gloriæ conſeciare, quam pro Dei ſponſa Eccleſia, eiuſque incrementis, ac vera tranquillitate excellentiam veſtram nullas curas, nullas vigilias, nullos denique labores effugiſſe. Quod autem ipſis iiſdem literis maieſtas veſtra nos hortatur, prælatos legationemque die ſtata ad eam vrbem mittere, vbi nouum haberi concilium decretum fuerit, dicimus non ignorare rem de qua agitur, maximam & ſummam omnium eſſe, in cuius comparatione omnea mortalium res paruæ tenueſque iudicandæ ſunt, cum præſertim ipſius Dei cauſam directe aſpiciant, cui & animorum ſimplicitas & rectitudo conſilij maxime debeantur. Itaque ne quid ex properatione peccemus, curabimus quid nos deceat intelligere, ita vt cum ſtatuta dies aduenerit, iis quæ dignitatem, amplitudinem veram, tranquillitatem Eccleſiæ intueantur, nequaquam pro virili deſimus, &c. *Dat.* XVIII. *ſeptembris* MCCCCXXXXIII. Non tam tollere, quam confirmare ſchiſma celebrato ea ratione concilio nitebantur Germani, cum ſibi auctoritatem in Pontificem non ambiguum ea ſynodus more Baſileenſium arrogatura foret, ac peſſimi exempli fuiſſet Pontificem ob defenſam aduerſus nouatores & perduelles pontificiam dignitatem honore deijci, quod poſtea Fridericus ipſe & ſeptem viri probe intellexere.

Malorum conſilium Germani.

B. Albergati obitus.

Cæterum ex aſcripta ſuperioribus & alijs Eugenij literis die conſtat, illum magnam partem anni Senis traduxiſſe, Romamque reuertum XXVIII. ſeptembris maxima pompa exceptum.

24 Antea vero B. Nicolaus Albergatus tit. S. Crucis in Ieruſalem presbyter Card. qui Eugenium ipſum Senas fuerat comitatus, inde in cœlos migrauit, vt ampliſſima ingẽtium laborum, quos Romanorũ Pontificũ iuſſu pro eccleſia pertulerat, præmia acciperet, de quo hæc Carolus Sigonius b in eius vita ex vetuſtis monumentis decerpſit: a *Anno* MCCCCXLIII. *Nicolaus pontificem profectus: atque conſiſtentius Senis, quo proſecutus Pontificem fuerat,* VII. *idus maij ex calculo perijt. Eugenius, vt viuentem hominem magni fecerat, ſic mortuum eximie coluit, nam & iuſta ipſe ſolemnia ſoluit, & corpus Carthuſiam transferri Florentiæ iuſſit. Ciuitas autem non magnificis ſolum exequijs, ſed etiam dolore ac lachrymis quanti illum æſtimaret, oſtendit. Eiuſdem poſt mortem ſanctitatis multa documenta fuerunt, ſingulare vero illud, quod in ſomnis Thomæ Sergianenſi alumno ſuo apparuit, atque illum Pontificem futurum prædixit, vt Franciſcus Filelphus ſcripſit in oratione ad Xyſtum Pontificem.* His de obitu Nicolai Cardinalis conſentanea tradit Poggius Florentinus in oratione funebri de ipſo: *Obijt,* inquit, *Senis ſexageſimo octauo ætatis anno. Exequiæ eius in maiori templa celebratæ, quibus Eugenius Pontifex, qui illum vnice dilexerat, affuit. Commendari profecto digna eſt tum cæteris in rebus, tum in hoc maxime Pontificis pietas; qui (quod raro antea auditum eſt) hoc vos præſtitit. Annos iam amplius quinquaginta in Romana curia ſum verſatus, amplius quinquaginta Cardinales mortem obiiſſe memini, nullius vnquam funeri Pontifex interfuit vllus; at & Eugenij egregiæ virtutes & defuncti merita poſtulare videbantur, vt in eius funere vetus conſuetudo intermitteretur. Itaque & erga vnum ſuam beneuolentiam oſtendit, & tali honore mortuo præbuit virtutum ſuarum teſtimonium ſempiternum.* Enarrat vero idem auctor pluribus illius virtutes, quas in Carthuſiano ordine, tum in epiſcopatu Bononienſi, tum in cardinalitio gradu exercuit, atque hanc rationem ſubijcit cur a Romanis Pontificibus ad tot ampliſſimas legationes in varijs regnis obeundas, de quibus ſuo loco diximus, adhibitus fuerit.

a Ferat. die 9. maij ex chron. Carthuſ. Car. 7. in ſtat vit. — b Sigon. l. 4. de epiſc Bonon. in Nicol. Albe g. — Poeq. in illius magna po eya celebratur. Vid. adeſt ſe in obet Thomæ ſomnio Pontificem futurum.

Eugenius ſ. illius funeri interfuit.

Mirum fortaſſe nonnullis videri poteſt, cum tot Cardinales eſſent in curia, quibus eas legationes tam varia demandari poſſent, cur hic ſolus potiſſimum legaretur. Sed erant in eo permulta, quæ ſibi beneuolentiam hominum conciliabant, & præclarum reddebant apud omnes, primum ſumma religio, ſumma integritas, & ſanctitas morum, cum per omnem vitam temperantia & continentia ſingulari, doctrina erat præditus. ac ſcientia rerum plurimarum, vt viris doctiſſimis æquari poſſet. Erat agendorum vſus ac experientia, quæ in eo ſummam prudentiam efficiebant. Accedebat conſilij grauitas, & animus in conſultando omni paſſione vacuus, auctoritas, quantum in vllo homine eſſe poteſt, virtute & bene agendo contracta, mores probatiſſimi, ætas prouectior nullo vnquam tempore vlla ex parte vitiorum labe notata, in negotijs tractandis ac perficiendis ſapientiſſimus habebatur. His virtutibus addebatur humanitas quædam & manſuetudo, quæ eum ſumme gratum omnibus reddebant. Digne ergo ſua opera in rebus arduis Pontifices vtebantur, cum non ad quæſtum aliquem, ſed ad laborem officioſum, non ad propriam, ſed ad communem vtilitatem ſe mitti arbitraretur: & omnia ex his, quæ ab eo in officio legationis concedebantur, nullum emolumentum prætendebat, gratis condonabantur omnia ab eo, qui didicerat: Gratis accepiſtis, gratis date. Bona Bononienſis eccleſiæ, quæ ſibi a Pontifice credita erant, ſecundum canonicas ſanctiones diſtribuit, maiorem partem in vſus pauperum & ædificiorum reparationem diſtribuens: nam domus epiſcopi inſtaurauit & auxit pro dignitate eccleſiæ & vrbis: domum quoque in vrbe magna ex parte conſtruxit iuxta eccleſiam ſanctæ Potentianæ, in qua & habitauit remotus a ſtrepitu populari.

Cur tot legationes peregerit.

Manſuetudine eminuit.

Mira eius integritas.

Vt eccleſiaſticas opes collocarit.

Dum

Digitized by Google

150 *Dum Romæ vixit parentibus aut fratribus, aut alijs ex ſuo genere nihil ex bonis eccleſiæ tradidit, aſſerens ſe diſpenſatorem a Deo, non largitorem, eſſe conſtitutum. Familiam habuit honeſtam, quæ & honeſtatem ſeruaret, & contemptum vitaret, ſummam ſeruans in omni ſtatu moderationem. Cibi fuit parciſſimus. Nunquam poſt aditam religionem, neque in infirmitatibus, quibus grauabatur ſæpius, neque extremo vitæ tempore carnes comedit, vino vtebatur, quod ſatis eſſet ad vitæ ſuſtentationem: religionis normam immaculatam ſeruauit, eam religionem ſequens, quæ a Iacobo Apoſtolo ſcribitur eſſe, ſe immaculatum ab hoc ſæculo conſeruare. Surgebat media nocte orationi vacans, lineis non vtebatur veſtibus, cum ſemper cilicio interius vteretur, ac recubans in ſarmentis. Sacræ Scripturæ continuum ſtudium impartiebat, cum quid otij ob oratione, & publicis ſupereſſet. Humanis quoque ſtudijs tantam operam dedit, quantum ſacrarum literarum dignitas patiebatur. Vitam hanc cum tanquam peregrinus & aduena tranſegiſſet, nihil in ea aut ſpei aut momenti ponens, mortem quoque contempſit, cum ſe ad meliorem ſciret vitam profecturum: & cum ſummo dolore torqueretur ex calculo, qui poſtmodum libræ pondus in eo repertus eſt, tanquam ſciens extremum ſibi diem inſtare, & medicos contempſit, & dolores immenſos ſumma patientia pertulit, agens ſemper gratias Deo, qui ſe etiam in extremo ſpiritu exerceri ad patientiam vellet. Deficiente natura, animam Deo reddidit, nihil de rebus externis curans, niſi vt & familia rationem haberent, & pauperum meminiſſent, &c.* Dum etiam Senis agebat Eugenius, Alfonſus Toſtatus Abulenſis epiſcopus plurium ſcientiarum gloria florentiſſimus, inter alias propoſitiones, quas more ſcholaſtico in Senenſi, eccleſiæ principe biduo coram præſulum cœtu ampliſſimo ſuſtinuerat, erroneam hanc temere protulit: *Licet nullum peccatum cuiuſcumque conditionis, & pro quocumque ſtatu irremiſſibile ſit, a pœna tamen aut a culpa Deus non abſoluit, nec aliquis abſoluere poteſt*; quæ mox a theologis damnata eſt, ipſoque de hæreſi apud Chriſti vicarium eſt poſtulatus. Qui ad leniendam publicam offenſionem, quam ab inuidis acceptam conqueritur, doctiſſimam eamq; prolixam valde ſibi apologiam texuit a, atque hac ſupplici formula porrecta Pontifici ſuſpicionem hæreſeos omnem detergit.

Vita illius ſanctiſſima.

Mira patientia.

Concluſiones agitatæ Senis ab Alf. Toſtato.

Verſiculus erroneus hæreſeos.

a Alfonſ. Toſtat. in vit.

Ad Papam Eugenium.

Beatiſſime pater. Pridie exercitandi ingenij cauſa, ſicut cæteris ſcholaſticis viris ſolitum eſt in hac ſacra curia ſanctitati veſtræ quaſdam concluſiones ſcholaſtice & diſputatiue tenui, nihil ex me ipſo determinare aut reprobare intendens, niſi quod ſacroſancta Romana eccleſia & ſanctitas veſtra determinant & reprobant, hoc enim ſemper mihi propoſitum fuit & eſt, & ego nunquam intendo recedere a veritate doctrinæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ & ſanctitatis veſtræ: & omnia mea dicta ſemper illi & ſanctitati veſtræ ſubmiſi & ſemper ſubmiſſa eſſe volo, qualitercumque contingat me loqui. Quædam tamen concluſionum mearum viſæ ſunt aliquibus non ſatis conſonare doctrinæ communi doctorum. Prima erat, quod peccatum pro nullo ſtatu irremiſſibile eſt; in qua ego non volui ſentire, quod peccatum in inferno, vel poſt hanc vitam dimitteretur aliquibus, ſed ſentio, quod nullum peccatum mortale poteſt dimitti homini niſi in vita, ſicut tota tenet Eccleſia. Sed accepi illum terminum, *irremiſſibile*, ſtricte ſcilicet, quod licet peccatum animæ exutæ extra vitam nunquam dimittatur, tamen non repugnat ex conditione peccati ſecundum ſe poſſe remitti, licet repugnet ex habitudine animæ, quæ iam eſt obſtinata, etiam repugnet ex ordinatione Dei, qui diſpoſuit non concurrere ad cauſandum actum contritionis cum animabus poſitis extra corpus. Si tamen poſſet eſſe, quod animæ exiſtentes in inferno vere dolerent de peccato ſuo, ſcilicet inquantum offenderunt Deum, per illud remitteretur eis peccatum, & ſic non eſt adhuc peccatum illud ſecundum ſe irremiſſibile, licet certum eſt, quod nunquam remittetur, & tales modi loquendi recipiuntur apud omnes viros ſcholaſticos, qualis ego fui, diſputando iſta.

Explicat mentem ſuam.

In quo ſenſu dixerit nullum peccatum irremiſſibile.

Alia particula concluſionis huius erat, ſcilicet: *A pœna, aut a culpa Deus non abſoluit, nec aliquis ſacerdos abſoluere poteſt.* In qua non intendi nec nunc intendo negare poteſtatem Dei, nec ſacerdotum in abſoluendo, quia alias me oporteret concedere, quod omnes homines, qui ſemel peccaſſent, nullam poſſent habere remiſſionem peccatorum, & quod perirent æternaliter, quod tamen ego negabam & nego ſemper; ſed ego concedo & conceſſi ſemper, quod Deus poteſt abſoluere ab omnibus peccatis. Papa etiam poteſt abſoluere ab omnibus peccatis, & poteſt dare plenariam indulgentiam, liberando hominem a tota pœna purgatorij, ſcilicet faciendo, quod non veniat in illam etiam ſi multa peccata commiſerit, & hoc eſt, quod Papa habet clauem liberam ſuper totum theſaurum Eccleſiæ: conceſſi enim & concedo, quod ſacerdotes minores poſſunt abſoluere a peccatis, & poſſint tollere virtute clauium quandam partem pœnæ purgatorij, ad quam peccator poſt contritionem & confeſſionem manebat obligatus; dixi tamen, quod Deus non abſoluebat a pœna aut a culpa, nec aliquis ſacerdos, quia accepi iſtum terminum, *abſoluere*, ſtrictiſſime & iſtum terminum, *pœnam, & culpam* ſtrictiſſime, diſtinguendo pœnam & culpam a reatu, id eſt obligatione: & iſto modo dicebam, quod Deus vel ſacerdos ſtricte ſumendo abſoluit a reatu pœnæ, & non a pœna, ſed quantum ad realitatem idem eſt vtrumq.

Quid de poteſtate abſoluendo peccata aſſerit.

Nec ego concedo nec credo minorem eſſe poteſtatem Dei, nec auctoritatem Dei & Eccleſiæ in abſoluendo, quam crediderit vſque huc aliquis doctor de catholicis, cuius doctrina communiter teneatur, & etiam bene concedo iſtas propoſitiones, quas ipſi dicunt, ſcilicet: *Deus abſoluit a culpa: Deus abſoluit a pœna: etiam ſacerdos abſoluit a pœna*; & omnes ſimiles propoſitiones in ſenſu, in quo ipſi accipiunt, non diſtinguendo pœnam & culpam a reatu omnibus modis, quibus ego diſtinxi. Si tamen accipiatur ſtrictiſſime, ſicut ego accepi, debet concedi, quod abſoluitur quis a reatu ſolo, & non a pœna nec a culpa; ſed pœna tollitur ablato reatu, ſiue auferendo reatum, & iſte modus loquendi conuenit viris ſcholaſticis, ad quos conuenit ſtricte loqui de terminis: *Et infra.* Hæc ſunt, pater beatiſſime, quæ in prædictis ſenſi & ſentio: nec tamen intendo deuiare in aliquo a doctrina ſanctæ Romanæ eccleſiæ & ſanctitatis veſtræ, quæ ſi illud tenet illud ego teneo; ſi hoc tenet, iſtud ego profiteor. Sed in omnibus determinationi & correptioni ſanctitatis veſtræ & ſanctæ Romanæ eccleſiæ tam in ſententia, quam in verbis me ſubmiſi & ſubmitto, a qua nunquam intendo deuiare, ſicut nec hucuſque aliquando ſponte deuiaui; nec etiam intendi præiudicare veritati aut doctrinæ vel auctoritati quorumcumque melius ſentientium: ſed omnia ſalua pace fidei & veritatis dicta ſint. Non modo doctrina, ſed etiam ſanctitate eum fuiſſe celeberrimum memorat Card. Bellarminus a, qui eius opera recenſet, additque: *Nec immerito de*

Eius diſtinctio pro molliendo duriore propoſitione.

Tam in ſententia quam in verbis ſe Pontifi. ſubmittit.

a Bellar. de ſcript. eccleſ.

eo

eo ſcriptum: Hic ſtupor eſt mundi, qui ſcibile diſcuſſit omne, & quod magis eſt admirandum, tanta ſcripſiſſe breuiſſimo tempore, cum non vixerit niſi annos quadraginta.

25 In Gallijs Anglicũ Gallis in mutuum exitiũ exercebant arma veteri pertinacia & immortali odio; inter quas graſſationes contigit vt Gallus quidam Ioannes nonies ab hoſtibus ſæpius vltra mortem vulneribus confoſſus, implorata Virginis ope diuinitus ſeruatus ſit; inſigne miraculum ex vetuſtis Hallenſibus monumentis ita narrat Iuſtus Lipſius [a]: *Anno* MCCCCXLIII. *comes ſant S. Pauli (nobile & notum nomen eſt in illa & noſtra Gallia) it cum bella feruerent inter Anglos Galloſque varia ſorte & factionibus alita gangrana hac moli membra pene omnia florentiſſimi regni peruaderet, fors fuit vt ipſe in arce Carteleria eſſet tractu Picardiæ, illinc ad Delphinum iturus, qui Compendij agebat. Ecce præmittit mane (dies ſabbati erat) metatorem ſuum, coquum & diſpeaſatorem, vt parata omnia in diuerſorio Compendij reperiret; At illi leniter progreſſi hoſtium aliquam manum vident (ad ſexaginta aut ſeptuaginta erant) qui in ſubiectis pratis pecades capiebant, agebantque, & ſi quid aliud in agris eſſet. Remeant igitur trepidi domino nunciaturi & hoſtes, & ad arma clamant. Comes vir magni animi erat, nec talium expert, inuocat ſuos, arma & equos expediunt, ſequerentur ſi quis fidem, & ſe amaret. Simul ipſe in equum abit, aſſequitur, & vna cum ipſo fidus famulorum Ioannes Gertrudanus nomine, qui ſemiinermis, vt feſtinatio erat, comitabatur; idem aliquot alij, ſinguli aut bini aduenientes, qui omnes tamen iuncti vix octoginta, nec ab armis inſtructi ſatis erant. At hoſtes, qui in ſubſidio fuerant tam conſpicui & primis illis iuncti facile ad mille quingentos accedebant. Ioannes quem dixi aduertit, ac dominum ira properum & animi nimium abire, & ſibi conſulere hortatur. Nos interea, inquit, vilior manus propugnabimus, & tutum tibi receptum reddemus. Non mouetur dominus, pugnat, ſed ante cum Ioannes, qui ſtatim duplici ſagitta balliſtaria brachium traijcitur, & herum cum reſpicit iterum moniturus, tertia collum ei tranſit, tam, domine, domine, inquit (o amor & fides!) conſule tuæ vitæ, nam de mea eſt actum, & cum dicto ex equo delabitur, comes atque alij in vicinum oppidulum fuga delati ſeruantur, ſed comitem mæror tetigit, amiſſo, vt putabat, tam fido miniſtro. Sed quem Dei & diuæ benignitas incolumem præter opinionem & pene fidem reddidit.*

Miraculum in conſimili caſu multiplex.

Nam dum ibi iacet inter viros quoſque Diua Hallenſis ei in mente atque ore eſt, & qua tam multis quotidie auxilium eſſet, vt ſibi in hoc diſcrimine opem ferret, precatur. Auditus eſt & ſimul manibus genibus nixus proceſſit in viam proximam, & viribus defectus ibi hæſit. Nondum finis, mala accumulantur, vt remedia creſcant, & diſcrimina iterantur, vt ſalutaris illa vis magis inclareſcat; tres ex hoſtibus ſeorſim adueniunt ſcrutaturi omnia & prædam, vt fit, quærentes miſerum hunc vident, accedunt, pecuniam, annulos, veſtem tollunt ſublatiſque gladio exerto vnus caput illi findit. Ne ſic quidem moritur, ſed Mariam identidem ingeminat, in eius ac diuæ Barbaræ honorem, vt fas ſibi ſit peccata apud ſacerdotem expiandi precatur. Tangit etiam duros animos, diua faciente, pietas, permittunt immo & operam promittunt atque ecce ruſticanum ſacerdotem per viam forte euntem vident, aduocant, & homini admonent. Expectant, vt fiat, & tum illi quoque dent ſuum finem, nam occidere nihilo ſecius hominem deſtinatum erat. Sacerdote igitur etiam adſtante, vnus eorum mucronem gladij, vt cenſebat, in guttur eius defigit. Diua auertit & ſubuculam eius modo ſcindit. Sacerdos interea deprecari & mitigare exorat, tandem & recedunt, atque ipſe ſit ſaucium in proximum quoddam horreum partim ducit partim trahit, & vulnera eius, vt copia erat, obligat. At ecce noua hoſtium manus, inter quos duces ipſi & honeſtiores militum erant. Eorum metu ſacerdos fugere, Ioannes conſpectis ijs veniam vitamque petere, & facile impetrat ab animis nobilioribus & quos honor & humanitas non prorſus reliquiſſent, ſed enim diſceſſu iſtorum tres illi ſicarij immani ſæuitia iterum redeunt, & cum viuere vident, gladium vnus ſtrictum viribus in caput librat, ſed diua quam inclamabat ictum moderante humerum modo attigit, & humerum leuiter etiam ſtrinxit. Conſilium dein capiunt in flumen cadauer (pro tali habebant) abijciendi, quod faciunt, & ſanguine manantem ferociter eo trahunt. Quo tempore viſa illi palam adſtare diua virgo, quæ ſolatium & iuuamen benigne promitteret, conſilium etiam daret, vt mortuum ſe gereret & ſimularet. Paret. Illi autem e ripa in flumen deuoluunt, atque vnus haſta etiam petit, vt ſi quid forte reliqui ſpiritus aut vitæ eſſet, educeret. Sed diua & hunc ictum irritum facit, & clientem ſuum in inſulam medicam fornabit limoſam, & leniter flumine extantem. Ibi confectus nouem plagis grandioribus aquis refrigeratus ad horas fere tres iacet, exigere aut mouere ſe impotens; cum ſacerdos, apud quem culpas ſuas faſſus erat, miſeratione impulſus redit, & eum quærit & ſanguinis veſtigia ſecutus ad flumen denique venit. Ibi non reperto percellitur, & merſum omnino cenſet, cum ecce oculos longius & intentius permittens, videre in limo illo inſulæ viſus effigiem hominis, neque certus tamen homo an ludibrium genij eſſet, cruce ſe ſignat, & alte inclamat: Adiuro te, ſi homo & Chriſtianus es, ſignum aut vocem ede. Ioannes audit & manum attollit. Sacerdos audacter in aquam inſilit, & collo tenus madidatus ad eum peruadit, erigit, & in ſiccum quantum poteſt perducit. Curſu inde in oppidulum propinquum fertur, vehiculum & homines adducit miſero huic ſubleuando, qui inibi curatus poſt paucas etiam ſeptimanas Hallas venit diuæ grates & omnibus narrabat, quæ vix ipſe niſi ſibi crediderit.

Dolpcus ſuis clientibus non deeſt.

a Iuſt. Lipſ Virg. Hallen. c. 29.

B. Virgo clienti iterum adeſt.

Vel reſilit revictus.

Ne ſic quidem ſpiritum non perit.

IESV CHRISTI
Annus 1444.

EVGENII PP. IV, annus 14. FRIDERICI III. ROM. REGIS 5. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 21.

1 ANnus poſt Chriſtum natum quadrageſimus quartus ſupra mille quadringentos indictione ſeptima ob ſæuam miſerandamque cladem, quam Amurates Hungariæ intulit, tum ob deuaſtatam ab Ægyptijs adductamque in extremum pene diſcrimen Rhodum, ac furentem adeo victricem impiorum potentiam, vt excidium quoque Italiæ intentaret, ingentes orbi Chriſtiano luctus, Romanoque Pontifici labores & curas attulit. Funeſtam hiſtoriam illam de bello excidioque Hungarico, in quo Vladiſlaus Poloniæ Rex, ac Iulianus Ceſarinus S. R. E. Cardinalis epiſcopus Tuſculanus ſediſque Apoſtolicæ legatus cum innumeris alijs interiere, lugubri ſtylo proſecuntur auctores [a], ex quibus nos præcipua delibabimus, inſertis pontificijs literis, vt hiſtoriæ veritas magis magiſque eluceſcat. Depræliatis iam ante de Amurate fero Turcarum tyranno ab Vladiſlao Rege pluribus triumphis pleriique principes, interque eos Ioannes Palæologus Imperator Conſtantinopolitanus, id literis oratorumque opera gratulari, ipſum vt nouam expeditionem ornaret in barbaros incitarunt. Pollicebatur Scanderberghus triginta ſe Macedonum millia cum eo coniuncturum. Eugenius

Aſſiſe res Chriſtiana ob Amuratem.

a Marin Barlet. de geſtis Scanderb. l. 3. Phil. Callimac. l. 3 Bonfin. l. 3. dec. 6. Crom. l. 21 Æn. Syl. Europ c. 5. Callimach. hiſt. Hoſp. l. 9. Præt. l. 2. c. 18. Calcond. de rebus Turcic. l. 6. & ai

Digitized by Google

genius vero Romanus Pontifex, necnon Veneti, Genuenſes, ac Philippus Burgundionum dux gratulationibus adhortationibuſque pollicitationea adijciebant, ingentem nimirum ipſos in Helleſpontum claſſem immiſſuros, prohibituroſque Turcas Aſiaticos, ne in Europam traijcerent, ſeque ſocijs barbaris coniungerent.

Promiſſum Turcas Helleſpon. traiectu arcendos.

Ex aduerſo Poloni Regem ſuum conſilio de Turcica expeditione conficienda auertere ſtudebantur, non tentandam iterum difficillimi belli aleam, niſi prius vna cum viris Poloniæ principibus expenderet, qua ratione rebus domi compoſitis externo bello vacaret, ſua enim prius in tuto collocanda, ac tum ad aliena promouenda incumbendum; ſecum ipſe volueret, quam labefactatæ res Poloniæ eſſent, ac Tartaros magnam Ruſſiæ Podoliæque partem populatos, & grauiora mala a finitimis principibus imminere. Verum coacto Budæ ab Rege procerum conuentu, reque diligenter excuſſa, decretum tandem eſt Iuliani Cardinalis potiſſimum impulſu bellum in Turcas redintegrandum, inſtructaque interea in Italia claſſis ſeptuaginta triremium, cui Franciſcus Condulmerius Pontificis ex fratre nepos præficiendus erat, & Helleſponti fauces portuſq; occupaturus, ne Chriſtiani nominis hoſtes ſubſidiarias copias in Europam deducerent. Hæc pluribus de bellico apparatu ſcriptores: de quo certior factus Eugenius, ac de ijs, quæ in Hungarico principum conuentu decreta fuerant, ingenti eſt affectus lætitia, atque ad comparanda quæ poſſet Regi ſubſidia apoſtolica animum conuertit, præcepitque [a] in primis Andreæ Palario, vt biennale vectigal denarij S. Petri appellatum, quod ad Romanam eccleſiam ſpectabat, eidem Regi eiuſue adminiſtris ab ipſo ad id deſignatis conferret.

Poloni Vvladiſlaum a Turcico bello deterrent.

Parata in Italia claſſis lxx. triremium.

a Lib. 22. pag. 69.

Magiſtro Andreæ de Palatio cubiculario ac in Poloniæ & Bohemiæ regnis nuntio noſtro, &c.

Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Vvladiſlaus Rex Poloniæ illuſtris zelo fidei accenſus intendat & ſe præparet cum magno exercitu vt aſſeritur, pro defenſione fidei orthodoxæ & pro liberatione Chriſti fidelium de infidelium manibus aduerſus Teucros Ieſu Chriſti hoſtes perfidos perſonaliter proficiſci, *& infra*, tibi tenore præſentium committimus & mandamus quatenus omnes & ſingulas pecuniarum ſummas & quantitates, quas te infra biennium a data præſentium computandum tam in præfato regno, quam in omnibus alijs prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis, a præfato regno dependentibus de denario B. Petri, quod nobis & præfatæ eccleſiæ in regno, prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis præfatis debetur de iure vel de conſuetudine exigere & percipere contigerit, præfato Regi vel eius procuratoribus ad id ſpecialiter deputatis in ſubuentionem expenſarum per ipſum Regem in huiuſmodi expeditione contra Teucros fiendarum auctoritate noſtra tradas & realiter conſignes, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno &c.* MCCCCXLIII. *id. martij pontificatus noſtri anno* XIV.

Denarius S. Petri in Polonia conceſſus.

Id vectigal datum Regi contra Turcas.

2 Similia mandata dedit Gerardo [b] tit. S. Mariæ Transtyberinæ & Ludouico tit. S. Laurentij in Damaſo pontificij ærarij præfecto, ac Franciſco [c] tit. S. Clementis vicecancellario nepoti ſuo presbyteris Cardinalibus Apoſtolicæ ſedis legatis & alijs [d] de exigenda ob ſacri belli cauſam ex vectigalibus orientalium eccleſiarum, tum aliarum prouinciarum ſacerdotiorum decuma. De conflata vero iuſſu ſuo adornataque ingenti ſumptu Venetijs aduerſus Turcas claſſe agit Pontifex in literis [e] ad

b Ibid. pag. 20.
c Ibid. pag. 51.
Comparata aliunde varia ſubſidia.
d Lib. 53. pag. 47.
e Lib. 22. pag. 80.

Andream parochum datis, in quibus de perfecta iam a ſe diuina ope Græcorum, Armeniorum, Iacobitarum, Neſtorianorum, ac Boſnæ Regis cum Eccleſia catholica coniunctione, deque victorijs, quas Vvladiſlaus Poloniæ Rex de Turcis magna gloria reportauerat prælocutus, ad eas latius proferendas magni referre ſubdit, ſi Chriſtiani Helleſpontiacum fretum, quod Europam ab Aſia dirimit, valida claſſe obſederint.

Dilecto filio Andreæ in ſacra pagina magiſtro rectori parrochialis eccleſiæ in Gelaaesk in Pruſſia ſalutem, &c.

Dilecte fili, tuam deuotionem ſcire non dubitamus, quod vniuerſo orbi notorium eſt, nos poſt ſacratiſſimam vnionem Græcorum cum eccleſia occidentali magnis laboribus & expenſis per nos factam Armenios etiam in ouile dominicum & Iacobitas Neſtorinoſque ac Regem Boſnæ ad bonam frugem Chriſtianæ fidei reduxiſſe. Quibus rebus, certe magnis, auctore Domino, vix dum perfectis, aliam nulla ex parte minorem, immo maiorem, quia ipſas omnes prædictas reddet perpetuo ſolidatas aduerſus Teucros perfidos Chriſti hoſtes curauimus inchoari, & in tantum expeditionis illius proſperitas iam proceſſit, vt chariſſimus in Chriſto filius noſter Poloniæ, &c. [Hungariæ nomen de induſtria prætermiſſum videtur, cum regni illius iura inter Polonum & Ladiſlaum Auſtriacum controuerſa eſſent,] Rex illuſtris, multique principes, barones, & nobiles Chriſtiani ſecum militantes hortante, dirigente, ac continuo aſſiſtente legato noſtro, quem ad id duximus deſtinandum, plurimas de hoſtibus victorias reportauerint, & multas prouincias, multos populos Chriſtianos, qui barbarorum iugo ſubiecti erant, cum Dei noſtri & ſuæ fidei chariſſimæ gloria liberauerint.

Multi populi conſilieti eccleſiæ.

Multæ prouinciæ de Turcis ab Vvladiſlao receptæ.

Reſtat in hoc negotio pars, quæ omnia negotia maxime noſcitur commendare, plena ſcilicet inchoatæ victoriæ conſummatio, quam vt facilius habere poſſimus, mare quod Aſiam ab Europa diuidit, claudi oporteat, ne illa natio infidelium populis innumeris abundans a ſuis antiquis prouincijs adiuuetur; eaque ratione claſſem ingentem magna cum impenſa pridem apud Venetias parari fecimus, quæ ad dictum mare, vbi ſtrictum Gallipolis dicitur, claudendum de proximo nauigabit. Sed tanta eſt eius claſſis expenſa, vt licet decimæ multarum ciuitatum & diœceſum, licet multorum principum auxilia adhibeantur, licet omnes ærarij eccleſiæ pecunias exponamus, noſtras exſuperet vires, cogamurque alia quotquot poſſumus auxilia a bonis & deuotis Eccleſiæ filijs expoſcere, &c. [Addit imperia, vt cum acceperit penes ipſum nonnullas vectigalium eccleſiaſticorum repoſitas decumas exiſtere pro ea claſſe in Turcas inſtruenda ad ſedem Apoſtolicam mittat, atque alias a Baſileenſi olim concilio pro coniunctione orientalis & occidentalis eccleſiæ indictas exigat.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLIV. XV. *kal. maij pontificatus noſtri anno* XIV.

Helleſpontum claudendum Turcis decernit Eugenius.
Parata in id opus claſſis Venetijs.

Profuſi in eam ab Eugenio ſumptus.

3 Præterea Iacobum archiepiſcopum Raguſinum & Antonium Neapolitanum Minoritam vertere iuſſit [a] pia legata in Turcas, necnon ea, quæ forte coegiſſent in expiandis eorum noxis, qui infidelibus vetitas innexiſſent merces, eoſque ope operaue iuuiſſent: in quibus literis ſtudium ſuum in diuina propaganda gloria ita explicat.

a Lib. 55. pag. 51. & 185.

Eugenius, &c. Inter cætera pia & ſancta deſide-

ſideria, quæ Deus omnipotens ſua clementia inſpirauit in corde noſtro, primum videmus Græcos & plurimos orientales populos, tot ſæculis a ritu Romanæ eccleſiæ diſſidentes, diuina ſuffragante miſericordia ſub eadem diuinæ legis veritate nobiſcum coniunctos eſſe, aliud ſanctum deſiderium nos ſolicitat, & continuo animum noſtrum inflammat, vt nationem Græcam & alios fideles orientales populos ſub acerbiſſima infidelium oppreſſione ac tyrannide exiſtentes a tanta immanitate & crudelitate liberatos videremus, quod vt Deo propitio noſtris temporibus aſſequi poſſimus, vltra maximum fidelium exercitum, qui in partibus Hungariæ pluries paratus pluresque victorias aduerſus Turcos & alios infideles adeptus extitit, cui venerabilis frater noſter Iulianus epiſcopus Tuſculanus Cardinalis S. Angeli A. S. L. noſtra & Romanæ eccleſiæ auctoritate præeſt, parari inſuper fecimus maximam claſſem, cui dilectus filius noſter Franciſcus Cardinalis Venetiarum S. R. E. vicecancellarius etiam A. S. L. noſtra & dictæ ſedis auctoritate præſidet, in terreſtribus maritimiſque exercitibus, vt Europæ partes a crudeliſsimo Turcorum iugo Deo propitio, liberentur. *Dat Romæ apud S Petrum anno* MCCCCXLIV. III. *non. ſeptembris pontificatus noſtri anno* XIV.

Terreſtri exercitui Iulianus Card. præfectus.

Nauali Præfectus, Card. Venetus.

4 Aliam etiam inſtruebat claſſem Philippus Burgundiæ dux, de qua meminit Pontifex in literis [a] ad Vaialiannum Vaurinenſem dominum eidem claſſi cum ſummo imperio præfectum ſcriptis, dum ſacerdoti, quem ad excipiendas claſſiariorum exomologeſes præfecerat, eam in expiãdis noxis poteſtatẽ defert, quam baſilicæ S. Petri minor pœnitentiarius habebat. Maxime vero Vuladiſlaum Regem præcipuum expeditionis auctorem apoſtolicis beneficijs complexus permiſit ei [b] inter alia, vt ſi caſu ageret in locis, quæ ſub interdicto eccleſiaſtico lugerent, ſacra auguſtiori etiam pompa, pulſatis campanis, reſeratiſque eccleſiæ foribus, coram eo peragi poſſent, modo ipſemet indicendi ſacrorum iuſtitij occaſionem non præbuiſſet, eijcerenturq; ij, qui anathemate alijſue eccleſiaſticis cenſuris impliciti eſſent: addiditque [c], vt ara ſubductili ſacerdotis opera vteretur.

Parat claſſem Philipp. Burgun. de ea claſſe. a Ibid. pag. 57.

Vuladiſlao Regi conceſſa priuilegia. b Lib. 26. pag. 26. c Ibid.

Eugenius, &c. Deuotis tuis ſupplicationibus inclinati, vt liceat tibi habere altare portatile cum debita reuerentia & honore, ſuper quo in locis ad hoc congruentibus & honeſtis, ac etiam eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitis, ſi forſan ſerenitatem tuam ad ea quandoque declinare contigerit, apertis ianuis, excommunicatis tamen & interdictis excluſis, pulſatis campanis, & in cantu aut ſubmiſſa voce, vt libuerit tibi, dum tamen tu aut alij cauſam non dederitis interdicto, & id tibi aut illis contigerit ſpecialiter interdici, nec non poſt vel circa mediam noctem & in ipſo galli cantu quandocumque, ac etiam circa meridiem, ieiuno tamen celebrantis ſtomacho, cum qualitas negotiorum pro tempore congruentium, aut tui corporis diſpoſitio exegerint, paucíſque interiectis verbis, celebrari facere poſsis, *& infra*, concedimus facultatem.] Neque impar pietate erat Vuladiſlao Sophia Regina, quæ cum ſacellum S. Sophiæ in eccleſia Cracouienſi cõſtruere & locupletare decreuiſſet, Pontifex ius ſacrum, quod patronatus vocant, illi tribuit [d]. Sed ad Turcici belli hiſtoriam, a qua digreſſa eſt narratio, reuertamur.

d Ibid. pag. 24.

5 Explicabat omnia ſtudia Eugenius, vt vndique ex cunctis Chriſtianis regnis contraheret auxilia, & valida quidẽ ex Gallijs & Anglia accerſi potuiſſent, niſi florentiſsima regna hoſtis humani generis aſtu & opera exitioſo funebrique bello implicita luxiſſent, quæ res Pontificis animum acerbiſsimo dolore afficiebat, vtque erat pacis inter Carolum & Henricum Reges redintegrandæ cupidiſsimus, eam prouinciam dedit [a] Petro epiſcopo Brixienſi, qui in Gallijs legationis munere fungebatur.

Galli & Angli inuicem ſe vexant.

a Lib. 6. ep. ſecr. pag. 269.

Venerabili fratri Petro epiſcopo Brixienſi in regno Franciæ nuncio apoſtolico ſalutem.

Quamquam ſemper antea conſiderantes quod licet immeriti, gerebamus, prout gerimus, æterni & pacifici Regis vices in terris, & quod illi regum Regi pax fidelium acceptabile ſacrificium eſt, quam ipſe ſpeciali dono ſuæ hereditatis tranſiturus ad patrem reliquit Apoſtolis, & videntes quod propter peſtiferam ac cruentam diſſenſionem dudum exortam in regno Franciæ innumeræ ciuitates & prouinciæ affliguntur, cum populorum cladibus, vaſtitate, & depopulatione terrarum, & cum innumeris alijs detrimentis, qualia fiunt in bellis inter potentiſſimos vigentibus, & grauiora malis præſentibus pericula ob diuturnitatem belli formidantes, quæ vlterius procedente diſcordia videmus neceſſario ſecutura ad pacificandum Franciæ regnum omnes adhibuimus ſenſus noſtros, præſenti tamen tempore, conſiderantes, quod ex diſcordia ſupradicta regnis duobus Franciæ & Angliæ, quæ ſunt potentiſſima & opulentiſſima totius Chriſtianitatis, laborantibus ac ſe inuicem lacerantibus, vltra ipſorum damna, quibus ex corde compatimur, etiam priuati ſumus multis & magnis auxilijs, quæ ab ipſis regnis, ſi pacem haberent, darentur nobis aduerſus Teucros impijſſimos Chriſti hoſtes, quos Chriſtianorum exercitus, Domino exercituum adiuuante, per directionem operamque legati noſtri & chariſſimi in Chriſto filij noſtri Regis Poloniæ & aliorum principum multoties profligarunt, & ampliſſimis prouincijs Chriſtianorum iam diu per ipſos occupatis, cum magnis barbarorum infidelium occiſionibus repulerunt, & propterea totis affectibus deſiderantes, vt omnis ſcandalorum & guerrarum materia, quæ dudum peſtifere viguit, & verſata eſt inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Franciæ & Henricum Angliæ Reges illuſtres, & dilectos filios nobiles viros Burgundiæ, ac alios duces, comites, barones, milites, ac vniuerſitates & communitates, ac alios quoſcumque præfatis Regibus adhærentes & complices ac ſequaces eorum, pacis auctore cœlitus inſpirante bonum ſalutaris concordiæ & vnitatis pacificæ comitetur, ac de tuæ fraternitatis induſtria; quam potentem opere pariter & ſermone in magnis expertam & arduis eximia probitate, fidelitate, magnitudine conſilij, morum elegantia, & alijs grandium virtutum titulis earum largitor Dominus multifarie inſigniuit, in cuius affectu geritur, prout indubitanter tenemus, fluctuantes turbines diſſidentia quæque in pacis pulchritudinem commutare, ſumentes in Altiſſimo fiduciam ſpecialemque, illa quæ eidem fraternitati tuæ, quam multis iam menſibus pro arduis Romanæ eccleſiæ negotijs in ipſo Franciæ regno tenuimus, duximus committenda, cura exactiſſima atque peruigili curabis adimplere, habita ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, tibi tanquam pacis angelo ac paciario, vt ad pacificandum præfatum regnum Franciæ noſtro & Apoſtolicæ ſedis nominibus vaces & intendas, committimus & mandamus, indubitabili ratione tenentes, quod (inſpirante

Quam exitialis fuerint hæc bella ciuilia.

[illegible]

Brixienſis epiſc. creatur pacis interpres.

pa-

pacifico Regum Rege quã, vt dictum eſt, pacem iure hereditario de mundo tranſiturus ad Patrem ſuis reliquit diſcipulis in diſceſſu) fomentá diſcordiarum quæcumque inter Reges prædictos iuxta ſalutaris concordiæ ac inextimabile pacis bonum perducere modis omnibus ſatages, tibique propterea inter præfatos Reges, nec non duces, comites, barones, milites, ac vniuerſitates & communitates, ac alios quoſcumque præfatis Regibus adhærentes ac complices & ſequaces eorum, de & ſuper quibuſcumque diſcordijs differentijs atque guerris vigentibus, & quæ poſſent inter eoſdem Reges & alios ſupradictos quibuſcumque iuribus, actionibus, occaſionibus, ſeu modis quomodocumque & qualitercumque noſtro & Eccleſiæ nomine, partium tamen diſſidentium accedente conſenſu tractandi & componendi, ac indicendi ſub ſpe pacis treuguas, inducias, & ſufferentias quaslibet temporales, nec non pacem & concordiam perpetuo duraturas ſub illis capitulis, pactis, modis, conditionibus, atque formis, pœnarum adiectionibus, obſidibus perſonarum, iurium & bonorum obligationibus, renuntiationibus, promiſſionibus, cautelis, clauſulis, & ſolemnitatibus, atque modis, de quibus eidem fraternitati tuæ quomodolibet videbitur expedire, [interiectiſque pluribus, quibus ad componendam pacem, illiuſq; oſores ac diſturbatores comprimendos legati auctoritatem amplificat,] plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem.

Quocirca fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus iniunctum tibi miniſterium laboris huiuſmodi pro diuina ac dictæ ſedis & noſtra reuerentia deuote ſuſcipiens, ſic illud vtiliter ſicque ſolicite & laudabiliter iuxta datam tibi a Deo prudentiam exequaris, quod de tuis laboribus, diuina fauente clementia, deſiderati ac pacifici fructus adueniant quos ſperamus, tuque illam quæ pias pacificaſque cauſas gerentibus cœleſti retributione impenditur feliciter conſequi palmam gloriæ merearis. Nos enim ſententias, quas rite tuleris & pœnas, quas inflixeris in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, auctore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari.

Ampliſſima mandata Iuliano.

Vt igitur præmiſſa omnia plenius & efficacius ſortiantur effectum, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obſecramus ipſos Reges, patriarchis vero, archiepiſcopis, epiſcopis, ac electis, adminiſtratoribus & abbatibus, cæteriſque eccleſiarum & monaſteriorum prælatis & ordinum quorumcumque prioribus, præceptoribus, & magiſtris exemptis & non exemptis, capitulis, & conuentibus, & eorum locatenentibus in ipſis regnis Francorum & Angliæ in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, quatenus tibi aut deputandis a te circa concluſionem & obſeruationem omnium præmiſſorum & cuiuslibet eorundem, quoties requiri contigerit, faueant modis omnibus & aſſiſtant, vt per ſalutaris concordiæ miniſterium inter partes ipſas reſtorant pax & quies, prout in deſiderijs gerimus cordis noſtri, vt vltra noſtram & præfatæ ſedis benedictionem & gratiam ab auctore pacis valeant æternæ beatitudinis munera promereri. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ* MCCCCXLIII. XVIII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* XIII.

Deſcribit Monſtreletus pluribus Gallorũ atq; Anglorũ bellica facinora; cumq; res Angliçę in peius quotidie inclinarẽt, ac Petrus dux Lucemburgenſis, qui Anglorum partes ſequebatur, fuiſſet a Burgundo profligatus, Gallis vero ij læti ſucceſſus cædes, vulnera, plurimaque alia damna afferrent, celebrato apud Turonos Francorum Anglorumque conuentu actio de pace inſtaurata eſt, atque induciæ quarum leges in Caroli Regis literis [a] vigeſima maij huius anni exaratis continentur, initæ ſunt ſpe pacis, ac Margarita Renati Andegauenſium ducis ac Siciliæ Regis filia Henrico Regi deſponſa eſt. Ne vero illæ violarentur, Delphinus tum Francos tum Anglos milites in Germaniam abduxit, de quo dicetur inferius. Cum autem pax componi non potuiſſet, eædem induciæ iterum iterumque proximis annis extractæ fuerunt [b].

Pactæ inter Gallos & Anglos induciæ.

a Monſtrel. vol. 2. in fin. Polyd. Virg. l. 23 Naucler. vol 2. gen. 49. & alij. b Monſtr. vol. 2. in fin.

Interea Amurates bellum vndique a Chriſtianis aduerſum ſe parari videns animo perterritus, de pace, quam antea dare ſemper recuſarat, oratorum ſuorum opera agitare cœpit, ac iunio menſe cum Hungaris induciæ ad decennium pactæ his legibus [c], vt Bulgaria tantum in Turcæ poteſtate remaneret, reliqua omnia, quæ illis in regionibus occupauerat, ijs rederentur ſub quorum ditione ante bellum extitiſſent. His conſtitutis literæ Franciſci Cardinalis Latinæ claſſis in Helleſponto præfecti aliorumque allatæ, quibus nuntiabatur Amuratem omnes pene copias in Aſiam ad Caramanicum bellum traduxiſſe, atque ideo Hungariæ Rex expeditionem maturaret, neque opportunam occaſionem Europæ in libertatem vendicandæ dimitteret. Ac tum Iulianus Cardinalis Cæſarinus vir eloquentiæ laude inſignis Vuladislaum Regem ad redintegrandum intermiſſum bellum incitare cœpit, extortam nimirum temporis cauſa ſimulatam pacem, quæ diu tenere non poſſet, argumento eſſe, quod ante id tempus barbari promiſſam fidem non ſeruaſſent: prætereaquamquod priora cum Eugenio Pontifice, Philippo Burgundiæ duce, Venetis, ac Genuenſibus pacta fœdera potiora erant: ſi qua Rex præſtiti ſacramenti religione animum deuinciri timeret, ſe apoſtolica, qua fulciebatur, auctoritate concepto eo metu illum omnino liberare. His alijſque propoſitis flexit Regis animum Iulianus, impulitque, vt nouo ſacramento ſe cum proceribus ad redintegrandum bellum Turcicum obſtringeret. Non deerat alia cauſa grauiſſima, quæ ex omnium etiam politicorum conſenſu iuſtum bellum capeſſiuiſſe Vuladiſlaum oſtendat, nimirum pepigerant antea fœdera Hungariæ Rex & Caramanus aduerſus Amuratem, vt ſi Amurates Caramanum in Aſia opprimere niteretur, Hungarus in Europa Turcis bellum inferret; ſi in Europa aduerſus Hungarum ſigna conuerteret Turca, Caramanus in Aſia Turcas adoriretur: itaq; cum in Caramanum impetus ſuos effunderet Amurates, iuſte Hungarus ex priori fœdere in Europa Turcas aggredi bello potuit, ne victo Caramano in ipſum irruerent, Græcique nominis reliquias obruerent [d].

Amurates cum Vuladiſlao decennales inducias pactus.

c Aen. Syl. Europ. c. 5. Bonfin. dec. 3. l. 6.

In Caramanicum bellum versus.

Qua cauſa Vuladiſlaus periuro Turcæ pacem violauerit.

Liberatus religionis metu a legato.

d Leunclau. l. 14. p. 2. Mucates Dragom. in Amur. hiſt. Muſul. l. 5. c. 13. 10. Leuncl. in eod.

6 Iam plurimæ Chriſtiani exercitus copiæ traiecerant Danubium & graues Turcis alijſque Chriſtianæ fidei hoſtibus clades magna cum fortitudinis laude inferebant, cum Eugenius ad diſtrahendum Amuratem hortatus [e] eſt Aranitum Cominum Cermenici principem, vt ingenti inuictoque animo proſiliret in Turcas, ac tum ipſi tum cæteris eius ſigna ſecuturis (quos etiam propoſitis indulgentiarum præmijs ad pium bellum allicere niſus eſt [f]) bene precatus, ſacratum eidem vexillum miſit, cumque Aranitus ad auertenda imminentia mala pacem cum Turcis ficte pepigiſſet, ac iureiurando roboraſſet, Pontifex eiuſmodi ſacramentum reſcidit [g], quod a ra-

Aranitus Cermenici princeps.

e Lib. 22. pag. 199.

f Ibid. pag. 200.

g Super pag. 193.

tione prorſus abhorreret, id quod diuini honoris cauſa præſtandum eſt, in fidei detrimentum verti,

Dilecto filio, nobili viro Aranita Comino, domino Germenici & Cateſichi, atque Aibani ſalutem.

Generoſitatis tuæ litteras, paterna charitate a nobis ſuſceptas libenter legimus, & ea, quæ per dilectum filium Ioannem oratorem tuum nobis tuo nomine debita reuerentia expoſita ſunt, grato animo audiuimus. Primum quidem, dilecte fili, non ignotum nobis eſt, te plurimis annis bellum cum infidelibus geſſiſſe, & terras ditioni tuæ ſubiectas ab incurſionibus Turcorum & infidelium multa incendia, vaſtationes, & calamitates paſſas fuiſſe; ſed hæc omnia Deus omnipotens, qui fidem & Eccleſiam ſuam non deſerit, conuertet in euentus proſperos ac felices. Ineffabilem diuinam miſericordiam his proximis annis vidimus: nam paruus fidelium exercitus maximam infidelium & Teucrorum multitudinem in certamine iteratis vicibus ſuperauit cum maxima infidelium ſtrage, ſperamus etiam quod tam terreſtris quam maritimus fideliũ exercitus hoc præſenti anno feliciores euentus & maximam victoriam aſſequetur, ad gloriam diuini nominis & fidei catholicæ exaltationem, & partium illarum ſecuritatem, & tranquillitatem. Nam magna Chriſtianorum multitudo, qui bellis exercitati ſunt, ſub auſpicijs & auctoritate noſtra & ſedis Apoſtolicæ, venerabili fratre noſtro Iuliano epiſcopo Tuſculano Cardinale S. Angeli nuncupato, Chriſtianorum exercitui præſidente, Danubium tranſiuerunt, Turcos & alios infideles mira fortitudine, & celeritate perſequentes. Patiuntur inſuper ipſi infideles aliam perſecutionem in partibus maritimis, nam dilectus filius noſter Franciſcus tit. S. Clementis presbyter Cardinalis Venetiarum S. Romanæ eccleſiæ Vicecancellarius ſedis Apoſtolicæ Legatus, magnam claſſem habet in partibus Gallipolis, quæ infeſtat loca ſub ditione Turcorum exiſtentia, eo denique Dei clementia res fidelium deducta eſt, vt omnino ſperemus a modo prouinciam Græciæ ab immanitate & crudeli tyrannide Turcorum liberari, nec de cætero Turcorum inſolentias, ac rabiem reformidare poterunt. Speramus inſuper Turcos nec terreſtribus nec maritimis bellis futuris temporibus has fidelium partes infeſtare poſſe, nam tranſitus per Gallipolim eis impeditus erit, & alij tranſitus tam terreſtres, quam maritimi, proinde tuæ & aliorum fidelium ciuitates, terræ, & loca magis ſecuræ permanebunt. Quare, dilecte fili, aſſurgas forti animo, & hanc victoriæ occaſionem nobis ac generoſitati tuæ & cæteris fidelibus diuinitus oblatam non deſeras. Nos vero ita hanc Dei & fidei cauſam proſecuturi ſumus, vt ipſi Deo & hominibus manifeſtum erit hoc ſanctiſſimum opus, in quo communis Chriſtianorum ſalus continetur, cæteris rebus præpoſuiſſe, maiora continuo ad laudem diuini nominis & gloriam ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti animo noſtro agitantes.

Magnis cladibus afflictus a Turcis.

Suggeſtæ illi meliores ſpes.

Vt barbari gemino prælio profligati.

Vt Iulianus Card. perſequatur Turcas.

Franc. Card. Helleſpontiacam litus vaſtet.

Cæterum mittimus nobilitati tuæ bullas opportunas tibi & omnibus tecum militantibus, & huic cauſæ fidei ſuffragantibus benedicimus, & paternam ac apoſtolicam benedictionem, harum ſerie exhibemus, & vexillum Eccleſiæ, ſub cuius auctoritate Eccleſiæ & fidei inimicos, vt ſperandum eſt, conſternes ac certaminibus ſuperabis. Augebit profecto magnitudinem tui animi & vires tui dominij hoc vexillum, ſi ſinceritate deuotionis & fidei, vt de certo credimus & ſperamus, ſuſcipies & debita reuerentia, cum tempus poſtulauerit, colueris. Et quia nobis per tuas literas ſignificas euitandi periculi cauſa, quod tibi & ſtatui tuo imminebat pacem ſimulatam cum infidelibus ediditi certis fœderibus, obligationibus, & iuramento, vt idem Ioannes nobis expoſuit roboratam, nos vt alacriori animo bellum contra Turcos & infideles reſtaurare valeas, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, & ab huiuſmodi fœderibus, obligationibus, & iuramento qualiacumque ſint, quæ hic haberi volumus pro expreſſis, penitus abſoluimus ac liberamus, cum abſurdum ſit, quod religioſa fidei obſeruantia, & iuramentum, quod ad Dei honorem præſtari debet, in fidei detrimentum & Dei offenſionem redundet. Reliqua tibi idem Ioannes enarrabit ſerioſius a nobis informatus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLIV. *non. octobris pontificatus noſtri anno* XIV.

Vexillum Eccleſiæ ad Aranitem miſſum.

Initum cum Turca fœdus diſſolutum.

Celebrat laudibus Franciſcus Philelphus[a] Arianitem in Epiro principem, vt geſtorum gloria florentiſſimum, quem Scanderbeghi fuiſſe poſtea ſocerum memorat Marinus Barletius[b], initaque cum Amurate fœdera damnaſſe, cum biennio ante Macedoniam Scanderbeghus ad libertatem religionemque defendendas excitaſſet, tum pro Chriſto immenſos labores ſuſtinuiſſe: *Arianites Thopia Golemus*, inquit auctor, *ſiue Latiniore vocabulo Cominatus magni vir nominis & auctoritatis, tum propter longam generis nobilitatem, tum ob maximam rerum bellicarum peritiam & dignitatem præcipuam oris vultuſque, quod non vltimo loco ſpectat vulgus, inſigni, equitum peditumque comitatu conuolans cæteros omnes præuenit. Hic oppreſſus olim ob Amuratæ tributum ab illo imperatum non negauit, ſed nunc oblata occaſione erectus animo concepta iam pridem in Turcas odia & ſeruatos glorioſe ſpiritus egregie deprompſit, nemoque ardentius ſe aut pro libertate pepigit, aut in caput illorum iurauit, neque modus deerat ad eam animi cupiditatem explendam, & ſat idoneæ eius vires cum alijs iuncta ad reformandam fortunam Epiri videbantur, quæ ſola aliquando integra tyranni bella ſuſtinuiſſent, nam A flumine Aaoo ſiue Aeante, licet ei incolæ aliud ſuperinduxerint nomen Vauſſam appellantes, ad ſinum vſque Ambracium fere per omnem maritimam Epiroticæ regionis oram imperium eius extendebatur. Hic eſt ille Arianites, qui apud Macedones & Epirotas cognomento magnus & dictus & habitus eſt, nam magna profecto & præclara in Turcas pro Chriſti fide & euangelio geſſit, varias ac ingentes de eis clades ſtrageſque edidit, &, quoad vixit, ſemper inſecutus eſt. In Meumetem eorum principem in Epirum irruentem irruit, quem fœdauit atque afflixit, nam eius caſtra aggreſſus ſignis regijs, vexillis, atque tabernaculo ablato priuauit, illumque e prouincia & regione ſummo cum dedecore, clade, & ignominia abſcedere compulit.* Porro non ſine grauiſſima cauſa Eugenius vexillum Romanæ eccleſiæ offerendum in Turcas ad Macedones miſerat, nam ex pactionibus inter Macedones & Hungaros confectis Coniuncturus erat copias Scanderbeghus cum Vladislao Pannoniæ Rege,

a Franc. Philel. lib. 19.

b Marin. Barle. l. 2 de vit. & geſt. Scanderb.

Plura pro fide præclara Arianites geſſit.

Verum cum per Seruiam exercitum duceret, Georgius deſpota illi iter impediuit[c], quæ deſpotæ perfidia & Hungaris immenſos luctus, & rei Chriſtianæ miſerandam cladem, & Græcis exitium, & demum ipſi Georgio & Seruiæ perniciem attulit. Nec mirum ſi tam facile fauerit Turcis contra Chriſtianos, cum hæreſi infectus eſſet, de quo hæc tradit geſtorum Scanderbeghi ſcriptor[d]: *Magno iam gaudio Myſiæ fines intrabat ſignifer quando, & infra, ſupplicio propior apud ſuperos ſordium*

c Marin. Barl. l. 2. de geſtis Scanderg.

d Idem ibid.

Georgius Seruiæ deſpota proditor nominis Chriſtiani.

dium Chriſtianorum indignitas vnius hominis perfidiam excitat ad ea omnia impedienda turbandaque, & ſimul perpetuos Hungaris luctus ac tam inſignem cladem nomini Chriſtiano infligendum. Erat hic Georgius Vvchouichius, de quo ſuperius mentio facta nobis eſt cum eius prouinciæ princeps deſpotes Seruiæ vulgo dictus ita ſumpto vocabulo, vir, ſi quidquam iſta ad bonos mores prodeſſent & corporis decore ac maieſtate oris non vulgari facundia vere, ac ſermonis grauitate ſi quis alius venerabilis, familia nobili vetuſtiſſimaque, ætate quidem prouecta, religionis autem & fidei (ne id ſcelerum eius omittamus) neglector, ac nullus ferme Dei cultus in perniciosiſſimo hominis caderet ingenio, æque & Chriſtiana præcepta & Machometi leges ſpernebat. Eius mores *Semel quam diu poſt hoc Varnenſe prælium nonagenarius ſenex Mecmethem fugiens in Hungariam ad auxilia petenda veniſſet, agenti multa ſecum de Chriſti fide Ioanni illi Capiſtrano reſpondiſſe fertur, laqueo citius vitam finire perſuaderi ſibi poſſe, quam imbutas patrum traditiones relinquere, ſicque abiiſſe e conſpectu iterantem ſæpius malle ſe a ciuibus ſuis infœlicem principem, quam delirum ſenem dici.*

Is igitur Turcarum tunc enixe partes fouebat, tum ob collocatam in matrimonium Amurati Cathaguſinam filiam, tum propter odium in Hungaros, Ioannem præſertim Tranſiluanum, cuius cum opera olim (vt in liberatione Scanderbeghi ſupra retulimus) contra Amuratem adiutus eſſet & in regnum reſtitutus quædam Seruiæ oppida, quæ Huniades in virtutis mercedem retinuerat, non reddita ſibi æquo animo perferre non poterat, quare audito Hungarici belli adparatu & Scanderbegi aduentu tranſitus et omnes vias & itinera præcluſit: conatus eſt nequidquam Scanderbeghus mouere per nuncios deſpotem & lenioribus verbis agere, ne maleficio præoccuparet ſe, quando nulla ſubeſſet iniuria cauſa, & hoſtem vellet ex amico vicinoque ſimul & totius Hungariæ & Epirotica in ſe arma ſollicitare a tergo a fronte hoſtem omni tempore habiturum, niſi nunc ad ſe cum Vuladislai copiis iungendum liber legionibus ſuis pateret aditus, ne patiatur grauem aliquam iacturam rei Chriſtianæ, quæ & ſe pariter cum omni imperio exhauriat, dum tantum filia cum amor Amurati conciliat ſatis & generi perfidiam, & Hungarorum beneficia expertum. Subdit auctor Scanderbeghum dum Myſiam penetrare annitebatur retardatum fuiſſe a Georgio deſpota.

Pauto a Scanderbego auxilia-

7 Interea Vuladislaus Rex, qui de Scanderbeghi aduentu & copiarum numero certior factus, Vvalachia tranſmiſſa, ſuperatoque Danubio, ad Varnam ſigna promouit, vt coniunctis exercitibus per æquatas planities faciliori itinere in Thraciam irrumperet, cum Amuratis exercitus, cuius tranſitum ex Aſia in Europam Eugenij Pontificis & Philippi ducis Burgundiæ claſſis non prohibuerat, vti magna conſilij maturitate decretum fuerat; ſed vel inertia, vel potius arcano incomprehenſibilique Dei conſilio id prætermiſſum. Quantos enim labores ſuſceperit Eugenius, vt Chriſtianos omnes mutuo fœdere ad Turcas delendos, confirmandam in catholica coniunctione Græciam, ac Palæſtinam recuperandam terreſtres & maritimos exercitus conflandos curauerit, teſtes ſunt inter plura alia eius literæ, quibus Chriſti cultores ad defendendam fidem contra Turcicam impietatem excitauit, & Araniti Macedonis ſigna ſequi iuſſit a.

a Lib. 52. ep. cur. pag. 200.

Ad futuram rei memoriam.

Poſtquam ineffabili diuinæ charitatis clementia noſtris temporibus effectum eſt, vt Græci, Armeni, Iacobitæ, Syri, & plurimi alij orientales populi, a ritu Romanæ Eccleſiæ multis ſæculis diſſidentes, eandem nobiſcum & dicta eccleſia diuinæ veritatis ſententiam teneant & obſeruent, vt fructum tam ſalutaris vnionis non modo ſpiritualem ſed temporalem etiam aſſequantur dedimus operam pro viribus, & inpræſentiarum ardentiori ſtudio vna cum catholicis & principibus inuigilamus vt Græcia & aliæ nationes fidelium a tyrannide & immanitate Turcorum, & aliorum infidelium liberarentur; proinde iteratis vicibus, in partibus Hungariæ præſidente venerabili fratre noſtro Iuliano epiſcopo Tuſculano, Cardinale S. Angeli nuncupato, ſedis Apoſtolicæ legato maximus fidelium exercitus paratus eſt, qui (Deo propitio) plurimas aduerſus Turcos & infideles victorias aſſecutus extitit; ac inſuper magnam claſſem & terreſtrem exercitum tranſmiſimus contra Turcos & infideles præfatos, cui claſſi dilectus filius noſter Franciſcus tit. S. Clementis presbyter Cardinalis Venetiarum Romanæ eccleſiæ Vicecancellarius & Apoſtolicæ ſedis legatus præeſt. Cum autem Dei miſericordia ac ſapientia, & diligentia dictorum legatorum nec non ſtrennitate, & virtute catholicorum in dictis exercitibus exiſtentium confidamus, quod ij fidelium exercitus victoriam reportabunt ad gloriam diuini nominis, & fidei Chriſtianæ incrementum; cupientes & continuo maiori mentis ardore deſiderantes, vt inſulæ Rhodi & regni Cypri quæ ab infidelibus continuis diſcurſionibus infeſtantur, oportuna præſidia præbeamus, & ſepulchrum dominicum liberemus, ne diutius cum tanta Chriſtianorum ignominia ſub poteſtate infidelium permaneat, vt hæc Dei & fidei cauſa, quæ cæteris rebus anteponenda eſt, eo libentius adiuuetur, quo fideles ipſi ex hoc dono cæleſtis gratiæ, vberius conſpexerint ſe refertos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ac noſtra auctoritate confiſi, euntibus perſonaliter, & qui dilectum filium nobilem virum Aranitum, contra hoſtes fidei ſtrenuum pugilem in huiuſmodi ſancta expeditione ſequentur contra huiuſmodi Turcos & infideles ſuis vel alienis ſumptibus, vel qui aliquem bellatorem contra ipſos tranſmiſerint, & per ſex menſes continuos aluerint & ſubiuuerint, ſiue pro expenſis vnius tranſmittendi, per dictos menſes pecunias in prædicta cauſa miſerint baroni, comiti, marchioni, duci, principi, aut alij temporali domino, vnum vel plures bellatores iuxta quorumlibet facultatem tranſmiſerint, aut alia pia & charitatiua ſubſidia ſecundum ipſorum deuotionem & conſilium confeſſoris ſui porrexerint cum effectu, auctoritate apoſtolica concedimus per præſentes, vt quilibet ipſorum, aliquem idoneum & ſufficientem presbyterum in ſuum poſſit eligere confeſſorem, qui confeſſionibus perſonæ largientis euntis, vel mittentis, diligenter auditis, plenam omnium ſuorum delictorum, de quibus veraciter corde contriti & ore confeſſi fuerint, veniam, & remiſſionem impendat, etiam, ſi talia forent, propter quæ ſedes Apoſtolica eſſet merito conſulenda. Et inſuper eidem confeſſori, vt a quibuſcumque votis, peregrinationis etiam ad ſepulchrum dominicum, & quæuis ſanctuariis, & alia vota pro quorum exequutione pecunia ſit exponenda, dummodo perſona vouens ad huiuſmodi proſecutionem negotij, tantum de ſuis pecunijs tribuat, quantum pro implemento huiuſmodi votorum veriſimiliter expoſuiſſet, abſoluere poſſit, auctoritate apoſtolica plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem: præſentibus poſt triennium a data præſentium computandum minime valituris. *Dat.*

Eugenij ſtudium pro Græcis liberandis.

Palæſtinæ Chriſticultoribus reſtituendæ meditatio.

Crucis militiam profeſſuris propoſita indulgentia.

Romæ apud S. Petrum anno MCCCCXLIV, III. non. octobris pontificatus noſtri anno XIV.

Chriſti proditores Turcis opem ferunt.

8 At, proh dolor! non deerant ea tempeſtate Chriſtiani adeo ſalutis ſuæ immemores, vt ſub Turcis merere, vel commeatus, arma, ferrum, idque genus alia iiſdem fidei hoſtibus magna piorum offenſione ac reipublicæ detrimento ſuppeditare ſtuderent, quos prædeceſſorum Romanorum Pontificum exemplo grauiſſimis canonum pœnis comprimere niſus eſt Eugenius a.

a Ibid. pag. 201.

Ad perpetuam rei memoriam.

Angimur & maximo dolore conficimur, quod nonnulli perditionis, & iniquitatis filij baptiſmatis fonte renati, & ſe fideles ac Chriſtianos profitentes Chriſtianum nomen & præcepta Eccleſiæ contemnentes, eorumque ſalutis immemores, accipiunt a Turcis, & alijs infidelibus ſtipendia, & vna cum ipſis infidelibus militant contra Chriſti crucem & fidem catholicam parteſque Chriſtianorum, abiecta omni erga Deum reuerentia, moleſtant atque perturbant: nonnulli vero Turcis & infidelibus præfatis arma, ferrum, victualia, & alia ſubſidiorum genera ſubminiſtrant, in magnam Chriſtiani nominis ignominiam & animarum ſuarum perniciem, atque perpetuum interitum. Nos vero, qui ex debito paſtoralis officij nobis iniuncti pro liberandis Græcis & alijs catholicis, qui noſtris temporibus, Dei clementia, ritum Romanæ eccleſiæ aſſumpſerunt, & nobiſcum & dicta eccleſia iuxta ſanctorum patrum inſtitutiones & euangelicam veritatem, & in fide, quam ſemper tenuit, prædicauit, & docuit Romana eccleſia vniti ſunt; vt non modo ſpiritualem ſed etiam temporalem fructum ex huiuſmodi ſancta vnione conſequantur, omneſque noſtras cogitationes, omneſque conatus contulimus, tam per terreſtrem exercitum quam per maximam claſſem maritimam; cumque ad tam ſalutarem expeditionem, & communem fidei catholicæ vtilitatem, & ampliandam religionem Chriſtianam, Deo omnipotenti ſancta nobis conſilia ſubminiſtrante, ſemper ardentiores erimus; tam deteſtabiles ac nefarios aliquorum Chriſtianorum exceſſus, tantamque eorum peruerſitatem & intolerabilem iniuriam, quam ipſi Deo, fidei catholicæ, nobis & eccleſiæ immo etiam ſibi ipſis inferunt tolerare ſine Dei offenſa minime valentes; quinimmo huiuſmodi tam ſceleſtas operationes execrantes, ac exiſtimantes quod in iis caſibus ſeueritas iuſtitiæ potius clementia quam ſeueritas appellanda eſt, felicis recordationis Nicolai Papæ IV. & nonnullorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, qui cunctos Chriſticolas Turcis & alijs infidelibus perſonaliter ſubſidium præbentes ac deferentes ipſis arma, equos, ferrum, lignamina, victualia & alia quæcumque mercimonia, in nonnullas pœnas & ſententias incidere ſtatuerunt, tenore præſentium ſtatuimus, conſtituimus, ac decernimus, vt nullus in ſubſidium ipſorum Turcorum, & infidelium, contra & aduerſus Chriſtianos, & præſertim contra ciuitates, terras, caſtra & loca fidelium, perſonaliter accedere, vel alias auxilium, vel fauorem in Chriſtianorum diſpendium præſtare quoquomodo præſumat, &c. [Grauiſſimas iis irrogat pœnas, deuincitque anathemate, cuius religione a nemine, quam a Romano Pontifice, niſi in extremo mortis diſcrimine exolui poſſint; notat infamia, mulctat hereditaria ſucceſſione, bona prędę & corpora ſeruituti exponit, eaſque & alias pœnas in eccleſijs diebus feſtis promulgari iubet ad omnes earum terrore a nefario ſcelere remouendos.]

Promulgatas cenſuras.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno &c. MCCCCXLIV, nonis octobris pontificatus noſtri anno XIV.

9 Hæc aliaque Pontifex Chriſtianæ rei conſulturus decernebat in vrbe, cum perlatum eſt Vvladiſlao Amuratem ingentibus Turcarum copijs ſuccinctum ex Aſia traieciſſe, ſiue diſſimulantibus Genuenſibus mercede corruptis, ſiue eum commeatus comparandi cauſa e ſua ſtatione receſſiſſent, ijs inſcijs occaſione hoſtis vſus eſſet, de quibus hæc Marinus Barletius a: *Cum Amurathi Græcorum & ſuorum etiam, qui in Europa manebant fides ſuſpecta eſſet, exercitum ex Aſiatico milite comparauerat; ſed quia claſſis Romana Philippique freti traijciendi ſpem abſtulerat, diu inops animi trepidabat magiſque conſulebat, donec Chriſtiani quidam (ſi vera eſt fama) ea Othomannum cura exoluere, polliciti nauibus ſuis accepta mercede copias in Europam tranſportare. Sicque in anguſto quodam loco, quod inter Propontidem & Euxinum pelagus ſpatio interiacet Europam ab Aſia diſcriminans Aſianus tranſuectus eſt aureo nummo a ſingulis vectori tradito. Centum millia fuiſſe ferunt.* Eadem ab Ænea b Siluio referuntur de aliquibus Genuenſibus.

Genuenſes Amuratem in Europam traieciſſe perhibentur.

a Marin. Barle. l. 2 de reb. geſtis Scād.

Nefanda proditio.

b Aen. Sylu. Europ. c. 5

Non deterruit a ſuſcepto conſilio Vvladiſlaum Amuratis aduentus; caſtraque Chriſtiani ad Varnam oppidum poſuerant, cum adeſſe innumeras hoſtium copias nunciatum eſt. Vvladiſlao ac Iuliano Cardinali, ne circumuenirentur a barbaris, munitum montanumque locum petendum videbatur: at reluctatus eſt Huniades regij exercitus præcipuus dux, eiuſque ſententia, vt grauiſſima vicit, pugnandum cum hoſte eſſe. Vt vero Chriſtianorum res, Deo ita permittente, triſtes atque exitiales exitus habuerint, ex Ænea Siluio c præſtat audire, qui cum in Friderici Cæſaris aula ea tempeſtate ageret, quæ gerebantur apprime ſcire potuit: *Itum*, inquit, *eſt ferocibus in pugnam animis. Superior acies noſtra Turcas in fugam vertit, quamplurimis primo impetu proſtratis. Perculit ea res magno metu Amuratem nihil tale verentem: fugiſſet protinus prodito exercitu, niſi circumſtantes ſatrapæ comprehenſo eius equi freno, ignauiam eius increpaſſent, fugientique comminati necem fuiſſent. Perſtitit ergo vel inuitus, iuſſiſque fortiſſimis arma ſumere prælium inſtaurauit*.

Huniades pugna inſtandum ſuadet.

c Aen. Sylu. Europ. c. 5 Monſtrel. vol. 3. in princ. hist. an. Muſul. hiſt. l. 14. Prant. l. 2 cap. 18. Bonfin. dec. 3. lib. 6. & alij.

Turcorum prima certaminis impetu proſtrata.

Fabulantur nonnulli tunc Amuratem in eo diſcrimine Chriſtum imploraſſe, vt ſuorum perfidiam, qui inducias infregerant, vindicaret; inter quos etiam Ioannes Leunclauius d hæc pro ſuſpecto figmento monumentis mandauit: *Commemorant poſtea Murate certum aliquod a Vvladiſlao Rege pacis inuiolabiliter obſeruandæ documentum, profano quorundam conſilio traditam ei fuiſſe hoſtiam eccleſiaſtico ritu conſecratam, ne ſcilicet vllo modo de fide voluntateque Regis accepto tam auguſto pignore dubitaret: poſtea vero perturbatis inducijs, cum ad arma deducta res eſſet, ac prælio Varnenſi ruptis in vtroque cornu Muratais in extremo res Turcorum diſcrimine verſarentur, Muratem e ſinu prolata Chriſtianorum hoſtia, & erectis ad cælum oculis, in huiuſmodi quædam prorupiſſe verba; Chriſte, ſi Deus es, vt Chriſtiani tui de te perhibent, vindica perfidiam tuorum, qui te mihi dedere pignori nihiloque minus adeo religioſe ſancitam pacem per ſummum ſcelus violarunt; quibus in hunc modum ab ipſo prolatis, ea ſcilicet euenerint, quæ tam ab hoſtibus, quam a noſtris recitantur: Philippus tamen Callimachus, hanc rem tam ſecreto referre videtur actam, nihil vt certi de tradito tali pignore vulgo conſtaret.* Hæc omnino ab Vvladiſlai pietate & magnanimitate adeo ſunt aliena, vt turpe fuerit id ſuſpicari: immo Bonfinius e petitam a Turcis

Amuratis dolus ingens cogitatus ſuperbia ...

d Leuncl. in pandectis.

In nobis fabula de Euchariſtia pro pignore data.

e Bonfin. dec. 3. l. 6

Eucha-

Digitized by Google

Euchariſtiam ſed negatam, quod nefas eſſet arcana myſteria infidelibus prodere, narrat diſertiſſime. Pergit Æneas Syluius.

Pugnatum eſt ſumma contentione pluribus horis nunc Chriſtianis nunc Turcis propinquiori victoria ſeſe præbente: Cadebant hinc atque inde quamplurimi: plures ex Turcis, quorum corpora ſutum tecta facile ſagittæ enſeſque penetrabant. Poſtremo tum nouus in horo hoſtis incedere & ſauciorum loco integri occupabant. Non tam virtute quam numero ſuperati Hungari paulatim referre pedem cœpere. Tum Vuladislaus cum globo ſuorum quos ergo ſe non minus fortes quam fidos habuit ex Polonia, vt hoſtes ex acie victores diuerteret, Chriſtianiſque animum redderet, in tumulum, quem tenere ab Amurate diximus, circumiectoſque vndique currus impetum facit. Ibi noua pugna commiſſa: nouus iniectus Amurati pauor: trepidatum totis caſtris, nec etiam conſiſtendi animus aderat: quod ſi Huniadi par animus ac Regi fuiſſet & arridens fortuna dediſſet manus, haud dubium quin ea dies & Amurati vitam & poſteris eius imperium Græciæ obſtuliſſet: verum ipſe vt primum cedere Chriſtiana ſigna conſpexit, cum millibus Hungaris ac Valachis ex acie ſe ſubtraxit, atque inſalutato Rege, nutante adhuc victoria, fugam arripuit: fortaſſe rei militaris perito nulla in pugna ſalus viſa, & ſaluare aliquos quam perire omnes maluit. Poloni acceptam eo prælio cladem Huniadis vecordiæ atque ignauiæ tradiderunt: ipſe ſua conſilia ſpreto conqueſtus eſt.

Vuladislai Regis in Amuratem acerrima impreſſio.

An fuga Huniades occipiendi ad hoc victoriæ.

Iactatos quidem eos fuiſſe de Huniade ſermones meminit Marinus Barletius; verum Hungaros, qui ex ea clade confugere in Epirum ad Scanderbeghum, retulere Huniadem fudiſſe Aſiæ & Europæ baſſas, dumq; eos inſequebatur, Vuladislaum non expectato Huniade militaris gloriæ cupidine accenſum ianiſſarorum munitiſſima caſtra adortum eſſe, inque ipſo pugnæ ardore trucidatum: Quod confirmat Muſulmanæ ſcriptor hiſtoriæ cum ait [a]: *Poſteaquam Chriſtiani hæc ita geſta vidiſſent, rem omnem Ianco*, id eſt Ioanni Huniadi, *nunciarunt. Is nullo modo propterea territus, exercitum ſuum minime diſſipari paſſus eſt, cum diceret, non Regis ſe cauſa veniſſe, ſed vti pro lege religioneque ſua Chriſtiana pugnarent: atque hoc modo Chriſtianos ſuos in officio retinens, non a fuga duntaxat infami reuocauit, ſed etiam his terue grauiſſimo barbaros inuaſit impetu. Ad extremum tamen acies hoſtiles redintegratas & multiplicatas cernens, fugam arripuit, ideoque Chriſtianorum etiam exercitus ab hoſte ſuperatus oculos in vnam fugam dirigere cœpit: Turci vero Chriſtianos fugientes vndique perſecuti ſunt, & in fuga cædendo grauiſſimis affecere cladibus.*

a Hiſt. Muſul. Turc. lib. 14. Leuncl. interprete: Huniades calumnia vindicatur.

His addit Barletius, de quo ſupra memoratum eſt: *Hungarorum exercitum fuſum deletumque Scanderbego adhuc in Myſia finibus degenti nunciatum eſt. Dolore pene confectus, multoque diu voluens animo, iam conuerſis ſignis abire conſtituit: ne tamen multus ex omni parte foret dolor, & Georgij perfidia aliqua vlciſceretur re, mox infeſto exercitu deſpoticum & hoſtilem agrum irrumpens, lateque depopulatus, omnia igni ferroque abſumpſit. Reuertenti in Epirum paſſim Hungari ac Poloni, qui ex ea ſuperfuerant clade, vt quoſque fuga fortunaque ſua contulerat, occurrebant.*

Confirmat etiã Franciſcus Philelphus [b] iuuenili audacia Vuladislai victoriam e Chriſtianorum manibus excidiſſe: *De Amorato*, inquit, *Cyricis filio, quid attinet meminiſſe? Quanta eiuſe affectus iſt apud Barnam? Nonne per id temporis occiſus fuiſſet & de Amorato & de omni Turcorum tetro erubeſcendoque tyrannide ſi Vuladislaus Rex adoleſcens animoſus magis quam callidus vnius Ioannis Vayuodæ conſilium ſequi, quam iuuenili temeritati obſequi maluiſſet.* Quibus conſentanea Turcogræciæ auctor [a] ſcribit: cæſis Europæo & Aſiatico exercitibus, Amuratem tentaſſe fugam, ſed a ianiſſaris retentum; Hieronymus vero Beek in annalibus Turcicis atque ex eo Ioannes Leunclauius hæc ita referunt: *Rex Hungarus ab vno latere pugnabat, ab altero Michael cognomento Niger, & tanto quidem impetu Muratis inuaſere copias, vt hoſtium vtrumque cornu in fugam propellerent; atque in hoc conflictu Beglerbegus Anatoliæ cæſus fuit; ſolus adhuc Murates cum agmine ſuo ſtabat immotus, cæteriſque ab vtroque latere proſtratis aut fuga dilapſis, &c.* Interiectis nonnullis, quibus ſignificat Amuratem in extremum diſcrimen adductum Mahometis & aliorum impiorum Alcorani ſectatorum manes atque in ijs dæmonum opem imploraſſe, ſubijcit: *Rex nempe Hungariæ immodico ferocientis animi temeritate impulſus in medios Turcos equum adegit, & ſummo cum riſu Muratis ipſius caput petijt: dum in hunc modum furibundus progreditur, caſu quodam accidit vt equus regius ad terram prolaberetur: tunc quidam e peditum numero & aliis eo ordine geniſſarorum equi tendines incidens Rege humi proſtrato Cheſerbegus Regi caput amputat.* Et infra: *Vbi hoc factum haſta in altum ſublata clamari cœptum, Regis hoc caput eſſe: tum Turci, qui prius fugæ ſe dederant, hoc audito clamore reflexis equis rurſus ad Muratem confluxerunt, qua re a Chriſtianis animaduerſo cum reliquis eorum copijs iancus, in fugam ſe coniecit.* Hæc annales Turcici: ſed ad Æneam Syluium reuertamur.

b Philelph. l. 19. epiſt. ad Lud. Foſcar.

Poſt initio Turca.

Dæmonum auxilio implorata ab Amurate.

Vuladislai Regis audacia.

En caſo Turca prælium redintegrant.

Vuladislaus ſua ſorti dimiſſus, dum fortiter circa munimenta hoſtium pugnat, equo deiectus obtruncatus eſt: caput eius haſtæ infixum per Græciam atque Aſiam in ſignum victoriæ populis oſtentatum. Poloni ad vnum cæſi omnes, direpta caſtra & quæ munitiones curruum tuebantur: necati epiſcopi, & proceres Hungariæ, qui aderant, eadem calamitate oppreſſi: Iulianus Cardinalis dum fugit amiſſo prælio, cum iam hoſtes euaſiſſet Hungarorum perfidiam euadere non potuit: potum equo dantem apud ſtagnum forte repertum latrunculi quidam nocuere, & arbitrati pecuniam apud eum eſſe, deiectum equo necauerunt & ablatis veſtimentis nudum cadauer feris ac volucribus dimiſere. Hic exitus viri fuit magnificentiæ & admirabilis, in quo neſcias doctrina maior an eloquentia fuerit: gratu hominis præſentia; blandi mores: vita in omni ætate nitida; religionis zelus, qui omnia pro Chriſto & mortem ipſam vere ſuaſerit. Huniadem, vt ante diximus, fugientem deſpotus Seruiæ cœpit: Poloni Regem ſuum iam peracto bello pluribus annis viuere crediderunt, captum non interfectum arbitrati. Cardinali Venetiarum, eius culpa cladis magna in parte imputata eſt, qui neque fretum, vti par fuerat, cuſtodiuit, neque tranſuectos hoſtes Chriſtianis ducibus (quod ſecundum fuerat eius officium) nunciauit. De numero cæſorum minime conſtat: illud exploratum eſt longe plures ex Turcorum acie cecidiſſe: cæterum pro numero copiarum longe maius damnum Chriſtianis illatum. Victor Amurates neque fugientes hoſtes inſecutus eſt neque gloriabundus inter ſuos magnifice verba iactauit, neque, vt ante aſſueuerat, hilarem vultum oſtendit, interrogatus quare triſtior eſſet, & cur non, victis hoſtibus, exultaret: Nollem, inquit, hoc modo ſæpius vincere; iubenſque vaſa colligi, copias, quæ ſuperfuerant, domum remiſit.

Vuladislaus Rex obtruncatus a Polonorum ad vnum cæſi.

Iulianus Card. ab Hungaris latronibus occiſus.

Huniades a deſpota Seruiæ retentus.

Pontificij nepotis imperitiæ clades adſcripta.

Vicit Amurates victoria triſtis.

10 De eodem prælio decima nouembris die commiſſo meminit Eugenius in publicis literis [a] anno inſequenti VII. idus Iulij exaratis, cum Hungari bellum inſtaurare cuperent, quibus de Iuliano Cardinale Cæſarino viuuſne an vita functus eſ-

a Lib. 23. pag 186.

ſet

Digitized by Google

ſet, etiam tum exploratum ſe habere non potuiſſe ſcribit: ſed interemptum fuiſſe poſtea conſtitit. Sane qui tantæ cladis culpam in ipſum conijciunt, quod Vuladislaum ad redintegrandam in Turcas expeditionem pellexerit, inique admodum de eo ſentiunt: immo pluimum commendandus eſt, quod in ea re ſedis Apoſtolicæ partes egregie exegerit, Rege in Chriſtiani nominis hoſtes inſenſiſſimos concitato, cum læſa parte Chriſtianæ reipublicæ vniuerſa lædi cenſeatur; necnon Apoſtolicæ literæ ſupra a nobis allatæ doceant nefas eſſe ſacramenta in einſmodi rebus inconſulto Romano Pontifice nuncupare, nec ſapientis viri ſit conſilia ex euentibus iudicare.

An iure accuſetur Card. Iulianus.

Longe felicius quam Hungaris ceſſerunt res Rhodijs equitibus oppugnatis ab Ægyptijs: quibus etiam non defuit Eugenius; acceptis enim a Ioanne e Laſtico, qui ſupremum in eodem equeſtri ordine magiſtratum gerebat literis, Saracenos Ægyptios Babylonioſque in eos claſſem parare, Equites omnes Rhodum infra trimeſtre ſe conferre iuſſit[a]: permiſit[b] tamen vt illi, qui tractandis armis minus idonei viderentur, domi remanere poſſent, modo eam pecuniæ vim ſubſidiariam conferrent, quam duo delecti eam ob cauſam præceptores ordinis imperarent.

Infeſtat Rhodum Ægyptius.
a Lib. 22. pag. 75. 77.
b Ead. pag. 77.

Vniuerſis & ſingulis baiulinis, prioribus, caſtellano Empoſtæ, præceptoribus, capitularibus, & alijs præceptoribus, & fratribus ordinis S. Ioannis Ieroſolimitani ſalutem, &c.

Cum, dilecti filij magiſtri, & conuentus hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolimitani nobis per nuntios proprios per hos dies nunciare curauerint, perfidos Chriſti hoſtes Saracenos Soldano Babiloniæ ſubjectos ingentem parare claſſem, & alios, quantos poteſt facere apparatus animo & intentione Inſulam Rhodi & alia religionis veſtræ loca inuadendi; & nos, qui defenſionem ipſius inſulæ & locorum libenter pro poſſe curam ſuſcipimus, claſſis noſtræ, quam aduerſus Teucros parari faciebamus, expeditionem accelerari curemus, quo poſſit ipſa claſſis vtrique neceſſitati, prout opportunum fuerit, ſatisfacere; cupientes huic tantæ rerum vno tempore ſimul incumbentium neceſſitati quibuſcumque modis poſſibilibus ſubuenire, decreuimus eos omnes, qui honorem & emolumenta ab ordinis veſtri religione reportant ad tam honeſta tamque debita onera conuocare. Quare vobis omnibus & ſingulis præceptoribus in tota Italia conſtitutis, ſiue veſtris locumtenentibus, quibus per dictam Italiam cura principalior eſt commiſſa præſentium tenore mandamus, quatenus omnes præceptores & fratres veſtris ſingulorum Prioratibus ſubiectorum, qui bello, ac militiæ idonei videantur, conceſſa tamen prius per vos illis, qui ire debebunt, licentia, ſuas præceptorias arrendandi ad tres annos, pecunia anticipata iuxta ritum & conſuetudinem religionis prædictæ; eos præſertim, qui facultatibus adeo præditi ſint, & Rhodum petere, & per certum tempus ad religionis obſequia, ſine communis theſauri grauamine, ibidem commorari poſſint, cogere viſis præſentibus debeatis.

Sio opem parat Eugenius.

Equites religioſos Rhodum properare iubet.

Illos autem ex prædictis præceptoribus, & fratribus, qui non viderentur armorum & belli exercitio ſatis idonei, & facultatibus fulciti cogatis ad ſoluendum extraordinarium vltra ſolitas & ordinarias impoſitiones dictæ religionis, tantum, quantum diſcretionibus veſtris, & duorum proborum præceptorum beneſoluentium vobiſcum aſſumendorum, viſum fuerit oportere. Qua in re magnam debebitis diligentiam adhibere, vt nullius amicitiæ reſpectus, nulla ſub excommunicationis pœna obſtet corruptela, quominus prædicta debitam & votiuam habeant executionem; quia licet omni tempore, debitores ſitis ordini veſtro & religioni cum fidei & integritatis puritate ſeruire; hoc tamen tempore, hoc in caſu id ipſum maiori quadam affectione & attentione tenemini, adimplere. Atque vt hi, qui parere noluerint, ſaltem pœnæ formidine ab ipſo parendi defectu retrahantur, vobis prioribus antedictis, quatenus præmiſſa adimplere auctoritate noſtra curetis, duximus committendum, atque ipſis præceptoribus, vt vobis obedire teneantur ſub eadem excommunicationis forma ac priuationis officiorum & beneficiorum habitorum, & inpoſterum habendorum pœna, harum ſerie præcipimus & mandamus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLIIII. *id. aprilis anno* XIV. Eadem mandata, vt in regeſto ſubditur[a], data ſunt cunctis ipſius religioſæ militiæ in Gallijs, Germania, Anglia, & Hiſpania præfectis. Ne vero plus æquo grauarentur, a perſoluenda ea auri vi, quam Regi Aragonum pro paranda in Turcas claſſe conceſſerat, exemit[b]. Denique Ioanni e Laſtico, de quo paulo ante memoraui, ſolemnis equitum cœtus Rhodi celebrandi poteſtatem fecit[c].

Sumptus diſtribui æqua proportione conferre.

a Ead. pag. 77.
b Ead. pag. & pag. 223.
c Ibid. pag. 78.

Saraceni porro meditatam de ſubigenda Rhodo expeditionem aggreſſi, exſcenſione in inſulam facta, agros vaſtarunt, obuijs quibuſque igni ferroq; abſumptis: vrbem obſidione cinxere, eamque pluribus hoſtilibus impreſſionibus tentarunt: ſed equitum virtute fortiter excepti propulſatique recedere non ſine dedecore & damno compulſi ſunt. Hæc pluribus Iacobus Boſius[d] in ſua hiſtoria Rhodiana, & ex literis Apoſtolicis confirmantur. Ex quibus etiam illud perſpicuum eſt, Eugenium ad reprimendos Chriſtiani nominis hoſtes, qui ex accepta clade odio iraque efferati Rhodum ſe iterum bello petituros ſoloque æquaturos comminabantur, ingentem claſſem inſtruere & parare adorſum eſſe, hæc enim poſterorum memoriæ tradi voluit[e].

Rhodius ager vaſtatur ab Ægyptijs. Vrbs obſeſſa.
d Boſ. to. 2 lib. 6.
e Lib. 22 pag. 223.

Ad perpetuam rei memoriam.

Accidit quod impetus dictorum Saracenorum fuit multo maior periculoſiorque, quam ante ipſorum aduentum fama præuia timebatur; cum dictæ gentis perfidæ claſſis potentiſſima adueniens, & ipſa gens impia in terram deſcendens, tales tantoſque fecerit impetus, vt niſi fratres ipſius religionis diuino protegente præſidio ſeſe maximis cum expenſis, maximiſque cum laboribus aduuiſſent, periculum fuit manifeſtum perdendi Rhodum & eius inſulam cum omnibus, quæ religio illa longo iam tempore tenuit in partibus orientis, vnde priuatus fuiſſet populus Chriſtianus maximo firmiſſimoque præſidio aduerſus Chriſti hoſtes, quibus patefactus remanſiſſet aditus ad reliquas Chriſtianorum partes vſque in Italiam inuadendas. Quamquam vero dicti Saraceni a religioſis S. Ioannis Ieroſolymitani, diuina fauente clementia, fuerint tunc repulſi; non tamen ideo ceſſat ſuſpicio, ſed certis fide dignis habetur auctoribus, eoſdem Chriſti hoſtes maiorem potentioremque prima illa claſſem continuo parare, cum qua prædicant & præſumunt Rhodum iterato vniuerſam ad ſolum vſque proſternere. Quamobrem nos tantis malis obuiare volentes, conſtituimus & iam cœpimus ingentem parare claſſem ad Rhodi defenſionem * adiectis barbaris vere proximo tranſmittendam; ad quam parandam opportio-

Magnis laboribus ſe tuentur Rhodij.
Propulſant Saracenos.
** aduerſus barbaros*

Digitized by Google

tioremque & munitiorem faciendam claſſem iuſſimus ſicut decet, religioſos omnes præfati ordinis S. Ioannis Ieroſolymitani aut perſonaliter venire, aut galeas aliaque nauigia mittere, aut neceſſarijs expenſis taliter contribuere, quod nullus eorum a poſſibili onere eximatur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno dominicæ incarnationis* MCCCCXLIIII. IV. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* XIV.

11 Hæc pro tuenda aduerſus Ægyptios Turcaſque re Chriſtiana ſtudioſe Eugenius agebat: nec tamen ditioni Romanæ eccleſiæ opportune conſulere prætermiſit.

Corſica in pontificiã clientelam reuerſa.

Venerat vel redierat potius in ſedis Apoſtolicæ fidem ac poteſtatem Corſica eiuſdem eccleſiæ fiduciaria, quæ diu ſub quorundam tyrannidis iugo ingemuerat; quo excuſſo nonnulli inſulæ proceres id literis & nuntiorum opera ſignificarunt Pontifici, qui ad regendos inſulanos continendoſque in officio Monaldum Paradiſum illuc legauit [a], ipſiſque Corſis apoſtolico pro imperio præcepit, vt ei parerent.

a Ibid. pag. 205.

Vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus vtriuſque ſexus, præcipue inſulæ noſtræ Corſicæ eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus ordinum quorumcumque, atque laicalibus exemptis & non exemptis, cuiuſcumque etiam dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, vel præeminentiæ fuerint communiter & diuiſim ſalutem, &c.

Nuper cum poſt multiplices afflictiones inſulæ noſtræ Corſicæ, ad nos & præfatam eccleſiam [Romanam ſcilicet] in temporalibus nullo medio pertinentis, eiuſque habitatorum & incolarum per illos qui dictam inſulam multis annis tyrannice occuparant, quidam ex magnatibus & potentioribus ipſius inſulæ, diuina gratia illuſtrati ſunt, nobiſque ſuis literis & nuntijs ſerioſiſſime ſignificarunt inſulæ eiuſdem ab occupantium manibus liberationem ac ſub felici noſtra & dictæ eccleſiæ gubernatione reductionem requirentes; nos, ne inſula ipſa ac terræ & caſtra in ea exiſtentia illorumque habitatores & incolæ per tyrannos amplius opprimerentur & grauarentur, ſed in ſinu gratiæ ac protectionis & defenſionis noſtræ ſub dulcedine eiuſdem eccleſiæ ab eis aduerſitatum exempti anfractibus quieſcere poſſent, dilectum filium Monaldum de Paradiſis de Interamna legum doctorem commiſſarium noſtrum cum mandato pleniſſimo ad ipſam inſulam tranſmiſimus, vt illam ac habitatores & incolas præfatos ad nos & dictam eccleſiam reuertentes, noſtro & illius nomine in ſinum ipſum clementer reciperet, protegeret & defenderet ac benigne tractaret: omnia quoque & ſingula alia faceret, quæ ad honorem & commodum Eccleſiæ ac proſperum & tranquillum ſtatum vtilitatemque inſulæ ac illius terrarum & caſtrorum prædictorum vtilia vel neceſſaria videbuntur; &c. [Corſis repetita imperia intentatis cenſurarum pœnis alijſque, vt Monaldo pareant, atque illi arces tradant.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno dominicæ incarnationis* MCCCCXLIV. XII. *kal. nouembris anno* XIV.

Miſſus ob regendo in inſulam regimine.

Arcium imperium illi tradi iubet.

Proximo vero anno Eugenius præfecit eidem inſulæ Iacobum epiſcopum Potentinum, de quo hæc in diplomate ad ipſum dato [b] contenta: *Cum te*, inquit, *ad inſulam Corſicæ eiuſque ciuitates, terras & loca gubernatorem in temporalibus generalem de fratrum noſtrorum conſilio tanquam pacis angelum deſtinemus, &c.*

b Lib. 23. pag. 94.

Piceni obſequium Augenio.

12 Rediere etiam plures populi ad officium, antequam enim Rex Alfonſus ſigna Piceno inferret, ex fœdere cum Eugenio pacto, Picentes poſitis odijs in eccleſiæ Romanæ ſinum ſe contulere, ac Franciſcus Sfortia turbarum auctor, cum Pontifice concordiam inije [a], opera præcipue Ludouici [b] tit. S. Laurentij in Damaſo presbyteri Cardinalis: ad cuius pactiones firmandas perficiendaſque Pontifex Nicolaum epiſcopum Recinetenſem adhibuit [c]. Inter cæteras huius fœderis leges Franciſcus Sfortia reſtituto Romanæ eccleſiæ Piceni imperio marchio eiuſdem prouinciæ creatus eſt: ſed ab eius poteſtate exempti [d] Auximani, qui ſemper in Pontificis fide, damnata ſociorum defectione, perſtiterant; quos propterea Eugenius pluribus prærogatiuis, atque hoc elogio ornauit [e].

a Lib. 22 pag. 288.
b Lib. 13. pag. 42. & l. 22. ſuper pag 288.
c Ibid.

Piceni præfectura Sfortiæ demandata.

d Lib. 22. pag. 219.
e Ibid.

Auximatorum elogiũ.

Eugenius, &c. Hæc eſt ciuitas, quæ filios benedictionis & gratiæ generat, quæ gratitudinis & obedientiæ producit alumnos, & in qua ſemper erga eccleſiam ſupradictam fidei conſtantia viguit, claruit deuotionis integritas, ſplenduit reuerentiæ plenitudo. Hæc eſt profecto columna fidelitatis immobilis ſupra firmam petram fidei conſtituta, quæ nullatenus etiam proximis bellorum turbinibus concuti potuit. Hæc eſt ciuitas, quæ ipſi eccleſiæ viriliter & conſtanter in neceſſitatibus aſtitit, perſonarum pericula, damna rerum, & laborum non euitans: cuius prompto & potenti auxilio plerumque terras ſibi ſubiectas regit dirigitque ipſarum compeſcit exceſſus, auſus temerarios reprimit, illicitos motus refrænat, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCDXL. V. XVII. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* XIV.

Sanxit etiam fœdus inſequenti anno Eugenius cum Sfortiæ ſocero Philippo duce Mediolanenſi, qui in primis ſe obſtrinxit hoſtibus Eccleſiæ nulla daturum auxilia, immo ad reuocandam in Pontificis fidem Bononiam vires ſe cum eo coniuncturum. Pontifex vero ſpopondit Philippi ſe ditionem non vexaturum bello, neque cum ipſius hoſtibus conſenſurum: denique Philippum in clientelam apoſtolicam ſuſceptum iri: qua de re publica documenta [f] confecta.

Initum inter Eugenium & Mediolanenſẽ fœdus.

f Extant apud Eug. lib. 26. ep. cur. pag. 44. & bul. lat. diuerſ. pag. 102.

Ad perpetuam rei memoriam.

Primo promittit dux tanquam deuotus filius noſter & ſanctæ Romanæ eccleſiæ pro ſe, recommendatis vaſſallis, ſubditis, capitaneis, ductoribus gentium armigerarum, quocumque nomine cenſeantur, gentibus armigeris, ac terris ſuis, non offendere per rectum vel indirectum, palam vel occulte, per ſe vel alium, ſtatum noſtrum & Romanæ eccleſiæ aliquo quouis modo vel colore quæſito: neque præſtabit auxilium, conſilium, vel fauorem quoquomodo offendentibus, vel turbantibus, aut offendere vel turbare volentibus nos, aut ſtatum Eccleſiæ præfatæ. Item promittit præfatus dux quod iuuabit nos cum potentia ſua & gentibus armorum ad recuperationem ciuitatis noſtræ Bononiæ & quarumcumque aliarum terrarum, quæ ad eccleſiam prædictam ſpectarent, & quæ nobis viderentur eſſe acquirendæ vel recuperandæ. Item promittit dux præfatus ad requiſitionem noſtram facere realiter, & cum effectu contra quamcumque, ſeu quaſcumque perſonas & communitates vel potentias, & habebit amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis; & quod nos iuuabit cum gentibus armorum, ſtatu, potentia, & omnibus viribus ſuis pro conſeruatione ſtatus noſtri temporalis; excepto chariſſimo in Chriſto filio noſtro Alfonſo Aragonum, &c. Rege illuſtri, cum quo, cum ipſe dux nonnullas intelligentias & conuentiones habeat, non vult quod ob has nobiſcum conuentiones illis quouiſmodo derogetur vel derogatum eſſe intelligatur: ſaluo quod, ſi ipſe Rex inciperet offendere nos & eccleſiam Romanam; tunc & eo caſu promittit præfatus dux facere contra ſerenitatem

Promiſſa Eugenio auxilia ad recuperandã Bononiam &c.

Digitized by Google

tem ſuam ad requiſitionem noſtram cum gentibus ac in omnibus & per omnia, vt ſupra dictum eſt.

Quę promiſſa ab Eug.

Verſa vice nos tanquam Ieſu Chriſti vicarius promittimus pro nobis & eccleſia ac vicarijs reccommendatis, vaſallis, ſubditis, capitaneis, ductoribus gentium armigerarum, quocunque nomine cenſeantur, gentibus armigeris ac terris noſtris & eccleſiæ non offendere, nec offendi facere, nec permittere per rectum vel indirectum, palam vel occulte, per nos, vel per alium ſtatum præfati ducis quouis modo vel colore quæſito; immo habebimus ipſum in præcipuum filium, atque eum tractabimus, tractarique permittemus & faciemus ab omnibus noſtris prædictis, vt ſupra, ea affectione & charitate, qua decet bonum patrem tractare bonum filium, ac fidelem ſeruitorem ſuum & eccleſiæ & catholicorum principem Chriſtianum; neque præſtabimus, neque præſtari faciemus neque permittemus per noſtros, vt ſupra, auxilium, conſilium, vel fauorem quoquomodo offendentibus, vel turbantibus, aut offendere vel turbare volentibus ſtatum præfati ducis; Et eo caſu, quo contingeret aliquem ex prædictis vicarijs recommendatis, &c. vt ſupra facere contra prætatum ducem, cum perſona, ſtatu, & facultatibus noſtris faciemus contra illos tales realiter & cum effectu, tanquam contra rebelles noſtros & eccleſiæ Romanæ, quo ad terras & loca, quæ præfati tenent nomine noſtro, & eccleſiæ prædictæ. Item promittimus quod non dabimus auxilium, conſilium, vel fauorem per rectum vel indirectum, palam vel occulte, alicui volenti facere contra præfatum Regem Aragonum, &c. ipſo Rege aduerſus nos & ſtatum noſtrum non faciente contra debitum ſuum. Item ſuſcipimus præfatum ducem & ſtatum ſuum in noſtram protectionem, promittimuſque tractare & habere res & bona ipſius ducis tanquam catholici principis, ac boni & dilecti filij noſtri & eccleſiæ Romanæ. Item promittimus ſi contingat nos facere pacem, treugam, intelligentiam, vel conuentionem aliquam, in ea includere ipſum ducem tanquam receptum in protectionem noſtram. Item conuentum eſt inter nos & ipſum ducem, quod eo caſu, quo aliquando contingeret aliquem ex prædictis vicarijs, officialibus vel reccomendatis, &c. vt ſupra dictum eſt, ab ipſo duce offendi; tunc non teneamur facere contra illum taliter offenſum & ſe defendentem vigore capituli ſuperioris, ſed ſtare indifferens; nec propterea intelligatur alicui iſtorum caſuum, nec per nos, nec per præfatum ducem taliter offendentem, vt ſupra, eſſe contrafactum in aliqua parte huic intelligentiæ, vel capitulis, &c. *Da Romæ apud S. Petrum* IV. *non. maij* MCCCCXLV. *anno* XV.

Mediolanẽſis dux & ſtatus eius ab Eugenio in clientelam acceptus.

13 Confirmatus his fœderibus Eugenius, eccleſiæ hoſtibus fræna iniecturus, cum eum vetera Gallorum in ſedem Apoſtolicam ſtudia non laterent, vt qui laboranti eccleſiæ opem ferre conſueuiſſent, Ludouicum Caroli VII. Regis Francorum maiorem natu filium S.R.E. ſigniferum renuntiauit; qua de re hoc ad ipſum diploma datum [a].

Gallorum opem ſibi conciliat Eugenius.

a Lib.14 pag.44.

Dilecto filio nobili viro Ludouico Delfino Vienenſi & chariſſimo in Chriſto filij noſtri Caroli Francorum Regis illuſtris primogenito noſtro & Romanæ eccleſiæ confalonerio ſalutem.

Cum proximis diebus te noſtrum & Romanæ eccleſiæ confalonerium fecerimus & deputauerimus cum prærogatiuis & emolumentis, honoribus & oneribus conſuetis, ſicut in bullis ſuper vnde confectis latius apparet, volentes vt ſtatum tuum decentius tenere poſſis, ac ſperantes quod excellentia tua pro ſtatu prædicto augendo & tuendo & amplificando & ſe promptiorem ac magis animatum reddet, quo illam ac nos amplioribus beneficiis ac emolumentis proſequemur; tibi de pecunijs, introitibus & prouentibus cameræ apoſtolicæ ſingulis annis, durante huiuſmodi officio confaloneriatus, quindecim millia florenorum auri de camera aſſignamus, & reſponderi volumus: cuius quidem ſummę partem dimidiam tibi ſeu procuratori tuo ad hoc ſufficiens mandatum habenti ius kal. nouembris proxime futuri, & aliam dimidiam in feſto reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti immediate ſequentis perſolui volumus, & tenore præſentium declaramus, mandantes dilectis filijs camerario, theſaurario, depoſitario, ac omnibus & ſingulis officialibus ſeu eorum locatenentibus, pro tempore ad introitus præfatæ cameræ deputatis ſeu deputandis, quatenus tibi, ſeu procuratori tuo temporibus declaratis dictas pecuniarum quantitates ſoluere & integre ſatisfacere debeant & teneantur realiter & cum effectu, omni conditione, cauillatione, & dilatione ceſſantibus. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum, &c.* MCCCCXLIV. III. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* XIV.

Delphin. creatus Rom. eccleſiæ ſignifer.

Stipendia ei attributa.

Is Ludouicus eius nominis XI Gallicum poſtea ſceptrum tenuit: quem hoc anno educta in Baſileenſem agrum Gallica militia Baſileenſibus maximum intuliſſe terrorem refert Æneas Syluius, [a] additque alio loco [b] Heluetios ex fœdere ſociæ ciuitati iuuentutis ſuæ florem ad quatuor millia militum auxilio ſubmiſiſſe; quod cum animaduertiſſet Delphinus medium ſe inter Baſileam ac Heluetios oppoſuiſſe cum triginta equitum millibus, conſertoque prælio Heluetios ad internecionem cæſos, ſed non ſine victorum ſtrage ad quos per medias haſtas, accepta vulnera vlturi, penetrabant. Eadem refert Nauclerus [c] adiungitque ſcripſiſſe Italos auctores, Delphinum ab Eugenio ad diſſoluendum Baſileenſe conuenticulum concitatum fuiſſe: ſed demum poſt plura cum Baſileenſibus & Germanis habita colloquia in Gallias ſe recepiſſe. De eiuſmodi Ludouici expeditione fuſiſq; Heluetijs ac Baſileenſibus meminit Monſtreletus [d]. Laudatque eundem de huiuſmodi expeditione in ſchiſmaticos Franciſcus Philelphus in literis ad ipſum Ludouicum datis [e]: *Iuſtiſſime*, inquit, *arma ſumens aduerſus Germanos, Heluetios eſt adortus tanta vi tantoque impetu, tanto rerum omnium & apparatu & ordine, vt ſi maluiſſes ſeueritate in delinquentes, quam lenitate vti, non minorem dementiæ pœnam tibi daturi fuiſſent, quam olim Cæſari luerant.*

Bellum mouet Baſileenſibus Ludouicus.

a Æn. Syl ep.87.

b Id. hiſt. de Europ. c.42. & Monſtrel. vol.3. in princ.

Cruenta victoria de Heluetijs potitus.

c Naucl. vol.2. gener.49.

Conuenticulum [illegible] diſpergit.

d Monſtrel vbi ſup.

e Philelph lib.17.

Inter hæc conuentus Nuremburgæ ab Friderico ad diſſoluendum ſchiſma indictus actus eſt, de quo hæc breuiter Æneas Syluius [f], qui adfuit: *In factis Eccleſiæ nulla adhuc eſt recepta concluſio, ſunt hic quatuor electores Moguntinus, Treuerenſis, dux Saxoniæ, & marchio Brandeburgenſis: Palatinus propter Armeniacos indultum habet ne veniat tueaturque patriam: Colonienſis archiepiſcopus in obſidione Auſatenſium occupatus venire huc vſque non potuit; ſed nunc per oratores Regis factis inducus venturus dicitur. Sunt hic ambarum partium oratores & quiſque ſuam rem tuetur. Epiſcopus Virdunenſis ex parte ducis Burgundiæ huc venit magnopereque ſuadere nititur, vt maieſtas regia cum tota natione pro Papa Eugenio ſe declaret: qui hodie coram toto cœtu magnam orationem habuit, &c. ex Nuremberga anno* MCCCCXLIV.

Nurembergenſis conuentus indictus ad diſſoluendum ſchiſma.

f Ead. ep.

Vrget Burgundus Germanos vt Eugenium colant.

14 Hærebat adhuc Baſileæ ſchiſmaticorum Amedeo antipapa præſide conciliabulum: cumque

acce-

Antipapæ Poloniæ ſchiſmate illaqueare tentat.

acceпiſſet Eugenius non deeſſe nonnullos eorum ſubornatos præſtigijs, maximeque in Polonia viciniſque regionibus, qui ipſorum partibus ſtuderent (Cracouienſem enim academiam ſenſiſſe cum nônatoribus Baſileenſibus, atque Amedeum ad Polonos corrumpendos Gueſnenſem archiepiſcopum & epiſcopum Cracouienſem pſeudocardinales renuntiaſſe, & Alexandrum Zienouitum ducis Maſouiorum filium purpuræ adulterinis inſignibus donatum legatum decreuiſſe, narrat Polonica hiſtoria a) eos apoſtolicis literis x. kalen. martij datis hortatus eſt, vt in Eccleſiæ catholicæ ſinum reuerterentur: ac ni infra vnius menſis ſpatium pertinaciam ponerent, graues ipſis pœnas proponit b.

a Salomon Neugebau lib. 5.

b Lib. 22. ep. fur. pag. 55.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum fidedigna relatione percepimus, nonnullos in regno Poloniæ ac partibus illi adiacentibus prælatos, clericos, eccleſiaſticaſque perſonas, hactenus extitiſſe & exiſtere de præſenti, quæ minus prouide gradientes, iniquitatis filijs congregatis Baſileæ ſub prætextu concilij, etiam poſt illius inde ad ciuitatem noſtram Ferrarienſem tranſlationem, adhærere minime trepidantes a vera Chriſti fide vnitateque Eccleſiæ miſerabiliter deuiaſſe, ac de præſenti deuiare, in animarum ſuarum periculum & ſcandalum plurimorum. Nos igitur ad quos pertinet, in præmiſſis & alijs peccatorem quemlibet corrigere de peccato, nolentes ea ſub diſſimulatione tranſire, ac cupientes, prout ex debito paſtoralis tenemur officij, quantum poſſumus ſalubriter prouidere, vniuerſos & ſingulos archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, priores, præpoſitos, decanos, archidiaconos, csntores, cæteroſque eccleſiarum prælatos, presbyteros & clericos ſæculares & regulares, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, in regno & partibus prædictis vbilibet conſtitutos, qui congregatis eiſdem fauere, ſeu adhærere quomodolibet præſumpſerunt ac præſumunt, auctoritate apoſtolica tenore præſentium requirimus & monemus, vt infra vnum menſem, a die præſentationis præſentium computandum, a congregatis huiuſmodi, ſeu illorum fautoria, aut illis adhæſione recedentes, ad Eccleſiæ redeant vnitstem, & de huiuſmodi receſſu & reditu euidentibus demonſtrationibus atque ſignis, necnon literis ſeu nuntijs, infra duos alios immediate ſubſequentes menſes teneantur nobis facere plenam fidem: & ſi pertinaciter recedere, & de receſſu plenam fidem facere, vt præmittitur, non curauerint; nos diuinam in exigendo huiuſmodi gregis de manibus noſtris ſanguine formidantes offenſam, ne aliorum animas, horum exemplo tractas tartarus terrendus abſorbeat, eoſdem pertinaces cõdignis vltra eas, in quas inciderunt, formidabilibus pœnis etiam inſolitis affligemus, & vijs talibus perſequemur, quod cæteris tranſeat in exemplum, mandantes chariſſimo in Chriſto filio noſtro Vladislao Hungariæ, Poloniæ, &c. Regi illuſtri, quatenus præſentes noſtras literas eiſdem adhærentibus & fautoribus faciat præſentari, vel alias in eorum deduci notitiam & curet cum id effecerit, nos inde reddere per eius literas certiores. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno &c.* MCCCCXLIII. *x. kal. martij pontificatus noſtri anno* XIII. Similiterque eccleſiaſticam ſeueritatem adhibuit c in alios ſchiſmaticos, qui in cæteris regnis verſabantur, atque inter alios Aymonem epiſcopum Gratianopolitanum pſeudopontificis ſectatorem a Petro epiſcopo Brixienſi A. S. L. exauctorari iuſſit. Sed poſtea iterum vſus

Nonnulli ex iis nouatoribus Baſileenſibus adhæſerant.

Commonit ut ab eorum ſocietate & ſtudio abſcedant.

Intentat minas.

Animaduerſum in epiſcopos ſchiſmaticos.

c Lib. 6 pag. 274.

clementia alios reſtituit ſacerdotijs, qui ad kal. nouembris ſchiſma damnaſſent: quæ dies aſcripta eſt literis a de eo exaratis.

Reſtituta illis ſacerdotia.

a Lib. 13 pag. 132.

55 Hoc anno pridie kal. octobris habita eſt Laterani ſeſſio concilij Florentini Romam tranſlati trigeſima prima, in qua editum decretum extat in pontificio regeſto b, & apud Andream a ſancta Cruce, in quo refert Eugenius, vt cum Ignatius patriarcha Syrorum nationumque Meſopotamiam incolentiũ Abdalam Edeſſæ archiepiſcopum ſuo totiuſq; orientis nomine in vrbem ab eccleſia Romana incorruptæ doctrinæ puritatem petiturus legaſſet, diligentiſſimo examine, ipſius Pontificis iuſſu, inſtituto, eundem Abdalam de fide ac moribus recte ſentire compertum eſſe, tribus dumtaxat articulis demptis, de quibus edoctus catholicam in ijs quoque veritatem ſuo ac totius nationis nomine profeſſus ſit: cuius formulam Eugenius in eadem publica ſeſſione illi tradidit. Exemplum ſynodalis edicti infra ſcriptum eſt.

Seſſ. xxxi. Prima ſeſſio Lateranenſis concilij.

Meſopotameni Rom. eccleſiæ conciliati.

b Lib. 22. pag 195. & apud Card. Iuſt p. 3. conc. Flor. pag. 384.

Ad perpetuam rei memoriam.

Multa & admirabilia diebus noſtris & longe maiora, quam aut ipſi nos expetere, aut cogitare poſſemus, ineffabilis diuinæ miſerationis clementia Eccleſiæ ſuæ ſanctæ largitur, vnde & fidem orthodoxam dilatari, & nouos in dies ad obedientiam ſedis Apoſtolicæ populos redire ac nobis & omnibus Chriſtifidelibus lætitiæ & exultationis cauſas quotidie renouari ſentimus, *& infra*, ita vt merito cum propheta in iubilatione fidelibus populis ſæpenumero dicere prouocemur: *Venite exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro; quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius*. Vere cum in Eccleſia catholica, quæ eſt Dei ciuitas, in monte ſancto Apoſtolicæ ſedis & Petri auctoritate fundata, ſemper magna & inſcrutabilia operatus ſit Deus, cuius omnipotentiæ & ſapientiæ non eſt numerus, hoc tamen ſingulare, atque præcipuum illi præſtitit ineffabilis prudentia conditoris, vt orthodoxa fides, quæ humanum genus ſola viuificat, ſola ſanctificat, in monte illo ſancto, in vna & immutabili ſemper maneat confeſſione veritatis; & diſſenſiones quæ aduerſus Eccleſiam de terrenarum opinionum varietate naſcuntur, & a petræ illius ſoliditate diſiungunt, ad montem illum redeuntes exterminentur & eradicentur; quo fit vt ad eius gremium confluentes populi atque nationes in vnam cum ipſo conueniant fidei veritatem.

Eccleſia catholica elegans.

Hæc autem Dei munera tam magna, iam excelſa, iam inſolita non meritis noſtris profecto nobis conſpicere ipſius bonitatis immenſitas, ſed ſua ſola benignitate & dignatione conceſſit, vt poſt vnionem Græcorum in ſacro œcumenico concilio Florentino, qui cum Romana eccleſia in quibuſdam articulis diſcrepare videbantur, ac poſt reductionem Armenorum & Iacobitarum, qui varijs opinionibus inuoluti, omni tandem diſſenſione relicta, in viam rectam veritatis conuenerunt: ecce nunc iterum, ipſo cooperante Domino, aliæ nationes de longinquo conuenerunt inter Tygrim & Euphratem Meſopotamiam habitantes, quæ de proceſſione Spiritus ſancti & alijs quibuſdam articulis non recte ſentiebant. Multa igitur vobis & omnibus Chriſtifidelibus eſt cauſa lætandi, quia iam, annuente Domino, Romanæ eccleſiæ ſplendidiſſima de fidei veritate aſſertio, quæ munda ſemper fuit ab omni macula falſitatis, etiam apud orientem vltra Euphratis terminos nouis coruſcationibus micat: adeo vt venerabilem fratrem noſtrum Abdalam archiepiſcopum Edeſſæ, venera-

bilis fratris noſtri Ignatij patriarchæ Syrorum atque totius nationis ſuæ legatum ad hanc vſque almam vrbem ad præſentiam noſtram & ſacrum hoc Lateranenſe œcumenicum concilium traxerit & vocarit humiliter & deuote poſtulantem, vt fidei regulam, quam ſacroſancta Romana profitetur eccleſia eiſdem traderemus.

Ignatius Syrorum patriarcha legatum Romam mittit. Formulam fidei orthodoxæ ab Eugenio petit.

Nos autem, qui inter cunctas ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſolicitudines hanc primam & præcipuam curam gerimus, vt ſemper geſſimus, euangelij ſcilicet defendere veritatem & orthodoxam fidem, exterminatis hæreſibus, longe lateque diffundere & propagare, quoſdam ex venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus delegimus, qui accerſitis ex hoc ſacro concilio aliquibus in ſacra pagina magiſtris cum prædicto archiepiſcopo de difficultatibus, dubijs, & erroribus illius nationis conferrent, illumque ipſum examinarent, ac ei catholicæ veritatis diſciplinam aperirent, & tandem de integritate fidei eccleſiæ Romanæ plene illum inſtruerent & docerent, Quem cum per omnia de fide & moribus recte ſentientem inueniſſent, tribus dumtaxat articulis, de proceſſione ſcilicet Spiritus ſancti, de duabus in Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro naturis, ac totidem in illo voluntatibus & operationibus, veritatem illi fidei orthodoxæ patefecerunt, aperuerunt ſacrarum ſcripturarum intellectus, attulerunt ſanctorum doctorum teſtimonia, & quæ materiæ congruebant rationes veriſſimas induxerunt. Quorum intellecta doctrina archiepiſcopus ipſe dubitationibus ſuis omnibus plene ſatisfactum eſſe conteſtans tam de Spiritus ſancti proceſſione, quam de duabus naturis & duabus voluntatibus & operationibus in Chriſto Ieſu domino noſtro talia ſentire profeſſus eſt, vt veritatem fidei plene intelligere videretur, profitereturque ſe nomine præfati patriarchæ totiuſque nationis & ſuo omnem fidem omnemque doctrinam ſuſcepturum, quam eidem hoc ſacro approbante concilio traderemus. Propter quæ omni in Chriſto exultatione perfuſi gratias immenſas Deo noſtro effudimus, quia votum noſtrum in ſalutem nationis illius vidimus adimpletum. Diligenti itaque cum fratribus noſtris & ſacro concilio tractatu præhabito, fidem atque doctrinam, quam ſacroſancta Romana ſemper mater eccleſia, eodem ſacro approbante concilio, eidem archiepiſcopo præfatis nominibus recipienti tradere & aſſignare decreuimus. Hæc eſt igitur fides, quam ſemper ſacroſancta Romana tenuit, prædicauit, & docuit mater eccleſia, quamque ad præſens tenet, prædicat, profitetur, & docet: hanc dictum Abdalam archiepiſcopum vice & nomine præfati patriarchæ Syrorum, totius nationis illius atque ſuo in his tribus articulis ſuſcipere, & perpetuis in futurum temporibus cuſtodire, & obſeruare decernimus.

Errabant Maſſonitæ in tribus articulis.

16 In primis quod Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex Patre ſimul & Filio; & ex vtroque æternaliter tanquam ab vno principio & vnica ſpiratione procedit. Tenet inſuper, profitetur, & docet vnum eundemque Dei & hominis filium dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe perfectum in Deitate & perfectum in humanitate; Deum verum & hominem verum ex anima rationali & corpore, conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem, per omnia nobis ſimilem abſque peccato: ante ſecula quidem de Patre genitum ſecundum Deitatem, in nouiſſimis autem diebus eundem propter nos & propter ſalutem noſtram ex Maria virgine Dei genitrice, ſecundum humanitatem natum, vnum eundemque Chriſtum verum Dei filium vnigenitum in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiuiſe, inſeparabiliter agnoſcendum, nuſquam ſublata differentia naturarum propter vnitionem, magiſque ſalua proprietate vtriuſque naturæ, & in vnam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrente, non in duas perſonas partitum ſiue diuiſum, ſed vnum & eundem Dei & hominis filium dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Credit inſuper, profitetur, & docet in vno domino Ieſu Chriſto duas naturales operationes indiuiſe, inconuertibiliter, inſeparabiliter, inconfuſe ſecundum ſanctorum patrum doctrinam: duas etiam naturales voluntates, vnam diuinam alteram humanam; non contrarias, ſed humanam eius voluntatem ſubiectam eius diuinæ atque omnipotenti voluntati: & quemadmodum eius caro animata ſanctiſſima deificata eſt non perempta, ſed in proprio ſui ſtatu & ratione permanſit, ita humana eius voluntas deificata eſt, non perempta, ſed ſaluata magis eſt atque perfecta.

De Spiritus S. proceſſione.

De duabus in Chriſto naturis.

Confuſio naturarum differentiam earum non tollit.

De duabus naturalibus operationibus.

Humana voluntas in Chriſto non ſublata a diuina ſed perfecta.

Hanc fidem eundem Abdalam archiepiſcopum nominibus, quibus ſupra, ſuſcipere, corde tenere, & ore profiteri debere decernimus. Ordinamus inſuper atque decernimus, vt eiſdem nominibus recipere & amplecti debeat quæcumque per ſacroſanctam Romanam eccleſiam definita & ſancita diuerſis temporibus ſunt, & præſertim decreta Græcorum, Armenorum, atque Iacobitarum in ſacro œcumenico concilio Florentino edita: quæ cum in Arabico traducta ipſe Abdalem archiepiſcopus accurate legiſſet ac laudaſſet, ad vberiorem & pleniorem omnium eruditionem ſibi nominibus, quibus ſupra, recipienti conſignari fecimus. Quoſcumque etiam doctores & ſanctos patres ſacroſancta approbat & ſuſcipit Romana eccleſia nominibus, quibus ſupra, approbare & ſuſcipere debeat, & quaſcumque perſonas ſeu quidquid aliud ipſa damnat & reprobat, pro damnatis & reprobatis, nominibus quibus ſupra, habere debeat; promittens tanquam verus filius obedientiæ nominibus, quibus ſupra, ipſius Apoſtolicæ ſedis ordinationibus & iuſſionibus medio iuramento deuote ſemper & fideliter obedire. Nulli ergo, &c. *Datum Laterani in publica ſeſſione ſynodali anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLIIII. *pridie kal. octobris pontificatus noſtri anno* XIV.

17 Perlatum antea ad ſedem Apoſtolicam fuerat nonnullos in oriente de fide male inſtructos credere Patrem & Filium duo eſſe Spiritus ſancti principia eo quod Romana eccleſia Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere profitetur: quo accepto Eugenius, vt turpes hæreſis tenebras diſcuteret, apoſtolicis literis præſules orientales eſt adhortatus [a], vt veram eiuſdem Romanæ eccleſiæ cunctorum fidelium matris ac magiſtræ doctrinam populis aperirent, ac pro ſacra concione proponerent.

Falſa opinione ſeducti orientales.

a Lib. 22. pag. 35.

Venerabilibus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, doctoribus, magiſtris per orientem conſtitutis ſalutem, &c.

Etſi Chriſtus ſaluator noſter continuo immenſa ſuæ benignitatis & clementiæ dona erga populum Chriſtianum oſtenderit, in hac tamen ſacroſancta œcumenica & Deo amabili ſynodo Florentina præcipuæque pietatis & charitatis dudum lumen refulſit: inter occidentalem enim & orientalem eccleſiam noſtro & ineffabili ipſius Saluatoris noſtri munere vnionem ſecutam fuiſſe con-

conſpeximus. In qua ſynodo nobis, auctore Domino, præſidentibus cum ſæpius ex vtraque parte doctiſſimorum & grauiſſimorum tam venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, quam aliorum prælatorum ac magiſtrorum adeſſet multitudo copioſa adinuicem diſputantium; omnis tandem opinionum differentia omniſque diſſenſio præcipue & ſingulariter de proceſſione Spiritus ſancti, quæ quadringentos circa annos, collucta-tore generis humani procurante, permanſerat, ipſo Spiritu ſancto illuminatore ſublata atque ſopita extitit, prout in ſynodali decreto ſuperinde confecto clariſſime continetur. Et quamquam fides, quam Romana eccleſia de proceſſione Spiritus ſancti ſemper tenuit, ex eis, quæ in præfata ſynodo diffinita ſunt luce meridiana clarior ſplendeat; tamen quia adhuc nonnullos eſſe in oriente intelleximus, qui ex hoc, quod Romana eccleſia ex Patre Filioque procedere Spiritum ſanctum profitetur, eam tenere & credere opinantur Patrem & Filium duo eſſe principia Spiritus ſancti, quorum vanam & impiam opinionem tanto vehementius admirati ſumus, quanto lucidius omnis Chriſti Eccleſia cognoſcit a præfata Romana eccleſia illud alienum ſemper fuiſſe, & tanquam erroneum ac impium extitiſſe ſemper damnatum; hanc prauam & impiam opinionem extinguere cupientes, vniuerſos vos exhortamur atque requirimus, vt veram eccleſiæ Romanæ doctrinam illis aperire & prædicare velitis: præfata namque Romana eccleſia omnium fidelium mater atque magiſtra, tā ex veritatis ſcientia & auctoritatibus ſanctorum doctorum, quam ex canonibus per ipſam editis tam in œcumenico Florentino, quam Lugdunenſi, alijſque pluribus concilijs promulgatis, fideli ac deuota confeſſione ſemper prædicauit & docuit, docet & prædicat, quod Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre & Filio non tanquam ex duobus principijs, ſed tanquam ex vno principio; non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione procedit.

Quingentos & amplius.

Præmunit eos Eugenius.

Docet Spiritum ſanctum vnica ſpiratione procedere.

Hæc eſt, venerabiles fratres, pura, ſimplex, & catholica fides, quam præfata ſacroſancta Romana eccleſia, quæ ſemper beatiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo protectoribus immaculata permanſit, continuo prædicauit & docuit: contrarium huius veritatis & fidei tenentes & aſſerentes damnauit, & nos de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu de nouo apoſtolica auctoritate damnamus, reprobamus, excommunicamus & anathematizamus, & pro damnatis, reprobatis, anathematizatis & excommunicatis habemus, tenemus, & reputamus, & ab omnibus teneri, haberi & reputari decernimus & declaramus, ac eos cum execrabilis memoriæ Ario, Manichæo & Marcione, cæteriſque alijs diuinam veritatem peruertere conantibus, annumeramus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno &c. MCCCCXLIII. IV. non. martij pontificatus noſtri anno XIII.*

18 Perſtitere Græci in ſuſcepta pertinacia inanis huius argutiolæ fumo occæcati, nimirum vel duas perſonas Patrem & Filium in vnam confundi, ſi ſint vnicum principium Spiritus ſancti, vel dari duo eius principia: nec deerant eximij doctores, qui eos inſtruerent, non confundi Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, ſi ſint vnicum principium creaturarum, nec ſi diſtinctæ ſint tres perſonæ dari tria vniuerſi principia, vt Mahometani Chriſtianis obijciunt. Inter alios Cardinalis Beſſarion [a], eandem ſchiſmaticorum blaſphemiam argutiolam egregie confutauit. Aduerſus vero

Non magis dantur duo principia Spiritus S. quam dantur tria creaturarū.

a Beſſar. de ſucceſſu ſynod. Flor. c. 8.

ſplendidiſſimas ſanctorum patrum, quos diuino lumine colluſtratos nefas eſt ambigere, ſententias aliquorum ſophiſmatum fumos ad veritatem obſcurandam fuiſſe offuſos a Græcis, narrat eoſdemque deſcribit.

Solutiones inconuenientium, quæ a Græcis opponuntur Latinis & cæteris recte ſentientibus.

Putant Patrem & Filium aut in vnam confundi perſonam, ſi quis ex vtroque procedere Spiritum ſanctum dicat, aut duas cauſas duoque principia neceſſe eſſe ponere: vtrumque vero horum abſurdiſſimum eſt: nos vero ad confuſionem quidem perſonarum hæc dicimus, quod ſi operationem ſpirandi conſtitutiuam perſonæ paternæ poneremus tunc ſequeretur hoc inconueniens, & Filius eſſet vna eademque perſona cum Patre: cum vero conſtitutiua quidem paternalis perſonæ proprietas paternitas, & ipſum generare probatum fuerit, ſpirare vero proprietas quædam ſequens eius perſonam iam conſtitutam, cur ille, cui communis eſt cum Patre non conſtitutiua proprietas, vna eademque perſona cum ipſo eſſet? quemadmodum enim commune habens Filius cum Patre quod Spiritus dicatur Spiritus eius prout Patris, item quod ab eo mittatur prout a Patre; tamen non eſt eadem perſona cum Patre, eo quod non eſt conſtitutiuum nec quod Spiritus dicatur Spiritus Patris, nec quod a Patre mittatur: ita etſi communem habeat cum Patre ſpirandi potentiam, non ideo in eandem cum eo confunditur perſonam, cum ſpirare non ſit paternalis perſonæ conſtitutiuum eſſe; quare donec non probatur ſpirandi potentiam paternalis perſonæ conſtitutiuam eſſe, nec confuſio perſonarum inde probari poterit. *Et infra*: Dictum eſt autem in ſuperioribus quænam eorum quæ de Deo dicuntur communia ſunt, quæ propria, & propriorum quænam duabus perſonis propria, quæ vero vni ſoli, eorum quæ vni ſoli: quænam ita propria ſunt, vt & perſonalia ſiue hypoſtatica ſint; quæ vero ita propria, vt notiones non vt hypoſtatica, quale ipſum quoque ſpirare dictum eſt eſſe. Igitur ex ijs, quæ nunc dicta ſunt, & ex ijs, quæ in ſuperioribus præſuppoſita fuerunt, huius inconuenientis ſolutio patet, nec habet quiſquam amplius accuſare Latinos, quod confuſionem introducant perſonarum.

Obiectio ſchiſmaticorum.

Diſſoluitur.

De duabus vero cauſis ſiue duobus principijs, quæ in theologia Latinos introducere quidam autumant, hocque inconueniens magis eos ſequi, quam vmbram corpora putant, quid dicemus? nempe hoc in primis dicendum eſt, quod ipſa ſola auctoritas ſanctorum ſufficiat fidelibus neceſſe eſt, qui vtrumque dixerint, & quod Spiritus a Patre procedit & Filio, & quod tanquam ab vno principio: Non enim duo principia Spiritus ſunt Pater & Filius, inquit Auguſtinus, ſed vnum eius ambo principium ſunt, quemadmodum creaturæ non tria principia, ſed vnum ſunt Pater & Filius & Spiritus ſanctus ipſa Trinitas Deus. Quam igitur aliquis hac apertiorem quærat ſolutionem, quam Spiritus ſanctus per huius ſanctiſſimi patris os ac doctoris loquutus eſt? non enim latet nos, quod idem inconueniens multorum, videlicet principiorum & multorum deorum in productione etiam creaturæ ſequeretur. Si quis non pie conſideraret quod a fide Chriſtiana eſt alienum, & conueniens gentilibus, hoc enim eſt de quo maxime nos gentiles accuſamus, quod multos videlicet introducant deos multoſque creatores. Cum igitur nos etiam tres diuinas perſonas creaturæ cauſam & principium credamus, nos etiam hoc incon-

S. Auguſtini reſponſum.

inconueniens ſequeretur, & multa viderentur ponere principia, multaſque diuinitates, ſi quis non recte intelligat. Sed audi quomodo ſancti doctores ſapientiſſime hoc ſoluunt: nam etſi Patrem & Filium & Spiritum ſanctũ creaturæ cauſam eſſe credamus; quoniam tamen ad Patrem omnia referuntur, & quia ab eo habent, & Filius & Spiritus ſanctus & ipſum eſſe & creandi potentiã ſi enim Pater nõ eſſet, Filius & Spiritus ſanctus nec creandi potentiam haberent, nec omnino eſſent, item quoniam vna & eadem numero potentia erat cum Patre Filius & Spiritus ſanctus ex vna & eadem numero & communi diuinitate ſiue diuina eſſentia prodeunte, ideo merito vnus Deus & vnus creator ſunt. Hoc idem igitur de proceſſione Spiritus ex Patre & Filio ſufficiens ſit illis, qui de hoc quærunt, quoniam etenim vna & eadem ſpirandi potentia, ex vna & eadem eſſentia prodeunte, Pater & Filius, Spiritum ſanctum ſpirant. Et quoniam a Patre hanc ſpirandi potentiam Filius habet, ideo vnus ſpirator, vna cauſa, & vnum principiũ in proceſſione Spiritus ſancti ambo ſunt. (Vt ſit vnicus ſpirator.) Hæc igitur, vt dictum eſt, ſufficerent non contendentibus propter doctorum auctoritates. *Et infra*: Ex his igitur clariſſime patet falſo Latinos accuſari, quod duo ponant in diuinitate principia.

(Alia ſchiſmaticorum arguta.) Item aut perfecta eſt, aiunt, ex Patre proceſſio, & ſuperfluit illa, quæ ex Filio eſt: aut ſi hæc neceſſaria eſt, imperfecte ex Patre procedit: hoc vero inconueniens eſt imperfectam operationem dicere Patris, & ad ſuam perfectionem Filio indigere. Ad quæ reſpondemus illos, qui hæc dicunt, ideo errare, quia omnino duos eſſe putant Patrem & Filium, & eorum operationes humanis exemplis inhærentes, quia vident duorum hominum duas eſſe operationes numero, etſi ad vnum effectum tendant & diſtinctas ab inuicem, putant idem contingere etiam in Deo, quod abſurdiſſimum eſt; namque Pater & Filius perſonis ſolummodo diſtincti in cæteris vnum & idem ſunt; quo fit vt etiam ſpirandi potentiam vnam & eandem numero habeant, & ſimul non ſeorſum; nec hic prius alter poſterius, nec hic alia, alter alia ſpiratione ſpirat Spiritum, vt ij, qui corporales in omnibus ſunt, putant; ſed ſimul & abſque tempore vna eademque numero ſpiratione perfecte ambo, & ſupra omnem perfectionem eum ſpirant: neceſſe enim eſt eadẽ toties ad eos dici, quoties audientes non intelligunt. (Retorquetur in ſchiſmaticos.) Aut quid illi dicent, ſi quis eos econtra interroget, ſi perfectam credunt mundi ex Patre creationem, an non? Si enim perfectam, quare Filium quoque & Spiritum ſanctum creatores nominant? Si vero imperfectam, & ideo Filium & Spiritum Patri aſſociant, conſiderent quid dicant. At perfecta quidem ex Patre mundi creatio, vna vero eademque numero Filij & Spiritus operatio ad eius creationem eſt; & non alia Patris, alia horum, tunc enim haberent locum hæc puerilia dubia. Ita igitur & in propoſito perfecta quidem & ſuper omnem perfectionem eſt Spiritus ex Patre proceſſio; eadem vero & vna numero ex Filio quoque eiuſdem Spiritus ſpiratio eſt, non alia & alia; nec aliter & aliter, nec prior & poſterior; ſed ſemel & eadem & ſimiliter, cum vna & eadem numero ſpirandi potentia Spiritum ambo ſpirent. Et nullus blaſphemiæ hanc rationem accuſet, audiens nos ex creatura arguentes, & ideo putet Latinos Spiritum ſanctum inter creaturas ponere; fuerunt etenim, & ſunt, qui in hanc etiam proteruiam & inſaniam deuenerunt, vt hoc quoque Latinis imputare auderent. Hæc enim aut ſtultorum, aut iocari volentium ſunt, aut illorum, qui ignorant ſanctos Patres & doctores ſæpius a creatura & ſenſibilibus exemplis manuducentes nos ad credẽdum res intellectuales & viſibiles atque diuinas ab eis, quæ exile veſtigium diuinæ ſimilitudinis habent illa probantes pro poſſe.]

19 Ad clariſſimam hanc lucem cæcutientes oculos extollere Græci detrectarunt. Conſtabiliebat autem in errore eos Marcus Eugenicus archiepiſcopus Epheſinus mendacijs ſuis, iactabatque in literis encyclicis a, ſe in concilio Florentino probaſſe, Spiritum ſanctum ex ſolo Patre procedere: quem Ioſephus epiſcopus Methonenſis confutauit, ſiue potius Gennadius patriarcha Conſtantinopolitanus, vt habet m.s. b Vallicellanum. (Marcus Epheſius Græcani ſchiſmatis confirmati auctor.) (a Extant in append. conc. Flor.) (b Genn. in expoſ. 5. cap. ſynod. Florent.)

Expoſitio quinque capitum ſynodi Florentinæ, &c.

Contieuiſti quia contra validos fratris Ioannis ſyllogiſmos dicere non valebas, quando te per ſyllogiſmos viciſſim interrogabat de illo magni Baſilij dicto: *Neque enim accipimus a Spiritu aliquem ſicut a Filio Spiritum*; in qua te ſententia oſtendit ſacræ theologiæ ignarum, cum te etiam velut auditorem erudiebat, quomodo intelligenda ſit Spiritus ſancti proceſſio. *Et infra*: Cæterum aduerſus vim & robur argumentorum Ioannis cum ſtare non poſſes, fugam paraſti, diſputationis congreſſu perterritus, & longum quidem habuiſti ſermonem, ſed qui nullum diſputationis fructum haberet; ſiquidem a Cubaſila & Palama & ſimilibus eorum ſchiſmaticis omnia mutuatus nuda proponebas euangelij dicta, putans te per ea probaturum quod ex ſolo Patre, non etiam ex Filio procedat Spiritus ſanctus, quod tu quidem certe probandum aſſumpſiſti, at non probaſti neque tibi textus illi quidquam profuerunt, dicere enim: *Qui a Patre procedit* b; non modo non facit ad tuum finem, ſed etiam aperte aduerſatur, neque enim dicit: *Qui ex ſolo Patre*; vel: *Qui ex Patre, non autem ex Filio procedit*. Illud c etiam: *Cum venerit Paraclitus, quem mittet Pater*; nullas tibi dat vires, non enim ſic ait: *Quem mittet ſolus Pater*; aut: *Quem Filius non mittet*. Præterea illud Pauli d: *Nos non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt*; nihil tuo propoſito ſuffragatur, neque enim dicit: *Spiritum ſolius Patris, & non Filij*; ſed: *Spiritum, qui ex Deo eſt*. Quibus ergo ex locis, inquit, probaſti in ſynodo Spiritum ex ſolo Patre, vt hic te iactas? Num ex his, quæ modo allata ſunt? At in ijs non habetur: *Ex ſolo*; ſed ſimpliciter: *Ex Patre procedentem*; quæ tibi omnia Latini concedunt; ſiquidem hic vnus eſt longi illius tui ſermonis ſenſus. At veritatis defenſores tibi negabunt dicta illa refragari affirmantibus Spiritum ſanctum etiam ex Filio procedere; nam ſi dicerent: *Qui ex Patre, non ex Filio*; ſiue: *Ex ſolo Patre, non etiam ex Filio*; vel ita: *Pater ſolus producit Spiritum ſanctum, non vero etiam Filius*; aut ſimilia: eſſet tibi litis & contentionis occaſio. *Et infra*, Cur hic, vbi nullam negationem appoſuit, non credamus ex ipſo etiam eſſe Spiritum ſanctum, quando hoc ipſum per alia ſacri euangelij verba Saluator nobis declarat? Alicubi enim dicit e: *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis*; hic eſt Paraclitus ille, quem Pater producit; ſi ergo quem Pater producit, hunc Filius mittit; quid differt inter mitti & procedere? Et rurſus f: *Cum venerit ille, docebit vos omnem veritatem. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis: omnia enim quæcumque habet Pater,*

(Confutatur) (b Io. 15.) (c Io. 14.) (d 1. Cor. 2.) (Probatur Spiritum ſ. procedere etiam ex Filio.) (e Io. 15.) (f Io. 16.)

mea ſunt; propterea dixi, quia de meo accipiet. Et alibi [a]: *Inſufflauit & dixit diſcipulis: Accipite Spiritum* a Io. 20.
ſanctum. Quæ omnia oſtendunt etiam ex Filio procedere Spiritum ſanctum. Vnde igitur & per quos textus probaſti tu Spiritum ex ſolo Patre? Num ex doctoribus Eccleſiæ? Sed qui fiat, vt iidem & ex Patre ſolo & ex Patre & Filio dicant? Si enim ita dicerent, pugnantia ſane loquerentur, alias alia docentes. Oportet enim, vt vel ex ſolo Patre affirment, vel ex Patre & ex Filio: verum ex ſolo
Neſtorius Spiritum ſanctum ex ſolo Patre procedere ſtatuit. Patre, nemo dixit ſanctorum; vnus id affirmauit Neſtorius hæreticus. Productionis vero etiam ex Filio doctores omnes clariſſimi præcones ſunt.

Principio enim magnum Eccleſiæ columen, magnus reuera & ſacer Athanaſius in ſuæ fidei
Inſignis Athanaſij auctoritas. confeſſione: *Spiritus*, inquit, *ſanctus a Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens*. Idem in ſermone de incarnatione Domini hæc habet: *Nulli vero ſuſcepto ſit ipſum non habentem accepiſſe; ipſe enim deſuper mittebat illum vt Deus, vt homo autem infra eundem ſuſpiciebat. Ex ipſa itaque deſcendebat in ipſum, ex deitate eius in eius humanita-*
Alia Baſilij. *tem*. Baſilius quoque ſanctiſſimus libro tertio contra Eunomium: *Qua enim*, inquit, *neceſſitas cogit eo quod dignitate & ordine tertius eſt Spiritus ſanctus, eundem eſſe quoque tertium natura? dignitate enim illum eſſe a Filio ſecundum, cum ab ipſo ſit & ab ipſo accipiat, & annuntiet nobis, & omnino ab illa cauſa pendeat, ſermo pietatis tradit*. Huius autem frater diuinus Gregorius Nyſſenus in multis ſane ſermonibus
Alia Gregorii Nyſſeni. hoc idem docet, præcipue vero tertia in orationem dominicam homilia declarat dicens: *Vnigenitum Filium diuina ſcriptura ex Patre natum vocat, & proprietas eius in ſacris literis vltra non progreditur; Spiritus vero ſanctus & ex Patre eſſe dicitur, & inſuper ex Filio eſſe perhibetur; Si quis enim Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius; inquit diuinus Apoſtolus* [b].

b Rom. 8. Alia Cyrilli. Beatus quoque Cyrillus [c] Alexandrinæ lumen Eccleſiæ in epiſtola ad Neſtorium, cuius ini-
c Concil. Epheſ. p. 1 cap. 26. tium eſt: *Cum Saluator noſter aperte pronuntiet* [d]:
d Mat. 10 *Qui diligit patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus*; hæc habet: *Etſi Spiritus propriam habet ſubſiſtentiam, per quam eſſe per ſe intelligitur, vt Spiritus & non Filius, haud tamen eſt a Filio alienus; vocatus enim eſt Spiritus veritatis, veritas autem eſt Chriſtus & effunditur ab ipſo, quemadmodum & ex ipſo Deo Patre*. Illa porro vox, *effunditur*, poſita eſt a doctore loco huius vocis, *procedit*; vt ipſemet ait in expoſitione ſymboli his verbis: *Et effunditur, hoc eſt procedit*. Idem in commentarijs in Ioel prophetam [e] explanans verba illa: *Effundam de Spiritu*
e Ioel. 2. *meo*; hæc habet: *Filius eſt Deus, & ex Deo naturaliter eſt; ex Deo, namque Patre natus eſt: proprius ipſius & in ipſo & ex ipſo eſt Spiritus, eodem plane modo, quo Dei Patris eſſe intelligitur*. Idem in commentarijs, quibus confutat Palladium ſic ait: *Nulli vero mutabilitati obnoxius eſt Spiritus: quod ſi mutabilitatis malo laborat, ipſi diuina natura hac labes aſpergetur, cum ſit Dei Patris atque ipſius Filij, qui eſſentialiter ex vtroque, ſcilicet ex Patre per Filium effunditur Spiritus*. Idem in expoſitione anathematiſmi noni ait: *Proprium habens Filius Spiritum ſanctum, qui ex ipſo eſt, & ipſi eſſentialiter inſitus eſt, diuina operabatur miracula*.

Alia Chryſoſtomi. Beatus quoque Chryſoſtomus homilia in incarnationem Domini ait: *Venit ad nos Chriſtus, dedit nobis Spiritum, qui ex ipſo eſt, & aſſumpſit corpus noſtrum*. Quid porro ſibi vult illud: *Qui ex ipſo eſt*; niſi Spiritum, qui ab ipſo procedit, eſſe nobis datum? Simeon præterea nouus theologus, qui & Metaphraſtes, quinto nonas octobris, vbi ſancti Dionyſij Areopagitæ vitam ſcribit, ſic ait: *Finem habent corporalis aduentus officia, & ſumunt initia ſpiritualia, meuſque in cælum euehitur Chriſtus, & patriam repetit ſedem, mittitque Spiritum, qui ab ipſo procedit, in diſcipulos, vt duces incredulis gentibus fierent*. Ita magno Patri Chryſoſtomo conſona loquitur dum ait: *Spiritum qui ab ipſo procedit*.

Beatus itidem Epiphanius Cypri archiepi- Alia Epiphanij.
ſcopus: *Ambo*, inquit, *in homine iuſto inhabitant Chriſtus & Spiritus eius. Quod ſi Chriſtus ex Patre creditur Deus de Deo, Spiritus quoque erit a Chriſto, vel ab vtroque quemadmodum affirmat Chriſtus dum ait: Qui a Patre procedit, atque ita ex meo accipiet*. Et in Ancorato: *Quemadmodum nemo nouit Patrem niſi Filius, neque Filium niſi Pater, ita dicere audeo, neque Spiritum niſi Pater & Filius a quo procedit, & a quo accipit; & nec Filium & Patrem niſi Spiritus ſanctus, qui docet omnia, & vere clarificat, qui eſt a Patre & Filio. Et paulo infra: Spiritus autem ex Patre & Filio ſpiratur*.

Similiter beatus Taraſius patriarcha Conſtan- Alia Taraſij.
tinopolitanus in epiſtola ad præſules orientis, quæ ita incipit: *Multis & magnis prouidentia modis*; hæc habet: *Et in Spiritum ſanctum, qui ex Patre per Filium procedit, qui & ipſe Deus agnoſcitur*. Et S. Hilarius oratione poſt pentecoſten ſic ait: Alia Hilarij.
Credimus in ſanctam Trinitatem, hoc eſt Patrem & Filium & Spiritum ſanctum vnum Deum omnipotentem vnius ſubſtantiæ, vnius eſſentiæ, vnius poteſtatis, conditorem omnium creaturarum, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: Patrem ex ſe non ab alio, Filium ex Patre genitum, Deum verum de Deo vero, lumen verum de lumine vero, non tamen duo lumina, ſed vnum lumen Spiritum ſanctum a Patre & Filio æqualiter procedentem. Ad hæc Anaſtaſius ſancti montis Sina in ſermone, cui titulus: *De rectis, quæ nos credimus dogmatibus veritatis*; cuius tale principium eſt: *Eorum, quæ de illibata fide noſtra*; ita ſcriptum reliquit: *Ex eo porro, quod proprium eſt corporis petito exemplo declarauimus quomodo in diuinis alterum ſit in altero ex proportione & adumbratione membrorum; hac enim ratione & Spiritus oris eius, Dei ſcilicet, Spiritus ſanctus dicitur, cum ſit os vnigeniti; & rurſus Spiritus, qui ab eo procedit & mittitur; non a Patre ſolum, ſed etiam a Filio*. Et poſt pauca: *Itaque Dominus vt eum ſe oſtenderet a quo Spiritus ſanctus exiſtit, inſufflans in diſcipulos aiebat* [a]: a Io. 20.
Accipite Spiritum ſanctum. Sacer quoque Dama- Alia Damaſceni.
ſcenus XIII. cap. rerum diuinarum hæc habet: Rurſum alia complures Cyrilli.
Manifeſtatiua virtus occulta Patris diuinitatis ex Patre eſt per Filium procedens, vt ipſa nouit. Et paulo ante: *Ipſe igitur eſt mens, Verbi abyſſus, verbi genitor perque verbum Spiritus manifeſtatiui proditor*. Illud autem: *Ex Filio non dicimus Spiritum*; quod octauo capite doctor idem habet, ne quis addubitet, iam ſoluimus in primo definitionis capite, dum pro quinque capitibus apologiam ſcriberemus (ſcilicet dici Spiritum ſanctum ex Patre per Filium procedere, vt Pater operationum ad intra principium agnoſcatur.) Rurſum B. Cyrillus ſecundo ad Harmiam libro ſic ait: *Sanctum vero Spiritum vocabis, qui ex Patre per Filium effunditur naturaliter*; quod vero præpoſitio, per, idem valeat quod ex, & eandem habeat ac illa vim, paulo poſt id etiam tibi oſtendemus.

Nunc ergo quid ad hæc potes dicere? nonne qui allati ſunt, ſancti & Eccleſiæ doctores ſunt? Si omnes iſti per diuerſas voces & dictiones ſuis in ſcriptis fatentur ac docent Spiritum ſanctum ex Patre & Filio, ex quo tu ſacræ Scripturæ loco

ha-

Digitized by Google

habes, Spiritum ſanctum ex ſolo Patre procedere, profer nobis quis inter doctores dicat ex ſolo? quis ſanctorum, quæ ſynodus dixit hoc? quomodo temet vanitati dediſti, & ſtudes etiam ſeducere alios, non veritus Dominum, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos? Quomodo illum negas Patri eſſe conſubſtantialem, & communem illi denegas cum Patre maieſtatem & virtutem & initio carentem æternitatem, quodque omnia, quæ ſunt Patris, habeat præter vnum hoc eſſe Patrem?
a Io. 16. ipſe etenim dicit a: *Omnia quæcumque habet Pater*
b Io. 17. *mea ſunt*. Et rurſus. *Tu* b, *Pater, in me, & ego in te, & omnia mea tua ſunt & tua mea*. Et in oratione, inquit, loquens de diſcipulis: *Vt vnum ſint, ſicut nos vnum ſumus*. Si ergo Filius vnum eſt cum Patre, quomodo Spiritus ex ſolo Patre procedit, qui ex Patre & Filio indiuiſe prodit? Hæc te oportebat inſpicere, & non ſcripta Cabaſilæ, & Palamæ, Phurnij, Camateri, Moſchamparis, & aliorum, ne ſingulos percenſeam, quos tu audiens euaſiſti ſchiſmaticus & veritatis inimicus; cumque in ſynodo adhibuiſſes non ſanctorum, ſed illorum dicta, ignominiam reportaſti quando tibi Eccleſiæ doctores illi protulerunt: quare cum oculos attollere non poſſes, in fugam te ignominioſe dediſti, & iam te dicere non pudet, Spiritum ſanctum ex ſolo Patre ibi eſſe abs te demonſtratum. [Adducit etiam plures auctoritates ſanctorum patrum occidentalium conſentientes cum Græcis, quas omnino admittendas ab orientalibus demonſtrat, ſic inquiens:] An vero negare poteris ſanctos eſſe occidentis doctores? Si neges hæreticus omnium turpiſſimus apparebis; nam quinta ſynodus œcumenica in ſua definitione ait: *Sequimur ſanctos & beatos patres atque doctores Gregorium Dialogum, Auguſtinum, Hieronymum, Ambroſium, & reliquos, eorumque voces approbamus, & recipimus*. Non potes ergo contradicere. Hos itaque quos œcumenica quinta ſynodus promulgauit inter ſanctos atque doctores, proferens Ioannes perſpicue demonſtrauit, Spiritum ſanctum eſſe etiam a Filio, refutando quæ tu dixeras, non quæ docent doctores orientales; nam & illi eadem quæ occidentales dicunt. Vt vero ſcire volentibus, num vera dicas, palam fiat veritas, occidentalium quoque doctorum ſententias hic apponemus, non omnes aut omnium ſed paucas e multis, vt per eas te oſtendamus vſquequaque futilem & arrogantem. [Pluribus interiectis, cum fateretur Marcus, Spiritum ſanctum ex Patre per Filium procedere, negaret vero ex Filio, idem propoſitione, *per*, &, *ex*, ſignificari, redarguitur; tum ſubdit Gennadius:] Eſſe porro id verum præpoſitiones ſcilicet, *ex* & *per*, idem valere, & eandem vim obtinere, ex eo patet: nam Theodoretus Cypri epiſcopus multa reprehendit in duodecim magni Cyrilli capitibus, quæ antea ſanctus ille contra Neſtorium expoſuerat [propugnabat tunc ſcilicet Theodoretus hæreſim,] & cum in nono anathematiſmo Cyrillus dicat: *Suum habens Filius Spiritum ſanctum, qui ex ipſo eſt, & ipſi ſubſtantialiter inſitus eſt, diuina edebat miracula*; Theodoretus ita obijcit: *Si, vt de connaturali Cyrillus loquitur, & procedente a Patre, libenter concedemus, & dictum accipiemus vt pium. Si vero ita loquitur, quod Spiritus ex Filio ſiue per Filium exiſtat, proijciemus vt blaſphemum & impium*, nimirum tunc blaſphemus & impius erat Theodoretus.] Ecce tibi manifeſte reformidauit Theodoretus [vtpote tunc defenſor Neſtorij] dicere & *per*, & *ex*, in proceſſione Spiritus a Filio. Cum enim ille negaret omnino Spiritum eſſe a Filio, ſicuti negatis & vos,

Augenicus ignarus fuit doctrinæ ſanctorum patr.

Argum. ex Latinis patribus.

Vt propoſitiones: *Ex Filio, & per Filium* idem valeant.

neque ex Filio, neque per Filium admiſit. Vos autem fatemini quidem per Filium, ex Filio vero ne auribus quidem accipere patimini? ſed, heus tu, iuxta Theodoretum idem ſignificat. Quod vero per Filium fateamini, Damaſcenus cap. VIII. & XIII. perſpicue clamat: *Ex Patre per Filium*, & vos magna voce cantatis: *Spiritum bonitatis largitorem, ex Patre per te, O Chriſte, procedentem*. Et in hymnorum officio, quod die pentecoſtes canitur, habetis: *Tu enim deitatis flumen Spiritus ex Patre per Filium prodiens*. Verum etſi canitis, non percipitis tamen, idem valere *per* atque *ex*; At vero Theodoretus melius id norat quam vos, & propterea vtramque propoſitionem negauit.] [Dum ſcilicet, vt dictum eſt, hæreſiarcham Neſtorium tuebatur.]

20 His poſtremo nonnulla addenda videntur, quæ ex pontificijs huius anni regeſtis excerpta ſunt. Diremit in primis Eugenius controuerſiam, quam inter ſe de loco habebant Caſtellæ Aragoniæque Regum oratores, vter alteri anteferretur in ſacello pontificio, conſiſtorijs, alijſque publicis conuentibus. Intenderat vero litem Aragonius orator Caſtellano hactenus loco ſuperiori poſito, quippequi Alfonſum ob plurium acceſſionem regnorum honoris gradu auguſtiorem eſſe putabat; cum Pontifex nihil in ea re nouandum ſanxit a.

Lis occa. inter Reg. oratores.

a Lib. 23. ep. 181. pag. 23.

Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romani Pontificis prouidentiam, ea omnia curare & proſequi, quæ fidelium Chriſti principum, ac noſtrorum & Apoſtolicæ ſedis deuotorū quietem & pacem concernere dignoſcuntur ea vero circumcidere & amputare, quæ ſcandalorū & diſſenſionum fomenta & ſemina poſſunt quomodolibet generare. Sane ſæpe cōtingit inter oratores Regum & principum in Romana curia exiſtentium, cum ad cappellam noſtram ac conſiſtoria, & alios publicos actus accedunt, de præeminentia & prærogatiua ſedendi contentiones & altercationes oriri; quarum occaſione ſepe odijs & grauibus ſcandalis materia præparatur. Ne igitur propter huiuſmodi ſedendi prærogatiuas inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Ioannem Caſtellæ & Legionis, ac Alfonſum Aragonum, & Siciliæ citra & vltra pharum & Ieruſalem &c. Reges illuſtres, eorumque oratores altercationes de cætero vllatenus exoriri contingat, attendentes quid prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, & noſtris temporibus in huiuſmodi ſedendi ordine ſemper ſeruatum fuerit, volentes paterna prouiſione vnicuique reddere quod ſuum eſt, Caſtellæ & Legionis Regem illuſtrem, cuius erga nos & Romanam eccleſiam ſingularem & inconcuſſam deuotionem, reuerentiam, & fidem ſemper experti fuimus ſeu ipſius oratores, Aragonum & Siciliæ &c. Regi illuſtri, ſeu eius oratoribus in ordine, prærogatiua ſedendi in cappella, conſiſtorijs, & cæteris actibus in Romana curia præferendum, & præferendos, ex certa ſcientia; apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus ac declaramus. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno &c.* MCCCCXLIII. *v. non. martij pontificatus noſtri anno* XIII.

Caſtellano præſtitus honoris locus aſſertus.

Decretum id ab Pontifice non ex pleniori in Caſtellanum ſtudio cum profuſiori Alfonſum Aragonium complecteretur, cuius nothum filium Ferdinandum natalibus reſtituit, eoque affecit b beneficio, vt quæcumque munera in Neapolitano regno obire poſſet, quo facto viam illi ad regale ſolium muniuit. Neque illud hoc loco prætereundum videtur, Eugenium c hoc anno Catanen-

Priuilegia Ferdinando notho data.

b Lib. 26. pag. 28.

Inſtituta Catanæ academia.

c Lib. 22. pag. 101.

ſium

Digitized by Google

ſium precibus permotum academię condendæ poteſtatem feciſſe.

S. Bernardini obitus. 21 Eodem anno vigeſima maij die vitam præclaro exitu decorauit Aquilæ S. Bernardinus Senenſis religioſæ diſciplinæ, quæ apud Minoritas delloruerat reſtitutor, miraculis dum vixit ac poſt mortem clarus: quibus Eugenij primum, deinde Nicolai V. ſummorum Pontificum iuſſu diligenter excuſſis exploratiſq; in ſanctorum ordinem ritu ſolẽni aſcriptus fuit anno a virgineo partu MCCCCL. vt ſuo loco dicetur. Breui hoc elogio in tabulis eccleſiaſticis ᵃ decoratur: *Aquila in Veſtinis S. Bernardini Senenſis ordinis Minorum, qui verbo & exemplo Italiam illuſtrauit*. Egregia eius geſta narrat ex eiuſdem temporis ſcriptore Laurentius Surius ᵇ, aguntque de ipſo S. Antoninus ᶜ, Æneas Syluius ᵈ, aliique compluresː nunc ſuffecerit nobis felicis eius mortis hiſtoriam e Surio delibare: *Sciens vir Dei mortem ſibi imminere, pridie aſcenſionis Domini cum multa præparatione & deuotione ſacramentis Euchariſtiæ & extremæ vnctionis ſe communiuit. Morte aduentante, cum loqui non poſſet, quibus potuit ſignis innuit fratribus, vt ipſum e lecto in terram deponerent ab hac lachrymarum valle receſſurum. Itaque fratres a lecto in cellæ pauimentum aſſeribus ſtratum eum depoſuerunt: vbi vir ille ſurſum erectis luminibus ſpiritum ſuum in Dei manus commendauit, feliciterque e corpore exceſſit vigeſimo menſis maij die pridie aſcenſionis Domini anno MCCCCXLIV. cum in veſpertinis precibus fratres concinerent illam ad magnificat antiphonam: Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo, quia ego ad te venio. Alleluia. Vixit in terris annos ſex & ſexaginta, viginti duobus annis in ſæculo, reliquis in monaſticæ profeſſione degit: quadraginta multo labore Dei verbum prædicauit.*

ᵃ Martyrol. Rom. die 20 maij. ᵇ Sur. ead. die. ᶜ S. Anton. p. 3. tit. 24. c. 5. ᵈ Aen. Syl. Europ. c. 64. & alij. Pia eius demiſſio.

Miracula ſub eo. De patratis autem mox eius ope miraculis hæc addit auctor: *Eadem hora, qua corpus eius in æde ſacra repoſitum fuit, priuſquam clerus ad eius exequias adueniret, puer nouem annorum Paſchalis nomine filius Pauli Matthæi celerrime eo properauit, flexiſque humiliter ad extremas illius preces genibus ſic precatus eſt: Credo firmiter ſancte pater Bernardine, te cum ſanctis a Deo exaltatum. Ego miſer meipſum commendo tibi omni, qua poſſum, deuotione grans ſummiſſe, vt per merita tua mihi in anima & corpore opituleris. Solebat is puer cum ceteris ſedere præ foribus templi miſere contractus & claudus: poſtquam autem has ſuas compleuit preces, confeſtim præter omnem expectationem vtroque pede ſanus ingreſſus eſt. Id vero conſpicatus Antonius Baguenſis ciuis Aquilicus, a primo ortu contractus & claudus, in corpus exanime incubuit, videbanturque et contractiones ipſius admodum extendi: mox rectus inceſſit pedibus ſuis, nihil prorſus claudicans, populum inuitans ad B. Bernardini venerationem. Vbi autem horum miraculorum fama in vicinas vrbes diuulgata eſt, grandi numero aduolarunt Aquilam iuuenes & ſenes, mares ac fœminæ præ multo gaudio lachrymantes & dicentes: Adſis nobis S. Bernardine, & in omni neceſſitate tuere nos.* Et infra.

Reportatum corpus eius eſt ad S. Franciſci eccleſiam: nec tamen terra illud condere voluerunt, ſed depoſuerunt in ſacello ferreis cancellis munito adhibitis excubitoribus, qui nocte ac die illud cuſtodirent, donec arca ferrea duodecim inſtructa ſeris pararetur, atque in eam illud imponeretur. Aduentabant autem diuerſi omnis generis afflicti morbis ex locis diuerſis, vt ſacro propinquantes corpori beati viri meritis reualeſcerent: id quod multis præſtitum fuit. Contigit illo die inter alios ægros fratrem Benedictum a Marſico Minoritam adeſſe membrorum officio deſtitutum, dextra aure ſurdum, & ingentes ſonos ac ſtrepitus tanquam moletrinæ aut malleorum incudem tundentium illic ſentientem: is arripuit pannum, quo exanimè beati viri corpus poſt lotionem deterſum fuerat, illoque ſe inuoluens poſtquam diligenter confeſſus erat peccata ſua, humiliter flexit genua ad pedes ſancti viri orans ſibi ſanitatem reſtitui, rediit illico auditus, ſenſuſque & vires inſtauratæ ſunt. Et infra: *Atque eum in modum manſit ſacrum corpus inhumatum ad dies ſex & viginti, non ſolum nihil male olens, ſed ſuauiſſimos etiam ſpirans odores coram omni populo.*

Interim autem dum ſic in arca lignea iaceret corpus non ſepultum, magna extitit diſſenſio inter ſcabinos & ſenatores atque plebem vrbis illius: vulgus enim in magiſtratum ſeditione excitata alios poſt alios ad quæſtionem vi abripuit. Inſaniebat præ malitia furens populus aduerſus magiſtratum, nec vllam admittebat rationem; ſed lata ſententia rectores ſuos & nobiles dominos perinde ac teterrimos nebulones & cruentos latrones quamprimum iuſſit capite truncari. Non potuit magiſtratus aduerſus plebem ſe tueri, nec purgare ſe apud illos, qui nulla ratione ducerentur. Itaque ceu fures e carcere producuntur proceres, & ad cædis locũ perducuntur: obligantur eorum oculi, flectunt genua anxie ſuſtinentes carnificis ictum. Illo ſuum præparante enſem auditur pueri vox in aere terribiliter clamantis: Ceſſate ab effundendo innoxio ſanguine; ſed ocyus ite ad Franciſcanorum templum affatim illic reperturi, quod tam pernicioſe expetitis. Stupent omnes ad hanc vocem: carnifex iubente plebe trahit manum ſuam: proceres eleuat, diligenter eos cuſtodit, ne qua elabantur, territus populus ob flagitioſum animi ſui propoſitum, rapido curſu contendit ad ædem S. Franciſci, & ecce vident omnes e naribus exanimati corporis S. Bernardini tanta copia manare ſanguinem, ac ſi e duobus fontibus largiſſima aqua proflueret: arca corpus continens tam plena erat ſanguine vt corpus ipſum in illo nataret, ſanguiſque redundans operimentum arcæ eleuaret veſtes quibus corpus indutum erat cruentæ eſſent, ſanguiſque magis ac magis circumcirca diffluerct, donec populus cum ingente humilitate & deuotione veniam & miſericordiam peteret ob id immane facinus. Ex eo autem ſanguine multi collegerunt in pocula vel vitra, eoque diuerſi morbi admirabiliter curati ſunt. Aquilanorum ſedi io inſigni miraculo ſedata. Cæterum eius elucubrationes a Ioanne Trithemio & Bellarmino recenſentur ᵃ.

Alfonſus Borgia creatus Card. Hoc anno Eugenius in Cardinalium collegium aſciuit Alfonſum Borgiam Valentinum, quem presbyterali tit. SS. Quatuor coronatorum ornauit, qui poſtea ad põtificatum, vt prædixerat S. Vincentius Ferrerius, euectus Calliſti III. nomen accepit. Ut vero læta extitit illius creatio, ita contra miſeranda fuit mors Angelotti Fuſci tituli S. Marci presbyteri Cardinalis, qui dum a prandio quieſcebat, gladio confoſſus ᵇ fuit a domeſtico adoleſcente; ſed is, quamuis facinus aliquandiu diſſimularit, demum conuictus ſupplicio affectus eſt. Eodem tempore vita functum Leonardum Aretinum, e cuius monumentis plura excerpſimus inſeruimuſq; noſtris annalibus, refert Ioannes Campiſius in literis quas ad Æneam Syluium ᶜ ſcripſit. Triſtis Angelotti Card. mors.

Hoc anno in Gallia apud Floriacum puer filius Laurentij Couillantij molitoris, cum e cymba in aquam prolapſus extinctus eſſet, eductuſque ad altare S. Sebaſtiani martyris in baſilica cœnobij Floriacenſis fuiſſet deportatus, vitæ reſtitutus eſt ᵈ, amplexuſque religioſa inſtituta annis quinquaginta in eo monaſterio ſuperuixit. Puer ad vitam diuinitus excitatus.

ᵃ Trithem. & Bellar. de ſcript. eccleſ. ᵇ S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 11. §. 17. Steph. Inſiſſur. & alij. ᶜ Apud Aen. Syl. ep. 172. ᵈ Bib. Flor. Io. a Boſco Celeſtin.

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1445.

EVGENII PP. IV. annus 15. FRIDERICI III. ROM. REGIS 6. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 22.

1 ANno redempti orbis milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto indictione octaua confectæ antea ab Alfonſo Rege Aragonum de Neapolitano regno cum Pontifice pactiones confirmatæ ſunt. Alfonſus enim datis ad Eugenium Papam regijs literis aurea obſignatis bulla profeſſus eſt, ſe apoſtolicæ liberalitati Siculum ſceptrum acceptum referre, ac percenſitis ſingulis legibus, quas Pontifex ex ritu veteri impoſuerat, ſe eas ſeruaturum ſumma religione pollicitus eſt. Extant eæ literæ in inſigni codice, qui in tabulario bibliothecæ Vaticanæ aſſeruatur ac liber priuilegiorum Romanæ eccleſiæ [a] inſcribitur, ex quo nonnulla excerpta in annales ſuos intulit Cardinalis Baronius [b], noſque plura noſtris inſerere conſueuimus, atque hic, vt inſtituti noſtri ratio, & argumenti grauitas poſtulat, eandem bullam auream recitabimus.

Iura regni Neap. a Pont. accepit Alfonſ. Rex.

a Lib. priu. Rom. eccl. to. 2. pag. 133. exſt. etiam in M. s. bibl. Vallic. ſign. lit. B. n. 12. pag. 77. & in alio ſign. lit. D. n. 8. pag. 44.
b Baron. an. 1011. ann. 1097. n. 55. & ſeqq. & nu. 117. & ſeqq.

Alfonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra pharum & vltra pharum. Valentiæ, Ieruſalem, Hungariæ, Maioricarum, Sardiniæ & Corſicæ, comes Barchinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Roſſilionis & Ceritaniæ omnibus & ſingulis præſentes literas inſpecturis.

Notum facimus quod cum ſanctiſſimus dominus noſter Eugenius diuina prouidentia Papa IV. anno a natiuitate domini noſtri Ieſu Chriſti MCCCCXLIII. id. iulij pontificatus ſui anno tertiodecimo bullam inueſtituræ regni Siciliæ citra pharum nobis & filijs noſtris maſculis tam natis quam naſcituris. licet abſenti conceſſerit, & per annuli aurei immiſſionē de regno prædicto nos inueſtiuerit, & reuerendo patri Ioanni S. Pauli extra muros vrbis abbati ad infraſcripta per eius ſanctitatem ſpecialiter deputato fidelitatis iuramentum præſtiterimus, ad perpetuam rei memoriam ipſiuſque ſummi Pontificis & Romanæ eccleſiæ expreſſam legitimam & conſuetam cautionem & fidem omnia & ſingula capitula promiſſiones, conditiones, conuentiones & iuramenta in præfata bulla inueſtituræ regni Siciliæ expreſſa & ſpecificata per præſentem literam noſtram regiam ſub bulla aurea ſigillatam ſeruare, implere, manutenere, & nihil omnino omittere ſpondemus, & ſub regia fide noſtra expreſſe promittimus, quarum conditionum capitulorum & iuramenti præſtiti tenor ſequitur de verbo ad verbum & eſt talis.

Fidelſ. ſacramentũ Eugenij interuentio exhibet.

Diploma traditur.

2 Conditiones vero prædictæ ſunt hæ, videlicet: [Promittetis & iurabitis tam tu quam tui in eodem regno heredes, quod nullas vnquam conſpirationes, colligationes, vel coniurationes cum quibuſcumque Regibus, principibus, ſeu magnatibus, communitatibus, vniuerſitatibus, aut perſonis alijs fidelibus aut infidelibus contra nos vel ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices canonice intrantes, aut Romanam eccleſiam, ſeu in eorum damnum facietis aut fieri conſentietis ſeu permittetis quantum in te vel in illis erit, nec factas ratas habebitis, & quod nunquam a noſtra & Romanæ eccleſiæ obedientia recedetis, nec aliquod ſchiſma contra nos vel ſucceſſores noſtros aut Romanam eccleſiam prædictos facietis, aut cuiuſcumque ſchiſmatis aut hæreſis imitatores eritis, ſeu fautores: nec huiuſmodi conſpirationes coniurationes ſeu ſchiſma contra nos vel ſucceſſores noſtros aut eccleſiam prædictas facietis, aut ſchiſmaticos vel hæreticos receptabitis, ſeu quocumque modo eis fauebitis, aut eis vel eorum alteri aliquod conſilium, auxilium, vel fauorem præſtabitis, nec aliquos nobis aut dictæ eccleſiæ rebelles aut noſtros ſeu ipſius eccleſiæ hoſtes vel inimicos, ſeu rerum aut bonorum ipſius eccleſiæ inuaſores aut occupatores in regno vel terra prædictis aut in aliqua ipſorum parte aut alio quouis loco, in quo temporalem poteſtatem habebitis, receptabitis, aut per alios receptari quoquo modo patiemini, ſeu permittetis ſcienter; ſed efficaciter illos perſequemini. Quod autem ſupradicitur de inimicis & rebellibus extra regnum & terram prædicta non receptandis intelligitur de notorijs, vel declaratis, ſeu declarandis, ſeu alias terminandis per ſummum Pontificem in regno autem & terra prædictis intelligitur, prout ſuperius eſt expreſſum. Si vero in tuo vel tuorum in dicto regno heredum obitu legitimum, prout ſubſequitur, heredem te vel ipſos hæredes tuos, quod abſit, non habere contigerit, regnum & terra præfata ad prædictam eccleſiam Romanam eiuſque diſpoſitionem libere reuertantur: & de liberis duobus maribus per eandem lineam concurrentibus primogenitus præferatur. In regno vero & terra prædictis nullus ſuccedat qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus. Ad hæc tam tu, quam tui in dicto regno heredes regnum & terram præfata nullatenus diuidetis, ſed ſemper illa ſub huiuſmodi conditionibus immediate & in capite nomine Romanæ eccleſiæ tenebitis: & tam tu quam prædicti tui in dicto regno heredes ſub proprijs nominibus nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac nomine eccleſiæ expreſſis noſtro & ipſorum nominibus ligium homagium facietis & dictum iuramentum fidelitatis, faciendo mentionem expreſſam de præſentibus literis, vt præfertur, præſtabitis. Huiuſmodi autem ligium homagium tu & dicti tui heredes facere, & iuramentum fidelitatis præſtare iuxta ſubſcriptam formam ſi Romanus Pontifex in Italia fuerit, infra ſex menſes, ſi vero extra Italiam eſſet, infra annum poſtquam regni dominium adepti fueritis, teneamini nobis & ſingulis ſucceſſoribus, ac eidem Romanæ eccleſiæ renouabitis tam ipſum ligium homagium, quam etiam huiuſmodi iuramentum. In optione autem & beneplacito erit Romani Pontificis, ſeu prædictæ eccleſiæ te & heredes tuos prædictos vocare ad præſtandum perſonaliter iuramentum fidelitatis ac ligium homagium huiuſmodi Romano Pontifici, ac eidem eccleſiæ, dummodo ad hoc ſibi vel illis tutum locum ſtatuant & aſſignent, vel aliquem Cardinalem ipſius eccleſiæ aut alium, qui vice Romani Pontificis iuramentum iuxta eandem formam & homagium huiuſmodi recipiat deſtinare.

Additæ leges in conferendo regni iure.

De obſequio & fide præſtanda Pontifici.

Non fouendis rebellibus eccleſiæ.

De hereditaria ſucceſſione & c. Relictâ ſpurij.

De ſacramento fidei nuncupando.

3 Tu quoque iurabis ad præſens te ad hoc ſpecialiter obligatum, & tam tu, quam tui in dicto regno heredes nobis & ſingulis ſucceſſoribus prædictis, atque eidem eccleſiæ, quando præſtabis & præſtandum huiuſmodi iuramentum fidelitatis iurabitis, vos ad hoc ſpecialiter obligatos, quod nunquam tu vel ipſi, per vos vel alium, ſeu alios quocunque modo procurabitis, vt eligamini vel nominemini in Regem vel Imperatorem Romanorum vel Regem Teutoniæ, aut dominium Lombardiæ, vel Tuſciæ, ſeu maioris partis earundem Longobardiæ vel Tuſciæ, & ſi electionem vel nominationem ad imperium vel regnum Romanorum, ſeu ad regnum Teutoniæ aut dominium

Data lex de non aſpirando imperio.

Lon-

Digitized by Google

Longobardiæ vel Tuſciæ, ſeu maioris partis earum de vobis celebrari contigerit, nullum huiuſmodi nominationi vel electioni aſſenſũ præſtabitis, nec intromittetis vos vllo modo in regimine ipſius imperij vel regni Romani, ſeu regni Teotoniæ, aut dominij Longobardiæ, ſeu Tuſciæ, vel maioris partis earundem, ad quodcumque earum nominati fueritis vel electi. Quod ſi tu vel aliqui tuorum in dicto regno heredum, ſtudentibus & procurantibus te aut eis in imperium ipſum, ſiue ad dictum regnum Romanorum, ſiue regnum Teotoniæ, aut dominium Longobardiæ, ſeu Tuſciæ aut maioris partis earum electi ſeu nominati fueritis vel fuerint, aut ſi poſt talem electionem imperij vel regni Romanorum ſeu regni Teotoniæ, aut dominij Longobardiæ, ſeu Tuſciæ aut maioris ipſarum partis regimen tu vel ipſi manifeſte te intromiſeris, vel te intromiſerint ſine expreſſo noſtro vel ſucceſſorum noſtrorum mandato, eo ipſo a iure prædictorum regni & terræ cadas & cadant ex toto, ipſaſque prorſus amittas & amittant, & eadem regnum & terra ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur. Si autem tu aut aliqui ex dictis heredibus electioni vel nominationi factæ non procurantibus te, vel ipſis, aut procurantibus, conſenſeris vel conſenſerint, huic electioni vel nominationi ſeu iuri omnino renunties ſeu renuntient, & quod de imperio, ſeu de aliquo præmiſſorum ad quod electus ſeu electi, ſeu nominatus ſeu nominati fueris, aut fuerint, nullatenus te intromittas vel ipſi ſe intromittant, & ſi moniti infra quatuor menſium ſpatium poſt monitionem huiuſmodi tali electioni, vel nominationi, vel iuri non renuntiaueris ſeu renuntiauerint, vel de ipſo imperio, vel aliquo præmiſſorum, ad quod electus ſeu nominatus, aut electi aut nominati fueris ſeu fuerint, te intromiſeris, vel ipſi ſe intromiſerint quoquomodo ex hoc ſis vel ſint eiſdem regno Siciliæ & terra & omni prorſus eorum iure priuatus atque priuati, & (vt dictum eſt) eadem regnum & terra ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur. Si porro ad te vel ad tuos in eodem regno heredes non poterit commode talis admonitio peruenire, ſuper quo vtique impedimento, videlicet quod moneri commode nequeas vel nequeant, credetur & ſtabitur aſſertioni Romani Pontificis, ſufficiat monitio publica & ſolemnis, ita quod ſi infra ſex menſes poſt illam non renuntiaueris vel heredes ipſi non renuntiauerint, aut de imperio ſeu aliquo alio prædictorum, ad quod tu electus ſeu nominatus vel heredes tui prædicti electi aut nominati fueris ſeu fuerint, quomodolibet te intromiſeris ſeu illi ſe intromiſerint, ex hoc cadas & ipſi cadant ab omni iure ipſorum regni & terræ, ac regnum & terra ipſa ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur.

Non coniungendo Inſubria vel Etruria cũ regno Neapol.

Intentatũ præuaricatoribus regni exauctoramentum.

Cæterum ſi contigerit aliquem de prædictis heredibus, qui deberent in prædictis regno & terra ſuccedere, in Regem vel Imperatorem Romanum ſeu Regem Teotoniæ vel dominum Longobardiæ, aut Tuſciæ, vel maioris partis eorum nominari, ſeu eligi, vel aſſumi, nullatenus eorundem regni & terræ poſſeſſionem nanciſcatur vel habeat nec ſe de illorum cura ſeu dominio aut regimine per ſe vel alios aliquatenus intromittat, niſi prius imperio vel regno Romano ſeu regno Teotoniæ, aut dominio Longobardiæ, vel Tuſciæ, ſeu maioris partis earum, ad quodcumque eorum electus ſeu nominatus fuerit vel aſſumptus, & omni iuri competenti ſibi in illis omnino renuntiet, & illorum aliquod ſiue de iure ſiue de facto tenens regnum Siciliæ omnino dimittat, ipſum nullo vnquam tempore reaſſumpturus, alioquin cadat ab omni ſucceſſione & iure, quæ in regno Siciliæ & terra prædictis ſibi competerent ipſo facto, ita quod eadem regnum & terra ad Romanam eccleſiam eiuſque diſpoſitionem plenarie & libere deuoluantur. Si autem tu vel aliquis tuorum in regno prædicto heredum contra hæc veneris vel venerit, eo ipſo excommunicati, & inſuper labe & reatu periurij reſperſi & notati exiſtetis. Huiuſmodi quoque iuramento nunc expreſſe addi volumus, & tam per te, quam per tuos in dicto regno heredes, addetur expreſſe, quod nullo vnquam tempore regnum ſeu imperium Romanum aut regnum Teotoniæ vel dominium Longobardiæ, ſeu Tuſciæ, aut earum maioris partis, ſeu eaſdem Lombardiam vel Tuſciam aut maiorem partem earum per te, vel alium, ſeu alios occupabis, capies, vel acquires, aut tibi alias quomodolibet vendicabis, vel dicti heredes per ſe vel per alium ſeu alios occupabunt, capient, vel acquirent, aut ſibi alias quomodolibet vendicabunt ſine noſtra aut ſucceſſorum noſtrorum expreſſa voluntate & aſſenſu, & ſi feceris ſeu fecerint ſecundum prædictam formam; pœnas ſimiles incurres & incurrent. Quod autem dicitur de maiori dominij Longobardiæ ſeu Tuſciæ intelligitur ſcienter, ſi vero ignoranter, eam ad mandatum eccleſiæ dimittere tenearis & teneantur, & ſi eam ad mandatum eccleſiæ dimittas ſeu dimittant, non incidas nec ipſi incidant in pœnam in iſto articulo conſtitutam, ſi vero monitus aut moniti non dimittas aut dimittant, incurras vel incurrant pœnam, prout eſt in hoc articulo & in alijs conſtituta.

Rex Germ. in regno Neapol. non ſuccedat.

Non Germania non Inſubria vel Etruria occupari a Neapol. Rege poteſt.

Quod ſi forte in poſterum Regem Siciliæ contingat in Imperatorem eligi, poſtquam regni Siciliæ fuerit poſſeſſionem adeptus, non tranſeat ad imperium, alioquin in pœnas incidat in hoc articulo & in alijs ſimilibus comprehenſas, quod ſi regni poſſeſſione prædicti nondum habita vel obtenta in Imperatorem electus tranſire voluerit ad imperium, in manus prius Romani Pontificis vel illius, quem ad hoc idem Pontifex duxerit deſtinandum, filium ſucceſſurum in regno & terra prædictis cujuſcumque fuerit ætatis emancipet, ac regno & terræ præfatis renuntiet, nihil iuris in eis retinens clam vel palam, nec etiam cuiuslibet patriæ vel alterius poteſtatis occaſione, nec ipſum filium ad ſubſidium vel aliquod ſeruitium faciendum iuramento vel voto, ſtipulatione vel pacto ſibi vel ſucceſſoribus ſuis aſtringat, ſicque filius ſui iuris ab eodem Romano Pontifice, vel alio deſtinato ab ipſo protinus inueſtiatur de regno & terra prædictis, ad cuius Regis ſucceſſionem, ſi forte decederet ſine liberis, nullo vnquam tempore pater veniat Imperator exiſtens, ſed ſi imperio & omnibus, quæ ad ipſum pertinent, idem pater renuntiare voluerit, & ipſis regno & terra eſſe contentus, poſt renuntiationem huiuſmodi ad illius ſucceſſionem libere admittatur, & tunc ab ipſo Romano Pontifice vel alio deſtinato ab eo inueſtituram recipiat regni & terræ huiuſmodi. Quod ſi dictus filius ſic ad regnum aſſumptus maior annis decem & octo fuerit, libere adminiſtret, ſed quandiu minor extiterit, tam ipſe quam regnum & terra prædicta in cuſtodia Romanæ eccleſiæ, donec Rex ipſe adimpleuerit ſupradictam ætatem, remaneant, fructibus & obuentionibus regni & terræ prædictorum, ex quibus ſumptus neceſſarij faciendi pro eorundem regni & terræ cuſtodia deducentur, Regi conſeruandis eidem, & lucro alte-

Si Rex Siciliæ eligatur in Imp. regno excidat.

Filius emancipatus illud retinere poteſt.

rius ratione ipſius cuſtodiæ non ceſſuris. Si Regi præmortuo liberi non ſuperſint, & pater Imperator non renuntiauerit, regnum & terra ipſa ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur. Regnum quoque & terra prædicto imperio nullo modo ſubdentur, ſeu nullo vnquam tempore aut modo in eadem perſona quomodolibet vniantur, & præciſe ſuper hoc articulo tam per pœnas ſpirituales, quam alias cautiones cauebitur iuxta Eccleſiæ voluntatem; quandocumque Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum, cum prorſus intentionis ſit Romanæ eccleſiæ, vt regnum & terra prædicta nullo vnquam tempore vniantur, vt ſcilicet Romanus Imperator & Siciliæ Rex exiſtat. Quod autem circa vnionem regni & terræ cum imperio dicimus, hoc ipſum circa vnionem regni & terræ prædictorum cum regno Romano & regno Teotoniæ, ſeu cum Longobardiæ, vel Tuſciæ, ſiue cum maiori parte ipſarum Longobardiæ, vel Tuſciæ intelligimus & volumus eſſe dictum.

Verius abſolute coniunctio regni & imperij.

Vel Inſubriæ vel Etruriæ cum regno.

4 Pro toto vero generali cenſu ipſorum regni & terræ octo millia vnciarum auri ad pondus ipſius regni in feſto B. Petri Apoſtoli de menſe iunij vbicumque Romanus Pontifex fuerit ipſi Romano Pontifici & Romanæ eccleſiæ annis ſingulis perſoluentur. Si vero tu vel tui in dicto regno & terra heredes quocumque termino non ſolueritis integre cenſum, & expectati per duos menſes terminum ipſum immediate ſequentes de illo ad plenam non ſatisfeceritis, eo ipſo eritis excommunicationis vinculo innodati. Quod ſi in ſecundo termino infra alios duos menſes eundem cenſum ſine diminutione qualibet non perſolueritis, totum regnum Siciliæ & tota terra prædicta eccleſiaſtico erunt ſuppoſita interdicto. Si vero nec in tertio termino nec infra alios duos menſes proxime venturos per plenam ſatisfactionem illius eiuſdem cenſus vobis duxeritis conſulendum, ita quod tranſactis eodem tertio termino & duobus proximis ſequentibus menſibus non ſit de dictis octo millibus vnciarum huiuſmodi auri primi termini ipſi eccleſiæ integre ſatisfactum, ab eiſdem regno & terra ipſoque iure cadatis ex toto, & regnum ac terra ipſa ad Romanam eccleſiam integre reuertantur. Si autem de cenſu octo millium vnciarum huiuſmodi primi termini infra dictos tertium terminum & duos ſequentes menſes plenarie ſatisfeceritis, nihilominus ſemper pro ſingulis octo millibus vnciarum ſingulorum terminorum ſimili modo, ſi in earum ſolutione ceſſaueritis, vel illas non ſolueritis, ſimiles pœnas incurretis, ſaluis alijs pœnis & proceſſibus, quæ vel qui de iure inferri vel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc caſu. In quolibet etiam termino dabis tu, & tui in dicto regno & terra heredes dabunt nobis vel ſucceſſoribus noſtris canonice intrantibus vnum palafredum album, pulchrum, & bonum in recognitionem veri dominij eorundem regni & terræ.

Cenſus octo millium vnciarum auri impoſitus.

Eo non perſoluto excidant iure regni.

Pe quo albo oſtendendo.

Ad hæc poſtquam tu præfata regnum & terram vel tantum de ipſis & acquiſiueris & habueris; quod etiam aliquæ ciuitates vel munitiones, vel aliqua loca ipſorum regni & terræ adhuc rebellia tibi fuerint, tamen reputeris & poſſis ipſorum regni & terræ Rex & dominus reputari, ſolues nobis & dictæ Romanæ eccleſiæ quinquaginta millia marcharum Sterlingorum per infraſcriptos terminos, videlicet quod infra ſex menſes poſtquam dicta regnum & terram acquiſiueris, prout dictum eſt, ſolues nobis & eidem eccleſiæ decem millia marcharum Sterlingorum, & infra ſingulos ſex menſes ſucceſſiue ſolues ſingula decem millia, donec tota prædicta quinquaginta millium marcharum Sterlingorum ſumma fuerit integre perſoluta. Quod ſi in huiuſmodi terminis non ſoluas, liberum erit nobis vel eidem Romanæ eccleſiæ contra te pro ſingulis terminis ad pœnas ſpirituales & temporales procedere prout nobis vel ipſi videbitur expedire.

Imperata quinquaginta millium Sterlingor.

5 Quandocumque autem Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit aſſeruerit vel dixerit, Romanam eccleſiam indigere, ita quod ſuper indigentia huiuſmodi Romani Pontificis ſimplici verbo ſtetur, tu vel tui in dicto regno heredes requiſiti ab eo in vrbem, in Campaniam, in Maritimam, in patrimonium B. Petri, in Tuſciam, in ducatum Spoletanum, in marchiam Anconitanam, in præmiſſam ciuitatem Beneuentanam & eius territorium ac pertinentias, quæ, prout præfertur, eidem remanebant eccleſiæ, ac in ciuitates noſtras Peruſinenſem, Ciuitatem caſtelli, Bononienſem, Ferrarienſem, Auenionenſem, & comitatum Venayſini, & in omnes alias terras ipſius eccleſiæ vbicumque conſiſtentes, trecentos milites equis & armis decenter munitos & paratos, ita quod vnuſquiſque ipſorum habeat quatuor equitaturas vel tres ad minus, in eccleſiæ prælibatæ obſequium & ſubſidium tranſmitteris, per tres menſes integros tuis & dictorum tuorum in dictis regno & terra heredum ſumptibus & ſtipendijs ſemel tantum in anno in ſeruitijs einſdem eccleſiæ moraturos, menſibus ipſis a die, qua ijdem milites terram tui dominij vel finem tui diſtrictus egreſſi fuerint per vulgares diætas & ſolitas computandis. Et ſi maluerit eccleſia eadem ingruente neceſſitate, ſuper qua ſtetur verbo Romani Pontificis, vt dictum eſt, nauali exercitu iuuari, prædicti milites debita taxatione & recompenſatione præhabita in nauale præſidium commutentur.

Vectigal militare eccleſiæ.

6 Verum quia prædicta ciuitas Beneuentana, quam hactenus ſibi Romana eccleſia detinuit, & in ſuum demanium & dominium cum omnibus iuribus ſuis & pertinentijs reſeruauit tenimentum ciuitatis eiuſdem cum finibus eius antiquis, quos Romanus Pontifex quandocumque ſemel tantum ſibi placuerit, bona fide ſibi diſtinguet, eidem eccleſiæ & in eius proprietate libere remanebit, nullo iure in eis tibi vel cuiuſcumque de regno prædicto retento, ſeu quomodolibet reſeruato. Diſtinctioni quoque per Romanum Pontificem ſemel faciendæ, vt dictum eſt, ſtabitis tu, & prædicti tui in dicto regno & terra heredes abſque contradictione & refragatione quacumque, prout ipſa diſtinctio per literas apoſtolicas apparebit. Pro dicta quoque ciuitate Beneuentana reparanda, reficienda & fortificanda per Romanam eccleſiam exponetis per ſeptennium pro lignaminibus omnia nemora ipſorum regni & terræ, & omnem materiam ad ædificia opportunam, puta lapides & arenam, quæ puteolana vocatur, cæmentum & ſimilia ſine præiudicio iuris ſingularium perſonarum ad vnam diætam prope Beneuentum. Præſtabitis etiam ipſis Beneuentanis per totum regnum & terram prædicta ſecuritatem: Priuilegia inſuper dictæ ciuitatis a Regibus & principibus conceſſa illibate ſeruabitis. Omnia ſtatuta per quondam Fridericum olim Romanum Imperatorem ſeu quoſcumque alios Reges & per quondam Ioannam Reginam prædictam facta contra libertates ciuitatis eiuſdem reuocabitis, & in omnibus & per omnia, quæ libertatis fuerint, cæteris regnicolis purificabitis illa;

Beneuentum cum agro reſeruatum eccleſiæ.

Priuilegia ciuium confirmata.

nce

Digitized by Google

nec aliqua ſtatuta ſeu aliquas leges conderis inpoſterum, per quæ dictæ ciuitati directe vel indirecte poſſit præiudicium generari, & pro Apoſtolicæ ſedis & B. Bartholomæi patroni ciuitatis eiuſdem reuerentia ſidentias ab omnibus remitti facietis, & remittetis eiſdem; ſidentiarum autem remiſſio eſt conceſſio libertatis vt ciues Beneuentani poſſint libere vineas & terras excolere ac vendere & de ipſis pro ſua voluntate diſponere ſine aliqua exactione vel muneris datione.

Ne quid acquirant Reges in ditione eccleſ.

7 Tu autem & dicti tui in eiſdem regno & terra heredes in dicta ciuitate & eius territorio ac pertinentijs ſuis, quæ Romanæ manebunt eccleſiæ, vel in Vrbe, ſeu in Campania, vel Maritima, ſeu ducatu Spoletano, aut marchia Anconitana, vel in patrimonio B. Petri in Tuſcia, vel in ciuitatibus Peruſinenſi, Ciuitate caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Auinionenſi, & comitatu Venayſini, ſeu in alijs quibuſcumque terris aut demanijs, ſiue feudis ipſius eccleſiæ vbilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel legato, aut venditione, ſiue donatione, aut alio quocumque iure, ſiue titulo, ſeu contractu, nihil vnquam vobis acquiretis, vel vendicabitis, ſeu poteritis acquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil vnquam recipere, vel habebitis vel retinebitis, ſeu poteritis habere, recipere, vel etiam retinere: ac nullam poteſtatariam, capitaniam, vel rectoriam, aut honorem, vel dignitatem, ſeu poteſtatem ſenatoriam, vel quamcumque aliam adminiſtrationem, vel commendam, nec quodcumque aliud officium recipietis, ſeu recipere poteritis in eiſdem. Hoc autem intelligimus de illis heredibus tuis & tuorum in dictis regno & terra heredum, qui in eiſdem regno Siciliæ & terra ſuccedent: nolumus enim quod delictum aliorum heredum, qui ſuccedent tibi vel illis in ciuitatibus & alijs terris tuis, vel ipſorum, in pœnam heredis qui eſt tibi vel ipſis ſucceſſurus in regno & terra præfatis, aliquatenus extendatur.

Ne vero huiuſmodi alij heredes tui vel ipſorum contra ea quæ in iſto continentur articulo, aliquo forſitan tempore venire præſumant, acquirendo, vel vendicando, aut recipiendo vel habendo, ſeu retinendo ſibi aliquid in terris in articulo ipſo expreſſis ſeu comprehenſis, vel recipiendo, habendo, vel retinendo in terris eiſdem poteſtariam, ſeu capitaniam vel rectoriam, vel aliquid aliud de ijs, quæ in articulo continentur eodem, ſic ſuper his duximus prouidendum, vt videlicet nulli etiam huiuſmodi aliorum heredum tuorum vel ipſorum vllo vnquam tempore liceat ſibi quidquam in eiſdem terris acquirere ſeu vendicare, percipere, habere, vel etiam retinere poteſtariam, ſeu capitaniam, vel rectoriam, vel aliquod aliud in his quæ, prout dictum eſt, in eodem articulo plenius continentur. Quicumque autem ipſorum ſecus præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat, nec ipſe nec eius poſteri in perpetuum poſſint in eodem regno ſuccedere, ſi eis in aliquo caſu huiuſmodi ſucceſſio deferretur; ſed ab illa repellentur omnino: nihilominus ille, qui tunc eiuſdem regni gubernacula poſſidebit, Romano Pontifici potenter aſſiſtere teneatur.

Pœnæ propoſitæ, ſi quid in eo acquiſierint.

Si vero tu vel aliqui tui in ipſis regno & terra heredes prædictam ciuitatem Beneuentanam, territorium, & pertinentias eius, quæ remanebunt eccleſiæ, vel aliquam partem earum, aut campaniam, vel maritimam, ſeu vrbem vel ducatum Spoletanum, aut marchiam Anconitanam, ſiue Patrimonium B. Petri in Tuſcia, aut ciuitates Peruſinam, Ciuitatis caſtelli, Bononienſem, Ferrarienſem, vel Auenionenſem, aut comitatum Venayſini, ſeu alias quaſcumque terras, Romanæ eccleſiæ vbilibet conſtitutas, vel ipſarum aliquam partem occupaueritis, ſeu occupari feceritis, aut ſuper his offenderitis vel moleſtaueritis Eccleſiam, ſeu feceritis moleſtari, & poſtquam ſuper hoc a Romano Pontifice moniti & requiſiti fueritis, vel ſi commode moneri & requiri nequiueritis, iuxta ipſius Romani Pontificis aſſertionem vel dictum, poſtquam ad hoc publice & ſolemniter te vel heredes ipſos monuerit infra tres menſes non reſtitueritis integre omnia occupata, eo ipſo ab ipſorum regni Siciliæ & terræ iure cadatis totaliter, ipſaque regnum & terram prorſus amittatis, & ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur. Quod ſi etiam reſtitueritis occupata, nihilominus ad plenum de vniuerſis iniurijs & damnis illatis ad mandatum eiuſdem Romani Pontificis ſatisfacere teneamini. Alij quoque heredes tui, videlicet qui tibi non ſuccedent in regno, occupare vel occupari facere eaſdem terras Romanæ eccleſiæ, ſeu moleſtare, aut moleſtari facere ſuper illis eandem eccleſiam non attentent, illi vero qui ſecus fecerint præmiſſas pœnas incurrant, vt videlicet eo ipſo ſint excommunicati, & tam ipſi quam eorum poſteritas in perpetuum ad ſucceſſionem regni & terræ prædictorum ſi in aliquo forte caſu eadem ſucceſſio deuolueretur, nullatenus admittantur, & Rex Siciliæ, qui tunc erit, teneatur aſſiſtere Romano Pontifici contra ipſos, vt ſuperius eſt expreſſum.

Conſtituit alias in occupantes iura eccleſiæ.

8 Sane omnibus eccleſijs tam cathedralibus quam alijs regularibus & ſæcularibus nec non omnibus prælatis & clericis, ac vniuerſis eccleſiaſticis, ſæcularibus & regularibus, & quibuſcumque religioſis regni & terræ prædictorum, plenarie dimittantur, & reſtituantur integre omnia bona eorum immobilia, a quibuſcumque ablata & occupata ſint, & per quoſcumque detineantur: mobilia vero, quæ extant & poterunt inueniri reſtituentur eiſdem. Hæc autem reſtitutio fiet abſque contradictione vel difficultate qualibet ſicut nanciſcemini prædictorum regni Siciliæ & terræ poſſeſſionem, hoc modo; ſcilicet quod ſtatim in illa parte ipſorum regni & terræ, quæ tibi vel ipſis heredibus obediet, reſtitutio ipſa fiet, ipſaque poſtmodum ſucceſſiue confirmabitur, ſicut eadem regnum & terra habebuntur. Ne autem ſuper his rebus reſtituendis oriri poſſit aliqua difficultas, deputabuntur a Romanis Pontificibus aliqui viri diſcreti, ad quorum mandatum & arbitrium bonorum & rerum mobilium & immobilium, quæ extant, reſtitutio plena fiet, ita quod eadem de quorum dominio vel proprietate ſeu poſſeſſione notum fuerit, ad eorum arbitrium & mandatum mox reddentur. In dubijs vero per ipſos de plano & abſque iudicij ſtrepitu diligentius veritas inquiretur: ſufficiat autem vocari camerarium, vel procuratorem, ſeu balliuum, in cuius iuriſdictione vel balliuia, ſeu territorio bona, de quibus agetur, conſiſtant ad videndum iurare teſtes, qui in huiuſmodi depoſitione deponent. Omnes inſuper eccleſiæ tam cathedrales, quam aliæ regulares & ſæculares, nec non omnes prælati & clerici ac vniuerſæ perſonæ eccleſiaſticæ ſæculares & religioſæ, ac quæcumque religioſa loca in regno & terra prædictis conſiſtentia cum omnibus bonis ſuis in electionibus, poſtulationibus, nominationibus, prouiſionibus, & omnibus alijs plena libertate gaudebunt, nec ante electionem, ſiue in electione, vel poſt Regis

De tuend. libertate eccleſiaſtica.

Et reſtituend. ablatis bonis.

Electionū libertas reſtituta.

Digitized by Google

aſſenſus aut conſilium aliquatenus requiretur, quam vſque libertatem tu, & tui in ipſo regno heredes ſemper manutenebitis & conſeruabitis, ac manuteneri & conſeruari facietis ab omnibus ſubditis veſtris, dictæque eccleſiæ & perſonæ vtentur libere omnibus bonis & iuribus ſuis, ſaluo tibi & tuis in dicto regno heredibus iure patronatus in eccleſijs tantum, quantum in hac parte patronis eccleſiarum canonica inſtituta concedunt, vbi antiqui Reges Siciliæ huiuſmodi ius patronatus in ipſis eccleſijs habuerunt. Omneſque etiam cauſæ ad forum eccleſiaſticum in regno & terra prædictis pertinentes libere & abſque vllo impedimento agitabuntur, tractabuntur, & ventilabuntur coram ordinarijs & alijs eccleſiaſticis iudicibus, & terminabuntur per eos, & ſi ad ſedem Apoſtolicam ſuper huiuſmodi cauſis appellari contigerit, tam appellantes, quam appellati ad eandem venire ſedem pro appellationum proſecutionibus libere & abſque inhibitione aliqua permittentur.

Cauſæ eccleſiaſticæ ne trahantur ad ſæculare forum.

Sacramenta vero fidelitatis præſtabuntur ſecundum antiquam & rationabilem conſuetudinem, prout canonica inſtituta permittunt ab illis eccleſiarum prælatis, quorum prædeceſſores antiqui illa Siciliæ Regibus præſtiterunt. Ab illis autem prælatis & eccleſijs, qui regalia ſiue temporalia bona tenent. Si qui tamen ſint, qui huiuſmodi bona teneant a domino regni & alijs dominis temporalibus, & qui ratione bonorum huiuſmodi ab antiquo conſueuerunt Regibus & ipſis dominis temporalibus ſeruitia exhibere, huiuſmodi honeſta & antiqua ſeruitia ſecundum rationabilem & antiquam conſuetudinem, & ſicut inſtituta patiuntur canonica, impendentur, ſaluis tamen circa eccleſiaſticas, & alias regulares & ſæculares perſonas, & loca eccleſiaſtica prædicta, tam in faciendis prouiſionibus & eleemoſynis confirmandis, quam in omnibus quibuſcumque alijs Romanis Pontificibus & eccleſiæ Romanæ, iuriſdictione & auctoritate plenaria ac libera poteſtate.

Reuocabitis etiam tu & dicti tui in dicto regno heredes omnes conſtitutiones & leges per dictum Fredericum Regem Siciliæ, ſiue per Conradum ipſius Frederici filium, aut Manfredum quondam principem Tarentinum, ſeu per dictam quondam Ioannam Reginam, vel alios Reges aut Reginas regni & terræ prædictorum, ſeu alios quoſcumque editas contra eccleſiaſticam libertatem, nec ſtatuta & conſuetudines euectis aut etiam promulgabitis, per quæ iuri & eccleſiaſticæ libertati in aliquo derogetur. Promittetis etiam, quod nullus clericus vel eccleſiaſtica perſona eorundem regni & terræ in ciuili vel criminali cauſa ad faciendum fidem de titulo vel poſſeſſione clericatus conueniatur coram iudice ſæculari, niſi ſuper feudis iudicio petitorio conueniantur ciuiliter, ſed omnia eccleſiæ, monaſteria, hoſpitalia, & alia pia & religioſa loca, ac perſonæ eccleſiaſticæ regni & terræ prædictorum omnimode erunt liberæ & libera, & nulli Regi vel principi ſubiacebunt. Nullas inſuper tallias ſeu collectas imponetis eccleſijs, monaſterijs, vel locis prædictis, aut clericis, ſeu viris eccleſiaſticis vel rebus eorum, & in eccleſijs in dictis regno & terra vacantibus tu, vel prædicti tui in regno heredes nulla habebitis regalia, nulloſque fructus, redditus, & prouentus, nullas etiam obuentiones, ac nulla prorius alia recipietis ab eiſdem, cuſtodia eccleſiarum earundem interim libera remanente penes perſonas eccleſiaſticas iuxta canonicas ſanctiones.

Conuulſæ leges a tyrannis latæ.

Ne vectigalia imponantur eccleſijs vel eccleſiaſticis.

9 Comites vero, barones, milites, & vniuerſi homines regni & terræ prædictorum viuent in illa libertate, & habebunt illas immunitates, illaque priuilegia, ipſiſque gaudebunt, quos & quæ tempore claræ memoriæ Guillelmi II. Siciliæ Regis, & alijs antiquis temporibus habuerunt. Omnes exules regni Siciliæ & terræ prædictorum, cuiuſcumque conditionis exiſtant, ad mandatum Romanæ eccleſiæ reducentur ad regnum & terram prædicta, ipſiſque de bonis & iuribus eis debitis reſtitutio plena fiet. In huiuſmodi autem reſtitutione ſecundum præſcriptam formam, in capitulo de bonis eccleſiarum reſtituendis contentam, tam in notorijs, quam in dubijs procedetur, omneſque captiuos & obſides, qui tenentur in regno & terra prædictis regnicolas, Romanos, & alios de terris eccleſiæ, ſeu Tuſciæ, vel Lombardos, aut alios quoſcumque bona fide reſtituetis eorum libertati pro poſſe. Ius etiam, quod quicumque eccleſiæ fideles in alijs comitatibus, ciuitatibus, terris, caſtris, villis, ſeu locis a ſede Apoſtolica, ſeu a Regibus, vel principibus ſibi conceſſum obtinent, nec non ius quod priuati a iure vel per proceſſus apoſtolicos olim habebant, ſi illos vel illud reſtitui contingat, etiam penitus ſaluum erit, nec per huiuſmodi præſentem regni & terræ conceſſionem comitatuum, ſeu aliorum conceſſorum cuiquam quoad proprietatem & poſſeſſionem præiudicium generetur, regio in omnibus his iure ſemper ſaluo.

Nobilium & plebis libertas inſtaurata.

Reſtituantur libertati clientes eccleſiæ.

Nullam etiam confœderationem, ſeu pactionem, ſeu ſocietatem cum aliquo Imperatore vel Rege, ſeu principe vel barone, Saraceno, Chriſtiano, vel Græco, aut cum alia prouincia, ſeu ciuitate, ſeu communitate, ſeu loco aliquo contra Romanam eccleſiam, vel in eius damnum facietis, & ſi ſecus fieret, quod factum fuerit ſit ipſo iure nullum, & ſi eam feceritis ignoranter, nihilominus quatenus de facto feceritis, indilate teneamini ad mandatum eccleſiæ reuocare. Denique omnes præmiſſas conditiones, quæ in perſona tua apponuntur, circa tuos etiam in dicto regno & terra heredes & ſucceſſores intelligimus & volumus eſſe dictas, ſaluis omnibus, quæ circa alios tuos heredes ordinata conſiſtunt, prout ſuperius eſt expreſſum. Cæterum quia in quibuſdam articulis ſeu capitulis prædictarum conditionum continentur expreſſe, quod in certis caſibus tu & prædicti tui heredes excommunicationis ſententiam incurratis, & dicta regnum ac tua & ipſorum heredum terra ſint eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, & ad Romanam eccleſiam regnum & terra prædicta libere deuoluantur, nos huiuſmodi ſententias videlicet excommunicationum in te & eoſdem heredes, & interdictum in regnum & terram prædicta, ſi tua & ipſorum culpa huiuſmodi caſus emerſerint, de prædictorum fratrum conſilio ex nunc auctoritate apoſtolica tenore præſentium promulgamus. Forma autem iuramenti prædicti per te præſtandi infra biennium proxime futurum, nec non tuos in dictis regno & terra heredes in manibus noſtris vel per nos deputandi talis eſt.

Ne Siculus cum hereticis aut infidelibus fœdus ineat.

Promulgatum anathema in præuaricatores.

10 *Ego Alphonſus Dei gratia Rex Siciliæ plenum homagium, ligium, & vaſſallagium faciens vobis domino meo Eugenio Papæ IV. & eccleſiæ Romanæ pro regno Siciliæ & tota terra ipſius, quæ eſt citra pharum vſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ, excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio ac omnibus diſtrictibus & pertinentijs ſuis ſecundum antiquos fines territorij,*

Formula ſacramenti ab Alfonſo præſtiti.

Digitized by Google

torij, pertinentiæ etiam & diſtrictus ciuitatis eiuſdem per Romanum Pontificem diſtinctos, vel in poſterum diſtinguendos ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro & vobis domino meo domino Eugenio Papæ IV. veſtriſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus ſanctæque apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ. Non ero in conſilio, vel in conſenſu, ſeu facto, vt vitam perdatis ſeu perdant, aut membrum, ſeu capiamini vel in conſenſu, ſeu facto, vt vitam perdatis ſeu perdant, aut membrum, ſeu capiamini vel capiantur mala captione. Conſilium, quod mihi credituri eſtis per vos aut nuntios veſtros, vel per literas, ad veſtrum aut eorum damnum ſcienter nemini pandam, & ſi ſciuero fieri aut procurari ſeu tractari aliquid, quod ſit in veſtrum vel ipſorum damnum, illud pro poſſe impediam, & ſi hoc impedire non poſſem, illud vobis vel eis ſignificare curabo. Papatum Romanum & regalia S. Petri tam in regno Siciliæ & terra prædictis, quam alibi conſiſtentia, adiutor vobis & eis ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, ac recuperata manutenendum. Contra omnes homines vniuerſas & ſingulas conditiones ſupraſcriptas & contentas in præſentibus literis apoſtolicis ſuper ipſorum regni & terræ conceſſione confectis, ac omnia & ſingula, quæ continentur in eiſdem literis, plenarie adimplebo, & inuiolabiliter obſeruabo, ac nullo vnquam tempore veniam contra illa, & maxime quod nunquam ego per me, vel alium, ſeu alios quoquo modo procurabo, vt eligar vel nominer in Regem vel Imperatorem Romanorum, ſeu Regem Teotoniæ, aut dominum Lombardiæ vel Tuſciæ, & ſi electionem vel nominationem ad imperium, vel ad regnum Romanorum, ſeu ad regnum Teotoniæ, aut dominium Lombardiæ, vel Tuſciæ, ſeu maioris partis earundem de me celebrari contigerit, nullum huiuſmodi electioni ſeu nominationi aſſenſum præſtabo, nec intromittam me modo aliquo de eorum vel alicuius ipſorum regimine, neque etiam de ciuitate Beneuentana & ſuis pertinentiis, ſeu Campania vel maritima; ducatu Spoletano, marchia Anconitana, Patrimonio B. Petri in Tuſcia, Maſſa Trabaria, Romandiola, alma Vrbe, in ciuitatibus Peruſina, ciuitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, & Auinionenſi, comitatu Venayſini, ſeu in aliis quibuſcumque veſtris & dominiis, ſeu feudis ipſius eccleſiæ vbilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel legato, aut venditione, ſeu donatione, ſeu alio quouis titulo, vel contractu nihil vnquam mihi acquiram, vel vendicabo, ſeu potero acquirere & quomodolibet vendicare, & nihil vnquam recipiam, vel habebo, ſeu retinebo, vel potero recipere, habere, vel etiam retinere in illis, neque vllam poteſtariam, capitaniam, vel rectoriam, nullumque aliud officium recipiam ſeu recipere potero, habebo, ſeu retinebo, aut habere ſeu retinere potero in eiſdem, aut ipſorum aliquo, nec etiam occupabo vel occupari permittam, ſeu faciam præmiſſa, vel partem aliquam eorundem, nec illa offendam, vel moleſtabo, nec etiam Romanam eccleſiam quoquo modo ſub cenſuris pœniſque ſpiritualibus & temporalibus in ſupradictis conditionibus & infeudatione contentis, quas hic haberi volo in ſingulis ſuis partibus alias pro ſpecifice repetitis etiam & expreſſis.

De non aſſumendo Regno Romano vel Imperio.

Non occupanda ditione Eccl.

11 *Item perditionis alumno Amedeo hæretico ac ſchiſmatico, a fide deuio, & ab ipſa eccleſia præciſo, & ſententialiter condemnato, eiuſque ſequacibus, & dantibus eis auxilium, conſilium, vel fauorem, non dabo quouis modo per me, vel alium, ſeu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, conſilium, vel fauorem, nec ab aliis, quantum in me fuerit ſi impedire potero, dari permittam, ſed eos iuxta poſſe meum, donec conuertantur, perſequar, & inuadam. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta euangelia.*

De perſequendo Amedeo antipapa.

Tu etiam & dicti tui in eiſdem dictis regno & terra heredes dabitis priuilegium veſtrum nobis & dictæ Romanæ eccleſiæ aurea bulla bullatum, in quo proprio iuramento fatebimini & recognoſcetis expreſſe, regnum Siciliæ & totam terram ipſius, quæ eſt citra pharum vſque ad confinia terrarum dictæ eccleſiæ, excepta ciuitate Beneuentana cum territorio & pertinentiis eius, quæ eccleſiæ remanebit eidem, ex ſola gratia & mera liberalitate ſedis Apoſtolicæ tibi tuiſque heredibus de nouo fuiſſe conceſſa, voſque recepiſſe & tenere regnum & terram huiuſmodi a nobis & dicta Romana eccleſia ſub pactis, modis, & conditionibus ſupradictis. [Recenſitis his pontificiis legibus in conferendo regni Neapolitani iure beneficiario impoſitis, profitetur Alfonſus eas a ſe religioſe cultum iri. Quæ omnia & ſingula fide noſtra regia vobis reuerendo patri Ioanni abbati præfato vice ac nomine ſuæ ſanctitatis ſtipulanti & recipienti, curare, procurare, facere & inuiolabiliter obſeruare promittimus pariter & iuramus. In quorum omnium teſtimonium præſentes noſtras literas exinde fieri & bulla aurea noſtra in pendenti iuſſimus communiri, quas pro ipſarum validiori cautela dedimus & propria noſtra manu ſubſcripſimus præſentibus nobili & magnifico Petro Vaca illuſtriſſimi Regis Nauarræ * venerabili & religioſo fratre Guillelmo de Laſtico præceptore Lugduni, &c.] Adiecta ſunt plura teſtium nomina. *Dat. Neapoli apud maiorem eccleſiam per manus noſtri prædicti regis Alfonſi anno a natiuitate Domini MCCCCXLV. die vero 11. menſis iunij octauæ indictionis, & regnorum noſtrorum anno trigeſimo, huius vero Siciliæ citra pharum regni vndecimo.* Eadem dies inſcripta eſt aliis regiis literis a de Beneuenti & Terracinæ præfectura a Pontifice accepta ad conſtitutum ab illo tempus, quo elapſo liberum earundem vrbium imperium eccleſiæ reſtituendum foret. Vt vero Alfonſus poſtea, iuriſiurandi ſolemni ritu delati ſuiſque corroborati literis ſpreta religione, prouocationes ad ſedem Apoſtolicam, fieri vetuerit, dicetur anno ſequenti.

Data ab Eugenio leges admiſſæ ab Alfonſo.

* oratore

a Extant ibid.

Beneuenti & Terracinæ reſtitutio promiſſa.

12 Interea fluctuabant necis Vladiſlai Regis occaſione Poloniæ Hungariæque res, diſtractis in contraria ſtudia iis, ad quos nouorum Regum electio pertinebat: percrebuerat quippe fama Vladiſlaum e clade Varnenſi elapſum ſupereſſe vitæ ſoſpitem adhuc, proximeque affuturum, adeo vt Poloni ad illum perquirendum in Thraciam, Græciam, & Bulgariam legauerint nuncios ſuos, qui retulere nil prorſus exploratum. At demum rei veritate comperta, Caſimirum magnum Lituaniæ ducem interfecti Regis fratrem in eius locum ſubrogarunt, quæ Poloni ſcriptores pluribus proſecuntur b.

Poloniæ Hungariæq. ob caſum Vladiſlai turbatæ.

Caſimirus dux Lituaniæ a Polonis in Reg. electus.

b Michou. l. 4 c. 58. & Crom. lib. 22.

Cum vero in rebus Polonicis verſetur narratio, addemus Conradum epiſcopum Vratiſlauienſem, qui potentiorum oppreſſus iniuriis epiſcopatu inuitus abierat, vt eius oratores ad ſedem Apoſtolicam miſſi ſunt teſtati, ab Eugenio illi fuiſſe reſtitutum c, cum epiſcopi arcto adeo nexu eccleſiis ſuis ſint deuincti, vt eo pontificia tantum auctoritate ſolui poſſint, qua de re ita diſſerit Pontifex d.

c lib. 22. pag. 206.

d Ibid.

Eugenius, &c. Sacræ aſſerunt literæ ſanctorum patrum conciliorum, aliorumque decretorum præconiis roboratæ, omnipotentem Deum ſpirituale vinculum, quod epiſcopum & eccleſiam iungit, ſibi ſoli diſſoluendum reliquiſſe, vt iuxta euangelij verbum, quos Deus, coniunxit, homo

non

non ſeparet. Hinc mandant ſacri canones accuratius in amotione prælati, quam in conſtitutione animaduertendum fore, vnde ſolus epiſcopus ſacerdotalem ordinem dare poteſt, ſolus auferre non poteſt, & epiſcopi a metropolitano munus conſecrationis accipiunt, qui tamen non poſſunt niſi per Romanum Pontificem condemnari, pariterque ſit, vt vnuſquiſque prælatus ab Eccleſia, cui a Deo coniunctus extitit, non per ſe ipſum ſed per Chriſti vicarium Romanum Pontificem a vinculo quo eccleſiæ ligatus exiſtit, poſſit abſolui. [Subdit deinde Eugenius, cur Conradum eccleſiæ Vvratislauienſis nexu non liberet.] Conſiderantes, quod nulla cenſetur vita ſanctior, quam recte regentium, quorum cura ſilentio, & ſolicitudo contemplationi in ſacris literis præferuntur, attendentesque, quod neque conſcientia criminis ſatis eſt ad eximendum quem ab onere paſtorali, niſi illud propter quod ipſius officij executio poſt actam pœnitentiam impeditur, nec debilitas corporis aut ſenectus excuſat, niſi illa ſola, per quam quis impotens redditur ad exercendum officium paſtorale, neque etiam (quod aliqui forſan in prædicto epiſcopo allegarant) ſcandali euitatio omnis dat epiſcopo licentiam petendi eccleſiæ ceſſionem, nam Redemptor noſter percepto, quod eius verbo audito Phariſæi ſcandalizarentur, reſpondit, ſinite quia cœci ſunt & duces cœcorum, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXLV. XII. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* XV.

Deſerere nequeunt præſules eccleſias.

Nulla vita ſanctior quam recte regentium.

Non omne ſcandalum metuendum.

13 In Pannonia poſt ingentes tumultus, quos plurium regio ſolio inhiantium ambitio miſero regno intulerat, demum Rex deſignatus eſt Ladislaus Alberti & Eliſabeth olim Regum filius, ætate quinquennis, ſed in quo iam plura regiarum virtutum egregiæque indolis ſigna emicabant, vt deſcribit Æneas Siluius [a], apud quem etiam extat Friderici Cæſaris, qui puerum educabat, commendatitia pro illo ad Eugenium Papam miſſa epiſtola [b]. Cæterum cum imbelles Ladislai manus Hungarici ſceptri molem ſuſtentare non poſſent, regni adminiſtratio Ioanni Huniadi, de quo ſupra memorauimus, eſt demandata. Qui plura de his cupit, Thuroſium [c], Bonfinium [d], Dubrauium [e], atque Æneam [f] conſulat. Ioannes porro Huniades attritas iam ante a Turcis copias refecit, ſignaque in hoſtes attollere decreuit. Quod vbi accepiſſet Pontifex, encyclicis literis [g] ad Chriſti cultores datis, ijs omnibus, qui Huniadem in bello ſacro ſequerentur, noxarum veniam conceſſit.

Ladislaus quinquennis Rex ſalutatur ab Hungaris.

a Æn. Syl. ep. 13.

b Id. ep. 128.

Regni adminiſtratio Huniadi commendata.

c Thuroſ. cap. 44. 45.

d Bonfin. dec. 3. l. 7.

e Dubrau. lib. 28.

Redintegrata ab Hungaris in Turcos expeditio.

f Æne. in pluries ep Naucl. gener. 44.

g Lib. 23. pag. 186.

Vniuerſis & ſingulis, ad quos præſentes peruenerint ſalutem, &c.

Cum anno nunc quarto, audientes Turcos perfidiſſimos Chriſti hoſtes præter magnam Europæ partem, quam anno ferme octuageſimo oppreſſerant, regnum Hungariæ & alias ſibi vicinas Chriſtianorum partes inuadere ac ſibi ſubijcere diſpoſitos, venerabilem fratrem noſtrum Iulianum epiſcopum Tuſculanum tunc Sabinæ presbyterum Cardinalem ad partes ipſius regni Hungariæ Apoſtolicæ Sedis legatum mittere curauimus, qui pace primo in ipſo regno inter proceres & magnates conſtituta, pios Chriſtianos ad arma aduerſus prædictos Chriſti hoſtes mouenda traxit; & poſtmodum a nobis iuſſus, cum prædictorum Chriſtianorum exercitu aduerſus prædictos Turcos glorioſiſſimam inijt expeditionem; cuius viribus & potentia Turchi antedicti multiplicatis ſtragibus afflicti per multa & longiſſima ſpatia fuerunt repulſi & demum ad generale prælium eſt peruentum: in quo concurrentibus vtriuſque partis viribus vniuerſis, ad diem menſis nouembris proxime antecti decimam dictorum Turchorum maxima, noſtrorum Chriſtianorum non leuis ſtrages eſt facta, & Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato, de cuius vitæ aut mortis nulla nunc extat certitudo, per apoſtolicas literas, inter alia conceſſimus, quod quicumque ex principibus, ducibus, comitibus, vayuodis, baronibus, & nobilibus ſiue alijs cuiuſcumque conditionis, & ſtatus exiſterent, qui in prædicta aduerſus Turcos expeditione militaturi, aut aliter ſuam operam exhibituri, priuſquam dictam inirent expeditionem, peccata ſua humiliter confeſſi, & corde contriti fuiſſent, ſi forte eos aut ipſorum aliquem laboribus, & incommodis, aut alio caſu confectos, aut in prælijs, eadem durante expeditione, mortem obire contingeret, plenariam peccatorum remiſſionem conſequerentur; nuperque dilectus filius nobilis vir Ioannes Hvvnyad vayuoda Tranſiluanus, nobis ſignificare curauerit, ſe & quoſdam regni Hungariæ ac partium adiacentium potentes viros propoſuiſſe reparatas copias aduerſus antedictos Turchos Chriſti hoſtes ducere; noſque, pendente antedicti Cardinalis legati vitæ aut mortis certitudine, ipſum pro viuo & legato habemus, cupientes ordinatos prius aduerſus infideles quoſcumque fauores continuare; ſupradictam conceſſionem noſtram remiſſionis plenariæ in hac noua vayuodæ & aliorum expeditione, ſi net, perinde valere & viribus ſubſiſtere declaramus; volumus, & de nouo concedimus, ac ſi idem Cardinalis viuus præſentialiter intereſſet, præſentibus poſt annum a datis præſentium minime valituris. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLV. VII. *id. iuly pontificatus noſtri anno* XV.

Dein Turci magnis ſtragibus longe propulſati.

Demum die nouembris decima Chriſtiani caſi.

Numeratum venia promiſſa militi. Huniades Turcicam expeditionem inſtaurat.

14 Quod ad Amuratem attinet; confecto Hungarico bello ad opprimendos Macedones vim doloſque intendit [a], ac datis ad Scanderbeghum literis, eum delinire promiſſis vel minis frangere pertentauit. Cui ille hæc inter alia reſcripſit [b]: *Abſtuleras regnum paternum mihi, necaueras fratres, meque ipſum nihil tale timentem iam pridem nefariæ morti denoueras, & nouum adeo nunc videtur Amurati, quod tunc non immemor libertatis animus, tantæ ſeruitutis effugium aliquod conquiſiſſet, quouſque tandem dominationem tam ſuperbam laturum me putaſti? pertuli tamen multa diutius, neque iugum apud te vllo tempore detrectaui, pericula publica æque ac priuata, tum vltro ipſe tum iuſſu tuo adij, per omnem ætatem ferebantur colloquia de te quotidie, frequens apud me erat de inſidijs tuis ſermo amicorum, ego tamen & verbis & factis tuis fraudem omnem abeſſe diutius credidi, donec improba ſeſe conſilia late aperuerint.* Verbis vim adiunxit tyrannus immiſitque in Macedoniam Feribum, qui dum agrum incaute deprædabatur, a Scanderbegho gemino tumultuario prælio deletus fuit. Qua clade audita Amurates Muſtapham ducem exercitum in illum ducere iuſſit, datis ipſi mandatis, vt cautius ageret: ſed is prædæ illecebra ad pugnam pellectus, quinque millia militum amiſit.

Vetis ab Amurate vires in Scanderbeghum.

a Marian. Barle. l. 3

b Id. ibid.

Turci obtriti a Scanderbegho

Ad diſtrahendas autem Turcarum vires miſerat dux Burgundiæ claſſem, præfecto Gotofredo, a quo res male geſta: nam is, cum non longe a Phaſide fluuio in regione Colchorum armatus deſcendiſſet, captus ac vinctus eſt, liberatus vero ab Hieronymo Nigro Genuenſi non tam Turcas, quam Genuenſis reipublicæ clientes varijs in Pontico Euxino graſſationibus afflixit, de

Immiſſa claſſis a duce Burg. in Turcas.

quo

Digitized by Google

quo Raphael dux ſenatuſque Genuenſis apud Burgundum queſti ſunt hiſce literis a: *Nuper a rectoribus noſtris Capha reddita ſunt literæ, quibus nunciant has veſtras triremes ſub auſpicijs domini Gotofredi mare Ponticum ingreſſas multas cepiſſe noſtrorum naues, qui licet vel infideles vel ſchiſmatici ſorent, ſubditi tamen noſtri ſunt, & ſi cum infidelibus bellum geritur, non aduerſus illos ſaltem geratur, qui in Chriſtianorum oppidis habitant, quique ſe vitam & opes fidei noſtræ commiſerunt. Eſt præterea hoc minima maior, quod vniuerſum mare Pont cum tutela defenſioneque Ianuenſium ſupra annos centum commendatum eſt, quibus ſæculis ita eſt a nobis cuſtoditum, vt vel nunquam, vel raro admodum pirata vlli eo vſque penetrare auſi fuerint. Si quis in eo mari iniuria afficitur, noſtrum eſt ſubuenire læſo, & eum ab iniuriis tueri.* Et infra: *Si contra Regem Turcarum arma capta ſunt, & quid meruit Perſa, quid Armenius, aut Sarmata, qui maluit in noſtris vrbibus habitare, vt diripiantur aut capiantur? &c. Ianua die XXIV. ſeptembris MCCCCXLV.*

a Extant eor. lit. inter. eſo precrum modi ri lect. ab Hono. Donzellino pag. 16. Genuenſis clientes divexat.

De claſſe pontificia.

15 Præter Burgundam claſſem, quæ ſe ad latrocinia conuerterat, pontificia nil memorabile geſſit. Præerat illi Franciſcus Cardinalis, de quo hæc habet Eugenius in literis ineunte anno exaratis b: *Franciſcum tit. S. Clementis presbyterum Cardinalem S. R. E. vicecancellarium ad claſſem huiuſmodi contra infideles ipſos conducendam, & nationem Græciæ, & alias nationes Chriſtianas a ſeruitio Turcorum & aliorum infidelium liberandas legatum pronuntiauimus.* Dum Pontifex curas omnes intendebat, vt Græcos a Turcica tyrannide vindicaret, eoſdemque in Romanæ eccleſiæ gremio contineret, eoſdem dæmonis inſtinctu afflatus Marcus Eugenicus metropolita Epheſinus a catholica veritate ab œcumenico concilio expoſita abducere conabatur. Gloriabatur vero in ſuis ſcriptis Græcorum cum Romana eccleſia coniunctionem Florentiæ ſancitam non coaluiſſe, inſectabaturque Pontificem & patres Florentini concilij, quaſi Græcos in captiuitatem Babylonicam abducere pertentaſſent, ſuorumque ſectatorum cœtum cœleſtem Sion mellito verborum lenocinio appellabat; cuius impietatem poſtea Lutherus imitatus ſimili mendacio occidentalium partem dæmonum ſeruituti mancipauit. At Græcos, dum ita blaſphemabant, in Babylonicam ciuitatem traductos lugebimus.

b Lib. 22. pag. 255.

Marcus Epheſin. Græcos cõminat in ſchiſmate.

Impietas ſad dem inſtaura.

16 Interea ad eos orthodoxa veritate informãdos præter Gennadium & Beſſationem, de quibus facta eſt mentio, Georgius Hieromonachus protoſyncellus, qui poſtea ex Conſtantinopolitano excidio Romam aufugiens vitæ ſanctitate & miraculis claruiſſe fertur, encyclicas Marci Epheſini literas confutauit c, ſcripſitque egregium commentarium pro concilio Florentino, in quo poſt derſas impij hominis calumnias demonſtrauit, adductis ſanctorum patrum & ſcripturarum auctoritatibus Spiritus ſancti ex Patre proceſſionem, nec prohibitum additamentum quod veritatem explicet, ſed quod peruertat; idque ex ſynodis, quæ apoſtolico ſymbolo addiderunt patere, de quo plura antea dicta ſunt. Quia vero e ſchiſmate proruens in hæreſim Marcus Epheſinus inter alia blaſphema obiecit, ſacram Euchariſtiam confectam a Latinis in azymo eſſe iudaicum azymum, neque Chriſti corpus vt Latini ſacrificant, eſſe poſſe; eius impietatem repellit idem Gregorius Hieromonachus, atque ex D. Chryſoſtomo in homil. 81 demonſtrat Chriſtum in azymo confecraſſe, tum ſubdidit: *Ignorat per azymum a Domino fuiſſe olim peractum myſticum ſacrificium, nec putat indifferens ſiue per azymum ſiue per fermentatum conficere. Sed omnia fruſtra eſſe arbitratur ſacerdotium, altare, dominicam vocem: Hoc facite in meam commemorationem: & diuina verba: Hoc eſt corpus meum, &c. Hic eſt ſanguis meus; & reliquos ritus, qui obſeruantur, ſi non adſit eiuſdem maſſæ ſeu eiuſdem materiæ modicum aliudumque fermentum. Quod vero dominus ac Deus noſter legale paſcha prius celebrarit, deinde myſteria diſcipulis tradiderit, audi ſanctum patrem Chryſoſtomum homilia LXXXI. ſic dicentem. Sed quam ob cauſam paſcha celebrabat, oſtendens per omnia vſque ad vltimum diem ſe non eſſe legi contrarium. Attende quid dicat. Ne legi eſſet contrarius, paſcha celebrabat: Num ergo perfregit legem aſſeruans fermentatum panem? Quod vero etiam per ſeptem dies fermentum illo tempore non extaret, teſtis erit idem ſacer Chryſoſtomus in priorem ad Corinthios epiſtolam. Dicamus, inquit, prius cur de cunctis finibus pellitur fermentum. Quid ergo ſibi vult hoc ænigma? Omni nequitia liberum oportet eſſe fidelem: ſicut enim ibi peribat is apud quem repertum eſſet vetus fermentum, ita e nobis ille, apud quem erit nequitia, neque enim ſub legis vmbra pœnæ graues conſtitutæ, nobis autem haud in illo grauiores. Si enim domos ita repurgant, vt murium quoque cauernas rimentur, multo magis decet nos perſcrutari ſecreta animi: cum igitur cauernas murium rimarentur & ſanctus pater affirmet Chriſtum ad vltimum vſque diem non fuiſſe legi contrarium, & ideo paſcha celebraſſe, certe contrarius fuiſſet, ſi paſcha celebraſſet & fermentatum ſeruaſſet. Eſſe porro id lege vetitum, audi verba eius præcipientis d: Septem diebus azyma comedetis, in die primo non erit fermentum in domibus veſtris, quicumque comederit fermentum, peribit anima illa de Iſrael. Et paulo poſt: Primo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma vſque ad diem vigeſimum primum eiuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus veſtris, qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Iſrael. Quod vero Chriſtus ſeruato legis præſcripto paſcha celebrarit, Iudæi vero nequaquam illud ſeruarint, ſed diem tranſgreſſi fuerint, audi os aureum patrem homil. LXXXIV. in Ioannem e,* & infra poſt illa verba: *Erat autem mane, Ioannes inquit, & ipſi non introierant in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha. Quid ergo ad hæc dicemus? illud ſane, quod altera die comederunt, & a lege diſceſſerunt cædis huius faciendæ deſiderio? neque enim Chriſtus tempus paſchæ non obſeruauit, ſed illi qui nihil non audebant, & leges innumeras perrumpebant.*

Chriſtus cõſecrauit in azymo.

Eo tempore non erat fermentatum in Iſrael.

d Exod. 12.

e Io. 18.

Cum hæc ita ſe habeant, qua ratione erunt a nobis reprehendendi, qui azymo ſacrificant, de nobis autem ipſis dicimus, ita nos accepiſſe & noſtram conſuetudinem ratam habere, nam & Apoſtoli domi panem frangentes ſacrificium factitabant, neque vſquam apparet quæſitum eſſe ab illis panem azymum ad ſacrificandum: rurſus cum dies eſſent azymorum & fermentatus panis non eſſet Ieroſolymis vſquam. Similiter apparet quæſito fermentato illos conſecraſſe, quod ſcirent materiam eſſe eandem nempe farinam triticeam, neque enim eo quod modicum non adſit fermentum inualida iam erunt omnia, quæ ad ſacrificium ſpectant, præſertim Domini verba, quæ panem & vinum cum aqua tranſmutant in corpus eius & ſanguinem. Quod autem verba hæc materiam illam tranſmutent in ea, quæ diximus, audi ex diuino Chryſoſtomo in oratione, quæ inſcribitur: In Iudæ proditionem, & myſticam Saluatoris cœnam. Et infra: Neque enim homo eſt qui facit, vt propoſita fiant corpus & ſanguis Chriſti, ſed qui pro nobis crucifixus eſt ipſe Chriſtus, figuram tantum gerens ſtat ſacerdos & preces offert, dum

Quam male Græci dãnent azymum.

c Gregor. Hieromac pag. 698.

Digitized by Google

Tranſubſtantiatio aſſeritur a Chryſoſt. *a* Gen. 1.

dum verba illa enuntiat; verum gratia & efficacia Dei eſt, quæ operatur omnia: Hoc eſt, inquit, corpus meum. Verba hæc propoſitam tranſmutant materiam, & quemadmodum vox illa a *creſcite & multiplicamini & replete terram, prolata quidem eſt ſemel, ſed perpetuis temporibus fit opus, naturam noſtram ad procreationem corroborans. ita & hæc vox ſemel miſſa ab illa diuina lingua: Hoc eſt corpus meum: in ſingulis altaribus per eccleſias virtute ſua efficit, vt ad hanc diem & vſque ad futurum eius aduentum ſacrificium integrum peragatur. Hæc Chryſoſtomus. Si ergo verba hæc tranſmutant materiam propoſitam in corpus & ſanguinem Chriſti, efficiuntque vt ſint tremenda myſteria, mirum profecto fuerit ſi perfecta illa eſſe non poſſint, quod non adſit modicum fermentum, idque cum in tali materia Chriſtus ipſe confecerit, vt probauimus.*

Marci Epheſini in Græcos ... In ipſum retorta.

Perſtringente vero Marco Epheſino Imperatorem, & patriarcham & alia Græciæ lumina, ipſos in occidentem acceſſiſſe ad corradendum aurum, & fictum eccleſiarum fœdus ineundum, eius veſaniam reſtringit Gregorius ipſe, crimenque in eundem ita retorquet: *Quod pater noſter*, inquit, *ſecuti voces, per eas vnionem perfecerimus, iam demonſtratum eſt: idcirco nec iure nos inſimulat quod veritatem, quæ a nobis erat, prodiderimus. Sed neque auro inhiantes vnionem confecimus, nam & ipſe æque ac nos conſtituta ſalaria ſumebat & nummũ aureorum expers non erat: quin etiam de pecunia, quæ huc miſſa erat ad commeatum nauigationis, nec non Venetys & menſtrua, quæ dabantur nobis, ſimiliter & ipſe accipiebat. Neſcio porro an quis S. Eugeny depinxerit imaginem, vt eam Papæ offerret, & ſermonem ad eum ſcripſerit, in quo præter alia dicebat: Pater Abraham, eleua manus tuas & benedic filys tuis, qui tibi ab oriente veniunt; & nihil ex eo mercedis habuerit, nec aurum expiſcatus fuerit, huiuſmodi verba eructet.*

Alia Marci Epheſini argutiæ.

Obiecit ſchiſmaticus contentionis ſtudio plures ineptias aduerſus coniunctionem Florentiæ ſancitam, veluti eſſe diuerſa ſymbola, quod Græci catholici canerent ſine additamento duo diuerſa ſacrificia ob azymi & fermentati diſcrimen, duo baptiſmata ob ritus varios in orientali & Latina eccleſia, ieiunia diuerſa, cæremoniaſque in pluribus alijs diuerſas, quæ non recte elici, vel non dirimere conciliatam coniunctionem, oſtendit Gregorius. Addenti autem iterum Epheſino argutatiolam, Filium ex eo quod dicatur in ſcripturis, gigni a Patre, dici genitum a ſolo Patre, ita Spiritum ſanctum, ex eo quod dicatur procedere a Patre, dicendum procedere ex ſolo Patre, Gregorius ſanctorum patrum auctoritates oppoſuit, qui dicerent Filium generari a ſolo Patre; at Spiritum ſanctum ex Patre & Filio, vel ex Patre per Filium procedere affirmaſſe, hanc autem doctrinam iam olim ab hæreticis oppugnatam, vt ex S. Athanaſio conſtat: *Rerum*, inquit, *diuinarum peritiſſimus Athanaſius in epiſtola ad Serapionem, quæ incipit: Legi & nunc a tua pietate ſcriptam epiſtolam; infert quæ ab hæreticis obyciebantur hoc modo: Deinde, vt ſcribis, adduut: Si ex Filio accipit Spiritus & ab ipſo datur, ſic enim ſcriptum eſt, protinus inferunt: Ergo auus pater &; Spiritus ſanctus eius nepos. Certe, ſi ſancti patres ex ſolo Patre Spiritum eſſe credidiſſent, dixiſſent vtique, ſicut & Filium ex Patre ſolo affirmarunt: at nuſquam dixerunt hoc, cum tamen illos vehementer vrgerent hæretici.* Obijcienti Marco illud Damaſceni de orthodoxa fide cap. VIII. *Ex Filio non dicimus Spiritum*, reſpondet; vti illum hoc modo loquendi: *Non dicimus; non quaſi res non ſit; ſed quia propter hæreticos non profertur; ita Virginem Chriſtiparam non dici propter Neſtorium, qui ea voce abuſus eſt, quamuis ſit Chriſtiparauita nec propter Eunomium contendentem ex ſolo Filio procedere Spiritum, non dici procedere ex Filio, ſed ex Patre per Filium, tum vt Pater primordiale principium demonſtretur. Nam rerum diuinarum cap. XII. (inquit Damaſcenus) Spiritus ſanctus Spiritus eſt ex Patre procedens, nulla enim motio ſine Spiritu; Fily quoque eſt Spiritus, non vt ex ipſo, ſed vt per ipſum ex Patre procedens. Perſpectum quippe erat ſancto patri, quippe vt perito græcanici idiomatis, ex, præpoſitionem, vbicumque apponitur, nihil ſignificare aterius, ſed indicare illud, vnde prima origo, ibique ſiſtere mentem auditoris; per, vero vbi ponitur denotare omnino principium aliud originale & primarium, hac de cauſa negat eſſe dicendum ex Filio, per Filium vero ſane comprobat.* Adiungit Gregorius Hieromonachus plures alias Damaſceni auctoritates: ex Cyrillo autem, Baſilio, & Gregorio theologo clariſſimas, quod Spiritus ſanctus etiam procedat ex Filio. Tum vindicat Latinos a calumnia hæreſeos, quam Marcus ipſis impingebat inani eo argumento, quod Latini apoſtatæ a Græcis ſacro chriſmate inungerentur, inungendos vero ex nequiſſimi hæretici Theodori Balſamonis patriarchæ Antiocheni dictis contendebat. Cui reſpondet Gregorius, Latinos non habitos hæreticos a ſanctis patribus, ſed a recentioribus ſchiſmaticis.

Reſellitur.

Argutia in Spi... S. pro ... Filium ... ab hæreticis.

Cur Græcis non dicant Ipſum procedere ex Filio.

Primatus pontificis o... ...

Adduxit etiam in crimen Marcus Græcos coniunctionis eccleſiarum ſtudioſos, quod Papam Chriſti vicarium, patrem & doctorem omnium Chriſtianorum pronuntiarent; cuius dicteria contrarijs ſanctorum orientalium auctoritatibus ita reſtegit Gregorius: *Theodorus Studita ſcribens ad Michaelem Imperatorem nomine omnium Hegumenorum in epiſtola, quæ ſic incipit: Nos omnes in vnum congregati iuſſu veſtri a Deo coronati imperij humillimi epiſcopi & Hegumeni: Si quid vero, inquit, dubitat aut minus ſalutum credit ſacra tua mentis excellentia, a religioſo præſule ſubeat magna ſua & a Deo confirmata potentia, vt quæ ad vniuerſorum vtilitatem zelo rerum diuinarum flagras, a ſeniore Roma mitti ſibi huius rei declarationem, vt per antiquam traditionem ab initio ſeruatum eſt. Hæc eſt imitator Chriſti, Imperator ſupremus, apex Dei eccleſiarum, cui primus præſedit Petrus, ad quem Dominus* a*: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Idem Theodorus in alia epiſtola ad Naucratium, cuius initium eſt. Non complebuntur aures meæ vocibus auditionum, Deum*, inquit, *hominesque in præſenti conteſtor, ſeiunxerunt ſe a corpore Chriſti, a coryphæa ſede, in qua Chriſtus poſuit fidei claues, aduerſus quam non præualuerunt per omne ſæculum, nec præualebunt vſque ad finem ſæculi inferi portæ, ora videlicet hæreticorum, ſicut promiſit ille, qui non mentitur. Et in tertia ſancta ſynodo Arcadius epiſcopus dixit. Præcipiat veſtra beatitudo literas ſancti & omnium veneratione nominandi Papæ Cæleſtini ſedis Apoſtolicæ epiſcopi vobis allatas recitari, ex quibus veſtra beatitudo perſpicere poterit quali omnes eccleſias cura ille complectitur. Proiectus quoque iiſdem eſt vſus verbis.* Et paucis interpoſitis: *Cyrillus*, inquit, *Alexandrinus dixit: ſuſcepta ſanctiſſimi & per omnia ſacratiſſimi Cæleſtini epiſcopi ſanctæ apoſtolicæ eccleſiæ Romanæ epiſtola cum honore condecente recitetur. Similiter in ſancto concilio quarto in ſacris Valentiniani ad Theodoſium literis hæc ſcripta leguntur* b*: Vt beatiſſimus Romanæ vrbis epiſcopus, cui principatum ſacerdoty ſuper omnes antiquitas contulit, locum & ſe-*

Græcorum patrum auctoritatibus confirmatus.

a Matth. 16.

b Concil. Chalced. par. 1. ep. ep. 25.

Digitized by Google

facultatem habeat de fide & ſacerdotibus iudicandi. Cum igitur facultas illi ſit exercendi iudicium de fide & ſacerdotibus, iure Chriſtianorum omnium doctor in definitione inſcribitur.

Alia obiecti Marci Eph.

Deriſit etiam Epheſinus catholicos, quod nouatores Baſileenſes plures Eugenio moleſtias exhibuiſſent, cuius impudens os ita retudit Gregorius: *Ignorat ipſe antipapam voluiſſe quidem illam dignitatem arripere, ſed a prudentioribus & rempublicam recte adminiſtrantibus, honoremque ſuum intantibus, fuiſſe reiectum. Ex quo factum eſt, vt antipapa non ſit, ne etiam in Eccleſia Dei ſchiſma eſſet, quod eſt malorum omnium grauiſſimum. Baſileenſis quoque ſynodus diſſoluta eſt, omniaque in pace ſunt & ſumma tranquillitate; quare non oportebat talem virum imprecatienes in eccleſiam iacere, ſed precari potius, vt ei fauſte proſpereque eueniant omnia.*

Confutatur

Sacrilegamus impoſitus ad fallendos Græcos.

a Gal. 1.

17 Denique Marcus hæreſiarcharum more, miſeros Græcos ſibi diuinis oraculis abutenti audientes eſſe, Pontificam autem ea interpretantem aserſari iuſſit his verbis, quibus infelices quoque nouatores abuti ſolent: *Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepiſtis, licet angelus de cælo, anathema ſit.* Subdebatque vir impius: *Videtis propheticæ dictum illud: Licet angelus de cælo; ne quis eminentiam Papæ obtendat.* Spreuit blaſphemi hominis contumelias Gregorius Hieromonachus; ad id vero, quod hic hæreticus Scripturis ſacris, quas etiam in nefarium ſenſum torquebat, tantum credendum contenderet, reſpondet plura credi, quæ in Scripturis expreſſe non continentur: *Vox, inquit, conſubſtantialis, & Deipara, & quæcumque ſancti explanarunt, non ſunt ab Apoſtolis explicite tradita, nos tamen omnia, quæ patres noſtri de rebus diuinis locuti latius explicarunt, tanquam apoſtolicas recipimus traditiones. Itaque ſi ſanctiſſimi patres per Apoſtolum conſtitutis tenentur, & nos tenemur. Quæ porro in nos profert ex epiſtolis Apoſtolorum, non faciunt ad rem, traditiones enim apoſtolicas tam ſcriptas quam non ſcriptas orationibus illorum fulti conſtanter tenemus, credentes in Trinitatem conſubſtantialem, Deumque incarnatum, ex ſemper Virgine Dei genitrice natum.* Eadem ſtropha, qua Marcus Epheſinus, vſi ſunt cæteri nouatores.

Probatur plura credi quæ in Scripturis expreſſe non continentur.

At impius Græcorum relapſus auctor tantum crimen non impune tulit, cum enim Franciſcus legatus Cardinalis miſſus ab Eugenio illi Coronenſem epiſcopum in publica concertatione oppoſuiſſet; ab illo victus præ ira & pudore paucis diebus interijt, vt narrat S. Antoninus [b]: *Ille tamen Epheſinus acerrimus diſputator, permanens in perfidia ſua, cum alijs ad veritatem fidei reuerti noluit; verum ad patriam rediens cum Cardinalis Venetus deſtinatus legatus in regionem illam Conſtantinopoli moram traheret, & in eius ſocietate eſſet venerabilis epiſcopus Coronenſis dominus Bartholomæus de Florentia ſacræ theologiæ profeſſor egregius, & Græci idiomatis non ignarus, placuit eidem Imperatori Græcorum & proceribus eius, vt fieret publica concertatio inter epiſcopum Epheſinum præfatum & Coronenſem epiſcopum iam fama ibi celebrem: quo facto Epheſinus præfatus iterum ab eo ſuperatus & confuſus eſt, & tanta ex eo abſorptus triſtitia, vt intra paucos dies expirauerit cum ſua perfidia.*

b S. Anton 3. p. tit. 22. c. 11. in princ.

Genus eius mortis cum Arij morte comparat, Gennadius [c], cum blaſphemum os ſuo conſpurcarit ſtercore, & cum ſtercore animam fuderit: *Sacer patriarcha primus ſubſcripſit & conſenſit, quod ſancti orientales cum occidentalibus ſanctis eadem ſentiunt & conueniunt, & poſt eum diuini illi viri omnes conſenſerunt; qui patriarcha, ſi viueret, nullo pacto hæc tu diceres neque faceres, neque auderes dicere ipſum antea corruptum, ſi eius vmbram tantum videres, qui neque aliquo timore, neque aliqua gloria, nec quia inde recedere cupiebat, ſacram optabat vnionem; ſed quia vidit ipſe aperte, quod multi ante ipſum patriarchæ videre optauerunt, & non viderunt. Vidit enim Eccleſiæ pacem & membra dominici corporis ſimul iuncta, & exultauit ſpiritu, & ſubſcripſit ſecura mente & alacri animo, confitendo Spiritum ſanctum etiam a Filio procedere, animas quoque purgari. Romanum etiam Pontificem caput eſſe omnium ſacerdotum. Et ita flectens genua orauit, & manus in cælum attollens Deo gratias egit, & ita ſanctam ſuam reddidit animam. Tu vero, qui illam impudenter calumniaris, & eos qui cum ipſo fuerunt non ita, ſed vna cum ſtercore animam efflaſti per ſedem. Teſtatur hoc vniuerſa vrbs Conſtantinopolis, ita enim nouit diuina iuſtitia ſingulis reddere iuxta eorum fidem, quemadmodum antiquitus Ario, qui ab inſania nomen eſt adeptus, qui ſimili pacto inferius viſcera emiſit, tu vero ſuperius ſtercus.*

c Gennad. in comm. pro conc. Flor. pag. 51.

Infelix mors Marci Epheſ.

18 Creditus eſt hic vir impius extremi Græcorum excidij auctor, cum ij ob ſchiſma deſerti a Deo in Turcicam ſeruitutem ſint addicti: dum vero Græcis Turcæ moliuntur exitium, ſultanus Ægyptius Rhodios, Scandelorij vero princeps Cyprios omni virium contentione oppugnarunt [a], & quamuis Ægyptius ſuperiori anno ab vrbis Rhodiæ obſidione depulſus fuiſſet, iterum tamen maiorem ad illam ſibi ſubijciendam expeditionem confecit. Cuius belli timore perterriti Rhodij auxilia a Pontifice flagitarunt [b]: qui, quamuis iam aliam claſſem magnis ſumptibus inſtructam in Turcas miſiſſet, nouam parandam decreuit aduerſus Ægyptios, cumque ærarium pontificium exhauſtum eſſet, fideles ad ſtipem ſubſidiariam conferendam, militeſque Rhodum ſubmittendos hiſce literis eſt adhortatus [c].

a Boſ. 2. p. hiſt. lib. 6. Rhodus oppugnata ab Ægyptiis.

b Ibid. 22. pag. 207.

Ad futuram rei memoriam.

c Ibid. pag. 257.

Cum nos pro euidenti totius Chriſtianæ religionis vtilitate & fidei catholicæ exaltatione, nec non pro ciuitatis Conſtantinopolitanæ & Hungariæ ac Cypri regnorum, aliarumque prouinciarum Chriſtianorum tutela & conſeruatione quamplures & maximos ſumptus nos ſubire oporteat, quos propter multiplices expenſas, quas pro Armenorum, Græcorum, & aliorum populorum orientalium a doctrina Romanæ eccleſiæ dudum diſſiuentium vnione expoſuimus, & alias præteritorum temporum calamitates ſine fidelium ſuffragijs tolerare non poſſimus, cumque infideles ipſi tot prælijs & certaminibus ſuperari viribus & animis fracti ac debilitati ſint, hanc nobis & catholicis principibus, populoq; occaſionem diutius oblatam non deſerentes; magnam claſſem parari fecimus, cum magnus fidelium exercitus in Hungaria per venerabilem fratrem noſtrum Iulianum epiſcopum Tuſculanum legatum de latere de noſtra commiſſione pareatur, (dum ea ſcribebat Eugenius, nondum de illius nece certior fuerat factus,) vt terreſtri maritimaque potentia Teucros & alios Chriſtiani nominis inimicos Chriſtianorum exercitus aggrediatur, ad quod ſanctum opus eo ardentius incitamur, quo Saraceni ciuitatem Ieruſalem in dedecus Chriſtianorum occupantes, longe magis quam præteritis temporibus, aduerſus Chriſtianos ſepulchrum dominicum viſitantes ſæuierunt, & (quod horrendum dictu eſt) infideles Chriſti barbarie & efferata quadam rabie inflammati imagines ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti & B. Mariæ virginis & aliorum ſan-

Turcæ multis prælijs victi.

De nauali & terreſtri exercitu in eos comparato.

Digitized by Google

ctorum ibidem exiſtentes dirui fecerunt, eas nefanda turpitudine & varijs ignominiarum generibus afficientes, quod tam perfide & impie fortaſſis diuina ſapientia fieri permiſit, vt nos & alij catholici tam atroci & peruerſa iniuria prouocati ad comprimendum huiuſmodi immanem fidei Chriſtianæ ignominiam illatam ardentius inuitaremur. Nos vero huic & fidei cauſæ, quæ cæteris rebus anteponenda eſt, omnes noſtras cogitationes atque conatus adhibentes, quemadmodum in dicto terreſtri exercitu dictum legatum habemus, illique exercitui noſtra & ſedis Apoſtolicæ auctoritate præſidet, ita dilectum filium noſtrum Franciſcum tit. S. Clementis presbyterum Cardinalem S. R. E. Vicecancellarium ad claſſem huiuſmodi contra infideles ipſos conducendam, & nationem Græciæ & alias nationes Chriſtianas a feritate Teucrorum & aliorum infidelium liberandas legatum pronuntiauimus, quæ ſi Dei miſericordia ſecuntur, recuperatio dominici ſepulchri & Terræ ſanctæ facile ſequi poterit.

Franciſcus Card. in claſſe legatus decernitur.

Ægyptiorũ in Rhodũ impreſſiones.

Accedit ad ſuperius enarrata imminentia Chriſtianis pericula, quod cum ſoldanus Cayri dominus iam duobus proximis ſuperioribus annis inſulam Rhodi arcem quandam Chriſtianorum aduerſus barbaros magna ac terribili claſſe inuaſerit, adeo vt parum defuerit quin vltima vice ipſa Rhodienſis ciuitas, & per conſequens inſula tota fuerit expugnata, &, prout certiſſimis literis & nuntijs quotidie habemus, iam ſoldanus ipſe claſſem longe maiorem magiſque formidandam primo veris tempore ad expugnationem dictæ inſulæ tranſmittendam paret, nos, niſi pati velimus ipſam inſulam ad manus barbarorum in maximam Chriſtianorum perniciem deuenire, alteram [nimirum ab ea, quæ immiſſa in Helleſpontum fuerat,] claſſem parare oportet non minorem ea, quæ ſuperius dicta eſt, qua & dictorum barbarorum conatibus reſiſtatur, &, prout nos in Domino ſpem habemus, præparetur & aperiatur via ad terram ſanctam de manibus barbarorum huiuſmodi celeriter eruendam. Pro quo quidem ſanctiſſimo ac neceſſario opere effectui mancipando venerabilem fratrem noſtrum Marcum patriarcham Alexandrinum Apoſtolicæ ſedis legatum cum magna & ſumptuoſa claſſe ex parte iam ordinata duximus tranſmittendum. [Subdit ſe tolerandis ſacri illius belli ſumptibus imparem, atque ad Chriſtianorum, de quorum nomine & ſalute agitur, liberalitatem confugere: ad quam excitandam præmia indulgentiarum propouit, iiſque potiſſimum, qui religioſam militiam in ſoldanum alioſue infideles fuerint profeſſi, vel inſtructos armis milites ſubmiſerint.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLIV. *V. id. ianuarij pontificatus noſtri anno* XIV.

Repulſi maiori mox expeditione comparant.

Eugenij pro duabus claſſibus comparandis ſtudium.

Fideles ad ferendam opem inuitati.

19 De eadem claſſe conflanda pro tuenda Rhodo aduerſus Saracenorum Babyloniorum impetus extant aliæ literæ ad Marcum patriarcham, qui paulo ante ex Gradenſi ſede ad Alexandrinam fuerat traductus [a], quibus ipſum ad retundendos Saracenos Apoſtolicæ ſedis legatum in Cypro, Rhodo, Ægypto, ac Syria creauit [b], hoc dato ad ipſum diplomate.

Ampliſſima legatio Marco patriarchæ data.

a Lib. 23. pag. 181. b Lib. 22. pag. 260.

Venerabili fratri Marco patriarchæ Alexandrino aduerſus Saracenos in inſulis Cypri & Rhodi & Aegypto, ac Syria Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem, &c.

Poſt magnos multoſque labores pro Dei noſtri honore & eius fidei augmento, & populorum ab infidelibus oppreſſorum liberatione ex iniuncta nobis ce ſuper paſtoralis officij cura multo iam tempore impenſos, nouis nunc & ſumme ingentibus bellorum fragoribus non inuitamur modo, ſed rapimur atque impellimur, vt pijſſima iuſtiſſimaque arma in hoſtes fidei moueamus. Nam cum ſacta communibus expenſis & diutinis laboribus vnione orientalis cum eccleſia occidentali, reductiſque ad ſanctum fidei cultum Armenis, Iacobitis, Neſtorinis, Georgianis, & alijs pleriſque populis; data quoque ſinceræ fidei norma Æthiopibus primo, & poſt modum Regi Boſnæ ac ſuorum regnorum populis, innotuiſſet nobis regnum Hungariæ ciuilibus ſimultatibus adeo ardere, vt timerent omnes Chriſtiani ne ob ipſas diſſenſiones ſimultateſque Teucri magnam Europæ partem, præſertim prouincias ipſis Hungaris continentes inuaderent, ac incendijs & rapinis potiſſime populorum in ſeruitutem redigendorum fœdatas nefando Machometto manciparent, penituſq; ſubijcerent, inducias primo in ipſo regno per legatum noſtrum illuc miſſum fieri obtinuimus, quarum beneficio poſtea eſt ſequutum vt chariſſimus in Chriſto filius noſter Vladiſlaus Hungariæ ac Poloniæ Rex noſtris eius comitijs legato noſtro comite ac adiutore expeditionem parauerit terreſtrem quam anno anteacto primum & poſtea præſenti in Teucros ducta ea gens tantis prius in victorijs per annos ferme octuaginta in Chriſtianos via multoties fracta, multoties repulſa, & infinitis prope cædibus debilitata pene ad extremum in Europæ partibus ſit perducta, quibus parandis rebus niſi alia etiam auxilia accuiſſemus, niſi aliam feciſſemus prouiſionem claſſis alios Teucros Aſiam incolentes vt in Europam traijcerent prohibituræ, tanta victoria tanta Dei noſtri gloria nullo pacto potuiſſet haberi, aut aliquibus exercitus terreſtris viribus obtineri: quamprimum vero claſſis quam ad ſtrictum Gallipolis duxit prout continuo paratiſsimam tenet dilectus filius Franciſcus Cardinalis Venetiarum nepos noſter illo in ſtricto viſa eſt, illico Teucri, qui in Europa erant territi animos amiſerunt, alia vero Teucrorum multitudo, quæ ex Aſia in Europam traijcere conabatur non claſsis noſtræ præſentia modo, ſed viribus eſt repulſa: cum autem tot tantiſque negotijs grauaremur etiam ſupra vires, perfidi Saraceni hoſtes & ipſi nominis Chriſtiani claſſem adducentes numero nauium & gentium multitudine copioſam anniſque duobus anteactis Rhodum inuadentes cum multis inſultibus oppugnationibuſque preſſerunt; & licet Rhodus & loca religionis hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani illam tenentis Dei adiutorio & ob alias, quæ prius a nobis aliquibuſque fidelibus principibus factæ fuerant prouiſiones tunc fuerit deſpenſata, non tamen liberati ſumus dictorum Saracenorum timore, immo magis magiſque cogimur formidare, quia claſſem prima maiorem parant cum qua dicunt præſumuntque non ſolummodo Rhodum & ſuæ religionis loca capturos, ſed Chriſtianos vſque in Italiam inuaſuros; quæ maxima cum anxietate animi cogitantes & cum Dei noſtri adiutorio opportuna cupientes remedia adhibere claſſem & noſtri ærarij expenſis & fidelium principum religioſorumque prædicti ordinis & aliorum Chriſtianorum auxilio armare diſpoſuimus aduerſus prædictos Saracenos impijſſimos Chriſti hoſtes pro Rhodi aliorumque locorum prædictæ religionis atque etiam aliorum Chriſtianorum circa mediterraneum mare habitantium defenſionem vere proximo perducendam: cum itaque in omni regenda multitudine

Eugenij literæ de legatione.

Vel ſola ſpe claſſis Eugenianæ Teucrorum traiectus impeditus.

præ-

Digitized by Google

præſertim in bellicis artibus gubernandis requiratur potiſsime probus & ſufficiens dux ac caput, nos ad hoc diligentius attendentes & cum proprij etiam ſanguinis effuſione, ſi oportuerit, prouidere cupientes de tuæ perſonæ ex gentis noſtræ familia & noſtro ſanguine oriundæ prudentia, fidelitate, & rerum experientia ſtudio ac diligentia in arduis noſtris & Romanæ eccleſiæ negotijs comprobata ſumentes in Domino fiduciam ſingularem, ſperantes inſuper indubie quod ex tuis actibus virtuoſis, illo tibi aſſiſtente qui iuſta bella gerentibus victoriam repromittit, dictorum Christi hoſtium deſtructio reſultabit, ad perſonam tuam conuertimus aciem noſtræ mentis, & te aduerſus Saracenos ſupradictæ claſsis noſtræ rectorem & gubernatorem de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu ſedis Apoſtolicæ legatum ad dictam inſulam Rhodi & Cypri & per totam Ægyptum & Syriam cum poteſtate legati de latere duximus faciendum; &c. [Inſtruit legatum plurima auctoritate, vt munus pro dignitate gerat, adigat ad ſua imperia claſſiarios, rebelles coerceat, & cætera, quæ ad propulſandum a Rhodo hoſtem debilitandoſque eius conatus conduxerint, perficiat.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXLV. *kal. iun. pontificatus noſtri anno* XIV. Sanxit etiam Eugenius[a], vt media vectigalium ordinis Rhodij pars ab equitibus Rhodio ærario inferretur, cum ob triennale bellum cum Ægyptijs & Syris exhauſtum eſſet.

Conſulit Eug. Rhodijs equitibus.
a Lib. 11. pag. 55.

Ad futuram rei memoriam.

Pro parte dilectorum filiorum fratris Ioannis de Laſticho Hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolymitani magiſtri, & baliuorum, priorum, procerum, præceptorum, ac fratrum conuentualium omnium linguarum aſſembleam dicti hoſpitalis facientium nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum anno proxime tranſacto, videlicet die vigeſima menſis februarij anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto ipſi omnes ſimul, ſecundum mores & ritus dicti ordinis, congregati in generali aſſemblea, communi conſenſu, & nemine diſcrepante, conſiderantes aſſiduas expenſas & diſpendia, quibus dudum affecti erant reſiſtendo conatibus infidelis impijſſimique ſoldani Babyloniæ, cum iam tribus annis tres potentiſſimæ claſſes eorum inſulam & ciuitatem Rhodi inuaſerant, & eodem anno ipſam ciuitatem obſederant cum ruina & deſolatione inſulæ, ac iacturis, & cupientes opportuna ac omnino neceſſaria remedia adhibere, ordinauerint atque ſtatuerint, quod omnes priores, &c. [Decreuerant, vt ad reprimendos Babyloniorum impetus omnium vectigalium ordinis media pars a ſingulis prioribus caſtrorum, domorum, ac poſſeſſionum præfectis feſto S. Ioannis Baptiſtæ Rhodij conuentus ærario inferretur, cui decreto Eugenius ipſe robur apoſtolicum adiecit.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXLV. *v. kal. augusti pontificatus noſtri anno* XV.

Tribus claſſibus Rhodus infeſtata.

20 Quod ad Cyprias res attinet; Ioannes Rex improborum hominum conſilijs ſubornatus rem eccleſiaſticam labefactauit, cum enim Galeſius archiepiſcopali ſedi Nicoſienſi fuiſſet præfectus, eum in eccleſiæ poſſeſſionem venire vetuit[b]; cumque archiepiſcopus ea de cauſa ad ſedem Apoſtolicam ſe contuliſſet, Rex oratorem ſuum Romam tranſmiſit ad Pontificem, qui controuerſiæ dirimendæ prouinciam dedit Ioanni epiſcopo Præneſtino & Ioanni S. Laurentij in Lucina presbytero Cardinalibus[c], qui nonnullas ad archiepiſcopum Regemque conciliandos conſtituere leges, quas Eugenius auctoritate apoſtolica firmauit, traduxitque[a] Galeſium a ſede Nicoſienſi ad Cæſarienſem, cumque Rex Nicoſienſis eccleſiæ vectigalia & alia eius prædia inuaſiſſet, Vrbeuetanum epiſcopum illi adminiſtrandæ præfecit Pontifex ius, ac Regem ad illa reſtituenda cenſuris cogere iuſſit[b].

Cyprius Rex vi deturbat Nicoſienſem archiep.
b Boſ. p. 2 lib. 6.
c Lib. 9. pag. 53.

Compoſita ab Eugenio controuerſia.
a Lib. 9. pag. 40.
b Ibid.

Miſerat[c] iam ante in Cyprum Eugenius Andream archiepiſcopum Colocenſem, vt ſchiſmaticos ad orthodoxæ fidei puritatem traduceret: qui diuina ope fultus tantos animorum motus excitauit, vt qui Neſtorij hæreſi hactenus fuerant imbuti, vel ſecuti erant Macarij impietatem, Timotheum Metropolitanum Chaldæorū, & Eliam epiſcopum Maronitarum ad profitendam omnium nomine coram Romano Pontifice catholicam veritatem, illique rite ac demiſſe obedientiam deferendam deſignarint. Suſcepit legationem Thimotheus; Elias vero ſuo nomine Iſaac miſit. Qui excepti perhumaniter in publica ſeſsione concilij Lateranenſis ab Eugenio, affectique omnibus priuilegijs, quibus potiuntur catholici[a].

c Lib. 18. pag. 124.
Andreas archiep. Coloſſen. miſſus in Cyprum. Hæreticos & ſchiſmaticos ad fidem orthodoxam traducit. Miſſis oratoribus eos conciliauit in concilio.
Seſſ. XXXI.

Ad perpetuam rei memoriam.

21 Benedictus ſit Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui vota & pia deſideria noſtra quibus pro debito noſtri paſtoralis officij ſalutem Chriſtiani populi anhelamus, & continuis, quantum nobis ex alto permittitur, operibus confouemus, multis magniſque fauoribus in dies proſequitur, & vltra quam mereamur felicibus comitatur effectibus. Sane poſt celebratam in œcumenico concilio Florentino orientalis eccleſiæ cum occidentali vnionem, poſt Armenorum Iacobitarumque & Meſopotamiæ populorum reductionem, venerabilem fratrem noſtrum Andream archiepiſcopum Coloceenſem ad partes orientis & Cypri inſulam deſtinauimus, vt & Græcos & Armenos & Iacobitas ibidem degentes prædicationibus ſuis, & decretorum pro eorum vnione & reductione editorum expoſitionibus & declarationibus in ſuſcepta fide confirmaret, & quos ex alijs ſectis a vera doctrina alienos tam Neſtorij quam Macarij ſectatores inueniret monitionibus & exhortationibus noſtris ad fidei veritatem reducere conaretur. Quod pro ſua ſapientia alijſque virtutibus, quibus eum largitor gratiarum Dominus inſigniuit, diligentiſsime proſecutus, poſt diuerſas multipliceſque diſputationes, poſt varios tractatus, eliminata tandem ex eorum cordibus primum omnium Neſtorij impuritate, qui purum hominem Chriſtum eſſe, & beatiſsimam Virginem non Dei ſed Chriſti genitricem aſſeuerabat, deinde Macarij Antiocheni impijſsimi, qui quamquam Chriſtum verum Deum & hominem eſſe profiteretur, diuinam tamen ſolum in eo voluntatem & operationem, humanitati eius parum tribuens, eſſe aſſerebat, venerabiles fratres noſtros Timotheum Metropolitanum Chaldæorum, quos ad hæc vſque tempora Neſtorianos, eo quod Neſtorium ſequebantur in Cypro vocauerunt, & Eliam epiſcopum Maronitarum, qui cum ſua natione Macarij dogmatibus in eodem regno infectus tenebatur, cum omnium multitudine populorum & clericorum in inſula Cypri ei ſubiecta ad veritatem fidei orthodoxæ, diuino ſibi aſſiſtente Numine, conuertit, fidemque & doctrinam quam ſemper ſacroſancta coluit & obſeruauit Eccleſia eiſdem præſulibus & omnibus ibidem eis ſubiectis tradidit; quamque præfati præſules in publica & magna congregatione diuerſarum nationum in eodem regno exiſtentium, in me-

Eugenij eadem de re litteræ.
a Extant eius lit. l. 18. pag. 124. & apud Card. Iuſtin. in conc. Flor. par. 3. pag. 387.
Neſtoriani qui fuere.
Qui Macarij Antiocheni.
Conc. in Cypro, per ſolu...

metropolitana eccleſia S. Sophiæ habita ſumma cum veneratione ſuſceperunt. Quo facto Chaldæi quidem præfatum Timotheum ſuum metropolitam, Eliam vero Maronitarum epiſcopum nuncium, de fide Romanæ eccleſiæ quæ, Domino prouidente, & B. Petro Apoſtolo opem ferente, ſemper immaculata permanſit, ſolemnem profeſſionem emiſſuros ad nos vſque miſerunt, & coram nobis in hac ſacra œcumenici concilij Lateranenſis generali congregatione fidem ipſam atque doctrinam ipſam Timotheus ipſe metropolita primum in lingua ſua Chaldæa Græce interpretatam & de Græco in Latinum traductam reuerenter & deuote, vt ſequitur, profeſſus eſt.

Fides in Petri ſedibus immaculata permanſit.

22 *Ego Timotheus archiepiſcopus Tharſenſis Chaldæorum, qui in Cypro ſunt, metropolita pro me miſque omnibus in Cypro exiſtentibus populis, profiteor, voueo, atque promitto immortali Deo Patri, Filio, & Spiritui ſancto, deinum tibi ſanctiſſimo ac beatiſſimo patri Eugenio Papæ IV, & huic ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedi, & ſanctæ huic & venerabili congregationi, quod de cætero ſemper manebo ſub obedientia tua & ſucceſſorum tuorum ac ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, & tanquam ſub vnica matre & capite omnium eccleſiarum. Item quod de cætero ſemper tenebo & profitebor Spiritum ſanctum procedere ex Patre & Filio, ſicut docet & tenet ſancta Romana eccleſia. Item quod de cætero ſemper tenebo & approbabo duas naturas, duas voluntates, vnam hypoſtaſim, & duas operationes in Chriſto. Item quod de cætero ſemper confitebor & approbabo omnia ſeptem ſacramenta eccleſiæ Romanæ, prout ipſa tenet, docet, & prædicat. Item quod de cætero nunquam in ſacra Euchariſtia oleum apponam. Item quod de cætero ſemper tenebo & prædicabo & docebo quidquid tenet, confitetur, docet, & prædicat ſacroſancta Romana eccleſia, & quidquid ipſa reprobat, anathematizat, & damnat reprobo, anathematizo, & damno, & in futurum ſemper reprobabo, anathematizabo, & damnabo, ſpecialiter impietates & blaſphemias nequiſſimi hæreſiarchæ Neſtorij & omnem aliam hæreſim extollentem ſe aduerſus hanc ſacroſanctam & Apoſtolicam & catholicam eccleſiam. Hæc eſt fides, pater ſancte, quam tenere & obſeruare, ac teneri & obſeruari facere ab omnibus ſuppoſitis meis voueo atque promitto, & vnumquemque eam reſpuentem, & contra eam ſeſe erigentem priuare omnibus beneficijs ſuis, eundemque excommunicare & hæreticum & damnatum denunciare, & ſi pertinax fuerit degradatum curiæ tradere ſæculari ſpondeo, polliceor, atque promitto.*

Archiepiſcopi Chaldæorum profeſſionis formula.

De proceſſione Spiritus ſancti ex Patre Filioque.

De duabus naturis, voluntatibus, & operationibus in Chriſto & vna hypoſtaſi.

De amplectenda doctrina eccleſiæ Rom.

Damnatæ hæreſes Neſtorij.

Deinde ſimilem per omnia profeſſionem dilectus in Chriſto filius Iſaac nuncius venerabilis fratris noſtri Eliæ epiſcopi Maronitarum ipſius vice & nomine, reprobando Macharij de vnica voluntate in Chriſto hæreſim, cum multa veneratione emiſit. Pro quorum quidem profeſſione, religione, & tantarum animarum ſalute Deo & domino noſtro Ieſu Chriſto, qui temporibus noſtris tanta fidei incrementa largitur, tot Chriſtianis populis beneficia donat, gratias immenſas agentes, eaſdem profeſſiones accepimus & approbamus, ac eoſdem Metropolitam & epiſcopum in Cypro & ſubiectos ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ ſuſcipimus, & ipſis morientibus in præfata fide, obedientia, & deuotione ijs gratijs & priuilegijs inſignimus in primis, quod nemo prædictos Chaldæorum metropolitam & Maronitarum epiſcopum eorundemque clericos & populos neque ex populo & clero quempiam de cætero audeat hæreticos appellare, aut Chaldæos de cætero Neſtorianos nominare præſumat. Quod ſi quiſpiam mandati huiuſmodi contemptor extiterit, iubemus ab eius ordinario excommunicari tandiu quandiu diſtulerit condigne ſatiſfacere ac ordinarij arbitrio aliqua temporali pœna mulctari.

Macarij de vnica voluntate.

Chaldæi & Maronitæ in Eccleſiæ communionem admiſſi.

Item quod præfatus metropolita & epiſcopus eorumque ſucceſſores in omnibus & quibuſcumque honoribus, epiſcopis a communione ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeparatis continuo præferantur. Item quod poſſint de cætero cenſuras in ſuos ſubditos exercere, & quos de cætero rite excommunicauerint, pro excommunicatis, & quos abſoluerint, pro abſolutis ab omnibus cenſeantur. Item quod præfati præſules & ſacerdotes & clerici eorum libere poſſint in eccleſijs catholicorum diuina celebrare, ac catholici in eccleſijs eorundem. Item quod de cætero præfati clerici & præſules & clerici & laici eorum vtriuſque ſexus, qui vnionem & fidem hanc ſuſceperint poſſint in eccleſijs catholicorum ſepulturas eligere, & cum catholicis matrimonia (more tamen latinorum catholicorum) contrahere & omnibus beneficijs, immunitatibus, & libertatibus gaudere & frui, quibus cæteri homines catholici tam laici, quam clerici in dicto regno potiuntur & gaudent. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXLV. VII. *non. auguſti pontificatus noſtri anno* XV.

Ornati priuilegijs.

23 Redijt etiam in Romanæ eccleſiæ gremium Dardania vulgo Boſnia dicta, cum enim Stephanus Rex, vt ex Eugenij literis ſuperiori anno [a] a nobis allatis conſtat, veteres Manichæorum errores damnaſſet, pio ſtudio eſtuans hæreticos e ſuo regno excindendos ſuſcepit: quare in apoſtolicis literis, quibus iuſtorum natalium priuilegio donatus eſt, vt ſceptrum cum dignitate gereret, eximio elogio eum exornauit Eugenius [b].

Dardania ad Eccleſiæ communionem reuocata.

a An. Chr. 1443. nu. 2.

b Lib. 23. pag. 77.

Chariſſimo in Chriſto filio Stephano Thomæ, Boſnæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

Attendentes quod poſtquam ob multarum, magnarumque virtutum dona, quibus perſonam tuam illarum largitor Dominus inſigniuit, in regium culmen conſcendiſti, purum te atque incontaminatum ab hæreticorum, qui prædicti regni partes iam diu obtinuerunt, vulpina & fraudulenta verſutia, & peſtiferis fallacijs, vt catholicus princeps, conſeruaſti, nec ſolummodo nos in verum ſummum Romanum Pontificem Ieſu Chriſti indubitatum vicarium, ac beati Petri regni cæleſtis clauigeri vnicum ſucceſſorem, pure ac ſimpliciter recognouiſti, verum etiam extento brachio regiæ maieſtatis, nos, eccleſiam, & fidem orthodoxam a ſchiſmaticorum, & hæreticorum lupina rabie defenſas, ipſoſque de tui regni finibus extirpare ſtudes, ac inſuper quod defectum natalium, quem vt ipſe aſſeris, pateris de Oſtoya claræ memoriæ Boſnæ Rege genitore tuo vxorato, et cum alio coniugata natus, quamplurium virtutum fauoribus redimis, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tecum vt in præfato regno Boſnæ, ac quibuſcumque alijs regnis, dominijs, ciuitatibus, terris, caſtris, villis, locis, cæteriſque bonis omnibus dicti genitoris, ac agnatorum, et cognatorum, necnon aliorum quorumcumque tam ex teſtamento, quam inteſtato etiam cum præiudicio quorumcumque ſuccedentium, ab inteſtato ſuccedere, nec non ad quaſcumque etiam regias et maiores dignitates, ac honores aſſumi, et præfici, eaque gerere, et exercere libere, ac licite valeas perinde ac ſi de legitimo thoro natus eſſes,

Colens vt Chriſti vicarium a Boſnenſi Rege Eug.

Sidem ad gerendum regnum [illegible] natalium [illegible]

eſſes, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus, teque ad iura natiuæ, & quoslibet actus legitimos, reintegramus, approbantes etiam aſſumptionem de te factam ad regium culmen, ac omnia & ſingula per te in eo geſta; tibique concedentes, quod in omnibus gratiis, pro te vel per te de cætero a ſede Apoſtolica quomodolibet impetrandis, nullam de defectu, & diſpenſatione huiuſmodi mentionem facere tenearis, Non obſtantibus prædicto defectu, ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, nec non legibus imperialibus, & ſtatutis municipalibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLV. IV. *kal. iunij, pontificatus noſtri anno* XV. Proximo autem anno Regem ipſum Hungaris commendauit^a, eoſque hortatus eſt, vt regni illius catholicos meritis officijs complecterentur.

a lib. 24. pag. 224.

Vniuerſis & ſingulis regni Hungariæ prælatis, principibus, ducibus, comitibus, baronibus, nobilibus, & populis, ac vniuerſitatibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

44 Glorioſa Dei noſtri opera, quæ diebus noſtris in ſuæ fidei augmentum ſua miſericordia facere dignatur, talia ſunt & tanta, vt nedum latere poſſint eos, apud quos ſunt, ſed per remotiſſimas orbis partes velociſſime diuulgentur. Quod itaque apud nos iam certum eſt ac diffuſum, vobis omnibus, qui eſtis propinquiores, notum eſſe non dubitamus, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Stephanum Thomam Regem Boſnæ illuſtrem, poſt multos diuerſoſque tractatus diu habitos cum venerabili fratre noſtro epiſcopo Fanenſi, quem apud illum in ſuo regno Apoſtolicæ ſedis legatum annis ſeptem tenuimus, tandem factum eſſe catholicum Chriſtianum, cuius noui lætitia nos & venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales, alijque prælati & præſtantes viri diuerſarum orbis partium Romanam curiam frequentantes, exultauimus, ſicut vos lætari credimus. Vnde cum Deo noſtro, a quo talia accipimus munera gratiarum, grati eſſe debeamus, laudes ſibi primo dicentes, omnia agamus, per quæ data bona recognoſcere videamur, & eos, qui de noſtro ouili ſunt facti, taliter adiuuemus, foueamuſque, vt ſentiatur charitas quantum poſſit, quæ eſt Chriſtianis maximum ſupremumque mandatum. Vos itaque omnes & ſingulos, ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint, in Domino exhortamur, atque etiam vobis mandamus, vt ſupradictum Boſnæ Regem, omneſque regni ſui ſubditos, eidem in fide catholica conſentientes, in cunctis, quæ quomodolibet occurrant, commendatos ſuſcipientes, neceſſarios eis fauores, & ſponte veſtra, ac quotiens fueritis requiſiti, præſtare velitis, taliter efficientes, vt ſe gaudeant Chriſtiano nomini, quod vos geritis, & pro quo aduerſus barbaros infideles continuo pugnatis, adhæſiſſe, ac illi ſe penitus commiſiſſe. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXLVI. III. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* XVI. Quamuis, vt indicaui, ad proximum annum ſpectent hæ literæ, ne tamen eadem ſæpius repeteremus, inferere eas hoc loco viſum eſt. Vt vero nonnulli in perfidia veteri obfirmati aduerſus ipſum rebellarint, dicetur inferius.

De Stephano Thoma Regem eccleſiæ conciliato.

Boſnenſes ab Eugenio commendati Vngaris.

45 Dum tot remotæ gentes obſequentes ſe Eugenio præbebant, infeſti admodum illi fuere Baſileenſes ſchiſmatici Amedei partibus irretiti, qui vt ſchiſma confirmarent magis augerentque, Auenionem ac Venuſinum comitatum in antipapæ poteſtatem redigere inſidijs moliti ſunt ^a. Facinoris dux erat Hugolinus Alamanni, qui explicitis Amedei ſignis expugnare Auenionem conatus eſt; ſed eum ciues propulſarunt, atque ita iniqua antipapæ conſilia euanuere: cum Pontifex Triſtando deſignato epiſcopo Conſeranenſi partes impoſuit ^b, vt in omnes, qui Auenionis oppugnationi interfuiſſent, inquireret animaduerteretque.

Antipapæ copiæ Auenione propulſatæ.

a lib. 13. pag. 74.

b Id. ibid.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Triſtando electo Conſeranenſi ſalutem, &c.

Cum dudum nonnulli iniquitatis filij quodam Hugolino Alamani duce per inſultus & proditionem, facto tumultu, manu armata ciuitatem noſtram Auinionenſem & comitatum Venayſini aduerſus nos & Romanam eccleſiam inſurgentes cum ſuis fautoribus, complicibus, & ſequacibus, ac cum vexillis perditionis alumni Amedei olim ducis Sabaudiæ, qui ſe Felicem V. auſu ſacrilego nominare præſumit, conati fuerint occupare, nos volentes, prout ſuadet iuſtitia, vt illi, qui talia auſi ſunt attentare, animaduerſione debita puniantur, tibi contra omnes & ſingulas perſonas, ciuitates, & comitatus prædictorum, qui dicto inſultui & tumultui contra nos & dictam eccleſiam interfuerunt, aut dederunt ad ea publice vel occulte auxilium, conſilium, vel fauorem, vel ſcienter non reuelauerunt, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, nec non contra omnes ſchiſmaticos tam laicos, quam clericos adhærentes præfato Amedeo aut eius & Baſileenſium fautores & ſequaces vbilibet conſtitutos auctoritate noſtra procedendi, ac ipſos & ipſorum quemlibet per arreſtationem bonorum & perſonarum, captionem & coercionem, ac officiorum, beneficiorum, & dignitatum ſuorum quorumlibet priuationem & ab eiſdem amotionem, nec non bonorum temporalium confiſcationem tam ciuiliter & criminaliter puniendi, ordinandi, & multandi, prout delictorum qualitas exegerit & iuſtitia ſuadebit, inuocato ad hoc cum opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, nec non beneficia ipſa quæ per huiuſmodi priuationem vacare contigerit quæcumque, quorumque, & qualiacumque fuerint, etiamſi diſpoſitioni apoſtolicæ fuerint reſeruata, alijs idoneis perſonis, prout tibi viſum fuerit eadem iuſte conferendi, & de illis etiam prouidendi, inſuper quoque illis qui ad ſanam mentem redierint, a quibuſcumque proceſſibus, ſententijs, per te aut quomodolibet illatis & inflictis abſoluendi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi & reponendi: ac cum eis ſuper irregularitate quacumque per eos præmiſſorum occaſione contracta diſpenſandi, & habilitandi ad ſua; & alia beneficia eccleſiaſtica qualibet in poſterum obtinendi, plenam & liberam eadem auctoritate concedimus tenore præſentium facultatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto* V. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* XIV. Similiterque debitas pœnas ſumere iuſſus eſt ^c de ijs, qui impie cum Baſileenſi conciliabulo ſentiebant: ac Ioanni epiſcopo Verdenſi præcepit ^d, vt nonnullos, qui in Germania nec Pontificis nec antipapæ parti adhærebant moneret, ne ſe ab Eccleſia catholica ſegregarent, eoſque, ſi parere detrectarent, exauctoraret. Paratiſſimus erat Eugenius ad omnes paterno ſinu excipiendos, qui ad ſaniorem mentem reuerſi ſchiſma damnarent, quamuis ab ijs atrociter læſus eſſet; ſicque

In factioſos contra eos animaduerſum.

Redituris ad obedientiam venia oblata.

In acephalos animaduerti iuſsit.

c Ibid. pag. 83.

d Lib. 24. pag. 203.

Odo-

Odo epiſc. Dertuſen. ſe pſeudocardinalatu ſe abdicat.

a Lib. 26. pag. 29.
b Ead. pag.

Odonem epiſcopum Dertuſenſem a Fœlice antipapa in pſeudocardinalium collegium iam ante cooptatum, qui falſæ dignitatis inſignia poſuerat, in gratiam, Alfonſo Rege Aragonum concordiæ interprete, recepit, & cenſuris quas contraxerat, pœnarumque metu liberauit [a]. Extant publica acta [b] quibus Bernardus Fraire Odonis procurator eius nomine coram Pontifice ac nonnullis Cardinalibus falſos pſeudocardinalatus apices poſuit.

In Dei nomine. Amen.

Anno Domini MCCCCXLV. die vero XIII. menſis aprilis, pontificatus ſanctiſſimi dom. noſtri domini Eugenij diuina prouidẽtia Papæ IV. die martis hora veſperorũ venerabilis vir dominus Bernardus Fraire de Hiſpania, capellanus reuerendi in Chriſto patris & domini domini Odonis epiſcopi Dertuſenſis, eiuſdem domini epiſcopi procurator & procuratorio nomine conſtitutus in præſentia ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Eugenij, diuina prouidentia Papæ IV. in camera ſuæ ſanctitatis in palatio apud S. Petrum, coram reuerendiſſimis in Chriſto patribus dominis, dominis Cardinalibus infraſcriptis, videlicet N. tituli S. Marcelli presbytero Cardinale Capuano G. tit. S. Mariæ in Tranſtyberim presbytero Cardinale Cumano. I. tit. S. Laurentij in Lucina presbytero Cardinale Morinenſi, G. tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinale Andegauenſi, L. tit. S. Laurentij in Damaſo presbytero Cardinale Aquileienſi, P. S. Georgij ad velum aureum diacono Cardinale de Columna, omnibus ibidem præſentibus & exiſtentibus, promiſit nomine, quo ſupra, eidem ſanctiſſimo domino noſtro obedientiam, reuerentiam, & fidelitatem in perpetuum, volens & ſponte promittens præfatum dominum Odonem Dertuſenſem ſanctitatis præfati domini noſtri filium deuotiſſimum futurum, & eius mandatis velle cum omni debita reuerentia parere, & renunciauit capello, & cardinalatus dignitati, eidem domino Odoni per Amedeum de Sabaudia auſu temerario ſe Felicem V. auſum appellare, tradito & collato, quibus ſponte ſe prædicto nomine ſpoliauit & priuauit, nec eis amplius vti promiſit, & omnia & ſingula ſupra ſcripta facere & adimplere iurauit ad ſancta Dei euangelia, corporaliter manu tactis ſcripturis, omni meliori modo, via, & forma, quibus melius, & efficacius potuit de iure & ſecundum ſtylum, & conſuetudinem Romanæ curiæ, & nomine, quo ſupra, ſe obligauit in forma cameræ apoſtolicæ & renunciauit, &c. De quibus omnibus & ſingulis reuerendus in Chriſto pater, & dominus B. epiſcopus Adrienſis rogatus extitit, de cuius mandato ego Dominicus de Bertinis de Luca notarius publicus, & ſuus cancellarius ſubſcripſi, & in fidem præmiſſorum meum nomen appoſui.]

Obſequium Eugenio defert.

e Gobelin. in comment lib 1.
Æneas Syluius a ſociis Baſilea veniam ab Eug. poſcit.

d Ext. apud Gobelin. l. 8. in comm. Pij II.

Dum hæc gerebantur, Æneas [c] Syluius a Friderico Romanorum Rege ad Pontificem orator Senas patriam ſuam venit, vbi propinqui, ne vlterius progrederetur, quod ob geſta Baſileæ Eugenij iras in ſe concitaſſet, ſuadebant: ſed incaſſum miſſæ preces. Romæ a duobus Cardinalibus cenſuris, quas fauendo conciliabulo Baſileenſi contraxerat, auctoritate apoſtolica abſolutus, breuem coram Eugenio orationem habuit, his conceptam verbis [d]: *Prius, ſanctiſſime præſul, quam Cæſaris mandata referam, de me ipſo pauca dicam. Scio multa de me tuis auribus inculcata eſſe neque bona, neque digna relatu, ſed neque mentiti ſunt, qui me tibi detulerunt: plurima ego dum Baſileæ fui dixi, ſcripſi, & feci, nihil inficior; at non tam tibi nocere, quam Eccleſiæ prodeſſe mens mea fuit. Erraui, quis neget? Sed neque cum paucis neque cum paruis hominibus, Iulianum S. Angeli Cardinalem, Nicolaum archiepiſcopum Panormitanum, Ludouicum Pontanum tuæ ſedis notarium ſum ſecutus, qui iuris oculi & veritatis magiſtri credebantur, quid vniuerſitates & alia orbis gymnaſia referam, quorum pleraque aduerſus te ſentiebant? quis cum tantis hominibus non errauerit? Verum ego vbi errorem deprehendi Baſileenſium, fateor non ſtatim ad te conuolaui, quod plerique fecerunt, ſed veritus ne ab errore in errorem prolaberer, vt ſæpe in ſcyllam incidunt cupientes vitare charybdim, ad eos me contuli, qui neutrales habebantur, vt ab altero duorum extremorum ad alterum non ſine conſultatione, ac mora tranſirem. Manſi ergo apud Cæſarem tribus annis, vbi dum magis ac magis contentiones audio, quæ inter Baſileenſes & tuos legatos fiunt, nihil mihi dubij relictum eſt, quin te penes ſit veritas. Atque hinc factum eſt, vt cupienti Cæſari ad tuam me clementiam iter facere, non inuitus paruerim; ſic enim me tuam in gratiam redire poſſe ſum ratus. Nunc apud te ſum, & quia ignorans peccaui, mihi vt ignoſcas oro, deinde cauſam Cæſaris explicabo.* Venia de iis, quæ in eum Baſileæ vel alibi dixerat egeratue, perfacile a Pontifice ſumma animi moderatione prædito impetrata, cauſam ſuæ legationis, de nouo nimirum concilio in Germania cogendo, expoſuit. At Pontifex poſtulatis non eſt aſſenſus, quod illud concilium non pacem Eccleſiæ allaturum, ſed noua diſſidia pariturum foret, miſſurumque ſe ad Cæſarem legationem eſt pollicitus. Quo accepto reſponſo Æneas in Germaniam redijt.

Nomine Cæſareo poſtulat celebrari concilium in Germania.
Cur denegarit Eugenius.

26 In Gallijs nonnulli adeo dæmonum præſtigijs illudi ſe paſſi ſunt, vt ſpreto æterno Numine, dæmonibus immolarent, quorum ope horrenda patrarunt flagitia, de quibus conqueritur Eugenius in literis ad fidei cenſores datis [a].

a Lib. 23. pag. 100.

Dilecto filio hæreticæ prauitatis inquiſitori Carcaſſonenſi in regno Franciæ ordinis prædicatorum ſalutem, &c.

Horrenda Magorum flagitia.

Ad noſtrum non ſine graui mentis amaritudine, peruenit auditum, quod pleroſque Chriſti ſanguine mercatos adeo tenebrarum princeps, vt eos ſuorum dominationis lapſuſque participes efficiat, ſua infaſcinauit aſtutijs, quod ipſi deteſtabiles illius ſuorumque ſatellitum ſuaſus & illuſiones cæcitate noxia ſectantes, dæmonibus immolant, eos adorant, ab ipſis reſponſa præſtolantur & acceptant, illis homagium faciunt, & in ſignum de ſuper chartam ſcriptam, vel aliquid aliud tradunt cum ipſis obligatoria, vt ſolo verbo, tactu vel ſigno, maleficia, quibus velint, illis inferant ſiue tollant, infirmitates ſanent, aeris temperiem prouocent & ſuper alijs nefandis pacta firmant, ſeu quod talia conceperint præſumptiones exrant; imagines vel alia conſtituunt, fierique procurant, vt ipſi dæmones inde conſtringantur, cum illorum inuocationibus maleficia perpetrant, baptiſmatis & Euchariſtiæ, nec non alijs ſacramentis, & quibuſdam illorum materijs etiam in eorum ſortilegijs, & maleficijs abuti non formidant; imagines de cera aut alia re cum inuocationibus etiam huiuſmodi factas baptizant, vel ordinant baptizari. Rurſus eorum aliqui, ſacratiſſimæ crucis eiuſdem, in qua pro nobis omnibus paſtor ipſe pependit, miſterium non recenſentes, in ſculpturis & alias præfatæ crucis ſigno, varia opprobia moribus execrandis irrogant; & de ſacramentis ipſis, quæ nullatenus iteranda forent, auſibus ſuperſtitioſis iterare præſumunt. Alij vero pluribus annis excom-

Sacrilegus abuſus ſacramentorum.

Contempta ab alijs anathemata.

Digitized by Google

excommunicationum ſententias in contemptum clauium perferunt animo indurato, non curantes redire ad ſanctæ matris eccleſiæ gremium in grauem vtique diuinæ maieſtatis offenſam, ſuarum & aliorum plurimorum periculum animarum, perniciosum pariter & exemplum.

Ad eos pleſtendos ampliſſimis mandatis fulti cenſuris fuit.

Nos huiuſmodi peſtiferos, quibus grex dominicus inficitur, contagiones & morbos propellere, cunctoſque populos a præcipitijs & vetitis, quantum in nobis fuerit, cohibere ſummis affectibus geſtientes, tibi & alijs, qui per te vicarij deputati fuerint vel ſubſtituti, ſuper præmiſſis & eorum quolibet contra talia, vel aliquod ipſorum committentes aut fieri procurantes, ſeu quod fiant auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet exhibentes; nec eorum receptatores & defenſores, indeque ſuſpectos, ac huiuſmodi etiam excommunicationum ſententijs innodatos, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, ſeu conditionis fuerint, auctoritate apoſtolica quotiens tibi videbitur expedire, inquirendi, ſeruatiſque modis qui iuxta diſpoſitiones canonicas in proceſſibus, cum locorum diœceſanis & alijs in caſibus hæreſis amplectendi ſunt, ſummarie, ſimpliciter, & deplano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij procedendi, nec non illos examinandi, & prout eorum in ijs exceſſuum qualitates exegerint, carceribus mancipandi, & detinendi, pœnis quoque debitis, ac per cenſuram eccleſiaſticam & quæuis oportuna iuris remedia; inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit brachij ſæcularis auxilio percellendi; nec non omnia alia, & ſingula quæ in præmiſſis & circa ea quomodolibet neceſſaria, vel oportuna fuerint, faciendi, & exequendi, etiam cum priuilegijs, & indultis apoſtolicis, quæ tibi in caſibus hæreſis huiuſmodi ſuffragari poſſunt, plenam & liberam, auctoritate præfata, concedimus tenore præſentium facultatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLV. XV. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* XV.

Patrata pluries eadem flagitia a magis inferius viſuri ſumus: ſed ab his ad viri ſanctiſſimi miracula feſſum lectorem traducimus.

B. Bernardinus ſanctitatis inſignis clariſſimus.

27 Coruſcante in dies pluribus miraculis Bernardino, quem ſuperiori anno pie obijſſe vidimus, Senenſes eorum fama permoti oratorem Aquilam legarunt, vt de ijs certa teſtimonia referret, de quibus hæc illius vitæ auctor [a]: *Præclara & magnanima Senarum vrbs quotidie percipiens miracula ſtupenda ciuis & patroni ſui Bernardini, vt grata eſſet Deo pro gratia & beneficijs eius, coacto procerum & plebis grandi ſapientique conſilio, de veritate illorum miraculorum cœpit inquirere, miſſo Aquilam ciue honeſtiſſimo qui accurate exploraret: qui vir nobilis & Senenſium orator Aquilam veniens comperit miracula omnia probe in ſcripta relata, & ipſe quoque ſuis oculis multa edi conſpexit, atque annotauit, cumque de omnibus veras literas notariorum manu & ſigillis munitas accepiſſet, Senas rediit. Senenſes lætiſſimis animis miracula illa cognoſcentes, inſignem legationem ad Pontificem Eugenium Romam miſerunt, qui ea miracula referrent, & de Bernardino ſanctorum catalogo inferendo admonerent. Idem vrgebant Aquilani. item que Rex Siciliæ & Aragonenſis Alfonſus ſancto viro admodum addictus & deuotus.* Horum precibus permotus Pontifex Nicolao tit. S. Marcelli, & Guillelmo tit. S. Martini in montibus presbyteris & Alberto S. Euſtachij diacono Cardinalibus munus iniunxit [b], vt faccam de viri ſanctitate & miraculis quæſtionem haberent.

a Vit. S. Bernard. auctor apud Sur.

Inſtituta actio pro eo inter ſanctos referendo.

b Lib. 23. pag. 35. extant etiam ea lit. apud Vvadin. hoc ann.

Nicolao tit. S. Marcelli & Gulielmo tit. S. Martini in montibus presbyteris & Alberto S. Euſtachij diacono Cardinalibus, ſalutem &c.

Exhibita nobis pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alfonſi Aragonum Regis illuſtris, nec non dilectorum filiorum oratorum Senenſis & Aquilanæ communitatum petitio continebat, quod cum religioſæ memoriæ Bernardinus de Senis ordinis Minorum profeſſor, de obſeruantia nuncupatorum, in ciuitate Aquilana e vita migrauerit, nonnulli claudi & diuerſis alijs morborum generibus impliciti conſiderantes vitæ ſanctimoniam ipſius Bernardini, ardore deuotionis & fidei inflammati ad eius corpus humiliter accedentes, ibidemque proſtrati diuina benignitate operante ab eorum infirmitatibus liberati ſunt, & ſæpius etiam liberantur, prout in publicis inſtrumentis a grauibus tabellionibus ſolemniter editis plenius continetur, quare Rex & oratores prædicti deſiderantes, vt iuxta morem & ritum Romanæ eccleſiæ idem Bernardinus canonizationis dignitate præfulgeat, ſanctorum numero & catalogo aggregetur, pro parte eorundem nobis in publico conſiſtorio præſidentibus iteratis vicibus per dilectum filium Iuſtinum de Planca ciuem Romanum aduocatum conſiſtorialem miraculis huiuſmodi longo & graui ſermone explicatis fecerunt ſupplicari, quatenus aliquibus ex venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus committeremus, vt de & ſuper vita dicti Bernardini & miraculis huiuſmodi & eorum circumſtantijs vniuerſis ſe ſolenniter & diligenter informent, & habita ſuper ijs informatione matura ea, quæ repererint, nobis & reliquis Cardinalibus fideliter referant, & aliter ſuper huiuſmodi pia ſupplicatione opportune prouidere dignaremur.

Alfonſus Rex Aquilani & Senenſes inſtant vt illi ſanctorum cultus decernatur.

Nos igitur gloriam diuini nominis ampliari & catholicam fidem ſuos ſacros palmites continuo dilatare noſtris præſertim temporibus ſupremis deſiderantes affectibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis (quorum, graue iudicium & præcipuam prudentiam ac ſyncerum conſilium in maximis noſtris & dictæ eccleſiæ negotijs comprobatum a nobis extitit) de eorundem fratrum conſilio per apoſtolica ſcripta committimus, vt vos, aut aliquæ eccleſiaſticæ perſonæ in dignitatibus conſtitutæ comprobatæ integritatis, & doctrinæ, ſacrarum literarum peritæ, quas ad id deputandas eſſe duxeritis, ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, & eorum circumſtantijs vniuerſis diligentem informationem recipere ac veritatem elicere ſtudeatis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domini* MCCCCXLV. XVII. *maij pontificatus noſtri anno* XV. Coniunxere paucis poſt menſibus ſuas preces Genuenſes, quorum extant hæ literæ [a].

Nonnullis Card. demandata prouincia vt inquirat.

Raphael dux Ianuæ Pontifici Romano.

Multa ſunt, ſanctiſſime & beatiſſime pater, quæ ad nos ſæpiſſime in dies afferuntur prodigijs ſimillima ex beneficijs quæ plerique mortalium ope B. Bernardini ſe conſequentes eſſe arbitrantur, longe tamen ea certiora eſſe non dubitamus, quæ ad beatitudinem veſtram perferantur, vt quæ locorum, temporum, teſtium nominatione fulciuntur. Quæcumque autem ea ſint, magna in populis opinio diſſeminata eſt, hunc virum concionibus, doctrina, abſtinentia, vitæ puritate quondam admirabilem ſanctorum catalogo aſcribendum eſſe. Quæ ſpes multos erexit eorum, qui vel concionantem illum audierunt, vel conſuetudine conſilijſq; ſuis oblectati ſunt, gratulaturos tandem huic æuo noſtro, ſi inter fluctus & ærumnas, quas mul-

a Extant in collect. ep. priuorum inedi pag. 15

Ingentia miracula ope B. Bernardini edita.

Digitized by Google

multis & varias noſtra ætas perpeſſa eſt, ea nobis felicitas contingat tuliſſe noſtra ſæcula hominem cœlo dignum, & æternæ memoriæ conſecratum: quam ob cauſam ſtatui & ego multis verbis ſanctitatem veſtram orare, vt, ſi ea conueniunt quæ poſtulantur, inter ſanctos referatur, dignetur & ad id ſe non præbere difficilem, &c. *Dat. Ianua* MCCCCXLV. *die* XX. *ſeptembris*.

Princirum & populo Roman. ce ſe preces. a S. Bern. vit. auct. apud Sur. to. 3. 20. maij.

Excuſſa fuiſſe quam diligentiſſime pontificio iuſſu omnia hæc miracula, quæ de B. Bernardino referebantur, narrat hiſce verbis eius vitæ auctor [a]: *Eugenius Pontifex, licet crebro rogatus ac ſtudioſior veritatis propalandæ, quam Regibus, principibus, & populo placendi, diu multumque de hac re deliberauit cum ſuis, & iam quidem recitatis coram illo & alijs amplius centum miraculis certorum hominum teſtimonio confirmatis, totus propenſus erat cum Cardinalibus ad præſtandum id quod petebatur, ſed morte illum e medio auferente, res ad exitum perduci non potuit.* Addit vero perductam ad exitum a Nicolao V. & B. Ioannem e Capiſtrano apud Eugenium cauſam S. Bernardini egiſſe, ac ſtellam, quæ Aquilæ medio die radiare viſa eſt, felix ſignum rei bene gerendæ oſtendiſſe, atque etiam Romam proficiſcenti magna itineris parte præluxiſſe.

Obitus Antonij Card. Corarij.

28 Obijt hoc eodem anno Antonius Corarius Cardinalis epiſcopus Oſtienſis virtutum laude præclarus congregationis S. Georgij de Alga conditor, vt epitaphium hoc eius ſepulchro inſculptum teſtatur: *Sepulchrum piiſſimi patris domini Antonij Corarij beatæ memoriæ epiſcopi Oſtienſis Cardinalis Bononienſis fundatoris huius congregationis, qui obijt anno a natiuitate Domini* MCCCCXLV. *die* XX. *ianuarij. Orate pro eo ſemper.* Erat is, vt ſupra diximus, nepos ex fratre Gregorij XII., atque inter cæteros alumnos Eugenium IV. religioſa diſciplina monaſtica expoliuerat, ambos vero S. Antoninus [b] vocat viros timoratos & mundi contemptores, ac Blondus ſcribit Antonium fuiſſe [c] *ea morum & vitæ ſanctimonia, quæ priuatos quoque celebres reddere potuiſſet.* Coluit eundem idem B. Ioannes e Capiſtrano [d] eximijs miraculis coruſcus, ipſiuſque imperio erudititiſſimos commentarios de auctoritate Papæ & conciliorum aduerſus Baſileenſes ſchiſmaticos edidit, eidemque dicauit, vt patet ex operis inſcriptione his verbis concepta: *Reuerendiſſimo in Chriſto patri & domino domino Antonio miſeratione diuina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ epiſcopo Oſtienſi digniſſimo, Cardinali Bononienſi vulgariter nuncupato, ſuo ſingulariſſimo domino, benefactori præcipuo, & continuo protectori, frater Ioannes de Capiſtrano ordinis Minorum minimus, & indignus tuus quaſi vermiculus, præ cunctis inutilis ſeruulus & orator cum recommendatione ſeipſum & Chriſto frui, cum lætitia ſempiterna, & vtriuſque hominis ſoſpitate ad æternam gloriam capeſſendam.*

Eius elogia.

b S. Ant. tit. 22. c. 5. §. 1. c Blond. in Ital. reg. 8. d Idem reg. 12.

IESV CHRISTI

Annus 1446.

EVGENII PP. IV. annus 16. FRIDERICI III. ROM. REGIS 7. IO. VII. PALÆOL. IMP. OR. 23.

Turbatæ ob Baſil. nouæ totæ Germaniæ.

1 ANno poſt Chriſtum natum ſexto & quadrageſimo ſupra mille quadringentos indictione nona nonæ in Germania ſeditiones ob Colonienſem & Treuerenſem archiepiſcopos de gradu deiectos aduerſus Eugenium a principibus viris concitatæ fuerunt; ſed ijs haud ita multo poſt ſedatis, optatiſſima concordia eſt redintegrata.

Adhibendæ in archiepiſcopos illos ſeueritatis cauſam præbuit ſchiſma Baſileenſe, quo inquinati erant, neque vllis monitis minisue ad officium reuocari potuerant. Suffectus itaque ab Eugenio in locum Theodorici, qui ſedem Colonienſem occupabat, Adolfus ampliſſimo Cliuenſium principum genere natus; Ioannes vero epiſcopus Cameracenſis, eiecto Iacobo ſchiſmatico, ad Treuerenſem traductus eſt: tum epiſcopo Traiectenſi præcepit Pontifex, vt ijſdem præſulibus apoſtolica auctoritate poſſeſſionem eccleſiarum ipſis creditarum daret, quo argumento exaratæ hæ literæ [a].

Colonienſ. & Treuerenſ. archiepiſcopi exauctorati.

a Lib. 24. pag. 56.

Venerabili fratri epiſcopo Traiectenſi ſalutem.

Nuper iniquitatis filios Theodoricum de Moerſem olim Colonienſem, & Iacobum Sirik olim Treuerenſem archiepiſcopos, tanquam hæreticos, & ſchiſmaticos, noſtroſque & Romanæ eccleſiæ rebelles ex iuſtis & vrgentibus cauſis omni dignitate archiepiſcopali, ac omni cura, regimine, & adminiſtratione Colonienſis & Treuerenſis eccleſiarum priuauimus, & amouimus ab eiſdem, ac priuatos fore declaramus, & deinde ad prouiſionem earundem eccleſiarum, ne per huiuſmodi priuationes vacantes, diſpendia paterentur, paternis & ſolicitis ſtudijs intendentes, Colonienſi eccleſiæ de perſona dilecti filij Adolphi Cliuenſis duximus prouidendum, ad eccleſiam vero Treuerenſem, venerabilem fratrem noſtrum Ioannem tunc Cameracenſem epiſcopum de fratrum conſilio auctoritate apoſtolica tranſtulimus, ac Adolphum Colonienſi & Ioannē Treuerenſi eccleſijs præfatis, præfecimus in archiepiſcopos & paſtores, curam, regimen, & adminiſtrationem Colonienſis, & Treuerenſis eccleſiarum ipſis Adolfo & Ioanni, in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, ac mandando dilectis filijs capitulis, clericis, populis, ac vniuerſis vaſallis Colonienſis & Treuerenſis eccleſiarum, ac ciuitatum & diœceſum earundem, vt præfatis archiepiſcopis tanquam eorum patribus & paſtoribus in omnibus plenarie intenderent & efficaciter obedirent, ipſoſque archiepiſcopos, quemlibet videlicet eorundem ad ſuam eccleſiam, benigne reciperent, ac pro noſtra & ſedis prædictæ reuerentia, debita honorificentia pertractarent, prout in diuerſis noſtris literis exinde confectis plenius continetur. &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno &c.* MCCCCXLV. V. *id februarij pontificatus noſtri anno* XV.

Adolphus Cliuenſis in Colonienſem eccl. ſuffectus. Ioannes in Treuerenſ.

2 Liberati alijs pontificijs literis [b] magiſtratus vrbium, oppidorum, ac municipiorum Treuerenſis prouinciæ, tum alij nobilitate inſignes viri ſacramenti religione, quo Iacobo Sirik ſede Treuerenſi deturbato antea obſtricti fuiſſent, monitique vt nouum præſulem catholicum exciperent colerentque. Promulgata etiam eadem in Colonienſi archiepiſcopatu apoſtolica imperia par eſt credere. His valde commoti cæteri imperij electores principes, vt refert Gobelinus [c], Francofordiam ad agitanda arcana conſilia conuenere, cum male interpretarentur illatam iniuriam ab Eugenio ſuæ dignitati; demumque inter ſe pacti ſunt, ni latam in archiepiſcopos ſententiam reſcinderet, nationis Germanicæ tolleret onera, auctoritatemque conciliorum, vt in Conſtantienſi expoſita fuerat, profiteretur, ad Amedeum deſciſcere. Tum oratores ad Fridericum Romanorum Regem, qui hæc illi ſexque alijs, qui arcanis regijs conſilijs adhiberi ſoliti erant, patefacerent, eoſque hortarentur, vt cæteris ſe fœdere iungerent, Romamque oratores mitterent, Reſpondit Fridericus, legationem quidem

b Ead. pag.

Septemuiri defectionē ab Eug. moliti.

c Gobelin. in comm. Pij II. l. 1

Conſtantienſis concil. generalis interpretatione accepta.

dem

Septemuiri contra [illegible] a Cæſare

dem ad Pontificem ſe decreturum, oraturumque, vt eorum deſiderijs ſe accommodaret, ac fœdus damnauit, indignum & impium inquiens, ni eorum poſtulata de reſtituendis archiepiſcopis priſtinæ dignitati admitterentur, a vero Chriſti vicario deficere. Vt igitur diſcordiam componeret, Fridericus Æneam Syluium Romam proficiſci iuſſit.

Secunda Æneæ legatio.

a Gobel. in comm. Pij ſi. lib. 1.

De qua ſecunda Æneæ ad Eugenium legatione hæc ſcriptis mandauit Ioannes Gobelinus a: *Miſit, nimirum Fridericus, Aeneam ad Eugenium, vt ſuaderet ei, ne principes electores contemneret, maxime vero, vt depoſitis archiepiſcopis priſtinam redderet dignitatem, ſic enim futurum, vt Germani omnes depoſita neutralitate, ad eius gremium redirent, quod ſi durior in ſententia perſeueraret, timendum eſſe, ne ſcandalum perpetuæ diuiſionis oriretur, quidquid autem electores inter ſe concluſerant, iniuratus Cæſar aperuit Aeneæ, atque vt Papæ referret imperauit.* Quibus conſentanea traduntur in m. s. codice tabularij bibliothecæ Vaticanæ hiſce verbis b:

b Cod. m. ſ. archiu. bibliot. Vat.

Electores imperij apud Francfordiam conuenientes ob depoſitionem Colonienſis & Treuerenſis coniurarunt, niſi Eugenius priuationem reuocaret, nationis onera tolleret, auctoritatem conciliorum ex decreto Conſtantienſi ſuſciperet, ſe depoſitionem eius in Baſilea factam amplexuros, orant deinde per oratorem Cæſarem, vt fœderi accedat: Negat id Cæſar, & legatum ad Eugenium ſe miſſurum promittit, qui eorum poſtulata inſtanter oret, non tamen eſſe æquum ab eo deficere, ſi optata non impetrentur. Mittit igitur Aeneam Romam, qui hæc exponat & clandeſtinam electorum coniurationem Eugenio aperiat. Aeneas deinde reuerſus cum Pontificis mentem accepiſſet, Francfordiam ad Cæſarem mittitur. Ibi in alio conuentu perfecit, vt oratores ad Eugenium ad deponendam neutralitatem mitterentur, & ipſe cum Procopio nomine Cæſaris profectus obedientiam præſtitit.

Legati etiam ab Eugenio concordiæ interpretes decreti: ij vero quibus legationis in Germaniam obeundæ partes ab Apoſtolica ſede impoſitæ erant, vt Gobelinus teſtatur, fuere Thomas epiſcopus Bononienſis, qui defuncto Eugenio ſummum pontificatum accepto Nicolai V. nomine geſſit, & Ioannes Caruaialis, quibus etiam in grauiſſimo reuocandorum ad ſinum eccleſiæ Germanorum molimine adiuncti reperiuntur in apoſtolicis literis c xi. kal. auguſti exaratis epiſcopus Leodienſis & Nicolaus e Cuſa, quibus Pontifex, cum Francfordienſis principum conuentus immineret, vrgerentque Germani neutrales, vt Eugenius conciliorum auctoritatem ſe colere ſine pontificiæ maieſtatis iniuria profiteretur (de illis enim ſpretis inuidioſe criminabantur ipſum ſchiſmatici, ijſque mendacijs plures in errorem traxerant) negotium dedit, vt in eodem celeberrimo conuentu profiterentur, œcumenica concilia rite & canonice celebrata ab Eugenio ipſo ſuſcipi, coli; ita & Conſtantienſe & Baſileenſe perductum in id tempus; quo Ferrariam tranſlatum eſt, ſine pontificij iuris detrimento venerari.

Miſſi ab Eugenio legati in Germaniam.

c Lib. 14. pag. 43.

Diluunt calumniam, quod ſpreuerint ab eo generalia concilia.

Eugenius epiſcopus, &c. venerabilibus fratribus ... Leodienſi & Bononienſi epiſcopis, ac dilectis filijs magiſtris Ioanni de Carnaial cameræ apoſtolicæ auditori capellano noſtro, & Nicolao de Cuſa archidiacono Brabantiæ in eccleſia Leodienſi noſtris & Apoſtolicæ ſedis nuncijs, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Agitatur de neutralitate a Germanis reijcienda.

3 Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Rex Romanorum illuſtris, necnon venerabilis frater Theodoricus archiepiſcopus Maguntinus & dilecti filij nobiles viri Ludouicus comes Palatinus Rheni Bauariæ & Fredericus Saxoniæ duces, ac Fredericus marchio Brandeburgenſis ſacri Romani Imperij electores per ſuos nuncios & oratores nobis nuper expoſuerint ad huiuſmodi effectum conſequendum, (nimirum fidelium ſalutem promouendam ac ſubortum ſchiſma extinguendum) maxime conuenire, vt auctoritas generalium conciliorum manuteneatur & conſeruetur, necnon conuentionem quandam prælatorum & principum nationis ſuæ in kal. ſeptembris proxime futuri apud Francfordiam Maguntinenſis diœceſis teneri debere, vbi animorum ſuſpenſione ſeu neutralitate depoſita, præfati Rex Romanorum & electores integralem nobis & Apoſtolicæ ſedi obedientiam, vt tenentur, facere propoſuerunt, aſſerentes ad eam rem commodius & facilius conſummandam optimum fore decreta Baſileenſis concilij per ipſam Germanicam nationem acceptata, a nobis & Apoſtolica ſede cum executorum neceſſaria deputatione recipi, approbari, confirmari, quod vt efficere dignaremur inſtanter & humiliter ſupplicarunt, nos ipſorum Regis & electorum ſupplicationibus inclinati, ad imitationem ſanctorum patrum prædeceſſorum noſtrorum, quorum veſtigijs inhærentes gratum diuinæ maieſtati obſequium præſtare non dubitamus, ſicut illi generalia concilia ſuis temporibus rite inſtituta atque canonice celebrata recipere, amplecti, & venerari conſueuerunt, ſic generalia concilia Conſtantienſe ac Baſileenſe ab eius initio vſque ad tranſlationem per nos factam, abſque tamen præiudicio iuris, dignitatis, & præeminentiæ ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, ac poteſtatis ſibi & in eadem canonice ſedenti in perſona B. Petri a Chriſto conceſſæ, cum omni reuerentia & deuotione, ſuſcipimus, amplectimur, & veneramur.

Confirmatio Conſtantienſis & Baſileenſis concilij vſque ad tranſlationem & quomodo.

Quia tamen præfati Rex & electores ſuper confirmatione decretorum per ſuam nationem acceptatorum ſpecialiter inſtiterunt, cum nobis de illis non plene conſtet, cupiamus tamen eiſdem Regi & electoribus ac ſuæ nationis voto, quantum cum Deo poſſumus annuere, de veſtra fidelitate rerumque experientia in agendis plenam in Domino fiduciam obtinentes, vos ad huiuſmodi conuentionem Francfordienſem, aut alium quemcumque locum, vbi natio prædicta ſeu prælati & principes eiuſdem conuenerint, nuncios noſtros cum plena poteſtate legatorum de latere per totam nationem Germanicam duximus deſtinandos, vobis ac veſtri duobus in aliorum abſentia, mandantes & committentes, quatenus de dictis decretis vos informantes, eadem cum deputatione executorum in natione Germanica, vt opus fuerit, noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine confirmetis, ratificetis, & approbetis, prouiſo tamen ante omnia, quod in recompenſam grauaminum, quæ ex aliquibus ex his decretis nobis & Apoſtolicæ ſedi inferuntur, debita fiat per nationem ipſam ac eius prælatos nobis & ipſi Apoſtolicæ ſedi prouiſio; ſuper qua cum prælatis, & principibus ipſius nationis tractanda, concludenda & recipienda, nec non ſuper alijs grauaminibus, quæ natio eadem prætendit moderandis, limitandis, & auferendis, ac demum ſuper huiuſmodi decretorum confirmatione, ratificatione, & approbatione, exequutorumque deputatione, vobis ac duobus veſtrum, ſicut præmittitur, tenore præſentium plenam & liberam concedimus facultatem & poteſtatem, ratum & gratum habituri, & ex nunc habentes quicquid per vos, vel duos veſtri, vt

Data legatis poteſtas

præfertur, in præmiſſis & circa præmiſſa confirmatum, ratificatum, approbatum, depitatum, tractatum, concluſum, receptum, moderatum, limitatum, ablatum, actum, geſtum, & quomodolibet factum fuerit, idque faciemus, auctore Domino, inuiolabiliter obſeruari. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. XI. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* VII.

4 De reſtituendis Colonienſi & Treuerenſi in priſtinam dignitatem, de qua fuerant deiecti, non meminit Pontifex; cum tamen Germani principes illud maxime in ſuis concordiæ pactionibus deſiderarent. Vt itaque paci muniretur via, Thomas epiſcopus Bononienſis Ioanne Caruaiale collega morbo implicito, vt refert Gobelinus [a], adiuncto ſibi Ænea Syluio itineris comite ad Eugenium venire decreuit, pollicitus ſe perfecturum quæ Fridericus Rex ſuadebat, ac miſſo nuntio Philippum Burgundiæ ducem rogauit, vt pontificijs votis in reſtituendis priſtinis ſedibus exauctoratis Colonienſi & Treuerenſi pro concilianda pace Germanica aſſentiretur, Burgundi quippe nepos Colonienſi & nothus frater Treuerenſi eccleſiæ in illorum locum fuerant ſubrogati: cumque Philippus Eugenio morem geſſiſſet, in Francofordienſi conuentu poſt longas contentiones conſcripta eſt fœderis formula, quam ſi admitteret Pontifex, principes, ſublato funditus ſchiſmate, ad officium redirent, miſſique a Friderico Romanorum Rege atque a principibus oratores ad Apoſtolicam ſedem, apud quam ſub proximi anni initium, vt ſuo loco dicetur, res compoſitæ fuerunt, ad quod idem Æneas, egregiam operam contulit. Proſecutur hæc fuſius commentaria [b] de ipſius rebus geſtis, conſentiuntq; acta Francofordienſis conuentus, quæ ex vetuſto codice ſuæ de Huſſitis hiſtoriæ inſeruit Ioãnes Coclæus, nimirum principes Nicolao e Cuſa & Ioanni Caruaiali ſpopondiſſe [c], Eugenio ſeparituros, flagitaſſeq; vt in Germania in loco a Pontifice ipſo deſignando concilium proximo maio celebraretur.

a Gobelin. in comm. lib. 7.

De reſtituendis Colonienſi & Treuerenſi agitatum.

Concepta fœderis formula pro pellendo ſchiſmate.

b Id. ibid.

c Vetuſtus codex apud Coclæ. hiſt. l. 9.

Anno, inquiunt, *Domini* MCCCCXLVI. *prima ſeptembris congregati electores imperij dux Albertus marchio Brandeburgenſis, epiſcopi Auguſtenſis & Chiemenſis nomine Regis Romanorum, comes Palatinus, archiepiſcopi Maguntinenſis, Colonienſis, Treuerenſis proprijs in perſonis, ac ambaſiatores ducis Saxoniæ & Friderici marchionis Brandeburgenſis in marchia reſidentis, in Francfordia cum legatis Papæ Eugenij Cardinali Bononienſi ſeniore omnium, & doctoribus Nicolao de Cuſa & Ioanne Caruaial concordarunt, vt Eugenius maneret in papatu, ſic tamen quod decreta concilij Baſileenſis conſeruaret, ſuper qua concordia literis ſigillatis ſigillis electorum. Ex poſt dabatur audientia legatis concilij Baſileenſis Cardinali Arelatenſi, qui erat iunior omnium cum inſigni doctorum comitiua, qui petierunt auctoritatem generalium conciliorum corroborari*; ſi nimirum rite & canonice celebrata eſſent, eorum auctoritatem confirmatam ab Eugenio, iuſſoſque legatos pontificio id nomine profiteri, diximus. Addunt acta: *Hæc concordata debent publicari proxima dominica, Lætare, anno Domini* MCCCCXLVII. *in ciuitate Nurembergenſi & ex poſt celebrabitur œcumenicum concilium in Alemannia in menſe maio & loco vno ſex locorum per Eugenium nominando & eligendo.* At cogendum non eſſe cenſuit Eugenius, ne inde excitandis nouis turbis daretur occaſio. Vrgebant vero ſumma contentione Baſileenſes ſchiſmatici principes Germanos, vt ad illud congregandum ſtudia coniungerent, obſeruatque Coclæus ipſos, qui tantos ſpiritus ſumpſerant, tantumque ſibi arrogauerant, vt Romano Pontifici auctoritatem indicendi transferendique concilij tot confirmatam ſæculis eripere pertentaſſent, adeo ſe depreſſiſſe, vt principibus vel eorum oratoribus pro indicendo concilio quod poſcebant, ſe ſubmiſerint, adeoque ipſos ſui antipapæ puduiſſe, vt in decreto de ea re edito nullam eius fecerint mentionem. Carpit etiam numero pauciſſimos iactare auſos Eccleſiam in ipſorum cœtum redactam, ſeque ſolos Spiritus ſancti lumine colluſtratos, ſed hæc ab ipſo auctore audire præſtat.

Germani decernunt parere Eugenio.

Baſileenſium ſtudia pro nouo cogendo concilio.

5 *Extat*, inquit [a], *eadem de re*, nimirum de noua cogenda in Germania ſynodo, *decretum Patrum concilij Baſileenſis, qui adhuc hærebant in illo diſſidij & contentionis conuenticulo, & quamuis iam octo annis habuiſſent ſuum Papam Felicem V. ita tamen diſſimulauerunt & tacuerunt eum in ſuo decreto, tanquam puderet iam ipſoſmet ſuæ electionis contra Eugenium factæ, per quam nouum in Eccleſia ſchiſma ſuſcitauerant, & tamen in tanto conſtituti diſſidio arrogabant ſibi nihilominus Spiritum ſanctum, qui ſecundum Apoſtolum [b] pacis Deus eſt, non diſſenſionis.* At illi perfricta fronte contra ſedem Apoſtolicam pertinaciter contendentes, ita ſunt exorſi.

a Cocla. hiſt. Huſ. lib. 9.

Schiſmatici pro nihilo ſuum ducunt antipapam.

b 1. Cor. 14.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis in Spiritu ſancto legitime congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam.

Ad laudem omnipotentis Dei, pacem & exaltationem Eccleſiæ, ſic tranquillitatem populi Chriſtiani prompto corde & efficaci deſiderio intendentes, ea libenter ordinamus & quærimus, per quæ huiuſmodi pax & exultatio tranquillitatis merito valeat promoueri. Cum itaque chariſſimus Eccleſiæ filius Fridericus Rex Romanorum illuſtris, nec non venerabiles patres & dilecti Eccleſiæ filij nobiles viri ſacri Romani imperij principes electores per multa retro acta tempora labores indefeſſos & operas ſolicitas impenderint, quibus pax & tranquillitas in Eccleſia Dei floreſceret, et ſacrorum generalium conciliorum illibata luceret auctoritas, nec vlla videatur aptior et toti populo Chriſtiano via gratior, quam vt ad aliud generale concilium deueniatur, in quo cauſa ſchiſmatis omniumque aliarum differentiarum et diſcordiarum, quæ in Eccleſia Dei ortæ ſunt, quantum fieri poteſt, examinetur et expediatur, *& infra*, ex nunc pollicemur, et bona fide promittimus, nos generale concilium indicturos, noſque hanc ſacroſanctam Baſileenſem ſynodum tranſlaturos in locum, quem præfatus sereniſſimus Rex et prædicti principes electores, ſeu eorum oratores et nuncij in conuentione ſua in dicto oppido Francfordienſi tertio kal. ſeptembris proximo venturi duxerint nominandum et deputandum, inchoandum etiam in die quem ſimiliter duxerint nominandum, ac deinde celebrandum et continuandum, &c.] Hactenus Baſileenſes, quos ita coarguit Coclæus [c].

Iactant pro concordia ſuo ſtudio ſuos.

Ecce quo miſeros illos patres perduxit ac redegit improba & pertinax contra Papam Eugenium contentio & diſcordia, cum pauciſſimi iam eſſent, & ab omnibus fere deſerti, nihilominus dicebant ſe ſacroſanctam generalem ſynodum, & tamen ſuam auctoritatem vltro ita ſubmiſerunt Regi & electoribus, vt non ſolum ipſis, ſed etiam eorum nuncijs & oratoribus ſeſe ſubijcerent ad nominandum diem & locum pro alio celebrando concilio, qui iam XVI. *annis miſerrime ſuo concilio vexauerant eccleſias Dei impenſarum oneribus, & contentione improba ſceleratoque ſchiſmate nefandiſſime turbauerant. Adhuc tamen arrogabant ſibi, auctoritatem indicendi aliud concilium, cum non ignorarent id vetuſſiſ-*

c Cocl. ubi ſup.

Paucorum perduellium impudentia.

Se ſubijciũt principibus qui dominari pontifici cupiebant.

ſtiſſimo iure pertinere ad Romanum Pontificem. Si ergo nolebant id honoris deferre Eugenio, cur non detulerunt ſuo Felici immo infælici antipapæ? Confuſi igitur ſunt, quia caput Eccleſiæ Papam confundere volebant, a quo omnem auctoritatem acceperant. At cum principes ſtatuiſſent indictum iri ab Eugenio concilium in loco, quem ipſe ex propoſitis deſignaret, pactionem Baſileenſes nouatores admittere detrectarunt, vt refert Pius II.[a] Addit auctor, quod ante a nobis iam indicatum eſt, ad extinguendum ſchiſma miſſos oratores Romam, quorum princeps Æneas Syluius eloquentiæ laude florentiſſimus extiterit, a quo orationis habitæ apud Eugenium partem delibat, quam nos etiam ex ipſo afferendam cenſemus: *Sedandi itaque, ait, diſſidij & tollendi ſchiſmatis gratia, quod patres illi ſuſcitauerunt, miſerunt Rex Romanorum & Germaniæ principes Romam oratores ſuos ad Papam Eugenium, ad quem nomine omnium egregiam habuit orationem Æneas Syluius a Rege Romanorum miſſus, in qua hoc vſus eſt exordio.*

a Ext. in bullar. in Pio II. conſt. 10.

Germanorum ad Pât. legatio.

Æneæ Syluij oratio.

Non habet me dubium, Pater ſanctiſſime, quin apud te ſit illa domus, quam Dominus in euangelio ſupra firmam petram laudat ædificatam, ad quam recurrendum eſt regnante diluuio, nam extra eam non eſt ſalus, & eius decorem diligere ſe propheta teſtatur. Et infra: *Quæris forſitan ex nobis, Pater ſanctiſſime, an amici venimus, quid quærimus, quid offerimus. Dum nos nomino, non noſipſos, qui aſſumus nuntios, ſed dominum Cæſarem Fridericum tuum deuotiſſimum filium, ac præclariſſimos principes, & reuerendiſſimos patres ſacri imperij electores, tum proceres, & prælatos tibi deditiſſimos, quorum hic oratores vides, intelligi volo. Sumus igitur non ſolum amici ſed etiam adiutores, pacem afferimus, pacem quærimus, atque idcirco cum filijs Beniamin & Iudæ dicimus. Pax pax tibi, pax adiutoribus tuis, te enim adiuuat Deus tuus, plena pacis petitio eſt, plena pacis oblatio.* Et poſt multa.

Poſtulata Germanorum.

Afferunt pacem Germaniæ principes, ſed pacem etiam experunt, cupiunt etenim aliqua, quæ niſi obtineant nec curari vulnera poſſunt, nec pax nationis haberi; & quatuor principalia ſunt. Primum eſt, vt generale concilium in tempore locoque deſignando conuocetur. Alterum eſt, vt profeſſio poteſtatis, auctoritatis, & præeminentiæ generalium conciliorum catholicam militantem Eccleſiam repræſentantium per tuos oratores facta tuis literis approbetur. Tertium eſt, vt nationi Germanicæ ſuper grauaminibus opportune prouideatur. Quarto & vltimo loco petimus, vt quæ in[a] *iudicium duarum principum electorum vel ſuarum eccleſiarum acta ſunt, ex tua ſanctitatis clementia reuocentur, & in priſtinum ſtatum redigantur.*

a preiudicium

Et infra: *Hæc ſunt, ſancte pater, quæ noſtri principes ex te petunt, magna ſane, ſed rationi & poteſtati conſona. In prima petitione communis verſatur vtilitas, in ſecunda tua humilitas, in tertia æquitas, in quarta benignitas & tua deſideratur humanitas. Tuum eſt, quod iuſte petitur, libenter annuere. In tua manu nunc eſt radicem ſchiſmatis omnem euellere, pacem orbi concedere, conſolari nationem, & eius obedientiam recipere.* Hæc Æneas Syluius ad Eugenium Papam: quæ reſponderit ad hæc Pontifex auctor non affert, ſed facile colligitur ex pontificijs literis[b] inferius afferendis, poſtulatis de concilio cogendo in Germania aſſenſiſſe ſi Reges cæteri conſentirent, auctoritatem conciliorum, quæ vera & canonica ſint, nunquam in dubium reuocatam, nationis onera leuatum iri, in archiepiſcopos ſi præteriti eos pœniteret ſchiſmatis, clementia ſe vſurum: atque ita exaſperatos Germanorum animos Eugenius leniuit.

b Lib. 27. pag. 507.

Magnam prudentiæ laudem in ea conciliandа concordia collegere pontificij legati Thomas epiſcopus Bononienſis ac Ioannes Caruaialis, quos ob rê feliciter geſtam cardinalitia purpura ornatos ab Eugenio recenſent Pij II. commentaria[a]: *Dum, inquiunt, Romam pergunt, vt qui res bene feliciterque geſſiſſent, ad cardinalatus eminentiam prouecti ſunt.* Quin etiam Pontificem ipſis redeuntibus rubeos galeros ad portam Flaminiam miſiſſe, quo eo dignitatis inſigni auguſtiores in vrbis ingreſſu viderentur, alij ſcribunt[b]. Extant de cardinalatu ipſis delato apoſtolicæ ad vtrumque datæ literæ[c] & quidem Thomas, cui diuinum Numen pontificatum parabat, presbyter tit. S. Suſannæ eſt creatus & Bononienſi epiſcopatu etiam potiri permiſſus: Caruaialis vero pluribus ſacerdotijs, tum Placentina ſede antea donatus fuerat, vt ex ijſdem literis conſtat.

Thomas epiſc. Bonon. cardinalatu ornatur.

a Comm. Pij II. l. 1. & S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 11. § 17.

b Plat. in Nic. V. Ciaccon. in Eug. IV

Caruaialis eodem honore effertur.

c Lib. 25. pag. 121. & pag. 128.

Eugenius, &c. Nuper de perſona tua Placentinæ eccleſiæ tunc paſtore carenti auctoritate apoſtolica prouidimus, teque illi præfecimus in epiſcopum & paſtorem, ac hodie penſatis grandium virtutum meritis, quibus illarum largitor Dominus te multipliciter inſigniuit, vt Eccleſiæ vniuerſalis onera nobiſcum perferas, ad cardinalatus honorem duximus aſſumendum. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. XVII. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* XVI. Hactenus Eugenius, qui ſimile ijs diploma Henrico archiepiſcopo Mediolanenſi in Cardinalium collegium pariter cooptato eadem die conceſſit[d]. Huic cognomen e S. Alloſio & presbyteralem titulum S. Clementis tribuit Alfonſus Ciacconus[e], additque Ioannem Siculum Meſſanenſem monachum congregationis S. Iuſtinæ Patauij, & abbatem S. Pauli extra muros Vrbis presbyterum Cardinalem tit. S. Sabinæ ab Eugenio in ſexta ac poſtrema Cardinalium creatione renuntiatum. At de his ſatis. Nunc ad Eugenij ſtudium in reducendis ad ſinum Eccleſiæ ijs, qui Baſileenſium fraudibus ab eo diuulſi fuerant, iuſtaque percellendis cenſura alijs, qui in ſchiſmate obfirmati perſtabant, narrationem conuertamus.

d Ibid. pag. 135.

e Ciacon. in Eug. IV

16 Suſcepta Philippus Burgundiæ dux nomine Elizabethæ duciſſæ ducatus Lucemburgenſis & Clinienſis comitatus, qui Treuerenſis archiepiſcopatus limitibus continentur, adminiſtratione, mox ſtrenuam dedit operam, vt qui Baſileenſium dolo impietateque irretiti Amedæo antipapæ fidos ſe atque obſequentes futuros erant polliciti, ad priſtinum officium redirent, cuius rogatu Pontifex tam eccleſiaſticos, quam laicos earum regionum in gratiam recepit, ac pœnis omnibus ſubiecto diplomate exoluit[f].

Burgundiæ dux infectis ſuccurrit ſchiſmaticis.

f Lib. 25. pag. 50.

Ad perpetuam rei memoriam.

Licet perſonæ vtriuſque ſexus tam clericales & regulares, quam laicales, infra ducatus de Lucemburgo ac comitatus de Chini Treuerenſis diœceſis limites commorantes, propter certorum tunc decurrentium temporum malignitates & plurium hæreticorum ac ſchiſmaticorum, inconſutilem Chriſti tunicam, quantum in eis erat, ſcindere molientium, falſis & iniquis ſuggeſtionibus tunc ſeductæ perditionis filijs in dicta Baſileenſi ciuitate poſt & contra translationem, inhibitionem, mandatum, & terminum prædicta ſub prætenſi concilij nomine conuenientibus, ſeu congregatis, nec non Amedeo ſcienter & deliberate credere, ac multipliciter adhærere, & fauere, multique ex eis eidem conuenticulo ſe incorporare, eorum-

Plures Baſileenſi ſchiſmate illaqueati.

rumque prætenſis literis, conceſſionibus, & indultis, ſeu verius profanationibus vti, ac plurima enormia & ſcandaloſa etiam in noſtrum & dictæ ſedis vilipendium, aliaque plura per hæreticos & ſchiſmaticos communiter perpetrari ſolita, committere præſumpſerint, ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas damnabiliter incurrendo, tamen nuper perſonæ ipſæ per medium ſalubrium ei per dilectum filium nobilem virum Philippum ducem Burgundiæ, qui a nonnullis citra temporibus ducatum & comitatum præfatos nomine dilectæ in Chriſto filiæ Eliſabethæ de Lucemburgo duciſſæ, & de Chini comitiſſæ in temporalibus rexit, & gubernauit, prout adhuc regit & gubernat, factarum exhortationum, præcedente diuina clementia, viam veritatis cognoſcentes, omnemque hæreſis ac ſchiſmatis labem abiurantes, nos vnicum, verum, & indubitatum Romanum Pontificem fuiſſe & eſſe, & vt talem de cætero tenere & habere firmiter profitentur, quare pro parte ducis & duciſſæ prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt perſonarum prædictarum ſtatui in præmiſſis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Etiam hæretici Baſileenſes inſpiciant.

Nos igitur attendentes, quod præfatæ ſedis clementia non conſueuit petentibus veniam denegare, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati tam eccleſiaſticas etiam regulares, quam laicales cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, infra ducatus & comitatus præfatorum limites tam oriundas, quam commorantes vtriuſque ſexus perſonas in præmiſſis culpabiles omnes & ſingulas, etiamſi abbatiali, vel alia qualicumque dignitate præfulgeant, ab omnibus & ſingulis ſententijs, cenſuris, & pœnis præfatis, quibus occaſione præmiſſorum præſumptorum, quorum omnium qualitates & quantitates præſentibus habere volumus pro expreſſis, quomodolibet irretitæ exiſtant, auctoritate apoſtolica harum ſerie abſoluimus & liberamus, &c. [Diſſoluit omnes cenſuras, in priſtina iura ac munera omnes reſtituit, etiamſi ea ab Amedeo & conciliabulo, aut Iacobo Sirich archiepiſcopo olim Treuerenſi obtinuerint.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno domini* MCCCCXLVI. III. *id. nouembris pontificatus noſtri anno* XVI.

Propoſita venia ſpes reuerſuris ad eccleſiã.

7 Vt redeuntes ad officium paterno collegit ſinu Eugenius, ita in eos, qui obdurauerant in pertinacia, pœnarum eccleſiaſticarum ſeueritatem adhibuit. Infecerat ſchiſmaticorum Baſileenſium error plurium mentes in Prouincia, Delphinatu, Aueniomenſi comitatu, Lotaringia, aliiſque locis, cumque nullis monitis miniſue dimoueri ſe de ſententia paterentur, ipſaque apoſtolica ſpernerent, Eugenius Roberto Aquenſi archiepiſcopo dedit mandata a, vt in eos ex ſacrorum canonum præſcripto animaduerteret, & eccleſiaſticos viros, nullo epiſcopalis alteriuſue dignitatis diſcrimine, ſacerdotijs graduue, quem tenerent, depelleret.

Infecta ſchiſmate aliqua Galliæ regio.

a Lib. 14. pag. 37.

Venerabili fratri Roberto archiepiſcopo Aquenſi oratori noſtro, & Apoſtolicæ ſedis nuncio.

Ad nos, fama publica referente peruenit, quod nonnulli iniquitatis filij, tam clerici, quam laici, in regno Franciæ, prouincia Prouinciæ, comitatu Folqualquerij, Delfinatu, ac ciuitate noſtra Auinionenſi & comitatu Venayſini, nec non Barrenſi & Lotaringiæ ducatibus, ac ciuitatis Metenſis commorantes, poſtquam nos de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, ac patriarcharum, archiepiſcoporum, & epiſcoporum, nec non dilectorum filiorum electorum, & abbatum nunc apud ſedem Apoſtolicam exiſtentium, conſilio & aſſenſu, concilium, quod Baſileæ celebrabatur, inde ad ciuitatem noſtram Ferrarienſem tranſtuleramus, & tranſlatum fuiſſe, & eſſe declarauimus, inhibueramus ne exinde alibi, quam in præfata ciuitate concilium aut actus conciliarius teneretur, ac omnes & ſingulos cuiuſcumque, gradus, ſtatus, ordinis, vel qualitatis exiſterent, etiamſi cardinalatus præfulgerent dignitate, qui ſub prætextu prætenſi concilij Baſileæ morarentur, priuaueramus & priuatos decreueramus, præfatis Baſileæ commorantibus, damnabiliter adhæſerunt, fauerunt, & adhærent notorie de præſenti, mandata noſtra & Apoſtolicæ ſedis palam & publice contemnendo, nos, ne ij & alij ſimiles in profundum malorum ſua incorrigibili iniquitate proſtrati, vnitatem Eccleſiæ ſcindere ſatagentes, ac illam ſcandalizantes, plures ſecum trahant in æterna ſupplicia, veritatis verbum ſequentes, vt ſi nos oculus, ſiue pes, aut dextera ſcandalizant, a compage corporis auferantur, ad omnipotentis Dei laudem & gloriam, fidei quoque, & religionis augmentum ac animarum ſalutem fidelium, fraternitati tuæ tenore præſentium committimus & mandamus, quatenus contra omnes & ſingulos, qui ab obedientia, & fidelitate noſtris, quomodolibet deuiant, nec non ſchiſmatis labe reſperſos, etiamſi pontificali aut alia quauis præfulgeant dignitate, tanquam oues morbidas gregem inficientes dominicum, eorum receptatores, defenſores, ac fautores procedas, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, ad beneficiorum, dignitatum, officiorum quorumlibet priuationem, tam a iure ſtatutarum & aliarum, de quibus tibi videbitur, adiectione & exaggeratione pœnarum, ita vt ſeueritate condigna plectantur, & tranſeant reliquis talia attentantibus in exemplum, &c. *Dat. anno menſe, &c. vt ſupra, videlicet, Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. V. *kalen. iulij pontificatus noſtri anno* XVI. Sententiam quoque hoc anno tulit Eugenius a, in Hieronymum Fogelſane canonicum Olomucenſem, qui accepta pſeudolegatione plures ad colendum antipapam induxerat.

Cum de religione agitur, abſcindendus omnis aduerſantia.

Animaduerti in ſchiſmaticos iubet Pontif.

a Lib. 24. pag. 143.

Eugenius, &c. Auſus eſt, [de eodem Hieronymo loquitur,] ad Bohemiæ & Morauiæ partes, nec non Pragenſem ciuitatem perſonaliter ſe conferre, & in multis congregationibus ſeu conuentibus, & alibi publice errores ſchiſmaticorum eorundem, [nimirum Baſileenſium,] ſanctam doctrinam eſſe dicere, & publice prædicare, ac quamplures ex dilectis filijs nobilibus viris, baronibus, & populis illarum partium, nobis vtique & S.R.E. plurimum fidelibus ac deuotis (quantum in eo fuit) in errores prædictos inducere, & licet alias per venerabilem fratrem noſtrum Paulum epiſcopum Olnacenſem de carceribus, quibus per eundem epiſcopum propter exceſſus & crimina merito & legitime mancipatus fuerat, nonnullorum precibus, ac quorundam potentia relaxatus, quod in antea ſimilia acceptare non præſumeret, corporale præſtiterit iuramentum, tamen nuper de præmiſſis non contentus, venenum quod poſt præſtitum iuramentum huiuſmodi corde occultum aliquamdiu tenuerat, euomens, publice velut datus in ſenſum reprobum, ipſius plures peſtilentiſſimas contra noſtrum & dictæ Romanæ eccleſiæ ſtatum literas recipere, & ſe eorum legatum nomina-

Baſileenſis pſeudolegatus damnatur.

Digitized by Google

minare præſumpſit, nec non per ſuas falſas ac erroneas hæreticaſque perſuaſiones fideles dictarum partium a ſua fidelitate peruertere, & ſimplicium animos decipere, illoſque ſecum in præcipitium damnationis & mortis ducere ſuis nefandis molitus eſt conatibus, & dictum molitur in animæ ſuæ periculum, diuinæ maieſtatis offenſam, ſedis Apoſtolicæ vilipendium, pernicioſum quoque exemplum & ſcandalum plurimorum, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVI. *non. octobris pontificatus noſtri anno* XVI.

Amadeus arithmeticus hæreticus. *a Lib. 5. pag. 343.*

8 A ſchiſmatico ad impium hæreticum, merito ab Eugenio Papa damnatum, digredimur. Erat is Amadeus [a], qui Mediolani arithmeticam docebat, quem S. Bernardinus Senenſis, dum vitam agebat, cum animaduertiſſet ab illo hæreſeos virus ſimplicibus aſpergi, primum remotis arbitris corripuerat, atque a perfidia abducere fuerat niſus; at cum monita ad irritum cecidiſſe doleret, tuendæ læſæ fidei ſalutiſque animarum promouendæ ſtudio accenſus, nonnullorum ſceleſtiſſimi hominis dogmatum impietatem palam coram omnibus pro concione expoſuit, quo Chriſti cultores indutum ouina pelle lupum declinarent: delatus deinde apud fidei cenſorem damnauit hæreſim; ſed poſtea iterum a catholica veritate deflexit, vtque improbitatem nobili fuco colorarer, multis tauiibus adulterataque rei veritate ſubreptitias literas elicuit e curia Romana, quarum auctoritate delegatus iudex peruerſa ſententia ipſum recte de fide catholica ſentire pronuntiauit, ac S. Bernardino de quo nulla in pontificijs literis mentio facta fuerat, in iudicium non vocato edixit, vt quæ populo e ſacro ſuggeſtu in Amedeum denuntiarat reuocaret. Qua elatus ſententia Amadeus mox errores inſtaurare ac diffundere eſt auſus: Pontifex igitur perfidum hominem repreſſurus epiſcopo Laudenſi & Mediolanenſis archiepiſcopi vicario prouinciam dedit, vt ſubreptitias literas illas fuiſſe diuulgarent, atque in Amadeum ſeueritatem adhiberent. Cum autem nonnulli viri religioſi flagrantes inuidia palam iactaſſent, Bernardinum ſegregatum ab Eccleſia obijſſe, ſparſa in vulgus maledicta publice reuocare iuſſi ſunt.

Venerabili fratri epiſcopo Laudenſi, & dilecto filio venerabilis fratris noſtri archiepiſcopi Mediolanenſis in ſpiritualibus vicario ſalutem.

Intelleximus, non abſque cordis amaritudine, Amadeum quendam in ciuitate Mediolanenſi computi ſcholas regentem alias nonnullos contra fidem & ſcandaloſos errores ſeminaſſe, quod cum, illo perſeuerante, dilecto filio bonæ memoriæ Bernardino ordinis Minorum ac veritatis euangelicæ fideliſſimo prædicatori innotuiſſet, poſtquam eum charitatiue monuiſſet, & illum non corrigi, ſed inſolita perfidia perdurare cognouit, tanquam verus fidei animarumque zelator iuxta euangelicum dictum nuntiauit Eccleſiæ, illum coram multitudine fidelium in ſua prædicatione publice nominando, quoſdamque illius errores explicando, vt Chriſti fideles lupum ſub ouina pelle latentem poſſent effugere. [Interiectis nonnullis, vt impetrato ſubreptitio diplomate hæreticus a corrupto iudice abſoluendum ſe curauerit, addit:] Vbi cum venerabilis fratris noſtri tunc archiepiſcopi Mediolanenſis vicarius adeſſet, ſui officij ratione commotus vna cum inquiſitione hæreticæ prauitatis contra ipſum procedere non tardauit, & diligenti examinatione præhabita, ſecundum factorum eius exigentiam eidem pœnam condignam

A S. Bernardino admonitus in eiſdem inſurrexerat.

impoſuit, ac quod ab huiuſmodi erroribus deſiſteret in virtute præſtiti iuramenti & ſub excommunicationis pœna mandauit. Verum dictus Amedeus hæc non æquo ferens animo, a nobis certi tenoris literas tacita veritate & expreſſa falſitate dicitur impetraſſe, quarum vigore delegatus datus in eius cauſa procedens minus iuſte, vt aſſeritur, præfatum Amedeum virum catholicum iudicauit, ac fratrem Bernardinum in noſtris literis minime nominatum, & ab ipſo legitime non citatum ad reuocandum quod populo prædicauerat condemnauit. Hinc ſumpta occaſione Amedeus iniquos renouauit errores.

Subreptitio diplomate abſolutus.

Nos igitur attendentes quod niſi tantus cohibeatur exceſſus, multa ſcandala & animarum pericula poterit veriſimiliter generare, quod ſi præfatus Bernardinus, de cuius fide ac puritate, charitatis ardore, ac ſanctiſſima prædicatione plurimum confidebamus, fuiſſet in dictis literis nominatus, nos eas nullatenus dediſſemus, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta vobis committimus & mandamus, quatenus vocatis dicto Amedeo & alijs, qui fuerint euocandi, ſi præmiſſa fore vera conſtiterit, literas ipſas cum inde ſecutis omnibus annulletis, aut nullas ſecundum quod iuſtitia ſuaſerit, nuntietis; & inſuper contra dictum Amedeum & complices eius legitime procedatis, eos iuxta qualitatem exceſſus taliter caſtigando, quod de ſua malitia non valeant gloriari, & cæteri eorum exemplo perterriti ad ſimilia non audeant proſilire.

In eum animaduerti iubet Eugenius.

Cæterum quia nonnulli religioſi vigore prætactæ ſententiæ de prædicto Bernardino, qui etiam innumeris miraculis fidedignorum relatione aſſeritur coruſcare, in ſuis prædicationibus oblatrare præſumpſerunt, eum excommunicatum obijſſe aſſerentes, volumus & auctoritate prædicta mandamus, quatenus eoſdem, cuiuſcumque ordinis, religionis, & dignitatis exiſtant, per cenſuram eccleſiaſticam & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita, compellatis de tanto viro maledicta reuocare, priuilegijs dictis religioſis aut eorum ordinibus quomodolibet conceſſis, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ac de verbo ad verbum foret in noſtris literis habenda mentio ſpecialis, cæteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. VIII. *id. nouembris pontificatus noſtri anno* XVI.

Tuetur famam S. Bernardini.

9 Inflatus etiam ſuperbia & arrogantia Laurentius Valla Neapoli in plures hæreſes turpiter lapſus, ſed a fidei cenſoribus egregie correptus eſt, de quo hæc literis mandauit Poggius Florentinus [a]: *Boetium*, inquit, *ſæpius arguit, tum maxime in ea definitione, cum ait: Perſona eſt incommutabilis naturæ indiuidua ſubſtantia.* Et infra: *Arguit procax bellua tanta pertinacia, vt in hæreſim ſæpius incurrat. Neſcio ſtudio detrahendi, an mentis vitio in hæreſim iniquam manifeſtam dilabatur, nam aſſerere perſonam ſicut beſtialis præſumptio ſcribit non eſſe magis in Deo, quam in bruto animali, manifeſta eſt hæreſis & igne non verbis caſtiganda. Dicit præterea perſonam ſignificare qualitatem, rem omnibus inauditam. Inſuper perſonam aſſeuerat eſſe qualitatem in Deo, neque ſignificare ſubſtantiam, quod hæreticum eſt. Item ſimili hæreſi ait triplicem qualitatem in Deo eſſe, cum neque qualitas, neque quantitas, neque quid eorum, quæ vocant prædicamenta, in Deo ſit. Pluribus quoque in locis ea ſcribit de perſona quomodo in Deo ſit, vt nullus vnquam hæreticus maiora et pernicioſiora in fide dixerit.* Blaſphemiæ etiam in Chriſtum eundem

a Pogg. inuect. 1. in Vallam pag. 76. *Laurentij Vallæ errores.* *Et blaſphemiæ.*

Val-

Digitized by Google

a Ibid. inuent. 2.

Vallam arguit Poggius [a] quod cum ab Antonio Panormitano eeprehenderetur temeritatis, quod S. Hieronymum carperet, ac ſua verba cum ſacra ſcriptura conferret, non perhorruiſſet impia ea verba depromere, ſibi etiam ſpicula aduerſus Chriſtum reſeruaſſe, qua voce offenſus Antonius inde ſe proripuit, dicens ſibi cum bellua non colloquendū.

Virginitatē damnauit.

Addit Poggius eundem Vallam virginitatem damnaſſe: *Non in vna*, inquit, *re tantum, neque vno in crimine conuinceris hæreticus & impius eſſe; ſed in primo libro, quem de vero bono ſcripſiſti, verba quidem ſacrilega & ſcelerata nimium, quæ a me referentur iſta poſuiſti, inquis enim, ego vero inde quanta libertate ac licentia reſpondeam ſic ſtatuo, quiſquis virgines ſanctimoniales primus inuenit abominandum atque in vltimas terras exterminandum morem in ciuitatem induxiſſe, licet nomen religionis imponat; quæ potius eſt ſuperſtitio, licet has virgines ſanctimonialeſque appellent.* Et paulo poſt ais: *Melius merentur ſcorta & proſtibula de genere humano, quam ſanctimoniales & continentes.* Et deinde ſubdis: *Nolo aliquid contumelioſius loqui in homines, qui ſacerdotia muliebria in honore habent, hoc dixerim: Qui hæc laudant aut inſanos eſſe, aut pauperes, aut auaros. Hæc tua ſancta profeſſio, hæc tua religionis opinio, hæc confeſſio habetur. O deterior Ioiniano! O virginitatis hoſtis! O pudoris expugnator! Tutaris ſententiam Epicuri, ſit hoc vitæ tuæ teſtimonium.* Et infra: *Cognoſcetur hoc vna inſani hominis eximia religio, qui ſe omnium doctrinarum principem ſcribit, & illis priſcis viris doctiſſimis comparandum. Quædam Neapoli non ſenſit ſolum, ſed publice aſſeruit, in quibus deprehendatur hæreticus manifeſtus, res ad inquiſitorem defertur. Capitur Valla, cauſam perfidiæ in vinculis dixit, damnatur pro hæretico, decernitur illi pæna, homo profanus Regis beneficio ignis ſupplicio liberatur, ea tamen conditione, vt publice ab eo prolata cum reuocaſſet & damnaſſet, ſcopis crimen lueret.* Et infra: *Nequit negare, cum teſtes adſint, & chirographum damnationis.*

Damnatus hæreſeos Neapoli.

Virgis cæſus.

Hæc Poggius in Vallam, cum quo ſimultates gerebat; quos Philelphus inter ſe conciliare niſus eſt [b].

b Philelph lib. 11. pag. 75.

Effutierat quoq; nonnulla Laurentius pro nouatoribus Baſileenſibus aduerſus Eugenium, a quo veniam in panegyrica oratione ad eum habita petiit hiſce verbis [c], conſtantiam in pontificio obſequio pollicitus: *Sunt qui ſcripta mea quædam apud te conantur inceſſere, quæ quidem, beatiſſime pater, partim data ſunt conſiliis quorundam hominum, partim præceptis, partim gloriæ cupiditati, partim conſuetudini diſputandi, in quibus ita me frui beneuolentia tua liceat, vt nunquam neque tuæ neque tui ſimilium maieſtati atque auctoritati derogare propoſitum fuit, vt ſi quid retractatione opus eſt & quaſi ablutione, & tibi me nudum offero. Tu, qua tua abluendi poteſtas eſt, iſta aqua profluenti e Petra, quæ eſt Chriſtus, ablues. An ignarem me vnum eſſe tuarum ouium, quas ſoles in lauacro remiſſionis abluere, vnumque eorum, qui in nauigio, cui tu præſides, nauigare? An cæteris eo, quo curſum dirigi iubes, remigantibus ego vnus in contrarium remigarem? cum etiam ſuſpenſum tenere remum ſit reprehendendam. Ego vero, pater ſanctiſſime, ſi tibi forte aut in aduerſum remigaſſe, aut a remigando ceſſaſſe viſus ſum, id aſſignandum eſt magnitudini tempeſtatis, vbi eius ſcientiſſimi nautæ ac præſtantiſſimi gubernatores perturbantur, & inopes conſilii fiunt, nedum nos remiges quibus aduerſus infeſtas innerſaſque vndas eſt obluctandum, vbi quo tendas, vbi declines incertum eſt, & in ipſo conatu inter ſe remi non modo implicantur, ſed etiam ſæpe franguntur. Satis eſt ſic, quod ſi quis in hac confuſione rerum admiſit aliquid errati, veniam petit, in officio deinceps futurum ſe eſſe promittat, & ſuperiorem vel culpam vel negligentiam compenſare in poſterum induſtria & obſeruantia velit; ac neſcio an magis dominos agnoſcant atque ardentius ament ii, quibus pæna remiſſa eſt, quam quibus opus remiſſione non fuit.*

c Laurent Val. in orat. ad Eug. IV. apud Hier Donzelin pag. 416.

Poſtulat veniam ſi fauerit Baſileenſibus.

10 Sacro inflammatus ſtudio Eugenius vendicandæ ab hæreſeos impuritate Eccleſiæ, cum accepiſſet Moldauiam Huſſitarum lue contaminatam, atque illius prouinciæ hæreticos in Pannoniam irrepere, ac ſimplicibus hominibus peſtiferum venenum præbere virus, vicarium Minoritam Boſnæ, qui in eo regno cenſuram fidei exercebat in hæreticos, auctoritate auxit [a], vt in finitimis quoque regnis eodem munere fungeretur.

a Ibid. 24. pag. 210.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum ad noſtrum, non ſine diſplicentia grandi, auditum perducto, quod tunc in regno Moldauiæ hæreticæ prauitatis, & præſertim cuiuſdam ſectæ abominabilis Huſſitarum nuncupatæ, ſatore malorum operum id procurante, numeroſa perſonarum multitudo exiſtebat, quæ non modo incolarum, verum etiam ab ipſo regno diſtantium, & præcipue non paucorum regni Hungariæ incolarum animas peruerſi dogmatis veneno peſtifero infecerant, ac in dies ſperantes inficere, omni ſtudio ſatagebant & conabantur, timebaturque ne, ſi quantocius eorum pernicioſis auſibus opportune non prouideretur, etiam ad cæteras fidelium partes tranſeuntes & mortiferum venenum ſuæ erroneæ doctrinæ fundentes, quamplurimos inficerent, in ſuarum & plurimum aliorum euidens animarum periculum, diſpendium quoque pernicioſiſſimum pariter & exemplum; nos ſuper iis, quantum nobis ex alto permittebatur, totis prouidere viribus intenti, & firmam ſuper eo, quod eatenus dilecti filii ordinis fratrum Minorum profeſſores de obſeruantia nuncupati, & præcipue vicarius Boznæ, qui vt celebris famaque publica inſinuabat, ſe murum facientes pro domo Domini, & orthodoxæ propagationis fidei, ad confundendas eliminandaſque huiuſmodi hæreſis ſuperſtitiones opem & operam efficaces ſolertius adhibere, quantum in eis foret, ſtuduiſſent & ſtuderent, prout tantæ rei neceſſitas exigeret, in conuincendis eliminandiſque dictis erroribus, ſuas impertiri partes deberent, fiduciam in Domino (vt congruebat) acceptantes, motu proprio dilectum filium Fabianum de Bachia vicarium dictæ vicariæ, & illius ſucceſſores, qui pro tempore eſſent ipſius vicariæ vicarii, in Hungariæ & Boznæ prædictis, necnon Moldauiæ, Vvalachiæ, Boſſachiæ, Bulgariæ, Ruſſiæ, nec non Slauoniæ, ac omnibus & ſingulis aliis regnis ſeu partibus, ad quæ ſeu quas vicaria huiuſmodi ſe extendere noſcebatur, inquiſitorem & inquiſitores hæreticæ prauitatis, per alias noſtras literas perpetuo fecimus, conſtituimus, & etiam deputauimus ſub certis modo & forma, prout in eiſdem literis plenius continetur.

Huſſitarū lues in Moldauiam progreſſa.

Minoritæ illi reprimendæ di optimi.

Creati in pluribus regnis fidei cenſores.

Cum autem, ſicut ad audientiam noſtram plurimorum fidedignorum relatione peruenit, in aliquibus ex regnis, ſeu partibus antedictis, nonnulli presbyteri aut etiam parrochialium eccleſiarum rectores, vel alia beneficia eccleſiaſtica, etiam dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, ſeu officia obtinentes aliæque perſonæ eccleſiaſticæ pudicitiæ laxatis habenis, ac vitam ducentes plurimum diſſolutam, concubinas publice tenent, illaſque plurimum honorare & (quod deterius fore dignoſcitur) ad allegandum eorum in peccato huiuſmodi excuſationem, actum carnalem etiam inter non legitime coniugatos peccatum non eſſe, publi-

Vt ſacerdotum impudicitia in hæreſim abierit.

ce

Digitized by Google

ce aſſerere, & prædicare non verentur, in maximam Dei offenſam, & animarum periculum, perniciosſum quoque exemplum, ac ſcandalum plurimorum, & a nonnullis renocetur in dubium, ſn Fabianus, & ſucceſſores prædicti, contra presbyteros & perſonas eccleſiaſticas huiuſmodi, tanquam contra hæreticos, dictarum literatum vigore procedere poſſint, nos qui ex debito commiſſi nobis officij huiuſmodi errorem deteſtabilem, ne propagetur vlterius, & per eum cordæ fidelium damnabiliter corrumpantur, ab Eccleſia catholica neceſſario extirpare debemus; motu proprio, non ad ipſius Fabiani vel alterius pro eo nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra certa ſcientia, anctoritate apoſtolica tenore præſentium decernimus & declaramus, Fabianum & ſucceſſores præfatos, contra presbyteros & perſonas prædictos ac quoſcumque alios cuiuſcumque ſtatus gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, actum carnalem inter alios, quam inter legitime coniugatos non eſſe peccatum aſſerere, & pertinaciter tenere præſumentes, tanquam contra hæreticos, iuxta ipſarum literarum continentiam atque formam procedere poſſe & debere in omnibus & per omnia perinde ac ſi in ipſis literis, quod contra presbyteros, perſonas, & alios aſſerentes prædictos, procedere poſſent & deberent, expreſſum fuiſſe, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCXLVI. V. non. iuly pontificatus noſtri anno XVI.*

Damnat hæreticos ſimplicis fornicationis defenſores.

11 Denique aduerſus cunctos hæreticos & ſchiſmaticos Eugenius iudiciarium edictum, vt Romanæ eccleſiæ mos eſt, die cœnæ dominicæ ſacro promulgauit a, qua etiam ſententia Franciſcum Sforriam, qui eccleſiaſtica iura per ſummam tyrannidem iuuaſerat, ſceleriſque ſocios perculit b.

Ad perpetuam rei memoriam.

Excommunicamus, & anathematizamus Franciſcum Sfortiam de Attendolis terrarum Eccleſiæ in Dei ac noſtri ac ſedis Apoſtolicæ contemptum neſarium inuaſorem ac detentorem, eique in hac parte adhærentes, fautores, & adiutores, & Galeatium filium bonæ memoriæ Malateſtæ de Malateſtis, qui honoris & debiti ſui immemor ciuitates noſtras Penſaurienſem ac Foroſempronienſem, tanto olim tempore a progenitoribus ſuis Romanæ eccleſiæ fideliſſimis vicarijs gubernatas, prout ipſe tanquam noſter & dictæ eccleſiæ vicarius gubernabat, nobis mutis & contradicentibus alienare, & in manus rebellium noſtrorum ponere non expauit, &c. Excommunicamus, & anathematizamus, & omni iure quod in ipſis ciuitatibus ac bonis pro illarum alienatione acquiſitis habere præſumerent, omnino priuamus & omnes illos, qui per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, ſub quocumque titulo vel colore occupant, detinent, vel hoſtiliter diſcurrunt, vel inuadunt, aut occupare, diſcurrere, vel detinere hoſtiliter præſumunt in totum, vel in partem, aut qui occupabunt & obtinebunt & hoſtiliter diſcurrent, ſeu inuadent aut occupare ſeu detinere, vel diſcurrere hoſtiliter præſument almam vrbem, regna Siciliæ, Trinacriæ, inſulas Sardiniæ, Corſicæ, terram citra pharum, Patrimonium beati Petri in Tuſcia, ducatum Spoletanum, comitatum Venayſinum, Sabinenſem, Marchiæ, Anconitanos, Maſſætrabariæ, Romandiolæ, Campaniæ, atque Maritimæ, prouincias & terras ſpecialis commiſſionis, & Annulphorum terras, ciuitateſque noſtras Bononienſem, Ferrarienſem, Beneuentanam, Peruſinenſem, Ciuitatem caſtelli, Auinionenſem, Tudertinam, Vrbinatenſem, Foroſempronienſem, Engubinam, Callienſem, & alias, ciuitates, terras, & loca, vel iura, ad ipſam Eccleſiam ſpectantia & pertinentiam, & adhærentes, ac fautores, & defenſores eorum, ſeu in ijs dantes eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem. Item excommunicamus & anathematizamus, excommunicatumque & anathematizatum declaramus iniquitatis & perditionis ac hæreticæ prauitatis alumnum Amedeum olim ducem Sabaudiæ antipapam, & eos, qui ipſum elegerunt, immo verius prophanarunt antipapam, omneſque eidem, credentes, adhærentes, fauentes, & eum receptantes eiuſque complices & ſequaces, non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, decimo octauo kal. may pontificatus noſtri anno ſextodecimo.*

Eius perfidia.

In eccleſiaſticæ ditionis graſſatores lata ſententia.

Et in Amedeum ac ſectatores.

Quod rurſus ad Franciſcum Sforriam attinet; ſpreuit eccleſiaſticas cenſuras, ac Piceno potitus tyrannidem proferre latius aliaſque apoſtolicæ ſedi obnoxias prouincias ac terras imperio ſuo ſubijcere vi & dolo pertentauit: cuius vires vt infringeret Pontifex, vniuerſos Romanæ eccleſiæ clientes ſub Sfortia merere, illaue ipſi obſequia officiaue præſtare apoſtolico diplomate vetuit a.

Sfortiæ conatus impij.

a Lib. 24. pag. 236.

Ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex Petri Apoſtoli in paſcendo grege dominico ſucceſſor, ſicut relictam a Deo noſtro teſtamentaria hereditate pacem inter populos præſertim ſibi & Romanæ eccleſiæ ſubiectos libenter ponit & ſeruat, ita pacis ipſius & quietis diſturbatores, prædictique gregis oppreſſores, ex iniuncto ſibi deſuper officio, tenetur inuadere ac propulſare. Cum itaque iniquitatis filius Franciſcus Sfortia de Attendolis, poſtquam aliquamdiu vt ab occupatione prouintiæ noſtræ marchiæ Anconitanæ, & aliarum noſtrarum, ac eccleſiæ terrarum deſiſteret, varijs modis requiſitus, & monitus fuerat, nec obedire voluerat: nuper in cœna Domini proxime antecacta, propter ipſam prouinciæ inuaſionem, & terrarum eccleſiæ occupationem ſicut in ſimili neceſſitate ſemper Romana ſeruauit eccleſia, fuerit anathemate percuſſus; & nihilominus, nedum pœnitentia ductus, & ad cor reuerſus prædicta inuaſione deſiſtere, terraſque occupatas, nobis, & eccleſiæ reſtituere noluerit, ſed potius in propoſito ac concepta diu malitia perſeuerans more peccatorum, qui in profundum malorum deſcendentes omnia contemnunt, nobis & dictæ eccleſiæ inimicari prædictæque prouinciæ partem, de manibus & tyrannide ſuis per arma recepta, de nouo occupare; & alias prouincias, ac terras eccleſiæ inuadere ſit conatus, prout magis magiſque in dies adnititur, & laborat; nos tantam Dei noſtri, Romanæ eccleſiæ, ſediſque Apoſtolicæ offenſam, tantumque nobis & dictæ eccleſiæ ſubiectorum populorum imminens damnum atque periculum nullatenus negligere, ſed potius (ſicut tenemur) vijs quibuſcumque, & modis obuiare cupientes tyranni vires, quas ſequacium imprudentia & inconſideratio fortiores efficiunt, præſenti edicto duximus imminuendas.

Monitus efficitur obſtinatior in pertinacia.

Omnibus igitur, & ſingulis ex prouincijs, ciuitatibus, & terris ac locis, nobis & Romanæ eccleſiæ tam mediate quam immediate ſubiectis, cuiuſcumque gradus, ſtatus, & conditionis exiſtant in prædicti Franciſci Sfortiæ ſeruitijs quomodolibet exiſtentibus, aut etiam non exiſtentibus, qui poſt datam præſentium, ad ſua ſeruitia ſe contulerint, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam ipſo facto contrafacientes incurrant, & inſuper ſub pœna priuationis vicariatuum, feudo-

do-

Digitized by Google

Vſos eſſentias ſacramento fidei liberat.

dorum, officiorum & beneficiorum, quas & quæ quomodocumque, & qualitercumque, etiam ſi ex proprio eorum dominio tenerent, & poſſiderent, tam ipſi quam ſucceſſores ipſorum vſque in tertiam generationem liberantes de plenitudine poteſtatis noſtræ, omnes & ſingulos ipſorum vaſſallos, recommendatos, & ſubditos, ab omni obligatione, fidelitate, ſubiectione, & iuramento, quo præfati quomodocumque & qualitercumque obſtricti & obligati eſſent, ipſos ad deuotionem noſtram, & eccleſiæ Romanæ reducentes, ac confiſcationis omnium bonorum mobilium & immobilium, iuriumque, & actionum, & perpetui exilij a quibuſcumque locis Romanæ eccleſiæ ſubiectis, omnibus etiam alijs & ſingulis ad prædicti Franciſci Sfortiæ ſeruitia militantibus, vel ſibi ſeruientibus, ſub dictæ excommunicationis pœna, quam vt præmittitur, ipſo facto incurrant, niſi infra quindecim dies, a publicatione præſentium numerandos, actualiter obediuerint, præſentium tenore de apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ex noſtra certa ſcientia præcipimus, & mandamus, vt ab eiuſdem Franciſci Sfortiæ ſtipendio, & ſeruitijs realiter & actualiter, ne Deum & Romanam offendant eccleſiam, diſcedant, eumque velut membrum infectum & ouem morbidam ab ouili & corpore Eccleſiæ ſeparatum, illico (vt præmittitur) derelinquant. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVI. V. *non. iulij pontificatus noſtri anno* XVI.

Florentini Sfortiam tuetur.

12 Efferebant Franciſci partes Florentini, pluraque illi ſuppeditabant ſubſidia, neque vllis ab Eugenio adhibitis precibus intentatiſue minis flecti vnquam potuere, vt a fouendo Eccleſiæ hoſte abſiſterent. Cum igitur ad irritum caderent cuncti labores, Pontifex Alfonſum Aragonum Regem excitandum cenſuit, vt infeſtis ſe in eos ſignis inferret, quo ad tuenda ſua non aliena cum Sfortia inuadenda, curas conuerterent. Exinde igitur Alfonſus augendi imperij occaſionem ſibi oblatam ratus, periurum ſe bello Florentinos ea lege pollicitus eſt, vt ſacramento de non vendicanda ſibi Etruria nuncupato ſolueretur; ac mihi conditionem Pontifex ac Ludouicum tit. S. Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem liberandi ea religione Alfonſi prouinciam dedit a.

In eos Regem Alfonſum concitatur.

a Lib. 26 pag. 45.

Dilecto filio Ludouico tituli S. Laurentij in Damaſo presbytero Cardinali Aquileenſi camerario noſtro & apoſtolicæ ſedis legato ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum iam pluribus annis iniquitatis filius Franciſcus Sfortia communitatis Florentiæ fauoribus, ope, & præſidijs ſuffultus maxima ſubditis noſtris & Eccleſiæ prædictæ (nimirum Romanæ) damna intulerit, & præcipue populis prouinciæ noſtræ marchiæ Anconitanę, eoſque maximis affecerit iniurijs, & nunc nonnullas terras noſtras violenter & hoſtiliter occupatas detineat cum maxima noſtra, ipſius eccleſiæ & ſubditorum noſtrorum iactura, & detrimento, & continue quietem atque tranquillitatem prædictorum ſubditorum in dies magis magiſque perturbare molitur. Nos ad contundendas, & opprimendas hoſtis prædicti vires, omneſque fauores & præſidia ſibi ſubtrahenda, ſuperiori tempore requiſiuimus chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alfonſum Aragonum, & vtriuſque Siciliæ Regem illuſtrem, vt ex debito vaſſallagij, ad quod nobis ex conceſſione regni Siciliæ obligatus eſt, aduerſus Florentinos dicti Franciſci Sfortiæ fautores inſurgeret, quouſque a præſtandis huiuſmodi ſubſidijs, & fauoribus dicto Franciſco Sfortiæ deſiſterent, & maxime quia ſæpenumero ſuperioribus annis prædictam communitatem Florentiæ requiſiuimus, monuimus, & per viſcera miſericordiæ redemptoris domini noſtri Ieſu Chriſti hortati ſumus, vt ipſum Franciſcum Sfortiam, publicum eccleſiæ prædictæ hoſtem, amplius non protegerent, eumque in damnum noſtrum, eccleſiæ Romanæ, & ſubditorum noſtrorum iniuriam de cætero non fouerent, ipſi vero in eorum pertinacia perſiſtentes, monitionibus noſtris nequaquam parere voluerunt, & noſtræ apud eos exhortationes nihil hucuſque profecerunt: præfatus vero Rex ſe ſe pro noſtra, & eccleſiæ prædictæ ſtatus defenſione id facturum libenter & animoſe obtulit, dummodo eum abſolueremus a vinculo iuramenti, quo ex conceſſione & inueſtitura regni prædicti tenetur ſe de Tuſcia & quibuſdam alijs prouincijs, ſicut in bullis prædictæ inueſtituræ ſuperinde confectis latius apparet, nequaquam impedire.

Moniti ſæpius officij Florentini.

Nos ſiquidem diutius tolerare nolentes, quod cum Dei auxilio, & catholicorum principum fauore iam pridem vlciſci debebamus, dictorum Florentinorum malo propoſito, & contumacia conſiderata, cogimur pro ſtatus noſtri & eccleſiæ prædictæ defenſione, quaſcumque poſſumus vias & remedia procurare, vt debilitatis hoſtis prædicti viribus, tyrannidi & inſolentiæ ſuæ facilius occurrere valeamus. Quamobrem tuæ circumſpectioni committimus, & præſentium tenore mandamus, vt prælatum Regem nomine noſtro requiras, eumque, quantum hæc Dei cauſa poſtulat, hortari & precari non deſinas, & in virtute ſanctæ obedientiæ & iuramenti præſtiti vinculo, quo nobis tanquam noſter, & eccleſiæ prædictæ feudatarius obſtrictus eſt, moneas vt contra communitatis prædictæ (nimirum Florentinæ) terras & loca Florentinorum inſurgere velit, & contra dictæ communitatis terras, loca, & caſtra vbicumque conſiſtentia, bellum faciat, quo communitas prædicta maioribus & durioribus expenſis, grauiorique bello fatigata, communem hoſtem de cætero protegere, & fouere non poſſit, diſcantque quam laborioſum atque difficile ſit inteſtina damna & pericula propulſare, qui in terris noſtris, & eccleſiæ prædictæ ſcandala iam tribus annis exſuſcitarunt & fouerunt. Et vt præfatus Rex ſine aliquo præiudicio, aut damno, ſuum nouum propoſitum, quod in ſtatu noſtro adiuuando habet, exequi valeat abſque iurium ſuorum diminutione, quæ in præfato regno habet, eidem circumſpectioni tuæ, de cuius fide, prudentia, & deuotione confidimus, cum prædicto Rege diſpenſandi, ipſumque ab omni vinculo iuramenti, quo ex inueſtitura & conceſſione regni prædicti, ſe de prouincia Tuſciæ non impedire obligatus eſt, abſoluendi & penitus liberandi, auctoritate apoſtolica plenam & omnimodam concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum* XXIII. *aprilis anno* XVI. Vertit in Florentinos arma proximo anno Alfonſus, vt narrat S. Antoninus a, in ſpem ſubijciendę ſibi Etrurię; ſed cum Florentini ipſi ac Senenſes ſua egregie tutarentur, diripere tantum aliquot oppidula, et vaſtare agros potuit.

Datum Alfonſo eos ſibi ſubijciendi ius.

Qua cauſa Eugenium commouerint.

a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 12. §. 1.

Irrita Alfonſi expeditio.

13 Nec prætermittendæ viſę ſunt literæ b Eugenij ad Boleslaum Mazouiæ ducem hoc anno datę, cum multa ſcitu digna contineant, nempe Tartaros in Poloniam irrupiſſe, dũ Vvladislaus Rex in Hungaria cum Turcis pugnabat, cumque ingentem vaſtitatem effeciſſent a Boleſlao profligatos, omnemque prædam quam auexerant receptam fuiſſe.

b Lib. 24. pag. 131.

Dile-

Dilecto filio nobili viro Boleslao duci Mazoniæ ſalutem, &c.

Sinceræ deuotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris eccleſiam, non indigne meretur, vt petitionibus tuis, quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod olim per concilium Baſileenſe, ante eius translationem de ciuitate Baſileenſi ad ciuitatem noſtram Ferrarienſem per nos factam, et illius collectores, et ſubcollectores, ſub ſpe reductionis Græcorum tunc faciendæ, in regno Poloniæ et partibus illi ſubiectis, ac in dominijs tuis non parua pecuniarum ſummarum collecta, et apud diuerſa loca repoſita fuit, vtque pecuniam ipſam ad nos, et non ad alium ſpectare, recte conſiderans, de tuorum prælatorum, ac nobilium, et procerum conſilio omnem pecunię quantitatem tunc in collegiata Vvauſthomenſi, et parochiali Czechonomenſi eccleſijs depoſitam, quæ in ducatu tuo ſunt, arreſtari, et ſequeſtrari mandaſti, illam nobis, qui ex diuina gratia, Gręcos ipſos ad veram fidem Chriſtianam, ſuis propulſatis erroribus, maximis cum expenſis, et laboribus reduximus, reddere intendens, et ſic per plures annos eadem pecunia arreſtata permanſit. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, immanes Tartari cum maximo eorum numero et copijs, certas prouincias regno Polonię ſubiectas, et ſpecialiter dictum ducatum tuum, cuius confines cum Lituanis et Ruthenis, cum ipſis Tartaris habes, inuaſiſſent, ac villas, oppida, ciuitates, et eccleſias aliquas de ducatu tuo incendio et ſpolijs deuaſtarent, virgines, viduas, matrimonio collocatas, et homines cuiuſque ętatis adducerent in prædam, cum maximo patrię illius damno, et Chriſtiani nominis ignominia, tu de prelatorum et baronum tuorum conſilio, vt huic improuiſæ, et incogitatæ inuaſioni damnoſæ et periculoſæ obuiares, quoniam niſi ſubita, vt aſſeris, prouiſio ſubſequuta fuiſſet, ducatus ipſe tuus, et plures aliæ circumuicinæ partes deſolatæ fuiſſent, prius conſumptis pecunijs tuis, quas tunc promptas habebas et liberaliter exburſaſti, de dicta pecuniæ quantitate, in dictis duabus eccleſijs exiſtenti, valorem mille Florentinorum auri, vel circa percepiſti, et cum eiſdem mille Florenis, et alijs quos aliunde quomodolibet habere potuiſti, rabiem et impetum dictorum Tartarorum euaſiſtis, ac recollectis viribus homines vtriuſque ſexus prædam et ſpolia in maxima quantitate recuperaſti, ducatumque tuum, et partes vicinas ab huiuſmodi Tartaris, quæ quidem, propter abſentiam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Vvladiſlai Poloniæ, et Hungariæ Regis illuſtris tunc in regno Hungariæ contra Teucros præliantis, maiori periculo ſubiacebant, ſaluas, et ſoſpites reddidiſti, et quia ob prędictorum mille florenorum perceptionem, poſtquam de eccleſijs et locis ſacris pecuniam pro alijs pijs operibus deputatam recepiſti, dubitas excommunicationis ſententiam, cenſuras, pœnas ac alias ſententias contra tales inflictas a ſede Apoſtolica incurriſſe tu et conſultores prædicti; pro parte tua nobis humiliter ſupplicatum fuit, vt tibi et illis ſuper præmiſſis oportune prouidere, et tecum ac cum ipſis miſericorditer agere, et tibi præfatam pecuniæ quantitatem ſic perceptam remittere, teque ac omnes conſultores, et fautores præfatos quoſcumque ab huiuſmodi ſententijs, cenſuris, et pœnis abſoluere, de benignitate apoſtolica dignaremur.

Rotenorũ Tartarorũque in Mazoniam irruptio.

Propulſati barbari.

Agebat tũc Rex Vladiſl. in Pannonia.

Nos igitur, quamquam minus religioſe & recte conſultus fueris, pecuniam ipſam de loco ſacro percipiendo, neceſſitati tamen tuæ, quæ te ad hoc ſacrilegium perpetrandum coegit, compatientes, & more apoſtolico miſericordiam potius, quam rigorem iuris erga te & ipſos exercentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, te ac omnes & ſingulos prælatos, & presbyteros ſæculares, & regulares, nobiles & proceres prædictos, ac alios quoſcumque cuiuſcumque ſtatus, gradus, & præeminentiæ, aut ſexus exiſtant, conſultores & fautores huiuſmodi ab omnibus & ſingulis excommunicationum ſententijs, cenſuris, & pœnis alijs quibuſcumque, nec non ſacrilegij huiuſmodi, irregularitatibus, ſuſpenſionibuſque omnibus, quas præfatorum occaſione quomodolibet tu & ipſi incurriſtis, & ligati eſtis, auctoritate apoſtolica tenore præſentium abſoluimus, & abſolutos eſſe declaramus, & mille ducatos prædictos, nobilitati tuæ, de noſtra mera liberalitate remittimus, ac donamus, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Volumus tamen, & tibi eadem auctoritate mandamus, vt nunquam in futurum, ſine ſedis Apoſtolicæ licentia, talia committere, aut perpetrare præſumas. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVI. *v. kal. iunij pontificatus noſtri anno* XVI.

In Anglia funeſta rerum conuerſione Humfredus dux Gloceſtriæ Regis patruus, qui regni procurationem vigintiquinque annis geſſerat multa cum laude, primum publica rerum adminiſtratione Margaretæ Reginæ impulſu ſubmotus, quam ipſa cum viro partita eſt, deinde ab inuidis multis appetitus calumnijs in Burienſi conuentu laqueo miſere præfocatus eſt a.

Ducis Gloceſtriæ triſtis exitus.

a Polydor. Virgil. 23 & Harpſf. hiſt. eccl. ſæc. 15. cap. 4.

IESV CHRISTI
Annus 1447.

NICOLAI PP. V. annus 1. FRIDERICI III. ROM. REGIS 8. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 24.

1 ORnauit extremum ſui pontificatus vitæque flexum inſigni & memorando facinore Eugenius anno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo indictione decima, reuocata in ſinum Eccleſiæ magna Germaniæ parte, quæ Baſileenſi perculſa ſchiſmate veluti acephala ſe a vero Pontifice ſegregarat, nec tamen ad antipapam defecerat. Vt vero cœpta ſuperiori anno tanta res hoc ipſo ineunte ad exitum ſit feliciter perducta, ex veteribus Pij II. commentarijs præſtat audire. De oratoribus in primis Cæſaris ac principum, qui poſt Francofordienſem conuentum, in quo legati apoſtolici Germanorum petitis concordiæ ſtudio ſe accommodauerant, ad Pontificem proficiſci ad ea confirmanda, præſtandamque ei fidem iuſſi erant, magnificentiſſime Romæ exceptis, hæc tradunt b: *Simul Romam euntes, ad primum lapidem familiam Papæ & Cardinalium & vniuerſos curiæ prælatos obuiam habuere, ac veluti duces recipi ſolent, cum victis hoſtibus domum repetunt, in vrbem ſunt intromiſſi. Tertia die ad Eugenium vocati in conſiſtorio ſecreto auditi ſunt, quo in loco nomine omnium Aeneas orauit, quem cum Papa tum Cardinales mirum in modum laudauerunt.*

Reuocata ad Eugenij obſequium Germania.

Francofurti redintegrata concordia.

b Gobelin. in comm. Pij II. l. 2

Cæſarei oratores honorificentiſſime Romæ excepti.

2 Delibat præcipuam eius orationis partem Coclæus in ſua de Huſſitis hiſtoria, quam nos etiam ex ipſo repetendam cenſemus c: *Nonuiae*, in-

c Cocl. hiſt. Huſſ. l. 9.

Digitized by Google

Habita ab Aenea Sylvio oratio.

inquit, *omnium egregiam habuit orationem Aeneas Sylvius a Rege Romanorum miſſus, in qua hoc vſus eſt exordio. Non habet me dubium, ſanctiſſime pater, quin apud te ſit illa domus, quam Dominus in euangelio ſupra firmam petram laudat ædificatam, ad quam recurrendum eſt regnante diluuio, nam extra eam non eſt ſalus, & eius decorem diligere ſe propheta teſtatur.* Et infra: *Quæris forſitan ex nobis, pater ſanctiſſime, an amici venimus, quid quærimus, quid offerimus, dum nos nomino, non nos ipſos qui adſumus nuntias, ſed dominum Cæſarem Fridericum tuum deuotiſſimum filium, ac præclariſſimos principes & reuerendiſſimos patres ſacri imperij electores, tum proceres & prælatos tibi deditiſſimos, quorum hic oratores vides, intelligi volo. Sumus igitur non ſolum amici, ſed etiam adiutores. Pacem afferimus, pacem quærimus, atque idcirco cum filijs Beniamin & Iudæ dicimus. Pax pax tibi, pax adiutoribus tuis, te enim adiuuat Deus tuus, plena pacis petitio eſt, plena pacis oblatio. Et poſt multa.*

*Afferunt pacem Germaniæ principes, ſed pacem etiam expetunt, cupiunt etenim aliqua, quæ niſi obtineant nec curari vulnera poſſunt, nec pax nationis haberi. Quatuor principalia ſunt. Primum eſt, vt generale concilium in tempore locoque deſignando conuocetur. Alterum eſt, vt profeſſio poteſtatis, auctoritatis, & præeminentiæ generalium conciliorum, catholicam militantem eccleſiam repræſentantium, per tuos oratores facta tuis literis approbetur. Tertium eſt, vt nationi Germanicæ ſuper grauaminibus opportune prouideatur. Quarto & vltimo loco petimus, vt quæ in iudicium * duarum principum electorum vel ſuarum eccleſiarum acta ſunt, ex tua ſanctitatis clementia reuocentur, & in priſtinum ſtatum redigantur.* Et infra.

Quatuor Germanorum poſtulata.

** præiudicium*

Hæc ſunt, ſancte pater, quæ noſtri principes ex te petunt, magna ſane, ſed rationi & poteſtati conſona. In prima petitione communis verſatur vtilitas, in ſecunda tua humilitas, in tertia æquitas, in quarta benignitas & tua deſideratur humanitas. Tuum eſt, quod iuſte petitur, libenter annuere. In tua manu nunc eſt radicem ſchiſmatis omnem euellere, pacem orbi concedere, conſolari nationem, & eius obedientiam recipere. Hæc Aeneas Sylvius ad Eugenium Papam.

3 Aſſenſit his quatuor petitis, vti iam a legatis conuentum fuerat, Eugenius inſtaurandæ gratia pacis in Germania, quæ tamen excutienda Cardinalibus commiſiſſe narrat Gobelinus a, eademque die Pontificem ægritudine correptum fuiſſe; ei autem decumbenti vti vero Chriſti vicario Germanos oratores ſua obſequia detuliſſe, tum literas apoſtolicas, quibus ſingula impleta erant poſtulata porrectas Æneæ fuiſſe, ac ſine mora in publico conſiſtorio eoſdem oratores Cæſaris & principum nomine Eugenio vti legitimo S. Petri ſucceſſori fidē rite obligaſſe, editaque propterea maxima lætitiæ ſigna, ob conciliatam nimirum Eccleſiæ Germaniam feſtis ignibus micuiſſe vrbem, pulſatas campanas, ac repetitos læto concentu tubarum clangores; decretas præterea inſtructo religioſo agmine ſolemnes ſupplicationes ad grates Deo agendas. Quibus contentanea S. Antoninus b (qui his interfuit) ſcribit, de legatis apoſtolicis hæc pauca prælocutus: *Hi ergo efficaces in opere & ſermone id perfecerunt ad quod legati fuerant, vnde reuerſi ſunt ad curiam & oratores cum eis, vel poſt eos, diuerſarum prælatorum ac principum & baronum, qui in publico conſiſtorio, in quo præſens fui, in perſona dominorum ſuorum exhibuerunt Papæ Eugenio debitam reuerentiam & obedientiam, profitentes ipſum verum, unicum, & indubitatum paſtorem Romanæ eccleſiæ, ſucceſſorem Petri, & vicarium Ieſu Chriſti, propter quod ſolemnis miſſa celebrata eſt in eccleſia Lateranenſi, aſſiſtentibus omnibus Cardinalibus & prælatis, qui in curia erant, vno ex Cardinalibus miſſam decantante. Aberat autem Eugenius quia iam infirmatus erat, & grauiter.*

His aſſentitur Eugenius.

a Gobelin. ſup. l. 1.

b S. Anton 3. p. tit. 22. c. 11. §. 17.

Deleium a Germanorum. Pontifici obſequium.

De redintegrata feliciter Germanicæ eccleſiæ cum Romana coniunctione, renouatoque fœdere, editæ literæ pontificiæ, de quibus in commentarijs Gobelini fit mentio, extantque tum in Eugenij regeſto a, tum apud Nicolaum V. b qui hoc anno Eccleſiæ gubernaculis admotus illas ſua auctoritate communiuit, tum etiam in vetuſto codice c pergameno noſtræ Vallicellanæ bibliothecæ, tum denique in bullario typis impreſſæ. Cum itaque palam omnibus ſint propoſitæ, delibanda tantum nobis erit pars earum potior, ne in re tanti ponderis officio noſtro deſimus.

a Lib. 17. pag. 508.

b Nicol. V. lib. 2. bullar. ſecr. an. 1. pag.

c Cod. ms. bibl. Vall. ſign. lit. B. n. 19 pag. 2. & 14. ext. etiã in bull. in Eug. IV. conſt. 29.

Ad futuram rei memoriam.

4 Cum propter diſſenſionem inter nos, & eos, qui Baſileæ ſub nomine generalis concilij remanſerant, dudum exortam, nonnulli principes tam eccleſiaſtici, quam ſæculares nationis Germaniæ in quadam neutralitate & animorum ſuſpenſione a die decimaſeptima menſis martij de anno Domini MCDXXXVIII. vſque in præſentem diem ſe tenuerint ea mente, vt aſſerunt, vt poſtmodum vnanimi conſenſu in noſtra, & ſedis Apoſtolicæ obedientia & reuerentia paribus greſſibus incedere poſſent, & chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Rex Romanorum illuſtris, ac venerabilis frater noſter Theodoricus Archiepiſcopus Moguntinus, & dilectus filius nobilis vir Fredericus marchio Brandeburgēſis ſacri imperij electores, ac venerabiles fratres noſtri Fredericus Magdeburgenſis, Fredericus Salzeburgenſis, & Gerardus Bremenſis archiepiſcopi, ac quidam alij prælati & principes dictæ nationis, nobis debitam obedientiã per ſuos oratores præſtiterint, ac nos ſolum in Ieſu Chriſti vicarium recognouerint, & profeſſi fuerint, nos attendentes quod dictæ neutralitatis, & ſuſpenſionis tempore plurima in ipſa natione acta, geſta, & facta fuerint, quæ confirmationem, indulgentiam, & diſpoſitionem ſuper eis apoſtolicæ auctoritatis requirunt, præfatorum Regis, archiepiſcoporum, marchionis, cæterorumque prælatorum & principum ſupplicationibus inclinati, omnes & ſingulos tam metropolitanarum, quam cathedralium aliarumque eccleſiarum, nec non dignitatum, etiam abbatialium, ac poſt pontificales maiorum, & in collegiatis eccleſijs principalium & aliorum beneficiorum, ac officiorum eccleſiaſticorum quorumcumque, etiam ſi eccleſiæ curatæ, canonicatus, & præbendæ fuerint, electiones, poſtulationes, collationes, prouiſiones, confirmationes, & diſpoſitiones, nec non proceſſus, ſententias, aliaque acta iudiciaria auctoritate ordinaria, huiuſmodi ſuſpenſionis, & neutralitatis tempore factas ſeu facta, quæ omnia & ſingula hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, ac ea rata & grata habentes, auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, volentes ac etiam ſtatuentes, vt nulli, qui poſſeſſioni eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum huiuſmodi, quæcunque eorundem, qui Baſileæ poſt tranſlationem, & diſſolutionem Baſileenſis concilij ibidem remanſerunt, auctoritate ea fuerint aſſecuti, ſuper huiuſmodi eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, beneficijs, & officijs, ac ſententijs, & proceſſibus, etiam ſi in Romana curia vel extra eam lis, cuius ſtatum præſentibus habemus pro expreſſo, indeciſa pendeat, etiam ſuper eis ad ea aut contra ea fuerit alteri ius quæſitum, ſeu ius aliqui habere ſe prætenderent, ex nunc in antea in ipſa eu-

Quanto tempore Germani neutrales extiterint.

Acta inter ſeda pacis ſtatio on firmata ab Eugenio.

Reſtituta pr...ſtina iura ijs, qui cum Baſileē ſibus ſteterant.

Digitized by Google

curia vel extra eam, apoſtolica, vel aliâ quauis auctoritate impeti, aut quomodolibet ex quauis ratione vel cauſa moleſtari poſſint, ſed in ſuis poſſeſſionibus pacifice remaneant.

Lites quoque & cauſas quaſcunque ſuper huiuſmodi eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, officijs, & beneficijs pendentes (illis dumtaxat exceptis, quæ coram ordinarijs iudicibus, apud quos iuxta formam dictæ ſuſpenſionis, & proteſtationis exinde ſecuræ licuit litigare, indeciſæ pendent) ad nos aduocantes, auctoritate & ſcientia prædictis, extinguimus, & ſuper eis aduerſarijs eorum perpetuum ſilentium imponimus: poſſeſſores vero ipſos volumus in ſuis eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, officijs, & beneficijs pacifice remanere, quibus omnibus ipſas eccleſias, monaſteria, dignitates, officia, & beneficia quocunque modo vacauerint, auctoritate, & ſcientia præfatis, tenore præſentium conferimus, & prouidemus de eiſdem, ac illis qui pallium dictorum, qui Baſileæ poſt noſtram tranſlationem ſub nomine generalis concilij remanſerunt, auctoritate receperunt, vt illo vti poſſint, præſentibus concedimus & indulgemus; illis autem, qui non habent, vel non receperunt, ſine difficultate dabimus ac etiam libere concedemus, illis tantum perſonis exceptis, quæ occaſione priuationum propter noſtram, aut Baſileenſium adhæſionem factarum, beneficia detinent, in quibus habent locum prouiſio & diſpoſitio ſuper his, quæ contra proteſtationem facta forent, per præfatos Regem & electores imperij coniunctim vel diuiſim promulgata. Per hoc autem nulli contendentium ſuper titulo & iuribus eccleſiarum Friſingenſis & Oſilienſis volumus aliquod præiudicium afferri, aut generari, ſed liberum ſit vnicuique eorum ius ſuum proſequi iuſtitia mediante.

Reſtinctæ lites.

Præterea omnia & ſingula, quæ dictis ſuſpenſione & proteſtatione durantibus in præiudicium, grauamen, & læſionem iuriſdictionis iuris, vel poſſeſſionis metropolitanorum vel diœceſanorum, principatuum, dominiorum, terrarum, Regis & electorum, ac archiepiſcoporum prædictorum, nec non aliorum epiſcoporum, prælatorum, collegiorum, perſonarum, ſeu rerum quorumcumque contra ſœdus proteſtationis & ſuſpenſionis huiuſmodi, quomodocunque vergentia, apoſtolica vel alia quauis auctoritate conceſſa, ac in iudicio, vel extra obtenta, inſuper eccleſiaſticas cenſuras, mulctas, & pœnas, nec non cuiuſcumque irregularitatis, & inhabilitatis maculas, tam a iure quam ab homine propter præmiſſa quomodolibet promulgatas ſeu inflictas, promulgandas quoque ſeu inſligendas quo ad Regem, archiepiſcopos, & marchionem præfatos, eorumque dominia, clericos, ſubditos, & vaſallos, & ad eos quoque, qui infra ſex menſes a die datæ præſentium computandos, ſe declarauerint pro nobis aut eidem declarationi adhæſerint, caſſamus, irritamus, & annullamus, nulliuſque eſſe decernimus roboris atque momenti, omnem irregularitatem & infamiæ maculam ſiue notam per eos præmiſſorum occaſione contractam, penitus abſoluentes, ac eos rehabilitantes, & reſtituentes ad eorum eccleſias, monaſteria, beneficia, officia, dignitates, ac honores quæcumque, ac in priſtinum ſtatum, & eum, in quo erant ante præmiſſa reponentes, nec non illis, qui contra ipſos impetratis, conceſſis, vel obtentis, ſeu impetrandis, concedendis, & obtinendis quomodolibet niterentur, etiam ſi eis aut eorum alicui ius quæ-

Abrogatæ eccleſiaſticæ cenſuræ.

ſitum foret, ex certa ſcientia de poteſtatis plenitudine perpetuum ſilentium imponimus, &c. [Remiſit præterea plurimam auri vim, quæ fiſco pontificio inferenda fuiſſet, plura nomine Baſileenſis concilij geſta in ſoluendis legibus canonicis, clargiendis indulgentijs, conferendiſque ſacerdotijs, adiectis nonnullis legibus, confirmauit.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVII. VII. *id. februarij pontificatus noſtri anno* XVI.

5 De ſingolis etiam quatuor poſtulatis, quæ in concordiæ formula a Germanis principibus fuerant propoſita, confecta fuere apoſtolica diplomata: ac primum cum illi vrſiſſent, vt in Germania nouum concilium celebraretur, reſpondit Pontifex [a], abhorruiſſe hactenus iuſtis de cauſis ab eare alios Reges ac principes, nunc vero inuerſis rerum vicibus etſi cenſere ſe concilio nouo opus non eſſe, tamen obſecundandi eorum votis cauſa daturum ſe operam, vt Reges in eandem ſententiam cogendæ in vrbe ex quinque deſignatis ſynodi traherentur: quod ſi decem menſium ſpatio præſtiterint, dein proximo tempore concilium indictum iri; ſi autem Reges flecti non poſſint, in loco tamen opportuno concilium celebrandum. Reſpondit etiam ad aliud petitum de agnoſcenda conciliorum auctoritate, atque iiſdem litteris eſt profeſſus, ſe eadem colere ac venerari, quæ nimirum vere œcumenica eſſent, & interea concilium Conſtantienſe eiuſque decreta tum præcipue quod a verbo, *Frequens*, ducit exordium, exemplo Martini V. admittere.

a Lib. x. pag. 507.

Pollicetur Eug. ſtatutum concilium in Germania ſi Reges conſentiant.

Chariſſimo in Chriſto filio Frederico Romanorum Regi illuſtri, ac venerabili fratri Theodorico archiepiſcopo Moguntino, & dilecto filio nobili viro Frederico marchioni Brandeburgenſi ſacri imperij electoribus ſalutem, &c.

Ad ea, ex debito paſtoralis officij libenter impendimus curas noſtras, per quæ reformatio vniuerſalis Eccleſiæ, pax & concordia inter Chriſtifideles oriantur, & ſchiſmata atque hæreſes de agro Domini funditus extirpentur. Cum itaque vos hactenus multiplicatis vicibus apud nos per veſtros oratores inſtiteritis, vt nouum quoddam generale concilium in Alamaniæ partibus in vno de quinque locis, videlicet, Conſtantia, Argentina, Maguntia, Vvormatia, Treueri, propter Eccleſiæ neceſſitates conuocaremus, nos veſtræ petitioni propter multiplices rationabiles cauſas, & quia regum, vel principum aliorum diuerſa ſententia fuit, rationabiliter annuere non potuimus. Nunc vero, quia perſuaſum nobis eſt, hac via maxime prouideri poſſe Eccleſiæ caſibus emergentibus, & Reges & principes præfatos facile ad hoc conſenſum præbituros, ſi per vos fuerint opportuna cum inſtantia requiſiti: nos, & ſi abſque conuocatione noui concilij, alia via rebus Eccleſiæ melius conſuli poſſe arbitremur, cupientes tamen vobis, & nationi veſtræ, quam ſingulari ſemper affectione Apoſtolica ſedes proſecuta eſt, quantum cum Deo poſſumus, complacere, contentamur apud Reges & principes Chriſtianos curam & diligentiam adhibere fideliter, vt ad votum veſtrum trahi valeant & conduci, ita quod in vno ex quinque locis conſentiant generale concilium conuocari, quod infra decem a die dato, præſentium computandos, intendimus experiri, & ſi conſenſus huiuſmodi haberi poterit, in fine dictorum decem menſium, generale concilium ad decimum octauum immediate ſequentes initiandum in vno ex prænominatis locis, in nomine Domini con-

Loca a Germanis propoſita.

De Regibus ad id vocandis actum.

conuocabimus. In euentum vero quod ad aliquem ex dictis locis nationis Germanicæ cæteri Reges & principes deficeri non poſſent, conuocabimus nihilominus infra præfatos decem menſes generale concilium in alio loco rebus gerendis accommodo, infra decem & octo menſes, vt præfertur, conſequentes initiandum, tam vt vobis rem gratam faciamus, quam vt Eccleſiæ neceſſitatibus ſuccurratur.

Concilia œcumenica amplecti profitetur Eug.

Concilium autem generale Conſtantienſe, decretum, *Frequens*, ac alia eius decreta, ſicut cætera alia concilia catholicam militantem Eccleſiam repræſentantia, ipſorum poteſtatem, auctoritatem, honorem, & eminentiam, ſicut & cæteri anteceſſores noſtri, a quorum veſtigijs, deuiare nequaquam intendimus, ſuſcipimus, amplectimur, & veneramur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. *non. februarij pontificatus noſtri anno* XVI. Obſeruatione dignum eſt, Eugenium ijs literis non maiorem auctoritatem decreto concilij Conſtantienſis, quod a voce, *Frequens*, initium docit, contuliſſe, quam Martinus tribuiſſet, ac profeſſum ſe a prædeceſſorum ſuorum veſtigijs nolle deflectere.

Baſileenſes pertinaces, ſed eidem deſerti ab aliis. ... Pio II conſil. 10.

6 Perſtitere Baſileenſes nouatores in ſuſcepta detrectandi œcumenici concilij pertinacia, ac plures, qui erroris laqueis irretiti ab ijs fuerant, tum demum oculos ad veritatis lucem extuliſſe, refert Pius II, [a] *Cum*, inquit, *Cæſar ad vnionem Eccleſiæ procurandam in Nurimberga ſua nationis conuentum inſtituiſſet, decreuiſſetque ſummum Pontificem adhortari, vt Conſtantiæ nouum concilium indiceret, legatumque mitteret, Baſileenſes pariter induceret, vt eo ſe transferrent, vt ibi pax Eccleſiæ redderetur, primi Baſileenſes recuſauere. Quod audiens Thomas Aſſelbachius ex Germanis inſignis theologus: Nunc, inquit, ſcio, Baſileenſes Spiritum ſanctum non habere ductorem, quando tam æquam Imperatoris legem effugiunt. Idem multi alij dixere viri doctiſſimi, & opinione ſanctitatis illuſtres. Quibus conſideratis caligo tandem ab oculis noſtris cecidit, quæ velut araneorum tela verum cernere impediebat, recognouimus errorem noſtrum, venimus Romam, Baſileenſe dogma reiecimus, Eugenio Pontifici maximo caput ſubmiſimus, & reconciliati eccleſiæ Romanæ, doctrinam eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus: Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt cathedræ Petri communione conſocior, ſuper illam fundatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum dominicum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio.*

Æneas Sylvius decollatus.

Tollit nonnulla grauamina.

Flagitantibus etiam tertio loco Germanis, vt nonnullis oneribus, quibus ab ſede Apoſtolica premi aiebant, leuarentur, pius Pontifex eorum votis reſpondit, cumque profiterentur Germanicam nationem leuatam ex nonnullis ſtatutis Baſileæ editis, quæ Albertus Rex admiſerat, decreuit [b] vt geſta omnia ad diem literis aſcriptam firma ac rata eſſent, neque ab vllo quauis prædito auctoritate poſſent infringi. Quod vero ad futuram eorum obſeruantiam attineret; cum quidam præſules quererentur, ex iiſdem decretis nimis ſe grauatos, conſulturum ſe illis legati opera ſpopondit hiſce literis, quæ a Nicolao proximo anno ſunt corroboratæ [c].

[b] Lib. 27. pag. 508. & m. s. bib. Vallic. ſign. lit. B. nu. 19. pag. 5. & 19.

[c] Ibid.

Ad futuram rei memoriam.

Ad tranquillitatem & commoditatem omnium Chriſti fidelium, & præſertim nationis Germanicæ, quam Apoſtolica ſedes ſingulari affectione proſequitur, diligenti ſtudio intendentes, ca libenter concedimus per quæ ipſius nationis perſonarum quieti, & commoditatibus conſulatur. Sane, ad inſtantiam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Frederici Romanorum Regis illuſtris, & venerabilis fratris noſtri archiepiſcopi Maguntini, ac dilecti filij nobilis viri Frederici marchionis Brandeburgenſis, per alias noſtras literas nonnulla circa concilium Conſtantienſe eiuſque decreta, nec non futuri conuocationem concilij mentem noſtram concernentia, declarauimus, prout in ipſis literis plenius continetur. Super alijs autem decretis Baſileæ editis, & per claræ memoriæ quondam Albertum Romanorum Regem acceptatis, ex quorum obſeruantia natio ipſa Germanica ex pluribus grauaminibus dicitur releuari, contenti ſumus, volumus, & decernimus, quod omnia & ſingula vigore decretorum huiuſmodi cum ſuis modificationibus acceptatorum per eos, qui illa acceptauerunt, vel acceptantibus in natione præfata adhæſerunt vſque in præſentem diem, quomodolibet geſta vel acta ſunt, cum omnibus inde ſecutis, rata, firma, & inuiolabilia perſiſtant, nec inpoſterum a quoquam quauis auctoritate caſſari vel annullari, aut in irritum quouis modo valeant reuocari, quodque omnes, & ſinguli, qui vſi ſunt illis, aut in vim dictorum decretorum a die acceptationis eorundem quicquam conſecuti ſunt, ſecuri ſint, & quieti, nec propterea impeti, turbari, aut moleſtari poſſint quomodolibet in futurum.

Confirmata nonnulla decreta Baſileæ.

Super obſeruatione vero, & modificatione decretorum eorundem, cum nonnulli prælati nationis præfatæ, ex ciſdem decretis grauatos ſe fore nobis conqueſti ſint, eumque in illis, Apoſtolicę ſedi, quæ multum in ſuis iuribus ex ipſis decretis grauata dignoſcitur, recompenſatio promiſſa ſit, decreuimus legatum noſtrum cum ſufficienti poteſtate, ad partes Germaniæ huiuſmodi transmittere, qui mediantibus Rege, archiepiſcopo, & marchione præfatis, ac alijs eiuſdem nationis principibus & prælatis, cum quibus fuerit opus, ſuper obſeruantia & modificatione decretorum huiuſmodi, nec non ſuper prouiſione ſedis Apoſtolicæ faciendis tractare poterit, & finaliter concordare, promittentes interim & indulgentes, quod omnes & ſinguli, qui præfata decreta receperunt, vel recipientibus, vt præmiſſum eſt, adhæſerunt in præfata natione, illis ſcilicet cum modificationibus, quibus recepta ſunt, libere & licite vti poſſint, quos etiam circa ſingula præmiſſa manuteneri & defenſari volumus, donec per legatum huiuſmodi, vt prædictum eſt, concordatum fuerit, vel per concilium, quod ad prædictorum, Regis, prælatorum, & principum exhortationem conuocare proponimus, aliter fuerit ordinatum, non contrauenturi, nec contrauenientibus conſenſuri quouiſmodo. Speramus autem & a certo tenemus, dictos Regem, archiepiſcopum, marchionem, & alios principes & prælatos tanquam deuotos ipſius ſedis, non paſſuros medio tempore Romanam eccleſiam remanere in ſuis iuribus ſpoliatam. Hanc autem conceſſionem ad eos, qui declarationi vel obedientię per ſuos prelatos ſiue ſuperiores nobis factę, aut infra ſex menſes faciendę, ſe opponerent aut illam acceptare recuſarent, nullatenus extendi volumus, vel eis opitulari, nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper ijs a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domini*

Promittit legatum pro leuandis ijs qui grauati ſunt.

Per ſanctis in ſchiſmate beneficio priuati.

nica MCCCCXLVI. *non. februarij pontificatus noſtri anno* XVI.

De Colonienſi & Treuerenſi archiep.

7 Quarto demum poſtularant Fridericus & alij, de quibus ſupra memoraui, vt Iacobus Treuerenſis & Theodoricus Colonienſis archiepiſcopi in ſtatum priſtinum reſtituerentur: quibus annuit Eugenius [a], ſi illi prius damnata perfidia, Romano Pontifici vti Chriſti vicario fideles ſe in poſterum, & obſequentes futuros pollicerentur [b].

a Lib. 27. pag. 507.

b Nicol. V. l. 2. bullar ſecr. an. 1 pag. 5.

Ad futuram rei memoriam.

Ad ea, quæ ad reductionem ſubditorum omnium, pacem & tranquillitatem fidelium ſpectant, dirigentes aciem mentis noſtræ, illa libenter agimus, per quæ deuotis noſtris & Eccleſiæ placeamus, & ſedis Apoſtolicæ benignitas latius diffundatur. Sane chariſſimus in Chriſto filius Fridericus Rex Romanorum illuſtris ac venerabilis frater noſter, archiepiſcopus Maguntinus, & dilectus filius nobilis vir Fredericus marchio Braudeburgenſis ſacri imperij electores, alijque nonnulli prælati & principes nationis Germanicæ pro bono pacis, & concordiæ, & ad tollenda ſcandala nationis præfatæ nobis humiliter ſupplicarunt, prout in capitulo, præſentibus de verbo ad verbum inſerto continetur, ſequitur & eſt talis: *Item omnia & ſingula per ipſum dominum Eugenium Papam durante animorum ſuſpenſione prædicta contra & aduerſus reuerendiſſimos in Chriſto patres dominos Iacobum Treuerenſem & Theodoricum Colonienſem archiepiſcopos ſacri Romani imperij principes electores, eorumque eccleſias, iura, & dominia, ex cauſa neutralitatis vel alia quacumque cauſa innouata, volentibus ipſis in declaratione pro ipſo domino Eugenio facienda, cum regia maieſtate, & alijs principibus electoribus concurrere, reuocabit, caſſabit, & annullabit, ac eos per ſuas literas cum eccleſijs, dominijs, ac iuribus huiuſmodi in priſtinum ſtatum reponet in forma neceſſaria & opportuna.* Nos igitur ſperantes, quod hoc cedet ad ſtatum Eccleſiæ, pacem, & tranquillitatem nationis prædictæ in præfatorum, regis, archiepiſcopi, marchionis, aliorumque prælatorum & principum hoc petentium complacentiam, tenore præſentium promittimus bona fide, quod quando ipſi olim Treuerenſis & Colonienſis archiepiſcopi ad gremium noſtrum & Eccleſiæ venientes cum regia ſerenitate & alijs electoribus prædictis in declaratione pro nobis facienda, vt præfertur, concurrerint, nobiſque plenam & debitam obedientiam præbuerint, ac pro vero Ieſu Chriſti vicario recognouerint, ipſos ad prædictas eccleſias, abſque vlla exceptione aut oppoſitione reſtituemus, ac in priſtinum ſtatum reponemus iuxta tenorem capituli ſuperius deſcripti. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. *non. februarij pontificatus noſtri anno* XVI. Quæ Eugenij literæ poſtea ſimiliter a Nicolao V. ratæ habitæ fuerunt [c].

Cæſar & principes pro iis Eugenium deprecant.

Adijciunt legem vt ad Eugenij obſequium redeant. Reuerſuris ad officium promiſſa venia.

c Nic. V. l. 2. bullar. ſecr. an. 1 pag. 5.

Cum hæc quæ retulimus Eugenius in ipſo æſtu morbi quo implicitus erat, conceſſiſſet, nationis Germanicæ ad Romanæ eccleſiæ coniunctionem amplectendam pelliciendæ ſtudio, neque ea, quam optaſſet, maturitate conſilij librare & perpendere potuiſſet, ſolicitus ne qua forte offenſio inde in Chriſtiana re exoriretur, aliquidue detrimenti caperet ſedes Apoſtolica, publicis literis edixit [d] nolle ſe, vt per quæuis reſponſa conceſſaue, iura Romanæ eccleſiæ ac prærogatiuæ vllo modo labefactarentur.

d Lib. 26. pag. 49. & m. s. bullar. diuerſ. pag. 116.

Eugenius epiſcopus, &c. ad futuram rei memoriam.

Decet Romani Pontificis prudentiam, quæ per eam iuxta qualitatem temporum aguntur, taliter moderari, vt eis ſedi Apoſtolicæ aut Romanæ eccleſiæ nullum præiudicium generetur. Sane cum chariſſimus in Chriſto filius Fridericus Rex Romanorum illuſtris, ac venerabilis frater noſter archiepiſcopus Maguntinus, & dilectus filius Fridericus marchio Brandeburgenſis ſacri imperij electores, nonnullique alij nationis Germanicæ prælati & principes, quædam petiuerint a nobis fieri, quæ neceſſitas ipſa, & Eccleſiæ vtilitas, vt eos ad noſtram & ſanctæ Romanæ eccleſię vnitatem & obedientiam alliciamus, nos concedere quodammodo compellit, nos ad vitandum omne ſcandalum & periculum, quod exinde ſequi poſſet, nolentes aliquid dicere aut confirmare vel concedere, quod eſſet contra ſanctorum patrum doctrinam, vel quod vergeret in pręiudicium huius ſanctę Apoſtolicę ſedis, quoniam propter imminentem nobis ęgritudinem non valemus omnia per eos petita & per nos conceſſa, cum ea integritate iudicij & conſilij examinare & ponderare, quę rerum magnitudo, & grauitas requirit, tenore pręſentium proteſtamur, quod per quęcumque a nobis dictis Regi, archiepiſcopo, marchioni, pręlatis, principibus, ac nationi, reſponſa & reſpondenda, conceſſa & concedenda, non intendimus in aliquo derogare doctrinę ſanctorum patrum, aut pręfatę ſedis priuilegijs & auctoritati, habentes pro non reſponſis & non conceſſis quæcumque talia a nobis contigerit emanere. Nulli ergo, &c. *Dat. &c. v. februarij anno* XVI.

Eugenij de nunciatio circa conceſſa Germanis.

8 Paucos ante dies quam in morbum incideret, nimirum februario ineunte in ſanctorum numero collocauit B. Nicolaum Tolentinatem, qui Eremitarum S. Auguſtini inſtituta coluerat, & ſacram eam familiam ſuis virtutibus, ac miraculorum ſplendore illuſtrauerat. Extat editum [a] ea de re diploma, cuius, cum in omnium manibus verſetur, pręcipuam tantum partem afferemus.

Nicolaus Tolentin. ſanctorum catalogo adſcribitur.

a Ext. in bullar. in Eug. IV. conſt. 27.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, &c.

Ad vitę veſperam veniens diuinitus audire meruit: *Euge ſerue bone, intra in gaudium domini tui*; ſic granum frumenti cadens in terram & mortuum, vberem conſurgit in ſpicam, ſic botrus in torculari calcatus liquoris redundat in copiam, ſic regnum cœlorum percipitur, & ſancti per fidem ſublimia regna vicerunt. Verum quia decebat diuinę magnitudinem bonitatis, vt quem in terris pręclaris ornarat virtutibus, in cœlis regnare certis teſtimonijs probaretur, multis eum magniſque miraculis dum viueret & poſt obitum clarum fecit, quorum quędam digniſſimis probatis teſtibus, oneroſę multitudinis vitandę gratia, duximus pręſentibus annotanda.

Iuſtus vocatur ad cælum.

Quidam adeo in ſiniſtro latere perditus erat, vt nec illius manum aut pedem poſſet quouis modo mouere, aut quidquam ex oculo ſiniſtro videre, poſt plurimorum medicorum antidota atque collyria in vanum experta, ſanctus ſic latus illud crucis ſignaculo tetigit, vtroque illi benedixit, qui ſtatim e grabato ſurgens ſanatus eſt videns & integre liberatus: quędam vero mulier triennio continuo ſanguinis fluxum patiens ad Nicolaum veniens, & manum illius deuotiſſime oſculans, precabatur eum, vt preces ad Dominum pro illius ſanitate recuperanda porrigeret, ſanctus ipſe illam

Repentinā ſanitatem ſuis benedictionibus ægro confert.

Fluxum ſanguinis laborantem ſanat.

cru-

Digitized by Google

crucis ſigno ſignauit & liberata receſſit, & hęc ante obitum.

Poſt obitum vero, cum puer quidam annorum quatuor in canale molendini cecidiſſet, & intra rotam & aquam per ſpatium temporis, quo communiter quis bene ambulans milliario ambulaſſet, continuò iacuiſſet, inde tandem laborioſe extractus

Puer ad vitam reſtitutus.

mortuus & pro mortuo reputatus, emiſſo prius per matrem voto, quod ſi reſtitueretur vitę auxilio B. Nicolai, illum ſupra ſanctum tumulum habitum religionis indueret, adiuuante ſancto prędicto viuus apparuit. Vir inſuper quidam iuuentus in domo ſua ſuſpenſus & mortuus, precibus & voto per eius vxorem ad B. Nicolaum emiſſis, factus eſt viuus, & ex tunc diutius ſuperuixit. Quamplurima miracula tam in vita quam poſt eius obitum fecit, pluresque homines vtriuſque ſexus a morte reſuſcitauit, cęcos illuminauit, & ab oculorum infirmitatibus liberauit, contractos & protractos membris & claudos erexit, paraliticos a membrorum impotentia ſanauit, & a tremore capitis & membrorum, demoniacos, captiuatos, incarceratos cum apparitionibus & reuelationibus liberauit, cadentes & alliſos a naufragijs, ac captiuitate perſonæ, a perditione bonorum, a febribus, ab ectica, ab hydropiſi, a podagra, a doloribus illorum & ſtomachi ac cordis, aliiſque infirmitatibus liberauit, priſtinæque ſanitati reſtituit. Quę omnia trecenta & vnum miracula, ad quorum probationem examinati fuerunt trecenti ſeptuaginta & vnus teſtes in regiſtris annotata coram nobis in publico conſiſtorio relata fuerunt. His itaque ac alijs miris operibus ſancti huius aſtruentibus ſanctitatem & Chriſtianę fidei veritatem, miraculorum lingua loquente, concurrit ad nos vndique populus, creuit de his fama & deuotio: laudatur Dominus, de ſalutiferis gratijs autori gratię referuntur. Inualuit ſuper his vox communis & celebris & plurimorum, vox exultationis etiam prelatorum nobis intonuit & noſtra auctoritate inquiſitionem fieri ſuper dictis obtinuit. Primum quidem venerabili fratri Ioanni epiſcopo Pręneſtino & dilectis filijs noſtris Ioanni tit. S. Laurentij in Lucina presbytero, & Proſpero S. Georgij ad velum aureum diacono Cardinalibus commiſimus, vt veritatem premiſſorum, & de miraculorum continuatione inquirerent diligenter. Quorum relatione, etiam continuationis miraculorum probata veritas nos & venerabiles fratres noſtros S. R. E. Cardinales, & ſancti eiuſdem vita mirabili miraculis & meritis glorioſis inſtruxit.

Miracula Impiorum [illegible] reſtituit.

A Cardinalibus in examen deducta.

Et quia plura & maiora de ſancto ipſo comperimus, quam inſinuata fuiſſent, de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, plurimis Eccleſię prelatis adſtantibus, de omnipotentis Dei virtute, & BB. Apoſtolorum Petri & Pauli ac noſtra auctoritate confiſi, eundem beatum Nicolaum ſanctorum confeſſorum catalogo duximus aſcribendum. Ideoque vniuerſitatem veſtram monemus & hortamur attente, per apoſtolica ſcripta vobis pręcipiendo mandantes, quatenus quarto idus ſeptembris, quo ſanctus ipſe migrauit ad Dominum, feſtum eiuſdem deuote & ſolemniter celebretis, &c. [Peccatorum indulgentiam tribuit ipſius ſepulchrum recurrente quot annis die illi ſacro religioſe adituris.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVII. *kal. februarij anno* XVI. Qui in hunc annum incidit, quocirca miror hæc a nonnullis ſcriptoribus recentioribus accuratiſſimis in ſuperiorem annum conijci.

Anniverſaria dies pro recolenda eius memoria deſignata.

9 Indulgentiarum quoque præmia propoſuit extremo pontificatu ſuo Eugenius ijs, qui parrochialem eccleſiam Vvilzenacenſem Hauelbergenſis diœceſis luſtraſſent ad fidelium pietatem in ſanctiſſimum Euchariſtię ſacramentum accendendam; in eo enim templo magna cum veneratione ſeruabatur ſacroſancta Euchariſtia tribus formulis diuinitus ſanguine delibutis diſtincta cum linteolo ex parte ambuſto, qua de re inſignes ſunt ſubiectę apoſtolicę litteræ. Ibid.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem.

Quamuis de cunctis orbis eccleſijs & ipſorum conſeruatione, prout ex debito iniuncti paſtoralis officij tenemur, ſolicite cogitemus, tamen ad parrochialem eccleſiam loci de Vvilzenach Hauelbergenſis diœceſis tanto ſingularius afficimur, quanto ipſam in illis partibus excellentiorem, & propter ſacratiſſimum corpus domini noſtri Ieſu Chriſti in carnem miraculoſe transformatum inibi reconditum a Chriſti fidelibus, maiori veneratione & deuotionis frequentatione nouimus honorari. Vnde Chriſti fideles ipſos quibuſdam alliciendo muneribus, indulgentijs videlicet, & peccatorum remiſſionibus, paterna clementia inuitamus vt ipſam eccleſiam ab eiſdem fidelibus, maioris deuotionis frequentatione veneretur; etiam ad debitum diuinę maieſtatis honorem de cuius dulcedine, ægris medicina, languentibus ſolamen ac reis culpæ remedium, & cunctis ipſius patrocinium implorantibus miſericordię riuulus noſcitur emanare. Cum itaque, ſicut accepimus, dudum ſexaginta annis & vltra iam decurſis, in prędicta eccleſia per nonnullos ſacrilegos & violentos incendiarios, tunc penitus ignis voragine conſumpta, tres partes hoſtię conſecratę, quę pro infirmis reſeruabantur in quodam corporali pro parte combuſto repertę fuerint, ſanguine reſperſę, non ſine magna etiam tunc viuentium fidelium admiratione, & ob transformationem huiuſmodi, tot miracula in dicta eccleſia operatus ſit omnipotens Deus, vt dictę memorię Carolus Imperator tunc in humanis agens, nec non Francię, Anglię, & Bohęmię Reges, aliique duces & principes ſeculares, nec non alię literatę & inſignes perſonę innumero copioſo ad dictam eccleſiam deuotionis cauſa confluxerint, & quamplures eorum affirmarint, etiam medio iuramento ſe in eorum infirmitatibus omni humano deſtitutis ſubſidio, ad inuocationem diuini nominis offerentes ſe prędictam eccleſiam, ob venerationem ſacramenti huiuſmodi, deuote viſitaturos, ſuarum petitionum celerem fuiſſe conſequutos effectum; & epiſcopus Hauelburgenſis cum multis alijs epiſcopis rei tam preclarę & mirabili contradicere non valentes, illam approbauerint, ac ipſam eccleſiam viſitantibus diuerſas & plures indulgentias conceſſerint; ſitque tam epiſcoporum loci & nobilium, quam populorum ad eandem eccleſiam confluentium donationibus & obligationibus præfata eccleſia ſolemniter rędificata, cultuſque diuinus copioſe inibi reſtauratus fuerit, propter quę, vt veriſimiliter creditur, diuina beneficia vſque ad hodiernum diem in præfata eccleſia indeſinenter exuberant ad Dei laudem, & fidelium ſalutem, ac fidei catholicę in partibus illis approbationem, nos dilecti filij nobilis viri Friderici marchionis Brandeburgenſis ſacri imperij archicamerarij, ſub cuius temporali dominio, ſicut accepimus, præfatus locus conſiſtit, qui que ad eandem eccleſiam ſingularem gerit deuotionis affectum, nobis ſuper hoc humiliter ſup-

Vvilſnacenſis eccleſia miraculis illuſtratis.

Eam inſtauranti indulgentiæ conceſſæ.

ſupplicantis in hac parte ſupplicationibus inclinari, ac premiſſorum conſideratione cupientes vt eccleſia ipſa in ſuis ſtructuris & ędificijs conſeruetur, ac in illa laudes ſolemnes Altiſſimo iugiter exolnantur, & vt fideles ipſi eo libentius cauſa devotionis confluant ad eandem, nec non ad conſeruationem illius manus promptiores porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratiæ conſpexerint ſe refertos, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in natiuitatis, circumciſionis, epiphaniæ, reſurrectionis, aſcenſionis, & corporis domini noſtri Ieſu Chriſti, ac pentecoſtes, nec non annuntiationis, purificationis, aſſumptionis, & viſitationis beatæ Mariæ virginis, ac natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, nec non Petri & Pauli prædictorum, ac in S. Bartholomæi feſtiuitatibus, & in celebritate omnium ſanctorum, ac per ipſarum natiuitatis, epiphaniæ, reſurrectionis, aſcenſionis & corporis domini, ac annunciationis, purificationis, aſſumptionis, & natiuitatis beatę Mariæ, nec non natiuitatis beati Ioannia ac Apoſtolorum Petri & Pauli, ac S. Bartholomæi prædictorum feſtiuitatum octauas, & per ſex dies dictum feſtum pentecoſtes immediate ſequentes, prædictam eccleſiam deuote viſitauerint annuatim, & ad conſeruationem huiuſmodi manus porrexerint adiutrices, in S. Bartholomæi ſeptem annos, & totidem quadragenas, in ſingulis vero aliarum feſtiuitatum, & celebritatum prædictarum, quatuor annos & totidem quadragenas, octauarum vero, & ſex dierum prædictorum diebus quibus eccleſiam ipſam viſitauerint, manuſque adiutrices porrexerint, vt præfertur, centum dies de iniunctis eis pœnitentijs, miſericorditer relaxamus, & nihilominus vt fideles ipſi indulgentias huiuſmodi vberius, & ſalubrius conſequi valeant, ac illæ eis amplius fiant profuturæ, rectori pro tempore exiſtenti, ac duobus idoneis capellanis ſæcularibus eiuſdem eccleſiæ ad id per ipſum rectorem pro tempore deputandis, omnium & ſingulorum ad dictam eccleſiam pro conſequendis indulgentijs quandocumque & vndecumque confluentium auctoritate apoſtolica, confeſſiones audiendi, illiſque auditis, pro commiſſis, niſi talia fuerint, propter quæ ſedes Apoſtolica merito fuerit conſulenda, debitam abſolutionem impendendi & iniungendi pœnitentiam ſalutarem, plenam, & liberam licentiam concedimus pariter & facultatem, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. *VI. non. ianuarij pontificatus noſtri anno* XVI.

10 Permotus eiuſdem Friderici marchionis precibus Pontifex Hauelbergenſi & Lubecenſi epiſcopis permiſit [a], vt cum ſacræ illæ ſpecies diuinitus cruentatæ curſu temporis labefactari poſſent, ſi ita diuinæ conduceret gloriæ, ſacerdoti qui eccleſię Vilzenacenſi præeſſet, poteſtatem facerent, vt ſacratam hoſtiam inter illas, quæ ſacro ſtillauerant ſanguine; reponere, Chriſtique cultoribus diebus conſtituris oſtendere, atque etiam renouare poſſet.

a Ibid. pag. 519.

De nouo ſacrata hoſtia inter eas, quæ cruentæ erant reponenda.

Venerabilibus fratribus Hauelbergenſi & Lubicenſi epiſcopis ſalutem.

Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij nobilis viri Frederici marchionis Brandeburgenſis petitio continebat, quod cum dudum ſexaginta annis decurſis, & vltra, &c. vt in alia iiſque conſecutos, &c. [nimirum ſuperiori a nobis paulo ante allata.] Et ſicut eadem petitio ſubiungebat, ſi hoſtiæ transformatæ prædictæ ſingulis diebus quibuslibet ipſam eccleſiam viſitantibus oſtendi deberent & oſtenderentur, ex frequentatis oſtenſionibus huiuſmodi poſſent forſan hoſtiæ prædictæ in earum qualitatibus alterari, vel ſi non oſtenderentur, fidelium deuotio forſan ceſſaret, quare pro parte eiuſdem marchionis, aſſerentis prædictum locum eius temporali dominio ſubeſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper iis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi vobia expediens videatur, quod infraſcripta conceſſio fiat, ſuper quo veſtras conſcientias oneramus, rectori dictæ eccleſiæ, qui eſt & pro tempore erit, quod vnam aliam hoſtiam conſecratam apud ipſas hoſtias transformatas ponere, ſicque poſitam prout viſum fuerit, renouare, & fidelibus prædictis ſingulis anni diebus oſtendere libere, & licite poſſit & valeat auctoritate noſtra concedatis, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. *non. februarij pont. noſtri anno* XVI. Petijt etiam id marchio, vt Præmonſtratenſibus, apud quos purus religioſæ diſciplinæ nitor defecerat, amotis ex eccleſijs Brandeburgenſi & Hauelbergenſi canonicorum ſæcularium collegium, vt in alijs eccleſijs, inſtitueretur: nec diſſenſit Eugenius, rei enim perficiendæ prouinciam prædicto epiſcopo Lubecenſi dedit [a]. Quam longe aberrarunt a Friderici religioſiſſimi principis pietate ſucceſſores, qui ab impoſtoribus decepti a maiorum fide deſciuerunt, eoque impietatis prorupere, vt diuinam Eucharistiam cęteraque Eccleſię ſacramenta ſint aſpernati!

Mota controuerſiæ cauſa.

a Ibid. pag. 516.

Aduertant nouatores quantum abſint a maiorum laude.

Sed ad ſtudia ab Eugenio in augenda pietate adhibita redeamus. Apoſtolicum eius extat diploma, quo Chriſtifideles ad adeundam eccleſiam, cui Delfoh nomen erat, ſacris pręmijs incitauit, cum in ea diuinus cultus oppidanorum inſigni laude floreret: *Quia*, inquit [b], *ſicut accepimus eiuſdem oppidi incolæ certas miſſas ſingulis iouis ad laudem & reuerentiam ſanctiſſimi corporis domini noſtri Ieſu Chriſti cum certis reſponſorijs & antiphonis, ac veneris in memoriam dominicæ paſſionis ſumma miſſa in dicta eccleſia finita, videlicet reſponſorium: Tenebræ factæ ſunt; & ſabbatinis diebus de glorioſa virgine Dei genitrice Maria cum certis etiam reſponſorijs, nec non dominicis & alijs ſingulis diebus per anni circulum in occaſu ſolis, Salue Regina, aut aliam antiphonam de Domina noſtra iuxta exigentiam temporis ad laudem & gloriam nominis domini noſtri Ieſu Chriſti, virginis Mariæ, & paſſionis præfatorum celebrari & decantari faciunt, &c.*

Pij ritus in eccleſia Delphenſi commendati.

b Lib. 17. pag. 522.

11 Aſſerendæ præterea orthodoxæ fidei ſtudio ductus, cum nonnulli falſa Ioannis e Poliaco dogmata renouarent [c], qui docuerat illos, qui apud religioſos viros noxas ſacra exomologeſi expiaſſent, iterum ad illa parochis aperienda obſtrictos, quamuis iam ante Ioannes XXII. eum errorem adhibito Cardinalium & doctorum conſilio damnaſſet, cumularentque illum errorem alijs nouis, atque affirmarent ambiguum ac minime exploratum eſſe, an valeret ſacra confeſſio apud ſacerdotes religioſos peracta; proinde cum id, quod dubium eſt, ſit in tanta re prætermittendum, deuincire ſe lethali noxa, qui alij quam parocho crimina pateſaceret, grauiterque delinquere

Ioannis e Poliaco error.

c Lib. 25. ep. cur. pag. 137.

te-

religioſos viros, qui hac de re priuilegia a ſede Apoſtolica elicerent, pariterque Pontificem, qui concederet peccare. Quos errores, vt depelleret Eugenius, præſulibus dedit mandata, vt ab illis qui falſa hæc tenerent dogmata ſpargerentque, conſtitutas in hæreticos pœnas repeterent.

Vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filijs electis ac abbatibus vbilibet conſtitutis, ad quos præſentes peruenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Dudum felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter in ſua, quæ incipit: *Super* cathedram conſtitutione, ſiue decretali, quam poſtea piæ memoriæ Clemens Papa V. etiam prædeceſſor noſter in Viennenſi concilio innouauit & quæ ſubſequenter ad Eremitarum S. Auguſtini, & B. Mariæ de Monte Carmelo ordinum fratres per ſedem Apoſtolicam extenſa fuit, inter cætera ſtatuit & ordinauit, quod in ſingulis ciuitatibus & diœceſibus, in quibus Prædicatorum & Minorum ordinum fratrum loca conſiſterent, ac in locis ipſis vicinis, in quibus loca huiuſmodi non haberentur, magiſtri & priores principales Prædicatorum, aut eorum vicarij, & generales ac prouinciales miniſtri, nec non cuſtodes Minorum ordinum prædictorum ad præſentiam prælatorum ibidem ſe conferrent per ſe vel fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petituri, vt fratres, qui ad hoc electi forent, in eorum ciuitatibus & diœceſibus confeſſiones ſuorum ſubditorum confiteri ſibi volentium audire libere valerent, & huiuſmodi confitentibus, prout ſecundum Deum expedire cognoſcerent, pœnitentias imponere ſalutares, ac beneficium abſolutionis impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorundem, præfatique magiſtri, priores, ac miniſtri ſtuderent eligere perſonas idoneas, ſufficientes, vitę probatæ, diſcretas, modeſtas, atque peritas ad tam ſalubre miniſterium & officium exequendum, quas ſic electas prælatis ipſis præſentarent, vel facerent præſentari, vt de illorum licentia, gratia, & beneplacito in ciuitatibus & diœceſibus eorumdem perſonæ ſic electæ huiuſmodi confeſſiones ſibi confiteri volentium audirent, & eis imponerent pœnitentias ſalutares, ac beneficium abſolutionis impenderent, prout in ipſa conſtitutione ſiue decretali plenius continetur.

Iterum inſtauratus a relig. Obſer. virorum olorib,

Et licet poſtmodum ad piæ recordationis Ioannis Papæ XXII. etiam prædeceſſoris noſtri notitiam deducto, quod quondam Ioannes de Poliaco magiſter in theologia ſequentes articulos tenuerat, publiceque docuerat, videlicet quod confeſſi fratribus licentiam generalem audiendi confeſſiones habentibus eadem peccata quæ confeſſi fuerant, iterum proprio ſacerdoti confiteri tenerentur, ac ſtante ſtatuto: *Omnis vtriuſque ſexus*, in concilio generali, nec Deus vel Romanus Pontifex facere poſſet, quod parochiani non tenerentur omnes peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti, ſcilicet parochiali curato confiteri, quodque non poſſet Papa generaliter dare poteſtatem audiendi confeſſiones, imo nec Deus, quia confeſſus generalem habens licentiam teneretur eadem iterum ſuo proprio ſacerdoti veluti parochiali curato confiteri, dictus Ioannes prædeceſſor a verbis: *Vas electionis*, exordium ſumens, habita inde per plures ſacræ paginæ profeſſores examinatione diligenti, nec non de venerabilium fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, præfatos articulos tanquam falſos ac erroneos & a ſana doctrina deuios auctoritate apoſtolica damnauerit & reprobauerit, ipſeque Ioannes de Poliaco veris rationibus opinioni, quam dudum habuerat, contrarijs & quibus reſpondere non poterat demonſtratis, & eoſdem articulos non eſſe veros affirmans, illos in conſiſtorio publico, necnon ipſorum Ioannis Papæ & Cardinalium præſentia reuocauerit, tamen ſicuti nuper fratrum ordinum eorundem lamentabili querela ad noſtrum non ſine diſplicentia graui peruenit auditum, plures eccleſiaſticæ necnon aliæ ſexus vtriuſque perſonæ reprobos ſuperſtitioſoſque huiuſmodi articulos amplexantes, fideliumque animos inficere, ac eos vt fratribus ordinum huiuſmodi non confiteantur, & ab illorum deuotione retrahere molientes, nedum prædictos, ſed & alios etiam ſacris canonibus omnino contrarios articulos aſtruere publice non verentur, videlicet quod confeſſio fratribus ſic electis admiſſis facta dubitabilis & incerta ſit, vnde tenentur omnes incertum dimittere, & ſic ſolum confiteri ſuis ſacerdotibus curam animarum habentibus ſub pœna peccati mortalis; & quamuis ipſi fratres admiſſi auctoritatem habeant confeſſiones audiendi, & abſoluendi; tamen ad eos accedendi populus ſubiectus ſine licentia proprij ſacerdotis non habet poteſtatem. Fratres quoque priuilegia pro confeſſionibus audiendis & ſepulturis habendis petentes in peccato mortali, & Romani Pontifices illa mendicantibus concedentes, ſiue confirmantes etiam in ſimili peccato & excommunicati eſſent, ac dicti fratres mendicantes non paſtores, ſed fures, latrones, & lupi cenſentur. Sacerdos autem curatus mendicantibus confeſſiones audiendi licentiam dans, magis ſuper ipſo ſtatuto: *Omnis vtriuſque ſexus*, diſpenſat, quam Papa fratribus licentiam tribuens iuxta formam decretalis antedictæ.

Arguit eorum impie.

Nos igitur animarum, & alia, quæ præmiſſorum articulorum occaſione, niſi prodeuntes inde confutarentur errores, ſuccedere poſſent pericula trepidantes, ac illis, quantum in nobis fuerit, obuiare cupientes, omnes articulos prædictos, vna cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus mature inſpeximus, & per diuerſos in iure canonico doctores, ac ſacræ paginæ profeſſores diligenter examinari fecimus, & quia protinus illos falſos & erroneos, ac eiſdem aduerſos fore repetimus, illos de dictorum fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu auctoritate apoſtolica pro falſis, erroneis, & aduerſantibus ſacris canonibus damnatos reprobatoſque declaramus atque decernimus. Quocirca vniuerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſinguli veſtrum quando ſuper ijs a quoquam prædictorum ordinum Prædicatorum, Minorum, & aliorum mendicantium ſuper præmiſſis priuilegiatorum magiſtro generali, aut prouinciali, miniſtro, vicario, vel aliud gerente officium, fueritis requiſiti ad confutandos, & reprimendos, ac penitus tollendos huiuſmodi errores, prout in prælatis decretali, ſiue conſtitutione: *Super cathedram*, ac extrauagante: *Vas electionis*, continetur, diligenti ſtudio atque cura prouideatis ac intendatis, præfataſque conſtitutiones integre ſeruantes, faciatis ab omnibus inuiolabiliter obſeruari. Et ſi aliquos forſam huiuſmodi damnatos, vt præfertur, articulos aut aliquem ſeu aliquos eorum pertinaciter aſſerere, vel tenere, ſeu prædicare inuenietis, contra illos communiter vel diuiſim tan-

Damnatur ab Eugenio

Priuilegia religioſ. eorum. confirmata.

Digitized by Google

tanquam contra hæreticos & de catholica fide ſuſpectos procedere, nec non ipſos & eorum quemlibet iuxta tantorum exceſſuum qualitatem per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris opportuna remedia auctoritate prædicta compeſcere ſtudeatis, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. XVII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* XVI.

Corſica loco pontificij.

12 Inter hæc ditionis eccleſiaſticæ adminiſtrationi non defuit Eugenius; nam vt Corſos, quos ſupra ad Romanæ eccleſiæ imperium redactos vidimus, in officio contineret, compeſceretque nonnullos, qui rebellibus ceruicibus iugum detrectabant, Franciſcum Angelum epiſcopum Feretranum ſumma auctoritate a ſe inſtructum, Corſicæ præfecit a.

a Lib. 14. pag. 63.

Venerabili fratri noſtro Franciſco Angelo epiſcopo Feretrano inſulæ noſtræ Corſicæ, eiuſque ciuitatum, terrarum, & locorum omnium, pro nobis & Romana eccleſia, in temporalibus gubernatori ſalutem, &c.

Ad ſtatum proſperum, & tranquillum inſulæ Corſicæ eiuſque terrarum & locorum, ad nos & Romanam eccleſiam immediate ſpectantium, ſalubriter dirigendum, ſollicito & paterno ſtudio intendentes te in dicta inſula, eiuſque terris & locis de venerabilium fratrum noſtrorum, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, in temporalibus gubernatorem, cum officialibus, famulis, honoribus, & oneribus, ſalarijs per nos ſeu dilectum filium Ludouicum tit. S. Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem Aquileienſem, & camerarium noſtrum declarando vſque ad noſtrum, & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum, auctoritate apoſtolica tenore præſentium facimus, ordinamus, conſtituimus, & etiam deputamus, tibique inſulam & terras præfatas, ac ciues, incolas, & habitatores huiuſmodi reducendi, nec non cum ipſis tractatus & capitula ac conuentiones faciendi & concludendi, & eis ſine aliquibus eorum, prout tibi videbitur, ſecuritatem perſonarum & bonorum, & pro commiſſis exceſſibus, etiamſi crimen læſæ maieſtatis concernerent, inquantum ad publicum intereſſe ſpectant, impunitatem ac veniam promittendi & concedendi, ac proceſſum literarum & pœnarum, in quibus præmiſſorum occaſione inciderunt, ſine alterius præiudicio, in integram reſtitutionem promittendi, tibi etiam beneplacito durante, ordinandi, ſtatuendi, reformandi, mandandi, exercendi, & exequendi, nec non contra quaſcumque perſonas eccleſiaſticas, & temporales, quæ a tempore aſſumptionis noſtræ ad ſummi apoſtolatus apicem, vſque ad præſentem diem, nobis * & ſedi Apoſtolicæ rebelles ac inobedientes fuerint, ac hodie exiſtant, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, nobilitatis, & conditionis exiſtant, per viam inquiſitionis, vel alium modum procedendi, ac eoſdem iuxta exceſſus qualitatem corrigendi ac caſtigandi, & pœnis, de quibus tibi videbitur, mulctandi, & puniendi omniaque alia, & ſingula, quæ ad honorem noſtrum, & eiuſdem Eccleſiæ ac tranquillum ſtatum proſperum, & fœlicem ciuium, incolarum & habitatorum inſulæ, terrarum, & locorum prædictorum, ac eorum omnium, quæ ad huiuſmodi gubernationis officium cognoueris pertinere, ſpectant (alienatione tamen bonorum immobilium & pretioſorum mobilium inſulæ, terrarum, & locorum prædictorum, eorumque iurium, & pertinentiarum eorundem tibi penitus interdicta) faciendi, & exercendi, *& infra*, plenam & liberam, tenore præſentium concedimus facultatem: Mandantes omnibus, & ſingulis officialibus ciuibus, communitatibus, vniuerſitatibus, ac ſingularibus quibuſcumque perſonis inſulæ, terrarum, & locorum prædictorum, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, aut conditionis exiſtant, quatenus tibi in omnibus, quæ ad huiuſmodi gubernationis officium pertinent, huiuſmodi durante beneplacito, realiter, & cum effectu pareant, obediant, & intendant. Nos enim abſolutiones, remiſſiones, ſententias, ſiue pœnas, quas tite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratas habebimus & gratas, illoſque faciemus, auctore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam, inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum, &c.* MCCCCXLVI. *non. ianuarij pontificatus noſtri anno* XVI. Confirmauit poſtea in eadem Corſicæ præfectura epiſcopum ipſum Nicolaus V. & Curiis pontificio nomine ius dicere imperauit a.

Doas intermunto poteſtas.

* eccleſiæ

a Nicol. I. 22. pag. 12.

Eugenius futuræ electioni Pontificis conſulit.

Cæterum Eugenius aduerſa implicitus valetudine, cum morbum ingraueſcere aduerteret, pia ſolicitudine æſtuans, ne qua poſt obitum ſuum alendi veteris ſchiſmatis, vel noui conflandi oborietur occaſio, cum Baſileenſes plura de Pontifice deligendo, vbi primum paſtore orbata foret Eccleſia, decreta edidiſſent, illa omnia reſcidit: tum ſacrum purpuratorum collegium ſucceſſorem ex legibus a Gregorio X. & Clemente V. editis atque in Lugdunenſi & Viennenſi concilijs œcumenicis confirmatis in locum ſuum ſubrogare iuſſit hoc diplomate promulgato b.

b Lib. 26. pag. 48.

Ad futuram rei memoriam.

Et ſi circa orbis eccleſiarum & monaſteriorum omnium, dum vacant, iuxta noſtris, diuina diſponente clementia, commiſſum humeris apoſtolatus officium per apoſtolicæ prouidentiæ miniſterium occurrere conſueuerimus, de Romana eccleſia, quæ eccleſiarum omnium mater eſt & magiſtra, ac illarum diuina inſtitutione primatum obtinet, cui (licet immeriti) præſidemus, nos procul dubio propenſioris curæ ſtudio excogitare conuenit, ne ipſam, quam Chriſtus ſibi ſponſam copulauit, & extra quam nemini ſalus eſt, varijs ambiguitatibus ſubiniſſam relinquamus. Hinc eſt, quod nos attendentes quod in ciuitate Baſileenſi, ſub nomine generalis concilij circa electionem Romani Pontificis, vacatione ſedis Apoſtolicæ occurrente, plura & diuerſa etiam per ſedem prædictam forſan approbata emanarunt ſtatuta, ordinationes, & decreta, & etiam innouata fuerunt; diuerſas etiam excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas in ſe continentia præter iuris communis diſpoſitionem, quorum occaſione, attenta rerum & temporum conditione, ſi nos ab hac luce ſubtrahi contingeret, in electionis huiuſmodi celebratione facienda plura & diuerſa pericula, diuiſiones, & ſcandala veriſimiliter exoriri poſſent in eccleſiaſticæ libertatis offenſam, cunctorumque Chriſtifidelium præiudicium & iacturam, nos tantis periculis, prout ex alto nobis permittitur, occurrere ac fidelium ipſorum quieti conſulere, nec non peruerſorum conatibus viam præcludere cupientes, omnium etiam & ſingulorum ſtatutorum, ordinationum, & decretorum huiuſmodi formas, etiamſi de illis, ac eorum totis tenoribus de verbo ad verbum ſpecialis, & expreſſa præſentibus habenda foret mentio, pro expreſſis habentes, præſentium ſerie volumus, & auctoritate apo-

Nouatorum Baſileenſium molimina antenertit.

apoſtolica, ac ex certa ſcientia nec non poteſtatis nobis traditæ plenitudine ſtatuimus pariter & ordinamus, vt dum extremæ noſtræ peregrinationis diem aduenire contigerit, venerabiles fratres noſtri ſanctæ Romanæ eccleſiæ tunc exiſtentes Cardinales alias iuxta felicis recordationis Gregorij X. in Lugdunenſi, & Clementis V. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum in Viennenſi concilijs generalibus circa hoc edita, ſtatuta, & ordinationes ad Romani Pontificis ſucceſſoris noſtri electionem, iuxta traditam eis a Domino intelligentiam, quos ſub primo dictis ſtatutis, ordinationibus, & decretis nullatenus comprehendi, nec eis ſubijci decernimus, procedere, ceteraque circa hoc quomodolibet ſolita & opportuna facere & exequi libere & licite poſſint & valeant in omnibus & per omnia ac ſi primo dicta ſtatuta, ordinationes, & decreta nullatenus emanaſſent, non obſtantibus omnibus præmiſſis ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVI. VIII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* XVI.

Decreta Lugdunenſis & Viennenſis conciliorū generalium obſeruari iubet.

Conſulturus etiam publicæ paci, ne aliqui poſt eius deceſſum tumultus Romanæ eccleſiæ inijcerentur, neue Cardinales in diuerſas factiones abripi ſe ſinerent, ſtatuit Eugenius [a], vt ſi ex eo morbo, quo laborabat, morti occumbere contigiſſet, Ludouicus tit. S. Laurentij in Damaſo presbyter Cardinalis omnium arcium, pontium, & ſtationum tum vrbis tum eccleſiaſticæ ditionis cuſtodiæ ſacri Cardinalium collegij nomine præeſſet, quas nouo renuntiando Pontifici traditurus eſſet.

b Ibid. pag. 50.

Ad futuram rei memoriam.

Cupientes omnibus futuris ſcandalis, quantum cum Deo poſſumus, occurrere ac taliter in vita noſtra ordinare, ſtatuere, prouidere, quod quando Altiſſimo placuerit, vt debitum naturæ ſoluamus, electio futuri Pontificis ſucceſſoris noſtri cum bona concordia, & omnium Cardinalium conſenſu fiat, omneſque cauſæ abrumpantur, per quas ſcandalum aliquod, aut diuiſio inter eos oriri quoquomodo poſſit, volumus, ſtatuimus, & tenore præſentium auctoritate apoſtolica, de plenitudine poteſtatis ordinamus, quemadmodum etiam præſenti die in camera noſtra ſecretiori prædictis Cardinalibus coram diximus, quod cum fides, deuotio, prudentia, & in maximis, arduis, ac ponderoſiſſimis noſtri & eccleſiæ prædictæ (nimirum Romanæ) negotijs probata experientia dilecti filij Ludouici tit. S. Laurentij in Damaſo presbyteri Cardinalis Aquileienſis camerarij noſtri nobis iam pridem cognita ſit & probata, ſi quando caſus noſtri obitus acciderit, prædictus Cardinalis, & camerarius noſter teneat, gubernet, & fideliter nomine collegij Cardinalium cuſtodiri faciat omnes arces, rocchas, fortalitia, portas, pontes, paſſus, & turres eccleſiæ, in quibuſcumque locis, tam in vrbe, quam alibi conſtitutas, donec & quouſque ad creationem Pontificis ſucceſſoris noſtri, canonice deuentum fuerit. Quo caſu volumus, & prædicto Cardinali & camerario mandamus, quatenus prædictas arces, rocchas, fortalitia, portas, pontes, paſſus, & turres, futuro ſucceſſori noſtro canonice electo, fideliter reddat & aſſignet. Nulli ergo, &c. *Dat.* XIV. *februarij anno* XVI.

Aquileienſi præficitur arcibus ditionis eccleſ.

13 Hæc decernebat grauiſſima preſſus ægritudine Eugenius, quem prædixiſſe diuinitus mortem ſibi imminentem, antequam in ægritudinem incideret anonymus narrat eius vitæ ſcriptor patria Florentinus, cuius m.s. Ferdinandus abbas Vghellus eruditione clarus mihi præbuit, vbi plura referuntur, quæ vitæ ſanctimonia eum excelluiſſe oſtendant. Tradit in primis ipſum aſpectu grauiſſimo & macie confecto, eo tamen pulcherrimo præditum fuiſſe, vt cum diebus feſtiuis in conſpectum populi ſe daret, ſpectantes pietatis ſenſu delibuti vix continerent lachrymas, ſeque adfuiſſe ſæpius, cum illo verſiculum [a]: *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*; inchoante, effuſi populorum diuinam opem inclamantium gemitus exaudirentur: tantam prætuliſſe maieſtatem, vt quodammodo diuinitatis ſimulachrum videretur: diuinis officijs cum maximo pietatis ſenſu interfuiſſe, eodemque delibutos fuiſſe circumſtantes Cardinales, viros vtique ſapientia clariſſimos, vt cœleſtem hierarchiam referrent: hunc autem in victu morem tenuiſſe Eugenium, raro vinum bibiſſe, ſed aquam ſaccharo & exiguo cinnamomo conditam, & vnico ferculo contentum fuiſſe, quod vrgente fame nulla ſtata hora afferri iubebat: contemptorem auri eximium extitiſſe, & nobiles Neapolitanos profugos diuini amoris intuitu ſuſtentaſſe: nepotes laicos in pontificio palatio aluiſſe, ijſque ſtipendijs contentos eſſe iuſſiſſe, quæ alijs pontificiæ familiæ equitibus dabantur: aſciuiſſe in cubicularios quatuor religioſos viros, duos nimirum ex ordine S. Auguſtini, totidemque ex monaſterio S. Georgij de Alga, nec non clericum, hoſque omnes excellenti pietate conſpicuos, cum quibus horarias preces recitabat: in vili & aſpero ſtamine corpus ſternere ſolitum, incumbentemque puluino, cū ſomnum abrumperet, libros perlegiſſe, ac propterea cubicularios ad excubias agēdas certis horis diſpoſitos fuiſſe: ſanctitudinem cum dignitate coniūxiſſe: profuſa liberalitate vſum in pauperes, Dei ſeruos humaniſſime excepiſſe, ita conſtantē vt nullis Regum precibus ad rem minus aequā ſe flecti pateretur: Thomæ Cardinali, cum illum Romæ exciperet, prædixiſſe ipſum ſibi in pontificatu ſucceſſurum; labente vero decimoſexto pontificatus anno quadam nocte cum ad matutinas preces repetendas conſurrexiſſe e lecto, atque ingens ſuſpirium ab imo duxiſſe pectore, nec viros religioſos aſtantes illum compellare auſos, tum ipſum iuſſiſſe vt perlectis precibus cauſam ſuſpiriorum exquirerent, quibus peractis, ſignificauit impendere vltimā vitæ ſuę metam, quandoquidem eremita, qui ipſi agenti in mōnaſterio S. Georgij de Alga cardinalatum & pontificatum prædixerat, adiunxiſſet, labente decimo ſexto pontificatus anno moriturum, atque ideo ſi quis quippiam expeteret, poſceret ab ipſo antequam vitam dimitteret: deinde proxima luce claudi iuſſis foribus baſilicæ S. Petri, deſcendiſſe in eam cum ſuis, ac ſepulchri locum ad latus ſepulchri Eugenij III. deſignaſſe: reuerſum in cubiculum paulo poſt morbo correptum omnibus ſacramentis ſe communiuiſſe. Cumque a religioſis viris cinctus eſſet, interpuncta ſuſpitijs voce verſoque ad eos vultu dixiſſe fertur: *O Gabriel, quanto magis conduxiſſet animæ tuæ ſaluti, vt nunquam cardinalatum nec pontificatum obtinuiſſes; ſed in tuo monaſterio religioſam diſciplinam coluiſſes!* Deinde effuſus in preces animam Deo reddidit. Addit auctor ſe redegiſſe in compendium eius vitam, cum de rebus memoria dignis ab eo geſtis volumen ingens conſcribi potuiſſet.

Forma aſpectus illius.

a Eugenij vitæ ſcript.

Abſtemius fuit Eugenius.

Nepotibus ſolis laicis certis ſtipendijs tantum contentis.

Non dormiuit in ſtratis linea.

Illuxit vero dies VII. kal. martias cum ad Deum migrauit, de quo hæc S. Antoninus [b]: De-

b S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 11. §. 17.

Demum ex ea infirmitate febris poſt decimum ſextum ſui pontificatus annum, ætatis ſuæ, vt ferebatur, ſexageſimum ſextum, a pluribus alijs ſexageſimus quartus enumeratur, *integro ſenſu atque aſpectu in Domino obdormiuit anno* MCCCCXLVII. Hæc auctor qui, vt ex ipſo audiuimus, aderat. Immo refert apud Laurentium Surium [a] eiuſdem ſancti vitæ ſcriptor Eugenium paulo poſt quam inuitum illum ad Florentinum archiepiſcopatum extulerat, Florentia ad vrbem exciuiſſe, non modo vt familiari eius conſuetudine vberius recreari poſſet, verum etiam, vt in ampliori dignitatis gradu, vt ferebat fama, virum ſanctum collocaret, voluiſſeque, vt ſibi decumbenti ſemper adeſſet, ac tandem pœnitentiæ, Euchariſtiæ, extremæque vnctionis ſacramenta præberet; ſubdit de iuſtis funebribus Eugenio perſolutis idem S. Antoninus [b]: *Defuncto igitur Eugenio exequiæ ſolemnes celebratæ ſunt in eccleſia S. Petri per octo dies, vt moris eſt, vbi & defunctus ſepultus eſt in pauimento, ſed poſtea mauſoleum marmoreum honorificum ſuper eum conſtructum eſt*. Spreuiſſe illum [c] ſepulchri magnificentiam, ſed Cardinalem Franciſcum nepotem ſuo amori magis, quam patrui modeſtiæ morem geſſiſſe, teſtatur affixum epitaphium.

a Sur. to. 3 die 2. maij.

A S. Antonino ſacramentis præmunitus.

b S. Ant. vbi ſup. Eius exequiæ.

c Platin. in Eug. IV

Eugenij epitaphiũ.

Eugenius iacet hic quartus, cor nobile cuius
Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.
Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter abortu,
Alter ab occaſu Cæſar vterque pedes;
Alter vt acciperet fidei documenta Latinæ,
Alter vt aurato cingat honore caput.
Quo duce & Armenij Graiorum exempla ſecuti
Romanam agnorunt Aethiopeſque fidem.
Inde Syri atque Arabes, mundique e finibus Indi;
Magna, ſed hæc animo cuncta minora ſuo.
Nam valida rurſum Teucros iam claſſe petebat,
Dum petit, aſt illum ſuſtulit atra dies.
Qui ſemper vanos tumuli contempſit honores,
Atque hac impreſſa condite, dixit, humo.
Sed non quem rubro decorauerat ille galero,
Non hæc Franciſcus ſtirps ſua clara tulit.
Suſceptique memor meriti tam nobile, quod nunc
Cernis, tam præſtans ſurgere iuſſit opus.

14 His addimus quæ de funere illius libro XXII. bullarum Nicolai V. præfixa ſunt: *Eſt autem ſciendum, quod felicis recordationis dominus Eugenius Papa IV. die iouis XXIII. menſis februarij anni ſupradicti circa auroram animam Deo reddidit, cuius corpus in Vaticano in baſilica S. Petri de vrbe honorifice ſepultum fuit, & eius exequiæ per nouem dies, dictum diem obitus immediate ſequentes, ſolemniter celebratæ, veſtitis nigro dominis clericis, & notarijs cameræ apoſtolicæ ac quamplurimis alijs Romanæ curiæ officialibus, vt patet in quodam m. ſ. regiſtrato libro vltimo bullarum dicti domini Eugenij*. Poſtea eius corpus ad eccleſiam canonicorum S. Saluatoris, cui in lauro nomen inditum, inter quos religioſa excultus fuerat diſciplina, antequam Cardinalis fieret, tranſlatum eſt. Ipſum Eccleſiæ præfuiſſe ſcribunt annis quindecim, menſibus vndecim, ac die vno & viginti, renuntiatus enim fuit Romanus Pontifex V. non. martij anni MCDXXXI. obijtque, vt diximus, VII. kal. martij huius anni. De eo cum egregia laudis commendatione meminit Æneas Syluius [d] in ſua Europa: *Summum*, inquit, *pontificatum adeptus magis enituit, qui & ſi oriente ſchiſmate in principio ſui pontificatus vſque ad obitum cum Baſileenſibus contenderit, coronato tamen Sigiſmundo Cæſare Græcorum & Armenorum pacta cum eccleſia Latina vnione, ciuitatibus Eccleſiæ quas amiſerat recuperatis, tyrannis per vniuerſum deletis, contumacia Romanorum edomita, victor inclytus veterem hominem exuit. Hic me, quamuis aliquando aduerſus eum exiſtimans Deo ſacrificium facere, cum Baſileenſibus ſenſiſſem (nam meo tempore tota nutabat eccleſia) venientem ad ſe benigne recepit, inter ſecretarios collocauit, & apoſtolici ſubdiaconatus honore donauit*. Hæc Æneas. Addit hoc aliud elogium Raphael Volaterranus [a]: *Fuit ſtudiorum amantiſſimus, quotidie ſe in ſecretum aliquot horas recipiendo, vultu alioqui decoro ac venerabili oculos in publico nunquam attollebat, vt a parente meo, qui eum ſequebatur, accepi*.

Tranſlatio corporis.

d Aeneas in Europ. c. 58. Eugenij elogium.

a Raphael Volat. anthropolog lib. 22.

Complexus eſt eius laudes eleganti oratione Laurentius Valla [b], ex quo decerpenda hæc videntur: *Quod ad gloriam pertinet, quis vnquam poſt hominum memoriam ſummus Pontifex glorioſior te fuit, qui ad iſtam dignitatem iam aliquot oraculis prædictus, tum omni eccleſia concordi electus es? qui duos Cæſares alterum Latinum, alterum Græcum tibi ſubditos aſpexiſti, inter ſe illos quidem diſſentientes, ſed in agnoſcenda tua ſanctitate conſentientes, qui tuis conſilijs, tuis, ſumptibus Græciam omnem, quæ olim parens erat Latinorum, ad concilium contraxiſti, erudiſti, emendaſti, ac propе de duobus ouilibus vnum feciſti, qui altero concilio Armenos gentem hactenus fidei catholicæ non bene hærentem, in ipſa catholicæ fidei veritate collocaſti, qui per legatos tuos bellum pro religione contra ſuperſtitionem geris, qui denique tanta feciſti & facis, vt permagnus perque latus pateat campus ijs, qui geſta tua vel ſcribunt nunc, vel poſtea ſcribent. Sed hæc velut publica perſonæ ac papalis virtutis, quid illa propria ipſius hominis ac priuata, quam multiplex eſt & quam magna? Te enim, cum ſint, quantum ego quidem ſentio, in homine duo genera laudum, vnum quidem venerabilem, alterum quidem amabilem reddit, ſicuti horum vtrum præferendum ſit ſolemus ambigere, ita vtrum in te magis eluceat neſcio. Venerationi quidem ſunt nobis grauitas, ſeueritas, conſilium, prudentia, magnitudo animi, fortitudo, patientia, ingenium, doctrina, eloquentia, cæteraque huiuſmodi; amamus autem humanitatem, manſuetudinem, affabilitatem, & modeſtiam, benignitatem, clementiam, largitatem, & quæ ſunt id genus, quemadmodum in eo quoque auctoritatem vultus, proceritatem, amplitudinemque membrorum, robur, velocitatem, agilitatem admiramur, & decorem, venuſtatem, ſuauitatem oris, cæterique corporis tacite quadam charitate complectimur. Quæ virtutes cum videantur inter ſe contrariæ, ideoque alius in his, alius in illis excellit, tum quia virtus virtuti aduerſa non eſt, ſed pro loco, pro tempore, pro perſona alia cedit, alia intereſt, vniuerſæ perfectæque cognoſcuntur, vt non magis exornatus ſis dotibus corporis, quæ nulli vnquam tot tantæque affuerunt, quam dotibus animi, ex quibus alteræ te dominum exhibent atque rectorem, alteræ parentem, tutoremque, illæ reuerentiam metumque conciliant, hæ vero dilectionem, quarum etſi poſterioribus fauemus magis, ſuperiores tum ſuam dignitatem obtinent, & vtraque mutuo præſidio proſunt. Quibus ſi acceſſerit poteſtas, præſertim ſumma, velut in te ſit, quid niſi in terris ſimulachrum Dei quoddam exiſtimabitur?*

Oratio Laurent. Vallæ ad Eugenium.

b Laur. Valla orat. ad Eug. IV. ext. in ſi. collect. Donzell.

Corporis & animi dotes quæ ſuerint.

O te vnum ex omni memoria hominum digniſſimum potentia, dignitate, gloria, virtute, ſermoniſque & corporis maieſtate. Verum Deus ipſe ſicut in ſummum proſperitatum gradum extulit, ita per aduerſa te exercere voluit, non vt probaret, ſed vt probatiorem redderet, virtus enim, inquit ad Paulum, in infirmitate perficitur. Et ſane probatiorem te reddidit hunc in modum atque perficit, nam quæ tua fuit inter aduerſa aut tolerantia, aut ſapientia, in quarum altera velut præſentibus fluctibus reſiſtebas, altera futuros prauidebas prohibebaſque: quis tuus illo labor, cum

De aduerſitatibus quas paſſus eſt Eug.

inter candentes vndas, ſciſſis velis, fracto malo, ſibilante tempeſtate, fulgurante cælo ac tonante, nauis erat tibi gubernanda, ac vix aliquis quiſquam ex iis malis fuerit emerſurus, ex quibus tu emerſiſti & iam paratis armamentis procellaque ſedata ecce ſpicis portum, in quem prope diem inuitis fluctibus, incolumis nunc peruenies? Adhuc tibi aliquantulum negotii reliquum eſt, ſed quo laborioſius id fuerit, etſi non optabile, eo tamen vberior tua gloria erit, in illis autem aſperitatibus temporum, quod ſuo loco dixi, quis pius, quis bonorum amator, quis malorum actionum boni non tuam vicem doluit, ac miſeratus eſt? etſi tua fortitudo ac ſapientia non miſerationem magis quam admirationem merebatur, quis non inimicis tuis ſuccenſuit atque iratus eſt? quis non te omni ope adiuuandum ſubleuandumque illos impugnando, putauit? quamquam ita tulit caſus infeſtus, hoc eſt ita inimicus generis humani perturbauit omnia, vt multi qui vellent iuuare, non poſſent, tum aliis quibuſdam cauſis, tum vero prohibiti maiore poteſtate, nonnulli etiam coacti, ſi virtus cogi poteſt, nonnihil aduerſus te facere, veruntamen omnes boni tui fuerunt, licet non omnes boni a teſteterunt. Hactenus Valla. Funebrem vero de illo laudationem [a] habuit Thomas Cardinalis eiuſdem ſucceſſor. Cæterum obſeruandum ſchiſmaticos Eugenium horrendis calumniis proſcidiſſe, nam Sabaudica hiſtoria ex Guillelmo Paradino concinnata effutit, Eugenium vitiis inquinatum fuiſſe, atque ob execranda & abominanda facinora fuiſſe exauctoratum, eademque celebrat [b] Ludouicum Arelatenſem & Amedeum ſchiſmatis totque ſcelerum auctores vt viros ſanctitate illuſtres, cum cuſſet Eugenium ob eximiam in tuenda monarchia eccleſiaſtica conſtantiam & orientalium cum Romana eccleſia coniunctionem Baſileenſium inuidorum furorem in ſe accendiſſe, potitumque cœlitum conſortio, viſa diuinitus Nicolao V. obiecta oſtendant [c].

Philiberti Regno ſpoliati.

Fœdis calumniis [illegible] ſchiſmaticis.

a Iannoz. Manet. l. 1. in vita Nicol. V. [illegible] ex Card. [illegible] c. 26. & 31.

b [illegible] c. 41.

Laur. Val. in orat. ad Eug. IV.

c Iannoz. Manet. lib. 1. & 2. vit. Nicol. V.

15 Elatum ex illius obitu ſpe conſtabiliendi antipapatus Amedeum plures pſeudocardinales creaſſe, legatoſque decreuiſſe ad Reges, memorat Poggius Florentinus [d], vt variis promiſſis eos ſubornaret ad diſturbandam noui Pontificis creationem, ſed ab vniuerſis contemptum fuiſſe: *Plurimos*, inquit, *ex inimicis Eugenii plures alienis veſtibus perſonatos rubeundo pileo, tanquam mimos ridiculos, exornaſti in euerſionem Eccleſiæ, tua ignominia ad memoriam ſempiternam, nam fuere hæc ſatis ampla tuæ voluntatis indicia, aliud non inferius opus addere voluiſti. Miſiſti e veſtigio qui aduolarent ad orbis principes, vt te velut alteram Deo dedicatam ſtatuam Moloch adorarent, vt veram abnegarent fidem, hæreſim ſequerentur. Denique non ad vnitatem perueſtigandam, ſed ad ſerenda ſcandala verboſos ac loquaces homines deſtinaſti. Sed quantus omnium gentium non viſus, ſed deriſio tuæ vanitatis & ſtultitiæ habita eſt? reiecti omnes, abdicati, repulſi a ſermone, a congreſſu hominum ſemoti, & omnes tuas promiſſiones, quas plurimas & varias obtulerunt, tuam tuorumque contagionem, vt ſerpentis venefici abhorrebant; oblata quibus ad corrumpendos ſinceros animos vtebaris, vt rem nefariam ſpernebant & reſpuebant. Nonnulli, quos noui, viri modeſtiſſimi pecuniam vltro promiſſam, caſtra, & demiria contempſere. Omnes a te artes, omnes machinæ adhibitæ ſunt ad animos recta ſentientes expugnandos. O mirum ſanctitatis genus, & cunctis ſæculis inauditum! quod boni & ſancti viri virtutibus efficere ſolent, tu huius ſæculi dedecus pecunia tentas.*

d Pog. inuect. in Amed.

Amedeus antipapa irriſus.

Legationes ſchiſmaticæ.

Illuſit antipapæ artes expectationemque ſacer purpuratorum ſenatus, tradita enim Æneæ Syluio cæſareo, cæteriſque principum oratoribus conclauis cuſtodiendi præfectura, cum Apoſtolica ſedes diebus tantum decem vacua fuiſſet, vt antipapæ eiuſque ſectatoribus nouandarum rerum eriperetur occaſio, pridie nonas martias comitiis in dominicanis ædibus apud S. Mariam ſuper Mineruam habitis, duodeuiginti numero Thomam tit. S. Suſannæ presbyterum Cardinalem epiſcopum Bononienſem ad pontificiæ dignitatis apicem paribus animis votiſque extulerunt [a]. Obſtupuiſſe tanquam ad rem maxime nouam adeo Dominicum Card. Firmanum, vt ſuffragia bis inſpicere voluerit, refert Poggius in eiuſdem Cardinalis vita: *Cum*, inquit, *ſuffragiis Cardinalium electus ad pontificatum eſſet, Dominicus tanquam ad rem vix credibilem motus, videre diligentius ſuffragia voluit, miraculi enim locum ducebat, hominem nouum, qui anno & ſemis antea priuatus ſacerdos, & egens fuerat, repente Pontificem creatum.* At diuinitus geſta res fuit: narratque Iannozius Manettus [b] illum decimo ætatis anno grauiſſimo morbo implicitum decubuiſſe, cumque anxia mater, nocturnis circa Thomam excubiis peractis, ſe ad ſomnum compoſuiſſet, proprio nomine Andreolam ſe vocari audiiſſe a venerando viro ſacerdotalibus veſtibus albis induto, & coronam ſplendidiſſimam geſtante in capite, qui tum ſalutem filii prædixit, tum ad magnos quoſdam celſiſſimoſque ſacerdotalis dignitatis gradus iuxta diuinam præſcientiam aſcenſurum addidit, exegitque ab ea ſacramentum, daturam operam, vt opportuno tempore a filio ſacerdotalia ſacra ſuſciperentur. Eugenium præterea dum viuebat illi pontificatum prædixiſſe vidimus, necnon poſt mortem apparuiſſe eidem in conclaui dormienti obiecta cæleſti ſpecie, eumque pontificalibus ornamentis ac thyara decoraſſe, quod oſtenſum poſtridie perfectum eſt; poſtea tempus mortis ipſi prænuntiaſſe viſuri ſumus.

Thomas Bononienſis ſuffectus Eugenio.

a S. Anton. p. 3. tit. 22. c. 11. §. 17. Raphael. Volater. antrop. l. 22

b Manett. lib. 1. vita Nic. V. m. ſ. bibliot. Vatic. & anonym. eiuſd. vit. [illegible]

Oſtenſum ſuper [illegible] diuinitus eius matri futurum. [illegible]

Prædictum quoque ipſi fuiſſe cœleſti viſo pontificatum a B. Nicolao Albergato, cuius obitum plangebat, refert Philelphus [c], ſibique & aliis amicis, antequam cardinalitiam purpuram adipiſceretur, relatum: *Nicolaus*, inquit, *V. optimus ille ac eruditiſſimus plane vir in cuius munificentiſſimi patris obitu docti omnes ingenioque præſtantes extremum naufragium paſſi ſunt, cum Nicolai Albergati ſapientis cumprimis & ſancti viri Cardinalis Bononienſis obitum moleſtius ferret, hunc tamen per ſomnum ad ſe venire exiſtimauit, & ita anxium appellare: Thoma fili, quid diutius gemis? quid adeo te affligis? pone lachrymas & te collige, nobis enim bene eſt benignitate Ieſu. Itaque ſurge atque accingere, ad breue enim tempus graue tibi ſubeundum eſt munus Petri gubernandæ nauiculæ. Quam quidem ſomni viſionem haud ille diſſimulanter prætulit, nam cum aliis nonnullis familiaribus, tum etiam mihi, cum hac iter faceret Germaniam petens ab Eugenio legatus, cum inter loquendum in ſermonem incidiſſemus de manſuetudine & grauitate Nicolai Cardinalis, id omne ſomnium coram veluti iocabundus retulit, ſubdidit enim: Cum hoc euenerit, Philelphe mi, fructum recipies veteris noſtræ conſuetudinis.*

c Philelph. in orat. ad Iacob. Ant. Marcell. patr. Venet.

Prædictus illi pontificatus a B. Albergato.

Ex ſingulari ſuo in B. Nicolaum ſtudio Nicolai nomen ſibi indidiſſe ferunt [d], redimitum vero XIX. martii pontificali infula ſolemni ritu ſcribunt plures [e], a quibus nonnihil diſcrepant alii, atque in vigeſimo ſecundo Nicolai diplomatum m. ſ. libro tabularii Vaticani hæc leguntur [f]: *Liber primus bullarum de curia inceptus in primordiis aſſumptionis ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini domini Nicolai diuina prouidentia Papæ V. Romæ, vbi idem dominus*

no-

d Iannoz. Manett. lib. 2.

e Pannin. in faſtis Card. Bar. in ſchedis & alii.

f Nic. V. lib. 22.

noſter antea dictus Thomas tit. S. Suſannæ presbyter Cardinalis Bononienſis nuncupatus, die lunæ, quintamenſis martij, anno a natiuitate Domini MCCCCXLVII. *indictione x, per reuerendiſſimos dominos S. R. E. Cardinales in monaſterio B. Mariæ de Minerua ad ſummi apoſtolatus apicem concorditer aſſumptus eſt; & die dominica* [a] XIX. *dies menſis martij in baſilica Lateranenſi coronatus*. Cæterum diuina adoranda prouidentia cujus nutu factum, vt noui Pontificis creatio turbata non fuerit a Stephano Porcario equite facundiæ laude præſtante, ſed impudentiſſimo, qui ſeditionem concitare, populumque ad concionem vocatum, oſtentata libertatis ſpe, in perduellionem pellicere niſus eſt: verum eius molitiones archiepiſcopi Beneuentani prudentia concidere. Hæc S. Antoninus [a] & alij; interque eos Stephanus Infiſſura [b], qui Porcarium vt libertatis ſtudioſum efferre laudibus non eſt veritus.

a xviii. Quo die creatus & corona redimitus.

a S. Anton 3. p. tit. 22. c. 11. §. 17.

b Steph. Infiſſur. ms. arch. Vatic.

16 Quod attinet ad noui Pontificis primordia ac virtutes, quæ iter ei ad apoſtolicum ſolium munere; S. Antoninus eas ita deſcribit [c]: *Hic de Serezana ortus* Serezanæ conceptum & poſt patris Bartholomæi Peregri profeſſione medici mortem educatum, ſed Piſis natum refert Manettus [d], *infima conditionis fuit in ſæculo, & multis laboribus ſuis a pueritia literis deditus ad magnum apicem perfectæ ſcientiæ peruenit philoſophia & theologia, doctoratus in ea. Hunc in ſtudijs enutriuit dominus Cardinalis Carthuſienſis propter probitatem eius, poſtmodum in ſocium & ſecretarium ſuum, & in legationibus & in curia aſſumpſit, facundiſſimus & eloquentiſſimus fuit, & vt ſtudioſiſſimus pro bibliotheca quam Romæ ordiuit, multa milia librorum procurauit emendo & ſcriptores plures ad hoc deputando, & vt magnificus pretioſa valde ornamenta pro eccleſia in cultu diuino & pro dignitate pontificali fieri fecit, liberalis ſatis fuit in erogando*. Et infra: *Honeſtæ ſemper fuit conuerſationis etiam in muneribus, acutus etiam in agibilibus & circumſpectus, vt ſingula per ſe etiam temporalium adminiſtrationum intelligere & diſcutere vellet*.

d Io. Manett. l. 1. vit. Nic. V.

A B. Albergato Card. prouectus fuerat eius primitus.

Dotes Nicolai.

Inito pontificatu mox Cardinalem Firmanum ad Alfonſum Regem, qui Tybur occuparat miſit, vt illum a nouandis rebus abduceret, vt narrat Poggius [e], dum ait: *Eugenio vita functo creatus Nicolaus ordine V. illum extemplo Tybur ad Alfonſum Regem Aragonum deſtinat, qui ægrotante Eugenio per ſpeciem eccleſiæ opem afferendi eam vrbem ingreſſus Nicolao reſtituere recuſabat. Hic ergo cum ad Regem veniſſet, ſua auctoritate effecit, vt eam vrbem quamprimum Pontifici relinqueret. Poſthac reuerſus in Picenum ad reliquias belli proſequendas omni vi oppugnare hoſtium loca aggreſſus, omnia de eccleſia infra paucos dies recepit, mox hoſtes certamen detrectantes, deſperatis rebus, abire prouincia compulit*. Ita pacata eſt ditio eccleſiaſtica. Pergit S. Antoninus.

e Pogg. in vit. Card Firm.

Tybur reſtitutum Nicolao.

Picenum pacatum.

Viſitatus eſt autem a principibus & communitatibus Chriſtianitatis, vt moris eſt, per oratores eorum, congratulantibus de eius exaltatione in Apoſtolica ſede ac venerantibus vt verum, legitimum, & indubitatum apoſtolicum vicarium Ieſu Chriſti & ſucceſſorem Petri, & primo a Rege Aragonum utpote magis vicino, excepta regione Sabaudiæ, in qua ſe gerebat pro apoſtolico, qui re vera apoſtaticus erat, Amedeus vocatus Fælix dux prius Sabaudiæ, cum aliquibus Cardinalibus ab eo creatis & Arelatenſi, a ſuis etiam magis coactione, quam deuotione veneratus.

A Regibus Chriſtianis vt verus Chriſti vicarius cultus eſt Nicol.

17 Acceptis Eccleſiæ gubernaculis Nicolaus animum eo potiſſimum vertit, vt ſchiſma iam ante ab Eugenio eliſum penitus deleret, atque ideo Ioannem S. Angeli diaconum Card. virum præſtantiſſimum in Germaniam legauit, vt refert Æneas Syluius:

Conuentus Germanorum apud Aſchaffenburgum.

Fridericus enim Romanorum Rex ad diem S. Margaretæ ſacrum, qui in XX. iulij incidit principum conuentum apud Aſchaſenburginm Maguntinæ diœceſis oppidum indixerat. Quid vero in eo peractum, ex Ænea ipſo primum præſtat audire rem ab Eugenij obitu his verbis repetente [a]: *Obijt Eugenius priuſquam Roma nos exederemus, eique Nicolaus V. ſuffectus eſt doctrina theologica illuſtris, qui legatum in Germaniam miſit Ioannem Cardinalem S. Angeli loco apud Hiſpanos notum, ſcientia iuris & munditia vitæ ſingularem, ad quem cum Friderico Cæſare morantem legati ex omni ferme Germania properarunt. Diſceptatum eſt quonam pacto Pontifici Nicolao parendum eſſet. Erant qui decreta Baſileenſis concilij omnia ſuſcipienda contenderent, illiſque ſaluis Papæ obediendum. Contra legatus apoſtolicus eius concilij legibus, quod Romana ſedes refutaſſet, nullam ineſſe vim aiebat. Alij, quibus media ſententia placebat, verum Baſileæ concilium aliquando eſſe affirmabant, eiuſque temporis conſtitutiones haud quaquam reijciendas eſſe putabant. Poſtremo eo modo concordiæ locus fuit, vt ſententia quorundam decretorum Baſileenſis concilij reciperetur, reliqua vero eius ſtatuta reiecta viderentur*. Hactenus Æneas. Fridericus itaque maxima ſui nominis gloria, ſuſcepto Romanæ eccleſiæ patrocinio, in publicis ordinum imperij conuentibus Germanos Nicolao vero Pontifici Eugenij ſucceſſori abiecta acephalorum factione, quam neutralitatem vocabant, obſequi ac Felicem antipapam & ſchiſmaticos Baſileenſes deſerere iuſſit, cum nulla melior tollendi ſchiſmatis ratio eſſet, quam vero pontifici obedientiam deferre, reluctantibus vero ac perſtantibus in ſchiſmate conſtituras pontificijs & cæſareis legibus pœnas propoſuit.

a Æn. Syl. Card. in apolog. ad Mart. Meyer.

Baſileenſ. concilii decreta quæ approbata a Romano Pontifice, ea tum valent.

Glorioſiſſimum Friderici facinus.

a Ext. apud Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 9.

Nos Fridericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, omnibus & ſingulis principibus ſacris imperij electoribus, &c.

Cum nos ad Romani imperij dignitatem per diuinam Omnipotentis ordinationem fuerimus electi, Eccleſiam Dei ſchiſmatibus, diſcordijs, varijſque erroribus reperimus grauatam, qua propter patruus & anteceſſor noſter bonæ memoriæ Rex Albertus ac ſacri imperij electores ſe in proteſtationem ſeu animorum ſuſpenſionem poſuerunt, ne illius ſchiſmatis occaſione in ſacro Romano imperio periculum oriretur, & quod eo facilius poſſet ad vnionem ſanctæ Romanæ eccleſiæ deueniri: quam viam nos ex ſacri Romani imperij electorum informatione poſt plures labores & dietas coram vtriſque partibus attentauimus, & denuo coram alijs Chriſtianis Regibus & principibus nunc in propria perſona, nunc per notabiles noſtros magnis fatigis, laboribus, & expenſis, quibus mediantibus errorem & ſchiſma in eccleſia Dei, (heu quod fieri nequiuit) extirparemus: quapropter nos diutius ſuſtinere non potuimus, ſed vnanimiter cum aliquibus noſtris, ſacrique imperij electoribus, archiepiſcopis ſpiritualibus ac ſæcularibus [a], & maiori Almaniæ parte Papæ Eugenio felicis recordationis, cui dum adhuc viueret omnes nationes, Reges, & principes totius Chriſtianitatis paucis demptis fuerunt obedientes, ſicut nouiſſime Romæ fuit declaratum, plenariam fecimus obedientiam, coram ſua paternitate & ſedis apoſtolicæ ſanctitate. Et non potuimus laudabiliorem, poſſibiliorem ac magis deificum excogitare modum pro eccleſiæ Dei vnione, quam ſanctæ Romanæ ſedi aſſociari, & a communione Chriſtifidelium minime ſegregari. Et quia idem Eugenius vniuerſæ carnis debitum exoluit, ex tunc ſanctiſſimus noſter Papa Nicolaus V. ex ſacro concilio venerabi-

Peſſimum Alberti.

a princ. pib. bus

Verus inſtaurandæ communionis eccleſiarum modus.

rabilium patrum S. R. E. Cardinalium, vnanimiter, rite, deificeque electus, & ad ſedem S. Petri Romæ eſt erectus, nobiſque videbatur ab eo immerito fore recedendum; ſed potius animo bene deliberato ſanoque conſilio ſpiritualium & ſæcularium principum, qui nuper in feſto Margaretæ in Aichafemborgh per ſe ſuoſque legatos comparebant, vbi nos vnanimiter de nouo pro ſanctiſſimo Papa Nicolao declarauimus, & ſibi (vt merito debebamus) fecimus plenam obedientiam: quapropter a vobis omnibus & ſingulis affectuoſe deſideramus, monemuſque vos omnes & ſingulos ſub illo debito, quo ſanctę Romanę ſedi ac imperio ſacro eſtis aſtricti, imperialique auctoritate vobis diſtricte ac ſerioſe præcipiendo mandamus in his ſcriptis, quatenus vos & quilibet veſtrum huic declarationi & obedientiæ per nos noſtroſque principes factæ conſentiatis, & quod præfatum ſanctiſſimum Papam noſtrum Nicolaum V. verum & indubitatum Papam, vicarium Chriſti, & verum ſucceſſorem S. Petri, ſine dolo & fraude recognoſcatis & firmiter teneatis, & ipſi ſuiſque mandatis tanquam indubitato Papæ plenarie obedire minime recuſetis; alia omniaque mandata a quocumque emanent, ſiue ab illo qui papatum vſurpauit, ſiue a communitate in Baſilea, aut aliquo alio titulo non obſtante quocumque, totaliter dimittere curetis, ſpernere, & integraliter refutare, quibus mediantibus concorditer in vnione Romanæ eccleſiæ ſacrique imperij viuere valeamus. Et ſi quis mandatis noſtris huiuſmodi (quod abſit) contraire præſumpſerit, ſciat contra ſe pœnas & correctiones Romanæ ſedis euenire, ac pœnas ſacri imperij incurrere, quæ ad talem inobedientiam fuerint opportunæ, in his omnibus ſciat vnuſquiſque ſe auiſatum. *Dat. Nauenſtat cum ſigilli noſtræ maieſtatis appenſione, ſecunda feria ante feſtum Bartholomæi Apoſtoli anno Domini* MCCCCXLVII. *noſtri imperij anno* VIII.

[margin: Iuſſi Germani parere Nicolao vero Pontifici]

[margin: Interminatæ ſchiſmaticis pœna.]

Percuſſa hoc fulmine ſchiſmatis & hæreſeos Baſileenſis hydra, quæ monarchiam eccleſiaſticam excindere enixa erat, elanguit; nam ciues Baſileenſes paruere Cæſari, ac præſules & pædagogos ſchiſmaticos pepulerunt, aut enim de antipapa Gobelinus: *Concilium ex Baſilea ad ſe vocauit, cum patres edicto Imperatoris illinc detruderentur.* Ita finibus Sabaudiæ clauſum eſt ſchiſma a vt vero expugnatum fuerit dum Gallorum Rex ad Sabaudiam expugnandam bellum parabat, atque expaueſceret antipapa, ne principatum ſuum amitteret, qui alienum pontificatum exambiuerat, dicetur inferius.

[margin: Parent Cæſari ciues Baſileenſes Pelluntur ſchiſmatici.]

[margin: Conciliabulum tranſlatum in Sabaudiam. a Lib. 2. pag. 13. 5 6 8 16 & m. s. cod. bibl. Vallic. ſig. B. n. 19 pag. 1. 2. 5. 6. 8. 14. 19. 22.]

De coniunctione cuius meminit Fridericus, Eugenium inter ac Germaniæ principes conciliata, plura extant apoſtolica diplomata hoc anno ineunte, vt vidimus, exarata, quibus Nicolaus ſuam adiecit auctoritatem, tum complures alios Germaniæ principes, qui poſtea vna cum ſubiectis populis fidos ſe & obſequentes fore ſpoponderunt, inter quos præcipui extitere Ludouicus Saxoniæ dux & Palatini Rheni comites, ijdemque Bauariæ duces tum Argentinenſis epiſcopus quos vna cum clero & populo in gratiam recepit, omnibuſque cenſuris, quas contraxerant, abſoluit b.

[margin: Confirmata a Nicolao concordia cum Germania inita. b Lib. 2. pag. 17. 18. & 19]

Ad futuram rei memoriam.

Quia dilectus filius nobilis vir Ludouicus comes Palatinus Rheni Bauariæ dux, ac ſacri Romani imperij princeps elector, & cum eo dilecti filij nobiles viri Otho & Stephanus etiam comites Palatini Rheni & Bauariæ duces, ac venerabiles fratres noſtri Reinhardus Vvormatienſis & Reinhardus Spirenſis epiſcopi, nec non dilecti filij nobiles viri Ludouicus & Vlricus comites de Vvirtenberg, pro ſe, ac eccleſijs, clero, populo, & ſubditis ſuis quibuſcumque, nobis, & Apoſtolicæ ſedi debitam obedientiam per ſuos præſtiterunt oratores, volumus, & tenore præſentium decernimus literas noſtræ declarationis præinſertas, ac omnia & ſingula in eis contenta ad præfatos Ludouicum comitem Palatinum, & alios, qui cum eo obedientiam præſtiterunt vt præfertur, eccleſiaſque, clerum, populum, & ſubditos præfatos extendi, ipſoſque ſub declaratione noſtra prædicta, & ad omnium in eis contentorum commodum & effectum includi, ac illis gaudere debere perinde ac ſi tunc pro eodem prædeceſſore noſtro, & ſede prædictis cum Rege, & alijs præfatis idem Ludouicus comes Palatinus & qui cum eo obedientiam præſtiterunt, vt præfertur, pro ſe, eccleſijs, clero, populo, ac ſubditis ſuis, vt præfertur, ſe declaraſſent, aut declarationi huiuſmodi infra ſex menſes, de quibus in alijs ipſius prædeceſſoris literis ſub dat. ſeptimi id. & non. februarij pontificatus ſui anno ſextodecimo fit mentio; ſpecialiter & expreſſe adhæſiſſent, idem etiam ſtatuentes de Argentinenſi epiſcopo cum eccleſia, clero, ac ſubditis ſuis eccleſiaſticis & ſæcularibus quibuſcumque poſtquam nobis aut legato noſtro de latere, iam ad partes Alemaniæ deſtinato, de obedientia ſua nobis & ſedi apoſtolicæ debita per literas patentes eiuſdem conſtiterit, Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXLVII. *pridie non. decembris pontificatus noſtri anno* I.

[margin: Bauariæ duces alijque principes Nicolao obſequuntur.]

[margin: Recepti in gratiam.]

18. Redeuntibus in Eccleſiæ ſinum Germaniæ principibus, in pertinacia adhuc obfirmatus perſtabat Amedeus Sabaudus pſeudopontifex, ad quam infringendam Nicolaus Robertum Aquenſem archiepiſcopum oratorem ſuum in eum ex ſententia ab Eugenio lata iuſtam adhibere a ſeueritatem, Regique Carolo Amedei & ſectatorum terras vi ſubijciendas b tradere iuſſit.

[margin: In antipapam ſeueritatem adhibere parat Nicolaus. a Lib. 2. pag. 13. b Ib. pag. 12.]

Venerabili fratri Roberto archiepiſcopo Aquenſi oratori noſtro ſalutem, &c.

Cum in vlceribus inueteratis, & quæ curari nequeunt ſint ea remedia adhibenda, per quæ aliquæ partes corporis præſaluentur, nos attendentes etiam quod cor impenitens, & in ſua malitia obduratum non poteſt veniam promereri, fraternitate tua contra iniquitatis filium Amedeum olim Sabaudiæ ducem, qui ſe Felicem V. auſu ſacrilego nominare præſumit, ſententijs apoſtolicis iuſto Dei iudicio condemnatum, ſchiſmaticum & hæreticum declaratum, omneſque eius fautores, adhærentes, & ſequaces literas, proceſſus, & ſententias omnes tam in generalibus concilijs per felicis recordationis Eugenium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum celebratis, quam alibi auctoritate apoſtolica factos, habitos, & promulgatos, auctoritate noſtra in eum de nouo proferendi, pronunciandi, & promulgandi, ac in ſententias, cenſuras, & pœnas in dictis literis, & proceſſibus contentas incidiſſe, & eis irretitos & damnatos eſſe declarandi & promulgandi, ac ſententias, cenſuras, pœnas, ac proceſſus huiuſmodi quæcunque, quotcumque, & qualiacunque fuerint, quorum tenores præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis aggrauandi, & reaggrauandi. Et quia omnia dominia, ciuitates, terræ, caſtra, & bona ſua, & adhærentium ei, tanquam ſchiſmaticorum & anathematizatorum publicata & confiſcata fuerint, & ea occupantibus & capientibus conceſſa

cha-

chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Francorum illuſtris contra ipſum Amedeum ac adhærentes, ſequaces, & fautores ipſos brachium auxilij ſæcularis inuocandi, ac per eum de dictis dominijs, ciuitatibus, terris, & locis capta & ablata ſibi & ſuo regno in perpetuum applicandi, ac in ipſum Regem & ſuos ſucceſſores huiuſmodi dominia transferendi, & ea perpetuo detinendi, plenam & liberam tenore præſentium facultatem concedimus & poteſtatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVII. *pontificatus noſtri anno* 1.

Ad ſubeundam expugnandam vocatur Gall. Rex.

Collatum illi ius in eorum principatum.

Et quidem Francorum Rex Carolus Apoſtolicæ ſedis dignitatem tuebatur, egregiamque in abolendo ſchiſmate operam nauabat, quo eum nomine ſummis ornat laudibus nouus Pontifex [a] hortatuſque eſt, vt cœpta ad optatum exitum perduceret, nullaque ex re Dei hominumque magis gratiam collecturum, quam ſi Eccleſiam auguſte ſancteque veneraretur, ſediſque illius attolleret apices, in qua Chriſtus dominus vicarios ſuos ſedere voluit: perpenderet quanta offenſione & publicæ ruinæ periculum intuliſſent ſchiſmatici: cumque regia Francorum proſapia tollere ſchiſmatum auctores, ſuſceptiſque quibuſuis laboribus pacem in Dei Eccleſia redintegrare conſueuiſſet, eorum exempla feliciter imitaretur.

a Ib. pag. 12.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Francorum illuſtri ſalutem.

Addubitare nos paulum facit tua virtus, chariſſime fili, vtrum laudare primum tuam ſingularem deuotionem & affectionem, quam ſuorum prædeceſſorum more oſtendis erga vnitatem Eccleſiæ ſanctæ Dei & bonum ſtatum ipſius, prout antea & nunc a venerabili fratre noſtro Roberto archiepiſcopo Aquenſi intelleximus, ac hortari te debeamus ad proſequendum ea, quæ iam antea tua ſponte facere cœpiſti pro illius reintegratione atque vtilitate, commendandus quippe es eam te curam & laborem ſuſcepiſſe, qui præ cæteris eo maiori laude cumulandus eſt, quo maiorem affert noſcitur in Dei Eccleſia vtilitatem. Quid enim Deo acceptius, quid ſanctius, quid honorificentius agi, aut excogitari poteſt, quam ſuo ſtudio & diligentia largiri ſciſſæ Eccleſiæ vnitatem, & animorum ſalutem quærere aberrantium; vt reducantur ad ouile Chriſti? Hoc opus Regum eſt, in hoc tui illi viri ſingulariſſimi, & omni laude digniſſimi prædeceſſores omnibus viribus elaborarunt, ex hoc ingentem gloriam & ſummam laudem apud ſummos Pontifices, & omnes nationes & populos ſunt adepti. Nulla eſt res, quæ magis homines commendet Deo, quam venerari, colere, & exaltare eam ſedem, in qua dominus noſter Ieſus Chriſtus ſedere voluit vicarios ſuos, quam tueri eam Eccleſiam, quæ omnium aliarum eſt caput, quam honore & auctoritate velle excellere eam, in qua a Deo eſt & ligandi & ſoluendi poteſtas data, quam quærere illius vnitatem, pacem, & exaltationem, ex cuius ſchiſmate & depreſſione ſequitur animarum interitus, pro quibus redimendis Saluator noſter & mortis patibulum ſubire voluit. Vides quantum ſcandalum excitauerunt in Dei Eccleſia odia & cupiditates eorum, qui in Baſilea ſedem ſuam ab Aquilone poſuerunt. Vides quantam labem intulerint nomini Chriſtiano quantam peſtem excitauerint inter fideles, quantam diuiſionem fabricauerint in plebe Chriſti, quantam dubitationem mentibus hominum iniecerint, vt vere omnium malorum, quæ dici aut excogitari poſſint, ſeminarium videantur in Dei populo extitiſſe.

Decreto Aquenſis archiep. ad eum expeditionem pro mouendam

Iuecta a Baſileenſibus mala ingentia in Dei Eccleſiam.

Fuit ſemper proprium præclaræ ſtirpis Franciæ Regum tollere ſchiſmata, & pacem Dei Eccleſiæ elargiri. Hoc certe ſingulare Regum Franciæ munus fuit, vt aſſiſterent Romanis Pontificibus, eorumque dignitatem & auctoritatem tutati ſint & ampliarint. In hoc ſemper elaborarunt, vt diuiſiones ad vnitatem reducerent, & Romanæ vniuerſaliſque Eccleſiæ antiſtites, reiectis deiectiſque ſedis Apoſtolicæ occupatoribus, vnicum Dei in terris vicarium recognoſcerent. Itaque cum tot ante oculos exempla habeas tuorum prædeceſſorum, qui nullos labores, nulla pericula recuſarunt pro tollendis ſchiſmatum auctoribus, pro Romani Pontificis exaltatione; imitare, quæſumus, illorum veſtigia, & ſanctum opus, quod iam ſumma cum laude cœpiſti, coneris perficere, remque ad optatum finem perducere, velis hanc ignominioſam labem & quaſi peſtem Chriſti fidelium abolere, neque vero defatigeris in ea re, in qua vitam æternam conſequeris, & tibi tuiſque poſteris ſempiternam laudem & gloriam ſit allatura. Magnum opus eſt, quod cœpiſti, ſed quo maior labor, eo maiori præmio & laude dignus eris. Hæc & quædam alia ad hanc rem ſpectantia idem archiepiſcopus latius referet tuæ ſerenitati ex parte noſtra. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVII. *pontificatus noſtri anno* 1.

19 Nitebatur præcipue ſumma cum laude Carolus Amedeum & alios, qui in ea factione dignitate eminebant, ad Eccleſiæ vniuerſæ paſtorem perducere: cumque magni intereſſet, vt idonea a Pontifice auctoritate ad paciſcendum cum ſchiſmaticis inſtructus eſſet, Nicolaus ampliſſimam ipſi cum ijs vel ipſo etiam pſeudopontifice de concordia eorumque ad Eccleſiam reditu agitandi poteſtatem tradidit [a].

Francorum Rex auctoritate ad paciſcendum cum antipapa inſtructus.

a Ib. pag. 13.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem, &c.

Commendauimus per alias noſtras literas tuam ſerenitatem de eo, quod quærit & agit pro tollendo præſenti ſchiſmate, & te hortati ſumus ad tam ſalutiferi operis perfectionem. Verum quoniam Dei miſericordia præſtare poſſet vt per tuam virtutem tantum malum tolleretur de medio, nos conſiderantes, quod ſicut iam per tuam ſapientiam eſt tractatum, eſſet neceſſe pro votiua rerum concluſione concedere, & promittere nonnulla, quæ debita obſeruatione . . . . ac volentes, vt quæ per te promitterentur debitum conſequantur effectum; ſerenitati tuæ circa reductionem ad viam veritatis ab erroribus ſuis, & ad Eccleſiæ vnitatem eorum, qui a Romanæ eccleſiæ ac ſedis Apoſtolicæ, & vicarij Ieſu Chriſti obedientia & fide deuiantes, ſchiſma in Dei Eccleſia excitarunt, cuiuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis ſe eſſe dixerint, etiamſi ſuprema in Dei Eccleſia ſe aſſerant dignitate, omnia & ſingula auctoritate noſtra cum eis tractandi, practicandi, concludendi, efficiendi, & promittendi, quæ circa reductionis huiuſmodi neceſſaria ſeu opportuna cognoueris, & quæ noſtro, ac ſedis Apoſtolicæ ſtatui, honori, & dignitati conuenire videbuntur, & prout venerabilis frater noſter Robertus archiepiſcopus Aquenſis latius explicabit tibi, plenam & liberam facultatem & poteſtatem concedimus per præſentes; volentes vt hæc noſtra facultas in omnibus per te promittendis valeat, perinde ac ſi ad ea ſingulariter ſe extenderet, & ad ipſa mandatum habentes ſpeciale, ratum, & gratum habituri quidquid per te actum, geſtum, promiſſum, aut factum fuerit
in

Mandati formula.

Digitized by Google

in præmiſſis. Quæ omnia nos obſeruaturos promittimus bona fide. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVII. *pontificatus noſtri anno* 1. Tum Aquenſi archiepiſcopo conceſſit a, vt Amedeum, ſi Regis Francorum conſilijs aſſentiretur, & ſchiſma rite damnaret, cenſuris omnibus, quibus erat irretitus, ſolueret, & cardinalitiam dignitatem ac legati apoſtolici in omnibus ſui principatus terris munus polliceretur; reliquis autem ſchiſmaticis in eodem, quem obtinebant, honoris gradu permanſuros ſponderet.

Promiſſa antipapæ munera pro illo ab impietate reuocando. a *Ibid. pag.* 13.

Venerabili fratri Roberto archiepiſcopo Aquenſi oratori noſtro ſalutem, &c.

Cum ſperemus per operam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Franciæ Regis illuſtris, qui ad id hactenus diligentem curam & diligentiam adhibuit, prout adhibet etiam de præſenti, quod iniquitatis filius Amedeus olim Sabaudiæ dux, qui ſe Felicem V. auſu ſacrilego nominare præſumit, ad ſanam mentem reuerſus, & errata ſua recognoſcens, depoſitis erroris & ſchiſmatis inſignibus, per eum in Dei contemptum, & fidei ſcandalum ſuſceptis, redibit ad Eccleſiæ vnitatem, ac ad deuotionem & obedientiam noſtram & Romanæ eccleſiæ, nos memores miſericordiam Deo acceptiorem eſſe quam ſacrificium, ac propterea volentes eius imitari veſtigia, qui pro peccatoribus exorauit, & ſuper peccatore pœnitentiam agente lætatur, fraternitati tuæ, cum quibuſcumque ſchiſmaticis & hæreticis pro eorum conuerſione, per te vel alium ſeu alios practicandi, & in caſu, quo præfatus Amedeus, ad dicti Regis ſuaſionem vſurpatam dignitatem deponens, ac dolens de præmiſſis redierit ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ, ac nos verum Ieſu Chriſti vicarium, & ſummum Romanum Pontificem recognouerit & profeſſus fuerit, ac omne ſchiſma abiurauerit, ac corde contrito & in ſpiritu humilitatis veniam petendo, obedientiam & reuerentiam nobis præſtiterit, ab omnibus ſententijs, proceſſibus, cenſuris, & pœnis in eum tanquam hæreticum & ſchiſmaticum nec non in omnes eidem adhærentes, fautores, & ſequaces, danteſque ſibi auxilium vel fauorem, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, etiam ſi prætenſa cardinalatus, aut pontificali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, tam a iure, quam a felicis recordationis Eugenio Papa IV. prædeceſſore noſtro in ſacris concilijs, aut alibi quomodocumque, quandocumque aut qualitercumque latis, inflictis, & promulgatis, auctoritate noſtra hac vice dumtaxat abſoluendi, ac ſuper irregularitate per ipſum & alios contracta diuina celebrando, vel immiſcendo ſe illis, & qui in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, & quæcumque, honores, dignitates etiam cardinalatus & pontificales eccleſias, officia, & beneficia eccleſiaſtica, qualiacumque & quotcumque fuerint, ſuſcipere & retinere valeant, diſpenſandi, ac in priſtinum ſtatum reponendi, & reſtituendi, ac etiam poſtquam idem Amedeus omni iuri, quod ſibi in papatu competere aſſerit & prætendit, ſponte, pure, libere, & ſimpliciter renunciauerit, dignitatem cardinalatus ac etiam legationem in omnibus ciuitatibus, terris, & locis ſui dominij cum facultatibus conſuetis noſtro & ſedis Apoſtolicæ pollicendi & promittendi, ac ſecum auctoritate noſtra, aut omnia & ſingula eccleſias, beneficia, & officia, quæ obtinet ſæcularia & regularia quotcumque, quæcumque, & cuiuſcumque valoris exiſtunt, retinere libere, & licite ad vitam poſſit diſpenſandi, ac omnia & ſingula circa hæc agendi, paciſcendi, *& infra*, plenam, & liberam auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, facultatem concedimus; &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVII. *pontificatus noſtri anno* 1.

Remiſſa pœna.

Cardinalitia dignitas cum legati poteſtate promiſſa.

20 De nauata opera ſuperiori atque hoc anno a Francorum Rege ad extinguendum ſchiſma plura narrat Monſtreletus a, miſſos nimirum ſæpius ab illo oratores Romam, Baſileam, atque in Sabaudiam, tum menſe nouembri anni præteriti Lugduni magnos præſulum cœtus coegiſſe, atque in ijs ſancitum Eugenium æque agnoſcendum Pontificem atque antequam a Baſileenſibus in iudicium eſſet vocatus, edicta vero hinc inde in ea contentione conſcripta ſtudio pacis ſilentio tranſeunda, Amedeum & Baſileenſes honoribus eccleſiaſticis non deijciendos, vt œcumenica ſynodus, redactis in concordiam omnibus, celebrari poſſet.

Gallorum Rex interpres concordiæ. Lugdunenſes conuent. Quid in ijs deliberatũ. a *Monſtrel vol. 3. pag. 4. Sabaud. hiſt. ex Guill. Parad. l. 3. cap. 35.*

Addit auctor Carolum Regem hæc conſilia archiepiſcopi Aquenſis internuntij apoſtolici opera ad Eugenium, tum ad Amedeum & Baſileenſes per Eliam e Pompadoro archidiaconum Carcaſſonensẽ poſtea Electẽſem epiſcopũ ſignificaſſe: interim antequã Carolus reſponſa eliceret, Eugenium menſe februario (huius ſcilicet anni) obijſſe, inq; eius locum ſuffectum Nicolaum V. Ludouico autem duce Sabaudiæ contendente apud Carolum non deferendam Nicolao V. vt ſummo Dei in terris vicario obedientiam, niſi prius cogeretur concilium; illum acceptis de illius electione literis, ex ſapientum conſilio Nicolaum ipſum, vt antea Eugenium, Pontificem coluiſſe, conſtituiſſeque ad redintegrandam pacem incumbendum, eamque ob cauſam indixiſſe Lugduni conuentus, & ducem Sabaudiæ ac Baſileenſes commonuiſſe, vt legatos ſuos in eam vrbem mitterent: menſe itaque iulio Treuerenſem archiepiſcopum, Regis Francorum, ducis Saxoniæ, & Colonienſis archiepiſcopi electorum imperij, tum ducis Sabaudiæ & Baſileenſiũ atque in ijs Cardinalem Arelatenſem, nec non Angliæ & Siciliæ Regum oratores conueniſſe, ac poſt plura colloquia Amedeum adeundum, vt ad pacem ipſum vrgerent, decreuiſſe, collatiſque cum ipſo & pſeudocardinalibus ſermonibus compoſitas concordiæ formulas, quas Angliæ Regis oratores Pontifici expoſuere, indignas prorſus reſponſo, ipſumque nunquam ijs ſe aſſenſurum dixiſſe, refert idem Monſtreletus. Vt vero aliquas admiſerit Nicolaus, alias reſpuerit, atque Amedeus pſeudopontificatu ſe abdicauerit, proximo anno dicetur. Interea intendit curas Nicolaus, vt aberrantes oues, quæ a Baſileenſibus impoſtoribus ſeductæ fuerant, ad gregem dominicum reduceret, atque internuntios apoſtolicos ampliſſima poteſtate in varijs regnis inſtruxit, vt ſceleris pœnitentes expiarent, ac priſtinis iuribus & dignitatibus, quibus exuti fuerant, reſtituerent. Cuius inſignis exempli clementiæ teſtes extant literæ b, quibus Iacobo epiſcopo S. Andreæ imperauit, vt clericos & laicos, qui in Scotia Baſileenſem factionem erant ſecuti, reuertentes ad officium decreto Eugenij veniam darent.

Antipapa conatus pro ſubornando Rege Gallo eluſ.

Inique ab antipapa ingeſt. propoſitæ.

Aberrantes Baſileenſes veniæ ſpe allicere ſe ſtudet.

b *Extant apud Eug. lib.* 12.

Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Iacobo epiſcopo S. Andreæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Tuam nobis & Apoſtolicæ ſedi deuotam perſonam ob grata & accepta per te nobis & eidem ſedi impenſa obſequia, honorare ſatagimus, vt per honorem tibi exhibitum, alijs etiam ad ſalutem animarum poſſit prouideri. Dudum ſiquidem poſtquam felicis recordationis Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter, generale concilium,

quod

Digitized by Google

quod tunc in ciuitate Baſileenſi celebrabatur, abinde ad ciuitatem noſtram Ferrarienſem ex certis legitimis tunc exiſtentibus cauſis tranſtulerat, & tranſlatum eſſe voluerat & decreuerat, nec non ſub excommunicationis & inhabilitationis pœnis, quas contrafacientes, ipſo facto incurrere cenſuerat, diſtrictius inhibendo, ne ex tunc inantea in Baſileenſi prædicta, aut alibi, preterquam in ipſa Ferrarienſi ciuitatibus, ſub nomine, ſiue prætextu concilij generalis remanere, ſiue etiam accedere auderet, mandandoque omnibus & ſingulis Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, electis, abbatibus, cæteriſque cuiuſcumque conditionis, ſtatus, gradus, vel præeminentiæ exiſterent tunc in dicta ciuitate Baſileenſi, ſub nomine ſiue prætextu huiuſmodi conuenientibus, vt intra certi tunc expreſſi temporis ſpatium deberent realiter & cum effectu ab ipſa ciuitate Baſileenſi receſſiſſe, nec non quoſcumque perditionis alumno Amedeo olim duci Sabaudiæ, ſe Felicem V. auſu temerario nominare præſumenti, eiuſque erroribus ſcienter & deliberate credentes, aut adhærentes, ſchiſmaticos fuiſſe & eſſe, ac tanquam hæreticos, & criminis læſæ maieſtatis reos puniendos fore, eoſque excommunicationis, anathematis, ac beneficiorum, officiorum, nec non honorum, prælaturarum, dignitatum tam eccleſiaſticarum quam mundanarum, priuationis, & inhabilitationis ad illa, eorumque omnibus bonis, iuribus, & iuriſdictionibus publicatis & confiſcatis, omneſque alias pœnas contra præfatum Amedeum ſtatutas & ordinatas incidiſſe & incurriſſe etiam decreuerat & declarauerat, prout in diuerſis ipſius prædeceſſoris literis plenius continetur, nec non per eumdem prædeceſſorem accepto, quod nonnulli regni ac ciuitatum, terrarum, & locorum ditioni chariſſimi in Chriſto filij noſtri Iacobi Scotorum Regis illuſtris ſubiectorum perſonæ tam eccleſiaſticæ quam ſeculares contra inhibitiones, monita, & mandata ac alia ſupradicta venire, ac plura etiam nefanda, & ſcandaloſa facere & perpetrare præſumpſerant, prædeceſſor prædictus, nolens talia ſub diſſimulatione tranſire, per nonnullas alias ſuas literas, tibi inter alia, omnes & ſingulas regni, ciuitatum, terrarum, & locorum huiuſmodi, eccleſiaſticas & alias perſonas, cuiuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, & conditionis exiſterent, etiam ſi abbatiali, vel alia quauis dignitate præfulgerent, quas ſibi pro tempore priuationis, & alijs cenſuris, & pœnis in literis dicti prædeceſſoris ſuper tranſlatione, & alijs literis præmiſſis contentis, earumue occaſione incurriſſet, in eccleſija & alijs locis eccleſiaſticis, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conueniret, excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos, nec non monaſterija & beneficijs ſuis omnibus cum cura vel ſine cura, ſecularibus vel regularibus, ac inhabilitatis ad illa, vel alia ex tunc in antea obtinenda, alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis ſupradictis irretitos, etiamſi beneficia huiuſmodi canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in cathedralibus, etiam Metropolitanis, & dignitates ipſæ inibi poſt pontificales maiores, ſeu abbatiales vel conuentuales, aut generales forent & ad illas, ac huiuſmodi perſonatus, adminiſtrationes vel officia conſueuiſſent per electionem aſſumi, eiſque cura immineret animarum, fuiſſe & eſſe auctoritate apoſtolica priuatos publice nunciandum, & nunciari faciendum, eoſque, & ipſorum quemlibet, etiam cum inuocatione auxilij brachij ſecularis aggrauandi, & reaggrauandi, ac ſingulos ex eis, quos ad ſedis Apoſtolicæ obedientiam, & deuotionem redire velle inueneris, ſi id humiliter peterent, ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis, quibus præmiſſorum occaſione forſan irretiti forent ſimul vel ſucceſſiue, abſoluendi, ac cum ipſis ſuper irregularitate, ſi quam, ſententijs, cenſuris, & pœnis prædictis, vel eorum aliqua ligati, miſſas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, vel ſe illis immiſcendo contraxiſſent, diſpenſandi, omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam per eos dicta occaſione contractam, penitus abolendi; nec non ipſos in priſtinum, in eum videlicet ſtatum, in quo antequam ſententias, cenſuras, & pœnas præfatas incurrerent, ac ad famam, honores, & bona reſtituendi, omnia quoque & ſingula, canonicatus & præbendas, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia ac beneficia, per priuationes talium pro tempore vacantia, cuiuſcumque taxæ ſiue annui valoris illorum fructus, redditus, & prouentus forent, abſolutis huiuſmodi, ſeu alijs idoneis, de quibus tibi videretur perſonis, auctoritate prædicta conferendi, & de illis, nec non ſingulis monaſterijs prædictis ſimiliter vacantia taliter, vt præmittitur abſolutis ac alijs, de quibus, tibi ſimiliter videretur, perſonis idoneis, dicta auctoritate prouidendi, aliaque in præmiſſis & circa ea neceſſaria, ac opportuna faciendi & exequendi, plenam & liberam eadem auctoritate conceſſit facultatem pariter & poteſtatem, prout etiam in eiſdem prædeceſſoris deſuper confectis literis plenius continetur.

Pertranslato rite Basilea concilio.

Promulgatis in antepa, am & sequentes cenſuris.

Vt omnes ſic cordomorū iurs dignitatesque ſuis ipsis exauctorati.

Propoſita reuerſuris ad gremiū Eccleſiæ venia.

Nos, qui dicto prædeceſſore, ſicut Domino placuit, ab hac luce ſubtracto, diuina fuimus fauente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, ipſius in hac parte prædeceſſoris veſtigijs inhærentes, ac cupientes quod poſteriores literæ huiuſmodi, in ſuo pleno robore permaneant, & ſuum in omnibus ſortiantur effectum, fraternitati tuæ etiam omnes ſupradictos excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos declarandi, ac beneficijs præmiſſis priuatos nunciandi, & nunciari faciendi, ac cum inuocatione auxilij huiuſmodi aggrauandi & reaggrauandi, nec non abſoluendi, diſpenſandi, inhabilitatis quoque, & infamiæ maculam huiuſmodi abolendi, inſtatumque præmiſſum reſtituendi, nec non beneficia conferendi, & de illis prouidendi, aliaque ſupradicta faciendi, & exercendi ſimilem facultatem & poteſtatem, auctoritate prædicta concedimus per præſentes, non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ dictus prædeceſſor in præfatis poſterioribus literis, non obſtare voluit, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo quinto kal. auguſti pontificatus noſtri anno I.*

Eugenij ſententia operi mandari iuſſa.

21 Damnauit tum in Polonia Amedei factionem Vincentius archiepiſcopus Gneſnenſis, qui ab ipſo in pſeudocardinalium numerum aſcriptus fuerat, ſaniorib⁹ſq; ſuſceptis conſilijs ad ſedem Apoſtolicam facinoris conſcientia ſtimulatus ſupplex confugit, veniamque petijt miſſo oratore, qui Nicolaum verum Chriſti vicarium eſt profeſſus. Excepit illum peramanter Pontifex, ipſumque cenſuris non ſolum omnibus abſolui, verum in Gneſnenſi etiam archiepiſcopatu confirmauit [a].

Gneſnenſis archiepiſcopus ſchiſma damnat.

a Ibid. pag. 98.

Digitized by Google

Venerabili fratri Vincentio archiepiſcopo Gneznenſi ſalutem, &c.

Exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod poſtquam felicis recordationis Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter, nonnullis rationabilibus ſuadentibus cauſis, olim concilium Baſileenſe ad ciuitatem noſtram Ferrarienſem tranſtulerat, ac omnibus & ſingulis ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, omniumque ſuorum eccleſiarum & beneficiorum eccleſiaſticorum priuatione, & alijs pœnis tunc expreſſis inhibuerat, ne ad dictam ciuitatem Baſileenſem tanquam ad generale concilium accederent, ſeu ibidem conuenirent, tu inhibitionis huiuſmodi non ignarus, dudum prætenſam aſſumptionem de perſona tua ad prætenſum cardinalatum per perditionis alumnum Amedeum olim ducem Sabaudiæ, ſe Felicem V. auſu ſacrilego nominare præſumentem, licet nulliter & de facto factam, tibi per certum ipſius ſcutiferum intimatam & portatam acceptaſti, & quendam capellum rubeum quem Romani Pontifices tempore aſſumptionis alicuius ad cardinalatum tradere conſueuere, recepiſti, ac fidelitatis & obedientiæ in manibus ipſius ſcutiferi, nomine Amedei & congregatorum Baſileæ præſtitiſti iuramenta, ac propter ea aliaque dicto Amedeo & congregatis fauendo adhæſiſti, ſiue etiam pro ipſis te cõgregatis declaraſti, pœnas, ſententias, & cenſuras in dicta translatione contentas incurrendo. Quare pro parte tua, qui (vt aſſeritur) de præmiſſis ab intimis doles, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt tibi & ſtatui tuo in præmiſſis prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Pſeudocardinalitiam dignitatem ab Amedeo acceperat.

Nos itaque qui ad lucrifaciendas Altiſſimo Chriſtifidelium quorumlibet animas, curis inuigilamus aſſiduis, te qui hodie per procuratorem tuum ad hoc legitime conſtitutum nos in verum Ieſu Chriſti in terris vicarium recognouiſti, & profeſſus fuiſti, ab omnibus & ſingulis excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſententijs, alijſque cenſuris eccleſiaſticis & pœnis, etiam hæreſis & ſchiſmatis, quas præmiſſorum occaſione, vel cauſa quomodolibet forſan incurriſti, plenarie abſoluimus & abſolutum nuntiamus per præſentes, tecumque ſuper irregularitate, ſi quam celebrando miſſas, & alia diuina officia, vel immiſcendo te illis, ſeu conferendis ordinibus ſacris quomodolibet contraxiſti, diſpenſamus, ac omnia & ſingula, quæ per te interim circa regimen & adminiſtrationem eccleſiæ Gneznenſis alias rite geſta fuerunt, approbamus, & ad prædictorum obſeruantiam iuramentorum te decernimus non teneri, ac omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſiue notam per te propter præmiſſa contractam abolemus, ac te ad prædicta nec non metropoliticam eccleſiam antefatam, eiuſque adminiſtrationem, bona, ac quæcumque iura, & honores, etiam in priſtinum ſtatum plenarie in integrum reſtituimus, reintegramus, & reponimus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVII. *ſexto non. octobris pontificatus noſtri anno 1.* Recepti quoque in gratiam clerus populuſque Gneſnenſis [a], quos archiepiſcopus in errorem traxerat, pariterque ab eodem reſipiſcens abduxerat; ac plures alij Regis Caſimiri opera cum Eccleſia conciliati ſunt [b]: ipſum vero Regem, cuius eximium erga ſedem Apoſtolicam ſtudium in pluribus enituerat, nonnullis ſacris beneficijs ornauit, quorum præcipuum illud fuit, vt in locis eccleſiaſtico interdicto obnoxijs diuinis intereſſe poſſet. Cæterum Caſimirum, cui iam ante, vt vidimus, ſceptrum Polonicum delatum fuerat, hoc anno iunio menſe diademate ſolemni pompa redimitum, teſtantur rerum Polonicarum ſcriptores [a], alijque. Tum in publico procerum conuentu agitatum, Nicolaone an Felici obtemperandum foret, ac ſancitum, vt Nicolaus creatus legibus Pontifex ac Petri ſucceſſor agnoſceretur.

Cenſuris ſoluitur vterque priſtinis reſtitutus.

a Ead. pag. ibid. pag. 154. & l. 2. pag. 23.

Prærogatiuis ornatur Rex Poloniæ a Pont.

Diademate redimitur.

a Michou. l. 4. c. 58. Chromer l. 22. & alij.

Affecti etiam alij Reges a Nicolao fuere ſacris beneficijs in his pontificatus initijs, interque alios Stephanus Thomas Boſnæ Rex, cuius patrocinium ſuſcepit, eam potiſſimum ob cauſam, quam hiſce verbis affert [b]: *Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Stephanus Thomas Rex Boſnæ illuſtris ſpretis atque abiectis Manichæorum erroribus, quibus irretitus fuerat prius, inter Reges Boſnæ ſanctam fidem catholicam acceptauerit*, ac Petro partium inferiorum Boſnæ vaiuodæ fidei catholicæ ſtudioſiſſimo permiſit, vt duos Minoritas ſibi præficeret, ſacello ac penes ſe retineret, hacque inſigni ipſum laude effert [c]: *Inter hæreticos conſtitutus tu ſolus catholicus inter principes regni Boſnæ ſanctam fidem catholicam illibatam ſeruaſti.* Quibus addimus ampliſſimas eum delictorum indulgentias, quas adepturi eſſent, cum mors immineret, largitum eſſe Alfonſo Aragonum Regi [d], ac Friderico [e] Saxoniæ duci ipſiuſque vxori.

b Lib. 22. pag. 72.

Stephanus Rex Boſnæ ob Manichæorum damnatam perfidiam commendatus.

c Ibid. pag. 65.

Sacra indulgentia tributa Alfonſ. Arag. Regi.

d Lib. 1. pag. 35.

22 Detulerat Alfonſus primus omnium Regum ſua Nicolao vt Petri ſucceſſori obſequia, eadem poſtea præſtitit Philippus Burgundiæ dux optime de ſede Apoſtolica meritus cuius orator hunc libellum ſupplicem [f] nouo Pontifici porrexit.

Obedientia delata Nicolao ab eod. Alfon. Philippus dux Burg. ſtudioſiſſimus R. eccleſiæ.

e Lib. 23. pag. 228.

Deuotus ſanctitatis veſtræ filius Ioannes Ioſridi decretorum doctor, decanus S. Vincentij Vergiacenſis, ad eandem veſtram ſanctitatem ambaſſiator deſtinatus per illuſtriſſimum principem dominum Philippum Dei gratia Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ ducem, Flandriæ, Artheſij, Burgundiæ palatinum, Hollandiæ, Zellandiæ, Hanoniæ, & Namurci comitem, marchionemque ſacri imperij, ac Friſiæ de Salinis, & Maclinia dominum, petit, ſupplicat, & requirit, certus fieri ſuper articulis, qui ſequuntur.

f Ext. apud Nicol. lib. 1. ſul. lar. ſecr. pag. 10.

Principatuum Burgundiæ tituli.

In primis ſi eadem ſanctitas, eundem dominum ducem habet, & habere intendit pro filio, & vero catholico ſuo, Eccleſiæque ſanctæ Dei, & verum dominum dominiorum quæ poſſidet, & ſi aduerſantibus & contradicentibus ſibi maxime hoſtiliter, aut alias machinantibus in ſtatum ſuum & domus ſuæ non intendat fauere, nec auxiliari, re, verbis, nec literis, aut nuntio in publico, nec in occulto pluſquam ſibi. & ſi, quatenus iuris, & rationis hoc poſtularet vel requireret cauſa cognita, & partibus auditis, ſed tantum tenere æquam libram inter ipſum & aduerſarios ſuos, qui hodie ſunt, vel in futurum eſſe poſſunt. Item ſi intendat eum, domumque ſuam tractare & honorare decenter & honeſte ſicut Romani Pontifices, qui pro tempore fuerunt, eandem domum ſuam progenitoreſque ſuos tractauerunt, & honorauerunt, ſuaſque petitiones honeſtas & ſupplicationes, clementer recipere & habere recommiſſas in votiua expeditione, quantum cum Deo & honeſtate fieri poterit, ſicut ſuis progenitoribus, & illis de domo ſua factum fuit per prædictos Romanos Pontifices, qui pro tempore fuerunt. Item quod in beneficijs, & officijs eccleſiaſticis, maxime prælaturis ac dignitatibus terrarum & dominiorum ſuorum, cæterarumque ditioni ac regimini & protectioni ſuis commiſſarum, aut intra ſua dominia incluſarum, non præficiat perſonas alienæ nationis nec originarios terrarum & dominiorum aduerſariorum ſuorum, aut ei ſuſpectas, propter peri-

Supplicis ab eo porrecti libelli formula.

Digitized by Google

pericula & damna, quæ poſſent ſibi ſequi & inferri, & in caſum quod inaduertenter fieret, quod per translationem vel alias debito modo debeat prouideri & reparari. Item vt præfatus dominus dux honoretur, ſupplicat domino noſtro pro Cardinalibus creandis, & alijs officiarijs in Romana curia habendis, quemadmodum ad ſupplicationem cæterorum principum factum fuit. Item quod præfatus dominus dux intelligat, ſe cum domino noſtro, & idem dominus noſter eum eo.] Aſſenſit amanter poſtulatis Nicolaus a, ac Burgundum exaratis XII. kal. iunias literis de eximio in eum paterno ſuo ſtudio certiorem fecit.

a Ibid.

b Ibid. pag. 162.

Complexos etiam eſt nonnullis b apoſtolicis beneficijs Renatum, qui Siciliæ & Ieruſalem titulos retinebat, Iſabellamque eius vxorem, permiſitque vt in locis, in quibus ſacris interdictum eſſet, diuinis myſterijs intereſſe poſſent, quadrageſimali tempore adhibito medicorum conſilio carnibus veſcerentur, noxis ob quas ſedes Apoſtolica eſſet adeunda, a ſuo ſacerdote ſoluerentur, tum ara ſubductili vti poſſent: eidemque Renaro conceſſit c, vt marmor quoddam, in quo Chriſti e cruce pendentis effigies inſculpta eſt, quod a Maria Iacobi & Maria Salome deportatum in Prouinciam creditur, in alium locum transferret, atque ædem ſacram in Maſſilienſi littore ſitam muniendi portus gratia euerteret, modo aliud templum amplitudine par in eadem vrbe S. Ioanni poneret, Iudæos etiam recurrentibus annis ſingulis quater ad ſacram concionem audiendam cogere poſſet.

c Ibid. pag. 154. Marmor Christi effigie inſculptum delatum in Prou. ex Iudæa.

Chariſſimo in Chriſto filio, Renato Ieruſalem & Siciliæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

Tanta eſt fides & deuotio tua erga nos & Romanam eccleſiam, vt nos ſemper inueniat in gratiarum exhibitione, benignos. Hinc eſt, quod nos tuæ ſupplicationi inclinati, vt lapidem marmoreum, in quo eſt figura Crucifixi per Mariam Iacobi & Mariam Salome ad Villam B. Mariæ de Mari Arelatenſis diœceſis, vt creditur, apportatum, & ibidem exiſtens, dum tamen hoc ſine ſcandalo fiat, ad loca honeſta, vbi tibi placuerit cum deuotione deferri, nec non eccleſiam S. Ioannis Maſſilienſis, illiuſque ſtructuras, domos, & ædificia ad hoc, vt portus maris ibidem magis tutus exiſtat, penitus demoliri, & loco illius, in eadem ciuitate aliam eccleſiam, in ſtructuris, domibus, & ædificijs ipſi demoliendæ eccleſiæ æque bonam de nouo conſtrui & ædificari facere, nec non quater in anno per literatum, & idoneum prædicatorem, Iudeis in illis partibus commorantibus verbum Dei in quibuſcunque eccleſijs, ſiue locis ad id per te eligendis, prædicari facere, ipſoſque Iudeos per ſubtractionem bonorum, & incarcerationem ad huiuſmodi prædicationem veniendum, & illico, donec prædicatum fuerit, commorandum, compellere libere & licite poſſis, alicuius ſuper hoc licentia, vel aſſenſu minime requiſitis, iure tamen parrochialis eccleſiæ, & cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo, auctoritate apoſtolica, præſentium tenore indulgemus. Volumus autem, quod fructus, redditus, & prouentus demoliendæ in dotem conſtruendæ Eccleſiarum huiuſmodi conuertantur, & illius Rectoris pro tempore exiſtentis, perpetuo ſint, & eſſe cenſeantur. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVII. XIII. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* 1. Cenſores vero fidei populum Chriſtianum aduerſus Iudæos concitare vetuit a, quin illos potius ab irruentium iniurijs iuſſit vindicari, adducto hoc argumento: *Quia*, inquit, *reliquiæ ſaluæ fient*. Confirmatum id etiam paulo inferius hac ratione: *Quo ſpecialius ſunt in teſtimonium fidei orthodoxæ reſeruati*. Quo etiam tempore edixit Hiſpanis b, ne Iudæos, qui inter ipſos degebant, ad baptiſmalia ſacra ſuſcipienda vi adigerent, neue afficerent iniurijs.

a Lib. 24 pag. 148. Cur Iudæi a Christianis tolerandi.

b Lib. 1. bullar. pag. 255. Geſta a Io. Rege Nauar. bellum cum Caſtellano.

23 Cum ad Hiſpanicas res defluxerit narratio: prætereundum non videtur, Ioannem Regem Nauarræ, qui antea crudele & exitioſum bellum cum Henrico equeſtris ordinis, cui S. Iacobi e Spatha nomen eſt, magiſtro geſſerat, in quo grauiſſima commiſſa flagitia fuerant, editæ hominum ſtrages, illata ſtupra, templa profanata vel incenſa, abactæ prædæ, ſacræ opes expilatæ, aliaque ingentia patrata facinora ex quibus eorundem auctores participeſue malorum anathema cenſuraſque contraxerunt, conſcientiæque ſtimulis exulceratum popoſciſſe veniam a Pontifice, ipſumque rogaſſe, vt eius animæ ac ſociorum ſaluti conſuleret. Pœnitentem Regem non repulit Chriſti vicarius, atque archiepiſcopo Cæſarauguſtano prouinciam dedit c, vt illum atque alios, qui eius partibus impliciti in illo bello fuerant, noxarum veniam flagitantes cenſuris liberaret.

c Ibid. pag. 159.

Venerabili fratri archiepiſcopo Cæſarauguſtano ſalutem, &c.

Cum, ſicut pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Regis Nauarræ illuſtris nobis nuper exhibita petitio continebat, olim, videlicet temporibus proxime præteritis, vigentibus tunc inter eum & quondam Henricum magiſtrum totius militiæ Iacobi de Spatha ex vna, & quoſdam etiam potentes eorum tunc inimicos humani generis hoſte procurante, partibus ex alia, diſſenſionibus ac diris guerrarum turbinibus, vulnerationes, mutilationes, & homicidia etiam eccleſiaſticarum perſonarum, nec non eccleſiarum multarum violationes & incendia, ac bonorum etiam ſacrorum rapinæ aliaque plurima damna, mala, & ſacrilegia commiſſa & perpetrata fuerint, quorum & in quibus Rex prædictus, nec non plurimi ex ipſius, ac dicti magiſtri familiaribus & ſubditis, alijque & inſuper fautores, ſequaces, & adhærentes, auxiliumque & conſilium præſtantes culpabiles extiterint, excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas contra ſimilia perpetrantes, tam a iure, quam ab homine & conſtitutionibus prouincialibus & ſynodalibus latas, inflictas, & promulgatas, damnabiliter incurrendo, pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter, vt eius, ac aliorum culpabilium prædictorum ſtatui, & animarum ſaluti in præmiſſis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Patrato in illum et dire mala ingentia.

Contractæ cenſuræ.

Nos igitur attendentes, quod præfatæ ſedis clementia non conſueuit petentibus veniam denegare, ac culpabilium, dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis, necnon ipſorum, ac per eos commiſſorum, & perpetratorum præfatorum, omnium, & ſingulorum quantitates, & qualitates, præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per te, vel alium, ſeu alios, Regem & familiares, ſubditos, ſequaces, adhærentes, & auxilium præſtantes tam præmiſſorum, quam in eis culpabiles omnes & ſingulos ſupradictos, etiamſi ex eis, cuiuſcumque cauſa, clerici ſæculares, non tamen in ali-

Pœnitentibus conceſſa venia.

Digitized by Google

aliquo ex ſacris ordinibus conſtituti quam dictæ, & aliarum quarumcumque militiarum magiſtri & fratres, in quouis numero fuerint, ſi id humiliter petierint, ab huiuſmodi ſententijs, cenſuris, & pœnis omnibus & ſingulis auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat, ſimul vel ſucceſſiue abſoluas, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVII. *pridie id. octobris pontificatus noſtri anno* 1. Viſus etiam eſt Nicolaus clementia in Ioannem Baptiſtam, Marinum, & Franciſcum Sabellos qui pluribus pœnis ob tentatam in Eugenium perduellionem ſe irretierant, ac bonorum iacturam erant paſſi, deditque mandata a Beſſarioni baſilicæ duodecim Apoſtolorum, & Guillelmo S. Martini in montibus presbyteris Cardinalibus, vt eoſdem nobiles Romanos in integrum reſtituerent.

a Lib. 1. pag. 48.

Amedeus eiuſque ſectatores damnantur.

Vt vero ſeueritatem in impios peruicaces pro aſſerenda religione adhibuerit Pontifex, nunc perſtringamus. Inficiente Mediolanum prauis dogmatibus Amedeo illo, quem a S. Bernardino hæreſeos reum poſtulatum, deinde ab Eugenio damnatum vidimus, eccleſiæque monita eludente cum nonnullorum patrocinio tegeretur, Mediolanenſi archiepiſcopo imperauit b, vt ipſum eiuſque prauis dogmatibus inquinatos iudicio inſectaretur. Prouinciam etiam dedit c B. Ioanni e Capiſtrano cauſarum fidei cognitori, maximaque ſanctitatis opinione florenti, vt in Fraticellos hæreticos inquireret.

b Lib. 22. pag. 53. c Ibid. pag. 77.

Fraticellorum ſectæ deſignantur hæreſis.

Nicolaus, &c. Cum ſicut ex fidedigna relatione plurimorum nobis diſplicenter innotuit, in plerîſque mundi partibus quædam ſecta hæreticorum neſanda, quæ Fraticellorum della opinione nuncupatur, operante ſatore zizaniæ, proh dolor! eruperit, quæ peſtiferum virus euomens ſimplices animas ſuis tendiculis, & palliatis coloribus ſub prætextu ſimulatæ ſanctitatis illaqueando decipit, illas æterno ſatagens igni tranſmittere conſumendas, *& infra*, ſperantes quod in quem, ſicut tã magiſtra experientia, quam etiam teſtimonio fidedignorum accepimus, conſtantia fidei, religionis zelo, vitæ munditia, & alijs multiplicium virtutum meritis illuſtratum Altiſſimus inſigniuit, per tuæ prudentiæ & ſolicitudinis ſtudium labem huiuſmodi extirpare, & orthodoxæ fidei palmites tranſplantare conaberis, &c. *Dat.* MCCCCXLVIS. V. *non. iulij.*

B. Capiſtr. in eos iuſſus inquirere.

24 Vt porro excindendæ impietati, ita pietati propagandæ nauata eſt opera a Nicolao qui cultus ſanctiſſimæ Euchariſtiæ augendi cupidus ſanxit, vt epiſcopi in ſolemni ſupplicatione, quæ die feſto dominici corporis inſtructo agmine religioſo celebrari ſolet, hoſtiam deferrent, & clerum ac religioſos viros ad eccleſiam principem, cui is honos debitus erat, conuocarent, & corruptelam, quæ in aliquibus locis inualuerat, ſuſtulit: quibus de rebus hæc ad S. Antoninum archiepiſcopum Florentinum dedit diploma d.

d Lib. 22 pag. 34.

Venerabili fratri Antonino archiepiſcopo Florentino ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ob reuerentiam mirabilis ſacramenti corporis domini noſtri Ieſu Chriſti, & ob frequentia miracula, quæ ex eo ſæpius inſcrutabilis Dei altitudo diſpoſuit, felicis recordationis Vrbanus Papa IV. prædeceſſor noſter inſtituit ſolemnitatem corporis dominici, quam voluit a Chriſtifidelibus per omnes orbis eccleſias in paſſionis dominicæ memoriam celebrari, in qua prælati eccleſiarum cum omni clero, ac religioſis & populo ſuæ ciuitatis ſolemnem proceſſionem facerent, conuenien-te clero & populo in eccleſia cathedrali, & epiſcopum admirabile ſacramentum ſuis manibus deferentem ab ipſa eccleſia vſque ad reditum comitante. Quam quidem celebritatem ſumma deuotione, & ueneratione ſolemni tota Eccleſia Chriſtifidelium amplexa eſt, Et vt populus Chriſtianus ad eam ſolemnitatem deuotius & celebrius conueniret, datæ ſunt a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus remiſſiones & indulgentiæ peccatorum.

Religioſa pompa corporis omnino cathedrali eccleſia ducenda.

Verum & ſi omnes teneantur & debeant eum diem ſolemnem reddere, ad id tamen eccleſiarum præſules, quaſi duces & paſtores gregis dominici præcipuo quodam iure ſui pontificij obligantur, quorum eſt in ea feſtiuitate honorare eccleſiam ſuam, & in ea præceptum facere ſolemnitatis ſecundum antiquam inſtitutionem, vt qui caput eſt cleri, principium quoque tantæ feſtiuitatis a commiſſa ſibi ſumat eccleſia, ſi vero ſecus aliquibus in locis conſuetudo eſt ſeruata, abuſio ea potius, quam conſuetudo cenſenda eſt. Quamuis & multis in vrbibus diebus noſtris ea abuſio ſit remota, & honor proceſſionis cathedralibus eccleſijs attributus. Idcirco volumus & tibi diſtricte mandamus, vt ad eccleſiam tuam omnem clerum, ac ordines quoſcumque religioſos ciuitatis Florentinæ cum debitis & condecentibus ornamentis conuenire præcipias, & ibi conueniente omni populo ciuitatis proceſſionem facias, vt a noſtris eſt prædeceſſoribus inſtituta: quod volumus a tua fraternitate & ſucceſſoribus tuis perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruari. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* CMCCCCXLVII. XIS. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* 1. Veriſimile videtur S. Antoninum, quem ſuperiori anno IV. id. febr. creatum archiepiſcopū ſcribit Ferdinandus Vghellus a dum apud ſedem Apoſtolicam morabatur, Pontificem ad huiuſmodi danda fidelibus mandatã impuliſſe.

S. Antonino omnes eccleſiaſticos congregare iuſſus.

a Ferd. Vghell. in Ital. ſacr. to. 3.

25 Quamuis autem nouus Pontifex augendo religionis ſplendori operam ſtudioſe nauaret, reipublicæ tamen curas non abiecit, cum humana diuinis ſeruiant. Venere b ea tempeſtate miſſi a Venetis & Florentinis oratores, qui publice ſunt profeſſi, per ipſos non ſtare quominus pax reponeretur Italiæ, & controuerſia, quæ illis cum Philippo Maria Mediolani duce erat, ſedaretur. Id cum Nicolao iucundiſſimum accidiſſet, Tibur dimiſſi ſunt, certiorem de ijs facturi Alfonſum Aragonum & Siciliæ Regem, eo ibi conſilio morantem, vt Florentinos bello peteret: qui auditis oratoribus reſpondit, nihil a ſe prætermiſſum iri, quod ad pacem conficiendam attineret. Legatis itaque a diſſentientibus partibus Ferrariam miſſis, de concordia Pontificis potiſſimum opera redintegranda agitatum eſt, ac tandem decretum, vt Philippo proponeretur, malletne quinquennales inducias cum Venetis & Florentinis inire, ita vt partorum ab ipſis poſſeſſio apud vtroſque maneret, an pacem admittere, Cremona tradita, ac receptis quæ Veneti trans Abduam occupaſſent. At dum tabellarius ea de re literas ipſi duci afferebat, ille repentino oppreſſus morbo interijt, de quo hæc S. Antoninus c hiſtoriæ monumentis mandauit: *Sequenti auguſto*, huius nimirum anni, *diem clauſit extremum ſerpens ille antiquus non dierum, ſed aſtutiarum, qui turbabat Italiam, apoplexia correptus* (alij alio mortis genere ipſum ſublatum ſcribunt d) *Et ſicut in vita ſua & conuerſatione inſtabilis & inordinatus fuit, nec Deum timens nec homines verens, ita in morte ſine ſacramentis decedens, vt animal brutum,*

De pace reſtituenda Italiæ actum.

b S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 12. §. 1. Sabell. enead. 10. l. 5. Facius de reb. Alfonſ. Regis Pigna l. 7 Corius hiſt. Med. p. 4. Plat. in Nic. V. & alij.

Philippi Mariæ mors.

c S. Ant. ibid. c. 11 §. 17. d Gaſtio in comm. Pij II. l. 1 & alij.

Sacramenta excipere renuit.

Digitized by Google

tum ; quinimmo , cum & medicus eius hortaretur eum , ſed modo humano , ad confeſſionem ; vt ex medela ſpirituali magis proficeret corpori materiali , ille toruo oculo illum reſpiciens omnino tacuit , ſed recedenti inde ſibi mandari fecit , vt amplius non viſitaret eum . Philippum Mariam alto faſtu turgidum prope coegiſſe eos , qui in poteſtate ſua erant , ad deferendos ſibi honores humano faſtigio auguſtiores , de quo a B. Bernardino Senenſi increpitus ſit , nec ferentem ſancti viri libertatem illum fraudibus circumuenire conatum , at contrario exitu , memorat eiuſdem S. Bernardini vitæ auctor a : *Concionabatur* , inquit , *aliquando Mediolani præſenti duce , in eiuſque arrogantiam ſeuere & fidenter admodum inuehebatur , quod eius litera ita acciperentur , vt propemodum diuinus quidam cultus eis impendi videretur , hortabatur autem populum , vt mundum & eius inanem gloriam nihil penderet . Dux vero id ſentiens grauiſſime in illum commoueri cœpit , atque niſi ab eiuſmodi ſermonibus abſtineret , ſe omni ſuppliciorum genere excruciatum illum e medio ſublaturum . At Bernardinus ea re mirifice exhilaratus retulit ad populum quid princeps ipſi minatus eſſet , orauitque ne ipſum defendendum ſuſciperent , paratum ſe dicens ad perferendum pro veritate martyrium , rurſuſque palam illum morem reprehendit . Ea ſancti viri conſtantia fractus & perterritus princeps non auſus fuit vllas porro minas ei intentare . Aderat tum illi principi quidam non bonus conſultor , qui diceret ei : Si vis Bernardinum corrumpere , mitte illi poculum nummis aureis plenum , quos ſi receperit , poteris dicere populo , docere Bernardinum amplectendam paupertatem & opes contemnendas , ſed illum tamen id non præſtare , quippe qui multam a te pecuniam acceperit . Placuit ſummopere id conſilium principi . Itaque exploraturus , num opere faceret quod verbo doceret Bernardinus , miſit ei poculum in quo inerant aurei nummi quos ducatos vocant , quingenti . Affertur a nuntijs ducis pecunia illa Bernardino , aiunt ex deuotione eam mitti a principe , vt vtatur ea ad res neceſſarias ſibi comparandas , prout libitum ſibi fuerit . Bernardinus vero noluit eam recipere , iuſſitque dici principi , ſe ea opus non habere . Refertur ergo pecunia ad principem , ſed rurſus verſutus ille conſultor inſtigat eum , vt denuo eam mittat Bernardino , mandetque vt ſi ad priuatos eam accommodare nolit , conferat in fratrum ſuorum vſus , & ad monaſterij ſtructuras . Redeunt cum aureis nuntij ad Bernardinum , explicant mandata ducis . Ille reſpuit plane . Aiunt illi : Quid ergo de his faciemus , quandoquidem princeps iuſſit , ne ad ipſum illos reportemus ? tum Bernardinus . Si ita , inquit ſe res habet , & mihi pecunia hac licet vti pro meo arbitratu , ſequamini me præeuntem . Ducit ergo eos ad carceres Senenſes , quibus tenebantur ære alieno preſſi , rogat ex ſingulis quantum debeant , iubet tantumdem illis numerari e pecunia ducis . Id cum factum eſſet , omnes liberati ſunt , demptis duobus , ad quos redimendos pecunia non ſufficiebat . Tum illi miſeri cœpere lachrymas fundere , Bernardini amplecti genua , rogare ne ipſis deſit . Flexus ea re vir pius motuſque miſericordia , non ſine lachrymis ait ad illos . Quæſo , chariſſimi , ne vos animi dolor occupet , en ego polliceor vobis me daturum operam , vt liberi hinc recedatis , quod ſi non poſſim , me locum veſtrum ſubiturum . Id vbi plebs reſciuit plerique multa permoti miſericordia captiuos illos e cuſtodia dimiſerunt . Dux autem videns non redire pecuniam ſuam ait ad aulicos ſuos . Frater iſte dicit pecuniam ſe ducere pro nihilo , at reipſa aliud teſtatur . Nunc autem cum reuertiſſent ; vt duci referrent quo pacto illi aurei a Bernardino expenſi eſſent , omnem de ſancto viro malam ſuſpicionem , odium , & inuidentiam prorſus a ſe reiecit , mundique contemptorem & laudauit egregie , & maiori deinde reuerentia proſecutus eſt .*

a Vit. S. Bernard. apud Sur. 20. maij.

Perſtrictus a S. Bernardino Phil. ducis arrogantiam.

Tentatus a duce S. Bernardini integritas.

Erogata pauperibus pecunia ad virum S. transmiſſa.

Conciliatus viro ſancto dux.

Depingit Philippum ſuis coloribus Æneas Syluius a : *Fuit* , inquit , *Philippus ingenti corpore , in iuuentute macer , in ſenectute pinguiſſimus , deformi facie ac prægrandibus oculis , ingenio peracri & callido , in largiendo profuſus , in parcendo facilis , in audiendo difficilis , at vbi in colloquium veniſſet mitis ac placidus . cultus corporis ac munditiarum omniſque lenocinij negligens , venandi cupidus , equorum ſtudioſus , cæterum quietis impatiens , atque imperandi auidus , in pace bellum , in bello pacem quæſiuit , ſimulandi atque diſſimulandi egregius artifex , in milites quam in ciues indulgentior , raro in publicum prodijt , delatoribus facile credidit , in ſuſpiciones adeo pronus , vt ſæpe fidiſſimos a ſe amicos leuiſſimis de cauſis abalienarit , pulchris indutos veſtibus ægre ad ſe venire permiſit . Sermonem de morte audiuit inuitus : tonitrua ac fulmina mirum in modum expauit . Tabifica lue percuſſos ex vrbibus migrare in agros iuſſit , eorumque domos incendio tolli , qua cura innumerabilem illum Mediolani populum multis annis intactum quodammodo ab ea peſte ſeruauit . Huic , cum vita deceſſiſſet , funus nec tanto principe dignum , nec ſuis maioribus ductum eſt , nec ſepulchri decus additum .* Turbarum omnium in Baſileenſi concilio motarum auctorem extitiſſe referunt ſcriptores , qui Amedeum excuſare nituntur , quamuis deinde ſocerum antipapam ſequi non auſus ſit , ne ſubditos b a ſe abalienaret , ſuſpectaque Venetorum arma in ſe concitaret ; ſiue etiam immanitatem tanti facinoris ex animo exhorruerit , nam Franciſcus Philelphus c diſerte ſcribit illum politicis maleſanis conſilijs adductum , quæ aliquando in ſchiſma eruptura non prævidebat .

a Aen. Syl. de Europ. c. 49.

Philippi Mariæ forma & mores.

Animi dotes.

Qua arte a contagione Mediolanũ ſeruarit.

Videbatur , inquit , *Philippus dux aduerſus Eugenium ſentire , idque ob nullam aliam cauſam , niſi vt a Venetorum ſocietate illum auerteret , ſibique aſciſceret , aut illud ſaltem efficeret vt neutram in partem propenſior foret . Exiſtimans igitur Aeneas rem Philippo gratiſſimam ſe facturum , duas in Baſileenſi concilio vehementes & peracerbas in Eugenium orationes habuit . Quam rem Philippus adeo moleſte tulit & grauiter , vt præpoſituræ beneficium , quod in diui Laurentij templo Scaramuciæ interuentu , in eum dono conferri curauerat , quamprimum ablatum Aeneæ in alium transtulerit , qua quidem recognita vbi confeſtim Aeneas Mediolanum reuertiſſet , eſſetque de ablato queſtus beneficio , nec exorare quidquam potuit .* Addit auctor Æneam ipſum in hac rerum difficultate in Germaniam ſe contuliſſe , atque ob ſtudium eloquentiæ Gaſpari Slicho , qui primum Sigiſmundi , deinde Alberti , ac poſtremo Friderici ſcribarum princeps extitit , operam nauaſſe , atque ob varias legationes præclare geſtas epiſcopum Tergeſtinum factum , qua dignitate eum hoc anno inſignitum fuiſſe narrat Gobelinus d .

b Hiſt. Sabaud. ex Guil Paradin. l. 3 c. 24.

c Philel. l. 26. in ep. 1.

Cur Eugenio infenſus fuerit.

Æneam Syluium ecclesiam ad uerſus Eug. pleſtit.

d Gobelin in comm. lib. 2.

26 Verum ad Nicolaum Pontificem reuertamur , qui non modo pacem inter Italiæ principes , ſed inter alios etiam conciliare niſus eſt , vt arma Chriſtiano tincta cruore in barbaros verterent ; coorto enim bello inter Fridericum Cæſarem & Hungaros , qui ab ipſo Ladislaum Regem puerum repetebant , imperauit inducias , moxque illi ſedi Apoſtolicæ obſequentes armis temperarunt , legatum pontificium , a quo controuerſia dirimeretur præſtolaturi . Ea prouincia impoſita eſt a Nicolao e Ioanni S. Angeli diacono Cardi-

Orta inter Cæſarem & Vngar. diſcordia.

e Lib. 2. pag. 7.

Digitized by Google

nali, adiectaque mandata, vt omni ſtudio ad componendam diſcordiam incumberet, cum id bellum rei Chriſtianæ maximum damnum eſſet allaturum, quandoquidem Hungari ferro a Friderico appetiti Turcicam oppugnationem ægre ſuſtinere potuiſſent.

Dilecto filio Ioanni S. Angeli diacono Cardinali apoſtolicæ ſedis legato ſalutem.

Imperatur Nicolao in ducia.

Cum dudum (quod dolenter referimus) inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fridericum Romanorum Regem illuſtrem, & dilectos filios Regni Hungariæ ex certis cauſis diſſenſiones & bella eſſent procurãte æmulo pacis exorta, nos per noſtras literas ipſos ad indicendas, & obſeruandas inter eos treguas donec noſtrum ad partes illas legatum pro tractanda pace mitteremus in Domino exhortati ſumus. Quiquidem Rex & regnum tanquam pacis & obedientiæ filij noſtris literis obtemperantes huiuſmodi treugas fecerunt ad certum tempus, de qua re ſunt a nobis & apoſtolica ſede maxime commendandi, cum tam prompti fuerint ad parendum exhortationibus noſtris. Nos igitur conſiderantes quod, ſi Rex præfatus, qui ſolet & debet eſſe defenſor & protector eccleſiæ, & illi in ſuis neceſſitatibus ſubuenire; & etiam aduertentes quod ſi regnum prædictum, quod ſemper deuotum Romanæ eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi & tanquam fidei ſcutum immobile ſe præbuit contra infideles, & pro Chriſtianorum defenſione pugnauit multa damna & detrimenta in defenſione huiuſmodi ſuſtinendo mutuis bellis & diſſenſionibus debilitarentur, multa & grauia ſcandala poſſent veriſimiliter prouenire, & etiam ex eorum inteſtinis bellis & calamitatibus Teucri confiſi, facilius ſuas vires extenderent in detrimentum & oppreſſionem populi Chriſtiani, ac etiam ſummis deſiderijs affectantes inter Regem et regnum præfatos, ad quos gerimus ſingularem charitatis affectum ſublatis diſcordiarum et bellorum cauſis et fomentis, pacem et mutuam concordiam ſtabilem vigere; nec non de tuis ſapientiæ prudentiæque magnitudine, induſtriæ claritate, rerum agendarum experientia, vitæque integritate ac alijs multiplicibus virtutum donis, quibus perſonam tuam Altiſſimus inſigniuit, gerentes in Domino fiduciam ſpecialem ac ſperantes quod per tui conſilij magnitudinem diſſenſiones et diſcordiæ huiuſmodi ad pacis dulcedinem deducentur; te tanquam pacis angelum ad Regem et regnum præfatos, de fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio legatum noſtrum de latere præſentialiter deſtinamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVII. *pridie non. auguſti pontificatus noſtri anno primo.*

Intermiſſū ob Hūgaris in Turcos bellum.

Amplificauit, eiuſdem legati auctoritatem Nicolaus ad Bohemię res componendas, idoneumque paſtorem eccleſię Pragenſi preficiendum, qua in re Bohemorum votis aſſenſit Nicolaus, qui hanc rationem adducit b: *Attendentes quod dilecti filij prælati, barones, milites, & communitates regni Bohemiæ per ſuos oratores, qui ad felicis recordationis Eugenium Papam IV. deſtinabantur, nobis, qui ipſo ſublato de medio, ſuimus diuina fauente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, obedientiam & reuerentiam debitam præſtiterunt.* Vt vero diuellere eos ab eccleſia catholica niſi ſint heretici, dicetur inferius: nunc ad orientales res digrediamur.

Componere eiſdem res Bohemicas iuſſus.

a Ibid. pag. 8. & lib. 22. pag. 129.

Delata Nicolao a Bohemis obſequia.

b Super pag. 8.

c Poſt reg. bullar. Eugen.

27 Non defuit c apoſtolico muneri Nicolaus, vt Gręcos in Eccleſię gremio contineret. At illi priora in Latinos concepta odia aluerunt, de quibus inſtas haſce mœſtaſque querelas exprompſit Gennadius a: *Latini Græcos diligebant, & optabant cum eis vniri,* & infra, *Græci vero ex eo tempore & huc vſque nondeſinunt omnem lapidem aduerſus Latinos mouere, & fanda & nefanda contra ipſos euomere, neque Dei timor neque diuturna conſenſio, neque ſynodus œcumenica, neque veritas ipſa potuit illos perſuadere, vt ad bonam frugem conuerterentur.* Qui etiam extra Conſtantinopolim agebant in tanta obduruere pertinacia, vt varijs ſubornare mendacijs contenderent veteres Græcorum errores in Florentino concilio non fuiſſe damnatos, immo Latinos ijs aſſenſiſſe. Armenij etiam plures, qui in Cypro & alijs inſulis Latinorum imperio obnoxijs decreta de inſtaurata in eadem ſynodo coniunctione ſuſcipere detrectarunt; quocirca Nicoſienſi archiepiſcopo mandata hæc data ſunt a Nicolao b.

a Gennad. patriarch. in orat. ad Græc.

Græci veteres in Latinos alunt odia.

b Extant hæ lit. poſt regeſt. bullar. Eug. IV. lib. 52 pag. 308.

Venerabili fratri Andreæ archiepiſcopo Nicoſienſi A. S. L. miſſo ſalutem, &c.

Cum te ad regnum Cypri, in inſulam Rhodi, ac nonnullas alias inſulas & loca pro nonnullis arduis Dei honorem, catholicæ fidei augmentum, ſtatum etiam noſtrum & Romanæ eccleſiæ, ac tranquillitatem & bonum ſtatum partium illarum concernentibus exequendis negotijs Apoſtolicæ ſedis legatum miſſum cum poteſtate legati de latere tanquam pacis angelum præſentialiter deſtinemus, & ſicut accepimus in partibus illis ſint plerique Chriſti ſanguine mercati tenebrarum principis aſtutijs ſeducti, auſu temerario dicentes & pertinaciter tenentes, Græcos in concilio Florentino non confeſſos fuiſſe articulos, ſuper quibus erat vetus diſcordia inter dictos Græcos & Latinos, immo e contrario affirmantes vt Latini ſcilicet annuerint Græcorum erroribus, nonnulli etiam alij ſint pertinaciter tenentes Latinos nuper a Græcis didiciſſe quod in Chriſto ſint duæ voluntates & duæ operationes, inſuper quidam alij pertinaciter contendentes, dicentes capitula contenta & concordata in præfato concilio Florentino inter Latinos & Armenos eſſe contraria catholicæ fidei, & nullo modo recipienda in animarum ſuarum periculum, Chriſtianæ fidei confuſionem, ac pernitioſum exemplum plurimorum: nos attendentes, quod noſtra præcipue intereſt ſuper hoc de opportuno remedio prouidere, fraternitati tuæ, de qua in ijs & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, tua legatione durante, de & ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis & eorum circumſtantijs vniuerſis auctoritate apoſtolica inquirendi, ac contra omnes & ſingulos ſupradictos talia præſumentes, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, tanquam contra hæreticos ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, procedendi, nec non illos capi faciendi, examinandi, & ſi eorum exceſſuum qualitates exegerint, carceribus mancipandi, detinendi, pœnis debitis iuxta canonicas ſanctiones puniendi & corrigendi, contradicentes quoslibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & alia opportuna iuris remedia, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, compeſcendi, nec non omnia alia & ſingula, quæ in præmiſſis & circa ea quomodolibet neceſſaria vel opportuna fuerint, faciendi & exequendi, plenam & liberam auctoritate præfata tenore præſentium concedimus facultatem, non obſtantibus quibuslibet priuilegijs, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis, &c. III non. auguſti pontificatus noſtri anno 1.*

Inſignes Græcorum in Cypro aduerſus Romanam eccleſiam calumniæ.

Seductores Florentinū concilium.

Exerceri iuſſo in eos fidei cenſura.

Con-

Digitized by Google

38 Conſultus nouus Pontifex pridie kal. iulij huius anni MCDXLVII. a Tranſiluanis Saxonibus de nonnullis dubijs, ea Alfonſo tit. ſanctorum IV. Coronatorum, qui poſtea in Pontificatu Calliſti nomen ſumpſit, excutienda ſoluendaque tradidit [a], de quibus reſponſa data apoſtolico diplomate firmauit. Eæ autem quæſtiones ſubiectis verbis ſunt conceptæ.

a Ex lib. ſecr. Nic. V. pag. 79. m. 1. ex lib. Vat. Call. diuerſ. pag. 160.

Tenor dubiorum & reſponſionum ſeu ſolutionum huiuſmodi ſequitur, & eſt talis.

Varia Saxonibus a Nicolao data reſponſa.

An presbyteri poſſint facere pactum pro pecunia vel vino vel alia re ad audiendum confeſſiones, vel baptizare puerum, vel copula matrimoniali, aut de cantando ſiue legendo miſſam pro defunctis vel alijs, & ſi liceat eis iſtam eleemoſynam ante vel poſt petere, quæ eiſdem dari debet pro tali oratione. Dicendum eſt quod non, ſolum enim pro his recipere poteſt quod gratis & pura intentione offertur. Et per hoc etiam eſt reſponſum ad aliud dubium, an plebanus poſſit inhibere mortuum, ne ſepeliatur, quod minime facere poteſt de iure.

An adulterium, vxoricidium, periurium, vel ſtuprum, ſiue ſuper his qui habent duas vxores, vel oppreſſores puerorum, debeant puniri per laicos, & ſi corriguntur, an debeant filij eorum priuari rebus proprijs per mulctam, & quæ eſſe debeat in mulcta, vel non. Dicendum eſt, quod ſi de adulterio agitur ad pœnam ſanguinis contra laicum, eſt de foro ſæculari, ſi vero agitur ad aliam pœnam citra ſanguinem, puta detruſionis in monaſterium, etiam iudex ſæcularis eſt competens iudex, licet executio huius pœnæ intruſionis ſpectet ad eccleſiaſticum iudicem, cum ſæcularis non habeat monaſterium. Si vero agatur ad ſeparationem thori matrimonialis, vel alias reſpectu fori pœnitentialis, ſpectat ad forum eccleſiaſticum, & non ſe impedit de hoc ſæcularis iudex, quia caret tali foro, idem de vxoricidio, ſtupro, & de habente duas vxores, vel opprimente pueros, vel ſe interficiente, filij autem eorum ex his minime puniuntur in perſona vel bonis, cum peccata ſuos debeant tenere auctores, & pœna in talibus ad alios minime protrahenda. De periurio autem, ſi dubitatur de vinculo iuramenti an obliget vel non, vel reſpectu fori pœnitentialis, eſt de foro iudicis eccleſiaſtici. Si vero agitur de pœna periurij, ſi conſtat iuramentum eſſe licitum, tam eccleſiaſticus quam ſæcularis poteſt eſſe iudex quo ad pœnam tranſgreſſionis, puniendo periurum laicum in foro eccleſiaſtico pœna iuris canonici per ipſum iudicem eccleſiaſticum, & in foro ſæculari pœna iuris ciuilis per ipſum iudicem ſæcularem, ſicut etiam vt obſeruatur licitum iuramentum, tam iudex eccleſiaſticus quam ſæcularis eſt competens iudex, vt laicus tale iuramentum obſeruet. Si autem agitur de crimine mere eccleſiaſtico, vt eſt crimen hæreſis, ſolius eſt iudicis eccleſiaſtici cognitio etiam contra laicum.

De pœnis adulterorum.

An liceat laicis ſeruare vnum vel plures capellanos propter Deum in domo ſua bonæ vitæ recommendatos, qui ſibi poſſunt legere vel cantare miſſas in aliqua eccleſia ſiue capella ſine præiudicio parrochialis eccleſiæ. Dicendum eſt quod presbyteri de licentia epiſcopi diœceſani hoc poſſint facere, eſt tamen decentius habitare extra muros laicorum propter multa quæ occurrere poſſunt ex tali cohabitatione.

An liceat clericis de bonis eccleſiaſticis aliqua teſtari familiaribus vel amicis ſuis benefactoribus, a quibus prius receperunt ſubſidium & auxilium immo pecuniarum ſtudendi vel promouendi cauſa. Dicendum eſt quod ſic ſi eſt clericus ſimplex beneficiatus, non habens adminiſtrationem, quia talis de fructibus perceptis ex ſuis beneficijs etiam teſtari poteſt, ſi tamen eſt beneficiatus habens adminiſtrationem quandiu viuit, & ſatius eſt moderate de ipſis fructibus donare, poteſt teſtari.

Vtrum liber cum libera reperti debeant puniri a quocumque iudice & a quo iudice ſpirituali vel temporali, ſi a iudice quocumque, quomodo, & qua pœna etiam: vtrum ſint compellendi vt contrahant matrimonium. Dicendum eſt quod tales ad matrimonium contrahendum compellendi non ſunt, niſi aliud canonicum interueniat per quod merito per iudicem eccleſiaſticum ſint compellendi.

An liber cum libera reperti cogendi ad matrimonium.

An autem iudicis eccleſiaſtici ſortiantur forum quo ad pœnam imponendam de ſic commiſſis. Tenendum eſt quod in ſecundo capitulo huius paginæ latius eſt deductum.

An campanatores & familia ſacerdotum, vt ſtabulij publici & procuratrices, & omnes qui non ſunt in ordinibus, neque in minoribus, neque in maioribus conſtituti, ac eorum concubinæ, filij, & filiæ debeant iudicari a laico vel clerico. Dicendum eſt quod laici ſeruientes clericis pretio dato, vel alijs, conducti ſunt de foro ſæculari, niſi alias eſſent deputati obſequio eccleſiæ, vel niſi eccleſia in hoc haberet priuilegium, vel haberet generalem adminiſtrationem, & ratione adminiſtrationis eccleſiaſticæ conueniantur in foro eccleſiaſtico, vel quando conueniuntur ſuper re quam tenent ab eccleſia: concubina autem etiam eſt de foro ſæculari, & eius filij laici.

Vtrum viri pro mulieribus ſiue vxoribus eorum, & e conuerſo, poſſint iurare in cauſa purgationis, vel amicus pro amico. Dicendum eſt quod debet conſiderari qualitas delicti & conditio perſonæ purgandi, & an alij idonei tales habita ratione per iudicem quanta fides ſit talibus adhibenda.

An laicus debeat laicum in cauſa pecuniaria non ad vſum diuini cultus concernentem, vel in cauſa iniuriarum vel criminali trahere ad iudicem ſpiritualem vel ſæcularem. Dicendum eſt quod talis laicus conueniendus eſt coram iudice ſæculari.

Vtrum cauſa viduarum vel miſerabilium perſonarum in actionibus hereditarijs pertineat ad forum ſæculare vel ſpirituale, vel etiam aliæ actiones debitorum. Dicendum eſt, quod ſi agatur de iure ſeu rebus ipſarum poſſeſſorio ſpectat ad eccleſiam, ſi petitione agatur ſpectat ad iudicem ſæcularem, & in defectum ſeu negligentiam ipſius deuoluitur iuriſdictio ad eccleſiam de iniuria ſeu violentia eis illata etiam poteſt cognoſcere eccleſia, cum ſint ſub eius protectione, defenſione, & tuitione ne opprimatur a potentioribus.

Vtrum teſtamentum continens in ſe duas clauſulas vnam pro eccleſia, aliam pro vſu laicali, debeat iudicari per eccleſiam vel per iudicem ſæcularem, vel debeat diſtingui, vt eccleſia iudicet ſuum articulum, & ſæculares ſuum peto conſilium. Dicendum eſt quod eccleſiam ſeu epiſcopum, ſi ex officio per viam executionis procedit, ſpectat etiam in non pijs cauſis vt adimpleatur voluntas teſtatoris, ſi autem ad petitionem partis per modum libelli, ſeu per viam actionis agatur, vt impleatur voluntas teſtatoris in pijs cauſis, heredes laici ſunt de foro eccleſiæ, in non pijs ſunt de foro ſæculari.

De teſtamentis.

Vtrum

Digitized by Google

Verum domus & hereditates ſacerdotum in medio oppidorum & laicorum iacentium, quæ nunquam fuerunt eccleſiæ, ſed cum onere prædiorum ad eos iure ſucceſſorio peruenerunt, & tenent, vt hereditates patrimoniales; & tempore, quo laici faciunt impoſitionem collectæ, vel ſolutionem de eiſdem, vt ſibi non pro ſe ſed pro republica, teneantur ſoluere, an non, cum tales impoſitiones tendant in vſum communitatis, ac munitionem ciuitatum, oppidorum, & villarum. Dicendum eſt quod tales res ſeu hereditates tranſeunt cum onere ſuo eis annexo, alias libere tranſeunt ad eccleſiam vel clericos, nam poſſeſſiones eorum non ſubijciuntur regulariter collectis, talleis, ſeu impoſitionibus laicorum.

An pauperibus villanis ac oppidanis licitum ſit vendere die dominico vel feſto alicuius ſancti panes, legumina, pira, poma, & alia legumina; vel ſit licitum eis finitæ miſſa poſt prandium de campo tempore miſſis, cum timetur de pluuia, portare cum pecoribus vel equis vel curribus linum, fœnum, & alia blada humano vſui conuenientia. Dicendum eſt quod ceſſante neceſſitate ab omni opere ſeruili abſtinendum eſt diebus dominicis & feſtiuis; ſed neceſſitate cogente, non tamen affectata ſeu procurata, licitum eſt præmiſſa exercere.

Vt ſit abſtinendum ab opere ſeruili die feſto.

Verum fures, latrones, ſtuprarij, incendiarij, traditores, periuri poſſint tueri in eccleſia & gaudere de immunitate eiuſdē eccleſiæ. Dicendum eſt quod criminoſus delinquens extra eccleſiā, & confugiens ad ipſam, gaudet immunitate eccleſiæ, niſi ſit publicus latro vel nocturnus populator agrorum, qui dum itinera frequentata vel publicas ſtratas obſidet aggreſſionis inſidijs, ab eccleſia extrahi poteſt impunitate non præſtita ſecundum canonicas ſanctiones, quibus in his ſtandum eſt.

De aſylo eccleſiarum.

An curia plebani gaudeat tanta immunitate, ſicut eccleſia, cum ſit extra cœmiterium conſtructa. Dicendum eſt quod ſi eſt infra quadraginta paſſus maioris eccleſiæ, vel infra triginta minoris eccleſiæ; gaudet immunitate, alias non.

Verum cœmiterium ſit violatum dum quis ibi in eodem capitur vel detinetur, vt reconciliari debeat, ac ſi eſſet pollutum ſanguine hominis. Dicendum eſt quod non, ſi abſque ipſius perſonæ captæ ſanguinis effuſione capiatur ſeu detineatur, violatur tamen immunitas eccleſiæ ſi cœmiterium eſt infra quadraginta vel triginta paſſus, vt ſupra eſt dictum, & ex hoc, niſi ſatisfaciat iniuriæ eccleſiæ excommunicari poteſt. Die ſabbati XXII. menſis aprilis MCCCCXLVII. S.D.N. Nicolaus Papa V. nobis Alfonſo tit. SS. IV. Coronatorum presbytero Card. epiſcopo Valentino dubia ſupraſcripta tradidit, vt ſingulatim eis reſponderemus. Quibus viſis diligenterque perſpectis obedientes mandato ſuæ ſanctitatis viuæ vocis oraculo nobis facto, ſingulatim reſpōdemus, prout ſuperius continetur. *Dat. Romæ in domibus noſtræ ibidem habitationis anno Domini* MCCCCXLVII. *die vero mercurij* III. *menſis maij pontificatus eiuſdem ſanctiſſimi domini noſtri anno* I.

a Melan. natal. SS. Belgij die 6. mart. Ferrar. nou. Catal. 6. mart. Vvadding. hoc anno in ann. n. 41.

B. Coletæ ſanctimonia floret.

b Io. Nid. lib. 4. c. 9.

29 Claudimus hunc annum felici obitu B. Coletæ a, quæ ſecundum ordinem ſanctimonialium S. Franciſci in priſtinum ſanctitatis ſplendorem reuocauit, auxitque; de qua Ioannes Nider b hoc admirabile exemplum narrat, petulantē iuuenem ioco ſe illius precibus commendaſſe; cumque illa Deum eſſet precatā, vt ipſum in famulorum ſuorum numerum admitteret, illum repente diuino ſpiritu tactum ſacra inſtituta Minorum amplexum, vt lachrymis anteactæ vitæ ſcelera expiaret: *Viuit*, inquit, *hodie in regno Franciæ puto ſoror Coleta nomine ordinis S. Claræ virgo ſancta & prudens. Hæc quantas Deo animas ſuis ſanctis exemplis acquiſiuerit & cuſtodiuerit, norunt hi, qui loca per eam reformata, & ſua cooperatione fundata de nouo viderunt. Vnum igitur de multis refero, quod a ſolemni ambaſiatore ducis Sabaudiæ ipſe audiui coram multis nobilibus in ciuitate Nuremberge nſi tempore congregationis principum Alemanniæ ad Regem Romanorum Sigiſmundum, qui in cauſa fidei expectabatur in loco prædicto: cum enim cancellarius ſummus eiuſdem Regis in concione multorum vitam ſanctæ memoriæ Catharinæ de Senis ordinis qui vocatur de pœnitentia, S. Dominici laudaret, cuius legendam ſub ſtilo magiſtri Raymundi dictatam ſe habere & legere gloriabatur; & quanta Deus in conuertendo peccatores noſtro tempore (ſicut veritas eſt) per eandem virginem feciſſet in Italia, iam ſermone priuato finito cœpit prædictus ambaſiator ducis Sabaudiæ infraſcripta recitare de ſorore Coleta, quæ facta eſſent in Gallia. Viuit, inquit, nobiſcum ſub arctiſſima paupertatis regula tam magno cum deuotione, vt ſpectaculum a facta ſit Deo & hominibus; nam circa comitatum Bibenenſem ob reuerentiam S. Claræ monaſterium de nouo erectum noniter extruit, cui dicta virgo in ſororibus prouidere debuit. Igitur antequam ad plenum officina paratæ eſſent, neſcio cuius negligentia, miſſum eſt pro ſancta virgine, quæ cum loco appropinquauit, nondum ſufficienter habitatione virginum perfecta, cogebatur in domo quadam honeſta manere ad tempus cum ſuis ſororibus, quouſque dum perficeretur monaſterium, & ex loco ad eccleſiam certis temporibus opus fuit vt exiret, quod cum fieret die quadam factus eſt concurſus populi magnus, eo quod ſinguli certatim geſtiebant virginem videre tam ſanctam. Erat tunc quidam vir diſſolutus valde, mimus quodammodo & ioculator multorum, qui hæc intuens in medium preſſura vt fortaſſis iocum & ſolatium videntibus faceret, ſtando coram virgine ſancta, ita ait: O domina, ſi tantæ ſanctitatis es, quanta reputaris ab hoc populo, me ſicut cæteros velis virum deuotum facere Deo, cumque virgo huius hominis diſſolutionem conſpiceret, miſericordia mota & compaſſione, eleuatis in cælum luminibus pariter & manibus ſic orare breuiter & aperte cœpit: Deus, qui omnia poteſt, dignetur te ſibi fidelem facere famulum. Quæ pura & ſincera oratio tam fuit apud omnipotentem valida, vt ille mox diuina inſpiratus gratia & immutatus de turba gemebundus abſcederet, mundum relinqueret & fæces eius, nam ſtatim ad reformatum locum fratrum ordinis Minorum arctiſſime reformatorum incurrit, peccata quibus animam velut humoribus malis fœdauerat confeſſus eſt, pœnitentiam ſuſcepit, & ordinis frater effectus eſt: in quo proculdubio maius miraculum factum eſt, quam ſi corporaliter defunctus reſuſcitari per virginē meruiſſet.*

a 1. Cor. 4.

Propagatus ab eadem ordo Clariſſarum.

Eius precibus petulans iuuenis diſſolutus conuerſus.

Recolere ſolitam maximo pietatis ſenſu dominicæ paſſionis myſteria memorat eius vitæ ſcriptor his verbis: *Præcipue ſextis ferijs ab hora ſexta matutina vſque ad horam ſextam veſpertinam mane, audita miſſa, nihil interim manducans aut bibens, tam erat feruenter & efficaciter dominicæ commemorandæ paſſioni intenta, vt ſæpenumero præ doloris vehementia in manibus, pedibus, & latere ſuo ſibi reuera videretur clauis & lancea confixa. Ecquis vero pro dignitate poſſit explicare imbres lacrymarum, anxios gemitus, quibus occupabatur illa tota hebdomada, quam ſanctam vocamus? Quis ſatis commemoret dolores acerbiſſimos ac vehementiſſimos, quos tunc illa perferebat? in ipſa enim eius virtutum ſtudioſa iuuentute ſpecialis quædam ei collata erat gratia circa Domini paſſionem: cum enim aliquando feruenter & profunde eam meditata fuiſſet, Chriſtus ei apparuit, indicauitque familiariter modum quo paſſus eſſet, & vt in ſingulis membris ſuis ſingulares pertulerit cruciatus humanæ ſalutis amore. Inde vero Coleta vehementiſſimum* quem-

Eius pietas in recolenda paſſione Chriſti.

Digitized by Google

quendam concepit cordis dolorem & anguſtiam, ac nihilominus ardore quodam amoris & deuotionis erga Chriſti paſſionem in tantum incenſa fuit, vt ſæpius reminiſcens huius viſionis & crudelium pœnarum, quibus affectum viderat corpus innocentiſſimum Saluatoris, plane deſtitueretur viribus, nihilque prorſus exterius ſentiret in ſtatum alium transformata, atque ita in ſancta hebdomada multa ei diuinitus præſtabantur ſane memorabilia, cum enim recitabantur paſſiones Chriſti in miſſis coram ipſa, vt fieri ſolet, dolores quos paſſus eſt Dominus in corpore ſuo adeo renouabantur in corde & corpore illius, vt nunquam ſic viſa fuerit mulier laborare parturiendo, quantum ipſa videbatur condolendo, cuius rei id euidens documentum fuit, quod horis illis incredibili animi languore lamentabatur, fundebatque lachrymas & gemitus ineffabiles, vt nemo quamuis ferreo pectore, ſi id vidiſſet, pietate & commiſeratione potuerit non permoueri & emolliri, &c. Fuit illa prophetiæ dono clariſſima, atque in vita ac poſt mortem multis effulſit miraculis, tum ex illius extinctæ corpore ſuauiſſimus odor illibatæ virginitatis teſtis afflauit.

Odor ſuauiſſimus virginitatis teſtis.

IESV CHRISTI
Annus 1448.

NICOLAI PP. IV. annus 2.	FRIDERICI III. ROM. REGIS 9. IO. VII. PALÆOL. IMP. OR. 25.

1 INcipit annus a Virginis partu milleſimus quadringenteſimus quadrageſimus octauus indictione vndecima Eccleſiæ Dei plurium ſchiſmaticorum in eius redeuntium ſinum acceſſione fauſtus felixque: Baſilea enim, quæ etiam tum ſchiſmatis officina, hoſtiumque Romanæ eccleſiæ arx & latebra extiterat, ex impietate emerſit, & admiſſi ſceleris veniam petituri Fridericus vrbis illius epiſcopus, clerus, ac populus vniuerſus, diuinæ miſericordiæ radijs colluſtrati, ad ſedem Apoſtolicam miſere oratorem, qui publice Nicolao V. vt vero & non ambiguo Pontifici omnium nomine in celeberrimo Cardinalium & præſulum cœtu obedientiam detulit. Maximo ex optatiſſima Baſilenſium conuerſione gaudio affectus Pontifex, ingentes Deo gratias egit, ipſoſque omnibus cenſuris ſolutos Eccleſiæ conciliauit; tum interdictum eccleſiaſticum, quo Baſilea perculſa fuerat, ſuſtulit edito de tanta re publico hoc diplomate a.

Clerus populuſque Baſileen. veniam ſchiſmatis poſtulant.

a Lib. 24. pag. 3.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sublatus eſt de medio paries diuiſionis, nunc enim venerabilis frater noſter Fridericus epiſcopus Baſileenſis & dilecti filij, totus clerus tam ſæcularis quam regularis, ordinumque quorumcumque exemptus & non exemptus, ac vniuerſalis populus ciuitatis & diœceſis Baſileenſis ſancti Spiritus, qui vbi vult ſpirat cooperante gratia, & diuina inſpiratione illuſtrati, vt veri Romanæ eccleſiæ & obedientiæ filij chariſſimo in Chriſto filio Friderico Romanorum Regi illuſtri ac inclytæ nationi Germanicæ, qui neutralitate ſepoſita obedientiam, quam antea felicis recordationis Eugenio Papæ IV. prædeceſſori noſtro exhibuerant, nobis diuina fauente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumptis denuo præſtiterunt & renouarunt, ſe conformare volentes per dilectum filium Ioannem Gemunger decanum eccleſiæ Columbanenſis dictæ diœceſis decretorum doctorem, ipſorum ad nos cum pleno & ſufficienti mandato deſtinatum oratorem, in conſiſtorio publico in venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium præſentia, nec non copioſa archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, & prælatorum eccleſiaſticorum, ac aliorum multitudine nobis tamquam vero legitimo, ac indubitato Papæ ac Ieſu Chriſti vicario, necnon vero ſancti Petri ſucceſſori omnimodam, puram, & integram obedientiam præſtiterunt, ac nos vt talem recognouerunt & profeſſi fuerunt.

Obſequium Nicolao deferunt.

Nos itaque pro tam ſingulari diuinæ gratiæ munere & dato optimo & dono perfecto, quod de ſurſum a Patre luminum deſcendit, immenſas illi, cuius vtique res agitur, & qui non deſerit ſperantes in ſe, eleuatis ad cœlum oculis gratiarum referimus actiones, ipſam obedientiæ præſtationem ingenti cordis iubilo & feruenti mentis deſiderio ad diuini nominis laudem & gloriam, nec non ipſius eccleſiæ vnitatem præſentibus admittimus, recepimus, & etiam acceptamus, dictoſque epiſcopum, clerum, & populum ciuitatis & diœceſis Baſileenſis, necnon ſingulares eorum perſonas, ad noſtram & ſedis Apoſtolicæ gratiam & benedictionem ſpecialiter ſuſcipimus, necnon fidelium communioni, ac ſacroſanctis Eccleſiæ Sacramentis adijcimus & reſtituimus, ac bonorum operum, quæ per omnes Deum timentes fiunt, participationem aſcribimus & aggregamus, ipſoſque necnon eorum quemlibet, ac omnes & ſingulos, qui durante diuiſione huiuſmodi, cum eis & eorum aliquo qualitercumque participarunt, ab omnibus & ſingulis excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & alijs pœnis, quibus iuxta ſacrorum inſtituta canonum, & dicti Eugenij literas, & prohibitiones aut alias qualitercumque præmiſſorum occaſione ligati vel irretiti fuiſſe dicantur, tam quoad conſcientiæ, quam etiam quoad contentioſum forum, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate, qua etiam nos, licet indigni, fungi dignoſcimur, confiſi, tenore præſentium plenarie abſoluimus, ac nunciamus & reddimus abſolutos, necnon interdictum in eandem ciuitatem & ipſius diœceſim, oppida, caſtra, terras, villas, & loca, præmiſſorum occaſione forſam poſitum tollimus & penitus relaxamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCXLVIII. III. *id. iuly pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Reſtituti priſtinis iuribus.

2 Pauciſſimi illi pſeudoepiſcopi atq; inſana pædagogorum multitudo partim diffugerat a Ludouici Delphini Rom. eccleſiæ ſigniferi vltricibus armis perterrita, partim Friderici Cæſaris edictis perculſi abierant, quod confirmat Ioannes Nauclerus b his verbis: *Mandauit Imperator omnibus per Germaniã conſtitutis, Nicolaum pro vero & indubitato Romano Pontifice venerari debere, & Baſileenſibus, vt concilium dimitterent, nec vltra feſtum S. Martini retinerent, quod publicatum eſt anno Domini* MCCCCXLVII. *circa feſtum S. Michaelis.*

Interea ingreſſos vrbem menſe iulio magnificentiſſimo apparatu Caroli Francorum, ac Renati Siciliæ Regum, & Delphini Viennenſis oratores, cum iam Anglici abijſſent, refert Monſtreletus c, ac poſt præſtita ritu ſolemni Nicolao vt vero Chriſti vicario principum obſequia, de Felice antipapa & ſectatoribus ad Eccleſiam catholicam reducendis egiſſe, confectaſque cum illo apud Gebennam pactiones expoſuiſſe, quarum aliquæ a Nicolao expunctæ, aliæ admiſſæ fuerunt, cum commodiſſimas Amedeo concordiæ leges obtinuiſſent, Lauſanam ſe contuliſſe, eique perſuaſiſſe, vt poſitis pontificalibus inſignibus Eccleſiæ pacem reſtitueret. Vt vero repugnarit aliquandiu

a V. ſiderb in Amedeo Sabaud. hiſt. ex Guill. Paradin. l. 3 c. 37. b Nancler. vol. 2. gen. 49. c Monſtrel vol 3. pag 5. Sabau. hiſt. ex Guill. Paradin. l. 3 c. 38.

Galli oratores de pace eccleſiæ agunt.

Amedeum officij admonent.

diu, & ampliora commoda venatus antipapatu, celebrata Lauſanæ ſynodo, ſe abdicarit, proximo anno dicetur.

3 Agebat tum in Germania apoſtolicus legatus Ioannes S. Angeli diaconus Cardinalis, a Nicolao, vt diximus, ſuperiori anno ad excindendas ſchiſmatis reliquias, ac dirimendas eccleſiaſticorum de ſacerdotijs certantium controuerſias: qui pontificia fultus auctoritate ad nonnullas pactiones cum Friderico Rege ac principibus de conferendis dignitatibus eccleſiaſticis, ac ſacerdotijs Germaniæ, tum de annatarum, vt vocant, exigenda ratione venit. Quas Pontifex, adhibitis in conſilium Cardinalibus ratas habuit ac diplomate etiam apoſtolico, quod in bullario omnibus ad legendū patet firmauit [a]: alia vero ſtatuta, quæ Germanorū rogatu antea ab Eugenio edita, corroborataq; ab ipſo Nicolao fuerant, cum ex plano vſu cōpertum eſſet plures inde exortas lites, ac iura poſſeſſorum infringi, penitus conuulſit, edita ea de re ineunte hoc anno ſanctione [b], cuius partem cum plura ſtatum Germanicæ eccleſiæ exprimentia contineat, decerpimus.

Pactiones de conferendis in Germania ſacerdotijs.

a Bull. in Nicol. V. conſt. 1.

b Ext. in reg. bull. Eug. IV. l. 12. pag. 416.

Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

Sedis Apoſtolicæ prouidentia circumſpecta nonnunquam circa geſta per Romanos Pontifices in ea præſidentes decernit, declarat, & diſponit prout, rerum, & temporum qualitate penſata, id conſpicit pro pace, & quiete eccleſiarum, præſertim cathedralium, in Domino ſalubriter expedire. Sane poſtquam dudum felicis recordationis Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter per quaſdam literas ſuas incipientes: *Inter cætera deſideria cordis noſtri*; ſub data id. februarij pontificatus ſui anno ſextodecimo, propter diſſenſionem inter ipſum, & eos qui Baſileæ ſub nomine generalis concilij remanſerant dudum exortam, nonnulli principes tam eccleſiaſtici quam ſæculares nationis Germanicæ, in quadam neutralitate & animorum ſuſpenſione a die decimaſeptima menſis martij de anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo vſque ad datam præfatam ſe tenuiſſent ea mente; vt aſſeruerunt, vt [illegible] vnanimi conſenſu in dicti prædeceſſoris & ſedis Apoſtolicæ obedientia, & reuerentia paribus greſſibus incedere poſſent, & chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Rex Romanorum illuſtris, ac venerabilis frater noſter Theodoricus archiepiſcopus Maguntinus, & dilectus filius nobilis vir Fredericus marchio Brandeburgenſis ſacri imperij electores, ac venerabiles fratres noſtri Fredericus Magdeburgenſis, Fredericus Salzeburgenſis, & Gerardus Bremenſis archiepiſcopi, ac quidam alij principes & prælati dictæ nationis, præfato prædeceſſori debitam obedientiam per ſuos oratores præſtitiſſent, ac ipſum prædeceſſorem in ſolum Ieſu Chriſti vicarium recognouiſſent & profeſſi fuiſſent, præfatus prædeceſſor attendens, quod dicto neutralitatis & ſuſpenſionis tempore, plurima in ipſa natione acta, geſta, & facta fuiſſent, quæ confirmationem, indulgentiam, & diſpoſitionem ſuper eos apoſtolicæ auctoritatis requirebant, prælatorum Regis, archiepiſcoporum, marchionis, cæterorumque prælatorum & principum dictæ nationis ſupplicationibus inclinatus omnes & ſingulas, tam metropolitanarum quam cathedralium, aliarumque eccleſiarum, necnon dignitatum etiam abbatialium, ac poſt pontificales maiorum & in collegiatis eccleſijs principalium, & aliorum beneficiorum, ac officiorum eccleſiaſticorum quorumcumque, etiamſi eccleſiæ curatæ, canonicatus, & præbendæ forent, electiones, poſtulationes, collationes, prouiſiones, confirmationes, & diſpoſitiones, nec non proceſſus, ſententias, aliaque acta iudiciaria, auctoritate ordinaria huiuſmodi ſuſpenſionis & neutralitatis tempore factas ſeu facta, quæ omnia & ſingula in dictis literis ſuis haberi voluit pro ſufficienter expreſſis, ac ea rata & grata habens auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmauit, volens & etiam ſtatuens, vt nulli qui in poſſeſſione eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum huiuſmodi, quacumque etiam eorundem qui Baſileæ poſt tranſlationem & diſſolutionem concilij ibidem remanſerant, auctoritate ea forent aſſecuti, ſuper huiuſmodi eccleſijs, dignitatibus, beneficijs, & officijs ac ſententijs, & proceſſibus, etiamſi in Romana curia vel extra eam lis, cuius ſtatum in eiſdem literis ſuis habuit pro expreſſo, indeciſa penderet etiamſi ſuper eis, aut ea, contraque ea fuiſſet alteri ius quæſitum, ſeu ius aliqui habere ſe prætenderent, ex tunc in antea in ipſa curia, vel extra eam, apoſtolica vel alia quauis auctoritate impeti, aut quomodolibet ex quauis ratione, vel cauſa moleſtari poſſent, ſed in ſuis poſſeſſionibus pacifice remanerent; lites quoque & cauſas quaſcumque ſuper huiuſmodi eccleſijs, dignitatibus, officijs, & beneficijs pendentes, illis dumtaxat exceptis, quæ coram ordinarijs iudicibus, apud quos, iuxta formam dictæ ſuſpenſionis & proteſtationis exinde ſecutæ, licuit litigare, indeciſa penderent, ad ſe aduocans auctoritate & ſcientia prædictis extinxit, & ſuper eis aduerſarijs eorum perpetuum ſilentium impoſuit; poſſeſſores vero ipſos voluit in ſuis eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, officijs, & beneficijs pacifice remanere, quibus omnibus ipſas eccleſias, monaſteria, dignitates, officia, & beneficia, quocumque modo vacarent, auctoritate & ſcientia prælatis, per dictas literas contulit, & prouidit de eiſdem: per hoc autem nulli contendentium ſuper titulo & iuribus eccleſiarum Friſingenſis & Oſilienſis voluit aliquod præiudicium afferri, aut etiam generari; ſed liberum eſſe voluit vnicuique eorum ius ſuum proſequi iuſtitia mediante; noſque poſtmodum, dicto prædeceſſore ſublato de medio, diuina fauente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti poſt noſtram ſubſecutam coronationem per quaſdam literas noſtras declarauimus noſtræ intentionis fuiſſe & eſſe, quod per quæcumque ſtatuta, decreta, ordinationes, regulas, & ſignaturas, etiam ſupplicationum, per nos facta, ſeu impoſterum facienda, ſeu per quaſuis gratias per nos de cætero concedendas, in nullo derogetur, factis, geſtis, conceſſis, ſtatutis, & indultis per ipſum prædeceſſorem in natione prædicta, neque eis aliquod in toto, vel in parte præiudicium generetur, cum intentionis noſtræ exiſteret, geſtis, factis, conceſſis, ſtatutis, & indultis huiuſmodi in nulla re contraire, quin potius, vt ea ſuum conſequerentur effectum voluimus, & decreuimus inuiolabiliter obſeruari, & firma in ſingulis permanere, prout in dicti prædeceſſoris, atque noſtris literis deſuper confectis, quarum tenores, præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, plenius continetur. Et quia hodie dilectus filius Henricus Selich electus Friſingenſis, prouiſioni ſibi per dictum prædeceſſorem de eccleſia Friſingenſi factæ pro quieto, & tranquillo ſtatu eccleſiæ Friſingenſis ad requiſitionem noſtram per dilectum filium Henricum Masheim literarum apoſto-

ſtolicarum abbreuiatorem procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, in manibus noſtris ſponte, & libere ceſſit, noſque ceſſionem huiuſmodi, ad preces dicti Regis in fauorem venerabilis fratris noſtri Ioannis epiſcopi Friſingenſis, qui dicto neutralitatis tempore, per dilectos filios decanum & capitulum eccleſiæ Friſingenſis ad eccleſiam Friſingenſium tunc paſtoris ſolatio deſtitutam electus, & deinde per venerabilem fratrem noſtrum Fredericum archiepiſcopum Salzeburgenſem in epiſcopum & paſtorem eiuſdem Friſingenſis eccleſiæ confirmatus extitit, nobiſque debitam obedientiam præſtitit per ſuas literas, duxerimus admittendam; eiuſdem Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ne dictus epiſcopus propter exceptionem in literis dicti prædeceſſoris, de eccleſia Friſingenſi, vt præfertur, factam deterioris conditionis, quam cæteri prælati dictæ nationis exiſtat, volumus & præſenti tenore decernimus, dicti prædeceſſoris atque noſtras literas præfatas, ac omnia & ſingula in eis contenta a data præſentium computando, ad præfatum Ioannem epiſcopum Friſingenſem, eccleſiam, & ſubditos ſuos eccleſiaſticos & ſæculares quoſcumque extendi, ipſoſque ſub dicti prædeceſſoris; atque noſtris literis prædictis, ac omnium in eis contentorum commodo & effectu includi, ac illis gaudere, proinde ac ſi dicta Eccleſia Friſingenſis in literis dicti prædeceſſoris minime exceptuata, ipſique Ioannes epiſcopus, eccleſia & ſubditi huiuſmodi ſe tunc pro eodem prædeceſſore & ſede prædicta cum Rege, & alijs præfatis declaraſſent; aut declarationi huiuſmodi ſpecialiter & expreſſe adhæſiſſent. Nulli ergo, &c. omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo, XVIII. kal. februarij pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Ioannis Card. in Bohemiam aduentus.

Sub hæc tempora, compoſitis Germaniæ rebus, Ioannes Cardinalis Bohemiam Nicolai Pontificis iuſſu petijt, vt religionem improbitate Huſſitarum collapſam in priſtinum ſtatum ac ſplendorem reſtitueret, iuraque eccleſiarum præteritis labefactata temporibus aſſereret. Adminiſtrabat eum regiam Bohemicam Mainardus auctoritate, & opibus florentiſſimus inter ſuos, fideique catholicæ ſtudio inſignis. Exceptus itaque ab eo & a Pragenſibus vltro obuiam effuſis legatus honorificentiſſime dominicæ aſcenſionis peruigilio, quod III. kal. maij incidit, vt refert Ioannes Cochlæus [a]. Agebantur tunc Pragæ ſolemnes ordinum regni conuentus pro regni ſtatu componendo, creandoque Rege, poſtulatumque ab eodem legato eſt, vt conuenta antea, quæ compactata vocabant, rata haberet confirmaretque, tum vt Ioannem Rokyzanam archiepiſcopum Pragenſem a legatis Baſileenſibus deſignatum eccleſiæ Pragenſi præficeret, atque auctoritate apoſtolica ſacris pontificalibus initiandum curaret. Periclitabatur religio ſi Bohemorum poſtulata admitterentur, nam & Huſſitæ compactatis abutebantur, & Rokyzana eorum vexillifer erat perfidia & impietate contaminatiſſimus, qui antea a Sigiſmundo Imperatore in exilium eiectus, poſt Alberti Regis obitum reductus fuerat. Diſtulit itaque ad hæc reſpondere legatus. Habita vero oratione Bohemos ipſos eſt adhortatus, ne Ladiſlaum paterno regno priuarent, ingentiaque mala, quæ inde manare poſſent, propoſuit.

a Cochl. hiſt. Huſſ. l. 10. in princip.

Quæ ab ipſo poſtulentur.

4 Extat eius oratio, ſuis concepta verbis [a], cuius potior pars hæc fuit. *Magnificaſtis & extuliſtis sereniſſimum principem & dominum dominum Sigiſmundum Imperatorem Regem veſtrum vſque ad ſidera, & cum ipſe fuerit auus, & conſequenter Rex Albertus, qui ſibi in hoc regno ſucceſſit, pater iſtius Regis Ladiſlai, & ipſe eius filius, ergo & heres huius regni iuxta illud Apoſtoli; Quod ſi filius & hæres per Deum. Et cum ego ſim legatus a ſanctiſſimo domino noſtro ad hoc regnum, & eidem domino Apoſtolico & mihi ex officio incumbit cauſam viduæ & pupilli promouere, quia hoc eſt officium cuiuslibet legati a ſede Apoſtolica, de quo dicitur pupillo tu eris adiutor: ſuadeo quod heredem veſtrum non abijciatis, nam ſi ſecus feceritis, timendum eſt ne dominus Deus faciat in vos pro illo vindictam, punit enim illos Deus plagis multis, qui proprium heredem abijciunt, aut ſibi inferunt iniuriam, prout patet per Roboam, qui poſtquam cœpit ſæuire in populum, decem tribus ſunt ab eo amotæ, pro quo magna indignatio venit ſuper eos, cum enim Dominus ad eos miſerit prophetam, præcepit ne comederet nec biberet circa ipſos, ſed quia comedit & bibit circa eos, eum ipſum Leo in via dilacerauit.* Et infra: *Et ideo cum iſte iuuenis Ladiſlaus eſt verus heres huius regni, inſtandum eſt quod pro Rege ſuſcipiatur, & ſi quid sereniſſimi Regis Romanorum tutoris eius maieſtas, quæ facere debuit non fecit, vel aliqua neglexit, propterea ſecundum iura naturæ, immo ſecundum omnia diuina & humana illi iuueni in ſua hereditate non poteſt fieri in præiudicium atque damnum, quoniam ipſe ſub tutore eſt tanquam ſeruus & non liber vſque ad præfinitum tempus iuxta ſententiam Apoſtoli: Quanto tempore heres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, &c.*

a Apud eund. ibid. & apud Delg. l. 6. de hereditaria regni Bohem. ſucceſ. c. 11.

Legati apoſtol. oratio ad Bohemos pro Ladiſlao.

Commendatio eius futuri regni Bohemiæ.

Ideo, magnifici & illuſtres domini, conformate vos alijs regnis Chriſtianis. Agite ergo pro honore, concordia & pace, & ſi, vt prædixi, aliqua sereniſſimi Regis Romanorum tutoris ſui maieſtas quæ fuerunt facienda non fecit, vel aliter fecit quam debuit, vel facere neglexit, ego volo fideliter tanquam vnus ex vobis operam dare, vt talia emendentur, & confido clementiæ & pietati ipſius, quod faciet & exaudiet me in hoc facto. Quod ſi facere nollet, aut forte iuſtitiam huic inclyto regno recuſaret, quod tunc ſedes Apoſtolica ſuper eo eſt imploranda, & dominus noſter ſanctiſſimus ipſum ad hoc aſtringet aut huic regno faciet iuſtitiam vel amicabili tractatu interueniente, vel iure ipſum ad hoc compellendo, ſic enim Hungariæ regnum fecit, quod orta inter eos diſſenſione pro dicto iuuene & inter ſerenitatem Regis Romanorum, a ſede Apoſtolica legatum mediatorem poſtulauerunt, qui ipſos ad pacis & vnitatis concordiam reduceret, quod ſi facere non poſſet, ad ſedem Apoſtolicam recurreret. Et ideo magnifici domini ſic agite pro herede veſtro Ladiſlao, &c. qui ex ſemine ſereniſſimorum principum & Regum Romanorum eſt exortus, qui etiam in toto orbe conſanguinitatem notabilem habere dignoſcitur, prout pacem, vnionem, & tranquillitatem huius regni habere optatis, nam ſi aliter feceritis, odium & inimicitias omnium conſanguineorum maieſtatis eius poſſetis incurrere, heres enim veſter eſt. Iſta dicens, quia multa verba poſui, peto ignoſcant dominationes veſtræ, & ſi aliqua dixi, quæ forte alicui diſplicerent, confido cum omnes eſtis nobiles & generoſi, quia non imputabitis perſonæ meæ, quia hoc feci ex officio meo pro bono pacis & concordiæ huius regni: quam pacem & ſalutem nobis præſtare dignetur in ſæcula ſæculorum benedictus Deus. Amen. Illos quoq; adhortatus eſt, vt Pragenſi archiepiſcopatui vſurpata vectigalia prædiaque reſtituerent.

Promiſſa ſedis Apoſt. auxilia pro eo paciſcitur.

Solli[c]itat regni ordines ad pacis conſilia.

His, habito conſilio, Bohemi reſpondere, partim Sigiſmundum Regem periculoſiſſimorum

Digitized by Google

bellorum temporibus, partim antea Conradum Vveſtphalum archiepiſcopum prædia eccleſiaſtica & cenſus diſtraxiſſe, vt iam illa a poſſeſſoribus repetere difficillima res foret: non defuturas vero opes archiepiſcopo ad vitam dignitatemque ſuſtentandam, eique honorifice conſultum iri. Cumque autem impenſius inſtarent, vt vetera conuenta firmarentur, & Rochyzanæ Pragenſis committeretur eccleſia, iterum legatus rem extraxit.

Petitis nõ aſſentitur legatus. a Cocl. pag. l. 10.

5 *Ad primum*, inquit Coclæus a, *paternitas ſua reſpondit, quod de compactatis, quia eſt res ardua & grauis, nondum deliberauit, ſed quod deliberare intenant cum conſilio terrigenarum. De ſecundo videlicet de prouiſione archiepiſcopi, reſpondit ſic dicens: Quia, vt puto, niſi fallor, nemine in ego pro illis accuſans, ſed in hoc magis eſtis collaudandi, quod vultis archiepiſcopo prouidere. Ad vtrumque igitur poſt craſtinum, quia dies feſtus eſt, reſpondebo. At quid reſponderit vlterius ad vtrumq; nuſquam inuenio: at in chronicorum breuiario vetuſto habetur, quod dominus legatus feria tertia poſt Trinitatis feſtum, hoc eſt XXII. die maij receſſit de Praga mane cum domino de Roſis, & nihil profuit propter aliquorum impedimenta. Res ipſa autem indicat, illum in neutro condeſcendiſſe ad vota eorum. Memini me itaque legiſſe, at locus non occurrit, legatum in graui conſtitutum periculo agre per dominum Vlricum de Roſis manus Huſſitarum euaſiſſe. At vir prudentiſſimus non poterat illis condeſcendere circo compactata, quæ nequaquam ipſi ſeruabant, & longe aliter iis vtebantur, quam a concilio Baſileenſi acceperant, vti oſtenſum eſt ſupra, & minime licebat ſedis Apoſtolicæ legato Ioannem Rokyzonam publicum eccleſiæ Romanæ hoſtem & manifeſtum hæreticum in archiepiſcopum conſecrare, ac tam dirum atque ferum lupum fidelibus Chriſti ouiculis præficere.* Subdit auctor digreſſo Praga legato Huſſitas expectatione ſua deluſos aduerſus Mainardum, de quo paulo ante meminimus, coniuraſſe, ac Podiebratio vrbem proditione tradidiſſe non ſine magna catholicorum ſtrage, ac Mainardum captiuum abductum haud ita multo poſt defunctum eſſe: ex qua funeſta rerum conuerſione Rochyzana elatus poteſtatem iuſque Pragenſis archiepiſcopi ſibi arrogauit. Hæc pluribus Coclæus, & ante ipſum Æneas Syluius b.

Brauiperiſeo a pæſ lunat et. Abu. Tohe mi poſtio. nibus.

Oppreſſo a al... Podiebra. nos Praga potitus.

b *Æn. Syl. hiſt. Bohe. cap. 42.*

c *Card. Papien. in comment. ſob fin.*

Dum Ioannes Caruaialis Cardinalis A. S. L. Pragæ morabatur, accidit quod narrat ad calcem ſuorum commentariorum Cardinalis Papienſis c, cuius verba reperimus: *Sedente*, inquit, *Nicolao V. ad eoſdem*, nempe Germanos, *iterum miſſus conficit quæ ingruebant omnia. Quo tempore, pace inter Hungaros Auſtraleſque ſummo Chriſtianorum beneficio conſtituta, in Bohemiam tranſit augentem in dies perfidiam veterem. Is tranſitus non ſine miraculo fuit poſterorum memoriæ commendando, illic enim a Rochezana, de quo ante retulimus, hæreſiarcha gentis in publicam de fide diſputationem vocatus, ne diffidere in tanta expectatione Romano dogmati videretur, aſſenſit, cumque ad diem dictam in magno regni conuentu vterque fuiſſet, prior Rochezana ab his verbis diſputationem orſus, videlicet: Aeterni Patris Verbum, Offundente ſtatim Deo maligna menti tenebras progredi vltra non valuit, ac ſtatim obticuit. Reſumens iterum ac tertio ex longis ſemper interuallis idem orationis initium, iterum coactus eſt obmuteſcere. Cum vero ſtuperet iam conſeſſus omnis, procuratoſque ob confuſionem ægre conſiſteret, læto vultu Ioannes ſilentium eius accipiens, idemque initium repetens tanta memoria ſpirituque differendo peregit reliqua, vt plerique animum opus mirati, poſito errore, ad ſanitatem redierint, promiſſumque diuini Saluatoris manifeſte extiterit mentis fidelibus ſuis: Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Hunc exitum diſputationis & qui affuerant narrauerunt ſæpe, & ipſe Ioannes verecunde admodum, nec tam ad ſuam quam Dei gloriam nobis interrogantibus confirmabat.*

Rochizana diuinitus obmuteſcit.

Adornata ab Huniade in Turcas expeditio.

6 Inter hæc Ioannes Huniades qui publicam in Hungaria rem adminiſtrabat, ſacram aduerſus Turcas ad vindicandas in libertatem finitimas prouincias expeditionem adornare eſt aggreſſus: cuius pia conſilia vt facilius ad optatum exitum feliciuſque perducerentur, Pontifex publicas haſce literas ad cunctos Chriſti cultores dedit a.

a *Lib. 4. pag. 259.*

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem.

Admonet nos ille cæleſtis Agricola, qui vineã ſuam nobis de ſolita benignitate commiſit, vt ſuccreſcentes in ea, non ſolum nociuas, ſed etiam infructuoſas arbores euellamus; omnem arborem, quæ fructum non bonum facit abſcindendam & in ignem mittendam, vocis ſuæ atteſtatione confirmans, ad memoriamque reducendo, quod vnigenitus Dei Filius de ſinu Patris in vterum dignatus eſt deſcendere Matris, in qua & ex qua noſtræ mortalitatis ſubſtantiam diuinitati ſuæ ineffabili vnione coniunxit, quod non erat aſſumens, vt haberet vnde hominem lapſum redimeret, & ſatisfaceret Deo Patri, ipſe namque ſui ipſius Agni immaculati pretioſo ſanguine nos redemit, qui in ara crucis innocens eſt immolatus: exinde inconſumptibilem theſaurum militanti eccleſiæ acquiſiuit, volens ſuis theſaurizare filijs pius pater, quem quidem theſaurum non in ſudario repoſitum, non in agro abſconditum, ſed per beatũ Petrum cœli clauigerũ eiuſque ſucceſſores in terris commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, & pro totali nunc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis & pro peccatis debitæ, tam generaliter quam ſpecialiter, prout eum Deo expedire cognoſcerent, vere pœnitentibus & confeſſis miſericorditer applicandum.

Infidelium graſſatio nes.

Dudum ad apoſtolatus noſtri, voce fidelium omnium publice referente notitiam peruenit, quod perfida & horrenda infidelium Turcorum rabies, regnum Hungariæ excellens membrum Eccleſiæ, ac partes contiguas & circumuicinas dietim inuadit, vt vineam Domini ſabaoth valeant demoliri, ac alijs locare agricolis & mactare greges, eius & (quod grauius eſt) dicunt aduerſus fideles ipſos, quod ſcribitur: *Vadamus & diſperdamus eos de gente & non memorabitur nomen Iſrael amplius*; & *Poſſideamus nos ſanctuarium Dei ipſorum*. O damnationis & iræ filij! O perditionis & calamitatis alumni! O ſemen canaam, ſemen nequam! Exurgat Deus, & ſuos diſſipet inimicos, exurgat, & veniat, vt populum ſuum ſuſcitet in confuſionem prædictorum inueteratorum dierum malorum, & angelum ſuum, qui eos ſcindat, ſeceturque per medium de alto ſuo mittat. Veniat populus Iſrael & Dauid rurſus & leonem & vrſum de grege Domini arietes tollentes occidat, & ſpurios ipſos in frontibus impudicitiæ ipſorum percutiat, ita quod in facies ſuas cadant. Inſurgant inſuper Chriſti milites, Eccleſiæ filij, athletæ catholicæ fidei, peregrinas luſtrantes prouincias, maria tranſeuntes, & regiones extraneas peragrantes pro fidei dilatatione & defenſione præfatæ. Aſterant inſuper vlulando anxia querela præfata patrocinia ſummi Patris, & dicant: *Domine ſalua nos, perimus*; parique voce: *Succurre princeps*

Fideles ad proſternẽdã religioſam militiam ſollicitat.

fide-

fidelibus & prouide filijs pie pater. Sparge rorem tuæ gratiæ ſupplicantibus, quoniam tenebræ cooperuerunt terram, & caligo inuaſit populos antedictos: & velut errantes oues, paſtoris deſtitutæ cuſtodia, luporum crudelium timent inſidias, & rugientium leonum faucibus abſorberi pauescunt. Decet ergo, nimirum quod populus, qui ambulat in tenebris, & habitat in regione vmbræ mortis, videat mundi luminaria, excita potentiam altiſſimi tui throni, & effunde ſuper infideles ipſos iram tuam, & indignatio iræ tuæ apprehendat eos, vt fiat habitatio eius deſerta, & in tabernaculis ipſorum non ſit qui inhabitet.

Implorandi diuinum auxilium.

Nos igitur, qui ad regendum in Eccleſia Dei apoſtolatus miniſterium, licet indigni, vocati ſumus pro extirpanda & euellenda rabie prædictorum perfidorum Turcorum, & pro excitanda & remuneranda deuotione fidelium, inconſumptibilem theſaurum huiuſmodi, de fratrum noſtrorum conſilio & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vt negotium ipſum fideles ipſi eo libentius proſequantur, quo maiora exeinde ſperauerint ſe præmia adepturos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui huiuſmodi aſſumpto mirificæ crucis ſigno infideles ipſos & perfidos Turcos, Dei hoſtes & Eccleſiæ memoratæ, ac fautores & receptores eorum, & illos qui impoſterum receptabunt, aut fauebunt eiſdem in perſonis, & ſumptibus proprijs expugnabunt, & ad opus futuræ expeditionis contra eoſdem Turcos complendum laborabunt, Eccleſiæ ſequendo vexillum, tam clericis quam laicis omnibus, & eis etiam, qui ſtipendia ſufficientia iuxta eorum facultates, vt bellatores ad dictam expeditionem mitti poſſint, erogauerint, illam pleniſſimam concedimus veniam, & remiſſionem peccatorum, quæ per ſedem Apoſtolicam concedi conſueuit proficiſcentibus in ſubſidium Terræ ſanctæ, ac ſepulchri dominici, & in retributionem iuſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Ijs autem, qui in huiuſmodi Dei ſeruitio forſitan laborabunt, ac præfata ſtipendia miniſtrabunt non vſque ad dicti operis perfectionem, ſed ad eius tantum partem, iuxta quantitatem ſubſidij ac laboris & deuotionis affectum participes eſſe volumus indulgentiæ memoratæ, verum cum forſan prædictorum aliquos poſt iter arreptum in proſecutione dicti negotij ex hac luce migrare contigerit, eos integre participes eſſe volumus indulgentiæ memoratæ. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c* MCCCCXLVIII. VI. *id. aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Noxiorum venia in Turcã profectoris promiſſa.

7 Eductum ab Huniade hoc anno ex Hungaria exercitum, in quo conſcripta erant viginti duo militum millia vna cum Hungaricæ nobilitatis flore, narrat Bonfinius a ac per Daciam in Myſiam deſcendiſſe, ſolicitaſſeque eius prouinciæ deſpotam, vt armorum fœdus cum Chriſtianis iungeret; hunc vero prætuliſſe Chriſtianæ rei amicitiam Amuratis, & Turcam progreſſus Hungarorum certiorem feciſſe: concurriſſe denique ambos Chriſtianorum ac barbarorum exercitus in campo Merulæ antequã Scanderbergus Macedoniæ princeps caſtra cum noſtris coniungere poſſet, ac triduum cruentiſſimam pugnam tenuiſſe: denique Amuratem, qui octoginta millia militum adduxerat, victoriam adeptum, ſed cruentam valde, cum triginta quatuor millia ex ſuis amiſerit, Chriſtianorum vero octo tantum millia cæſa referantur, de quibus hæc tradit Æneas Syluius b: *Quamquam virtute præſtarent, numero tamen ſuperati non tam victi, quam compulſi ſunt cedere.* Ex ea clade fuga lapſus Huniades, multis laboribus & periculis ſuperatis in Pannoniam ſe recepit. Immiſit etiam in Macedoniam Amurates Muſtapham ducem, quem a Scanderbegho profligatum narrat Marinus Barletius a: *Cæſa*, inquit, *ex hoſtibus referunt decem millia, captos* LXXXXII. *ſigna militaria* XV. *Caſtra quoque non ignobili præda ditarunt militem.* Inter captiuos fuit idem Muſtaphas, cum alijs duodecim ſatrapis. Tum late ex hoſtili agro abactæ prædæ, quibus attritus Amurates non iam in Scanderbeghum duces mittere, ſed eam expeditionem ipſemet conficere decreuit.

Huniadis in Turcas irruptio.

a Bonfin. dec. 3. l. 7.

Thuroſ. chron. Vng. c. 46. & 47.

Myſiæ deſpota Turcis adhærẽt. Triduana pugna commiſſa. Triginta quatuor millia Turcarum cæſa.

b Æn. Syl. hiſt. de Europ. c. 6

Victi numero non virtute Chriſtiani.

a Marin. Barle. l. 4.

Muſtapha a Scanderbegh captus.

Inſtructum eſt eodem tempore aliud ſacrum bellum aduerſus alios Mahometanos, ſcilicet Granatenſes, a Ioanne Caſtellæ Rege, qui cum ſuſceptum a ſe ea in re conſilium Nicolao Papæ expoſuiſſet, Chriſtifideles ad arma capeſſenda, ferendaſque ſuppetias, promiſſa noxarum venia, concitauit b: fundenteque eodem Rege graues querelas aduerſus nonnullos adeo ſuæ ſalutis immemores, vt fidei hoſtes iuuare non perhorreſcerent, Nicolaus, quo par erat, pio ſtudio commotus in tanti flagitij reos anathematis ſententiam tulit c.

Mota in Granatenſes a Caſtellæ Rege pugna.

b Lib. 3. pag. 70.

c Ib pag. 69.

8 Decreta eſt hoc anno a Nicolao d, pacis inter Italiæ principes ac populos componendæ cupidiſſimo, legatio cuius obeundæ munus iniunxit Ioanni tit. S. Laurentij in Lucina presbytero Cardinali Morinenſi, ad Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regem ac Florentinos in priſtinam concordiam reducendos. Pontificij ea de re diplomatis præcipua pars hæc eſt.

Decreta legatio pro Alpho. & Flor. conciliandis.

d Lib. 23. pag. 209.

Nicolaus, &c. Cupientes ex toto corde vt Altiſſimi cooperante gratia per noſtri operis curam finis aliquando huic bello remotis omnium diſſenſionum fomentis imponatur, & quod partes in mutua pacis & concordiæ dulcedine conquieſcant intectiſque legati elogijs addit, Ite tanquam pacis angelum ad Regem præfatum ac Tuſciæ partes Florentinorumque & alias ipſius Tuſciæ communitates, ciuitates, eorumque dominia, territoria, atque diſtrictus de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio legatum de latere, præſentialiter deſtinamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXLVIII. Meminit de eodem Cardinale Morinenſi Ferrariam ſuperiori anno pro Italica pace redintegranda miſſo Pigna e. Porto Alfonſum Regem ſummopere optaſſe pacem cum Florentinis facere, vt per Etruriam in Inſubriam penetraret ad principatum Mediolanenſem in ſuam poteſtatem redigendum, cum a Philippo Maria teſtamento heres relictus eſſet, narrat pluribus Surita: Florentinos autem de pace appellatos reſpondiſſe, ſibi integrum non eſſe ſine Venetis fœderatis cum ipſo paciſci: extractum itaque bellum atque ab Alfonſo Florentinorum ditionem deuaſtatam, dum Veneti plures Mediolanenſis ditionis vrbes ſuo imperio adiungerent. Triſtiſſima quidem erat Mediolanenſis ducatus facies, cum a pluribus vndiq; laniaretur: quamuis enim Mediolanenſes poſt Philippi Mariæ obitum, lacerato eius teſtamento, ſe in libertatem vindicaſſent, plures tamẽ principes eorum dominatum affectabant: nam Fridericus Romanorũ Rex principatum vt imperij beneficiariũ Philippo ſine liberis vita functo repetebat: Alfonſus Aragonum Rex ex teſtamento ſibi deberi contendebat: Carolus dux Aurelianenſis Valentinæ heres iure ſanguinis, a Vicecomitibus enim maternum genus duxerat, illum ſibi aſſerere nitebaba-

e Pign. l. 7.

Principatũ Mediolanenſem affectat Alphonſus.

Surit. l. 15. Annal. c. 48. & 49.

f Neucl. vol. 2. generat. 49.

Pigna l. 7.

Bartl. ol. Facius l. 9.

Paul. Aem in Car. VII. & alij.

Mediolanenſes ſe in libertatem aſſerere nituntur.

A pluribus principibus bello appetitur.

batur: Franciſcus Sfortia Blanchæ Philippi Mariæ nothæ filiæ vir coniugis nomine ſimiliter vt hereditarium repoſcebat: Veneti, quod ille agitatam pacem anno ſuperiori non firmaſſet, vrgebant bellum, ac Placentiam, Cremonam, Laudam occuparunt: Ludouicus dux Sabaudiæ Valentiam, & Confluentiam inuaſit, aliqueque alia e miſero principatu diſcerpſere, donec Franciſcus Sfortia poſt multas rerum conuerſiones principatu ipſo eſt potitus.

Clandeſtina matrimonia vetita in Andegauen. ſynodo.

a Tom. 4. conc. edit. Binian. pag. 510. Poſſeuin. apparat. to. 2. & alij.

9 Hoc anno celebratum tradunt a Andegauenſe concilium, a quo inter cætera matrimonia clandeſtina incuſſo anathematis terrore vetita, aliaque ad diſciplinam eccleſiaſticam aſſerendam ſpectantia conſtituta ſunt. Tum etiam ſancitum, vt ſacerdotes pro defunctis orarent: *Quilibet ſacerdos ſingulis diebus non ſolemnibus dicat officium mortuorum ad minus cum tribus lectionibus, maxime cum pro fidelibus defunctis celebrabit: quia ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur.*

Quæſtio de indulgentiis & confeſſione & poteſtate pontificia.

b Lib. 3. pag. 73.

Pullulabant tum in Galliis errores aliqui, in Burgundia enim complures tum ſæculares tum religioſi ſacerdotes, vel ex inſcitia, vel imprudentia, vel præcipitis linguæ lapſu, in priuatis diſceptationibus & concionibus publicis, non nulla effutierant aduerſus ſacrarum indulgentiarum dignitatem, tum de culparum & pœnarum ſpiritualium remiſſione, præterea de Eccleſiæ clauibus & confeſſionis ſacramento ſanctorum patrum doctrinæ & catholicæ fidei aduerſantia protulerant; ex quibus cum, publica exorta eſſet offenſio, periculumq; immineret, ne qua fœda hæreſis oborireretur. Pontifex Cabilonenſi & Sydonenſi epiſcopis diuinarum rerum ſcientia præſtantibus munus iniunxit b, vt adhibito ſibi cenſore habitiſque ſacris concionibus, praua illa & nefaria dogmata confutarent, populoſque orthodoxa fide informarent,

Venerabilibus fratribus Ioanni Cabilonenſi, & Antonio Sidonienſi, epiſcopis in theologia magiſtris ſalutem.

Paſtoralis nos impellit miniſterij debitum, & quotidiana omnium eccleſiarum nos angit ſollicitudo, vt pro conſutandis ſuperſtitioſis catholicæ religioni contrariis erroribus apoſtolicæ curæ partes feruentius impendamus. Sane, ſicut intelleximus, in nonnullis Burgundiæ partibus plerique ſæculares & regulares presbyteri vel ex imperitia, ſiue inaduertentia, aut linguæ lapſu, etiam nonnunquam in ſermonibus publicis ad populum ac collationibus & diſputationibus vtrimque, & hinc inde habitis, aliqua piarum aurium offenſiua, & quæ omnino catholicæ fidei, & illius articulis, ac ſanctorum patrum, & catholicorum doctorum traditionibus conformia non ſunt, & præſertim indulgentiarum & remiſſionum peccaminum, nec non clauium Eccleſiæ, & ſacramenti pœnitentiæ materias concernentia affirmarunt, dogmatizarunt, & prædicarunt, vnde ibi grauia ſcandala ſucceſſerunt, & niſi apoſtolicæ prouiſionis remedio ſalubriter prouideatur, inter fideles ac vulgares & populares partium illarum poterunt hæreſes, & errores varij periculoſius pullulare.

Errores nominatim in Burgundia.

Nos itaque, prout ex ſuſceptæ ſeruitutis aſtricti cenſemur officio, tam diſpendioſis vlterioribus illarum progreſſibus feliciter obuiare cupientes, ad vos, quos zelus comedit animarum, & in ſacra pagina eſtis magiſtri, ac præmiſſorum, nec non aliorum eiuſdem fidei articulorum veram notitiam & claram informationem obtinetis, direximus oculos noſtræ mentis, fraternitatibus veſtris per apoſtolica ſcripta mandantes, & in remiſſionem peccaminum veſtrorum iniungentes, quatenus vos ſimul, vel aliter veſtrum in ſolidum, vocato fidei inquiſitore, prout id vtilius fieri poſſe compereritis, & tam publice, quam priuate, prout id etiam congruere & magis opportunum fore proſpexeritis, prædicandi officium, & euangelizandi miniſterium prædictorum & quorumcumque aliorum plenaria extirpatione deuote aſſumatis, & ſcienenter acceptetis, ac fidelibus ipſis in eiſdem partibus in eccleſiis, & locis, quibus conuenientius fieri poſſit, veritatem & ſanas ſanctorum patrum & doctorum opiniones ac traditiones, prout ſacroſancta Romana eccleſia tenet, credit, & ſeruat, proponatis, doceatis, publicetis, dogmatizetis, & prædicetis, faciatiſque, diſponatis, ordinetis, & exequamini, prout ipſius fidei corroborationi, ac dictorum fidelium ſaluti vobis viſum fuerit opportunum, ſuper quibus omnibus, & ſingulis vobis plenam ac liberam concedimus tenore præſentium facultatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLVII. *kal. iunij pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Prædicandæ fidei orthodoxæ Prouincia viris peritis demandata.

De transferendis Mariæ Salomes & Mariæ Iacobi reliquijs actum.

a Lib. 3. pag. 162.

10 Hoc ipſo anno idem Pontifex pro augendo pietatis cultu Renati Regis Siciliæ ducisq; Andegauiæ pijs precibus morem geſſit: cum enim ſacra Mariæ Salomæ & Mariæ Iacobi pignora, vel potius eorum partem aliquam, quæ in eccleſia oppidi maritimi Arelatenſis diœceſis colebatur, in honorificentiori & ornatiori loco reponere meditaretur, eaque de re ſedem Apoſtolicam conſuluiſſet, demandata eſt prouincia a Petro Cardinali epiſcopo Albanenſi, Aquenſi archiepiſc. & epiſcopo Maſſilienſi, vt ſi id diuinæ conduceret gloriæ, ſacras reliquias, qua par erat religioſa pompa, transferri permitterent.

Venerabilibus fratribus Petro epiſcopo Albanenſi, & archiepiſcopo Aquenſi, ac epiſcopo Maſſilienſi ſalutem, &c.

* Intelleximus.

Sane ſicut ex ſerie petitionis pro chariſſimi in Chriſto filij noſtri Renati Siciliæ Regis illuſtris nobis oblatæ petitionis * licet corpora ſanctarum Mariæ Iacobi & Mariæ Salomæ in eccleſia B. Mariæ villæ de Mari Arelatenſis diœceſis infra terram, in loco honeſto per ſanctos diſcipulos Chriſti recondita & tumulata fuerint, & a Chriſti fidelibus ibidem cum magna veneratione venerentur: tamen idem Rex pro feruentiori deuotione populi & maiori veneratione earundem ſanctarum, affectat corpora & reliquias huiuſmodi de dicto loco eleuari, & ſupra altare vel alias infra eandem eccleſiam in tabernaculo, ſeu capſa argentea honorifice reponi & recondi ſi deſuper a ſede apoſtolica concedatur licentia; quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper ijs opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur affectionem dicti Regis plenariam in Domino commendantes, ac cupientes vt corpora & reliquiæ ſanctarum huiuſmodi a Chriſti fidelibus congrue venerentur, ac decenter conſeruentur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati; fraternitati veſtræ, &c. quatenus tu, frater epiſcope Albanenſis, ſi ad id commode intendere poteris ac volueris, per te vel alium, ſi ſuper hoc requiſitus fueris, alioquin vos fratres archiepiſcope & epiſcope Maſſilienſis,

aut

Digitized by Google

aut alter veſtrum, ſi ita eſt, corpora & reliquias ſanctarum huiuſmodi de dicto loco licite eleuandi, & ſupra altare, vel alias infra ipſam eccleſiam, in tabernaculo honeſto ſeu capſa argentea reponendi, & recondendi cum ſolemnitatibus in talibus requiſitis auctoritate noſtra licentiam concedatis. *Dat. Romæ apud S. Potentianam anno, &c. MCCCCXLVIII. XIII. kal. nouembris pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Occurrit in ſuperioribus haud leuis difficultas, cum in tabulis eccleſiaſticis [a] hæc legantur: *Veruliis in Hermicis translatio S. Mariæ Iacobi, cuius ſacrum corpus plurimis miraculis illuſtratur;* addit vero Cardinalis Baronius hæc verba: *Vbi eius corpus decentiſſime aſſeruatur.* Cum autem dicat præterea martyrologium [b] B. Mariam Salomæ XXII. octobris Ieroſolymis obijſſe, putandum eſt eius reliquias in Gallias translatas cum aliqua parte reliquiarum S. Mariæ Iacobi.

[a] Martyr. Rom. die 25. maij. Die XXV. maij.

[b] Id. Martyrol. die 22. octob.

11 Quanto compendio pij ſanctos colant, eorumque patrocinium ſibi concilient, inſigni illuſtratum exemplo eſt, quod narratur a Theodorico Paulo Gorcomenſi ſacerdote teſte oculato [c], nimirum hoc anno nocte præcedenti feſtum diem S. Auguſtini, honeſtum ciuem Gorcomenſem ſeptuagenarium pijſſimum S. Barbaræ clientem, ardentibus incendio ædibus, in medijs flammarum globis eam deprecatum more ſolito, vt ante mortem ſacramentis eccleſiaſticis muniretur: *Annus*, inquit auctor, *diuinæ incarnationis erat MCCCCXLVIII. dum ex agro redeunti hæc accidit calamitas: ſi quidem in nocte, qua feſtum D. Auguſtini agitur, quando labore rurali fatigatus dormiebat, candela ardens in ſtramina, quorum forte ingens tum copia aderat, accidit; vnde domus accenſa illico conflagrauit. Euigilantes prædictus Henricus & Andreas filius eius, pariter territi vix incendium vel nudi euaſere; nam Andreas inter fugiendum vbique circa genitalia læditur, Henrico vero patri indusium, quo caput inuoluerat, duobus in locis ardore cœpit. Verum corpore liberatus pro pecuniæ amiſſione maiori ſolicitudine cœpit vrgeri, quare in domum redire ſtatuit extracturus nummos. Itaque ſigno crucis ſe muniens, vbi in domum flammis relictam cucurrit, hæc ante ſuper corpus eius nudum corruit, quam ad concleue, in quo pecunia recondita iacebat, perueniret. Hic cum cœpta iam mors inſtaret, vrentibusq; flammis grauiter torqueretur, maiori tamen dolore afficiebatur, quod ſacramentis eccleſiaſticis non eſſet præmunitus: ea propter deſperata corporis ſalute pro animæ duntaxat remedijs ad B. Barbaram, qua tunc potuit deuotione ſe contulit. Orans igitur: Sancta, inquit, Barbara quod per ſponſum tuum nunc potes ſuccurrere miſero, & in peccatis morienti fiat tuis precibus in me quod olim pro Chriſto tibi morienti cælitus eſt promiſſum: memor ſit ſponſus tuus ſanguinis tui roſei, atque virginei, memor ſit caſtiſſimi atque feruentis amoris tui, ne decorpore meo egrediatur anima niſi confeſſionis ſacramento ante purgata, & ſalutifero Viatico præmunita.*

[c] Apud Sur. to. 6. die 4. decemb.

S. Barbaræ cliens eo miſerum ſuum inſigni miraculo tuetur.

Pecuniæ amor miſerũ in medios flãmas egit.

Vix, orationem finierat, & ecce virgo adſtat decora ſanctiſſima Barbara, eo ſcilicet ſchemate, quo in templo picta cernebatur. Hæc pallio ſuo mox ignium globos reſtinguens, per ſtramineum tectum candida ſua manu illum eduxit, atque tuto in loco ſtatuens, ſic illi locuta eſt. Quia grata mihi ſæpenumero deuotionis obſequia obtuliſti, & modo diuinam miſericordiam per meum patrocinium implorasti, meo ſcias interuentu tibi ad auroram vſque vitam propagatam, quo viuendi ſpatio confeſſionis, Euchariſtiæ, atque extremæ vnctionis ſacramenta recipias. His dictis ad ſuperna rediens Barbara virgo diſparuit. Sæuiebat interea ignis, & vicinas domos abſorbere feſtinabat, clamant vigiles, & pulſatis campanis ciues excitati accurrunt. Cæterum Henricus ille prædictus ſanctiſſimæ Barbaræ præſidio flammis ereptus ab imo pedum vſque ad verticem capitis fuerat aduſtus, nec minus intus quam extra in corpore torridus, vnde aſſati cadaueris ſpeciem magis, quam hominis præferebat. Siquidem tenerâ eius ignis edax adeo abſumpſerat, vt biantibus in inguine vulneribus, etiam extra nudarentur, cremata oates & clunes eius flamma vorauit, hypocondria. Venter, pectus, aſcellæ, collum, ac ſcapulæ non modo aduſta, ſed inflexibilia quoque, & vt ferrum rigida erant. A vertice denique capitis capilli cum carnibus defluentes & oſſa nudantes in genis barbabant. Quid multa recenſeo? adeo fuit crematus, vt oſſibus vix modica adhæreret caro tanquam Aethiopis nigra, nam præter oculos, linguam, & cor, quæ per B. Barbaræ ſubuentionem ex diuina miſeratione adhuc ſuo in vigore viuebant, nihil in eo manebat reliquum. Et infra. *Hic itaque quamuis nihil in eo cerneretur præter admirabile horrendum cunctis ſimulachrum per duos longos vicos & plateam dictam diemolenſtraet, de incendij loco ad filiæ ſuæ dilectæ Dietnardæ, quæ viro honorabili Neudoni filio Arnoldi dudum nupſerat, domum ſalus iuit, vbi arentes pedica inter eundum a corpore eius decidentes combuſtionis pariter ac miraculi euidens teſtimonium præbuere. Hæ tamen altera die collectæ humanda eius corpori ſociata ſunt. Itaque ad filiæ domum poſtquam aduenit, præmortuum eius corpus lecto impoſitum eſt; ipſe vero nihil aliud quam ſacramenta eccleſiaſtica paulo poſt moriturus expetijt, omnibus interim manifeſtans quanta ſit Dei miſericordia beatæ Barbaræ precibus ac meritis in ſe collata, quippe cuius mortuo atque cremato corpori, ne ſacramentorum expers moreretur, vita ſeruabatur.*

Promiſſum miraculum.

Percrebuit interea per ciuitatem ſtupendi huius miraculi rumor, & licet interim incendium omni fere momento ſeipſo fieret maius, adeo vt ad templum vſque D. Agnetis tunc aliquoties etiam accenſum multas domos abſumeret, ad ſpectaculum tamen hoc mirabile cadaueris, vt ita dixerim, plures quam ad reſtinguendum ignem confluebant, idcirco vt maius fieret miraculum, confortatus a Deo Henricus, perinde ac ſanus & incolumis populo aduentanti prædicabat, docebat omnes, & ad terrenarum contemptum, cæleſtiumque amorem quoſcumque poterat inuitabat. Flentes pro ſe non vltra dolendum ſentiebat, quippe cum quo Deus miſericordiam fecerat. Hortabatur quoque eos, qui aderant, vt Deum in cunctis eius operibus laudarent, caſta ac feruenti oratione colerent, & eius matrem virginem Mariam pia veneratione diligerent, ſanctiſſimam quoque Chriſti ſponſam præcipua deuotione honorarent: Hæc enim, inquit, vt cernitis nunc oculis veſtris, honorantibus ſe ſacramenta confeſſionis & Euchariſtiæ ante mortem impetrat. Ad hæc miraculi huius in ſe facti narrans ordinem atque modum replicat, addens illuceſcente aurora quantocyus in teſtimonium veritatis e ſæculo ſe migraturum. Ne vero de miraculi adhuc veritate quis dubitaret, aut quod diuinæ erat miſerationis naturæ aut fortunæ adſcriberet, rogabat honeſtiſſimos quoſque vtriuſque ſexus ſenes, vt accederent, & exploratis viſu, tactuque probatis ſingulis & membris & locis diſcernerent, non virtutis humanæ, quod viueret, ſed poteſtatis eſſe diuina. Accedentibus ad lectum multis

Venientes ad cælestiũ rerum amorem exornat.

Miraculum eo nacti peritiam probat.

Digitized by Google

us & cum trepidatione tangentibus: Non ſentio, inquit, veſtro ex tactu læſionem, tangite ſecuri aduſta membra, & biantia vulnera & corporis rimas, quoniam gloriam Dei locuntur, etiam oculis explorate, videbitis quidem combuſta ac præmortua omnia, nec ſine admirabili Dei virtute mihi adeſſe vitam. Ad hæc humana curioſitate permoti cum multi omnia luſtraſſent, Dei omnipotentiam & S. Barbaræ merita benedixerunt, &c. Nonnullis interiectis vt ille pie ſacramentis procuratus obierit, ſubdit auctor.

His ita peractis, cum omnium peccatorum ſuorum ab infantia confeſſionem feciſſet, & ſumptis ſacramentis adhuc denuo confeſſionem repetiſſet, S. Barbaram electam ſuam patronam diuumque Laurentium inuocauit, orans vt hæc aſſatio corporalis & temporalis, quam ſuſtinuerat, incendij pœna ſibi in omnium caderet expiationem peccatorum. Poſtremo illuceſcente aurora confeſſori & aſtantibus dixit: O pater amande confeſſor cæterique omnes amici, adeſt iam hora, qua moriens a vobis recedam, quapropter hoc temporis breui ſpatio a me, quæſo, nolite recedere, ſed orationibus me veſtris iuuate. Hæc dicens ad Deum, orando, ſe conuertit, atque beatiſſimæ Virgini Mariæ, B. Barbaræ, atque omnium Dei electorum precibus ſe commendans, ſuorum veniam peccatorum iterum orauit. Poſt hæc ſonora voce: Domine, inquit, Ieſu Chriſte miſericordiſſime Deus, qui me in ara ſancta crucis pretioſiſſimo ſanguine & acerbiſſima morte redemiſti, miſerere mei, ecce in manus tuas commendo ſpiritum meum; hæc dicens emiſit ſpiritum. Ad laudem igitur Dei & honorem B. Virginis ac glorioſæ Barbaræ crematum eius corpus oculis omnium intra domum contuendum exponitur, & tandem in templo Gorcomenſi iuxta ſuggeſtum, ciuibus omnibus pro amore viri accurrentibus; veſpere ſepelitur.

Spiritum ſanctiſſime efflat.

His ego Theodoricus Pauli de Gorcum, quia interfui, & prædicti Henrici confeſſionem quater audiui, ſacramenta adminiſtraui, vulnera eius ac membra tractaui, tractandaque aliis obtuli, ipſum præterea tenui inter brachia mea morientem, & ne modico quidem tempore, vt rogatus quoque a filiabus & amicis, ab eodem receſſi: non potui tam glorioſo miraculo teſtimonium non præſtare; & hæc ad gloriam Dei ſcribere.

His adnectimus aliud inſigne prodigium S. Barbaræ precibus editum, quod narrat Ioannes Nider [a] ſe, dum Coloniæ theologicis ſcientijs operam dabat, a viro grauiſſimo didiciſſe: in Germania inferiori circa Ercklentz iuuenem quendam in prælio, quod inter proceres regionis gerebatur, captum, cum inedia confectus eſſet in carcere, pluresque ſocij ea extincti eſſent, duodecim dies ſine cibo tranſegiſſe; cumque ſacerdotem ad ſacramenta ſibi conferenda depoſceret, teſtatum eſſe non prius e viuis ſe diſceſſurum, quam ſacramentis muniretur; ijs autem receptis mox pie obijſſe.

[a] Io. Nider Formic. l. 4. c. 2.

Captiuus tranſit duodecim dies ſine cibo donec eucharistia muniatur.

Hoc etiam anno in Hollandia plura miracula precibus B. Liduuinæ virginis diuinum Numen edidit, ex quibus tria inſignia Vvilelmi Sonderdauc peririſſimi phyſici teſtimonio confirmata recenſet Thomas a Kempis [b]. Primum Delphis in virgine, quæ octo annis in lecto decubuerat morbo occulto implicita, qui nulla vnquam leuari potuerat medicorum induſtria, ex quibus idem Vvillelmus ipſam ad tolerantiam hortatus ſubiecit: *Tu nondum tanto tempore paſſa es tantos dolores, ſicut felix illa virgo Lydeuuigis, propter cuius merita iam Dominus facit multa miracula in partibus noſtris.* Quibus auditis ægra virguncula ad implorandam B. Liduuinæ opem, & repetendam ſæpius orationem dominicam ſe conuertit. Neque incaſſum miſſæ preces, etenim obiecta B. Liduuinæ ſpecie perſanata eſt; nam addit auctor: *Contigit ergo poſt hæc quod felix Lydeuuigis virgo apparenter viſitauit virginem languentem, dando ei remedium artis medicinæ, & veraciter curata ſurrexit ſana ambulans, comedens, & opera ſanarum virginum exercens, de quo magiſter ſupradictus valde ſtupefactus hoc ipſum veriſſimum eſſe teſtatur.*

[b] Thom. a Kempis in vit. S. Liduuinæ cap. 33.

Plura miracula hoc anno opera S. Liduuinæ patrata.

Obiecta dominicus illius ſpecies ægram repente ſanat.

Secundum miraculum patratum eſt Goudæ in ſanctimoniali, quæ tibiam contractam habebat, cumque ad Vvillelmum Medicum adeundum Delphos ſe conferre non poſſet, lachrymis ſe pluribus diebus dedidit; ſed B. Liduuinæ auxilium illi non defuit, vt narrat laudatus auctor hiſce verbis: *Tandem venit felix illa virgo Lideuuigis de nocte, loquens cum ea, & dicens quod impetraret a ſororibus, vt qualibet monialis illius domus legeret quinque Pater noſter & Aue Maria ad honorem Dei & ipſius virginis Lydeuuigis, atque in dominica die in propriam eccleſiam ſe portari faceret, ſicque ſanitatem tibiæ claudæ recuperare deberet, quod incunctanter actum eſt, nam licentia a confeſſore ſuo obtenta, portata fuit ad eccleſiam, vt Lydeuuigis ſibi per reuelationem dixerat, & ſub miſſa ſubito perfectam ſanitatem tibia ſua acquiſiuit per ſemetipſam lætiſſime exiens, ac gratias maximas Deo referens, qui per merita huius feliciſſimæ virginis Lideuuigis illud miraculum operatus fuerat.*

Inter diuina myſteria ſanata tibiam contracta.

Tertium miraculum, hoc etiam anno in Hollandia editum, ſuis circumſtantijs apprime inſtructum ſubiungit idem Thomas a Kempis: *Tertium miraculum Leydis contigit in oppido celebri partis Hollandiæ. In hac populoſa ciuitate fuit virgo religioſa quæ habuit in collo duritiem cancroſam ad quantitatem magni pomi, ſic quod nec bibere aut comedere poterat, aut ſe inclinare, quin volebat ſuffocari ex nimia anguſtia anhelitus. Iſta venit nudis pedibus & ſine lineo ad ſepulchrum prædictæ ſanctæ virginis pro auxilio impetrandæ ſanitatis, quo non obtento receſſit cum magna triſtitia ignorans quæ bona ſibi eſſent ventura. Nocte ſequenti poſt receſſum ſuum a ſepulchro & ſomno habito expergefacta, fuit plene curata ab illa cancroſa duritie, quam paſſa fuerat octo fere annis ſicut notum eſt multis. Hanc virginem miraculoſe curatam ſupra memoratus magiſter Vvillelmus Sonderdanc doctor in medicinis oculis ſuis vidit, & collum eius manibus tetigit, qui etiam teſtimonium fideliſſimum perhibet ſcriptis ſuis de omnibus præmiſſis, dicens. Teſtor Deum quod iſta tria acta ſunt in breui tempore, ſed & alia plura, quæ vidi oculis meis longum eſſet enarrare. Hæc ſupraſcripta miracula contigerunt, Deo innouante ſigna, in diebus noſtris anno Domini* MCCCCXLVIII. *præſidente in ſede Apoſtolica ſanctiſſimo Papa Nicolao V. pontificatus eius anno* II.

Luſtrato ſepulchro liberata alia repente carcinomate.

Hoc anno, vt refert Iacobus Boſius [a], Caramanus immiſſo in Armeniam exercitu, proditione Chriſtianorum militum, qui in præſidio erant, auroque a barbaro corrupti fuere, arcem cui Curchi nomen erat, munitiſſimam & inexpugnabilem ſpectantem ad Regem Cypri, quæ hactenus Saracenorum eluſerat impetus, iiſque frænandis vſui erat, intercepit, maximo rei Chriſtianæ dãno ac dedecore.

[a] Boſ. l. 6.

Prodita a nonnullis pſeudochriſtianis arx munitiſſima Armeniæ.

IESV

IESV CHRISTI
Annus 1449.

NICOLAI PP. V. annus 3. FRIDERICI III. ROM. REGIS 10. IO. VII. PALÆOLOG. IMP. OR. 26.

Baſileenſe ſchiſmatis abortus.

1 SVblatum feliciter extinctumque eſt penitus Baſileenſe ſchiſma anno a virgineo partu quadrageſimo nono ſupra mille quadringentos indictione duodecima Amedeo Sabaudo, qui pontificia inſignia inuaſerat, illa demum partim precibus principum, partim minis & metu Sabaudiæ amittendæ, ac meliorum deſperatione, quod ſui in ſinum Eccleſiæ ſe conferrent, in conciliabulo Lauſanenſi abiecie, ac Nicolao legitimo Pontifici, vt Chriſti vicario, confectis publicis documentis pium obſequium detulie, quæ paucis hiſce verbis complectitur Gobelinus [a]: *Cum iam ſe omnibus contemptui eſſe cerneret, nec ſpes vlla eſſet obedientia naneiſcenda, mortuo iampridem Eugenio ac Nicolao V. ſuffecto, interuentu Caroli Francorum Regis pacem Eccleſiæ dare decreuit, renuntiauit apoſtolatui, & Nicolao reconciliatus, quem verum eſſe Pontificem profeſſus eſt, cardinalatum ab eo accepit, & legationem quandiu viueret*, in locis nimirum ditionis ſuæ, *Cardinalis Sabinenſis appellatus*. Conſonant his quæ paucioribus verbis perſtrinxit Æneas Syluius [b], necnon quæ Monſtreletus [c] accuratius Gallico ſermone deſcribit. Poſtulatus nimirum a Francorum Regis oratoribus Felix antipapa, vt pontificalia inſignia poneret, cum Ludouico filio duce Sabaudiæ, qui Lauſanam tum acceſſit, alijſque viris conſpicuis ſe deliberaturum reſpondit, rogauit vt Gebennam interea pergerent, quo Nicolai V. internuntius, qui apoſtolica diplomata, ſi Amedeus pacem non turbaſſet, allaturus erat, Lugduno profectus eſt. At Amedeus eiuſque filius ad Francorum Regem nouam legationem miſit, vt apud Nicolaum Pontificem commodiores pactiones regia auctoritate obtineret, paciſque conciliandæ ſtudio idem Rex Rhemenſem archiepiſcopum eundemque patriarcham Antiochenum, & Electenſem epiſcopum ad Nicolaum Pontificem legauit, qui Lauſanam reuerſi antipapam adegere, vt de ſtatu inuaſæ dignitatis recederet, qua perfecta ex decreto Nicolai V. Amedeus eccleſiaſticis cenſuris abſolutus legatus pontificius in vniuerſa Sabaudia pronuntiatus eſt, pariterq; epiſcopi nouatores, qui conciliabulum Baſilea Lauſanam tranſtulerant, ſemper in Nicolai Pontificis obſequio ac fide ſe futuros ſpopõderunt, conciliumq; in tot annos improbe extractum dimiſerunt: Gallici vero oratores regreſſi Romã cũ apoſtolica diplomata, quibus omnia geſta confirmabantur, impetraſſent, Lauſanam ea detulere; atq; hac ratione acerbum immaneq; Eccleſiæ vulnus ſanatũ narrat Monſtreletus, qui Carolum Francorũ Regem de collocato eximio ſtudio pro concilianda Eccleſiæ pace, impenſis laboribus & ſumptibus in varijs ad Pontificem Regeſq; legationibus mittendis commendat, & quidem iure merito, cum ſincero & candido animo pacem eccleſiaſticam promouerit, contempto Sabaudiæ principatu, quem ex ea diſcordia comparandum armis ſperare potuiſſet; ei enim ſubijciendæ illius prouinciæ ius contulerat Nicolaus, ſi Amedeus in retinendi antipapatus perfidia perſtitiſſet.

a Gobelin. in comm. Pij II. l. 7

Amedeus antipapa profitetur Nicolaum eſſe verum Pontif.

b Æn. Syl. hiſt. Eur. c. 42.

c Monſtrel vol. 3. pag. 6.

Gallorum Rex interpres concordiæ.

Amedeus eccleſiæ reconciliatus

2 Porro non modo Carolus Francorum Rex eiuſque filius Ludouicus Delfinus Viennenſis & eccleſiæ Romanæ vexillifer operam in Amedeo ad ſchiſma damnandum vrgendo nauarunt, verum etiam Fridericus Cæſar, atque Henricus Anglorum & Renatus Siciliæ Reges ſtudia ſua coniunxerunt, adeo vt ſcribant nonnulli [a] Amedeum a Friderico compulſum, vt ſe obtenſo pſeudopontificatu abdicaret: & ſane Fridericum ipſum delendi ſchiſmatis cupidiſſimum extitiſſe, ac feliciter curas in eam rem intendiſſe ex pluribus ſupra allatis teſtimonijs perſpicuum eſt. At operæ pretium eſſe arbitror prædictas tabulas ab Amedeo de ſua abdicatione editas ſubijcere, quamuis non tam demiſſionem animi abiecte de ſe ſentientis ob tot tantaſq; inuectas in Dei Eccleſiam offenſiones perpetrataque mala, quam ad excuſandas, vt Pſalmographi verbis vtar, excuſationes in peccatis, præſeferant. Et ſane nullam in ijs periodum, ne verbum dicam, ineſſe, quæ cenſuram non mereatur, prudens lector facile animaduertet; ipſarum porro hoc eſt exemplum [b].

Territus etiam eſt Amedeus ob alijs Regibus.

a Steph. Infeſſur. in chron. m. s hoc ann. Platin. in Nic. V. & alij.

Fœlix epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

b Ext. apud Nic. V l. 18. ep. ſecr. pag. 431.

3 Quas ob cauſas euocari & emoti curam apoſtolici regiminis ſuſcepimus, toti ſæpenumero manifeſtauimus orbi, quamquam enim imparitatem noſtrarum virium ad ſuſtinendam huiuſcemodi oneris grauitatem ſentiremus, nihilominus vbi vniuerſalis Eccleſiæ Baſileæ in Spiritu ſancto legitime congregatæ pias exhortationes ſimul & ſanctas iuſſiones accepimus, quibus ad ſuccurrendum auctoritati Eccleſiæ ſuppreſſæ nimium inſtanter commonebamur, concaluit introrſus cor noſtrum pietate, quæ ad omnia valet, & charitate, quæ omnia ſuſtinet, animum formidoloſum congeminantibus: atque confidentes in illo, qui omnia poteſt, & de cuius agebatur negotio, tranquillam ſolitudinem reliquimus, laborioſum & immenſum aggredientes opus, namque nihil immortali Deo placentius offerre poſſe exiſtimauimus, quam conatus noſtros in obſequium Eccleſiæ grandibus & inſuetis oppugnationibus conturbare. Quid nempe condignum reddi poteſt ab homine illi noſtræ inclytæ matri, cuius in gremio fidelis quiſque ſalutem conſequitur, propter quam vnigenitus Dei filius Deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſinu Patris ad terras deſcendere & ſanguinem proprium effundere dignatus eſt, cumque ipſam videremus tantis perplexam anxietatibus, vt nullus mortalium ab exhibitione poſſibilis auxilij deberet excuſari, profecto cogente neceſſitate, deuotione ſuadente, ſpe denique in finem optimum ducendarum rerum freti, perſonam, operas, facultateſque noſtras ex integro deuouimus ei; aderat namque tempus, quo ab omnibus vehemens extingui debebat incendium, & tanto velociori fortiorique præſidio opus erat, quanto ſacrorum generalium conciliorum auctoritas fortius agitata non modo fluctuaret, ſed quaſi conculcata proſtrataque iaceret, non enim ceciderat a memoria noſtra ſacri Conſtantienſis concilij nulla vnquam obliuione delenda definitio, quod videlicet ſancta ſynodus in Spiritu ſancto legitime congregata, generale concilium faciens, Eccleſiam catholicam militantem repræſentans, poteſtatem a Chriſto habet, cui quilibet cuiuſque ſtatus vel dignitatis, etiam papalis exiſtat, obedire tenetur in ijs, quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris, ac pertinentibus ad eadem. Satis etiam recenter edictum & decretum ſacri Baſileenſis concilij audiebamus hanc veritatem reſumendo confirmans; circumſpiciebamus nũ minus eandem ab Eccleſia catholica ſuſceptam & practicatam eſſe. (Nunquam edita fuit, nec valuit eiuſmodi

Fallaces antipapæ literæ.

Conquiſiti fuci.

Conſtantienſe decret. in prauum ſenſum detortum.

Digitized by Google

di ſanctio aduerſus non ambiguum Pontificem, atque in falſum ſenſum a ſeditioſis diſtorta eſt, quos infeliciter Amedeus eſt ſecutus, qui ſubdit.]

Nunquam aduerſus non ambiguum Pontificem ſe vaſiſſe poteſt.

Proinde ſatagentes grauiſſimis & abhorrendis periculis poſſetenus obuiare, cum conſcientia rectæ noſtræ voluntatis cunctis fidelibus Deo aſpirante pateret, quod non caducorum futiliumque bonorum, ſed communis ſalutis cauſa ſedem Apoſtolicam teneremus, non præeſſe ſed prodeſſe cupientes, in ſancta ſynodo Baſileenſi perſonaliter comparere voluimus, ſubiteque communes pro ſalute publica labores. Cumque in temporis proceſſu luculenter exploratum foret diſſenſionis & differentiæ materiam in Eccleſia ſancta Dei magis ac magis obdurari, dubitantes ne a quonis hominum de ſcandalo notari poſſemus, oblationes multas & prægrandes Regibus & principibus omnibus deſtinare curauimus, ex quibus quidem animaduertere potuerunt, nos propria non quærere, ſed quæ Ieſu Chriſti, publicamque pacem: nec veriti de formis modiſque priſcis a patribus, dum ſchiſmata vigerent, pro vnitatis & pacis obtentu traditis ac practicatis, diuerſe laborauimus, apertoque animo ſemper acquieuimus omnibus & ſingulis, quæ ad ſerenitatem reintegrationemque Eccleſiæ indicata fuerunt quomodolibet opportuna, atque longe feruentiore ſtudio inuigilauimus per noſtram ceſſionem & renunciationem, prius diſſectos diſtanteſque animos Chriſti fidelium counire, quam in ſede Petri manentes ſchiſma diutius immorari. Non ignoramus enim ſchiſmatis incommoda mortifera, ſcimus contra, Chriſtianam religionem a pacis Auctore fundatam ſine pacis vinculo damnoſæ confuſioni ſubiacere, cumque pax omnium rerum tranquillitas ſit, & ea nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil poſtremo melius inueniri, debito filialis aſtringebamur pietatis ipſi noſtræ matri luctuoſæ venuſtatem, iucunditatem, integritatem, vnionem, & pacem extrema poſſibilitate procurare, quantumque pro huiuſmodi excelſi & deſideratiſſimi boni conſecutione perſeueranter ac indiſeſſe laborauerimus apud ipſos Reges & principes, cæteroſque fideles, ex noſtris accuratiſſimis, diligentiſſimis, multiplicium quoque litterarum tenoribus totus præcognouit orbis. Nunc igitur vt ſemper conſtituti ſub ineffabili incomprehenſibilique prouidentia Dei omnia dirigentis & diſponentis in melius, poſt acerrimos continuoſque labores, quos ſolius veritatis manifeſtandæ auctoritatiſque ſacrorum generalium conciliorum conſeruandæ gratia voluimus amplecti, poſt maxime chariſſimorum in Chriſto filiorum Francorum, Angliæ & Siciliæ Regum nec non Delphini Viennenſis primogeniti Francorum Regis illuſtrium ſupplices frequenteſque inſtantias, quorum ſaluberrimis ſuaſionibus intentas ſemper accommodauimus aures, noſtros omnes cogitatus per orbem diſperſos in arcem vnicæ conſiderationis reducimus.

Adnixus eſt in conſtituendo antipapatu non ſua ſed Chriſti commoda quæſiiſſe.

Conciliorum cauſa nihil meditatum.

4 [Diſcutit inanes in excuſando ſchiſmate fucos Poggius Florentinus [a] in ſua inuectiua ſic inquiens: *Quid te mones amplius, vt in tua contumacia reprobanda perſiſtas? vides omnes orbis Reges a te diſſentire, & ſentire nobiſcum. Vides omnes principes Chriſtianos nobis credere, nobis fauere, deteſtantes ſciſſuram tua opera in Dei Eccleſia introductam. Vides Germaniam totam aliquandiu tuis ſuaſionibus ſeductam, iam te abiecto defeciſſe, & Nicolaum verum Pontificem recognoſcere. Vides Galliam, Angliam, Hiſpanias omnes, Bohemiam, Poloniam, Hungariam noſtrum Nicolaum verum Ieſu Chriſti vicarium profiteri. Omnes te deteſtantes ſacrificant vero Deo, ſolus tu derelictus, contemptus, abiectus, proſtratus, omni ſpe auxilioque deſtitutus taces, infamis, abditus, in dominio tuo recluſus. Non miror te pacem ducere velle, cum amplius bello vti nequeas. Non miror ſi deponere honeſte cupis, quod turpiter vſurpatum amplius retinere non vales. Nulli iam tibi, nedum animam ſuam, ſed ne nummos quidem credunt. Quid igitur tibi reliqui eſt præter ſpem meam? quid eſt amplius in quo confidas? quid moleſtus es Regibus & principibus reliquis? quid eorum aures ſæpius obtundis? quid ipſorum animum malis artibus tentas? quid omnes filios vocas, cum te nullus in patrem recognoſcat? expergiſcere aliquando a diuturno ſomno, & te Chriſtianum aliquando fuiſſe cogita, redi ad Saluatorem, quem abnegaſti.* Vrgebatur præterea grauiſſimo metu ne principatibus ſuis exueretur a Carolo Gallorum Rege, cui Pontifex expugnandam Sabaudiam conceſſerat niſi pontificatum affectare deſineret, vt paulo ante indicaui; neque ab vlciſcenda vetere iniuria alienus erat Gallus, cum olim Amedeus Carolum in ſummas anguſtias ab Anglis redactum, dum Aurelia obſidebatur, iniuſto bello appetiiſſet, vt Delphinatum cum Auraſiæ principe partiretur, ſed exercitus Sabandicus, maxima clade profligatus fuerat, & Auraſiacus Rhodanum armatus equo tranare coactus, vt narrat Sabaudica hiſtoria: quæ etiam tradit Ludouicum ducem Amedei filium parentem vrſiſſe, vt pontificia inſignia abiiceret [b], cum ſumma infamia ſtirpi Sabaudiæ inureretur ab omnibus quod ſchiſma conflaſſet, obluctatum vero admodum Balomerium ſcribarum ducalium principem, virum nequiſſimum & ardentem auaritia qui ad maleſana antipapatus conſilia Amedeum traxerat quem propterea a Ludouico duce damnatum ac ſaxo collo alligato demerſum inferius viſuri ſumus. Pergunt litteræ Amedei.]

a Poggius in antip. Reiectus erat ab omnibus

a Sabaud. hiſt. l. 3. cap. 23.

b Ib. c. 42.

Deſiderantes namque toto corde in hoc dierum noſtrorum reſiduo beatam pacem in Eccleſia Dei diſſeminari, quæ veluti a noſtris egreſſa manibus in corda omnium fidelium dilabatur, ſinceritatem noſtræ intentionis per æuum teſtaturam exemplo domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſic dilexit Eccleſiam, vt pro ea non modo formam ſerui acciperet, ſed traderet ſemetipſum: ſancta in hac ſynodo Lauſanenſi in Spiritu ſancto legitime congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentante, pure, libere, ſimpliciter, & ſincere, realiter, & cum effectu in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti papatui, eius oneri, honori, dignitati, titulo, & poſſeſſioni cedimus & renunciamus per præſentes, ſperantes quod in futurum præfati cæterique Reges & principes prælati & alij catholici, quibus huiuſmodi noſtram renunciationem acceptiſſimam fore iudicamus, auctoritati ſacrorum generalium conciliorum aſſiſtent, eamque tuebuntur & defendent, quodque vniuerſalis Eccleſia pro cuius dignitate, ſupereminentia, & auctoritate totis viribus pugnauimus, nos apud clementiam primi & æterni paſtoris noſtræ huius pacificæ humilitatis contemplatu ſuis deuotis iugibuſque orationibus commendabit. *Dat. Lauſanæ* VII. *id. aprilis anno a natiuitate Domini* MCCCCXLIX. *pontificatus noſtri anno* IX.

Cedit nomine & honore pontificio.

5 Eodem menſe XIII. kal. maij præſules in conuentu Lauſanenſi congregati, ne propagaretur amplius Baſileenſe ſchiſma, vel aliqui alium ad excitandos nouos motus in Amedei locum ſubroga-

garent, per ſictionem iuris ac ſi poſt Amedei ipſius abdicationem ſedes Apoſtolica vacua eſſet in Nicolaum V. ſuffragia tulere a, eique ſe parituros ſpopondere hoc interpoſito decreto b.

Pſeudocardinales Baſileenſes Nicolaum deligunt ſictione iuris.

a Ead. pag 432.
b Ex apud Nic. V. l. 18. ep. ſec pag. 433. & in ver. bull. diuerſ. eiuſd. Nic pag. 144.

Sacroſancta generalis ſynodus Lauſanenſis in Spiritu ſancto legitime congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Multis ab annis circumſpicientes Eccleſiam catholicam grauiſſimis impedimentis & conturbationibus infeſtari, tum conſurgentibus erroribus, tum moribus deprauatis, tum (proh dolor!) inualeſcente ſchiſmate quo mentes Chriſti fidelium paulo momento huc & illuc impulſæ nutantes incertæque vagabantur accuratiſſimis ſtudijs inuigilauimus prominentibus periculis, graſſantibus malis in virtute ſancti Spiritus obuiare, & pro noſtra poſſibilitate conſulere publicæ ſaluti, in idem tempus deueneramus, permittente Deo, quo non modo pernicioſa erroris alicuius audacia vel promulganda diſciplina virtutum; vel inter diſſidentes principes populoſque firmanda concordia videretur, verum operæ pretium fuit auctoritatem Eccleſiæ vniuerſalis inſolentius oppugnatam viribus accumulatis & extremis defenſare, atque tanto fortius incumbere continuo glorioſoque certamini, quanta ex tanta offenſa ſuppreſſaque veritate indicanimus populum Chriſtianum in ſcandalum irreparabile collapſurum, nobis ipſis perſuadentibus, nullo vnquam conuenientiore fructuoſioreque labore detineri poſſe, quam tanta in tempeſtate fluctuanti Eccleſiæ, mitigatis fluctibus turbulentis ſuccurrendo anchoram firmam vnius veritatis, vnius confeſſionis, vnius pacis in Domino iacientes, vt quemadmodum vna fides eſt, vnum baptiſma, vnus Deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus, ita vnanimitatem, integritatem, & pacem vna ſancta catholica confiteretur Eccleſia, in hacque ſua peregrinatione terrena, cuius finis eſt tranquilla æternitas, & æterna tranquillitas perſuaui ſerenitate frueretur ſaluti cunctarum animarum accommoda.

Fingunt Baſileenſes in pace ſe tyrannide vniuerſalis Eccleſiæ oppugnatam ſeruaſſe.

Is ſane finis a noſtrorum laborum initio ante oculos verſabatur: hoc inibi perſeueranter continuimus propoſitum, ad id ipſum noſtri ſemper efferbuere cogitatus, & actiones omnes vſquequaque direximus, prout ex decretis, reſponſionibus, epiſtolis, legationibus, mandatis, patientia, longanimitateque noſtris, nulli Chriſtianæ nationi arbitramur incognitum, quantuſque fuerit cum tunc ſanctiſſimo domino Felice Papa V. noſter ad pacem affectus, quantiſque congratulationibus oblata media vnionis non ſolum ſuſceperimus, verum etiam declarauerimus neceſſariam eſſe pacem (auctoritate tamen Eccleſiæ iuxta diffinitionem ſacri Conſtantienſis concilij illibata permanente) maxime perſenſerunt chariſſimorum Eccleſiæ filiorum Francorum, Angliæ, & Siciliæ Regum, nec non Delphini Viennenſis primogeniti Francorum Regis illuſtrium complurimis in dictis ſolemnes oratores, ſed & nouiſſime in diebus iſtis ſanctiſſimi domini tunc Felicis Papæ V. præclaram ingentemque ſanctimoniam ijdem ipſi perceperunt, dum pro Eccleſiæ vniuerſalis integra pacificatione, quieteque finali obtinenda pure, libere, ſimpliciter, & ſincere, realiter, & cum effectu ceſſit & renunciauit papatui, volens exemplo domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius vices gerebat in terris, ſemetipſum deijcere, vt Eccleſiam in ſummo tranquillitatis culmine collocaret, atque ſuæ humilitatis admirabili remedio populum Chriſtianum ſeruaret claritate pacis, inſignis vtique pietate viri laudibus altiſſimis extollendi, cuius inclyta virtus nec obliuione eorum, qui nunc ſunt, neque reticentia futurorum poterit ſepeliri. Eſt etiam excellentiſſimum e cœlo dimiſſum munus ſuſcipiendum cum omni promptitudine & alacritate animorum: propter quod in ſempiternum agendæ ſunt habendæque gratiæ clementiſſimo domino Deo noſtro, qui Eccleſiam ſuam ſanctam tanta noſtris temporibus felicitate donauit, vt extirpata caligine, beata pax oriens ex alto corda omnium fidelium illuſtrando lætificet. Surſum propterea noſtræ mentis oculos pia deuotione ſubleuantes, attentaque meditatione penſantes Sapientiam illam æternam pertingentem a fine vſque ad fines, & diſponentem omnia ſuauiter apertiſſimam viam ad abundantiam plenitudinemque tranquillæ vnionis oſtendiſſe boni quidem ſupereminentis & incomparabilis, quod longa expectatione cupiuimus; nihil iam profecto nobis agendum ſupereſſe arbitramur, quam vt cum recta voluntate præfati domini Felicis concurrentes, pacem ipſam deſideratiſſimam pro qua omne noſtri temporis curriculum elaboratum eſt, in vna tandem animorum atque principatus conſenſione complectamur, fuit namque pax ſemper noſtræ intentionis vnicus finis, & terminus noſtræ ſolicitudinis, requies, amœnitas pacis exiſtit, noſtri porro certaminis pacem præpotentem opulentam victoriam eſſe profitemur.

Mentiuntur ſe promouiſſe pacē eccleſiæ.

Sanctimoniæ elogio ſuo antipapam blandiuntur.

Bonum mendacium quod ſemper pacem exoptarint.

Deſiderantes itaque de vnico paſtore vni ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Eccleſiæ prouidere, cuius ſolicito ſanctoque miniſterio populus Chriſtianus feliciter gubernari, atque pacificis & ſalutiferis ſemper adaugeri valeat incrementis, complurimis ſuadentibus & vrgentibus cauſis, & præſertim dilectione dandæ vnionis & pacis in Eccleſia ſancta Dei, in perſonam dilectiſſimi Eccleſiæ filij Thomæ in ſua obedientia Nicolai V. nominati noſtra vota contulimus, ſperantes ipſum ea facturum quæ ſummus Pontifex facere tenetur, fida quoque relatione intelligentes eandem credere & tenere veritatem pro conſeruanda manutenendaque ſacrorum auctoritate conciliorum in ſacroſancta ſynodo Conſtantienſi definitam & declaratam, ac in ſacro Baſileenſi concilio renouatam, nec non a prælatis, Regibus, & principibus, vniuerſitatibuſque orbis ſuſceptam, prædicatam, & dogmatizatam, videlicet quod generalis ſynodus in Spiritu ſancto legitime congregata, generale concilium faciens, Eccleſiam catholicam militantem repræſentans, poteſtatem immediate habet a Chriſto, cui quilibet cuiuſcumque ſtatus vel dignitatis, etiamſi papalis exiſtat, obedire tenetur in ijs quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris, & quod quicumque cuiuſcumque ſtatus vel dignitatis, etiamſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus & præceptis huius ſanctæ ſynodi, & cuiuſcumque alterius concilij generalis legitime congregati ſuper præmiſſis ſeu ad ea pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debite puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo: (falſum omnino eſt eorum principium quo Pontificem non ambiguum ſubijci ſynodo interpretantur, nam de ambiguo tantum ſanctio intelligenda fuit.)

Damnatū eſt hoc dogma in ſenſu ab ipſis intento.

Falſum eſt Papam non ambiguum ſubijci ſynodo.

6 Ad laudem igitur Dei omnipotentis, ſalutem, pacem, & conſolationem omnium Chriſti fide-

fidelium ſancta hæc ſynodus in Spiritu ſancto legitime congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, matura, vnanimi, concordique deliberatione præhabita in ſuis ſacris deputationibus, votis dilectiſſimorum Eccleſiæ filiorum Ludouici S. Cæciliæ Arelatenſis, Ludouici tit. S. Suſannæ de Vvarambone, Georgij tit. S. Mariæ in Transtyberim Viennenſis vulgariter nuncupati, Ioannis tit. S. Callixti, Ioannis tit. S. Stephani in Cœliomonte de Areijs, Bartholomæi tit. S. Marci Cornetani vulgariter nuncupati, & Guillelmi tit. S. Marcelli S. R. E. presbyterorum Cardinalium ac venerabilium nec non dilectorum Eccleſiæ filiorum archiepiſcoporum, epiſcoporum, electorum, abbatum, ducum, diuini & humani iuris magiſtrorum, & doctorum, ac omnium & ſingulorum eidem ſanctæ ſynodo incorporatorum præfatum dilectiſſimum Eccleſiæ filium Thomam in ſummum eligit Pontificem nomine, quo nunc appellatur, Nicolaum V. appellandum; vtque pro ſummo Pontifice habeatur præſentis decreti tenore ex certa ſcientia ſtatuit & ordinat & decernit iuribus, decretis, & ordinationibus etiam ſacri Baſileenſis conſilij quibuſcumque non obſtantibus, quibus quoad huiuſmodi actus celebrationem volumus eſſe derogatum, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, ſi qui interueniant in præmiſſis, & ſi tales forent, de quibus deberet præſentibus fieri mentio ſpecialis. Mandat propterea, iubet, ac præcipit hæc ſancta ſynodus omnibus & ſingulis Chriſticolis, quatenus eidem tanquam vnico, vero, & indubitato ſummo Pontifici obediant, pareant, & intendant. *Dat. Lauſanæ in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Lauſanenſi ſolemniter celebrata* XIII. *kal. maij anno a natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo nono.*

Præcipui ſchiſmatis antiſignani

Fingunt ſe Nicolaum deligere Pontificem

Iubent fideles illi obedientes eſſe.

Dum curabant, vt honeſte caderent, antipapam ſuum Sabinenſi epiſcopatu decorandum, atque his ornandum prærogatiuis fictitij iuris libera licentia decreuerunt [a]: *Hæc ſacroſancta in Spiritu ſancto legitime congregata ſynodus vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, inter cætera conſiderans, quod te ipſum parui facere voluiſti, vt pacata quietaque exaltaretur Eccleſia, te Sabinenſem epiſcopum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem, ſedis Apoſtolicæ in terris & iuriſdictionibus dilectorum Eccleſiæ filiorum nobilium virorum ducis Sabaudiæ & principis Pedemontium ac Montisferrati & Salutiarum marchionum, in comitatu & territorio Aſtenſi, nec non in prouincia Lugdunenſi citra Sagonem, atque Auguſtenſi, Lauſanenſi, Baſileenſi, Argentinenſi, Conſtantienſi, Curienſi, & Sedunenſi ciuitatibus & diœceſibus legatum vicariumque perpetuum facit, creat, & nominat, tibique in ſancta Dei Eccleſia primum poſt Romanum Pontificem locum pro tempore conſtituit, conſignat, & decernit, qui quidem tibi ad ſuam præſentiam accedenti aſſurget dumtaxat, oris oſculum exhibendo, atque vt altiſſimi in terris honoris, quem ſola dilectione vniuerſalis pacis contempſiſti, multa manifeſtaque in tua perſona ſigna remaneant, tibi vt habitum & inſignia papalia, demptis delatione corporis Chriſti, annulo Piſcatoris, cruce in pedibus ac vmbraculo, deferre, ac inſignijs ac poteſtate legati vti, quoties te extra terminos tuæ legationis egredi contigerit, valeas, &c. Dat. Lauſannæ, &c.* VII. *kal. maij anno natiuitatis Domini* MCCCCXLIX. Promulgarunt [b] deinde vnicum tantum Pontificem eſſe poſſe, Chriſti vices in terris gerentem, & Baſileenſem ſynodum Lauſanam translatam ab ipſis ſolutam fuiſſe,

a Apud Lambert. Vandeb. in Amed. VIII.

Delatus ſimile loco honoris a pſeudoſynodo.

b Apud Nic. V. l. 18. ep. ſec pag. 432.

Sacroſancta generalis ſynodus Lauſanenſis in Spiritu ſancto legitime congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans ad perpetuam rei memoriam.

Sanctorum Eccleſiæ operum finem atque terminum pacem eſſe docet regius propheta, teſtimonium perhibens Deum, qui ſeras confortat portarum Eccleſiæ, fines eius poſuiſſe pacem. Ad hanc autem in populo Chriſtiano procurandam & firmandam hæc ſancta ſynodus ab initio ſui congregata ſolicitudine continua laborauit, vt quemadmodum vna fides eſt, vnum baptiſma, vnus Deus, vnum Eccleſiæ caput dominus noſter Ieſus Chriſtus, ita & in ea præſideat vnicus & indubitatus Chriſti vicarius, vnus paſtor, vnus Pontifex ſummus qui in æternam ſalutem cunctos fideles dirigat ſalutarium exemplo actionum & ſanctarum odore virtutum, quam vtique pacem in perſona ſanctiſſimi domini Nicolai Papæ V. operante Altiſſimo, his diebus ſalutis donatam Eccleſiæ conſpiciens, eadem ſynodus tempus acceptabile arbitratur tam felici tamque optato fine ſuas claudere actiones. Quocirca perſiſtens in nominatione loci pro futuro celebrando concilio facta per ipſam in decreto tranſlationis ſuæ a Baſilea in hanc ciuitatem, iuſtis & manifeſtis cauſis ad ipſum ſuadentibus fine impoſito celebrationi ſuæ, præſenti decreto ſemetipſam diſſoluit & diſſolutam eſſe decernit, omnibuſque & ſingulis in ea conſiſtentibus ad propria remeandi licentiam impartitur ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. *Dat. Lauſanæ in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Lauſanenſi ſolemniter celebrata* VII. *kal. maij anno a natiuitate Domini* MCCCCXLIX.

Lauſanenſ. conuentus male geſta Baſileæ reſcindit.

Agnoſcunt demumque ſalutare ſit eccleſiaſt. fœdus redintegratum.

Lauſanenſis ſynodi diſſolutio.

Hæc ſanxere Lauſanenſis conciliabuli præſules per ſimulationem, vt finem ſchiſmati imponerent, non quod penes eos transferendi concilij ac diſſoluendi auctoritas maneret, ſed penes ſedem Apoſtolicam, vt optime demonſtrat B. Ioannes e Capiſtrano in ſuo de auctoritate Papæ & conciliorum commentario: qua cum polleret Eugenius, iure Baſilea Ferrariam, deinde Florentiam concilium, vti diximus, tranſtulerat. Neque illud hoc loco prætereundum videtur, Ioannem Caluinum, vt ſedis Apoſtolicæ auctoritatem euerteret, impie effutiſſe, concilium Baſileenſe ad finem vſque perduraſſe in eadem auctoritate & dignitate; quem ita refellit Cardinalis Bellarminus [a]: *Dico Baſileenſe concilium initio quidem fuiſſe legitimum, nam & legatus aderat Romani Pontificis, & epiſcopi plurimi: at quo tempore Eugenium depoſuit, & Felicem elegit, non fuit concilium Eccleſiæ, ſed conciliabulum ſchiſmaticum, ſeditioſum, & nullius prorſus auctoritatis, ſic enim appellatur in concilio Lateranenſi ſeſſione 11.* Probat hoc triplici argumento; primo quod tum legatus Pontificis & præcipua epiſcoporum multitudo diſceſſiſſent, & pſeudocardinalis Arelatenſis præſidis munus ſibi arrogaſſet; tum addit: *Quia epiſcopi pauciſſimi erant, introduxerunt in ſynodum ingentem multitudinem presbyterorum, ita vt contra omnem formam antiquorum conciliorum non epiſcoporum, ſed presbyterorum ſynodus eſſet.* Subdit ſecundo eodem tempore Florentiæ œcumenicum concilium ex Latinis & Græcis fuiſſe celebratum; tertio Deum maiorem Baſileenſium præſulum partem peſte percuſſiſſe, de his enim ita ſcribit Philelphus [b]: *Agebatur tum contra Eugenium, feruebant factiones, odijs omnia & animorum incendijs æſtuabant.* Bellarminus denique concludit ex ipſis ſchiſmaticis, qui ſe Nicolao ſubmiſere, a quo cenſuris ſunt ſoluti: *Adde quod concilium Baſileenſe Lauſannæ continua-*

Dictum Caluini.

Refellitur a Bellarm. lib. 3. de eccl. milit. cap. 16.

b Philelph. l. 26. ep. 1

Digitized by Google

tinuatum ſubiecit ſe Nicolao, vt patet ex epiſtola Nicolai V.

De ſublato ſchiſmate Baſileenſi hæc Turrecremata [a]: *Etſi, paucis exceptis illi de domino ſuo obedirent, nihilominus ſtulta præſumptione vulnerata eſt Eccleſia, verum mortuo Eugenio & ſuccedente beatiſſimo domino noſtro Nicolao V. ad ſuggeſtionem illuſtriſſimorum Regum & dominorum videlicet Regis Franciæ & Angliæ præfatus dominus Amedeus deſtitit ab impriſia ſummi pontificatus, quem Amedeum tam pro nobilitate ſanguinis, quam pro pace reddita Eccleſiæ ſanctiſſimus dominus noſter Nicolaus pro ſua clementia maxima cum charitate ſuſcipiens, Cardinalem legatum cum certis prærogatiuis in tota terra Sabaudiæ perpetuum inſtituit ac creauit, & ita ſchiſma, Deo gratias, ſopitum eſt.* Quibus conſentanea afferuntur a Iannozio Manetto [b] in vita Nicolai V. *Vt ſchiſma,* inquit, *iamdudum inueteratum, Amedeo illius concilij,* nempe Baſileenſium nouatorum, *principe errata ſua recognoſcente, ac confitente, & pænitente, & ſanctitati ſuæ, vt par erat, adhærente diſſolueret, deleretque,* nempe Nicolaus, *ipſum Romanæ ac catholicæ Eccleſiæ, vbi veteris perfidiæ ſuæ errores recognouit, Cardinalem ſponte creauit, quod ſolum, vnicum, & certum diſſoluendi illius concilij remedium conueniens, & idoneum illius diſſolutionis antidotum fore ſua ſapientia exiſtimauerat, ſicut poſtea re ipſa comprobante contigiſſe compertum eſt.*

a Turrecr. ſumm. de eccl. p. 1. cap. 9.

Amedeus cardinalatu & Sabaudiæ legatione donatus.

b Iannoz. Manet. l. 3. m.s. biblioth. Vat. Prius errorem damnauit.

7 Impoſito ita fine funeſto ſchiſmati, & occidentalium ſub vnico Pontifice redintegrata coniunctione, cum fama ea de re percrebuiſſet in vrbe, ferunt [c] non modo ingentem lætitiam in clero exortam, ſed populum quoque Romanum grandi cumulatum gaudio nocte inſequenti cum facibus per vrbem equitantem fauſtis clamoribus longam Nicolao vitam comprecatum, tum equeſtres ludos edidiſſe, ipſumque Nicolaum acturum Deo gratias ſolemnem ſupplicationem inſtructa religioſa pompa a baſilica S. Petri ad molem Hadrianam vſque celebraſſe, idemque a reliquis Italiæ populis factum. Porro Amedeus abdicatione bene vſus, Ripaliam reuerſus cæleſtium rerum contemplationi ſe addixit, de cuius pio obitu alibi dicetur.

Celebratur Romæ ob deletum ſchiſma publica lætitia.

c Steph. Inſiſſ. hoc ann.

Confirmandæ præterea in Eccleſia pacis ſtudio ductus Nicolaus omnia geſta & conceſſa ab Amedeo hominibus ac locis, quæ ipſi vt Pontifici conceſſionis tempore obtemperabant, aſſentiente ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium collegio, rata firmaque eſſe iuſſit: tum omnes in priſtinum gradum & ius reſtituit, qui ob ſecutas Amedei ſeu conuentus Baſileenſis partes ſacerdotijs bonisue Eugenij ſententia fuiſſent euerſi; demum quæcumque fuiſſent in Amedeum ipſum & Baſileæ congregatos præſules, alioſque eorum ſtudioſos grauius dicta vel ſcripta reuocauit: quibus de rebus tria circumferuntur Nicolai diplomata [d].

Vtitur in Amedei ſectatores clementia Pontif.

Quod ſpectat ad Amedei pſeudocardinales, non veniſſe cum ipſis ad pactionem vllam Nicolaum, refert Stephanus Infiſſura [e], ſed voluiſſe, vt pontificio arbitrio ſe permitterent: neque ij ſua expectatione deluſi fuere, vſus enim eſt in eos Nicolaus clementia, ac nonnullos etiam ab Amedeo purpura male donatos XIII. kal. ianuarij in Cardinalium collegium cooptauit, nimirum Ioannem Arſium de Artus archiepiſcopum Tarantaſienſem, Ludouicum e Vvarambone epiſcopum Maurianenſem, & Guillelmum Hugonis e Sagno archidiaconum Metenſem Gallos, quorum alteri SS. Nerei & Achillei, alteri S. Anaſtaſiæ, tertio S. Sabinæ titulos attribuit, permiſitque vt ſedes ac ſacerdotia antea parta retinerent, vt diplomata ad ſingulos data [a] patefaciunt.

d Ext. to. 4 conc. p. 1. poſt vlt. ſeſ. concil. Baſil. edit. Bin. pag. 96. & dur alia apud Amed. Paoif.

Pſeudocard. varie Cardinalibus aſcripti.

e Steph. Inſiſſ. to. 1. Vatic. hoc ann.

a Lib. 27. pag. 33. & 34.

8 Reſtituit etiam Nicolaus [b] eidem purpuratorum collegio Ludouicum Alamannum Arelatenſem nuncupatum, antea ab Eugenio de cardinalatus honore depulſum. Reliqui antipapæ pſeudocardinales vel interierant, vel ſponte ſe abdicarunt, e quorum numero extitit Ioannes Segobienſis Hiſpanus, de quo hæc Æneas Syluius [c] monumentis ſuis tradidit: *Ioannes Segobienſis homo Hiſpanus moribus & doctrina illuſtris, qui cum ſummos theologiæ præceptores doctrina æquaret, ab Amedeo, dum ſe Papam dixit, cardinalatus eminentiam acceperat, & deinde vnioni conſentiens Nicolao Pontifice maximo, cardinalatus dimiſſo titulo, Cæſarienſi eccleſiæ præfectus fuerat in altiſſimis reconditus montibus, paruo monaſterio contentus, vocatis ex Hiſpania legis Arabicæ magiſtris librum, quem vocant Alchoram, & in quo, Mahumetis ψευδοπροφήτου non tam myſteria quam deliramenta continentur, in noſtram linguam de nouo conuertit, & ineptias eius veris ac viuis rationibus & argumentis exploſit.* Cum de Cardinalibus inſtituta ſit narratio, addimus miſſum hoc anno Sbigneo epiſcopo Cracouienſi pileum purpureum præcipuum cardinalatus inſigne, cum Eugenius eam illi dignitatem contuliſſet, ac Nicolaus confirmaſſet, vt ipſe teſtatur [d]. Extracta vero res fuerat Caſimiri Regis Poloniæ rogatu, ne aliqua offenſio oboriretur, cum Gneſnenſi archiepiſcopo fixum eſſet honoris gradu Cracouienſi epiſcopo coniunctam cardinalatus dignitatem habenti in publicis conuentibus non cedere. Quam controuerſiam ita diremit Nicolaus [e], vt in publicis ordinum regni cœtibus Gneſnenſis archiepiſcopus prior ſententiam pronuntiaret, deinde ſuo loco Cracouienſis diceret; ob cardinalitiæ vero dignitatis apices principem ac honorificentiorem ſedem teneret.

b Æn. Syl. hiſt. de Europ. cap. 42.

c Æn. Syl. hiſt. Europ. c. 42.

Vt alcoranum confutatum ſuerit.

d Lib. 5. ep. ſecr. pag. 204.

Gneſnenſis archiep. Cracouienſi epiſcopo Cardinali cedere abnegat.

e Ibid.

Dilectis filijs baronibus & nobilibus maioris Poloniæ, ſalutem.

Licet dudum felicis recordationis Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter, conſideratis multiplicibus meritis & virtutibus venerabilis fratris noſtri Sbignei epiſcopi Cracouienſis, vt ſua in bene gerendis Eccleſiæ Domini rebus opera vti poſſet, in ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem creaſſet, nos quoque morte eiuſdem prædeceſſoris noſtri ſecuta creationem huiuſmodi innouaſſemus, capellum tamen rubeum eiuſdem dignitatis inſigne mittere eidem Sbigneo Cardinali literis chariſſimi in Chriſto filij noſtri Cazimiri Regis Poloniæ illuſtris permoti, quibus ſcandalum ex miſſione capelli aſtruebat euenturum, diſtulimus non alio quidem reſpectu, niſi quod Regem ipſum credebamus ſua prudentia de ſubmouendo quolibet ſcandalo oportune interim prouiſurum. Verum cum dilationem huiuſmodi annis prope iam duobus intuitu Regis prædicti protraxerimus, ſollicitante tamen nos præfato Cardinale per nuncios & literas, vt conſeruaremus honorem ſuum, non potuimus vlterius iuſte præfati capelli miſſionem differre, præſertim cum iuſta peteret, & quæ a nobis denegari non poterant, & proinde ſibi illud per dilectum filium Ioannem Dlugoſch canonicum Cracouienſem deſtinamus.

Lis extracta in biennium.

Vt autem omnis ſcandali, quod poſſet in regno Poloniæ inter maioris Poloniæ & Cracouienſis partes inſurgere, ceſſet ſuſpicio & cauſa, certificamus deuotionem veſtram, quod per miſſionem capelli Cracouienſis eccleſia nullo modo Gneſnenſi anteferatur, quinimmo contenti ſumus, vt in omni-

Conſultum Gneſnenſis archiepiſcopi iuribus.

omnibus parlamentis, & conuentionibus priuatis & publicis archiepiſcopus Gneznenſis prior votum ſuum & ſententiam dicat, Cardinalis vero eo loco votum ſuum pronunciet qui ex ordine ad eccleſiam ſuam ſpectat, volumus tamen vt Cardinalis propter Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, & dignitatis ſuæ excellentiam, primum locum honoris & ſedendi teneat, in quo nullum Gneznenſi eccleſiæ præiudicium infertur, neque honor eius in aliquo diminuitur, cum dignitas ipſa non eccleſiæ Cracouienſi, ſed perſonæ Cardinalis attribuatur. Conuenit itaque vt deuotiones veſtræ ordinationem huiuſmodi noſtram, quæ ſcandalum allegatum perimit & reſoluit, acceptiſſimam habeant & honori tanto, ex quo regni Poloniæ ſplendor & gloria augetur, & diffunditur, congratulentur & faueant, perſonamque ipſius Cardinalis, quæ ſuis virtutibus, & meritis maximum patriæ ornamentum attulit, ampliori dignentur & venerentur amore. *Dat. Fabriani Camerinenſis diœceſis anno, &c.* MCCCCXLIX. V. *kal. auguſti anno* III. De inſignibus cardinalitijs Sbigneo epiſcopo Cracouienſi a Nicolao hoc anno miſſis meminit Cromerus a, additque non propterea ſedata diſſidia: cum enim ordinum comitia Petricouienſia celebranda eſſent, Vvladislaus archiepiſcopus cum multis proceribus cœtu diſceſſit, ne locum principem amiſiſſe videretur, habitus tamen ab Rege ijs abſentibus conuentus; qua de re illi poſtea conqueſti, iterum contendere ab eodem Rege, vt archiepiſcopus principem locum teneret: *Sed negauit*, inquit auctor, *Rex id ſibi in manu eſſe: quando ſic viſum Pontifici, auctoritati eius ſtare oportere*. At de ijs hactenus: nunc reliqua proſequamur.

Et Cardinali, & [illegible] ſuus honos ſeruatus.

a Cromer lib. 22.

Gneſnenſis archiep. ob [illegible] põtificio iudicio.

Standum illi Rex decernit.

9 Non modo in excindendo ſchiſmate, verum in tuenda illibata fide atque ab impiorũ erroribus vindicanda ſollicitam curam poſuit Nicolaus. Cum enim ineunte pontificatu ſuo Manichæorum ſectam repullulaſſe in Boſna ac late graſſari accepiſſet, Thomam epiſcopum Pharenſem, cuius opera Stephanus Thomas Boſnæ Rex iam ante ad fidem orthodoxam traductus fuerat, ampliſſima fretum auctoritate eo legauit; qui poſtea Romam reuerſus Pontifici ſignificauit, oſtenditque Manichæam luem adeo regiones illas infeciſſe, vt ad eam abolendam ferro opus eſſet: quocirca Nicolaus eidem epiſcopo gerendæ legationis munere iterum aucto poteſtatem dedit b, vt Chriſti cultores ad capeſſenda aduerſus contumaces hæreticos arma concitaret, iiſque ampliſſima indulgentiarum præmia largiretur. Implicatus c inter alios Manichæorum erroribus erat Stephanus vvaiuoda Regis Boſnæ ſocer, qui quamuis amplectendæ fidei orthodoxæ propagandæque in ſuo principatu pij deſiderij ſpecimen præſetuliſſet, haud tamen ad eoſdẽ errores deponendos a legato adduci potuerat. Neque ſcelere inferior erat Ioannes Paulonich vvaiuoda, qui fidem catholicam antea profeſſus priori impietate ſe contaminarat. Nonnulli etiam religioſo inuiti cultu ſub pietatis laruа hæreſim fouebant, & a legato appellati, vt de orthodoxa religione cum ipſo agerent, ad conſtitutum locum non acceſſerant. Hos igitur Pontifex fidelium communione eiectos ab eodem legato renuntiari iuſſit; contulit etiam ius catholicis, vt eorum terras opeſque inuaderent, atque in ſuam redigerent poteſtatem, aliaſque pœnas impijs hominibus irrogauit; tum eccleſiaſticis cenſuris illos perculit, qui commeatus in vvaiuodarum ipſorum ditionem inueherent: de quibus hoc diploma eidem epiſcopo legato tradidit d.

Manichæa hæreſis recrudeſcit in Boſnia.

b Lib. 24. pag. 56.

c Ibid. pag. 97.

Stephanus Vaiuoda eq peſte infectus.

Percuſſus anathemate cum cæteris Manichæis.

d Lib. 25. ep. cur. pag. 97.

Venerabili fratri Thomæ epiſcopo Pharenſi in regno Boſnæ & circumuicinis partibus A. S. L.

Cum, prout tua fraternitas nuper ex partibus dicti regni ad nos perſonaliter accedens, ſua nobis relatione monſtrauit, chariſſimus in Chriſto filius noſter Stephanus Thomas Rex Boſnæ illuſtris, qui a paucis retro temporibus a veritate catholicæ fidei deuius Manichæorum hæreſis labe infectus cum ſubiectis ſibi populis longius aberrabat, veluti obedientiæ filius ſalutaria monita ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ per te venerabilis frater epiſcope, quem ad partes dicti regni felicis recordationis Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter ob eam cauſam tranſmiſerat, audiens omni depoſito errore veritatem catholicæ fidei ſuſceperit ac profeſſus fuerit, remaneantque nonnulli eiuſdem hæreſis labe infecti tam nobiles & barones, quam alij, qui religioſi nuncupantur, inter quos primus & præcipuus Stephanus vvaiuoda ſocer dicti Regis, licet olim ad præfatum Eugenium oratores ſuos miſerit, ac prælatum aliquem ad ſe dimittendum pro cauſa reductionis huiuſmodi poſtulauerit, tuque ad eum tranſmiſſus fueris, neque tamen, licet eum inſtanter requiſiueris ac monueris, ad errores huiuſmodi deponendos compellere potuiſti, & licet memoratus Stephanus dudum paulo poſt aſſumptionem noſtram ad ſummum pontificatum ſuos ad nos oratores miſerit, ac obedientiam verbalem tantummodo nobis exhibuerit, quoniam ipſum catholicum Chriſtianum eſſe aſſeruerunt, non tamen propter ipſum quoniam rei veritas prætermiſſa fuit, pro catholico reputamus; Ioannes vero Paulonich vvaiuoda, prout accepimus, a tribus annis citra catholicam fidem profeſſus, iam ſecundo velut canis ad vomitum ſuum rediens, a fide catholica deuiauit, illi vero qui religioſi appellantur, cum tua fraternitas eos nonnunquam requiſiuerit, vt de veritate fidei catholicæ inter te atque ipſos tractaretur, promiſerunt ſe quidem id facturos eſſe, atque ad eam rem locum & diem certum ſtatuerunt, demum te ad diem & locum accedente & paratum te afferente, illi contra promiſſa ſua venientes ad locum ipſum accedere contempſerunt.

Inſignis eius perfidia.

Pſeudoreligioſi Manichæi publicam concertationem diffugiunt.

Quorum conſideratione fraternitati tuæ, quam ad prædictas partes regni Boſnæ cum officio & poteſtate legationis, prout hactenus habuiſti, poſt paucos hinc dies deſtinaturi ſumus, apoſtolica auctoritate tenore præſentium committimus & mandamus, quatenus ſi & poſtquam huiuſmodi hæretica labe infectos, præcipue Stephanum vvaiuodam præfatum ad eorum & ipſius malitiam conuincendam iterato ea noſtra parte requiſiueris, vt abiuratis huiuſmodi erroribus, veritatem fidei catholicæ amplectantur, ipſi vero diabolica obſtinatione detenti id facere contempſerint ne hi hæretici, quos iuſti vigor examinis reos eſſe oſtendit, ſint perditionis cauſa plurimorum, neue ipſorum impunitas incentiuum tribuat delinquendi, ſed potius quos timor Dei a malo non reuocat, coerceat ſeueritas diſciplinæ, ipſum Stephanum, eiuſque adhærentes, complices, & ſequaces, nec non Ioannem Paulonich, eoſque qui religioſi nuncupantur, alioſque huiuſmodi labe infectos primum a ſacroſanctæ Eccleſiæ communione velut putrida membra ſeparatos & diuiſos eſſe ac damnationi æternæ cum ſathana & angelis eius addictos, perpetuo infames, & inteſtabiles eſſe, caſtra, terras, fortalitia, & bona eorum quælibet mobilia & immobilia cuiuis Chriſti fidelium licite & impune inuadere, occupare,

Damnati propterea [illegible] contumaces.

ac

Digitized by Google

ac ſibi acquirere licere, perſonas eorum interficere, captiuare, & in perpetuam ſeruitutem abſtrahere, corpora etiam eorum defuncta ſepultura eccleſiaſtica carere debere, prædicta auctoritate noſtra decernas, denunties, & declares, expreſſe etiam inhibendo ſub grauiſſimis pœnis & cenſuris, de quibus tibi viſum fuerit vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, quatenus ad terras & loca Stephani & Ioannis vvaiuodarum & aliorum prædictorum granum, vinum, oleum, ferrum aut quaſuis merces deferre aut deferri facere nullo modo præſumant, ſed in omnibus & per omnia tanquam crucis Chriſti inimicos ipſos habeant, reputent, & euitent, donec ad cor reuerſi hæreticæ huiuſmodi prauitatis opiniones dimiſerint, ac veritatem catholicæ fidei audire & recipere voluerint: abſolutionem vero illorum, qui præmiſſa ad eos deferendo vel cum eis communicando pœnas & cenſuras eis per te infligendas incurſuri ſunt, nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ac etiam fraternitati tuæ durante tuæ legationis officio reſeruamus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXLVIII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Vetitum piorum cum eis commercium.

10 Vt vero paſſus non eſt Nicolaus fidem catholicam labefactari, ita vigilem curam adhibuit, ne ſacri ritus læderentur, cum in Græcia, vbi loca aliqua Latinis parebant, nonnulli Latini per cauſam redintegratæ in concilio Florentino cum Græcis coniunctionis ad Græcorum ritus deſciſcerent, id hoc diplomate prohiberi iuſſit a.

Vetiti Latini Græcorum ritus vſurpare.

a Lib. 22. pag. 229.

Dilectis filijs hæreticæ prauitatis inquiſitori & prouinciali prouinciæ Græciæ ordinis Prædicatorum ſalutem.

Peruenit ad aures noſtras, quod in locis, quæ catholicis in Græcia ſubiecta ſunt, multi catholici vnionis prætextu ad Græcos imprudenter transeunt ritus. Mirati admodum ſumus, mirarique non deſinimus neſcientes quid ſit, quod eos a conſuetudine ac ritibus, in quibus nati nutritique ſunt, in alienigenarum ritus transpoſuit. Nam etſi laudabiles orientalis eccleſiæ ritus ſint, non licet tamen eccleſiarum ritus permiſcere, neque id nunquam ſacroſancta ſynodus Florentina permiſit. Quas ob res nos quibus, quamuis immeritis, huiuſmodi rerum omnium cura diuinitus impoſita eſt, cupientes citius ne malum longius ſerpat, huic rei prouidere, vobis & vtrique veſtrum ſub virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte mandamus, vt auctoritate apoſtolica in omnibus locis prædictis, cum ea ex officio veſtro viſitabitis, permixtionem rituum omnino prohibeatis, inuocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, &c. *Dat. Romæ apud S. Potentianam in anno, &c.* MCCCCLVIII. VIII. *id. ſeptembris pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Iuſſi fidei cenſores in eos animaduertere.

Ingentem hoc anno b in expeditionem reduxit exercitum Amurates Turcarum Imperator aduerſus Macedones, oppugnauitque c tum promiſſis, tum terrore & omni conatu Sfetigradenſem arcem, dum Scanderbeghus ſeptem equitum tribuſque peditum millibus ſtipatus pluribus prælijs hoſtes in inſidias pellectos attriuit e quin etiam de Chriſtianis principibus, qui ad delendum Amuratem arma ſecum non coniungerent conqueſtus, noctu in hoſtium caſtra irrumpere auſus, duo millia ex ijs contrucidauit, maiorem etiam cladem daturus, niſi equorum hinnitus illum prodidiſſet; deinde etiam Feriſbaſſam, qui duodecim millia equitum peditumque ſex e caſtris eduxerat, manu ſua obtruncauit. Nec minus egregie Sfetigradenſes ſe geſſere, qui in hoſtili impetu a mœnibus propulſando ſeptem millia barbarorum interemerunt, ac multo plures ſauciarunt, ſeptuaginta tantum e ſuis deſideratis.

b Marin. Barle. l. 4

c Marin. Barle. l. 5

Denique cum Amurates conatus ſuos ab aduerſarijs eluſos ingemeret, præſidiarios milites munerum amplitudine corrumpere aggreſſus, perditum hominem ſubornauit a, qui putei aquas inficeret. Is cum noctu in puteum canem mortuum proieciſſet, Debrenſes præſidiarij, quamuis infectæ omnino aquæ non eſſent, ſtulta ſuperſtitione patria ducti deditionem tyranno fecerunt: poſt quam maximum diſcrimen adiere, nam Mahometes, qui patrem in ea expeditione erat ſecutus, Amuratem vrgebat b, vt violata fide vniuerſos ex nefandis Alchorani præceptis obtruncaret: *Ne inani,* inquiebat, *ſtudio fidei ſeruandæ per ſummam ſuam ignominiam illæſi dimitterentur hoſtes, cum alioquin nullum haberent Turcæ certius fidei documentum, nullum antiquius eſſet legis Mahumetanæ præceptum, quam omnibus modis ſæuire in Chriſtianos, & omne in eos exercere ſupplicij genus, in eos præſertim a quibus tot iacturæ fuiſſent tot calamitates acceptæ, cæſæ legiones, cæſi duces, & deformatus magna ex parte exercitus, plectendos Sfetigradenſes ad terrorem cæterorum, & præſtandum reliquis exemplum ne in eiuſcemodi pertinacia diutius perſtarent, non eſſe, inquiens, clari Imperatoris officium ex hoſtium fortuna mutabilem animi habitum gerere, & precibus eorum illacrymari, transfigendos ferro omnes, aut habendos in vinculis, donec pretium pro redimendis afferretur. Oſtendit ſatis ex ijs Mahumetes & adoleſcens & primatus qualis eſſet ſenex, qualis olim Imperator futurus, feritatis & auaritiæ ſuæ ſordes iam atrox declarauit ætas. Sed nihil potuere apud ſenile pectus impia filij conſilia, quin reprehendens eum dixiſſe fertur, nullam eſſe inter mortales maiorem neceſſitatem, quam fidei ſeruandæ, qua ſublata neque imperia poſſint, neque aliud quidquam permanere. & in claro quoque principe, qui magnarum rerum imperia ſpe animoque complexus ſit, alteram omnino eſſe debere, aut veram aut ſimulatam, ſaltem vt hominum ingenia eo modo concilientur alliciantur que, perfidiam & feritatem deſtruere regna, vrbes, populos, ac ſibi poſtremo ipſis non minus quam alijs iniquas eſſe.*

a Id. l. 5.

Sfetigradũ Amurati deditum.

b Marin. Barlet. ſup. l. 5.

Mahometis perfidia & crudelitas.

Recepto Sfetigrado, Amurates mille ducentorum prætorianorum militum præſidium ibi conſtituit, ac pridie kal. ſextiles caſtris motis triginta Turcarum millibus amiſſis Adrianopolim repetijt, quem Scanderbeghus inſecutus extrema carpſit agmina, donec baſſa Romaniæ conuerſa fronte cum triginta militum millibus illum viribus imparem intra munitiores ſtationes compulit, illo autem abeunte Scanderbeghus collectis duodeuiginti millibus Macedonum, Illyricorum, Italorum, Germanorumque x. kal. octobris Sfetigradum obſidione cinxit. Cur vero eius copiæ ex varijs nationibus conflatæ eſſent, rationem reddit Marinus Barletius: *Confluebant,* inquit, *ea tempeſtate in Epirum ex omnibus gentibus in dies milites ad ſtipendia Scanderbegi ſumenda, cum ſolus ex Chriſtianis ducibus nullo ſatis tempore quieſceret, & ſemper occupatus bello eſſet, perpetuus Turcarum hoſtis.* Cæterum poſt varias impreſſiones in Sfetigradi mœnia factas Scanderbeghus VII. kal. nouembris ſoluere obſidionem coactus eſt, cum Amuratem bellum ſumma vi iterum apparare increbreſceret. Interea Huniadem irrupiſſe cum Hungaris & Bohemis in Turcicum imperium, atque in Triballis maximam cladem Amurati xv. kal. nouembris intuliſſe, florentiſſimamque victoriam fuiſſe relaturum niſi Vvalachi ad Amuratem turpiter defeciſſent, te-

Amuratis receſſus.

Sfetigradũ iterum obſeſſum a Scanderbegho. Huniades in Turcam irrumpit.

Valachi deficiunt ad Amuratem.

ſta-

Digitized by Google

ſtatur Franciſcus Philelphus a, quamquam Amurates Chriſtiani ſanguinis ſiti æſtuans, in ipſos proditores Valachos quos necari iuſſit barbaricum furorem effudit b.

a Philel. l. 8. in lit. ad Ca. Reg. Franc. b Cancheu de reb. Turc. l. 7. c Philelph l. 6. ep. 1.

Deportata ſama ingentis illius Turcarũ cædis, Franciſcus Philelphus c Ladislao Hungariæ Regi de parta victoria ſuis literis gratulatus eſt, in quibus addidit Amuratem ob Chriſtianorum diſſidia elatum iactaſſe inter ſuos baſilicam ſe S. Petri in ſtabulum & ganeum conuerſurum: *Quid, inquit, per immortalem Deum aut pulchrius ad humana, aut fructuoſius ad diuinæ gloriæ gradum tibi contingere potuiſſet, quam quod ipſa dies & Deus obtulit præclaram de Turcis victoriam, gente barbara & immani. qui patrys relictis auitiſque gurguſtys, vbi ſeſe per omnem turpitudinis fœditatem dies noctesque polluerent, horrentibus illis Caucaſi vaſtiſque rupibus tandiu ac multum in vniuerſum prope terrarum orbem ſunt aduerſus Chriſti nomen per omne ludibrium & contumeliam debacchati.* Et infra: *O temporum calamitas miserabiliſque fortuna! Ad tantum miſeriarum deuentum erat, vt ignobile illud atque agreſte Turcorum vulgus ex humillimis paſtoribus ac famelicis & fugitiuis Scytarum ſeruis longe lateque in populos Chriſtianos & Reges imperitarent, indieſque magis ac magis ita ſuum propagarent imperium, vt iam vix ſexaginta millia paſſuum abeſſent ab Italia. Itaque non abſurde fortaſſis audaciſſimus iſte & petulantiſſimus Amoratus iactare vino obrutus inter rapaciſſima illa pocula conſueuit, ſe templo ſanctiſſimo D. Petri propediem pro ſtabulo ganeoque vſurum, conſiderabat enim latro callidus ac peſtifer, Chriſtianos principes, qui & auctoritate valerent & viribus, & mutuis inter ſe odys atque diſcordys laborare, contendere, digladiari, alios vero præter queſtum curare nihil, nonnullos ignauia corripi, negligentia plures detentos interripi, inter quas ille noſtras calamitates iactabundus atque exultans non deſperabat breui futurum, quod ſecum ipſe per omne facinus ac nequitiam animo volutaſſet.* Ex Mediolano non. nouembris MCCXLIX.

Ex Chriſtianorum diſſidiis Amurates inſolescit.

11 Hoc anno obijt Ioannes Palæologus vt refert Georgius Phrantzes his verbis d: *Trigeſimo primo octobris 6957. Chriſti 1449. Imperator Ioannes vitæ curſum expleuit, annos natus ſeptem & quinquaginta, menſes decem, dies quindecim, primoque nouembris in monaſterio Pantocratoris funeratus eſt, poſtquam imperauit annos viginti tres, menſes totidem, dies decem;* non recenſitis nimirũ annis, quibus cum patre imperarat. Addit deinde Thomam deſpotam XIII. nouembris eiuſdem anni MCDXLIX. Conſtantinopolim applicuiſſe, ac Demetrij Porphyrogeniti, qui & ſi ætate iunior imperium affectabat, factionem compreſſam fuiſſe, ac decretum vt Conſtantino natu maximo inter fratres Io. Palæologi imperium deferretur, miſſoſque fuiſſe Alexium Philanthropenum & Manuelem Palæologum in Peloponeſum, qui ipſum proximo anno VI. ianuarij die Spartæ auguſtali corona cinxere, nec Phrantzes in conſignandis temporum circumſtantijs errare potuit, cum dicat ſe die VI. decembris huius anni ad Amuratem legatum miſſum, vt ipſum de morte Palæologi & Conſtantini ſucceſſione faceret certiorem: ex quo corrigendus error eſt recentiorum Latinorum, qui mortem Palæologi ad præcedens biennium retulerunt, adductique ſunt nonnulli in errorem ex literis Dauidis Æthiopum Imperatoris ſcriptis ad Clementem VII. in quibus refertur Eugenium ad Zara Iacob Abyſſinum ſcripſiſſe Ioannem Palæologum, qui eccleſiæ orientalis cum Romana coniunctionem redintegrarat, biennio ante obijſſe; errauit quippe interpres, nam

Obitus Palæologi Imp. d Phrantz. l. 2 in fin. c. 19.

Succedit Conſtantinus frater.

Emendandi Latini ſcriptores.

Palæologus excepta non abſoluetur.

Eugenius de Ioſepho patriarcha, qui Florentiæ obijt, poſtquam eccleſiarum fœdus ſigillo ſuo corroborauit, id dixerat: quod confirmatur ex literis Nicolai V. datis ad Conſtantinum anno Chriſti MCDLI. in quibus ipſum excuſat, ſi ob nouitatem accepti imperij nondum acta Florentini concilij promulgarit, aitque Ioannem Palæologum a Deo ereptum e viuis dum politicis commodis conſilia de confirmanda eccleſiaſtica coniunctione, delendoque ſchiſmate accommodare vellet, diuinamque vindictam, ni Græcos in Romanæ eccleſiæ ſinum quamprimum reduxerit, intermitatus eſt. Eas nos ſuo loco afferemus a.

a An. Chr. 1451. nu. 2.

12 In Hiſpanijs coorta eſt diſſenſio inter neophytos, & alios, qui religionem Chriſtianam a tenera ætate, vel acceptam ab atauis profitebantur; ij enim contendebant eos, qui vel e Iudaiſmo vel Maurica paganorumue alia ſuperſtitione ad Eccleſiam Dei ſeſe aggregarant, ad dignitatum gradus non admittendos: quod cum aduerſaretur decreto Apoſtoli, qui eam controuerſiam diremit, ſtatuitque non habendam Iudæi & Græci diſtinctionem, ſed vniuerſos Chriſti cultores in vnum myſticum corpus coaleſcere debere; Pontifex ſanxit b neophytos e quacumque ſuperſtitione ad religionem Chriſtianam traductos quibuſuis gerendis muneribus dignitatibuſque idoneos eſſe, Alfonſique dicti Sapientis & Henrici & Ioannis tum imperantis de ea re edicta, apoſtolica auctoritate muniuit, vetuitque quemquam ob ſuſcepta recens baptiſmalia ſacra iniuria affici.

Inter neophytos & Chriſtianos veteres lis mota.

b Lib. 28. pag. 130.

Ad futuram rei memoriam.

Percepimus quoſdam nouos ſeminatores zizaniæ, affectantes vnitatis & pacis noſtræ fidei ſalutare fundamentum corrumpere, ac quod per vas electionis Apoſtolum Paulum extirpatum fuerat diſſidium, in diuerſis partibus, maxime in regnis chariſſimo filio noſtro Ioanni Caſtellæ & Legionis Regi illuſtri ſubiectis renouare, auſu temerario aſſerere. Quod qui aut ex gentilitate, aut ex Iudaiſmo, aut ex alio quouis errore Chriſtianæ fidei veritatem cognouerunt & baptizati ſunt, & (quod grauius eſt) eorum filios propter nouam aſſumptionem fidei non debere ad honores, dignitates, officia tabelionatus & ad teſtimonium in Chriſticolarum cauſis perhibendum admitti, eos verbis & factis contumelijs afficientes; quæ cum a Redemptoris noſtri inſtitutis aliena ſint, eodem Apoſtolo Paulo teſtante, cum dicit b: *Gloria & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco, non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum;* & c: *Omnis qui credit in illum, non confundetur, non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci; nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum;* & alibi d: *In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur.* Nos vt a veritate catholicæ fidei aberrantes ad viam veritatis deducere & quatenus in præmiſſis exceſſerunt, animaduertere cupientes cum non tantum præmiſſis diuinis auctoritatibus contradicant, ſed illuſtrium principum quondam Alfonſi Sapientis cognominati & Henrici, & Chariſſimi filij noſtri Ioannis moderni Caſtellæ & Legionis Regum pro fidei augmento perpetuis ſanctionibus autenticis literis eorum ſigillis munitis grauibus pœnis vallatis, per nos viſis & mature diſcuſſis, quibus ſanxerunt vt inter nouiter ad fidem conuerſos maxime de Iſraelitico populo & antiquos Chriſtianos nulla in honoribus, dignitatibus, officijs tam eccleſiaſticis quam ſecularibus ſuſcipiendis & haben-

Nulla nationum habenda diſtinctio. b Rom. 2. c Rom. 10 d Gal. 5.

Digitized by Google

bendis diſcretio fieret, & affectantes vt quiſque quæ recta ſunt ſapiat, & qui contra Chriſtianæ legis normam falſa ſeminare, & proximos ſcandalizare, & quæ vnitatis & pacis contraria ſunt facere præſumpſerint debitis pœnis affecti eorum errores agnoſcant, præfatorum principum ordinationes & decreta, vt iuri & ſacris canonibus conformia, ſuper iis edita ex noſtro proprio motu & certa ſcientia approbamus, roboramus, confirmamus, & apoſtolicæ auctoritatis munimine roboramus, ac omnibus & ſingulis cuiuſcumque ſtatus gradus, aut conditionis fuerint eccleſiaſticis vel ſæcularibus ſub excommunicationis pœna mandamus, vt omnes & ſingulos ad Chriſtianam fidem conuerſos aut in futurum conuertendos, ſeu ex gentilitate vel iudaiſmo aut ex quauis ſecta venerunt aut venire contigerit, ac eorum poſteros tam eccleſiaſticos quam ſæculares catholice, & ſecundum quod chriſtianum decet, viuentes ad omnes dignitates, honores, officia, tabellionatus, teſtium depoſitiones, & ad omnia alia, ad quæ alij Chriſtiani quantumcumque antiqui admitti ſolent, admittant, nec propter fidei nouam receptionem inter eos & alios Chriſtianos diſcretionem faciant, nec verbis, aut facto contumelijs afficiant, nec affici permittant, ſed omni eorum poſſibilitate contradicentibus ſe opponant, & eos omni charitate proſequantur, & profiteantur ſine perſonarum acceptione omnes catholicos, vnum eſſe corpus in Chriſto ſecundum noſtræ fidei doctrinam, quos omnes tales eſſe & pro talibus ab omnibus haberi harum ſerie decernimus, & declaramus, &c.

Dignitates ſine diſcretione etiam neophytis conferendæ.

Verum ſi qui ex his poſt baptiſma reperiantur Chriſtianorum fidem non ſapere, aut gentilium vel Iudæorum errores ſectari, vel dolo aut ignorantia Chriſtianæ fidei non ſeruare præcepta, quibus caſibus, quæ in Toletanis concilijs & maxime in capitulo, *Conſtituit*, & alibi contra huiuſmodi a fide Chriſti apoſtatas non pariter cum alijs bonis fidelibus ad huiuſmodi honores admittendos decreta ſunt, locum ſibi vendicant, prout præfati Reges recte ſacros canones intelligentes in præmiſſis eorum conſtitutionibus quaſdam eorum regnorum leges interpretati ſunt aut alias minus quam Chriſtiano conueniat agere aut ſapere, qui de hoc ſcandalizatus fuerit, adeat competentem iudicem, & quod iuſtum eſt fieri publica auctoritate, aut ordine iuris non ſeruato contra diuinarum humanarumque legum doctrinam aliquid in eos aut eorum aliquem audeat attentare, &c. prouinciam dat Hiſpalenſi & Toletano archiepiſcopis, & Palentino, Abulenſi, & Cordubenſi epiſcopis, atque abbati S. Facundi Legionenſis diœceſis, vt cenſuris alijſque pœnis grauibus Chriſtianos reprimant, qui hanc ſanctionem labefactare fuerint auſi. *Dat. Fabriani Camerinenſis diœceſis anno* MCCCCXLIX. VIII. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* III.

Si ad ſuperſtitionem redibunt ex canonū præſcripto animaduertendum.

Quod ad Ioannem Regem Caſtellæ attinet; cum bellum aduerſus finitimos Saracenos adornaret, Pontifex amplificandæ religionis ſtudio indulgentiarum præmijs afficiendos ſtatuerat eos, qui conſtitutam vim auri in ſumptus belli ſacri contuliſſent: at cum mutata poſtea erogandæ pecuniæ eiuſdem ratio fuiſſet, Nicolaus Oxomenſi & Legionenſi epiſcopis partes impoſuit [a], vt ea de re, qua par erat religione, ſtatuerent.

Io. Rex Caſtel. bellum in Saracenos meditatur.

a Lib. 5. pag. 584.

13 Porro Fabrianum ſe contulerat Nicolaus purioris aeris captandi gratia, cum peſtis Romæ ſæuiret, vt narrat Iannozius Manettus [b] in eius vita; atque ipſum in eo itinere Tolentini ſubſtitiſſe, cum ragadiarum morbo & febri acuta ex vi inflammationis laboraret, dum vero dormiebat, noctu per cœleſtem ſpeciem ei apparuiſſe Eugenium IV. ac prædixiſſe ipſum conualiturum ex eo morbo; ſed octauo pontificatus anno moriturum: *Dum*, inquit, *Tolentini pernoctares, quo e Roma tertio pontificatus ſui anno peſtis cauſa abiens verſus Fabrianum contendens applicauerat, factum eſt, vt peſſimum & periculoſum illum morbum in orificio ani pateretur, quem medici veteres Græco verbo* * *ragadium appellarunt, e quo cum ita vehementer cruciaretur, vt nequaquam febribus careret, illi forte noctu ibidem dormienti ac de periculo mortis aliquantulum ſuſpicanti, prædictus Eugenius pontificalibus veſtimentis indutus rurſus apparuit, atque ne de vehementia illius morbi aliquatenus ſuſpicaretur apprime & aperte hortabatur, ac iterum atque iterum ipſum non modo ex eo morbo non eſſe periturum, ſed actutum euaſurum manifeſtiſſime aſſerebat; quod vt in mentem ſuam vehementius imprimeret, ſe ab octauo pontificatus ſui anno, quaſi ſibi pernicioſo ac lethifero, vel maxime caueret, diligenter eum admonere videbatur, quod Bauerio Imolenſi Medico ſuo poſtridie mane ad eum viſendi gratia proficiſcenti, læto & hilari vultu poſtea enarrauit, & ſicut in commemorato ſomnio viderat ita & paulo poſt conualuit & octauo pontificatus ſui anno defunctus eſt, atque ſic Bauerio dum grauiter, & ad mortem ægrotaret, de ſalute ſua diffidens, commemorandi gratia, non ſine aliquo animi mœrore, retulit.* Commemorat etiam idem auctor aliud cœleſte viſum quo ab eodem Eugenio ipſi apparente præmonitus fuerat, eum in pontificatu ipſi ſucceſſurum, vt poſtridie contigit; talia enim ſomnia diuinitus facta pluribus exemplis ex ſacra hiſtoria petitis probat auctor, & propheta Ioel [a] perſpicue docet, cuius verba repetijt Petrus die ſacro pentecoſtes ad Iudæos loquens [b]: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.* Quamuis vero huius prædictionis antea meminerimus, illius tamen narratio [c] modo repetenda viſa eſt, ex eodem Manetto, cuius m. s. Lucas Holſtenius Vaticanæ bibliothecæ cuſtos primarius inſigni eruditione conſpicuus, & baſilicæ Principis Apoſtolorum canonicus mihi humaniſſime communicauit, dum Nicolai pontificatus auſpicia typis committebam.

b Iannoz. Manett. lib. 3.

Nicolaus encinis morbo Tolentini implicitus.

* ragadium

Docetur diuinitus ab Eugenio ex eo morbo non periturum. Prædicitur illi tempus mortis.

Aliqua ſomnia poſſunt eſſe diuina.

a Ioel. 2.

b Act. Apo. 2.

c Manett. vbi ſup.

Secunda, inquit Manettus, *poſtquam patres in conclaue ingreſſi ſunt die ab Eugenio prædeceſſore ſuo ſibi in hunc modum pontificatum reuelatum fuiſſe conſtat, patribus enim in cubiculis ſuis ad pontificalem electionem de more (vt fit) inſtructis, noctu quieſcentibus, ei dum dormiret, & multa ſecum de nouo Pontifice animo & mente reuolueret, Eugenius opulentiſſimo pallio indutus, ac pontificali mythra capite redimitus in ſomnis apparuit, atque primo ſemetipſum pontificalibus exuebat, atque eum admonebat, vt idem ſibi pariter faceret, ac pro ſuis dimiſſis illa pontificalia ſuſciperet, quod cum ipſe ſeſe facturum recuſaret, vim ſibi repugnanti inferre videretur, ſed cum diutius ſecum per hunc modum altercaretur, ne proprijs veſtibus nudaretur, atque ille opus inceptum perficere conaretur, inter altercandum, cur ſibi ita faceret interrogare & percunctari cœpit. At Eugenius id propterea facere aiebat, vt ipſum prioribus ſuis exutum pontificalia veſtimenta grauiter decenterque indueret, quoniam eum in pontificatu ſibi ſucceſſurum plane & aperte præſagiebat, ſed cum ipſe huiuſmodi Eugenij dicta pro ridiculis haberet, ac penitus & omnino flocci penderet, Eugenius idipſum exuendi opus antea inceptum cunctis viribus* per-

Vt per ſpectus antea fuerit ab Eugenio pontificatus per cœleſtem ſpeciem.

perficere annitebatur, proinde propria tandem veſtimenta illum exuiſſe, ac paulo poſt pontificalia pallia vſque ad impoſitionem mithræ ſuper caput ſuum exornaſſe & decoraſſe videbatur. Quo facto ſtatim ſomno expergefactus, & cum totam nocturni ſomnij ſeriem optime recordaretur, ſecum ipſe ridere & cachinnari cœpit. Cum vero a quibuſdam familiaribus ſuis, cur ita cachinnaretur familiariter domeſticeque interrogaretur, ridens (vt erat natura facetus & comis) illis id totum percunctantibus diligenter & accurate recitauit, quod poſtridie, cum ad ſummum pontificatum ſublimaretur, potius verum omnipotentis Dei oraculum, quam humanum ſomnium illi, qui ea nouerant, non iniuria fuiſſe credidere, præſertim cum duo diuerſa in ſomnio varius poſt pontificatus ſui temporibus ſibi ex eius veriſſima relatione apparuiſſe intellexerint. Tradit etiam idem auctor a Nicolaum omnes cogitationes ſuas ad augendam Romanæ eccleſiæ dignitatem intendiſſe.

a Iannoz. Manet. l. 2

Nic. toi ſtudio ad amplificanda eccleſiæ dignitate.

14 *Semper,* inquit, *omnia cogitabat atque animo & mente voluebat, quæ ad augendam Romanæ eccleſiæ auctoritatem, atque ad amplificandam ſedis apoſtolicæ dignitatem vllatenus pertinere arbitrabatur. Proinde cum ſtatum Eccleſiæ duobus ſpiritualibus & ſæcularibus rebus maxime contineri, & conſeruari animaduerteret, ad illa duo diligenter curanda inter cætera animum adiecit. Itaque ſpiritualibus tota mente deditus eccleſiaſticas cerimonias mirabiliter & ad vnguem maxima cum diligentia & incredibili cura obſeruabat, & vt etiam a Chriſtianis populis maiori admiratione haberentur, atque accuratiori quoque deuotione ſuſciperentur, tapetibus, aulæis, ſtragulis veſtibus, vaſis partim argenteis partim aureis, & ſacerdotalibus indumentis de ſerico, auroque confectis, ac magna vnionum & margaritarum multitudine refertis exornabat, quæ communi & vulgato verbo paramenta appellantur, atque pontificalibus præterea mythris ſardiorum, ſmaragdorum, topaſiorum, carbunculorum, ſapphirorum, iaſpidum, ligurioꝛum, amethiſtorum, chryſolitorum, onichinorum, berillorum, ac mira quadam huiuſmodi gemmarum & pretioſorum lapidum copia exornatis omnes eccleſiaſticas pontificaleſque cerimonias præter conſuetum & vſitatum morem mirabiliter condiebat, vnde vbicumque illa tam ſpecioſa & tam digna officia intuebantur homines tanta admiratione, tantoque ſtupore ſimul atque deuotione capiebantur, vt adumbratam quandam triumphantis eccleſiæ in hac noſtra militante imaginem recognoſcerent, certamque & expreſſam vmbram plane aperteque conſpicerent, atque hæc de ſacris ceremonijs dixiſſe ſufficiat.*

Sacro cum maxima pompa celebrat.

Quid vero de ſæcularibus pompis referemus? Hæc enim ſæcularia opera multis inter cætera ingentibus & perpetuis ædificijs plurimum ornabat, quæ in dies pluribus forenſibus oppidis partim extra vrbem, partim vero intra mœnia reparatis, ita vndique augebantur, vt in miraculum vſque procederent, de quibus quoniam res maxima, ac profecto admirabilis eſt, ſuo ordine ſeorſum enarranda alibi opportunior dabitur dicendi & explicandi locus. Dum igitur Pontifex ipſe huiuſmodi dignis ac memorabilibus operibus mirum in modum primo ad honorem omnipotentis Dei, ad augendam deinde Romanæ eccleſiæ auctoritatem tota mente animoque intenderet, ecce quinquageſimus iubilei annus, ſanctus vulgo appellatus, vſque ad Moyſi diuinæ legis latoris tempora inſtitutus, ac poſtea ſecundum eccleſiaſticos canones legitime confirmatus, opportune admodum ſuperuenit.

Plura ædificia erigit.

15 Hoc autem anno incipiente, Nicolaus anni iubileum anno proximo celebrandum apoſtolicis literis indixit, quibus Clementis VI. & Gregorij XI. diplomata ea de re rata habuit, eoſque imitatus ampliſſima indulgentiarum præmia ijs propoſuit, qui ſacra exomologeſi animas expiaſſent, & quatuor patriarchales vrbis baſilicas modo ab anteceſſoribus præſcripto pie luſtraſſent. Extant ipſius eo argumento literæ a ineunte hoc anno exaratæ ſubiectiſque verbis conceptæ.

Indicit iubilæum annum.

a Lib. 24. pag. 106.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nonnulli prædeceſſores noſtri Romani Pontifices miniſtri Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Dei quædam elegerunt tempora in quibus fidelibus populis vberius fluenta diuinæ miſerationis effluerent, ſcientes omnipotentem Deum lapſi hominis vetuſtatem quibuſdam periodis temporum, nunc diluuio, nunc circumciſione, nunc lege, nunc alijs atque alijs modis, nouiſſime autem per incarnati Verbi myſterium in melius innouaſſe. Qui cum illuminante Spiritu ſancto intelligerent quod ad vetus teſtamentum ſecundum literam pertinebat hoc nouo ſecundum ſpiritum conuenire iubilei anni myſterium, in quo fiebat terræ remiſſio, libertas ſeruorum, poſſeſſionum reſtitutio, quæ pretio fuerant comparatæ, Chriſtiano populo ſpiritualiter exhibere curarunt, vt quolibet quinquageſimo anno omnes quibuſcumque etiam grauiſſimis delictis obnoxij vere pœnitentes & confeſſi, qui Apoſtolorum Petri & Pauli limina ac Lateranenſem & B. Mariæ maioris de vrbe eccleſias viſitaſſent, ſub certis modis & formis, quæ in ipſorum literis apoſtolicis continentur, & præſertim felicis recordationis Clementis VI. & Gregorij XI. prædeceſſorum noſtrorum (quorum tenores præſentibus annotari, & de verbo ad verbum inſeri fecimus) omnium peccatorum ſuorum pleniſſimam indulgentiam obtinerent. Tenor vero literarum præfati Clementis ſequitur, videlicet a *Clemens, &c. Vnigenitus Dei filius, &c.* Aſcripta eſt dies VI. kal. februarij, pontificatus anno primo. [Subiunguntur Gregorij XI. literæ, quæ ab his verbis exordiuntur: *Saluator noſter*; & poſt cumulata in B. Virginem ampliſſima elogia, decernit vt cum Clemens VI. annum iubileum a Bonifacio ſingulis ſæculis inſtitutum, ad recurrentem quinquageſimum annum redegiſſet, ſanxiſſetque vt indulgentiarum præmia in luſtrandis Lateranenſi ac B. Petri & Pauli baſilicis lucraturi maiorem baſilicam B. Mariæ ſacram adire obſtricti eſſent, cum non ſine ingenti miraculo condita & dicata fuiſſet, atque etiam pluribus miraculis Deiparæ precibus patrari ſolitis fulgeret, fideles eandem baſilicam S. Mariæ maioris recurrentibus annis iubileis adipiſcendæ cauſa criminum veniæ luſtrare teneantur, quibus Gregorij XI. literis Auenione exaratis III. kal. maij pontificatus anno tertio adiecta eſt. His addit Nicolaus.]

Quinquageſimus annus a quib. Pontif. ib. luſtralis inſtitutus.

a Extant inter extrauag.

Baſilica S. Mariæ maioris illuſtrata miraculis.

Nos igitur qui, licet immeriti, vices Chriſti gerimus in terris & B. Petri ſucceſſores ſumus, eorum veſtigijs inhærentes, præfatas conceſſionum literas ratas & gratas habentes, eas de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & apoſtolicæ plenitudine poteſtatis innouamus, approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, decernimuſque, ſtatuimus, & ordinamus, vt omnes Chriſti fideles, qui vere pœnitentes & confeſſi iuxta formam in ipſis literis compreheuſam in anno natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo proximo ſecuturo, prefatas ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum baſilicas ac Lateranenſem & B. Mariæ maioris eccleſias viſitauerint, omnium peccatorum ſuorum pleniſſimam indulgentiam conſequantur. Præparent ergo omnes cor-

Pontificis ad pœnit. adhortatio.

corda ſua Domino & mores in melius commutare conentur, a malefactis abſtineant, ſatisfaciant Domino per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis & peregrinationibus, vt ſanctorum templa viſitantes, quorum millia fere innumera vna cum glorioſiſſimis Petro & Paulo in alma vrbe requieſcunt, qui mortem pro Chriſti nomine perpeſſi eius conſpectui ſemper aſſiſtunt, interceſſores habere mereantur. Nulli ergo, &c. *Dat. anno natiuitatis dominicæ* MCCCCXLIX. XIV. *kal. februarij pontificatus noſtri anno ſecundo*. Quo liber tutuſque aditus ex tota Europa ad vrbem pateret, referunt nonnulli a, Niculaum operam dediſſe, vt Italiæ in arma concitatæ motus compeſceret, pacemque inter principes conciliaret.

a Plat. in Nicol. V.

Violatæ ab Anglis induciæ.

16 Hoc anno violatæ ſunt ab Anglis induciæ, quas cum Francis pepigerant, intercepto in Normanniæ limite oppido Britonum ducis imperio obnoxio, cui Fugeræ nomen eſt, atque rapinis, cædibuſque ciuium, & matronarum ſtupris, templorum profanatione ac direptione funcſtato. Querentibus de tot tantiſque flagitijs Britone & Rege Franco, Anglus illa damnauit; verum vt damna ſarcirentur, reique plecterentur adduci nunquam potuit: quapropter decretum a Franco in Anglos bellum, quo illi pro oppidulo inique occupato ampliſſimas vrbes ac prouincias amiſere. In Anglia etiam affectæ admodum eorum res fuere, ſiquidem & Londini aduerſus regios adminiſtros excitatæ ſunt turbæ b: cumque Saliſberienſis dux geminam expeditionem confeciſſet in Scotos, ab ijs quamuis numero imparibus, ita attritus eſt, vt viginti Anglorum & eo amplius millia ferro confoſſa interierint c.

Iniuſte, vnius oppiduli cauſa, ampliſſimas prouincias.

b Pag. 7.

Anglia bello inteſtino attrita.

De Anglorum bellis, deque edito diuinæ animaduerſionis exemplo in parricidam, qui epiſcopum in altari diuina celebrantem trucidauit agit Nicolaus Harpsfeldius d his verbis: *Omnia præcipiti curſu ab Anglis in Gallia defluxere, & inteſtinis domi partim a proceribus contra Regem, partim a plebe contra vtroſque ſeditionibus fœde laboratum eſt. Cantiani duce Ioanne Caddo qui, vt ſe ſuamque cauſam plauſibilius populo commendaret, ementiebatur ſe Ioannem Morſimerum Marchiæ comitis & Eboracenſis ducis neceſſarium, conflato exercitu Londinum ingreſſi, quos viſum erat, & inter eos Ioannem Saium primarium Regis quæſtorem neci dedere, neque Cantiani ſolum, ſed & Eſſexiani & alij alibi, & Sariſburienſes etiam huiuſmodi ſeditiones cierunt, qui velut furiis acti epiſcopum ſuum Guillelmum ſumma & ſacratiſſima noſtræ religionis myſteria Edingtoniæ celebrantem, ab ipſis aris violenter abductum nefarie peremerunt. Qui primum epiſcopo ſceleratum vulnus inflixit, in diuinam mox, vt credibile eſt, parricida vltionem incidit: tam intolerabili enim incendio pes & tibia eius corripiebantur, idque ad obitum ipſius, poſtea ad annum videlicet & dimidiatum, vt ipſe optarit poſſe ſe ſuſpendio hac pœna defungi, quam ſe propter epiſcopum violatum incurriſſe palam affirmabat.*

c Pag. 11

Seditiones in Anglia.

d Harpsfel. hiſt. eccl. Anglic. in 15. ſecul. 21.

Epiſcopi trucidatori diuina pœna percuſſio.

IESV CHRISTI
Annus 1450.

NICOLAI PP. V. Ann. 4. FRIDERICI III. ROM. REGIS 11. CONSTANT. XV. IMP. OR. AN. 1.

1 ANno huius ſæculi quinquageſimo inditione tertiadecima maximi populorum concurſus ex toto Chriſtiano orbe mira frequentia pietatis ac religionis ſtudio in vrbem facti ſunt, cum nullæ itinerum difficultates nullaue pericula eos retardare potuerint; quam fidelium confluentium celebritatem miratus S. Antoninus ſubiecta verba hiſtoriæ mandauit a: *In anno* MCCCCL. *celebratus fuit iubileus ſub Nicolao Pontifice vrbis, prius prænuntiatus & publicatus ſolemniter cum indulgentia plenaria viſitantibus eccleſias vrbis quatuor ſcilicet S. Ioannis Lateranenſis, S. Petri & S. Pauli & S. Mariæ maioris certis diebus determinatis pœnitentibus & confeſſis certo modo & forma, ad quam conſequendam conuenerunt ex omni natione quæ ſub cœlo eſt fidelium plurimi mares & fœminæ.* Confirmat hæc Iannozius Manettus b in vita Nicolai V. *Ad hanc*, inquit, *celeberrimam ſanctiſſimamque ſolemnitatem, in qua inter cætera omnium veterum peccatorum remiſſio atque expreſſa cunctorum indulgentia delictorum a cunctis cum pœnitentia ac confeſſione aduentantibus acquirebatur, non ſolum ob hanc tantam diuinam feſtiuitatem, ſed etiam ob admirabiles pontificalis perſonæ conditiones, quæ iam per totum pene terrarum orbem fama vndique intonante peragrauerat, tota populorum omnium Chriſtianorum multitudo concurriſſe & confluxiſſe perhibetur, vt cæteris iubileis hactenus celebratis numero & copia hominum vtriuſque ſexus non immerito præferri poſſe exiſtimetur, tanta enim Pannoniorum, Germanorum, Cimbrorum, Britannorum, Gallorum, Hiſpanorum, Celtiberorum, Portugalenſium, Græcorum, Dalmatarum, Italorum, cæterorumque Chriſtianorum populorum, vt omnes vno verbo ſummatim comprehendamus, cateruæ quotidie confluebant, vt concurrentium congregatio cuiuslibet menſis dimidio per arbitrium deſignato in ſtuporem admirationemque procederet, tanta namque & tam magnæ aduentantium gentium cateruæ quotidie concurrebant, vt quaſi ſturnorum apumue & formicarum agmina, mirabile & incredibile dictu! viderentur.* Conſentit Platina c, tantam ſubito multitudinem confluxiſſe Romam, quantam nunquam antea viſum eſſet, additque nauatam a Pontifice operam, vt frumentaria res alijque commeatus abundarent, nec modo viarum graſſatores propoſitis cenſurarum eccleſiaſticarum pœnis, ſed immiſſis etiam ſatellitibus abſterruiſſe, ne publica obſiderent itinera, atque in peregrinos in vrbem contendentes ſæuirent.

a S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 12. §. 3.

b Manett. l. 2. in vita Nic. V.

c Plat. in Nicol. V.

Itineri latrocinibus liberes.

d Steph. Infiſſ. m. s. bibl. vatic. ho: an.

At funeſtum illud & lugubre contigit d, quod plures ſcribunt, vt cum populi multitudo viſa Saluatoris imagine, quam ille in Veronicæ linteo diuinitus olim impreſſit, ad vrbis interiora rediret, per Ælium pontem alijque obuiam facti qui ad baſilicam eandem viſendi ſtudio contendebant, reuertentes propellerent, tumultu exorto adeo ſeſe mutuo compreſſere, vt ad ducentos & eo amplius eliſi & exanimati in ponte, ac plures etiam in Tyberim lapſi ſubmerſique fuerint. Affectum ob id magno dolore Pontificem quaſdam domunculas quæ anguſtiorem ad pontem viam fecerant, euerti iuſſiſſe tradunt e, totumque fere annum in ſolemnijs eccleſiaſticis peragendis tranſegiſſe, ſtationeſque ſacras vna cum Cardinalium cœtu quotidie celebraſſe teſtatur Baptiſta Platina f, de quo paulo ſupra memoraui.

S. Anton. & Plat. vbi ſup. Aen. Syl. hiſt. Euro. c. 58. & alij.

Multitudo in ponte Ælio oppreſſa.

e Manett. vbi ſup.

f Plat. in Nicol. V.

g Trithem in chron. Spanhei-men.

Inter viros conſpicuos, qui religioſam in vrbem peregrinationem obiere, recenſentur g Iacobus Treuirenſis archiepiſcopus & Iacobus epiſcopus Metenſis, quorum prior condendæ Treueris academiæ ius auctoritatemque a Pontifice obtinuit. Acceſſit etiã Cliniæ dux & Albertus princeps Cæſaris frater, qui inter dominicæ natiuitatis nocturna ſacra gladio a Pontifice rite luſtrato donatus eſt. Comparandi quoque cœleſtis beneficij cauſa in vrbem venit h Didacus, qui ſanctitate ac mi-

Plures proceres, etiã ſaeri ergo Romam petunt.

h Gobel. in comm. l. 1

S. Didacus Romam accedit iubilei cauſa.

Inſignis iubilei anni celebritas.

Digitized by Google

raculis floruit, de quo Sixtus V. in diplomate, quo virum Dei cœlitum cœtui aſcripſit, inſtituta narratione, hæc de eius eximijs exemplis Romæ exhibitis, atque in proximos charitate tradit: *Pauperes Ieſu Chriſti tanto affectu diligebat, tantaque erga eos miſericordia commouebatur, vt omni ſtudio (quantum & licebat) eorum inopiam & calamitates ſubleuare ſedulo procuraret: quodſi interdum præſtare non poſſet, vim lachrymarum profundebat, eoſque verbis amantiſſimis conſolabatur.*

Sedula eius pietas in ægrorum miniſterio.

Aegrotos fratres omnibus charitatis officijs proſequebatur, aſſidere ad lectum, cibum miniſtrare, vigilare totas noctes, perferre omnes moleſtias tanta patientia, tanta humilitate, vt quorundam purulentas plagas non ſolum medicamentis curare, ſed lingua quoque eas lambere & abſtergere non abhorreret. Quo in genere eximia ſerui Dei charitas Romæ aliquando in cœnobio fratrum ſuorum, quod eſt ad aram cœli inſigniter eluxit, nam anno quinquageſimo ſuperioris ſæculi, cum piæ memoriæ Nicolaus Papa V. prædeceſſor noſter ſacrum iubileum de more celebraret, Romam venit B. Didacus, vt ſalutarem indulgentiam conſequeretur, & beatorum Apoſtolorum ſepulchra cæterorumque ſanctorum martyrum illuſtres memorias religioſe veneraretur. Magna erat annonæ inopia, grauibus & periculoſis morbis vrbs laborabat, cum B. Didacus ægrotis curandis, quorum ingens erat numerus, a guardiano ſeu cœnobij præfecto qui iam eius ſanctitatem deguſtauerat, eſt præpoſitus. Cuius officij vt in publicis anguſtijs omnia apud pauperes Chriſti abundarent, omneſque in ſeruo Dei & copioſum charitatis ſpiritum & ſingularem illius apud Deum gratiam agnoſcerent.

Conſecrata Bernardini memoria.

a Iannoz. Manet. l. 2. in vit Nicol. V.

b Plat. in Nicol. V.

c S. Anton. ſup. c. 12 §. 3. & tit. 24 c. 5.

2 Aucta eſt [a] iubilei anni celebritas collocato [b] ſolemni ritu a Romano Pontifice in ſanctorum numero B. Bernardino Senenſi, miraculorum gloria illuſtri de quo S. Antoninus [c] hæc literis tradidit: *Eodem anno iubileo, qui eſt quinquageſimus ſupra MCCCC. Romæ celebrato capitulo generali ordinis Minorum in feſto Pentecoſtes, frater Bernardinus de Senis oriundus, eiuſdem ordinis prædicator egregius & fructuoſus, qui per ciuitates & caſtella totius Tuſciæ & Longobardiæ diſcurrerat, euangelizando quotidie, & verbum Dei vbique ſeminando cum maximo concurſu auditorum, tandem in ciuitate Aquilana in Domino requieſcens adſcriptus fuit catalogo ſanctorum cum magna ſolemnitate per Nicolaum Papam poſt diſcuſſionem & approbationem vitæ ſuæ, ac conſenſum Cardinalium & aliorum prælatorum, & ad requiſitionem & ſupplicationem multorum principum & prælatorum.* Inſigne eſt de conſecrata eiuſdem S. Bernardini memoria pontificium diplomata [d], ex quo hæc delibanda viſa ſunt.

d Lib. 23. pag. 88. ext. etiam in bullar. in conſt. 2 in Nic. V.

Ad futuram rei memoriam.

Tanta in ſanctitatis ſuæ teſtimonium coruſcauere miracula, vt etiam ſi qui ſint miniſtri ſathanæ, qui eius cuperent detrahere ſanctitati, tantis viſis ſignis atque portentis penitus obmuteſcant, agant vberes gratias tantæ ſanctitatis auctori, videntes in hoc glorioſiſſimo viro renouari quod de vnigenito Dei Filio dictum eſt; Venient ad te qui detrahebant tibi, & adorabunt veſtigium pedum tuorum. Tanta etenim tempore ſanctæ memoriæ prædeceſſoris noſtri Eugenij Papæ IV. increbuere miracula, vt ſæpe per plurimos timoratos & religioſos viros, nec non literis multorum principum, & præcipue chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alfonſi Aragonum Regis illuſtris, nec non Senenſis & Aquilanenſis populorum precibus, literis, & nuntijs pulſatus ſit, vt tanta & tam diuina miracula quotidie coruſcantia diligenter mandaret inquiri, vt veritate comperta tanto viro gloriam,

Alfonſo Rex Arag. promotor ſacræ actionis.

quam iam diuina teſtificatione in triumphante eccleſia obtinebat in cœlis, in militante non negaret in terris. [Quantam vero diligentiam in exploranda eorum veritate adhibuerit ſedes Apoſtolica ita enarrat.]

3 Commiſit [nimirum Eugenius] tribus S.R.E. Cardinalibus, qui duos venerabiles epiſcopos delegantes veritatem tantæ rei inquiri cum omni grauitate mandarunt. Qui exactis aliquot menſibus ad ſedem Apoſtolicam reuertentes, quæ inuenerunt fideliſſime retulerunt. Cum autem idem prædeceſſor noſter rerum veritate perſpecta pulſantium precibus ſatisfacere cogitaret, vocante Deo de hac miſeriarum valle ſubtractus eſt, & nos qui non meritis noſtris, ſed diuina dignatione illi in onere & honore ſucceſſimus, ſumus per eoſdem, quos ſupra retulimus, ſæpiſſime requiſiti, vt quod prædeceſſor noſter, impediente morte, non fecerat, adimplere vellemus. Nos rei grauitatem & magnitudinem attendentes, deliberauimus mature & grauiſſime præcauendum, propterea tribus ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus commiſimus, vt duos venerabiles epiſcopos deligerent, quos denuo pro inquirenda veritate delegarent, vt duplici inquiſitione informati rem audacius ageremus. Miſerunt, ſicut iniunxeramus, duos venerabiles epiſcopos, qui eorum quæ inuenerant in ſcriptis notitiam reportantes, fideliſſime ſingula retulerunt, per omnia conformiter referentes ijs, qui tempore prædeceſſoris noſtri fuerant deſtinati, ſed multo plura clariſſima miracula reportarunt, quæ poſt priorum regreſſum fuerant perpetrata. Nos non ea inquiſitione contenti etiam tertio deſtinare decreuimus, propterea duos alios venerabiles epiſcopos iuſſimus proficiſci, qui profecti poſt menſes aliquos redicere vberrima & fideliſſima atteſtatione referentes, tanta dietim innouari & coruſcare miracula, quod ſi ſingula recenſenda eſſent, vix poſſent magnis libris includi, & ex omnibus quædam maiora & inſigniora retulerunt.

Diligentia adhibita in inquirenda miraculorum veritate.

Miracula S. Bernardini ferè innumera.

Nos poſtea etiam Senas mittendum cenſuimus, miſimuſque venerabilem fratrem noſtrum Angelum epiſcopum Eſculanum, qui poſt aliquot menſes reuerſus coruſcantem diuinam gratiam in miraculorum perpetratione ſub veriſſima & fideliſſima atteſtatione recenſuit, quem etiam voluimus Aquilam proficiſci, vt etiam reportaret ſi in tanti viri ſanctitatis atteſtationem perſeueranter diuina miracula coruſcarent, qui reuerſus prioribus a nobis deſtinatis conformia reportauit, & inſuper magna & ſtupenda, quæ poſtmodum contigerunt, retulit, quæ non in angulis, ſed publice & in conſpectu multitudinis fuerunt perpetrata; nos, his compertis, ne Spiritui ſancto reſiſtere videremur, qui per os propheticum laudari Deum in ſanctis ſuis iubet, pijs & deuotis ſupplicationibus poſtulantium condeſcendere cogitauimus, fecimuſque per venerabiles fratres noſtros S. R. E. Cardinales per nos deputatos omnia per nuntios reportata in ſecreto conſiſtorio noſtro diligenter particulariterque referri, quæ per conſiſtorium examinata ſunt, ſed propter grauitatem rei viſum eſt in aliud conſiſtorium differri, vt tempore medio quilibet Cardinalis in domo ſua poſſet illa diligentius intueri, & in ſecundo conſiſtorio ſcrutatis omnium votis in eandem ſententiam conuenerunt, tantam eſſe euidentiam & numerum miraculorum, necnon de vitæ ipſius ſanctimonia ac fidei integritate tam clarum tamque euidens teſtimonium, vt in tanti viri canonizationem omnes

Communi conſenſu ſancitor honores decernendi viſi.

Digitized by Google

nes concorditer ſua vota depromerent, quorum ſecuti iudicium tunc canonizandum eſſe decreuimus.

Verum, vt res cum maiori grauitate procederet, iuſſimus in capella maiori palatij noſtri apoſtolici apud S. Petrum prælatorum omnium, qui in curia eſſent fieri congregationem, ipſiſque ibidem poſitis vna cum venerabilibus fratribus noſtris propoſuimus rem hanc omnia recenſentes, quæ vſque in horam illam in huiuſmodi materia fuiſſent actitata, & ſingulorum vota ſcrutata ſunt, qui in eandem ſententiam deuenerunt, in quam venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales in conſiſtorio ſecreto conuenerant. Poſtea in conſiſtorio generali re propoſita, quod in conſiſtorio ſecreto per nos decretum fuerat, publice decreuimus faciendum, hoc eſt tanti viri canonizationem in eccleſia principis Apoſtolorum hac die pentecoſtes per nos debere celebrari. *Et infra.*

Habita de ea re plura conſiſtoria.

4 Et quia non poteſt veritas ipſa mentiri, quæ eſt vnigenitus Dei Filius, qui per os carnis aſſumptæ locutus eſt, dicens: *Qui mihi miniſtrat me ſequatur, & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit*; cum ſciamus hunc ſanctum virum miniſtraſſe Chriſto, & ipſum fuiſſe ſecutum vſque ad conſummationem vitæ, minime dubitare permittitur, quin potius certiſſimum tenere debemus quod vbi eſt Chriſtus Dei filius, ſit etiam & miniſter ſuus S. Bernardinus, & quia cum Chriſto ſunt omnes ſancti eius, de omnipotentis Dei miſericordia, qui non deſerit Eccleſiam ſuam, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, ac venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ad id accedente conſenſu, decreuimus, declarauimus, & ordinauimus S. Bernardinum inter ſanctos Dei ab vniuerſa Eccleſia debere deputari & ſanctum haberi, & tanquam ſanctum honorari & coli, ipſumque canonizamus & pro canonizato haberi volumus, mandantes ipſum in numero ſanctorum confeſſorum non pontificum debere collocari, & eius officium confeſſorum non Pontificum decantari, &c. [Propoſitæ ſunt indulgentiæ ijs, qui recurrente die ſacro B. Bernardino ipſius ſepulchrum religioſe adirent. Quæ literæ hac formula conſignatæ:] *Dat. Romæ in baſilica Principis Apoſtolorum anno incarnationis dominicæ* MCCCCL. IX. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* IV.

In ſanctorũ catalogo refertur.

Interfuit huic celebritati B. Ioannes e Capiſtrano, qui vicaria cum præfectura toti Minoritarum obſeruantium ordini præerat, quique ſtrenuam impendit operam, vt ſanctorum honores ipſemet B. Bernardino decernerentur ac poſtea ſtupendis miraculis, vt teſtatur Caſimirus Poloniæ Rex in literis inferius afferendis, plurimos e vitijs ad pietatem erexit. Adfuit quoque B. Didacus de quo paulo ante egimus. Hæc aliaque plura fuſe Vvadinghus Minoritarum hiſtoriæ accuratiſſimus ſcriptor.

Duo ſancti melio[...] ſtrenue hanc ſolemnitatem promouent.

Collegiſſe ex piorum donarijs ac vectigalibus ob multitudinem populorum ingentes opes Nicolaum, eaſque in pia opera ſumma cum liberalitatis laude impendiſſe, refert hiſce verbis Manettus [a] de quo ſupra memorauimus: *Pontifex ex hoc tanto & tam immenſo, & pene tam incredibili hominum ad hunc iubileum accedentium numero maximam ac pene infinitam argenti copiam, cum ob ingentium vectigalium multiplicationem, tum ob magnam cunctarum rerum ad victum neceſſariarum quotidianam conſumptionem, tum inſuper ob generales vniuſcuiuſque oblationes adeptus eſt, vnde ad perpetuam huius ſacroſancti anni commemorationem plurimos amplos & inuſitatos aureos feriri & tudi fecit, quos ab effectu ipſo iubileos cognominauit, ac tanti ponderis erant, vt communi trium vſitatorum aureorum pretio ſuo valore adæquarentur, proinde ex his duabus & ob tritorum hominum & iubileorum aureorum cauſis, cum ea quæ ipſa nunquam alias cæteris ſimilibus annis eueniſſe comperimus: at illa non aliunde, quam ob maximam quandam & pene incredibilem aduentantium & concurrentium perſonarum multitudinem profluxiſſe cognouerimus. Hunc, de quo loquimur, iubileum alijs ſingulis omnibus baſtenus celebratis numero & confluentium populorum copia merito præponere ac præferre non dubitamus. At vero vbi Pontifex magnos & ingentes pecuniarum theſauros exinde ad ærarium apoſtolicum perueniſſe cognouit, quamquam ſecundo pontificatus ſui anno pluribus ſimul locis & intra & extra vrbem non modicis ſumptibus conſtruere & ædificare cœpiſſet, & ingentem quoque Latinorum & Græcorum codicum congeriem congregare ſtatuiſſet, atque aliquot inſuper doctrinæ & humanitatis ſtudijs præſtantes viros vtriuſque linguæ peritiſſimos annuis mercedibus & ordinarijs ſalarijs ad ſeſe euocaſſet, ex noua tamen & inopinata prædictarum pecuniarum acquiſitione ad continuam non modo cœptorum operum proſecutionem, ſed amplificationem etiam aliorum huiuſmodi & innouationem mirum in modum animum applicauit, vt ob perpetuam magnorum ædificiorum conſtructionem Romana eccleſia bonor, & Apoſtolicæ ſedis gloria ſimul cum ſingulari & præcipua Chriſtianorum omnium deuotione abundantius & latius amplificaretur, & ob aſſiduam inſuper nouorum præclarorumque operum tum traductionem tum compilationem præſentibus & poſteris ſtudioſis hominibus plurimum adiumenti præberetur.*

a Manet. l. 2. vita Nicol. V.

Collectæ ex iubileo anno ingentes opes.

In ædificijs & vaticana bibliotheca augenda conſumptæ.

5 Excurrente eodem iubileo anno in vrbem ſe contulit Æneas Syluius vna cum alijs duobus oratoribus a Friderico Romanorum Rege ad celebrandum illius nomine cum Leonora Luſitani Regis ſorore matrimonium miſſus Neapolim, quo legati Luſitani pariter conuenerunt. Perfectaque re coram Alfonſo Aragonum Rege Leonoræ auunculo, Cardinale Morinenſi, alijſque principibus viris, Æneas ſubinde Romam reuerſus in publico conſiſtorio pactas inter Fridericum & Leonoram nuptias vulgauit, annoque inſequenti Cæſarem ipſum ad ſuſcipienda e manibus pontificijs imperij inſignia in Italiam venturum ſignificauit; tum concilium, quod Galli celebrandum in Gallijs vrgebant, diſſuaſit; dumque in Germaniam reuertebatur a Pontifice ipſius abſentis memore e Tergeſtina ſede ad Senenſem traductus eſt, de quibus pluribus agit Gobelinus [a], additq; Æneam apud Nicolaum perfeciſſe, vt prædictus B. Ioannes e Capiſtrano in Germaniam ad propagandam Franciſcanam diſciplinam mitteretur, tum etiam agitaſſe cum Florentinis, Bononienſibus, marchione Ateſtino, ac Venetis, vt Friderico ad imperiale diadema accipiendum venturo tutum iter præberent. Hæc laudatus auctor; ſed ad inſtitutum de iubileo, a quo digreſſi ſumus, ſermonem redeamus.

Cur libros vndique conquirerit Nicolaus.

a Gobel in comm. lib. 1.

b Lib. 7. pag. 6.

c Lib. 8. pag. 115.

d Lib. 9. pag. 154.

e Lib. 10. pag. 247.

f Lib. 7. pag. 7. lib. 8 pag. 89. li. 9. pag. 122.

Æneas Syluius hortatur Nicolaum ne concilium in Gallijs celebret.

Efficit vt B. Io. e Capiſtrano in Germaniã mittatur.

g Lib. 7. pag. 259. lib. 8. pag. 86. l. 11. pag. 164. ad 195.

Conceſſa iubileo ab non ſubditi Indulgẽtie.

6 Conſultum eſt a Pontifice ijs, qui varias ob cauſas impediti in vrbem ſe conferre non poterant, extantque plura diplomata apoſtolica cum ad Ioannem [b] Caſtellæ ac Legionis, & Alfonſum [c] Aragonum & Siciliæ, Ioannem [d] Nauarræ, Renatum [e] Ieruſalem & Siciliæ Reges, eorumque regnorum Reginas [f], tum ad multos alios Chriſtianos principes [g], necnon pluriuum regnorum [h] ac prouinciarum præſules & populos data, quibus certæ piæ leges definitæ & conſtitutæ ſunt, vt religio-

b Lib. 7. pag. 76. et 251. lib. 25. pag. 56. 63. 142. 249.

Digitized by Google

ligioſe perluſtratis vice baſilicarum vrbis nonnullis locorum in quibus verſabantur eccleſijs, ampliſſimam noxarum veniam conſequerentur. Ex ijs diplomatibus illud ſubijciemus, quod Hungaris miſſum ª eſt, cum in eo regni illius ſtatus deſcribatur.

ª Lib. 7. pag. 251.

Ad futuram rei memoriam.

Hunides & proceres Hungari pium luſtrā da vrbis de ſiderium exponunt.

Sicut pro parte venerabilium fratrum noſtrorum archiepiſcoporum, & epiſcoporum, necnon dilectorum filiorum abbatum & aliorum prælatorum ac nobilis viri Ioannis de Huniad gubernatoris ac rectoris, baronum, militum, & nobilium regni Hungariæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, licet ipſi tanquam catholici, ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ deuotiſſimi, vrbem & eius eccleſias ad ſuarum animarum ſalutem pro remiſſione antedicta [nimirum iubilei anni, qua baſilicas vrbis pie luſtraturi potiebantur] plenarie conſequenda perſonaliter viſitare deſiderent, tamen quia pro eo quod ex antiqua eiuſdem regni dudum edita & inuiolabiliter obſeruata inſtitutione ſalubri, ad omnem infidelium Teucrorum, aduerſus regnum præfatum euenturum incurſum pro cuſtodia & defenſione dicti regni, vt reliqui eius incolæ & habitatores abſque timore & periculo in quietis dulcedine permanere, ſuaque pro tempore peragenda negotia liberius, & ſecurius executioni debitæ demandare valeant, arma ſumere, & ad illa ſumenda quoties incurſus prædictus euenerit, ac alias ad ſalubrem ſtatum præfati regni ſolliciti, prompti, & parati eſſe debent, & ad id ſpecialiter obligantur, eorum deſiderium huiuſmodi abſque periculo, & dubio maximo nequeunt perſonaliter adimplere. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, Teucri prædicti etiam modernis temporibus ad hoc vt vi & inſidijs regnum præfatum inuadere, & in deſolationem totalem deducere poſſint, ſuns cogitatus effundere non deſinant, ac propterea ex receſſu baronum & nobilium huiuſmodi, ſi ille ſuccederet, eainde opportunitate captata regnum ipſum, de cuius ſtatu & conditione totali, etiam propter diuerſos eorum inibi continuo exiſtentes exploratores, notitiam plurimam habere noſcuntur, non ſolum inuadere, ſeu etiam (quod abſit) ſicut de quibuſdam Romaniæ partibus ab eis in vilipendium Chriſtiani nominis, etiam præſentialiter occupatis, feciſſe videntur, eorum perfidiæ ſubijcere & totaliter occupare valerent, in non modicum præiudicium & grauamen reliquarum partium Chriſtianitatis, ac etiam confuſionem nominis & religionis Chriſtianæ, pro parte præfatorum gubernatoris, baronum, militum, & nobilium exponentium præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ad euitanda tot & tanta pericula, apoſtolicam clementiam impendere, necnon in præmiſſis, ſtatui, & indemnitati regni, prælatorum, baronum, militum, nobilium, & incolarum præfatorum opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Ex periculo ex Turcarū irruptione.

Nos igitur præmiſſa omnia & ſingula pie, debite, & paternaliter compenſantes, ac etiam attendentes quod regnum prædictum, mediantibus virtutibus prælatorum, baronum, militum & nobilium præfatorum, aliorumque in illo commorantium, murus fortiſſimus, multis alijs fidelium regionibus fore dignoſcitur, quodque ſi ille rumperetur & infidelibus ipſis patens exiſteret, procul dubio gloria eiuſdem Chriſtiani nominis multipliciter pateretur, ac propterea circumſpectionem & prouidentiam prælatorum, gubernatoris, baronum, militum, & aliorum nobilium exponentium præfatorum in nobis facta delatione præmiſſa, condignis in Domino laudibus commendantes; nec non ſuper præmiſſis, ſtatui, conſeruationi, & indemnitati regni & animarum ſaluti, prælatorum, baronum, militum, nobilium, & incolarum prædictorum, quantum nobis ex alto conceditur, ſalubriter prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnibus & ſingulis regni prædicti prælatis, baronibus, militibus, & alijs nobilibus ad arma ſumenda ex inſtitutione huiuſmodi, vt præmittitur, obligatis eorumque & cuiuslibet ipſorum in præſentiarum exiſtentibus, & etiam vt præfertur familiaribus, apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus & indulgemus, quod ſinguli eorum, qui vere pœnitentes & confeſſi per tres dies continuos vel interpellatos dicti præſentis anni vſque ad feſtum natiuitatis eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti proxime futurum duraturi, alteram ex cathedrali Vvaradienſis, & collegiata & inſigni beatæ Mariæ loci Albenſis Veſprimienſis diœceſis eccleſijs deuote perſonaliter viſitauerint, ac in certa inibi ad id tunc deputata capſa medietatem eius totius, quod eſſent veriſimiliter expoſituri, ſi de regno ipſo ad vrbem prædictam accederent, & in ea per quindecim dierum huiuſmodi ſpatium permanerent, ac exinde ad propria remearent, realiter & cum effectu in pecunia numerata perſoluerint, plenariam veniam & remiſſionem peccatorum ſuorum omnium conſequantur & obtineant perinde in omnibus & per omnia, ac ſi tunc vere pœnitentes & confeſſi perſonaliter ad vrbem acceſſiſſent, & S. Petri ac S. Pauli, necnon Lateranenſem & S. Mariæ maioris eccleſias prædictas per quindecim dies continuos viſitaſſent, prouiſo quod durante huiuſmodi anno, regnum Hungariæ non exeant, niſi cauſa mouendi belli aduerſus infideles, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCL. *pridie id. aprilis pontificatus noſtri anno* IV.

Commenſum prædicorum conſilium.

Deſignata templa Ianitia in Pannonia.

7 Quod ad Ioannem Huniadem regni Hungarici adminiſtratorem attinet; acceptæ antea in Bulgaria cladis ignominiam Turcico ſanguine eluere parabat: ſed cum ad nonnullas iniquas pactiones venire compulſus eſſet a Georgio Raſciæ deſpota dum ab eo contra fas tenebatur in vinculis, in quæ ſumma perfidia coniectus fuerat, dum ex clade Vvarnenſi in Pannoniam ſe fuga recipiebat; Pontifex omnia illa ſacramenta vi & metu in conſtantem virum cadente extorta reſcidit ª, & qualibet alia conuenta veloti rationi & æquitati aduerſantia conuulſit. Ea pontificio diplomate pauca hæc affero.

Hunides expeditionem in Turcas meditatus.

ª Ib. reg. 250.

Nicolaus, &c. Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Ioannis de Huniad gubernatoris generalis totius regni Hungariæ petitio continebat, quod olim cum ipſe ad nonnullas Romaniæ partes a Teucris perfidiſſimis etiam tunc occupatas cum magno fidelium exercitu, cuius tunc dux exiſtebat, ad liberandas partes prædictas ſeu alias ad confuſionem Teucrorum eorundem, quos per modica ante tempora conſilio, virtute, & viribus, concedente Altiſſimo, diuerſis vicibus profligauerat, ſe contuliſſet, & ſucceſſiue commiſſo cum eiſdem Teucris bello aſperrimo ab illis, permittente Altiſſimo, idem exercitus profligatus remanſiſſet, ac propterea dux præfatus perſonam ſuam eiſdem infidelibus formidabilem, etiam ad illorum exterminium conſeruaret, ſatagens per quaſdam terras, etiam tunc temporali dominio Georgij regni Raſciæ deſpotæ & Albaniæ domi-

Pluribus prælis eos antefecerat.

Poſtremo victus an fugit.

ni

Digitized by Google

ni ſubiectas, confidens tunc ex illis ad Hungariæ regnum ſecurius, ſi tranſitum faceret, peruenire poſſe, idem diſpotus tunc honorem Chriſtianæ gloriæ paruipendens, ac excommunicationis aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas contra ſimilia perpetrantes, per nos ac ſummos Pontifices prædeceſſores noſtros in die cœnæ Domini annis ſingulis promulgatas non aduertens, præfatum gubernatorem tunc captiuum tenere, & in captiuitatem deducere præſumpſit. Ex quo idem gubernator prouide tunc conſiderans, quod ab huiuſmodi captiuitate aliter liberari non poterat, cum diſpoto præfato, ad nonnullas conuentiones, & pacta deuenit, inter alia effectualiter continentia quod præfatus gubernator omnem quam contra diſpotam prædictum eiuſque vxorem & filios ex quibuſuis cauſis, etiam rationabilibus, per antea mente & animo conceperat iniuriam & ſiniſtram intentionem. [Præcipua pacta hæc fuere, vt nunquam dum exercitum moueret, in Turcas per Raſciam iter haberet, ciuitates, oppida, & arces, quæ ad Raſciam ſpectauerant, reſtitueret, centum millia aureorum Raſcio remitteret, filiumque ſuum Ladislaum pro contrahenda affinitate obſidem traderet, quę apoſtolica auctoritate reſciſſa ſunt] ipſis plenarie remiſit, nec aliquid in eorum damnum ſiue malum quomodolibet attentaret, quodque, regni Hungariæ ſalua maieſtate, illos aduerſus quoſcunque eis aduerſantes iuuaret atque defenderet, nec ſuum exercitum, quādocunq; illum aduerſus eoſdem Teucros parare contingeret, per regnum dicti diſpoti tranſire permitteret, neque illum vel eius filium quominus perſonaliter in ipſius diſpoti ſubſidium veniret, ſeu exercitum mitteret, aliqualiter prohiberet, ciuitates quoque ac caſtra, oppida, poſſeſſiones, & immobilia bona omnia ipſius diſpoti, ab eodem gubernatore tunc poſſeſſa ipſi diſpoto integraliter reſtitueret; necnon literas omnes, & ſingulas, quas contra diſpotum eiuſque vxorem, & alios ſupradictos ciuitatum, caſtrorum, oppidorum, poſſeſſionum, & bonorum præfatorum, rerum aliarum, necnon quarumuis ſummarum pecuniarum occaſione obligatorias apud ſe tenebat, penitus caſſauit, & viribus totaliter euacuauit, ex eis tamen tam illis, in quibus de matrimonio inter dilectum filium nobilem virum Ladislaum præfati gubernatoris filium, ac quandam comitis Cilij filiam contrahendo dicitur contineri, quam etiam alijs per bonæ memoriæ Iulianum epiſcopum Sabinenſem tunc in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legatum ſuper nonnullis alijs tunc expreſſis dudum conceſſis dumtaxat exceptis, quas in ſuo robore firmiter remanere debere decreuit, ac demum præmiſſa omnia & ſingula, ac quicquid per barones & regnicolas dicti Hungariæ regni, diſpoto, vxori, & eius liberis præfatis promitti contingeret, & alia plura tunc expreſſa firmiter obſeruare & adimplere, ac contra ea vel eorum aliquod quomodolibet non venire, nec facere, neque attentare nec alicuius iuramenti, aut alias ſuper præmiſſis abſolutionem aliquam petere, vel impetrare, aut nonnulla alia tunc expreſſa facere, ſuper periurij, fidefragij, duelli ſuccubitus, & certis alijs pœnis, nec non cum quibuſdam ſubmiſſionibus, & obligationibus tunc expreſſis ſpecialiter, & expreſſe ſpopondit atque promiſit, prout in nonnullis dicti gubernatoris deſuper confectis eius ſigillo munitis literis plenius continetur ac alias ad præmiſſorum obſeruationem pro adimplenda ipſius diſpoti tunc deſuper facta requiſitiooe Ladislaus prædictus, quam ſub colore dicti contrahendi matrimonii in obſidem eidem diſpoto datus, & aſſignatus extitit. Nonnullique etiam ex regni Hungariæ huiuſmodi baronibus, ſub diuerſis fideiuſſoribus, obligationibus, & ſubmiſſionibus etiam corporalibus per eos deſuper præſtitis iuramentis interueniſſe noſcuntur. Præterea idem gubernator in die ſui receſſus de captiuitate prædicta, extra alteram fluminis Danubij partem, ac dominia dicti diſpoti, cum nonnullis illius familiaribus aſſociatus tunc exiſtens, timenſque ne, ſi aliter tunc faceret, diſpotus prædictus ira repentina commotus, in mortem dicti Ladislai filij tunc procederet, ac forſan alias, eidem gubernatori periculum immineret, iterato præmiſſa omnia, & ſingula, etiam proprio iuramento ratificauit, atque firmauit.

Cum itaque, ſicut eadem petitio ſubiungebat, præfatus gubernator ad faciendas promiſſiones, obligationes, ſubmiſſiones, ratificationes, & iuramenta, aliaque præmiſſa, quamuis eorum aliqua, prout manifeſte apparet, alienum factum concernere noſcantur, per vim, & metum, qui etiam in quemcumque conſtantem virum cadere poterant, deueniſſe noſcatur, & alias ex reſtitutione ciuitatum, caſtrorum, & bonorum præfatorum, ſi illa eidem diſpoto abſque ſatisfactione centum millium & vltra florenorum, in quibus præfato gubernatori ſpecialiter obligatus exiſtit, fieri deberet, plurimum læſus remaneret, ac etiam, concedente eodem Altiſſimo, etiam per ipſius diſpoti territoria cum nouo exercitu aduerſus infideles prædictos iuxta poſſe, pro exaltatione Chriſtianæ fidei, ſe denuo conferre proponat, pro parte ipſius gubernatoris nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuo, & dictorum obligatorum baronum ſtatui & indemnitati ſuper præmiſſis oportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur de præmiſſis omnibus tam ex fidedignorum etiam notabilium plurium relatione, quam etiam ex forma publica, pleniorem notitiam, ac etiam prædictorum, ac aliarum ſuper præmiſſis confectarum literarum & inſtrumentorum quorumlibet tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, necnon baronum obligatorum præfatorum nomina, & cognomina præſentibus pro expreſſis habentes. geſtaque per diſpotum contra gubernatorem huiuſmodi tanquam inquit inhumana, irrationabilia, & indigna reprobantes, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCL. pridie id. aprilis pontificatus noſtri anno IV.*

8 Turbauere publicani Pannoniæ pacem, ac meditatam in Turcas expeditionem retardarunt exortæ inter Ioannem Huniadem regni moderatorem ac Ioannem Giſkram militaris rei præfectum diſcordiæ, ad quas componendas Caſimirus Rex cæterique Poloniæ principes, qui, vt ſcribit Cromerus [a], publicos regni ordinum conuentus celebrabant, auctore ac ſuaſore Sbigneo Cardinale oratores miſere, a quibus ſtrenue adeo nauata eſt opera, vt pacię ſint induciæ donec ineundi fœderis ratio exquireretur: de quibus factus certior Pontifex pacandæ Hungariæ percupidus, ne Turcæ ea occaſione arrepta Chriſtianam rem proſternerent, eūdem Sbigneum ampliſſimis fretum mandatis legati apoſtolici munus in Hungaria gerere imperauit [b], ac ſimul Polonos impellere, vt iterum oratores pro concilianda pace legarent.

Dilecto filio Sbigneo tit. S. Priſcæ presbytero Cardinali Cracouienſi ſalutem.

Intelleximus ex literis tuis quod in regno Hun-

A Raſciæ deſpota eſt iectus in vincula.

Ad indignas leges compulſus.

Pactorum factam eorum reſciſſum.

Iunctæ inter proceres Pannoniæ induciæ.

a Crom. lib. 22.

b Lib. 39. ep. cur. pag. 9.

Digitized by Google

Hungariæ non modica perturbatione & bellorum incendijs æmulo pacis inſtigante, inter dilectos filios nobiles viros Ioannem de Hunyat dicti regni gubernatorem & Ioannem Giſkra, qui ſe dicit regni capitaneum, nuper exortis, chariſſimus in Chriſto filius noſter Cazimirus Rex Poloniæ illuſtris totumque Poloniæ regnum tuo conſilio & exhortatione moti miſerunt illuc ad reſtinguendum incendia huiuſmodi ſuos oratores & nuntios qui, Dei gratia cooperante, inter partes treuguas ad certum terminum ſecerunt, vt interim poſſet de concordia & pace tractari. Cum autem ab intimis cordis noſtri deſideremus, vt regnum illud, quod diutius fuit tanquam ſcutum fidei aduerſus perfidiam Teucrorum, vires ſuas potius contra hoſtes fidei conuertat, quam ſeipſum aliqua diſcordia aut bello conficiat & conſumat, & propterea exiſtimantes neceſſarium eſſe pro ſalute Chriſtianorum, vt omnis diſcordia inter diſſidentes auferatur, & vt pax firmetur inter eos ad hoc auctoritate iudicantes aptiſſimam eſſe circumſpectionem tuã, propter eius ſingularem prouidentiam, multaque præclara virtutum dona, quibus perſonam tuam Altiſſimus inſigniuit, exhortamur in Domino circumſpectionem tuam, eidem nihilhominus iniungentes, quatenus ob Dei reuerentiam & pro bono regni illius ne gladium proprium in ſua viſcera conuertant, velis ſuadere Regi præfato & etiam proceribus & communitatibus regni ſui, vt ad componendam hanc pacem iterum deſtinent ſuos oratores, ad quod opus perficiendum tua quoque ſapientia velit accedere, & ibi auctoritate noſtra, & tanquam ad hanc rem miſſus legatus hanc concordiam & pacem inter partes tractes, componas, & concludas, proque eius votiua concluſione omnes regni Hungariæ archiepiſcopos, epiſcopos, prælatos, & barones tuis ſuaſionibus, vt tibi ſua opera aſſiſtant, inducas, &c. *Dat. Romæ anno* MCCCCXLIX. XIII. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* IV. Miſſus, etiam fuit in Hungariam alius legatus, nimirum Dionyſius tit. S. Cyriaci in Thermis presbyter Cardinalis pro inſtauranda diuini cultus dignitate ac diſciplina monaſtica, quæ inter Benedictinos obſoleuerat.

Poloniæ Rex concordiæ interpres.

Sbigneus Card. nuncius illi concordiæ iuſſus.

a Lib. 6. pag. 35.

9 Cæterum Caſimirus Poloniæ Rex, quem in ſedandis Hungaricis tumultibus operam impendiſſe vidimus, curas vireſque omnes ad propulſandos fidei Chriſtianæ hoſtes, qui in Polonicum imperium irruperant, vertere compulſus eſt b, cum antea aduerſus Bogdanum Moldauiæ principem victoriam, ſed cruentam, reportaſſet c. De qua irruptione hæc tradit Michouias d: *Imperator Tartarorum Szadoch mach, intelligens nobiles Ruſſiæ & Podoliæ Valachico bello occupatos, ex improuiſo terras præfatas inuaſit, & vſque ad Crooek & ad terminos terræ Belzenſis graſſatus homines vtriuſque ſexus cum armentis & pecudibus in magna multitudine abduxit.* Eadem narrat Cromerus; quibus ea conſentiunt, quæ in pontificio diplomate ex Regis Poloniæ relatu continentur; Caſimirus enim ob vaſtitatem illam fœdiſſimam a Tartaris Ruſſiæ & Podoliæ illatam Nicolaum rogauit, vt cum ipſe vniuerſas regni vires aduerſus hoſtes fidei educere meditaretur, Polonos a ſuſcipiendo in vrbem pro lucrandis indulgentijs itinere liberos renuntiaret, præſertim cum fama increbreſceret, Tartaros collecto nouo exercitu Poloniam inuaſuros. Aſſenſit iuſtis Regis Cazimiri precibus Pontifex e certaſque eccleſias a Polonis, expiata rite conſcientia pro indulgentijs comparandis obeundas deſignauit.

b Michou. l. 4. c. 59. & Crom. lib. 22.
c Michou. l. 4. c. 58.
d ſup. cap. 59

Tartarorũ in Poloniæ terras incurſio.

e Lib. 9. pag. 17.

Ad futuram rei memoriam.

Sicut pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Kazimiri Poloniæ Regis illuſtris nobis nuper exhibita petitio continebat, licet ipſe catholicus ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ deuotiſſimus bono zelo motus omnibus regni & ducatus magni Lituaniæ, ac dominiorum ſuorum vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus vrbem, & eius eccleſias ſupradictas ad ſuarum ſalutem animarum pro remiſſione antedicta plenarie conſequenda perſonaliter viſitandi plenam & gratiſſimam præbuiſſet voluntatem, his tamen nouiſſimis diebus crudelis Tartarorum barbaries in certis terris regni ſui, Podoliæ videlicet & Ruſſiæ, tunc ipſo remotis in agente, tam inopinatã, tamque funeſtam depopulationem fecit, vt præter infandam & moleſtam promiſcui ſexus cædem, præter virginum, matronarum, & adoleſcentum ſine certo numero miſerandam direptionem, præter aliam omnium aliorum bonorum nefario latrocinio, prædam, & cætera innumera perpetrata mala, nihil incolume relictum ſit quod ferro aut igni deuaſtari poſſet. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, nouus allatus ſit rumor de incredibili ipſorum Tartarorum apparatu, & validiſſimis exercitibus paſſim iam prope fines regni ſui vagantibus, ex quibus non modo dicto regno quod in faucibus præfatorum Tartarorum & aliorum crucis Chriſti hoſtium tanquam murus poſitum Chriſtianitatis ſcutum eſſe cenſetur, ſed etiam ipſi vniuerſæ Chriſtianitati maximum afferri poſſet detrimentum, ad non mediocrem nominis & religionis Chriſtianæ confuſionem, idcirco pro parte dicti Regis aſſerentis ſe pro ipſa fide catholica contra dictorum Tartarorum perfidiam velle ad omnipotentis Dei laudem, & ipſius fidei catholicæ exaltationem omnes regni ſui vires exponere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt præfati Chriſtifideles in dicto regno permanere, & maiori cum feruore præfatis Tartaris reſiſtere valeant, ad tot & tanta pericula euitanda, apoſtolicam clementiam impendere, nec non in præmiſſis ſtatui & indemnitati præfati regni prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Illata ob his immania vaſtitas

Rogatus a Caſimiro Nicolaus vt Polonis in arma ſacra concurrat.

Nos igitur præmiſſa omnia, & ſingula, pie, debite, & paterna charitate penſantes, ac etiam attendentes quod regnum prædictum, mediantibus virtutibus dicti Regis, aliorumque in illo commorantium, murus fortiſſimus multis alijs fidelium regionibus fore dignoſcitur, quodque ſi ille rumperetur, & infidelibus ipſis pateret aditus, proculdubio gloria eiuſdem Chriſtiani nominis in magno periculo verſaretur, ac propterea circumſpectionem dicti Regis, condignis in Domino laudibus commendantes, & pium propoſitum ſuum, cum Dei cauſa agatur, coadiuuare volentes, necnon ſuper præmiſſis ſtatui & indemnitati regni præfati, & animarum ſaluti incolarum in eodem regno conſiſtentium prouidere cupientes, vt omnibus proficiat ad ſalutem, & Chriſtifideles defenſionem huiuſmodi pro totius Chriſtianitatis vtilitate, eo feruentius proſequantur, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, dicti quoque Regis ſupplicationibus inclinati, vniuerſis & ſingulis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, & prioribus, alijſque presbyteris & clericis cuiuſcumque gradus, ſtatus, ſeu præeminentiæ exiſtant tam ſæcularibus quam regularibus, ac nobilibus palatinis, caſtellanis, proceribus, cæteriſque omnibus vtriuſque ſexus regni Poloniæ magni ducatus Lituaniæ & prouinciarum prædictarum Gne-

Propoſita eo certa eccleſiæ indulgentia.

zuen-

nienſis, & Leopolienſis, aut Cracouienſis, vel Vvilnenſis eccleſiam per tres dies continuos vel interpolatos deuote viſitauerint, ac in certa ad id, in qualibet eccleſiarum prædictarum deputanda capſa medietatem eius totius, quod eſſent veriſimiliter expenſuri, ſi de regno ipſo ad prædictam vrbem accederent; ac in ea per quindecim dierum huiuſmodi ſpatium permanerent, & exinde ad propria remearent, realiter & cum effectu in pecunia numerata perſoluerint, plenariam veniam, ac remiſſionem peccatorum ſuorum omnium conſequantur, & obtineant perinde in omnibus, & per omnia ac ſi vere pœnitentes & confeſſi perſonaliter ad vrbem acceſſiſſent, & ſanctorum Petri & Pauli; necnon Lateranenſis ſanctæque Mariæ maioris eccleſias per quindecim dies continuos perſonaliter viſitaſſent, auctoritate apoſtolica tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ indulgemus, &c. *Dat. Romæ apud ſanctum Petrum anno, &c.* MCCCCL. VII. *id. decembris pontificatus noſtri anno* IV. Non inanem fuiſſe imminentis Tartaricæ irruptionis terrorem conceptum a Caſimiro dicetur inferius.

Saxonia ciuili bello deuaſtata.

10 Non caruit bellico ſtrepitu ea tempeſtate Germania, vbi Fridericus & Guillelmus fratres duces Saxoniæ acriter inter ſe certabant: ſed hoc ipſo anno ad concordiam ſunt feliciter adducti, vt teſtatur Æneas Sylnius [a], qui rem geſtam accurate deſcribit. At ſi in Saxonia belli fragor quieuit, in alijs tamen partibus magno terrore auditus eſt. Iam ante Eugenij tempore maxima diſcordia inter ducem Cliuenſem & archiepiſcopum Colonienſem concitata erat, quæ etiam plures viros principes implicuerat bello; ad quod ſedandum Nicolaus antequam ſacra donaretur purpura fuerat adhibitus, ſed eius ſtudia diligentiamque diſſentientium animorum pertinacia eluſerat: adepto vero pontificatu non deſtitit priora pacis vrgere conſilia, legato [b] extremo hoc anno in Germaniam Nicolao S. Petri ad vincula presbytero Cardinale ampliſſima freto auctoritate, quem etiam ad redintegrandum collapſam in pluribus eccleſijs ac monaſterijs diſciplinam incumbere iuſſit [c].

a Aen. Syl. hiſt. de Europ. c. 22.

Inter Cliuenſem ducem & Colonienſem archiep. orta grauis diſcordia.

b Lib. 10. pag. 247.

c Lib. 7. pag. 27.

Deſcribit magni chronici Belgici [d] auctor quanta cum pietatis pompa exceptus a Germanis fuerit proximo anno: *Eodem*, inquit, *anno*, nempe MCCCCLI. *reuerendiſſimus in Chriſto pater dominus Nicolaus de Cuſa tit. S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis per Almaniam legatus ad ſua legationis terminos ab vrbe deſcendens, ab omnibus terræ illius principibus, prælatis, & magiſtratibus cum copioſa equitum multitudine & ab vniuerſo clero & populo religioſis & ſecularibus cum vexillis & crucibus cateruatim obuiam ei occurrentibus, & cum magna gloria pſallentiumque tripudio. Aduenisti deſiderabilis, quem expectabamus in tenebris, inter ſe concinentium, ipſe ſuper mulum ſuum cum exiguo Romano comitatu humiliter inſidens cum multis alijs de vicinis ciuitatibus, per quas tranſiebat, & ad quas ibat cruce argentea a Domino apoſtolico ſibi data cum ſuo ſtipite deargentato ſemper præcedente, ad eccleſiam proceſſionaliter deductus ibidem cum hymno, Te Deum laudamus, deuote fuit ſuſceptus.*

d Magnum chron. Belgic. hoc ann.

Legatus pont. in Germania magnifice exceptus.

Addit idem auctor Vvyndeſenij [e] monaſterij canonicus regularis iubilei anni indulgentias Nicolaum propoſuiſſe Germanis, qui ſtipem in pios vſus in ipſa Germania conuertendam contuliſſent, de quarum virtute in concilio Magdeburgenſi hæc illum prædicaſſe refert: *Ipſe*, inquit, *in ſynodo prouinciali, nobis audientibus, Magdeburgi per ipſum celebrata, dicebat ſedes apoſtolica ſub his verbis, a pœna & a culpa, indulgentias nunquam dare conſueuit, ſed bene omnium peccatorum remiſſionem, & adiecit. Si quis pro vno ſimplici peccato mortali ſeptennem ageret pœnitentiam iuxta canonum decreta in forma per Bartholomæum deſcripta, & pro duplici peccato mortali, vt eſt adulterium & ſimilia, quatuordecim annis iuxta præmiſſa peniteret, nullam tunc poſt hanc vitam ſubiturus pœnam, ſi autem prædictam non ageret pœnitentiam, quod tunc in præſenti vita non perficeret, id poſmodum in purgatorio vſque ad vltimum quadrantem debere perſolui, quia vero multis obnoxius criminibus talem pro peccatis mortalibus agere pœnitentiam vix poſſit, idcirco dicebat dari indulgentias, vt vel ſic de theſauro Eccleſiæ ſuppleat quod pro digna ſatisfactione ſibi ſentit deeſſe. Valde ergo eſt vtile homini Chriſtiano tales indulgentias promereri libenter, quibus purgata anima poſt vitam hanc mortalem poſſit ſine macula veluti diuinæ gloriæ in cœlo præſentari.*

e Pag. 381.

Quæ ſit vis indulgentiarum.

Vt autem omnem clerum & deuotum populum ſuæ legationis aptum redderet ad huiuſmodi indulgentias promerendas, certos confeſſores in ciuitatibus conſtituit, qui ſine omni pecunia auctoritate ſedis Apoſtolicæ etiam in caſibus reſeruatis confitentes abſoluerent, dicens non eſſe abſolutos nec iubilei gratiam promereri, qui ſuis confeſſoribus contra mandatum quicquam dare præſumerent, quibus tamen in ſuo diſceſſu plenam laboris mercedem ex præmiſſis ciſtis, in quas nempe fidelium eleemoſynæ congeſtæ fuerant, *dari mandauit.*

Confeſſarij [illegible] mercede [illegible] parte.

Integritatis laude excelluiſſe eundem legatum, manus a muneribus pretioſis continuiſſe, plurium eccleſiarum corruptelas ſuſtuliſſe, tum monaſticam diſciplinam in priſtinum ſplendorem reuocaſſe, tradit idem auctor: *Ipſe etiam*, inquit, *ab omni munere manus ſuas puras ſeruauit, quod tamen terræ magnates & alij diuites copioſe offerebant eſculentis & poculentis (ſine quibus vita præſens tranſigi non poteſt) duntaxat exceptis, quod idem ab alijs, quia iuſtiſſimus erat, fieri deſiderauit. Pater iſte reuerendiſſimus plures abuſus diuerſarum eccleſiarum & etiam Chriſti fidelium in diuerſis locis repertos nouis mandatis extirpans & eradicans ad antiqua ſancta eccleſiæ iura eas renouari & obſeruari in ſcriptis mandauit. Monaſteria quoque diuerſorum ordinum vtriuſque ſexus a regulari tramite miſerabiliter ſatis prolapſa ad primarias ſuas inſtitutiones & regulæ obſeruantiam per ſe & ſuos commiſſarios renouari ſtuduit & reformauit.* Et infra: *Declarauit autem idem dominus Cardinalis, non eſſe neceſſarium in confeſſione repetere quæ quiſque in bono exiſtens propoſito ſemel rite fuit confeſſus. Interrogatus, an liceat religioſo ſine licentia Romam pergere pro iubileo impetrando iuxta tenorem & mandatum bullarum apoſtolicarum, reſpondit dominum apoſtolicum Papam Nicolaum V. viuæ vocis oraculo dixiſſe. Melior eſt obedientia, quam indulgentia.* Peragratis Auſtria, Saxonia, & Thuringia, Vveſtphalia ad Rhenanas prouincias flexit, ac demum in Gelrenſi ducatu Ruremundæ populos ad anteactæ vitæ crimina expianda commouit.

Corruptelæ in pluribus locis a Card. legato ſublatæ.

An liceat religioſo propter indulgentias peregrinari.

11 Subiungit prædictus magni chronici Belgici ſcriptor, liberaſſe [a] Cardinalem ipſum ex dæmonis ſeruitute infelicem mulierculam, quæ vi diabolica in haſtiludijs palmam viris fortiſſimis præripere erat ſolita; necnon Dionyſij Carthuſiani opera plurimum vſum, refert eiuſdem Dionyſij vitæ auctor [b]: *Quo tempore*, inquit, *in Ruremunda fuit, quædam mulier Sebula nomine quæ cum diabolo fœdus inierat, & pactum*

a Chron. magnum Belg. hoc an. pag. 382.

b Petrus Dorland. in vit. Dionyſ. Carthuſ.

fecerat cum morte ſempiterna: Hanc diabolus per Aſiam, per Africam, perque Europam aſſidue circumferebat, & ad ſolemnes ludos eam exhibens in duellis, in haſtiludijs, in torneamentis, ſtupente mundo, faciebat vbique victricem. Deijciebat crebro mulier armatos pugnatores & vincente in ſe diabolo cum ſpolijs victoriam reportabat. Hac tandem inſpirante Deo & cor eius illuſtrante, reſilijt ab amentia & compuncta nimium diabolo abrenuntians, ad arma pœnitentiæ tota virtute confugit. Hanc reuerendiſſimus dominus Nicolaus de Cuſa Cardinalis & legatus de latere, cum in ijs partibus eſſet dolentem & ſibi confitentem a diabuli pacto & a ſuis criminibus potenter abſoluit, grauem, uti dignum erat, pœnitentiam ei imponens. Stupebant omnes qui antea fœminã nouerant, mutationẽ in ea dexteræ excelſi.

Mulier ope dæmonis vi ſtrix in haſtiludijs.

[illegible] dæmonis ſeruitute [illegible]

Hic Cardinalis Dionyſium ob ſua ſcripta miratus ex monaſterio ſecum abſtraxit, vt ſuo contubernio frueretur, hinc etiam rector domus Sophiæ iuxta Buſcum ducum eſt inſtitutus: Solebat itaque Dionyſius hac libertate donatus ſæpenumero Ruremunda ſuos fratres inuiſere, vt bant etiam, de qua diximus mulierem, quam equidem adeo viſitabat, vt eam in pœnitentia confortaret, & ſacris roboraret ſententijs ſcripturarum. Diabolus autem, & ſi eſſet a muliere abiuratus, eam tamen dimittere noluit, vt eius fieret improbus agitator, qui antea fuerat auxiliator. Veniebat igitur multoties ad eam vel futurorum aliquid prænuntians, vel præpediens a ſtudio pietatis, & quia execrabatur Dionyſium cum veniret inuiſere mulierem, præcurrebat dicens. Ecce balbus ille & potator vini venit te inuiſere, erat quippe Dionyſius impeditioris linguæ, & interdum propter nimium in ſtudijs & pijs exercitijs laborem vino vtebatur, quæ inuidus dæmon ad calumniam trahens, vt eum hominibus exoſum redderet, balbum eum ac vini potatorem nominabat.

A dæmone [illegible]

A Dionyſio Carthuſiano [illegible] pietate. Dæmonis in illum calumnia. [illegible]

52 Impoſitum etiam eſt Nicolao Cuſano Cardinali munus legationis gerendæ in Bohemia, in qua Huſſitæ victores duce Georgio Podgiebratio poſt captam Pragam catholicos inſectabantur. De qua data ipſi prouincia extat hoc apoſtolicum diploma [a].

a Lib. 10. pag. 247.

Dilecto filio Nicolao tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem.

Cum ad partes Alamaniæ pro nonnullis noſtris & Romanæ eccleſiæ arduis negotijs legatum noſtrum de latere deſtinemus, nos conſiderantes, quod tua ſapientia in noſtris & dictæ eccleſiæ negotijs magnis, & arduis plurimum comprobata, erit in reductione Bohemorum & ad reformanda illius regni loca multum fructuoſa, tibi ad regnum Bohemiæ accedenti, & in eo auctoritate noſtra omnia & ſingula, prout in certis per nos tibi datis inſtructionibus continetur, agendi, tractandi, pacificandi, & componendi, quæ pro illorum reductione, incremento fidei, noſtro, & ſedis Apoſtolicæ honore, ac ordinis eccleſiaſtici exaltatione & bono regimine Chriſticolarum in eo reſidentium, ac animarum ipſorum ſalute videris expedire, ac in eodem, dum ibidem præſens fueris, legati de latere officio fungendi & exercendi perinde, ac ſi ad illud legatus deſtinatus eſſes, plenam & liberam concedimus auctoritate apoſtolica facultatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno*, &c. MCCCCL. XV. *kal. ianuarij anno* IV. Agitatum de pace hoc anno inter Georgium hæreticorum ſigniferum ac proceres catholicos concilianda, refert Coclæus [b], cumque Pragæ increbuiſſet incerta fama, redintegratam eſſe, Rokyzanam & alios ſacerdotes Huſſitas admodum conſternatos plurima mœroris ſigna, prætermiſſis ſolemnibus ſupplicationibus, quæ in eos dies recurrebant, exhibuiſſe; at cum poſtea comperiſſent, ſpem fœderis ſublatam, extuliſſe animos, atque ad lætitiæ pompam celebres ſupplicationes alieno tempore indixiſſe.

Ei inſtaurã da diſciplinæ eccleſiaſticæ operã pandit.

Agitatum de pace inter Podiebratium & catholicos.

b Cocla. hiſt. Huſſ. lib. 10. hoc an.

Hæretici exultant in bellis.

53 Inficiebant ea tempeſtate Boſnam Cathari ſiue Manichæi; ad quos ab impietate ad fidem pelliciendos deſudabat Nicolai iuſſu Conſtantienſis epiſcopus, legati apoſtolici munere auctus: obduruerant autem adeo in perfidia hæretici, vt cum eos ex Pharenſis epiſcopi conſilio, vt vidimus, armis edomandos promulgata ſacra expeditione cenſuiſſet, Manichæi vocatis in auxilium Turcis periculoſum bellum aduerſus Stephanumthomam Boſniæ Regem concitarint. Quo vero Stephanus felicius illud conficeret, Nicolaus omnes ſub eius ſignis aduerſus Manichæos Turcaſque merentes ampliſſimam noxarum veniam conceſſit [b].

a Lib. 28. p. 38.

In Boſna Manichæi in catholicos Turcas concitant.

b Lib. 28. pag. 59.

Stephanothomæ Regi Boſnæ illuſtri.

Debita ex charitate recenſentes, quod tu in bello, quod contra Teucros & hæreticos Manichæos, pro tua defenſione geris ad reprimendum illorum ſæuitiam, & aliorum Chriſti nominis hoſtiũ in partibus illis plurimos labores ac ſumptus ſubire dignoſceris, & propterea perſonam tuam de theſauro ſacroſanctæ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ & pretioſi ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti & Apoſtolorum & martyrum ditate, & ſpiritualium gratiarum muneribus confouere cupientes, vt omnibus proficiat ad ſalutem, & defenſionem huiuſmodi eo feruentius proſequaris, quo exinde maioris retributionis merita te & ipſas perſonas ſperaueris adepturos, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, tibi ac eiſdem perſonis, tam clericis quam laicis, vere pœnitentibus & confeſſis qui in tuo exercitu fuerint pro huiuſmodi defenſione & hoſtium illius debellatione, plenam omnium peccatorum remiſſionem concedimus per præſentes pariter & indulgemus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCL. *id. iunij pontificatus noſtri anno* IV.

Propoſita indulgentia ſacrum bellum in eos profeſſuris.

54 Eodem aſſerendæ religionis ſtudio incenſus Nicolaus Papa ad continendos in eccleſiæ Romanæ gremio eos, qui ſchiſma abiecerant, cum accepiſſet nonnullos ex Chaldæis in Cypro commorantibus, quos vidimus Eugenio Pontifice in Lateranenſi concilio, Romanæ eccleſiæ ſe coniunxiſſe, ad veteres iterum errores defecere, Nicoſienſi archiepiſcopo dedit mandata [c], vt eos moneret officij, obfirmatoſque in peruicacia a fidelium communione depelleret.

Chaldæi in Cypro in veteres errores lapſi.

c Lib. 27. pag. 332.

Venerabili fratri archiepiſcopo Nicoſienſi.

Vt bonum vnionis dudum inter ſacroſanctam Romanam eccleſiam ex vna, ac dilectos filios, qui Chaldæi nuncupantur, ex altera partibus dudum in inſula Cypri contractæ eo longiores ſucceſſus ac maiora habeant incrementa, quo in partibus Cypri fuerint qui maiore ſubnixi auctoritate diligentius intendant vt a perſonis præfatis vnio ipſa, vt præmittitur, contracta fidelius ac diligentius obſeruetur, fraternitati tuæ, quæ præferendæ dictæ vnioni non paruam operam & diligentiam vt accepimus impoſuit, omnes & ſingulas perſonas ex præfatis Chaldæis, quæ datæ in reprobum ſenſum ab vnione huiuſmodi vel eius articulis reſilire præſumpſerint, monendi & requirendi, vt ad eos reuerſi vnionem ipſam vt decet amplectantur & ſi id facere neglexerint, excommunicandi & anathematizandi ac excommunicatos & anathematizatos denuntiandi & declarandi plenam & liberam apoſtolica auctoritate tenore præſentium damus & conce-

Eccleſiaſti [illegible] adhibet in [illegible]

Digitized by Google

cedimus facultatem & poteſtatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCL. *pontificatus noſtri anno* IV.

Candelorij principis in Cyprum conatus.

Adducta erat his temporibus in graue diſcrimen Cyprus, ns Turchus Candelori princeps barbarus, qui claſſem adornabat, funeſtam illi cladem inferret, sd quam auertendam Ioannes Laſticus equeſtris ordinis Rhodij magiſter Cyprio Regi maritima ſubmiſit auxilia [a], ac Bernardum Villamarinum Alfonſi Regis Aragonum claſſis præfectum adduxit, vt Cyprum tueretur, quo animaduerſo barbarus ab inuadenda Cypro abſtinuit, pacemque interprete magiſtri Rhodij nepote cum Rege Cyprio pepigit.

a Boſius hiſt. equit Ieroſol. lib. 6.

Repreſſi a Rhodijs.

Prætermittendum hic non videtur Pontificem, vt religioſam diſciplinam in Ieroſolymitanorum equitum ordinem in priſtinum ſplendorem reuocaret, ſubiectas leges hoc anno condidiſſe [b].

b Lib. 9. bulla. ſecr pag. 98.

Ad futuram rei memoriam.

Cupientes vt ſacra religio S. Ioannis Ieroſolimitani, quæ ab eius inſtitutione felici ſemper emicuit, & cum cæleri gloria totum fuit nominata per orbem, in ſtatu & honore continuo creſcat, ac illius fratres in ſanctimonia & honeſtate viuant, maxime cum id, quod ab eis male agitur, ab alijs facilius trahatur in exemplum; hac irrefragabili, & vſque ad generale capitulum, per dilectos filios magiſtrum hoſpitalis S. Ioannis Ierololimitani & conuentum Rhodi celebrandum duratura conſtitutione, auctoritate apoſtolica, motu proprio, & ex certa ſcientia ſancimus, & ordinamus, quod idem magiſter, vel eius locumtenens, aut maneſcallus vel vnus ipſorum, facta deſcriptione fratrum omnium in conuentu Rhodi reſidentium, ſemel in menſe & ſępius, ſi placuerit eis, clauſis omnibus portis tam colachi, quam relligardij, infra tertiam, & veſperas horis alternatis, publicam conuocent aſſembleam, in qua magiſter, & cæteri, ad quos licentiam fratribus dare pertineat, deponant quibus & quo tempore licentiam dederint: demum audientibus cunctis nomina omnium legantur in publicum, & circumſtantes audito proprio nomine, alta & intelligibili voce dicant: Adſum. Si quis autem aberit non licentiatus per factam relationem antedictorum, antianitatem vnius anni, quibus ſeruierit illico perdat, atque illum alij in honoribus & vtilitatibus ordinis antecedant: ſoldeam illius anni non habeat, ac panis & aquæ cibo diebus ſeptem reficiatur. Similiter aſſembleam prædicti, aut vnus ipſorum tempore noctis, ideſt inter clauſuram & aperturam portarum, hora eis beneuiſa conuocare teneantur, & ſeruars ordinem ſupradictum in recenſendis nominibus ſingulorum: ſi quis autem præſens repertus non fuerit, totius temporis quo ſeruiuit antianitatem perdat, & diebus quadraginta erratum in pane & aqua deploret. Amodo etiam in antea nulli omnino fratrum omni præſentium & futurorum liceat alias veſtes breues quam nigras, & ad genua vſque longas induere, & contra factores, veſtes perdant illico pauperibus erogandas. Huius rei executores exiſtant magiſtri, locumtenens, maneſcallus, drapperius, & cæteri baiulini, ac priores, coram quibus dictas veſtes portari contigerit. Similiter in veſtibus longis, nullis coloribus de cætero fratribus vti permittitur niſi tantum nigris, blaueis, pagonazijs & griſijs obſcuris, & ipſæ veſtes terræ contiguæ ſint & vndique clauſæ, niſi ante & poſt, quantum equitandi neceſſitas poſtularit.

Lex pro conuocandis in Rhodo defenſoribus omnibus.

Quibus coloribus induas veſtes gerere debeant.

Serici etiam vſus, præterquam nigri tollatur. Similiter & camlotti niſi baiulinis, prioribus, & præceptoribus, vel antianis annorum quindecim, de cætero interdicuntur, ſi contrarium a quopiam fiat, veſtes pauperibus applicentur. Item quod nulli omnino fratrum conuentualium per ciuitatem equitare, niſi cum baiulino, aut priore, aut præceptore, vel antiano annorum decem de cætero liceat, & horis dumtaxat ante campanam prandij, & ſero poſt veſperas vſque ad campanam dominicæ orationis, confractores ſoldeam perdant, & ſi iterato conciderit in legem, carceribus claudatur, & diebus in eis quindecim pane & aqua cibatus luat erratum. Simili quoque pœna afficiatur quicumque iret pedeſter per ciuitatem extra plateam commercij, niſi ad aliquod neceſſarium & laudabile opus iuſſus, præſumpſerit. Etiam nulli fratrum dicti conuentus liceat extra albergias ordinarijs horis prandij ac cœnæ, niſi aliquando cum licentia etiam baiuliui, vel ſui locumtenentis comedere: prioribus vero ac præceptoribus in eorum cameris continuo cum ſocijs fratribus videlicet priori cum quinque, & præceptori cum duobus tantum comedere liceat, contrafactores tabulam ſoldeamque perdant. Clamydes rotundæ ab vſu fratrum, niſi baiuliuorum, priorum, & præceptorum, vel infirmorum, de facto tollantur, & illi quidem ſi a prædictis deferantur, quatuor digitis genua excedant. Cæteri autem clamydibus qui nuncupantur, ad lectum, vtantur, qui contrafecerint, clamydem perdant pauperibus, vt præmittitur, erogandam. Nulli ergo, &c. *Dat. Aſſiſij anno, &c.* MCCCCL. III. *non. octobris anno* SV.

15 Percuſſit hoc anno Rhodiorum equitum magiſter cum Amurate Turcarum Imperatore fœdus, promulgatumque eſt Rhodi, vt ſi qua Turcica mancipia Rhodum vel ad alia Rhodiorum ditionis loca deueherentur, libertatem recuperarent, & cum vniuerſis opibus quo vellent abire libere permitterentur: præterea vetiti Rhodij cum ijs, qui piraticam faciebant aduerſus Turcas, commercium vllum habere. At damnauit Pontifex eas pactiones, tum alias ab eodem Rhodiorum magiſtro cum Ægypti & Babylonis ſultano confectas: cum enim Rhodij, ijs obſtricti fœderibus barbaris, prohibuiſſent ne claſſis Alfonſi Aragonum Regis, quæ feliciter in oriente Chriſtiani nominis hoſtes expugnabat, ſpolia illis detracta Rhodi diſtraheret, Nicolaus Ioanni e Laſtico equitum magiſtro imperauit [a], vt ſoluto quocumque fœdere cum impijs pacto Aragoniam claſſem humaniter portu exciperet, ac partas de quibuſcumque barbaris exuuias Rhodijs diuendere permitteret.

Inter Rhodios & Amuratem fœdus initum.

Aliud inter eoſdem & ſultan Ægyptum.

Diſſoluta a Nicolao.

a Lib. 8. pag. 177.

Inter quæ Amurates, pactis cum Rhodijs inducijs, occaſionem ex Hungariæ turbis aucupatus, in Epirum vires Turcicas effudit [b], nec deſecit animis Scanderbergus, Croiam enim Macedoniæ metropolim egregie militum crucesignatorum præſidio firmauit, cui Veneti clam nonnulla ſubſidia miſere, cum pacem cum Amurate, non comprehenſo Scanderbergo, confeciſſent. Poſitis ad Croiam caſtris Turcicis, ex infecti æris maſſis iuſſit Amurates tormenta bellica conflari, quorum quatuor ſaxa ſexcentarum librarum pondo torquebant, varijſque impreſſionibus hoſtilibus obſeſſos fatigauit. In quo bello Chriſtianorum, qui Turcis parebant miſeranda ſors erat: nam in primis ordinibus impellebantur ad necem, ac ſi repulſi pedem retorquerent, a Mahomete cædebantur, vt deplorat Marinus Barletius tantæ cala-

b Marian. Barle. l. 6

Croia ab Amurate obſeſſa.

mitaris aliquando ſpectator, tum ſubdit.

Chriſtiani hi ex maiore parte ſunt Ottomanno ſubiecti, quorum ingentem multitudinem ad omnes expeditiones ducere ſolent barbari inermem ferme, cum non ſatis eis fidant. Hi omnia pene onera caſtrorum ſubeunt aquandi, lignandi, valla, aggeres, aliaque munimenta conſtruendi. Tempore vero pugnandi, ſi in campis & aperta fortuna dimicetur, hæc primum obycitur materia cadendi hoſti, quæ aduerſariorum diſtrahat ſimul & exhauriat vires. Si vrbium oppugnatio agatur, hæc inſtrumentorum vehicula ſunt, hæc ad implendas corporibus ſuis foſſas materia electa, ac pontes velut cæteris faciendos, quare ſi ſegnius aliquid exequantur, crudeliores crebro dominos patiuntur, quam hoſtes, occaſio ea potius fortaſſe quam cauſa, & ab odio ipſo naturali omnis depromitur ſæuitia. Vidi multa huiuſcemodi ipſe cum ad patriam defendendam infelicia arma tenerem, cuius memoria ſicut nunc mirifice vereor, ita recenſere ſine lachrymis non poſſum. Audiebamus ſtantes pro munimentis miſerabiles illorum querelas & ſupplices deprecantium voces, vt mitius cum eis ageremus, dum non conſilio, non voluntate propria, ſed ſeueriſſimo imperio tyranni hoſtilia ſe facere dicerent corpora, ſe tantum inuitiſſima ſigna infeſta in nos trahere, animos gerere amiciſſimos, vtpote quibus idem Deus, eadem ſacra, vota eadem, licet non iidem principes Chriſtiani eo vitio ſuaque ipſorum calamitate eſſent a noſtris, quamuis male tunc in ea fortuna ratio alicuius haberi poſſet, multis tamen quantum in tali furore potuit, parſum. Proh dolor! libet exclamare hoc loco, paulumque digredi. Vident hæc & audiunt tandiu Chriſtiani principes, neque tam graui ſeruitus ſociorum, tam fœda vincula, voceſque mæſtiſſimæ, quibus montes iam, maria, campoſque omnes per tot ætates implerunt, quempiam mouent: Fluit vndique noſter cruor, deficimus paulatim, neque ſentimus. Incidimus in ea tempora volente Deo, vel potius ita agentibus nobis, vt vilior iam apud Turcas Chriſtianorum quam iumentorum ſanguis habeatur, futurumque ſit, ſi hæc peſtis inualeſcat, vt triginta ex nobis vix vno obolo liceant hoſtes, quod in captiuitate illa Ieroſolymitana ac Iudæis ſcriptores referunt. Verum enimuero nihil eſt, quod timeamus amplius, iam ad ſummum turpitudinis deuentum eſt, neque nos ad duriora perferenda apti ſumus, neque hoſtium crudelitas ipſa magis ingenioſa eſſe poteſt.

Chriſtianorum principum lugenda diſſenſio.

Vilior apud Turc. ſanguis Chriſtianor. quā iumentorū.

Irrumpere per mœnium ruinas in Croiam tentauit Amurates, atque ſuos in carnificinam impulit, nam cædes potius quam certamen cum ijs fuit: *Octo amplius hominum millia*, inquit auctor, *amiſſa: oppidanis modico ſanguine ea victoria ſtetit.* Ex cuius ignominiæ dolore, & bellicis laboribus, ac ſenio in morbum incidit Amurates, ac ſub Croiæ mœnibus crudelem animam efflauit, conqueſtus ſub ignobilis caſtelli mœnibus & oculis pudendi hoſtis partas de Hungaris & Græcis victorias ſe labefactaſſe: atque ita Croiæ obſidio ſoluta eſt. Refert Phrantzes [a] tyranni Amuratis obitum in annum ſequentem, eumque apoplexiam ex nimio vino contraxiſſe tradit; verum ex literis Franciſci Philelphi [b] ad Francorum Regem datis ineunte proximo anno eius obitus famam increbuiſſe in occidente conſtat. Ipſum in conuiuijs iactare conſueuiſſe S. Petri baſilicam in ſtabulum & popinam ſe conuerſurum, narrat idem Philelphus [c] in literis quas ad Vvladislaum Regem Hungariæ ſcripſit. Tantæ fuit ſæuitiæ in Chriſtianum nomen, vt ſcribat Calchondyla [d], illum inſtituto in patris honorem ſacrificio ſexcentos Chriſtianos immolaſſe, ac Valachos, qui in vltimo cum Huniade prælio ad illum transfugerant, contrucidaſſe, obiecto proditionis in Huniadem crimine.

Amuratis mors.

a Phrantz. lib. 3. c. 1

b Philelph. lib. 8.

Superbia huius tyranni mira

c Phil. l. 6. ep. 1.

d Calcond. de reb. Turc. l. 7.

Immolati ſacrijs Amuratis Chriſtiani.

16 Succeſſit ei in imperio Mahometes II. qui ne æmulos pateretur, carnificinam & crudelitatem in Chriſtianos adhibendam a fraterna cæde auſpicatus eſt, vt narrat Franciſcus Philelphus [a] in literis aliquot poſt annos ad Chriſtophorum Maurum Venetorum ducem datis, ſic inquiens: *Quid eſt minus hominis quam hominem nulla lege, nullo honeſtatis, nullo æquitatis iure e medio tollere? At quot magnos excellenteſque viros interemit prodigioſiſſimus Mahometus, alios vt eorum ſe vxoribus commiſceret, alios propter opes, alios ob aliam libidinem? Sed quid plura ipſe commemorem? Vno exemplo contenti ſimus, quo ad vtiliora quædam, magiſque neceſſaria noſtra ſe oratio conferat. Erat impio Mahometo, quo die Amurathus pater exceſſit e viuis, frater nomine Thurſunes menſem agens infantiæ decimum octauum, hunc, ne pater ſolus ſepeliretur, continuo iubet occidi, quid enim Mahometi moribus magis contrarium humanitate, clementia, charitate? Num igitur mens, num voluntas, num ſtudium illi obſtare queat eius ſceleri & furori, cui nullus prorſus a Deo terror impendet? Vix pater animam efflarat, curſim relicta omni celebrandi funeris cura petit ædes, vbi a nutrice infans alebatur ingreſſus, perinde atque exanimatus, quærit infantem, inuentum in cunis, & ſibi riſu velut blandientem violenta manu abripit ad proximum parietem inflictitus. Quam facinoris immanitatem conſpicatus Moſes, atrociſſimo tyranno & chariſſimus & æqualis, orat, obſecrat, obteſtatur ne fraterno ſanguine ſuas manus inquinet. Vix exorat ea tamen lege ac iuſſu, vt ipſe continuo infantem interimat. Paret Moſes moxque infantem & præſente & immotis oculis aſpiciente videnteque Mahometo, multa vi aqua obrutum ſuffocat. O latronem crudeliorem omni tigride! O totius ſceleris impietatiſque officinam ſi & fratri & infanti, ſi & ijs omnibus, quos habere chariſſimos debet, vim Mahometus atque manum infert, qualis ſit ſperandus in alienos? Verum mihi illud videre videor ineſſe boni in vno Mahometo, quod de ſe omnibus præbet exemplum amicitiam tyrannorum æque habendam eſſe periculoſam, atque inimicitiam.*

Mahometes Amurati ſuccedit in imperio.

a Philel. l. 21. ep. 1

Thurſunis parricidium.

Ecce infelix mater extincti Thurſunis horribilitate ſceleris audita accurrit, illico iacentem hunc infantem manibus tollit, complet vlulatibus & fletibus omnia, & quoniam vitæ mortem in tanto luctu mæroreque præferebat, auſa eſt ingredi ad tyrannum. In cuius conſpectu vt venit multis cum ſingultibus: Hic eſt, inquit, frater tuus ille Thurſunes. O Amyra, (hoc enim Regem nomine appellant) quem tibi moriens pater tantis cum lachrymis commendauit, quæ mox mulier deficit nimio dolore perculſa, fereque exanima concidit. Profuit mulieri præcipua Mahometi lætitia, quod ob nobilis ac triumphalis funeris magnitudinem, vt erat hilaris ac geſtiens, tantiſper ſui eſt oblitus ingenij, donec ſcelus ſcelere cumularet. Iubet mulierem attolli ſimulatis eam verbis, fucatiſque leniens, cum diceret, quod factum eſſet, aliter habere non poſſe; quam ob rem æquo animo neceſſitatem ferre oportere, nec enim ipſam ignorare eſſe Ottomanorum principum conſuetudinem, vt cæteris interfectis vnus ſemper relinquatur in regem, nam vt neque plures ſunt dij, neque plures debere admitti Reges. Itaque vt bono animo ſit hortatur nam ei ſe pro filio ſemper fore: erat enim huic mulieri primigenus Mahometus natus matre & Albana & ſerua, hæc vero & genere erat Turca & Amorathi vxor, additque, ſi quid vellet audacter vt peteret, nihil eum ſe paſſurum petitum ab ea fruſtra poſſe indicari. At mulier vt ardebat ira, vt erat animo ad vltionem incenſo atque inflammato, quam ſceleris pœnam a tyranno ipſo non poterat, expetit a miniſtro, ait enim. Da

igi-

igitur mihi ad vindicandam iniuriam tui ſanguinis facinoroſum iſtum impium Moſem, quo ſit omnibus exemplo neſandum neminem diu poſſe ſuo ſcelere exultare. At ille qui, vt eſt natura immiti ac fera, facile flectitur ad cruorem. obſequitur mulieri, eique amicum & familiarem vinctum poſt terga manibus atque pedibus catenatum dedendum quamprimum imperat. Quem efferata mulier vt accepit, cultellulo, qui ei pendebat zona, pectus miſeri hominis fruſtra domini opem atque auxilium, qui coram aderat implorantis, ad cor vſque transfigit, nihiloque cunctata latus dexterum eadem furoris immanitate aperit, iecur abſciſſum eruit, datque canibus diſcerpendum: ſi quis accurate velit, diligenterque inquirere vniuerſam Mahometi vitam, hoc vnum abſoluta iuſtitia munus inueniet, quod ſe in amiciſſimum Moſem gratiſſimum præſtiterit, cuius opera factum eſſet, vt in Thurſunem fratrem leuiore vſus impietate videretur, nam qua vti poſſit pietate, qui Deum eſſe non putet, Chriſtianam fidem oppugnas? Mahometum illum pſeudoprophetam ſui ſimilem fuiſſe dicit, vel ſe illum tanto inferiorem, quod & Cyrenaus fuerit ſeruus, & fur & latro, & a maioribus ſuis cum inhoneſtiſſimo in faciem vulnere turpiter fugatus ex Perſide, prophetas omnes atque patriarchas ridiculo ducit, habetque pro nugis, gentilium deliramenta laudat, quorum diſciplinas ignorat, cenſetque pro nihilo. Libenter audit, quæ de Alexandro Macedorum Rege literarum monumentis mandata ſunt, ſed ea probat & ſequitur, quæ furorem aliquem, & libidinem præ ſe ferunt. Aſpiraſſe illum ad Alexandri gloriam exciſis duobus imperijs & pluribus regnis ſuo loco dicetur.

Ad miniſtrum crudelitatis prodit.

Pſeudopropheta Mahometo ſe præfert.

17 Exhibuit nonnulla de ſuſcipiendo in Mahometanos bello ſigna Alfonſus Aragonum & vtriuſque Siciliæ Rex, cum animaduertiſſet proximam Rhodo inſulam, cui Caſtrirubei nomen erat, ditionis Ieroſolymitanorum equitum ab infidelibus aliquot ante annos euerſa arce in ſolitudinem redactam, accommodo tamen portu præditam eſſe, flagitauit a Pontifice, vt eiuſdem inſulæ ius ac dominatum in ipſum transferret, pollicitus arma aduerſus Chriſti hoſtes verſurum; cuius petitis aſſenſit Nicolaus, cum ea ratione rem Chriſtianam amplificare putaret. Portum itaq; tunc inutilem, & deſertam inſulam, quam occupare barbari poterant, atque ex ea Cyprum ac Rhodum infeſtare, attribuit Alfonſo Regi, atque a ditione equitum Rhodiorum diuulſit dato diplomate [a], quo arcem a barbaris ſolo æquatam, vt dixi, refici permiſit.

Inſula Caſtrirubei Aragonio permiſſa.

a Lib. 8. pag. 102.

Ad futuram rei memoriam.

Inter innumeras & multiplices curas, quibus continuo pro rerum, & negotiorum varietate premimur, illam libenter amplectimur, per quam noſtræ prouiſionis auxilio, & ſuffragijs Chriſtianum nomen & fides orthodoxa noſtris præcipue temporibus defendatur, creſcat, & augmentum ſuſcipiat, ac pro huiuſmodi defenſione militantes, honorem, gloriam & commoda conſequantur. Cum itaque nuper fidedignorum relatione percepерimus, iuxta inſulam Rhodi eſſe aliam paruam inſulam, incolis & habitatoribus penitus viduatam, in qua quoddam oppidum, quondam Caſtrumrubeum nuncupatum ad hoſpitale S. Ioannis Ieroſolimitani pertinens, cuius ædificia, turres, & ſtructuræ per Teucros & Saracenos, alioſque Chriſtiani nominis hoſtes diruta & ſolo æquata ſunt, nec ſpem vllam eſſe, quod hoſpitale prædictum illorum reparationi intendere poſſit, immo periculum maximum imminere ne Teucri & Saraceni, qui totam illam oram maritimam ſingulis annis, modo claſſe, modo copijs pedeſtribus, hoſtiliter diſcurrunt, dictam inſulam occupent & caſtrum ipſum reædificent, quod propter loci, & ſitus opportunitatem, maxima damna circumuicinis locis Chriſtianorum, & maxime Rhodijs inferre poſſet, e contra vero, ſi dictum caſtrum per aliquem potentiſſimum principem Chriſtianum reædificaretur & muniretur, magna exinde præſidia Chriſtianis aduerſus perfidos crucis Chriſti inimicos parari poſſent, nam cum eadem inſula ortum in mari habeat, claſſis Chriſtianorum tuto ſe ibi recipere poſſet, & inſula ipſa populo, & habitatoribus fæcundaretur, eam ob rem nos potentiam exiſtimationem, & deuotionem chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alfonſi Aragonum Regis illuſtris conſiderantes, ac attendentes, pium eius propoſitum, & deſiderium, ne dum ad inſulam Rhodi, & regnum Cypri, verum ad alias circumuicinas regiones Chriſtianas conſeruandas, & a miſerrima oppreſſione ac crudeliſſima vexatione infidelium liberandas, qui pro infenſiſſimo odio & nefandiſſima cupiditate, qua flagrant ad nomen Chriſtianum exterminandum, ſingulis annis, vt audiuimus, multa millia Chriſtianorum capiunt, & (quod cum lacrymis, & ingenti animi dolore referimus) miſeras eorum animas dæmonijs fraudulenter proſtituere conantur; cupientes quantum cum Deo poſſumus, hanc barbarorum rabiem in Chriſtianos comprimere, ac animaduertentes, quod Rex Aragonum potentiſſimam claſſem parat, & omnes vires ſuas exercere velle ſe obtulit ad infringendam Teucrorum & Saracenorum ſuperbiam, modo dominium ipſius inſulæ & caſtri ei concederemus, prædictis omnibus matura deliberatione penſatis, eidem Regi concedimus vt dictum caſtrum reædificare, & inſulam hominibus & habitatoribus fœcundare, ipſumque caſtrum & inſulam tanquam dominus, libere & licite poſſidere poſſit, quamdiu ſuæ celſitudini videbitur & placebit non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac ſtatutis, ſtabilimentis, conſuetudinibus, vſibus ac naturis dicti hoſpitalis, quibus omnibus, etiamſi de illis, ac eorum totis tenoribus ſpecialis & expreſſa mentio habenda foret hac vice dumtaxat ſpecialiter derogamus. Nulli ergo, &c. *Dat. Aſſiſij anno, &c. MCCCCL. pridie non octobris pontificatus noſtri anno IV.*

Inſtructus hoc diplomate apoſtolico Bernardus Villamarinus Aragoniæ claſſis præfectus arcem in dicta inſula excitare [a] cœpit: quæ res adeo Rhodios equites eorumque magiſtrum Ioannem e Laſtico perculit, vt ſiue tuendi iuris ſui ſtudio, ſiue liuore perfuſi, ſiue potentiam Alfonſi, a quo opprimi poſſent, veriti, pontificio decreto repugnarint, miſſoque Petro Cariolo edixerint Villamarino, vt cœpto deſiſteret, tum ad inijciendas moras prouocarint ad pontificem, vel ad concilium œcumenicum, vel ad Imperatorem, ac vetuerint inſulanos Aragonios in arce condenda iuuare: ac ne ipſis obijceretur inſulam arce nudatam in poteſtatem infidelium redigi poſſe, inſtaurandæ muniendæque in ea inſula arcis conſilium ſuſceperunt, de quibus pluribus Boſius [b]. Porro Nicolaum non aliquo impulſum odio fuiſſe in Rhodios ad eorum iura opprimenda, ſed pio pietatis ſtudio incitatum id decreuiſſe, oſtendunt nonnulla eius diplomata, quibus ſubſidia Rhodijs equitibus ſubmittenda conſtituit, ad quod ob bella, quibus infeſtati a barbaris fuerant ſe permotum ait [c]: *Dum*, inquit, *paternæ conſiderationis indagine perſcrutamur onerosa & periculoſa diſpendia, quæ in partibus tranſmarinis vos in perſonis & bonis a Saracenis Chriſtiani nominis inimicis, præſertim modernis temporibus, quibus dicti*

a Boſius hiſt. l. 6. *Opponunt ſe equites Rhodij.*

Arcem in ea inſula inſtaurant.

b Id. ibid.

c Lib. 9. pag 98. 99. & 100.

Sa-

Digitized by Google

Saraceni vt hoſtes perfidi cum magna armatorum claſſe veſtram inſulam Rhodi crudeliter inuaſerunt terra marique grauius ſolito pertuliſtis, &c.

18 Quod attinet ad Alfonſum Regem Aragonum, qui in Rhodio Cyprioue mari claſſem ad cohibendos Turcas ſuſtentabat, Pontifex ob effuſos ſumptus, quos in eam faciebat, illum aliquibus beneficijs affecit; nam & decumas ipſi erogandas imperauit [a], diſſentientemque ea de cauſa clerum a Ioanne tit. S. Laurentij presbytero Cardinale redigi in concordiam curauit; archiepiſcopatus Montis regalis [b] ſede vacua vectigalia defunctique archiepiſcopi opes, tum etiam mediam partem auri ex erogaturis ſtipem pro lucrandis indulgentijs redigendi attribuit [c] his de cauſis: *Singularem*, inquit, *quem ad expugnandum Teucros, ac ſubſidium contra eos præſtandum, geris deuotionis affectum, attenta meditatione penſantes, nec non grandia, quæ nobis & Romanæ eccleſiæ impendiſti obſequia animaduerſione debita recenſentes, ſpemque gerentes indubiam, quod eo ſedi Apoſtolicæ te præſtabis deuotiorem, quo te noueris amplius illius vbertate foueri*, &c.

a Lib. 11. pag. 195. Subſidia Aragonio pro claſſe aduerſus infideles ſuſtentanda conceſſa. b Lib. 8. pag. 169. c Ibid. pag. 113.

Coorta in vrbe peſtilentia, mutanit Pontifex cœli ſtatum, ab eaque magna anni parte abfuit, ſeque in varia loca contulit. Cum vero ob crebas huiuſmodi locorum mutationes Alfonſus Rex equum album recurrente die Apoſtolis Petro & Paulo ſacro offerendum, argumentum accepti apoſtolica liberalitate Neapolitani regni, non dediſſet, Pontifex ne qua propterea violati ſacramenti labes Alfonſo obijceretur, illius equi donationem ad feſtum aliud S. Petri proximum extraxit.

Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

Cum pro feudo & in recognitionem regni Siciliæ citerioris ſingulis annis in feſto beatorum Petri & Pauli de menſe iunij equum vnum album, pafrenum nuncupatum, Romano Pontifici pro tempore exiſtenti ſoluere & conſignari facere tenearis, & huiuſmodi equum annis ſingulis poſt aſſumptionem noſtram vſque in præſentem diem diligenter conſignari feceris, licet non ſemper in dicto præfato feſtiuitatis, nos conſiderantes dictam equi in ipſa die conſignationem non negligentia nec renitentia tua, ſed propter diſcurſus noſtros, quos huc & illuc peſte compellente fecimus ab vrbe Roma diſcedendo, fuiſſe retardatam, ac volentes ſtatui tuo ſuper præmiſſis opportune prouidere, ſerenitatem tuam a præfato cenſu annuo ac conſignatione equi huiuſmodi vſque ad feſtum præfatum proxime ſecuturum auctoritate apoſtolica præſentium tenore abſoluimus & etiam liberamus, ac abſolutum & liberum fore decernimus, volentes etiam & auctoritate præfata celſitudini tuæ harum ſerie concedentes, quod ex conſideratione equi huiuſmodi dicta die non facta nullum tibi in conceſſione præfati regni auctoritate apoſtolica conceſſa præiudicium reſultet ſeu quomodolibet valeat reſultari, ſed dicta conceſſione vti valeas & gaudere perinde in omnibus & per omnia, ac ſi præfati equi conſignatio & receptio die ſtatuta facta fuiſſet, abſoluentes te ab omni tranſgreſſione iuramenti, quam fortaſsis præmiſſorum occaſione incurriſſes, & in priſtinum ſtatum ac ad famam & honores reponentes, &c. *Dat. Fabriani Camerinenſis diœceſis anno* MCCCCL. III. *non. ſeptembris pontificatus noſtri anno* IV. Neque illud hoc loco prætereundum eſt Pontificem Alfonſi Regis precibus adductum Barcinone academiam conſtituiſſe, omnibuſque prærogatiuis, quibus Toloſana potiebatur, ornaſſe, exarato hoc diplomate [d].

Inſtituta academia Barcinonenſis. d Lib. 8. pag. 173.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, ſicut pro parte chariſsimi in Chriſto filij noſtri Alfonſi Regis Aragonum illuſtris ac dilectorum filiorum conſiliariorum ciuitatis Barchinonenſis nuper fuit expoſitum coram nobis, ipſi, non ſolum ad vtilitatem & proſperitatem reipublicæ ac incolarum, ciuitatum, & terrarum ipſi Regi ſubditarum, ſed etiam aliarum partium vicinarum, laudabiliter intendentes, in præfata ciuitate tanquam loco inſigni, & ad hoc accommodo & idoneo, in quo aeris viget temperies, victualium vbertas, cæterarumque ad vſum hominum pertinentium copia reperitur, deſiderent per ſedem apoſtolicam fieri & ordinari ſtudium generale in theologia, iure canonico & ciuili, artibus, medicina, ac in qualibet alia licita facultate, vt ibidem fides catholica dilatetur, erudiantur ſimplices, æquitas ſeruetur, iudicij vigeat ratio, illuminentur mentes, & intellectus hominum illuſtrentur, nos præmiſſa & eximiam fidei, & deuotionis ſinceritatem, quam ipſi, Rex & conſiliarij ad nos & Romanam eccleſiam gerere comprobantur, attente conſiderantes, feruenti deſiderio inducimur, quod ciuitas prædicta ſcientiarum ornetur muneribus, ita vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, & diuerſarum facultatum dignitatibus eruditos, ſitque ibi ſcientiarum fons irriguus de cuius plenitudine hauriant vniuerſi, literarum cupientes imbui documentis.

Nicolai de ea diploma

His igitur omnibus diligenti examinatione penſatis, & etiam quia præfati Rex & conſiliarij ſtudium ipſum ac ſcholares, doctores, & audientes ibidem priuilegijs, & prærogatiuarum honoribus fulcire intendunt, non ſolum ad ipſius ciuitatis, ſed etiam habitatorum & incolarum circumiacentium commodum atque profectum paternis affectibus excitati, ac præfati Regis & conſiliariorum in hac parte deuotis ſupplicationibus inclinati, ad laudem omnipotentis Dei & fidei propagationem, in eadem ciuitate ſtudium generale ad inſtar ſtudij Toloſani cum omnibus & ſingulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, indultis, præeminentijs, indulgentijs, gratijs, honoribus, dignitatibus, & officijs, præfato ſtudio Toloſano ac doctoribus, ſcholaribus, & audientibus inibi per ſedem Apoſtolicam, vel alias quomodolibet conceſsis & concedendis, auctoritate apoſtolica erigimus, ac ſtatuimus, & ordinamus, vt ibidem de cætero, ſtudium generale perpetuis futuris temporibus vigeat, in quo in theologia, iure canonico & ciuili, artibus, & medicina, ac qualiber alia licita facultate legatur, quodque legentes, ſtudentes, audientes, docentes, & gradum aſſumentes, ac cauſa ſtudij ibidem commorantes, præmiſsis omnibus & ſingulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indultis, præeminentijs, honoribus, dignitatibus, indulgentijs, gratijs, & officijs per ſedem Apoſtolicam, vel alias quomodolibet conceſsis, & inantea forſan concedendis, quibus magiſtri baccalarij, ſtudentes, ac gradum aſſumentes in præfato ſtudio Tholoſano vtuntur & gaudent, ſeu vti & gaudere poſſunt, vel inpoſterum forſan poterunt, vti & gaudere poſsint & valeant in omnibus & per omnia, perinde ac ſi priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, indulta, præeminentiæ, gratiæ, honores, dignitates, & officia prædicta, quorum omnium & ſingulorum tenores de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ſpecialiter, ſpecifice, & expreſſe per ſedem can-

Toloſanæ academiæ iuribus ornata Barcinonenſis.

eandem vel alias ſtudio Barchinonenſi, ac ibidem audientibus, ſtudentibus, docentibus, & commorantibus conceſſa fuiſſent. *Dat. Aſſiſij anno, &c.* MCCCCL. *pridie kal. octobris anno* IV. Decoratum pariter a Pontifice eſt a Biſuntium gymnaſio, in quo liberales tantummodo artes docerentur, permiſſumque archiepiſcopo vel eius vicario, vt doctrinæ laurea diſcentes donare poſſent.

Conditum Biſuntij gymnaſium. a Lib. 7. an. 4. bullar. ſecr. pag. 130.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad laudem diuini nominis, & fidei catholicæ propagationem, auctoritate apoſtolica, generale ſtudium in artibus liberalibus dumtaxat, in ciuitate Biſuntina præſentium tenore erigimus, ſtatuentes, & ordinantes, quod inibi de cætero perpetuis futuris temporibus, ſtudium in huiuſmodi artibus vigeat generale, quodque legentes & ſtudentes ibidem, omnibus, & ſingulis priuilegijs, libertatibus, honoribus, exemptionibus & immunitatibus conceſſis magiſtris, doctoribus, & ſtudentibus in alijs ſtudijs generalibus ſtudentibus gaudeant, & vtantur, ac illi qui magiſterij gradum in eiſdem artibus petierint, per doctores, ſeu magiſtros artium prædictarum, archiepiſcopo Biſuntino pro tempore exiſtenti, ac etiam Biſuntina eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta, vicario, ſeu officiali in ſpiritualibus dilectorum filiorum capitulis Biſuntini præſententur. Qui quidem archiepiſcopus, vicarius, ſeu officialis, alijs doctoribus, & magiſtris in artibus ibidem tunc legentibus conuocatis, promouendos eoſdem in ijs quæ ad magiſterij, ſeu doctoratus honorem quomodolibet requiruntur, per ſe, vel alium iuxta morem, ſeu conſuetudinem in talibus in alijs generalibus ſtudijs obſeruari ſolitos, examinare ſtudeat diligenter. eiſque (ſi ad hoc ſufficientes & idonei reperti fuerint) huiuſmodi doctoratus, ſeu magiſterij gradum & honorem impendat. Illi vero qui in eodem ſtudio Biſuntino in artibus examinati, & approbati fuerint, ac gradum, & honorem huiuſmodi obtinuerint, ex tunc abſque alijs examinatione, & approbatione deinceps regendi, legendi, & docendi, tam in dicta ciuitate, quam alijs quibuſcumque ſtudijs, in quibus regere, & docere voluerint, plenam, & liberam habeant facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCL. *kal. maij pontificatus noſtri anno* IV.

19 Translatus eſt hoc anno a Nicolao V. Venetias Gradenſis patriarchatus, quam dignitatem primus ornauit B. Laurentius Iuſtinianus, de quo eius nepos Bernardus Iuſtinianus b in ipſius vita hæc refert: *Gradenſi patriarcha mortuo patriarchatum a Grado nobili quondam vrbe tranſtulit, ſcilicet Nicolaus V. Venetias, idque nec cognita, nec poſtulata ſenatus noſtri voluntate, quippe qui non minus hominem quam ciuitatem eo facto exornare vellet. Allata res haud ſatis ſenatui placebat, verenti ne ſpiritualis & eccleſiaſtica dignitas aucta opibus & auctoritate, veteres quas cum ſuperioribus epiſcopis diſcordias habuerant, renouaret, beatiſſimi tamen patris manſuetudo diremit facile dubitationem, adijt enim continuo ducem & collegium, ſeſe dixit abhinc duodeuiginti annis inuitum epiſcopum factum, & a quiete ſua in hos turbines ſæculares iniectum, deſiderare nunc quietem, & minuimagis pondus præſulatus, quam augeri, ſibi eſſe in animo hoc oneris, quibuſcumque poſſet modis deprecari, niſi ipſe dux, ad quem ciuitatis ſuæ dignitas pertineret, forte ſentiret aliud, pro cuius honore, quoniam ita de ſe merita ciuitas eſſet, nullum laborem recuſare deberet. Mouit omnium lachrymas ſanctiſſimi patris mixta charitati humilitas. Dux, qui rem hanc ægerrime ante tulerat, & ab Eugenio tentatam ſemper impugnauerat, ſtatim ex ſua totiuſque collegij ſententia enixe eum rogare cœpit, vt libenti animo id muneris ſuſciperet. Sic quod inuidioſum fuerat in dignitate, ex manſuetiſſimis ſancti viri moribus gratiſſimum factum eſt.*

b Bern. Iuſtiniano in eius vita c. 8. Gradenſis patriarchatus translatus Venetias.

Claruit Laurentius prophetiæ dono, quod pluribus exemplis in eius vita a demonſtratur; ac dæmones ex obſeſſis corporibus ſacro imperio abegit. Hoc vero mirum, dum patriarchatum gerebat, contigiſſe refert eius nepos: *Sacra quædam virgo erat magnæ ſanctitatis, per multos annos abſtinentia, vigilijs, orationibus, ſteterat ante Dominum. Accidit autem vt ſolemnitate corporis Christi neque ſorores aliæ, neque ipſa communicare diuinis myſterijs poſſent, & cum ægre ferrent & illa in primis ſanctiſſima mulier, oratum Laurentium mittunt, quia prope eſſet monaſterium, vt ſi gratiam communicandi eo die habere non poſſent, ipſe ſaltem dignaretur, dum celebraret, pro ancillis ſuis orare. Promittit Laurentius, cum autem celebraret ad populum poſt eleuatum ſacramentum factus extra ſeipſum eſt, detulitque eum ſpiritus ad illam mulierem in cella clauſam & contemplationi vacantem, quæ forte tunc miro quodam deſiderio communicandi teneretur, & ſacra illi myſteria communicauit, ſiue in corpore ſeu extra corpus Deus ſcit. Ab oculis quidem totius populi non diſceſſit, donec ad ſeipſum reuerſus ab illo pietatis officio reliquum miſſæ peregit. Cum autem virgo illa quod acciderat, ſacerdoti annunciaſſet, ſacerdos patriarchæ, iuſſit ille, vt gratias omnipotenti Deo agerent, non ſibi, & vt nunquam donec viueret manifeſtarent.*

Prophetiæ dono claruit B. Laurentius. a Cap. 8. Translatus diuinitus vt ſacramenti porrigeret.

Poſtremo addimus Pontificem hoc anno ineunte ſacro roſæ aureæ munere ornaſſe b Ludouicum ducem Genuenſium, concepta ſpe illum Romanæ eccleſiæ futurum præſidio, eamque ſingulari obſeruantia proſecuturum.

Dux Genuæ roſæ aureæ munere ornatur. b Lib. 6 pag. 719.

Dilecto filio nobili viro Ludouico de Campofregoſo Ianuenſium duci ſalutem, &c.

Conſueuerunt Romani Pontifices prædeceſſores noſtri quadrageſimæ tempore illo die, quo cantatur: *Lætare Ieruſalem*; alicui aſtanti principi, cuius merita erga Pontifices & Romanam eccleſiam reluceant, Roſam auream elargiri, vt & gratitudo Pontificis oſtendatur erga benemeritos, et alij excitentur ad enitendum ſuis operibus, vt eo munere digni eſſe merito videantur. Contigit autem ſæpius vt mittatur abſentibus, quorum, aut merita id requirunt, aut ſpes ſit, eos bene gerentium fidelium virtutem et laudem imitaturos. Itaque conſiderantes tuam ſingularem in nos & Romanam eccleſiam fidem & deuotionem; ac tenentes a certo quod in ſingulis tibi poſſibilibus, te pugilem pro noſtro & ipſius Eccleſiæ ſtatu & defenſione præſtabis; magnificentiam tuam elegimus ex multis, cui roſam præteritæ quadrageſimæ mitteremus, deſtinantes illam tibi per dilectum filium nobilem virum Antonium de Iuanis ciuem Ianuenſem, vt penes te ſerues cum debito honore tanquam pignus noſtræ in te charitatis, & tuæ erga nos deuotionis. Suſcipias igitur munus tibi impenſum, quod, licet pretio haud maximi ponderandum ſit, dignitate tamen, & æſtimatione multo pretioſiore antecellit. *Dat. Romæ, &c.* MCCCCLIX. *kal. ianuarij anno* III. Non diu rempublicam adminiſtrauit Ludouicus c e Campofregoſo, cum enim populari gratia ſe deſtitutum cerneret, vix completo anno ea ſe abdicauit dignitate, quæ delata eſt Thomæ e Campofregoſo, ſed is ob graue ſenium eam reſpuit, ſuaſitque vt Petrus ſimiliter e Campofregoſo populo gratiſſimus ad principatum ſubueheretur.

Occaſio ſum literis nunc... *c Fogliet. lib. 10. & Bizar. lib. 12.*

Veneti plo... B. Laurentij vitæ.

In

Digitized by Google

20. In Gallijs hoc anno ad Formignium in Normannia cruentum prælium inter Anglos & Francos decima octaua aprilis die commiſſum ª eſt, in quo Anglorum quatuor ferme millia cæſa fuere, ac deinde reliquæ vrbes, quas obtinebant Abrincæ, Baiocenſes, Cadomum, Falleſia, Danfrontum, denique Chereburgi arx omnium vltima in Gallorum imperium qua vi qua pactione conceſſerunt. Ita vniuerſa Normannia pulſi Angli vnius circiter anni ſpatio ᵇ, quos induciarum tempore ſimulato cultu ac deformato ore paſſim latrocinia agitaſſe Monſtreletus ait ᶜ. Pacata Normannia verſi in Aquitaniam impetus, ſubactoque Bergerato & alijs nonnullis vrbibus, ad Burdegalam penetratum ᵈ, ac tumultuario certamine Angli profligati ᵉ: vt vero etiam vniuerſa Aquitania Francus potitus ſit, proximo anno dicetur. Hoc anno Ludouicum Alamandum archiepiſcopum Arelatenſem tit. S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem, qui ab Eugenio IV. cardinalatu exutus fuerat, quod ſchiſmatis Baſileenſis auctor maximus extitiſſet, deinde a Nicolao V. priſtinis honoribus reſtitutus, e vita ceſſiſſe tradunt ᵉ, atque miraculis poſt mortem coruſcaſſe affirmant ᶠ, vt antea retulimus ᵍ, de quibus etiam poſt plures annos a Franciſco e Claramonte Cardinale epiſcopo Tuſculano ac legato Auenionenſi ad Clementem VII. relatum eſſe aiunt, qui eius oſſa in locum honorificentiorem transferri atque in ſacellis eccleſiæ Arelatenſis veluti beatum coli permiſit exarato diplomate ʰ pontificio IX. aprilis die anni MDXXVII. pontificatus anno IV. ſub annulo piſcatoris conſignato. Itaque adoranda eſt diuina miſericordia, quæ exiguo temporis flexu Ludouicum ipſum nefandi & perniciosiſſimi ſchiſmatis auctorem, propagatorem hæreſeos, qui ex erronea conſcientia innumera mala in Dei Eccleſiam inuexerat, ac tot annorum curſu in pertinacia obfirmatus profanarat ſacramenta, pœnitentem ac reuerſum in gremium Eccleſiæ, ad ſanctitatis culmen breui euexerit: Æneas ⁱ enim Syluius de eo honorificentiſſimis hiſce verbis meminit: *In Arelate ad ſepulchrum Ludouici Cardinalis S. Cæciliæ eius vrbis epiſcopi, quem Baſileæ in conſeſſu patrum præſidentem vidimus, magna miraculorum opinio orta eſt, & inualidorum frequens vndique concurſus ſpe ſanitatis factus.* Non diſpari obitu; relictaque ſanctitatis opinione e viuis exceſſit Amedeus Cardinalis Sabinenſis, (quem honorem non ab impoſtorum Lauſanenſium cœtu, ſed a Nicolao V. vere acceperat ˡ, cum erroris veniam poſtulaſſet) hoc anno ianuarij menſe, & pontificatus Nicolai anno IV. Chriſti MCCCCL. datum oſtendit, vt Monoetus probat ᵐ, ſi in eos numeros error non irrepſerit. Verum Pingonius ⁿ ad ſequentem annum eius mortem refert, immo Vvanderburchius ad annum quinquageſimum ſecundum excurrentis ſæculi.

Poſt abiectos igitur antipapales apices multa pietatis ſingularis ſigna explicuit: quippe qui ſæpe repetebat ᵒ, nunquam ſe maioribus beneficijs a Deo cumulatum, quam cum ab ipſo depreſſus fuerat, intellectum humanum opibus atque honoribus veluti nebulis obſcurari, ne Deum cognoſcat, qui ſi cognoſcatur, eum neceſſario amari, vtque arbor, quo profundiores radices defixerit, eo altiores ramos verſus cœlum porrigit, ita ad maiores quemque virtutes aſſurgere, quo pia & Chriſtiana demiſſione magis excelluerit. De eo hæc refert Ioannes Gobelinus ᵖ: *Nicolao reconciliatus, quem verum eſſe Pontificem profeſſus eſt, cardinalatum ab eo accepit, & legationem quoad viueret Cardinalis Sabinenſis appellatus, atque ita demum moriens apud Ripaliam ſepultus eſt, Felix & ſapiens habitus, niſi pontificatum affectaſſe in ſenio fama fuiſſet.* Immo apertum & perſpicuum fuit, vt ſupra allata demonſtrant.

Eo defuncto Bolomerius ſcribarum princeps conſiliorum maleſanorum inuadendæ Baſileenſium opera pontificiæ dignitatis auctor, qui etiā obniſus admodum fuerat, ne inſignia pontificia poneret, quaſi infamiæ maculam grauiſſimā ſuſcepturus eſſet, ac propterea odia Ludouici filij Amedei in ſe incenderat, digna impietatis præmia tuliſſe traditur, addit enim de eo Gobelinus: *Bolomerius, qui vnus erat ex conſultoribus arripiendi pontificatus in illicitum ratus, tanquam falſæ cuiuſdam ſententiæ fuiſſet auctor, ad necem damnatus eſt, & ingenti lapide ad collum ſuſpenſo in lacum præcipitatus.* Proditum fuiſſe ſuis opibus, quas in ſchiſmate ex diuendicatis ſacerdotijs coegerat, refert ª Sabaudica hiſtoria, ad eas enim cumulandas vir ardens auaritia omnia mala ſuaſerat.

Margin notes: Pulſi vniuerſa Normannia Angli. — ª Monſtr. vol. 3. hoc an. pag. 26. & c. Guguin. in Car. VII. — ᵇ Id. Monſt. pag. 32. — ᶜ Ibid. pag. 10. — ᵈ Pag. 10. — ᵉ Ead. pag. &c. Mulſtael Aquitaniæ parte. — ᵉ Contel. in quarta creat. Card. ſa ſta a Mart. V. — ᶠ ſemcyl. de Europ. c. 42. in fin. hiſt. Saband. ex Guil. Paradin. l. 3. c. 32. & alij. — ᵍ An. Chr. 1426. n. 26. — ʰ Extat apud Luc. Salde. & ex eo apud Ciaccon. in ſecūda creat. Card. Mart. V. Donatus veniæ Ame atē ſi exaudio tatus. — ˡ Iarnoz. Manc. l. 2 in vit. Nic. V. — ⁱ Aen. Sylu hiſt. Eur. cap 42. — ᵖ Gobel. in comm. Pij II. l. 7. — ᵐ Monet. in Amed. Pacifico. — ⁿ Ping. in arbor. gen Saband. princip. — ᵒ Saband. hiſt. ex Guillel. Parad. l. 3. c. 41. — Triſtis exitus impij politici. — ª Hiſt. Saband. ex Guill. Parad. l. 3. c. 42.

IESV CHRISTI
Annus 1451.

NICOLAI PP. V. annus 5. FRIDERICI III. ROM. REGIS 12. CONSTANTINI X. IMP. OR. 2.

1 INcrebuit fama in occidente principio anni excurrētis ſæculi quinquageſimo primo indictione quartadecima, liberatum ſæuiſſimo hoſte Chriſtianum imperium, extincto Amurate Turcarum Imperatore ob bellicam peritiam adeo formidato, conceptaque eſt a pluribus meliorum rerum inanis & fallax ſpes, vt obſeruat Marinus Barletius ᵇ: *Non*, inquit, *expectatior tum, non lætior nuntius Chriſtianis omnibus eſſe potuit, reſpirauit Hungaria, recepit Græcia ſpiritum, ac laxata velut ſibi credidit vincula, omnium animi inani illa ſpe ſunt erecti, dum eam Regum mutationem fortunæ quoque ſuæ ſtatum expectant innouaturam. Heu fallaces cogitationes, & miſeriora miſerorum refugia! Sublatum vidimus Amuratem, deſiitne ideo cruentior heres?* Et quidem Græcos leuatos Amuratis metu, in ſchiſmatis pertinacia magis obduruiſſe, & patriarcham ſuum cum Romana eccleſia ſentientem abieciſſe, necnon Imperatorem Conſtantinum Dragaſem pro aſſerenda patriarchæ dignitate, vt illius imperijs parerent omnes Græci, ſegniorem extitiſſe, ac inanibus verbis non operibus coniunctionem cum Romana eccleſia confirmaſſe, conſtat. Sed non defuit extincto Amurate diuinæ iuſtitiæ nouus carnifex, a quo flectente triennio excindendam Conſtantinopolim & Græcorum gentem in miſeram ſeruitutem adducendam Nicolaus Pontifex hiſce literis ad Conſtantinum datis ᶜ prænuntiauit: cuius verba tot oracula fuiſſe afflatu Spiritus ſancti fuſa interpretatus eſt Gennadius patriarcha Conſtantinopolitanus, vt videbimus inferius.

Nicolaus epiſcopus, &c. chariſſimo in Chriſto filio Conſtantino Romæorum Imperatori illuſtri ſalutem.

Oratorem tuum nobilem virum Andronicum Brienium Leonardum quem ad nos ſerenitas tua miſit gratiſſime recepimus, & lectis literis tuis ipſum gratius audiuimus, nam gratiſſime & prudentiſſime omnia ſibi a tua ſerenitate commiſſa ſerioſius explicauit. Intelleximus tum ex verbis ſuis, tum ex literis, quas animi tui teſtes ac deſiderij miſit ad promulgandum decretum vnionis in vniuerſali ſyno-

Margin notes: Fama ſparſa de Amurate in occidente increbeſcit. — ᵇ Marin. Barl. l. 6. — ᶜ Extat inter opuſ aurea theol. edita Romæ an. 1630. pag. 687. — Conſtant. ad Imp. ſignificatio ad Nic. miſſa.

ſynodo Florentina promulgatum. Intelleximus præterea quibus impediaris, ne hoc tuum deſiderium compleretur. Cogitauimus, & cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus ſæpe conſultauimus, verum impedimenta illa tantæ ratardationis veriſimilia eſſe viderentur, & niſi nouitas exaltationis tuæ ad imperium motam illam veriſimilem effeciſſet, credidiſſemus tam per oratorem tuum quam per literas magis verbis, quam rebus ſatisfactum iri. Accipe igitur, chariſſime fili, quæ dicturi ſumus tanquam ab amantiſſimo animo, quem vere & libere te alloquentem deputa.

Queritur Nicol. magis verbis quam rebus coniunctionem fieri.

Nam nos minime verſamur in dubio, Ioannem Palæologum tibi in imperio prædeceſſorem fratrem & germanum tuum, ſi voluiſſet pro data ſibi a Deo prudentia hanc rem ad felicem conſummationem perducere potuiſſe: veruntamen cum ille nimis cogitat hanc rem temporali ſtatui ſuo coaptare, de medio ſubtractus eſt. Voluit diuina prouidentia te ſucceſſorem ſuum ſibi in imperio ſubrogare: ſerenitati nunc tuæ prouidendum eſt ne rem diutius protrahendo efficiaris conſors reatus & pœnę. Neſcimus ſi religioſe de Chriſtiana religione cogitamus, in regno cœlorum locum dari poſſe ijs, qui ab Chriſtiana vnitate diſſentiunt, nam de facto primario quoddam exordium Chriſtianæ religionis eſt ſymbolum profiteri, in quo vnam ſanctam & catholicam confitemur Eccleſiam quæ profecto vna eſſe non poterit, niſi vnius capiti omnia eius membra reſpondeant, quo dirigente & vicem illius æterni Pontificis obtinente, qui regnat in cœlis, neceſſe eſt illius myſtici corporis membra ad ſua miniſteria moueantur, vt ſi recte cogitare velimus, quod duos principatus ſimiliforma viuentes, tamen proprijs Regibus etiam Imperatoribus ſeruientes vnum non eſſe permittetur imperium; intelleximus enim diuerſi ſtatus imperij inde prodire rationem, quod diuina capita ſibi non ſubordinata, ſed quaſi de poteſtate contendentia vnum eſſe non patiuntur imperium. Ex quo facillime datur intelligi vnam non poſſe Eccleſiam confici ex ijs, qui vni capiti ſubeſſe recuſant: nec aliquid eſt, quod ita euidenter vel politice vel imperij arguat vnitatem, quam vnitas principatus: nec vnica forma vel finis vnionis diuerſis principatibus poſſunt eſſe communia vnionis autem motor efficiens vel ductor ſupremus ex neceſſitate vnum arguit principatum, ergo omnis qui vnam confitetur Eccleſiam, quæ in toto orbe diffuſa eſt, oportet vt vnum agnoſcat caput totius militantis Eccleſiæ cui parere & obedire teneatur, illum recognoſcens etiam pontificis Ieſu Chriſti domini noſtri vicem tenere in terris & cui parere neceſſe ſit. Ergo qui vult vere ſymbolum & vnam ſanctam Eccleſiam catholicam profiteri, teneat vnum eſſe caput Eccleſiæ militantis, cui obedire neceſſe ſit: nec vnquam in Dei Eccleſia ſchiſmata ſurrexerunt, niſi ex his qui huic capiti ſubeſſe noluerunt. Extra Eccleſiam non eſt ſalus: qui non fuit in arca Noe diluuio interijt, & grauius punita ſunt ſchiſmata, quam aliæ quæcumque peccata, nam in Core, Dathan, & Abiron qui ſchiſma in Dei populo moliti ſunt, grauius & ſeuerius legimus vindicatum, quam cum ijs, qui idololatriam commiſerunt.

Io. Palæologum rem extraxiſſe.

Si ſint plura capita non poteſt eregi vna Eccleſia.

Si vna eſt eccleſia ex ſymbol. ergo & vnum caput miniſteriale.

2 Nunc ergo, sereniſſime princeps, intuere ſtatum præſentium temporum, & animaduerte diligenter quo pacto fieri potuit, vt diuina prouidentia tantam nationem ſub vno Imperatore tam effuſum habente imperium, quæ olim abundauit innumerabilibus ſanctiſſimis & doctiſſimis viris, in præſentiarum ad id miſeriæ deuenire permiſerit, vt ſit miſerrima omnium gentium, quod profecto tam euidens eſt, quod negari non poſſit. Intelligemus profecto magnum eſſe hoc ſacrilegij genus quod diuinam clementiam in tantam iram indignationemque concitarit. Et quia vehementer angimur Græciam omnem eo perueniſſe, vt fere totam inimicis crucis Chriſti parere neceſſe ſit, credimus ea, quæ dicimus, ita ſerenitati tuæ eſſe nota, vt notiora fieri non poſſint, magnum eſt hoc & valde magnum demeritum, quod diuino iudicio tantæ nationi, tam præclaræ, tam glorioſæ, tam diuturna tamq; grauis captiuitas iniecta ſit.

Propoſ. tui miſer. imperij orient. ſtat. ..

Ergo aliquando cogitandum eſt, quænam potuerit eſſe cauſa digna horum malorum, propter duo enim maxima peccata gens Hebræa, quæ erat populus a Deo electus ſibique peculiaris, graui captiuitate punita eſt. Primo propter idololatriam a Regibus Aſſyriorum decem tribus in Mediam tranſlatæ ſunt, deinde Regem Iuda cum duabus reſiduis tribubus Reges Chaldæorum in Babylonem deduxere, quæ vſque ad ſeptuaginta annos in captiuitate manſerunt. Secundo propter ſacrilegium, quod in Dei Filium incarnatum commiſerunt, cum a principibus Romanis Veſpaſiano & Tito Ieroſolyma ſubuerſa eſt, & omnis regio Iudæa in Romanorum ditionem tranſlata eſt, ita vt nationi illi vniuerſi orbis vſque in hunc diem exilium concedatur. Credimus Græcos, poſtquam fidem catholicam ſuſcepere, nec ad idololatriam declinaſſe, nec in Dei Filium ea piacula commiſiſſe, quibus in Turcarum captiuitatem diuina vltione peruenerint. Ergo ſubeſt aliud ſacrilegij genus, quod diuina iuſtitia impunitum eſſe non ſinit, diligenter inquirentibus, quantum cordis humani valeat infirmitas intueri, licet intelligere, hanc captiuitatem non aliunde profectam, quam ex reatu ſchiſmatis, quod auctore Photio tempore Nicolai primi ſumpſit exordium, & eo vſque inueteratum eſt, vt vſque ad tempora iſta peruenerit. Dolenter & anxie iſta proferimus, & vellemus æterno damnare ſilentio, verum ſi operam medicantis expectas, oportet vt vulnus tuum detegas.

Sollicitatur Imp. vt cau. ſam cogitet

Non aliud eſſe poteſt quam ſchiſma ortum ſub Nic. I.

Ecce iam fere quingenti anni tranſiere, ex quo ſatan princeps & actor omnium peccatorum, & maxime ſchiſmatis & diuiſionis inductor, ab obedientia Romani Pontificis, qui Petri ſucceſſor eſt & Ieſu Chriſti domini noſtri vicarius, Conſtantinopolitanam ſeduxit eccleſiam. Infiniti tractatus interuenere, plurima ſunt celebrata concilia, innumerabiles legati in hanc rem deſtinati, vt tam atrox vulnus in Dei Eccleſia ſanaretur. Nouiſſime autem, Deo ita prouidente, in Ferrarienſi & Florentino concilio Ioannes Palæologus Romæorum Imperator cum magna procerum & nobilium comitiua, & Ioſephus Conſtantinopolitanus patriarcha cum multa metropolitanorum, epiſcoporum, abbatum, cæterorumque prælatorum numeroſitate conuenientes vna cum Eugenio Papa IV. prædeceſſore noſtro & venerabilibus S. R. E. Cardinalibus & prælatorum occidentalis eccleſiæ numeroſiſſimo comitatu, ad extirpandum inueteratum ſchiſma omnem operam atque diligentiam tribuere, & eandem, Deo inſpirante, eſt peruentum, vt difficultatibus e medio ſublatis decretum huiuſmodi vnionis concorditer publicaretur.

Facta ſunt iſta teſte toto orbe terrarum & de-

Digitized by Google

cretum vnionis huiuſmodi & Græcis & Latinis literis editum cum ſcriptione manuali eorum, qui interfuere, terrarum vbique exemplarium, teſtis eſt Hiſpania quatuor Chriſtianis regnis ornata Caſtella, Aragonia, Portugallia, Nauarra, teſtis eſt Britannia maior Anglicorum Regis ſubiecta ditioni, teſtis Hibernia & Scotia inſulæ maximæ extra continentem poſitæ, teſtis Germania numeroſiſſimis populis culta, & longiſſimo terrarum tractu diſtenta, teſtis Danorum regio, teſtis Noruegia, teſtis Suetia extremi populi ad Aquilonem poſiti, teſtis Poloniæ inclytum regnum, teſtis Hungaria & Pannonia, teſtis omnis Gallia ab occiduo mari ad mediterraneum vſque diſtenta, interque Germanos Hiſpanoſque collocata, hac in re Germanis Hiſpaniſque concordat. Hic omnis orbis habet decreti huiuſmodi exemplaria, quibus inſtanter ſchiſma illud inueteratum de medio ſublatum eſt teſte Ioanne Palæologo Romæorum Imperatore, teſte Ioſeph patriarcha Conſtantinopolitano, cæteriſque, qui de Græcia in Florentina ſynodo conuenere, quorum ſubſcriptiones per omnia adnotatæ ſunt. Omittimus commemorare omnem Italiam, quæ nulli prouinciarum ſecunda eſt, & huius decreti exemplaria per vrbes & ecce iam tot anni tranſiere, ex quo iſta facta ſunt, & tamen apud Græcos vnionis huiuſmodi decretum ſilentio tegitur, nec vlla ſpes elucet animorum, qui ad hanc vnionem amplectendam diſpoſiti eſſe videantur, dantur quotidie dilationes, & eædem excuſationes penitus induuntur, ne credant Græci Romanum Pontificem & omnem occidentalem eccleſiam (ita enim intelligimus) lumine eſſe priuatos, quod non intelligant, quod in hac dilatione reſponſionum ſuarum verba percendant. Intelligunt, ſed tolerant, intuentes dominum Ieſum Chriſtum æternum pontificem, qui ficulneam infructuoſam arborem vſque in tertium annum ſeruari iuſſit, cum cultor illius propter ſterilitatem cuperet amputari.

Teſtis vniuerſus orbis ſancitæ fœderis ſanctæ ſalluci.

Decretum vnionis nõ promulgatum in Græcia.

Prædictum ſacræ ſententiæ excidium Conſtantinopolis.

Ergo ſerenitati tuæ hoc volumus eſſe reſponſum, nos etiam diſſimulaturos quouſque his literis a te intelligemus eſſe reſponſum, & ſi ſaniore vſus conſilio cum proceribus tuis & populo Conſtantinopolitano decretum vnionis amplexaberis, habebis nos & venerabiles fratres noſtros S. R. E. Cardinales cum vniuerſa occidentali eccleſia honori tuo & ſtatui ſemper intentos: ſin autem vnionis decretũ cum populo ſuſcipere recuſaueris, compelles nos ad ea prouidenda, quibus & ſaluti veſtræ & honori noſtro pariter conſulatur. Et vt huic rei tale exordium dones, quod certa ſecutura credamus, volumus vt patriarcham Conſtantinopolitanum ad ſedem ſuam reuoces, faciaſque ſibi ab omnibus talem & tantam reuerentiam & obedientiam exhiberi, quæ merito ſuæ pontificali auctoritati debet impendi, ita vt non abiectus ſacerdos, ſed verus eccleſiæ Conſtantinopolitanæ patriarcha teneatur, nec in ſpiritualibus ſine eius conſenſu & auctoritate quiſquam, quacumque præfulgeat dignitate, quidquam attentare præſumat: ipſe clericos & ordinet, aut ordinari faciat: ipſe omnia miniſterij pontificalis officia in ciuitate & diœceſi ſibi vendicet, nulluſque ordinationibus, quas iuxta canonicas ſanctiones ſemper prodiſſe confidimus, contraire præſumat, nomen Romani Pontificis recitetur in diptychis, & pro ipſo nominatim expreſſe ab vniuerſa Græcorum oretur eccleſia, ſicut hi, qui Deo placuere & Conſtantinopolitani patriarchæ & Imperatores hactenus ſtatuauere; ſi qui vero ſunt, qui in decreto vnionis nonnulla poſita minus intelligant, procures illos ad nos proficiſci: ſatisfaciemus, Deo concedente, eorum dubitationibus, honorabuntur a nobis, & gaudebunt ſe apud nos non fuiſſe deſpectos. Hæc ſunt, chariſſime fili, quæ in præſentiarum & literis tuis & oratori ad nos tranſmiſſo reſpondere poſſe cenſemus. Tu pro data tibi ſapientia ita rebus conſulere contende, vt Deo ſimul & hominibus officium ſapientiſſimi principis adimplere videaris. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLI. V. *id. octobris pontificatus noſtri anno* V.

Promiſſa ſi ſchiſma abolcas Imp.

Iuſſus Imp. patriarcha ſuæ dignitati aſſerere.

In ſacris dyptichis nomen Romani Pont. reponere.

3 Infitiaſſe Græcos Papam Romanum eſſe peccatorem, neque illi in ijs, quæ ad fidem ſpectant, velle inhærere, deplorat Gennadius patriarcha Conſtantinopolitanus a; tum addit de ſuperioribus Nicolai literis, vt contentum ijs vaticinium ob Græcorum pertinaciam completum fuerit: *Nos, inquiunt, ſcimus eum hominem eſſe, & peccato & probris poſſe demergi, propterea in ijs, quæ ad fidem pertinent nolumus ei inhærere. Sed a nobis iam antea dictum eſt, hoc nihil eſſe; quoniam neceſſe eſt nos aliquem ſequi paſtorem. ille namque vt homo peccat quotidie, ſi enim vna tantum hora eſſet vita noſtra, nec ita ſine ſordibus eſſe poſſemus, ſed de proprijs peccatis vnuſquiſque pro ſeſe rationem redditurus eſt, vt ſæpe iam diximus, ſatis eſt nobis ſi bene paſcamur ſecundum magnum theologiæ doctorem Gregorium. At ſeditionis & contentionis ſtudioſus inquit, peccatorem caput eſſe non probo. Ad quos reſpondendum quod bene cogitata veſtra percipimus, quæ poſtea inferius retegemus, & ſi vos ob ignauiam obumbrare conamini. Nunc autem ijs reſpondebimus, quæ palam dicitis, quoniam ex animi vitio hoc dicitis, non enim vobis cognitum eſt eum eſſe peccatorem, neque vobis eius vitæ ratio ſatis eſt comperta, ſed impudenter calumniamini & conuiciamini illi, qui Petri ſucceſſor eſt, & Ieſu Chriſti figuram in terris gerit, nam qui eum peccatorem appellant, ijs quæ Iudæi afferebant ſimilia afferunt, quoniam illi a natiuitate cæcum cernentes videre, inuidia tacti eum interrogant dicentes* b*: Quis aperuit oculos tuos? Reſpondit homo, qui vocatur Chriſtus, is mihi dixit: Lauare in Siloam, & Lotus recepi lucem. At illi ita acceſſi dicunt: Da gloriam Deo, quia hic homo peccator eſt. Quibus ille, qui nuper cæcus fuerat, reſpondit: Si peccator eſt, neſcio, vnum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo video. In hoc enim mirabile eſt, quod peccator cum eſſet aperuit oculos meos, qui cæcus eram: a ſæculo non eſt auditum, quia quis oculos aperuerit cæci nati: niſi eſſet hic a Deo, non poterat facere quidquam.*

Confutata a Gennadio Græcorum calumnia.

a Gennad. pro conc. Floren. c. 5. ſect. 14.

b Io. 9.

Poſſumus igitur hæc ad ſucceſſorem Dei traducere, qui eſt ſanctus Papa, ſi peccator eſt, quomodo maledixit vobis, & Græcos excommunicauit Nicolaus I. temporibus Photij & excommunicationi illi non defuit Iota vnum, ſed facti ſunt captiui, vt is in excommunicatione dixit in omnes gentes tanquam Iudæi, ſcriptum eſt enim. Peccatores non audit Deus: ſi peccator eſt, quomodo fuit exauditus? At hic quidem ſic. Innocentius ante hunc Eudoxiam ob Chryſoſtomi exilium excommunicauit, & intremuit eius ſepulchrum, donec reuocato eo excommunicationem remiſit, & ſtatim conſtitit illius tremor ſepulchri. Sed quid euenit noſtra memoria nunc ſub Nicolao V. Pontifice maximo? Cum legati a Conſtantino Imperatore, qui vocabatur Dragaſes, ad eum miſſi adhuc ſuperſint, quibus literas dedit plenas timoris & horroris, vbi aperte cum execratione prophetizat excidium & internecionem extremam infelicium Græcorum, in quibus poſt alia multa, cum conuicia, & probra retuliſſet, quæ a Græcis quotidie impudentiſſime iactabantur, more & hoc dicit: Omnes gen-

Digitized by Google

gentes decretum, quod ſancitum eſt, receperunt, Græci vero neque receperunt, neque ſpes eſt eos vnquam eſſe recepturos quæ ſuper concordia & vnione decreta ſunt, procraſtinationes enim procraſtinationibus ab eis ſemper prætexuntur excuſationes & reſponſiones in ſingulis.

Neque vero Græci arbitrentur Romanum Pontificem ita eſſe mente deſtitutum, omnemque occidentalem eccleſiam, vt non intelligat quæ in ſingulis dilationibus reſpondendo nugantur, optime cuncta nouimus, ſed toleramus in Ieſum reſpicientes ſempiternum ſacerdotem, & dominum, qui ſterilem illam ficum vſque ad annum tertium iuſſit aſſeruari, agricola iam ad excindendam arborem ſe accingente, quia nullum ferebat fructum. O magnam calamitatem! Anno MCCCCLI. *hanc conſcripſit epiſtolam, &* MCCCCLIII. *capta eſt Conſtantinopolis. Num poteſtis dicere hæc vera non eſſe? Minime gentium, cum id ſit manifeſtum, & res ipſa loquatur: Tres, inquit, annos expectabimus ſi vos forte a ſchiſmate & ſeparatione conuerteritis, & vos vere decreto adiunxeritis ſecundum Saluatoris de ficu præceptum. Si vero non, excindemini, ne terram otioſam & inutilem reddatis. Hoc miraculorum miraculum maximum, quod (vt in epiſtola ipſa ſcribit Nicolaus Papa) Græcorum gens illa magna & formidabilis, ſapiens & clara, fortis, terrarum domina ob atrocem vltionem ita in barbarorum ſeruitutem abducta ſit. Hæc enarranti mihi ſubit lamentari & deplorare excidium gentis noſtræ, quamquam vos non intuemini.*

Pondererā a Gennadio Nicolai vaticinium.

Præuiſa etiam fuerat a Beſſarione [a] Niceno archiepiſcopo eadem clades in Florentino cōcilio, ni ſentirent cum Latinis vniuerſam Græcorum gentem exciſum iri, nec pro tuendo errore tantas calamitates adeundas videri, cuius verba hortatoria ad Græcos hic repetenda viſa ſunt: *Non,* inquit, *fugiant vos quæ de neceſſaria doctorum concordia dicta ſunt, nec aliter nos dicere poſſe, dum Chriſtiani eſſe, & principia fidei ſaluare velimus, quodque patres occidentales apertiſſime ex Patre & Filio Spiritum ſanctum procedere aſſeuerant, & Filium eſſe eius principium prout Pater. Orientales quoque hoc idem dicere partim ex Patre per Filium, partim ex Patre & Filio & ex vtroque procedere, & ex Filio eſſe ipſum dicentes, cumque hæc dicant, occidentalibus conuenire, & eadem non ſolum ſententia, verum etiam verbis dicere tanquam vno & eodem Spiritu eos illuminante locuti.* Nonnulliſque interiectis de inanibus querelis Græcorum omnia ſcripta corrupta eſſe, quæ etiam fidei fundamenta euerterunt, ſubdit: *Non eligamus quæ peiora ſunt, nec contra nos ipſos ſententiam feramus, nolimus nec nos ipſos nec nationem noſtram prodere, primo quidem auertentes a veritate, & oculos, ne videant lumen, claudentes, deinde ipſimet propria ſponte contra nos ipſos omne genus malorum accumulantes, & multipliciter totam noſtram nationem offendentes.*

a Beſſar. in ora. dogm habita Florent. c. 9.

Animo prouidit Beſſario clades extremas, ni ſchiſma abolerent.

Quis enim ignorat quæ etiam temporalia ex hac diuiſione nos ſecutura ſunt, quæ infortunia? quodque communem hoſtem & inimicum nobis Turcarum principem robuſtiorem contra nos ipſos efficiemus? in periculoque ſunt vt omnino fere pereant, quicumque ritum noſtrum ſequuntur Chriſtiani, nomenque Chriſti illic totaliter deleatur. Et enumeraſſem, & deploraſſem omnes particulariter, quæ futura ſunt nationi noſtræ calamitates, quæ cunctis noſtris hominibus, qui in inſulis, qui vbique terrarum, qui orientem, qui ſeptentrionem, qui occidentem inhabitant, nobiſcumque in ritu conueniunt, non dico ſolum quæ ad corporalia, reſque temporales attinent (non enim tanti eſſent æſtimandæ) verum etiam quæ ad animam & integritatem fidei pertinent, cum omnes ſimpliciter aut maior eorum pars, partim ſponte, partim vi periclitentur aberrare a fide, relinquere Deum, & erroribus infidelium conſentire. Narraſſem hæc inquam omnia, niſi vos alloquerer, qui omnia melius me noſtis.

Quis enim neſcit, quod ſolum nobis relictum refugium erat Latinorum amicitia, & vnio cum eis futura, hac re ſperantibus & nos ipſos, tueri poſſe, & hoſtes deuincere, quodque hoc ſolum hoſtem deterrebat & eius contra nos furorem reſtringebat? quare, ſi nunc priuabimur, quo fugiemus? quinam noſtræ calamitatis finis erit? quis malorum exitus? & ſi errare quidem Latinos & a veritate auertere deprehendiſſemus, nec ipſe profecto vobis conſuluiſſem, eis ita ſe habentibus, vniri temporalium amiſſione deterritos nec maioris præſentia quam futura, corporum quam animarum liberationem facere hortatus fuiſſem, immo vero & ipſe omnia quæcumque acerba potius ſuſtinuiſſem, & vobis vt paſſi fuiſſetis, conſuluiſſem quam cum eis vniri non recte ſapientibus. Nunc vero timendum eſt, & quidem vehementer, ne corporis quoque exitium vna cum animi interitu etiam eligamus, Si quidem quæ vera, quæ pia ſunt, & nil erroneum Latinis ſapientibus quemadmodum patres eorum & noſtri, occidentalibus videlicet doctoribus ac orientalibus communibus patribus eadem & conſentanea dicentibus, nos proprio noſtro malo abſque vlla ratione ab eis diuidi vellemus, quod enim ipſi occidentales patres ſecuntur, vos quoque dicetis, quod autem illi eadem cum orientalibus ſapiant, hac in oratione breuiter & ſufficienter probatum eſt, ita vt omnibus manifeſtum ſit Latinos omnes tum occidentales tum orientales patres ſequi, qui communes vtriuſque doctores & patres ſunt.

Orientales patres Latinis dogmate olim conuenere.

Qua igitur ratione a talibus viris diſſidebimus? Quam excuſationem afferre poterimus, cur eis conuenire nolimus? Quæ nobis relinquetur apud Deum reſponſio quare a fratribus diuiſi fuerimus, quos vt vniret, & ad vnum ouile redigeret ipſe deſcendit de cœlis, incarnatus, & crucifixus eſt? Quæ noſtra defenſio erit apud poſteros noſtros? immo vero apud præſentes homines noſtros? neſcio enim an aliqua noſtra poſteritas erit, quæ de tam magna tam graui calamitate tot periculis, quæ eis inferimus, non queri poſſit: non patiamur hæc, patres optimi, non habeamus hanc ſententiam, non ita male nobis conſulamus, & noſtris nolimus lupi pro paſtoribus illis fieri, qui ad nos reſpiciunt, non eos prodamus hoſtibus in animarum & corporum ſimul interitum. Ego enim (& ſint mihi hæc verba in perpetuum teſtimonium toti nationi, cunctiſque Chriſtianis) nunquam huius ſententiæ ero, nec vnquam prodam corpora, animas, fidem, ciuitates, patriam ſepulchra, libertatem, & omnia ſimul, quæ omnia mutenio ſecutura ſchiſma, & noſtram a Latinis abſque aliqua ratione diuiſionem, quæ nam digna cauſa eſt, ob quam tot & tam horrenda eligamus pericula? Hactenus Beſſario.

Vera & pia ad Græcos cohortatio.

4 Hoc anno Mahometus Turcarum princeps bello petiturus Ioannem Cypri Regem ingentes copias cogebat, cum Pontifex ea de re certior factus occidentales principes ad ferendas Cypro ſuppetias excitare ſtuduit, ampliſſimiſque indulgentiarum præmiis afficiendos pronuntiauit [a], qui laboranti Cypro auxilio non deeſſent. Plures ſunt eo argumento apoſtolicæ literæ ad Romanorum, Hungariæ, Poloniæ, Sueciæ, Daniæ, Noruegiæ, Bohemiæ, Siciliæ, Angliæ, Scotiæ Reges datæ [b]. Monuit [c] etiam Regem Cyprium, vt cœpta Nicoſiæ mœnia perficeret, quo ijs cincta & munita facilius hoſtium impetus propulſaret. Tum eccleſiaſticas pœnas ijs irrogauit [d], qui arma vel commeatus, aliaſue merces vetitas in Ægyptum aut quaſuis infidelium terras inueherent.

Periclitanti Cypro ſubuenire nititur Pontifex.

a Lib. 12. pag. 169.
b Ib. pag. 167. 168. 169. 170.
c Ead. pag. 170.
d Lib. 13. pag. 302.

Ad futuram rei memoriam.

Inhibemus ſub excommunicationis, & anathematis, ac maledictionis æternæ, qua maledicti fueruut Dathan & Abiron, quos terra viuos abſorbuit, nec non perpetuæ infamiæ, & ad ſuccedendum in paternis, & maternis, alijſque bonis, nec non ad reſtandum de proprijs bonis, & ad quoſcumque alios actus legitimos exercendum, inhabilitationis, perditionis quoque ac confiſcationis nauis ſeu galeæ & victualium, ac quorumcumque aliorum inibi bonorum pœnis, quas (vltra alias ſententias, cenſuras, & pœnas a iure in tales promulgatas) incurrere volumus ipſo facto, ac omnibus, & ſingulis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, vel conditionis fuerint, ne etiam prætextu licentiarum ſibi per nos vel dictam ſedem, ſeu alias conceſſarum, quas reuocauimus, caſſauimus, & annullauimus, prætextu victualia, granum & alia a iure prohibita ad dictas Ægypti, ſeu quaſcunque alias infidelium partes transferre, ſeu transferri facere, aut portare per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte quoquomodo præſumant, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLI. *x. kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* v.

Vetitum eſt i fi elibus commercium

Admittebant maius flagitium in Hiſpanijs Ioannis Regis Caſtellæ perduelles, qui Saracenos Granatenſes in arma concitarant aduerſus Chriſtianos maximo religionis & damno & dedecore, plura enim oppida, vrbeſque, & municipia deleta a barbaris fuere, plurimique Chriſtiani ea occaſione ab illis in ſeruitutem abſtracti: quamobrem Pontifex archiepiſcopis & epiſcopis Caſtellæ & Legionis dedit [a] mandata, vt in eos, qui fidei hoſtes excirent, vel ſub illorum ſignis mererent, aduehentue in illorum caſtra commeatus, armaque vel equos adducerent, anathematis ſententiam promulgarent, alijſque pœnis ſacris legibus conſtitutis mulctarent.

Caſtellani perduelles Mauros citant infideles.

a Lib. 15. pag. 5.

Vniuerſis venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis, ac dilectis filijs electis, prælatis, ac cathedralium eccleſiarum canonicis, per Caſtellæ & Legionis regna conſtitutis ſalutem, &c.

Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ matris & magiſtræ cunctorum fidelium, cuius regimini diuina diſponente clementia præſidemus, felici ſtatui ſalubriter prouidetur, & vtilitati reipublicæ Chriſtianæ conſulitur, ſi quorumlibet, præſertim aduerſus eorum Reges & dominos etiam cum iniuria fidei Chriſtianæ, malignantium reprimatur audacia, debilitentur conatus, & malignitas expugnetur, ne, ſi forte non reſiſtatur eiſdem, creſcat eorum temeritas, inualeſcat præſumptio, & peruerſitas extollatur. Ad noſtrum ſiquidem, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ioanne Caſtellæ, & Legionis Rege illuſtri referente, peruenit auditum, quod in eius regnis ac dominijs nonnulli milites, & aliæ perſonæ tam eccleſiaſticæ, quam ſæculares, fidelitatis & obedientiæ laxatis habenis, omnium per eos præſtitorum iuramentorum, ſuorumque ſalutis & honoris immemores, plurima contra ipſius Regis ſtatum molientes, perfidos Saracenos Chriſtiani nominis inimicos, qui, proh dolor! quamplura oppida, terras, villas & loca deſtruxerunt, & ex illorum Chriſtianis vtriuſque ſexus incolis, & habitatoribus multos interfecerunt, ac plurimos in miſerabilem captiuitatem abduxerunt, in ſui fauorem, & auxilium aduocare, & intra regnorum ac dominiorum ipſius Regis limites introducere, nec non etiam contra ſanctiones & inhibitiones apoſtolicas, ipſis Saracenis regna & dominia præfata hoſtiliter inuadentibus auxilium, conſilium, & fauorem præſtare, ad eos quoque arma, ferrum, equos, victualia, & alias res a iure prohibitas deferre, ac ipſis miniſtrare præſumpſerunt, & dietim præſumunt, in eorum animarum periculum, dictæ fidei vilipendium, diuinæ maieſtatis offenſam, graue regnorum ac dominiorum prædictorum præiuditium, pernicioſum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum.

Conqueſtus de flagitio apud Pont. Ioannes Rex.

Nos igitur attendentes, quod præmiſſa, ſi vera ſunt, ſub diſſimulatione nullatenus prætereunda exiſtent, ne ipſorum impunitas in alios periculoſius deriuetur, ac volentes illa tali animaduerſione punire, quod alij ex hoc territi a ſimili præſumptione arceantur, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos & quilibet veſtrum, quoties pro parte dicti Regis deſuper fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrum fuerit requiſitus, omnes & ſingulos præſumptores prædictos, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, & in alias ſententias, cenſuras, & pœnas a iure in tales promulgatas, incidiſſe declarare, illoſque excommunicatos ac alijs ſententijs, cenſuris, & pœnis præfatis illaqueatos eſſe tamdiu dominicis, alijſque feſtiuis diebus, in eccleſijs dum inibi maior populi multitudo conuenerit ad diuina, nunciare, & ab alijs nunciari, nec non ab omnibus arctius euitari facere, auctoritate noſtra curetis, donec & quouſqua ſic innodati ſpiritum aſſumentes conſilij ſanioris a ſententijs, cenſuris, & pœnis prædictis a nobis, vel ſede Apoſtolica, ſeu illis ex vobis, quos ad id præfatus Rex nominandos, ſeu deputandos duxerit, abſolutionis beneficium meruerint obtinere. Contradictores, &c.

Cenſuris defixi criminis participes.

Nos enim, vt dicti præſumptores, ſi de præmiſſis dolentes, præfato Regi reconciliari voluerint, dictum abſolutionis beneficium facilius conſequi poſſint, illis ex vobis, quos ad id præfatus Rex duxerit nominandos ſeu deputandos, omnes & ſingulos, ex præſumptoribus ſupradictis qui ad obedientiam Regis huiuſmodi venerint, & de præmiſſis dolentes a præfatis ſententijs ſe abſolui humiliter petierint, & ad id dicti Regis expreſſus conſenſus acceſſerit, a ſententijs, cenſuris, & pœnis ſupradictis abſoluendi eiſque exceſſus huiuſmodi, inquantum publicum intereſſe concernunt, remittendi, & ad priſtinos ſtatum, famam, ac honorem reſtituendi & reponendi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſiue notam, præmiſſorum occaſione contractam, ab eis abolendi, & cum illis ex eis qui eccleſiaſticæ perſonæ fuerint ſuper irregularitate, ſi qua ſententijs, cenſuris, & pœnis præfatis, vel eatum aliqua ligati, miſſas & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrando, aut immiſcendo ſe illis, quomodolibet contraxerunt, diſpenſandi; nec non omnia alia & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna exequendi, & faciendi, plenam, & liberam auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, concedimus facultatem &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum* XII. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* v. Diſſoluta eſt eiuſmodi perduellium in Ioannem Regem coniuratio; ac Toletani inter alios regia imperia acceperunt [a], a cenſuriſque a Nicolao ſoluti fuerunt. Collocabat Pontifex [b] apoſtolica ſtudia in conciliandis Caſtellanis, cum ex ea in Regem diſſenſione magna rei Chriſtianæ inferretur clades a Granatenſibus, qui in finitimas regiones excurrebant. Deplorat inter alia factam ab ipſis in regnum Murciæ irruptionem Pontifex hiſce verbis.

Iuſſi abſolui & quomodo ſi reſipiſcant.

Toletani ad obſequiū Regis reuocati.

a Lib. 15. pag. 5. 6. & 23.

b Lib. 34. pag. 53.

Natæ rei Chriſtianæ Hiſpanicæ diſſenſio.

Nico-

Nicolaus, &c. Sicut chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Caſtellæ & Legionis Regis illuſtris ac dilectorum filiorum habitatorum & incolarum loci de Ciera Carthaginenſis diœceſis lamentabili conqueſtione, non ſine maxima cordis amaritudine dolenter percepimus, nouiſſime nonnulli perfidi Saraceni Chriſtiani nominis inimici & ſpurciſſimi Mahumeti ſectæ cultores, regni Granatæ Saraceni violenta armataque manu cum copioſo armigerorum exercitu dictum locum hoſtiliter inuaſerunt, ac in eoſdem habitatores & incolas inhumaniter irruentes, vltra centum ex eis atrociter occiderunt, gladios ſuos cruentos vibrantes & inebriantes Chriſtiano ſanguine, & quingentos fere vtriuſque ſexus fideles ab inde ad dictum regnum Granatæ in captiuitatem crudeliter adduxerunt, ac eorum & ſingula alio bona in prædam aſportauerunt, & tandem ignominias aceruando dictum locum eiuſque eccleſias & ſanctuaria ignis voragine concremarunt, in grauiſſimam Chriſtianæ religionis depreſſionem & iacturam, &c. [Motus in eos commiſeratione Pontifex nonnulla indulgentiarum præmia illis propoſuit, qui pro redimendis ijs fidelibus ſtipem contuliſſent.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno dominicæ incarnationis* MCCCCLI. *pridie non. octobris pontificatus noſtri anno* V.

Granatenſium in Murciam irruptio.

Pontifex in pro captiuis redimendis [illegible].

5 Ad frangendos illos Granatenſium impetus, bellumque in eorum terras traducendum decreuerat Ioannes Rex Caſtellæ inſtructo florentiſſimo exercitu in Granatæ regnum irrumpere, vtque plures ad ſua ſigna pelliceret, ſumptuſque bellicos ſuppeditare poſſet, elicuerat diploma a Pontifice, vt qui ſub eius ſignis conſcripti forent, vel etiam tres aureos pro militari impenſa contuliſſent, noxarum veniam conſequerentur: cum vero de aureorum pretio lis orta eſſet, Nicolaus illud ducentis marabutinis definiendum pronuntiauit [a].

Indulgentiæ pecuniā pro bello facto collatoris conceſſæ.

a Lib. 15. pag. 14.

Neque de Ioanne Rege ſilentio tranſeundum eſt, ipſum religionis Chriſtianæ propagandæ ſtudio inſtauraſſe legem ab Henrico Rege antea latam, vt qui ex quauis ſecta in Eccleſiæ ſinum ſe recepiſſent, ſine vllo diſcrimine ijſdem prærogatiuis, quibus veteres Chriſtiani potirentur, illiſque ad honores ſacros vel profanos aditus pateret. Quam legem Pontifex iam antea collaudatam firmatamque corroborauit [b].

Decretum Caſtellæ Regis pro neophytis.

Confirmatū a Nicolao.

b Lib. 14. pag. 20.

Ad futuram rei memoriam.

Conſiderantes ab intimis veritatem fidei ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti adeo cunctis mortalibus fore neceſſariam ad ſalutem, vt ſine ea impoſſibile ſit Deo placere, propter quod beatus Petrus Spiritu ſancto plenus, principibus & ſenioribus populi Iudæorum loquens de Chriſto ſic inquit: *Hic eſt lapis reprobatus a vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, & non eſt in aliquo alio ſalus, neque enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*, quodque nullum nobis, qui, licet immeriti, ad ſacram ipſius Petri ſedem ſuperna fuimus diſpoſitione vocati, accumulatius gaudium, nulla maior lætitia occurrere poteſt, quam cum ambulantes in tenebris & in vmbra mortis, profugatis erroribus, ſentimus ad fidei noſtræ lumen fore conuerſos, ducimur non immerito, vt ſic conuerſos, non modo paternæ proſequamur charitatis affectu, verumetiam vt illa, quæ in illorum Chriſtifidelibus, præſertim catholicis Regibus, fauorem, pie ac prouide ſtatuta & ordinata, eiſque conceſſa fuiſſe comperimus illibata perſiſtant, & perpetuo obſeruentur, opem & operam impendamus efficaces.

Cum itaque, ſicut nonnullorum fidedigna relatione percepimus, olim tam chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes, quam illius genitor claræ memoriæ Henricus Caſtellæ & Legionis Reges, pie recenſentes cum beato Paulo Apoſtolo, quod in vno Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati fuimus, & omnes in vno Spiritu potati ſumus, quodque etiam non ſit perſonarum acceptio apud Deum, ſed: *Omnis, qui credit in illum non confundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium diues eſt in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit;* pro Chriſtianæ religionis ac dictæ fidei incremento prouide ſtatuerunt & ordinauerunt, quod in antea perpetuis futuris temporibus, de nouo ad fidem Chriſti conuerſi, de quacunque ſecta, ſiue Iudæorum, vel Saracenorum, aut gentilium originem duxiſſent, ab antiquis Chriſtianis multa cum charitate ſuſciperentur, & honorarentur, quodque inter ipſos nouos, ſeu nouiter ad fidem Chriſti conuerſos, & antiquos Chriſtianos, in honoribus, dignitatibus, & officijs eccleſiaſticis, vel ſecularibus ſuſcipiendis & habendis nulla diuiſio fieret, nullaque differentia haberetur, volentes quod ipſi noui Chriſtiani pro eorum meritis & qualitate virtutum, abſque vlla differentia, omnibus & ſingulis honoribus, priuilegijs, dignitatibus, & officijs, quibus alij antiqui Chriſtiani in ipſorum Regum regnis ac dominijs, vti & gaudere conſueuerunt, vti & gaudere poſſent & deberent, prout in dictis ſtatutis & ordinationibus, quorum tenores de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus pro inſertis, plenius continetur, nos attendentes ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, non modo diuino & humano iuri conſona & honeſta, quinimmo pro maiori, ſic de nouo ad fidem conuerſorum fidei ſtabilitate, & faciliori aliorum Iudæorum, ac infidelium ad dictam fidem ſuſcipiendam prouocatione, vtilia plurimum, & neceſſaria fore, ipſorum Regum in præmiſſis fidei zelum, deuotionem, & pietatem in Domino plurimum commendantes, auctoritate apoſtolica præfata omnia & ſingula alia per prædictos & quoſcumque alios ipſorum regnorum Reges ſub quibuſuis formis & expreſſionibus verborum, in dictorum ad fidem de nouo conuerſorum fauorem edita, facta, ſeu conceſſa, ordinationes, conſtitutiones, declarationes, & priuilegia, quorum omnium, & ſingulorum tenores de verbo ad verbum, etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſis, illa videlicet ex eis, quæ in fauorem fidei, & Chriſtianæ religionis augmentum proceſſerunt, ea rata habentes & grata, approbamus, & confirmamus, præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſuppleműſque omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint, in eiſdem, decernentes pariter, & mandantes ea omnia & ſingula per vniuerſos & ſingulos regnorum & dominiorum prædictorum Chriſtifideles perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari, huiuſmodi præſentes noſtras literas, vt eo facilius ad quorumcumque notitiam deueniant, per vniuerſos & ſingulos verbum Domini in eiſdem regnis ac dominijs proponentes, in eorum prædicationibus, ſi opportunum fuerit, legi, publicari & exponi, vt melius, & clarius intelligantur ab omnibus etiam in vulgari, contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLI. III. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* V.

Baptiſmo Initiatorum dignitas.

a Rom. 10

Expanſus neophytis honorum aditus.

Corroboratæ pro ipſis ſanctiones editæ.

Non defuere in Caſtella, qui ſanctiſſimas haſce ſan-

Digitized by Google

ſanctiones admittere detrectarent, inter quos Aliani ciues erant, quorum Pontifex temeritatem refregit a.

a Ead. pag. 10.
b Ib. pag. 9.
Coercitio Iudæorum licentia.
c Lib. 30. pag. 200.

Tum ad frænandam Iudæorum licentiam Eugenij diploma, quo conceſſa ab eo vel a Martino V. Iudæis priuilegia abrogata erant, confirmauit b, reſciſſis tamen cenſuris, ne Chriſtiani ijs illaquearentur, denique ne Chriſtianis ipſis ex familiari Iudæorum vſu aliqua impietatis labes allineretur, hæc ſanxit c.

Ad futuram rei memoriam.

Ordinamus quod deinceps perpetuis futuris temporibus Chriſtiani cum Iudæis & Saracenis comedere aut bibere, ſeu ipſos ad conuiuia admittere, vel eis cohabitare, nec cum ipſis balneari, vel ab eis infirmitatis aut debilitatis ſeu alio quocumque tempore medicinam, ſeu potiones, ſeu vulnerũ aut cicatricum curationes, ſeu aliquod medelæ genus accipere non debeant, ac Chriſtiani non permittant Iudæos & Saracenos contra Chriſtianos dignitatibus ſæcularibus præfici, vel officia publica exercere. Iudæi quoque & Saraceni non poſſint eſſe arrendatores, collectores, conductores, ſeu locatores fructuum, bonorum, vel rerum Chriſtianorum, ſeu eorum computatores, procuratores, œconomi, negotiorum geſtores, negotiatores, mediatores, proxenetæ, concordatores, ſponſalium vel matrimoniorum tractatores, hiſtriones, ſeu in domibus & bonis Chriſtianorum aliquod opus exercere vel cum Chriſtianis ſocietatem, officium, aut adminiſtrationem in aliqua communione vel arte ſeu artificio habere, ac nullus Chriſtianus Iudęis, vel eorum congregationi, ſeu Saracenis in teſtamento vel vltima voluntate aliquid relinquere poſſit vel legare.

Iudæis publicis muneribus interdicti.

Iudæi quoque ſynagogas nouas erigere aut conſtrui facere non audeant, & antiquas dumtaxat, non tamen ampliores vel pretioſiores ſolito reficere valeant, & in lamentationum ac dominicæ paſſionis diebus per loca publica ſeu publice non tranſeant vel incedant, nec oſtia vel feneſtras teneant apertas. Et ipſi Iudæi & Saraceni ad quaſcumque de quibuſuis rebus & bonis decimas aſtricti noſcantur, & contra eos in quibuſuis caſibus Chriſtiani teſtes eſſe poſſint, ſed Iudæorum & Saracenorum contra Chriſtianos in nullo caſu teſtimonium valeat, & apud Chriſtianos iudices & communes dumtaxat, non autem apud Chriſtianos iudices pro eis ſpecialiter deputatos, nec eorum ſeniores Iudæi & Saraceni in quibuſcumque cauſis agant & conueniantur:

Veſtri noua ne ſpe... [illegible]
Iudæorum a ... rum teſtimonium non valet contra Chriſtianum.

Nec poſſint Iudæi & Saraceni nutricem vel familiarem aut ſeruitorem vtriuſque ſexus Chriſtianum in domo tenere, nec etiam Chriſtiani in ſabbatis ſeu Iudæorum feſtiuitatibus Iudæis ipſis ignem accommodent, vel cibum aut carnem, ſeu quodcumque opus ſeruile ad decorem cultus feſtiuitatum earundem quomodolibet exhibeant, vel ſeruitium aut obſequium aliquod præſtent vel intendant. Sæculares quoque iudices Chriſtiani Iudæos vel Saracenos Deum aut glorioſam beatam Mariam virginem eius genitricem, vel aliquos ſanctos blaſphemantes, aut in hoc quomodolibet delinquentes pecuniaria, vel aliqua grauiori, de qua eis videbitur, pœna puniant & corripiant. Nec non omnes & ſinguli Iudæi & Saraceni, cuiuſcumq; ſexus & ętatis vel conditionis diſtinctum habitum ac notoria ſigna, per quę euidenter a Chriſtianis cognoſci poſſint, vbique deferant, & cum Chriſtianis non habitent, ſed ſegregati & ſeparati inter ſe degant. A Chriſtianis quoque vſuras minime exigant, recipiant, vel extorqueant, nec non extortas illis, a quibus extorſerint, protinus ſine difficultate reſtituant, &c. [Priuilegia ijs contraria ac beneficia ab anteceſſoribus ſuis conceſſa Iudæis irrita iubet eſſe. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLV. *kal. martij pontificatus noſtri anno* IV.

Animaduertendum in Iudæos blaſphemantes.
Signa quo diſtinguantur Iudæi circumferre iuſſi.

6 Relapſos in priores ſuperſtitioſos ritus plures Iudæos, qui clero aut religioſis ordinibus aſcripti fuerant, deplorat his verbis Pontifex a.

a Lib. 15. pag. 3.

Venerabili fratri epiſcopo Oxomenſi, & dilectis filijs ſcolaſtico eccleſiæ Salamantinæ ac dicti epiſcopi in ſpiritualibus vicario generali ſalutem, &c.

Briem vidi religioſum profeſſi ad ſuperſtitionem veterē reuerſi.

Cum ſicut ad noſtrum ex chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Caſtellæ & Legionis Regis illuſtri relatione peruenit auditum, in regnis ac dominijs eiuſdem Regis ſint plures laicæ, & eccleſiaſticæ tam ſæculares quam diuerſorum ordinum regulares vtriuſque ſexus perſonæ, quæ licet ore ſe Chriſtianos profiteantur, operibus tamen ſe tales fore mentientes, Iudæorum & Saracenorum cæremonias obſeruare, nec non quamplura ab ipſius fidei veritate aliena & contraria, palam & clandeſtine committere præſumpſerunt, & dietim præſumunt, in non modicum animarum ſuarum periculum, dictæ fidei vilipendium, pernicioſum quoque exemplum & ſcandalum plurimorum; nos, ne tot & tam grauiſſimi exceſſus in magnam Dei offenſam remaneant impuniti, noſtri deſuper miniſterij partes adhibere volentes, ipſius etiam Regis in hac parte ſupplicationibus excitati mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum inſtituta, ſeu inſtitutis primitus per vos vna vel pluribus perſona, ſeu perſonis ad id idoneis, quæ inquiſitionis officium inſtituat & proſequatur, ſeu inſtituant & proſequantur contra omnes & ſingulos præſumptores prædictos & ipſorum quemlibet, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, & conditionis fuerint, ac quacumque eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitate etiam pontificali præfulgeant, de præmiſſis quomodolibet ſuſpectos, quando & quotiens vobis videbitur, inquirere, procedere, eoſque punire, corrigere, & caſtigare auctoritate noſtra curetis. Nos enim vt ex inquiſitione & alijs promiſſis vberiores fructus ſuccedant, vobis, & cuilibet veſtrum per vos vel alium ſeu alios dicta auctoritate noſtra contra vniuerſos & ſingulos de præmiſſis ſuſpectos, quacumque appellatione remota inquirendi & procedendi, eoſque puniendi, & ſi id ipſorum demerita exegerint, dignitatibus & beneficijs eccleſiaſticis, & bonis etiam temporalibus priuandi, & ad illa inpoſterum obtinenda inhabilitandi, incarcerandi, degradandi, & ſi facti atrocitas id popoſcerit, curiæ ſæculari trahendi, contradictores etiam compeſcendi, & ad hoc, ſi opus fuerit auxilium brachij ſæcularis inuocandi; nec non omnia alia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet oportuna faciendi, & exequendi, plenam & liberam auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum* XII. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* V.

In eos animaduerti iubet.

Inſtructus b etiam eſt in Gallia ampliſſimis mandatis Hugo Niger ordinis Prædicatorum, vt in ſacrilegus, blaſphemos, magos, alioſque nefandos viros animaduerteret.

Cenſor fidei conſtitutus in Gallijs a Nicolao.
b Lib. 12. pag. 48.

Dilecto filio Hugoni Nigro ordinis fratrum Prædicatorum, & ſacræ theologiæ profeſſori hæreticæ prauitatis in toto regno Franciæ inquiſitori, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Omnia & ſingula priuilegia, libertates, immunitates, conceſſiones, & indulta Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in toto Regno Franciæ

duca-

ducatu Aquitaniæ, Occitaniſque partibus, & tota Vaſconia, in quibus hæreticæ prauitatis Inquiſitor deputatus exiſtis, qui pro tempore fuerunt, per quoſcumque ſummos Pontifices prædeceſſores noſtros ſub quauis forma, vel conceſſione verborum hactenus quomodolibet conceſſa, quæcumque, quotcumque & qualiacumque fuerint, illorum effectus, continentias & tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, eaque omnia, & ſingula rata, & grata habentes, innouamus, confirmamus pariter & approbamus, ac vim, & rigorem habere decernimus; præſentiſque ſcripti patrocinio communimus; ſupplendo omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Et inſuper tibi habituro deinceps ad exterminationem ſcelerum, & exceſſuum inferius deſignatorum, in ijs præſertim quæ antea ex officio per te ipſum facere non poteras, & in illis, de quibus ante intromittere poſſes, ab aliquibus forſan hæſitabatur auctoritate, noſtram ſpecialem, quam tibi præſentium vigore attribuimus iuriſdictionem, contra omnes, & ſingulos, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ exiſtant, diuino timore poſtpoſito in ſuarum detrimentum animarum, Deum & glorioſiſſimam virginem Mariam & ſanctos eius blaſphemantes; nec non ſacrilegos & diuinatores, etiamſi hæreſim non ſapiant manifeſte; patratores quoque ſceleris illius tam enormis, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, ac eum brutis animalibus carnaliter damnabiliter participantes, quarreriſtas & cuiuſcumque alterius etiam quouis nomine nuncupatæ ſectæ, & opinionis ſchiſmaticos, eorumque omnium & ſingulorum, tam coniunctim quam diuiſim receptores, defenſores, & fautores ac eis adhærentes nec non præſtantes auxilium, conſilium, vel fauorem publice, vel occulte directe vel indirecte quouis quæſito colore, per te ipſum etiam ex officio, vel alias diæceſanorum locorum, & quorumcumque aliorum licentia ſuper hoc minime requiſita, ſummarie, ſimpliciter, & deplano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij; ſola dumtaxat veritate inſpecta, procedendi, nec non illos examinandi, & prout eorum exceſſuum qualitates exegerint carceribus mancipandi; bonis quoque & debitis, ac per cenſuram eccleſiaſticam & alia opportuna iuris remedia percellendi, contra illos etiam ex prædictis, de quibus tibi videbitur quaſcumque citatorias, & alias oportunas literas decernendi & deſtinandi, eoſque etiam quantumcumque agant in remotis citandi & citari faciendi ac ipſas, & quaſuis alias per te pro tempore, tam ex officio, quam præſentium vigore decretas, & deſtinatas ſeriatim emanatas literas, etiam abſque Diœceſanorum eorundem, & ipſorum officialium requiſitione, & illarum oſtenſione, libere, & licite, ac ſine quouis impedimento, obſtaculo, exequutioni demandare faciendi; contradictores quoque quoslibet, & rebelles auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato, ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis; cæteraque omnia & ſingula quæ in præmiſſis vel circa neceſſaria fuerint, ſeu etiam quomodolibet oportuna faciendi & exequendi, plenam, & liberam concedimus auctoritate apoſtolica tenore præſentium facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLI. *kal. auguſti anno* v.

Blaſphemi plecti iuſſi.

Et diuinatores.

Et viri nefandi.

Et hæretici.

Inſtructus ampliſſ. poteſtate.

a Aen. Syl. hiſt. de Europ. c. 43. Mouſtrel. vol. 3. pag. 10. Gaguin. lib. 10. Paul. Aem in Carol. VII. Polyd. Virg. l. 23 Meyer. annal. Fland lib. 16. in Phil. Burgund. Nauc. ler. vol. 2 gener. 49. & alij.

7 Ardebat hoc tempore Gallia bello inter Henricum Angliæ & Carolum Franciæ Reges obortum, cuius culpam ſcriptores Anglis aſcribunt a; cum vero in hoc plurimus funderetur cruor, Pontifex ad Francorum Regem Guilelmum tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem ampliſſimis pro reſtituenda pace fretum mandatis legauit a.

Certatum inter Gallos Anglosque.

Nicolai pro ſedando bello ſtudia.

a Lib. 13. pag. 40. & Monſtr vol. 3. pag. 40.

Dilecto filio Guillelmo tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali de Eſtoteuilla ad Regnum Franciæ Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem.

Conſiderantes quod propter peſtiferam & cruentam diſſenſionem dudum exortam in Regno Franciæ innumeræ ciuitates, & prouintiæ affliguntur populorum cladibus, vaſtitate, & depopulatione terrarum, & innumeris alijs detrimentis, qualia fiunt in bellis, maxime inter potentes, & grauiora malis præſentibus pericula belli diuturnitate ſequutura formidantes, quæ vlterius procedente diſcordia neceſſe eſt ſequi, & cum Franciæ & Angliæ regna ſint firmiſſima & fortiſſima præſidia reipublicæ Chriſtianæ, ijs regnis laborantibus, conſequens eſſe vniuerſam Chriſtianitatem opportuna ſubuentione carentem, cum ſummo periculo etiam fidei catholicæ laborare, præſertim diuerſis plagis mundi infidelibus contra Chriſtianos inſurgentibus, ad pacificandum præfatum regnum Franciæ conuertimus omnes noſtros ſenſus & ſpiritus.

Nudatum ob illud fuit præſidijs Chriſtianum imperium.

Nos igitur, & alios effectus peſtiferos, quos guerrarum & huiuſmodi præcipue furor producit & fouet, in noſtræ conſiderationis aciem extollentes, ac plenis & paternis deſiderantes affectibus, vt omnis ſcandalorum & guerrarum materia, quæ dudum peſtifere viguit & verſatur inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Franciæ & Henricum Angliæ Reges illuſtres, & dilectos filios nobiles viros, duces, comites, barones, milites, ac vniuerſitates & communitates, & alios quoſcumque præfatis Regibus adhærentes, ac complices, & ſequaces eorum, pacis Actore cœlitus inſpirante, in bonum ſalutaris concordiæ & vnitatis pacificæ commutetur, & de tuæ circumſpectionis induſtria, quam potentem opere pariter & ſermone, in magnis expertam & arduis, eximia probitate & fidelitate, magnitudine conſilij, morum elegantia, & alijs grandium virtutum titulis rarum largitor Dominus multifarie inſigniuit, in cuius affectu geritur, prout indubitanter tenemus, fluctuantes turbines, & diſſidentia quæque, in pacis pulchritudinem commutare, ſumentes in Altiſſimo fiduciam ſpecialem, quod illa quæ eidem circumſpectioni tuæ, cuius præſentia nobis ſumme perutili, pro tam celebris boni conſtructione votiua inpræſentiarum carere compellimur, duximus committenda, cura exactiſſima, atque peruigili curabis adimplere, habita ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus deliberatione matura, te tanquam pacis angelum ac paciarium, noſtro & dictæ eccleſiæ Romanæ nominibus, ad pacificandum præfatum Regnum Franciæ, Apoſtolicæ ſedis legatum, cum poteſtate legati de latere de eorundem fratrum conſilio, comitante pacis angelo, prouidimus deſtinandum, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem anno incarnationis dominicæ* MCDLI. *id. auguſti pontificatus noſtri anno* v. Confirmata eſt alijs literis b eius auctoritas, ac legationis munus etiam in Biſuntino & Lugdunenſi archiepiſcopatibus, Delphinatu, Sabaudia, Britanniaque demandatum.

Guillelmus Card. decretus in Gallias legatus.

b Ibid. pag. 26.

In Angliam vero ad Henricum Regem miſſus c eſt Nicolaus e Cuſa tit. S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis (quem in Germania legatione functum vidimus) vt Henricum ad pacis conſilia

c Lib. 34. pag. 181, 183.

Nicolaus Cuſanus in Angliam miſſus.

Digitized by Google

lia ſuſcipienda flecteret. Cui etiam legato præcepit, vt Philippum Burgundiæ ducem ad componendam pacem interpretem adhiberet: oſtenderat [a] enim is princeps ingens ſtudium redintegrandæ inter Reges concordiæ, Pontificemque miſſo ad eum oratore ſuo rogauerat vt legatos eam ob cauſam ad vtrumque Regem mitteret, vti teſtantur apoſtolicæ literæ datæ ad Nicolaum Cardinalem Cuſanum, de quo paulo ante memoraui.

a Ibid. pag. 182. — Burgundus pacis promotor.

Nicolaus, &c. Dum ad pacificandum ipſa regna continua redderemur attentione ſoliciti, dilectus filius nobilis vir Philippus dux Burgundiæ intenſis deſiderijs affectans inter Reges & principes ipſos aliqua ſalubria & honeſta pacis & amicitiæ media reperiri, & regna ipſa eorumque incolæ in pacis & quietis dulcedine conquieſcant, inſignem ad nos ambaſſiatam deſtinauit, per quam inter cætera nobis deſtinare curauit iam tempus, vt ſperabat, adeſſe congruum & propitium, vt inter eoſdem Reges & principes pacis & concordiæ fœdera tractarentur, plurimumque opportunum & ſaluberrimum exiſtere, vt ad id noſtros & Apoſtolicæ ſedis legatos tanquam pacis angelos ad eadem regna deſtinaremus, nobis humiliter ſupplicando vt legatos ipſos quantocius deſtinare curaremus. Hinc eſt quod nos de dilecti filij noſtri Guillelmi tit. S. Martini in montibus presbyteri Cardinalis, ac tuæ circumſpectionis induſtria ſpecialem in Domino fiduciam obtinentes, præfatum Guillelmum Cardinalem ad Franciæ, te vero ad Angliæ regna pro præmiſſis tractandis noſtros & Apoſtolicæ ſedis legatos de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu cum plenaria poteſtate legati de latere fecimus, conſtituimus, & ordinamus, &c. *Dat. Romæ anno* MCCCCLVI. [*] XVIII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno v.*

* MCCCCLI.

8 Prouincias adeuntibus Cardinalibus legatis breui temporis ſpatio bellum confectum eſt a Carolo Rege, exactis Anglis; viſaque eſt diuina vltio vrgere Anglos, vt qui initas inducias pro occupando retinendoque vno oppido violaſſent, tempſiſſentque cenſuras eccleſiaſticas, quas legati apoſtolici fœdifragis intentarant, nihili etiam duxiſſent illa crudelia & exitioſa bella, in quibus tantum Gallici Anglicique cruoris effuſum erat, inſtaurare; immutatis mox repente rebus, populiſque ad victoriam pronis, duarum ampliſſimarum prouinciarum imperio exuerentur. Nec defuiſſe ſigna referunt [b], quibus cœlum aduerſus Anglos pugnaſſe creditũ eſt: cum enim Blauia & Fronſaco munitiſſimis arcibus expugnatis, Burdegala & omnes aliæ Aquitaniæ vrbes deditionem feciſſent [c], vnica excepta Baiona ſita in Aquitanici maris ora, quam menſe auguſto obſidebant Galli in ſereno aere crux ingens candidi coloris ipſo die, quo Chriſti cruci affixi memoria recolitur, emicuit [d]: cumque crux candida ſymbolum eſſet a Gallis circumferri ſolitum, vt rubra ab Anglis geſtari conſueuerat, Baionenſes viſa in religionem vertere, Anglorumque ſignis, quæ rubram crucem præferebant euerſis, Gallicana vexilla cruce alba inſignita defixere, ſimiliterque Gallis manus dederunt. Ita eiecti [e] Angli vniuerſa Aquitania fuerunt, dum in Anglia inteſtinis diſſenſionibus laborabant, pugnantibus de regiæ procuratione Eboracenſi & Somerſetenſi ducibus, quos inſtructos ad prælium præſules publicæ ſalutis ſtudio [f] inter ſe conciliarunt. Partas vero de Anglis victorias Carolus Rex Deo aſcripſit, ac ſolemnes ſupplicationes ad agendas illi gratias recurrentibus annis ſingulis decernendas curauit, victoris nomen apud Gallos prome-

Subacta Aquitania bellũ confectum.

b Id. ibid. pag. 39. Aen. Sylu. Gagnin. Paul. Aemil. & alij vbi ſup.

c Monſtrel vol. 3. pag. 36.

d Id. ibid. — Cœlum Gallis fauet.

e Monſtr. vol. 3. vbi ſup. Polyd. Virgil. l. 23. & alij.

Solemnes ſupplicationes in Gallia celebratæ.

f Monſtrel vol. 3. pag. 40.

ritus; ad quem Franciſcus Philelphus [a] dicendi laude præſtans eximias literas dedit, vt nobiliores triumphos de Mahomete nouo Turcarum Imperatore, liberato a teterrima ſeruitute oriente, ſibi compararet.

a Philelph lib. 8. pag. 55.

Si honeſtum eſt, inquit, *ob communes hominum vtilitates nullos labores, nulla pericula fugere, quanto honeſtius & præclarius duci conuenit id facere non propter homines ſolum, ſed propter Deum, propter Saluatorem noſtrum, propter Chriſtum optimum maximum, qui nullo a nobis officio prouocatus vltro ſe noſtra cauſa morti dedidit, dum Saraceni, dum Turci Chriſtianis nocent per omnem iniuriæ contumeliam. Cui demum nocent? Non immortali Deo, non humani generis Saluatori, non Chriſto ipſi domino & redemptori noſtro? Et quibus iniurijs, quibus contumelijs nocet nefaria illa immaniſque barbaria? quibus certe nihil crudelius, nihil durius, nihil ſpurcius, nihil abominabilius vel dici, vel excogitari poſſit. Hominibus & Chriſtianis & ſacerdotibus, non pro calonibus & lixis dumtaxat, ſed pro iumentis etiam vtuntur. His vehunt, his arant, his fodiunt, his abiectiſſima exercent omnia erubeſcendaque miniſteria. Quod ſi qui ſe homines & Chriſtianos reminiſcentes minus æquo animo indignitatem tulerint, continuo torquentur per extremos corporis cruciatus, decoriantur, verubus ſuffiguntur, ſecantur rota, conſumuntur per acerbiſſimas membrorum omnium fractiones. O miſeram, o infelicem conditionem Chriſtianæ religionis! Hæc Chriſtiani principes audiunt, hæc ſciunt, hæc ſentiunt, hæc miti animo fieri patiuntur: nam quid ego dicam de ſpurciſſima & teterrima execrabilis intemperantiæ fœditate? quam ſi quis animo generoſior perpeti noluerit, aut defoditur, aut exciditur. Nonne his omnibus iniurijs ac probris Chriſtus afficitur? quandoquidem ob eius nomen Chriſtianis inferuntur. Num decet Chriſtianiſſimum Regem pati nomen Chriſtianum tam tetro, tam horribili, tam deteſtabili dedecore ſcelerari.* Pluribus de Mahomete nefandæ ſuperſtitionis conditore (quem ait veneno per Gardignæ vxoris cognatos & quendam ſuum conſobrinum ſublatum, tum de Turcarum origine & progreſſibus interiectis) ſubdit.

Philelphi ad Gallum Regem adhortatio.

Turcarum in Chriſtianos ſæuitia expoſita.

Vt ſummatim accipias, Rex Carole, quæ qualeſque ſunt Turcorum vires, vix ad ſexaginta hominum millia comparantur ex Aſia, ad quadraginta millia ex ijs prouincijs, quas in Europa tenent occupatas, & ne hi quidem milites Turci ſunt omnes, ſed ingens Chriſtianorum numerus, quibus Turcus ſuperbiſſime dominatur, vel inuitus in expeditionem agitur. Et erant ſane ſexaginta hominum millia cum nuper anno quadrageſimo tertio agebam in Thracia apud Ioannem Imperatorem Manuelis item filium, nunc autem quanto minor eorum ſit numerus, facilis ſit coniectura, ſi ea clades conſideretur, quæ bis & iterum proximis annis ad internecionem vſque ab vno Ioanne vvaynoda redacti ſunt tot robuſti firmiſſimique exercitus. Nam quod audiamus ducenta & trecenta millia hominum complere Turcorum exercitus, & infra, *ſunt omnes ruſtici & paſtores, nullis muniti armis, quibus aut offendant aut ſe tueantur.* Et infra: *Erat certe huius Mahometi pater Amoratus, qui modo animam efflauit & verſutus & callidus, rerumque bellicarum ſcientiſſimus. eius vnius peritia, & conſilio factum eſt, fugatis etiam ad Barnam profligatiſque Turcis fere omnibus, e victo victor per effrenatam Vladislai adoleſcentis audaciam imprudentiamque euaſerit, & anno item proximo ad xv. kal. nouembres per Getarum ad ſe defectionem vehementi clade in Triballis Hungaros & Bohemos, a quibus acerrime vrgeretur, affecerit. Omnis Turcarum ſpes, quæ in vno Amorato poſita erat & conſtituta, nunc in*

Quales ſint vires Turcarum.

Multis cladibus ſtudet.

eius

eius filio Mahometo nutat ac languet: is enim natus vix dum annos viginti arma nunquam tractauit, nec ſani quidquam aut didicit, aut audiuit, totus eſt in potu, totus in venere. Et infra.

Poſt tot tam illuſtres, tamque honeſtiſſimas victorias tuas, paratis tam & compoſitis rebus Galliæ, te excitare atque inflammare debet ad hoc bellum ſuſcipiendum non facile minus quam neceſſarium in tanta imbecillitate Turcicarum rerum, ſed etiam quam Deus ipſe attulit locorum ad Turcos inuadendos commoditas. Demetrius Palæologus Manuelis etiam ipſe Imperatoris filius Peloponenſium regno nuper eſt potitus. Et infra:

Qua parte in Turcos fieri poſſit irruptio.

Vnius diei nauigatio te cum vniuerſo Chriſtianorum exercitu ſecundis ventorum flatibus ex promontorio Tarentino in Peloponeſum deuehet, inde in Turcos æque facillimus tibi atque tutiſſimus patet impetus, nec patietur Demetrius ſe tantæ laudis atque gloriæ expertem fore, ſed ipſe quoque in ea expeditionem & pugnam prodibit cum ſagittarijs decem millibus & equitibus ad quadraginta millia. Quod ſi e Brunduſio velis ſoluere, ſcilicet Cæſarem imitatus, in agrum Dyrrachinum illico tibi obuiam fiet Harrianites vir belliçoſiſſimus & Turcis inimiciſſimus, qui vniuerſis Albanis dominatur: nam quamquam Italiæ principes mutuis inter ſe odijs diſſident, nemo tamen futurus eſt, qui tibi in tanto & tam pio tamque ſalutifero facinore audeat aduerſari, præſertim Nicolao V. Romanorum Pontifice maximo, cuius ſapientiam, grauitatem, innocentiam, ſanctimoniam quaſi numen aliquod vniuerſa colit Italia, ac fiet forte fortuna, vt ſpero, vt ipſi etiam Italiæ principes, depoſitis ſimultatibus & diſcordijs mutuis, te venientem non inuiti comitentur in opere tam ſancto, tam præclaro. Et infra.

Sin autem itinere malis in Turcas, quam nauigatione vti, iſtud tibi per ſiattimam Germaniam & Pannoniam eſt futurum facile, te ſequentur & Germani ipſi non inuiti, & Hungari, Ioannesque ipſe vvaynoda libentiſſime maioribus etiam copijs quam ſit opus. Sequentur Triballi duce Georgio fortiſſimo & prudentiſſimo principe. Sequantur ij Getæ omnes, qui ad Iſtrum & Euxinum incolunt eo pertinacius fidem ſeruaturi, quo ſuperiore anno cum defeciſſent ad Turcos ingenti numero ab illis ſunt interempti. Et infra: *Conſtantinus Imperator, vt eſt pio & excelſo animo, cum omnibus, vt ita loquar, reliquijs illius orientalis imperij, quæ confectis Turcorum viribus validiſſimæ ſunt futuræ non ſolum in expeditionem te comitabitur, ſed libenter & magnifice comitabitur; nomen autem Conſtantinopolitani imperij in vniuerſa Aſia & ſanctum habetur & venerabile.*

Nec eſt tibi præterea ſubuerendum, ne quid aduerſus te tumultus in Francia aut in reliqua tua Gallia per Anglos inſurgat, cum exercitum aduerſus infideles eduxeris, nam neque ipſi Angli vllo modo patientur, vt ſunt homines religioni dediti, ſe tam piæ, tam ſanctæ, tam glorioſæ expeditionis expertes duci, ſed poſitis & proſtratis cunctis ſimultatibus propter Chriſtum alacres te ſequentur, imitati ſcilicet maiores ſuos, qui ſemper Francorum Regibus & ſocios ſeſe & comites aſciuerunt, quoties aduerſus infideles bellatum eſt. Et infra: *Surge iam tandem, Rex Carole, teipſum excita, hortare, compara vt reliquis Chriſtianis principibus ac Regibus dignitate præſtas, ita tibi omni ope atque opera ſtudendum eſt, vt abſolutiſſima virtute his omnibus & vera gloria ſis ſuperior. Viciſti Anglos, recuperaſti patriam & pulchrum id certe fuit, & laudabile, iuſtitiæ enim munus in teipſum tuaſque contuliſti. Verum Chriſtianus aduerſus Chriſtianos arma ſumpſiſti. Sed quanto pulchrius erit & glorioſius ſi idem feceris in Turcos & Saracenos, a quibus non tua ſolum, ſed Chriſti patria ſpoliatus ſis &c. Ex Mediolano XIII. kal. martias MCCCCLI.*

9 At non deerat noui belli periculum; retinebat enim adhuc in Belgici maris littore Caletum Anglus, nec tot iacturas æquo laturus animo videbatur; quocirca legati apoſtolici ad conciliandam Francos inter & Anglos pacem a Nicolao miſſi, ne eorum diſſenſionibus laniatum Chriſtianum imperium euerteretur a Turcis, qui iam in Hungariam ac Germaniam hoſtiles acies inuexerāt. Reges igitur ij adiere, Guillelmoque Cardinali Eſtoteuillæ pontificia mandata exponenti, reſpondiſſe Carolum Francorum Regem refert Monſtreletus a, ipſum procliuem ad pacem ſemper fuiſſe, cuius comparandæ rationes omnes conquiſiuiſſet, pariturum ſe iuri, atque arma in hoſtes fidei libenter verſurum; agente vero in Gallica aula eodem Cardinale legato Pontificeque omni ſtudio actionem de pace vrgente, Rauennatem archiepiſcopum ad Anglum ſe contuliſſe, ac de concordia Chriſtiano imperio neceſſaria ob Turcicas irruptiones ingraueſcentemque Mahometicam tyrannidem peroranti, reſponſum male, Henrici Anglorum Regis nomine, tum demum conferendi de pace ſermonis idoneum tempus futurum, cum Angli tot in Gallijs vrbes, quot amiſerant, armis pepeiſſent: atque ita legatos apoſtolicos ſpe pacis ſublata abſceſſiſſe. Tantum vero abfuit, vt Henricus Rex Galliam ſibi ſubiecerit, vt etiam ipſum Anglico regno depulſum viſuri ſimus: quo interim ſpatio inſtaurauit proximo anno bellum, ac Burdegalam aliquorum nobilium proditione recuperauit b; ſed vertente altero anno non ſine magna ſuorum cæde amiſit, vt ſuo loco dicetur inferius. Cæterum Cardinalis Eſtoteuillæ labores non fruſtra in Gallijs conſumpti fuere: cum enim anno inſequenti Romam repetere, accepto nuntio de expeditione, quam Francorum Rex in ducem Sabaudiæ conficiebat, mox charitate motus in Sabaudiam ſe contulit, ducemque ad ſarcienda damna induxit: tum Regem adiens eū ita permulſit, vt intermiſſo bello pax redintegrata ſit c.

Carolus Franc. Rex ad pacem procliuis.

a Monſtrel. vol. 3 pag 40.

Non præpetit ſibi Galliam ſceptrū Henr. ſed Anglicum ſu.

b Io. pag. 42. Aen. Syl. hiſt. de Europ. cap. 43.

Cardinalis Anglo... ...latur Sabaudum & Gallum, redintegratur pax.

c Monſtrel vol 3. pag. 41.

Non prætermittendum hoc eſt, Pontificem hoc anno pro inſtaurando perducendoque ad culmen Xantonenſi templo, cuius magna moles vetuſtate temporum collabebatur, præmia indulgentiarum ſtipem in id opus collaturis impertiſſe. Permotus vero ad id fuit Eccleſiæ illius dignitate, de qua hæc affert d.

Xantonenſis eccleſia ſecunda in toto orbe in hon. S. Petri conſtructa.

d Lib. 14. pag. 19.

Nicolaus, &c. Cum, ſicuti fidedignorum relationibus didicimus, licet eccleſia Xantonenſis, quæ olim a ſui primordio ſecunda in toto orbe ſub honore dicti principis Apoſtolorum eminentiſſimis ſtructuris & ædificijs mirifico opere conſtructa, & per inclytæ recordationis Carolum magnum Regem Franciæ magnis redditibus & facultatibus opulentiſſimis dotata fuiſſe dicatur, cauſantibus tamen diris guerris, quæ partes illas per annorum curricula diutius afflixerunt, eccleſia ipſa in ſuis facultatibus & redditibus adeo diminuta exiſtit, quod exigua ab illis, de qua dilecti filij capitulum & aliæ perſonæ inibi in copioſo numero Altiſſimo famulantes ſuſtentantur portione detracta, eccleſia prædicta cuius ſtructura vetuſtiſſima, & ſuper quendam lacum, vbi antea plurima ſanctorum martyrum corpora proiecta fuere, conſtructa & fundata, & tam ex defectu fundamentorum quam alijs ſiniſtris caſibus corruit, ex facultatibus prædictis reparari nequeat, ſintque propterea Chriſti fidelium ſuffragia plurimum opportuna; &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLI. pridie non. decembris pontificatus noſtri anno V.*

Locum tegit ſanctorum martyrum nobile.

e Lib. 23. pag. 267.

Cadomenſis academiæ confirmatio.

Extat quoque diploma e hoc anno pridie non. iulij exaratum, quo Nicolaus Papa precibus

P 1 1 or-

Digitized by Google

ordinum Normanniæ adductus priuilegia academiæ Cadomienſis, quæ ab Eugenio, dum Cadomum parebat Anglorum imperio, condita fuerat, confirmauit, cum iam eadem vrbs ingenti obſidione preſſa in Gallorum poteſtatem redacta eſſet. Nouam vero in Scotia Iacobi Regis rogatu in Glaſguenſi vrbe ad augendum in eo regno literarium ſplendorem, vt hoc teſtatur diploma, academiam excitauit a.

Glaſguenſis academia erecta in Scotia

a Lib. 9. pag. 212.

Ad futuram rei memoriam.

Cum, ſicut pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Iacobi Scotorum Regis illuſtris nuper fuit expoſitum coram nobis, ipſe Rex non ſolum ad vtilitatem reipublicæ ac incolarum & habitatorum terrarum ſibi ſubiectarum, ſed etiam aliarum partium vicinarum, laudabiliter intendens, in eius ciuitate Glaſguenſi tanquam in loco inſigni, & valde accommodo, in quo aëris viget temperies, victualium vbertas, cæterarumque rerum ad vſum humanum pertinentium copia reperitur, deſideret plurimum fieri, & ordinari per ſedem Apoſtolicam ſtudium generale in qualibet licita facultate, vt ibidem fides catholica dilatetur, erudiantur ſimplices, æquitas ſeruetur, iuditij vigeat ratio, illuminentur mentes, & intellectus hominum illuſtrentur, nos præmiſſa, & etiam eximiam fidei, ac deuotionis ſinceritatem, quam idem Rex ad nos & Romanam eccleſiam gerere comprobatur attente conſiderantes, feruenti deſiderio ducimur, quod ciuitas ipſa ſcientiarum ornetur muneribus, ita vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, & diuerſarum facultatum dignitatibus eruditos, ſitque ibi ſcientiarum fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuerſi literarum cupientes imbui documentis.

His igitur omnibus, & præſertim idoneitate ciuitatis, quæ, vt accepimus, ad multiplicanda doctrinæ ſemina, & germina ſalutaria producenda valde congrua & accommoda fore dicitur, diligenti examinatione penſatis, non ſolum ad ipſius ciuitatis, ſed etiam incolarum, & habitatorum totius regni Scotiæ, & regionum circumiacentium commodum atque profectum paternis affectibus excitati, necnon ipſius Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ad laudem diuini nominis, & orthodoxæ fidei propagationem, in eadem ciuitate generale ſtudium, auctoritate apoſtolica erigimus ac ſtatuimus, & etiam ordinamus in ipſa ciuitate de cætero ſtudium huiuſmodi perpetuis futuris temporibus vigeat, tam in theologia ac iure canonico & ciuili, quam in artibus, & quauis alia licita facultate, quodque doctores, magiſtri, legentes, & ſtudentes ibidem omnibus, & ſingulis priuilegijs, libertatibus, honoribus, exemptionibus & immunitatibus per ſedem Apoſtolicam, vel alias quomodolibet magiſtris, doctoribus, & ſtudentibus in ſtudio noſtro ciuitatis Bononienſis conceſſis gaudeant, & vtantur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLVII *id. Ianuarij pontificatus noſtri anno* IV.

11 Hæc ad augendam rem litterariã ſanciebat Nicolaus: qui tuendi etiam iuris eccleſiaſtici ſtudio permotus, cum antea in Neapolitanum regnum Cardinalem Morinenſem legatum apoſtolicum miſiſſet, eius opera Alfonſum Regem adduxit ad clerum iniquis liberandum oneribus, conficiendaſque ſubiectas pactiones, quæ regijs literis b continentur. *Primo fuit conuentum & concordatum interueniente præfato domino Cardinale*, nimirum Ioanne tit. S. Laurentij in Lucina, *pro ſanctiſſimo domino noſtro præfato*, nempe Nicolao V. *& Apoſtolica ſede, quod dictus dominus Rex*, is eſt Alfonſus, *ex cauſa conuentionis præſentis reuocet, caſſet, & annullet, & de præſenti caſſat, reuocat, & annullat quaſcumque literas pragmaticas ſiue prouiſiones factas & prouiſas ſuper occupationibus ſiue apprehenſionibus bonorum poſſeſſorum & detentorum a dictis eccleſijs, eccleſiaſticis perſonis, locis pijs, ſanctis, & religioſis, & ſuper exhibitione titulorum & caputbreuiatione dictorum bonorum, & etiam ſuper impoſitione quatuor ſolidorum pro libra vel alia maiori aut minori quantitate, & alia quacumque mandata, ordinationes, diſpoſitiones, ſententiam, ſeu declarationes factas in & contra dictas & alias eccleſiaſticas perſonas, loca ſancta, pia, ſiue religioſa, & bona eorundem.* Adduntur plura alia pro clero, tum ſubditur: *Item dictus dominus Rex promittit in ſua bona fide regia, & iurat ſolemniter per crucem Domini & eius quatuor ſancta euangelia in manibus præfati domini Cardinalis A. S. L. quod dabit operam & curam cum effectu, vt de omnibus prædictis fiant acta in primis curijs Catalanis & in primis curijs Valentinis celebrandis.* Alia multa ſtatuta ad tuendum eccleſiaſticam libertatem adiecta, inter quæ hoc non prætereundum viſum eſt.

Legatus in regnum Neap. a Nic. decretus.

b Extant apud Nic. lib. 29. pag. 139.

Conuentio inter Alphonſum Regem & Pon. max.

Item ex cauſa conuentionis præſentis dictus dominus Rex confitetur & recognoſcit pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, quomodo decima & prouincia poſſeſſa & tenta per dictas eccleſias & eccleſiaſticas perſonas, & religionem ac militiam Monteſiæ pertinuerunt & pertinent iure diuino pariter & humano eiſdem, & quod ab inde nullo vnquam tempore ſuper illis parte ſeu partibus decimarum & prouinciarum quas dictæ eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ pro nunc poſſident & tenent, impoſitionem aliquam quatuor ſolidorum pro libra, aut aliam maiorem vel minorem, aut exactionem, demandam, & aliam quamcumque functionem non facient, petent, aut exigent, immo ipſæ decimæ & prouinciæ per eccleſias & eccleſiaſticas perſonas poſſeſſæ & tentæ ad eas pertineant & ſint liberæ a quacumque contributione particulari vel generali in impoſitionibus, exactionibus, collectis, demandis, & functionibus prædictis, & de conſenſu eiuſdem domini Regis conuentum eſt, quod prædicta corroborentur bulla ſanctiſſimi domini noſtri domini Nicolai Papæ V. & reuerendiſſimorum S. R. E. Cardinalium manibus ſubſcripta ad futuram rei memoriam, in qua præſens capitulum inferatur, & quod in futurum per ſucceſſores dicti domini Regis non poſſit ſuper prædictis contentis in hoc capitulo aliquid in dubium reuocari, quinimmo teneatur quilibet eorum in principio ſui regiminis præſtare iuramentum de huiuſmodi capitulo obſeruando, &c. Datum & actum eſt hoc in caſtello villæ turris Octaui de diſtrictu ciuitatis noſtræ Neapolis die ſexto menſis ianuarij anno a natiuitate domini MCCCCLX. *regni noſtri Siciliæ citra pharum anno decimoſeptimo, aliorum vero regnorum noſtrorum trigeſimo ſexto, præſentibus venerabilibus in Chriſto patribus Ioanne Dei gratia epiſcopo Maioricarum confeſſore, Giſperto Pardo epiſcopo Segobricenſi.* Et infra: *Signum Alfonſi Dei gratia Regis Aragonum Siciliæ citra & vltra pharum, Valentiæ, Ieruſalem, Hungariæ, Maioricarum, Sardiniæ & Corſicæ, comes Barchinoniæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Roſſilionis & Ceritaniæ, qui prædicta concedimus, laudamus, firmamus, & iuramus. Rex Alfonſus.*

Spondet Alf. nihil ex decimis vſurpaturũ.

Teſtes ſunt, qui prædictis interfuerunt Ferdinandus de Aragonia dux Calabriæ filius primogenitus & locumtenens generalis sereniſſimi dicti domini Regis in dicto regno Siciliæ citra pharum, &c. Confirmata ſunt hæc a Nicolao V. adiecta diplomati hac temporis nota: *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIX. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* III.

Para-

Digitized by Google

11 Parabat inter hæc profectionem in Italiam Fridericus Cæſar imperij inſignibus, vt condictum erat, a Pontifice ornandus cum, Hungaris, Bohemis, & Auſtriacis vrgentibus, vt Ladiſlaum puerum eius tutelæ commendatum ipſorumque principem abs ſe dimitteret, eoque ob ætatis Ladiſlai imbecillitatem illis morem gerere detrectante, adeo Hungarorum exaſperati ſunt animi, vt Ioannes Huniades regni adminiſtrator incurrerit in Auſtriam: ſed tumultum ſedauit Cæſar, cum impuberis Regis in Italiam ducendi, vt gentium perdiſceret mores, conſilium ſe inijſſe teſtaretur; ac Bohemos pariter compeſcuit, dum Ladiſlaum poſtulabant, aliumque Regem ſe renuntiaturos minitabantur, Ænea Syluio epiſcopo Senenſi ad eos cum alijs oratoribus miſſo, cuius elegantem orationem latine habitam Procopius eques auratus Bohemus patria lingua eſt interpretatus, perſuaſique ſunt Bohemi, vt non modo Ladiſlaum Regem educandum Friderico permiſerint, ſed decreuerint etiam nobilitate ſpectatiſſimos adoleſcentes ad eum ſtipandum in Italiam profecturos. Narrat hęc pluribus inter alios Æneas [a], eandemque concionem ſcriptis mandauit.

Hungari Ladislaum Regem repetunt a Friderico.

permiſſa Friderico Ladislai educatio.

Præterea tradit ob peſtem, quæ Pragam inuaſerat, celebratos in oppido, cui Benedicti nomen eſt, ordinum regni conuentus, atque in ijs marchionem Brandeburgenſem, miſſis literis pollicitum eſſe interpretem ſe fore, vt legatus Cardinalis S. Petri ad res eccleſiaſticas componendas in Bohemiam admitteretur. Tum ipſummet Æneam in colloquium veniſſe cum Georgio Podiebratio narrat [b], in quo primum ei ante oculos poſuit quantam apud Pontificem & Ladiſlaum Regem gratiam eſſet initurus, ſi aberrantes Bohemos ad cultum fidei orthodoxæ reduceret: *Regnum hoc*, inquit Georgium compellans, *olim florentiſſimum fuit, & inter occidentalia regna ditiſſimum, viguerunt hic religiones, & omnium bonarum artium ſtudia claruerunt, nunc inops regio eſt, concuſſa, lacera. Cur hoc ſane? quia non poteſt veritas noſtra mentiri, dum apud euangeliſtam dicit: Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſuper domum cadet. Vos Bohemi non ſolum inuicem diuiſi eſtis, verum etiam ab ipſa Chriſtianitatis maiori parte ſecreti, nec Romanam auditis eccleſiam, quamuis mater eſt & magiſtra fidelium, neque mandata conciliorum recipitis, quod ſi vnitatem eccleſiæ amplecteremini, & in domo Domini ambularetis cum conſenſu, facile regnum veſtrum priſtinam dignitatem ſplendoremque ſuum reſumeret. Tu ergo, qui regni populos quouis trahis, fac tibi nomen grande, fac vt te ſedes Apoſtolica diligat, redde ſibi filios quos ſathan abduxit. Hauriat ex fonte riuus aquas ſuas, nec præciſus areſcat. Redibunt omnes, & Romanam eccleſiam venerabuntur, ſi volueris, te Romanus Pontifex, te Cæſar in primis charum habebunt, cumque Ladiſlaus in regnum venerit, te tutorem, te patrem appellabit, tibi maximas gratias aget, qui ſibi pacatam prouinciam reſtitueris erroribus expurgatam, pace quietam, ornatam moribus, fide feruentem, conſequeriſque tu non ſolum gloriam, ſed & poſteri tui & nati natorum, & qui naſcentur ab illis ob eam rem ſemper habebuntur honori, eritque memoria tui nominis ſempiterna, & fixus tuæ familiæ ſtatus, qui vera virtute creuerit.* [Vera & optima fuiſſe hæc conſilia ſuggeſta ab Ænea Syluio, oſtendent euentus, ſubiecit ille de alijs præmijs:] *Tranſiturus ex hac vita ad meliorem migrabis, lucidas ſedes accipies, beatitudinemque perennem immortalitate veſtitus. Omnibus enim, qui patriam ornauerint, auxerint, iuuerint, defenderint, certum eſt eſſe in cælo diffinitum locum, quo beati æuo fruantur ſempiterno. Quod ſi viam noſti, quo rectus ad vnionem trames ducat, edoctum me redde, nam ſedem Apoſtolicam certiorem reddam. Vos iam legato conuentum promiſiſtis, & recte quidem, nam boni cupidus eſt & induſtrius pater, doctrinaque plenus inuenict, niſi fallor, conuenienter ad vnionem modos, neſcio tamen qua facultate præditus eſt. Quod ſi ſcirem deſideria veſtra, ſcriberem Pontifici maximo, iſque prius quam dies conuentionis adeſſet, de ſua mente legatum commoneret.*

a Aen. Syl hiſt. Bohē. cap 58. Cocl. hiſt. Huſſ. l. 10 Dubrau. l. 28. & alij.

De legato Card. in Bohemiam inducendo actum.

b Aen. Syl lib. 1. ep. 130.

Amiſſa religione cuncta pessumdata in Bohemia.

Propoſita Georgio gloria ſi Bohemos ad Eccleſiam reduxerit.

Propoſita ex eo amplitudinem ipſius conſtabilitum iri.

Querenti mox Georgio, factas cum Baſileenſi ſynodo pactiones perturbatas, neque Cardinalem S. Angeli id fœdus inſtaurare voluiſſe; ſubiecit Æneas violatum prius a Bohemis fœdus; non enim ſub duplici ſpecie Euchariſtiam ſumere contentos, ſed ſub vna ſola communicantes damnare, legatum proinde ab omni culpa puriſſimum videri, ſi compactata non confirmaſſet: *Mos*, inquit, *hominum eſt, vt paribus paria referant. Cur violari fœdus conquerimini, quod priores rupiſtis? neque enim ſufficit vobis ſub duplici ſpecie communicare, niſi & ſub vna ſola communicantes damnetis.* [Negante id Georgio, ſubdidit:] *Dicitis neminem ſaluari niſi communicet ſub duplici ſpecie, nos omnes damnatis hæreticos, perditoſque dicitis, quod nimirum vitium hæreſis in vos retorquemus. Tu conuentiones cum concilio factas refers & authenticas dicis auctoritate concilij probatas, audio libenter, ſed concilium de communione vtriuſque ſpeciei loquens opinioni veſtræ contrarium eſt, quia neque ad ſalutem neceſſariam eſſe dicit, neque Chriſti præceptum eſſe ſub duplici ſpecie communicare populum.* Et infra.

Georgius Podiebrat. inſtat vt pactiones redintegrentur.

Pactiones non ſeruatæ a Bohemis.

Si noluerit, ait, *legatus innouare pactiones veſtras, quid miri eſt? Vobis indulta eſt ſub vtraque ſpecie communicatio, iuſſi tamen ſacerdotes veſtri ſunt, quotieſcumque miniſtrant populo ſacramentum, commonere atque inſtruere omnes, ne ſub duplici tantum ſpecie, ſed ſub qualibet totum & integrum eſſe Chriſtum intelligant, nihil faciunt. Prohibiti ſunt infantibus atque dementibus Euchariſtiam porrigere, porrigunt tamen. Neminem ad communicandum ſub duplici ſpecie cogere debent, ad communicandum compellunt, ſepulturam negantes ni communicent. Qui prius non habuit huius communionis vſum, repelli ab his debet, ipſi autem inuitant, prouocant, vrgent. Debent vniuerſalis Eccleſiæ ritum tenere, poſtponunt, diuinis officiis vulgaria carmina commiſcent. Pulchra obedientia, pulchra fœderis obſeruatio! quæ prohibentur facere, faciunt, quæ iubentur omnino poſtponunt. Cum ergo abutamini priuilegio, & tranſgrediamini leges patrum, præuaricantes mandata concilij, haud iure legatum accuſatis compactata firmare nolentem, quia priuilegium amiſiſtis male vtentes.* Nonnullis interiectis magis magiſque demonſtrauit, violata ab Huſſitis vetera pacta, reſponditque ita Georgio expoſtulanti Rochezanam, Sigiſmundo Imperatore aſſentiente, archiepiſcopum Pragenſem deſignatum ab eo munere arceri: *In compactatis*, inquit, *promiſiſtis omnes ſeruare ritus vniuerſalis Eccleſiæ præterquam in communione calicis, ritus autem Latinæ eccleſiæ, cuius vos membrum eſtis, hoc habet: archiepiſcopos autem eligunt capitula eccleſiarum auctoritate apoſtolica confirmandos, aut vacantibus eccleſiis, Romanus Pontifex ſolus præficit, vos alium ritum nouumque modum inducitis. Poſtquam deuoluta eſt prouiſio, electionem populariter facitis, cuiuſque ritus Eccleſiæ ſit examinare electionem, electique meritum Romani Pontificis iudicio comprobari, vos niſi Rochezanam habueritis nullum vultis ſeruare, hoc eſt aut violare pactiones?*

Non audiri ab iis concilium.

Demonſtratur eas prius a Bohemis violatas.

Queritur Georgius Rochezanam non eo ſeruari archiep.

Reſponſum Rochezanam non rite electum.

12 Subdidit Æneas, Rochezanam a ca-

Rocheʒanam non canonice electum.

nonicorum collegio nō deſignatum archiepiſcopū; pręterea publica ipſū laborare infamia, atque ideo a Pontifice confirmari non potuerit, quod ampliori oratione ſic oſtendit Georgium alloquens: *Admonet Apoſtolus neophytum ne quis epiſcopum aſſumat, ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli. At tuus*

Eligi non poſſe propter hæreſim.

Rocheʒana non nouus in fide, ſed nullus eſt, qui ſedem Apoſtolicam ſuis ſermonibus carpit, erraticeque totam Eccleſiam dicit, dum neceſſariam omnibus fidelibus vtriuſque ſpeciei communionem affirmat, & aliquas veritates ſe habere conteſtatur, quibus Romana eccleſia contradicit, ſed fallax eſt, & veritas non eſt cum eo, qui vltra apud temerarios Pragenſes ſine diuina diſpenſatione ſe præficit, qui ſe præpoſitum ſine vlla ordinationis lege conſtituit, qui regante Chriſti vicario epiſcopi ſibi nomen aſſumit, atque vſurpat officium, cuius ſermo vt cancer ſerpit & auditorum cordibus mortale virus infundit. Sed non pontificalis, ſed peſtilentiæ cathedra eſt, quam tuus occupat Rocheʒana, magiſter erroris & artifex corrumpenda virtutis egregius, qui dereliquit fontem aquæ viuæ, & effodit ſibi lacus detritos, qui non poſſunt aquam portare.

Loquar aperte, quod ſentio, nihil reticeo. Quo pacto Romanus Pontifex huic talem eccleſiam commendare poteſt, qui confundit Apoſtolicam ſedem, qui maledicit toti Eccleſiæ, qui nouos ritus inducit, qui nulli ſe ſubmittere vult examini, qui pacem Domini diſcor-

Lupo non committendæ oues.

*diæ furore corrumpit, qui cum velit præeſſe quammultis, nulli vult ipſe ſubeſſe? Sicceine lupo committemus oues? Quid dicant cæteri de regno qui Romanam eccleſiam forti pectore & immobili corde huc vſque ſecuti ſunt? an non ſic aggredi ſummum Pontificem poſſent, ſi Rocheʒanam promoueat? Cui nos, pater ſancte, committes? Cui nos credis, qui tibi fideles ſumus? Hoſti noſtras animas occidendas præbes? Nunquid apud nos * eſt, quem poſſis eccleſiæ noſtræ præficere? Nos*

* non

plures ſumus, ſiue nobilitatem regni, ſiue plebem aduertis, quid iuuat noſtra fides? quid conſtantia? meliori loco apud te ſunt qui tibi aduerſi fuerunt, haccine tuis fidelibus præmia reddis? archiepiſcopum illi habebunt, qui communionem ſub duplici ſpecie tuentur, nos qui ſub vna communicamus orphani relinquemur? Non arbitror, Georgi, fieri poſſe quod petis. Vana Ro-

Monitus Podiebratius ſolatur ſpes Rocheʒanæ.

cheʒana, vana ſpes veſtra eſt. Quod ſi pacem quæritis, ſinite illum, nec ſigilla vos teneant, quia promiſiſtis aſſiſtere, ſatis eſt diligentiam impendiſſe, impoſſibilium nulla obligatio eſt, nec veſtrum eſt Papam cogere, ſequimini ritus eccleſiæ, & aliorum Chriſtianorum vos moribus coaptate, ſic benignum Papam ſic omnes vobis affectas inuenietis, ſic tranquilli feliceſque regni bonis in pace frui poteritis. Hactenus Æneas ad Georgium Podiebratium Huſſitarum anteſignanum: cui etiam conſuluit, vt venienti Ioanni e Capiſtrano docto & ſancto viro omnia dubia exponeret, mentiſque patefaceret arcana: atque ita ſolutum colloquium eſt, & conuentus procerum Bohemiæ dimiſſus. Pergit auctor enarrare, vt a Podiebratio digreſſus dum

Æn. Syl. a Thaboritis officioſe exceptus.

redibat in Auſtriam, vna cum alijs Cæſaris oratoribus a Thaboritis exceptus ſit honorifice, conuentuſque ab eorum ſacerdotibus, qui popoſcerint, vt conſolatoria verba apud ipſos faceret, ex quo ipſe occaſionem confutandæ eorundem hæreſeos arripuit, nonnullaque præfatus ſubiunxit.

Verba ab eodem habita.

Dubia, quæ vos cruciant, ex ſacris literis oriuntur, neque enim Scriptura vnquam vlla ſic aperta claraque fuit, vt in diuerſos flecti ſenſus nequiret, traxeruntque ſacris ex codicibus ortum omnia, quæ ab initio ſurgentis Eccleſiæ vſque nunc fuerunt ſchiſmata, ſed norat hoc futurum Deus. Idcirco cum per ſamulum Moſen Iſraelitico populo legem dediſſet, & quid ſectan-dum, quidne fugiendum eſſet, manifeſta ſerie ſcripſiſſet, ſciens tamen futuros eſſe, qui legi ſuæ diſſonas ſenſus accommodarent, conſulturus futura ſæculo & obicem poſiturus hæreſibus, ſupremum tribunal in terra conſtituit, ad quod maiores cauſæ, & omnes afferri dubitationes de lege deberent. Ait enim in deuteronomia ª Dominus: Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem,

ª Deuter. cap. 17.

Commonitio hæreticis de ambiguo ſcri pturæ ſenſu conſulendum Pontificem ex Deuter.

cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit dominus Deus tuus, veniesque ad ſacerdotes Leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore, & quæres ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quæcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram vel ſiniſtram, qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Deo tuo & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael. Sic veteris

In veteri teſtamento Pontifex iudex diuino ſolo interpres.

teſtamenti ſequacibus Dominus imperauit, ne quis ſua ſeductus opinione ſcindere populum peregrinoſque religiones introducere poſſet: nam qui ambulant in errore cordis ſui venient ſuper eum mala.

Sed nec Chriſtus dominus legis conditor, veritatis magiſter, & ſalutis inuentor, ſuperni refugium tribunalis omiſit, elegit enim Petrum, ac in Petro cæteros Rom. ſedis antiſtites, qui poſt eius in cælum aſcenſionem vicariatum tenuerint, & in Eccleſia primum locum, cum claues regni cælorum illi promiſit, ac ligandi ſoluendique poteſta-

Tradita a Chriſto Pontifici poteſtas demonſtratur.

tem, & tandem paſturam gregis commiſit dicens: Paſce oues meas. Cur hoc? Quid tunc opus erat Petrum fieri paſtorem, claues regni tenere, principatum accipere, Chriſti vicariatum gerere, niſi vt errantes reduceret, ignaros inſtrueret, timidos roboraret, pertinaces eliminaret, fidelibus ſubueniret, hæreticis repugnaret? Si iuſti eſſemus, ac noſtro ingenio verum videremus & ſequeremur omnes, neque lege neque principe opus eſſet, ſed quia inſurgunt ingenia perniciaſa, quæ doctrinas peſtiferas ſeminant, funduntque venena lethalia, & occidunt crudeles animas, neceſſaria fuit ſupremi tribunalis erectio, quod inter lepram & lepram iudicaret, hoc autem eſt apud Apoſtolicam ſedem, quæ cardo & caput, vt factum eſt a Domino & non ab alio, eſt conſtituta fidelium, & ſicut cardine oſtium regitur, ſic eccleſiæ Domino diſponente reguntur, atque vt Calliſti Papæ ſanctiſſimi verbis vtamur: Nulli dubium eſt quod Apoſtolica ſedes mater ſit omnium eccleſiarum, a cuius nos regulis nullatenus conuenit deuiare.

Pio ad Thaboritas adhortatio.

Vos igitur Thaboritæ ſi qua vos fidei dubitatio tenet, conſulite Romanam eccleſiam, audite vicarium Chriſti, facite quæcumque dixerint vobis, qui præſunt loco, quem Dominus elegit, dicite cum Eſaia. Venite aſcendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias & ambulabimus in ſemitis eius. Quis eſt mons Domini, niſi Apoſtolica ſedes? Quæ domus Dei, niſi Eccleſia? Quis locus electus a Domino, niſi Roma, quam beatorum Petri & Pauli martyrium conſecrauit? Fugiebat Petrus ex Vrbe, mortem timens, ſed cum obuiam habuiſſet in via Dominum, dixit ad eum, Domine, quo vadis? & Dominus ſibi: Vado Romam iterum crucifigi. Sic reuerſus Petrus cathedram ſummi pontificatus erexit, vbi crucis patibulum ſubijt. Huc ergo recurrendum eſt, hinc doctrina ſumenda eſt, hinc veritatis hauriendi latices. Hic fons aquæ viuæ ſignatus ſcaturit, hic hortus concluſus, hic arca Domini, extra quam omnis ſalus deſilit.

Non pudeat vos Thaboritæ quæ de fide ſentitis Apoſtolicæ ſedi referre: nam Paulus vocatus e cælo, ſegregatus in euangelium Chriſti ſecuritatem non

ha-

habuit euangelium prædicandi, niſi Petri & cæterorum Apoſtolorum, qui cum eo erant fuiſſet ſententia roboratum. Eapropter ad Galatas ſcribens: Iterum, inquit, aſcendi Ieroſolymam cum Barnaba aſſumpto Tito, aſcendi autem ſecundum reuelationem, & contuli cum eis euangelium, ſeorſum autem cum his qui videbantur aliquid eſſe, ne forte in vacuum currerem aut cucurriſſem. Et diuus Hieronymus doctrina plenus & omnem ſcientiam callens, cum fidei ſcripta dictaſſet ad Damaſum: Hæc eſt, inquit, fides, Papa beatiſſime, quam didici in eccleſia, quamque ſemper tenui, in qua ſi minus perite aut parum caute forte aliquid poſitum eſt, emendari a te volo, qui fidem Petri tenes & meritum. Sic & vos facere Thaboritas exhortor, oſtendite vos & doctrinam veſtram Romano Pontifici, facite quæ iuſſerit, neque ad dextram neque ad ſiniſtram declinantes, ſic conſolationem ſpiritus, ſic animæ veſtræ quietem aſſequemini & ſalutem.

Paulus ipſe a Petro dirigendus fuit.

Tum delapſa diſceptatio eſt ad controuerſiam de comunione ſub vtraque ſpecie, quam cum hæretici neceſſariam laicis contenderent, plures Scripturę ſacræ ſententias congeſſerunt, quas in prauum ſenſum detorquebant: defenſurus vero fidei orthodoxæ dogmata Æneas hæreticorum argumenta prolixa diſſoluit oratione, ex qua hæc libaſſe ſuffecerit.

Communionem laicorum ſub vtraque ſpecie vrgent hæretici.

13 *Sunt ad hæc omnia nobis parata ac clara reſponſa, quæ de penu Spiritus ſancti recipit & miniſtrat mater Eccleſia. Negat Ioannes, immo negat apud Ioannem Dominus vitam eſſe cuipiam, niſi carnem ſuam comederit & ſanguinem eius biberit, quibus verbis non minus vtriuſque ſpeciei communionem, quam baptiſmatis vndam mandatam cenſes. Vetus hæc Armenorum inſania fuit, qui natos vt in lucem veniebant, mox baptizatos, mox altaris Sacramento reficiebant, quod & vos aiunt facere, qui dementes atque infantes ad Euchariſtiæ libamenta vocatis, inhonorantes diuiniſſimum ſacramentum, commonitionemque Pauli deſpicientes, qui ad Corinthios ſcribens ait: Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Quomodo ſe paruuli & dementes probare poſſunt, quibus nec certus nec verus rationis eſt vſus?* Interiectis deinde pluribus, quibus oſtendit obſtrictos tantum ſacerdotes communionis ſacramentum ſub vtraque ſpecie obire, nec Græcam eccleſiam, cuius & Apoſtolorum doctrinam ſequi falſo iactabant Thaboritæ, vnquam dixiſſe damnatos eſſe populos, qui de calice non acciperent, addit: *Cum ex præcepto Chriſti non ſit communio calicis in populo, quis non vides tu hoc, ſicut in cæteris, quæ Dominus expreſſe non iuſſit, Eccleſiæ ſtandum eſſe iudicio, cuncta enim, quæ ſub præcepto diuino non cadunt, regentis Eccleſiæ ſunt diſpoſitioni commiſſa, cuius mandata tanquam diuina recipienda ſunt, & omni deuotione complenda, quando præcepto Dei non ſunt aduerſa vel vtrum ſint aduerſa non eſt certa cognitio.*

Armeniorum error de impertienda infantibus Euchar.

Græci non damnarunt eos qui calicem non acciperent.

Sed nec tu tibi de Græcia blandiaris, quamuis enim non errant Græci vetuſtam conſuetudinem obſeruantes, non tamen vobis excuſatio eſt, qui ſub Latinis nati educatique moribus, laudatum, ſecurum, purum eccleſiæ Romanæ ritum auctoritate propria reieciſtis, quamuis ordinationem eius, ſiue conſuetudinem longo vſu probatam infringere peccatum tranſgreſſionis exiſtat, nec ſcio quid vos in hac re Græcam magis, quam Latinam eccleſiam imitari compellat. Latinus certe ſenatus & mundius & rationabilius & cautius agit, quam Græcus, nam tribus de cauſis calicis potum plebibus interdixit. Prima ne rudis populus ſub duplici ſolum ſpecie contineri Chriſtum putaret. Altera quod eſt liquidum multorum attrectatum manibus effunderetur in terram, quemadmodum nuper in Praga factum referunt, vbi puerulus vix anniculus ab vbere matris ad ſanguinem Domini raptus calicem ex manu minus conſiderati ſacerdotis arripiens ſacramentum ſparſit in humum. Tertia vt impleretur figura veteris legis, quæ licet populo miniſtrari de ſacrificio iuberet, libamina tamen ſolis ſacerdotibus leuitiſque reſeruauit. Quid eſt quod Græcam eccleſiam tantopere laudatis? An non Latinam eccleſiam multo florentiorem eſſe quam Græcam cernitis, & noſtram longe lateque dominantem, illam Mahometi cultoribus ſeruientem, hanc ſub vno capite gubernatam, illam multis ſchiſmatibus implicatam, hanc templis ſublimioribus exornatam, illam omni ſplendore nudatam, hanc ſemper recta dogmata prædicantem, illam ſæpius errori conſentientem. Et infra.

Non licuit Latinis veteres Patrum ritus abijcere.

Ob iuſtiſſimas cauſas negata laicis communio calicis.

Præſtantior longe Latina quam Græca eccleſia.

Audite docentem matrem, amplectimini legem Eccleſiæ, quæ ſancta eſt & honeſte condita. Nolite putare ſemper Apoſtolos Chriſti diſcipulos communionem calicis accepiſſe, quia poſt Chriſti paſſionem de calice rarus, de pane frequens habetur ſermo, vt eſt illud: Cognouerunt eum in fractione panis, & in actibus Apoſtolorum: Frangentes circa domos panem, & iterum. Perſeuerantes in fractione panis. Quibus in locis nullam reperimus de vino mentionem, & infra, *cum veſtri noſtrique progenitores ſub vna ſpecie communicauerint, cum multi doctores ab eccleſia recepti & in catalogo ſanctorum conſcripti miraculis coruſcantes retinendum plebi calicem non dicant, cum Latina eccleſia id ſeruet, doceat, & mandet, ſuadeo vt vos illi obtemperetis.*

Cõmunio ſub ſpeciebus panis frequentior antiquitus.

14 Reſpuerunt hæretici ſalubre Æneæ Syluij conſilium, neque ad dirimendam controuerſiam vllum iudicem, non Pontificem non Eccleſiam admittere voluerunt, cumque falſo obijcerent, ob negatas populo vini ſpecies ſacramentum tolli, haud recte concludi reſpondit Æneas: *Septem*, inquit, *ſunt Eccleſiæ ſacramenta etſi vos quinque tantum recipitis. Ex his vnum eſt Euchariſtia præcellentiſſimum & maximum, hoc ſemper integrum & vnum eſt ſiue ſub vna ſpecie ſumitur ſiue ſub duabus, & licet mille particulæ panis fiant, vinique totidem, vnus tamen eſt vbique totus & integer Chriſtus nec ſubtracta vini ſpecie ſubtrahitur ſacramentum, quia totum in altera ſumitur, &c.* Porro cum hæretici veritatis ſplendore perſtringerētur, conuitia addidere, ac maledica verba in Pontificem & Cardinales iacere non ſunt veriti, ſolutoque ita congreſſu, diceſſit a Thaboritis Æneas, literiſque ampliſſimis apud Nouam ciuitatem XII. kal. ſeptembris huius anni exaratis Caruaialem Cardinalem de omnibus certiorem fecit [a].

Thaboritarum obiectio. Quinque ſacramenta ab his ſuſcepta.

In particulis Chriſtus integer eſt.

Perſuaſerat idem Æneas Pontificem, vt Ioannem e Capiſtrano Minoritam, doctrinæ ac virtutum laude præſtantiſſimum ad reuocandos ab errore hæreticos Bohemos legaret. Miſſus [b] itaque hoc anno vir ſanctus in Bohemiam plures ad catholicam fidem traduxit: qua fama permotus Pontifex illius auctoritatem amplificauit, vt trium annorum, totidemque quadragenatum indulgentiam eius concionem audituris, vel ſacris operanti affuturis impertiretur, redeuntes eius opera in ſinum Eccleſiæ cenſuris omnibus pœniſque ſolueret, interdictos ſacerdotali munere priſtino officio reſtitueret, notamque infamiæ, qua propterea quis inuſtus eſſet aboleret; collati beneficij cauſam hanc expreſſit Pontifex in literis [c] ad ipſum datis V. kal. nouembris: *Cum*, inquit, *intelleximus te in regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ ac partibus illis adiacentibus, diuino tibi aſſiſtente ſpiritu, ſermonibus ac prædicationibus ad populum vigilanter inſudare & vtiliter proficere, vt vniuerſorum Chriſti fidelium, qui ad te pro audiendo verbo Dei confluunt, augeatur*

d...o-

[a] Extant apud Æn. Syluiu. lib. 1 ep. 130.
[b] Cocla. lib. 10.
Ioannes e Capiſtrano in Bohemiam miſſus.
[c] Extant ibid.
Auctoritas a Pontif. prorogatur.

Digitized by Google

deuotio & dono cœleſtis gratiæ vberius ſe conſpiciant refertos, &c. Et quidem ipſemet B. Ioannes aſcripta diuino Numini gloria teſtatur in literis ª quas ad Viennenſis academiæ doctores ſcripſit, plures ſe ab errore euulſiſſe: inquit, *multi barones, nobiles, & ſacerdotes ab omnibus compactatis vltra quam quatuor millia meis in manibus omnes Huſſitarum errores abiurauerunt, vt ſileam multos alios conuerſos, qui ſub ipſorum baronum conuerſorum dominio degunt.*

ª Extant apud Cocl. l. 10.

Bohemi plurimi eius compactatis euulſi.

De eodem B. Ioanne, deque pijs animorum motibus in Germanico populo concitatis, hæc memoranda tradit magni chronici belgici auctor ᵇ: *Anno ſalutis* MCCCCLII. *frater ordinis Minorum Ioannes de Capiſtrano doctor decretorum diſcipulus S. Bernardini a domino Apoſtolico miſſus ad prædicandum & conuertendum Bohemos, deſcendens per Thuringiam, Saxoniam, Miſniam, & Morauiam cum gloria ſimili & terræ principibus ab omni clero & populo cum crucibus & vexillis proceſſionaliter ei obuiantibus & Iuſtum deduxit, conuenientibus deuote ſuſceptus, & in eccleſiam ſibi competentem fuit introductus. Iſte communiter ante prandium facta domuncula in altum eleuata primo celebrauit, deinde duabus aut tribus horis ibidem, Latine omni populo prædicauit, manibuſque & pedibus,* id eſt geſtu, *more Italico prædicata demonſtrauit. Aiunt Erfordiæ ſexaginta millia populi iuxta eius æſtimationem in ſermone eius tunc fuiſſe, vbi cuncti viri in vno latere, & mulieres in altero latere diuiſim ſubſtiterunt. Quem alius eiuſdem ordinis doctor continuo ſubſecutus Theutonice de verbo ad verbum expreſſit, quod ipſe prius in Latino prædicauit, quod inde potuit quia in membrana ſeriem ſermonis audiendo conſcripſit. Prandio autem facto omnes ciuitatis & patriæ illius infirmi in forum conuenientes in circulum conſederunt, & ille ſuperueniens cum fratribus ſuis ordinis bene reformatis, reliquias quas ſecum detulit ſingulorum capita tangens, plurimos infirmorum ſanauit, quacumque infirmitate quiſque detineretur, modo bonam fidem recipiendæ ſanitatis haberet. Quæ omnia Erfordiæ, Vvymariæ, in Nuenborch & Hall. ipſum proſecuti fieri conſpeximus, & mirati ſumus: quia nuſquam talia in libris ſanctis vnquam legimus. Lipſiæ ſexaginta ſupposita vniuerſitatis illius per caput mortui in ambone fori populo demonſtratum dicitur conuertiſſe, & eos ordinis ſui habitu ibidem in foro induiſſe.*

ᵇ Magn. chro. belg. ex Ioan. regulari.

Magni populorum concurſus ad B. Ioan.

Teſtis oculatus miraculorum.

15 Increbreſcente vbique ipſius fama ob ingentes pietatis motus, quos in plerorumque animis excitabat, Ioannes Rochyzana Pragenſium Huſſitarum ſignifer illum ad diſceptandum, de vſu calicis, prouocare auſus eſt ᶜ hoc anno: cui modeſte & erudite vir pius reſpondit ᵈ, commendatoq; ſedis Apoſtolicæ primatu, atque ad ſeruandam cum ipſa coniunctionem adhortatione habita, prouocationem lætus admiſit, addiditque communem & tutum locum pro congreſſu deligendum. Ac Rochyzana non paululum deinde tergiuerſatus, virum ſanctum ad locum non tutum, cui Crumnouo nomen erat, pellicere niſus eſt; cumq; ad eum accedere Ioannes detrectaſſet, Rochyzana calumnijs illum lacerare cœpit ad obſcurandam eius exiſtimationem, ac populos ab ipſius ſacra audienda doctrina retrahendos: quas vir Dei literis ᶠ ſuis egregie confutauit, ex quibus hæc decerpimus: *O Rochyzana hominum infeliciſſime, dicis tu me profugum, ſeductorem, & antichriſtum, qui notus ſum omnibus?* *O magnifici & excellentes barones,* Bohemos compellat, *Rochyzana eſt oculoſior toto populo Chriſtiano, ac omnibus vniuerſitatibus ſtudiorum infraſcriptis, putat ſe doctiorem & oculoſiorem ſcilicet Romanæ, Neapolis, Senarum, Peruſij, Florentiæ, Ferrariæ, Bononiæ, Paduæ, Papiæ, in quibus quidem per tot annorum curricula verbum Dei prædicaui.* Et infra: *Tu me profugum appellare non erubeſcis & ſortilegum. At cum eſſem alienigena & facie incognitus in ciuitate Olomucenſi, quodam die dominico, ſicut omnium fuit iudicium, noſtris prædicationibus centum millia perſonarum tunc interfuerunt. O bellua & lingua viperea, tu me profugum prædicas, numquid ab omnibus Auſtralibus, Olomucenſibus, Brunnenſibus, Znaymenſibus, magnificis dominis de Roſis, Pataníenſibus, Ratiſponenſibus, Aegrenſibus, ab illuſtriſſimis excellentiſſimis principibus domino Ludouico duce Bauariæ, domino Alberto, domino Ioanne marchionibus Brandeburgenſibus, atque ab illuſtriſſimo & excellentiſſimo principe domino Friderico duce Saxoniæ, atque ab omnibus & ſingulis ciuitatibus eorundem principum, apud quos tranſitum feci tanta cum honorificentia fui ſuſceptus, quanta nemo religioſus hac noſtra ætate habitus eſt, &c.* Hæc beatus Ioannes e Capiſtrano ad Bohemos proceres ſcribebat non ſe iactandi, ſuaque oſtentandi cauſa, ſed veritatis illuſtrandæ ſtudio permotus; tum etiam vt hæreticorum impudentiam confunderet, qui eo depreſſo fidem etiam orthodoxam calumnijs labefactare nitebantur; quem vero inſectabantur homines impij, colebant Reges, inter quos Caſimirus Rex Poloniæ ipſum per literas ª rogauit, vt Bohemis in ſinum Eccleſiæ reuocatis Polonos, Lituanos, ac Ruthenos erudire vellet.

Prouocatio nem Rochizanæ ad Theologicam concertationem admittit.

ᶜ Coc. lib. 10.

ᵈ Extant eius lit.

ᵉ Id.

Ob iniquum locum detrectatum proſcinditur ab hæreſiarcha.

ᶠ Extant apud Cocl lib. 10.

Confutatur Rochizanæ calumnia.

Centum millia hominum ad vnam concionem B. Capiſtrani confluxere.

Quanto honore exceptus fuerit vir ſanctus.

Inuitatur a Poloniæ Rege.

ª Extant apud Cocl lib. 10.

Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus dux Lituaniæ & heres Ruſſiæ, venerabili & egregio viro Ioanni de Capiſtrano ordinis Minorum patri noſtro ſingulariter chariſſimo.

Literæ Regis Poloniæ ad B. Io. a Capiſtr.

Venerabilis & egregie vir pater noſter ſingulariter chariſſime. Splendorem ſuum princeps Regum terræ abunde in nos & nationes Slauorum effudiſſe cognoſcitur, dum pro gentis Bohemicæ reductione, quæ in regionem diſſimilitudinis abiens varia hæreſum dogmata ſectabatur, te vnum olim ſibi cognitum & probatum diuina mente & ſtupendis operibus inſignem tranſmiſit. Gaudet ob id omnis Aquilonaris plaga, & glorioſo Deo cum ſummo Pontifice vicario ſuo terreſtri gratias agit, & quidem ingentes, quod de ſalute populi ſui ſollicitus pro drachma decima & oue centeſima recuperanda ſingulare prouidit remedium. Senſiſti quidem & expertus es, ſceleratas Bohemorum mentes concepto & hauſto falſarum doctrinarum veneno catholicæ fidei puritatem perſecutas eſſe, & primum regno ſuo quodam nobili multiplicibus cladibus obruto & tandem proſtrato vicinis regionibus bella intuliſſe, templa ſuccenſa, virgines ſtupratas, miniſtros & ſeruos Dei occiſos cognouiſti. Tentarunt plures principes orbis armis ſectam tam deteſtabilem obruere, ſed caſſi fuerunt multorum conatus, & crebro ſequebatur occulto Dei iudicio catholicorum clades aut fuga. Tibi gentis prædictæ reductio ſeruata eſt, tibi vni ex alto conceſſum, quod fuit pluribus negatum, ſuccumbet precibus & meritis tuis Amalech, & ſuperbiſſimus proſternetur Goliath, populus quoque Domini exercituum liberatus ſaluabitur.

E miraculis famam ingentem collegerat.

Ex bohemica hæreſi ſecuta mala & exposita.

Tu autem pater mi, gentis illius nempe Bohemicæ, reductione quatenus fas erit expedita, ingredi & viſere regnum noſtrum Poloniæ non graueris, ſed per nos rogatus declina paululum, & nos filium tuum deuotum precor, & per miſericordiam Domini obteſtor, ne prætereas. Eſt nobis regnum Poloniæ tenaci fide religionem catholicam obſeruans. Eſt & ducatus Lituaniæ cuius popu-

Vt Poloniæ & Lithuaniam inuiſat.

populum genitor noſter clariſſimæ memoriæ Vvladislaus, Poloniæ Rex Chriſtianiſſimus ab idolorum cultura ad vnius veri Dei agnitionem reduxit, vtriuſque dominij noſtri populus magnopere te geſtit videre, & tuam præſentiam ſummo deſiderio & ſumma prece exoptat. Sunt præterea nobis terræ Ruſſiæ latiſſimæ, quæ & ſi fidem profitean-

Et Ruſſos ſchiſmaticos.

tur Chriſtianam, in ſectam tamen Græcorum dudum pertractæ ſunt, & illorum ritum pertractant & cuſtodiunt, nec tanto tempore, quod earum lapſum, & ab Eccleſia Latina ſciſſionem ſecutum eſt, a caligine cæremoniarum ſuarum, quamuis in pluribus concilijs multi fuiſſent interpoſiti labores, poterant abſtrahi aut auelli.

Hi omnes vno ſpiritu te interpellant, vt non deſpicias viſitare illos, vt aggregari in ſinum vnitatis Eccleſiæ ſanctæ Dei per te poſſint. Extant multi qui ſola fama tui nominis pellecti renunciare veteri ſectæ & ritui, & ingredi viam, quam monſtraueris repromittunt. Si te Bohemorum ſolicitat reductio, vt pro illorum ſalute omnes aduerſitates & pericula ſubire dulce fuerit, multo

[illegible]

magis Ruthenorum te moueat deuotio, nam & ſi vtraque gens caligine errorum velata ſit, Ruthenorum tamen faciliorem reductionem tibi ex multis reſpectibus perſuadeas: Quoniam natio boni cupida eſt, ſimplex, rudis, & omnis mundanæ doctrinæ expers, quæ errores ſuos debili oppoſitione tuetur, nec illos niſi conſuetudo quædam & ingenitus illius ritus amor, in quo nutriti ſunt, recognoſcere ſummi Pontificis auctoritatem & vnitatem fidei vetat, &c. *Dat. in Grodeli* [a] *feria III. in vigilia natiuitatis S. Mariæ anno Domini* MCCCCLI. Agit de eodem beato viro pluribus Vvaddingbus [a], quem pius lector conſulere poterit: nunc ab eo ad alium euangelicum præconem, qui diuinum etiam verbum in pluribus regnis diſſeminauit, narratio nobis traducenda eſt.

a alias Grodeck

a Vvadd. to. 6. hoc ann. n. 1. ad n. 38.

16 Efflorescente in dies Vincentij Ferrerij ordinis Prædicatorum ſanctitatis fama ob inſignia miracula, quæ implorata eius apud Deum ope patrabantur, Petrus dux Britanniæ, in qua prouincia, dum in ea diuini verbi & æternitatis ſemina ſpargebat, mortem pie obierat, tum Ioannes Caſtellæ & Alfonſus Aragonum Reges apud ſedem Apoſtolicam demiſſis precibus petiere, vt teſtium dicta de admirandis eius rebus in tabulas publicas referri iuberet, vt in ſanctorum numero collocaretur. Aſſenſit iuſtis horum principum poſtulatis Nicolaus, ac tribus Cardinalibus partes dedit [b], vt viros pietate & doctrina inſignes deſignarent, qui de ijs miraculis inquirerent.

B. Vincentius Ferrerii miraculorum gloria clareſcit.

b Lib. 14. pag. 34.

Venerabili fratri Georgio epiſcopo Peneſtrino, & dilectis filijs Alfonſo tit. SS. Quatuor coronatorum presbytero, ac Ioanni S. Angeli diacono S.R.E. Cardinalibus, ſalutem.

Sanctorum patrum exempla nos prouocant, & ſacrarum literarum admonet auctoritas, vt quos excellentior vita commendat, ſi vera miraculorum viuentes ac mortuos ſequuntur ſigna, in regnis cœleſtibus conſtitui non ambigamus, ac vt catalogo ſanctorum aſcribi, & a tota Eccleſia ſolicitis ſtudijs & præconijs ſonoris honorari curemus. Cum itaque dudum fratris Vincentij de Ferrariis origine Valentini, ordinis prædicatorum ſancti Dominici, vitæ excellentia, caſti mores, fructuoſa prædicatio cum charitate, in aduerſis patientia, miraculorum perſeuerata coruſcatio, toti fere occidenti innoteſcerent, recolendæ memoriæ quondam Ioannes dux Britanniæ, apud cuius patriam religioſus hic vir debitum carnis exoluerat, &

Ioannes dux Britanniæ [illegible]

plurima miracula eius meritis continuo fieri cognouerat, inſtantibus eius prælatis, principibus, ac populis apud felicis recordationis Martinum Papam V. prædeceſſorem noſtrum inſtitit, vt huius glorioſæ memoriæ viri canonizationi intenderet, demum præfato Martino Papa de medio ſublato, per ſuos ſolemnes nuncios graues viros dux præfatus apud ſanctæ memoriæ Eugenium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum inſtitit pro hoc tam ſancto opere inchoando, ſed & hac ſtante ſolicitudine dictus dux extitit vita functus. Demum nobis ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumptis, per chariſſimos filios noſtros Ioannem Caſtellæ & Legionis & Alfonſum Aragonum Reges illuſtres per literas & nuncios, nec non per capitulum generale ſacri ordinis prædicatorum hic apud hanc almam vrbem proxime celebratum particulariter, & in communi pro hoc ſancto opere inchoando, fuimus ſæpius requiſiti, nunc inſtantibus præfatis Ioanne Hiſpaniarum, Alfonſo Aragonum Regibus, Petro moderno duce Britanniæ, qui poſt eius genitoris obitum, prout in hereditate, ſic in huius ſancti operis deuotione ſucceſſit, in generali conſiſtorio pro parte eorundem nobis præſentibus per dilectum filium Andream de Sancta cruce ciuem Romanum aduocatum conſiſtorialem, miraculis huiuſmodi, longo & graui ſermone explicatis, ſupplicari fecerunt, quatenus aliquibus ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus committere, vt de & ſuper vita dicti fratris Vincentij, & miraculis huiuſmodi, & eorum circumſtantijs vniuerſis ſe ſolemniter & diligenter informent, & habita ſuper his informatione matura, ea quæ repererint, nobis & reliquis Cardinalibus referant, & alias ſuper huiuſmodi ſupplicatione prouidere opportune dignaremur.

Hiſpani Reges preces addunt.

Nos igitur, diuini nominis gloriam ampliari, ac catholicam fidem ſuos ſacros palmites continuo dilatare, noſtris præſertim temporibus ſupremis deſiderantes affectibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vobis, quorum graue iudicium, & præcipuam prudentiam, ac fidele conſilium in maximis noſtris & dictæ eccleſiæ negotijs comprobatum a nobis extitit, de eorundem fratrum conſilio per apoſtolica ſcripta committimus, vt vos, aut aliquæ perſonæ eccleſiaſticæ in dignitatibus conſtitutæ, comprobatæ integritatis, & doctrina ſacrarum literarum peritæ, quas ad hoc deputandas eſſe duxeritis, ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis & eorum circumſtantijs vniuerſis in curia & extra, diligentem informationem recipere, & veritatem eligere ſtudeatis, & habita ſuper his informatione matura, quæ veritati innixa eſſe repereritis, ſiue huiuſmodi deputandi inuenerint, nobis in ſecreto conſiſtorio fideliter referatis, vt vna cum veſtro & præfatorum Cardinalium conſilio, ad Domini noſtri laudem efficere valeamus quæ ſanctorum patrum dogmata, & ſacrorum canonum inſtitutiones, ac iuſtitia, & Chriſtiana charitas poſtulat & requirit, ſuper quibus plenam, & omnimodam, auctoritate apoſtolica, vobis tenore præſentium concedimus facultatem. Verum cum inter cæteras grauiores cauſas, quæ apud ſedem Apoſtolicam agitentur, hæc grauiſſima ſit, & in eadem omnis diligentia & conſcientiæ ſerenitas adhiberi debeat, vt in hac cauſa, non ſimulata, ſed ſolida veritas elici poſſit, volumus vt huiuſmodi perſonæ a vobis deputandæ, quamquam graues quidem fore exiſtimentur, in manibus veſtris, aut alterius eorum vel in manibus

Demandata res tribus Cardinalibus.

eius,

Digitized by Google

eius, quem deputabitis ad hoc, præſtent iuramentum, vt omnia eis a vobis commiſſa, ſolum Deum & veritatem præ oculis habentes, prout ſacri canones dictant, omni ſtudio & diligentia exequantur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLI. XV. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* V.

Edita Deiparæ preceib. Hallis prodigia.

17 Per id tempus Hallis in Belgio plura atque inſignia edebantur miracula, implorantibus Deiparæ preces Chriſtifidelibus morbis calamitatibuſque varijs oppreſſis, a quibus votiuæ tabellæ ſacræ illi ædiculæ appendebantur. Ex huiuſmodi rebus admirandis ibi patratis nonnullas nos ſupra ſuis locis recenſuimus. De quibus & alijs certior factus Nicolaus V. hoc anno ad accendendam magis fidelium pietatem, exarato apoſtolico diplomate [a] beneficium piaculare ijs qui in ea æde Virginem colerent propoſuit, quod afferendum viſum eſt, cum ſæpe antea de ipſa mentio recurrerit.

a Ext. apud Iuſt. Lipſ. in D. Hallen. poſt c. 36

Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, &c.

Fidedigna dilecti filij magiſtri Nicolai Plonchet perſonæ perſonatus in parochiali eccleſia S. Martini oppidi Hallenſis Cameracenſis diœceſis cubicularij ac ſcriptoris & familiaris noſtri, continui commenſalis, relatione didicimus, quædam honorabilis capella ad honorem & ſub titulo beatæ Mariæ virginis, in qua ſingulis diebus ad laudem eiuſdem virginis Mariæ vna alta & plures aliæ ſubmiſſa vocibus cum deuotione magna miſſæ celebrantur, & ad quam copioſa Chriſtifidelium ex diuerſis mundi partibus multitudo propter loci illius deuotionem ac miraculorum, quibus etiam virgo Maria inibi coruſcare dignoſcitur, frequentiam & magnitudinem confluere dietim proſpicitur in dicta eccleſia a multis iam tranſactis temporibus, ita quod de illius contrario hominum memoria vix habetur, ſolemniter fundata & dotata exiſtit, ipſiuſque Virginis Mariæ imago dominica prima ſeptembris ſingulis annis cum magna honorificentia tam dicti quam circumiacentium oppidorum, ciuitatum, & villarum, aliorumque locorum ſcabinis, conſulibus, & communitatibus magnifica donaria in reuerentiam præfatæ virginis Mariæ, ex parte ciuitatum, oppidorum, villarum, & locorum a quibus occurrente tempore ad id ſpecialiter mittuntur, deferentibus & offerentibus, ſingularibuſque vtriuſque ſexus earumdem partium cum ſingulari deuotione concurrentibus perſonis, cum magna ſolemnitate proceſſionaliter clero pſallente & populo orante, defertur commeantibus, oblationes quoque ad dictam capellam ex ipſorum Chriſtifidelium erogationibus prouenientes in fabricam, quæ inibi ſumptuoſe incœpta extitit & dietim continuatur, nec non reparationes & ornamenta, ac alias, *& infra*, parochialis eccleſiæ & capellæ huiuſmodi vtilitates & neceſſitates per certos probos viros, ad id per ſcabinos & alios ipſius oppidi oppidanos pro tempore deputatos, eccleſiæ magiſtros nuncupatos, in eccleſiam & capellam antedictos, bonaque ipſarum regere & gubernare & vtiliter conſeruare & diſponere tenentur quandiu onus geſſerint antedictum.

Concurſus longe lateq. ſid. l. locum ad ſacellũ.

Magnifica ſtructura excitata.

Nos igitur cupientes vt dicta capella congruis frequentetur honoribus, & vt Chriſtifideles ipſi eo libentius cauſa deuotionis confluant ad eandem ac præfatæ proceſſioni deuotius interſint, ac ad fabricam & reparationes aliaſque capellæ & eccleſiæ huiuſmodi neceſſitates manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem cœleſtis dono gratiæ conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis qui in dominica, qua huiuſmodi proceſſio fiet eidem proceſſioni interfuerint, illamque a principio vſque in finem continuauerint ac eadem, nec non epiphaniæ Domini & exaltationis S. Crucis feſtiuitatum diebus dictam capellam deuote viſitauerint, & ad fabricam & reparationes aliaſque eccleſiæ & capellæ prædictarum neceſſitates manus porrexerint adiutrices, annuatim ſingulis videlicet diebus huiuſcemodi, quibus proceſſioni interfuerint aut dictam capellam viſitauerint, & manus porrexerint adiutrices, vt præfertur, ſeptem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer relaxamus præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLI. *pridie non ſeptembris pontificatus noſtri anno* V.

Stiuem in opus collaturis propoſitæ indulgentiæ.

Scripſit miraculorum ſanctiſſimæ Virginis ope, quæ Hallis colitur, factorum, quæ certiſſimis locorum temporum ac perſonarum circumſtantijs conſignata ſunt, hiſtoriam Iuſtus Lipſius [a] ac plura, quæ conſecutis temporibus patrauit numen monumentis tradidit, reliqua vero prætermiſit: *Pauca*, inquit, *ante annum* CCCC. *extant, niſi longius quædam ſpectant, quibus temporis nota non eſt adiecta. Queramur, immo indignemur. Quamquam olim ſimile atque ipſe Auguſtinus æuo illo curioſo & erudito ſcribit multa ad memorias martyrum facta, ignoratione aut obliuione fama excidiſſe, atque adeo in ipſa vrbe Carthagine eueniſſe, quæ Carthago neſciret, ſimile Hallis noſtris factum, ac demus ſimplici pietati veniam, quæ contenta præſenti & ſuo fructu fuit. Illud autem primum obſeruo in ipſa ſtatua miri aliquid videri, quæ haud magna (ſeſquipedalis circiter) & e puro nec medicato ligno tot ſæcula perſeuerat immunis ab omni exitiali peſte, immunis etiam ab incendijs, quæ vrbecula illa aliquoties vel noſtra memoria ſenſit, cum illa diua & ſe & templum ſuum omni vicino foro & iuxta ipſam ædem ædibus ardentibus defendit.* Porro conſecutis temporibus geſta miracula, idem auctor monumentis tradidit, quæ vera eſſe contra impiorum calumnias, demonſtrat [b].

De miraculis Virg. Hallen. ſcribit Lipſius.

a Iuſt. Lipſius Virg. Hallen. cap. 6.

Imago qualis.

Triplex, inquit, *nota eſt, qua vera a vanis miracula differunt, magnitudo, finis, & fides. Magnitudo quod non exigua aliqua aut leuia ſunt in opere, ſed quæ opinionem, ſenſum, naturam omnem vincant, & quæ ipſa illa natura non niſi domino ſuo poſſit indulgere.* Paucíſque interiectis magorum prodigia cum noſtris ita confert: *Nouimus namque zonæ muliercula alligatam & aduerſo flumine motam, non aquam in cribro geſtatam, non manu permulſam & tactu æneam factam barbam, non cotem nouacula ſciſſam minuta & a minutis genus hæc facinora eſſe ſcimus: Quid ergo nos claudos erectos, cæcos luce affectos, morbidos perſanatos, mortuos ipſos ſuſcitatos, & vera vitali luce iterum donatos, imperium in elementa, in animantia, in naturam ipſam rerum Chriſtus & Chriſtiani vſurparunt & vſurpunt.*

Verorum miraculorum notæ.

Iam diſcrimen alterum a fine eſt. Vt demus magna quædam a profanis prauiſque hominibus patrari, finis diſſidet: illi in ludibrium aut noxam faciunt, noſtri in ſerium fructum aut ſalutem; præſtigiatores, calculatores, & id genus quid, niſi vana ſpecie obiecta, oculos ſenſuſque fallunt? & fallendo delectatiuncula aliqua fortaſſe permulcent magi, incantatores, ve-

Digitized by Google

neſici nocendi palam finem habent, & ad dæmonum cultum adducendi, quorum ope conſilioque hæc patrant. Itaque non ſallax eſt iſte character, quod vera miracula ad verum & vnum Deum ducunt, falſa ad falſos & multos.

Miracula veleră falſa & vana.

Tertium denique diſcrimen fides, atque id dupliciter. Primum quia vana multa eiuſmodi fama aut ſcriptis prodita & Liuius ipſe non ſemel agnoſcit, turbido aliquo tempore verſis in religionem animis multa viſa creditaque prodigia, quæ non erant, natura, ſcilicet humana ſuperſtitioni prona hæc accipit, & fraus genialis obijcit inſinuatque, ſenſu etiam alterato vana, quæ ſpeciem ſæpe non rem habent, non certe perfectionem aut diuturnitatem, nam & genii morbos interdum, aut cæcitates, aut alia damna corporis curare videntur. Videntur inquam, vel quia ipſi temporaneum aliquid tale intulerunt vt auferant, vel quia non in longum curant, & eadem aut maior noxa vſu cognita mox adhæret. Non ſic in veris, abſit. Omnia fidem habent ſiue libris ſacris tradita, quæ non magis quam eorum auctor (is Deus eſt) mentiuntur, ſiue bonis teſtibus arbitriſque affirmata, denique fide etiam perfectique operis nec retractantur ex facili aut mutant. Interiectis nonnullis ſoluit auctor quæſtionem cur Deiparæ potiſſimum implorato nomine tot prodigia fiant.

Cur imploreta ope Deiparæ tot edantur miracula.

Cur, inquit, *miracula hæc non ipſe in ſuo nomine Deus, & magis ſæpiuſque hodie in diuorum, & ſæpiſſime diuæ ſuæ matris, edit? Cum Auguſtino reſpondendum, non opus nunc Chriſto aſſerendo prodigijs, immo ſi quis ea requirat, ipſum eſſe prodigium, qui mundo credente non credat. Excipio ſi apud gentes longinquas res geritur, & omnis fidei noſtræ expertes. At in diuis quia aliter eſt, & multi etiam Chriſtum profeſſi obſtrigillant eorum honori, aut cultui, merito extra ordinem eos aſſerit, & quos abijciunt allenat, quos obtenebrant illuſtrat, & quis neſcit tot iſtas hodie nouellarum opinionum ſectas conſenſu & velut de pacto in vacuum diuam Virginem incurrere, & decus eius omne ire imminutum? ergo eſſe vindex tuetur & auget quotidie, & auſim dicere nullibi in nullo nomine aut titulo plura aut maiora miracula quam in eius nomine exhiberi.*

Friderici Imp in Italiam aduentus.

IESV CHRISTI
Annus 1452.

NICOLAI PP. V. annus 6. FRIDERICI III.ROM.REGIS 13. CONSTANTINI X. IMP. OR. 3.

a Auguſtin Patric. Gobelin. in comm. Pij II. lib. 1. Step. Inſiſſ in diar. Monſtrel. vol 3. Naucler. vol. 2 gen 49. Marquard. Freher. tom. 4. rer Germac. b Pigna lib. 7. c S. Anton. 3. parte tit. 22. c. 12. §. 3.

Exceptus magnifice a Florentinis.

1 INeunte Seruatoris anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, indictione quartadecima, ipſis kalendis ianuarij in Italiam pedem intulit Fridericus non copijs validis, ſed nobili tantum clientum caterua, ac Ladiſlao Hungariæ & Bohemiæ Rege, & Alberto Auſtriaco in comitatu adductis ſtipatus, ne ſuo aduentu Italos in arma concitaret. Exceptus [a] autem eſt quam honorificentiſſime primum a Venetis, ac Taruiſio Patauioque luſtratis, Ferrariam [b] XVI. kal. februarias venit, ac maxima pompa cultus a Borſio marchione, ampliſſimiſque donatus muneribus Bononiam, deinde Florentiam adiuit. Delatos illi a ciuibus honores ita recenſet S. Antoninus [c]: *Ei per Florentiam tranſeunti totus clerus cum archiepiſcopo*, is erat ipſe S. Antoninus, *proceſſionaliter ad portam ciuitatis obuiam proceſſit, ac etiam magiſtratus Florentini. Locatus autem in conuentu ſanctæ Mariæ nouellæ ad hoſpitandum, permanſit in vrbe quatuor diebus, & præſens fuit in officio purificationis Virginis glorioſæ in miſſarum ſolemnijs, recipiens de manu celebrantis cereum benedictum, vt de more a fidelibus in eccleſia exiſtentibus dari conſueuit, oblataque ei fuerunt poſcenti quædam reliquiæ ſanctorum in vaſe argenteo ornato a communitate, qui aliquos milites ibi fecit.* Addit ſanctus auctor Pontificem miſiſſe Florentiam duos Cardinales, vt Cæſarem ad recipienda ornamenta imperij venientem ſociarent.

Oblatæ ei ſanctor. reliquiæ.

Miſſi duo Cardd. qui venienti occurrant.

Florentia itaque Senas indeque Viterbium [a] demum Romam peruenit, cui obuiam prodiiſſe tredecim Cardinales, ac plures epiſcopos & præſules vrbiſque clerum inſtructo agmine religioſo, nec non ſenatorem & alios vrbanos magiſtratus, narrat Stephanus Infiſſura [b]: tum ſubdit Nicolaum aliqua perſtrictum ſuſpicione, ne Fridericus nouas res moliri pertentaret, vrbis turres portaſque fortiſſimis præſidijs muniuiſſe.

a Barthol. e Tauia m. s. Vatic ſigna. num. 111

Cardinales & prælules obuiam ipſi eſſuſi.

b Steph. Infiſſ. m. s. Vat. ſign. num. 111

Ingreſſum Fridericum in vrbem atque ad Pontificis ſedentis in gradibus baſilicæ S. Petri, deoſculandos pedes procubuerit, deſcribit hiſce verbis Nauclerus [c]: *Cæſar trabea veſtitus inter legatos Italicos eminebat. Imperatrix mirificis ornata cultibus Portugalenſibus circumdata omnium in ſe oculos attrahebat. Ladiſlaus Hungariæ & Bohemiæ Rex tenera ætate purpuratus. Albertus germanus Cæſaris militiæ ductor obequitans ſuum cuique locum demonſtrat. Duo Cæſaris vexilla fuerunt, alterum quod S. Georgij vocitant, deinde vexillum aquilæ. Dum vrbem Fridericus ingreditur, marſcalcus ei nudum enſem præfert. Epiſcopus Spoletinus vicarius Pontificis ac plurimi epiſcopi & abbates infulati, ſanctorum reliquias ferentes, occurrunt. Cæſar ſub aureo panno, quod vmbraculum vocitant, introducitur vſque ad gradus baſilicæ S. Petri. Ibi Nicolaus Pontifex ſede ſedens eburnea pontificalibus indutus, ſenatu Cardinalium circumſtante verbis paternis & ſupra modum benignis Fridericum ſuſcipit, qui pedibus ſuis exoſculatis auri maſſam obtulit. Tum quoque Ladiſlaus & Albertus, ac demum Imperatrix pedes baſiauerunt. Nicolaum deinde rogat Fridericus vt ex plenitudine poteſtatis ſe Romæ Longobardorum Regem coronaret.*

c Naucler. vbi ſup. & Cuſp. lib. II. Pompe. ſcalpius.

Cæſar eius ux. Rex, ll nobiles & principes pontificios pedes oſculantur.

2 Veterem fuiſſe morem vidimus, vt Cæſares, antequam corona aurea ab Romano Pontifice donarentur, primum argenteam Aquiſgrani, deinde ferream in Inſubria Mediolani vel Modœtiæ caperent: non conſentaneum vero fuerat viſum Friderico Mediolanum petere, ne Franciſcum Sfortiam, qui principatum illum inuaſerat, ducem confirmare cogeretur, cum ipſe ducatum deuolutum ad imperium contenderet, deque eo etiam Carolus Aurelianenſis, & Alfonſus Aragonum ac Siciliæ Rex diſceptarent. Sfortiam porro miſſis oratoribus Fridericum Italiam ingredientem inuitaſſe, vt Mediolanum iret, ſcribunt auctores [d], & Cæſarem detrectaſſe, cum nimium certior eſſet illius ritus defectum implendum a Pontifice, quem impleuiſſe ex apoſtolicæ poteſtatis amplitudine, publicis literis teſtatus [e] eſt.

Cur Friderico Longobard. coronam n acceperit.

d Naucler. ibid. & Pigna l. 7. e Nicol. l. 14. ſecr. bul. diuer. pag. 179.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Romanorum Rex illuſtris nobis expoſuerit, licet ipſe quamprimum Italiam intrauit imperiales infulas ex noſtris manibus ſuſcepturus, prius in animo propoſuiſſet ſe vſque ad vrbem Mediolanenſem perſonaliter transferre, vt illic coronam regni Lombardiæ ſibi debitam ſolemnitate ſolita per manus venerabilis fratris noſtri archiepiſcopi Mediolanenſis ſuſciperet, quemadmodum nonnulli ex prædeceſſoribus ſuis Romanorum Regibus feciſſe noſcuntur; quia tamen in partibus Lombardiæ, & præſertim in ciuitate Mediolanenſi, adeo

Reſtis in Inſubria gratiam.

contagioſus & letiſer morbus vigebat, vt ſine ſuo & ſuorum magno diſcrimine illuc proficiſci nequiret, & quia ſtatus ac conditiones illarum partium ita ſe habebant, vt coronari ſua ſerenitas neque in Mediolano, neque in vicinis locis commode & cum debita honorificentia potuerit, ſibi viſum fuit, illud iter omittere, & ad nos quam citius feſtinare, vt imperiali diademate ſuſcepto, quam citius ad Alemanniæ regnum reuerti poſſet, cuius negotia diuerſimode turbata ſuam præſentiam magnopere depoſcunt, ne tamen corona prædicti regni Lombardiæ negligatur, quæ tanquam inferior decentius ante imperialem, quam poſt recipitur, cum impedimenta prædicta ex magna parte ad hoc vigeant, propter quæ decenter & commode corona regni Lombardorum in Mediolano aut in propinquo capi nequeat, nobis humiliter ſupplicauit, vt coronam ipſam hic Romæ ſibi conferre dignaremur.

Nicolaus ferream coronam Cæſarem dari eſſe decernit

Nos igitur ipſius Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati, attendentes vera eſſe quæ ſunt expoſita, prout rerum euidentia docet, iuſtamque petitionem huiuſmodi indicantes, hodie de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio pariter & aſſenſu, auctoritate apoſtolica, ex certa ſcientia prædictam coronam regni Lombardiæ eidem Regi per nos tradendam & aſſignandam fore decernimus, ac illam prædicto Regi cum omnibus iuribus & honoribus, iuriſdictionibus, emolumentis, & prærogatiuis ſuis intra miſſarum ſolemnia in baſilica S. Petri coram maiori altari in magno & celebri conuentu prælatorum, principum, procerum, & baronum cum omnibus & ſingulis ſolemnitatibus alijs in ſimilibus obſeruari ſolitis tradimus & aſſignamus, ſupplentes nihilominus motu proprio omnes & ſingulos defectus, qui occaſione loci temporis, ſedis, perſonarum, aut alias qualitercumque interuenire potuerint in præmiſſis. Et ne de cætero ſuper traditione & aſſignatione præfatis inpoſterum valeat a quopiam hæſitari, volumus & auctoritate ac ſcientia ſimilibus decernimus, quod præſentes noſtræ literæ ad probandum plene traditionem & aſſignationem huiuſmodi ſufficiant vbique, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Per hanc tamen traditionem & aſſignationem noſtram non intendimus iuri aut conſuetudini dicti regni Lombardiæ aut prædicto archiepiſcopo, quoad factum dictæ coronationis, niſi pro hac vice duntaxat in aliquo eſſe derogatum, immo illud illæſum inuiolatumque manere decernimus per præſentes. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLI. XVII. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* V.

Conſilium archiepiſcopi Mediolanenſis.

Itaque idibus martij ad principem aram baſilicæ S. Petri Nicolaus Fridericum Longobardici regni inſignibus cinxit, ac Leonoram antea opera oratorum deſponſam iterum inter miſſarum ſolemnia illi coniugio deuinxit. Deinde de ipſo Rege imperialibus inſignibus decorando actum eſt. Solemnes ea in re ſeruatos ritus ſcriptis mandauit Nauclerus [a]: *Abſoluta*, inquit, *Mediolanenſi coronatione, poſtridie ſolemnitas auguſtalis cœpta eſt, Romanus Pontifex ad ſummam B. Petri aram in ſublimi throno conſedit. Extra cancellos duo tribunalia fuere alterum Friderico, Leonoræ alterum deputatum. Fridericus poſtquam iuſiurandum B. Petro & Nicolao in ea forma præſtitit, qua Ludouicum Caroli filium iuraſſe decreta confirmant, alba indutus in canonicum S. Petri receptus, inde auguſtali paludamento accepto in medium baſilicæ profectus trinam benedictionem ſuſcepit. Exin deductus ad altare S. Mauritij in Scapulis atque brachio dextro eſt pro veteri more oleo ſacro delinitus ſimiliter & Leonora, Pontifex rem diuinam inchoauit. Inter celebrandum diuerſæ ſolemnitates ſeruatæ ſunt, ſceptrum, quo regia poteſtas indicatur, pomum, quod mundi dominium oſtendit, enſis, qui belli iura demonſtrat, per varias vices data. Poſtremo corona aurea teſſulata pretioſiſque gemmis cooperta Cæſareo capiti impoſita. Imperatrix quoque poſt Cæſarem coronam ex manibus Pontificis ſuſcepit, quam coniugis fuiſſe Sigiſmundi conſtabat. Cæſar quamuis ornamenta ſibi pretio incredibili comparaſſet, in hac tamen ſolemnitate pallium, enſem, ſceptrum, pomum, coronamque Caroli magni ex archiuis Norimbergenſibus ad ſe deferri curauerat.*

Coſlata a ... Friderico ... baſilica.

a Naucler. vbi ſup.

Præſtitum a Friderico fides ſacramentum Nicolao.

Auguſtalibus Caroli magni ornamentis redimitus Fridericus.

Deſcribit eoſdem ritus Iannozius Manettus [a], qui Florentini populi orator aderat, atque nonnulla alia addit quæ ex ipſo repetere non iniucundum erit: *Factum eſt*, inquit, *vt Federicus iam pridem per mortem Alberti prædeceſſoris ſui ad imperium iure delectus eius ſanctitatem per literas prius, per oratores deinde humiliter ſupplicaret, vt legitimam imperij Romani coronam ab eo recognoſcendi cauſa ſuſciperet, cuius quidem rei gratia, & vt debitam reuerentiam ſanctitati ſuæ perſonaliter exhiberet, e media Germania vſque Romam veniendi licentiam humilibus poſtulationibus ſupplicabat. Nicolaus vero ſupplicibus memorati Federici poſtulationibus auditis, ac diligenter accurateque conſideratis, vt debitam & per canonicas leges ordinatam, licet aliquot temporibus intermiſſam, recognoſcendi a ſummis Pontificibus Romani imperij conſtitutionem atque inueteratam conſuetudinem renouaret, benigne feliciterque conſenſit. vnde Federicus cum multo poſt impetratum veniendi conſenſum, vna cum Leonora vxore ſua, magna procerum, ac principum vtriuſque ſexus comitante caterua, e media, vt diximus, Alemannia hyemali tempeſtate mouens in Italiam venit. Vbi in diuerſis locis a principibus, & dominis regionum ad quas contenderat honorifice ſuſceptus, quinto ſui pontificatus anno tandem Romam appulit, vbi in palatio pontificali vna cum prædicta vxore ſua, ſeparatis ſeorſum habitaculis, magna cum dignitate collocatus, plures dies eo vſque commoratus eſt, quo ad celebritates pro Imperatoris coronatione de more vſitatæ, & conſuetæ penitus & omnino expedirentur, de quibus pauca quædam e multis a nobis tunc viſa, cum ad eam celebritatem Florentini populi nomine legati ſimul cum multis alijs totius, vt ita dicam, Chriſtianitatis oratoribus conuenerimus, memoratu digniora breuiter enarrabimus. Vt igitur commemoratus Federicus cognomento tertius in ſacroſanctum ſummi Pontificis conſpectum reſiderat, primo genibus flexis ipſum veneratus eſt, & dextrum pedem, talemque manum, ac genu deuotiſſime deoſculatus, atque his & huiuſmodi de more habitis paruam quandam oratiunculam precibus ſupplicationibuſque refertam habuit, grataque & humana reſponſione recepta, e ſancto Pontificis conſpectu abijt, atque ad ordinatam habitationem hilariter redijt, quod poſt triduum Leonora Imperatrix pariter fecit. His igitur, & talibus ceremonijs velut neceſſarijs quibuſdam futurorum, ac glorioſiſſimorum geſtorum præludijs antea inſtitutis, paucis poſt diebus in baſilicam Petri Apoſtoli, vbi prius ſuſcepti fuerant, ad ſuſcipiendum coronas ſuas maxima cum deuotione deſcenderunt.*

a Manet. l. 2. vitæ Nicol. V. m. s. bibl. Vat. ſign. n. 2046.

Vt Fridericus veniendi facultatem papo ... a Pont.

Suſceptus honorificentiſſime.

Plures dies in vrbe moratus. Aderat Manettus Florentinorum orator.

Pontificum pedem, flexo genu deoſculatus Cæſar.

Imperatrix idem agit.

Nicolaus itaque, qui eccleſiaſticarum ceremoniarum accuratiſſimus, ac diligentiſſimus obſeruator erat, vbi ad ipſum coronationis actum peruenit, antequam ad coronandum progrederetur, in ſolemnibus miſſarum pias quaſdam deuotaſque orationes habuit, ac Federicum coram ſanctitate ſua ad altare genibus flexis humiliter procumbentem, enſem aureum cinxit, ac paulo

Ritus ſanctiſſime obſeruati a Nicolao.

poſt

Digitized by Google

Enſis, ſceptrum, & diadema ab eo data.

poſt regale ſceptrum dextera manu largitus eſt, ac deinde paruo poſtea temporis interuallo leua pileum aureum præbuit capiti, præterea ſimiliter imperatorium diadema ex puro & ſolido auro confectum ac pluribus inſuper margaritarum, gemmarum, & cæteris pretioſorum lapidum generibus redimitum ſolemniter deuotiſſimeque impoſuit, atque cum hac ipſa magna ſolemnitate eo, quo enarrauimus, ordine peregiſſet, ad extremum ambabus in cælum manibus parumper eleuatis in hunc modum altiuſcule orauit. Omnipotens ſempiterne Deus, qui ad prædicandum æterni regni euangelium Romanum imperium præparaſti, præſta quæſumus huic Federico tertio nouello Imperatori fideli famulo tuo arma cæleſtia, vt ſuperatis barbaris & inhumanis gentibus, pacis ac catholicæ fidei inimicis ſecura & intrepida tibi ſeruiat Chriſtiana libertas.

Orationis ad Deum pro Imperatore habitæ formula.

Qua oratione finita Federicus ita reſpondit. Exaudi, quæſumus omnipotens & ſempiterne Deus, pias & deuotas preces Nicolai tui ſummi Pontificis, vt cuncti eccleſiaſtici & ſæculares populi, reſpublicæ, & principes omnibus Chriſtianæ fidei hoſtibus penitus abolitis, & ad vltimam internecionem vſque deletis liberius ſeruire, atque efficacius famulari valeant, & per hunc certum, ac ſecurum omnium fidelium noſtrarum gentium famulatum cuncti Chriſtiani humani, digni vtriuſque & præſentis & futuræ vitæ præmia conſequi mereantur. Cum vero Federicus ipſe, vt diximus, coronatus eſſet, atque Leonora poſtea ſuper capite ſuo diademate ſuſcepto pariter coronaretur; aliquos tamen dies in vrbe commoratus eſt. His addit Nauclerus, quæ prætermiſit Manettus, nimirum Federicum ſtratoris munus Pontifici exhibuiſſe.

Qui reſpõdeőit Fridericus.

Stratoris munus illi exhibet.

Vt autem, inquit, *coronationi diuiniſque rebus impoſitus eſt modus, Leonora in ſuas ædes ſeceſſit; Papa & Imperator ad gradus baſilicæ ſimul venerunt. Ibi Pontifex palafredum aſcendit, eique Cæſar dextratoris officium per aliquot paſſus exhibuit. Equo deinde conſcenſo vſque ad eccleſiam S. Mariæ vna profecti ſunt. Tunc Papa in palatium rediit: Cæſar in pontem Hadriani profectus eſt, vbi Albertum fratrem, pluresque duces & comites ad militiæ prouexit honorem ter quemque percutiens. Trecenti eo die percuſſi milites. Deinde cum ſol occideret ad Lateranum ſe conferens, ſplendidum ibi conuiuium habuit. Imperator igitur Fridericus anno Domini* MCCCCLII. *die* XVIII. *menſis martij imperatoria corona donatus.* Conſentiunt Naucleri dicta ijs, quæ de ritibus in inſignibus imperij conferendis Cæſaribus ipſiſque inungendis ex pontificijs regeſtis in ſuperioribus annalium tomis diximus.

3. Cæterum perfecto ſolemni ritu Pontifex publicis promulgauit literis [a] Fridericum a principibus electoribus renunciatum Regem, a ſe confirmatum fuiſſe, coronaque imperiali redimitum, & cunctos imperio ſubiectos eidem Friderico fidos & obſequentes eſſe iuſſit:

a Lib. 14. pag. 233. extant etiam in bullar. in Nic. V. conſt 4.

Ad futuram rei memoriam.

De imperialibus inſignibus collatis Friderico Nicolai lit.

Cum dudum ſacrum Romanum imperium per obitum claræ memoriæ Alberti Regis Romanorum, qui illius gubernacula geſſerat, foret ſolatio viduatum, venerabiles fratres noſtri & dilecti filij nobiles viri ipſius imperij electores ad inclytam domum Auſtriæ, quæ Regem prædictum & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fredericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum genuit, conuertentes intuitus ſuos generoſitate, vita, moribus, & virtutum meritis præclariſſimus, quibus idem chariſſimus filius noſter Fredericus præfulgere dignoſcitur, ipſis ſpem indubiam pollicentibus, quod eiuſdem Alberti, quem catholicum & pium principem, iuſtitiæ zelatorem, fidei & Eccleſiæ fideliſſimum protectorem, & omnium virtutum plenitudine redimitum, vniuerſa commemorat Eccleſia, imitator eſſe ſtudeat integerrimus, in Romanorum Regem poſtmodum in futurum Imperatorem promouendum, vnanimi voto, diuina diſponente clementia, eundem Fridericum concorditer elegerunt. Idem Fredericus digeſta meditatione præuia ad eorundem electorum inſtantiam electioni huiuſmodi conſentiens, & humeros ſuos regni tutelæ gerendæ prompta deuotione ſubmittens, regali per eum ſuſcepta infula, de virtutibus in virtutes proficiens, merita meritis maiorum ſuorum accumulans, per annos fere duodecim regni ſui gubernacula adeo prouide, vtiliter & ſalubriter geſſit Eccleſiæ vnitati, & ipſius regni proſperitati, ſingulorumque ſeruandis iuribus & fidelibus, quibuslibet in pacis ſucceſſibus votiue dirigendis diligenter intentus, vt ipſum imperium tam prouidi fidelis & pij principis felici regimini multipliciter gaudeat ſe commiſſum. Poſtmodum autem idem filius noſter chariſſimus ad honorem S. R. E. & ſacri imperij decus victoriæ vnctionem & imperiale diadema ab ipſa eccleſia ſuſcepturus, noſtro ſe conſpectui præſentauit, & illa per manus noſtras ſibi impendi humiliter ſupplicauit. Et quamquam in minoribus conſtituti de meritis & virtutibus ſuis fuiſſemus ſufficienter edocti, nihilominus ea quæ laudis ſuæ præconia noſtris auribus retulerant, experimento cenſemus fore longe maiora, quam famæ facultas ſufficeret explicare.

Nos igitur votis ſuis non immerito benignum conferentes auditum, ipſumq; in internæ charitatis & debiti honoris conſtringentes amplexibus, eundem filium noſtrum chariſſimum cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus diligenti deliberatione præhabita, de eorundem fratrum conſilio ad gloriam omnipotentis Dei, & glorioſæ ſemper virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, exaltationemque & honorem dictæ Romanæ eccleſiæ & ſacri imperij ad ſuſcipiendum imperialis dignitatis culmen dignum & idoneum declarauimus, & electionem approbantes, ſibi per manus venerabilis fratris noſtri Franciſci Portuenſis epiſcopi vnctionem huiuſmodi impendi fecimus, & tandem collatis ſibi omnibus dignitatis huiuſmodi inſignijs, imperiali ipſum diademate ſupradicto duximus coronandum, ſupplentes omnes defectus, ſi qui aut ratione formæ, aut ratione perſonæ ſuæ, aut perſonarum dictorum electorum, ſeu quauis alia ratione vel cauſa in huiuſmodi electione interuenerint quouis modo, ex certa ſcientia & apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Quocirca omnibus fidelibus & ſubditis præfati imperij cuiuſcumque conditionis exiſtant, etiamſi regali aut pontificali dignitate præfulgeant, diſtricte præcipimus, quatenus præfato Imperatori, vt tenentur, efficaciter pareant, & intendant, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum. anno incarnationis dominicæ* MCCCCLI. XIV. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* VI.

Confirmata electio cæſarea.

Inunctus Cæſar a Portuenſi Epiſc.

Eligentes imperij parere Friderico iuſſi.

4. Decoratus imperiali titulo Fridericus, digna Imperatore Chriſtiano meditatus conſilia, de bello Chriſtiani nominis hoſtibus indicendo, ac reſtituendo Palæſtinæ Chriſti cultu, Græcis a Turcica ſeruitute preſſis in libertatem vindicandis, Hungariſque tuendis cum Pontifice egit. Adhibitus eſt Æneas Siluius epiſcopus Senenſis ad orandum [a] ea de re in apoſtolico ſenatu.

Ingentia a Friderico cum Pontifice agitata conſilia irrito exitu.

a Extant eius oratio in l. 1. ep. nu. 299.

Oratio Æneæ coram Pontifice & ſanctiſſimo ſenatu Cardinalium & Imperatore coronato.

Moyſes vir Dei (beatiſſime pater, maxime

Æneæ Sylvij nomine Cæſaris oratio.

Pontifex) cum ſibi ſucceſſorem ordinaret Ioſue, filium Nun, diuinam vocem ad ſe dicentem audiuit: *Per hoc, ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum, ad verbum eius egreditur, & ingreditur ipſe & omnes filij Iſrael cum eo, & cætera multitudo*. Quibus verbis non populi ſolum, ſed Reges & principes monentur magnis in rebus ſummi ſacerdotis conſilium quærere, & imperium ſequi. Quod poſtmodum & in nouo teſtamento ac in tempore gratiæ multis exemplis & auctoritatibus eſt firmatum, ſicut & Conſtantini magni & Theodoſij, & Iuſtiniani, & aliorum Chriſtianorum Cæſarum geſta teſtantur.

Eam ob cauſam cupidus atque auidiſſimus Cæſar diuus Fridericus Romanus Imperator Auguſtus, filius tuus obſequentiſſimus, vt ſuo tempore aduerſus impios Mahometi cultores generale paſſagium fieret, atque in illud ſuum ſtudium ſuaſque curas omnes conuerteret, te prius magni Dei vicarium, Chriſtianæ plebis ſacratum religionis magnum caput, perfectum ducem, optimum rectorem, veracem magiſtrum, conſulendum, audiendum, & ſequendum cenſuit; cuius prouidentiam veſtra auctoritas mouere, poteſtas implere poteſt, quid ſit agendum. Venit igitur hodie ad te, tuumque ſacratiſſimum ſenatum Cæſar ſuper vniuerſali paſſagio cum tua beatitudine locuturus. Coronatus enim iam triplice corona ciuſque regni tua beneficentia Rex confirmatus, cuius potentiam Daniel ferro comparauit, cuius limites ſolus claudit Oceanus, cuius fundator Romulus, confirmator Iulius, amplificator Auguſtus, approbator dominus Ieſus fuit; cuius auctoritas in terris, niſi tuæ, cedit nulli, cuius officium eſt parcere ſubiectis & debellare ſuperbos, quid aliud cogitat, quam paſſagium, per quod & Chriſtiani fortiores, & inimici Chriſti nominis creduntur imbecilliores? princeps inquam ſapiens quæ ſunt digna principe cogitabit; *Et infra*.

Conſulitur Nicolaus de vniuerſali indicenda expeditione.

Fridericus bellum Turcis inferre ſtatuit.

Tria ſunt quæ Cæſarem paſſagij cupidum reddunt commiſeratio, vtilitas, atque honeſtas rei. Vnde vero commiſeratio prodeat paucis aduerte, docebo: *Quis infirmatur*, inquit Apoſtolus, *& ego non infirmor*. Quis videt afflictos, & non affligitur? cuius pectus adeo durum eſt, vt dolentibus non condoleat, gementibus non congemat, triſtantibus non contriſtetur? Cæſar quidem, poſtquam diſcretionis attigit annos, cœpitque noſcere noſtræ fidei ſacramentum, mox religionis induit zelum, cœpitque rebus omnibus diuini cultus augmentum præponere: quod ſibi & ſuæ naturæ bonitas, & nobilitas ſanguinis ſuadebat. Nam domus Auſtriæ principes, inter quos plures Reges ac Imperatores floruerunt, tunc ſibi proſpere ſuccedere ſperauerunt, cum diuino nomini bene & conſtanter famulati fuiſſent: quorum veſtigia Fridericus ſecutus, quam primum tutelam exiuit, vt locum videret, in quo noſtra redemptio celebrata eſt, adhuc adoleſcens trans mare nauigauit, aſpexit locum vbi natus Saluator noſter Chriſtus, vbi poſitus in præſepio, vbi præſentatus in templo, vbi baptizatus, vbi tentatus, vbi prædicauit, vbi Lazarum ſuſcitauit, vbi cœnauit, vbi captus, vbi deriſus, vbi iudicatus, vbi crucifixus, vbi ſepultus eſt, & vbi aſcendit in cœlum.

Luſtrauit in iuuentute ſacra loca.

Quid multa dicam? oſculatus eſt Cæſar terram, vbi fuerunt pedes eius, qui nos redemit. (Sed quo tunc animo fuiſſe arbitraris, cum ſpurcos illic Saracenos immundos, horridos dominari videret ſanctiſſima loca poſſidentes? Quid aliud dicere poterat, niſi propheticum illud? *Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam*. Et iterum: *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo, facta eſt quaſi vidua domina gentium? princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo*. Proh quantum vrgebat angebatque Cæſarem ciuitatis huius oppreſſio, & illorum qui ſunt trans mare Chriſtianorum conculcatio! ſed quid Græcia literarum mater, inuentrix legum, cultrix morum, & omnium artium bonarum magiſtra? Quem non miſeret gentis illius afflictæ, oppreſſæ, peſſumdatæ, cuius imperium non ſub Alexandro Macedone ſolum, ſuiſque ſucceſſoribus, ſed ſub Athenienſibus, Thebanis, ac Lacedemonienſibus olim florentiſſimum & potentiſſimum fuit, nunc vbilibet effœminatis Turcis ſeruire coacta eſt? Quid regnum illud Hungariæ nobiliſſimum, terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ!

Ferebat ægre Ieroſolymam calcari a Saracenis.

In Græcos miſericordia mouebatur.

Heu quanta paſſi ſunt Hungari diebus noſtris! qui dum noſtrum ſeruant ſanguinem, fundunt ſuum: quorum pectora, noſtri ſunt muri. Obligamur recte omnes Chriſtiani Hungarorum genti, qui pro nobis mortificantur tota die, & facti ſunt ſicut oues occiſionis, & cum præſentem illorum Regem puerum, pupillum, orphanum Ladislaum nobiliſſimam & Regum & Imperatorum prolem inſpicio, qui ſuo regno ſuiſque ſubditis poſcit auxilium, nunc tam ſanctitatem tuam, quam Cæſaream ſuæ preces, & lachrymæ moueant: nam illi genti poſtulat auxilium, quæ toti Chriſtiano populo affert præſidium. Accidit aliarum calamitas prouinciarum, Maſſagetæ & Scytarum quamplures populi Liuoniam vexant, Mauri vero partem Hiſpanorum occupant regnum, Ciliciam Caramanus, Cyprum, Rhodum, Cretam, Siciliam & ipſa Italiæ litora barbarorum ſæpe claſſes inuadunt, aſpernanturque Chriſtianos. O noſtram maximam negligentiam! O tempora! O mores! dum gentiles fuerint Cæſares & idolorum cultores, augebatur in dies credentium numerus, nunc, cum Chriſtiani ſunt Reges, Imperatores, duces, minuitur cultus Chriſti, qui totum ferè orbem complexerat, in angulum Europæ deductus eſt, Africam & Aſiam amiſimus, Europa quoque conculcatur. Cur hoc? reſtrinxit ardor, tepuit charitas. Proh dolor! Maior eſt Saracenorum ardor in ſua perfidia, quam noſter in fide zelus, cernimus Chriſtianorum iniurias, & tacemus, opprimitur, iugulatur noſtra religio, & auertimus oculos.

De ferenda ope Hungaricæ genti.

Chriſtiani imperij cadentis fortuna.

Superſtitio a Saracenis maiori ardore quam religio a Chriſtianis defenſa.

Sed alius eſt Cæſaris animus, aliamque arbitratur eam eſſe mentem, nam quis vt defendat oppreſſos atque amicos, patriam non deſerat, quod nec tibi, nec ſibi quiſpiam imputet, paſſagium expetit, in quo magnam vtilitatem eſſe intelligit ſubuenire laborantibus, Hungaros liberare, Græcos a ſeruitute eripere, propagare diuinum cultum, terram ſanctam ex manibus impurorum vendicare, monſtrumque illud, & abominabile idolum Mahometis exterminare. Vnde bellantes immarceſcibilem cœleſtis regni coronam adipiſcantur, & magnam vtilitatem. Sed nonne eſt vera vtilitas honeſtasque? maiores noſtri iuſtum bellum gerere honeſtam rem cenſebant. Erat autem belli æquitas ſanctiſſimi ſenatus pro iure deſcripta, denunciataque bella & indicta iuſta putabant, in quibus qui viriliter pugnaſſent non viuentes ſolum ſed occumbentes quoque honore dignos glorioſoſque iudicabant. Quid de hoc bello dicemus, quod non terrenus homo, ſed diuinus Imperator indicit, in quo non impij ſed diuini cultus propagatio quæritur.

Honeſtas belli ſacri propoſita.

ritur, in quo fides catholica defenditur, & honor Salnatoeis noſtri, *qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſeipſum exinanuit formam ſerui accipiens, &c. factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis*, vt nos de diabolica ſeruitute redimeret. Et tumet aduerſus eum Mahomet, inflatur, & cornua erigit, & nos quieſcimus. An non arma pro Chriſto ſumemus, qui pro nobis ſumpſit humanitatem? Maxima eſſet ingratitudo noſtra, ſi non ad incertam mortem pro Chriſto iremus, qui certam pro nobis tulit, ſi non illi vitam offerremus, a quo ſuſcepimus. En bellum honeſtiſſimum, in quo patris, in quo domini, in quo magni Dei cauſam tuemur, in quo qui vitam temporalem amittit, acquirit æternam, & famam clari nominis adipiſcitur ſempiternam. Quid plura? tantum abeſt, vt non ſit glorioſum pugnare pro fide, vt infame fœdumque ſit non pugnare, quando neceſſitas vrget, ſicut iam graſſantibus vndique in fratres noſtros Saracenis, & nomen Chriſti magna crudelitate atque immanitate perſequentibus; & tantum de ſecunda parte dictum, in qua cur paſſagium peteretur, monſtrandum fuit.

Supererit nunc de poſſibilitate congregandi paſſagium, deque ſpe fructus dicere. Plurimi ſunt, beatiſſime pater, qui cum nominari paſſagium audiunt: *Ecce vetus ſomnium inquiunt, vetus deliramentum, inanis fabula*. Verum Vrbanus II. anteceſſor tuus, cum vexaretur a paganis orientalis eccleſia, Saracenique tum illam conculcarent, motus Alexij, qui Conſtantinopolim tenebat, & aliorum Chriſtianorum, qui ſub tributo Turcorum vitam degebant, precibus, ingenti & laborioſo itinere in Galliam profectus, maximum exercitum congregauit; atque hominum trecenta millia vt Otho Friſingenſis ſcribit non futilis auctor, in Græciam, Aſiam, Syriamque transmiſit, quibus nullæ Saracenorum vires obſiſtere valuerunt, quando & Antiochiam expugnauerunt & Ieroſolymam obtinuerunt, vnde adhuc Vrbani qui conuocauit paſſagium, & Goefridi qui eduxit illuſtre nomen habetur.

Vrbani II. nomen in oriente clarum.

Trecenta millia militum ... in Mahometanos.

Sed penſemus hodie an ſpes bona poſſit haberi paſſagij, quandoquidem nemo ſciens impoſſibilia tentat, neque aggreditur quiſquam, quod aſſequi deſperat, magnum facinus ſpes nutrit, quid hic reſpondebimus? Duo conſideranda ſunt, vtrum an Chriſtiani facile poſſint in paſſagium trahi, alterum an inchoato paſſagio ſpes ſit magna vincendi, nam quamuis omnium bellorum dubius ſit exitus, nunquam tamen committendum eſt bellum ſine ſpe quadam & argumento victoriæ, ne, ſicut Octauianus Cæſar in prouerbio habuit, aureo piſcari hamo videantur, in quo maior damni quam lucri ratio poſſit haberi. Difficile ergo primum videtur Chriſtianos, qui inter ſe ſunt diſcordes, apertiſque flagrant odijs in vnum paſſagij ſummam ducere. Sed quod multi obſtare putant paſſagio, ſapientia Cæſaris conducere indicat, omnino que ſi pax Chriſtianos haberet, incaſſum quietos principes atque torpentes populos excitaremus, neque vtiles bello manus inuenirentur, timerent mortem, neque ferrum, neque ſignum, neque tubam ferre poſſent, nunc vero omnium bellis populo, vltro ſeſe offerent. Facilius ex bello vocatur ad bellum, quam ex otio miles, *bonum eſt viro*, ſicut propheta teſtatur, *cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua*. Quis Chriſtianorum eſt, poſtquam pugnare oportet, qui non potius in Turcos, quam Chriſtianos ſtringere gladium velit? Placebit omnibus arma in Saracenos vertere patriam vt quietam relinquant, & fortaſſe vnica pacandi Chriſtianos via eſt conuocatio paſſagij, martiales enim & feroces Europæ populi neſcientes quieſcere, niſi aduerſus exteros prælientur, in ſe manus vertunt, qua ratione ductus olim Cato excindi Carthaginem diſſuadebat, ne pacem habentes in circuitu Romani, in ſeſe ruerent, ſicut & Reges Iſrael victis hoſtibus mutuis ceciderunt vulneribus. Iam pacem ergo vt habeant Chriſtiani, bellum in exteros eſt transferendum, ad quam rem neque Germanorum illuſtris animus, nec cor nobile Gallicæ gentis, neque mens ſublimis Hiſpanorum, neque honeſti cupidus Italorum deerit ſpiritus, omnes quod tua iubet ſanctitas conſtanter exequentur. Quis dubitat fieri paſſagium quod Romani Pontificis auctoritate decretum, & Imperatoris mandato fuerit conuocatum? Videor videre rem perfectam, nec me dubium habet vllum, ſi tu verbum appoſueris, Cæſar adijciet manum, nam ſi quis obedire neglexerit, vel tuis iuſsibus, vel Cæſaris imperio compelletur.

Paci bene accidens verſa in Turcas bella.

Propoſitæ ſpes animis.

Sed dicit fortaſſe quiſpiam quod Braccius quamuis hoſtis Eccleſiæ aliquando, tamen vir ſenſatus frequenti ſermone vſurpare ſolebat tribus potiſsime rebus bellum indigere, & horum trium vnum eſſe pecuniam. Vbi ergo corradimus aurum ad tantum & tam longinquum bellum neceſſarium? Sunt & modi in promptu huius inueniendi argenti, quos vulgare non expedit. Illud dicere poſſum, ciuitates, quæ ob eam cauſam bellum ſuſcipiunt, vt ſine minis in pace viuant, libenter paſſagij contribuent curas, vt pacem nihil inſidiarum habentem conſequi poſsint. Non erit difficile conuocare paſſagium. Nec rurſus ſpes magna victoriæ deerit. Nouit maieſtas imperatoria Turcorum Aſſyriorum Ægyptiorumque gentem, imbelles, inermes, effeminati ſunt, neque animo neque conſilio martiales, ſumenda erunt ſpolia ſine ſudore & ſanguine. Quis truncatos mitratoſque Turcos, aut bracchatos timeat Ægyptiacos? quos Rabſaces ad Ezechiam Regem loquens baculo arundineo confracto comparauit. Quod ſi aliquando noſtri exercitus victi ab eis ſunt, neque viribus, neque rei militaris peritiæ, ſed innumeroſitati hoſtium aſcribendum eſt, quoniam ſi Chriſtianorum copiæ tot fuerint, vt opprimi a Saracenorum multitudine nequeant, & quod paſſagij nomen expoſcit, certa nihilominus in manibus erit victoria, ſicut priſca exempla nos inſtruunt. Iuuabunt & diuiſiones eorum & odia, & quæ cum Tartaris habent aſſidua certamina. Iuuabit & gentis illius deſperatio, nam & Mahometum, cui maxime credunt, ſectam ſuam in octingentos vſque annos augendam, exinde diminuendam aſſerunt prophetaſſe, qui ſub Heraclio malignari cœpit, poſt quem ſupputantur anni quadraginta & octingenti, & hoc Turcos admodum territat, Chriſtianos eleuat, nam & ſi falſus propheta Mahometus eſt, non eſt tamen falſum vaticinium æſtimandum, quod Ieremiæ ſacris ſermonibus conſonum eſſe videtur dum 50. c. libri ſui quaſi tuam ſanctitatem & Cæſarem hortetur: *Nolite tacere ſuper iniquitates eius: quoniam tempus vltionis eſt, dummodo viciſſitudinem ipſe retribuet ei*.

Vicere tantum numeroſa Saraceni, non virtute.

Mahometus prædixit ſectæ ſuæ finem circa tempus.

Poſſem ad hæc tamen plura deducere, ſed neque doctiſſimis tuis auribus, neque reuerendiſſimis patribus, qui aſſident danda ſunt verba, ſatis eſt nobis abſoluiſſe ea quæ præmiſimus, ea quæ Cæſarea dignitas dicturum me voluit. Intelligis Cæſaris deſiderium, ſuum integrum propoſitum, Cæſa-

ſaris mentem intueris, totum tamen & conſilio & iudicio tuo relinquitur. Cæſar cum eſſet hac vice apud tuam beatitudinem noluit hanc rem intactam relinquere quæ ſibi ab adoleſcentia ſemper cordi fuit. Alius autem concilium generale petiiſſet, aut reformationem decreta, aut aliud quippiam, Cæſari ſuſcepta ex tua ſacra manu imperiali corona, nihil antiquius viſum eſt, quam de paſſagio tecum agere: quod ſi fortaſſe prima fronte arduum videatur, nihil tamen eſt tam difficile, quod quærendo non fiat facile; virtus circa difficile operatur, aſperis in rebus & virtus noſcitur, & gloria quæritur, quæ magno animo & fortiter excellenterque geruntur neſcio quomodo pleniori bucca laudare ſolemus: clari & illuſtres ſunt tituli tui beatiſſime præſul, qui vnionem feceris, iubileum indulſeris, Cæſarem coronaueris, paſſagij tamen titulus & dignior & diuturnior omnibus erit, quem ne ſucceſſori relinquas, & cæſarea ſublimitas ſuadet, & omnis Chriſtianitas orat, & tibi, coronato Cæſare, quamuis incumbant, nihil tamen eſt de quo vel vtilius agere, vel glorioſius quam de paſſagio poſſis.] Senuere illa de bello ſacro adornanda conſilia, & Chriſtiana res a Mahomete II. obtrita eſt.

Fridericus ſe belli gerendi cupidum præfert.

5 Quod ad Ladislaum Regem Hungariæ, cui decernendas ſuppetias poſtulabat Æneas, ſpectat elegantem ac piam hanc orationem a in ſacro conſiſtorio coram Pontifice habuit.

Habita a Ladislao Rege apud Pont. oratio.

a Ext. apud Coclæ lib. 11.

Oratio Ladislai Regis ad Nicolaum Papam V. cum adhuc eſſet puer duodecim annorum.

Cum animaduerto, beatiſſime maxime Pontifex, me apud inclytos pedes ſanctitatis tuæ conſtitutum, quæ inter mortales Dei omnipotentis vicem gerit, coram hoc ſacratiſſimo ſenatu, ad quem illuſtriſſima totius mundi ſidera atque homines doctrina & ſanctitate lectiſſimi conuenerunt, non iniuria equidem in tanta rei magnitudine ſubſiſtens, vnde initium orationis ſumam, quibus verbis te vnicum Chriſtianorum principem, te Regum Regem atque in terris Deum adorem, non facile conſtituere poſſum. Hæc enim tanti numinis præſentia, hic tam celſus audientium cœtus eruditiſſimum quoddam eleganſque dicendi genus exquirit, cui me & ingenio & eloquentia longe imparem eſſe cognoſco, quare tacendum exiſtimarem, ne tantam prouinciam aggrederer, in qua etiam ipſius Ciceronis aut Hortenſij robur deſudaret, niſi admirabilis tuæ ſanctitatis clementia collapſas ingenij vires & ſuccumbentis humeros ſubleuaret, quæ cum omnibus ad ſe integra mente conuerſis incredibili benignitate patere non deſinat, mihi quoque, vt confido, conſuetæ manſuetudinis aditum non præcludet. Te namque, beatiſſime pater, non ſine ratione beatiſſimum appellamus, quem admiranda probitatis omniumque virtutum merita, incorrupta vitæ integritas ad hanc eminentiſſimam ſedem iure optimo extulerunt. Quis enim dignius in ea potuit collocari, quam ille, quem a primis annis cœleſtem in terris vitam ſemper egiſſe conſtat? qui pro Chriſtiana religione per innumeros caſus, per varia itinera, per diuerſas mundi prouincias omnem ætatem in maximis laboribus, in omni rerum difficultate contriuit, in cuius pectore omnes liberales artes, omnes ſcientiæ, & præſtantiſſima in primis ſacrarum literarum doctrina patrios, ve ita dixerim, penates ſibi a tenera eius ætate conſecrarunt. Tu, inquam, digniſſime militantis Eccleſiæ es caput, quæ non ſine ratione ad triumphantis exemplar dicitur ordinata, nam vt in illa vnus Deus creator omnium ſceptrum tenet, ita in hac tibi vni tantum Dei vicario totius orbis imperium delegatum eſſe conſtat. Ve enim ſancta fatetur Eccleſia, conſtituit Dominus Pontificem ſuper gentes & regna, vt euellat, diſſipet, & plantet. Quamquam igitur non ignorem complures hoc in dubium reuocare, differentes ſolam ſpiritualium rerum curam ſummo Pontifici datam eſſe, terreſtre autem imperium Romano datum Imperatori affirmantes. Quid enim aliud credendum eſt Chriſtum ſignificare voluiſſe, dum ad ſe Petrum ſolum ſupra mare vocat, dum ei ſupremam ligandi atque ſoluendi facultatem conceſſit, dum ſibi chariſſimi gregis curam demandauit? Vnum certe in terris principem conſtituere voluit, qui ſummi Dei vice ac poteſtate inter homines fungeretur, a quo vna vera ſapientia, vera fides ad reliquum genus humanum perueniret, conſiſtit enim in hoc vno Chriſtianæ fidei ſacramentum, cui ſcilicet Dominus dixit: Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.

Nicolai elogium.

Vnum caput in militanti Eccleſia triumphantis exemplo.

Ladislai Regis de Rom. Pont. profeſſio.

Tuam igitur ſanctitatem, atque Domini noſtri locum tenentem in terris, & magiſtrum & ducem vniuerſalis Eccleſiæ recognoſcimus omnes: te certum & indubitatum B. Petri ſucceſſorem, te paſtorem dominici gregis, te ſanctorum euangeliorum verum interpretem, te doctorem ſalutaris vitæ, te denique clauigerum regni cœleſtis profitemur. Quo fit, beatiſſime pater, vt mihi quidem lætiſſimam omnium hodiernam diem illuxiſſe ſentiam, in qua diuinitus datum eſt, & tantum, & tam præſens numen intueri, colere, & ſaltem integra mente ac vera fide venerari: cum enim ſanctitatem tuam inter hos feliciſſimos ac cœleſtibus perſimiles aſtantium ordines, in hac ſublimi ſede Apoſtolica collocatam ſuſpicio, nihil aliud profecto, quam ſupernam illam in terris maieſtatem videor admirari: maiores enim mei qui vel Hungariæ, Bohemiæ, vel Auſtriæ præfuerunt, huius diuiniſſimæ ſedis præcipui ſemper amatores & cultores fuerunt. Eorumdem progenitorum meorum veſtigiis inhærendo, te æternæ vitæ clauigerum ſumma quoad vixero reuerentia proſequar: & cum omnes ſacræ literæ Deum colendum clamitent, huic me primum dabo commendaboque: hic meus eſt auctor, meus dominus, huic omnia debeo: & cum que omnes homines Deo gratias referre debeant, ego illi maxime regratiari, & ſeruire teneor, cuius munere factum eſt, vt ego Rex naſcerer. Poteram ego vnus ex plebe, aut vnus ex rure naſci; ſed inſcrutabile Dei iudicium me collocat in ſublimi ſolio.

Pia Ladislai Regis ſponſio.

Non efferri debeo, non intumeſcere, non ſuperbire: quod mihi datum eſt, alteri dari potuit. Quanto maior ſum natu, tanto me debeo humilius gerere & ſubijcere collum religioni, intereſſe diuinis officiis; nam cui diuinus cultus eſt cordi, reliqua facile famulantur: *Primum quærite regnum Dei*, Scriptura dicit a, *poſt hæc omnia adijcientur vobis*. Romani, quamuis gentiles erant, omnia tamen poſt religionem duxerunt, in quibus etiam ſummæ maieſtatis decus conſpici voluerunt, nec dubitauerunt ſacris imperia ſeruire, ita ſe humanarum rerum futura regimen æſtimantes, ſi diuinæ potentiæ bene ac conſtanter fuiſſent famulata, quod nos veri Dei notitiam habentes facere decebit. Cauebo igitur ne mihi religionem putem eſſe ſubiectam; quamuis magni principis nomine gaudeam, non dominus, ſed filius Eccleſiæ, ſacerdotis imperio in his, quæ Dei ſunt, ſubiectus ſum.

Religio ſuperis præferenda.

a Matt. 6

Theo-

Theodoſius Cæſar, quamuis potentiſſimus eſſet & Romanum gubernaret imperium, Ambroſio tamen Mediolanenſis eccleſiæ præſulatum tenenti collum ſubiecit, imperatamque pœnitentiam peregit humiliter. Conſtantinus autem maximam ſacerdotio reuerentiam præbuit, nec iudicium ſuper epiſcopis in concilio Nicæno ferre voluit, aſſeuerans deos ab hominibus non eſſe iudicandos. Eorundem Chriſtianiſſimorum principum veſtigijs inhærendo ſacerdotium ſumma reuerentia proſequi non poſtponam, ad quod natura & ipſe Deus omnipotens greſſus meos ab ineunte ætate direxerit, ad quod omnes conatus, omnia deſideria, omnes cogitationes animi mei ſemper proſpexerunt. Ego tandem meipſum, dominia, & regna, quæ mihi hereditario iure debentur, tuæ clementiæ, tuæ fidei, tuæque protectioni commendo, pro cuius tuæ ſanctitatis feliciſſimo ſtatu nihil vnquam arduum, nihil periculi, nullum laboris aut difficultatis genus recuſabo.]

Theodoſius præſuli Mediolanenſi ſe ſubmiſit.

Regna Pontificis clementiæ Ladislaus commendat.

Hæc ad Nicolaum V. Ladislaus, qui dum Romæ verſabatur flagitauit a Nicolao, vt Strigonienſis eccleſiæ a beato Stephano olim conditæ prærogatiuas confirmaret, cuius poſtulatis libenter annuit Pontifex dato hoc diplomate a.

a Lib. 14. pag. 185.

Ad futuram rei memoriam:

Nuper chariſſimus filius noſter Ladislaus Hungariæ Rex illuſtris nobis expoſuit, quod olim, poſtquam eccleſia Strigonienſis per beatum Stephanum Hungariæ primum Regem fundata, & veluti omnium aliarum ipſius regni eccleſiarum prima & magiſtra in metropolim auctoritate apoſtolica erecta, decorata, ac tam ad ipſius beati Regis, quam aliorum poſt ipſum in eodem regno ſucceſſorum inſtantiam, per diuerſos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros præ alijs eiuſdem regni eccleſijs, primatijs, illiuſque præſules pro tempore exiſtentes legationis natæ officio & honore inſigniti extiterunt, & antiſtites eiuſdem eccleſiæ pro tempore exiſtentes officio, honore, ac iuriſdictione & legatione prædictis, a tempore, cuius memoria hominum non exiſtit, in vtroque foro etiam indefinite continuo vſi fuerunt, prout etiam modernus archiepiſcopus in illorum pacifica poſſeſſione vel quaſi exiſtens vtitur etiam de præſenti; quare præfatus Rex nobis humiliter ſupplicauit, vt iuriſdictionem primatiæ & legationis huiuſmodi cum honoribus, oneribus, & prærogatiuis debitis & conſuetis eidem eccleſiæ quomodolibet competentibus; & quibus archiepiſcopi prædicti de iure vel conſuetudine hactenus vſi ſunt, & modernus ad præſens vtitur, vt præfertur, approbare & confirmare, quodque dilectus filius noſter Dionyſius tit. S. Cyriaci in Thermis presbyter Cardinalis, & ex diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ archiepiſcopus, ſuique ſucceſſores pro tempore exiſtentes in ſingulis præfati regni, nec non partium eidem ſubiectarum, & in poſterum forſitan ſubijciendarum, tam cathedralibus & metropolitanis, quam alijs etiam exemptis eccleſijs omnimoda poteſtate, iuriſdictione, & legatione huiuſmodi tam in foro conſcientiæ, quam controuerſo vti & gaudere, iuriſdictionem quoque & legationem prædictas exercere libere & licite poſſint, & valeant de nouo concedere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Strigonienſis eccleſia condita a S. Stephano.

Archiepiſc. Strigon. legatus natus ſedis Apoſt.

Nos igitur eorundem prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, iuriſdictionem primatiæ & legationis prædictarum auctoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, & nihilominus pro potiori cautela Dionyſio ſuiſque ſucceſſoribus eiuſdem Strigonienſis eccleſiæ archiepiſcopis, qui erunt pro tempore, quod in ſingulis eiuſdem regni & partium huiuſmodi de iure vel conſuetudine eidem ſubiectarum & ſubijciendarum metropolitanis cathedralibus ac alijs, licet exemptis, eccleſijs loca eorumque perſonas ac eiſdem quomodolibet ſubiectas & ſubijciendas tam eccleſiaſticas, etiam exemptas, quam mundanas omnimoda poteſtate primatiæ & legationis earundem tam in foro conſcientiæ quam contentioſo cum honoribus, oneribus, & prærogatiuis debitis & conſuetis perpetuis futuris temporibus vti & gaudere, iuriſdictionemque & legationem prædictas libere & licite exercere poſſint & valeant, auctoritate præfata harum ſerie concedimus pariter & indulgemus, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLI. IX. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* VI.

Aſſeritur illi is honos in vniuerſa Hungaria.

6 Pertentaſſe Ladislaum ſubtrahere ſe clandeſtina fuga a comitatu Friderici, dum ille poſt habitum a familiarem congreſſum Neapoli cum Alfonſo Aragonum Rege, a quo magnifice exceptus fuit, rediret in Germaniam, narrant pluribus ſcriptores b, adduntque adductum ad id fuiſſe a Gaſpare pædagogo, qui de illo abducendo conſilia cum Hungaris, Bohemis, atque Auſtriacis proceribus inierat, ſed patefacta re Gaſparem captum. Traditum fuiſſe Æneæ Syluio nuntio apoſtolico quo eius, vtpote clericali ordini adſcripti cauſam cognoſceret, ipſemet Æneas narrat c, deque impoſito ſibi legationis munere meminit. Extat de ea in regeſto pontificio hoc diploma d.

Pertentata a Ladislao fuga in Hungariam.

a Steph. Infeſſ. m. s. arch. Vat. ſignat. n. 4. Facius lib. 9. Nauclér. vol. 3. gen. 49 & alij. b Aen. Syl. ep. 309. Guil. Hiſt. Huſſ. l. 11 & alij. c Aen. Syl. ep. lib. 1. nu. 309. d Lib. 4. p. 277.

Venerabili fratri Aeneæ epiſcopo Senenſi in regno Bohemiæ ac marchionatu Morauiæ, nec non in Sileſia, ac ciuitatibus & diœceſibus Aquileienſis & Saltzburgenſis prouinciarum ſub dominijs dilectorum filiorum nobilium virorum Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ ducum conſiſtentibus nuncio & oratori noſtro ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

In regno Bohemiæ ac marchionatu Morauiæ, nec non in Sleſia ac ciuitatibus & diœceſibus, terris & locis Aquileienſis & Saltzburgenſis prouinciarum, ſub dominijs dilectorum filiorum nobilium virorum Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ ducum conſiſtentibus, pro pace & quiete partium prædictarum, nec non finitimorum locorum Apoſtolicæ ſedis nuncium & oratorem noſtrum de fratrum noſtrorum conſilio cum poteſtate legati de latere facimus, conſtituimus, & etiam deputamus, teque per vniuerſum regnum Bohemiæ, prouincias, ciuitates, diœceſes, terras, & loca prædicta tanquam pacis angelum, vt in ipſis euellas & deſtruas, ædifices atque plantes, deformata reformes, & corrigenda corrigas, deuiantes ad viam veritatis reducas, & ſtatuas quidquid ad concordiam mutuamque charitatem præfatorum populorum profutura cognoueris, prout cœleſtis gratiæ infuſio, tuaque tibi prouidentia miniſtrabunt de eorundem fratrum conſilio duximus deſtinandum, &c. [Prouinciam ei dat, vt religionem in ijs oris reſtituat in priſtinum ſplendorem, eccleſias ſuæ dignitati aſſerat, in Bohemia & circumiectis regionibus, pacem alat, reuocet in Eccleſiæ ſinum qui a fide deſciuerint, diſſoluat incuſſas ijs cenſuras, infamiæ notam aboleat, in perduelles

Æn. Syl. in Bohemia & alijs prouincijs creatus nuntius apoſtol.

Mandata illi tradita.

ani-

animaduertat, Bohemos ad priſtinam concordiam reducat ſi neceſſitas popoſcerit, præſules principeſque ad ſolemnes cœtus conuocet, ac ſuſcepta in ijs conſilia ad exitum perducat.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCDLII. XIV. *kal. maij pontificatus noſtri anno* VI. Auctus eſt [a] ampliſſima poteſtate ad munus cum dignitate obeundum, adultoque anno illi facultas tributa [b], vt vna cum Cardinale Cuſano ad firmanda pacis inter Fridericum eiuſq; hoſtes conciliatæ fœdera coſdem perduelles cenſuris, quibus ſe irretierant, ſolueret.

a Ibid. pag. 278. ad pag. 283.
b Lib. 16. pag. 143.
Poteſtas cum Card. Cuſano incumbere ad pacem inter Frid. eiuſq; aduerſarios conſtituendam.

7 Concitarat in ſe Fridericus multorum odia ob detentum penes ſe Ladiſlaum, adeo vt in Germaniam reuerſo acre bellum ei illatum ſit ab Auſtriacis [c], qui duce Vdalrico ſiue Vlrico duodecim militum millibus ſuccincti illum in Nouacivitate obſidione cinxere, vt Ladiſlaum ab eo eriperent: at demum ea diſcordia Sigiſmundi archiepiſcopi Salisburgenſis & Caroli marchionis Badenſis opera compoſita eſt, cum Georgius Podiebratius ſexdecim millia Bohemorum Friderico opem laturus educeret. Fœderis autem pactiones eæ fuere, vt Ladiſlaus Rex Auſtriacis traderetur, tertioque id. nouembris cogerentur Viennæ ſolemnes cœtus, in quibus & Friderici & Ladiſlai conſanguinei, rum Hungarorum Bohemorumque oratores conuenirent, vt lis de Ladiſlai tutela in ijs dirimeretur. Sed huiuſmodi conuentus diſſoluti ſunt ab Auſtriacis, cum pactis ſtare recuſarent: atque a Ladiſlao creati ſunt triumuiri, e quibus Ioannes Huniades Hungariæ, Georgius Podiebratius Bohemiæ, Auſtriæ Vlricus Ciliæ comes præfecti fuere. Inter hos vero maiori pollebat [d] auctoritate Vlricus, inquit Æneas, vt qui Regem haberet in poteſtate, & alijs imperare poſſe videretur. Certior factus de his rerum conuerſionibus Pontifex, cauſam Friderici, quæ iuſta erat, aduerſus Vdalricum, qui ei Ladiſlai tutelam eripuerat, tuendam ſuſcepit, atque Vdalricum ipſum in iudicium vocauit, cenſuras ei eccleſiaſticas minatus, ni cœpto deſiſteret. Extat ea de re diploma [e], in quo ius Friderici primum illuſtratur, cum mos eſſet apud Auſtriacæ domus principes, vt pupillorum tutela ipſorumque principatuũ adminiſtratio ab eo, qui ſanguine eſſet coniunctior gereretur, atque etiam ab omnibus Ladiſlai ſubditis ſacramentum fidei Friderico vt illius tutori nuncupatum eſſet, donec Ladiſlaus ipſe pubertatem attigiſſet. Sed de his alijſque querentem Pontificem audiamus.

c Æn. Syl. Boië. c. 60 & 61 & Europ. c. 22. Naucl. vol. 2. gen. 49. Coch. l. 11. Dubr. l. 28. Bonfin. l. 3. decad. 7. & alij.
Frideric. Imp. obſidione cinctus.
Conciliata pax eiuſ legibus.
Creati a Ladiſlao triumuiri.
d Æn. Syl. ep. c. 50.
Vdalricus hortatio Ladiſlai tutela ſuſcepit.
e Lib. 14. pag. 9.

Ad futuram rei memoriam.

Ad audientiam noſtram fama referente publica & rei experientia edocete deuenit, quod licet ab olim inter principes & duces domus Auſtriæ laudabiliter introductum, & inconcuſſe etiam a tanto tempore, quod de contrario memoria hominum non exiſtit, obſeruatum fuerit, quod decedente quocumque ex principibus & ducibus domus eiuſdem, ſuperſtite ſibi herede impubere, princeps & dux maior natu domus ipſius terras & dominium eiuſdem heredis impuberis regere, & eius curam ſiue tutelam, vt pote ad eum iure delatam, gerere cum plenaria gubernatione & adminiſtratione terrarum & dominiorũ huiuſmodi, ac omnium iurium & pertinentiarum eorundem, quouſque idem heres pubertatis annos ac diſcretionem, gubernationem, regimen, & adminiſtrationem terrarum, & dominiorum huiuſmodi per ſe ipſum gerendi conſcenderit, debeat & etiam teneantur; ac propterea claræ memoriæ Alberto Rege Romanorum & duce Auſtriæ vita functo, & ſibi chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ladiſlao Rege Hungariæ illuſtri eiuſdem Alberti Regis nato in terris & dominijs, quæ ipſe Albertus Rex tenuerat ſuccedente, chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus tunc Romanorum Rex illuſtris ac dux & maior natu domus prædictæ nunc Imperator ſemper Auguſtus hereditatis ſiue terrarum dominij dicti Ladiſlai Regis, qui tunc erat, prout eſt impubes & minor annis, regimen & eius curam & tutelam ſibi debita ſuſceperit; & illa ac gubernationem, regimen, & adminiſtrationem terrarum, dominiorum, & iurium huiuſmodi ex tunc laudabiliter & decenter geſſerit, vt debebat, paratus prædictis annis expletis terras, dominium, regimen, adminiſtrationem, & gubernationem prædicta dimittere diſpoſitioni liberæ eiuſdem Ladiſlai Regis & conſiliariorum ſuorum, prout vtilitati eiuſdem Regis amplius expediret; nec quiſpiam alius, quouſque idem Ladiſlaus Rex annos expleuerit, præter Imperatorem prædictum de regimine tutela, gubernatione, & adminiſtratione prædictis ſe ingerere debeat, ſiue poſſit; fueritque idem Imperator veluti dux & maior natu domus præfatæ, pro indubitato ac legitimo tutore ab omnibus prælatis, nobilibus, vaſallis, comitatibus, & vniuerſis terrigenis, incolis, & habitatoribus terrarum & dominiorum dictæ domus, quam alijs tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus perſonis vbilibet tentus & reputatus, præſtitis etiam ſibi, & terrigenis, & ſubditis terrarum & dominiorum dicti Ladiſlai Regis obedientia, promiſſionibus, iuramentis, in ſimilibus tutelaribus adminiſtrationibus iuxta morem terrarum ipſarum præſtari ſolitis & conſuetis; nihilominus Vdelricus Eyſlynger, Ioannes Vuilhelmus, & Henricus de Lichtenſtain, Fredericus de Hohenberch, Nicolaus Truxeſs, Vuolffgangus Rogendorffer, Georgius de Hnenning, Georgius de Echerſiaco, Cadoldus de Vueahing, Conradus Sueynnuarter, Sigiſmundus Fruzeſdorffer cum ipſorum complicibus ſuorum ſtatus & famæ prodigi, non veriti in offenſam regiæ maieſtatis ſuos dilatare conatus, & ſuorum in ea parte complicum conſpiratione ſtipati nuper dictus Imperator, tunc Rex propoſitum ſuum ad ſedem Apoſtolicam pro ſuſcipiendis a nobis vnctione victoriæ, & imperiali diademate ad honorem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & ſacri imperij decus, veniendi expleturus, de gubernatione fideli ducatus, ac terrarum & dominiorum prædictorum prouide decreuiſſet diſponendum diuerſa congregationes, conuenticula, & monopolia vna cum eiſdem conſpiratoribus fecerunt, *& infra*, & certis alijs in rebellionem aduerſus dictam maieſtatem concitauerunt ad huiuſmodi gerenda regimen & tutelam, gubernationem, & adminiſtrationem improbe aſpirantes, aut malicioſe impedire ſatagentes executionem propoſiti Imperatoris tunc Regis antedicti, & tandem opprobrio, obtrectationibus, & falſis literis infamiæ notam eidem Regiæ maieſtati improperantes, ſub colore improperij huiuſmodi regimen, tutelam, gubernationem, & adminiſtrationem prædicta ſibi vſurparunt, fructus, & redditus leuando, officiales ponendo, & deſtituendo, & ijs quæ dumtaxat iuris ſunt ducum Auſtriæ ſe ingerendo, maiori interea temeritate, vna cum eiſdem conſpiratoribus præſumentes abſtrahere ſe & alios terrigenas & ſubditos ſupradictos ab obedientia, promiſſionibus, & iuramentis huiuſmodi per eos, vt præfertur, præſtitis fore abſolutos.

In ſtirpe Auſtriaca lex vt princeps ſenior impuberem tutelam ſuſcipit.
Hoc iure Ladiſlai tutela ſpectauit ad Frid. Imp.
Coniuratorum aduerſus Friderieum nomina.

Et quia præmiſſa temere, vt præmittitur, & de facto præſumpta tam in ſedis, cuius conſideratio-

tione idem Imperator in explendo propoſito prædicto, nullatenus impediendus erat, quam maieſtatis prædictarum, dictorumque ducum pernicioſam vergunt iniuriam & offenſam. nos quorum, &c. [Subdit ſpectare ad pontificium munus tueri iuſtitiam & vlciſci crimina, atque ideo propoſito edicto Vlricum & coniuratos perculit anathemate, a quo nonniſi in extrema mortis vitæque lucta liberari poſſent. Si vero hærerent obfirmati in pertinacia poſtremo menſe, ſanxit etiam ſimili pœna afficiendos qui eorum commercio vterentur, & ſi eccleſiaſtici forent, omnibus ſacerdotijs exuendos, conſtitutiſque in reos læſæ maieſtatis pœnis percellendos: præterea ſi conſecutis alijs viginti diebus in perduellione perſtarent, loca in quibus agerent, ſacrorum vſu interdictum iri. Data quoque omnibus præſulibus cæteriſq; eccleſiaſticis viris imperia, vt quos ſentire cum perduellibus noſſent, nec definito tempore excurrente paruiſſent, anathemate defixos, refugiendamque ipſorum conſuetudinem renuntiarent, quibus literis adiecta hæc formula.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLII. *pridie non. . . pontificatus noſtri anno* VI.

De rebellione Ladislai Regis lata a Nicolao ſententia.

8 Collocaſſe ſuam operam magna contentione Nicolaum Cardinalem e Cuſa, vt eam diſſenſionem ſedaret; ſed ab Auſtriacis repulſam paſſum referunt auctores [a]. Data ei fuerat iam ante legatio in Bohemia ab ipſo gerenda, vt religionis cultum perfidia Huſſitarum obſoleſcentem redintegraret, bellaque ciuilia repelleret: ſed cum ob Hæreticorum ingraneſcentem potentiam regnum illud tuto ingredi non poſſet, conduceretque Chriſtianæ rei, vt in Bohemiæ confinijs cunctaretur, atque ad ſolemnes cœtus cogendos incumberet, Pontifex inſtruendum illum maiori auctoritate cenſuit, ac legati apoſtolici in terris, quæ ad Bohemiæ limites pertinerent, munus exercere iuſſit [b].

Card. Cuſanus ſedare controuerſiam conatur.

a Aen. Syl. hiſt. Bohē. c. 60. Corla. l. 11. & alij. Repulſus ab Auſtriacis.

b Lib. 15. ep. ſecr. pag. 208.

Dilecto filio Nicolao tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali ſalutem, &c.

Dudum, cum te ad partes Alamanniæ legatum noſtrum de latere duxiſſemus deſtinandum, conſiderantes quod ſapientia tua in noſtris & ſanctæ Romanæ eccleſiæ magnis & arduis negotijs plurimum comprobata eſſet in reductione Bohemorum, & ad reformanda regni Bohemiæ loca multum fructuoſa, tibi ad regnum huiuſmodi accedendi, & in eo auctoritate noſtra omnia & ſingula agendi, tractandi, & componendi, quæ pro illorum reductione, incremento fidei noſtræ, & Apoſtolicæ ſedis honore, ac ordinis eccleſiaſtici exaltatione, ac bono regimine Chriſticolarum in eo reſidentium animarumque ſuarum ſalute videris expedire, ac in eodem regno, dum ibidem præſens fores, legati de latere officio fungendi, & illud exercendi perinde ac ſi ad regnum ipſum legatus deſtinatus eſſes, plenam & liberam conceſſimus facultatem; cum igitur tu pro vnitate ac pace in regno prædicto componendis iam plures ſubieris labores, & iniunctum tibi officium diligenter proſequi cœperis, ac pro ſperata illius conſummatione felici in locis etiam forſitan extra regnum ipſum ſeu in illius confinibus, ad quæ legatio tua ſe non extendit, ſuper cœptis per te negotijs ſint conſtituendæ & tenendæ dietæ, nos: *& infra*, denuo dictæ ſedis legatum de latere cum plena poteſtate legati de latere vſque ad ipſius ſedis beneplacitum conſtituimus & etiam deputamus, vt in eiſdem dietis vices noſtras gerens, ea quæ ſunt pacis & charitatis, & vnitatis, ac quæ in exaltationem orthodoxæ fidei & honorem Altiſſimi ſuæque catholicæ Eccleſiæ cedunt iuxta datam tibi a Deo prudentiam feliciter proſequaris, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLII. XIV. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* VI.

Denuo & in Bohemia legatio.

In regni confinibus habita.

9 Præſeculiſſe Bohemos aliquam reſipiſcendi ſpeciem, ac redintegrandæ coniunctionis veteris cum Romana eccleſia ſpem catholicis iniecisse, refert Ioannes Coclæus [a]; Cardinalem vero Cuſanum legatum acceſſiſſe ad Bohemiæ limites, miſiſſeque ſacellanum ſuum, vt exploraret, num Bohemi vnanimi voluntatum conſpiratione ad reſtituendam pacem religionemque Bohemiæ, atque ad ſe accommodandos ritibus antiquis Latinæ eccleſiæ conſentirent: at querebantur valde, pactiones in Concilio Baſileenſi de vſu calicis permittendo laicis confectas a Pontifice & legato non haberi ratas, eoque fuco hæreſim colorabant. Ad abducendos vero eos ab errore, diſſoluendaſque Huſſitarum improbas artes, legatus egregiam ad Bohemos ipſos ſcripſit epiſtolam [b], in qua profitebatur Baſileenſem ſynodum in factarum pactionum formula vſum calicis Bohemis laicis permiſiſſe, vt eos in Eccleſiæ gremium reuocaret, ſua tamen expectatione deluſam, non enim id ad inſtaurandam religionem profuiſſe, atque ideo vſum calicis non permittendum: præterea nunquam ſeruata illius fœderis conuenta a Bohemis, ſed multiplici ratione violata, ac propterea Bohemos illius prærogatiuæ ius amiſiſſe; tum piam addidit adhortationem, vt ab alijs regnis, maiorumque inſtitutis non diſcreparent.

Pertentat Bohemorum animos vt catholicis ritibus ampleƈtantur.

a Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 11.

b Ext. apud eund. ibid.

Baſileenſis ſynodi cum Bohemis pactiones nō profuere.

Nicolaus miſeratione diuina tit. S. Petri ad vincula ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus, epiſcopus Brixinenſis, vniuerſis & ſingulis nobilibus, venerabilibus, ſtrenuis, honorabilibus, prudentibuſque baronibus, prælatis, militibus, presbyteris, religioſis, militaribus, magiſtris ciuium, oppidanis & cunctis eccleſiaſticis & ſæcularibus inclytum regnum Bohemiæ & marchionatum Morauiæ inhabitantibus vera pacis deſideria feliciter adipiſci.

Poſtquam diuina pietas ſtatuit, vti firmiter ſperamus, regnum & marchionatum prædicta hoc tempore ad obedientiam ſacroſanctæ Romanæ catholicæ eccleſiæ reuocare, ſanctiſſimus dominus noſter dominus Nicolaus Papa V. nobis curam & ſollicitudinem tam ſancti operis commiſit, & legati de latere plenam tribuit facultatem. Et quoniam nuper ex nobilibus regni ipſius oratoribus in dieta Ratiſponenſi lætanter intelleximus, deſideria omnium veſtrorum diuina inſpiratione nunc ad veram & effectualem vnionem inclinari, & quod ea propter apoſtolicam legationem in regno ipſo conſtitui optatis, pro complemento tam ſancti propoſiti mox operam dedimus, vt hoc ſummo Pontifici noſtro quam ocyſsime innoteſceret, & quoniam ad rem ipſam feliciter conducendam, neceſſe eſt vt ante acceſſum apoſtolici legati ad regnum de mente ſingulorum, aut ſaltem maioris ſanioris partis inhabitantium quoad puram veram & effectualem obedientiam & ſubiectionem ſimus certiores facti: nam niſi eſſet propoſiti veſtri vos velle conformare progenitoribus veſtris, qui ante hanc differentiam catholicam vitam duxerunt, qui fidem orthodoxam ab Apoſtolica ſede, atque priuilegia metropolitanæ ſedis & generalis ſtudij pro ſua deuotione & obedientia ad matrem ſuam ipſam ſcilicet ſedem Romanam meruerunt, quemadmodum & alia Chriſtiana regna, quæ adhuc in eadem obedientia perſeuerant, ſuperuacue apoſto-

Card. ſeparati ad Bohemos lit.

Propoſita vetera Bohemor. pietas.

licus legatus inquietaretur, & re non peracta in non paruum omnium veſtrorum dedecus rediret. Ideo vt experiamur quem fructum introitus legati efficere queat, honorabilem Ioannem Dorſenit præſentium latorem capellanum noſtrum deuotum ac dilectum ad vos omnes & ſingulos tranſmiſimus, cui dedimus in mandatis, vt his noſtris patentibus literis oſtenſis, vniuſcuiuſque mentem & intentionem inueſtiget circa iam dictam obedientiam præſtandam, & quæ circa ipſam atque ſecurum acceſſum apoſtolici legati fuerint opportuna, prout de hoc per nos latius eſt informatus.

Tentati an ad legatum excipiendũ forent comparati.

Quare rogamus vos, & in Domino exhortamur, vt ipſum capellanum noſtrum admittere, benigne audire, & quæ mente geritis ſcripto patefacere velitis. Nec putetis nos a vobis rem magni ponderis leuiter exigere, nam cum impoſſibile ſit veram pacem eccleſiaſticam conſtitui poſſe, quandiu non eſt omnimoda conformitas corporis & membrorum (turpis enim eſt omnis pars quæ toti non congruit) hinc in ea re, vbi qui non eſt cum vniuerſali Eccleſia, contra eam eſſe conſtat, neceſſe eſt pure & ſimpliciter abſque pacto & conditione omnium conformitatem obedientiæ amplecti. Neque quemquam moueat quod cum oratores tunc Baſileenſis concilij de pace eccleſiaſtica Pragæ tractarent ad compactiones deuentum ſit, nam experimento compertum eſt modum illum integram pacem & vnitatem cum ſancta Romana eccleſia non effeciſſe, quæ cum ſit piiſſima mater omnium fidelium, nulli redeunti, quem in fide genuit, gremium claudere poteſt, & omnia quæ filij ſui poſtulant, ſi ſalutaria ſunt, libenter concedit, ſicut enim mater ipſa per quæcumque pacta non poſſet trahi ad conſentiendum in ijs, quæ filiorum ſuorum ſaluti ſciret obuiare, ita etiam quæ ſaluris ſunt ſine pactis aſſenſum nequit denegare. *Et infra*: Nolite igitur tales pro fratribus honorare, qui ſe matris veſtræ filios nominari verecundantur.

Qui non eſt cum Eccleſia contra eam eſt.

Compactata Bohemorum ſchiſmꝰ non ſuſtulere.

Aperite, quæſo, oculos, & conſiderate vnde excidiſtis, & quo perducti eſtis, & per quos, & credire plus matri veſtræ, (a qua omnia quæ ſalutis & honoris ſunt, recepiſtis) quam ſeductoribus illis, qui adeo cæci ſunt, quod lumen non vident; adeo beſtiales, quod matrem non cognoſcunt. Parui facite omnia, quæ ipſi de compactionibus ingerunt, nam ad illorum ſciolorum confuſionem Deus illas ſic fieri permiſit, neque religioſus frater Ioannes de Capiſtrano, vir vtique zelum Dei habens cum ſcientia, nec alias quiſquam aſſerit compactiones hæreſim in ſe continere, ſed conſtanter negatur in eis talia concedi, quæ vobis falſo ſuggeruntur; poteritis, ſi volueritis, compactationibus ſeductores veſtros facile conuincere. Nam cum extra vniuerſalem eccleſiam, quæ catholica Græce dicitur, non ſit ſalus, & vt ipſi negare non poſſunt, videte in compactionibus, vbi eſt illa catholica eccleſia, & reperietis in capite primi articuli eſſe ſcriptum quod regnum Bohemiæ & marchionatus Morauiæ in fide conformare ſe debent vniuerſali Eccleſiæ, & non poteſt intellectus alius dari quam quod Romana illa ſit vniuerſalis eccleſia cui ſe debent regnum & marchionatus conformare. *Et infra*: Nam ſi aliquid ſingularitatis ex ipſis habere putatis circa ritum communionis ſub vtraque ſpecie, vt ſeductores nonnulli perſuadent, legite textum & ponderate mentem concilij ex litera, & reperietis negligentia illorum ſacerdotum vos omnia ibi vobis oblata perdidiſſe. Eſt enim vobis notorium quod illi tales ſacerdotes nunquam ea, quæ fieri debebant, ad habendam permiſſionem illius communionis, procurarunt, aut obſeruarunt, ſed non obſtantibus compactionibus continuarunt illa, quæ dimittere tenebantur. Ideo de eorum negligentia permiſſio, etiam quoad perſonas quæ vſum habebant, non eſt ſortita effectum, minus permiſſio de libertate concedenda obtineri potuit a ſynodo ſemper ob talium presbyterorum præſumptam pertinaciam, qui toto tempore, quo concilium ſedebat, compactata nulla ex parte ſeruare curarunt, & ita ſoluta eſt ſynodus antequam euentualis promiſſio fieri potuerit.

Moniti Bohemi ne ſe ſubornari ſinant ab impoſtoribus.

Auctoritas Rom. eccleſiæ in compactatis admiſſa.

Non ſeruatæ a ſchiſmaticis leges in cõpactatis.

Videre nunc quæſo quomodo quidam tales veſtri ſacerdotes in ſuam confuſionem ad compactiones refugiunt, ex quibus penitus nihil eorum ſeductorum culpa, etiam quoad eos qui vſum communionis habebant, eſtis aſſecuti. Sic alia, quæ in compactionibus ſunt, nonne manifeſte condemnant tales allegantes? ipſi enim ſua ſponte currere ſe ingerunt, & abſque miſſione expreſſe contra compactiones prædicant, & cum nullam habeant poteſtatem ligandi & ſoluendi populum decipiunt. Videtiſne quomodo obedientiam illam, de qua ſimiliter in compactionibus quoad ſuum ſeruant Romanum Pontificem? Ex ijs intelligitis, compactiones nihil ſingularitatis vobis præſtare, ſed ſolum confuſionem eorum, qui ſua præſumptione ſeducti vos ſeduxerunt, exprimere, vt ore ſuo iudicentur: quare merito inſtar aliorum fidelium obedientiam puram, ſimplicem, veram, & effectualem, quæ ſola Dei gratia, vobis vtilis & ſalutaris exiſtit, ſuademus in legati aduentu alacri animo acceptare, & nos de illa liberaliſſima Apoſtolica ſede indubie omnia, quæ ſalutis & pacis ſunt potius ſine pacto, quam cum pacto quam primum in laudem poteritis obtinere. *Dat. Ratiſponæ ſub noſtro ſigillo die* XXVII. *menſ. anno a natiuitate domini* MCCCCLII. *pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris domini noſtri domini Nicolai diuina prouidentia Papæ V. anno* VI.

Soluta prius ſynodus quam compactiones mandarentur operi.

Nonnulli cupiunt doli.

10 Dum ea gerebantur in Germania, Chriſtiani in Hiſpanijs a Granatenſibus Mauris multis excurſionibus ſunt vexati, plura oppida colonis in ſeruitutem abductis, deſerta, ac templa profanata fuere. Aſſectum maxime alia ea calamitate municipium Giennenſis agri non ignobile, cui Villacarillo nomen erat, in quo plurimus effuſus Chriſtianus cruor, & fideles mille ſupra quadringentos vinculis aſtricti: quos cum Mauri partim minis, partim blanditijs a fide Chriſti ad Mahometicã ſuperſtitionẽ auertere niterentur, Pontifex Chriſtifideles hortatus eſt a, vt ad eos redimendos ſtipem conferrent, acceptamque ab ipſis cladem his verbis expoſuit.

Hiſpani a Granatenſibus diuexati.

a Lib. 19. pag. 169.

Vniuerſis Chriſti fidelibus,

Sane lachrymabili chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Caſtellæ & Legionis Regis illuſtris conqueſtione, non ſine graui cordis amaritudine, intelleximus, quod nouiſſime Chriſtiani nominis inimici ſpurciſſimi Machometi ſectæ cultores regni Granatæ Saraceni violenter & armata manu cum copioſo armigerorum exercitu locum de Villacarillo Giennienſis diœceſis hoſtiliter inuaſerunt, ac in habitatores & incolas eiuſdem loci inhumaniter irruentes, ſexaginta ex eis atrociter occiderunt, & mille quadringentos fere vtriuſque ſexus fideles ab inde ad dictum regnum Granatæ ad captiuitatem crudeliter abduxerunt, ac eorum & ſingula alia bona in dicto loco reperta in prædam aſportauerunt, & ipſum locum eiuſque eccleſiam & ſanctuaria ignis voragine abominabiliter con-

Abducti in ſeruitutem.

cre-

cremarunt in grauiſſimam Chriſtianæ religionis depreſſionem pariter et iacturam, ipſique captiui, niſi ſalubriter Chriſtifidelium adminiculo celeriter redimantur, & pijs eleemoſynarum largitionibus ac pecuniarum oblationibus quantocius releuentur, dictorum ſubdentur Saracenorum perpetuæ ſeruituti, & quia inter ipſos captiuos quamplures vtriuſque ſexus infantes & paruuli ſunt & detinentur, ne ipſi terrore tormentorum aut verborum blanditijs fidem denegent Chriſtianam, ſectam dictorum Saracenorum profitentes, veriſimiliter formidatur: nos &c.] Addidit Pontifex propoſitas a ſe trium annorum totidemque quadragenarum indulgentias ijs, qui pro liberandis a ſeruitute conſortibus fidei aliquam pecuniæ vim erogarent, cuius cogendæ munus Alfonſo archiepiſcopo Toletano impoſuit [a]. Anxerat Maurorum animos ad infeſtandos crebris irruptionibus Caſtellanos ciuilis eorum diſcordia, quæ ſæpe ſedata iterum recrudeſcebat.

Pontificia pro ijs redimendis cura.

a Ibid. & lib. 16. pag. 14.

Addidetat animos barbaris ciuilis diſcordia.

Inter eos ciuiles motus iam ante concitatos Ioannes Rex Caſtellæ paciscupidus ad nonnullas pactiones venit, inter quas ea erat, vt ſi Ioannes regiarumque partium proceres fœderis infringerent leges, ad perluſtrandum Dominicum ſepulchrum obſtricti eſſent. Cum vero plura in eo fœdere abhorrentia ab æquitate continerentur, nec regno Ioannes abeſſe poſſet, quin illud in diſcrimen committeret, conſuluit his de rebus Pontificem, qui reſpondit [b], eas pactiones, ſi pugnarent cum æquitate, quod ipſius conſcientiæ permittebat, diſſolui poſſe: ad id vero cum obſtrinxit, vt pecuniam, quam in Ieroſolymitano itinere inſumpturus foret, in ſumptus belli, quod aduerſus Mauros parabat, deriuaret.

Sedata ſeditio quo iſto fœdere.

b Lib. 11. pag. 1.

Chariſſimo in Chriſto filio Ioanni Caſtellæ & Legionis Regi illuſtri ſalutem, &c.

Cum, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, olim grauiſſimis, in regno ac dominijs tuis, inter te, illorumque perſonas guerris & diſſenſionibus exortis, pro illorum pacificatione & maioribus euitandis ſcandalis ſeu malis, tu, & etiam quidam ex tibi ſubditis nonnulla pacta, conuentiones, & promiſſiones inieris & feceris, ac inierint & fecerint, ac de illis efficaciter adimplendis, tu & dicti ſubditi iuramenta etiam ſolemnia præſtare ex quadam neceſſitate potius, quam libera voluntate præſtiteris, & præſtiterint, ac in euentum, quo illa non adimpleres ſeu adimplerent, tu & præfati ſubditi peregrinationis ad S. Sepulchrum in Ieruſalem, ac alia vota emiſeris, & emiſerint, & ſicut eadem petitio ſubiungebat, pacta, conuentiones, promiſſiones, & iuramenta huiuſmodi minus honeſta, ac rationabilia ſint, & forſan, non abſque magno damno, ſeu incommodo per te & alios, qui illa fecerunt, adimpleri poſſent, pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt pacta, conuentiones, iuramenta, & vota prædicta, tibi & illis, qui ea fecerunt, relaxare, teque ab illis abſoluere, & alias ſuper ijs opportune prouidere, de benignitate apoſtolica dignaremur.

Adactus Rex ad iter Ieroſolymitan. ſi concordiæ leges infringeret.

Nos igitur, attendentes, quod pacta, promiſſiones, iuramenta, & vota prædicta ob pacificationem regnorum ac dominiorum, & ad ſcandala euitanda huiuſmodi potius, quam ex libera voluntate feciſti, ac dicti ſubditi de tuo mandato fecerunt, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnia & ſingula pacta, conuentiones, iuramenta, & vota prædicta quæcumque, quotcumque, & qualiacumque fuerint, illa, & perſonarum, quæ ea tecum inierunt & fecerunt, ac cum quibus inita & facta extiterunt, *& infra*, auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia tenore præſentium celſitudini tuæ, & ex illis ex perſonis eiſdem, quas ad id pro tempore duxeris eligendas, relaxamus, teque, & ipſos per te eligendos, ab illis abſoluimus, ita tamen quod omne id quod tu, & eligendæ perſonæ, in eundo, ſtando, & redeundo & inibi offerendo, ac alias pro adimplendis votis huiuſmodi haberes & haberent, exponere, in præparatione exercitus, quem contra perfidos Saracenos mouere intendis, ſeu alias in ipſorum Saracenorum impugnatione exponere tenearis, ac teneantur, decernentes, te & ipſos, ad ea, ex pactis, promiſſionibus, iuramentis, & votis prædictis duntaxat teneri, de quibus tuæ celſitudinis conſcientiæ videtur, & dicta tibi dictauerit conſcientia. Non obſtantibus præmiſſis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLII. XV. *kal. iuly pontificatus noſtri anno* VI.

Solutus ea religione a Nicolao.

Sumptus Ieroſolymitani itineris in bellum Granatæ ſe iuſſus conuertere.

11 In Luſitania etiam Alfonſus proferendæ religionis, imperijque propagandi ſtudio vrgere bellum aduerſus Saracenos, gentiles, atque alios a fide noſtra alienos decreuerat: cumque pium conſilium expoſuiſſet Apoſtolicæ ſedi, Nicolaus ex amplitudine ſacroſanctæ poteſtatis ius illi contulit [a], vt quæuis regna, principatus, terras, & loca Mahumetica aliaue ſuperſtitione inquinata ſibi ſubijcere poſſet.

Luſitanus in Mauros ſacram expeditionem meditatur.

a Lib. 47. Pag. 194.

Alfonſo Portugalliæ & Algarbij Regi illuſtri.

Diuino amore communiti, Chriſtianorum charitate inuitati, officijque paſtoralis aſtricti debito, ea quæ fidei, pro qua Chriſtus Deus noſter ſanguinem effudit, integritatem augmentumque reſpiciunt, probis fidelium animis vigere, tuamque regiam maieſtatem huiuſmodi ſanctiſſimo propoſito confouere merito cupientes, tibi Saracenos & paganos, alioſque infideles & Chriſti inimicos quoſcumque, & vbicumque conſtitutos, regna, ducatus, comitatus, principatus, aliaque dominia, terras, loca, villas, caſtra, & quæcumque alia poſſeſſiones, bona mobilia & immobilia, in quibuſcumque rebus conſiſtentia, & quorumcumque nomine cenſeantur, per eoſdem Saracenos, paganos, infideles, & Chriſti inimicos detenta & poſſeſſa, etiam cuiuſcumque ſeu quorumcumque Regis ſeu principis aut Regum vel principum regna, ducatus, comitatus, principatus, aliaque dominia, terræ, loca, villæ, caſtra, poſſeſſiones & bona huiuſmodi fuerint inuadendi, conquirendi, expugnandi, & ſubiugandi, illorumque perſonas in perpetuam ſeruitutem redigendi, regna quoque, ducatus, comitatus, principatus, aliaque dominia, poſſeſſiones, & bona huiuſmodi tibi & ſucceſſoribus tuis, Regibus Portugalliæ perpetuo applicandi & approximandi, ac in tuos & eorundem ſucceſſores vſus & vtilitates conuertendi, plenam & liberam auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. Eandemque regiam maieſtatem tuam rogamus, requirimus, & hortamur attente, quatenus virtutis gladio præcinctus, ac forti animo præmunitus, pro diuini nominis augmento fideique exaltatione ac animæ tuæ ſalute conquirenda Deum præ oculis habens, in huiuſmodi negotio potentiam virtutis tuæ extendas, vt fides catholica per tuam regiam maieſtatem contra inimicos Chriſti triumphum ſe reportaſſe ſentiat, tuque coronam æternæ gloriæ, pro qua militan-

Conceſſæ illi terræ quas ab infidelibus eripuerit.

Digitized by Google

dum eſt in terris, quamque promiſit Deus diligentibus ſe, noſtramque & Apoſtolicæ ſedis benedictionem & gratiam exinde valeas vberius promereri.

Luſitani ad Saracenos Regem ſollicitat.

Nos enim vt tu ac dilecti filij nobiles viri duces, principes, barones, milites, alijque Chriſti fideles tuam regiam ſerenitatem in hac fidei pugna concomitantes, ſeu mittentes & de bonis ſuis contribuentes, eo animoſius feruentiorique zelo opus hoc aggrediaris, ac illi aggrediantur, ſeu de bonis ſuis contribuant, aut mittant, vt præfertur, quo ex hoc tuæ ac illi ſuarum animarum ſalutem conſequi poſſe ſperaueris, ac illi ſperauerint, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, tibi, nec non omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, tuam maieſtatem in hoc fidei negotio concomitantibus, nec non illis, qui te perſonaliter concomitari non valuerint, ſed in ſubſidium iuxta ſuarum facultatum ac deuotionis exigentiam miſerint (nonnulliſque interiectis de expianda rite apud ſacerdotem conſcientia) plenariam remiſſionem omnium & ſingulorum peccatorum indulgemus. *Et infra*: Et nihilominus ſi te ſeu aliquos ex concomitantibus præfatis contra Saracenos & alios infideles huiuſmodi eundo, ſtando, vel redeundo ab hoc ſæculo migrare contigerit, te ac eoſdem concomitantes in ſinceritate, vnitate, & obedientia prædictis (fidei nimirum & Eccleſiæ) perſiſtentes, puræ innocentiæ, qua baptiſmate ſuſcepto extitiſti, & illi extiterunt, reſtituimus per præſentes. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLII. XIV. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* VI.

Prorſus iis ampliſſima indulgentia.

Auctarum ... decimarum ... Rex poſcit.

12 Conſulturus idem Rex ſaluti animæ, cum quibuſdam religionis ſtimulis vrgeretur ob ſubſidiariam auri vim olim a clero non accepta ab Apoſtolicæ ſede venia elicitam, ac pariter clerus ob ſolutas eaſdem decimas cenſuras ſe contraxiſſe pertimeſceret; ſupplex ad Pontificem confugit, ipſumque rogauit, vt ſi qua noxa vel cenſura ſe detinuiſſent, apoſtolica auctoritate liberarentur, cum maxime imperatæ decimæ tempore publica res in graue periculum adducta eſſet, neque ex contemptu ſedis Apoſtolicæ, a qua veniam petere decreuerant, id geſtum eſſet. Clementia mox in clerum ac Regem Luſitanum vſus eſt Pontifex, atque ipſos anathematis aliarumue cenſurarum, ſi ijs impliciti eſſent, nexu ſoluit [a]: verum talia in poſterum fieri pro apoſtolico imperio vetuit.

a Lib. ... pag. 21.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Portugaliæ & Algarbij Regi illuſtri ſalutem, &c.

Sane ſicut pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, olim venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filijs abbatibus, prioribus quorumcumque ordinum, decanis, præpoſitis, alijſque eccleſiaſticis viris, ac clero tui regni ad inſtantiam tuam conuocatis, certas decimas, ſeu charitatiuum ſubſidium pro nonnullis magnis regno, & honori tuis ingruentibus negotijs expediendis ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, aliarumque dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, officiorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum in eodem regno conſtitutorum requiſiſti, ipſique clerus tuæ regiæ maieſtati complacere deſiderantes, quantum in ipſis extitit voluntati tuæ humiliter acquieſcentes, huiuſmodi decimas ſeu charitatiuum ſubſidium, quatenus apoſtolicæ ſedis interueniret auctoritas, tibi dare, ac in illis ſubuenire ſe velle prompte reſponderunt, tuque noſtra ſeu dictæ ſedis licentia minime obtenta, ſeu requiſita, ſperans tamen te ſuper eo noſtram beneuolentiam obtenturum, decimas, ſeu charitatiuum ſubſidium huiuſmodi in toto, vel ſaltem in parte leuari & recolligi, ac in tuos vſus, & vtilitates conuerti feciſti.

Excuſat ſe neceſſitate compulſum.

Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, licet tam tu quam clerus præfati, præmiſſa in contemptum, ſeu derogationem dictæ ſedis minime attentaueritis, quinimmo quamquam priuſquam ad ſedem ipſam ſuper hoc recurſum habueritis, magnitudine neceſſitatis negotiorum ingruentium cauſante, tu ad impoſitionem, & leuationem, ac clerus præfati ad conceſſionem & ſolutionem decimarum, ſeu ſubſidij huiuſmodi proceſſeritis, opportunitate temporis captata, ad ſedem ſuper ijs mittere proponebatis antedictam, tamen tam tu quam clerus prædicti, tanquam veri catholici, & auctoritatis ſedis præfatæ zelatores, ac remorſum conſcientiæ ſentientes timetis propterea deliquiſſe, ac ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas contra ſimilia, ſine ſpeciali dictæ ſedis licentia perpetrantes, a iure inflictas incurriſſe, pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus tam tibi quam clero præfatis ſuper his opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Solutus cenſuris modo talia poſt hac non committat.

Nos igitur ſemper ad ea, quæ tuæ maieſtatis honorem & commoditatem reſpicere dignoſcuntur, tuis innumeris apud ſedem ipſam exigentibus meritis, merito intendentes, per amplius tuæ & cleri conſcientiarum ſerenitatem, ac animarum, quarum communis cura nobis, licet immeritis, diuina diſpoſitione commiſſa extitit, ſalutem, prout ex debito tenemur paſtoralis officij, procurare volentes, tuis deuotis in hac parte ſupplicationibus inclinati, te necnon clerum præfatos ab excommunicationis, alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, in quas occaſione præmiſſorum incurriſtis, pro veſtrarum ſerenatione conſcientiarum, auctoritate apoſtolica abſoluentes, ac abſolutos fore declarantes, tibi vt decimas, ſeu ſubſidium per te impoſitas, ſeu impoſitum huiuſmodi, ſi illa ſeu illud in toto vel in parte exegeritis & in tuos vſus & vtilitates conuertere poſſis. Verum ſi quid ex illis leuandum reſtiterit, nequaquam leuare, exigere, ſeu in eoſdem vſus & vtilitates conuertere debeas, eadem auctoritate tenore præſentium de ſpeciali gratia concedimus, & indulgemus. Volumus autem quod de cætero ſimilia abſque ſpeciali dictæ ſedis licentia attentare non præſumas; non obſtantibus conſtitutionibus &, ordinationibus apoſtolicis cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLII. *tertiodecimo kal. iulij pontificatus noſtri anno* VI. Tum petenti oratorum opera, vt ſententias a diœceſanis in clericos Petri Luſitanæ regiæ principis, qui affectarat tyrannidem, ſceptrumque rapere, conſertoque prælio cum pluribus ceciderat in acie, caſtra parteſue ſecutos, atque ideo ſacerdotijs exutos latas confirmaret, lubens aſſenſit [a].

Affectata tyrannis a Petro principe Luſitanæ regiæ.

a Lib. 13 pag. 14.

Neque illud hoc loco prætereundum eſt, Nicolaum tuendæ eiuſdem regni dignitatis gratia promulgaſſe [b], cum illius oratores in nonnullis cœtibus debitum honoris gradum inconſulto caſu non tenuiſſent, nullum honoris apiculum ex eo Luſitani Regis dignitati, quam augere potius quam minuere vellet ſedes Apoſtolica, detractum iri.

b Lib. 14. pag. 283.

Imminutum Luſitanus orator in non debita ſede collocatus.

Ad

Ad futuram rei memoriam.

Cum nuper dilecti filij nobiles viri chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Alfonſi Portugalliæ & Algarbij, ac aliorum Regum illuſtrium nec non dilectorum filiorum nobilium virorum principum oratores apud nos conſtituti caiſterent quædam ſedium ſeu locorum inter ipſos oratores in capella noſtra ſituatio, quæ præfati Regis Alfonſi præeminentiæ ac regiæ maieſtati ac honori apud ſuos oratores derogare non modicum videbatur, ex inaduertentia habita fuit, quæ nonnullorum ſcandalorum & inconuenientium, quæ tunc parati videbantur, euitandorum cauſa, cum ex inaduertentia proceſſiſſet, nulla nouitate ſeu ſcandalo interueniente prætetiebatur aliaſque in baſilica S. Petri de vrbe, ac alijs locis, tam in actu coronationis chariſsimi in Chriſto filij noſtri Frederici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti pro tunc, vt moris eſt, celebratæ, quam alijs temporibus præfato Imperatore apud nos conſtituto, oratores Regum & principum prædictorum diuerſas, & non ſemper eaſdem ſeſsiones & ſituationes, de mandato noſtro habuerit. Ne autem ab aliquibus præſumi poſsit, huiuſmodi ſituationem in capella præfata factam, vt præfertur, in præiudicium honoris & regiæ maieſtatis ipſius Alfonſi Regis attentatam fuiſſe; ad abundantiorem veritatis cautelam, ſituationem in capella ex pura inaduertentia abſque quocumque oratorum ipſius Alfonſi dolo, ſeu culpa proceſsiſſe, nec illam ſeu alias ſituationes huiuſmodi in præiudicium honorum ipſius Regis attentatas extitiſſe, noſtræque nunquam intentionis fuiſſe, nec eſſe vt honori ſeu præeminentiæ ipſius Alfonſi Regis per loca ſeu ſituationes eiſdem ſuis oratoribus in ſedendo aſsignata, vt præfertur, derogaremus, ſeu præiudicium aliquod afferremus, tenore præſentium declaramus pariter & decernimus. Quinimo omnes ſuos honores & præeminentias priſtiſtinos illæſos permanere, volumus pariter & intendimus, deſiderantes nihilominus honores & præeminentias Regis Alfonſi prædicti, cuius tanta apud nos & ſedem Apoſtolicam deuotio pariter & affectio vigere dignoſcitur, vt ſuæ non mediocriter afficiamur ſerenitati, potius adaugere quam diminuere, perſonamque ſuam gratijs & honoribus pro ſuis benemeritis ſemper proſequi, nec non omnia quæ ſuæ regiæ maieſtati vtilia nouerimus, quantum cum Deo valebimus, ſtudio adimplere. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLII. III. *id. iunij anno* VI.

Cauetur Luſitani Regis honori.

Propoſitæ [a] etiam ab eodem Pontifice indulgentiæ ſeptem annorum & totidem quadragenarum fuerunt ijs, qui peruigilio aſſumptæ in cœlum Virginis templum prope Vlyſſiponem ſitum, cui S. Mariæ ad martyres nomen eſt, adijſſent, ſtipemque pro eius perducendo ædificio porrexiſſent, addita hac collatæ ſacræ beneficentiæ ratione: *Dudum priuſquam ciuitas Vlixbonenſis ad catholicam fidem reduceretur, quamplures Germaniæ, Galliæ, Angliæ, aliarumque diuerſarum mundi partium Chriſtifideles ad ciuitatem ipſam expugnandam, & ad dictam fidem reducendam in copioſa multitudine ad dictum locum nauigio appulerunt, tandemque Altiſſimo concedente ciuitas ipſa vna cum locis circumuicinis per Chriſtifideles, non tamen ſine magna illorum ſtrage, ad fidem reducta extitit antedictam, ac in eodem loco ad ipſorum Chriſti martyrum in ipſius fidei negotio decertantium & interfectorum reuerentiam & honorem quoddam heremitagium B. Mariæ ad martyres nuncupatum conſtructum extitit, ac in eccleſia eiuſdem heremitagij ab illo tempore vſque in hodiernum diem diuerſa miracula ob ipſius virginis Mariæ aliorumque ſanctorum merita, vt pie creditur, Altiſſimus operari dignatus eſt, &c.*

a Lib. 37. pag. 70.

Pro fide Chriſti pugnantes martyrum loco habiti. Eccleſia S. Mariæ prope Vlyſſiponem miraculis celebris.

13 In Anglia ciuiles diſcordiæ exortæ [a], cum Aquitaniæ amiſſum imperium dolerent Angli vniuerſi, atque alij in alios male geſtæ rei culpam conijcerent, de quibus Franciſcus Philelphus [b] in literis ad Francorum Regem datis: *Poſt ingentem*, inquit, *ſuorum cladem, dederunt terga fuga turpiſſima, indeque factum eſt, vt eorum immani tetraque tyrannide Gallia liberata, ipſi propter rem infeliciter geſtam funeſta inter ſe arma conuerterint, vt enim victoria lætitiam victoribus ſolet quietemque afferre, ita conflictus aduerſus & victi mutuis inter ſe odijs diſcordijſque digladientur in cauſa eſt.* Publica vero contraxit odia Guillelmus Suthfolchiæ dux, qui ærarium exhauſiſſet, neque ſtipendia ſuppeditaſſet exercitui, adeo vt a plebe ad ſupplicium poſtulatus, primum in carcerem conditus, deinde ad ſedandum populum in exilium pulſus, ab aduerſarijs interfectus ſit. Neque extincto Guillelmo Suffolchiæ duce repoſita pax Angliæ, ſed Ricardo duce Eboracenſi affectante regnum, quod hereditario iure ſibi deberi contendebat, inteſtinum conſurrexit bellum, atque in Henricum Regem, nec non in archiepiſcopos & epiſcopos, ac viros principes coniurationes factæ, luſuſque multus humanus ſanguis. Cum vero plures perpetrati facinoris pœniteret, ijque veniam poſcerent, Pontifex Ioannem epiſcopum Cardinalem S. Ruffinæ ipſos cenſuris liberare iuſſit [c].

Anglorum diſcordiæ ciuiles.

a Polyd. Virg. l. 23

b Philelph l. 17.

Ob rem male geſtam in ſe exerciſe certum.

Neci deditus.

Ricardus dux Eboracenſis conſtendit ſibi ſceptrum deberi.

c Lib. 15 pag. 204.

Venerabil fratri Ioanni epiſcopo S. Ruffinæ S. R. E. Cardinali.

Nuper fidedigna relatione intelleximus, quod nonnulli Chriſti fideles in regno Angliæ commorantes maligno ſpiritu, vt creditur inſtigante, conſpirationes, inſultus, conuenticula, & congregationes illicita contra chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Angliæ Regem illuſtrem eiuſque ſtatum ac regni pacem & tranquillitatem, nec non archiepiſcopos, epiſcopos, aliaſque tam eccleſiaſticas quam ſæculares perſonas infra dictum regnum temere & malitioſe fecerunt, propter quæ aliqui ex eis, contra quos conſpirationes & inſultus huiuſmodi fiebant, inhumaniter interfecti & vltimo ſupplicio dati, ac alias vulnerati, & bonis ſuis ſpoliati extiterunt, de quibus quidem conſpirationibus, inſultibus, conuenticulis, congregationibus, interfectionibus, & alijs ſic perpetratis quamplures qui paci & tranquillitati prædictis contrauenerunt, ac mala huiuſmodi perpetrarunt, ab intimis dolent, & ſe deliquiſſe fatentur, veniam & apoſtolicam a ſede Apoſtolica miſericordiam humiliter poſtulantes. Quapropter cum vices geramus illius, cuius proprium eſt miſereri & pœnitentibus parcere, fraternitati tuæ, de qua plurimum in Domino confidimus, per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus per teipſum, qui etiam archiepiſcopus Cantuarienſis exiſtis, vel alium, quem ad hoc duxeris deputandum, omnes & ſingulos, qui contra chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Regem Angliæ prædictum, eiuſque ſtatum ac regni pacem & tranquillitatem aliaſque perſonas tam eccleſiaſticas, quam ſæculares, quæ archiepiſcopali ſeu epiſcopali dignitate non præfulgebant, infra dictum regnum temere ſeu malitioſe fecerunt, & *infra*, auctoritate noſtra hac vice dumtaxat abſoluas, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum*

Coitiones factæ aduerſus Regem.

Cædes inde ſecutæ.

Coniurati nonnulli veniam ſupplices poſtulant.

Ipſis tributa.

Digitized by Google

ſtum anno MCCCCLII. VII. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* VI.

Septentrionales Reges inuicem bella impliciti.

a Io. Magn l. 23. c. 1. Crantz. Suec. l. 5. c. 39.

b Io. Magn eod. lib. c. 2.

14 Inter hæc ob Suecorum diſceſſionem, qui Regem Carolum Canuti veteri proſapia oriundum ſibi præfecere a, Danos inter & Succos de Gothlandiæ inſulæ imperio certatum b, eſt: cumque a Caroli ducibus Visbycenſis arx obſidione vrgeretur, & Chriſtiernus Rex Daniæ ad eam ſoluendam contrahere copias & claſſem inſtruere, qua opus erat celeritate non poſſet, Olaum Abſalonem equitem auratum eloquentiæ laude præſtantem oratorem ſuum miſit, qui Suecos diſtineret verbis, donec in Dania compararetur exercitus. Is itaque compta & mellita oratione, de controuerſia non bello, ſed æquitate dirimenda locutus, Suecos ad paciſcendas inducias flexit, indictique conuentus fuere, in quibus lis ſedaretur. Interea a Danis commeatus & ſupplementa militum in arcem ſubmiſſa. Extat pontificium diploma c hoc anno exaratum, quo fertur Carolum Sueciæ & Chriſtiernum Daniæ Reges de titulis regijs ac principatibus bellum inter ſe geſſiſſe, ad quod depellendum conueniſſe, vt in oppido Halmſtadenſi freti ampliſſimis mandatis vtriuſque partis oratores in colloquium venirent, hosque nonnullas concordiæ leges ſanxiſſe: ad reliqua vero controuerſiarum concilianda capita oppidum Auuaſcher pro congreſſu alio celebrando deſignaſſe: at Danos oratores poſtea recuſaſſe conuentis ſtare, neq; vllo modo ad pacem redintegrandam potuiſſe adduci; cum tamen Sueci ad conuenta ſeruanda paratiſſimi eſſent. Qui ea affecti iniuria nomine Caroli Regis ad ſedem Apoſtolicam Danum Regem in ius vocauerunt: quæ cauſa Ioanni S. Angeli diacono Cardinali commiſſa eſt d.

c lib. 41. pag. 23.

De pace de cisis colloquia.

d ibid.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa bellorum inter Danum & Suecum.

Dudum pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Sueciæ Regis illuſtris nobis expoſito, quod poſtquam dudum ipſe & chariſſimus in Chriſto filius noſter Chriſternus Daciæ Rex illuſtris, qui tum ſuper regijs titulis & dominijs tunc expreſſe contendebant, & pro huiuſmodi contentione ac litium & guerrarum diſpendijs, quæ ex contentione huiuſmodi ſuſcitatæ fuerant, & in deteriora inualeſcere formidabantur, ſemouendis in oppido Halmſtadenſi Lundenſis diœceſis per ipſorum ſolemnes ambaſiatores ibidem conſtitutos & ad hoc pleno mandato munitos in certa concordiæ capitula concludenda & decidenda, ac ad pacis effectum deducenda conuenerant, certis ſuper hoc, quod ambaſiatores hinc inde ad oppidum de Auuaſcher dictæ diœceſis in certo ad hoc ſtatuto termino conuenire, & ab illo diſcedere non deberent, capitulis huiuſmodi non deciſis, nec ad debitum huiuſmodi pacis effectum deductis per ambaſiatores prædictos hinc inde promiſſionibus, cautelis, & iuramentis adiectis pro eo, quod dicti Chriſtierni Regis ambaſiatores in præfato oppido Auuaſcher in dicto termino conſtituti promiſſionibus & iuramentis huiuſmodi, vt ipſe Carolus Rex aſſerit, contra venientes capitula prædicta concludere & decidere, & ad pacis effectum deducere denegabant, & ab eodem oppido Auuaſcher prioribus conuentionibus minime ſatisfactis receſſerant, ipſis tamen ambaſiatoribus Caroli Regis eaſdem conuentiones & capitula ſeruare & decidere, & ad debitum effectum deducere paratis, quodque propterea pro parte eiuſdem Caroli Regis ex hoc ſe indebite grauari aſſerentes ad ſedem fuerat Apoſtolicam appellatum, nos ad inſtantiam eiuſdem Caroli Regis dilecto filio noſtro Ioanni S. Angeli diacono Cardinali cauſam prædictam audiendam commiſimus, & fine debito terminandam.

Conuenta violata a Dano.

Suecus illis lacus vocat apud ſedē Apoſt.

Cum autem nos nuper proſecutionem cauſæ huiuſmodi & in ea captum dicti Cardinalis proceſſum certis bonis reſpectibus vſque ad beneplacitum noſtrum decreuerimus ſuſpendendum; pro parte eiuſdem Caroli Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus, vt de huiuſmodi ſuſpenſione conſtare poſſit, & ne ſi illa motam ſuſceperit, fatalia proſequutionis appellationis huiuſmodi propter moram ipſam labi cenſeantur, prouidere opportune dignaremur. Nos igitur huiuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia tenore præſentium decernimus, & etiam declaramus; quod præſentibus dicta ſuſpenſione ſtetur, quodque etiam huiuſmodi fatalia dicto beneplacito, ſicut præfertur, durante, nullatenus decurrere cenſeri debeant, ſed in eorum decurſu fatalium tempus beneplaciti huiuſmodi habendum fore pro ſubducto proinde, ac ſi proſecutione prædicta per nos non ſuſpenſa appellatio huiuſmodi pro parte dicti Caroli Regis intra legitimum tempus foret debite proſecuta. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLI. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* VI. Refert Magnus a Chriſtiernum Danorum Regem, cum Suecos verbis ac induciarum ſpecie fallaci deluſiſſet, in Gothlandiam comparata claſſe aduolaſſe, & Suecos, qui in Gothlandia erant, imparatos trucidaſſe, atque ita inſulæ potitum imperio: Carolum vero Sueciæ Regem exacto bimeſtri contracto exercitu irrupiſſe b in Noruuegiam, quæ Dano parebat, eamque præcipiti victoria ſubegiſſe, atque in vrbe Nidroſienſi Noruuegiani regni corona redimitum.

Danus Gotlandia fraude potitur.

a Magn. l. 23. c. 3.

b Eod. lib. cap. 4.

Noruegia regno cinctus a Sueco

15 Non modo hiſce Regibus, verum in oriente etiam nonnullis Chriſtianis principibus, qui ad comprimendos Mahometanorum impetus coniunctiſſimi eſſe debuiſſent, inceſſit diſcordia. Erant ij Georgius Scanderbechus in Epiro princeps, & Paulus ac Nicolaus Ducaguini ampla ditione & opibus florentes, ex quorum diſſenſione cum res Chriſtiana in diſcrimen adduceretur, Pontifex Paulo epiſcopo Drimaſtenſi prouinciam dedit c, vt ipſos omni ſtudio & ſolicitudine in concordiam redigere ſtuderet:

Scanderbegus & Ducagini acad principes in ſe arma conuertunt

c Lib. 37. pag. 211.

Venerabili fratri Paulo epiſcopo Drimaſtenſi A. S. N. & oratori noſtro ſalutem.

Intelleximus grauia odia ſuſcitata eſſe, & in dies acerbiora fieri inter dilectum filium nobilem virum Georgium Caſtriot Scanderberch ac Paulum & Nicolaum Ducagninos in Albania dominos, quæ res magna moleſtia nos afficit, & dolemus maxime vt inter Chriſtianos principes ex diſſenſiones vigeant, hoc præſertim tempore, in quo ne dum deberent vires eorum vnitas habere, vt potentiæ Teucrorum facilius reſiſtere valerent, verum etiam inſtante bello aliorum aſcitis & conuocatis auxilijs omni ſtudio ac diligentia incumbendum eſt, ne Chriſtiani nominis hoſtes hanc occaſionem nacti, eos inualidos & ad alia moliendа intentos ſubita excurſione adorti, magna detrimenta non ſolum ipſis, ſed ſimilibus populis inferrent, quod ne eueniat continuo Deum ſuppliciter oramus. Et quoniam non poſſumus malis iſtis noſmet mederi, deputauimus te mediatorem, *& infra*, vt omnibus priuatis reſpectibus reiectis Dei honorem & Chriſtianitatis commodum præ oculis habens, ad memoratos dominos

Sibi vicem occurſum exitium.

te

Pacì con cordiæ operam iubet Pont.

te conſeras, & adhibitis ijs ſuaſionibus, quæ ad concordiam & reconciliationem pertinere cognoueris, prout tibi videbitur & expediens fuerit, ea tractes, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLII. XIII. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* VI.

Cyprus a Tur. is infeſtata.

Neque Epiro modo imminebant Turcæ, verum etiam Cypro: quorum cauſa Pontifex Ioanni Regi ad perficienda Nicoſiæ mœnia dimidiam auri vim ex collatitia lucrantium in Gallijs indulgentias ſtipe redigendam attribuit a.

a Lib. 37. pag. 33.

Nicolaus, &c. Attendentes quod, ſicut plurimorum & præſertim quorundam tuorum ad nos ambaſiatorum fidedignorum ſumus relatione informati, tu ad repellendum atrociſſimos inſultus perfidorum Chriſtiani nominis inimicorum, & præſertim quorumdam Teucrorum, qui in regni Cypri confinibus iam in ipſum regnum dietim publicos ac furtiuos inſultus facere, & ab inde vltra res & mobilia bona, quamplures Chriſti fideles, infantes, mulieres, & cuiuſcumque ſexus, ætatis, conditionis in miſerabilem ſeruitutem ad partes ſuas traducere præſumunt, tuæ & aliorum dicti regni facultates, vtpote grauiſſimis bellorum cladibus & alijs ſiniſtris euentibus quibus retroactis temporibus afflicti fuiſtis plurimum exhauſtæ, nullatenus ſufficiant, &c. *Dat. anno* MCCCCLII. III. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* VI.

Mahometus II. progenitor. ſuor. geſta æmulatur.

16 Meditabatur Mahometes II. Turcarum Imperator inſignem aliquam cladem rei Chriſtianæ inferre, cumque progenitorum res geſtas audiret, perlegeretue, aut eos æquare gloria, vel ſuperare immenſa cupidine affectabat b; id vero aſſecuturum animo agitabat, ſi Conſtantinopolim, quam maiores ſæpius nequiequam oppugnarant, victor ſibi ſubijceret, Græcoque euerſo imperio in ea Turcicum conſtabiliret. Suſcepto eo conſilio, vt ipſum ad exitum perduceret, in primis arcem munitiſſimam iuxta Aſomatum in anguſtijs Boſphori Thraciæ condidit c, ne naues e Ponto Euxino deſcendere verſus Conſtantinopolim poſſent, illiuſque ager repentinis excurſionibus tuto vexari poſſet, tum ex Aſia in Europam Turcis facilis traiectus pateret: tamque væcordes extitere Græci, vt etiam Turcis operas pro ea extruenda præbuerint. Præuidere Genuenſes imminens Conſtantinopolitano imperio extremum exitium, oppreſſiſque Græcis Genuenſe nomen in oriente deletum iri, atque ideo inſtructa ſubſidiaria claſſe Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regem armis & opibus florentiſſimum ad ſacram in Turcas expeditionem hiſce literis d ſunt adhortati.

b Phranz. l. 3. c. 7.

Pro expugnanda Cõſtantinopoli arcem extruit.

c Id. ibid. Thurocz. chro. Hungar. c. 57. Turco. l. 1

d Extant. in collect. epiſt. principum pag. 330.

Petrus dux & conſilium ſacræ regiæ maieſtati Aragonum & vtriuſque Siciliæ.

Genuenſes Alfon. Regi admonent de Mahometis bellico apparatu.

Admonuerunt nos nuper, sereniſſime & præclariſſime princeps, ex tranſmarinis regionibus ad nos miſſi legati duo Peræ pauidi adhuc recordatione periculorum, quæ æſtate ſuperiore ægre deuitarunt, pauidiores noui terrore belli, quod aduerſus Conſtantinopolim & Peram Machometus Turcarum dux in ver proximum ſumma vi molitur, namque hic præcipitis conſilij iuuenis, recenti imperio ferox eo cogitationes ſuas, eo conatus omnes obſtinatiſſimo propoſito vertiſſe videtur, vt has, quas diximus, vrbes ferro excindat, & Chriſtiani nominis memoriam in tota regione illa penitus deleat, eo forſitan conſilio, vt quemadmodum prior Machometus decepta Aſia & Africa inter clariſſimos viros colitur, ita hic ſecundus, armis ſubacta haud ignobili Europæ parte, ingens ſibi nomen ac gloriam comparet. Dumque implorantibus legatis ipſis propere ad ſe præſidium mitti omnia diligentius percunctamur, renuntiauerunt nobis oratorem ab Imperatore Græcorum ad maieſtatem veſtram mox eſſe venturum, qui oret imperio illi iam ſeneſcenti ac defeſſo ocius ſuccurri. Nos Imperatoris conſilium & laudauimus ſæpe, & iterum iterumque laudamus, quod poſt Romanum Pontificem ſpes omnes ſuas in maieſtate veſtra collocauerit, nam quem ſperare potuit Chriſtianorum Regum æque velle ac poſſe ſibi aduerſus hunc Machometum opem ferre, quam in ſublimitate veſtra & ſperare & certo ſperare debuit? ab his enim Regibus ortum ducit clariſſima domus veſtra, qui multis iam ſæculis occupantes Bæticam, Mauros vi ac ferro domitos exin ſedibus eiecerunt, plurimaſque vrbes, & quidem nobiliſſimas Chriſtiano cultui reſtituentes, vix vnquam poſitis armis a perſecutione infidelium quieuerunt, ac ſic ſuccedente temporum ſerie eo parente genita eſt maieſtas veſtra, qui ſuſcepto aduerſum Granatum Regem bello, multas illi terras, multa paruo tempore oppida eripuit. Nec infideles modo populos Hiſpaniam incolentes, ſed ipſam quoque ſummotam freto Mauritaniam velut fulmen quoddam belli ſolo nomine plerumque terruit. His accedit quod veſtra ſublimitas mari ac terra latiſſime imperans ſex, & quidem opulenta, regna in ditione habet longa pace florentia, nullo hoſtis incurſu nullis minis exagitata, quorum quædam adeo Græcorum imperio vicina ſunt, vt Cypro excepta cętera Chriſtianorum regna in eorum comparatione alio prope in orbe poſita videantur.

Solicitant vt Imperatori Conſtantinop. opem ferat.

Memorat regis florẽtem Turcas terrere poſſe.

Quæ cum ita ſint iure optimo exigere creditur Deus, cuius eſt regna dare atque eripere, ne patiatur excellentia veſtra hanc Chriſtiano nomini maculam inferri, vt orientale imperium, totque fideles populi occidentalibus auxilijs deſtituti calcandi ac dilacerandi pollutis gentibus relinquantur. Nos, quibus ſolis Peram tueri neceſſe eſt, vt precibus etiam ſalutem illius Imperatoris adiuuemus, maieſtatem veſtram orandam duximus, vt hæc, quæ dicta ſunt, cogitans velit cum pro gloria, tum (quod maius certiuſque præmium eſt) pro cauſa Dei infelicibus populis illis ocius ſuccurrere, neque expectare, vt Reges in longinquo poſiti & grauibus præterea bellis impliciti, dum ſero auxilia moliantur, interim ferro Chriſtianorum imperium exuatur. Nos autem ne quis otioſos putet arma, viros, tela, naues, magna feſtinatione paramus, vt ſi fauerit Deus, illuc præſidia noſtra veris initio perueniant, pro vi ſemper in omnem gloriam veſtram parati. *Ianuæ.* Geſſerat Alphonſus crudeliſſima in Chriſtianos bella, vt inani ſoæ ambitioni lenocinaretur, & quamquam Chriſto arma conſecraſſet, promerendæ tamen immortalis glorię occaſionem, abiecta ſacra militia, & permiſſa Turcicæ excidioni Græcia incautus ſpreuit.

Non deſerendos Græcos, et conſulendum a Turcis.

Expedita a Genuenſibus arma.

Ardiſſe vero eum cupiditate inuadendæ Etruriæ ac Mediolanenſis principatus, quem ſibi teſtamento relictum aiebat, ira deſcribit Iannotius Manettus a: *Sexto felicis ſui pontificatus anno cum Alfonſus iam pridem Florentinis apprime infenſus, quod Franciſco Sfortiæ ad acquiſitionem ducatus Mediolanenſis, qui ſibi a Philippo Maria teſtamento anhelanti non parua, nec occulta, ſed magna & manifeſta equitum & peditum auxilia miſerant, multaſque pecunias ad expeditionem noui belli aduerſus Venetos propterea ſuſcepti*

Hetruria & Inſ belia aſſectata ab Alfonſo.

a Manet. in vit. Nic. V. l. 2. m. s. Vat. bibl. ſignat. nu. 2046.

uſ-

Digitized by Google

Ferdinandus in agrum Florentinum miſſus.

atque ob id ipſum cum prædicto Alfonſo confœderatos Ferdinandum vnicum filium ſuum inclytum Calabriæ ducem, cum toto eius exercitu in agrum Florentinum populandi, vexandi, ac diripiendi cauſa deſtinaſſet, prudentia ſua ita ſe geſſit, vt nec Alfonſo ipſi, nec Venetis, nec Florentinis, nec Franciſco vllatenus diſpliceret, atque eccleſiam a bellicis tumultibus, militaribuſque direptionibus illæſam, inuiolatam, intactam ſeruaret, quemadmodum & primo & ſecundo ſui pontificatus anno ante prudentiſſime fecerat, quando prædictus Alfonſus, priuſquam ipſe ad pontificale faſtigium aſſumeretur, cum copiis ingentibus idcirco Tybur venerat, vt exinde aduerſus Florentinos hoſtilibus exercitibus moueret, ac in eodem deinde conſeruanda ac retinenda pacis propoſito continue perſeuerans, cum per commemorati Philippi Mariæ mortem tota pene Italia bellicis hinc inde tumultibus confunderetur, ſolum ipſe Alfonſo Venetis, Florentinis, Senenſibus, ac Franciſco inter ſeſe contendentibus, inuicemque bellum gerentibus quietem nouit, quietem adamauit, quietem & tranquillitatem cæteris omnibus rebus humanis præpoſuit, longeque prætulit, tum quia ſuapte natura a bellis abhorrebat, tum etiam in præclara illa de componendis traducendiſque operibus, & de conſtruendis ordinandiſque & extra & intra vrbem ædificijs liberius vacare ac ſtudioſius ſubminiſtrare poſſet, atque omnes inſuper ſubditos ſuos a bellicis fremitibus & a militaribus direptionibus veluti a peſtilentibus & contagioſis morbis illæſos, inuiolatos, intactoſque ſeruaret. Ve vero a Nicolao comparata ſit auxiliaris claſſis pro ſuſtentando labante imperio Græcorum, quæ nimium ſero vela fecit, proximo anno dicetur.

Neutri parti fauet Nicolaus.

Pacis ſtudioſus ſemper fuit.

Illæſa flammarum globis Eucharistia.

17 Interea excitato Amſterodami incendio quo Eccleſia conflagrauit, in qua Euchariſtia illa aſſeruabatur, quæ iam ante ab ægro vomitu effuſa, atque in ignem proiecta integra permanſerat, etiam num inter medios flammarum globos illæſa perſtitit. Rem adeo inſignem, cœleſtiaque prodigia diuinitus edita commemorat Ioannes Molanus a: *Amſtelredami, inquit, in loco ſacro memoria ſacramenti ſacroſancti, quod inſigni miraculo claruit anno* MCCCCXLV. *die* XVI. *martij; ab ægro enim cum phlegmatibus eiectum, & in ignem miſſum, nec candorem amiſit, nec vllam læſionem a flammis accepit, deinde ciſtæ impoſitum ibi etiam ſtupendis miraculis claruit, vnde aduocatus ſacerdos ſacroſanctum corpus ad parochiam D. Nicolai detulit, erat autem hoſtia reſurgentis Domini imagine conſignata, pedem alterum ſupra ſepulchrum alterum introrſum defigentis. Domus autem, in qua primum miraculum contigit eſt delecta, & in ſacellum ſacri loci commutata, in foco autem & cineribus, qui ex igne ſupererant, attactu corporis dominici ſanctificatis magnificum erectum eſt tabernaculum, in quod dicta ſacra hoſtia ex parochia delata annis plurimis in ſumma fuit veneratione. Ipſi autem cineres ſacri, licet ad varia genera morborum profliganda ſubinde auferantur, vix tamen imminuti, ſuaue adhuc olentes cernuntur. Cæterum anno* MCCCCLII. *cum magna oppidi portione conflagrauit etiam ſacri loci ſacellum, ſed liquefactis circumquaque metallis hoſtia glorioſo prodigio eſt conſeruata cum arcula, qua continebatur, & ſyndone byſſina qua contra pulueres decidentes muniebatur. Quo miraculo excitati ciues ſacellum aliud ſplendidius erexerunt, magnifice dotarunt & mirifice exornarunt, vnde Dominus, qui honorantes ſe honorat, locum illum ſacrum & venerabile ſacramentum multis miraculis illuſtrauit. diuerſi enim, qui ad hunc locum vota vouerunt, liberati ſunt a dæmonum impetitionibus, a naufragij extremis periculis, a vinculis in Barbaria, Hiſpania, & Gallia, a dolore partus, ab exulcerationum punctur is, & ab alijs miſerijs, paruulis quidem abſque baptiſmate mortuis vita eſt reddita, vt ſacramenti regenerationis participes ſaluarentur, amiſſa res ſunt recuperatæ, furti ſuſpicione ſeſe maculantibus pax eſt reddita, dum huc precaturi properarent, & res palam appareret. Feſtum celebratur a clero & populo, vtſque ad prandium cum ſolemni proceſſione feria plerumque quarta proximo feſto D. Gregorij, rariſſime enim transfertur & omnis clerus dictæ vrbis habet ex indulto Vltraiectenſium epiſcoporum proprium per totam octauam officium ex cuius Amſtelredami vnde ſuperiora carptim annotauimus.*

a Molan. natal. SS. Belgij 16. mart.

Cineres ... [illegible]

In medio incendio iterum hoſtia illæſa.

Inſtauratur in eius honorem templum.

Ingentibus miraculis celebratum.

18 Hoc anno a Ioannes ex Heinsbergenſium procerum ſtirpe epiſcopus Leodienſis, cum in ſe incendiſſet odia populi, quem malis contaminauerat exemplis, epiſcopatu ſe abdicauit, cui Ludouicus Borbonij Philippi ducis Burgundiæ & Belgij principis nepos ſucceſſit. Leodienſium pertinaciam Burgunda vi contuſurus, ex quo Leodio paratum exitium viſuri ſumus. Interea Ioannes haud ita multo poſt interemptus eſt veneno, ſiue ſucceſſoris, vt quindecim millium florenorum illi ad vitam ſuſtentandam quotannis pendendorum onere ſe liberaret, nequitia parato, ſiue præcipiti furore ob depoſitum principatum hauſto, quem ob effuſas in omni intemperantia effrænataſque libidines ad æterna inferorum ſupplicia trahi diuinitus Dionyſio Carthuſiano, qui eum ſæpenumero a vitijs ad virtutes ſalubribus monitis traducere annixus fuerat, oſtenſum eſt, vti refert eiuſdem Dionyſij vitæ auctor b his verbis: *Illuſtris Ioannes de Heynbergen, cum eſſet epiſcopus Leodienſis, hoc patre Dionyſio familiariter vtebatur, & audito eo multa faciebat. Hic, cum eſſet ſæculi vanitatibus deditus, quodam tempore in oppido Ruremundæ ludos & torneamenta non ſine impenſis maximis inſtituit, atque multos ad ea nobiles inuitauit. Eoſdem cum expectaret, accidit illum interea Carthuſiam petere, vbi, poſtquam cum Dionyſio, quem ſanctitatis opinio magnum, atque multis effecerat celebrem, varia contuliſſet, non erubuit ſe indicare quam magnis impenſis militaribus his ludis inhiaret, quamque daret operam nobilibus excipiendis & magnifice tractandis, ibi Dionyſius ingemiſcens: O, inquit, reuerende pater, hæc etſi admittenda ſunt principibus, eccleſiaſticis tamen viris & præcipue epiſcopis non conueniunt, indigniſſimum ac prorſus iniquum, vt Chriſti patrimonium in ſcenicos hos vſus profundas. Parce igitur reuerentiæ tuæ, quæſo, pater. Epiſcopus es. Parce honeſtati clericali, parce tandem pecunijs, & ab hac dementia prorſus deſiſte. Ad hæc epiſcopus: Scio me epiſcopum, cui hæc profana ſpectacula iam olim ſacri canones interdicunt. At fatearis etiam neceſſe eſt, me principem eſſe, ducem, marchionem, atque comitem, quas arma venuſtant, quibuſque iudicia & imperia temporalia ſubſunt, horum nunc mihi munus obeundum eſt. Cui Dionyſius: Non propterea pater epiſcopus es factus, vt principem geras, aut ducem, ſed vt præſtantior digniorque epiſcopus habearis, vtque malis terribilior, atque ad tuendas Chriſti Eccleſiæque leges ſis potentior, datus eſt tibi ab eccleſia principis gladius & honos. Itaque officium tuum eſt gregis dominici curam agere, diaboli laqueis irretitas animas eruere, oues tibi commiſſas verbo Dei paſcere, aberrantes reducere, reſipiſcere nolentes ad ouile compellere, præſtare te Chriſti vicarium, non mercenarium, ſed paſtorem agere, ouibus exemplo ſanctæ conuerſationis quaſi iter ad ſequendum oſtendere, odore bonæ famæ præire atque, vt ſimul multa dicam, gregem tibi commiſſum ad cælos introducere, non ad inferna detrudere; inter hæc autem cum omnia etiam bene feceris ſcire, quod*

ſe-

In epiſc. Leodien. cur epiſcopatu ſe abdicarit.

a Magnum chron. Belgic.

Veneno obiturus.

Æternis ſupplicijs addictus.

b Petrus Dorland. in vita Dionyſ. Carthuſ.

Pompam ... [illegible]

Dum ludis celebrare parat ... officij admonetur.

Inſanit cum excuſatione.

Pia Dionyſij Carthuſ. ad illum adhortatio.

ſeruum te vocat inutilem Dominus, vnde tibi cauendum eſt, nobiſque vehementer mirandum cum tua ſolicitudo pro ſingulis animabus tibi commiſſis rationem ſit redditura, ne vel vna pereat, quomodo per ignauiam tuam quaſi ſecurus poſſis vel audeas de ludis & ſpectaculis militaribus cogitare. Quid, quæſo pater, Deo reſpondebis pro creditis tibi animabus quas interea hoc diabolico negotio tu ipſe ſcandalizas? Qua fronte audebis apparere coram iudice Chriſto, cui tu animas pretioſo eius ſanguine redemptas abducis, ac morti æternæ tradis, quarum lacte & lana abſtractis tu in delicijs viuis? vt quid eccleſiæ bona, quæ pauperibus & diuino cultui erogare deberes, in ſcenica hæc ſpectacula ad Chriſti opprobrium, ad eccleſiæ diſpendium, in perditionem animarum luxu tuo profundis? quod ſi omnino digna quæ ſunt pontifice renuis agere, parce ſaltem ouibus, quandoquidem tu ſolus minoribus impenſis ac laboribus potes æterna tibi comparare. Cumq; ille audire contemneret deprecantem, ait venerandus pater. Rogamus te, pater, vt quoniam in religionis poſitus es exemplum, ſpectacula hæc vana non perficias in perniciem animarum, ſi audire contemnis, rogabo potentiorem dominum, cui te quoque velis nolis ſubiectum eſſe oportet: hic me exaudiet, hic inſipientiæ tuæ conatus etiam te inuito impediet.

Significat illi Deum, vt cœptis abſiſtat exoratum iri.

Surrexit epiſcopus, & neſcio quid ſecum ſtomachans, relicto Dionyſio quod cœperat moliebatur perficere. At contra Dionyſius illum præuenire feſtinauit, ſiquidem ad Dominum conuerſus eiſdem vſus eſt & contra diabolum, & contra epiſcopum armis, fletu videlicet & oratione, atque inſtantiſſima prece ardentes podagras a Domino præſuli impetrauit, quibus vana illa ſpectacula optato ſucceſſu caruerunt. Nihil profuit epiſcopo inflata poteſtas, nihil contulit ei quod proficereret induſtria accelerans, poſt inutilem magnæ pecuniæ erogationem, poſt infamiæ notam quidquid præparauerat atque inſtituerat intermiſſum deſiit. Plus valuit oratione Dionyſius, quam profuſione & ſolicitudine epiſcopus, nihilo tamen a podagris emendatus, enimuero poſtea doloribus aliquantulum remiſſis, quamprimum greſſum potuit recuperare pedum, plenus irarum Carthuſiam acceſſit, & conquerens cœpta ſua Dionyſij orationibus irritata, ſe vero doloribus præterea ac ignominia affectum verbis eum aſperioribus multauit. Verum æquanimiter hæc Dionyſius tolerauit, gaudens etiam, quod pro Chriſti gloria & animarum ſalute dignus eſſet vel ab epiſcopis contumelias pati. Hunc ipſum epiſcopum poſtea defunctum in nocte d'uæ virginis Catharinæ vidit pater Dionyſius poſt nocturnas vigilias, cum pro eodem in cella vigilans oraret, a duobus teterrimis gigantea forma ſpiritibus ante ſe adductum ſqualidum, tetrum, ardentibus flammis circumſeptum, fumoque oppletum, cui dixerunt: Ecce, pro quo oras, dominus tuus; intuens autem illum Dionyſius diligenter, vidit circa ventrem & genitalia eius immenſum agmen ſerpentum & bufonum, qui miſerum corrodebant, fuerat enim in vita præter vanitates alias epiſcopo indignas, in concupiſcentijs fœminarum, monialium, virginumque ſtuprator. Expauit vehementer vir ſanctus, admirans æquitatem iudiciorum Dei, & cogitans illud, quod potentes potenter tormenta patiantur, aduertitque illum eſſe damnatum, quippe cum nihil pro ſe miſer flagitaret ſuffragij, nihil orationis, ſed ſubito a nigerrimis illis Aethiopibus ab oculis intuentis abriperetur. Tradit magni chronici Belgici auctor, illum hoc anno, cum ſororem nuntium rebus humanis remiſiſſe, ſeque inter ſanctimoniales religioſæ vitæ addixiſſe conſpexiſſet, pietatis ſenſu delibutum ad meliorem mentem redire decreuiſſe: *Qui hactenus*, inquit, *vt eſt notorium, incontinenter & ſæculariter vixerat*. Ea itaque pia

Correptus podagra dimittit iras in ſeruum Dei conuertit.

Illum verbis acerbis exagitat.

Horrendũ damnati epiſcopi oſtenſum.

Vindicta ſupplicij luxuria.

conſilia ab ipſo concepta, nimium extracta fuiſſe, ex ſuperiori viſo Dionyſio Carthuſiano obiecto perſpicuum ſit.

19 Cum etiam plures alij viri eccleſiaſtici in voluptatum cœno volutarentur, Nicolaus, vt eos ad colendam pietatem redigeret, hanc ſanctionem edidit [a].

Ad futuram rei memoriam.

Præſentis conſtitutionis edicto vniuerſis & ſingulis ſedis Apoſtolicæ officialibus, nec non quæuis Romanæ curiæ officia exercentibus, etiamſi officiorum huiuſmodi ipſius ſedis officiales non cenſeantur, & alijs quibuſcumque clericis eandem curiam ſequentibus diſtrictius inhibemus, ne quiſquam ex eis concubinam publice in domo ſua, aut alibi vt illius turpi commercio liberius vtatur, ſeu quamcumque mulierem ad aliorum turpem vſum, vt de illius peccatis viuat, aut turpis mercedis partem percipiat, deinceps tenere præſumat, ſtatuentes & auctoritate apoſtolica præſentium ſerie decernentes, quod quicumque concubinam aliquam notorie vel ad turpem aliorum vſum huiuſmodi quamcumque mulierem in præſentiarum tenuerit, niſi poſt præſentium publicationem, in valuis baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe & in cancellaria noſtra faciendam, quam etiam vim habere volumus monitionis peremptoriæ infra nouem dies ab huiuſmodi exceſſu realiter & cum effectu deſtiterit, ac concubinam ſeu mulierem ipſam penitus & omnino dimiſerit, quodque quiſquis in antea concubinam vel mulierem talem tenere præſumpſerit, omnibus ſuis beneficijs eccleſiaſticis, nec non quæ in dicta curia obtinent, vel exercent officijs, ſint ipſo facto priuati, illaque ex tunc poſſint per quoſcumque alios libere impetrari: ijdemque priuati, nec non quicumque alij concubinas & mulieres huiuſmodi contra præſentem prohibitionem tenere præſumentes inhabiles cenſeantur ad beneficia obtinenda, & in dicta curia officia huiuſmodi exercenda, nec illorum capaces efficiantur, niſi inhabilitatem ſuam antea per dictæ ſedis literas obtinuerint aboleri. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLII. *x. kal. octobris pontificatus noſtri anno* VI.

a Lib. 38. pag. 127.

Pontificis in concubinarios conſtitutio.

Clerici eo vitio irretiti ſacerdotijs ſpoliati.

IESV CHRISTI
Annus 1453.

NICOLAI PP. V. Ann. 7. FRIDERICI III. ROM. REGIS 14. CONSTANTINI X. IMP. OR. AN. 4.

1 SEquitur annus a partu Virginis milleſimus quadringenteſimus quinquageſimus tertius prima indictione, inſignis miſerabili excidio vrbis Conſtantinopolitanæ a Turcis captæ, quam quidem hoc anno expugnatam, & non ſuperiori, vt nonnulli ſcriptis prodidere [b], non modo conſtans eſt veterum Græcorum ac Latinorum ſententia, verum Franciſci etiam Foſcari [c] ducis Venetiarum, ad Fridericum Imperatorem, & Pontificis [d] ad omnes Chriſti fideles literæ, inferius a nobis adducendæ, tum Æneæ Sylnij kal. auguſti huius anni ad Nicolaum e Cuſa Cardinalem S. Petri ad vincula datæ teſtantur, qui ſi in Europæ deſcriptione annum MCCCCLII. conſignauit [e], vel lapſum memoria, vel librarij potius incuria irrepſiſſe errorem exploratum eſt. Idem vero refert Græcos, excitata iam a Mahomete ad Boſphori anguſtias arce, belli imminentis mole territos Latinorum opem implorasse; neminem tamen ad fe-

Conſtantinopolis excidium.

b Sabellic. ennead. 6. & alij recentiores.
c Extant apud Aen. Syln. epiſt. 159.
d Lib. 46. pag. 133.
e Aen. Syl. ep. 155.
f Idem in Eur. c. 7.

Digitized by Google

rendas ſuppetias commouere potuiſſe: *Senſerant*, inquit, *eius*, nimirum Mahometis, *animum Græci, diffidentesque ſuis viribus, ad Latinorum opes confugerant, lacrymis auxilia expectantes. Surdæ, proh pudor! noſtrorum principum aures fuerunt, cæci oculi, qui cadente Græcia tantam religionis reliquam partem non viderunt, quamuis priuatis quemque aut odijs aut commoditatibus occupatum ſalutem publicam neglexiſſe magis crediderim.*

Latinorum ſocordia in ſuccurrendo Græcis.

Et quidem rogatum biennio ante Anglum, vt ad infringendos Turcicos conatus pacem cum Gallo conficeret, preces pontificias ſpreuiſſe vidimus. Certabant autem in Aquitania Angli cum Francis, in Anglia Scoti cum Anglis, Burgundus cum Gandauenſibus in Belgio, tantuſque ab ijs fuſus eſt Chriſtianus cruor, vt qui in his prælijs cæſi ſunt, Turcicum euertere imperium potuiſſent; nam in vno tantum prælio viginti & eo amplius Gandauenſium millia cæſa ad Gauerã hoc anno refert Monſtreletus [a], ſuperiori vero anno, viginti quatuor millia Anglorũ a Scotis gemino prælio trucidata memorat. At quis cæſos in tot Gallicis certaminibus numero comprehendere poterit? Nullas porro ex occidente auxiliares copias Conſtantinopolim miſſas, violati eccleſiaſtici fœderis, quod in Florentina ſynodo Latinos inter & Græcos ſancitum fuerat odio, ſcribit Turcogræciæ auctor [b]; de Palæologo namque Imperatore, Ioſepho patriarcha, & alijs præſtantiſſimis viris, qui in Conſtantinopolitana ſynodo adeundam Italiam pro coniunctione redintegranda cenſuerant, loquutus addit: *Delati in Italiam, cum ad Latinos veniſſent poſt plures congreſſus & integri biennij moram, ſane vnionem ſeu conſenſum fecerunt, quemadmodum acta Florentinæ huius ſynodi perhibent, ſed exitu nullo bono, eo quod ſubſcribere recuſaret Epheſius, & verborum concertationes, poſtquam Conſtantinopolim rediſſent, alias deinde multi ſererent, ea cauſa fuit nullius poſtea ſubmiſſi auxilij.*

Occidentalium principum fera bella.

a Monſtrel. vol. 3. pag. 53.

b Turcogræc. aũct. lib. 1.

Schiſmatis cauſa opem ſubmiſſam negatam.

Atqui non modo Latinos ſuis addictos commodis obſurduiſſe ad Græcorum voces ſupplices, verum & Græcos ipſos nimia opum ſeruandarum cupidine ſuam ſalutem prodidiſſe, eaſque Turcis victoribus reſeruaſſe, quas in comparando ad propulſandum hoſtem præſidio impendere abnuerant, narrat S. Antoninus [c]: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCCLIII, *ciuitas Conſtantinopolitana, cum eſſet obſeſſa a Turcis, oratores miſerant Græci ad Nicolaum Papam implorantes auxilium gentium & pecuniarum, quos non exaudiuit Nicolaus, indignum ducens Italiam exhauſtam pecunijs propter expenſas guerrarum grauare impoſitionibus, maxime cum eos ſciret ſe ſuis pecunijs poſſe iuuare, ſi exponere vellent, conducendo gentes; ſed nudati omni amore reipublicæ, & tantum priuatæ rei ſuæ conſeruandæ intenti, in hoc inciderunt iudicium, vt victi & capta ciuitate ſerui effecti res priuatas ſuas & publicas perdiderunt: & quod habuiſſent modum, ſi voluiſſent, ſua exponere, patuit quia magnæ diuitiæ & theſauri reperti ſunt apud plures perſonas etiam & mulieres, ſed cupiditas excæcauit eos.*

Græci opes Turcis reſeruarunt.

c S. Anton. 3 part. tit. 22 c. 13. § 14.

Confirmat hoc Phrantzes [d], dum refert Lucam Notaram megaducam capta Conſtantinopoli ingentem theſaurum, quem Mahometo reconditum ſeruaſſe aiebat, demulcendi illius cauſa, increpitum a victore verbis aſperrimis, quod non ſuccurriſſet Imperatori ſuo & domino & vrbi & patriæ, cum tantum theſaurum poſſideret.

Seruata dominio aerario theſaurus.

d Phrantz. l. 3. c. 18.

2 Cæterum Nicolaum non aſpernatum Græcos, ſed operam ac ſtudia ſua pro ipſis tum a ſchiſmate reuocandis, tum a Turcarum tyrannide vindicandis interpoſuiſſe certum eſt; miſerat enim iam ante Iſidorum Rhutenorum epiſcopum ac S. R. E. Cardinalem legatum, vt renouato eccleſiarum fœdere Latini in orientale imperium auxilia mitterent. At Græci illud confirmare tandiu recuſarunt, donec ſe vndique Turcico exercitu & periculis circumfuſos viderent, vt ſcribit Calchondylas [a], qui de poſtrema Turcarum in Conſtantinopolim impreſſione, qua victores in muros aſſilierunt, hæc habet: *Cardinalis Iſidorus Sarmatarum antiſtes, cuius ante meminimus, Græcis penes quos ea tempeſtate fuit, auxilio fuit, aderat enim vt ſynodum congregaret, & Romano Pontifici Græcos reconciliaret. Hæc quidem paulo ante confecerat, at Græcis illa cum Romanis reconciliatio nimis ſero extitit.* Nimis profecto ſera, cum ea perfecta prius hoſtis Conſtantinopoli ſit potitus, quam auxilia ſubmiſſa a Pontifice peruenire potuerint: qui quidem inſtruxerit claſſem eique Iacobum archiepiſcopum Raguſinum præfecerit, ad quem hoc diploma datum [b].

Iſidorus card. ad Græcos a Nicolao miſſus.

a Chalc. lib. 8. Aen. Syl. europ. cap. 3. ſub fin. Sabel. lib. 3. dec. lib. 7.

Sero claſſis a Pontifice appulit.

b Lib. 14. pag. 151.

Venerabili fratri Iacobo archiepiſcopo Raguſino in ciuitate Conſtantinopolitana ac alijs ciuitatibus, nec non prouincijs, inſulis, terris, & locis tam chariſſimo in Chriſto filio noſtro Conſtantino Romæorum Imperatori, quam dilectis filijs nobilibus viris eius fratribus, ac dilectæ communitati Ianuenſi in partibus Græciæ ſubiectis Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Diuina diſponente clementia: *Et infra.* Cum ergo quod non abſque mentis amaritudine referendum eſt, intellexerimus perfidos Teucros tam per terram, quam per mare cum magno exercitu & claſſe velle obſidere & expugnare ciuitatem Conſtantinopolitanam, & deinde alias Græciæ partes fideliũ inuadere, nos ad illorum conatibus quantum nobis permittitur, obuiandum, & ad partes illas iruris, & aliorum necnon præſidijs defendendas, cum certam claſſem iuxta facultatis noſtræ poſſibilitatem parari procurauerimus, matura ſuper hoc deliberatione præhabita, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, te prudentia & doctrina præditum, in rebus agendis expertum, & in noſtris & Romanæ eccleſiæ pluribus negotijs laudabiliter verſatum, ab Altiſſimo quam plurimarum virtutum aliarum dono inſignitum, noſtrum & ſedis Apoſtolicæ legatum & cum poteſtate legati de latere ad prædictas ciuitates, prouincias, inſulas, terras, & loca, tanquam bonum fidei propugnatorem deſtinamus, vt confiſus in eo, cuius eſt opem ferre indigentibus, claſſi noſtræ præſes, & ad ciuitatum & partium præfatarum loca accedens, omnium & ſingulorum tam principum, quam populorum, & ſingularum perſonarum pro defenſione Græcorum præfatorum auxilia implores, & ſingula agas, facias & diſponas, quæ tibi pro defenſione, tuitione, & ſtatu ciuitatum, prouinciarum, inſularum, & partium præfatarum aduerſus Teucrorum potentiam & inſultus tibi videbuntur quomodolibet expedire, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIII. XV. *kal. maij pontificatus noſtri anno* VI.

Præfectus illis Raguſinus epiſcopus.

3 Huius claſſis ex Italia Conſtantinopolim opem laturæ, tum Ioannis Huniadis ex Hungaria exercitum educturi fama perterritum Mahometem ſoluere obſidionem decreuiſſe, ſed ad eam vrgendam a Sagombaſſa confirmatum, narrat Phrantzes [c], qui illius claſſis famam falſam vocat, cum vel aduerſis repulſa ventis, vel alia ratione ſerius vela in orientem direxerit. Sed Pontificem ipſum, quæ imminente ſibi anno inſequenti morte Cardinalibus ingenue dixerit de ſua pro

Huniades ad ferenda auxilia excitatus.

c Phrantz. l. 3. c. 13.

ſub-

ſubmittendo Græcis auxiliari exercitu diligentia, audiamus [a]: *Poſteaquam*, inquit, *nos celeberrimam illam Conſtantini ciuitatem a Turcarum Rege acerrimo orthodoxæ fidei, & Chriſtiani nominis hoſte terra marique magnis exercitibus, præpotentique claſſe maiorem in modum obſideri accepimus, quantum poteramus obſeſſis Græcis fauere & opitulari conſtituimus, verum quoniam potentiam noſtram talem eſſe non ignorabamus, vt tot tantiſque immanium & barbararum gentium viribus ſufficere valeremus fauoribus noſtris, opportuna quædam & neceſſaria aliorum Chriſtianorum principum, rerumque publicarum auxilia adhiberi oportere putabamus, vt per hanc ſuppetiarum vndique collectarum coniunctionem Turcas vel volentes vel inuitos a prædicta obſidione procul arceremus, atque ab vlteriori Chriſtianorum infeſtatione longius propelleremus. Sic igitur in hoc ſinceræ & efficacis mentis noſtræ propoſito perſeuerantes, Conſtantini Imperatoris oratoribus, qui ad nos impetrandi fauoris gratia venerant, clara & aperta reſponſione omnia præſidia noſtra partim pecuniarum, partim triremium, partim terreſtrium exercituum parata & in promptu eſſe, foreque ſignificauimus, & quia noſtra dumtaxat ſubſidia ad arcendum & amouendum a ceruicibus ſuis obſtinatam illam tot immanium tantarumque barbararum gentium obſidionem nequaquam ſufficere poſſe arbitrabamur, monuimus vt ad celerem quandam aliorum Chriſtianorum fauorum impetrationem animum mentemque conuerteret, ac ſubſidia noſtra certa & vera tanquam ſolida quædam cæterorum omnium fundamenta ſemper parata eſſe intelligeret, ſicque in hunc modum noſtro nomine aliis principibus rebuſque publicis denuntiaret: oratores hac noſtra reſponſione contenti ad Imperatorem rediere.*

a Lib. 3. vita Nic. V. m. s. biblio. Vat. ſignat. nu. 2046.

Græci Latinorum opē implorant.

Pontificis reſponſum ad Imp. oratores.

Is relationibus acquieſcens, plures legatos ad diuerſos principes populoſque Chriſtianos obtinendæ opitulationis cauſa hinc inde tranſmiſit. At cum oratores non niſi generalia reſponſa retuliſſent, re infecta iterum ad nos rediere. Cæterum vera eorum relatione intellecta, nos qui nonnullos ab aliis principibus populiſque Chriſtianis præter auxilia noſtra fauores ad eam tantæ obſidionis diſſolutionem prouenturos fore putaueramus, ſpe propria inopinato fruſtrati, vlterius præſidia noſtra non differre ſtatuimus, ſed prædictis oratoribus illa qualiacumque forent, eo temporis in momento parata eſſe ſignificauimus, atque eis gratiſſimum reſponſum non modo placitis & ſinceris verbis, ſed veris etiam effectibus & certis opitulationibus enixe operati, & proſecuti ſumus. Verum antequam hæc ſubſidia noſtra, quæ opitulandi gratia mittebamus, ad obſeſſam vrbem applicarent, Conſtantinopolitani ſiue volente Deo, ſiue Turcis ob timorem prædictorum auxiliorum ad opitulandum obſeſſis properantibus enixius ac vehementius vrbem oppugnantibus, tandem aliquando viribus victi & ſuperati ab ſcelus indignum, & omnibus ſæculis a Chriſtianis hominibus dolendum, & deteſtandum, turpiter ſuccubuere.

Reges ac principes vana tantū Græcis pollicit.

Decernit Nicolaus accelerare ſuppetias.

Capta Conſtantinopolis antequā claſſis pontificia appelleret.

Turcæ illius metu acrius bellum urſerunt.

Hanc claſſem ex viginti nauibus & nouem triremibus conſtatam refert Monſtreletus [b] Eubœam applicuiſſe altero poſt captam Conſtantinopolim die, quam a barbaro victore interceptam fuiſſe, dicetur inferius. Addit Phrantzes [c], conſternatos etiam Turcas ex ſingulari prodigio, quod in Conſtantinopolis obſidione contigit, deinde vero eos terrores in argumenta audaciæ vertiſſe: *Portentum*, inquit, *quoddam conſpectum terrorem ipſis iniiciebat, nempe vis corruſca luminis cælo ſupra vrbem demiſſa, quam tota nocte texiſſet. Hoc lumen, vt viderunt, primum ſic interpretabantur, Deum Chriſtianis offenſum eos igni affligere, & in ſeruitutem tradere ſtatuiſſe. Poſtea, cum ſemper cum dedecore de mœnibus & ſcalis præcipitari ſeſe, tamque multis machinis fabricandis nihil proficere animaduerterent, & inſuper de claſſe ex Italia, & de Ianco ex Hungaria famam licet falſam acciperent, rurſum ita illud lumen interpretari cœperunt, vt dicerent, Deum pro nobis pugnare & tutamen atque præſidium Chriſtianorum eſſe velle, ſine cuius nutu ac voluntate nos quoque nihil poſſumus. Has ob cauſas Ameras, vt diximus, vniuerſuſque exercitus ipſius in triſtitia & mœrore verſabatur, vt qui die ſequenti ſoluta obſidione recedere cogitaret. Ipſa autem veſpera diem illum præcedente, quo diſceſſum cogitabant, rurſum vt antea lumen illud cæleſte conſpiciunt, quod tamen non perinde vt prius ſupra vrbem tota nocte diffuſum manebat, ſed procul tantum apparebat, & repente diſcenſſum euaneſcebat. Hoc vt Ameras & alii omnes aſpexerunt multo repleti gaudio exclamarunt, Deum nos iam deſeruiſſe, & execrandæ, atque impiæ religionis & erroris ipſorum ſapientes ac ſcribæ ſignificatum illo lumine vaticinabantur, Turcas vrbem ſubacturos. Ita omnes ſpem bonam concipiebant, quapropter peccata noſtra fruſtrati non ſunt.* Prædixerat iam ante centum annos Chriſtus B. Brigittæ Ieroſolymis agenti Græcorum extremas calamitates, eoſque ab hoſtibus expugnatum iri, ob ſchiſmatis crimen, pariterque Cyprium regnum ob ſuperbiam, auaritiam, luxuriemque funditus exciſum iri: *Græci* (inquit) *qui ſciunt, quod omnes Chriſtianos tenere oportet vnam tantum fidem Chriſtianam catholicam, & vni tantum ſubeſſe eccleſiæ ſcilicet Romanæ, vnumque ſolum vicarium meum generalem in mundo, videlicet Romanum ſummum Pontificem ſupra ſe ſpiritualem habere paſtorem, & tamen nolunt ſe eidem eccleſiæ Romanæ & vicario meo ſpiritualiter ſubiugare, propter eorum pertinacem ſuperbiam & propter cupiditatem, vel propter carnis petulantiam, ſiue propter aliquod aliud quod ad mundum pertinet, indigni ſunt poſt mortem veniam a me & miſericordiam obtinere.* Et infra: *Sciant etiam Græci quod eorum imperium & regna ſiue dominia, nunquam ſtabunt ſecura, neque in pace tranquilla, ſed inimicis ſuis ſemper ſubiecti erunt, a quibus ſemper ſuſtinebunt grauiſſima damna & miſerias diuturnas, donec ipſi cum vera humilitate & charitate eccleſiæ & fidei Romanæ ſe deuote ſubiecerint, eiuſdem eccleſiæ ſacris conſtitutionibus & ritibus ſe totaliter conformando.* Promulgata hæc fuere Famaguſtæ coram Cypri Rege ac principibus de qua prædictione Sanderus [a] lib. VI. viſibilis monarchiæ hæc habet: *Quam reuelationem vere diuinam extitiſſe ex eo ſcimus, quod ita res tunc futuras prædixit, vt eas eueniſſe nunc videmus; nam ſancta Brigitta multis annis prius mortua eſt quam tota Græcorum reſpublica deleretur, futura vero prædici non poſſunt præterquam a Dei ſpiritu, qui ſolus futura nouit, velut is qui & auctor eſt eorum & cui iam nunc præſentia exiſtunt.* Tempus autem huius excidii iam ante triennio a Nicolao V. Pontifice prædictum Imperatori ob ſchiſma cœptum ſub Nicolao I. vidimus ſuo loco.

b Monſtrel vol. 3. pag 60.

c Phrantz. eod. c. 12.

Prodigium de lumine in Conſtantinopolim delapſo.

Viſum poſtea id lumen euaneſcere.

Interpretātur Turcæ Græcos deſeri a Deo.

a Lib. 7. reuel. c. 19.

Quæ de Græcis Chriſto B. Brigittæ prænūciarit.

a Sander. l. 6. viſib. monarch.

Ita Conſtantinopolitani imperii excidium vulgo aſcriptum eſt nefario inueterati ſchiſmatis crimini, illa enim poſtrema concordiæ reconciliatio ab Iſidoro Cardinale legato in diſcrimine ancipiti perfecta coacta potius ob terrorem, admoto iam ipſorum iugulis Turcico gladio, quam ſpontanea veraque reſipiſcentia viſa eſt, quandoquidem numeraſſe ferunt [b] Mahometem ſub ſignis trecenta militum millia, & claſſem comparaſſe [c], in qua octodecim triremes erant, biremes quinquaginta, naues ducentæ & viginti octo, cum Imperator Græcus tantum quatuor millia nongentos & ſeptuaginta, & Latinorum vix duo millia militum recenſeret, ac tredecim tantum Latinorum triremes inſtructas haberet. Obſedit vrbem Maho-

Conſtantinopolitani excidium ſchiſmati aſcriptum.

Quantæ copiæ adductæ a Mahomete.

b Naucl. vol. 2. gen 49.

c Phrantz. l. 3. c 8.

Tenues Græcor. vires.

metes ſecunda aprilis die a cum id memorabile accidiſſe narrat idem auctor, vt quatuor Latinorum naues, quarum tres Liguſticæ, quarta Sicula frumento onuſtæ erant, portum Conſtantinopolitanum ingreſſuræ Turcarum claſſis impetum ſuſtinuerint, repulerintque tanta conſtantia, vt Mahometes ira & furore inflammatus concitato equo in mare procurrerit (adeo vt eius veſtes marina aqua perfunderentur) quo ſuis ad dimicandum animum augeret, ſed feræ illius voces nil profuere, quin e Turcis duodecim millia cæderentur in prælio, cum nullus Chriſtianus in eo occubuerit, pauci tantum fuerint ſauciati, qui aliquot poſt diebus ad Deum migrarunt.

a Id. ibid.

Cæſa a paucis Latinis [illegible] millia.

4 At minora fuere ea auxilia, quæ potentiſſimi tyranni impetus a mœnibus propulſare poſſent, capta enim eſt demum impetu Conſtantinopolis vigeſima nona die menſis maij, vt Phrantzes b & Franciſci Foſcari ducis Venetorum literæ ad Fridericum III. Imperatorem datæ c teſtantur: cum enim Iuſtinianus Longus Genuenſis ab hoſte globo petitus ſtationem deſeruiſſet, duciſque exemplo milites aufugerent, Turcæ ſummo ardore aſſiluere in propugnacula, ac fugientibus Græcis in vrbem irrupere, quam infeliciſſimæ vrbis expugnationem ita deſcribit Turcogræciæ auctor d: *Aduenerat eo tempore vir quidam nobilis ex vrbe Genua oriundus*, de Iuſtiniano ipſo Longo loquitur, *duabus cum magnis nauibus, is cernens mala, quibus conflictabantur Byzantij, neminemque de nobilitate in loco ab hoſtibus maxime infeſtato velle reſiſtere, ſed alium alij iubere, vnumquemque autem metu refugere, progreſſus in medium ad Imperatorem & proceres. Iubeo ego, inquit, cum meis militibus, optimiate meo ibi ſtare, & repugnando in ruinis muri impetum bellum ac violentiam ſuſtinere ob honorem nominis Chriſti, idque meo ſumptu & alimentis. Gratiæ fuerunt ei a cunctis actæ. Tutatus eſt igitur pugnando locum illum ille fortis ad multos dies, & Agarenos irruere conantes reiecit, irruptioneque vrbis prohibuit, ſed o peccata nostra! auxilij diuini deſtitutionem! nam cum in hoſtem conſtanter pugnaret, ictus fuit globo tormenti in dextro pede, vnde vehementi dolore orto in terram cecidit, & pro mortuo iacuit. Itaque ſublatum aſportarunt ſui, eoque nauibus ſuis impoſito vela fecerunt & ab vrbe diſceſſerunt. Cum ad inſulam Chium delati apparuiſſent, illic ipſe diem ſuum obiit. Sparſus fuit rumor per ciuitatem ab aliquo percuſſum eſſe, ſed ea de re nihil certi conſtat.* Quæ vero mox euenerint nudatis propugnatoribus mœnibus, nec Græcis ad ea tutanda excubantibus, nimirum ſubdit vigeſima nona die maij ſacra Spiritui ſancto, quem procedente ex Patre Filioque tanquam vnico principio profiteri detrectauerant, expugnatam impetu vrbem.

b Phrantz. l. 3. c. 17.
c Ex. æ. 2. ad Aen. Sylu. lib. ep. nu. 150
De Iuſtiniano Genuenſi
d Turcogr. l. 1 pag. 9

Quandiu pugnauit propulſati hoſtes.

5 *Haud ab re fuerit hoc loco dicere lamentum Dauidis: Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum. Ieroſolymam in formam pomarij redegerunt, cadauera ſeruorum tuorum deuoranda volucribus cœli obiecerunt, carnem ſanctorum tuorum beſtijs terræ, effuderunt ſanguinem eorum velut aquam circa Ieroſolymam, nec erat, qui ſepeliret. Probroſi apud vicinos noſtros habemur, illudimur, & ſannis inceſſimur ab illis, qui circa nos habitant. Quouſque iraſceris Domine? nunquamne finis erit? Operæpretium etiam adoleſcentulorum carmen, qui in medio ardentiſſimæ fornacis dixerunt: Iuſtus es in omnibus, quæ nobis feciſti. Traditi ſumus in manus inimicorum iniquorum & defectorum, Regi iniuſto peſſimoque nos dediſti idque propter peccata noſtra. Quomodo contumeliam ferre tantam potuit, quæ de nomine diuini logi condita fuit S. Sophia? illud terreſtre cœlum, noua illa Sion, quam conſtruxit ipſe Dominus non homo. gloria illa vniuerſi orbis terræ, illud decus eccleſiarum, eminentiſſimum illud omnium per orbem terrarum ædificiorum. O rem miram! nobiliſſimum Dei templum factum eſt Iſmaelitarum impiorum illorum & infidelium! Horreſce ſol, ingemiſce terra, concutere & exclama. Gloria tibi tolerantiſſime malorum Domine.* Obtritus fuit in porta Imperator Conſtantinus dum fugam tentaret, cuiuſque caput dein præciſum infixumque haſtæ per barbarorum caſtra circumlatum. Exercuere crudelem in Chriſtianos carnificinam Turcæ, omneque ſtuprorum, rapinarum, & in templis ſacrilegiorum genus: quam miſeræ vrbis vaſtitatem Iſidorus Ruthenorum & Sabinorum epiſcopus S. R. E. Cardinalis atque Apoſtolicæ ſedis legatus ita deplorauit a.

Prophanatum S. Sophiæ templum, in quo ſacra prophanabant ſchiſmatici.

Conſtantinus Imp. interfectus. Eius caput præfixum haſtæ a Turcis.

a Extant eius lit. apud S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 13. §. 14.

Epiſtola Cardinalis Rutheni de regia vrbis euerſione.

Audite hæc, audite omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem. Audite hæc omnia qui fidelem orbis partem colitis, miniſtri, paſtores, & principes omnium eccleſiarum Chriſti: vniuerſi quoque Reges & principes Chriſticolæ ac vniuerſus Domini populus cum religioſis cunctis audite, & notum ſit vobis, quod præcurſor veri antichriſti Teucrorum princeps & dominus, ſeruus autem tot dominorum quot vitiorum, cuius nomen eſt Mahumeth, inimicus crucis Chriſti, heres rei & nominis illius primi pſeudoprophetæ & latoris legis ſpurciſſimæ Agarenorum, filius ſathanæ omnium flagitioſiſſimus, qui ſitis inuectus & infinita ſanguinem Chriſtianorum ſine intermiſſione ſitit, nec extingui valet eius ſitis poſt eorum innumeras cædes tantoque odio contra Chriſtum & membra eius mouetur, vt eradere nomen eius de terra nitatur, & inſpecto aliquo Chriſtiano ſibi obuiante ſe inde exiſtimet ſordidatum, vt oculos abluat ſuos, immundum ſe profitens prius. Hoc igitur tam terribile & horridum monſtrum, exigentibus demeritis Chriſtianorũ, iuſto Dei iudicio, in eos ſæuire & graſſari permiſſum, ciuitatem imperialem, nouam Romam olim feliciſſimam, nunc miſerrimam & omni calamitate oppreſſam Conſtantinopolim diu obſeſſam cepit, expugnauit, ſpoliauit omnibus bonis, & pene deleuit. *Quis autem* vt verbis b vtar prophetæ, *dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum*, vt plorare valeam die ac nocte interfectos populi illius, & ſceleſtiſſima ſacrilegia in captura perpetrata? Quis huius horribilitatis memor non obſtupeſcat, non lethargicus fiat, non præ dolore obmuteſcat? Nec tamen cuncta enormia explicabo, ne piæ aures audire refugiant, ſed ex pauciſſimis relatis cogitentur alia.

Iſidori Card. legati comploratio.

b Hier. c. 9

Hic nefandus & nominibus blaſphemiæ * ... & ſui perditiſſimi ſatellites ciuitate recepta poſt decapitationem Imperatoris cum omni ſua progenie & nobilitate, plurimos ferreis manicis & compedibus alligatos, ac collis eorum funibus cinctis extra vrbem deduxerunt nobiles, plebeios, monacos & monachas, mares & fœminas virtute & conditione præclaros vituperabiliter tractatos multis iniurijs refertos, vt meretriculas & in lupanari proſtitutas trahebant, tanta & talia contra eos agebant, quanta de brutis animalibus, & qualia ſine rubore fari minime quis valeat. Adoleſcentulos vtriuſque ſexus a parentibus ſegregabant, & diuiſim de eis pretio negotiabantur. Infantes coram genitoribus ſuis, vt agniculos mactabant: matres filijs & geniti genitricibus priuabantur: ger-

* inſcriptus

Nobilitas & clerus omnis quibus opprobrijs habiti.

Infantes coram parentibus mactati.

mi-

mani a ſratribus, vxores a viris, nurus a ſocrubus lugentibus & vlulantibus ſegregabantur; diſiuncti conſanguinei & amici in diuerſas regiones ſerui venditi ducebantur. O quam amaræ lachrymæ, quanta ſuſpiria, quot clamoſi ſingultus inter amicos & notos quæ miſerabiles voces emittebantur inter tantas cædes, ſeruitutes, expulſiones & contumelias! Principes & barones & domini bubulcorum, porcariorum, homuncionum effecti ſunt famuli: infra decennium pueros ad ritus ſuæ perfidæ ſectæ compellebant. Hoc quomodo obſcuratum eſt aurum fulgidum ſapientiæ per tenebras ignorantiæ, aurum dignitatis per ignobilitatē ſeruitutis! Quomodo mutatus eſt color optimus Græcæ eloquentiæ in barbariem Turciæ! Lapides ſanctuarij ſi qui erant conſtantes in fide, diſperſi ſunt in capite omnium viarum iacentes proſtrati; de cæteris taceamus, humana ſunt.

Quam turpi Græc. ſeruitute: Pueri ad Christum negandum compulſi.

6 Sed de iniurijs, ſubſannationibus, contumelijs, opprobrijs ſceleſtis erga diuina quæ lingua valeat explicare, quis intellectus capere, quæ auris patienter audire. Ni fallor, nunquam ita horribilia fuerunt audita: *Deus venerunt gentes* gehennæ dediti, *in hereditatem tuam*; quæ Iſrael eſt videns te per fidem, *polluerunt templum ſanctum tuum*, eccleſiam nobiliſſimam S. Sophiæ cum alijs, imagines domini noſtri Ieſu Chriſti & matris eius Virginis glorioſæ, ac ſanctorum & ſanctarum Dei, inſignia viuificæ crucis conſpuentes, confringentes, conculcantes ſacroſancta euangelia, miſſalia, & reliquos eccleſiæ libros dilacerantes, deturpantes, comburentes, ſacras veſtes ſacerdotum reliquaque ornamenta eccleſiæ ſcindentes ad indumentum ſuum, & ornamentum ſumentes, vel vili pretio conferentes: vaſa Domini eius cultui dedicata rapientes, & in eis comedentes & bibentes, reliqua vero conflata ad profanos vſus transferebant: *Poſuerunt denique carnes ſanctorum tuorum morticinia ſeruorum tuorum*, reliquias beatorum corporum, *eſcas volatilibus cœli*, diſpergentes hinc inde carnes ſanctorum tuorum quos occidant, *beſtijs terræ*, quia non erat qui ſepeliret. Altaria ſuffoderunt inuocantes nomen maledicti Mahometi, eum laudantes de victoria.

Barbarorū in ſacras imagines furor.

Proiectæ ſacræ reliquiæ.

Blaſphemæ voces Mahometanorum.

Omitto præ pudore, quod mingebant, ſtercorabant, omnia vituperabilia exercebant in templis, imaginibus, & reliquijs ſanctis, ſancta canibus dabant, margaritas ſacramentorum ante porcos proijciebant. Cum recolo totus ex horrore contremiſco, nec vlterius ſtylo exarare quod illorum piacula, & fidei Chriſtianæ religionis dedecora, & irriſiones iniectas. Monaſteria tam monachorum quam monialium inuadentes, omnia diripiebant, eijcientes illas de habitationibus ſuis, xenodochia infirmorum deſtruebant, & ſi de multis & magnis excidijs & exterminijs ciuitatum hiſtoriographi etiam gentilium referant, fere nulla poſſet deſolationi huius coæquari. Nullum incolam in terra reliquerunt, non Græcum, non Latinum, non Armenium, non Iudæum, vrbem ipſam ſuis ciuibus nudatam quaſi deſertam effecerunt. Eorum actus & opera proprijs oculis vidi, & vna cum aliquibus conſtantiſſimis viris, plura perpeſſus ſum mala & pericula, licet de manibus eorum me eripuerit Deus, vt Ionam de ventre ceti, &c. [Addit vt Mahometes triremes centum ſeptuaginta inſtructas immiſſaſque ad ſubigendas Cyclades inſulas in Ægeo mari, & ingentes copias ad Pannoniam debellandam compararet, quo ſibi in Italiam iter panderet; tum maioris minoriſue aluei triremes trecentas, & naues onerarias viginti adornaret, ac peditum equitumque centum millia & eo amplius conſcriberet, vt Dyrrachio Brunduſium inueheretur. Demum adhortatur principes Iſidorus, vt arma aduerſus ſæuiſſimos religionis hoſtes capiant, ponantque mutua odia, ſubditque.].

Omnes Cōſtantinopolitani vrbe eiecti.

Cardinalis legatus diuinitus ereptus e Turcarum manibus.

Ingentes barbarorū apparatus.

Licet enim in multitudine confidat [ſcilicet Mahometes] & feritate ſuorum, plures tamen ſunt, qui nobiſcum ſunt, immo Dominus ipſe omnium militiarū, pro cuius fide & religione pugnatis, ita quod centum ex vobis perſequi & ſuperare valeant mille ex illis, & mille ex vobis decē millia, ignauia enim & imperitia belli innata ſunt eis. *Dat. &c.* Hactenus Iſidorus, qui tantum diſcrimeo poſito cardinalitio cultu, quo ipſum exanime cadauer induiſſe tradunt nonnulli, ne a Turcis quæreretur. Alij tamen ſcribunt eum quoque fuiſſe captum, ſed vt ignobilis & obſcuræ ſortis hominem vili redemptum pretio Peram abijſſe a.

7 Graſſatos Turcas cædibus in Græcos præſertim proceres non modo primo hoſtilis impreſſionis die, verum pluribus etiam inſequentibus, memorat Turcogræciæ auctor ex veteribus monumentis; atque etiam Halybaſſam, qui Chriſtianis maximas clades intulerat, obtruncatum, quaſi Conſtantinopolitanæ vrbis excidium retardaſſet. Potitus itaque Conſtantinopoli, necdum ſatiato furore, Mahometes ad opprimendos tantæ cladis terrore conſternatos Chriſtianos, feroces vertit impetus; ac primum nobilem Genuenſium coloniam Peram ſola armorum oſtentatione ad deditionem perpulit: haud tamen pactiones cum ijs confectas ſeruauit, ſed violato iureiurando, direptis eorum opibus in ſeruitutem miſit. Tum pontificiam claſſem quæ Græcorum reliquias erat tutatura, intercepit, vt hiſce verbis teſtatur Æneas Sylnius b: *Turcorum Imperator Conſtantinopolitana potitus victoria, non (vt pleroſque veterum feciſſe legimus) deſidiæ ſeſe tradidit, ſed Peram mox aggreſſus vicinam vrbem, & a Liguribus longo tempore poſſeſſam, in deditionem accepit: claſſem, quam ſummus Pontifex Nicolaus cum Venetis ac Ianuenſibus & Catelanis in auxilium Græciæ ſtruxerat ſiue tempeſtatibus actam, ſiue per ignorantiam locorum incluſam, ſiue alio quouis infortunio male defenſam, vt rumor eſt, intercepit. Maximas ibi opes bellicorum inſtrumentorum, vim ſummam armorum omnis generis, ingens pondus adeptus eſt.* Hæc Æneas Senenſis epiſcopus in literis ad Nicolaum e Cuſa tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem atque epiſcopum Brixinenſem, quem hortatus eſt, vt Pontificem & Cardinalium ſenatum ad indicendum Turcis bellum excitaret: *Optimum*, inquit, *factum putarem vltro dignitatem veſtram ſummo Pontifici ac ſacro collegio literas dare, vt nunc in tanta rerum aſperitate totis aſſurgant animis, neque ſecundis neque perſonis ignoſcant, dum noua ſunt vulnera remedium quærant, neque putreſcere per incuriam ſinant vulnus. Vocent Reges & principes in certam aliquem locum, dicant conueniendi diem, mittant legatos de latere ſummi Pontificis, exponant mala, quæ paſſa eſt modo Chriſtiana reſpublica, monſtrent quæ futura timentur pericula, prouidendi modos aperiant inter Chriſtianos, aut pacem aut inducias belli componant, crucem prædicent, remiſſionem peccatorum polliceantur, intonet apoſtolica tuba, nihil negligat, nihil hoc tempore omittat. Non eſt mihi dubium, ſi locus rebus accommodus nominetur, quin Reges aut veniant aut mittant, boniſque animis hoc fidei negotium amplectantur. Ego quidem iam Cæſari non clanculum, ſed in publico conſilio de hac ipſa re non pauca verba feci, inueni mentem eius & voluntatem apprime ardentem. Sane multa ex*

ſent-

a Gobel. in comment. Pij II. lib. 11.

Claſſis pontificia a Turcis intercepta.

b ... Card. in eiſd. lit. Æn. Sylu. ep. 155. Bizar. hiſt. Genu. l. 12 & alij.

Ditatus inde bellicis tormentis Mahometes

Conſilium Æneæ Syl.

Digitized by Google

ſenatoribus, qui aderant dum me hortantem Cæſaremque reſpondentem audiuerint, vberes lachrymas emiſerunt. Vidiſſetis ſenes veneranda canitie ſuas manus in hanc expeditionem prompto corde offerentes, & qui ſe mori beatos dicebant, ſi militantes aduerſus impiam barbariem caderent. Taceo robuſtos viros & feruenti ſanguine iuuenes, quibus vnius diei mora in tali negotio annus eſſe videtur, arbitror & in aliorum principum curijs itidem inueniri. Neque Rhenenſium nobilitatem, neque Gallorum magnanimitatem, neque prudentiam Italorum, neque Hiſpanorum fortitudinem, aut Anglorum audaciam in tali neceſſitate defuturam, vel ratio ſuadet, vel animus timet, quippe Bohemos, Hungaros, Polonos ipſa loci propinquitas admonebit: fiet, mihi credite, fiet commune omnium Chriſtianorum paſſagium ſi Romani Pontificis hoc tempore ſurrexerit auctoritas, ac bonorum prædicatorum, inter quos eſſe veſtram pietatem, commune iudicium habet, fideles ac diſertæ voces in fines orbis terræ ſonuerint.

D: Chriſtianorum Mahometem conſtandis.

8 Hortatus eſt etiam idem Æneas Nicolaum Pontificem, vt totam curam in belli ſacri apparatum intenderet, fecitque certiorem de Friderici Imperatoris mente, qui egregie ad obtemperandum imperijs apoſtolicis comparatus eſſet, pontificiæque eſſe auctoritatis cæteros Reges ad vires ſociandas ducere: exiſtimabat enim Fridericus ſuſtinendæ tanti belli moli imparem ſe eſſe, parumq; inſtructum neceſſario ad ſumptus ærario, quocirca ipſemet Æneas ad amicum ſcripſit b: *Cæſar ad eam rem ferventiſſimus eſt, ſi modo Papa & alij Reges concurrere velint.* Quo argumento extant hæ literæ c.

Fridericus Imp. de expeditionis Constantinopol. con filio agitat. a Id. epiſt. 40.

b Ib. ep. 158.

c Ext. apud Aen. Sylu. nu. 163. & apud Dolg. to. 3. pag. pag. 478.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus ſanctiſſimo patri domino Nicolao Papæ V. S. P. D.

Fred. Imp. lit. ad Pont.

Beatiſſime pater & domine reuerendiſſime. Cum nobis renunciatum eſſet his diebus, Conſtantinopolim Græciæ caput & orientalis imperij quondam ſedem per Turcarum dominum expugnatam, & in ſeruitutem redactam, multumque ibi Chriſtiani ſanguinis fuſum eſſe, grauiter quidem, vt debuimus, & moleſtiſſime tulimus communem Chriſtianæ religionis calamitatem atque iacturam, intelligentes non de præterito ſolum, quod doleamus, ſed de futuro quoque, quod timeamus, tantæ vrbis amiſſionem fidelibus Chriſtianis abunde præbere. Namque, ſi verus eſt rumor ad nos delatus, hominum quadraginta millia cæſa ſunt, animæ plures in ſeruitium miſerabile abductæ, templa diuino nomini dedicata funditus diruta, naues non paucæ captæ, amiſſa ciuitas famoſiſſima, & ratione ſitus & alijs conditionibus ad tutelam Chriſtianitatis admodum neceſſaria, in qua per multa ſæcula & patriarchalis dignitas claruit, ac imperialis maieſtatis inſignia floruerunt. Taceamus de literis & bonorum omnium artium ſtudijs, quæ veluti domicilium proprium ex tota Græcia Conſtantinopolim habuere, quibus modo cum ciuitate cadentibus, nullum profecto credimus eſſe Chriſtiano nomine inſignitum, qui de tantæ vrbis ruina ſupra modum non angatur & doleat.

Quadraginta hominum milia perempta caſa.

Maximum certe atque horribile vulnus illatum eſt Eccleſiæ catholicæ noſtro tempore, ac maius quam ſcriptis poſſit aut verbis exprimi. At cum potentiſſimus hoſtis, crudeliſſimus, immaniſſimuſque in manu victoriam hanc, locumque nactus ſit, ex quo fidei Chriſtianæ, quam perſequitur, pro ſua libidine poſſit officere, quis non eum in dies plura conaturum exiſtimet, quibus Chriſtianorum gentem in perniciem deſolationemque ducat? quippe victoria ſui natura inſolens, etiam ſi ad mites venerit, feroces eos impudenteſque reddit, quid cum his agat, qui ſuopte ingenio ſoliti ſunt ſæuire? An putare quiſquam poteſt iratorum hominum, cupidorum, atque acerbiſſimorum quieturam eſſe victoriam? Enimuero, qui ex illis partibus ad nos veniunt, & Peram aiunt Chriſtianis perditam, & alia pleraque loca vicina Conſtantinopoli per Turcos occupata, qui proximam quamque victoriam non deſidiæ aut ſocordiæ ducunt, ſed inſtrumentum ſequentis habent, ſtudijſque omnibus enituntur, vt Chriſtianum nomen ad internecionem redigant. Neſcimus an vera ſint, quæ auctore non certo dicuntur, timere tamen, quam ſperare multæ nos vrgent rationes, fama quæ de venturis Turcorum exercitibus erat, ciuitas regia pro magnitudine ſua parum populoſa, hoſtium propinquitas, auxilij ſpes remotior, & infelix ac doloroſum nuntium optato & fauſto ſemper credibilius. Quibus ex rebus etſi non dubitemus ſanctitatem veſtram his cognitis excitatam eſſe ad cogitandum inueniendumque modos, quibus tam periculoſo & potenti hoſti, ne amplius noceat, opportune reſiſtatur, tamen quia nos quoque velut Imperatorem & aduocatum Eccleſiæ res iſta concernit, haud ab re credimus eſſe, ſi clementiam veſtram pro communi fidelium ſalute accenſam magis ac magis inflammare nitamur, neque enim res eſt, quæ vel negligi debeat vel differri, oportet occurrere priuſquam vulnus altius infigatur, aut veneni labes in corda deſcendat. Cæterum cum tanto negotio non vnius prouinciæ aut paucorum principum, ſed omnium Chriſtianorum Regum, ſeu certe magnæ partis eorum neceſſariæ vires exiſtant, dicemus confidenter quod nobis ex vſu videtur, neque dubitamus quin dicta noſtra veſtra ſanctitas in partem recipiat meliorem.

Quanta impendeant rei Chriſtianæ pericula Cæſar Pontifici exponit.

Loca vicina Conſtantinopoli a Turcis occupata.

Occurrendum futuræ calamitati.

Sane pro tanto & tam neceſſario opere optimum factu cenſemus clementiam veſtram, quæ locum tenet in terris ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cuius res agitur, nunc exurgere, ſcribere Regibus, legatos mittere, monere, hortari principes ac communitates in aliquem communem locum, vt aut veniant aut mittant: nunc, dum malum eſt recens, Chriſtianæ rei conſulere feſtinent, pacem aut inducias inter ſocios fidei componant, atque iunctis viribus aduerſus ſalutiferæ crucis inimicos arma promoueant. Quod ſi veſtra ſanctitas toto pectore ſuoque more, ad rem hanc tam piam & vtilem intenderit, non eſt nobis dubium quin plures & Reges & principes, in quibus zelus domus Dei, & ardor fidei orthodoxæ non eſt extinctus, ad mandatum veſtrum voluntarios & obſequentes ſe præbeant. Nos certe pietati veſtræ vt libuerit & aſſiſtere & cooperari pro noſtri officij debito minime omittemus. Solum precamur, vt veſtrum in hoc negotio conſilium & intentum communicare dignemini; namque ſi fuerit opus noſtræ rationis & imperij ſacri principes ad hoc ipſum conuocare, & alia, quæ iuxta conſilium veſtrum putauerimus opportune implere, non negligemus.

De Chriſtianis ad mutuam concordiam redigendis.

Quia vero ad huiuſmodi negotium maxime conducere arbitramur, Italica bella quamprimum ſopiri, quamuis beatitudinem veſtram ad hoc conari, & per ſe ſufficere non ambigamus, tamen quia anno proxime decurſo & Romæ & Neapoli & Ferrariæ & Venetijs de hoc plurimum egimus, licet fruſtra, ſi pietati veſtræ in præſentiarum quo-

tis

nis modo expedire videtur, quod oratores aut ad ſanctitatem veſtram aut partes contendentes mittamus, ſiue alio modo pro pace celerius conficienda laboremus, vt ſanctitati veſtræ fuerit viſum eo modo faciemus, omnique cura & ſtudio prouiderimus ad ea intendere, per quæ pace tam Italis, quam cæteris Chriſtianis data & furori Turcorum reſiſtatur, & Chriſtiana religio in ſuo ſtatu conquieſcere poſſit, & debito ſub ſplendore foueri, *Dat. anno* MCCCCLIII.

Concitare nititur Chriſtianos Nicolaus ad Turcicum bell.

a Lib. 46. pag. 133.

9 Flagrabat Nicolaus recuperandæ Conſtantinopolis deſiderio, pro qua tuenda ſine principum auxilijs antea, quamuis ſerius, claſſem confecerat, vt diximus: cæſareis vero pollicitis recreatus cunctos Reges ac principes Chriſtianos ad ſacræ militiæ, accepto crucis ſymbolo, nomen dandum excitare decreuit. Edidit itaque diploma apoſtolicum, quo vbi Mahometia graſſationes a beato Ioanne in apocalypſi ſub draconis furentis ſpecie prænuntiatas præfatus eſt ᵃ, ipſia per ſacram in baptiſmate confectam profeſſionem, perque iuſiurandum in principatu accipiendo nuncupatum imperauit, vt ad tuendam Chriſtianam fidem religionemque vires coniungerent; tum denuntiauit, in lugubri illo rerum ſtatu ſine æternæ ſalutis iactura nullum principem a ſacri belli ſocietate immunitatem obtendere poſſe.

Ad perpetuam rei memoriam.

Fuit iam olim Eccleſiæ Chriſti hoſtis acerrimus, crudeliſſimus perſecutor Mahomet filius ſathanæ, filius perditionis, filius mortis, animas ſimul & corpora cum patre ſuo diabolo cupiens deuorare, Chriſtianum ſanguinem ſitiens redemptionis factæ per ſaluatorem & redemptorem Ieſum Chriſtum dominum noſtrum atrociſſimus & ſanguinolentiſſimus inimicus, qui profecto draco, ille rufus magnus habens capita ſeptem & cornua decem & in capitibus ſuis ſeptem diademata, quem in Apocalypſi Ioannes vidit, fuiſſe putandus eſt, qui cauda ſua traxit tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram, cum vniuerſum fere orientem & Ægyptum atque Africam occupauit, & impietatem ſuam compulit imitari, cum profanauit ſanctam ciuitatem Ieruſalem, cum ſanctuaria eius deſtruxit, cum Chriſtifidelibus iniurias, opprobria, flagella, carceres, & mortes acerbiſſimas intulit, ſeruauit tamen diuina prouidentia eorum fidelium eccleſiam, qui ſibi in ſuo occultiſſimo iudicio placuerunt, nec vſque in iſtum diem illi hoſtem præualere permiſit.

Mahometus in Apocalypſi per draconem ſeptem diademata gerentem præſignatus.

Vt tertiam partem ſtellarum deiecerit.

Nouiſſime autem noſtris temporibus ſecundus Mahomet inſurrexit impietatis illius imitator, effundendi ſanguinis Chriſtiani feruore nimiæ ſitis exæſtuans, qui contra Chriſti nomen ſæuiens, omnis humanitatis oblitus, vt fera rabida, cum in caput noſtrum niſi inanibus verbis ſæuire non poſſit, in eius membra, hoc eſt fideles ſuos furorem ac rabiem ſuam ſpargere, effundere, & eructare quaſi ſtomacho vomitante contendit. Hic nouiſſime ciuitatem Conſtantinopolitanam duriſſima obſidione & debellatione ſuperatam in ſuam ditionem tranſtulit cum magna Chriſtiani populi ſtrage, templis omnibus & ſanctuarijs inibi exiſtentibus profanatis, ſanctorum reliquijs conculcatis, ſacris imaginibus domini noſtri Ieſu Chriſti & ſuæ glorioſiſſimæ matris & viuificæ crucis contumelijs, opprobrijs, deiectionibus, proſtrationibus, & demolitionibus ad terram illatis, & ex luto turpique materia maculationibus in vituperium opprobriumque proiectis. Hic vere prænuntius antichriſti, & quaſi alter Sennacherib gloriatur in robore ſuo & in multitudine populi ſui, quod vniuerſum occidentem manu ſua valeat obtinere, & & de toto orbe terrarum nomen delere Chriſtianum, inſaniens & mente captus, quaſi poſſit contra Dei potentiam præualere. Nos igitur, licet indigne, tenentes eius locum, cui Chriſtus ſuam commendauit Eccleſiam, quique pollicitus eſt, quod portæ inferorum non præualerent aduerſus eam, cuique mandatum dedit, vt titubantes fratres ſua conuerſione firmaret, dicens: *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*; in præſentiarum videmus officij noſtri neceſſario ab Eccleſia miniſterium poſtulari. Itaque de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E Cardinalium conſilio & aſſenſu hoc modo, qui ſequitur, duximus prouidendum.

Eius ſcelera in expugnatione Conſtantinopolitana.

Eius conſilia de occidente ſubijciendo.

10 In primis vniuerſos principes Chriſtianos imperatoria, regali, reginali, ducali, ſeu quacumque alia mundana præfulgeant dignitate, hortamur, requirimus, & mandamus in vim profeſſionis factæ in ſacri ſuſceptione baptiſmatis, ac in vim iuramenti præſtiti cum dignitatum ſuarum inſulas ſuſceperunt, vt ad defenſionem Chriſtianæ religionis & fidei cum bonis & perſonis ſuis pro ſua poſſibilitate veriſimiliter & indeſinenter aſſiſtant, æterna præmia recepturi ab illo, cuius cauſam agere & in præſenti vita pariter & in futura, quod in præſentiarum credimus cuilibet eſſe de neceſſitate ſalutis, cum talis ſit neceſſitatis articulus, a qua ſe nullus legitime valeat excuſare, reliquos vero dominos ſeu communitates aut quæcumque dominia habentes pariter exhortamur, requirimus, & monemus, mandantes eis ſimiliter in vim fidei, quam ſemel profeſſi ſunt, vt defenſioni religionis & fidei omnibus viribus & toto potentatu ſuo fortiter & perſeueranter aſſiſtant, habituri illum propugnatorem, qui vna nocte per angelum ſuum centum octuaginta quinque millia ex exercitu Sennacherib interfecit, & qui alias ſæpe in magnis periculis non dereliquit Eccleſiam ſuam, nec permiſit hoſtes ſuos de ſua impietate gloriari. Omnibus vero cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, aut ordinis, qui in tanta Eccleſiæ neceſſitate & fidei perſonaliter interfuerint, & per ſex menſes in kal. februarij proxime futuri inchoandos perſeuerauerint ſiue clerici ſiue laici, vel quacumque eccleſiaſtica vel mundana dignitate præfulgeant, auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac etiam de plenitudine poteſtatis cœlitus nobis datæ pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem & veniam, qualis per prædeceſſores noſtros dari conſueuit proficiſcentibus in ſubſidium Terræ ſanctæ, & qualis in anno iubileo Chriſtiano populo per eoſdem ac noſmetipſos conceſſa eſt, concedimus, &c. [Addit eoſdem indulgentiarum præmia laturos, qui cum ſequi caſtra non poſſint, militem ſubmiſerint, tum etiam monaſteria religioſorum virorũ & monialiũ, quæ ſemeſtri integro ſingulos milites pro ſingulis denis in clauſtro agentibus ſuffecerint, eodẽ beneficio affectum iri. De ſymbolo autem crucis ſuſcipiendo hæc præſcribit:] Apoſtolica auctoritate mandamus, vt quotquot præfato ſancto operi ſe voto obligauerint, ſalutare ſignum viuificæ crucis veſtibus imprimant, & in humeris ſuis illius portent memoriam; cuius paſſione ab æterna damnatione redempti ſunt, ipſum imitantes qui ad noſtram redemptionem eundi factus eſt principatus ſu-

Adiurat per baptiſmatis ſacra Reges & principes vt arma contra Mahometũ capiant.

Expoſita exte manendæ rei Chriſtianæ neceſſitas.

Propoſita crucesignatis indulgẽtia.

De cruce in humeris circumferenda.

Digitized by Google

ſuper humerum eius, & qui nos admonens ad ſua ſectanda veſtigia ait: *Qui vult ven re poſt me abneget ſemeptiſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.*

De auro in ſtipendia comparando.

11 Cum autem ad iſta conficienda opus ſit innumerabili fere pecunia ad ea diſponenda, quæ rerum neceſſitas miniſtrabit, cum hoc ſit negotium fidei & totius Chriſtianæ religionis, cui, nemine excepto, omnes de neceſſitate ſalutis tenentur obnoxij, in primis ſancimus, decernimus, ac obſeruandum inuiolabiliter ordinamus, vt omnes fructus, redditus, & prouentus ad cameram apoſtolicam de quibuſcumque beneficijs venientes ſiue maioribus ſiue minoribus, ſiue archiepiſcopatibus, epiſcopatibus, abbatijs, ſiue quibuſcumque beneficijs, quocumque nomine cenſeantur, ad nos pertinentes huic ſancto operi totaliter, integraliter, & ſine aliqua diminutione ſeruentur: *Et infra.* Venerabiles inſuper fratres noſtri S. R. E. Cardinales ad quod ſe ſponte & liberaliter obtulerunt integram decimam de redditibus communibus capelli ac omnium eccleſiarum & beneficiorum ſuorum pro tam ſancto & pio opere integre & ſine vlla diminutione perſoluent. Et quia legi, cui ſe ſummus Pontifex pro Chriſti charitate conſtringit, nefas eſt quemquam inferioris gradus aut ordinis ſe pro voluntate ſubtrahere, ſed decens & congruum eſt, omnes ſiue prælatos ſiue inferioris gradus homines eius oneris eſſe participes, volumus, & hac præſenti conſtitutione decernimus, vt omnium officiorum Romanæ curiæ, quocumque nomine cenſeantur, etiam quæ per vicecancellarium, camerarium, & maiorem pœnitentiarum S. R. E. Cardinales exercentur, ad quod ijdem Cardinales ſe ſponte obtulerunt, redditu um decima portio tam ſancto operi integre perſoluatur, quod vt per omnes inferioris ordinis inuiolabiliter obſeruetur, volumus & decernimus quoſcumque fraudantes, & præfatam decimam non integre perſoluentes excommunicationis & priuationis officiorum ſententijs ſubiacere.

Fructus beneficiorum obuenientes ſacro bello addicti.

Cardinales decimas perſoluunt.

Curiæ administris imperata decima. Defraudantibus irrogata censura.

Et quia iſta omnia tantæ rei pro modica parte non ſufficerent, niſi eccleſiarum, quæ in toto orbe Chriſtiano diſperſæ ſunt prælati, & cæteri eccleſiaſtici viri auxilia ſua operaſque conferrent, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, omnium beneficiorum eccleſiaſticorum in toto orbe terrarum patriarchatuum, archiepiſcopatuum, epiſcopatuum, abbatiarum, & quorumcumque aliorum beneficiorum, quocumque nomine cenſeantur, ſiue maiorum, ſiue minorum, ſiue curatorum, ſiue non curatorum, exemptorum vel non exemptorum, regularium vel non regularium: cuiuſcumque ordinis, ſtatus, vel conditionis exiſtant, omnium fructuum decimam ſecundum verum valorem, ſine vlla exceptione, ex plenitudine apoſtolicę poteſtatis tam ſancto operi integram reſeruamus. Quod vt efficacius executioni mandetur, contradictores, aut inobedientes, aut fraudantes volumus excommunicationis ſententiæ ſubiacere. [Nonnulliſque interiectis eo argumento vetat commeatus ac tela hoſti inferri, atque in pſeudochriſtianos huiuſmodi pœnas graues decernit. Denique ſubiungit:] Quia vero ad proſecutionem ſancti operis maxime opoſtere perſpicimus, vt Reges & principes, & quicumque dominia habentes in populo Chriſtiano pacem habeant & obſeruent, auctoritate omnipotentis Dei ſtatuimus, & ordinamus, vt in toto orbe Chriſtiano pax generalis obſeruetur, ita vt per eccleſiarum prælatos diſcordantes reducantur ad pacem, aut ſi pax ſequi omnino non poſſit, ſaltem treugæ inuiolabiliter obſeruentur, & ſi qui acquieſcere forte contempſerint, per excommunicationem ſingulares perſonæ, communitates vero per interdictum obſeruare teneantur. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ anno* MCCCCLIII. *pridie kal. octobris pontificatus noſtri anno* VII. Deſignati fuere pluribus in regnis euangelici præcones [a] ad apoſtolica hæc decreta promulganda, ac populos ad nomen ſacræ militiæ dandum excitandos.

Inducta vniuerso etiam clero catholico decima.

Auxilia ferentes Turcis grauibus pœnis subiecti.

Pax vel induciæ vniuersim imperata.

a Extant de re Vvadding hoc anno nu. 29.

12 Dedit etiam operam Pontifex, vt diſſidentes Chriſti cultores inter ſeſe conciliaret: nam Italia grauiſſimis bellis ciuilibus laborabat, quæ ita deſcribit Iannozius Manettus [b]: *Septimo pontificatus ſui anno, cum Ferdinandus infeſtis exercitibus per agrum Florentinum multa inuoluiſſet, atque in Gallia ciſalpina quoque cuncta pene bellicis perturbationibus, Venetis aduerſus Franciſcum iam Mediolani ducatum ob prædictos Florentinorum fauores (vt cupiebat) adepſum omnibus eorum virtutibus belligerantibus, agitarentur, factum eſt vt prædicti principes, reſpublicæ, & populi oratores ſuos pro componenda inter eos pace Romam tranſmitterent; ipſe vero,* nimirum Nicolaus Papa, *dum coram eo de contentionibus ortis ageretur, ſapientia ſua, qua profecto in ſuperpendendis & examinandis rebus maxima erat, hoc vnum conabatur, hoc vnum curabat, hoc vnum operabatur, vt ſingulis gratificaretur, ac nemini ſuſpectus haberetur.* At odiorum pertinacia & ambitio principum Pontificis ſincera conamina eluſere, non quod, vt ſomniat Manettus, rem tepide ageret Nicolaus, vt ex politicis cauſis, diſſidentibus cæteris, ditionem eccleſiaſticam in pace contineret, quam pacata vniuerſa Italia, armiſque in Turcas verſis felicius, culturus erat; ac propterea, cum Genuenſes inteſtinis diſſenſionibus laborarent, neq; ijs impliciti ad ſacrum inſtruendum bellum incumbere poſſent, munus, impoſuit Dominico tit. S. Crucis presbytero Cardinali Capranicæ, vt eos ciuiles tumultus induſtria ſua ſedaret [c].

b Ian. Manet. m.s. bibl. Vatic ſignat. nu. 2045. in vit. Nic. V lib. 2.

Italia ciuilibus bellis agitata.

Genuenſes ad mutuam concordiã ſollicitat.

c Lib. 43. pag. 156.

Dominico tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali A. S. L.

Admodum dolenter nuper accepimus inter dilectos filios nobiles viros Petrum de Campofregoſo ducem & communitatem Ianuenſes ex vna, & dilectos filios nobiles viros Ioannem Philippum de Fliſco, Ludouicum de Campofregoſo, Raphaelem & Barnabam de Adurnis, Petrum de Spinolis, & alios quamplures eorum complices & ſequaces eiuſdem ciuitatis ciues ex altera partibus ita ſibi inuicem diſſentire, vt niſi opportuno remedio prouideatur, res quotidie ſit in grauius periculum proceſſura, quod profecto mœſtitiæ plurimum nobis attulit, cogitantibus quantis Deus præcipuis & ſingularibus dotibus vrbem illam ornauerit, atq; muniuerit, & quanta ad maximas res perficiendas opportunitas ineſſet, ſi ciuili paci & vnitati ſtuderet. Quam nos ciuitatem pluribus ex cauſis paterno diligentes affectu, plurimum compatimur conſiderantes maxime quale & quam præcipuum inclytæ nationis Italicæ membrum ſit, & religionis Chriſtianæ portio ſingularis. Etenim magis huiuſmodi inteſtinis malis & ciuilibus bellis dolemus, quod hoc tempore peccatis exigentibus infideles inimici atque perſecutores nominis Chriſtiani potenti manu terra marique contra Chriſtianos in partibus Græciæ & finitimis regionibus plurima mala fecerunt, & maiora (quod Deus auertat) ſe facturos minantur, videmus præcipuam partem noſtræ defenſionis ex mutua illorum diſſenſione impediri, eoſque, vt cuperent, non poſſe integras

Genuenſes inteſtinis impliciti diſcordijs.

Chriſtianos graviſſima inde damna in oriente accepiſſe.

gras vires ad fidei & populi Chriſtiani defenſionem afferre, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno dominicæ incarnationis* MCCCCLIII. *id. nouembris pontificatus noſtri anno* VII. Inſtabat Genucuſibus excidium plurium inſignium vrbium quibus in Aſia & Taurica Cherſoneſo vel Ægei maris inſulis potiebantur, atque ad ſimultates ponendas adduci ægre poterant.

Vrgebat pariter Venetos exitiabilium ipſis imminentium bellorum terror, cum Franciſcus Foſcarus coacto ſenatu ſaluberrimum pro re Veneta in oriente conſtituenda expediuit conſilium, damnato enim ſuperiori corpore bellum omnibus viribus gerendum cenſuit cum Mahomete, antequam Turcica tyrannis confirmaretur, cuius ſententiam tanto duce dignam magnis laudibus effert Franciſcus Philelphus [a]: *Me delectat*, inquit, *aſſidua recordatio ſapientiſſimi illius veſtri & fortiſſimi principis Franciſci Foſcari, cuius ſplendidiſſimum nomen nulla vnquam poſteritas ignorabit, is enim cum primum audiſſet captam vrbem Conſtantinopolim, conuocato ſenatu, poſteaquam de tanta rei indignitate & acrem, vt ſemper, & grauem & commiſerabilem habuiſſet orationem, fertur conſuluiſſe nihilo eſſe cunctandum diutius, ſed bellum confeſtim ſuſcipiendum aduerſus Turcos, ne tantum neglectum incendium latius conſurgens in flammas omnia concremaret. Fuit is certe Franciſcus Foſcarus, qui & ingenij acumine, & animi magnitudine, & pertractatione plurimarum maximarumque rerum in omni genere laudis cum omni poſſet conferri antiquitate. Huius ſi conſilium valuiſſet, ſi rationi potius quam perturbationi eſſet obtemperatum, qui nobis hoc tempore tantus imminet terror omnem hoſtium ferociam exanimaret ac proſterneret. Sed quanto quæque reſpublica maior eſt & potentior, tanto ciuiles contentiones & crebriores ſunt, & longe magis periculoſæ. Fateor equidem eam vobis eſſe inter vos concordiam, quanta nulli vnquam reipublicæ maior fuit, nec tamen abſurdum eſt, cum omnes idem cupitis, hoc eſt reipublicæ veſtræ & emolumentum & decus, id alijs, alia ratione expetendum videri: ſed quæ præteriere miſſa faciamus. Malis præſentibus conſulendum eſt. Videmus res Turcorum in dies magis atque magis creſcere, extremum periculum obuerſatur cuique ante oculos, quod decus & gloria antea hortabatur, iam ſumma cogit neceſſitas. Tota res eſt in cardine, aut propere vincendum eſt, aut ſuccumbendum, ſed quis eſt animo paulo erectiore, qui non malit mortem oppetere, quam ſeruire, præſertim ijs qui natura etiam ſerui ſunt? Quem enim rationis vſum in Turcis reperias? Quam vel vitæ, vel morum elegantiam? Quod eſt vllum in ijs pudoris, quod vllum integritatis veſtigium? Num valent auctoritate Turcæ? num conſilio? num fide? Nihil habetur apud illas inſanas & corruptas belluas glorioſius probris, adulterijs, ſtupris. Ex Mediolano kal. auguſti anno a natali Chriſti* MCCCCLIII.

a Philelph. lib. 19. ad Fuſcar. equitem.

Franciſcus Foſcarus hortatur Venetos ad bellum turcicum.

Diſſenſio ſenatus.

Aucta Chriſtianorum negligentia res turcicæ.

Euanuere itaque præclara illa ducis Venetorum conſilia, cum ij bellum illud ſine Chriſtianorum Regum ſocialibus armis nollent ſumere, quod poſtea conſtabilita Turcica tyrannide pleni animorum geſſere ſæpius, ſed infelici plerumque exitu, quamuis ſuis ceruicibus, imminentes cæteris Chriſtianis Turcicos gladios glorioſe exceperint.

13 Cæterum in Chriſtianis Regibus ac principibus excitari viſi ſunt nonnulli pij animorum motus: inter alios enim Philippus Burgundiæ dux [b] mox inſtructas quatuor triremes ſubſidio miſit, conuocatoque ampliſſimo procerum ſuorum cœtu ſe iureiurando ſacro bello addixit in lautiſſimo conuiuio: cuius exemplo permoti plures viri principes religioſam militiam ſunt pariter profeſſi: verum rei grauitas exegiſſet, vt potius in templo votum huiuſmodi ſacroſancto ritu conciperetur. Ita religio hæc in periurium verti viſa eſt, ac ductæ tantum profanæ choreæ, comeſſationibus indultum, dataque opera inſanis ludis, quibus per inanem ſpeciem ex Turcis triumphi agebantur: licet enim in Germaniam profectus [a] ſit, vt cum Imperatore de copijs per Germaniam ductandis conferret, tamen implicitus delitijs bello ſacro abſtinuit, reique inuidiam in Francorum Regem, cuius vim metuendam ſibi aiebant, deriuauit. At Carolus accuſauit Anglos ſibi ſuſpectos. Neque ij modo Chriſtiani principes, verum neque Germani expeditionem vllam confecere, adeo vt ægre Græciæ reliquiæ aliquandiu ſeruari potuerint, ſubmiſſis Pontificum opera ſubſidijs. Narrat Marinus Barletius [b] Nicolaum Pontificem & Alfonſum vtriuſque Siciliæ & Aragonum Regem ingentem vim auri ad Scanderbegum miſiſſe, vt bellum aduerſus Mahometem redintegraret, nec minus ſollicitum Mahometem ad Epirum populandam duodecim millia equitum duce Amesa eiudiſſe: ſed eos omnes circumcluſos Scanderbeghus partim trucidauit, partim in deditionem accepit. Quam ignominiam vt depelleret Mahometes, mox Debream cum exercitu immiſit, ſub quo omnino Scanderbeghus ſuccubuiſſet, niſi illum Pontifex & principes occidentales & milite & opibus iuuiſſent.

b Monſtrel vol. 3. pag. 55.

Philippus dux Burgundiæ ſacro bello ſe deuouet.

Ludis & comeſſationibus rem gerit.

a Id. ibid. pag. 56.

Inuidiam intermiſſi belli deriuat in Gallum.

Et is in Anglum.

b Marin. Barl. l. 7.

14 At Græcorum reliquiæ, quæ Conſtantinopolitani imperij cladi ſuperfuere, & ſi tot flagellis Deo vindice attritæ, errorem tamen ſuum & malorum omnium cauſam non depoſuere: & quamuis Romanus Pontifex tot tantaque pro ipſis a Turcica ſeruitute liberandis ageret, non ad eius gremium redire, ſed a feris diſcerpi maluerunt. Vt autem eos a ſchiſmate & vetuſtis erroribus reuocaret Gennadius patriarcha Conſtantinopolitanus in aureo illo, quem pro Florentino concilio ſcripſit commentario, propoſuit ijs prædictum iam ante fuiſſe Conſtantino Dragaſi Imperatori a Nicolao V. Pontifice Conſtantinopolitani imperij excidij tempus; qua de re literas apoſtolicas ſuo loco attulimus [c], eiuſdemque cladis prædictionem confirmatam a legato apoſtolico in publica concertatione cum Barlaamo monacho ſchiſmatico Conſtantinopoli habita, profeſſuſque eſt conſpicuum omnino atque exploratum eſſe, Conſtantinopolim, ob defectionem a Romana eccleſia exciſam fuiſſe.

Abnuunt Græcorum reliquiæ cõiungi Latinis.

c An. Chr. 1451. n. 1. & 2.

In primis ergo, inquit [d], *vt inde initium ſumam, in memoriam reuocate, fratres & patres, qualiſnam & quanta extiterit noſtra natio, fuit enim quondam ſapiens, clara, generoſa, prudens, fortis, & quæ omnem terram ſuo ſubiecerit imperio. Praeterea virtutis ſtudio & ſanctitate omnes gentes eſt ſupergreſſa ieiunijs, vigilijs, orationibus, eleemoſynis, & (vt vno verbo dicam) veluti ſpongia hauſit omnem virtutem Deo ſemper accepta. At in præſentia, proh dolor! omnia interciderunt: Conſtantinopolis capta eſt, cuius rei ſolum recordatione cogor prorumpere in verba cum clamore & eiulatu, & vltimum effundere ſpiritum.* Nonnullis interiectis, quibus patrata Conſtantinopoli a Turcis mala deplorat, ſubdit: *Nec tantum in ipſa vrbium regina ea mala obuenere, verum etiam in ſubiectis regionibus plura ac deteriora, perque ſingulos dies hæc apertis oculis intuemur & intelligimus. Quamobrem ergo hæc? vel vos mihi dicite per Dominum. Si dixeritis, vt dicere conſueſtis, ob noſtra delicta hæc eueniſſe. Non ita ſe res habet, ego dicam, quo-*

d Gennad. in expoſit. pro conc. Flor. c. 5. ſect. 15. ext. bibl. patr. to. 4. pag. 1456

Extremo ſchiſmatico cum calamitas.

niam non magis nos quam cætera Chriſtianorum gentes noſtris criminibus Deum irritamus, ſunt enim & aliæ nationes magis ſceleribus & peccatis obnoxiæ, quomodo non affliguntur, vt noſtra infeliciſſima & miſeranda natio.

Væ mihi miſero alius ex alio ſubinde fio, cum ad hæc animum conuerto, & cor meum conturbatur, & ſpiritus meus æſtuat, quia Iudæorum gens, quæ duo criminum commiſit, ſecundum prophetam dedit pœnas. Duo
alier. 2. *enim mala fecit*, inquit [a], *primogenitus meus Iſrael, me dereliquit fontem aquæ viuæ, & effodit ſibi ciſternam diſſipatam, & etiam me in ligno crucifixerunt, Barrabam vero poſtulauerunt & liberarunt. Primum igitur cum idolis inſeruiſſet, in captiuitatem abductus eſt in Mediam & Babylonem. Secundo cum crucifixiſſent dominum noſtrum & Deum, profecti ſunt captiui in omnes gentes, noſtra vero natio, proh infortunium! proh dolor! neque idolis ſeruiuit vnquam, neque Dei Filium crucifixit. Qua de cauſa tam acerbe vexatur? Sed non ſolum eadem, verum etiam multo peiora, quam ipſi Iudæi perpetitur, ii namque in ſeruitutem abducti omnium gentium facti ſunt ſerui, vt omnibus inuiſi & Dei hoſtes; hi vero non ſolum gentium facti ſunt ſerui ſed & Iudæorum ipſorum, qui ſunt ſerui omnium gentium. O meam calamitatem! nonne reliquum eſt plorare & lamentari, ac diſquirere cauſam, & videre propter quæ patimur hæc?*

Schiſmatis malorum omnium cauſa. *Ego vero aliam non poſſum inuenire (neque enim virtute noſtra natio cæteris gentibus peior eſt, immo vero melior, nam dictum eſt vereque dictum nationem noſtram omnes nationes virtute & moribus antecellere) niſi ſchiſma, & quod ſe ſubtraxerit ab obedientia & ſubiectione Romanæ eccleſiæ, eam & ſolam decerno eſſe cauſam interitus noſtræ gentis, quia poſtquam ab ea diuiſi ſumus, maledictionem accepimus, & patimur quæ nos patimur, nec ideo pœnitet nos, ſed deteriores euadimus, & maledictis impetimus ipſam eccleſiam, tacenda aduerſus eam impudenter euomimus. Quamobrem, fratres mei, per Chriſtum deſperationem omittamus, accedamus vera Chriſtianorum vnione, agnoſcamus peccata noſtra, ne peiores Iudæis euadamus, neue falſa ſuaſione, malitia, & præſumptione ita aures obſtruamus, vt nec audiamus nec intelligamus. Audiuimus Chriſtum clamantem Apoſtolis: Qui vos audit* [b] *me audit, & qui*
b Luc. 10 *vos ſpernit me ſpernit: qui vero me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Vere ergo licet dicere, qui Papam audit Dominum audit, qui vero Papam non audit, Dominum non audit: qui vero Dominum non audit, audit captiuos & gladiis comminutos.*

Vidi & recte memini, cum interfuerim diſputationibus cuiuſdam monachi Barlaam, quæ habitæ ſunt Conſtantinopoli cum quodam legato apoſtolico de primatu Papæ, vbi concludens legatus dixit. Ego quidem poſſum cunctas obiectiones veſtras diluere (non enim
Pontificius internuntius extremum concluſionem protulit. *Chriſti Eccleſia & præſes illius ſummus Pontifex miſit hominem, qui neſciat veſtris dubitationibus reſpondere) ſed quoniam ſemper in nugacibus verborum argutiis verſamini, quare mihi libet dicere tibi breue ac verum verbum. quod & aliis Græcis mihi iniunctum eſt dicere. Hæc dicit Papa, Si volueritis & audieritis me, bona*
c Iſai. 1. *terræ comedetis. Secundum Prophetam* [c]: *Si vero nolueritis, neque audieritis me, gladius vos deuorabit: Num Pontificis os locutum eſt hæc? Num habes huic quid contradicas? Lege & expende an euenerit ſicut ipſe dixit. Si ergo euenit, debetis, immo vero potius neceſſe eſt illum audire, ſecundum vero opera illius non facere, ſi mali fuerint. Ita & nobis præcepit Dominus: Super cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ & phariſæi, omnia quæcumque dixerint vobis facere, facite, ſecundum vero opera illorum nolite facere. Quando ergo & hic ſuper cathedra Petri ſedet, debemus ipſum tanquam Petrum audire & imitari ſermones eius, opera vero non imitari ſi praua ſint. Ita vos ſancti docent, ita leges & canones clamant, vt antea demonſtrauimus, & paulo poſt etiam demonſtrabimus.*

Nunc detegere volumus, quod vos intus aduerſus Papam ac Latinos iniuſte continetis, dicitur enim quod propter peccatum illum vitatis. At hoc verum non eſt, ſed cauſas quæritis, fratres, parum veras, maledixit enim vobis, & vos inuenit excommunicatio, deletique funditus eſtis. Sed alius eſt morbus, ex quo ægrotat intus anima veſtra, vt antea expoſuimus, non audentes palam dicere, ne forte cunctis hæreticis peiores vocemini, & ſitis cogniti apud omnes, magiſque vultis mandere ſub dentibus. Sed aliud quid eſt, quod
Calumnia hæreſeos pontifici & Latinis impacta a Græcis. *labiis premitis, quidam tamen adeo ſtolidi ſunt, qui aperte Latinos hæreticos eſſe dicunt & Papam præter cæteros omnes, ideoque vnionem refugitis, neque Papæ memoriam audire, neque qui vnionem ex veſtris ſacerdotibus amplectuntur videre ſuſtinetis, neque qui cum ipſis communicant omnino pro Chriſtianis habetis. & ſi forte contingit, vt in aliquod incurratis, quod vos Papæ commonefaciat, pœnam obliuionis non accipitis, ſed furiis agitamini, ac dentibus aduerſus ipſos ſacerdotes ſæuiſſime infrenditis, & Iudæis deteriores eſſe putatis. Hæc igitur proferre reformidantes, vt iram quorundam declinetis, ad apertum integumentum ſtrenue confugitis, & aduerſus veritatem pugnatis.*

15 Hæc Gennadius, qui grauiſſimis & firmiſſimis argumentis confirmat catholicam & apoſtolicam Eccleſiam, quam in ſymbolo apoſtolico confitemur eam eſſe, cui Romanus Pontifex Petri ſucceſſor præeſt [a]: *Quis eſt*, inquit, *qui neget confeſ-*
a Genn. patriarch pro conc. Flor. to. 4 bibl. patr. col. 1452 Eccleſiarũ omnium eſt Romana coniunctio. b 1. Cor. 12. *ſionem ſublimi voce ab Eccleſia decantatam, ſiue fidei ſymbolum? in quo aperte confitemur vnam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam in omnes terræ partes diſſeminatam? Hanc nemo vnquam dixerit vnam, niſi cæteræ omnes tanquam membra coagmentata ſecundum beatum Paulum* [b] *eam veluti caput ſecuntur, quæ omnium ſimul iuncta vnum conficiunt corpus, & vt ſecundum eundem Apoſtolum non poteſt pes vel manus vel aliud corporis membrum capiti dicere. Non opus habeo, ita nec cæteræ eccleſiæ Romanæ poſſunt eccleſiæ dicere. Non indigemus te. Omnes ab illa auctoritatem capiunt & omnes ab illa confirmantur, teſtabuntur id omnes doctorum ſcripturæ.* Et infra: *Oportet autem qui ſymbolum confitentur, & vnam Eccleſiam prædicant, noſſe qualiſnam ea ſit vna ſancta & apoſtolica Eccleſia. Ea eſt aut occidentalis aut orientalis; quod idem eſt ac ſi dicas Latina vel Græca, alia namque præter has non reperietur, aliæ enim præter has ſuperſtitiones ſunt falſa ſynagoga & hæreſibus referta. Enumera diligenter & vide quod ſi Græcorum arbitraris Eccleſiam eſſe hanc, quam ſymbolum deſignat, in nihilum Petri confeſſionem conciudis, aduerſus quam portæ inferi non præualituras profeſſus eſt Chriſtus, nam omnis Græcorum eccleſia immo vero totus oriens a Mahomete abſorptus eſt. Nonne videmus omnes patriarchas atque epiſcopos ac*
Schiſmatici Græci ſubacti ab infidelibus. *ſacerdotes in poteſtatem veniſſe Mahometis, & ab eo petere ſacerdotii facultatem? & pedibus eius aduoluuntur, & pro eo etiam inuiti deprecantur: in quo loco collocabis? Portæ inferi, id eſt hæreticorum ora aduerſus Chriſti Eccleſiam non præualebunt eo loco, vbi non ſolum ora hæreticorum dominantur illi, ſed etiam impii & alienigenæ imperium tenent? eo loco vbi nec ſacrificare tuto poſſis, nec ſola vel tintinnabulum, nec crucis ſignum appareret? eo loco vbi nemo libere poteſt*
Infelix Chriſtianorum ſacerdotum ſub Turca conditio. *dulce Chriſti nomen proferre. ſi vero protulerit, in duas partes diſcinditur? eo loco vbi, ſi ſacerdotes ſacrificantes inuenti fuerint; Chriſti hoſtes ingrediuntur atque ſubſan-*

ſannant, proterunt altaria, & profanant, & ſancta proijciunt, & plagas ſacerdotibus infligunt & protrudunt & derident Chriſtianorum religionem? Nequaquam? ſed ibi oportet eſſe, vbi Chriſti ſignum refulget, & eccleſiæ exornantur, nolæ, imagines, & altaria omnia magno cum cultu conſpiciuntur & adorantur, & ſacerdotibus omnibus reuerenter aſſurgunt populi, ibi vbi palam Chriſti fides prædicatur, ibi vbi terræ Reges & principes venientes ad ſacra loca inſpicienda & Apoſtolorum capita adoranda vna cum illis & præſide eorum Pontificem adorant, & eius pedibus aduoluuntur, ibi vbi feſti dies, pſalmodiæ, preces ſine metu celebrantur, vbi nemo reformidat ſibi quenquam aduerſari, ibi vbi ſummus Pontifex doctores & prædicatores in omnem terram diuiſit ad prædicandum & annuntiandum verbum Dei Chriſti imitatione, immo Saluatoris noſtri vices in terris gerens. Nam ſicut is Apoſtolis dixit a*: Ecce mitto vos, euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ, ita & hic in vniuerſum orbem magiſtros mittit magna cum cura, qui non ſolum ad Chriſtianos proficiſcuntur, ſed etiam ad omnes gentes vel ex S. Franciſci ordine, vel Dominici, vel ex alia regula. Ergo ibi Eccleſiam confitebimur, vbi non eſt hæreſis, nec iniquitas, neque infidelitas, immo vero firma fides & inconcuſſa.*

Chriſtus in Romana eccleſia manifeſtè prodit.

a Matth. 16.

At non ita apud orientales, vbi abundat iniquitas & infidelitas. Nec meus ſermo eſt hic, ſed Theodorus Studites prodeat, & dicat hoc teſtimonium, quod nemo poterit inficiari in xv. catecheſi, quam legitis quidem, at non intelligitis, quia non vultis, videtur enim doctor hic aduerſus oppugnatores imaginum pugnare quando dicit. Audio autem quod Romæ principis Apoſtolorum Petri claues proponuntur ad adorandum, atque in honore haberi, quanquam non claues ſenſibiles Dominus ei tradidit, ſed intellectuales ad ligandum & ſoluendum, at illi argenteas populo proponunt ad adorandum. Tanta igitur apud eos eſt fides, & ibi ſolida petra fidei ſecundum Dei verbum fundata, hic vero, vt videtur, abundat infidelitas ac improbitas. Vides quod & beatus hic ibi confitetur poſitam eſſe fidem, nec in Petro tantum ſed in eius ſucceſſoribus? Hæc quidem cum audiatis & videatis, nec poſſitis contra reſpicere velut aduerſus refulgens & coruſcans lumen veritatis, ad ea confugitis, quæ nefas eſt dicere, ſcilicet peccatorem eſſe Romanum Pontificem, & carnalibus voluptatibus inſeruientem, & ideo nolle vos honorem & reuerentiam debitam exhibere. Vobis dicimus, quod aperte mendaces eſtis, nam non quia peccator eſt refugitis ei obedire, ſed quia Latinus eſt & barbam tondet. Si enim illum vitaretis propter peccatum, voſmetipſos vitaretis, quia eſtis peccatores. Quomodo ergo voltis eum iudicare, veſtros vero non iudicatis? Omneſne orientis ſacerdotes ſancti ſunt? Vos hoc non poteſtis demonſtrare, non ergo illum tanquam peccatorem deuitatis, quia nec vos ſine peccato eſtis, ſed quia Latinus ab opinionibus veſtris euariat, vos namque Latinos tanquam a fide alienos exiſtimatis; & ab eis refugere tanquam a facie ſerpentum ſimpliciores edocetis, idque liquido patet. ac ſi quis ex Latinis videtur ſanctus, vos hunc ſalutare non vultis, immo vero maledicta ingeritis: Græcos quamuis flagitioſiſſimos & ſtultiſſimos, ſi ſolum aduerſus Latinos dicant, omnium ſanctiſſimos arbitramini. Inter alios quidem multos quemdam, qui vocatur Palamas, & Epheſi Marcum hominem nec ſatis mentis compotem, ſed tumidum ſapientiæ oſtentatorem, nulla virtute vel ſanctitate ſubnixos, quia loquuntur ſolum & ſcribunt contra Latinos, extollitis & celebratis, eorumque imagines exornatis, feſtumque agentes diem colitis ac veluti ſanctos adoratis. Latinos vero, quamuis iampridem Eccleſia pro ſanctis colendos duxerit, vos inceſſanter blaſphematis, ita & de ſummo Pontifice facitis, nam illum omnino Chriſtianum eſſe non exiſtimatis, quia Latinus; id enim ſub dentibus ſtridetis, maledictis inceſſentes, & eorum, qui rerum potiuntur metum reuiciſti, ad aliud quaſi ad aranei vmbram confugitis, eum peccatorem appellantes, ac cætera conuicia effundentes.

Græcos per fidia & cōfuſio.

Inepta Græcor. rationes.

Scelesti blaſphemi ab iiſdem culti

Hactenus Gennadius, vir orthodoxæ veritatis cultor eximius, qui diuina prouidentia, quę Mahometis ferreum pectus adeo emolliuit, vt ſacrorum vſum Gręcis, quos ad Conſtantinopolim populo augendam ex varijs locis tranſtulit, permitteret, ad ſolium Conſtantinopolitanum euectus eſt, vt narrat Turcogræciæ auctor: traditque Mahometem ipſum viſum eſſe de Mahumeticæ ſuperſtitionis fraudibus concepiſſe ſuſpicionem, atque apoſtolici ſymboli interpretationem poſtulaſſe a Gennadio patriarcha a, qui præcipua fidei Chriſtianæ capita & argumenta in libellum, quem ei obtulit, redegit: *Eo tempore*, inquit auctor, *idem ſultanus ipſemet intrauit patriarchium, cumque in templum Pammachariſtæ veniſſet, in ſacellum eius ingreſſus eſt (quo in loco hodie armarium rerum ſacrarum eſt) & cum patriarcha Gennadio clementer ſermones contulit, Tunc omni metu poſito vniuerſam ei patriarcha veritatem fidei Chriſtianæ aperuit, ſcripſitque pro numero quæſtionum eius capita viginti, quæ ſingula inferius ordine ſecuntur, ſententiaque eorum perſpicitur, quæ & dedit ipſi ſultano. Eorum capitum inſcriptio initiumque ſic habet.*

a Turcogr. lib. 2.

Mahometes patriarcham de fide Chriſtiana interrogat.

Sapientiſſimi & doctiſſimi viri domini Gennadij ſcholarij patriarchæ Conſtantinopoleos nouæ Romæ ſermocinatio habita de recta & inculpata Chriſtianorum fide; interrogatus enim ab Imperatore Mechemeta, quid creditis vos Chriſtiani? reſpondit ei ad hunc, qui ſequitur, modum.

16 Credimus eſſe Deum, qui omnia, quæ vſquam ſunt, cum non eſſent, fecerit. Hic quippe nec corpus eſt, nec corpore indutus, ſed actu intelligendi viuit, & eſt mens optima, perfectiſſima, & ſapientiſſima: nihil in eo compoſiti reperitur: nullum principium, finis nullus eſt: in mundo & ſupra mundum non eſt in vllo loco; & tamen eſt in omni loco. Hæ ſunt proprietates Dei, quibus a rebus, quas cōdidit, ipſe diſtinguitur, quibus etiam aliæ generis eiuſdem notæ propriæ accedunt. Eſt ſapiens & bonus: eſt verus, atque ipſa veritas: quidquid commodorum & prærogatiuæ ſingulæ ipſius creaturæ ſeorſim habent, id ipſe omne ſolus in ſe continet ſublimiore quodam modo. Et hæc commoda, quibus perficiuntur, habent & creaturæ ipſius, quia ipſe eis hæc dat, eædemque bonæ ſunt: & quia ipſe ſapiens eſt, hæ ſapientes ſunt, quia ipſe verax, hæ veritatem habent, eodemque in cæteris modo, illo duntaxat diſcrimine, quod in Deo hæc primo & proprie ſunt, in rebus vero creatis participatione.

Gennadij patriarchæ confeſſio de Deo ad Turcar. Imp.

De diuinis perfectionibus.

Credimus in Deo eſſe alias tres proprietates, quæ ſunt tanquam principium & fons omnium aliarum eius proprietatum: hiſce tribus proprietatibus Deus æternum viuit in ſe ipſo, etiam antequam conditus ab ipſo mundus eſſet, & per has proprietates condidit mundum: his quoque gubernat eum. Has tres proprietates nominamus tres hypoſtaſes ſeu perſonas. Quia vero hæ ipſæ proprietates non partiuntur vnicam illam ſimpliciſſimam Dei eſſentiam, ideo ipſe licet tribus his proprietatibus præditus, vnus Deus eſt, non autem tres dij ſunt.

Dei vnius & trini myſterium.

Credimus ex natura Dei oriri Logum ſeu Verbum, & Spiritum ſicut ex igne lux & caliditas exiſtit: & quemadmodum ignis, etiamſi nihil ſubijciatur, quod illuſtretur & caleſiat, ab ipſo tamen

Vmbratiles ad illud exempli ſunt comparationes.

Digitized by Google

ipſe per ſe ſemper haber lucem & caliditatem, & hæc ambo emittit ad nos; eodem modo etiam, antequam fundamenta mundi iacerentur, erant Logus & Spiritus actiones Dei naturales, quandoquidem Deus mens eſt, ſicut antea dictum eſt. Hæc tria Mens, Logus, & Spiritus vnus Deus eſt, ſicut in vna eademque hominis anima eſt mens, eſt ratio mente intellecta, eſt voluntas item mente percepta; & tamen hæc, quamquam tria ſunt, vna eſt ratione eſſentiæ ſuæ anima. Rurſus Logum Dei nuncupamus ſapientiam Dei & potentiam & virtutem & Filium Dei, quia genitum quiddam eſt ex natura eius, ſicut quod e natura hominis generatum eſt, hominis vocamus filium, & ſicut hominis cogitatio ſeu animi ſenſus eſt quidam animæ eius partus. Rurſus Dei voluntatem appellamus Spiritum Dei & charitatem, ſed ipſam mentem Patris nomine vocamus, eo quod ipſe nec genitus ſit, nec cauſam ante ſe habeat, cauſa autem ſit Filij & Spiritus ſancti. Quoniam igitur Deus non ſolum res a ſe creatas intelligit, ſed multo magis intelligit, & nouit ſe ipſum, ideoque habet Logum & ſapientiam, qua ſeipſum intelligit, ſeorſim & proprie, ſimili modo non tantum vult & diligit ea quæ fecit, ſed vult & diligit ſeipſum multo magis. Ideo ab æterno procedunt ex Deo tum Logus tum Spiritus ipſius, & in æternum ſunt in ipſo, atque hæc ambo cum Deo Patre vnus eſt Deus.

Cur Filius & Spiritus ſ. æterni.

Credimus Deum Logo ſapientiæ & potentiæ ſuæ condidiſſe mundum, ac Spiritu bonæ voluntatis & charitatis ſuæ prouidere, gubernare, & mouere omnem naturam ſuam in mundo ad bonum, pro cuiuſque naturæ ordine. Ideo credimus Deum quando voluit ſola miſericordia ſua conuertiſſe homines abducendo a ſeductione & errore dæmonum & cultu idolorum, propterea quod excepta anguſta regione Iudæorum, in qua vnus adorabatur & credebatur Deus ex lege Moſis, reliquus omnis terrarum orbis colebat Dei creaturas; homines item multos Deos, qui non ſunt, pro vno ſolo vero Deo adorabant: Viuebant denique ſecundum ſuam ſinguli conſcientiam, non ſecundum aliquam Dei legem.

Humanum genus ſeductum diu a dæmone, Iudæis exceptis.

Tunc Deus talem efformationem humani generis per Logum, perque ſanctum Spiritum ſuum fecit: ideirco Logus Dei induit humanam naturam, vt qua homo eſſet, verſaretur cum hominibus, qua autem logus Dei & ſapientia Dei doceret homines credere in hunc vnum & verum Deum, & viuere ſecundum legem, quam ipſe dediſſet: rurſus qua homo, vt mores vitamque ſuam exemplum daret doctrinæ ſuæ; primus enim ipſe ſeruauit legem, quam hominibus dederat: qua vero Logus Dei & potentia, poſſet illud toti mundo ſalutare bonum, cuius cauſa venerat, conficere; quia fieri non poterat vt ſimplicis hominis viribus ad Deum conuerteretur orbis terrarum. Ita Logo quidem ſuo ſeminauit omnipotens ille & oculorum effugiens obtutum Deus veritatem Ieroſolymis; Spiritu autem ſuo illuminauit, & roborauit Apoſtolos ſuos, vt veritatem in totum etiam terræ orbem diſſeminarent, propter charitatem Dei qui ipſum miſerat, & propter cupiditatem, qua flagrabat ſalutis humani generis ſecundum exemplum ipſius Ieſu, qui qua humanam aſſumpſerat naturam, pro communi ſalute hominum vltro emortuus eſt. Sic nos credimus vnum in tribus perſonis Deum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, quemadmodum dominus noſter Ieſus Chriſtus docuit: & quia verax eſt, credimus eum eſſe ipſam veritatem. Diſcipuli etiam ipſius ſic nos latius docuerunt: ſic ex vi quoque ſapientiæ intelligimus.

De Verbi incarnatione.

Credimus Logum illum Dei, & hominem Logo indutum eſſe Chriſtum, ſane vita Chriſti, quam in carne ſua ducebat, erat vita hominis pluſquam ſancti: vis autem ſapientiæ & operum eius erat Dei potentia.

Credimus quemadmodum anima & corpus vnius hominis conſtituunt vnum hominem, ita Logum Dei ab vna parte, ab altera vero animam & corpus eſſe perpetuo duas naturas perfecte diuiſas in vno homine, ſic & humanitas & diuinitas ſunt in vno Chriſto naturæ perfecte diuiſæ, tantum hypoſtaſi & perſonaliter coadunatæ, ac neque Logus Dei mutatus eſt in carnem aut in animam Chriſti, neque caro Chriſti aut anima eius conuerſa in Logum Dei, ſed erat & eſt in Chriſto: poſt illam eius ſumme admirandam diſpoſitionem tum Dei Logus, Logus, tum humanitas humanitas: nec etiam humanitas Chriſti diuinitatem aſſumpſit, ſed diuinitas Logi Dei naturam humanam aſſumpſit in ipſa aſſumendi actione coagmentatam. Quidquid in Deo eſt & ex Deo, natura Deus eſt; quia nullum in Deo accidens eſt: ideo qui ſub intelligentiam cadit Logum Dei Deum nominamus & credimus. Et quia hic Dei Logus erat in Chriſto, ideo Chriſtum Deum & hominem confitemur: hominem quidem propter animam & corpus; Deum vero propter Dei Logum qui in ipſo eſt.

Vt ex Verbo & homine conſtituatur Chriſtus.

Credimus Logum Dei fuiſſe in Chriſto, & in mundo, atque in cœlo, & in Deo Patre, quoniam Logus Dei eſt infinitus, ſicut Deus nullo fine clauditur, qui generat eum, id eſt intelligit, & infinitam potentiam habet, verumtamen in Deo alio modo erat, in Chriſto alio, itemque in mundo alio.

Credimus quod quando Deus de bonitate ſua & gratia cum aliquo creato communicet, eum tunc prorſus nihil deperdere, ſed magis magnificari, propterea quod ex præſtantia rerum conditarum celſitudo Dei manifeſta ſit, ac quanto maior creatis præſtantiæ acceſſio fiat ex maiore bonitatis eius communione, tanto magis bonitas & potentia Dei illuſtratur. Hinc adeo factum eſt vt bonitas Dei & potentia & charitas humano generi maior & illuſtrior extiterit, quando ipſe Dei Logus, qui Deus eſt, cum tota ſua potentia deſcendit in Ieſum, quam cum ad prophetas vnam aut alteram gratiam miſit, & quidem eorum alij atque alij maiorem, aut minorem.

Diuina vis & bonitas maxime in Chriſto illuſtrata.

Credimus Chriſtum eſſe crucifixum & mortuum ſua propria voluntate, ob multas magnaſque vtilitates, in quibus explicandis longa oratione opus eſſet; & id omne ratione humanæ ſuæ naturæ, Logus enim Dei nec cruci affigitur nec moritur, neque a morte reſurgit, ſed ipſe alios potius mortuos reſuſcitauit, ſicut etiam carnem, quam ipſe geſtauit.

Humanitas tantum nō diuina natura paſſa eſt.

Credimus Chriſtum poſt reſurrectionem ſuam aſſumptum eſſe in cœlos, & inde cum gloria ad iudicium de mundo faciendum rediturum.

Credimus animas hominum eſſe immortales, corpora ſanctorum reſurrectura corruptioni non obnoxia, lucida, leuia, nec cibi indigentia, nec potionis, nec veſtium, nec aliarum corporis voluptatum: animas item & corpora eorum qui ſe bene geſſerint in paradiſum abitura; impœnitentium vero malorum & infidelium, ad inferorum cruciatus: quod item paradiſus ſanctorum & beatitas in cœlo ſit, ſceleratorum vero punitio in terra. Præ-

De reſurrectione futura.

terea

terea beatitudinem ſanctorum nihil aliud eſſe, niſi quod perficientur animitales ratione cognitionis, tunc videbunt arcana Dei, quæ nunc non noſcunt niſi fide in Ieſum Chriſtum.

Quare autem neceſſe fuerit carne veſtiri Logum Dei Deum, id neceſſariarum & multarum rationum eſt, ac quando neceſſe fuerit, parati ſumus eas dare. Præter autem illas rationes, certitudinem & veritatem fidei noſtræ præterea confirmant hæc ſeptem. Primum quod prædixerunt prophetæ Iudæorum, quorum vaticinia & nos approbamus de Ieſu & de rebus eius geſtis, & quæ ſub ipſo facta ſunt, quæ item poſterius diſcipuli eius huius potentia & munere geſſerunt. Similiter præcinuerunt & Græcorum oracula permiſſu Dei, ſed & aſtronomi Perſarum ac Græcorum, & hæc omnia cum illuſtri laude prædicationeque Ieſu: omnes etiam has prophetias & prædictiones fuiſſe veras ac minime adulterinas, demonſtrare poſſumus. Deinde quod omnes religionis noſtræ libri & ſcripturæ per omnia inter ſe conſonant; nec mirum; qui enim eos ſcripſerunt, vnum & eundem doctorem habuerunt ipſam gratiam Dei, quod ni fuiſſet certe in quibuſdam, vt diſſonarent, futurum fuiſſet. Tertio loco quod receperunt hanc fidem, licet noua eſſet & præter communem opinionem, ac mira, homines vbique locorum magno ſtudio multis cum periculis, nec idiotæ ſolum & nulla doctrina eruditi, ſed etiam qui prudentes & ſapientes habiti fuere, diſſoluti iam hinc prorſus doli & deceptio dæmonum. Quarto quod nihil impoſſibile, nihil diſſentaneum hæc fides continet, nihil corporale, ſed omnia ſpiritualia, & via eſt, quæ animos hominum ad charitatem Dei & futuræ vitæ æternæ ducit. Quinto quotquot ſuſceperunt hanc fidem, & cum virtute ſecundum Ieſu legem & inſtituta vixerunt, hi magnis donis a Deo ornati fuere & miracula multa potenter nomine & conceſſu ipſius Ieſu fecere, quod profecto, ſi veritati hæc fides aduerſaretur, ſecuturum non fuiſſet. Sexto quidquid ab aliquibus aduerſus hanc fidem affertur, id tum facile, tum veritati congruenter ſoluere poſſumus. Poſtremo fidem hanc olim oppugnarunt multis ſupplicijs & cædibus Reges & præſides eorum per orbem terrarum trecentis decem & octo annis, vt multitudinem ſcilicet deorum ſuorum & idola ſua, quorum cultui dediti erant, tuerentur, nec hilum profecerunt, ſed eluctata vicit fides, in hunc vſque diem permanens, ſed & Dominus, quando venerit, reperiet eam, quod niſi in voluntate Dei fuiſſet hæc fides fundata, facile tunc velut nebula diſſoluta euanuiſſet. Ipſi huic domino noſtro Ieſu Chriſto gloria. Amen. Hæc ſunt, quæ nos de religione noſtra ſentimus, breuiter dicta.]

Chriſti geſta ante prædicta a prophetis.

Sanctitate & prodigijs floruere eius ſequaces.

Perſecutorum dei conatus irriti.

Admiratum Mahometem Chriſtianæ fidei ſanctitatem & ſapientiam, refert Turcograeciæ auctor: *Tunc, inquit, ſultanus hiſce ex ore patriarchæ auditis, & in ſcripto etiam acceptis, magnopere admiratus eſt illius diuinarum rerum cognitionem & ſapientiam, certuſque de religione Chriſtiana factus eſt totam eſſe veriſſimam, myſteria eius non modo vera, ſed etiam mirifica, nullum his ſubeſſe dolum, ſed puritate & ſplendore vincere aurum. Hinc amore proſecutus eſt gentem Chriſtianam, benignoque aſpexit vultu. Hac de cauſa edicto propoſito grauia minatus eſt illis, quicumque moleſtarent aut calumniarentur aliquem Chriſtianorum, in eoſque grauiter animaduerti iuſſit. Nec ipſe ſolum ſultanus diligebat Chriſtianos, ſed cuncti etiam Turcæ, qui ipſorum lingua muſulmani, hoc eſt circumciſi appellantur, propter edictum regium.* Natus erat Mahometes matre Chriſtiana, neque oculos ad veritatis lucem extulit. Quamuis vero patriarchas libere eligi poſſe permiſiſſet, Græci tamen ſchiſmatici, quos Gennadius ad catholicam eccleſiam traducere non potuerat, multo auro poſtea patriarchalis dignitatis laruam a Mahometanis Imperatoribus coemerunt, de quibus inferius. Vt vero nonnulla pretioſiſſima Chriſtianæ religionis monumenta in occidentalium manus peruenerint, ne conculcarentur a Turcis, recenſeamus.

Mahometes fidem Chriſtianā admiratur.

17 Perlata hoc anno eſt diuinæ prouidentiæ ſingulari munere in Sabaudiam ſacra ſindon Domini, qua inuolutus in ſepulchro fuerat, ex inſula Cypro, quæ cum anno ſuperiori Turcarum incurſionibus infeſtaretur, poſt Conſtantinopolitanum excidium extremi exitij terrore cohorruerat adeo, vt plures in occidentem transfugerint. Inter quos Margareta Carna hoc pretioſiſſimū ſacrum munus detulit, quod inſigni prodigio Camberij relinquere coacta eſt. Rem Gualterius [a], ex Philiberto Pingonio narrat his verbis: *Anno* MCCCCLII.* *ſacra Ieſu Chriſti ſindon Camberium defertur, Dei optimi maximi prouidentia, Paucis dicam. Cum orientis imperij ſedes vi & armis a Turcis occupata eſſet, cædeque omnia vaſtarentur, illuſtris matrona Margarita Carna a Regibus Hieroſolymitanis orta, atque Hectori Luſiniano Philippi filio nupta, collectis ſarcinis, inter quas ſacram hanc ſindonem repoſuerat, in Galliam profecta, Camberij a Ludouico & Anna Cypria ducibus ſplendidiſſime, vt tantam principem & affinem decebat, excepta eſt, quibus tandem hoc ſacroſanctum munus diſcedens, non ſine magnis obſecrationibus, immo nec ſine mirabilibus diuinæ voluntatis argumentis, contulit, inſtructiſſima enim cum eſſet ad longum viaticum, his copijs fures allecti ſcrinia aliquot effringunt, & nocte intempeſta quantam poſſunt ſupellectilem ſubducunt, inter quam veneranda ſindon capſula deaurata includebatur. Hanc dum illi per medium abſcindere cupiunt, forfices tenents tentantique contortæ ſunt manus, conuerſumque protinus collum & ipſe quaſi clinicus obſtupuit. Alter vſurpata ſibi ſindone, dum ſudoris cruoriſque humani ſtigmata vndis abluere conatur, vt redderetur res venalior, eo magis vtraque pars hominis impreſſa apparebat, cuius etiam radijs vtroque eſt orbatus lumine.*

Sacra ſyndon delata in occidentem.

a Gualter in chron. 15. ſecul ex Philiberto Pingon. barone Cuſiacen.

*MCCCCLII

Diuina vltio in fures eam ſcindere molientes.

Interea præconis voce per compita graue ſupplicium receptatoribus indicitur, furtum autem indicantibus aut reſtituentibus non modo impunitas, ſed & præmium promittitur, ipſa quoque Carna reddita ſibi ſindone, cætera, vt pretioſa munifice concedebat. His omnibus adducti fures furto reſtituto pœnitentiaque expiato præſentiſſimam ſalutem conſequuntur. Illic omnes principi matronæ impenſe gratulari, & ſindonem maiori veneratione proſequi, quos inter ardens animo dux Anna Cypria munus illud obnixe poſtulat, ſed promptam efflagitationem promptior ſecuta eſt recuſatio, quodcumque illa aliud poſtularit, ſe non denegaturam, hæc reſpondit. At hæc tandem officioſe dimiſſa dum muli ſcrinijs onerati a veterinarijs aguntur, in ipſo vrbis egreſſu nunquam cogi potuit mulus, cui ſacrum onus impoſitum fuerat, portarum valuas prætergredi, vt mulos alios ſequeretur. Quo miraculo agnouit tandem Margarita deberi diuinum illud pignus Sabaudis principibus & Camberio. Exorata igitur immortales gratias egere duces, indictiſque ſupplicationibus, tantum donum marmoreo arcis ſacello in perpetuum conſeruaturi repoſuere, quod ſacellum Paulus Papa II. in eccleſiam collegiatam erexit. Ipſa etiam Ludouicus dux ex auro, ære, argento numiſmata cudi iuſſit, quibus vna ex parte ducis effigies ex altera angelus (qualis fere in Chriſti tumulo apparuit) ſindonem paſſis vlnis oſtentans repræſen-

Figura Chriſti colluceat radijs occæcat ſacrilegum

Fures veniā petentes ſanatur.

Diuino nutu Chamberiaci relinquitur.

ta-

Digitized by Google

tatur. Dehinc non eſt dictu facile quot nuncupata vota feliciter ſucceſſerint, quot miraculis illuſtratus ſit locus, comprobata conſeruataque loco ſincera fides & maiorum pura religio. Edita fuiſſe ad hanc ſindonem plura miracula, inferius dicetur.

Granatenſes in Caſtellam excurſiones agunt.

18 Subacti a Turcis Græcorum imperij fama Saracenos Mauroſque in Latinum nomen efferauit. Granatenſes enim, qui antea vim Chriſtianorum pauidi reformidabant, faſtu & animis elati crebras in Caſtellam irruptiones inſtructo agmine moliti ſunt, atque inter alia municipium nobile, cui Ximene nomen erat, expugnarunt, ac late igni ferroque aduerſus Hiſpanos ſunt graſſati. Quibus auditis Pontifex, cum Medinæ Sidoniæ ciues ægre tueri ſe mœnibus poſſe putarent, indulgentiarum præmia ijs propoſuit [a], qui ad reficienda illius vrbis propugnacula ſtipem contuliſſent.

a Lib. 15. pag. 382.

Vniuerſis Chriſti fidelibus.

Cum ſicut lamentabili dilectorum filiorum nobilis viri Ioannis ducis, ac vniuerſorum habitatorum & incolarum loci de Medina Gradicienſis diœceſis relatione non ſine mentis amaritudine, percepimus, perfidi Agareni alias Saraceni Chriſti nominis inimici, & ſpurciſſimæ Machometi ſectæ cultores regni Granatæ violenta armataque manu & copioſo exercitu quamplura caſtra, terras, & villas fidelium illarum partium, & præſertim oppidum Ximene, quod confinibus regni Granatæ conſiſtens, per plures annos antea dicti fideles viriliter de ipſorum Saracenorum manibus conquiſierant, adeo acriter hoſtiliterque inuaſerunt & debellauerunt, vt ſuperatis his, qui ipſorum præerant defenſioni, illa ſuæ horrendæ & execrabili ſubiecerint ditioni, ac inhabitatores ipſorum, inhumaniter irruentes quamplures ex eis atrociter occiderint, multos quoque vtriuſque ſexus etiam infantulos ad dictum regnum Granatæ in miſerabilem duxerint captiuitatem, ac propterea tam grauis timor & tremor circumuicinorum fidelium animos inuaſerunt, quod ipſi, qui ante oppidi prædicti captionem eorundem Saracenorum territorium, terras, villas, & loca potenter & animoſe inuadere, nec non feliciter militantes intra eorum etiam interiores fortiſſimos limites fixis tentorijs caſtra ſecure tenere conſueuerant, ac magnæ illis erant formidini, nunc ex præfati oppidi captione magnis pauore & timore percuſſi vix in excelſis & fortiſſimis oppidis tutos ſe fore credentes, etiam in ſolenniſſimo Medinæ Aſidoniæ oppido ab Ximene oppido huiuſmodi non plurimum remoto, quod vna cum dicto Ximene oppido, dum fidelium dominio teneretur, tanquam duo clypei ac fortiſſima hoſtium propugnacula non modo circumuicinis locis, ſed toti prouinciæ ſecuros præſtabant accubitus, quamuis ſolius aggeris munimine vallaretur, ob murorum carentiam ſecure non audeant commorari, ac quamplures ex illius & habitatoribus ipſum oppidum Medinæ relinquentes remotas petierunt manſiones, adeo vt iam dimidia quaſi parte careat incolarum, & ſicut eadem relatione percepimus, ſi dictum Medinæ oppidum in ſuis muris, qui pro maiori parte direpti exiſtunt, repararetur, ſeu nouis muris circumdaretur, non modo timor & tremor huiuſmodi ceſſarent, ſed etiam fideles ipſi viribus inde reaſſumptis dictorum hoſtium præſumptuoſa conamina propulſarent, alioquin prædictum Medinæ caſtrum paulatim derelinquent in animarum periculum, partium earundem deſolationem, & catholicæ fidei dedecus pariter & iacturam, &c. [Excitat fideles ad conferendam pro inſtaurandis Medinæ mœnibus ſtipem, ac omnibus, qui vel operas conduxerint, vel operi excitando inſudarint, aut centum Maraburinos contulerint, indulgentiarum præmia rite expiata conſcientia, in extremo vitæ diſcrimine lucranda proponit.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLIII. XV. *kal. iulij anno* VII. Cæterum hoc anno natum in Hiſpania Ferdinandum, qui Mauros ex Granatenſi regno eiecturus erat, ac late in Africa & in America Chriſti imperium propagaturus, obſeruant Hiſpani ſcriptores, vt quo anno in oriente Eccleſia opprimebatur, diuinitas nouum illius in occidente & meridie amplificatorem procrearet.

Ximenium oppidum ab iis expugnatum.

Fideles aut interfecti aut in ſeruitutem abrepti.

Medina Aſidonia periclitatur.

De ea propugnaculis munienda actum.

Subſidium ſtipem præbentibus indulgentiæ propoſitæ.

Eodem anno in Hiſpaniæ oppido, cui Fromeſtæ nomen eſt, inſigne prodigium contigiſſe narrat Gonzaluus [a] Illeſcas, quo & Chriſti in Euchariſtia præſentia, & eccleſiaſticarum cenſurarum vis confirmantur: cum enim in parœcia S. Martini nomini ſacra in eo oppido Petrus Ferdinandus Tereſius xenodochij præfectus inopia preſſus, quod xenodochium flammis conflagraſſet, a Iudæo, qui Matutiel Salomon vocabatur, certam vim auri mutuam accepiſſet, nec condicto tempore nomen diſſoluiſſet, vocatus in ius, a iudice eccleſiaſtico ob non repræſentatam ex fide pecuniam anathematis ſententia perculſus fuit, quare mox Iudæo acceptam mutuo pecuniam reſtituit, vt eam ignominiam elueret: cenſurarum vero religione abſoluendum ſe non curauit. Labente exiguo temporis interuallo, grauiori morbo implicitus decubuit, ac parochum, cui nomen erat Ferdinandus Pereſius, exciuit vt ſacramentis eccleſiaſticis rite communiretur: peractaque ſacra exomologeſi, cum parochus die XXV. nouembris multo piorum agmine ſtipatus ſacram Euchariſtiam detuliſſet, eamque ægrotanti porrigere meditaretur, illam adeo ſacræ patinæ argenteæ adhæſiſſe comperit, vt nullis inde viribus diuellere poſſet, ſtuporeque perculſus ad ægrotum acceſſit, expoſitoque prodigio percontatus eum eſt, num omnia crimina pura candidaque confeſſione expiaſſet: negante ægro ſe alicuius piaculi conſcium eſſe, interrogauit ſacerdos, num defixus anathemate aliquando fuiſſet: ac tum æger cenſuras ſe contraxiſſe ob non ſolutas Iudæo pecunias faſſus eſt, atque earum religione ſolui ſupplex expetijt. Tum parochus, vt miraculi monumentum extaret, ægroto acceptam ſacram aliam Euchariſticam formulam porrexit; additque auctor ſe poſt centum & quindecim annos patinam argenteam, in qua ſacræ duæ illæ Euchariſticæ ſpecies ſeruantur, tenuiſſe manibus, ac prorſus omnis corruptionis immunes eſſe, ex eoque prodigio præſentiam Chriſti in Euchariſtia & cenſurarum eccleſiaſticarum vim confirmari, ac Lutheranam perfidiam refelli.

a Gonz. Il. Illeſcas in vit. Nic. V.

Cenſurarum vis, inſigni miraculo oſtenſa.

Euchariſticæ ſpecies poſt centum & amplius annos incorruptæ.

19 Graſſati ſunt hoc tempore in Hiſpanijs nonnulli nequiſſimi impoſtores, qui vt a ſimplicibus pecunias corraderent, indulgentias pro damnatis animabus liberandis ab inferis vendidere, ac plura alia ſcelera admiſere, quibus ignominiam grauem ſedis Apoſtolicæ dignitati conflarunt, de quibus conqueritur Nicolaus in ſubiectis ad Tiraſonenſem epiſcopum datis literis [b].

b Lib. 17. pag. 153.

Venerabili fratri Georgio epiſcopo Tiraſonenſi ſalutem, &c.

Ad audientiam noſtram publica fama referente peruenit, quod Ioannes Vinoz & Dionyſius de Molinos, ac Frater Alfonſus de Almarzo abbas monaſterij S. Ioannis de Antealceares ordinis S. Benedicti Compoſtellani, nec non Ioannes de Monte albo commendator de Caſtro Xeritiæ Burgen-

genſis diœceſum, & nonnulli alij damnationis filij infra Francorum, ac Caſtellæ & Legionis, Aragonum & Nauarræ, Portugaliæque regna moram trahentes, vineam Domini ſabaoth, catholicam videlicet Eccleſiam diffuſam per orbem, quaſi vulpeculæ demoliri, ac populum Chriſtianum, ſeu pleraſque perſonas ſimplices dictorum regnorum in fide catholica maculare, & vt ab eis pecunias facilius extorquere poſſint, literas apoſtolicas falſificare, eiſque falſam bullam appendere, indulgentias a ſummis Pontificibus conceſſas ampliare, & illis addere, ac nouas formare, eorumque tranſumpta per ipſorum literas & nuncios ad diuerſa loca tranſmittere, ſacratas agni Dei formas, quas ſolus Romanus Pontifex benedicere conſueuit, contrafacere & illas tanquam per nos aut Romanos Pontifices factas, benedictas Chriſtianis tradere & vendere, clericos & religioſos ſimul cum neophytis Iudeis, ac alijs fœnerari, ipſoſque neophytos ad fidem nouiter de Iudaica cæcitate conuerſos, ad reaſſumendum legem Iudaicam inducere, ipſoſque neophytos cum Iudæis, eorumque cæremonijs ſe immiſcere, ac animas parentum, & amicorum pro certo pretio pecuniarum, a purgatorio & inferno extrahendi, ac ſuper homicidijs, omnibuſque alijs peccatis, & exceſſibus quibuſcumque, quantumcumque enormibus abſoluendi, ac cum eis ſuper irregularitate quauis occaſione contracta diſpenſandi, & ab omnibus caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis abſoluendi, nec non gratias & indulgentias anni iubilei pro paruo ſpatio concedendi, ab eadem ſede facultatem habere falſis eorum linguis aſſerentes, alioſque illicitos actus committere non tremiſcunt in Diuinæ maieſtatis offenſam, catholicæ fidei, præfatæque ſedis ignominiam, ac pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur, &c. [Iuſſus Tiraſonenſis epiſcopus in eos animaduertere.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLIII. XII. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* VII.

Meretmonia ſacrilega.

Neophyti ad Iudaiſmum reuocati.

Oſtentata pro liberandis damnatis indulgentia.

Edelinus prius magus.

20 In Gallijs hoc anno Guillelmus Edelinus inter theologos emeritus, prior monaſterij, cui nomen eſt S. Germani e Laya, magicæ impietatis crimine a cenſoribus fidei damnatus eſt [a]. Is ob laxatas libidini habenas in tantum ſcelus lapſum ſe confeſſus eſt, furentemque impudicitiæ facibus ad ſatiandas cupiditates quoties luberet a maligno ſpiritu ad magorum cœtus perduci ſolitum, & cacodæmonem arietis ſpecie montum adoraſſe, vt illuſtris fœminæ amoribus dæmonis ope potiretur. De quo Edelino hæc tradit Iaquerius [b] in flagello faſcinariorum: *Non immerito creditur quod dæmones, qui hæreſim & ſectam abominabilem faſcinariorum erexerunt, induxerunt aſſertores ad credendum, & pertinaciter aſſeuerandum quod ea, quæ per maleficos faſcinarios fiunt in cultu dæmonum, non ſunt niſi illuſiones dormientium. Hoc autem luce clarius patet ex proceſſu facto cuidam magiſtro in theologia (addit Monſtreletus parte tertia chronici eum fuiſſe priorem S. Germani in loco, quem vocant Galli en laye, & ante fuiſſe monachum ordinis D. Auguſtini, & prius etiam aliorum ordinum, vnde hominis inconſtantiam facile notes) ſuper huiuſmodi hæreſi & ſecta deprehenſo, qui ſponte confeſſus fuit & detexit, quomodo in cultu dæmonis ipſe cum pluribus alijs complicibus realiter & pluries conuenit: quem dæmonem inter eos vidit & coluit apparentem quandoque in forma hominis, quandoque in forma hirci, vbi abnegauit Deum & fidem catholicam, beatamque Virginem, & crucem. Prædictus autem magiſter vocatus magiſter Guillelmus Adeline anno Domini* MCCCCLIII. *die* XII. *menſis ſeptembris (Monſtreletus vocat Guillelmum Edelin, & dicit hanc ſententiam latam menſe decembri in vigilia natiuitatis dominicæ, in cæteris conueniunt de loco, de anno, de confeſſione, de pœna) in capella epiſcopali Ebroicenſi iudicialiter coram iudicibus fidei cum lachrymis, in terram proſtratus exhibuit quandam ſchedulam continentem ſua commiſſa contra fidem in dicta hæreſi & ſecta, offerendo prædictis iudicibus abiurationem. Ipſa autem ſchedula continebat inter cætera, quod quando ipſe fuit introductus ad dictam ſectam, diabolus aſſerebat, quod ipſe magiſter Guillelmus bene poſſet, ſi vellet, augmentare eiuſdem dæmonis dominatum, præcipiendo eidem magiſtro Guillelmo prædicare, quod eiuſmodi ſecta non erat niſi illuſio, & quod hoc prædicaret ad contentandum populum patriæ, vbi tunc morabatur ipſe magiſter Guillelmus. Hunc magiſtrum Guillelmum ego, qui hæc ſcripſi, noui & frequentiſſime vidi, antequam eſſet de hoc crimine ſuſpectus.*

a Monſtrel vbi. 3. pag. 63. Gaguin. in Car. VII. vid. Delrio.

Fœtente libidine dæmonē adorat.

b Iaquer. in flagell. faſcin. & ex eo Delr. diſq. magic. lib. 5. ſect. 4.

Publica conſidem. conuentio.

Iuſſus eſt a dæmone prædicare nullos eſſe magos ſed mera eſſe ludibria.

21 Eodem anno [a] quaſſarunt Angliam feroces belli motus, quos Richardus dux Eboracenſis excitauit. Affectabat is regnum, cum ad Leonellum Eduardi III. filium genus maternum referret, contulitque conſilia cum Thoma Corteneio Deuoniæ comite; tum Eduardo Brucho, quorum auxilijs fretus ſedatis Cantianorum tumultibus, contraxit exercitum, ſeu cum Henricus Rex raptis copijs ad eum opprimendum, antequam maiores colligeret vires, procurriſſet, Richardus ſimulandum ratus, profeſſus eſt nullam aliam ob cauſam, quam vt ſe ab Edmundi ducis Somerſetenſis, vt aiebat, tyrannide vindicaret, illumque pluribus criminibus onerauit: tum dimiſſo exercitu Regem adijt, ſeque in eius auctoritate ſemper futurum eſt pollicitus; quam pacem inter eos conciliatam interprete Ioanne tit. S. Balbinæ presbytero Cardinale, ac ritu ſolemni iurando confirmatam inter diuina teſtantur pontificiæ literæ [b].

Richardus cum Eboracē ſeditionum in Anglia autor.

a Pol. Vir. gil. 23 de geſt. Henr.

Tyrannidē affectat.

Conciliata pax inuicta.

b Lib. 17. pag. 339.

At non diu tenuit eiuſmodi concordia, cum dux Somerſetenſis vti læſæ maieſtatis reus ab Eboracenſi poſtulatus ſe purgaret, atque in aduerſarium affectatæ tyrannidis flagitium retorqueret, inſtaretque vt in vincula conijceretur, ac rei veritas iudiciario ordine tormentis adhibitis eliceretur. Haud tamen id peruicit, ſed dimiſſus eſt Eboracenſis, cum eius filius Eduardus cum delecta militum manu Londinum properaret. Nec propterea pacatæ res, ſed irarum plenus Richardus concepta inuadendi regni conſilia alto preſſit animo, ac ſeditiones maximas, bellaque pernicialia in Anglia poſtea conflauit, vt dicetur inferius: cumque vna cum ſocijs literas e curia apoſtolica ſubripuiſſet, quibus præſtitum ab ipſo Henrico Regi iuſiurandum reſcindebatur, Pontifex de ijs factus certior ipſas ſubiecto diplomate reuocauit [c].

Nauarra ſeditionū ſeruatus fomes.

c Sub. ep. pag. 339.

Ad futuram rei memoriam.

Cum, ſicut exhibita nobis nuper [*] parte Regis petitio continebat, licet olim dilecti filij nobiles viri Richardus dux Eboracenſis, & Thomas Conſtanarum comes Deuoniæ, ac Eduuardus Brohæ dominus de Cobham nuncupatus, poſtquam ipſi nonnullas magnas gentium armigerarum copias infra regna ac dominia dicti Regis, in magnam illorum, ac ſubditorum, pacis & quietis turbationem, præter & contra ipſius Regis voluntatem congregauerant, ad præfati Regis præſentiam ſe perſonaliter conferentes, & ſe illi ſubmittentes, ac obedientiam & reuerentiam exhibentes, mediantibus venerabili fratre noſtro Ioanne epiſcopo ſanctæ Rufinæ nunc, tunc vero S. Balbinæ pre-

* pro

Card. S. Balbinæ interpres concordiæ.

Digitized by Google

preſbytero Cardinale, & nonnullis conſiliarijs conſilij dicti Regis pro illius ac regnorum & dominiorum prædictorum felici ſtatu, pace, & quiete, quoddam non tam licitum, quam vtile & neceſſarium ipſis viſum, cum certis capitulis in eodem iuramento contentis, infra miſſarum ſolemnia ſibi præſtiterunt, & quilibet eorum præſtitit iuramentum, tamen poſtmodum, prout ipſe Rex a nonnullis informatus extitit, dicti nobiles quaſdam abſolutionis a iuramento huiuſmodi, ſeu illius relaxationis, aut declarationis, quod dictum iuramentum obſeruare non tenentur, vel mandati abſolutionis, relaxationis, ſeu declarationis huiuſmodi faciendarum, a nobis, vel penitentiaria noſtra forſitan literas impetrarunt, in non modicam ſtatus, pacis, & quietis prædictorum vt veriſimiliter creditur turbationem, &c. Conuellit Pontifex eas ſubreptitias literas, ac pronuntiat Richardum ducem & alios coniuratos ſacramento fidei Henrico Regi præſtito obſtrictos teneri. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLIII. III. kal. octobris anno VII.* Inteſtinis vexari bellis Angli externa infelici exitu geſſere. Receperant [a] illi ſuperiori anno Sparræ reguli nonnullorumque nobilium proditione Burdegalam aliaſque Aquitaniæ vrbes, quæ acerbiora Francorum imperia non ferebant [b]. Verum hoc anno apud Petrachorios dum Caſtilioneæ arcis obſidionem ſoluere tentant, magna accepta clade cæſi ſunt [c], partaſque vrbes amiſere, compulſique intra Burdegalæ mœnia incolumitatem pacti in Angliam ſe ſubdnxere, repetere hactenus Aquitaniam non auſi. Carolus vero Francorum Rex Burdegalenſibus, ne Angliea amplius commouerent arma, excitatis duabus munitiſſimis arcibus, frænum iniecit [d]. Sparræque regulum nouas defectiones agitantem capitali ſupplicio affecit [e]. Ita Aquitania Gallico poſt hac imperio aſſerta eſt.

Subreptitiæ literæ reſciſſæ.

Recepta ab Anglis Burdegala.

a Monſtrel vol. 3. pag. 41.
b ib. pag. 5[illegible].

Fuſi iterũ Angli a [illegible] ſunt.

c ib. pag. 57.
d Pag. 28.
e Pag. 65.

22 Verſabatur, hac tempeſtate in Galliarum regno Guillelmus tit. S. Martini in montibus preſbyter Cardinalis A. S. L. cumq; in Britannia aliqui præſules tuendæ immunitatis eccleſiaſticæ ſpecie latrones ac viros nefarios in ipſorum oppida perfugientes exciperent, & inde crebræ graſſationes in ea prouincia fierent, Petro duce de ea re querente, edixit [f], ne ſicarijs alijs facinoroſis hominibus vllum aſylum a præſulibus aperiretur; tum in clericos ſcelerum reos animaduerti iuſſit.

Sicarij immunitate eccleſiaſtica abuſi.

f Extat eius lit. apud Nic. V. lib. 17. pag. 411.

Guillermus miſeratione diuina tit. S. Martini in montibus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ preſbyter Cardinalis de Eſtouteuilla vulgariter nuncupatus in regno Franciæ, ducatus Britanniæ aliiſque Galliarum prouinciis, A. S. L. ad perpetuam rei memoriam.

Renouantes antiquos ſanctorum patrum canones, hoc conſultiſſimo & in perpetuum valituro declaramus edicto, publicos latrones nocturnos depopulatores agrorum, dum itinera frequentata vel publicas ſtratas obſident aggreſſionis inſidijs, ab eccleſijs etiam inuiti extrahi poſſint, nulla impunitate præſtita. Eos præterea qui ipſis immunitatum locis quempiam ex propoſito occiderint, vel mutilauerint, nulla prorſus immunitate gaudere, cum in eo, quo deliquerunt, puniri debeant, & fruſtra legis auxilium imploret, qui committit in legem. De alijs vero criminoſis, vtpote damna furta, iniurias inferentibus, & expilatoribus publicæ pecuniæ, quod crimen audiuimus illius immunitatis prætextu irrepſiſſe, ſtatuimus omnem immunitatem etiam eccleſiaſticam illis non prodeſſe; niſi ad corporalem vitæ, vel membrorum, vel aliam perſonalem pœnam, ſed alias pro damnis, culpis, & iniurijs componere teneantur, ita quod iudex eccleſiaſticus recepta cautione a ſæcularibus de impunitate perſonæ illos relaxet, & remittat pecuniariter coercendos. Diœceſanis autem locorum diſtricte præcipimus, vt clericos abijcientes habitum clericalem, arma portantes, & laicis ſe immiſcentes, vt bellis, ſeditionibus, & alijs enormitatibus, vt macellariorum aut tabernariorum officium publice exercentibus, nominatim & tertio moneant, vt a talibus abſtineant, & habitum reaſſumant, qui ſi moniti non reſipuerint, propter crimina & exceſſus huiuſmodi a iudicibus ſæcularibus capi, & corporaliter etiam puniri poſſint, & valeant. Epiſcopi quoque, vbi exceſſus & abuſus tales notorij fuerint & ſcandalum excitare videantur, teneantur ad enunciationes ſæcularium iudicum, ſuos clericos commonere vt ab exceſſibus compeſcantur, & ipſi de damnabili circa hoc negligentia nequeant reprehendi, quod ſi illa videbuntur ſub diſſimulatione tranſire, canonicam & noſtram, quam in tranſgreſſores huiuſmodi conſtitutiones edidimus, non euadant vltionem.

Publici latrones Aſyli beneficio ſpoliandi.

Qui medita[illegible] facinus com[illegible] immunitate excludendi.

Expilatores publicæ pecuniæ eiiciendi.

Clerici abijcientes habitum clericalem iudicibus ſæcularibus ſubiecti.

Decernimus inſuper & declaramus generaliter de omnibus criminoſis, qui ante deprehenſionem, publice pro laicis habebantur, & in habitu clericali deprehendentur, licet priuilegium allegent clericale, & petant ſe ad eccleſiaſticum iudicem remitti, vel iudex ipſe repoſcat, iudex tamen ſæcularis eos remittere non teneatur, donec apud ecceletiaſticum fidem fecerint de titulo clericali, ſecus vbi notorium ſit malefactorem eſſe clericum, vel fama publica de hoc extiterit, aut ipſe pro clerico communiter habeatur, quibus caſibus ſtatim fiat remiſſio, ita quod criminoſus ille infra aliquem competentem terminum, & quam celerius poterit, doceat de clericatu. Cognitio autem illa, an ſit qui repetitur clericus, vtpote de re eccleſiaſtica, & ſpirituali, ad iudicem eccleſiaſticum pertinebit, vocato tamen per eum iudice ſæculari, ne aliqua fraus committatur. Præcipimus autem & diſtricte mandamus omnibus eccleſiaſticis iudicibus, quacumque etiam epiſcopali dignitate fungentibus, per totam Britanniam conſtitutis, vt laicis de clericis conquerentibus plenam faciant iuſtitiam exhiberi.

In habitu clericali deprehenſi qui antea laici habebantur de titulo clericali fidem faciant.

Inſuper obteſtamur ſingulos diœceſanos, & eis nihilominus diſtricte mandamus, ne culpas pecunia paſſim redimi patiantur, ſed in facinoroſos, illoſque præſertim, qui grauia delicta commiſerunt, non pecuniarie tantum, ſed acrius animaduertant, ac illos debite puniant, & caſtigent damnando ad perpetuos, vel temporales carceres, detruſionem in monaſterium, exilium, relegationem, & vſque ad degradationem, ac traditionem curiæ ſæcularis, vbi incorrigibilitas atque immanitas id popoſcerint delictorum, vt multis graſſantibus exemplo locus ſit, & quos Dei timor a malo non reuocat, temporalis ſaltem pœna coerceat a peccato. Quod ſi huius ſaluberrimi ſtatuti tranſgreſſores reperti fuerint & conuicti, volumus, decernimus, & ſtatuimus eos, ſi epiſcopi fuerint, pro primo exceſſu, præter auctoritatem pontificalis officij, cui in hac parte deferimus, ab ingreſſu eccleſiæ ipſo facto eſſe ſuſpenſos, quod ſi non reſipuerint, & rurſus in eundem errorem prolapſi probentur, tunc volumus illos iure a diuinis eſſe ſuſpenſos. Quod ſi (quod abſit) indurata mente videantur, & ad ipſum frequentare non pertimuerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis, alij

Animaduertere iubet Pontif. in facinoroſos.

Intentata epiſcopis pœna legũ ſeueritate diſſoluentibus.

vero

vero inferiores, ab epiſcopis ſimilem excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant, a qua a nullo inferiore nobis, præterquam in mortis articulo, poſſint abſolui.] Confirmantur hæc legati decreta apoſtolica auctoritate a Nicolao.

Pannonia latrocinijs vexata.

23 In Pannonia per id tempus inſignis latro nomine Axamit allectis ad ſua ſigna ſicarijs alijſque facinoroſis hominibus illam bellis attriuit: adeo, vt Ioannes Huniades regni adminiſtrator impetus compeſcere non poſſet; de quibus in pluribus literis hoc anno exaratis meminit Æneas [a]. Additque [b] legatos Bohemos Viennam profectos Ladislaum petijſſe, vt corona Bohemica ſolemni ritu cingeretur, ni fieret, maximarum in regno conuerſionum terrorem obieciſſe. Reſponſum eſt ipſum appetēte die archangelo Michaeli ſacro eo perrecturum, neque iter citius parare poſſe, cum grauis de rebus Auſtriacis & Morauis tractatio ipſi incumberet. Dicta ad exitum perducta fuere, hoc enim anno Ladislaum tredecim circiter annorum adoleſcentem in Bohemiam ſe contuliſſe, ac Pragæ ſolemni & catholico ritu regijs ornatum inſignibus, & ſacra vnctione delibutum tradunt auctores [c], quamuis Podiebratius regiæ Bohemicæ procurator Huſſita eſſet, & Kochyzana archiepiſcopum ageret, cuius nullam Ladislaus rationem habuit. Quæ vero digna catholico principe egerit dum in Bohemia moratus eſt, narrat in hiſtoria Bohemica Æneas Syluius [d] ſubiectis verbis: *Manſit ibi non paruo tempore Ladislaus, nec vnquam hæreticorum eccleſias, quamuis rogatus intrauit, nec ſacris eorum interfuit. Presbyter quidam ex factione Rochezanæ in ſacello arcis rem diuinam facturus ſacerdotali veſte ornatus ad altare conſcendebat. Rex eo in loco ſacra, quibus intereſſet, celebrare iuſſerat: at vbi hæreticum id muneris occupaſſe, nec velle alteri locum facere didicit, miſſo magiſtro militum profanum ſacerdotem, niſi abiret, rapi extra ſacellum & de proxima rupe præcipitari iuſſit. Illi charior vita, quam contumacia fuit. Rochezanam in celebritate corporis Chriſti ſacram Euchariſtiam per vrbem deferentem e feneſtra conſpicatus nullum reuerentiæ ſignum præbuit; percunctantibus amicis, vt quid ſacramentum inhoneſtaſſet. Non me latet, inquit, diuiniſſimum Chriſti corpus dignius eſſe quam per me ſatis honorari poſſit, nec mea reuerentia gloriam eius auget, neque dehoneſtatio decus imminuit: verum mihi cauendum, ne dum Chriſtum honoro, ſacrilegum presbyterum Rochezanam popularibus approbaſſe videar, quorum plerumque mores ex principe pendent, nec illi me Deum contempſiſſe putabunt, cuius ſacratiſſimum corpus catholici presbyteri manu delatum ſummis ſemper honoribus proſecutum videre.*

a Aen. Syl. ep. 136. & 162.
b Ead. ep. 162.
Ladislaus Pragæ Bohemica corona redimitur.
c Id Bohē. hiſt. c. 62 Cocle. hiſt Huſſ. l. 11 Dubrau. lib. 29. Michou. l. 4. c. 65. in fin. & alij.
d Aen. Syl. & Io. Cocl. ibid.
Rochizanæ impudētia.
Hæreticum ſacerdotem ni cedat, loco præcipitari iubet Ladislaus.
Cur Euchariſtiam circumlatam ab hæreticis non adorauit.

24 In vrbe hoc ineunte anno detecta reſtinctaq; eſt periculoſiſſima coniuratio in Pōtificis & Cardinalium vitam & dignitatem facta a Stephano Porcario, de quo hæc idem Æneas [e]: *Tam admirabilis tam expetendæ Pontificis vitæ inſidiatores non defuerunt, Stephanus enim Romanus familia Porcaria tenui cenſu eques res nouas ſæpe in vrbe molitus, ac propterea Bononiam relegatus, clam inde excedens magnis itineribus Romam redijt, conuocatiſque mox amicis mentem ſuam expoſuit, turpe eſſe dictitans, eam vrbem, quæ totum ſibi ſubiecerit orbem, nunc ſacerdotum imperio ſubiacere, quos rectius fœminas, quam viros quiſque appellauerit, veniſſe paratum patriæ iugum excutere, rem factu facilem, ſi viri fuerint. Nicolaum Pontificem celebri epiphaniarum die in æde B. Pauli ſacra facturum, haud magno negotio comprehendi poſſe, populum libertatis amore quam proclamari audierit, mox opem audientibus daturum. Ad colligandum autem præſulem catenam auream ſecum attulit a ſe iam pridem paratam, quam congregatis oſtendit, neque enim mox occidendum præſulem ex vſu eſſe dicebat, ſed obſeruandum, donec arcem S. Angeli per eum recuperarent. Atque vt erat homo facundus, facile in ſuam ſententiam congregatos traxit, atque eo facilius, quod inopes ære alieno grauatos & ob patrata ſcelera iudicium formidantes ad ſe vocauerat, quibus nihil erat in pace ſperandum. Sed præſenſit inſidias Nicolaus, miſſiſque militibus comprehendi hominem iuſſit. Illi eum iam animo fractum & apud ſororem in arca latentem inuenerunt, complices eius in domo, qua conuenerant, expugnati captique ſunt, e quibus vnus Baptiſta Sciarra manu promptus & animo intrepido per medias Pontificis cohortes viam gladio ſibi aperiens effugit, Stephanus in arce S. Angeli, alij in Capitolio ſuſpenſi vitam finiere, atque ita Pontifex maximus ingenti periculo liberatus Romanæ ſedis dignitatem imperiumque ſeruauit.*

e Aen. Syl. de Europ. c. 58. Gobelin. in comment. l. 1. Steph Infeſſ. vat ſignat. an. 111. Fazius in vita Alfon. Reg. l. 10 Raphael Volat. antrop. l. 22
Eius oratio ad coniuratos.
Libertatis ſpecies oſtētata.
Catenam auream pro vinciendo Pont. oſtendit.
Obtenta arce necandum ait.
Ignauiſſimus vir ſe ciſta abdit.
Illius & eius iuratorum triſtis exitus.
Seruat imperium ſacerdotum.

Meminit de eadem Stephani Porcarij coniuratione Iannozius Manettus [a], ac narrat Numen cœleſti viſo oſtendiſſe periculum, quod a proditore imminebat, diuinaque prouidentia diſcuſſum iri: *Sexto*, inquit, *pontificatus ſui anno ei Romæ in cubiculo ſuo dormitanti, Stephanus Porcarius ciuis Romanus, qui cum aliquibus alijs nefarijs hominibus ac perditis ſicarijs crudeliter in caput ſuum ad necem coniurauerat, baculum quendam dextra manu tenens apparuit, atque eo baculo brachium ſuum ita percutere videbatur, vt nullatenus læderet, quod id ipſum quale foret detecta paulo poſt coniuratione & conſpiratoribus captis, ac vltimo, vt merebantur, ſupplicio affectis, in lucem venit.*

a Manett. l. 1. in vit Nicol. V.
Diuinitus oſtēſum Nicolao ab hoſte non læſum iri.

25 Tradit etiam idem auctor [b], datam poſt Conſtantinopolitanum excidium operam a Nicolao, vt libri Græci in oriente conquiſiti ab exploratoribus, ad ſe perferrentur, atque inter alios S. Dionyſij Areopagitæ, Gregorij Nazianzeni, Baſilij magni, & Cyrilli opera Græca perlata, ac Latina lingua donata fuiſſe, ingentemque aliorum librorum ad excolendas omnes artes congeriem cumulatam fuiſſe, præter innumera medicorum, iuris pontificij & cæſarei conſultorum, partim theologorum volumina, tum ſubdit.

b Manett. l. 2. in vit Nicol. V.
Studium Nicolai pro libris Græcis comparandis.

De quo ſi quis forte miretur, omittendæ admirationis ſuæ cauſa conſideret, quæſo, quanta ipſe in conducendis rebus, ad quas animum applicauerat, diligentia vtebatur, quanta liberalitate, quanta denique, cum eſſet omnium dominus, poteſtate potiebatur, quot enim librarios cum Græcos tum Latinos ad tranſcribendum & intra & extra vrbem annuis mercedibus conduxerat, quot exploratores doctos homines non per vniuerſam Italiam ſolum, ſed vſque ad extremos etiam Germaniæ ac Britanniæ angulos ad inueſtigandum indagandumque tranſmiſerat, quot inſuper in Græciam ipſam & ante & poſt deplorandum Conſtantinopolis captiuitatem eruditos viros magnis cum ſalarijs ingentibuſque emendorum & perferendorumque clarorum codicum commiſſionibus deſtinauerat. In eo quidem Ptolemæum Philadelphum inclytum Aegypti Regem egregie admodum imitatus eſt, quem in conſtruenda illa ſua tam celebrata, ac tam admirabili bibliotheca hunc congregandorum librorum modum apud idoneos auctores tenuiſſe legerat, vbi ſexaginta circiter librorum dumtaxat Græcorum, millia, incredibile dictu! collocaſſe traditur. Quamobrem factum eſt, vt ex toto pene terrarum orbe noui ad eum codices vſque ad mortiferæ ægrotationis ſuæ finem quotidie deferrentur, & ex hoc tanto & tam ingenti & Græcorum & Latinorum librorum numero, quem ſi diutius vixiſſet, mirum in modum deinceps in dies adauxiſſet,

Poſt excidium Conſtantinopolis exploratores ad eos conquirendos mittit.
Imitatus eſt Ptolemæum.

Digitized by Google

ſet, ſingularem & præcipuam bibliothecam opportuno quodam palatij ſui loco condere ac conſtruere decreuerat, vbi omnes ſimul congregatos ad communem cunctorum Romanæ eccleſiæ prælatorum vtilitatem, & ad perpetuum æternumque ſacri palatij ornamentum ſuis locis propriiſque deſignationibus collocaſſet, quod prædictum Ptolomæum doctiſſimo viro ac nobilitato illorum temporum hiſtoricorum & regio commiſſario Aſtheo procurante magna cum laude feciſſe cognouerat. Et infra,

Magnis ſumptibus ex ſcriptores conduxit.

Quid de traductionibus ac diuerſis nouorum operum ſcriptoribus dicemus? quæ quidem traductoribus, ac propriorum operum ſcriptoribus quaſi certatim agentibus cum ſuis ſalariis, vt quiſque pro virili parte ad operandum alliceretur, vſque adeo creuerunt, vt quinque vltimis fauſti ac felicis pontificatus ſui annis longe plura ad hæc præſertim humanitatis ſtudia, quorum amantiſſimus erat, pertinentia quam quinque ſæculis anteactis centum prædeceſſorum ſuorum temporibus compoſita ac traducta fuiſſe videantur. Etenim vt a grammaticis, poetis, ac diſperſis verſibus, quæ ſunt leniora incipiamus, quot de orthographia libros, quot poemata, quot ſparſa carmina ſparſim confecta fuiſſe ſcimus, Iliados quoque celebratum Homero poema latinis difficile ſane & arduum opus, a duobus præſtantibus viris eodem tempore traducebatur, quod Ioannis Bocacij Florentini poetæ temporibus a Leontio quodam Theſſalonicenſi illius in Græcis literis præceptore e ſoluta oratione multo facilius ad traducendum, quam carmine factum fuiſſe nouimus. Nec Strabonis de coſmographia opus ſilentio obruatur. Ad hiſtoricos accedamus: Herodotum, quem Græci patrem hiſtoriæ appellare ſolebant, Thucididem, Xenophontem, Polybium, Diodorum, Appianum, Philonem Iudeum fortunatis huius ſummi Pontificis temporibus Latini ac Græcarum literarum expertes primum legere cœperunt. Plura inſuper egregia Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti, celebratorum philoſophorum opera; Platonis celeberrimum illud politicæ ſuæ vel de republica volumen & alterum de legibus præclariſſimum; multa Ariſtotelis, & poſteriora analytica, & tota phyſica, problemata, magna moralia, metaphyſica, ac plures rhetorum, & decem nouem illos celebratos de animalibus libros tunc primum conſpexerunt, quæ quidem etſi prius traducta fuiſſent, ita tamen traducta reperiebantur, vt vix intelligi poſſent, ac præterea Theophraſti de plantis librum a priſcis Græcis apprime laudatum, eo tempore primum laudatum vidimus: quid de Theologis ſacriſque codicibus dicemus? Nonne præclarum illud de præparatione euangelica Euſebij Cæſarienſis quatuordecim libris diſtinctum volumen, ac plurima, ne omnium particularium mentionem faciamus, Dionyſij Areopagitæ, magni Baſilij, Gregorij Nazianzeni, Ioannis Chryſoſtomi, Cyrilli, hac ipſa temporis felicitate e Græca in Latinam linguam probe, fideliter, atque eleganter conuerſa fuiſſe non ignoramus. Tradit eundem Nicolaum quinque millia aureorum pollicitum illi, qui euangelium S. Mathæi Hebraice ſcriptum ad ipſum perferret.

Qui libri ab eo comperti.

Sancti patres præcipui in Latinam linguā conuerſi.

IESV CHRISTI
Annus 1454.

NICOLAI PP. V. Annus 8. FRIDERICI III. ROMANOR. REGIS Annus 15.

1 ANno huius ſæculi quarto & quinquageſimo indictione ſecunda plura de ſacra expeditione a principibus Chriſtianis aduerſus Turcas conficienda agitata ſunt conſilia: atque in primis Germanorum principū conuentus, Friderici Imperatoris iuſſu Ratiſponæ eſt coactus, ad quē Philippus dux Burgundiæ imperialibus literis vocatus, acceſſit a. De cuius profectione accepto nuncio Ludouicus Bauariæ dux, Albertus marchio Brandeburgenſis, aliique complures, qui cæteroqui domi remanſiſſent, Ratiſponam contendere. At Fridericus ſubſtitit in Auſtria, veritus ne ex proximis motibus Hungaricis res ſuæ turbarentur: legauit vero oratores egregios proceres duos, duoſque epiſcopos, nimirum Vlricum Gurcenſem & Æneam Senenſem: quibus adiunctus eſt Nicolaus S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis, qui ea tempeſtate in eccleſia ſua Brixinenſi agebat. Pontifex autem Ioannem epiſcopum Papienſem illuc miſit. In iis publicis cœtibus habita eſt ab eodem Ænea Syluio concio tanta eloquentiæ ardore, vt decretum de bello ſacro editum ſit, quod refert Gobelinus b, auditque neminem fuiſſe, qui bellum ſuſcipiendum cum Turcis non cenſeret: placuiſſe tamen orandos Francos, vt ſubſidiarias copias ſuas aliis coniungerent, atque Italos, vt claſſem adornarent, ad Helleſponti & Boſphori obſidendas fauces, maritimaſque hoſtium infeſtandas oras; conuentum denique alterum celebrandum Francofurti, vt in eo delectus militum fieret, ac neceſſaria pecunia imperaretur. Cæterum pauciores, quam rei moles exigeret, principes eo confluxiſſe queritur Æneas c, ſed effert laudibus ducem Burgundiæ ad defendendam fidem comparatum in literis ad Leonardum Senenſem datis quarum potiorem afferendam partem rerum grauitas poſcit.

Ratiſponēſis conuentus.

a Gobelin. in comm. lib. 1.

In iis decretum in Turcam bellum.

b Id. ibid.

c Æn. Sylu. ep. 127.

2 *Si verum*, inquit, *dicere libet, nimia eſt inter orbis noſtri rectores ſomnolentia, aut aduerſus officium, aut præter officium omnes intenti ſunt. Arbitror te iam cognouiſſe, quæ ſunt apud Ratiſponam geſta, & quam negligenter eo conuentum eſt, ex Italia non comparuere, nam legati Venetorum prius ſolutum audiuere concilium, quam Bauariam ingrederentur. Vnus mihi videtur ſupra omnes laudandus princeps Philippus Burgundiæ dux, qui etſi eſſet Britannico bello implicatus, vocatus tamen ad conuentum, qui pro ſalute populi Chriſtiani erat indictus, noluit excuſari, noluit reipublicæ deeſſe, congregationem, quæ commune bonum tractare videbatur, ſua præſentia noluit eſſe priuatam. Venit igitur Ratiſponam, iturumque ſe contra Turcos in perſona propria pollicitus eſt, ſi vel Cæſar, vel Rex Hungariæ, vel alius magnus princeps exercitum duceret: ſi minus, miſſurum ſe quas poſſet copias, neque his in rebus excuſatum ſe habere voluit, niſi tale ſibi ſuperueniret impedimentum, quod tota Chriſtianitas legitimum reputaret. Quis hunc ſatis commendare principem poſſet? Nemo eſt inter Chriſtianos, cui minus timendi ſint Turci & infideles cæteri, quam duci Burgundiæ; nemo tamen eſt, qui pro depellendis atque comprimendis hoſtibus fidei ſollicitior eo reperiatur. Vnde iſta mens homini? non cupido rapiendi hunc trahit, cui ſunt opes infinitæ: non ſpes vlla voluptatum, quibus frui victores putant, qui eſt iam ætate prouectior, & ſi delitias amet, nunquam maiores quam domi reperiat: non augendi dominij ratio, qui ſe nouit in Græcia aut Aſia nequaquam regnare poſſe. Sed eſt hic religioſus princeps, amat eccleſiam matrem ſuam, cupit fidei noſtræ conſultum eſſe, dolet cum audit Chriſtianum nomen blaſphemari, miſeretur infelicibus animabus, quæ dietim in captiuitate a barbaris rapiuntur, pudet eum ignominia quam Turci nobis inferunt, eſt enim nobilis animus, non poteſt mens alto ſanguine nata non alta meditari, nihil turpe ferre poteſt generoſus ſpiritus, videt ſe dono Dei ampliſſimis & populoſiſſimis regionibus præfectum, multiſque beneficiis cumulatum. non vult ingratus videri, recognoſcit munera in ſe diuina eſſe quamplurima, vult pro ſua facultate vices reddere.*

Burgundus in eo ſecuturum Cæſarem promiſit.

Eius elogiū.

Ne-

Digitized by Google

Meminit Ioannis patris ſui quem Turci pugnantem pro fide catholica captiuarunt, cupit vleiſci paternum vulnus, imiturique maiorum ſuorum veſtigia, quos pro fide orthodoxa conſtat fuiſſe ardentiſſimos. Non perduxit ad exitum ſuſceptum conſilium Burgundus, eum delinatum mollitie ſe corrumpi ſiuiſſet. Pergit Æneas nonnullis interiectis: *Huius igitur*, inquit, *opera factum eſt, quod in conuentu Ratiſponenſi nonnulli articuli concoocrentur, quorum ego copiam rectoribus noſtræ vrbis feci, nec me dubium tenet, quin tu illorum notitiam habeas, nam & illuſtri dominio Venetorum, apud quod nunc moram trahis, articuli per ſuos legatos huiuſmodi miſſi ſunt, quorum ſi fiet executio, nihil erit noſtræ religioni timendum. Cæſar huiuſce rei cupidus nouum apud Franckfordiam conſilium indixit, id futurum eſt* III. *kal. octobris.*

Noui conuentus indictio Franckfordiæ a Cæſare.

Rogauit Pontificem Fridericus vt ad indictum Francofurtenſem conuentum oratorem mitteret, cuius poſtulatis aſſenſit Nicolaus conficiendæ educendæque ſacræ expeditionis cupidiſſimus, ac Ioannem epiſcopum Papienſem, de quo memorat Gobelinus, eo ſe conferre hiſce literis a iuſſit.

a Lib. 18. pag. 366.

Nicolaus, &c. Significauit nobis nuper & literis & nuntijs chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus de dieta in Frankfordia aut alibi de proximo tenenda pro factis ac defenſione fidei, petijtque a nobis cum inſtantia, vt ad illam oratorem noſtrum mitteremus. Nos huiuſmodi honeſtæ & pijſſimæ requiſitioni ſuæ ſatisfacere volentes, vt tenemur, & fidei & deuotionis ac integritatis tuæ erga nos & ſedem Apoſtolicam, & quantis virtutum donis illarum largitor perſonam tuam Dominus inſigniuit, non ignari, & ſperantes quod quæ tibi commiſerimus, cum omni prudentiæ laude, quemadmodum ſemper conſueuiſti, exequeris; te oratorem noſtrum de optima voluntate noſtra & vehementiſſimo deſiderio erga prouiſiones faciendas in illa re fide pleniſſima informatum ad præfatam diætam duximus deſtinandum, dantes & concedentes fraternitati tuæ harum ſerie plenam & omnimodam facultatem omnia in dicta dieta proponendi, dicendi, faciendi, ordinandi, & concludendi, quæ in illa re ſapientiæ tuæ videbuntur opportuna, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLIV. III. *non. ſeptembris pontificatus noſtri anno* VIII. Nec Pontificem modo, ſed etiam omnes Reges, ac principes rogatos, vt oratores ſuos mitterent Francofurtum, narrat Æneas b: qui tamen ſuperioribus literis indicauit Leonardo Sencuſi admodum pertimeſcendum, ne omnia ob mutuam diſſenſionem, incaſſum irent.

Ioannes epiſc. Papiẽs ad eos miſſus.

Vniuerſi Reges Chriſtianæ ac Principes ad eos vocati.

b Aen. Syl. ep. 127.

Principum ſegnities.

3 Non poſuere torporem Chriſtiani, indictique Francofurtenſes cœtus infrequentes fuere, inclinabantque ad reſcindendum Ratiſponenſe decretum animi, cum prædictus Æneas Siluius c orator cæſareus belli ſacri neceſſitate propoſita languentes animos in ſuſcepta ſententia confirmauit; de Conſtantinopolitano enim excidio locutus hæc ſubiecit d: *Nonne ex duobus Chriſtianitatis oculis alterum erutum, ex duabus manibus alterum amputatam dicere poſſumus? Adde quod ex quatuor ſedibus illis patriarchalibus primis & principalibus, quibus veluti ſolidiſſimis baſibus Chriſtiana ſubnixa fides in omnem terram ramos ſuos extendit, maiores noſtri duas ſimul cum Ieroſolymitana per ignauiam atque ſocordiam perdiderunt, nos tertiam, & illam quidem cui omnes Rutheni multi ad borealem, multi ad orientem ad Tanaim mentes populi feruebant, non in tenori deſidia, maiori tamen infamia prorſus amiſimus.*

c Gobelin. in comm. pag. 11.

d Ext. eu oratio inter epiſt. Aen. Sylu. n. 131.

Conſtantinopolitanæ ſedis dignitas.

Interiectis pluribus, illuſtrare aggreſſus eſt, quã iuſtum eſſet futurum bellum in Turcas conceptum inferendum, nullum enim iuſtius eſſe poſſe, quam quod pro tuenda religione, pro ſeruanda patria, pro liberandis ſocijs, ex ſummi auctoritate Pontificis, gereretur aduerſus immanem importuniſſimumque reipublicæ Chriſtianæ hoſtem, tum ſubdit.

Belli ſacri iuſtiſſimæ cauſæ.

Si iniuriæ magnitudo notior, & belli iuſtitia manifeſtior erit. Nulla pulſatus iniuria Mahometus (ſic enim vocatur qui Turcis imperat) bellum Græcis indixit, Conſtantinopolim obſedit, ac male defenſam oppugnauit, vbi Conſtantinus Græcorum Imperator, intrantibus vrbem Turcis, in extremo patriæ ſuæ periculo fortiſſime pugnans obtruncatur, caput eius lancea infixum ſpectaculo fertur, fit miſeranda Græcorum cædes, occiduntur non ſolum qui ſe tueri conantur, verum etiam qui protectis armis ſeſe dedunt. Nec ego hoc magis duco in ipſo furore primi introitus trucidatos eſſe quamplurimos. Illud horreo, illud abominor, illud omnino deteſtor, capta ciuitate, depoſitis armis, coniectis in vincula ciuibus, tum maxime ſæuitum eſt, tum filij ante ora parentum occiſi, tum viri nobiles velut beſtiæ mactati, tum ſacerdotes laniati, tum monachi excarnificati, tum ſacræ virgines inceſtatæ, tum matres ac nurus ludibrio habitæ. O miſeram vrbis faciem! O infelicem populum! O ſceleratum Mahometum! Quis talia fando temperet a lachrymis? Omnia luctu plena, cæde, cruore, cadaueribus erat cernere. Mahometus ipſe terribili facie, tetris oculis, terribili voce, crudelibus verbis, nefandis nutibus homicidia mandat, nunc iſtum, nunc illum ad cædem poſcit, manus in ſanguine Chriſtianorum lauat, omnia fœdat, omnia polluit. Templa Dei noſtri pſeudoprophetæ traduntur, diuina altaria proteruntur, oſſa Martyrum & aliorum ſanctorum iam cum Chriſto regnantium aut porcis aut canibus obijciuntur, franguntur ſtatuæ, picturæ delentur, nec matris Domini Reginæ cœlorum glorioſæ Mariæ virginis imagini parcitur, quin & ipſum ſaluatoris Chriſti crucifixi ſimulachrum cum magno clamore, maiori irriſione præcedentibus tympanis ac tubis in caſtra defertur, huc atque illuc rapitur, conſpuitur, luto prouoluitur. O nefas inexpiandum! O ignominium Chriſtianæ gentis! O dedecus noſtri nominis ſempiternum! Huic ſigno, in quo redempti & ſaluati ſumus, Turcorum fœtidum genus illudit, & quaſi nos ſignum non ſignatum colamus: Hic eſt, inquit, *Chriſtianorum Deus. Sentio quia commouemini principes, dum Saluatoris iniuriam refero, tum tantæ ciuitatis damna commemoro. Sed quis cladem illius vrbis, quis funera fando explicet? aut poſſit lachrymis æquare labores? Horret animus talia meminiſſe, luctumque refugit. O nobilis Græcia, ecce nunc tuum finem, nunc demum mortua es.* Et infra.

Turcarum immanitas in Græcos ſe victos dedentes.

Ipſum crucifixi Domini ſignum.

Obiectum Chriſtianis idololatriæ crimen a Turcis.

4 *Audiuiſtis*, inquit, *quæ paſſi ſunt Conſtantinopolitani, idem nunc multæ ciuitates expectant, niſi, dum tempus eſt, opitulamini. Serpit in dies hoc virus magis ac magis, nunc vna prouincia, nunc alia nobis deficit. Raſcia iam nouiſſime occupata eſt. Deſpotus eius prouinciæ cum coniuge & liberis in Hungariam ſe recipit. Hungari, qui hactenus noſtræ fidei clypeus, noſtræ religionis murus fuere, bis victi bello poſt mortem Alberti Regis, bis capti a Turcis ſunt, centum millia hominum aut eo plus duobus prælijs amiſere. Non tulerunt integri Turcorum vires, quomodo fracti ferent? Succubuerunt auxiliantibus Polonis, quomodo vincent ſoli? Magna eſt Turcorum potentia in Aſia & in Græcia. Tartarorum ferocem gentem fœdere iunctam habent, ducenta vel trecenta millia pugnatorum, ne dicam plura, in armis cogere poſſunt. Quamuis ſint Hungari ſtrenui ac potentes viri, atque omni laude digni, non tamen tantis viribus pares habentur. Sic vincitur Hungaria*

Expoſitum Hungariæ eorumque potentiam niſi illi reſiſtatur. Raſcia occupata.

Centum millia Hungarorũ duobus prælijs amiſſa.

Quot milites cogere poſſint Turcæ.

ſiue coacta iungitur Turcis, neque Italia neque Germania tuta erit, neque ſatis Rhenus Gallos ſecures reddet. At nonnulli quia ſuis diebus non videre ſimilia, nec fieri poſſe confidunt, nos autem ſæpe Tartaros protrita Hungaria Germaniæ fines ingreſſos, ad Rhenum vſque debacchatos nouimus. Hungari priuſquam Chriſtum colerent ſæpe Auſtriam, Bauariam, Sueuiam, Franconiam, Saxoniam percurrerunt. Attila Rex Hunnorum ab Hungaria, quæ tunc Pannonia dicebatur, digreſſus, quantas Italiæ, quantas Germaniæ, quantas remotiori Galliæ atque Hiſpaniæ turbas intulerit non ignoramus. Quid Gothos, quid Vandalos, quid Gepidas, quid Herulos, quid Longobardos, quid Burgundiones referam. Omnes hi populi per Hungariam ab vlteriori Scythia venientes hanc noſtram Chriſtianitatem miris afflixerunt modis. Expectabimus igitur & nunc venire Turcos, atque accerſitis Tartaris nobilem atque potentem Hungariam ſui iuris efficere, ac deinde reliquam Chriſtianitatem locuſtarum more corrodere? Pugnandum eſt vobis omnino, principes, ſi liberi, ſi Chriſtiani vitam ducere cupitis. Hanc ſententiam amplo proſecutus ſtylo, aliud grauiſſimum addidit argumentum, debellandum ſcilicet eum hoſtem, qui religionem aboleret, referendamque Numini pro acceptis tot beneficijs aliquam gratiam. Tum recenſitis ijs, quæ Conditor ſupremus contuliſſet, propoſuit quanta Redemptor noſter, vt nos æternis eriperet ſupplicijs, eſſet paſſus.

Victa Hungaria non Italia non Germania tuta.

Propoſita vero omnium barbarorum exempla.

Indicit Chriſtianis pugnandi cum Turcis neceſſitas.

Sputamina inſultantium excepit, qui ſputo ſuo cæci oculos aperuerat, flagellatus eſt qui poteſtatem flagellandi dæmones habet, ſpinis coronatus eſt, qui ſanctos ſuos floribus coronat æternis, palmis in faciem cæſus eſt, qui veras palmas mundum vincentibus tribuit, ſpoliatus eſt terrena & caduca veſte, qui cœleſti atque immarceſcibili candiditate animas veſtit, cibatus eſt felle, qui ſe cibum homini præbuit, potatus eſt aceto, qui populo ſuo nectarea pocula repromittit, aguit ille innocens, immo ipſa innocentia, ipſa iuſtitia inter facinoroſos computata eſt, pependit inter latrones Deus noſter, videramus faciem eius, & non erat ſpecies neque decor, a vertice capitis vſque ad plantam pedis non erat in eo ſanitas, ſed paſſus eſt, vt nos redderet impaſſibiles, mortuus eſt vt nos redderet immortales. Cohortatus illos poſtea, vt ſe Redemptori gratos præberent, coirentque ad bellum, in quo vel vincerent in terra, vel in cœlo triumpharent; cumulatiſque pluribus argumentis, hæc adiecit: *Cogitate, principes, quo redacta eſt Chriſtiana religio, quantum in oriente, quantum in meridie diminuta eſt noſtra fides, ſumite alta corda, induite fortes animos, defendite matrem veſtram Eccleſiam quæ vos Chriſto regenerauit, accingimini gladio ſuper fæmora veſtra potentiſſimi, occurrite inimicis Chriſti, nolite eſſe vltimi, quos imperij dignitas iubet exire priores. Carolus Rex Francorum & nobiliſſimus & potentiſſimus pugnaturum ſe dicit, ſi vos armemini. Quæ ſit mens inclyti Ladislai Regis Hungariæ & Bohemiæ ex ſuis oratoribus audietis. Regis Daciæ, Sueciæ, ac Noruegiæ literas habemus, quæ mentem illius optimam exponunt. Alfonſus Rex Aragonum & Siciliæ, noſtri ſeculi clariſſimum ſydus, etiam ſilentibus cæteris hoc magnificum bellum, hanc glorioſam expeditionem pro Chriſti nomine vltro ſuſcepturum ſe pollicetur. Philippus Burgundiæ dux non minus animo quam ſanguine clarus, potentatu ac dominatu par magnis Regibus, non modo ſe iturum ad hoc bellum promittit, ſed alios quoque, vt ſe accingant, magnopere adhortatur, &c.*

Suſcipiendi pro Chriſto tot perpeſſo bi paſſo bellici labores.

Pollicitus Gallus cæpturum ſe arma ſi & Germani ... Oſtenſa ab aliis Regibus conficiendæ ſacræ expeditionis ſpes.

Renouatum fuiſſe huius orationis vi Ratiſponenſe decretum, refert Gobelinus a. Horum conuentuum acta in ms. codice tabularij Vaticanæ bibliothecæ b deſcribuntur his verbis: *Anno ſalutis* MCCCCLIV. *menſe octobri Francfordiæ eſt habita dieta in qua, & infra. epiſcopus Senenſis orator Cæſaris orationem habuit duabus horis ſuaſoriam contra Turcos. Tum epiſcopus Papienſis legatus Papæ aliam habuit concionem ad eundem effectum. Hungari de cauſa auxilium poſtulauere contra Turcos, quod niſi obtinerent, proteſtati ſunt ſe pacem a Turcis petituros quibuſcumque poſſent conditionibus. Poſtremo Burgundi eadem de duce ſuo polliciti ſunt, quæ prius Ratiſponæ fuerant promiſſa.* Multiſque interiectis, quibus diſceptatum eſt inter electores differre Hungarica auxilia molientes, Cæſariſque oratores: *Tandem*, inquiunt acta, *conueniunt Hungarorum expoſtulata audire, ſi decem millia equitum & peditum triginta millia ex Germanis ad annum petunt, parem numerum ex ſuis & Bohemicis offerunt, aſſeruntque ſi ex Italicis quinque & viginti triremium claſſis in Helleſpontum mittatur, quæ hoſtes vexet, facile Turcos Europa pellendos. Hæc vbi admiſſa fuerunt poſt primordium congregata publica concione communi ſententia probata ſunt.*

a Gobelin. in comm. lib. 1.

b ms. cod. archiu. bibliot. Vat.

Poſtulata in Turcas ab Vngaris auxilia.

Decreti terreſtris & naualis exercitus pro recuperanda Conſtantinop.

5 Verum præclara ea conſilia poſtea euanuere, quod ipſemet Æneas præſagiebat ob varias principum diſſenſiones, orbiſque Chriſtiani miſerum ſtatum, quem in literis, ad Leonardum Senenſem datis ita expoſuit a: *Quid ſentis? quid putes futurum? Mallem tacere, mallem opinionem meam eſſe falſiſſimam, ac mendacis, quam veri prophetæ nomen, dicam tamen quod mens præſagit animus. Non ſpero quod opto, nihil boni menti meæ perſuadere poſſum. Quare, inquis? Quare, inquam, ego bene ſperem? Chriſtianitas nullum habet caput, cui parere omnes velint, neque ſummo ſacerdoti, neque Imperatori, quæ ſua ſunt dantur, nulla reuerentia, nulla obedientia eſt, tanquam ficta nomina, picta capita ſint, ita Papam Imperatoremque reſpicimus. Suum quæque ciuitas Regem habet, tot ſunt principes quot domus. quomodo tot capitibus quot regunt Chriſtianum orbem, arma ſumere ſuadebis? Age, dicito concurrere in bellum cunctos Reges. Cui ducatum dabis? Quis ordo in exercitu erit? Quæ diſciplina militaris? Quæ obedientia? Quis paſcet tantum populum? Quis intelliget varias linguas? Quis reget diuerſos mores? Quis Anglicos amicabit Gallicis? Quis Ianuenſes coniunget Aragonenſibus? Quis Theutones Hungaris, Bohemiſque conciliabit? Si paucos contra Turcos ducis, facile ſuccumbis. ſi multos, confunderis, vndique ſunt anguſtiæ.*

Præclara conſilia ſoluta euanuere.

a Aen. Syl. ep. 127.

Difficultas retinendæ concordiæ in cauſis.

Perge vltra atque inſpice Chriſtianitatis vultum. Pacata, inquis, Italia eſt, facile aduerſus exteros arma ſumet domi quieta. Neſcio quam quieta. Inter Regem Aragonum & Ianuenſes adhuc belli reliquiæ manent, nec Ianuenſes hi ſunt, qui contra Turcos pugnaturi credantur quibus tributa pendere dicuntur. Veneti cum Turcis fœdus percuſſere, & quamuis aiunt ſe ſumpturos arma pro noſtra fide, ſi cæteri Chriſtiani bellum Turcis indicant, quis hanc conditionem implebit? Vocare nunc, rogare, atque excitare Venetos oportebit, qui cæteros inuitaturi eſſent, ſi pax eis cum Turco non eſſet. Quid cum Italis facies, quando duæ nauales potentiæ, & quidem maiores, deſunt? Rex Aragonum, quamuis eſt potentiſſimus & ad commune bonum ardens, haud quaquam ſolus bellum nauale contra Turcos agitabit. Summi Pontificis quanta ſit claſſis non ignoras. Deficit igitur nobis altera belli pars, nam cum terra marique Turcos vexare propoſitum eſſet, deficientibus Italis, nihil eſt quod de maritimo bello ſperemus; patebit Aſianis Helleſpontus; &, ſi terra bellum geratur, infinitas ex Aſia copias in Græciam Turci traducent. In Hiſpania noſti, quam multi ſunt Reges potentia, regimine, voluntate, & opinione diſpares, neque illi in extremo iacentes occidente ad ſepten-

Non conſlata ab Italis claſſis.

Quæ cauſæ a repetenda Conſtantinopoli retardarunt.

trio-

Digitized by Google

trionem trahendi ſunt, eſtque quod agunt cum Granatenſibus domi: Rex Franciæ etſi toto regno pepulit hoſtem, marinas tamen oras inquietas habet, nec militem extra regnum audebit mittere, dum claſſes ex Anglia repentinas timet, Anglici nil aliud animo gerunt, quam vt repulſam ex Francia vindicent. Scoti, Dani, Suecí, Noruegij in vltimis orbis oris ſiti nihil eſt quod extra domum quærant. Theutones inter ſe diuiſi nulla in parte cohærent. Ciuitates cum principibus diffidunt, & ipſi inter ſe principes nullo concordiæ vinculo tenentur. Suitenſes cum ducibus Auſtriæ vetus odium tenent, comes Palatinus archiepiſcopo Moguntino infeſtus eſt, ducatus Lutzemburgenſis inter Regem Bohemiæ & ducem Burgundiæ litigioſus pendet, quamuis ſunt ad Calendas vſque nouembris in eam rem induciæ, duces Saxoniæ de ſexaginta caſtellis cum Bohemis litem habent, Vratislauienſes requiſiti per Bohemiæ Regem homagium facere recuſarunt, niſi ad ſe Rex proficiſcatur. Prutheni qui religioni S. Mariæ Theutonicorum ſubiecti fuerunt, excuſſo priori iugo ad Regem Poloniæ defecerunt, iſque nunc regionem ingreſſus cum coniuge ſacramenta fidelitatis accipiunt: Ligucenſes, quos Ladislaus Rex gubernatori Bohemiæ dederat, ſubire iugum recuſant, nec Pudauicenſes parere domino de Roſis voluntarij ſunt, quamuis dono Regis ad eum pertineant, in Auſtria nihil quieti eſt, baronem Eicheinger dominantem ſpernunt, ciuitates amant, ſeditiones frequenter aguntur. Vvancho Bohemus cum duobus millibus latronum regionem longe lateque vexat, in Vienna crebra ſiunt incendia, nec auctores in famam veniunt; in Hungaria prælati & barones infenſi ſunt Ioanni vaiuodæ, qui quondam gubernator fuit, nunc capitani nomen tenet, regnique maximam partem occupat: Giſkra Bohemus infeſtatus a Ioanne de territorio Sepuſien in Hungaria ad poſſeſſionem venire per Ioannem impeditur, deſpotus Raſciæ quamuis Turcis vnitus putetur, auxilia tamen Regis Hungariæ petit, & Turcos aſſerit bello paratos, nihil tamen ad hæc Hungari mouentur, ſed habituri potius inducias ſiue concordiam cum hoſte, quam moturi bellum creduntur. Dic nunc in tanta rerum varietate quid ſperandum aut timendum ſit? &c.

Gallia Anglicæ trito ſimulatione lo iſpania

Germania maximis diſcordijs turbata,

Polonia de Pruſſia cum cruciatis diſceptat.

Bohemia & Auſtria inquietæ.

Vngarorũ animi inter ſe diuiſi.

6 In hac Hungariæ trepidatione coacti ſunt celeberrimi ordinum cœtus, in quibus de conſlando aduerſus Turcas exercitu, cui præfectus eſt Ioannes Huniades, inita ſunt conſilia, promulgatæque ab Vvladislao hæ literæ a.

a Extant apud Dolgaſt. to. 3 pag. 479.

Vladislaus Dei gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, Auſtriæque, Sleſiziæ, & Stiriæ dux, nec non marchio Morauiæ, Luſatiæ, &c. fidelibus noſtris vniuerſis prælatis, baronibus, nobilibus, & alterius cuiuſuis ſtatus & conditionis hominibus in comitatu Peſtienſi conſtitutis & exiſtentibus ſalutem & gratiam.

Hungarorũ pro Turca propulſando deliberatio.

Crebrarum ac dudum inualeſcentium nouitatum nobilium hominum fidedignorum huius regni noſtri Hungariæ pericula formidantium patefactione edocti ſumus luculenter, quomodo perfidiſſimus Imperator Turcarum potentiſſima paganorum coadiuuatione ſolito multiplicata in finale exterminium firma intentione machinatur hoc regnum noſtrum Hungariæ ſubintrare, proinde nos vigili aduertentia in animo reuoluentes, ne velut olim hoc regnum noſtrum Hungariæ ex Tartarorum inuaſione improuiſa inaduertentia regnicolarum in flebilem ruinam fuerat poſitum, & in præſentiarum ineuitabili curſu dicti Imperatoris Turcorum & campeſtri cum exercitu diſpoſiti (quod Deus auertat) nos contingat periclitari, & totius huius regni machina ſacra religione Chriſtiana imbuta penitus diruatur, quemadmodum etiam in proximis diebus euolutis exemplari intuitu ciuitati Conſtantinopolitanæ per eundem Imperatorem Turcorum illatum fore iam experti ſumus manifeſte, eapropter prædicti fideles noſtri prælati, barones, nobiles, & proceres dicti regni noſtri Hungariæ vna cum certis electis nobilibus hominibus ſingulorum dominatuum eiuſdem regni noſtri, quibus per alias noſtras nuper ſuperinde dederamus in mandatis in hac ciuitate noſtra vndecim his diebus congregati ſuper eo, qualiter huiuſmodi ipſius Imperatoris Turcorum inuaſio repelli valeret tutiuſque euitari, vniformem habentes tractatum & deliberationem, nos cum eiſdem validam expeditionem exercitualem ad natalem patriam noſtram, Altiſſimo propitio, defendendam aduerſus paganorum inſultus decreuimus inſtaurandam, præſentibuſque literis noſtris ſub certorum articulorum incluſionibus ſubnotandis veſtris fidelitatibus notificandum duximus, videlicet quod primum ſpectabilem & magnificum Ioannem de Huniad perpetuum comitem Biſtricenſem infra præſentis integri reuolutionem anni capitaneũ generalem inſtituimus huius exercitus noſtri inſtaurãdi, &c. [Adiectæ ſunt variæ ſanctiones de conficiendi exercitus ratione, vtq; Hungari ad Ioannis Huniadis nutũ ſub illius ſigna concurſuri ſint, pendendaq; pro militaribus ſumptibus vectigalia. Neq; Hungari modo verum finitimæ etiam gentes contra Turcas conſurgere iuſſæ:] Item omnes liberæ ciuitates tam noſtræ regales & reginales, quam dominiorum deſpoti & comitis Ciliæ, aut aliorum magnatum, nec non totum regnum noſtrum Sclauoniæ, de quibus lucrum cameræ noſtræ ſolui non conſueuiſſent, modo præmiſſo connumerari debeant, & ſimiliter Philiſtæi, Comanij, Vvolaij, & Tartarij communiter debent exercituare, &c. *Dat. Budæ in feſto conuerſionis B. Pauli Apoſtoli anno Domini* MCCCCLIV.

Decretum aduerſus barbaros bellum.

Huniadis ductu exercitus promulgatum.

Suppetias etiam ſocij ferre iuſſi.

Quo tempore cũ inter alios viros pios, qui pro Eccleſia feruidas preces fundebant diuino Numini, cum Dionyſius Carthuſianus orientalis eccleſiæ in Turcicam ſeruitutem deiectæ & Conſtantinopolis excidium defleret, timeretque ne ob Chriſtianorum principum diſſidia inſoleſcens Mahometanus Romanæ etiam vrbi exitium moliretur, alienatus ab ſenſibus edoctus eſt de arcanorum diuinæ prouidentiæ iudiciorum æquitate, quæ Græcos laniari ab infidelibus permittebat; cumque ab ſontibus inſontes quoque opprimi quereretur, fidelium culpa triumphare infideles accepit, vti refert Petrus Dorlandus a in eius vita, ſubijcitque hæc de pio Dionyſij ſtudio in principibus ad ſacrum bellum incitandis: *At pater Dionyſius, cum hanc reuelationem habuiſſet, dolens ex intimis medullis amoris Eccleſiæ ſanctæ nimirum in oriente, ruinam; ſcripſit epiſtolas plurimas ad principes, ad magnates, ad ſummos Eccleſiæ rectores, vt ſeſe corrigerent, collectaque militari manu Eccleſiæ iniuriam vindicarent, ſed patrum eheu monita profuerunt, ſingulis ſuis rebus ſuiſque delitijs occupatis.* Coniunxere etiam ſtudia ſua religioſi alij viri ad principes mutuo in Turcas fœdere ſociandos; inter quos Simoneta Camers Auguſtinianus doctrina & pietate inſignis Italicam compoſuit magna cum totius orbis Chriſtiani admiratione pacem, pro qua concilianda Pontifex & Cardinales maximos labores fruſtra inſumpſerant. Coortum, erat atrox & exitiabile bellum inter Franciſcum Sfortiam ducem Mediolanenſem ac Venetos, ipſique plures alios in arma traxerant, nam Veneti Alfonſum,

Oſtenſa diuinitus oppreſſæ orientalis eccleſiæ cauſa.

a Pet. Dorlandus in vita Dionyſ. Carthuſ. to. 1

Monet principes vt emendatis moribus Chriſtianis ſuam vindicent.

Italiæ pax compoſita.

b S. Ant. p. 3. ti. 22. c. 12 Collenut. l. 6. Facius l. 10. Marian. l. 22 c. 16. & alij.

Digitized by Google

ſum vtriuſque Siciliæ & Aragonum Regem belli ſocium ſibi adſciuerant, iſque Ferdinandum filium nothum in Etruriam fortiſſimorum militum ſuccinctum exercitu miſerat; Sfortia vero Florentinos, Sabaudum, Montisferrati principem fœdere ſibi adiunxerat, tum Ludouicum Delphinum, qui cum ingentibus copijs ad Aſtam vſque penetrauit, ſed lapſo trimeſtri abijt. Renatus Rex in ſpem recuperandi regni Neapolitani Genuam e Prouincia nauibus aductus, plura in Inſubria cum Venetis iniit certamina: quo reuerſo in Gallias, cum diuturno bello exhauſtis feſſiſque omnibus, tum cladis Conſtantinopolitanæ caſu perculſis, Simoneta [a] de quo paulo ante meminimus, demum eoſdem Venetos ac ducem Mediolanenſem in concordiam redegit. Extant de eiuſmodi fœdere tabulæ in m. s. codice noſtro Valliecllano [b], confectæ Laudæ, atque hae temporis notæ conſignatæ: *Anno a natiuitate domini Ieſu Chriſti* MCCCCLIV. *die martis* IX. *menſis aprilis indictione* II.

a Id. ibid.

b M. s. bibl. Vallic. ſig. lit. E. num. 19. pag. 26. epiſ. ſcripta fœderis leges.

7 Præcipuæ pactiones hæ fuere. Acceptæ vltro citroque iniuriæ voluntaria obliuione contritæ; condonata ac remiſſa damna: a Venetis Regi Alfonſo reſeruatus locus, ſi fœderi adſcribi vellet: comprehenſi eodem fœdere Florentini, Genuenſes, Senenſes, Sabaudus, Montisferratenſis, ac Mantuanus: Crema quæ a Venetis præſidio firmata erat, eorum permiſſa imperio, promiſſumque a Sfortia Brixienſis & Bergomenſis agrorum occupata loca ipſis reſtitutum iri; definitique vtrorumque ijdem limites, qui ante bellum deſignati erant, Abdua fluuius, tum Caronagium, Vaila, Bugnanum, Ripaalta, & Cremonenſis agri caſtra Mediolanenſis iuris futura pronuntiatum. Captiui hinc inde vinculis liberari iuſſi; denique conuentum dandam operam vt Florentinos inter atque Alfonſum & Senenſes pax redintegraretur Sancito his legibus fœdere, de quo pluribus in locis mentionem facit Æneas [c], nauatum a Pontifice ſtudium eſt, vt Alfonſum ipſum ad illud pelliceret, miſitque [d] ea ob cauſam Dominicum Capranicam Cardinalem amplisſimis fretum mandatis Neapolim, ad quem datæ ſubiectæ literæ [e].

c Aen. Syl. de Euro. c. 49. & 58. & ep. 17

d Ea. ms lib. 10.

e Lib. 18. pag. 407.

Dilecto filio noſtro Dominico tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali A. S. L. ſalutem, &c.

Conſiderantes quam ſalutare ſit bonum pacis ad ea, quæ pacem ipſam, vnitatem, & concordiam Chriſti fidelium, præſertim Regum, & principum nobis & Romanæ eccleſiæ deuotorum reſpiciunt attente intendimus; illaque indefeſſis ſtudijs ac fauoribus proſequimur opportunis. Cum igitur te tanquam pacis angelum pro danda Italiæ pace ad ciuitatem Neapolitanam noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere duxerimus tranſmittendum, nos de perſona tua, quam ſingulari prudentia, & ſcientiæ aliarumque virtutum magnitudine earum dator altiſſimus inſigniuit, ſpecialem in Domino fiduciam obtinentes, ſperanteſque tuis operationibus ſapientia plenis illa ad optatum perduci effectum, quæ alijs fortaſſe impoſſibilia viderentur, circumſpectioni tuæ de & ſuper diſcordijs & differentijs quibuſcumque inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regem, & dilectos filios nobiles viros Venetiarum ac Mediolani duces, nec non commune Florentiæ & Senæ, aut eorum oratores, noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine & auctoritate tractandi, imponendi concordandi, & concludendi pacem & ligam ſub illis capitulis, pactis & modis, conditionibus atque formis, pœnarum adiectionibus, iuramentis, iurium & bonorum obligationibus, renunciationibus, prouiſionibus, cautelis, clauſulis, ſolemnitatibus atque modis, de quibus prudentiæ tuæ videbitur; necnon alia faciendi quæcumque tibi ad firmitatem & obſeruantiam pacis & concordiæ huiuſmodi neceſſaria videbuntur, ſeu etiam opportuna, auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, &c. Quidquid enim in prædicta re pacis & ligę per circumſpectionem tuam noſtro & Eccleſiæ nomine actum aut concluſum fuerit, ratum ſemper habebimus, comprobamus per præſentes, & in futurum comprobabimus ac faciemus auxiliante Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* [*] MCCCCLV. VIII. *id. nouembris pontificatus noſtri anno* VIII.

Card. Capranica ad firmandam pacem legatus.

Ampliſſima ſibi mandata.

[*] Mcccclv

Perſunctum pro dignitate iniuncto ſibi munere Dominicum Capranicam tradit Iannozius Manettus [a], in vita Nicolai V. confectæque pacis Italicæ hiſtoriam enarrat his verbis: *Ad extremum octauo & vltima pontificatus ſui anno, cum Veneti ingentibus ac plurimis tam diuturni belli ſumptibus, vehementer premerentur, atque Franciſcus ipſe* nempe Sfortia *dux Mediolanenſis facultatibus ſuis maiorem in modum extenuaretur, ac vtrique bellicis ſumptibus vſque adeo onerarentur, atque vſque adeo exinanirentur, vt neutri magnos exercitus ſuos proprijs, vt conſueuerant, ſtipendijs alere & ſuſtentare poſſent, factum eſt, vt per interceſſionem cuiuſdam Simoneti religioſi viri nimirum Auguſtiniani, ac probitate morum & ſanctimonia vitæ admodum celebrandi, pax & concordia fruſtra Romæ tamdiu antea tractata, mirabile dictu! optatos & concupitos ſortiretur effectus: Veneti enim cum Franciſco prædicto & cum Florentinis inſcio & ignorante Alfonſo cum quo aduerſus commemoratos ſcilicet Florentinos ac Sfortiam tanquam infenſiſſimos hoſtes prius confœderati erant, acerrimis ſimultatibus penitus omiſſis, quibus in ſe inuicem diutius belligerauerant, pacem & concordiam ac confœderationem (incredibile dictu!) inierunt. Pace itaque mutua confœderatione condita, per hunc modum, vt diximus, inter ſeſe concluſa, ſex legatos ſuos clariſſimos viros duos per ſingula membra ad Alfonſum mittere conſtituerunt, quem moleſte & ægerrime hanc eorum concordiam laturum non dubitabant, quod idcirco faciebant, vt per hanc tam honorificam ac tam glorioſam legatorum ſuorum tranſmiſſionem ipſum ad eam concordiam allicerent, atque honeſtis precibus inuitarent, & benignis ſuaſionibus traducerent: delecti itaque ſex oratores Romam ad Nicolaum noſtrum iampridem magis non modo podagrarum, chiragrarum, & exterorum artriticorum dolorum morbo ægrotantem ſed lentis quoque febribus apprime contritum cum expreſſis ad ſanctitatem ſuam commiſſionibus venerant, cui cum pacem pro totius Italiæ ſalute tam pridem inter eos factam fuiſſe ſignificarent, beatitudinem ſuam ſuppliciter exhortabantur, vt prædictæ paci pro ſalute Italiæ ceu dicebant confectæ aſſentiri & adhærere dignaretur, atque eos ad Alfonſum hac dumtaxat cauſa contendentes, ſuis ſapientibus conſilijs, ſuis deuotis ſuaſionibus, ſuis varijs fauoribus adiuuaret.*

a Manett. m. s. bibl. Vat. ſign. n. 2045. in vit. Nic. V. lib. 2.

Ciuili bello Italia diu vexata ſuccenſetur.

Ignaro Alfonſo Veneti cū duce Mediol. & Florentinis fœdus ineunt.

At Nicolaus oratoribus benigne auditis cum ipſos inter ſeſe pacem & confœderationem iniuiſſe cognouiſſet, & ad proſequendum vlterius totis animis inclinatos eſſe conſpiceret, atque ſeſe malignitate morbi in dies vehementius oneratum oppreſſumque in coniectura auguraretur, prudentiſſime ſimul atque gratiſſime in hunc modum reſpondiſſe fertur, pacem namque ſibi ſemper placuiſſe inquit, pro qua componenda multos ſe labores ſuſcepiſſe ac toleraſſe teſtatus eſt. Concordiam deinde ſimul cum confœde-

Nicolai ad oratores reſponſum.

Digitized by Google

fœderatione inter eos iunctam pluribus elegantibus verbis laudauit, atque ſibi ipſis ad Alfonſum eadem cauſa contendentibus perſuaſionibus, uti ab eis poſtulabatur, fauere opitularique ſignificauit, & vt omnis diſputatio e medio tolleretur, atque certa & indubitata pax, cum Alfonſo Rege conficeretur, Cardinalem quendam præclariſſimum ac prudentiſſimum dominum, & multa quoque ſæcularium rerum experientia exercitatum legatum, vt dicitur de latere, vna ſecum mittere ſubiunxit, atque talia ſtricta mandata ei ſe daturum confirmauit, vt tota effectibus & operibus penitus & omnino adimplenda eſſe non dubitaret. Ad extremum vt mentem, inquit, noſtram ad pacem Italiæ ſemper inclinatiſſimam fuiſſe & extitiſſe intelligatis, non modo omnibus poſtulationibus veſtris & de adhæſione noſtra & de exhortationibus erga Alfonſum per nos faciendis, libenter aſſentimur, ſed legatum etiam de latere, vt efficacius & copioſius opitulemur, ad eum mittere conſtituimus quando, nequaquam poſtulabitis, vt Chriſtiani principes, reſpublica, & populi plura in hoc veſtro generalis pacis deſiderio, quod itidem noſtrum abundantius eſſe ac videri volumus, quam ſeparata & coniuncta totius confœderationis veſtræ membra hactenus poſtulauerint, facta fuiſſe intelligant, planeque cognoſcant hoc Nicolai Pontificis noſtri ſapientiſſimum & efficaciſſimum reſponſum quam gratum quam acceptum prædictis oratoribus fuerit, non ſatis dici explicariue poteſt, præſertim quando Dominicum tit. S. Crucis presbyterum Cardinalem dominum Firmanum prudentiſſimum & optimum virum & magnæ apud omnes mundi principes auctoritatis, ac ardentem inſuper pacis amatorem viuæ vocis oraculo pronuntiatum atque ad id ſanctum opus peragendum deſignatum deſtinatumque acceperunt. Oratores itaque vna cum legato Neapolim contendentes, poſt longam quandam & diuturnam præteritarum contentionum agitationem, tandem per efficacem & admirabilem prædicti legati interceſſionem pacem & concordiam præter ſpem omnium mirabiliter concluſerunt, qua quidem compoſita, ac concluſa oratores vna cum legato ad Nicolaum noſtrum iam morborum grauitate vehementius oppreſſum læti & alacres rediere, quos in conſpectu ſuo aſſiſtentes magnis ac dignis laudibus ſua illa & ſingulari & præcipua elegantia plurimum exornauit. Oratores igitur pace facta & pontificijs quoque laudibus ornati, & inſuper nonnullis perſonarum priuilegijs honeſtati maximo cum gaudio quiſque in patriam ſuam remearunt. Hæc proximo anno perfecta videbimus.

Accedit eorum fœderi.

Vrget Alfonſum, vt illud admittat.

Res feliciter confecta.

Nunc cauſam, quæ bello ſacro in Turcas gerēdo plurimum oberat, percurramus: illam attigit Æneas Syluius de Hiſpanis locutus, ipſos nimirū Granatēſi implicitos bello, quod iam ſæpius a nobis indicatum eſt: quamquam Alfonſus Luſitaniæ Rex claſſem ingentem inſtruxit [a] contra Turcas, eamque proculdubio, ni noua diſcordia res Italicas confudiſſet, deduci iuſſiſſet. Cuius Regis eximium in ſedem Apoſtolicam ſtudium cum exploratum haberet Pontifex, ei vt rei Chriſtianæ defenſori ſacrum roſæ aureæ munus cum hiſce literis [b] tranſmiſit,

Luſitanus in Turcas bellum ſacrum meditatus.

a Marian. lib. 22. cap. 17.
b Lib. 44. pag. 263.

Alfonſo Portugalliæ & Algarbij Regi illuſtri.

Conſiderantes præclara opera tua, & ſingularem in nos & Romanam eccleſiam fidem & deuotionem tuam, ac tenentes pro certo, quod in ſingulis tibi poſſibilibus te pugilem pro noſtro & ipſius Eccleſiæ ſtatu defenſorem præſtabis, quemadmodum hactenus ſemper indefeſſo ſtudio præſtitiſti, ſerenitatem tuam elegimus ex multis, cui roſam præſentis quadrageſimæ mitteremus, deſtinantes illam tibi per venerabilem fratrem epiſcopū Portugalenſem referendarium noſtrum præſentium exhibitorem, vt penes te conſerues cum debito honore tanquam pignus noſtræ in te charitatis, & tuæ erga nos deuotionis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLIV. id. aprilis pontificatus noſtri anno VIII.*

Roſa aurea ad eum a Pont. miſſa.

8 Et ſane optime erat meritus de Eccleſia Alfonſus in propaganda fide in Africa, iterque moliebatur ad Indias, ſingulis enim annis parata claſſe, Africæ oras, quas perluit Oceanus, luſtrari iubebat, eaſque ſuo adiungebat imperio, accepta vt vidimus a Pontifice poteſtate. De qua felici Chriſtianæ religionis in oris incognitis propagatione extant hæ Nicolai literæ proximo ineunte anno exaratæ.

Africæ littora a Luſitanis perluſtrata.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper non ſine ingenti gaudio & noſtræ mentis lætitia ad noſtrum peruenit auditum, quod dilectus filius nobilis vir Henricus infans Portugalliæ chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alfonſi Portugalliæ & Algarbij regnorum Regis illuſtris, paternis inhærens veſtigijs claræ memoriæ Ioannis dictorum regnorum Regis eius genitoris, ac zelo ſalutis animarum & fidei ardore plurimum ſuccenſus, tanquam catholicus & verus omnium creatoris Chriſti miles, ipſiuſque fidei acerrimus ac fortiſſimus defenſor & intrepidus pugil, eiuſdem creatoris glorioſiſſimum nomen per vniuerſum terrarum orbem etiam in remotiſſimis & incognitis locis diuulgare, extolli, & venerari, nec non illius, ac viuificæ, qua redempti ſumus, crucis inimicos, perfidos Saracenos videlicet, ac quoſcumque alios infideles ad ipſius fidei gremium reduci ab eius ineunte ætate totis aſpirans viribus, poſt Ceptenſem ciuitatem in Africa conſiſtentem & per dictum Ioannem Regem eius ſubactam dominio, & poſt multa per ipſum infantem, nomine tamen dicti Regis, contra hoſtes & infideles prædictos, quam etiam in propria perſona, non abſque maximis laboribus & expenſis, ac rerum & perſonarum periculis & iactura, plurimorumque naturalium ſuorum recte geſta bella, nec tot tantiſque laboribus, periculis, & damnis fractus neque attritus, ſed ad huiuſmodi laudabilis & pij propoſiti ſui proſecutionem in dies magis atque magis exardeſcens, in Oceano mari quaſdam ſolitarias inſulas fidelibus populauit, ac fundari & conſtrui inibi fecit eccleſias & alia loca pia, in quibus diuina celebrantur officia. Ex dicti quoque infantis laudabilis opera & induſtria quamplures diuerſarum in dicto mari exiſtentium inſularum incolæ ſeu habitatores ad veri Dei cognitionem venientes, ſacrum baptiſma ſuſceperunt, ad ipſius Dei laudem & gloriam, ac Chriſtianorum animarum ſalutem, orthodoxæ quoque fidei propagationem, & diuini cultus augmentum.

Henrici pro ipſo amplificanda fide facinora.

Deteſtæ ab eo inſulæ & barbari Chriſti fide exculti.

Præterea cum olim ad ipſius infantis perueniſſet notitiam, quod nunquam, vel ſaltem a memoria hominum non conſueuiſſet per huiuſmodi Oceanum mare verſus meridionales & orientales plagas nauigari, illudque nobis occiduis adeo foret incognitum, vt nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberemus, credens ſe maximum in hoc Deo præſtare obſequium, ſi eius opera & induſtria mare ipſum vſque ad Indos, qui Chriſti nomen colere dicuntur, nauigabile fieret, ſicque cum eis participare, & illos in Chriſtianorum auxilium aduerſus Saracenos & alios huiuſmodi fidei hoſtes commouere poſſet, ac nonnullos gentiles ſeu paganos nefandiſſimi Machometi ſecta minime infectos populos ibi in me-

Quæſita ad Indos immenſis laboribus via.

ſtio exiſtentes continuo debellare, eiſque incognitum ſauctiſſimum Chriſti nomen prædicare ac facere prædicari, regia tamen ſemper auctoritate munitos, a vigintiquinque annis citra, exercitum ex dictorum regnorum gentibus maximis cum laboribus, periculis, & expenſis in velociſſimis nauibus carauallis nuncupatis ad conquirendum mare & prouincias maritimas verſus meridionales partes & polum antarcticum annis ſingulis fere mittere non ceſſauit, ſicque factum eſt, vt cum naues huiuſmodi quamplures portus, inſulas, & maria perluſtraſſent & occupaſſent, ad Ghineam prouinciam tandem peruenerunt, occupatiſque nonnullis inſulis, partibus, ac mari eidem prouinciæ & adiacentibus, vlterius nauigantes ad oſtium cuiuſdam magni fluminis Nili communiter reputati peruenerunt, (ingens illud flumen non fuiſſe Nilum, ſed Nigrum poſtea compertum eſt) & contra illarum partium populos nomine ipſorum Alfonſi Regis & infantis per aliquos annos guerra habita extitit, & illi quamplures inibi vicinæ inſulæ debellatæ, ac pacifice poſſeſſæ fuerunt, prout adhuc cum adiacenti mari poſſidentur. Exinde quoque multi Ghinei & alij Nigri ſex capti, quædam etiam non prohibitarum rerum permutatione, ſeu alio legitimo contractu emptionis ad dictum ſunt Regem tranſmiſſi, quorum inibi in copioſo numero ad catholicam fidem conuerſi extiterunt, ſperaturque diuina fauente clementia quod ſi huiuſmodi cum eis continuetur progreſſus, vel populi ipſi ad fidem conuertentur, vel ſaltem multi ex eis ex nunc Chriſto lucrifient.

Singulis annis naues ad ignotas oras conquirendas miſſæ.

Comperta Guinea.

Nigritarum ad Chriſtum conuerſionis exordia.

9 Cum autem, ſicut accepimus, Rex & infans præfati, qui cum tot tantiſque periculis, laboribus, & expenſis, nec non perditione naturalium, regnorum huiuſmodi, quorum inibi quamplures perierunt, ipſorum naturalium dumtaxat freti auxilio, prouincias illas perluſtrari fecerunt, ac portus, inſulas, & maria huiuſmodi acquiſiuerunt & poſſederunt, vt præfertur, vt illorum veri domini, timentes ne aliqui cupiditate ducti ad partes illas nauigarent, & operis huiuſmodi perfectionem, fructum, & laudem ſibi vſurpare vel ſaltem impedire cupientes, propterea ſeu lucrando, aut malitia ferrum, arma, lignamina, aliaſque res & bona ad infideles deferri prohibita portarent, vel tranſmitterent, aut ipſos infideles nauigandi modum docerent, propter quæ eis hoſtes fortiores, ac duriores fierent, & huiuſmodi proſecutio vel impediretur, vel forſitan penitus ceſſaret, non abſque offenſa magna Dei, & ingenti totius Chriſtianitatis opprobrio; ad obuiandum præmiſſis, ac pro ſuorum iuris & poſſeſſionis conſeruatione ſub certis, tunc expreſſis, grauiſſimis pœnis prohibuerunt & generaliter ſtatuerunt, quod nullus niſi cum ſuis nautis ac nauibus, & certi tributi ſolutione, obtentaque de prius deſuper expreſſa ab eodem Rege vel infante licentia, ad dictas prouincias nauigare, aut in earum portubus contractare, ſeu in mari piſcari præſumeret, tamen ſucceſſu temporis euenire poſſet quod aliorum regnorum ſeu nationum perſonæ inuidia, malitia, aut cupiditate ducti contra prohibitionem prædictam abſque licentia & tributi ſolutione huiuſmodi ad dictas prouincias accedere, & in ſic acquiſitis prouincijs, portibus, & inſulis ac mari nauigare, contractare, & piſcari præſumerent, & exinde inter Alfonſum Regem ac infantem, qui nullatenus ſe in ijs ſic deludi paterentur, & præſumentes prædictos quamplura odia, rancores, diſſenſiones, guerræ, & ſcandala in maximam Dei offenſam & animarum periculum veriſimiliter ſubſequi poſſent, & ſubſequerentur, nos præmiſſa omnia & ſingula debita meditatione penſantes, & attendentes quod cum olim præfato Alfonſo Regi quoſcumque Saracenos ac paganos alioſque Chriſti inimicos vbicumque conſtitutos, ac regna, ducatus, principatus, dominia, poſſeſſiones, & mobilia & immobilia bona quæcumque per eos detenta ac poſſeſſa inuadendi, conquirendi, expugnandi, debellandi, & ſubiugandi, illorumque perſonas in perpetuam ſeruitutem redigendi, ac regna, ducatus, comitatus, principatus, dominia, poſſeſſiones, & bona ſibi & ſucceſſoribus ſuis applicandi, appropriandi, ac in ſuos, ſucceſſorumque ſuorum vſus, & vtilitatem conuertendi alijs noſtris literis plenam & liberam inter cætera conceſſimus facultatem, dictæ facultatis obtentu idem Alfonſus Rex ſeu eius auctoritate prædictus infans iuſte & legitime inſulas, terras, portus, & maria huiuſmodi acquiſiuit ac poſſedit, & poſſidet, illaque ad eundem Alfonſum Regem & ipſius ſucceſſores de iure ſpectare & pertinere, neque quiſuis alius ex Chriſti fidelibus, abſque ipſorum Alfonſi Regis & ſucceſſorum ſuorum licentia ſpeciali, de illis ſe hactenus intromittere licite potuit, nec poteſt quoquo modo, vt ipſe Alfonſus Rex eiuſque ſucceſſores & infans eo ſincerius huic tam pijſſimo ac præclaro, & omnium nunc memoratu digniſſimo operi, in quo animarum ſalus, fidei augmentum, & illius hoſtium depreſſio procuraretur, de ipſiuſque fidei ac reipublicæ vniuerſalis Eccleſiæ rem agi conſpicimus, inſiſtere valeant & inſiſtant, quos ſublatis quibuſuis diſpendijs amplioribus ſeu per nos & ſedem Apoſtolicam fauoribus & gratijs munitos fore conſpexerint, de præmiſſis omnibus & ſingulis pleniſſime informati, motu proprio, non ad ipſorum Alfonſi Regis & infantis vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, maturaque prius deſuper deliberatione præhabita auctoritate apoſtolica & ex certa ſcientia de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine literas facultatis præfatas, quarum tenores de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus pro inſertis, cum omnibus vel ſingulis in eis contentis clauſulis ad Ceptenſem & prædicta & quæcumque alia, etiam ante datam dictarum facultatem literarum acquiſita, & ea, quæ in poſterum nomine dictorum Alfonſi Regis ſuorumque ſucceſſorum & infantis in ipſis ac illis concedimus, & vlterioribus ac remotioribus partibus de infidelium ſeu paganorum manibus acquiri poterunt, prouincias, inſulas, portus, & maria, & quæcumque extendi & illa ſub eiuſdem facultatis literis contineri, prælibatis, ipſarumque facultates & præſentium literarum vigore iam acquiſita, & quæ in futurum acquiri contigerint, poſtquam acquiſita fuerint, ad prætatum Regem & ſucceſſores ſuos ac infantem ipſamque conqueſtam, quam a capitibus de Bonador & de Nam vſque per totam Ghineam videlicet verſus illam meridionalem plagam extendi, harum ſerie declaramus, etiam ad ipſos Alfonſum Regem prædeceſſores ſuos ac infantem & non ad aliquos alios ſpectaſſe & pertinuiſſe, ac in perpetuum ſpectare & pertinere iure, nec non Alfonſum Regem & ſucceſſores ſuos ac infantem prædictos in illis & circa ea quæcumque prohibitiones, ſtatuta, & mandata, etiam pœnalia & cum cuiuſuis tributi impoſitione facere, & de ipſis, vt de rebus proprijs & alijs ipſorum dominijs diſponere & ordinare potuiſſe, ac interim & in futurum poſſe libere & licite tenore præſentium decernimus & declaramus; ac pro potioris iuris & cautelæ ſuffragio iam acqui-

Luſitanor. politica arma externi ad oras incognitas inuehi vetantur.

Alfonſo Regi barbarica regna ſubijciendi poteſtas data.

Confirmata a Nicolao.

Ghineæ imperium eidem conceſſum.

Digitized by Google

quiſita, & quæ in poſterum acquiri contigerit prouincias, inſulas, portus, loca, & maria quæcumque, quotieſcumque, & qualiacumque fuerint ipſamque conqueſtam a capitibus de Boradoc & de Nam prædictis Alfonſo Regi ac ſucceſſoribus ſuis Regibus dictorum regnorum ac infanti præfatis perpetuo donamus, concedimus, & appropriamus per præſentes, &c. [Vtat tela, ferrum, & alia huiuſmodi ad offendendum vel defendendum idonea infidelium terris inferri.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIV. *v. id. ianuarij pontificatus noſtri anno* VII.

10 Iam Luſitani ad promontorium Bonæſpei, quod vltra æquatorem triginta quinque gradibus excurrit in meridiem, progreſſi erant, cum Ioannes Rex Caſtellæ [a] moleſte ferens a Luſitano in Africa proferri imperium, barbaroſque illi ſubijci, miſſo Ioanne Guſmanio oratore minas intentauit Luſitano, adducturum in Luſitaniam exercitum, ni conſilium ſubigendæ Africæ, cuius expugnationem ſibi reſeruatam contendebat, abijceret. Plena erat odij & faſtus legatio, Caſtellanum qui pellendis Granatenſibus par non eſſet, pati non poſſe Afros a Luſitanis debellari; cum præcipue tot alia regna vaſtiſſima, & quidem propinquiora, barbarorum eſſent, ad quæ debellanda ipſe ac ſucceſſores militarem virtutem exercere poſſent: Alfonſus tamen mite reſponſum legato Caſtellano dedit, nihil a ſe præter rationem tentatum, neque Ioannem Regem ad arma venturum, ſi vellet iudicio & æquitate litem dirimi. At eam diremit eiuſdem Ioannis mors, qui obijt [b] Valliſoleti vigeſima iulij die huius anni ſacramentis rite munitus. Succeſſit [c] ei Henricus filius, inque publicis regni ordinum cœtibus regia ornamenta accepit; ac tum a Regina Aragonum, quæ ampliſſimis a viro & ſororio Nauarræ Regibus mandatis inſtructa venerat, de pace inter Aragones & Caſtellanos cōciliāda agitari cœptum eſt, demumque ijs legibus pacta, vt Ioannes Rex Nauarræ, & Carolus eius filius, tum Henricus alterius Henrici Aragoniæ aulæ principis natus omnibus iuribus vel dignitatum gradibus, quæ in Caſtella ſibi arrogabant, cederent: a Caſtellano vero Rege certa auri vis in annos ſingulos ijs conſtituta: tum proceres Regis Nauarræi ſigna ſecuti patriæ boniſque reſtituti.

Agitatum [d] deinde de pace inter Carolum Vianæ principem eiuſque patrem Ioannem Regem Nauarræ redintegranda, irrito tamen ſucceſſu: fuerunt hæ funeſti & diuturni belli, quod Bellomontiorum & Agramontiorum infauſtæ factiones magis accenderunt, cauſæ [e]. Acceperat Ioannes genere Aragonius Nauarræum ſceptrum beneficio Blanchæ vxoris Reginæ, qua defuncta cum ſecundas celebraſſet nuptias, Carolus Vianæ princeps ex Blancha ſuſceptus contendit iniuria maternum regnum a patre obtineri, ac iure in ſe transfuſum, præcipue cum nouerca inducta eſſet, quæ trāsfundendi in filium regni cupidine priuignum perditura eſſet; efferebant illius partes Bellomontij auctoritate & opibus florentiſſimi, tum externi Reges, Francorum nimirum & Caſtellæ fœderati. At Ioannem ſequebantur Agramontij; nec leui præſidio erant Aragonij, tum in eum pars maxima populorum ſtudio prona erat; quare grauiſſimum accenſum [f] bellum, ac miſere Nauarra a patre filioque diſſentientibus pluribus annis attrita eſt.

11 In ſeptentrione grauibus æque diſſenſionibus vexabatur Chriſtiana reſpublica, cum enim Sueci Carolum ſibi Regem præfeciſſent, violato veteri decreto, quo cautum erat Danos, Suecos, ac Noruuegios ad creandum vnicum Regem mutuo fœdere conſpiraturos, Chriſtiernus a Danis & Noruuegis ad ſolium vocatus Sueciam reliquis regnis coniungere affectabat: ſed cum Noruuegiam etiam ei eriperet Carolus, inſtructa claſſe ad vindicandum id regnum ex Sueci poteſtate ſe comparabat; cum a Friderico Cæſare rogatus, vt ad Turcarum reprimendam tyrannidem & Conſtantinopolim recuperandam arma verteret, reſcripſit [a] nihil optatius poſſe contingere, quam ſi ſub cæſareis ſignis in barbaros exercitum pro fide tuenda educeret; ob regni autem turbas votis ſe potirī non poſſe.

Grauiſſimi etiam tunc motus rei Chriſtianæ admodum exitiales excitati erant in Pruſſia [b], vbi populi intolerabilis, qua ab equitibus Theutonicis opprimebantur, ſeruitutis pertæſi, Caſimirum Poloniæ Regem ſibi præfecere: qui repetendi veteris iuris percupidus, contracto exercitu, in Pruſſiamque profectus, populos ſacramento fidei ſibi aſtrinxit, & equitum arces vexare cœpit; cumque Conitiū obſideret, Rudolphus Sagoriæ princeps, ſeptem millibus militum lectiſſimis inſtructus eum adortus eſt, quamuis Caſimirus duodeviginti millia Polonorum ſub ſignis numeraret: in quo prælio Rudolphus quidem occubuit, Caſimirus vero ingenti clade accepta equo deiectus atque in fugam actus eſt [c]. Cuius eluendæ ignominiæ cupidus, bellum redintegraturus ad ſoluenda militi ſtipendia ab eccleſijs Gneſnenſi, Vvladiſlauenſi, & Poſnanienſi calices, & aliam pretioſam ſacram ſupellectilem extorſit [d]. Quod facinus abominatus Thomas epiſcopus Cracouienſis ſumma conſtantia exactores repulit. Porro Caſimirum ab eo bello auocare, atq; ad Turcicum ſuſcipiendū impellere conati ſunt [e] Pontifex, Imperator, electores principes, Philippus Burgundiæ, ac Ludouicus Bauariæ duces, quorum legati ex Ratiſponenſi conuentu, de quo meminimus, ipſum adiere; at incaſſum miſſæ preces. Cæterum Pontifex Nicolaum e Cuſa tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem ad Pruſſiæ res componendas eo legauit; de quo munere ipſi iniuncto datæ ſunt hæ literæ [f].

Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Nicolao tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Intra pectoris noſtri arcana, exacta meditatione reuoluentes guerrarum diſſidia, inter dilectos filios magiſtrum, & fratres Hoſpitalis B. Mariæ Theutonicorum Ieroſolymitanorum ex vna, ac communitates, & nobiles partium Pruſſiæ ex altera partibus, diabolica ſuggeſtione ſuborta, ex quibus, proh dolor! depopulationes terrarum & caſtrorum, aliæque calamitates variæ ſucceſſerunt, & niſi vlterioribus illatum ſalubriter progreſſibus obuietur, deteriora prodire poterunt in futurum, ad pacem inter magiſtrum & fratres, ac communitates, & nobiles prædictos felicem componendam, toto mentis deſiderio feruentius intenti, cogitationes non ceſſauimus diffundere ſingulares. Et quia pro noſtro in ijs exequendis deſiderio ad partes illas præſentiam noſtram conferre non valemus, leuantes incircuitu oculos noſtræ mentis, ad perſonam tuam, in cuius deſiderijs geritur pacificare diſcordes, & errantes in viam ducere veritatis, & quam omnium largitor gratiarum ſingularibus donis præueniens, ſcientiæ magnitudine, induſtriæ caritate, & conſilij maturitate multipliciter decorauit, noſtræ deliberationis conieciimus intuitum, & vna cum venerabili-

Margin notes:

a Marian. lib. 22. cap. 14. Caſtellæ Rex in eū inuidia percitus.

Sua morte controuerſiam dirimit.

b Id. eod. cap.

c Id. cap. 15. Henricus filius ſceptris ſuccedit.

Reſtituta inter Aragonios & Caſtellanos pax.

d Sup. cap. 15. Funeſta in Nauarra inter patrem & filium de regno diſſenſio.

e Id. c. 11. & Garibai l. 27. cap. 48.

f Garibai lib. 28. cap. 23. & 25. Dani & Sueci ciuili bello impliciti.

a Extant apud Aen. Silu. epiſt. 128.

Grauiſs. in Pruſſia diſcordiæ.

b Aen. in Europ. cap. 29. Michou. l. 4. cap. 60 Chromer. lib. 22. cap. 23. Krantz. Vandal. lib. 12. c. 17. & 20

Adiicitur a Pruthenis in principē Rex Poloniæ.

Inſatus e Pruſſis cruētō prælio.

c Aen. Silu. ſup. c. 29.

Eccleſiaſticas opes inuadit.

d Mich. ſup. cap. 60.

Sollicitatus aduerſus arma in Turca.

e Chromer lib. 23.

f Nicol. lib. 17. pag. 476.

Pontificis pro ſopiendo eo bello cura.

bus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, de ruis meritis & operibus puriſſimis in omnium Saluatore plenam fiduciam obtinentes, quod in his per tuæ prouidentiæ ac ſolicitudinis ſtudium, deſiderij noſtri affectus ad felicem, dante Domino, deduces effectum, te de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, legatum de latere ad Pruſſiæ partes huiuſmodi, cum plenaria poteſtate, auctoritate apoſtolica tenore præſentium conſtituimus, & etiam deputamus, vt quæ pacis, & concordiæ ſine inter diſſidentes prædictos promoueas, tractes, ſtatuas, componas, conſolides, & confirmes, & ſingula, quæ circa eam pacem neceſſaria ſunt, auctoritate noſtra, prout expedire proſpexeris, iuxta datam tibi a Deo prudentiam, ſalubriter exequatis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIV. *kal. ſeptemb. pont. noſtri anno* VIII.

Card. e Cuſa legatus in Pruſſiam

12 Profectus in Pruſſiam legatus, cognita cauſa, Prutenorum fœdera damnauit, eoſq; propoſito anathemate equitum Cruciferorum imperium ſubire iuſſit a, cum illi prouinciam ab infidelium manibus vindicaſſent. Sed eius mandata inter bellicos fragores a Pruthenis non audita fuere. Extractum itaque bellum eſt in plures annos ſummo rei Chriſtianæ detrimento: quæ ita admodum afflicta iacuit, vt præuiderat Æneas b Siluius; & Turcæ latius graſſati ſunt: quorum tyrannidem veritus Georgius deſpota Raſciæ, in Hungariam profugus abijt c auxilia a Ladislao Rege flagitaturus. Quam calamitatem ille prodita Chriſti cauſa ex nimio in Amuratem generum ſtudio ſibimet, quem ille acceſſiuit ad catholicum ritum pellicere, habito cum eo de religione colloquio, conatus eſt: cumq; ipſum vrgeret argumentis & rationibus ad ſchiſma damnandum, reſpondit mutandi ritus tempus importunum videri, cum nonaginta annos in eo traduxiſſet, ne qui apud ſuos ſapientis exiſtimationem pluribus annis ſibi peperiſſet, in extrema ætate deſipuiſſe crederetur; quod antea ex Marino Barletio indicatum eſt d:

Prutenorum fœdera damnata.

a Aen. ſup. cap. 29.

Extractum in plures annos bellum.

b Aen. Silu. ep. 127.

c Id. de Eur. c. 4. Hieron. Beck in ann. Turc. Chalc. n. dv. & alii.

Georgius Raſciæ deſpota inane ſchiſma ſalutis præfert.

d Ann. 1444. n. 6.

e Lib. 45. pag. 50.

Addimus ad huius anni calcem Latini Cardinalis Vrſini olim Oſtienſis epiſcopi A.S.L. ſanctionem, quam ad mulierum luxum caſtigandum tulit, quamq; his verbis refert Nicolaus Papa e.

Venerabili fratri Fantino epiſcopo Paduano.

Dudum bonæ memoriæ Latinus epiſcopus Oſtienſis in partibus illis nempe in Gallia Ciſalpina dictæ ſedis legatus de latere ex certis rationabilibus tunc expreſſis per eum cauſis motus, auctoritate legationis ſuæ inter alia ſtatuit & ordinauit, ac diſtricte præcepit, ne in ciuitatibus & alijs locis ſuæ legationis, de quibus inter alia ciuitas Paduana tunc extitit, aliqua mulierum, quæ duodecimum ſuæ ætatis annum tranſcenderet, in veſte, quæ ab anteriori parte aperta foret, per ciuitatem Paduanam procedere vel veſtimenta per humum defluentia vltra vnum aut ab humero clamidis dependentem plicaturam vltra duas palmas deferre præſumeret; quodque mulieres nuptæ, quæ decimum octauum dictæ ætatis annum attingerent, ex quo per annum in cõiugio fuiſſent, omnes in publico capitibus velatis incederent, nec eædem mulieres veſtes ex diuerſis pannis artificioſe conſutas in publico deferrent: mulieres vero quæ dicto modo conſutas tunc habere noſcebantur, eaſdem minime abijcere coegit, ſed ne illas poſt per eum præfixum terminum deferrent, diſtrictius inhibuit, & contra facientes, ſiue ſtatuta & ordinationes huiuſmodi contemnentes, omnium indulgentiarum priuilegijs, quæ in eccleſijs vel prædicationum ipſius legati vel aliorum prælatorum auctoritatibus tunc hactenus conceſſa fuerant, ſeu in poſterum concederentur, nec non omnium ſacramentorum eccleſiaſticorum participatione priuauit; & ſi ad pœnitentiã venirẽt ab hoc vel alijs peccatis ſuis nullatenus abſoluerentur, niſi coram Deo & ſacerdote confeſſore promitterent, ſe ſtatutum & ordinationem prædicta de cætero obſeruaturas: quodque ſi quis ſacerdotum ſæcularis vel religioſus eis quę in præmiſſis offenderent ante ſatisfactionem condignam aliquod ſacramentum eccleſiaſticum niſi in mortis articulo conſtitutis miniſtrare præſumerent, ab officio & beneficio pariter per vnum menſem foret ſuſpenſus: & ſi quis in præmiſſis vel circa ea notabiliter forte delinqueret, illum poteſtate audiendi confeſſiones perpetuo decreuit eſſe priuandum, &c. [Obſoleuit ea conſtitutio, nec vllus animarum fructus ſecutus eſt, cum leues mulierculæ luxum abijcere detrectarent. Monitus itaque Nicolaus V. inde creari animabus periculum, epiſcopo Patauino prouinciam dedit, vt ſi nullius vtilitatis ratio ſubeſſet, eam conſtitutionem auctoritate apoſtolica reſcinderet.] *Dat. anno* MCCCCLIV. III. *kal. aprilis pont. noſtri anno* VIII.

Latini Card. conſtitutio ad coercendum muliebrem luxum.

Inuenta præuaricatoribus pœna eccleſiaſtica.

Soluta ob muliebrem pertinaciã.

IESV CHRISTI
Annus 1455.

CALLISTI PP. III. FRIDERICI III. ROM. REGIS annus 1. 16.

1 ANno humanæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto indictione III. Germani principes (inter quos Iacobus archiepiſcopus Treuerenſis & Albertus Marchio Brandeburgenſis eminebant dignitate) vti fuerat in conuentu Francofurtenſi conſtitutum, Imperatorem ad expedienda de bello ſacro conſilia apud Nouamciuitatem in Auſtria adierunt a; affuere & ex Hungaria plures præſules, proceresque auxilia petituri: ex Italia acceſſere Ioannes epiſcopus Tuinenſis legatus apoſtolicus, & Michael Pitius Alfonſi Aragonum & Siciliæ Regis orator, tum B. Ioannes e Capiſtrano, qui diuino inflammatus ſtudio vniuerſos accendere & concitare in Turcas annitebatur; quæ accurate narrat Gobelinus. Coactos poſtea alios conuentus in Nouaciuitate coram Friderico Cæſare refertur in epiſtola ab Ænea Syluio ſcripta b ad Cardinalem S. Angeli, vbi de inani gradu potius, quam de bello gerendo in Turcas diſceptatum queritur; ſic inquiens: *In Nouaciuitate anno* MCULV. *in conuentu coram Cæſare cum principes & legati, qui aderant ad rem inchoandam, vocarentur, primum contentio orta eſt de præſidentia. Treuerenſis archiepiſcopus primum a dextris Cæſaris locum volebat, & poſt eum alij electorum legati; epiſcopus Papæ legatus primum locum ſibi deberi aiebat, & orator Alphonſi Regis ſupra oratores electorum: Ibi commemoratum eſt in curia Romana debitum honorem non eſſe Germanis datum, quando & vicecancellarius ante Romanorum Regem ſedere ſit vſus, & Regi Hungariæ, cui inter Reges quartus eſt locus, ſit locus inter vltimos Cardinales datus, & ipſi electores nequaquam inter Cardinales accepti.* Et infra: *Bohemi & Hungari in dies expectabantur. Orator Alfonſi Regis aſſeruit Regem ſuum ad id bellum promptiſſimum eſſe, iamque claſſem habere paratam. Treuerenſis & aliorum oratores ſe plenius conſulturos, & demum ea facturos, quæ veros Chriſtianos decerent, affirmarunt. Burgundi quod alias promiſerunt, ducem ſcilicet ſuum in propria perſona pro Chriſto militaturum. Ciuitatum poſtea legati admiſſi omnia ſe facturos promiſere, & numero* XXIV. *fuere, & pro alijs quoque mandatum habuerunt: ſed cum obitus*

a Gobelin. in comm. Pij II. l. I.

Conuentus in Auſtria pro gerendo bello ſacro.

b Epiſt. 43 ad Card. S. Angeli ext. in arch. Vatic.

De honoris Germanorum loco certatum.

Extractio expeditio in ſequentem annum.

Pon-

Pontificis Nicolai nunciatus eſt, hæc expeditio ad ſequentem annum delata eſt.

Inſtructi a Burgundo apparatus.

Inter cæteros porro principes pium ardorem explicuit Philippus Burgundiæ dux, qui fortiſſimum exercitum ſacro crucis ſymbolo inſignitum ducere in hoſtes fidei parabat: cui ſingulæ vrbes eius ſubiectæ imperio certam auri vim ad bellicos ſumptus pendere erant pollicitæ: & ille viciſſim, vt refert Meyerus [a], ſpoponderat eam ſe in alios vſus non deriuaturum, neque accepturum niſi expeditionem conficeret. Imperarat præterea ad id Pontifex [b] clero ipſius ditioni obnoxio ſubſidiarias decumas, tum ſactarum indulgentiarũ præmia illis propoſuerat [c], qui vel religioſam militiam profiterentur, vel ſua impenſa militem armis egregie munitum tenerent in exercitu: in quo ad diuinum præſidium comparandum Tullenſem & Attrebatenſem epiſcopos legatos e latere creauit [d], ac Philippo duci hærere, adeſſeque conſilio iuſſit.

a Meyerus in Philipp Burgund. b Nicol. lib. 18. pag. 196. c Ibid. pag 194. d Ibid. pag 45.

Decreti legati Apoſtolici.

Venerabilibus fratribus Guillelmo Tullenſi & Ioanni Attrebatenſi epiſcopis ſalutem, &c.

2 Dũ onus vniuerſalis gregis dominici ſuperna diſpoſitione nobis iniunctum attendimus, & noſtrũ proſpicimus imperfectum, videntes quod nequimus circa ſingula, per nos ſoluere debitum apoſtolicæ ſeruitutis, nonnunquam viros pontificali dignitate præditos, ſanctimonia & ſcientiæ fulgore præclaros, in quibus feruor orthodoxæ fidei, ac timor Domini ſanctus permanet, in partem noſtræ ſolicitudinis aſſumimus vt, ipſis vices noſtras ſupplentibus, ex eorum cooperatione laudabili alleuiantes noſtri oneris grauitatem, miniſterium nobis commiſſum, prælertim circa ipſius fidei defenſionem, & illius acerrimi ac nefandiſſimi hoſtis Machometi Turcorum principis impugnationem, diuina fauente gratia, facilius, & efficacius exequamur.

Commendatus a Nicolao eius conſilia.

Cum itaque, ſicut plurimorum fidedigna relatione percepimus, dilectus filius nobilis vir Philippus dux Burgundiæ, veluti princeps virtutum omnium elegantia illuſtratus, ac, terra marique potentia inter alios catholicos principes ſuffultus, Chriſtianæ quoque fidei fortiſſimus athleta & intrepidus pugil, quamprimum quibuſdam alijs noſtris literis exhortatus, non modo ſe aduerſus impijſſimum hoſtem prædictum grandem armatorum exercitum, etiam cum magna nobilium multitudine in manu forti, prout ſibi gratia Altiſſimi miniſtrabit, aſſumpto crucis vexillo dirigere, ac illi tanquam murum, munimen & ſcutum ſe opponere, ipſumque pro poſſe oppugnare ſe obtulerit, ſed vt id rectius, efficaciuſque faceret, illud ſe facturum ſponte vouerit, & prope exercitum ipſum parauerit, deſideretque ſummopere, vt pro ſua & dicti exercitus maioribus deuotione, fortitudine, & gloria, ac hoſtium eorundem formidine, vnum vel plures prælatos alicuius auctoritatis viros tranſmittamus, qui in partem noſtræ ſolicitudinis euocati, noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine, præfato duci, verbo, conſilio, & opere in directione exercitus huiuſmodi aſſiſtant, & illos ex dicto exercitu, quos ad impugnationem hoſtium prædictorum prompte, vtiliter, & animoſe inſurgere conſpexerint, in hoc tam ſancto tamque laudabili opere corroborent & confirment, negligentes vero, timidos, & puſillanimes ad illud excitent & inducant, illis in præſenti commodum, laudem, & gloriam, in futuro vero ſæculo præmia felicitatis æternæ pollicendo, quorumque comitiua ſeu præſentia, tanquam angeli lucis comitantibus, ac Domino fauente, victoriam dux ipſe de prædictis hoſtibus glorioſius valeat triumphare.

Videlicet ad ſequenda illius ſigna ſolicitati.

Sperantes quod illa, quæ vobis commiſerimus, per vos, quibus, ſicut plurimorum fidedignorum teſtimonio didicimus, dedit Dominus ſapientiam & linguam etiam eruditam, vt ſciatis quando & qualiter debeatis proferre ſermonem, & in quibus vrget iudicij rectitudo, & prouidentia conſilij, ac cenſuræ rigiditas cum expedit, in proſperitate deuotio, in aduerſis fortitudo, in agendis circumſpectio ſingularis, & in arduis experientia multipliciter comprobata, ſolicite, prudenter, animoſe, & fideliter executioni mandabuntur, motu proprio vos & quemlibet veſtrum ad Europæ, & alias infidelium, ad quas & per quas tranſire, vel quas euincere ſeu debellare dictum exercitum contigerit, & etiam eundo & redeundo per quaſcumque fidelium partes exercitus ipſe tranſiuerit, in ipſo exercitu noſtros legatos miſſos cum poteſtate legati de latere, vſque ad noſtrum & dictæ ſedis beneplacitum auctoritate apoſtolica & ex certa ſcientia facimus, conſtituimus, & etiam deputamus; ac vos, & quemlibet veſtrum ad partes & exercitum huiuſmodi, tanquam angelos pacis, & nuncios veritatis deſtinamus, vt vos & quilibet veſtrum in illis pro effectuali impugnatione hoſtium prædictorum, & illarum partium a miſerabili ipſorum hoſtium ſeruitutis iugo liberatione ibidem, auctore Domino, recta gerentes & dirigentes indirecta, nec non aſpera conuertentes in plana, ſicut diligentes cultores ædificetis & plantetis, euellatis, & deſtruatis, diſſipetis & diſperdatis: prout ad confirmationem & robur fidei orthodoxæ, confuſionem hoſtium, illorum impugnationem, & liberationem prædictas expedire cognoueritis, & alias ad ea, qua ad plenæ legationis pertinent officium & ſicut vobis, & cuilibet veſtrum Dominus miniſtrabit.

Quocirca fraternitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, vobis & cuilibet veſtrum per apoſtolica ſcripta mandantes, ac in remiſſionem peccaminum iniungentes, quatenus diuina gratia, & apoſtolico fauore confiſi onus huiuſmodi, vtique ſanctum, laudabile, & meritorium deuota mente ſuſcipiatis, vos in huiuſmodi legationis exequutione taliter verbo & opere reddituri, quod ad gloriam Redemptoris noſtri, & exaltationem fidei, & hoſtium illius exterminium, laudem quoque præfati ducis, nec non animarum ſalutem, ac pacem, & tranquillitatem fidelium negotium ipſum fælices, Deo propitio, & commeritorios, conſequatur effectus, &c. [Inſtruit auctoritate legatos, vt ſacerdotia eccleſiaſticis, qui in exercitu verſati fuerint, conſerant, atque religioſos ordines admittant ſanctioris vitæ cupidos: eos qui a fide Chriſtiana defecerint, vel hæreſeos aut ſchiſmatis labe reſperſi fuerint, rite expiato crimine Eccleſiæ aggregent, cenſuras diſſoluant, infamiæ notam aboleant, crucesignatis in ea ſacra expeditione quadrageſimali tempore atque alijs diebus, quibus vetitus eſt carnium eſus (etiãſi voto obſtricti forent vt abſtinerent) carnium, ouorum, caſei, lacticiniorumque eſum permittant: recuperatis ex barbaris vrbibus imponant epiſcopos, quos iureiurando adigant Romano ſe Pontifici fidos obſequenteſque futuros; ac denique omnia ſtatuant, quæ pro augenda diuina gloria viſa fuerint.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno &c.* MCCCCLIV. VI. *id martij anno* VIII.

Ampliſſima inſtructi poteſtate.

3 Ad reprimendos eorundem Turcarum impetus

Digitized by Google

Confirmata pax Italica.

a Facius de rebus geſt. Alfon lib. 10.

b Poggius in eius vita.

tus Nicolai ſolicitudine, adhibito [a] interprete Dominico Capranica Cardinale Firmiano tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero ineunte hoc anno ictum eſt fœdus [b] inter Pontificem, Aragonum Regem Alfonſum, Florentinos, Venetos, & Franciſcum Sfortiam ducem Mediolanenſem in annos viginriquinque aduerſus omnes externos, qui vexandam bello Italiam ſuſciperent. Enituit in eo firmando fœdere Cardinalis legati virtus & induſtria, quem purioris vitæ exemplo omnibus præluxiſſe, tum frugalitate eximia, neglecto ſupellectilis luxu, quem cæteri adamarent, pietate, fide, atque innocentia ſingulari, doctrina & iuris pontificij ſcientia excelluiſſe Facius [c] refert. Is ergo Venetis, Mediolanenſibus, & Florentinis oratoribus ſtipatus Alfonſum, ægre ferentem ſe inconſulto Laudæ fœdus ſancitum, ſermone adortus, ita blandis & prudentibus verbis eum permulſit, vt & ipſe aſſenſerit. Afferunt legati orationem idẽ Facius ac Mariana [d], vtque propoſuit Regi conſulendum quieti Italiæ inteſtinis diuturniſque attritæ bellis, in quibus victor ſimilis victis videretur, quamuis non tam de ea pacanda, quam ſeruanda cogitandum foret, imminente bello, quod multis ab hinc ſæculis non eſſet auditum; nec modo de ſalute Italiæ, verum etiam totius reipublicæ Chriſtianæ agi, agique religionis cauſam: Mahometem namque, vaſtata Conſtantinopoli, oppreſſaque Græcia, inhiare Italiæ, atque in eam eruptionem meditari: ſi Italia ſibi diſcors foret, illius impetus non laturam, cum tanta ſit eius potentia, auri & argenti vis tanta, claſſium moliendarum opportunitas tanta, tantaque hominum ad bellum gerendum multitudo: clauſum iam noſtris Ægeum mare, clauſum mare Ponticum: ipſum pellexiſſe ad armorum fœdus Tartaros multitudine innumerabiles, & bellandi vſu formidandos ad Chriſtianorum oppida ad Pontum ſita opprimenda: impellere Mahometanos omnes principes ad incumbendum in religionis Chriſtianæ perniciem; tot vero impendentia mala ſola pace Alfonſique in eam conſenſione auerti aut leuari poſſe, tantum enim eſſe Italiæ in armis non.ep, vt ſola pacti publici fœderis fama inſoleſcentem victorijs hoſtem terrere poſſit: duce vero ſtrenuo ad Italicas vires in barbarum ducendas & claſſe valida opus eſſe; nullum autem aptiorem Alfonſo reperiri, qui belli ſcientiam, auctoritatem, felicitatemque ſuperioribus bellis claram coniunxerit. Additæ fuere Pontificis, Venetorum, Inſubrium, ac Florentinorum nomine preces, tandemq; peruicere, vt Alfonſus ipſe pacem amplecteretur: adduci tamen non potuit, neque a legato neque a Gotardo Genuenſium oratore, vt Genuenſes illius fœderis beneficio potirentur. Recenſentur a Facio ſingulæ illius pactiones quarum præcipuæ tantum a nobis delibandæ videntur ex publicis de ea re confectis monumentis, quæ in m. ſ. codice pergameno Vallicellano extant [e], conſignatæ hac temporis nota.

d Marian. lib. 22. c. 16.

Alfonſus leuem initque pacem oel nitus.

c Facius ibid.

Propoſita rei Chriſtianæ pericula.

Solicitatur vt bellum in Turcas ſuſcipiat.

e M. ſ. Vall. ſignat. B n. 19. pag. 34. ad 40

Quo die ſancitum fœdus.

Anno a natiuitate Domini MCCCCLV. *die vero dominica* XXVI. *menſis Ianuarij indictione* III. *pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri domini Nicolai diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ atque vniuerſalis Eccleſiæ quinti eiuſdem nominis ſummi Pontificis anno* VIII. [Interiectis nonnullis, inſertæ ſunt initi Laudæ ſuperiori anno fœderis leges, & aliquæ ex ijs temperatæ.

In primis cum fœderati ſe obſtrinxiſſent, ad ſumenda arma aduerſus eum, ſiue Italus, ſiue externus foret, qui ſocium laceſſeret, & controuerſia oboriri poſſet quis prouocatus vel prouocans exiſtimandus eſſet, cauſæ cognitio alij fœderatorum parti delata eſt. Præterea cum ad communem tutelam vires conferre decreuiſſent, & Veneti equitum octo millia, peditum quatuor, totidem alia equitum peditumque millia Mediolani dux, ac Florentini quinque millia equitum, peditum duo millia, ſuis ſumptibus ſuſtentare ex fœdere iuſſi eſſent, Alfonſus & non pauciores copias quam Veneti, vel Inſuber ſe paraturum pollicitus eſt. Cumque Genuenſes in Laudenſi fœdere comprehenſi eſſent, ſi vellent accedere, Alfonſus, vt dictum eſt, eos excluſit, profeſſus ſe non cedere iuri, quod in eos obtendebat nec ſi bellum ijs moueret, Florentinos, Mediolanenſem, & Venetos eo ſe implicaturos, vllaſue Genuenſibus ſuppetias ſubmiſſuros, quod quidem in rei Chriſtianę damnum verſum eſt: deniq; Borſio Mutinæ principi accedendi inito fœderi reſeruatus locus. Ad pontificiam vero dignitatem tuendam adiectæ hæ leges.]

De mutuis conferendis copijs actũ

Genuenſes a fœdere ab Alfonſo ma e excluſi.

Aſſcitur pacis beneficio Mutinæ

4 Item quamuis pro honore, ſtatu, pace, & tranquillitate præfati ſanctiſſimi domini noſtri, ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ, quæ cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra, quilibet fidelis Chriſtianus operari & elaborare teneatur, tamen conſiderans prælatus ſereniſſimus Rex tanquam catholicus princeps vna cum præfatis magnificis oratoribus, quod Reges & principes Chriſtiani maiore quodam ad hæc vinculo tenentur & obligantur, voluit ac promiſit pro ſe & illuſtri domino Ferdinando de Aragonia filio ſuo primogenito duce Calabriæ, & heredibus, ac ſucceſſoribus eorundem conſentientibus, & pariter promittentibus præfatis magnificis dominis oratoribus, quod præfati ſanctiſſimi domini noſtri Papæ & ſuorum ſucceſſorum canonice intrantium, ac præfatæ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ auctoritas, dignitas, præeminentia, honor, & ſtatus bona fide pro poſſe conſeruabitur & manutenebitur pacificus & tranquillus per omnes & ſingulos, in præſenti pace, confœderatione, & liga confœderatos, & colligatos & eorum quemlibet, ac de cætero colligandos, eorumque complices & ſequaces, nec aliquo quæſito colore directe vel indirecte in damnum, iacturam, præiudicium, vel dedecus eorundem, huiuſmodi pax, confœderatio, & liga intelligi aut retorqueri poſſit, vel debeat quoquo modo: quinimmo quod præfati ſanctiſſimi domini noſtri, ſuorumque ſucceſſorum, vt præfertur, canonice intrantium, ac præfatæ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ patrimonium, prouincias, ciuitates, terras, caſtra, loca, dominia, iuriſdictiones, & iura, vaſallos, feudatarios, vicarios, ac ſubditos quoſcumque, mediate vel immediate, inter * Italiam ſubiectos tueri ac defendere cum effectu ab omni impugnatione, inuaſione, moleſtatione contra quamcumque perſonam, quacumque dignitate præfulgeat, dominium, communitatem, vniuerſitatem, capitaniam, ſocietatem, vel congregationem gentium armorum quarumcumque, nec non auxilium & fauorem realiter & cum effectu, ſicut pro vno ex colligatis vel confœderatis impendere & præſtare teneantur & debeant.

Pontif. in honore conſultum.

* intra

Poſſit quoque ſanctiſſimus dominus noſter ſuique ſucceſſores legitime intrantes & canonice, vt prædicitur, omnibus & ſingulis capitulis, quæ in præſenti pace, confœderatione, & liga in fauorem & commodum cuiuſcumque confœderatorum in poſterum appoſita foret, vti, gaudereque ac pro ſe recipere & acceptare orantes & ſupplicantes omnes tam præfatus ſereniſſimus Rex, quam magni-

Admittendi accedentes fœderi data facultas Pontifici.

Digitized by Google

gnifici oratores prædicti vice & nomine illuſtris dominij Venetorum, & illuſtris domini ducis Mediolani, & etiam communitatis Florentiæ, præfato ſanctiſſimo domino noſtro, vt pro ſe & ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus, quo facilius & paratioribus animis ſingula contra infideles parare & exequi poſſint, & vt volentes perſonaliter aut per alios facultatem & potentiam ſibi a Domino datam contra inimicos crucis Chriſti ſaluatoris noſtri experiri abſque metu & ſuſpicione moleſtationis aut periculi ſuorum dominiorum ſecurius id facere queant, huiuſmodi pacem, confœderationem, & ligam cum omnibus & ſingulis præinſertis capitulis benedicere, approbare, tanquam pater omnium & dominus ac caput ingredi, inire, ac confirmare dignetur, & contra quemcumque eam infringere aut turbare volentem prouideat vna cum eligendis per dominos in præſenti pace, confœderatione, & liga confœderatos & colligatos petendi ſubſidij aut auxilij tempore in eo caſu, de quo in quodam capitulo de hoc mentionem faciente continetur, faciatque modis omnibus poſſibilibus & remedijs opportunis inuiolabiliter obſeruari, ac huiuſmodi vnitatis, pacis, charitatis, confœderationis, & ligæ, (vt præfertur, conſeruator, protector, & cuſtos eſſe dignetur.)

Nouatū a Card. Firmano operâ.

5 Addunt ſuperiores tabulæ Dominicum Cardinalem legatum ampliſſimis fretum mandatis pontificio nomine id fœdus confirmaſſe: tum a Pontifice cum numerum equitum peditumque ad communem tutelam ſuſtentatum iri pollicitū eſſe, de quo a fœderatorum oratoribus conuentum cum ipſo foret etiam tum, daturum ſe operam, vt idem Pontifex pacta, auctoritate apoſtolica communiret, atque in conflatam ſocietatem ſe conferret: vtrumque autem Nicolaus hoc diplomate cumulate præſtitit a.

a Lib. 26. ep. cur. pag. 53. & lib. diuerſ. bullar. pag. 176.

Confirmata pax a Nic.

Ad futuram rei memoriam.

Cum nuper oratores dilectorum filiorum nobilium virorum Franciſci Foſcari Venetiarum & Franciſci Sfortiæ Mediolani ducum, nec non priorum artium & vexilliferi iuſtitiæ populi & communis Florentiæ huc ad nos veniſſent, petentes vt in profectione eorum ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alfonſum Aragonum Regem illuſtrem pro pace & liga inter ſe ipſos tractanda vellemus in huiuſmodi laudabili propoſito coöperatores eſſe, & futuræ vnionis, ſi Deus ita annuiſſet, protectionem ſuſcipere; nos, conſiderantes quam vberes & Deo placentes fructus eiuſmodi miraculum pacis & ligæ in Dei populo, & maxime in hoc diuturno bello afflicta Italia, afferre poſſent, ſi finem optatum conſequeretur hoc præſertim tempore, in quo ob imminentia Chriſtianitati pericula fidelium coniunctio in primis eſt neceſſaria, miſimus ad memoratum Regem, vna cum eiſdem oratoribus dilectum filium Dominicum tit. S. Crucis in Ieruſalem presbyterum Cardinalem Firmanum tanquam angelum pacis A. S. L. de latere, cuius eximias virtutes fidem & circumſpectionem in plurimis & grauiſſimis rebus ſumus experti.

Dominicus tit. S. Crucis miſſus a Nic.

Cum itaque, diſponente Altiſſimo, cuius miſerationes ſunt ſuper omnia opera eius, hæc pax, confœderatio, & liga felicem euentum aſſecuta fuerit, ac idem legatus, habens a nobis ad hoc ſpecialem poteſtatem & facultatem præfatam, confœderationem, & ligam vice & nomine noſtro & Romanæ eccleſiæ, & ſucceſſorum noſtrorum canonice intrantium inierit, contraxerit, approbauerit, & confirmauerit, ac promiſerit quod dictam

Fœdus ab eo confirmatum.

confœderationem & ligam ratam, gratam, & acceptatam haberemus, & quod noſtris apoſtolicis patentibus literis benediceremus & confirmaremus, ac mandaremus ab omnibus firmiter obſeruari, prout in inſtrumento publico ſuper inde confecto latius continetur, nos qui capitula huiuſmodi pro ſancta pace & liga confecta, ac omnia in eis contenta diligenter conſideramus, cupientes ſalutare pacis bonum conſeruari, pariterque augeri pro imminente Chriſtianitatis neceſſitate, vt eo facilius furori Turcarum reſiſti poſſit, inſtantibus quoque ſupplicationibus huiuſmodi permoti, auctoritate apoſtolica, prædicta, ac omnia & ſingula in eis contenta, quorum omnium ac literarum & inſtrumenti prædictorum tenores hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, & ſpecifice declaratis, rata habentes & grata, illa ex certa noſtra, & venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio & conſenſu tenore præſentium noſtro & ſucceſſorum noſtrorum canonice intrantium nomine inimus, contrahimus, recipimus & acceptamus, auctoritate quoque apoſtolica, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ac noſtra benedicimus, approbamus, confirmamus, eamque acceptatam, & ratam, & gratam, omnino facturi & curaturi (quantum in Deo poterimus) quod ab omnibus vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruetur, ſupplentes etiam omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interueniſſent in eiſdem.

Ad eſſe apoſtolica auctoritas.

Pro obſeruantia autem omnium & ſingulorum per eundem Cardinalem concluſorum per præſentes noſtro & ſucceſſorum prædictorum nomine publicamus, quod belli tempore ad noſtra & Romanæ eccleſiæ ſtipendia nos tenemur tenere equitum duo millia, peditum duo millia, pacis vero tempore equitum duo millia, & peditum mille gentium bonarum, prout & ipſa communitas Florentina tenere debere ſe aſtringit, mandantes, ordinantes, & ſtatuentes præfatam pacem & ligam ad communem omnium lætitiam, & vt fideles populi hoc intelligentes paratiores animis ſint ad fidei noſtræ Chriſtianæ defenſionem contra Turcas, & maiori fiducia ad hanc ſalutarem expeditionem incumbant, videntes fundamenta ſalutis & pacis facta iam eſſe, Venetijs, Mediolani, Placentiæ, & Ferrariæ, ac in eorundem dominijs & territorijs die xxv. martij ſolemniter, vt moris eſt, proclamari & publicari, nec non ſigna lætitiæ cum proceſſionibus & alijs conſuetudinibus fieri. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIV. *kal. martij pontificatus noſtri anno* VIII.

Publica pro confecta pace lætitiæ ſigna.

6 Inter hæc autem expugnauit hoc anno Athenas Mahometes, vt tradit Turcogræcæ hiſtoriæ auctor a: quin etiam ijdem Turcæ Tartarique iuncti fœdere Capham prænobilem in Taurica Cherſoneſo Genuenſium coloniam, aliaque eorundem ad mare Ponticum ſita loca Chriſtianis eripere, Latinumque nomen in oriente delere parabant. Quo triſti accepto nuntio Chriſti vicarius omnes Genuenſis reipublicæ clientes literis cohortatus eſt b, vt confirmatis animis ad hoſtium retundendos impetus ſe accingerent, opemque aduerſus barbaros laturis cœleſte præmium eſt pollicitus c.

Athenæ expugnatæ a Turcis.

a Turcogr. lib. 2 pag. 137.

b Lib. 18. pag. 367.

c Lib. 18. bull. ſecr. pag. 367.

Dilectis filijs nobilibus viris protectoribus comparatum S. Georgij ciuitatis Ianuæ, ſalutem, &c.

Cum a fidedignis facti fuerimus certiores, impios Chriſtiani nominis hoſtes Tartaros & Turcos conſtituiſſe præclaram potentiſſimamque vrbem Capham, & alia loca dominio Ianuenſi ad

Caffa in periculum adducta.

mare Ponticum ſubdita vere proximo inuadere, audito quod vos ad dictæ ciuitatis pro populi in Chriſto Redemptore confidentis defenſione, multas terra marique impenſas facere incœpiſtis, quas tamen videmini maiores dietim pro rerum neceſſitate facturos, decens atque neceſſarium duximus populos omnes Ianuenſi dominio ſubditos, ad ipſa impenſarum onera pro viribus adiuuanda, ita excitare atque animare, vt tam bono, tam neceſſario operi contribuentes, æternæ beatitudinis præmia conſequantur. Omnes igitur vtriuſque ſexus, etiam in religione & ſacerdotio conſtitutos, ciuitatum, caſtrorum, terrarum, & locorum quorumcumque dominio Ianuenſi ſubiectorum habitatores, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri hortamur, monemus, atque requirimus, vt ad hanc ciuitatis, terrarum, & locorum defenſionem, qui commode poſſunt perſonaliter ſe conferent, alij vero, quibus perſonalem operam exhibere minus eſt commodum, pro modo facultatum ſuarum & diuitiarum ſibi a Deo datarum auxilium, larga manu & libenti animo exhibere, recepturi a pijſſimo Deo noſtro bonorum omnium remuneratore, & in præſenti ſæculo, inter mundi & huius vitæ fluctuationes, abundantiam gratiarum, ac poſt finitum humanæ conditionis curſum, æternæ fœlicitatis gloriam habituri, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLIV. *pridie non. ianuarij pontificatus noſtri anno* VIII.

Populi ad ferendum illi opem ſollicitati.

7 Dum collabebatur in oriente Chriſtiana religio, propagabatur diuinæ prouidentiæ conſilio ad meridiem, ac Luſitani ad Indos ſulcato Oceano iter moliebantur. Iam plures inſulas ſubegerant, in quibus templa Deo optimo maximo poſuerant, ac gentiles ad Chriſtiana ſacra perduxerant; tum Ghineam vaſtiſſimam prouinciam aperuerant, eiuſque occuparant portus, tam egregij facinoris auctore præcipuo Henrico principe Regis patruo. Ne vero cæteræ nationes illectæ lucro in eas ſe conferrent oras, ipſarumue affectarent imperium, quod a Caſtellanis ſuperiori anno tentatum vidimus, Pontifex ampliſſimo diplomate pronūtiauit tum Septā, tum reliquam Africam a promontorijs Boradoc & Nam ad Ghineām vſque, vel etiam vltra ad antarcticum Luſitani iuris eſſe, omniaq; Saracenorū aliorumne infidelium interiacentium regna cum obiacētibus inſulis Luſitanæ coronæ addicta ex amplitudine ſacroſanctæ poteſtatis fuiſſe, qua de re ſubiectis verbis conceptum fuit apoſtolicum diploma [a].

Propagatur in Africa [illegible] religio.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex regni cœleſtis clauigeri ſucceſſor, & vicarius Ieſu Chriſti; cuncta mundi climata omniumque nationum in illis degentium qualitates paterna conſideratione diſcutiens, ac ſalutem quærens & appetens ſingulorum, illa perpenſa deliberatione ſalubriter ordinat & diſponit, quæ grata diuinæ maieſtati fore conſpicit, & per quæ oues ſibi diuinitus creditas ad vnicum ouile dominicum reducat, & acquirat eis felicitatis æternæ præmium, ac veniam impetret animabus, quæ eo certius, auctore Domino, prouenire credimus, ſi condignis fauoribus & ſpecialibus gratijs eos catholicos proſequamur Reges & principes, quos veluti Chriſtianæ fidei athletas & intrepidos pugiles non modo Saracenorum cæterorumque infidelium Chriſtiani nominis inimicorum feritatem reprimere, ſed etiam ipſos, eorumque regna ac loca, etiam in longiſſimis, nobiſque incognitis partibus conſiſtentia, pro defenſione & augmento fidei huiuſmodi debellare, ſuoque temporali dominio ſubdere, nullis parcendo laboribus & expenſis, facti euidentia cognoſcimus, vt Reges & principes ipſi, ſublatis quibuſuis diſpendijs ad tam ſaluberrimum tamque laudabile proſequendum opus per amplius animentur.

a Lib. 18. pag. 410.

Quæ ſit vera Regum laus.

Ad noſtrum ſiquidem nuper, non ſine ingenti gaudio, & noſtræ mentis lætitia peruenit auditum, quod dilectus filius nobilis vir Henricus infans Portugaliæ, chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alfonſi Portugaliæ & Algarbij regnorum Regis illuſtris, patrijs inhærens veſtigijs claræ memoriæ Ioannis dictorum regnorum Regis eius genitoris, ac zelo ſalutis animarum, & fidei ardore plurimum ſuccenſus tanquam catholicus, & verus omnium creatoris Chriſti miles, ipſiuſque fidei acerrimus ac fortiſſimus defenſor, & intrepidus pugil, eiuſdem Creatoris glorioſiſſimum nomen per vniuerſum terrarum orbem etiam in remotiſſimis & incognitis locis diuulgari, extolli, & venerari, nec non illius ac viuificæ, qua redempti ſumus crucis inimicos perfidos Saracenos videlicet, ac quoſcumque alios infideles ad ipſius fidei gremium reduci, ab eius ineunte ætate totis aſpirans viribus, poſt Ceptenſem ciuitatem in Africa conſiſtentem per dictum Ioannem Regem, eius ſubactam dominio, & poſt multa per ipſum infantem nomine dicti Regis contra hoſtes & infideles prædictos, quam etiam in propria perſona, non abſque maximis laboribus, & expenſis, ac rerum & perſonarum periculis & iactura, plurimorumque naturalium ſuorum cæde geſta bella, ex tot, tantiſque laboribus, periculis, & damnis non fractus neque territus, ſed ad huiuſmodi laudabilis & pij propoſiti ſui proſecutionem in dies magis atque magis exardeſcens, in Oceano mari quaſdam ſolitarias inſulas fidelibus propagauit, ac fundari & conſtrui inibi fecit eccleſias, & alia pia loca, in quibus diuina celebrantur officia, ex dicti quoque infantis laudabili opera & induſtria quamplures diuerſarum in dicto mari exiſtentium inſularum incolæ ſeu habitatores, ad veri Dei cognitionem venientes, ſacrum baptiſma ſuſceperunt ad ipſius Dei laudem & gloriam, ac plurimorum animarum ſalutem, orthodoxæ quoque fidei propagationem, & diuini cultus augmentum.

Henrici principis geſta inſignia.

Atlantici oceani inſulares Chriſti fide imbuti.

Præterea cum olim ad ipſius infantis perueniſſet notitiam, quod nunquam, vel ſaltem a memoria hominum non conſueuiſſet per huiuſmodi Oceanum mare verſus meridionales & orientales plagas nauigari, illudque nobis occiduis adeo foret incognitum, vt nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberemus, credens ſe maxime in hoc Deo præſtare obſequium, ſi eius opera & induſtria mare ipſum vſque ad Indos, qui Chriſti nomen colere dicuntur, nauigabile fieret, ſicque cum eis participare, & illos in Chriſtianorum auxilium aduerſus Saracenos & alios huiuſmodi fidei hoſtes commouere poſſet, ac nonnullos gentiles ſeu paganos nefandiſſimi Machometi ſecta minime infectos populos inibi medio exiſtentes continuo debellare, eiſque incognitum ſacratiſſimum Chriſti nomen prædicare, ac facere prædicari, regia tamen ſemper auctoritate munitus, a viginti quinque annis citra, exercitum ex dictorum regnorum gentibus, maximis cum laboribus, periculis, & expenſis in velociſſimis nauibus carauellis nuncupatis ad perquirendum mare, & prouincias maritimas verſus meridionales partes, & polum antarcticum annis ſingulis fere mittere non ceſſauit, ſicque factum eſt, vt cum naues huiuſmodi quamplures portus, inſulas, & maria

Ad Indos conquiſitio maximo labore iter.

per-

perluſtraſſent, ad Ghineam prouinciam tandem perueniſſent, occupatiſque nonnullis inſulis, portubus, ac mari, eidem prouinciæ adiacentibus, vlterius nauigantes ad oſtium cuiuſdam magni fluminis Nili communiter reputati, [eos fuiſſe deceptos poſtea compertum,] peruenirent, & contra illarum partium populos, nomine ipſorum Alfonſi Regis & infantis per aliquos annos guerra habita extitit, & in illa quamplures inibi vicinæ inſulæ debellatæ, ac pacifice poſſeſſæ fuerunt, prout adhuc cum adiacenti mari poſſidentur. Exinde quoque multi Ghinei & alij nigri vi capti, quidam etiam non prohibitarum rerum permutatione, ſeu alio legitimo contractu emptionis ad dicta ſunt regna tranſmiſſi. Quorum inibi in copioſo numero ad catholicam fidem conuerſi extiterunt, ſperaturque, diuina fauente clementia, quod ſi huiuſmodi cum eis continuetur progreſſus, vel populi ipſi ad fidem conuertentur, vel ſaltem multorum ex eis animæ Chriſto lucrifient.

Subacti a Luſitanis Æthiopes occidui.

Plures religioni Chriſti informati.

8 Cum autem, ſicut accepimus, licet Rex & infans præfati, qui cum tot tantiſque periculis, laboribus, & expenſis, nec non perditione tot naturalium regnorum huiuſmodi, quorum inibi quamplures perierunt, ipſorum naturalium dumtaxat freti auxilio, prouincias illas perluſtrari fecerunt, ac portus, inſulas, & maria huiuſmodi acquiſiuerunt, & poſſederunt, vt prætertur, vt illorum veri domini, timentes ne aliqui cupiditate ducti, ad partes illas nauigarent, & operis huiuſmodi perfectionem, fructum, & laudem ſibi vſurpare, vel ſaltem impedire cupientes, propterea ſeu lucri commodo aut malitia, ferrum, arma, lignamina, aliaſque res & bona ad infideles deferri prohibita portarent vel tranſmitterent, aut ipſos infideles nauigandi modum edocerent, propter quæ eis hoſtes fortiores, ac duriores fierent, & huiuſmodi proſecutio, vel impediretur, vel forſan penitus ceſſaret, non abſque offenſa magna Dei, & ingenti totius Chriſtianitatis opprobrio, ad obuiandum præmiſſis, ac pro ſuorum iuris & poſſeſſionis conſeruatione, ſub certis tunc expreſſis grauiſſimis pœnis prohibuerint, & generaliter ſtatuerint, quod nullus, niſi cum ſuis nautis ac nauibus & certi tributi ſolutione, obtentaque prius deſuper expreſſa ab eodem Rege vel infante licentia, ad dictas prouincias nauigare, aut in earum partibus contractare, ſeu in mari piſcari præſumeret, tamen ſucceſſu temporis euenire poſſe, quod aliorum regnorum, ſeu nationum perſonæ inuidia, malitia, aut cupiditate ductæ, contra prohibitionem prædictam abſque licentia & tributi ſolutione huiuſmodi, ad dictas prouincias accedere, & in ſic acquiſitis prouincijs, portibus, inſulis ac mari, nauigare, contractare, & piſcari præſumerent, & exinde inter Alfonſum Regem ac infantem, qui nullatenus ſe in his ſic deludi paterentur, & præſumentes prædictos quamplura odia, rancores, diſſenſiones, guerræ, & ſcandala, in maximam Dei offenſam & animarum periculum veriſimile ſubſequi poſſent, & ſubſequerentur, nos præmiſſa omnia & ſingula debita meditatione penſantes, & attendentes, quod cum olim præfato Alfonſo Regi quoſcumque Saracenos & paganos, alioſque Chriſti inimicos vbicumque conſtitutos, ac regna, ducatus, principatus, dominia, poſſeſſiones, & mobilia, ac immobilia bona quæcumque per eos detenta ac poſſeſſa, inuadendi, conquirendi, expugnandi debellandi, & ſubiugandi, illorumque perſonas in perpetuam ſeruitutem redigendi, ac regna, ducatus, comitatus, principatus, dominia, poſſeſſiones, & bona, ſibi & ſucceſſoribus ſuis applicandi, appropriandi, ac in ſuos, ſucceſſorumque ſuorum vſus & vtilitatem conuertendi alijs noſtris literis plenam & liberam inter cetera conceſſerimus facultatem; dictæ facultatis obtentu idem Alfonſus Rex, ſeu eius auctoritate prædictus infans iuſte & legitime inſulas, terras, portus & maria huiuſmodi acquiſiuit, ac poſſedit, & poſſidet, illaque ad eundem Alfonſum Regem & ipſius ſucceſſores de iure ſpectant & pertinent, neque quivis alius etiam Chriſti fidelis, abſque ipſorum Alfonſi Regis & ſucceſſorum ſuorum licentia ſpeciali de illis ſe hactenus intromittere licite potuit, nec poteſt quoquomodo; vt ipſi Alfonſus Rex eiuſque ſucceſſores, & infans eo feruentius huic tam pijſſimo ac præclaro, & omni æuo memoratu digniſſimo operi, in quo cum in illo animarum ſalus, fidei augmentum, & illius hoſtium depreſſio procurentur, Dei, ipſiuſque fidei, ac reipublicæ vniuerſalis Eccleſiæ rem agi conſpicimus, inſiſtere valeant & inſiſtant, quos ſublatis quibuſuis diſpendijs amplioribus ſe per nos & ſedem Apoſtolicam fauoribus ac gratijs munitos fore conſpexerint, de præmiſſis omnibus & ſingulis pleniſſime informati, motu proprio, non ad ipſorum Alfonſi Regis & infantis, vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiam, maturaque prius deſuper deliberatione præhabita, auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia, de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, literas facultatis præfatas, quarum tenores de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus pro inſertis cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, ad Ceptam & prædicta, ac quæcumque alia, etiam ante datam dictarum facultatis literarum acquiſita, & ad ea quæ inpoſterum nomine dictorum Alfonſi Regis, ſuorumque ſucceſſorum, & infantis, in ipſis ac illis circumuicinis, & vlterioribus ac remotioribus partibus infidelium ſeu paganorum manibus acquiri poterunt, prouincias, inſulas, portus, & maria quæcumque extendi, & illas ſub eiſdem facultatis literis comprehendi, ipſarumque facultatis, & præſertim literarum vigore iam acquiſita, & quæ in futurum acquiri contigerit, poſtquam acquiſita fuerint, ad præfatum Regem & ſucceſſores ſuos ac infantem, ipſamque conquiſtam, quam a capitibus de Boradoc & de Nam vſque per totam Ghineam & vltra verſus illam meridionalem plagam extendi, harum ſerie declaramus, & ad ipſos Alfonſum Regem, & ſucceſſores ſuos ac infantem, & non ad aliquos alios ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac in perpetuum ſpectare, & pertinere de iure, nec non Alfonſum Regem & ſucceſſores ſuos, ac infantem prædictos in illis & circa ea quæcumque prohibitiones, ſtatuta, & mandata etiam pœnalia & cum cuiuſuis tributi impoſitione facere, ac de rebus proprijs, & alijs ipſorum dominijs diſponere & ordinare potuiſſe, ac nunc & in futurum poſſe libere & licite tenore præſentium decernimus, & declaramus, ac potioris iuris & cautelæ ſuffragio iam acquiſita, & quæ inpoſterum acquiri contigerit prouincias, inſulas, portus, loca, & maria quæcumque, quotcumque, & qualiacumque fuerint, ipſamque conquiſtam a capitibus de Boradoch & de Nan prædictis Alfonſo Regi & ſucceſſoribus ſuis Regibus dictorum regnorum, & infanti præfatis perpetuo donamus, concedimus, & appropriamus per præſentes.

Prohibita externis in eas oras nauigatio.

Amputata illorum materia.

Portus in regno barbarico ſub Luſitano confirmatum.

Et in ea, quæ in poſterum cõparanda erunt.

Condendarum in ijs regnis legũ auctoritas collata.

9 Præterea cum ad perficiendum opus huiuſmodi

modi multipliciter ſit opportunum, quod Alfonſus Rex & ſucceſſores ac inſans prædicti, nec non perſonæ, quibus hoc duxerint, ſeu aliquis ipſorum duxerit committendum, illius dicto Ioanni Regi, per felicis recordationis Martinum V. & alterius indultorum, etiam inclytæ memoriæ Eduardo eorundem regnorum Regi, eiuſdem Alfonſi Regis genitori, per piæ memoriæ Eugenium IV. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſorum, verſus dictas partes cum quibuſuis Saracenis & infidelibus de quibuſcumque rebus & bonis ac victualibus emptiones & venditiones prout congruerit, facere, nec non quoſcumque contractus inire, tranſigere, paciſci, mercari, ac negotiari, & merces quaſcumque ad ipſorum Saracenorum & infidelium loca, dummodo ferramenta, lignamina, funes, naues, ſeu armaturarum genera non ſint, deferre, & ea dictis Saracenis & infidelibus vendere, omnia quoque alia & ſingula in præmiſſis, & circa ea opportuna vel neceſſaria facere, gerere, vel exercere, ipſique Alfonſus Rex, ſucceſſores, & inſans in iam acquiſitis, & per eum acquirendis prouincijs, inſulis, ac locis quaſcumque eccleſias, monaſteria, & alia pia loca fundare, ac fundari, & conſtrui, nec non quaſcumque voluntarias perſonas eccleſiaſticas ſæculares quorumuis etiam mendicantium ordinum regulares (de ſuperiorum tamen ſuorum licentia) ad illa tranſmittere, ipſæque perſonæ inibi etiam quæ aduenerint commorari, ac quorumcumque in dictis partibus exiſtentium, vel accedentium confeſſiones audire, illiſque auditis, in omnibus, præterquam ſedi prædictæ, reſeruatis caſibus, debitam abſolutionem impendere, ac pœnitentiam ſalutarem iniungere, nec non eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare valeant, libere ac licite, decernimus, ipſique Alfonſo & ſucceſſoribus ſuis Regibus Portugalliæ, qui erunt inpoſterum, & infanti præſato, concedimus & indulgemus, ac vniuerſos & ſingulos Chriſtifideles, eccleſiaſticos, ſæculares, & ordinum quorumcumque regulares, vbilibet per orbem conſtitutos cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiamſi archiepiſcopali, epiſcopali, imperiali, regali, reginali, ducali, ſeu alia quacumque maiori, eccleſiaſtica vel mundana dignitate præfulgeant, obſecramus in Domino, & per aſperſionem ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius vt præmittitur, res agitur, exhortamur, eiſque in remiſſionem ſuorum peccaminum iniungimus, nec non hoc perpetuo prohibitionis edicto diſtrictius inhibemus, ne ad acquiſita ſeu poſſeſſa nomine Alfonſi Regis, aut in conquiſta huiuſmodi conſiſtentia prouincias, inſulas, portus, maria, & loca quæcumque, ſeu alias ipſis Saracenis infidelibus vel paganis arma, ferrum, lignamina, aliaque a iure Saracenis deferri prohibita quoquomodo, vel etiam abſque ſpeciali ipſius Alfonſi Regis, & ſucceſſorum ſuorum & inſantis licentia, merces, & alia a iure permiſſa deferre, aut per maria huiuſmodi nauigare, ſeu deferri vel nauigari facere, aut in illis piſcari, ſeu de prouincijs inſulis, portibus, maribus & locis, ſeu aliquibus eorum, aut de conquiſta huiuſmodi ſeu intromittere, vel aliquid, per quod Alfonſus Rex & ſucceſſores ſui, & inſans prædicti quominus acquiſita & poſſeſſa pacifice poſſideant, ac conquiſtam huiuſmodi proſequantur, & faciant per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, opere vel conſilio facere aut impedire quoquomodo præſumant.

Martini V. & Eugenij IV. confirmata priuilegia.

Conceſſa, extruendarum eccleſiarum poteſtas.

Ferrum & lignamina, ad barbaros deferri vetita.

Qui vero contrarium fecerit, vltra pœnas contra deferentes arma & alia prohibita Saracenis quibuſcumque a iure promulgatas, quas illos incurrere volumus ipſo facto, ſi perſonæ fuerint ſingulares excommunicationis ſententiam incurrant, ſi communitas, vel vniuerſitas, ciuitas, caſtri, villæ, ſeu loci, ipſa ciuitas, caſtrum, villa, ſeu locus interdicto ſubiaceat eo ipſo, nec contrafacientes ipſi vel aliqui eorum ab excommunicationis ſententia abſoluantur, nec interdicti huiuſmodi relaxationem apoſtolica, vel alia quauis auctoritate obtinere poſſint, niſi ipſi Alfonſo & ſucceſſoribus ſuis, ac infanti, prius pro præmiſſis congrue ſatisfecerint, aut deſuper amicabiliter concordauerint cum eiſdem: mandantes per apoſtolica ſcripta venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopo Vlixbonenſi, Siluenſi, ac Ceptenſi epiſcopis, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, quotiens pro parte Alfonſi Regis & illius ſucceſſorum, ac inſantis prædictorum vel alicuius eorum deſuper fuerint requiſiti, vel aliquis ipſorum fuerit requiſitus, illos quos excommunicationis & interdicti ſententias huiuſmodi incurriſſe conſtituit, tamdiu dominicis, alijſque feſtiuis diebus in eccleſijs, dum inibi maior populi multitudo conuenerit ad diuina, excommunicatos, & interdictos, alijſque pœnis prædictis innodatos fuiſſe, & eſſe auctoritate apoſtolica declarent & denuncient, nec non ab alijs nunciari & ab omnibus arctius euitari faciant, donec pro præmiſſis ſatisfecerint, ſeu concordauerint vt præfertur. Contradictores, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIV. VI. *id. ianuarij pontificatus noſtri anno* VIII. Hoc diploma confirmatum eſt a Calliſto [a], inſequenti anno, inſeriturque nono illius diplomati, quod exordium ducit ab his verbis: *Inter cætera, quæ nobis diuina diſponente, &c.* & hac temporis formula conſignatum eſt. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLV. III. *id. martij pontificatus noſtri anno* I. Nec prætermittimus conditam a Nicolao [b] Treuerenſem academiam, cum Iacobus Sirik archiepiſcopus literarum decus in ſuum principatum reuocare peroptaret.

10 Hæc aliaque plura orbi Chriſtiano conſulturus decernebat Nicolaus, cum febre ex doloribus arthritidis, qua extremo pontificatus tempore tentus fuit, accenſa correptus eſt, vtque ab Eugenio diuinitus obiecta cœleſti ſpecie acceperat, octauo pontificatus anno e vita ſe diſceſſurum, Cardinales conuocauit, ac prolixa oratione de qua meminit S. Antoninus [c], quamque Iannozzus Manettus affert [d] geſtorum ſuorum cauſas ita reddidit.

Audite, audite inquam venerabiles fratres rationes cauſaſque, quas venerationes veſtras ſcire atque intelligere volumus. Romanæ namque eccleſiæ auctoritatem maximam & ſummam eſſe ij ſoli intelligunt, qui originem & incrementa ſua ex literarum cognitione perceperunt, cæterorum vero cunctorum populorum turbæ literarum ignaræ penituſque expertes, quamuis doctis & eruditis viris aſſentiri videantur, niſi tamen egregijs quibuſdam viſis moueantur, profecto illa omnis eorum aſſenſio debilibus & imbecillis fundamentis innixa diuturnitate temporis ita paulatim elabitur, vt plerumque ad nihilum recidat. At vero cum illa vulgaris opinio doctorum hominum relationibus fundata magnis ædificijs perpetuis quodammodo, monumentis ac teſtimonijs pene ſempiternis quaſi a Deo fabricatis in dies vſque adeo corroboratur & confirmatur, vt in viros poſterosque illarum admirabilium conſtructionum conſpecturos continuatur.

Cenſuræ eccleſiaſticæ præuaricatoribus inflictæ.

a Caſtell. l. 1. ep. ſec pag. 33.

Treuerenſis academia a Nicolao inſtituta.

b Lib. 18. bull. ſecr. pag. 378.

Nicolaus arthritide vexatus arthritica doloribus emoritur. Prouidet mortem.

c S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 14. in princ.

Eius ad Cardinales oratio.

d Manett. l. 3. in vit Nicol. V. m. ſ. bibl. Vat. ſign. n. 2046.

Qua erectum ſeruanda maieſtas Eccleſiæ.

traducatur, atque per hunc modum conſeruatur & augetur, atque ſic conſeruata & aucta admirabili quadam deuotione colitur. Ad hanc Chriſtianorum populorum erga Romanam eccleſiam & ſedem Apoſtolicam deuotionem tutæ quadam habitatoribus ipſis, ac terribiles inimicis oppidorum vrbiumque munitiones accedunt, quæ nimirum per has magnorum ædificiorum conſtructiones aduerſus externos hoſtes ac domeſticos nouarum rerum cupidos quotidie diripiendi gratia conſpirantes, & in graue eccleſiaſticorum & eccleſiarum damnum inſurgentes munitiores redduntur. Quocirca nos & Gualdi, vt a nobis incipiamus & Aſſiſij, & Fabriani, & in vtraque Ciuitate caſtellana & Narniæ, & Vrbeueteri, Spoleti, & Viterbij, & multis alijs eccleſiæ noſtræ locis plura peregregia ad certum quemdam & expreſſam vtriuſque deuotionis munitioniſque effectum ædificia condidimus, atque eiſdem cauſis abundantius vehementiuſque adducti multa & quidem ſingularia hic in vrbe opera non immerito inchoauimus, quanto enim hæc alma vrbs cæteris omnibus maior & dignior habetur, quantoque ampliori cunctorum Chriſtianorum populorum deuotione magis celebratur & colitur, tanto profecto cum alijs omnibus ornatiorem atque munitiorē fore oportere cenſebamus, præſertim cū in perpetuam ſummorum Pontificum ſedem atque æternum pontificiæ ſanctitatis habitaculum ab omnipotenti Deo conſtitutum fuiſſe non ignoraremus, proinde, vt vrbis mœnia pluribus hinc inde locis collapſa & confragoſa reparauimus, multiſque turribus circumquaque muniuimus, ac noua inſuper cum crebris propugnaculis abſoluimus. Quadraginta præterea ſanctarum ſtationum baſilicas a Gregorio magno prædeceſſore noſtro ab origine inſtitutas pene ad vltimam abſolutionem reformauimus atque ad extremum hoc palatium, in quo nunc ſumus, idoneum ſummorum Pontificum domicilium & hoc ſacroſanctum Petri Apoſtolorum principis templum huic noſtræ domus contiguum cum magno ac nouo vico adiacente pro digna quadam & ſecura cum capitis, tum omnium membrorum, & totius curiæ habitatione iampridem ædificare & reformare inchoauimus, quæ quidem opera, vt antea vidctis incœpta, niſi mors a tergo inopinata peruenisſet, omnipotentis Dei gratia & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate & poteſtate adiuti, quando ea boni gratis agebamus, vſque perduxiſſemus, quæ quidem ſi, vt cupiebamus, expleta fuiſſent, aut ſi vt inſtitueramus vllo vnquam tempore in poſterum abſoluentur, profecto ſucceſſores noſtri maiori quadam Chriſtianorum omnium populorum veneratione adorarentur, atque tuta & ſecure intra vrbem commorantes impias & conſuetas & externorum hoſtium & domeſticorum quoque inimicorum perſecutiones facilius euitarent. Quibus quidem nos cauſis non ambitione, non pompa, non inani gloria, non fama, non diuturniori nominis noſtri propagatione, ſed maiori quadam Romanæ eccleſiæ auctoritate & ampliore ſedis Apoſtolicæ apud cunctos Chriſtianos populos dignitate, ac certiori vſitatarum perſecutionum euitatione, talia tantaque ædificia mente & animo conceperamus, &c. [Recenſitis deinde perſecutionibus & inſidijs, quas a coniuratis hoſtibus plures Pontifices erant paſſi, quarum ipſe Nicolaus exors non extiterat, addidit.]

Cur munienda arces.

Cur augenda ſint vrbis decora.

Aduerſus externorum & domeſticorum vim ſint parati Pontifices.

Plures cū non eſſent parati perſecutiones paſſi.

Has quidem & veteres & recentes perſecutiones Romani Pontifices nullo vnquam exiſtimamus & credimus tempore pertuliſſent, ſi nouis & inexpugnabilibus munitionibus ſeſe, præſertim intra vrbem, protexiſſent, nunquam enim neque interni hoſtes neque domeſtici inimici, quamquam nouarum rerum cupidi, vſque adeo temerarij inſanique fuiſſent, vt ea cum periculo capitis ſui aggrederentur, quæ optatos deſignatoſque effectus nequaquam ſortiri poſſe videbantur. At vero ſi temerariis audacia allecti, & cæca cupiditate raptati feciſſent, profecto conatus ſui ad nihilum reciduſſent, ac per hunc modum tuti, quieti, ac ſecuri in continua ſedis Apoſtolicæ tranquillitate cum maxima auctoritate, cum ſumma poteſtate, cum immenſa denique dignitate ſemper reſediſſent. Quocirca, vt de hac ædificatione a principali propoſito paruniſper digredientes aliquem certum & ſolidum fructum capiamus, venerationes veſtras in Domino exhortamur, quatenus prædicta conſtructionum noſtrarum opera inchoata proſequi ac perficere velint, vt ſucceſſores noſtri externorum tumultuum, domeſticarumque perſecutionum penitus omninoque expertes gregem dominicum ſibi ab omnipotenti Deo commiſſum tanquam veri animarum paſtores diligentius atque liberius, ſalubribus cibarijs alere ac per hunc modum alium in viam ſalutis æternæ traducere poſſint & valeant. Gratias inſuper Deo egit de ſingularibus beneficijs ſibi collatis hortatuſque eſt Cardinales ad retinendam in ſacris peragendis maieſtatem.

Politiea ecclesiaſticæ quies.

11 *Sacroſanctam*, inquit, *Romanam eccleſiam*; & infra, *quam mutilatam*, (ſcilicet ob ſchiſma Amedei,) *frequentibus bellis aliquot oppidis apprime diminutam, atque ære inſuper alieno admodum oppreſſam ſuſcepimus, diuina omnipotentis Dei gratia ita reſarcinimus, ita reformauimus, ita denique corroborauimus, vt & ſchiſmata penitus, & omnino aboleremus, & oppida vrbeſque ſuas antea bellicis fremitibus amiſſas ac deperditas per pacem & tranquillitatem recuperaremus, & ſedatis hinc inde bellis, atque ita deletis, vt nullum prorſus veſtigium neque in agro eccleſiaſtico, neque in tota Italia, vſque appareret, non modo a ſuo ære alieno liberaremus, ſed pluribus etiam pretioſarum rerum formis cum margaritis, gemmis, & alijs huiuſmodi nobilibus lapillis, tum quoque ædificijs & libris & aulæis inſuper, ac tapetibus, & pleriſque præterea vaſis partim argenteis, partim aureis, & demum omnibus eccleſiaſticorum indumentorum generibus ad cultum diuinum vel maxime pertinentibus ditiſſimam ac opulentiſſimam redderemus, atque hæc omnia pluraque alia diuitiarum & gazarum genera non ex auaritia, non ex ſimonia, non ex largitionibus, non ex parſimonia, cum nulla liberalitatis, nulla magnificentiæ genera partim crebris plurium munitionum ædificationibus, partim frequentibus multorum librorum emptionibus, continuiſque codicum Latinorum & Græcorum tranſcriptionibus, partim pleriſque erga eruditos & doctos viros aſſiduis donationibus, intentata inexpertaque reliquerimus, Sed ex diuina dumtaxat benigniſſimi Creatoris gratia, ac ex pace eccleſiaſtica perpetuaque pontificatus noſtri tranquillitate prouenisſe non dubitamus.*

Exulſū a Nicol. reliquiæ ſchiſmatis.

Culta pax eccleſiarumque ærariū.

Supellex ſacra aucta.

Demum Cardinales ad mutuam concordiam hortatus, eccleſiam Romanam diuinæque gloriæ ſtudium amantiſſimis hiſce verbis commendauit: *In hoc extremo aduentantis mortis articulo, & paulo poſt creatori noſtro animam reddituri, hanc ipſam omnipotentis Dei immaculatam ſponſam iam non amplius noſtram, ſed potius veſtram Romanam eccleſiam, quantum poſſumus fraternitatibus veſtris vnico commendamus. Hæc eſt enim illa Chriſti ſponſa, quam ipſe proprio eius ſanguine nobis peperit, partamque humano generi vtendi ac fruendi gratia reliquit. Hæc eſt inquam tunica illa inconſutilis, quam nefarij illi milites Chriſtianæ crucifixionis miniſtri, ſatelliteſque inter ſe diuidere ac partiri non potuerunt. Hæc eſt enim illa denique Apoſtolorum Principis nauicula varius procelloſi pelagi fluctibus agitata, hanc totis mentis affectibus cuſtodite, hanc omnibus corporis & animi viribus ſeruate, hanc cordibus diligite, hanc operibus amate, hanc totius ſpiritus medullis & viſceribus amplificate, hanc denique mente & corpore retinete, quæ profecto conſequemini, ſi eam cunctis humanis tam ſæcularibus quam eccleſiaſticis rebus præponere ac præficere volueritis, & ſi fraternam*

Commendata ab eo Cardinalibus eccleſia.

charitatem quoque inuicem ſeruaueritis. Quæ quidem ſi effeceritis, quemadmodum ſperamus & cupimus, primo Chriſtianorum omnium vtilitati, honori deinde veſtro optime conſuletis, & omnipotenti denique Deo ita gratificabimini, vt ab eo digna vtriuſque & præſentis & futuræ vitæ præmia reportetis.

Dilecti fratres in Chriſto, nos fraternitates veſtras quantum poſſumus in Domino efficaciter exhortamur, ac ſuppliciter obſecramus, ad quem parumper conuerſi his breuibus multiſque verbis confugimus, ſic eleuatis ſurſum manibus dicentes: Domine Deus omnipotens concede propitius his Eccleſiæ tuæ patribus patroniſque, vt eam conſeruare & amplificare valeant, atque eis gratiam largire quæſumus, vt ipſa intercedente de bono & idoneo paſtore domini gregi præficiendo facilius, maturius, & melius prouidere poſſint. Valete dilecti fratres in Domino, pro ſalute animæ noſtræ inter orationibus veſtris ſemper memores. Cum itaque hæc & alia huiuſmodi memoriter & clara voce, ac concinna & continua ſonoritate peroraſſet, dextero brachio ad eos parumper conuerſo: Benedicat, inquit, vos omnipotens Deus Pater & Filius & Spiritus ſanctus.

Sacra prece finiuit.

12 Accinxit ſe, auctis doloribus, ad extremam luctam, ſeque ſacramentis rite communiuit, atque epiſcopos & pios ſacerdotes, qui ipſum verbis ſacris ſolarentur adſtantes habuit, inter quos erat Atrebatenſis præſul amiciſſimus, de quo hæc refert Iannotius Manettus a: *Cum Ioannes epiſcopus Atrebatenſis lecticæ, in qua Pontifex moribundus iacebat, genibus flexis aſtaret, & paucis verbis ipſum iam pene morientem, & ſi altera conſolatione non indigeret, pro virili tamen conſolari ſuperet, inter loquendum lachrymas iam oculis per totum vultum emanantes continere non potuit, quod cum ipſe luminibus ſi eis intueretur plane & aperte conſpexit, ac ſtatim conſolatione orationis ſuæ iam lacrymis refertæ rurſum his ſuauibus verbis generoſe admodum ac magnanimiter impediuit, atque: O Atrebatenſis, inquit, ne fleas quæſo, quinimmo has tuas lacrymulas in deuotas deprecationes conuerte, & pro me paulo poſt morituro ad omnipotentem Deum dominum noſtrum humiliter deprecare.* Denique maximo bonorum omnium dolore, eorum præcipue, qui ſacram in Turcas expeditionem confici cupiebant, ex hac vita exceſſit; mox enim retardata omnia fuere pia conſilia, in ſuperioribus conuentibus inita, vt Ioannes Gobelinus b refert hiſce verbis.

Communit ſe ſacramentis Nicolaus.

a Manett. lib. 3.

Mouet epiſcopum Atrebaten., vt lacrymas in preces vertat.

b Gobel. in comm. Pij II. lib. 1.

Sacri in Turcas belli conſilia.

Inter hæc dum omnia propemodum concluſa ſunt, & ſpes pulcherrima eſſet æſtate proxima ingentes copias in hoſtem eductum iri, ecce mors Nicolai V. renunciatur Pontificis maximi, quæ telam longo iam tempore ordiri cœptam vno momento interrupit, vanaſque hominum cogitationes oſtendit, & inanes curas, nam quæ futuri cognitio, quæ conſilij capiundi certa ratio? decidunt omnes humani conatus, quos dextera Dei non adiuuat: non placuit diuinæ pietati per id tempus extingui Turcarum imperium; ad correctionem noſtrarum iniquitatum diutius conſeruatur. Sederat Nicolaus in B. Petri ſolio annos circiter octo non tam genere clarus, quam doctrina & animi dotibus excellens. Exegit in pontificatu annos octo dies decem & nouem obijt namque XXIV. aprilis feria III. die hora noctis quinta, vt narrat Stephanus Infiſſura, cui Bartholomæus c de Tuccia, Paulus Benedictus d & alij conſentiunt. Cum autem tradant illi Nicolaum obijſſe conſecuta nocte vigeſimam quartam martij huius anni, ab ijs S. Antoninus e non diſſentire videtur dum inſequentem diem conſignat his verbis; *Anno Domini MCCCCLV. XXV. martij Nicolaus Papa V, doloribus diutinæ infirmitatis grauatus, ſumptis omnibus deuote ſacramentis, & exhortatione facta ad Cardinales, diem clauſit vitæ ſuæ extremum, in eccleſia S. Petr. ſepultus.*

Pontificatus tempus.

c Bartol. de Tucc. m s. Vat. ſign. n. 111.

d Paul. Ben. ſignat. n. 110.

e S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 14. in princ.

13 Multa egregieque ab eo geſta in pontificatu breuiter perſtrinxit Æneas Syluius a, quorum aliqua nos ſuis locis in annales intulimus: *His, inquit, vrbem Romam multis ac maximis ædificijs mirum in modum exornauit, cuius opera ſi compleri potuiſſent nulli veterum Imperatorum magnificentia ceſſura videbantur, ſed iacent adhuc ædificia ſicut ruinæ murorum ingentes.* Sed hæc de refectis excitatiſque ſumma cum magnificentia ædificijs exactius proſequitur ſubiectis verbis Baptiſta Platina b eius temporis ſcriptor: *Aedificauit magnifice & ſplendide tum in vrbe tum in Vaticano, in vrbe ædes pontificias apud S. Mariam ad præſepe reſtituit, & templum S. Stephani in Cœlio monte: a fundamentis vero erexit S. Theodori templum inter Palatinum & Capitolinum montem in plano ſitum. Pantheon quoque in medio vrbis poſitum templum vetuſtiſſimum M. Agrippæ opus plumbeo tecto reſtituit. In Vaticano autem & pontificias ædes ſumptuoſis operis in hanc formam, quam nunc cernimus redegit, & muros Vaticani prææltos & latos inchoauit, iactis infantis fundamentis ad turres & maiorem molem ſuperædificandam, quibus coerceri hoſtes poſſent, ne ædes Pontificis & B. Petri templum, vt antea ſæpe factum eſt, diriperentur. Inchoauit præterea ad caput templi B. Petri amplam teſtudinem, quam vulgo tribunam vocant, quod templum ipſum auguſtius & hominum magis capax eſſet. Pontem quoque Miluium reſtituit & ædes egregias ad balnea Viterbiana ædificauit. Iuuit & multos pecunia, qui in vrbe ædificabant, eius etiam mandato vici vrbis fere omnes ſtrati ſunt.* Hæc Platina de ædificijs. Proſequitur autem reliqua ab eo geſta Æneas c: *Schiſma, inquit, quod apud Sabaudienſes adhuc in eccleſia vigebat exploſit, Amedeum papatui renunciantem in gratiam recepit, Cardinalatus honorem & in paterno dominio legationem reliquit.* Addit vt Bernardino Senenſi ſanctorum confeſſorum cultum decreuerit, Fridericum & Leonoram imperij auguſtalibus ornamentis decorarit.

a Æn. Syl. de Europ. c. 58.

b Platin. in Nic. V.

Refecta ab eo ſacra ædes.

Ornatur vrbs

Nicolai elogium.

c Æneas vbi ſup.

14 De creatis Cardinalibus hæc habet idem auctor: *Bis Cardinales creauit, & primo quidem vnum tantum Antonium natione Maioricenſem ad tit. S. Chryſogoni, quem ſibi philoſophiæ ſtudijs & arcanorum ſacræ theologiæ cognitione ex omnibus parem elegerat.* Creatum fuiſſe anno MCCCCXLVIII. XIII. kal. aprilis memorat Alfonſus Ciacconius. *Secundo ſex creauit aut doctrina percelebres, aut generis claritate inſignes, inter quos & germanum ſuum Philippum ſanctæ Suſannæ Cardinalem aſſumpſit placidis moribus & incorruptæ fidei.* Erat is Philippus Calandrinus frater ex matre epiſcopus Bononienſis. Reliqui fuere d Aſtorgius Agnenſis Neapolitanus patria archiepiſcopus Beneuentanus creatus presbyter tit. S. Euſebij, Latinus Vrſinus archiepiſcopus Tranenſis Cardinalis tit. SS. Ioannis & Pauli renunciatus. Alanus natione Brito epiſcopus Volenſis titulo S. Praxedis inſignitus, Ioannes Raolinus epiſcopus Cabilonenſis tit. S. Stephani in Cœlio monte exornatus, Nicolaus e Cuſa Germanus archidiaconus Leodienſis tit. S. Petri ad vincula decoratus, quem in maximis legationibus adhibitum vidimus: creatos vero Cardinales XIII. ianuario menſe anni MCCCCXLIX. narrat Ciacconius: Præterea eodem anno vergente XIV. kalend. ianuarij Amedeum & reliquias Baſileenſium damnato ſchiſmate reſipiſcentes in gratiam admiſit, nam Amedeum epiſcopum Sabinenſem creauit, Ludouicum Arelatenſem priſtino iuri reſtituit; ac tres alios, de quibus meminimus a ſuo loco, re-

Qui Cardinalitia purpura ab eo donati.

d Alphon. Ciac. in Nicol. V.

Qui ſecunda vice creati

Qui in gratiam.

An. Chr. 1449. n. 7.

ſo

ro ſacræ purpuræ iure publicæ pacis ergo donauit.

15 Ipſum rei literariæ gloria floruiſſe, atque ad eam promouendam poſt Conſtantinopolitanum excidium libros Græcos vndique conquiſiuiſſe maximo ſumptu, ne veterum doctorum monumenta deperirent, conſentit Franciſcus Philelphus a in literis proximo anno ad Calliſtum datis, in quibus hoc illum exornat elogio.

a Philelph l. 13. ep. 1 ad Calliſt

Summo eccleſiæ Romanæ Pontifici Calliſto III.

Vt dignitatis gradu cæteris omnibus mortalibus præſtas, ita operam te dare oportet, vt amplitudine præſtantiaque, virtutis & ſapientiæ cunctis hominibus ſuperior iudiceris. *Et infra*: Quantam ſibi gloriam comparauit Nicolaus V. qui te modo anteceſſit in pontificatu, cum ad cæteras virtutes ſuas vitæque ſanctimoniam tanta eruditione, tanta ſapientia, tanta eloquentia polluit, vt omnibus benefaceret, omnes ad ſe accerſeret, quos vlla vel ingenij vel doctrinæ præſtantia inſignes eſſe audiret. Videmus vnius eius optimi ſapientiſſimique Pontificis vel diligentia vel munificentia eſſe factum infinita pene Græca volumina, quæ noſtris hominibus erant ignota, de rebus maximis atque clariſſimis, a Græcis philoſophis, hiſtoricis, oratoribus eleganter ſcripta, in Latinum eſſe traducta ſermonem: idemque factum eſt de libris theologicis atque mathematicis, adeo vt non multum iã inuidendum ſit Græcis auctoribus, cum ita multos apud Latinos legere liceat. *Et infra*: Quid quod poſt vrbis Conſtantinopolitanæ captiuitatem, atque miſeram illam & infortunatam depopulationem nuncios ſuos & negotiatores clam miſit per vniuerſam illam & Europam & Aſiam, quæ Turcis paret ad conquirendos emendoſque Græcos codices, nulli neque labori parcens neque impenſæ? Neque id negotij fruſtra ſuſceptum eſt; nam innumerabilia prope volumina ingenti etiam pretio aducta ſunt in Italiam: itaque iure optimo dici poteſt non petijſſe Græciam, ſed in Italiam quæ olim magna Græcia dicta eſt, vnius eius Nicolai Pontificis clementia commigraſſe; & (ne omnino ſe Græcum dici quam Latinum haberi mallet) & nuntios & negotiatores miſit quam plurimos per vniuerſam Europam cum grandi pecunia, qui diligenter vbique odorarentur, ſi quid Latinæ grauitatis & elegantiæ vſquam lateret, idque nullius pretij habentes rationem omnino ad ſeſe deuehendum curarent. Scio vnum ex ijs fuiſſe Enochum Aſculanum, qui quondam fuerat Florentiæ auditor noſter vna cum Ænea iſto Syluio, qui nunc Senæ gerit epiſcopum, is enim Enochus in Daciam vſque profectus eſt, & (vt referunt aliqui) in Candauiam vſque. *Et infra*.

Nicolai diligentia in vindicandis ab interitu Græcorum libris.

Non ſuos ille curabat aut locupletare, aut magnos reddere, qui ſciret iam ſibi nullam eſſe ſui poteſtatem, intelligeretque turpiſſimum duci in viro graui & ſapienti mentem cum ore non conuenire: nam quid abſurdius dici queat, quam eum agere quidquam imperioſius & pro animi impotentia, qui ſe in omnibus ſuis literis ſcribat: *Seruus ſeruorum Dei*? Recte igitur Nicolaus V. in omnibus ſuis actionibus aſſidue Deum præ ſe ferebat, ſuorumque omnium oblitus commodorum referebat omnia ad dignitatem & amplitudinem Romani pontificatus, & ne vllam ſapientiæ partem neglexiſſe videretur in vita, intelligereque non ſolum duo eſſe viuendi genera, alterum contemplatiuum, alterum actiuum, ſed rurſus actionum alias eſſe bellicas, alias vrbanas, quidquid temporis ab intelligentia rerum admirabilium atque diuinarum ſupererat, id omne ita ad virtutes bellicas transferebat, vt vrbanas nunquam a ſe reijceret, & hæc tamen omnia ad Dei & Chriſtianæ religionis dignitatem & gloriam. Parabat magno conatu & viribus bellum aduerſus Turcos, quos animaduerteret quotidie magis magiſque inualeſcere, nec aliud animo volutare, quam perniciem & exitium nominis Chriſtiani. Itaque belli neruos, hoc eſt pecunias, & ab alijs comparabat, & ſuis ipſe non parcebat, intelligebat enim omnia oportere eſſe communia pro Chriſto Ieſu. Claſſem ornabat ingentem & validam, copias vndique accerſebat, nihilque prætermittebat, quod ad belli gerendi, ad conſequendæ victoriæ rationem attineret. Neque tamen hæc dum ageret literarum & humanitatis ſtudia a quotidiana ſua conſuetudine aliena faciebat: ſed cum ſciret eum eſſe virum, qui diuinum in terris ſolium regeret atque gubernaret, omnem in ſe hominis excellentiam repræſentabat, vt non minus in omni vitæ actione, quam in vniuerſæ intelligentiæ ſtudio reliquis mortalibus præſtaret. Itaque viros doctos & eloquentes aſſidue apud ſe habebat, neque vllum omnino negligebat, in quo præclaram ingenij vim aliquam intueretur. Quanta vero in omnes huiuſmodi viros munificentia vteretur, nemo omnium melius nouit, quam ipſe tu, pater beatiſſime, &c. *Ex Mediolano* XI. *kal. martias anno a Chriſti natali die* MCCCCLVI.

Pietatem cum literis coniunxerat.

Accingebat ſe gerendo in Turcas bello.

16 His conſentanea tradit S. Antoninus: Recenſet vero Syluius a, virorum doctorum nomina, qui Græcos auctores in Latinam linguam vertere: *Libros*, inquit, *ex tota Græcia perquiſitos ad ſe iuſſit afferri, & in Latinam conuerti linguam curauit, magna præmia translatoribus præbens: acceptiſſimi et fuerunt in transferendis operibus Georgius Trapezontinus, Laurentius Valla, Petrus Candidus december & Georgius Caſtellanus. Item Demetrius natione Græcus, qui ſoluta oratione vtentes cum Pontificis aures mirifice oblectarent, nihil ex eo quod peterent non abſtulerunt*. Confirmat id Franciſcus Philelphus b, qui ſe humaniſsime habitum a Nicolao refert in literis ad Nicolaum Arcimboldum datis: *In mea*, inquit, *abitione donauit me vltro Pontifex munificentiſſimus nummis aureis, quos vulgo ducatos nominant, quingentis, cum egregia quadam honoratione verborum*. Alij inſignes viri ipſi grati fuere, vt Horatius Romanus, Nicolaus Perrottus, Tortellius Aretinus, Albertus Florentinus, ac Blondus Flauius Foroliuienſis. His conſonant ea, quæ tradit Baptiſta Platina, ſubditque de Nicolai in pauperes ſacraque loca liberalitate.

a Aen. Syl. in Europ. cap. 58.

Literatorum amator fuit.

Qui floruerint eo tempore in re literaria.

b Philelph l. 12 in ep. ad Nic Arcimbol

Eleemoſynas, inquit, *quoque multas in pauperes erogauit, maxime vero nobiles ad inopiam ob varios rerum humanarum caſus redactos. Virgines inopes ſiue pecunia & munificentia maritis collocauit, legatos aliunde venientes munifice ſemper ſuſcepit, nullo non genere honoris & liberalitatis adhibito. Facilis ad iram fuit, ne mentiar, quippe qui bilioſus erat, facilis etiam reditu ad beneuolentiam. Hoc eſt, quod anſam maleuolis dedit, ad carpendum hominem de Deo omnibus optime meritum. Auaritiæ autem adeo expers fuit, vt neque officium vllum vendiderit vnquam, neque beneficium ſimoniaca prauitate ductus vlli collocauerit. Gratus ergo de ſe & Eccleſia Dei meritos, amator iuſtitiæ, pacis auctor & conſeruator, clemens in delinquentes, ceremoniarum diligentiſſimus obſeruator, nihil quod ad diuinum cultum pertineret omittens. Extant adhuc vaſa aurea & argen-*

Virgines inopes dotat.

Simoniam odit.

tes, extant cruces gemmis ornatæ, extant & ſacerdotales veſtes auro & margaritis inſignitæ, extant peripetaſmata & aulæa auro & argento intertexta, extat & mitra pontificia, quæ hominis munificentiam nobis oſtendunt. Omitto tot libros ſacros ſuo iuſſu deſcriptos auro & argento redimitos, licet inſpicere bibliothecam pontificiam ſua induſtria & munificentia mirifice auctam, religioſos (vt vernaculo verbo vtar) ita amauit, vt eos & mira beneficentia & eccleſiaſticis beneficijs iuuerit. Hactenus Platina: ſimilia ab alijs ſcriptis mandata fuere, ex quibus Poggius Florentinus talem fuiſſe affirmat, qualem Nicolaus ipſe ea oratione quam in Cardinalium cœtu poſt iuſta funebria Eugenio perſoluta optandum Pontificem deſcripſerat.

Sepultus in Vaticano, ſed sepulchrum eius nunc deſtructum est. (margin, partly illegible)
a Ciacc.
b Ext. apud Plat. in Nic. V. eius epitaphium.

Sepulturæ traditus eſt in baſilica Vaticana, ac ferunt [a] Philippum Cardinalem ipſius ex matre fratrem epiſcopum Portuenſem & maiorem pœnitentiarium monumentum illi extruxiſſe, inciſo hoc epitaphio [b].

Hic ſita ſunt quinti Nicolai antiſtitis oſſa,
Aurea qui dederat ſæcula Roma tibi.
Conſilio illuſtris, virtute illuſtrior omni
Excoluit doctos doctior ipſe viros.
Abſtulit errorem, quo ſchiſma infecerat orbem,
Reſtituit mores, mœnia, templa, domos.
Tum Bernardino ſtatuit ſua ſacra Seneſi,
Sancta iubilei tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput Frederici, & coniugis aureo,
Res Italas icto fœdere compoſuit.
Attica Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit, heu tumulo fundite thura ſacro.

c Gobel. in comm. Pij II. ſign. 2. l. 1.
De ſucceſſore deligendo Cardinales Beſſarionem vnanimes eligere propoſuerunt.

17 Celebratis exequijs, Cardinales quindecim, qui in vrbe erant, conclaue ingreſſi de ſucceſſore deligendo diu agitarunt, tandemque VI. id. vt tradunt [c] aprilis Alfonſus Borgia Hiſpanus nobili genere ortus creatus eſt Pontifex. At rem geſtam ex Gobelini [d] commentarijs repetere præſtat: *Cardinales, peracto funere, de ſucceſſore ſoliciti, ac conclaue, vt moris eſt, ingreſſi varijs conſultationibus agitati ſunt, eratque admodum difficile duas collegij partes in vnam conuenire, ſcrutinioque ſemel atque iterum incaſſum peracto, collocuti ſunt inter ſe aliqui extra locum ſcrutinij. Beſſarionemque Cardinalem Nicænum eligere decreuerunt, quod is omnium aptior ad rempublicam gubernandam videretur, conueniebatque numerus in eum ſufficiens, nec dubium videbatur, quin ſequenti ſcrutinio Pontifex a duabus partibus eligeretur, iamque ad eum ſupplicationes deferebantur, quod vbi ad alios alterius partis delatum eſt, Alanus Cardinalis Auinionenſis, nunc iſtum nunc illum circumiens. Ergo, inquit, eccleſiæ Latinæ Græcum Pontificem dabimus, & in capite libri neophytum collocabimus? nondum barbam raſit Beſſarion, & noſtrum caput erit? En paupertas eccleſiæ Latinæ, quæ virum non reperit ſummo apoſtolatu dignum, niſi ad Græcos recurrat. Sed agite Patres quod libet. Ego & qui mihi credent in Græcum præſulem non conſentiemus. Mouerunt ea verba nonnullos, adeo vt duæ partes collegij nullo pacto ad Beſſarionem accederent, qui cum vna nocte Pontifex conſtanti omnium opinione habitus eſſet, adueniente luce Cardinalem ſeſe repperit aliquanto minoris famæ quam antea fuerat, vt accidere hic ſolet, qui magna e ſpe ceciderunt.* Id Beſſarionis aduerſarios moliros teſtatur Baptiſta Platina [e], quod vtpote leues & delitijs deditos eius integritatem vererentur: ſubiungit Gobelinus [f].

e Plat. in panegyr. Beſſarion.
f Gobel. comm. l. 1.

Conuentum eſt denuo ad ſcrutinium, & via quæ per acceſſum vocatur, tentata. In eum duæ partes conſenſere, de quo minor erat expectatio populi. Is fuit Alfonſus Cardinalis SS. Quatuor coronatorum natione Hiſpanus ex ciuitate Valentia nobili loco natus, ſcientia iuris eminentiſſimus, & multarum rerum experientia præditus, verum ſenio grauis ac propemodum decrepitus, nam ſeptuageſimum annum tranſcenderat, qui etſi ante aliquot annos, & vacante tum ſede Apoſtolica, ſuam aſſumptionem omnibus fere prædixiſſet, ſeque procul dubio futurum Pontificem maximum affirmaſſet, nullus tamen opinionem ad ſe traxerat, & delirare potius more ſenum exiſtimabatur. Sed fuit eius vaticinium verax, quod a beato Vincentio ſe habuiſſe narrabat, ſuæ nationis homine iam defuncto, quem poſtea inter ſanctos Chriſti confeſſores retulit. Alfonſo in Petri cathedra conſtituto [*] *Calliſto tertio nomen eſt inditum.* Ijs, quæ de Alfonſi doctrina teſtatur auctor, conſonant hæc Æneæ Syluij [a] verba: *Vnus omnium, qui ſuo tempore ſcientiam iuris profiterentur eminentiſſimus, & qui conſilium Regis Alfonſi, in quo multis annis præſederat, illiuſque artes & cautiones præſeferret.* Et S. Antoninus non modo illum ſcientiæ, verum & virtutum quoque opinione floruiſſe teſtatur [b]: *Vir*, inquit, *æſtimatus magnæ iuſtitiæ & æquitatis, & bonæ & laudabilis famæ, magnus iuriſta.*

Acceperat a B. Vincentio ſe futurũ Pontificem.
Calliſti nomen ſibi aſciſcit.
* Calliſti tertij
a Aen. Syl. de Europ. cap. 58.
Iuris ſcientia excellebat.
b S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 14. in princ.
c Platin. in Cal. III.
Eius patria & parentes.

Res ab eo ante adeptum pontificatum geſtas perſtrinxit accurate Platina [c], dum ipſum patre Joanne Borgia Catalano, matre Franciſca nobilibus parentibus natum ait: quartumdecimum annum agentem ad Ilerdenſem academiam miſſum adeo feliciter ſtudijs nauaſſe operam, vt iuris peritiſſimus euaſerit, eamque ſcientiam magna gloria ſit profeſſus, eamque ob cauſam cooptatum in canonicorum Ilerdenſium collegium a Petro e Luna, quem Benedictum XIII. Hiſpani appellabant: tum ab Alfonſo Aragonum Rege arcanis & ſanctioribus ipſius conſilijs adhibitum: cumque a Martino V. Pontifice eccleſiæ Maioricenſis adminiſtrationem accepiſſet, ſuaderentque amici, vt eccleſiæ ejuſdem titulum ſibi compararet, renuiſſe, quod Valentinum epiſcopatum ſe adepturum conſideret, ad quem haud ita multo poſt Martinus V. illum prouexit: Ægidium Munionem antipapam in Benedicti XIII. locum ſuffectum, præcipua ipſius Alfonſi Borgiæ opera in fidem Martini V. ac poteſtatem conceſſiſſe; tum Alfonſum Aragoniæ ac Ioannem Caſtellæ Reges, qui ad arma procurrebant, ad concordiam reductos: miſſum ab eodem Alfonſo Rege ad Eugenium IV. delatam cardinalitiam dignitatem conſtanter reſpuiſſe, quod ſibi id integrum nequaquam duceret, re ad quam peragendam venerat infecta; poſtea tamen ſacræ purpuræ munus ab eodem Pontifice accepiſſe: non minore modeſtia in cardinalatu quam antea in epiſcopali gradu vſum, ab omnique faſtu & inani gloria ſemper abhorruiſſe; denique in ſacro ſenatu adeo grauem in dicendis ſententijs habitum, vt nihil vnquam cuiuis aſſentaturus, eiuſue gratiam collecturus, ſit locutus.

Tollendis ſchiſmatis reliquijs operam dederat.
Cardinalatu donatus ab Eugenio.
Integritas eius ſumma in promenda ſententia.

18 Vbi primum pontificatum inijt, animum ad comprimendum Turcarum furorem, impetuſque frangendos conuertiſſe, atque ad id perficiendum publice voto ſe deuinxiſſe S. Antoninus, Æneas Syluius, alijque teſtantur [d]: immo ea de re ipſum nuncupaſſe votum ante pôtificatum adeptum, refert Platina [e], qui etiam formulam, qua conceptum erat, deſcribit: *Bellum*, inquit, *ſtatim Turcis indixit, id ſe ante pontificatum vouiſſe oſtendens ſuo chirographo his verbis ſcripto, quod in libro quodam ſuo extabat. Ego Calliſtus Pontifex Deo omnipotenti voueo & ſanctæ indiuiduæ Trinitati, me bello, maledictis, interdictis, execrationibus, & demum quibuſcumque rebus potero Turcos Chriſtiani nominis hoſtes ſæuiſſimos perſequuturum. Admirati ſunt omnes, qui aderant quod pontificatus nomen ſibi deſumpſiſſet ante*

d Iidem vbi ſup.
e Plat. in Call. III.
Voto ſe aſtringit ad Turcos bello petendos.

te

te adeptam dignitatem, quodque homo ſenex ac fere decrepitus tantum animi haberet. Ampliorem illius voti formulam ex peruetuſto chronographo aſſert Ioannes Cocleus [a], qui Calliſti pro religione defendenda pium ardorem maxime commendat: ea vero ſubiecta verborum ſerie exarata eſt.

a Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 11.

Sacramenti formula.

Ego Calliſtus Papa III. promitto & voueo ſanctiſſimæ Trinitati Patri & Filio & Spiritui ſancto, Dei Genitrici ſemper virgini, SS. Apoſtolis Petro & Paulo, totique curiæ cæleſti, quod etiam ad effuſionem ſanguinis proprij, ſi opus fuerit, dabo operam & adhibebo omnimodam diligentiam, quantum potero, iuxta conſilium venerabilium fratrum meorum pro recuperatione ciuitatis Conſtantinopolitanæ, quæ, heu! peccatis hominum exigentibus noſtris temporibus occupata & euerſa eſt per Ieſu Chriſti crucifixi ſaluatoris noſtri inimicum filium diaboli Machometum & Turcarum dominum, pro liberatione deinde captiuorum Chriſtianorum, nec non ad exaltationem fidei orthodoxæ, ad exterminationem diabolicæ ſectæ reprobi perfidique Machometi in partibus orientalibus, vbi maxime lumen fidei occubuit. Quod ſi oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea, & adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, & ſi non propoſuero Ieruſalem in principio lætitiæ meæ. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta euangelia.

Conſtantinopolim ſolymamque liberare me dicabatur.

19 Suſceptis XII. [b] kal. aprilis pontificijs infulis, exequendi huius voti ſtudio inflammatum Calliſtum omnes curas intendiſſe tradunt auctores [c], & concionatores vniuerſam Europam ad fideles in arma religioſa concitandos percurrere iuſſiſſe, ſexdecim triremes Romæ inſtruxiſſe; de quo bellico in Turcas apparatu hæc tradit Franciſcus Philelphus [d] in literis ad Caliſtum ipſū datis: *Quid tibi deeſſe ad prudentiam poſſit, qui & extremum ſenium viuis, & in negotijs ſemper maximis, varijs, difficillimis ſemper tua cum laude es verſatus? videmus te illam actionis partem, quam ille,* nimirum Nicolaus V., *temporum calamitate coactus inierat, quam diligentiſſime perſequi, nam tui quæſtores vbique ex populis Chriſtianis pecunias exigunt ad conflandum per continentem in Turcos exercitum, claſſis quoque exædificata eſt rebus omnibus ornatiſſima & maxima, virtuti bellicæ (quantum in te eſt) perpulchre conſulitur, &c. Ex Mediolano XI. kal. martias anno a Chriſti natali* MCCCCLVI. Præfeciſſe Pontificem illi claſſi patriarcham Aquileienſem [e] dicetur inferius.

Dimiſſi præcones ad fideles in ſacra arma concitandos.

c Plat. in Call. III. Cocl. ſup. l. 11. & alij.

d Philelph l. 13. ep. 1 ad Call. Papa.

Data | conflando terreſtri exercitum opera.

e Plat. & Cocl. vbi ſup.

Addit Æneas Syluius [f], qui tum ſcribebat: *Ad eam rem*, nimirum poſt nuncupatum votum perficiendum, *ſolemnes miſit in Galliam, in Hungariam, in orientem legatos primarios S. R. E. Cardinales, e quibus nullus adhuc redijt.* Verum tanta hæc, quæ laudati alijque auctores pauciſſimis verbis perſtrinxere, ex pontificijs literis confirmanda, illuſtrandaque ſunt. In primis ergo Calliſtus Nicolai decretum de gerendo in Turcas bello, quo vniuerſi Reges ac principes admoniti fuerant, felicem immortalitatem eos non adepturos, niſi in tanto rei Chriſtianæ diſcrimine excidioque vires ad religionem tuendam, poſitis mutuis odijs in vnum conferrent, atque imperata reliquis Chriſti cultoribus idoneis bello religioſa militia, renouauit. Tum nonnullas controuerſias quæ circa gratuitas noxarum condonationes & cruceſignatorum prærogatiuas motæ erant, diremit & expeditionis educendæ diem conſtituit, promulgato hoc diplomate [g].

f Æn. Syl de Europ. cap. 58.

Legati ſolemnes miſſi a Calliſto in varia regna.

g Lib. 1. cur. pag 163.

Ad futuram rei memoriam.

Ad ſummi pontificatus apicem, diſponente Deo, nuper aſſumpti, dum ſingulos proprioſque multarum ac pene omnium orbis Chriſtiani prouinciarum caſus conditioneſque diligentiori, vt tenemur, meditatione perſpicimus, multis eas tempeſtatibus inuolui, multiſque atque vehementibus procellarum turbinibus agitari, concutique videmus, adeo vt populi pene innumeri miſerando vlulatu anxiaque querela patrocinium ſummi patris Dei noſtri per manus noſtras poſtulent dicentes: *Domine ſalua nos, perimus; ſuccurre, princeps, fidelibus, & prouideas filijs, pie pater. Sparge rorem tuæ gratiæ ſupplicantibus, quoniam tenebræ cooperuerunt terram, & caligo inuaſit populos. Succurre, precamur, ne velut oues errantes paſtoris deſtitutæ cuſtodia crudelium luporum rugientiumque leonum faucibus liniemur.* Vnde impoſitam eſſe cognoſcimus nobis ſarcinam maioris negotij & ponderis, quam noſtris videatur poſſe humeris ſuſtineri, niſi ille adiuuet & ſubueniat, cuius imperij flatum inquieti maris elationes agnoſcunt, cuiuſque præſentia maieſtatis nauicula Chriſtianitatis quantumlibet fluctuans mergi nequit. Hi vero tanti turbines, cum felicis recordationis Nicolai Papæ V. Pontificis Romani prædeceſſoris noſtri temporibus capta, direpta, & miſerabiliter afflicta per immanem Chriſtiani nominis hoſtem Mahometum Bey Turchum Conſtantinopolitana vrbe inchoaſſent, ac dietim in Chriſtianorum prouincijs inualeſcere cœpiſſent; idem prædeceſſor prouidere deſiderans; infraſcripti tenoris literas ſolemni modo publicatas ad diuerſas orbis prouincias mitti voluit: *Nicolaus, &c. ad perpetuam rei memoriam. Et ſi Eccleſiam Chriſti per ipſum vol. Reg. lib. 25. de cur.* Nos, vt prædictos populorum vlulatus, querelas, & clamores, (quantum præſtaret Dominus,) auferamus, eaſdem literas tenore præſentium confirmamus, &c. [Nonnulla dubia in ijs contenta explicat, ac primum omnes indulgentias ampliſſimas a concilij Conſtantienſis tempore, niſi ad fidei amplificationem contra Chriſtiani nominis hoſtes conceſſas abrogat, ac multa de earum lucrandarum ratione in caſtris, & ſex menſibus in Turcas geſtandis armis, de patrocinio ſedis Apoſtolicæ, de ſacerdotiorum vectigalibus ſoluta in abſentes ab eccleſijs lege potiundis, de remittendis vſuris, de conferenda ſtipe, de colligendis decumis, de imponendo crucis ſigno, de promulgando pontificio diplomate ſingulis diebus feſtis, cum populi ad ſacra conuenerint, ſancit; tum ſubdit.] Expeditionem vero ab omnibus Chriſtianis principibus & populis, vt præfertur, in hoſtes ducendam in kal. menſis martij proxime futuri anni milleſimi quadringenteſimi quinquageſimi ſexti ſe ad iter ponere volumus atque decernimus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLV. *id. maij pontificatus noſtri anno* 1.

Turcis ſe per ſecut omnis immanis.

Chriſtiani a Nicolao arma in Turcas parata iuſſi.

Ad fidem defendendam ſollicitati.

20 Porro cum vniuerſa Chriſtiana regna huiuſmodi rei fama peruaſiſſet, principes ac populos admodum erectos meliores ſpes concepiſſe refert S. Antoninus [a]: *Quod*, inquit, *lætificauit diuulgatum per orbem principes & communitates Chriſtianorum, qui non ſolum Italici, ſed vltramontani omnes pene per oratores ſolemnes viſitarunt ſanctitatem eius, congratulantes de eius promotione, debitam reuerentiam & obedientiam efferentes, ac ſupplicantes ad conſeruationem & confirmationem pacis Italicorum initæ, & excitandos fideles ad inſurgendum contra hoſtes Chriſticolarum, & eliminandum de finibus ſuis, & ad cultum Dei ampliandum. Omnes honorifice ſuſcepti ſunt a beatitudine ſua & Romana curia.* Ipſum memorat S. Antoninum miſſum oratorem ad Calliſtum III. a Florentinis, qui legationi auctoritatem ſplendoremque con-

a S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 14. in princ.

Salutatur e principibus

S. Antoninus Florentinorum nomine legationem obit.

Digitized by Google

conciliare optabant, refert Leander a, illique adiunctos collegas Gianocium Pandolfinum, Octonicolinum iuriſconſultum, Antonium Ridolfum, & Ioannem Medices Coſmi filium, habitamque a ſancto archiepiſcopo in conſiſtorio coram Pontifice orationem, tanta verborum ſententiarumque venuſtate, geſtus & vultus grauitate, vt non orator, ſed miſſus e cœlo angelus prolocutus videretur. Inſerta eſt ab ipſo ea oratio in ſuo chronico b, quam prætérito nomine ſuo modeſtiæ cauſa, atque ab vno e Florentinis oratoribus habitam ait, ea vero hiſce verbis concepta eſt.

a Leand. de viris illuſt. ord. Præd. l. 3 in vit. S. Anton.

b Apud S. Anton. tit. 22. c. 16. in princ.

Beatiſſime pater & domine.

21 Quia eum, qui coram tua loquitur ſanctitate, commoueri contingit & tremere, tum propter celſitudinem throni tui, quo in humanis nullus eſt altior, tum propter intelligentiam tuam diuino munere auream vtriuſque iuris & ſacræ ſophiæ notitiam fœcundam, nec non propter reuerendiſſimos dominos Cardinales venerandoſque antiſtites & doctores egregios adſtantes varijs ſcientijs refertos, mirandum non eſt ſi nunc ego, cui nec ſententiæ ſuppetunt, nec verba quibus adiri debet tanta maieſtas, palleo, & pene voce deficio. Verum quamuis me tua terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas, animum allicit tuæ ſanctitatis immenſa benignitas, quæ non ſolum magnos diſertoſque viros, ſed humiles & indoctos inoffenſa aure ſolet audire, huiuſque conſiſtorij moris eſt non tam loquentis, quam mittentis æſtimare perſonam.

Francorum ad Calliſtū.

Incipit a ſui demiſſione.

Sane magnifica & excelſa ciuitas Florentina tibi deuotiſſima & Romanæ eccleſiæ obſequentiſſima, vt pote a Romano ſanguine carne, ab Apoſtolica ſede ſpiritu propagata, cum primum tibi innotuit te ad ſummi pontificatus apicem euocatum, gaudio magno valde coronata eſt propter prouiſionem vniuerſali Eccleſiæ diuina prouidentia factam ex tuæ aſſumptione perſonæ ad eam excellentiſſimam dignitatem, & ob peculiarem ac eximiam tuam dilectionem ipſi ciuitati oſtenſam, etiam cum eſſes in minoribus conſtitutus, exultans plurimum iubilauit in Domino. Vnde de munere tanto ad exoluendum debitas gratiarum actiones ei, qui in ſublimibus celeriter concordiam fecit, clerus populuſque omnis vtriuſque ſexus cum magiſtratibus cunctis, miſſarum ſolemnijs feſtiue celebratis præcedentibus deuotis proceſſionibus cum hymnis & canticis interfuere iucunde, & ſenatus populuſque ille congrue dicere poſſet id pſalmographi c: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi*, ſcilicet de tua creatione, *in domum Domini ibimus*, videlicet per oratores noſtros ad intuendum viſionem hanc magnam, domus Domini vtique firmiter ædificata & bene fundata ſupra firmam petram Romana proculdubio cenſetur eccleſia, nec enim aliud ipſa eſt, quam domus d Dei & porta cœli, hæc columba, vnica ſponſa pulchra ſine macula & ruga e, hortus concluſus f, fons ſignatus, puteus aquarum viuentium, paradiſus cum pomorum fructibus. De ea inquit cantor ille diuinus g: *Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ*. Et iterum h: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*. Habentur hæc in canone XXIV. q. 1. omnibus conſideratis.

Digreditur ad Florentinorum exultationem.

Vt publicè lætatum de Calliſti electione celebratione.

c Pſ. 122.

Eccleſia Rom. dignitas expoſita.

d Gen. 28.

e Epheſ. 5

f Cant. 4

g Pſ. 25.

h Pſ. 121

Ad huiuſmodi igitur glorioſæ domus gubernationem & regimen non immerito te elegit diuina clementia, quod ex eo conijci poteſt, quia tempore deuotiori Eccleſiæ, quo plebs fidelium ieiunijs, vigilijs, orationibus, & confeſſionibus alijſque diuinis magis ac magis inſiſtit, quibus diuina impetratur miſericordia, celebrata electione canonica per reuerendiſſimos dominos Cardinales, ſuper te cecidit ſors diuina, vt iſtud a Domino factum fuiſſe fidelium ambigeret nullus. Nobilitati ſiquidem generis tui maiorem morum nobilitatem adijciens, & a teneris annis ſtudijs deditiſſimus ad ſummam iuris peritiam ſpatio breuiore prouectus es, & vt lux ſplendens in lectionibus, diſputationibus, principum conſultationibus, de virtute in virtutem mira celeritate progrediens vſque ad perfectum diem veluti alter Salomon a ſapientia indutus es ab Altiſſimo & prudentia plurima, ad iudicandum orbem terrarum in æquitate & populos in iuſtitia, cuius iam faciem omnis terra videre deſiderat.

Laudat Calliſti mores.

a 3. Reg. 3

Ad illius quidem ſapientiam contemplandam Regina Saba b ſapientiſſima a finibus terræ acceſſit, eiuſque percepta ſapientia & viſo domus ipſius ordine miro, tanto ſtupore percuſſa eſt, vt vix in ea maneret halitus, reſumptis autem viribus adſiſtentes beatificauit, eiuſque miniſtros, dicens: *Maior eſt ſapientia tua & virtus tua quam inueni, quam rumor quem audiui in terra mea, Vicisti famam virtutibus tuis*. II. paralip. IX. Sed ecce plusquam Salomon hic, quippe cum videamus colla Regum & principum tibi ſubmitti, & non niſi genibus flexis pedes tuos oſculari beatos. His virtutum tuarum prærogatiuis ornatus poſt plurium eccleſiarum cathedralium ſedes excellentis Valentinæ tandem eccleſiæ pontificalem infulam ſuſcepiſti, nec enim de eius prouectione dubitandum erat, cui pro laboribus plurimis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis celſioris loci præmium debebatur, diſt. LXI. miramur d.

b 3. Reg. 10.

c Matt. 12

d Ex Leone I. ep. 87.

Ex ea autem ſede inter cardines terræ collocatus, ſuper quibus orbem conſtituit Dominus, demum ad Romani culminis pontificalem apicem a Domino vocatus es tanquam Aaron e, ad cuius conſtitutionem in principem ſacerdotum omnem conuocari ſynagogam iuſſerat Dominus: *Vt ſciant cuncti*, inquit glorioſus Hieronymus, *& certi ſint, quod qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur in ſacerdotem, in quo omnes animæ virtutes inuigilent & intentæ ſint, vt nil deſit in eo ſapientiæ, nihilque ſcientiæ, nihil induſtriæ, ſed adſit omnis multitudo ſenſuum omnis congregatio ſanctarum cogitationum* VIII. *q.* 1. *licet*. Quis enim ſanctum dubitet quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ a loci prædeceſſore præſtantur, aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eliguntur illuſtrat diſt. 40. non nos.

e Hebr. 1.

Pontificatus maieſtas illuſtrata.

Tu igitur ſacerdos es magnus & Pontifex ſummus, tu princeps epiſcoporum, & hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, zelo Elias, manſuetudine Dauid, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus.

Pontificiæ dignitatis elogium.

Vere igitur *valde mirabilis es, domine, & facies tua plena eſt gratiarum*, inquit S. Regina Eſther f, Eccleſiam ſignans, ad Aſſuerum monarcham, beatitudinem interpretatum, ideo enim mirabilis es valde, quia cœleſtium, terreſtrium, & infernorum dominus, cœleſtium ſcilicet propter perfectorum ſanctorum catalogo adſcriptionem, terreſtrium ob vtriuſque gladij amplam iuriſdictionem, infernorum autem propter animarum ab inferis

f 3. Eph. 15.

Digitized by Google

feris per indulgentias eductionem. Tibi deniquè traditæ ſunt claues *a* regni cœlorum, nec niſi per te ad huius glorioſæ domus penetralia facultatis myſterialis aditus patet: quamobrem fidelium quilibet habet dicere *b*: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*, per poteſtatem videlicet tibi traditam a ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto.

a Matth. 16. *b Pſ. 121*

Addicta Pontifici Florentinorum obſequia.

22 Ad huius igitur magnificæ domus limina, & maieſtatem tuam præſidentem in ea adorandam & viſitandam oratores ſuos deſtinauit communitas illa magnifica Florentina tibi affectuoſiſſima nos beatitudinis tuæ ſeruulos. Per nos quoque illam totis præcordijs veneratur, & tuorum veſtigia pedum humiliter oſculatur, te vicarium Chriſti, & ſucceſſorem Petri firmiter aſſeuerat, obedientiam aſſerens promptam pariter & deuotam, ac de tua exaltatione cum vniuerſis fidelibus gratulatur. A te primo paſtore vt ouis mitiſſima verbis vitæ ſaginari expoſcit, in te tueri, per te deduci, ſub te ad amœna demum & ſemper virentia paſcua ſupernæ felicitatis, magnificis operibus tuis & ſacris inſtitutis exoptat adduci.

Pontificis dotes. *c Hebr. 5.*

Decet enim talem ac tantum Pontificem pro hominibus aſſumptum *c* in ijs, quæ ad Deum ſunt, normam fore iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum pietatis exemplum, veritatis aſſertorem, defenſorem fidei, doctorem gentium, ducem Chriſtianorum, amicum ſponſi, ſponſæ paranymphum, ordinatorem cleri, paſtorem plebium, magiſtrum inſipientium, oppreſſorum refugium, aduocatum pauperum, & ſpem miſerorum, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cœcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, vltorem ſcelerum, metum malorum, gloriam bonorum, virgam potentium, malleum tyrannorum, patrem regum, moderatorem legum, canonum diſpenſatorem, orbis terræ lumen, vicarium Chriſti, chriſtum Domini, deum Pharaonis *d*. Quæ quidem data optima *e*, & dona perfecta in te eſſe, in populis prædicatur. Quod etiam noui nominis nuncupatio aſſumpta ſatis proteſtatur. Ex nomine enim regio, translatus es in nomen pontificale egregium Callixtum ſcilicet tertium, κάλλιστος enim græce, latine optimus interpretatur, optimo autem melius addi non poteſt, nec adiectione indiget plenitudo. Vel ſecundum etymologiam Calliſtus quaſi calidus in feruore fidei, ſiſtens, & fixus in ea, cui ternarius numerus additus ſacro myſterio, & perfectione multiplici copioſus exiſtit. Deum autem Pharaonis te eſſe debere non fruſtra dixerim, ad flagellandum videlicet, & caſtigandum multipliciter multiſque modis veri Iſraelis aduerſarios & oppreſſores, & potiſſimum nunc illum ſceleſtiſſimum nefandiſſimumque Regem Turcorum, beſtiam *f* cruentiſſimam nominibus blaſphemiæ plenam, inimicum Crucis Chriſti, qui furijs inuectus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret per fidelium terminos, & (quod fontibus lachrimarum magis deflendum eſt, quam verbis exprimendum) in eorum cædes plurimas iam debacchatus eſt, innumera opprobria, & contumelias adijciens religioni Chriſtianæ, & ſanctorum ſanguinem ſine intermiſſione ſitiens, vt fera peſſima nequeat ſaturari. Poſt huiuſmodi igitur flagella plurima, extenſa virga virtutis tuæ, immo Chriſti, demergatur in profundum abyſſi cum exercitibus ſuis, & nomen eius non memoretur amplius.

d Exod. 7. *e Iacob. 5.*

Calliſti elogium ex nominis etymol.

Turca expreſſus per beſtiam plenam nominibus blaſphemiæ. *f Apoc. 13*

Quia vero ad hoc efficiendum beatitudo tua a principio ſuæ creationis voto ſolemni ſe Deo dicauit, vt celebri ſermone per orbem diuulgatum eſt, quo Deo nil gratius, mundo nil celebrius, fidelibus nil affectabilius & iucũdius audiri potuit, iderico cœtus omnis colentium Chriſtum dicere cogetur: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus*. Ibimus (inquam) non vacui, non otioſi in domum Domini, ſed ad exorandum pijſſimum Deum obnixe, & aſſiduis precibus obſecrandum, vt memor ſit omnis *a* ſacrificij tui ſcilicet oblatæ ſubſtantiæ, & holocauſtum tuum vitæ exponendæ, etiam vſque ad ſanguinis effuſionem pingue fiat, & per exuberantem deuotionem tribuat *b* tibi ſecundum cor tuum igne caritatis ſuccenſum, & omne conſilium tuum confirmet, ad exterminandum fidei hoſtes vniuerſos. Hi etenim in curribus *c*, & in equis gloriantur & nauigijs, nos autem in nomine Domini inuocabimus, vt qui opus boni deſiderij cœpit *d* in te, ipſe perficiat. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt in conſpectu Dei, nos autem ſurreximus ſpe diuini adiutorij, & erecti ſumus, & ideo in domum Domini lætantes ibimus.

Commendatur votũ de ſacra expeditione.

a Pſ. 121. *b Pſal 19* *c Ibid.* *d Phil. 1.*

De tuenda pace Italica.

Cæterum pater beatiſſime, vt in paucis me expediam, oculos Argi ad hanc nobiliſſimam Italiæ oram attolle, & intuitum tuæ inſolitæ pietatis infige, ſine cuius, & totius Italiæ vnitate & pace paruum vel nihil proderit contra Turcos expeditio omnis. In ipſa autem Italiæ regione, vt non minima pars eius ſita eſt; magnifica & inclita communitas Florentina tibi deuotiſſima, florens vt roſa, fragrans ſicut lilium, armis tuæ potentiæ inſignita ſanctiſſimæ crucis, vt Romanæ eccleſiæ fideliſſima quam olim in oppreſſionibus ſuis frequenter adiuuit, in poſterumque pro poſſe iuuabit. Hæc vtique Italiæ regio teſte Iſidoro lib. etymolo. portione ſua non modica, olim magna Græcia nuncupata eſt. In omnibus bonis pulcherrima, ſoli fertilitate, & pabuli vbertate pinguiſſima, fontibus & fluminibus irrigua, mater philoſophorum, ceremoniarum inuentrix, cultus diuini magiſtra, ſapientiæ lumen præfulgidum, eloquentiæ ſingulare faſtigium, in armis experciſſima, in redigendis populis & condendis iuribus prudentiſſima, ſolertiſſima in negotiationibus, & in artificijs quam plurimum ingenioſa.

Nec enim myſterio vacat, quod ſit iuſtitiæ *e* Chriſtus Deus noſter ex ſacerdotali & regali proſapia ortus *f*, idem Rex regum *g*, & futurorum bonorum Pontifex *h* ſummus poſt monarchias orientales Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, atque Græcorum, in hac alma vrbe ſedem conſtituit ſummi pontificij, atque imperij, vt ex altero alterum fulciretur. Quæ quidem vrbs, & ſi per exteras gentes priſcis temporibus, & bella ciuilia valde fuerit attrita, euaſit tamen glorioſa, cum palma triumphi, & vniuerſitate imperij. Sedes quoque Petri, fideſque orthodoxa, licet ſub decem perſecutionibus Imperatorum infidelium, tanquam decem plagis Ægypti percuſſa fuerit atque impulſa, a veritate tamen fidei numquam auulſa eſt, domino ſaluatore Ieſu Chriſto orante pro ea *i* ne fides eius deficeret vmquam. Quinimmo ſub glorioſiſſimo principe & Chriſtianiſſimo Imperatore Conſtantino exaltata, magnificata, & dilatata per orbem, a cunctis etiam eſt venerata, quod in ſacris oraculis *l* ante per tempora longiora præmonſtratum eſt: in ſtatua videlicet ex quadruplici metallo compoſita, quæ per lapidem ſine manibus exciſum de monte percuſſa in pedibus corruit

e Malac. 4 *f Matth. 1* *g Apoc. 19* *h Hebr. 10.*

Romana fides nunquã defecit.

i Luc. 22. *l Dan. 2.*

to-

tota, illeque lapis maximus factus orbem impleuit: *Petra autem erat Chriſtus*, inquit Apoſtolus [a].

Omnes monarchiæ a Chriſto ſubacta vel ſubigendæ.

a 1.Cor. 10.

23 Sed poſt hanc gloriam huius inclytæ regionis, & domus, exigentibus populorum demeritis, per barbaras nationes, Vvandalos ſcilicet & Hunnos, Gothos, Longobardos, Saracenos, alioſque malignos Italia ipſa depopulata eſt, & pene conſumpta, diuina tandem miſeratione, illis eliminatis, liberata fuit, & reſtaurata magnifice. Nouiſſime vero diebus iſtis, diſſidentibus inter ſe inuicem patribus eius, ſatis prælijs & expenſis fatigata eſt. Operante autem Deo, & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt pax noſtra, & fecit [b] vtraque vnum, felicis quoque recordationis Nicolao V. prædeceſſore tuo plurimum laborante, etiam per legatus reuerendiſſimos ad diuerſas partes eius deſtinatos, conuenientibus in vnum in idipſum ſereniſſimo principe Rege Aragonum, illuſtriſſimo dominio Venetorum, inclyto duce Mediolanenſi, nec non & magnifica ac excelſa noſtra communitate Florentina cum alijs, pax a cunctis optata mortalibus reddita eſt, ac fœdere diuino colligationis certis modis & formis & conditionibus conglutinata & in ipſo vinculo pacis, qua nil melius, nil iucundius, nil ſuauius, aut ſalubrius excogitari poteſt. Vbi enim pax, ibi & omne bonum ſecundum diuum Auguſtinum [c], quod appetunt homines.

Italia barbaris attrita.

b Epheſ.2

c Aug.19. de Ciuit. c.16.

Huius igitur fœdera pacis, tanto labore confectæ, benedictæ, ſanctificatæ, atque promulgatæ ab Apoſtolica ſede, pater ſanctiſsime, tu qui princeps pacis exiſtis, & amator diceris, ſupplicamus adſtringas fortius, diutius conſerues, & augeas vehementius. Si quæ autem partes eius adhuc diſsiliunt, ad ea, quæ pacis ſunt obſecra, hortare, impera, & compelle intrare, ſtimulis videlicet rationum, quæ bona pacis probant innumera fore, mala autem diſſenſionis, & præliorum infinita diſcrimina, vt quemadmodum in cunctis fidelibus vnus dominus [d] exiſtit, vna fides, vnum baptiſma, vnus pater, & Dominus omnium, vna ſpes vocationis ſuæ, ſic omnes potentiæ Italicæ ſimul vnitæ, & inde virtute fortiores effectæ, vnanimes, vno ore, vno opere, vno ſpiritus feruore concepto, proficiſcantur contra illum filium perditionis Mahumetum regem ſuperbiæ, angelum ſathanæ, canem impudiciſsimum, omnis legis & morum peruerſorem, myſticum antichriſtum, qui aduerſatur [e], & extollitur ſupra omne quod colitur, ad conterendum vires eius, & ipſius audaciam reprimendam, ad illum eliminandum de terminis fidelium, ad recuperandas terras ab eo captas & pene euerſas, & præcipue illam olim glorioſiſsimam ciuitatem Conſtantinopolitanam, nunc autem infeliciſsime captiuatam ab eo.

d Epheſ.4

De ineundo in Turcas bello.

Filius perditionis.

e 2.Theſſ. 2.

Decet enim vices rependere tanto honori, tanto labori, tanto amori illius glorioſiſsimi principis Conſtantini, qui vt tuam ſedem magnifice exaltaret, poſt immenſa donaria hanc tibi vrbem reliquit, Byzantium perrexit, & illud magnifice amplians ſuo nomini dedicauit ſedem imperij ibi conſtituens. Hic etiam per ſucceſſores ſuos Imperatores ſub varijs annorum curriculis Italiam oppreſſam & plurimum afflictam liberauit, vt per Iuſtinianum legum compilatorem de faucibus Gothorum, & per Carolum magnum Regem Francorum, & Auguſtum creatum, de manibus Longobardorum, & per Othonem primum ducem Teutonicorum in Romanorum Regem aſſumptum, de oppreſsionibus tyrannorum. Rationi igitur congruit & æquitati, ac dilectioni, vt nunc vetus Roma cum fidelibus cunctis nouæ Romæ ſuffragetur, & de poteſtate illius impudiciſsimi canis Turci omni atrocitate truculentioris eruere quam citiſsime elaboret. Quamuis enim glorioſiſsimus Pontifex ſummus Calliſtus primus, & martyr inclytus optime dicat: *Nos enim tempore egemus, vt maturius quid agamus, non præcipitemus conſilia & opera noſtra, nec eorum ordinem corrumpamus*; diſt. 1. ſponderet, ſpectat tamen ad prudentiæ perfectionem ſecundum philoſophum in ethicis poſt maturata conſilia velocius exequi conſultata. Nam mora ſua cuilibet eſt nociua, & præcipue, vbi ingens & vicinum periculum imminet, omnino vitanda eſt, ſero enim medicina paratur, cum mala per longas conualuere moras. Ecce enim quotidie ille nequiſsimus Chriſtianæ fidei hoſtis Turcorum rex ſtrages multiplicare, ciuitates inuadere, incendia & deuaſtiones continuare non ceſſat, & ad vlteriora, & peiora ſe parare feſtinat, vt communiter annunciatur.

Conſtantinus Romã pontifici reliquit,

Oratio potius quã decernẽdo bello Turcico nauanda opera.

Vt igitur verbis meis incultis finem faciam, pater beatiſsime, poſtquam te Dominus conſtituit [a] ſuper Reges, & regna, vt euellas & deſtruas, diſsipes, & diſperdas, ædifices, & plantes, accingere [b] gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsime, gladio inquam veritatis, gladio charitatis, gladio auctoritatis ſuper fideles tuos tibi adhærentes, excita poteſtates & principes, cunctaſque fidelium nationes, quæ in hac re dormire videntur, & ad zelum fidei defendendæ corda eorum & mentes accende, & per eos diſperge in virtute Chriſti illos, qui in ſua gloriantur virtute, & multitudine, & feritate ſua confidunt, & diſsipa gentes, quæ bella volunt contra Chriſticolas tuos vſque ad internecionem. Per hæc enim prouidebitur non ſolum Græcis, ſed & Latinis tuis, ſemper eccleſiæ Romanæ adhærentibus, & tibi ſubiectis, quibus & periculum imminet, ſi aliter non obuietur, vt illis proſtratis ædifices, & plantes, ædifices quidem in toto orbe tranquillitatem & pacem, & Chriſtiani nominis dilatationem, planteſque diuini cultus amplitudinem, & omnis probitatis perfectionem. Quod ſi factum fuerit, cedet vtique hoc ad Dei gloriam maximam, & honorem, ac coronæ tibi in cœlis paratæ ſubliniorem augmentationem, nec non in terris famæ tuæ notabilem celebritatem. Super hæc omnia, pater beatiſsime, rempublicam noſtram Florentinam excelſam & inclytam, tibi deuotiſsimam, & Romanæ eccleſiæ, ex parte ipſius communitatis in viſceribus charitatis ſupplicamus, commendatam habeto, ad omnia beneplacita ſanctitatis tuæ parere paratam. Sicque tuo ſancto ductu atque regimine in domo Domini Eccleſiæ militantis in pace & charitate ambulantes in domum Domini ibimus gloriæ triumphantis. Demum prolixitati, & ineptitudini ſermonis veniam præſta. Hactenus S. Antoninus.

a Ier. 1.

b Pſ.44.

Propoſita pericula, niſi Turca reprimatur

Habita eſt etiam alia eodem argumento perelegans oratio ab Ænea Syluio [c] epiſcopo Senenſi ab Imperatore ad Calliſtum legato, qua eiuſdem Pontificis pia conſilia de cruce ſignata expeditione quamprimum conficienda in Turcas, addita egregia adhortatione, commendauit.

c Ext. inter eius ep. n. 393

24 Secuti ſunt Friderici exemplum ac veterem morem cæteri Reges ac principes, inter quos Stephanus Thomas Boſnæ Rex Iacobum Teſtam oratorem miſit, qui regia in ſedem Apoſtolicam ſtudia reſque geſtas in Turcas explicuiſſet. Quibus auditis Pontifex, collaudatis pijs illius vrgendi ho-

Miſſus orator ad Pontif. a Steph. Boſnæ Rege.

Digitized by Google

hoſtes fidei belli deſiderijs, apoſtolicis literis ipſimet ſignificauit, ſe accepti pontificatus exordio vouiſſe diuino Numini Turcas ſe bello inſtructis terra marique exercitibus inſectaturum, ſpemque concepiſſe recuperandæ Conſtantinopolis, aliarumque vrbium ſeruitute barbarica liberandarum; additque promiſſa, nimirum confecto feliciter bello, ereptas Turcæ Boſnæ vrbes ac prouincias, ei reſtitutum iri, nec non alia loca ab illis occupata, qui a Boſnæ Regibus deſciuerant, ac limites priſtinos regni Boſnæ amplificatum iri, coniunctis finitimis hoſtium regionibus, quæ ipſius ope partæ fuerint a.

a Calliſt. l. 1. pag. 32.

Chariſſimo in Christo filio Stephanothomæ Regi Boſnæ illuſtri ſalutem, &c.

Decet Romanum Pontificem, a quo per vniuerſalis Eccleſiæ membra multiplices fauores diffunduntur, illos potiſſime Reges protegere & confouere, a quibus religionis Chriſtianæ, & fidei catholicæ potiora præſidia comparantur. Cum itaque zelum tuæ deuotionis recenſentes etiam ante aſſumptionem noſtram ad apoſtolatus apicem cognoſceremus, & nunc etiam ex relatione dilecti filij nobilis viri Nicolai Iacobi Teſtę oratoris tui, ſerenitatem tuam ardentiorem fieri ad ea, quæ in augmentum Chriſtianæ fidei redundant, aperte intellexerimus, & quod pericula ſubire non formidas, nos, qui in noſtræ aſſumptionis initijs, audaciam immanium Teucrorum (quantum nobis miſeratio diuina permittet) totis conatibus vlciſci ſaluatori noſtro Ieſu Chriſto promiſimus atque vouimus, & terreſtribus ac maritimis copijs aduerſus eoſdem Teucros magnos apparatus facere conſtituimus, Conſtantinopolitanam & alias ciuitates per eos occupatas Chriſtianæ religioni vindicare, ipſo permittente Altiſſimo, confidentes, ſerenitati tuæ, nec non & comiti Stephano filio tuo, ac cunctis poſteris & heredibus tuis tenore præſentium ex nunc pollicemur atque promittimus, noſtræque intentionis exiſtere declaramus, nos ſi & poſtquam regnum tuum Boſnæ & illi finitimæ regiones Chriſtianæ ditioni plenarie reintegratæ & reſtitutæ, ac a tam nefaria ſeruitute ereptæ & liberatæ fuerint, omnia & ſingula dominia, ciuitates, caſtra, terras, iuriſdictiones & alia regni tui loca, pertinentias, & iura quæcumque, quoquo nomine cenſeantur, a nonnullis baronibus ac alijs finitimis, qui a tua tuorumque prædeceſſorum fidelitate defecerunt, hactenus occupata, ſi ad te legitime ſpectare conſtiterit, tibi ac Stephano filio tuo, ac cunctis poſteris & heredibus tuis tuæ & eorum ditioni plenarie reintegrari, teque & eos in integrum ad illa reſtitui, & non modo vſque ad regni prædicti fines ſed etiam, quo ad Altiſſimo libuerit, in alias terras & loca eorundem hoſtium, quę tuo fauore parta fuerint, tibi finitima & accommodata eiuſdem regni tui fines amplificari & extendi, lateque tueri, nos eſſe (quoad poterimus) realiter & cum effectu procuraturos, ac ſucceſſoribus noſtris viam aperiemus, vt te & poſteros tuos, per tua veſtigia incedentes, tanquam Chriſtianæ religionis propugnacula in ſinu ſedis Apoſtolicæ quibuſcumque fauoribus & auxilijs habeant nō immerito commendatos. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrū anno, &c.* MCCCCLV, *pridie kal. maij pontificatus noſtri anno* 1.

Promiſſa illi Boſnæ Regi a Turca eripienda.

Idem ſucceſſori beneficium, ... deceruuntum eſt.

25 Suſcepit b ejuſdem Regis, eius filij Stephani comitis, nec non vniuerſæ eorum ditionis, patrocinium Calliſtus, decreuitque Boſnæ regnum ſedi tantum Apoſtolicæ obnoxium fore, atque aduerſus quoſcumque illud opprimere molientes ab ea defenſum iri. Adiecit adhortationem, vt arma contra Chriſti hoſtes exercere pergeret. Cum vero Ioannes Huniades comes Biſtricenſis, & Ladislaus Hungariæ Rex nonnullas cum ipſo Boſnæ Rege controuerſias haberent, Calliſtus ad eas ſedandas in Pannoniam miſit a Thomam epiſcopum Fanenſem, quem legati e latere dignitate auxit, vt in communem hoſtem omnium arma verterentur. Moxque Dionyſin tit. S. Cyriaci in thermis presbytero Cardinali legationis munus in Pannonia gerendæ iniunxit, vt inter diſſentientes b Hungaricæ aulæ proceres pacem induciaſue conciliaret, tum daret operam, vt Rex eiuſque duces proximo vere ad educendum in expeditionem exercitum accincti eſſent, obſtaretque ne fœdus cum Mahomete inirent, quibus de rebus extant hæ litteræ.

b Ib. pag. 93.

Boſna in Apoſt. ſedis ... tutelam

a Ib. pag. 80.

Miſſus legatus pro conciliandis Hungaris.

b Coelæ. hiſt. Hunſ. lib. 21.

Dilecto filio Dionyſio tituli S. Cyriaci in thermis presbytero Cardinali in regno Hungariæ noſtro, & Apoſtolicæ ſedis legato de latere ſalutem, &c.

Licet omnium Chriſti fidelium vnio ſit ſumme optanda, hoc præſertim calamitoſo tempore in quo perditionis filius Mahomet Bey Turcorum caput & dux tanquam procella vehemens nomen Chriſtianum perdere de terra cupit, illorum tamen in primis eſt non ſolum neceſſaria, ſed ſummo ſtudio quærenda, qui ſuperbos eius ſpiritus quaſi cœleſti quodam dono reprimere conſueuerunt. Intelligentes itaque, non ſine amaritudine cordis noſtri inclitum Hungariæ regnum, cui nos pro meritis ſuis ſumme afficimur, & quod hactenus ſcutum Chriſtianitatis eſſe conſueuit, in capite & membris ſibi inuicem diſſentire; ac inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ladislaum Regem illuſtrem, & prælatos ac barones & populos regni præfati, rurſumque inter hos ipſos certas diſſenſiones ſubortas eſſe, quæ impedimento manifeſto ſunt, quominus opportunum aliquid per eos parari, aut effici poſſit, videmus maximo præſidio carendam eſſe fidem noſtram, niſi reconciliatis animis, ad veram charitatem & pacem reducantur. Ea propter cupientes votum omnipotenti Deo reddere, quod a principio noſtri pontificatus ſolemniter vouimus, videlicet Eccleſiæ theſauros & vitam propriam, ſi ita neceſſe erit, ad euerſionem hujus impiſſimi Mahometi impendere, ac conſiderantes omnem dilationem, quæ interponitur, damnabilem eſſe, et hoſti vires, nobis calamitatem adiungere, ideoque intendentes (quantum diuina clementia largiri dignabitur) proxime venturo vere, erecto vexillo Crucis, arma ſalutis contra præfatos Turcos terra marique mouere, vt in tanto Chriſtianorum appparatu robur regni Hungariæ per inteſtinas diſcordias non deſit, in quo certe præcipua fundamenta victoriæ ponimus; ad has tollendas (ſi ita Deus annuerit) inducendamque pacem vel ſaltem treugas, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, te (qui de illorum numero exiſtis, & de cuius fide, integritate, maximaque rerum experientia plenam in Domino fiduciam gerimus) tanquā pacis angelum in præfato regno Hungariæ noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere duximus deputandum, & præſentium ſerie facimus, conſtituimus, & deputamus, tibi eundem Regem, prælatos, barones, ac populos regni præfati, & alios quoſcumque regnicolas inter ſe quomodolibet diſſidentes, noſtro & dictorum fratrum nomine, ad pacem & mutuam concordiam, hortandi, monendi, & exhortandi, ac eorum diſcordias, & diſſenſiones penitus tollendi, & extirpandi, ac ſuper ipſis amicabiliter iudicandi, termi-

Hungari diſſenſionibus tollendis.

Vt vitam opeſq. Chriſto deuouet.

Dita Dyonyſio Card. ...

nandi, decidendi, & componendi, pacemque ipſam & concordiam, vel ſaltem treugas, ſi pax ſequi non poteſt, perpetuo, vel ad tempus, de quo tibi videbitur tractandi, firmandi, & concludendi, ac pro eius firma concluſione, & obſeruatione quæ tibi viſa fuerint noſtro & eccleſiæ Romanæ nomine promittendi, ac inſuper nos & eccleſiam ipſam, prout tuæ prudentiæ videbitur neceſſarium, obligandi, nec non pro obſeruanda huiuſmodi pace vel treugis ſecuritates quaſcumque neceſſarias & opportunas vtrimque præſtandas, vel per viam compromiſſi, vel alias tractandi, firmandi, præſtandi & concludendi, pacta inſuper, & capitula pacis, vel treugarum huiuſmodi firmitatem & ſecuritatem continentia ordinandi, faciendi, concludendi, & decidendi, ac pacem, Deo propitio, vel treugas prædictas poſtquam firmata fuerit, per ſupradictos obſeruari mandandi, contradictores, & conſentire nolentes per cenſuras eccleſiaſticas, de quibus in alijs literis felicis recordationis Nicolai Papæ V. prædeceſſoris noſtri, & noſtris, quas ad te mittimus, plenius continetur, compellendi, omniaque alia, & ſingula faciendi, gerendi, & exercendi, quæ pro huiuſmodi inducenda pace & treugis, ac earum ſtabilimento, & ſecuritate neceſſaria videris, ſeu etiam opportuna: inſuper etiam prælatos omnes & ſingulos Regem, prælatos, barones, & populos regni prædicti, ac alios quoſcumque regnicolas nominibus quibus ſupra monendi, rogandi, & obteſtandi, vt pro honore Dei, & populi Chriſtiani ſalute, cuius cauſa nunc agitur, proxime venturo vere, depoſitis diſcordijs præfatis, parati ſint, & accincti ad ſalutarem hanc Chriſtianorum expeditionem, & interim nullam quouis modo intelligentiam, nullum fœdus cum eodem Machometo ineant ſeu recipiant, ſed ad ipſius extremam confuſionem, vt ſemper glorioſe conſueuerunt, ſe animent, concedentes ſuper iis auctoritate apoſtolica harum ſerie plenariam facultatem & etiam poteſtatem. Nos enim obligationes, pacta & fœdera quæcumque, quæ pro huiuſmodi pace vel treugis inducendis, earumque ſecuritate & firmitate præſtanda, cæteris ſupradictis exequendis duxeris ordinanda, firmanda, ſeu etiam facienda, rata & grata habebimus, eaque faciemus, auctore Domino, inuiolabiliter obſeruari. Tu igitur iniunctum tibi huiuſmodi laboris onus & curæ ob Dei & Apoſtolicæ ſedis, & noſtram reuerentiam deuote ſuſcipiens, ita ſtudioſe, ſapienter, & integre iuxta conceſſam tibi a Domino gratiam exequaris, vt cœleſti tibi fauente clementia tuis laboribus, & vigilijs, ſperati pacis & concordiæ fructus proueniant, tuque in hac cauſa, quæ Chriſti eſt & noſtra, æternæ gloriæ palmam conſequi merearis. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLV, kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno 1.*

Varie (?) Vide Hungar... Turcis (?) [marginal note, partly illegible]

Card. S. Angeli in Germaniam legatus.

26 Obeundæ pariter alterius legationis in Germania regniſque adiacentibus, tum in locis Turcico obnoxiis imperio munus iniunxit Calliſtus [a] Ioanni Caruaiali S. Angeli diacono Cardinali de quo hæc S. Antoninus [b]: *Deſtinauit inſuper, nimirum nouus Pontifex, legatum in Hungariam Cardinalem diaconum dominum Ioannem Hiſpanum, & in Alemanniam ad congregandum exercitum terreſtrem contra Turcos perfidos;* & quo inſtructiores compararentur copiæ eiuſdem Cardinalis legationi in Polonia gerendæ munus adiectum eſt [c].

a Ib. pag. 335. & 351.
b S. Ant. 3 part. 22. c. 14. in princ.
c Sup. pag. 335.

Calliſtus, &c. Cum te aduerſus impiiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes Turcos ad partes Germaniæ, Hungariæ, & loca ipſi Turco ſubdita & vicina ſedis Apoſtolicæ legatum de latere paxientialiter mittamus, nos ſperantes te legationem ipſam eo felicius dante Domino, ad optatum finem ſperatamque victoriam perducturum, quo plures in tantam, tamque neceſſariam expeditionem Reges, & populos poteris conuocare, legationem tuam huiuſmodi ad regnum Poloniæ & dominia omnia ac loca chariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Poloniæ quomodolibet ſubdita ita extendimus, vt omnibus literis apoſtolicis, ac facultatibus tibi in prima legatione conceſſis, in hoc quoque nuper addita, vt poſſis ac ſi pro ipſa regni Poloniæ legatione ſpecialiter & particulariter conceſſæ forent. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLV. v. kal. octobris pontificatus noſtri anno 1.*

Porrecta ad Poloniam eius legatio.

Extant aliæ apoſtolicæ literæ [a], quibus eidem Cardinali partes ſe impoſuiſſe teſtatur Pontifex, vt crucis ſigna attolleret in Turcas, decumaſque clero ad ſuſtentandum exercitum imperaret: tum pluribus illum prærogatiuis auxit [b]. De illius in Hungaria legatione meminit Ioannes Taliacotianus B. Ioannis Capiſtranenſis ſocius in literis [c] ad B. Ioannem Picentem Minoritam datis, narratque vt hoc anno idem B. Ioannes apoſtolicus internuntius in Pannoniam ſe contulerit verno tempore, cum deuexo anno ſuperiori e Francofurtenſi conuentu Hungariam adire, diuinamque gloriam in conuertendis populis amplificare iuſſus eſſet, tum eximia ab eo hoc anno geſta ita recenſet: *Cum anno Domini MCCCCLIV. de menſe nouembris ipſe beatus pater cum ſociis poſt Frankfordienſem dietam Norimberga vehementer in magno fuiſſet dubitationis agone quonam ſe prædicaturus conferret, aut vbi magis Chriſtiano populo proficere poſſet, nocte ſequenti cum poſt matutinum, oratione præmiſſa, ſe ſopori dediſſet, vidit mortem ſuam non ſub ſanguinis effuſione, ſed ſub ſanguineo labore futuram, nam miro modo ad martyrium feruebat. Cum vero celebrando ibi die ſequenti attente oraret, cuperetque ſcire, quonam proficiſci deberet, audiuit varias in eccleſia voces reſonare. In Hungariam, in Hungariam, & dum prædicaret in platea ante maiorem eccleſiam idem in aere ſæpius audiebat: Sic ex dubio ſurgens decreuit ſecundum voluntatem Domini in Hungariam proficiſci. Seminato itaque verbo Dei per Alemanniam, & ibidem plantata familia obſeruantiæ regularis, & reductis ad vnitatem eccleſiæ Romanæ quaſi ſexdecim millibus hæreticorum Huſſitarum in Bohemia, & mirabilibus fructibus in Polonia Domino concedente peractis, de menſe maij anni ſequentis MCCCCLV. aduolauit in Hungariam, cuius natio ſtatim in ipſius ingreſſu miſum in modum commota eſt. Recipiebatur ab omnibus tanquam alter Apoſtolus, & licet ipſe honorum deſpector ſæpiſſime declinaret a via, mutaretque ſui acceſſus vel receſſus propoſitum, licet etiam ex quadam honeſtiſſima deluſione præfixam diem non ſeruaret vel horam, quibus expectantes populi ſuo deſiderio fraudarentur, & ipſe ab huiuſmodi honoribus fieret alienus, nihilominus quod homo tacebat ſeu abſcondebat, Deus promebat, nam in ipſis ingreſſibus clerus ſolemniter ornatus, Cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, & eccleſiarum prælati cum reliquiis ſæpe numero & cum ſacramento Euchariſtiæ non ſine multis luminaribus ac populis vtriuſque ſexus, cum ramis arborum, candelis accenſis, ſonantibus campanis humilitatis amatori obuiam venientes, cum maximis honoribus, cantibus, atque fletibus eum introducebant. Principes, barones, nobiles, atque plebes eum ſummopere diligebant & honorabant, quorum tanta multitudo confluebat ad eum, vt nonniſi latiſſimi campi aut maxima platea eos capere valerent.*

a Sup. pag. 351.
b L. 7. pag. 100. ad 111.
c Ext. apud Vvadding. annal. to. 6. hoc ann. n. 43

B. Io. Capiſtrano genus mortis diuinitus oſtenſum.

Iuſſus in Pannoniam proficiſci.

Sexdecim millia Huſſitarum ab eo conuerſa.

Honorificentiſſime ab Hungaris excipitur.

Cum

Ingentes ad eum audiendum populorum concurſus fiunt.

Cum proponeret eis verbum, a remotiſſimis partibus populi venientes non vt ad ſermonem vnius horæ, ſed tanquam ad maximam indulgentiam cateruatim currere videbantur: nec mirum, cum guſtata colloquij ſui dulcedine, & puritate ſermonis, & doctrina ſalutari percepta, nec non miraculorum claritudine apertiſſime viſa, omnes in eius admirationem verterentur: fulminabat contra vitia, virtuteſque inſerebat: clarus atque gratus in omnibus erat cunctis principibus; & beatum ſe putabat qui vel modicum cum illo ſtaret, vel cum eo loqui, aut eum audire potuiſſet: ſemper tamen in huiuſmodi honoribus, ſibi inuito exhibitis, humilis corde dicebat. Non nobis Domine non nobis ſed nomini tuo da gloriam.

Sententia ab eo vſurpata in mediis honoribus.

Et cum tunc eſſet in regno, eſſetque ipſius regni gubernator & defenſor illuſtris dominus Ioannes de Hunyad, tantam iſte deuotionem pariter & amorem concepit in ipſum virum Dei fratrem Ioannem de Capiſtrano vt quæcumque pro regno eſſent tractanda tam in ſecretis quam in publicis dictis ipſe cum alijs baronibus hunc vocabant, admittebant, proferebantque, nihil ſine ſuo conſilio agere volentes. Poſt multos ſuæ feruentiſſimæ prædicationis ſudores, poſt vberrimos fructus per Hungariam mirifice perpetratos, fauore ipſius domini Ioannis contulit ſe ad partes Tranſiluanas, ad Valachos Ruſſianos ſchiſmaticos & Patarenos, ex quibus per ſpatium trium menſium, vndecim millia ſua prædicatione ſuſcepto baptiſmo ad vnitatem & obedientiam ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ reducta ſunt. quorum etiam magiſtrum & fautorem poſt combuſtionem ſuæ habitationis in Hunyad, & ſuorum bonorum direptionem, ſua diſputatione conuictum publice coram baronibus & prælatis in forma eccleſiæ Romanæ Budæ baptizauit de aſſenſu reuerendiſſimi domini legati. Iuſſum proximo anno beatum virum a Calliſto Papa ſacram militiam in Turcas promulgare, ſuiſque precibus ſpectabilem polcherrimamq; victoriã de Mahomete Imperatore peperiſſe, poſtea videbimus: nunc reliquas a Calliſto, decretas legationes percurramus.

In Tranſiluania & Valachia vndecim millia hæreticorum conuertit.

Magiſtrum Patarenorum baptiſmo initiat.

27 Ad conciliandos Anglos cum Gallis miſſus eſt in Britanniam Nicolaus e Cuſa [a] tit S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis, ampliſsimaque auctus poteſtate, vt controuerſias ſedaret, populique arma in Turcas vertenda curaret.

Nicolaus de Cuſa in Angliã miſſus.

a Lib. 3. pag. 190.

Dilecto filio Nicolao tit. S. Petri ad vincula presbytero S. R. E. Cardinali ad regnum Angliæ, noſtro & ſedis Apoſtolicæ legato de latere ſalutem, &c.

Cum tuam circumſpectionem pro quærendis, implorandiſque auxilijs aduerſus impiiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes Turcos, qui occupata inſigni Conſtantinopolitana vrbe, & multo cruore humano in ea, interque alios, imperatorio miſerabiliter effuſo, vniuerſum quoque nomen Chriſtianum ſe deleturos elatis mirum in modum verbis comminantur, ad regnum Angliæ tranſmittimus, per diuerſas tamen prouincias tranſiturum, nonnulliſque in locis & regno prædictis diſſenſiones & bella vigere intellexerimus, quibus perſeuerantibus atque vrgentibus, nec Reges, nec prælati, nec principes, nec populi, licet cupientiſſimi eſſent, tuis conſilijs, exhortationibus, ac monitionibus ſatisfacere poſſent, nec petita auxilia ſubminiſtrare, ad ipſam in primis tam neceſſariam anhelantes pacem, & de tuis ſapientiæ, prudentiæque magnitudine, induſtriæ claritate, rerum agendarum experientia, vitæque integritate, ac alijs multiplicibus virtutum donis, quibus perſonam tuam Altiſſimus inſigniuit, gerentes in Domino fiduciam ſpecialem, ac ſperantes, quod per tui conſilij magnitudinem diſſenſiones & diſcordiæ huiuſmodi ad pacis dulcedinem deducentur, tibi Reges & ſubditos eorum partium quarumcumque, per quas ibis, aut in quibus legatione fungeris, ac circumuicinis, & vndique adiacentibus, noſtro nomine, ad pacem & mutuam concordiam hortandi, monendi, & requirendi, ac huiuſmodi diſcordias & diſſenſiones penitus tollendi, & remouendi, & ſuper ipſis amicabiliter iudicandi, terminandi, decidendi, paciſcendi, ac componendi, pacem quoque ipſam & concordiam, ſeu treugas, ſi pax fieri non poterit, perpetuo vel ad tempus, de quo tibi videbitur, tractandi, firmandi, & concludendi, ac pro ipſarum pacis & treugarum concluſione forma inuiolabiliter obſeruanda, ea quæ tibi viſa fuerint noſtro & eccleſiæ Romanæ nomine promittendi, ac inſuper nos & eccleſiam ipſam, prout tuæ prudentiæ videbitur, neceſſarium obligandi, *& infra*, concedimus auctoritate apoſtolica harum ſerie plenariam facultatem. &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLV. XII. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* I.

Diſſenſiones tollendarum facultas illi attributa.

Et concilliãdarum indicarum.

Miſſum ea de cauſa Alanum Cardinalem in Gallias proximo anno dicemus. Deſignati [a] quoque plures ſacerdotes quæſtores fuere ad colligendas pro ſacræ expeditionis ſumptibus decumas, & pias fidelium eleemoſynas. Ne vero pecuniæ in alienos ſordidoſue vſus auerterentur, dedit mandata, vt in principis eccleſiæ ſacrario ſeruarentur pluribus ſeris obſignatæ, qua de re ad Ioannem e Curte Dominicanum datæ literæ [b], quibus profitetur Pontifex ſtatuiſſe quindecim triremes in hoſtem inſtruere, vel ſi claſſis ab alijs ornaretur, ſumptus a ſe in illam faciendos in terreſtrem exercitum impenſurum.

Infeſtare a Mahomete inſulæ Ægei maris. Deſtinati plures quæſtores ... cogendo ſtipe.

a Lib. 2. pag. 247. & 249. l. 3. pag. 59. & 251. & l. 5. pag. 31 47. 67. 71 89. 119.

b Lib. 3. pag. 59.

28 Vrgebat porro ſumma neceſſitas parandæ claſſis, cum Mahometes inſulas Ægei maris deuaſtaret, expoſitiſque in continentem copijs nunc has, nunc alias oras repentinis excurſionibus vexaret. Præfectus itaque eſt a Calliſto pontificiæ claſſi Petrus archiepiſcopus Tarraconenſis, atque legati apoſtolici e latere munere auctus, iuſſuſque orientis Chriſtianos omni virium contentione tueri, datis ad eum ſubiectis literis [c], in quibus narrat, vt ipſe decretis ſolemnibus ſupplicationibus irarum Chriſtianis ob eorum flagitia Deum placare niſus ſit, dein legatos Cardinales concepta ad id precum formula ſuis manibus crucis ſymbolo inſigniuerit, tum Reges principeſque ad ſacri fœderis ineundam ſocietatem in Turcas ſolicitarit.

c Lib. 19. pag. 258.

Legati Cardd. ſacra cruce inſigniti a Call.

Venerabili fratri Petro archiepiſcopo Terraconenſi ſalutem, &c.

Dominici gregis ouili, quamquam immeriti, diuina prouidentia præſidentes, dum capta Conſtantinopoli atque omni vaſtata feritatis immanitate, pollutis ac profanatis ſpurciſſime ſacroſanctis eccleſijs, & ſanctorum venerabilibus reliquijs canibus, porciſque obiectis lacerandis atque proculcandis, Turcos veſano furore, truculenta barbarie, in Chriſtum domini cornibus erectis ad nominis Chriſti Ieſu, cui cœleſtia ac terreſtria cuncta genuflectuntur, & trophei crucis viuificæ pollutionem, contaminationem, profanationem, nec non populorum Chriſtianorum euerſionem terra marique ingenti multitudine bellatorum congregata, miſerabilibus, atque horrendis noſtrorum calamitate, direptionibus, vaſtitate, planctu, vlulatu, trepidatione, fuga, trucidatione, incendio vehi, ferrique prope oculis cerneremus, intrinſeco cordis dolore contacti, primum, vt fas eſt, orationibus, lacrymis, contritione, pro noſtra & Chriſtifidelium ſalute impetranda ad Deum ſupplicationes

Indictæ ſolemnes ſupplicationes

plicIter conuerſi, amare peccata communia defleuimus, vtque ad nos Dominus conuerti dignaretur obſecrauimus, Deinde Spiritu ſancto propitiante ac ſuadente, munimine vexilli Crucis ſalutiferæ humeris dilectorum filiorum legatorum noſtrorum & Apoſtolicæ ſedis de latere prius nos ipſi, ac fortium virorum magna cum Dei reuerentia, timoreque affiximus cum ſolemni verborum ad hoc munus compoſitorum celebritate. Deinde nonnullis fratribus noſtris venerabilibus, aliiſque prælatis, vt clariſſimis Regibus, principibuſque illuſtribus & ſtrenuis propugnatoribus, nec non omnibus pro fidei defenſione pugnaturis, ſeruata eorundem verborum ſolemnitate ac tenore, deuote atque venerabiliter affigere exemplo noſtro valerent, plenam ſedis Apoſtolicæ auctoritatem dedimus, facultatemque.

Crucis pia concedenda Chriſto vita formula.

Quo quidem opere ſolemniter, & magna eiuſdem ſignacula ſuſcipientium deuotione peracto, ad Reges, duces, principes, dominos, populos, communitates, fideles, vereque Chriſticolas, ad hortandum, incitandumque, & legatos ipſos, & alios nuncios noſtros hinc inde dimiſimus, nihil eorum, quæ tanta in re fieri neceſſitas ac rei exigit magnitudo prætermittendo. Quæ cum omnia feliciter, votiueque nobiſcum Dei adiutorio procedere proſpiceremus, eiuſdem omnipotentis Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti gratia, Spiritu ſancto inflammante compulſi, quia perfidum Turcum atque canina rabie efferatum, maritimis quoque auxiliis ædificata atque constructa non exigua claſſe, nunc inſulas Ægei atque Ionij marium, nunc continentem, qua ex parte mare lædi poſſet a fidelibus habitatam inuadere, diripere, impugnare, vexare, omni maleficio denique, ac barbarica crudelitate vaſtare intelligeremus, vt ea quoque ex parte, dominico gregi auxilia pararemus, claſſem etiam minime aſpernandam ædificari, exonerarique mandauimus, quæ inſani ac perfidi hoſtis furori opponeretur, egregios atque opibus validos Chriſti fideles, qui maritimarum rerum ſcientia potentiaque pollerent, vt ipſi pariter claſſes adornarent inuictiſſimas admonendo. Cæterum de præfato, ac noſtræ & Romanæ eccleſiæ claſſis capitaneo tota mente cogitantes, atque clariſſime perſpicientes eiuſmodi virum eligi oportere, qui maris ſcientia atque experientia, gubernandi arte, regendi conſilio, belligerendi induſtria, animi magnitudine, humanitate, prudentia, auctoritate præſtaret, tua nobis in mentem ſtatim fraternitas venit, quæ cum rebus modo enumeratis elucear, *& infra*, fratribus noſtris frequenti conſiſtorio congregatis, cum de tua inter eos perſona exorſi eſſemus orationem, ab omnibus conſtanti & conſono ſermone grauique teſtimonio, tuis præfatis virtutibus honorifice commendatis, de eorum te conſilio, atque aſſenſu, noſtræ, & prælibatæ eccleſiæ claſſis iam instructæ, atque præparatæ, & deinceps inſtruendæ atque præparandæ fecimus, conſtituimus, ac etiam deputauimus præfectum atque capitaneum legati apoſtolici de latere tibi omni ſuffragio & votis propter tuorum meritorum exigentiam attributa poteſtate atque facultate, vt præter cæteros honores, præeminentiam, dignitatem, ac prærogatiuam reliquis præfectis ac maritimis capitaneis dari conſuetam ſpeciali te priuilegio honoraremus, vt cum ſumma emineas probitate, pari quoque auctoritate præſtares.

Omnia in Turcas claſſis.

29 Ergo Dei omnipotentis & domini noſtri Ieſu Chriſti, ac ſancti Spiritus ab vtroque procedentis propitiatione inuocata, quod Chriſtiano nomini ac æternæ crucis decori, & nobis ſanctæque Romanæ eccleſiæ ac fidelium populo, tibique tuæque domui perpetuo bonum, felix, ac fauſtum ſit, tuarum virtutum, quas paulo ante commemorauimus, maximique muneris, quod tibi tribuimus, iuramentique quod in noſtris manibus præſtitiſti, Chriſtianorumque tibi ea parte in extremis laborantium difficultatibus commendatæ ſalutis memor, aggredere atque complectere maximo animo datam tibi felicis noſtræ, ac præfatæ eccleſiæ claſſis præfecturam atque capitaneatum, Chriſtique ac crucis & Chriſtianorum perfidos hoſtes, ſpurcos, immanes, ac truculentos barbaros numinibus illis adiuuantibus, quorum auctoritatem, dignitatem, decus, venerationem, maieſtatem, ac fulgorem defenſurus, extenſuruſque proficiſceris: memento igni, ferro, omnique maleficio, iniuria, atque vexatione fore deuaſtandos; & noſtram ac præſtæ eccleſiæ benedictionem atque opem, ac Chriſtianorum principum populorumque auxilium rogitantes miſeras nues, atque deſolatas luporum pene faucibus deuoratas non ſolum in præſens tempus, ſed in perpetuum ab omni paganorum periculo atque terrore liberandas: nam nos tibi, & principes, ac populi omnes Chriſtiani, neque auxilio deerimus neque conſilio; & Deus ipſe omnipotens, cuius agitur cauſa, cuius etiam ſanctiſſimum ſuſceptum eſt opus, te tanta diriget felicitate, ſi te volueris ipſe cognoſcere, atque in ſancto timore gubernare, in virtutumque humanarum ac diuinarum ſemper dirigere moderatione, vt inde miſeris Chriſtifidelibus nunc laborantibus in extremis ſalus, tibi honor immenſus, nobis lætitia incredibilis, Altiſſimo gloria perueniet, qui cum Filio, & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſempiterna, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto XII. kal. octobris pontificatus noſtri anno 1.*

Tarraconenſis archiep. ſit omnis ſa... ſtatuitur.

Chriſti hoſtes omnibus claſſibus iuſſus obterere.

30 Excitatus pontificiis adhortationibus, religioniſque contra Turcas defendendæ accenſus ſtudio, vt videbatur, Alfonſus Aragonum & vtriuſque Siciliæ Rex, crucis ſignum induere atque exercitum ductare præ ſe tulit: cuius pia conſilia commendauit Calliſtus, ac patriarcham Alexandrinum tum Regi tum aliis proceribus militibuſq; religioſam profeſſuris militiam ſacrum ipſũ crucis ſignũ ritu ſolemni conferre iuſſit: ſi vero patriarcha quopiam præpeditus impedimento eſſet, Balearium epiſcopum eo munere perfungi iuſſit a.

Alfonſus Rex Aragonum ſacro bellum meditatus.

Venerabilibus fratribus patriarchæ Alexandrino & epiſcopo Maioricenſi ſalutem, &c.

a Lib. 19. pag. 181.

Cum chariſſimus in Chriſto filius Alfonſus Aragonum, ac vtriuſque Siciliæ Rex illuſtris ampliſſima nominis ſui gloria, noſtroque ſummo gaudio, ac totius populi Chriſtiani alacritate admirabili, orthodoxæ fidei zelo inflammatus vehementer, vt decet, indignans Chriſti & nominis Chriſtiani, atque etiam ſacri trophei ſalutiferæ crucis, vnde fidelium vita emanauit, decus ab illo barbaro & perfido cane Turco ore execrabili pollui, horribilibuſque flagitiis, ac omni denique ſcelere & parricidio contaminari, ſeſe ſit auxilium flagitanti mundo, ac nunc maxime lætanti oblatus corporis ſui venerabili atque inuicto propugnaculo, viribuſque totius inclytæ ſuæ ditionis, efferatæ illi belluæ occurſurum, & ſanctæ Crucis defenſurum maieſtatem, ideoque nobis piis votis ſupplicauerit, vt eius ſacroſanctæ Crucis, cuius numen ſemper mente veneratur atque adorat, in humeris ſignaculum eidem, ac munimentum præberemus;

Vt concepta ab eo pia deſideria ... flamma.

mus; nos ipſius honeſtiſſimæ, & nobis ac Chriſti fidelium populo optatiſſimæ petitioni promptiſſime annuentes, tibi frater patriarcha, aut ſi tu caſu quopiam fueris præpeditus, tibi frater epiſcope de Apoſtolicæ ſedis plenitudine poteſtatis omnimodam damus auctoritatem atque facultatem, quamprimum regio digniſſimo deſiderio ſatisfaciendi. Igitur omnipotentis Dei feliciſſime atque fauſtiſſime nomine inuocato, quod vobis, ac nomen toti Chriſtiano * & Aragoniæ coronæ candidiſſimæ, atque huic Regi Alfonſo florentiſſimo, perpetuo bonum, felix, ac fauſtum ſit, venerandi trophei crucis prius petenti Regi confer inſignia, deinde vterque veſtrum, omni prorſus amota differentia, quibuſcumque deuote poſcentibus, pro Chriſtiani populi ſalute & dignitate, ac ſuarum animarum æterna gloria militaturis hominibus, quocunque præeminentiæ, ac dignitatis præfulgeant gradu, eadem auctoritate conferatis, quibus omnibus & ſingulis nos ipſi ex nunc animo deſiderioque iam, Deo propitiante, conferimus, vt maximo, ac robuſtiſſimo exercitu terra & mari ſub tanta defenſione ac numine congregato, perfida infidelium barbaries expugnata, euerſa, atque contrita diſcat omnium rerum opifici Deo, & domino noſtro Ieſu Chriſto, & ſacroſanctæ crucis vexillo dare gloriam & honorem, qui triumphans regnat in ſæcula ſæculorum. Cæterum verborum ordinem, atque ſolemnitatem, quibus in benedictionibus affigendorum huiuſmodi ſacroſanctorum ſignorum viuificæ crucis noſipſi vſi ſumus, vobis exemplum cum præſentibus mittimus, vt & voſipſi illis eiſdem tota deuotione venerabundi maieſtatis Dei ante mentis veſtræ oculos propoſita amplitudine vtamini, adhibita maxima, vt decet, reuerentia. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto, pridie idus ſeptembris pontificatus noſtri anno* I.

* orbi

Eius ſymbolo crucis inſigniendi data facultas.

Traditur illius affigendi forma.

31 Conſecrarat, etiam arma religioſæ in Turcas militiæ accepto e manibus Ioãnis tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyteri Cardinalis crucis ſymbolo Philippus Burgũdiæ dux, cui iã ante Nicolaus plura ad conficiendam eam expeditionem conceſſerat, quæ a Calliſto confirmata fuere [b]. In primis indulgentiarum præmia tum ei, tum alijs cruce ſignata vexilla ſecuturis propoſitæ, ipſius ditio patrocinio apoſtolico commendata: ſacerdotiorum quæ in vniuerſo reſeruarentur orbe, vectigalia promiſſa; biennalis ac decuma ex cenſibus eccleſiaſticis in eiuſdem principatu redigenda tributa. Conceſſerat etiam Nicolaus ſacerdotibus & clericis Philippi ducis ſigna ſecuturis, vt arma induere, ac ſine vllius irregularitatis labe Turcas confodere poſſent: quod a Calliſto ratum habitum eſt. Permiſſus etiam ei aræ ſubductilis vſus, nec non ſacerdotis ad expiandam conſcientiam deligendi ius datum. Denique Ioannes Tullenſis & Ioannes Atrebatenſis epiſcopi, vt dux ipſe poſtulauerat, in caſtris legati fuerant deſignati: quod munus iiſdem demandauit ſubiectis literis [c] Calliſtus.

a Lib. 21. pag. 1. 2. 3. 4. 5. & 8.

b Sup. pag. 5.

Sacræ indulgentiæ cruceſignatis oblatæ.

c Ibid. pag. 7.

Venerabilibus fratribus Guillelmo Tullenſi & Ioanni Atrebatenſi epiſcopis ſalutem, &c.

Dudum per felicis recordationis Nicolaum Papam V. prædeceſſorem noſtrum ex tui ſacta epiſcopi Atrebatenſis relatione percepto, quod dilectus filius nobilis vir Philippus dux Burgundiæ ſe aduerſus impiiſſimum Machometum Chriſtianæ religionis hoſtem cum magna gentium multitudine opponere, ac illum poſſetenus impugnare offerebat, idem prædeceſſor illum in ſignum executionis aſſumpti propoſiti cruceſignari mandauit, voſque vt ſibi vero conſilio & opere in ſui exercitus directione aſſiſteretis ad Europæ & alias infidelium partes, per quas exercitus ipſe tranſiret, in eodem exercitu legatos miſſos, & veſtrum quemlibet cum poteſtate legati de latere vſque & ipſius & Apoſtolicæ ſedis beneplacitum fecit, conſtituit, ac etiam deputauit, ac veſtras volens honorare perſonas, certas vobis facultates conceſſit, prout in diuerſis ſuis inde confectis literis plenius continetur. Cum autem nos, qui dicto prædeceſſori, Domino permittente, ſucceſſimus pro felici & votiua expeditione huiuſmodi negotij aliquos dictæ ſedis de latere legatos intereſſe affectemus, nos igitur, qui conſtitutionem, deputationem, & conceſſionem facultatum huiuſmodi hodie per alias noſtras literas confirmauimus, attendentes dignum fore & debitum quod, ſicut illi maioris nominis titulo decorantur, ſic etiam & potioris debeant honoris prærogatiua lætari, auctoritate apoſtolica & ex certa ſcientia volumus pariter & ordinamus quod, dum, quando, quoties, & quandiu aliquis de latere legatus huiuſmodi prædicto exercitui præſentialiter interfuerit, ab exercitio officij legationis & vſu facultatum huiuſmodi penitus deſiſtatis, eo ſe ab inde abſentante, conceſſam vobis poteſtatem poſtmodum plenarie reſumentes. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIV. III. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* I. Vt autem Philippus ſacro bello alterius belli metu & cura ſolutus vacare poſſet, Pontifex compoſitæ inter eum & Regem Francorum pacis pactiones firmauit [a].

Duo epiſc. decreti in illius exercitu legati.

Pax inter Burgundũ & Gallos confirmata

a Ib. 19. pag. 171.

Turci Caffam expugnare tentant.

32 Inter hæc fama, quæ antea percrebuerat, Tartaros Turcaſque iuncto armorum fœdere Caffam Genuenſium coloniam ad mare Ponticum eripere Chriſtianis conſtituiſſe, magis inualuit: ad quam auertendam cladem Calliſtus omnes Genuenſis reipublicæ clientes ad comparandas copias & ſacram militiam ſuſcipiendam, ſacris propoſitis indulgentijs, excitauit [b].

b Lib. 1. pag. 3. & 271.

Dilectis filijs protectoribus compararum S. Georgij ciuitatis Ianuenſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cum in deſiderijs cordis noſtri illa præcipue verſetur cogitatio, vt (quantum humano conſilio fieri poteſt) nefandiſſimis conatibus infidelium reſiſtatur, ea libenter ordinamus & quærimus, quæ ad defenſionem Chriſti fidelium, & repreſſionem dictorum infidelium ſpectare videntur. Cum fidedignorum relatu intellexerimus inhumaniſſimos Chriſtiani nominis hoſtes Turcos, & Tartaros vnanimi conſenſu deliberaſſe & ſtatuiſſe præclaram vrbem Capham aliaque loca orientalia dominio Ianuenſi ſubdita, de proximo inuadere, & occupare, vt fideles ex illis partibus eradicent, voſque ad ciuitatum & locorum eorundem defenſionem, terra, marique prouiſionem poſſibilem facere incœpiſſe, in qua maximis expenſis opus eſt, nos quantum poſſumus de theſauro Chriſti Ieſu domini & ſaluatoris noſtri vobis prouidere volentes, vniuerſos & ſingulos nationis Ianuenſis, & ſub eodem dominio & protectione degentes vtriuſque ſexus, etiam clericos ſeculares, & regulares, tam in dicta ciuitate, quam alibi vbicumque terrarum habitantes, vel negotiantes, ac omnium & ſingularum ripariarum, ciuitatum, inſularum, & locorum præfato dominio ſubditorum incolas & habitatores, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiamſi particularia obtineant dominia, eorumque ſubditos, vaſallos, & feudatarios, ac nobiles vi-

Tartaros ſibi fœdere iungunt.

ros

Digitized by Google

Genuenſes ad tuēdā rem Chriſtianam ſollicitati.

ros matchiones, comites, dominos, ac omnes & ſingulos, vt præſertur, vtriuſque ſexus, commendationi, & protectioni Ianuenſium recommiſſos, nec non quoſcumque Lunenſis, Terdonenſis, Aquenſis, & Aſtenſis ciuitatum, earumque diœceſum vtriuſque ſexus, vt præſertur, obſecramus, in Domino, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri exhortamur atque requirimus, vt pro ciuitatum, inſularum, & locorum ſupradictorum defenſione, auxilio, & fauore opportunis velint perſonaliter, ſiue de bonis, & facultatibus ſibi a Deo collatis larga manu, & libenti animo prouidere, recepturi a piiſſimo Deo noſtro bonorum omnium remuneratore in præſenti ſæculo abundantiam gratiarum, & poſt finitum humanæ conditionis curſum, gloriam fœlicitatis æternæ, &c. Propoſuit ampliſſima indulgentiarum præmia iis, qui ſtipem in belli ſacri ſumptus conferrent. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLV. *x. kal. maij pontificatus noſtri anno 1.*

33 Adulta æſtate Maonenſes & Chienſes, cum belli ſacri conſilia in occidente ſeneſcere, Turcicam vero potentiam ingraueſcere, atque extremum Caphæ periculum iniici formidarent, has literas [a] ad Pontificem, vt auxiliarem exercitum contrahendum quantocyus curaret, miſere.

a Ext. in coll. epiſt. promptu pag. 55.

Maonenſes ciuitatis & inſulæ Chii Romano Pontifici, &c.

Chienſium ad Pont. literæ.

Etſi videmus, beatiſſime pater, maximis noſtris periculis nos obiectos furori Machometi Turcorum Regis, qui in omnes Chriſtianos promiſcue arma ſumpſit, hucuſque tamen quadam animi alacritate ſæuas illius minas, & illata plurima mala ideo perferebamus, quia certam conceperamus ſpem, Chriſtianos clade tam nefaria accepta, pia arma ſumpturos, & ſummo conſenſu ac faciliore euentu hoſtem infidelem atque nimium inſolentem oppreſſuros, cumque in dies grauiora ab ipſo capiti noſtro imminerent, non aliter eadem ſoliti eramus pendere, quam vt quoddam commune Chriſtianorum incitamentum ad vindictam accelerandam, quibus rebus ſpem noſtram fouentes omnibus artibus & præſidiis contra eius vim nos muniebamus. Sed, heu, nimis longam ſpem! O Chriſtianorum arma nimis dilata! Siquidem omnibus quieſcentibus iam oppugnamur, iam ingens vis & validus furor in nos conuerſus eſt, non erimus nunc in eo occupati, ſanctiſſime pater, vt veſtræ ſanctitati explicemus emiſſam nuper in nos claſſem, & damna plurima illata, illud potius eſt præſentis terroris, illud inſtantis & maximi diſcriminis, quod inſpecta loci oppportunitate primo proximo vere eadem claſſis auctis viribus & comparatis bellicis operibus, quæ ad oppugnationem pertinent, in eos eſt reditura, quod ita fore, non vano rumore, ſed certis auctoribus comperimus, contra quos impetus, vt perſtare poſſimus, fidelis quidem & conſtans animus non deſperat, ſed quotæ ſunt vires noſtræ? quonam pacto ſine communi Chriſtianorum auxilio tam modica colonia defendetur? quæ licet parua, quanti tamen ſit momenti, omnibus Chriſtianis tranſmarinis haud ignotum putamus, cuius ruina plurimos in eandem ſecum traheret calamitatem.

Submiſſi ſe ro auxilio queruntur.

In tantis igitur noſtris & aliorum Chriſtianorum periculis ad veſtram ſanctitatem ſapientiſſimam confugimus, quam non dubitamus diuina prouidentia hoc potiſſimum tempore ad Apoſtolicam ſedem aſſumptam, vt ſuo impulſu & auctoritate vniuerſalis fides, & Chriſtianorum decus inſtauretur. Apud eandem, quas præſens neceſſitas exprimit, preces fundimus obſecrantes, vt cauſam noſtram & Chriſtianorum foueat, cœptum opus ne deſerat, Chriſtiani concitentur, ſumantur arma, quæ ſi non ita ſtatim inferri terra marique poſſunt, at illud ſaltem maritimi auxilii non denegetur, quo tantiſper hanc paratam vim ferus hoſtis contineat, & nos ſalui eſſe poſſimus: Hæc ita fieri non maximi laboris eſſe putamus, & apoſtolicæ auctoritati non difficile. Conſeruantur autem non Græci, non ſchiſmatici, ſed Italici generis antiquiſſimi Chriſtiani, qui ſemper ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ pio affectu & deditì & obſequentiſſimi fuerunt, in quorum tutela aliorum pericula propulſantur. Quod ſi ea infelicitas eſſet, vt tam iuſtæ preces apud Chriſtianos deperirent, Ieſum Chriſtum dominum noſtrum iudicem inuocamus, veſtram ſanctitatem teſtantes, nos impie a ſociis Chriſtianis deſtitutos, pro fide tamen vſque ad extrema pericula pugnaturos, paratiſſimi ſemper omnibus obſequiis beatitudinis veſtræ, cuius pedes humiliter exoſculamur. *Ex Chio die* XIV. *auguſti* MCCCCLV.

Iam non de Græcis ſed de Italicis agi.

34 De tantis periculis orientalibus colonijs imminentibus certiores facti Genuenſes, ad Calliſtum literas [a], vt adducto in diſcrimen orienti opitularetur, dederunt; quibus aſcripta eſt dies XXVI. eiuſdem auguſti menſis; euolutoque bimeſtri & paulo amplius ei ſignificarunt [b], Boſphorum Thracium a Turcis obſeſſum fuiſſe, adeo vt nulla nauis in Pontum Euxinum penetrare poſſet: cumque naues duæ inſtructæ omni bellico apparatu eſſent miſſæ ad ferendam Caffenſibus opem, Turcarũ dolo fuiſſe interceptas, atq; inde Ponticas regiones, quæ Chriſtum colebant, timore perterritas; cæterum inſignes plures vrbes in iis oris Chriſtiana fide imbutas perſtare, nam præter imperium Trapezuntinum, Caffam, Soldaiam, Symbolum, & Aamſtriam claras vrbes Chriſtianis ſacris addictas, ex quarum clade religio maxima calamitate afficeretur.

a Ext. ibid pag. 332.

Ponticas gentes ſubiicere meditatur Turca.

b Ext aut eor. lit. ib. pag. 317.

Ianuenſes Papæ Calliſto.

Nemo prope eſt, beatiſſime pater & domine nobis colendiſſime, qui neſciat quantus terror & animi conſternatio populos inuaſerit Pontici maris tunc, cum capta Conſtantinopoli Machometus Turcarum Rex Thracium Boſphorum ita clauſiſſe viſus eſt, vt Pontum inacceſſibilem feciſſe videretur, nam cum illic Europam ab Aſia anguſtum dirimat fretum, Rexque in vtroque littore immania tormenta diſpoſuiſſet, clauſtra iniecisse mari non ſine ratione dictus eſt, tantuſq; pauor in omnes, qui mari negotiantur, effuſus eſt, vt per annum nemo introrſum penetrare auſus ſit. Parauimus autem nos ingenti quidem mercede naues duas, in quibus arma, viri, tela, & reliqua neceſſaria Capham mittebantur, ſed nauium magiſtri cum peruenirent Peram falſis pollicitationibus decepti deſcendentes in vrbem capti & in vincula coniecti ſunt, atque ita conatum noſtrum perfidia Regis irritum fecit. Interim terreſtri via frequentes ad nos afferebantur literæ, quibus miſerabiles illi populi opem orabant. Horum cum nos pericula lachrymæque flexiſſent, alias iterum naues maiore ſtipendio conductas omnia portantes, quæ deſiderabantur Capham penetrare iuſſimus, quæ aprili ſuperiore ſaluæ eo peruenerunt, tantumque ſpei trepidis populis iniecerunt, vt qui de deſerenda patria conſilia ſæpius agitauerant, non modo in fiduciam erecti ſunt, ſed alii quoque inualida oppida relinquentes, Capham migrauerint, arbitrantes eiuſmodi auxilia ſibi nunquam defutura eſſe. Verum cum redeun-

Boſphorus Thracius ab iis clauſus.

Genuenſes naues Caffam profecturas intercepte.

Aliæ duæ iterum ſubmiſſæ.

Digitized by Google

deuntibus nauibus ipſis earum altera tormentis ſtricta mox obruta mari ſit, certum videtur ciuitates illas in priorem deſperationem collapſuras eſſe, nec facile inueniri poſſe nauem, quæ audeat geminata mercede tam certo diſcrimini ſeſe obijcere;

Rerum alteram tormentis ſtrictam & merſa.

Hæc dum cogitamus, ſanctiſsime pater, facile præuidemus, populos illos deſperata ſalute animum abiecturos eſſe, niſi vel nouis auxilijs, vel ſpe certa foueantur. Et ne quis forſitan putet pro vili plebecula verba facere, habet Ponticus ille angulus imperium Trapezuntinum claris vrbibus frequens, habet Capham non ambitu quidem mœnium, ſed populorum multitudine Conſtantinopoli facile præferendam, habet Soldaiam, habet Simbolum haud contemnenda oppida, habet denique Amaſtram vrbem quondam celebrem ſed ſanctorum epiſcoporum fama celebriorem. Præter quos inſuper populus extenditur late ora maritima, quam Hoſtiam vulgo nominamus, quam ſoli incolunt Chriſtiani. Cum igitur, vt perſpicuum eſt, nobiliſsimarum vrbium ac maximorum populorum ſalus aperto in diſcrimine verſetur, qui ſine ope ſanctitatis veſtræ ſalui eſſe nequeant, orandam duximus benignitatem veſtram, velit ad eorum calamitatem animum oculoſque conuertere, eamque illis opem ferre, quam pro rerum ac temporum conditione præberi poteſt, ſuper quibus omnibus venerabilis ſacrarum literarum profeſſor Deodatus a nobis pridem miſſus ad beatitudinem veſtram, ſi quid opus fuerit, particularius verba faciet, quem vt audire & exaudire dignetur, eam iterum atque iterum precamur, cui nos & noſtra omnia ſupplices commendamus. *Dat. Ianuæ* MCCCCLV. *die v. nouembris*.

Regnaſtam Ponticam gentium pe ricula.

Stetit adhuc aliquot annis Capha contra Turcarum Tartarorumque molitiones. Genuenſes autem hoc tempore grauibus diſſenſionibus implicitì fuere, quas Alfonſus Aragonum & Siciliæ Rex aluit auxitque, vt Folieta [a] narrat, immiſſis maritimis terreſtribuſque exercitibus aduerſus Petrum ducem, qui ſua conſtantia hoſtium impetus fregit.

Genuenſes diſſidijs implicati.

a Foliet. l. 10. & Ant 3. p. tit. 22. c. 16. §. 1. & alij.

35. De indicto ſibi iniuſto bello queſtus eſt per literas [b] Petrus Fregoſius apud Alfonſum ipſum, admodum intempeſtiuo tempore arma in ſe vertiſſe, quæ vna cum cæteris principibus pro Chriſtiani imperij ſalute & gloria ad reprimendos Turcas ſtringenda fuiſſent, quo in bello Genuenſes eum ducem eſſent ſecuti: nunc vero violatis ab eo inducias, & contra datam fidem non indicto bello claſſem ad vaſtandam Liguriam immiſſam, quæ an iuſte vel iniuria fierent, ad Deum teſtem & iudicem & ad Romanum Pontificem Petrus ipſe prouocauit.

b Extant inter epiſt. procerum mundi coll. Dorzel. pag. 57.

Petrus Fregoſius dux Ianuæ Regi Aragonum & vtriuſque Siciliæ.

Cogitantes, quod bella aduerſus nos ſæpenumero, ſereniſſime ac excellentiſſime Rex, iniuſte tamen ſuſcepiſti, magnitudinem animi tui, etiam ſi plura forſitan cupis quam capere poſſit, admirari & extollere aliquando potuimus, ſed vbi aperte deprehendimus nullam inter nos belli cauſam eſſe, niſi ſi tuos mouet prædæ auiditas, id indignum tanto Rege nemo eſt qui neſciat. Admirari tamen ſatis non poſſumus ſapientiam tuam, cum per ætatem, tum rerum grauiſſimarum vſu tum periculis edoctam, toties aduerſus nos male expertam, fortunam tuam rurſus velle tentare, eo magis, quo nos tot veteribus totque recentibus iniurijs, quot tua maieſtas nobis intulit, prorſus abie-

Ducis Genuen. ad Alf. lit.

Nimiam eius arguit cupiditatem.

ctis, ſummique Pontificis conſilio & precibus moti, ſuperiore anno ad inducias ſemeſtres peruenimus, in quo & ſi pro fide tanti numinis & pro noſtra animi æquitate, ac in tuam amplitudinem deuotione tum animum tuum ad tranquillitatem pacemque confirmatum credidimus, exiſtimauimus pericula Turcorum, quibus ſine tua & noſtra pace tuto ſatis occurri non poterat, non modo ſeruandæ paci, ſed augendæ inter nos beneuolentiæ prodeſſe poſſe. Nam cum ſciremus hanc animi tui eſſe magnitudinem, vt in gerendis bellis vera gloria conſtituta eſſet, oblatum tuæ maieſtati hoſtem eſſe videbamus, cum quo non humanam modo, ſed cœleſtem gloriam poſſes adipiſci, in quo gerendo & ſi per te potentiſſimus videbare, nos propitios ac omnino obſequentes tibi habere potuiſſes.

Debuiſſe ipſum arma vertere in Turcas.

Quæ igitur, ſapientiſſime Rex, cauſa excitare te aut compellere potuit, vt rurſus & tam repente bellum aduerſus nos in tot calamitatibus orbis Chriſtiani ſuſciperes, vbi nihil a nobis non modo agi, ſed nec cogitari videres, quod tuæ amplitudini tuæque dignitati obeſſet? At ſaltem, ſi tanta nobiſcum pugnandi cupiditas te mouet, quæ certe mouere non deberet, quomodo fœderis percuſſi inter nos oblitus es, vt prius triremes ad noſtra damna præmiſeris, quam id modo aliquo denuntiatum nobis fore volueris? Eſtne hæc fides tanti Regis, vt triremes tuæ, quas paulo ante amicas hoſpiteſque & omni commeatu ac humanitate plenas a nobis dimiſeramus, vix portu noſtro egreſſæ ad noſtra damna diſcurrere non erubuerint? quis eſt inter Chriſtianos principes, qui tam iniuſte, tam repentine bellum ſuſcepiſſet? Rex es qui multa per ætatem tuam expertus es; ita vt felicitatem tuam, qui te diligunt, & qui te non norunt plerumque poſſint extollere, quiue nullius conſilio indigere videare; ſed memento tamen nihil tam firmum ac ſtabile eſſe, cui periculum non ſit ab inualido. Hæc iam laborum vitæ tuorum pars ſupereſt, & quam pugnando gloriam adeptus es, pace denium & otio magis, quam diuturnis laboribus ſeruare poſſis. Plura Reges pacis artibus, iuſtitiaque, quam armis adepti ſunt, & plures fuere, qui iniuriam inferentes plerumque ſunt ab impari hoſte ſuperati. Si tamen vllam maieſtas tua querelam deferre velit, habes Pontificem, ſunt Reges, ſunt alij principes, quorum conſilio omnis noſtra controuerſia dirimi poſſit, quod ſi fugis, tu ipſemet iuſte, cum iniuſte facias, facile iudicabis. Si nos, vt cœpiſti, laceſſere non deſines, Deum fidei & cauſæ noſtræ teſtem iudicemque obteſtantes, ſaluti noſtræ ita conſulemus, vt huius ſuſcepti conſilij maieſtatem tuam aliquando pœniteat. *Ianuæ die* XVII. *iulij* MCCCCLV.

Non fœdus inter eos abrumpere.

Monetur vt iuſtitiam colat.

36. Conſecutæ ſunt paucis poſt diebus Genuæ ingentes rerum conuerſiones ac perturbationes, quas deſcribit Petrus ipſe Fregoſius dux in alijs ad Alfonſum Regem ſcriptis literis [a], quibus ſignificat, ſe de omnibus aduerſarijs triumphaſſe: *Cum*, inquit, XXVIII. *iulij arci Caſtelleti præfeciſſemus fratres noſtros Pandulphum & Thomaſinum, tradita illis trecentorum prope militum manu, primis tenebris vrbem reliquimus, ternaſque triremes, quas inſtructas habuimus, paucis comitantibus ſtatim conſcendimus, inde tranquillo mari vecti Segeſtum oppidum in orientali ora poſitũ tenuimus. Interim omnis aduerſariorum factio haud exiguum equitum numerũ, magnas mercenariorum militis copias, nec minora agreſtium hominum agmina ſecum trahentium intra vrbem accepta eſt. Nec* mul-

a Ext. ibid pag. 64.

Genuenſis belli deſcriptio.

multo poſt, cum de inſtaurandis publicis rebus agi cœptum eſſet, exortis (vt aſſolet) inter factiones diſcordijs, qua ratione componi poſſe non videbantur, ad vim & ad arma concurſum eſt, ita non diſcedentibus modo principibus factione, ſed inter ſeſe mutuo pugnantibus, tandem prima menſis huius die in ipſo ſolis exortu Ianuenſem in portum delati ſumus, quo cognito multi aduerſariorum diſcordias execrati in partes noſtras tranſire cœperunt. Expoſitis igitur in terram copijs, quas ea claſſe nobiſcum adduxeramus, fratribus noſtris, qui mox nobis occurrerant coniuncti aduerſarios adorti ſumus, quibus breui fuſis ac fugatis intra paucculas horas, palatio quoque publico potiti ſumus, cum adue ſarij tota in vrbe nobis ceſſiſſent, ignotum omnibus eſt, & abiectis mox armis pax ciuitati reſtituta. Hic fuit, illuſtriſſime princeps, ciuilis belli exitus, quod tertium intra diem nulla prope ſanguine nulla ciuitatis clade ſedatum eſt, &c. Ianua MCCCCLV. die IV. aug.

Parta a Petro Fregoſo victoria.

a Ibid.

Rogatus Alfonſus vt confirmet inducias.

Vrſit Alfonſus Petrum a, vt pactas inducias confirmaret: adhibuit etiam Calliſtus apoſtolicam auctoritatem, vt confectam Neapoli Italicam pacem a Dominico Cardinale Firmano Nicolai legato tueretur. Cæterum, ob petitam iniquo bello Liguriam ab Alfonſo Rege, non mirum eſt æqui & recti amantiſſimum, Italicæque potentiæ pro recuperanda Conſtantinopoli in Turcas conuertendæ cupidiſſimum Calliſtum Papam ab eodẽ Alfonſo abalienatum animo fuiſſe, quod ei vertere vitio nonnulli auctores, ſed perperam, cum nihil indignius eſſet, quam Alfonſum poſt tot iactata verba de conficienda in Turcas expeditione, coactaſque decumas impetus non in barbaros, ſed in Genuenſes bello ab infidelibus petitos, vertiſſe.

Profli tio conatus a Pet. o duce

Inſignis Alfonſi perfidia.

b Gobell. lib. 1.

Plura iniqua poſtulat a Calliſto.

Aliam diſcordiarum cauſam Pontificem inter & Alfonſum affert Gobelinus b, dum ait Alfonſum præſidentem ſibi nihil æquum iniquumue a Calliſto, qui olim ipſi obnoxius, & regijs obſequijs addictiſſimus extitiſſet, quique etiam eo inſtante cardinalatum obtinuiſſet, negatum iri, poſtulaſſe vt Neapolitanum regnum tum ipſi tum Ferdinando ex adultera ſuſcepto iure fiduciario traderet, ac Picenum & plura alia Romanæ eccleſiæ loca donaret: hæc autem iniqua poſtulata Calliſtum, ne Eccleſiæ dignitatem proderet, iuraque diſſiparet, conſtanter repuliſſe, ac regnum, quod ad eiuſdem Regis filium ſpurium ſpectare non poterat, ad ſedem Apoſtolicam iure deuoluendum eccleſiaſticæ ditioni coniungere decreuiſſe c.

Repulſam patitur.

Regnum Neap. poſt mortem Alfonſi ad Eccleſiam iure deuoluendum.

c Lib. 1. pag. 1.

Tuendi eiuſdem iuris eccleſiaſtici ſtudio Calliſtus Iacobi Piccinini noua molientis conatus, antequam erumperent, repreſſit; ac proceres pontificij principatus, vrbiumque magiſtratus, renouatis Nicolai V. literis, monuit vt ad viri iniqui molitiones euertendas conſurgerent. Vt vero Iacobus ipſe a Rege Aragonum adiutus proximo anno Senenſes vexarit, eiuſque impetus Pontifice iiſdem Senenſibus ferente ſuppetias, debilitati fuerint, dicetur inferius.

Piccinino Alfonſus fauet proturbanda Italia.

37 Cæterum Calliſtus non Romanæ modo, ſed aliarum etiam eccleſiarum iura aſſerenda ſuſcepit: cumque in Salisburgenſi archiepiſcopatu clerici ad laicorum tribunalia traherentur, ſanctionem edidit, qua Friderici II. edictum de libertate eccleſiaſtica ab Honorio IV. confirmatum, & Caroli IV. ſanctionem firma eſſe iuſſit d, cenſurarumque pœnas contra hæc molientibus propoſuit.

Immunitas eccleſiaſtici ordinis defenſa a Calliſto.

d Lib. 19. pag. 10.

Ad futuram rei memoriam.

Cum, ſicut ad noſtrum non ſine mentis turbatione peruenit auditum, nonnulli, & præſertim laici diœceſis & prouinciæ Salzeburgenſis, nomen Domini in vanum recipere non formidantes, contra canonicas ſanctiones, & conſtitutiones imperiales, venerabiles fratres noſtros archiepiſcopum Salzeburgenſem, Gurcenſem, Seccouienſem, Chimenſem, & Lauentinenſem epiſcopos, ac prælatos, & eccleſiaſticas perſonas prouinciæ & diœceſis prædictarum, coram quibuſdam in Vienneņſis Auſtriæ, Graecſtiriæ, & Sanctouito Carintiæ oppidis dictæ prouinciæ, alijſque ſæcularibus iudicibus in quacunque quæſtione ſeu cauſa ad ſæculare iudicium trahere, & alias eos diuerſis iniurijs & moleſtijs afficere multipliciter præſumant in animarum ſuarum periculum, dictæ libertatis ſubuerſionem, nec non apoſtolicæ ſedis, & canonicarum ſanctionum, ac conſtitutionum imperialium vilipendium, perniciosum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum; nos, qui eccleſias & eccleſiaſticas perſonas, præſertim archiepiſcopali, ſeu epiſcopali dignitate præditas, in ſuæ libertatis integritate, noſtris potiſſime temporibus, conſeruari, & vigere intenſis deſiderijs affectamus, attendentes quod licet felicis recordationis Honorius Papa IV. prædeceſſor noſter conſtitutionem quondam Frederici II. olim Romanorum Imperatoris, per quam idem Fredericus tunc in obedientia & deuotione S. R. E. perſiſtens, inter cætera ordinauit, quod nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel ciuili, ad iudicium ſæculare trahere præſumeret, contra canonicas ſanctiones & conſtitutiones imperiales, quod ſi ſecus faceret, actor a ſuo iure caderet, & iudicatum non teneret, ac iudex foret ex tunc iudicandi auctoritate priuatus, apoſtolica auctoritate approbans, & confirmans, ipſam conſtitutionem mandauerit inuiolabiliter obſeruari, & contra præſumptores huiuſmodi, tam apoſtolica, quam etiam imperiali auctoritate debite prouiſum fuerit, ne tamen prædicta ſcintilla periculoſos impoſterum afflare poſſit ignes, pœnarum exaggeratione, prout expedit, ſolicite prouideri, & temerarijs auſibus huiuſmodi obuiare volentes, hoc perpetuo valituræ & irrefragabilis conſtitutionis edicto, omnibus & ſingulis in prædictis, ac alijs oppidis, terris, villis, & locis in præfata prouincia vbilibet commorantibus cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, ſeu nobilitatis fuerint, etiam ſi ducali, marchionali, comitali, aut alia quacunque eccleſiaſtica, vel mundana dignitate ſeu præeminentia præfulgeant, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis & anathematis, aliiſque infraſcriptis ſententijs, cenſuris, & pœnis diſtrictius inhibemus, ne inantea perpetuis futuris temporibus archiepiſcopum, epiſcopos, prælatos, & perſonas eccleſiaſticas prouinciæ, & prædictarum ac aliarum eiuſdem prouinciæ ciuitatum & diœceſum, præſentes & futuros, prætextu cuiuſuis conſuetudinis quantocunque longiſſimo, etiam cuius contrarij memoria hominum non haberetur tempore, inuiolabiliter obſeruare, quam, cum ſacris ſit inimica canonibus, verius corruptelam reputamus, aut quorumcunque indultorum ſeu priuilegiorum etiam apoſtolicorum, quæ omnia & ſingula ſub quibuſuis formis & expreſſionibus verborum, ac cum quibuſcumque clauſulis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſa fuerint, quo ad præmiſſa dumtaxat reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro infectis habemus, illis alias in ſuo robore permanſuris, quacunque occaſione, vel cauſa, etiam ratione homicidij, delicti, contractus, vel rei, de qua agitur vbicunque committere-

Clerici ad iudicium ſæculare trahi.

Pontificia & Cæſarea ſanctionib. id vetatum.

Iudicium contra eccleſiaſticos impoſita pœna.

Contraria conſuetudo vt corruptela reijcienda.

teretur delictum, ineatur contractus, aut res ipſa conſiſtat, per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, coram prædictis, ſeu quibuſuis alijs iudicibus & diffinitoribus ſæcularibus præſentibus & futuris, quocunque nomine appelleutur, in præfatis, vel alijs locis ad iudicium trahere, aut alias ipſos in perſonis & rebus, ſeu alias qualitercunque vexare, moleſtare, ſeu etiam perturbare quoquomodo præſumant. Qui vero contrarium fecerint, vltra pœnas eis a iure inflictas, quas harum ſerie innouamus & approbamus, & in dictos præſumptores tenore præſentium proferimus, & promulgamus, ſi perſonæ fuerint ſingulares, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant; ſi vero collegium, communitas, vel vniuerſitas ciuitatis, terræ, caſtri, villæ, ſeu loci alterius cuiuſcunque, ipſa ciuitas, & caſtrum, oppidum, villa, ſeu locus, interdicto ſubiaceant ipſo facto, mandantes diſtrictius vniuerſis, & ſingulis eccleſiarum prælatis, eorumque locumtenentibus, ac alijs iuriſdictionem habentibus, quatenus præſumptores prædictos & eorum quemlibet, quamprimum aliquam de ipſorum præſumptione huiuſmodi notitiam habuerint, excommunicatos, aut illorum ciuitates, terras, caſtra, villas, & loca, interdicto ſuppoſita fuiſſe & eſſe, tamdiu dominicis, alijſque feſtiuis diebus in eccleſijs, dum inibi maior populi multitudo conuenerit ad diuina, nuncient, & a ſuis ſubditis nunciari, nec non ab omnibus arctius euitari faciant, donec præſumptores ipſi de præſumptione huiuſmodi ſatisfecerint competenter, & ſuper præmiſſis abſolutionis ac relaxationis beneficium a nobis, vel ſede prædicta meruerint obtinere. Nos enim, prout etiam ſunt, omnes, & ſingulos proceſſus, ſententias cenſuras, & pœnas, quos ſeu quas per ipſos iudices ſæculares contra archiepiſcopum, epiſcopos, prælatos, & clericos prædictos, vel aliquem ipſorum haberi, ſeu promulgari, ac totum id, & quicquid contra inhibitionem huiuſmodi fieri vel attentari contigerit, irrita & inania, nulliuſque firmitatis, ac ipſos ſæculares iudices officio iudicandi, & cauſas audiendi priuatos, & ad ſimilia, vel alia quæcunque ſæcularia officia, & actus legitimos inpoſterum exercenda, & exercendos penitus inhabiles, ac prorſus infames eſſe, & non ſolum dicti Frederici, ac etiam claræ memoriæ Caroli III. Romanorum Imperatorum in tales inflictas pœnas incidiſſe, & ſi illas animo (quod abſit) per trea menſes ſuſtinuerint indurato, contra ipſos tanquam contra hæreticos de fide ſuſpectos procedi poſſe, & debere, quibuſcumque conſuetudinibus vel priuilegijs, etiam apoſtolicis, cæteriſque contrarijs nequaquam obſtantibus, decernimus & declaramus per præſentes, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto non. maij pontificatus noſtri anno 1.* Germanici cleri dignitatem & iura tuente Pontifice, a ſuo munere adeo aliqui eccleſiaſtici (inter quos erat Iacobus archiepiſcopus Treuerenſis) abfuere, vt ad elidendam auctoritatem pontificiam Imperatorem ſubornare moliti ſint, obiecto prætextu priuilegia Germanica labefactari a curia Romana. Sed pernicioſis ijs ſuaſionibus reſtitit Æneas Syluius: *Non eſſe e re Cæſaris, aiebat* [a], *Romani Pontificis auctoritatem reprimere, vt populi gratia ineatur, quæ ſui natura inconſtantiſſima eſt: nec multitudini relinquendas habenas, quam noſſet principatibus inimicam: inter principes aliquando amicitiam inueniri, inter plebem & Regem odium immortale: Papam Imperatoris & Imperatorem Papæ auxilio indigere: ſtultum eſſe illi nocere cuius expectes opem: cum pontificatus nouus initur, tunc Romani præſulis gratiam beneficijs emerendam.*

Anathema in præuaricatores promulgatum.

Si remaneant cenſura velut in hæreticos decernendū.

Treuerenſ. archiep. eccleſiaſticæ libertatis proditor.

a Gobel. in comment. Pij II.

Sacerdotiū & imperiū mutuo ſe fulcire debent.

38 Oppreſſam præterea in Galleciæ regno iuſtitiam reſtituere aggreſſus eſt nouus Pontifex, adeo quippe improbitas liberis habenis ibi graſſabatur, vt plures conductis ſicarijs vel ad explendam auaritiam, vel ad faſtus oſtentationem inſontium ſanguinem funderent, ſtruerentur inſidiæ laicis & eccleſiaſticis, eruptiones in agros fierent, agitarentur latrocinia, incendia, raptus, membrorum mutilationes patrarentur, expilarentur eccleſiæ & monaſteria, tantumque aberat, vt tantorum ſcelerum auctores pœna afficerentur, vt etiam plurium patrocinia ſibi conciliarent. Quos omnes vt comprimeret ſummus Dei vicarius, hæc ſanxit [a].

Aucta in Galecia ſcelere.

a Lib. 1. pag. 15.

Ad perpetuam rei memoriam.

Motu proprio, atque auctoritate apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia, & deliberata voluntate, præfatis ſacrilegis & delinquentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna maledictionis æternæ mandamus, quatenus non audeant de cætero ſimilia attentare, ſtatuentes, decernentes, & ordinantes, quod omnes & ſinguli quicumque, quotcumque, & qualeſcumque, ac cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis ſint, aut quauis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, qui talia, aut alia eis ſimilia fecerint, illorumque receptatores ac fautores, eiſque dantes quouis modo auxilium, conſilium & fauorem, ipſo facto ſint ab ipſo ſummo Deo Patre & Filio & Spiritu ſancto, atque a nobis maledicti, ac perdat eos Dominus velociter, ipſique, & quilibet eorum excommunicationis & anathematis, ac perditionis cuiuſcumque iuris patronatus & feudi, quod ab Eccleſia tenuerit, ſententias & pœnas, a quibus niſi ſatisfactione condigna prævia vel in mortis articulo conſtituti, a quoquam quauis auctoritate abſolui nequeant, incurrant eo ipſo, ac pro excommunicatis ex tunc haberi volumus, ſeparantes ipſos a conſortio Chriſti fidelium, ac decernentes ipſos inſuper, eorumque receptores, auxiliatores, defenſores, conſiliatores, fautores non ſolum a iure, verum etiam die iouis ſancta in cœna Domini, tam per prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices in hæreticos & alios facinoroſos hactenus promulgatas, quam per nos, diuina diſponente clementia, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices in futurum promulgandas ſententias incurrere, & pariformiter innodatos fore, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLV. IV. *non. maij pontificatus noſtri anno 1.*

Sontes diris pontificijs dedati.

39 Depellendæ alterius ex Hiſpania peſtis pio ſtudio ductus Pontifex ſacrum in Mahometanos Granatenſes bellum commouit, cuius adminiſtrandi imperium ſuſcepit Henricus Caſtellæ Rex. Ad Chriſti itaque cultores ſub eius ſignis cogendos Calliſtus apoſtolicis literis propoſuit [b], vt Mahometani ex Africa in Hiſpanias eruptione facta eas oppreſſiſſent, ſacraque omnia profanaſſent: ſenſim vero longo temporis curſu domiti, compulſique in Granatenſe regnum fuiſſent: ex eo autem ipſos proximis euolutis annis plures excurſiones molitos in Caſtellam, grauesque Chriſtianæ religioni intuliſſe calamitates; atque ideo cum Henricus regni auſpicia tanto abolendo dedecori conſecrarit, cruciſque ſymbolum induerit, in tam ſtrenuo opere non deſerendum propoſitæ ſunt a Pontifice ampliſſimæ delictorum indulgentiæ [c].

Indictum Granatenſibus bellū.

b Lib. 1. pag. 27.

religioſam militiam profeſſuris; vtque in bellicos ſumptus neceſſariam auri vim Regi compararet, iiſdem indulgentijs potiri voluit, qui tres nummos aureos contuliſſent.

Ad futuram rei memoriam.

Etſi nonnunquam, omnipotens, iuſtus, ac miſericors Dominus, populum ſuum iuſte pro peccatis etiam ab exteris gentibus rodi & affligi plurimum, ac plerumque a proprijs ſedibus eijci permittat; tamen expiatis poſtmodum culpis, populum ipſum miſericorditer liberat, & gentium huiuſmodi in ſe gloriantium potentiam confringit, & deducit ad nihilum. Hinc eſt quod, cum licet longiſſimis retro temporibus impiiſſimi Machometi ſectæ cultores Saraceni, ſatellites diaboli Hiſpaniarum prouinciam, longe lateque diffuſam in maxima gentium multitudine, peccatis exigentibus, occupauerint, depopulauerint, & afflixerint, ac famelico & inſatiabili quodammodo ſtomacho totam prouinciam ipſam deglutire ſatagentes, cæſis ſacerdotibus, aris ſacris demolitis, eccleſijs factis meſchitis, euangeliorum, aliarumque ſacrarum literarum codicibus ruptis, deletis, in lutum, fœtoremque deiectis & conculcatis, vt nomen Ieſu, in quo ſalus eſt credentibus, exul fieret, & Machometi, in quo maledictio eſt & perditio, coleretur, ſtuduerint atque curauerint, ac poſtmodum Chriſtianorum populo ad Deum conuerſo, & in humilitate & manſuetudine miſericorditer clamante ſuſcipiens manſuetos Dominus, ac peccatores vſque ad terram humilians, catholicorum Regum, & principum vſus miniſterio, maximam huiuſmodi Hiſpaniarum prouinciæ plagam potenter liberauerit, tamen nequiſſimi viuificæ crucis, qua redempti ſumus hoſtes huiuſmodi in quibuſdam vltimis dictæ prouinciæ partibus, videlicet in regno Granatæ ſe reduxerunt, ac ſua inibi, vt credunt, firma fixerunt tabernacula, vt quaſi poſſint contra Dei potentiam præualere, Chriſtianos regnorum Caſtellæ & Legionis incolas cædere, inuadere, & captiuare non ceſſent, & ſicut nuper, non ſine ingenti cordis noſtri exultatione, percepimus chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus dictorum regnorum Rex illuſtris quamprimum regale ſuſcepit imperium, tanquam fortiſſimus Chriſti miles, & intrepidus pugil primitias principatus & fortitudinis ſuæ Deo daturus, intendat mari terraque, copioſo cum fidelium exercitu contra præfatos hoſtes inſurgere, confiſus in verbo Domini per prophetam dicentis: *Non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum*; & quod conuerſis ad Deum miſerebitur, & iudicium faciet iniuriam patientibus pro iuſtitia & religione, impauidus multitudinis gentis iſtius, ac ſperans ſe illum in auxiliatorem habere, qui eſt Abrahæ fideli auxiliatus in bello, quando pariter cum trecentis vernaculis potentiſſimos Reges fudit, ſpoliauit, & recidit; nos, qui inter cunctas orbis prouincias, quas cœleſtis agricolæ in vineam Sabaoth, ſuper cuius cuſtodiam cum timore poſitos nos eſſe cognoſcimus, plantauit mira benignitas, ipſam Hiſpaniarum prouinciam, quam glorioſiſſimus Chriſti Apoſtolus Iacobus in ſorte prædicationis recepit, tanquam filiam prædilectam in viſceribus charitatis gerentes, ad hoc vigilanter intendimus, ac noſtros continue diffundimus cogitatus, adhoc opem impendimus & operam, vt de ipſius Granatæ regno quondam Chriſtianorum habitaculo, totiſque Hiſpaniarum finibus ipſi Saraceni penitus propellantur, nec non per vniuerſas dictæ prouinciæ partes inuictiſſimum Chriſti nomen colatur, & veneretur, tam ſaluberrimum, tamque laudabile dicti Regis propoſitum in Domino plurimum commendantes, & vt præfatus Rex pijs fidelium regnorum ac dominiorum ſuorum adiutus ſuffragijs eo facilius, celeriuſque ſalubrem & ſperatum dicti propoſiti conſequatur effectum, ac fideles ipſi ad præparationem, & manutentionem exercitus huiuſmodi, in eorum perſonis, rebus, & bonis eo promptius ſubſidia impendant opportuna, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ vberius conſpexerint ſe refectos, vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, qui proprijs, aut dicti Regis, ſeu alterius cuiuſque expenſis de ipſius Regis, ſeu alterius per eum deputandi licentia, in huiuſmodi exercitu crucis vexillum perſonaliter ſecuti fuerint, ſi capaces diuinæ gratiæ, in aliquo aduerſus infideles ipſos habendo conflictu, ſeu in exercitu huiuſmodi, ſeu ad illum proficiſcendo aut ad propria redeundo in itinere deceſſerint, de omnipotentis Dei, noſtra, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, plenariam ſuorum concedimus remiſſionem peccatorum. Iiſdem vero, qui in dicto exercitu vexillum huiuſmodi ſequuti ſuperuixerint, nec non omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus perſonis, quæ de bonis ſibi a Deo collatis, ad præparationem & manutentionem prædictas, etiamſi præparationem ipſam per treugas, vel alias ad aliquod tempus prorogari, ſeu differri contigerit, tres florenos auri de Aragonia, vel ducenos Morabotinos monetæ in dictis Caſtellæ & Legionis regnis currentis erogauerint & contribuerint, ac perſonis ad hoc per dictum Regem eligendis, ſeu deputandis ſoluerint realiter & cum effectu, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium concedimus pariter, & indulgemus; quod confeſſor, quem ipſorum quilibet duxerint eligendum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo, in illo videlicet ex quo mors ipſa ſubſequetur, etiamſi pluries timor mortis plures alias ſimiles abſolutiones vigore præſentium concedi contingat, plenam remiſſionem eis in ſinceritate fidei, vnitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac obedientia & deuotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, dicta auctoritate concedere poſſint, ſic tamen quod confeſſor ipſe de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, illam fidelibus eiſdem ſic confeſſis per ſe, ſi ſuperuixerint, aut per ſuos heredes, ſi tunc tranſierint faciendam iniungat, quam illi facere teneantur. Et ne (quod abſit) propterea fideles ipſi procliuiores reddantur ad * illata inpoſterum committenda, volumus quod ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi aliquid forte commiſerint, quo ad illa dicta remiſſio nullatenus ſuffragetur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLV. X. *kal. may anno* 1. Inſtructos ab Henrico ingentes bellicos apparatus, narrat Ioannes Mariana [a], ac numeraſſe ſub ſignis quatuordecim equitum peditumque quinquaginta millia ijs itaque ſuccinctum copijs irrupiſſe in regnum Granatenſe, agroſque, ſata, & vineta vaſtaſſe, promotis etiam in Granatæ conſpectum caſtris; illius agros quoque igni ferroque exeidiſſe: cum vero Granatenſes inſtructis agminibus pugnandi copiam facerent, vnius certaminis diſcrimini victoriam committere detrectaſſe Henricum, quippe qui decreuiſſet trium continentium annorum flexu in Granatenſes cum exercitu excurrere, & agris euaſtatis ipſos

Margin notes:

De Saracenorum in Hiſpanias irruptione.

Diuina vi tandem illi compreſſi.

Suſcepta ab Henrico Rege in eos expeditio.

Fideles a P. ad ſequendum illius ſigna concitati.

Indulgentiæ ſtipem conferentibus propoſitæ.

* illicita

a Mariana l. 22. c. 17. Granatenſis ager tunc Rege a Chriſtianis.

Miles diſciplinæ impatiens.

ſos in ſummam inopiam redigere, quo facilius eorum regnum euertere poſſet; at ægre tuliſſe militem ab ſpolia ex hoſte rapienda non dimitti, atque ignauiæ adſcriptum Regis id conſilium, adeo vt in ipſum coniuratio facta ſit: diſſolutum itaque ab Rege exercitum, ac ne a priore conſilio Granatenſium excindendorum deſtitiſſe videretur, gentilitio ſcuto duos mali granati ramos addidiſſe.

Vincentius Ferrerius ſanctis adſcriptus.

40 Hoc anno magnum Hiſpaniarum lumen & ornamentum Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum, de quo iam ante ſæpius a nobis actum eſt, in ſanctorum numerum ſolemni ritu repoſitus eſt a Calliſto referente illi gratiam pro ſummo pontificatu ſibi olim præuntiato, cum iam ante, vt vidimus, religioſa actio de beati viri ſanctitate & admirandis rebus geſtis prædeceſſorum imperio inſtituta fuiſſet; qua de re hæc tradit S. Antoninus a: *Hic in principio ſui pontificatus, ſcilicet menſe iunij in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, præmiſſa diligenti examinatione, facta ex commiſſione Apoſtolicæ ſedis a quibuſdam prælatis Eccleſiæ in diuerſis mundi partibus, in quibus fuerat magiſter Vincentius de Aragonia conuerſatus, & vbi verbum Dei diſſeminarat, eum in ſanctos retulit, qui per annos triginta ſingulis diebus poſt decantationem miſſæ per eum præſente clero cum lachrymis copioſis populis cum maximo concurſu & fructu prædicauerat per Franciam, Hiſpaniam, Aragoniam, vſque ad Genuam declinans, & conuertens ad fidem multos Iudæorum & gentilium: tandem plenus dierum in pace quieuit in Britannia anno Domini MCCCCXVI. vel circa, miraculis etiam clarnit.* Nullum a Calliſto diuulgatum diploma de ſanctorum honoribus Vincentio decretis, cum eius miracula tam anguſtis finibus contineri non poſſent. teſtatus b eſt poſtea Pius II. idemq; inſignem ea de re ſanctionem edidit, in qua plura præfatus de argumentis, quibus Deus fidem orthodoxam conſtabiliuit, ſubijcit quæ ſequuntur.

a S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 14. in princ. Leander. l. 5. de viris illuſt. ord. Præd. Marian. l. 22. c. 17 Sur. to. 2. 5. april. & alij.

Triginta annis ſingulis diebus diuinum verbũ prædicauerat.

b Ext. in bullar. in Pio II. conſt. 1.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum in occiduis partibus Iudæorum maxime & infidelium multitudo creuiſſet, ac literis & diuitijs affluerent, propemodum tremenda quoque dies illa nouiſſima obliuioni pene tradita eſſet diuinæ prouidentiæ altitudo, quæ præclaris viris eandem Eccleſiam inſtaurare & decorare diſpoſuerat, pro ipſorum ſalute fidelium Vincentium Valentinianum ordinis fratrum Prædicatorum, & ſacræ theologiæ eximium profeſſorem, æterni euangelij in ſe documenta habentem, veluti athletam ſtrenuum ad Iudæorum eorundem, Saracenorumque, & aliorum infidelium confutandos errores, ac extremi tremendique iudicij diem quaſi alterum angelum volantem per cœli medium pronuntiandum euangelizandumque ſedentibus ſuper terram tempore opportuno tranſmiſit, vt in omnes gentes, tribus & linguas, populos & nationes verba ſalutis diffunderet, regnum Dei diemque iudicij appropinquare oſtenderet, & æternæ vitæ ſemitam demonſtraret. [Addit illum virginitatis candore adeo excelluiſſe, vt mentium incorporearum puritatem imitaretur: ortum Valentiæ in Hiſpania e Chriſtianis parentibus, atque in diuino cultu educatum, decimo octauo ætatis anno ordini Prædicatorum ſe aggregaſſe, doctrinæ laude floruiſſe, atque Hiſpanias, Gallias, Italiamque, facto quocumque pergeret diuino verbo peragraſſe, ac demum cum ſeptuageſimum annum egreſſus eſſet, in Venetenſi vrbe pie obijſſe: fulſiſſe etiam poſtea miraculis, ac primum Ioannem & Petrum Britanniæ duces, Martinum V. Eugenium IV. ac Nicolaum V. de patratis eius ope cœleſtibus prodigijs certiores feciſſe: Ioannem etiam Caſtellæ & Legionis, Alphonſumque Aragonum Reges, ac plures præſules de illius vitę ſanctitate teſtimonium præbuiſſe, tum ſingulares beati viri dotes his verbis perſtringit.]

Plures Hebræi atque infideles ad Chriſtum conuerſi a B. Vinc.

Eius virginitas inſignis.

Eximij labores in prædicando euangelio.

41 Tantus in eo gratię fulgor apparuit, tanta Spiritus ſancti abundantia in eo fuit, tot de ore prędicantis ſpecioſiſſimę veritatis pondera procedebant, vt ingentis multitudinis Iudęos in lege etiam peritiſſimos, qui Chriſtum pertinaciter veniſſe negabant, ad fidem catholicam conuerteret, & efficaciſſimos multos ex eis prędicatores aduentus Chriſti paſſionis, ac reſurrectionis, & pro Chriſti nomine mori paratos fecit. Tanta in ipſo viro diuino fuit auctoritas dicendi, tantaque grauitas vt terrenis rebus luxuique deditos homines adeo iudicij futuri timore concuteret, vt terrena deſpicerent, & amarent cæleſtia, ac leuitates & luxus omnium in Dei prouocaret affectum. Omni die miſſam cantauit, omni die prędicauit, omni die niſi vrgens adeſſet neceſſitas, ieiunauit. Conſilia ſancta & recta nulli denegauit, immo vltro obtulit: carnes non comedit, veſtem lineam non induit, manus ſuper ægros frequentiſſime miraculoſe ſanitate ſecuta impoſuit: mores caſtiſſimos ſeruauit, multoſque ſtrenuos actus fecit, vbi maxime ſuper magnis rebus populos contendentes, & regna pace compoſuit & vbi veſtis inconſutilis Eccleſiæ Dei ſciſſa conſpiciebatur, vt vniretur, & vnita ſeruaretur, non fruſtra plurimum laborauit, ac in ſimplicitate & humilitate ambulans, detractores perſecutoreſque ſuos cum manſuetudine recipiebat & informabat. Per ipſum quoque diuina virtus ad confirmationem ſuę prędicationis & vitę tam per manus ipſius impoſitionem, quam reliquiarum ſuarum veſtiumque tactum ac votorum emiſſionem multa miracula oſtendit: ſpiritus namque immundos eiecit, ſurdis auditum, mutis loquelam reſtituit, cœcos illuminauit, leproſos mundauit, mortuos ſuſcitauit, alioſque varijs detentos languoribus miraculoſiſſime liberauit: quorum omnium efficax aſſertio fuit, quod idem Nicolaus prędeceſſor plene de fama fidei & excellentia vitæ atque miraculorum ipſius informatus, volens ad vlteriora procedere, iuxta ſanctæ Romanæ eccleſiæ morem, venerabilibus fratribus noſtris, tunc ſuis, Georgio epiſcopo Oſtienſi & eidem Calliſto prædeceſſori tunc in minoribus conſtituto, ac Ioanni S. Angeli diacono Cardinali commiſit, quod de veritate fidei & excellentia vitæ ac miraculorum gratia ſe aut eorum aliquem in curia, extra vero per indices ab eis deputandos diligenter informarent: qui mandatis præfati Nicolai prædeceſſoris obtemperantes, & in curia nonnullis teſtibus examinatis, extra vero Romanam curiam iuxta poteſtatem eis datam in ciuitate Neopolitana venerabiles fratres noſtros patriarcham Alexandrinum, archiepiſcopum Neapolitanum, & epiſcopum Maioricenſem ibidem commorantes: In partibus delphinatus Vaſionenſem & Vicenſem epiſcopos, ac dilectos filios officialem Auinionenſem & decanum eccleſiæ S. Petri Auinionenſis, in regno Franciæ archiepiſcopum Toloſanum, epiſcopum Mirapicenſem, ac eorum officiales: in Britannia vero Dolenſem & Maclonienſem epiſcopos, nec non S. Iacuti & Debuſanenſem Dolenſis & Nannetenſis diœceſeon abbates, ac Nannetenſem & Venetenſem officiales ſubdelegarunt; qui iuxta tenorem poteſtatis eis per commiſſarios traditæ teſtes examinarunt, & dicta ipſorum in ſcriptis redacta

Mores a vitijs ad virtutes ab eo traducti.

Effulſit miraculis.

Exploratio iuſſu eorum veritas.

clauſa cum ſubſcriptione notariorum & ſigillis eorum ad curiam tranſmiſerunt. Et tandem per eoſdem Cardinales commiſſarios inſpectis, recognitis, ac viſis diligenter proceſſibus inuentum eſt, quod in ciuitate Neapoli viginti octo, in Auinionenſi & circumuicinis partibus decem & octo, in regno Franciæ videlicet Toloſana quadraginta octo, in Britannia vero trecenti & decem teſtes examinati, inter quos nonnulli S. R. E. Cardinales, multi epiſcopi & eccleſiarum prælati, Rex Aragonum præfatus, plurimique alij ex ſtatu ſæculari viri nobiles, pluresque alij legum, artium, ac ſacræ theologiæ baccalaurij, licentiati, doctores, ac magiſtri extiterunt: ac poſtquam dictus Nicolaus prædeceſſor rebus fuerat humanis exemptus, piæ memoriæ Calliſtus Papa III. prædeceſſor noſter dudum ante in minoribus conſtitutus, & vnus ex commiſſarijs antedictis ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumptus, dilectum filium noſtrum Alanum tit. S. Praxedis S. R. E. presbyterum Cardinalem loco ſui in huiuſmodi negotio deputauit delegatum, & facta eidem Calliſto prædeceſſori per præfatos commiſſarios relatione fideli in duobus ſecretis conſiſtorijs de dictis teſtium examinatorum, reperit omnia, quæ de fide, de excellentia vitæ, de laboribus, moribus caſtis, de actibus ſtrenuis, de humilitate & ſimplicitate, ac miraculis ipſius Vincentij dicta fuere legitime probata, ideoque de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ad vlteriora in canonizatione eiuſdem Vincentij procedendum eſſe decreuit; & deinde ex more dicta ipſorum teſtium fecit in duobus conſiſtorijs generalibus publice recitari: ac poſtea vocatis eiſdem Cardinalibus & prælatis, qui in curia aderant, omnes nemine diſcrepante conſuluerunt ad canonizationem dicti Vincentij eſſe merito procedendum.

Teſtium, qui eo confirmarent numerus ingens.

42 Idem quoque Calliſtus prædeceſſor dicta die, videlicet tertia iunij pontificatus ſui anno primo, in ipſorum Cardinalium & prælatorum præſentia de ipſorum omnium conſenſu vnanimi pronuntiauit atque decreuit, Vincentium præfatum eſſe canonizandum, quod publice & ſolemniter faciendum in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli proxime ſequenti, videlicet III. kal. iulij pontificatus eiuſdem anno prædicto ſtatuit & etiam ordinauit.

Decretum illius canonizationis [illegible].

Poſtmodum vero dictus Calliſtus prædeceſſor die ſolemnitatis Apoſtolorum huiuſmodi, vt præfertur adueniente, tam ex vitæ excellentia, quam miraculorum coruſcatione nec non vera notitia, quam de ipſo Vincentio tunc viuente habuerat, eum virum comperit aſſecutum fuiſſe gratiam, quam Deus omnipotens ſanctis & electis ſuis conceſſit, & conſimilia ſigna ex eo conſecuta fuiſſe, quæ ad cognoſcendum fideles ac Dei miniſtros veritas in ſuo euangelio demonſtrauit pro ſuæ informatione Eccleſiæ, ne poſſet errare, ſic inquiens: *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur, in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſuper ægros manus imponent & bene habebunt.* Eapropter eum auctoritate apoſtolica canonizauit, & literarum ſuarum, ſi deſuper confectæ fuiſſent, tenore in ſanctorum catalogo aſcribendum eſſe decreuit, vniuerſos & ſingulos patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, cæteroſque eccleſiarum prælatos monuit & attente hortatus eſt, eis nihilominus iniungendo, quod octauo idus aprilis feſtum eiuſdem S. Vincentij ſicuti de vno confeſſore non Pontifice, annis ſingulis deuote & ſolemniter celebrarent, ac facerent a ſuis ſubditis deuotione congrua celebrari & etiam venerari, vt pia eius interceſſione a noxijs protegi, & ſempiterna gaudia valeant adipiſci. [Subdit Pius de miraculis B. Vincentij monumenta publica in Dominicanorum ædibus ad Mineruam aſſeruari, exhiberique eorum exemplum petituris iuſſiſſe, ac prætera ad Chriſtifidelium pietatem in eiuſdem Dei ſeruum accendendam ſeptem annorum & quadragenorum indulgentias recurrente die illius feſto eius ſepulchrum luſtraturis impertiuiſſe. Cum igitur Calliſtus nullas, vt diximus, de ijs literas promulgaſſet, ſanxit Pius præſtandos illi ſanctorum honores, qui ab eodem Pontifice decreti fuerant III. kal. iulij, ac ſi publice a Calliſto ipſo literæ ea de re editæ fuiſſent, ſuumque diploma hac formula obſignauit.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLVIII. *kal. octobris pontificatus noſtri anno I.*

Dies feſtus eius memoriæ deſignatus.

Volumen de eius miraculis conſcriptum.

43 Hoc anno ineunte mortales reliquit, ac familiare præclaris ſuis virtutibus petijt cœlum B. Laurentius Iuſtinianus [a], cum annum quartum ſupra ſeptuageſimum ageret, VIII. die ianuarij, quamuis anniuerſaria eius memoria ob octauam epiphaniæ decima quinta eiuſdem menſis ab Eccleſia colatur, ipſius enim imagini in templo S. Petri Caſtelli aræ marmoreæ impoſitæ inſculpta ſunt hæc verba: *B. Laurentius Iuſtinianus primus Venetiarum patriarcha die* VIII. *ianuarij* MCCCCLV. Claruit doctrina, ſanctitate, prophetiæ dono, ac miraculis, vindicatoſque aliquando ab extremi exitij diſcrimine Venetos precibus illius refert eius vitæ ſcriptor [b]: *Quantum*, inquit, *illius oratio proficeret, vnum aliquid in teſtimonium referemus. Eſt prope Corcyram locus aſper & incultus vbi vir habitauerat eremita triginta & amplius annos, vita abſtinentiæ & orationibus, & quod primum ferebatur, prophetiæ ſpiritu inſignis, gerebat forte Corcyræ negotium vir quidam de noſtris tam genere, quam moribus præſtans, qui cum arderet bellum, quod cum Philippo Mediolani duce gerebamus, & afflictiones viderentur eſſe res noſtræ, adijt virum Dei, rogat eum nunquid Veneta reſpublica, vt ferebatur, deplorata eſſet, ad quem eremita: Commotus eſt, inquit, furor Domini contra vos, quia verbum Domini proieciſtis; & niſi pontificis veſtri lachrymæ interpellarent pro vobis, iamdudum quaſi Sodoma periſſetis, tale de Laurentio teſtimonium tetulit eremita in medijs Corcyræ rupibus & ſpeluncis, cui non ſolum Laurentius, ſed omnes fere mortales incogniti erant & inauditi.* Cum igitur poſt plura opera pietatem ſpirantia librum de gradibus perfectionis abſoluiſſet, febre lethali correptus magno pietatis ſenſu delibutus ſacramentis omnibus ſe communijt, ſuoſque ad diuinum amorem pie cohortatus eſt: *Vt erat ſupinus*, inquit Bernardus Iuſtinianus [c] eius nepos, qui aderat & vitam eiuſdem ſcripſit, *aliquandiu tenuit in cælum oculos, tum denuo ſemiclauſis in hanc ſententiam fari cæpit (verba etiam, quantum potuimus tenere, ſubijcientur) videtis o filij horam meam aduenisse: benedictus Deus, qui eam tandem aduenire voluit, cum nulla ſit alia via, qua ducat in cælum: ille enim venit nobis via, veritas, & vita, vt eiectis de paradiſo miſeris exulibus viam ſignaret in patriam redeundi. Si enim in hac vita tantum ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus; ſed abſit a nobis tam ſtulta cogitatio, quid enim vita hæc, niſi languo quadam (vt ille inquit) & veluti memoria hoſpitis vnius prætereuntis? Chriſtus pro nobis mortuus eſt primitiæ dormientium: pudeat nos mortem timere, cum Dominus noſter propter nos mori voluerit. Hunc diem ſemper ante ocu-*

Obitus B. Laurentij Iuſtin.

a Tab. eccl Venet. Bernard. Iuſtin. in eius vit. Sixt. Sen. bibl. l. 4. Molan. in addition. Ferar. in nou. catal 8. ianuar. Sur. to. 1. Bollan. to. 1. 8. ian. Trithem. de vir. ill. Card. Bellarm. de ſcrip. eccl & alij.

b Bern. Iuſtinian. in eius vit. c. 9.

Venetos eius precibus a periculo vindicat.

Sacramentis ſe munit.

c Ber. Iuſt. cap. 11.

Pia eius oratio ad familiares.

los

Digitized by Google

Eiuſdem ad Chriſtum apoſtrophe.

los habuit tu ſcis, Domine: quamquam, dum vitam meam conſidero, confuſio ſit mihi potius appellanda, quam vita. Sed in ſpiritu humilitatis ſuſcipe me bone Ieſu, vita, & ſalus animæ meæ, neque enim in iuſtificationibus meis proſterno preces meas ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Illa ego ouis amiſſa, ad te paſtorem redeo, vocem tuam noui, non alienorum, peto Domine vt ad ouile me reducas. Poteſne ſpernere vocem clamantis & confugientis ad te? Nonne tu ille, qui dixiſti a: Clamabit ad me & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione? ecce clamo plus corde, quam ore, Domine: ecce tribulatio proxima eſt, & non eſt qui eripiat, niſi tu, bone Ieſu. Sed neque felicium ſpirituum ſedes affectare auſi, qui ſpeciem intuentur ſanctiſſimæ Trinitatis: portio tamen aliqua creaturæ tuæ poſtulat micas ſuauiſſimæ menſæ tuæ. Nimium mihi fuerit & heu quam nimium! ſi ſubtus calceos infimi electi tui loculum aliquem huic puſillo tuo ſeruulo non negaueris.

a Pſ. 90.

Hortatur ſuos ad ſeruanda diuina mandata.

Conuerſus deinde paululum ad aſtantes: *Vos interea, fratres, ſeruate Domini præcepta; omnis b enim caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Contemplamini me: ecce aruit fœnum & flos eius cecidit. Horam hanc quis poterit euadere? Sed mihi credite, filij, nihil eſt præſtantius, quam ſeruire Domino. Hæc cum dixiſſet, ſublato paulisper brachio quod denudatum tenebat, caligantibus oculis, vt Iſaac illum antiquum videre te diceres, aſtantibus crucis ſigno: Benedicat, inquit, vobis dominus Ieſus fratres & viſcera mea, & benedicat filijs meis, qui abſunt quos in Domino parturij. Det vobis cor, vt colatis eum: aperiat animum in lege ſua, neque vos deſerat in tempore malo. Benedicat principi noſtro & vniuerſo ſenatui, vt ſortem commiſſi ſibi principatus ad honorem Dei & commune omnium ordinum bonum ſibi traditam recordentur; benedicat denique populo meo, cuius amorem, pacem, concordiam, Dominus in dies magis atque magis conſeruare & augere dignetur.*

b Iſai. 4. & 40.

Gen. 27.

Amico tempus mortis prædicit.

44 Subdit auctor illum Marcello amiciſſimo prædixiſſe proximo paſchate e viuis diſceſſurum, vti contigit; Hieronymo vero dilectiſsimo, cuius ſalus conclamata erat, ſalutem prædixiſſe, reddidiſſeque: Auditos c etiam a duobus Carthuſianis cœleſtes concentus in eius funere, qui nuſquam conticuere, donec monaſterium ingreſſi ſuiſſent. Vt vero eius corpus ſexaginta ſeptem diebus inhumatum manſerit omnis corruptionis expers, cũ de eodẽ ſacro pignore canonici patriarchales & S. Georgij apud ſe condendo certarent ita narrat: *Sacrum, illud corpus in eccleſiæ ſacrario reponitur quaſi litis euentum expectaturum. Accidit autem (res omnibus retro ſeculis inaudita, pace dixerim ſanctorum aliorum omnium, quod quidem extet ex eorum monimentis) nam ibi corpus illud, dum reponitur altero ac tertio die, nec corruptionis aliquid nec fœtoris apparet, itemque & quinto & ſexto, nihilominus integrum perſeuerat. Tantæ rei miraculo excitata accurrit vniuerſa ciuitas, vident & exquirunt diligentius, nunquid ſit delibutum vnguentis; omnia membra contrectant, nihil pigmenti aut artis, nihil rigoris in membris, fœtoris longe minus, quin potius odorem ſuauiſſimum membra illa ſpirare videbantur. Additur miraculum miraculo: nam poſt biduum rubeſcere genæ & viuus per membra ſanguis conſpici cœpit: & iam capere non poterat ſacrarium illud concurrentem turbam, & ſeſe inuicem comprimentem, vt octauo tandem die neceſſe fuerit in eccleſiam publice deferri ad oculos populi exſatiandos, tum vero & admiratio & ſtupor & clamores. Igitur qui litigant & hi inſtantius poſtulant, & hi cuſtodiunt diligentius, reponitur iterum in ſacrarium vbi per dies quadraginta perſeuerauit incorruptus & integer omnibus illis diebus nunquam non viſitatus eſt, nunquam ſacrarium illud non apertum omnibus fuit vide e & venerari volentibus, donec ſeptimo ſupra ſexageſimum die, cum alioquin ſatis commode ſeruari poſſe non videretur, ſepulturæ traditus eſt officijs & honoribus non quibus cæteri ſolent, de quorum virtute & meritis ambigatur, ſed quaſi ſancti cuiuſdam reliquiæ ſic cum omni honore collocatæ decimo ſexto videlicet kal. aprilis, cum ſexto id. ianuarias migraſſet ad Dominum. Multi non ſolum ex Italia ſed Illyrico etiam atque Epiro ad id oſtentum domo profecti, medici omnes & præſertim Gerardus Veronenſis medicus ætate noſtra omnium nobiliſſimus, qui eum in hac ægritudine viſitauit, natura nulla vi fieri poſſe teſtati ſunt præſertim cum putrida febri laboraſſet.* Poſt cuius etiam obitum nouis editis cœleſtibus virtutibus refulſit magis ſanctitatis Laurentij gloria: quibus permoti Sixtus IV. Leo X. & Adrianus VI. religioſam actionem de illo in ſanctorum numerum referendo inſtitui iuſſere, ſed ea fortuitis eſt retardata caſibus. Clemens autem VII. illum anno MDXXIV. beatorum ordini aſcripſit, atque in patriarchatu Veneto illius vt beati confeſſoris epiſcopi memoriam ſacro ritu colendam ſtatuit a.

Eius corpus corruptionis expers.

Poſt biduũ viuus ſanguis eſflorescere viſus.

Phyſicorum teſtimoniũ de miraculo.

Sanctorum honor illi decretus.

a Ext. Clem VII diploma apud Sur. ubi ſup.

45 Celebrata eſt hoc anno ſynodus b prouincialis apud Sueſſiones a Ioanne Rhemenſi archiepiſcopo, in qua primum decretum eſt diuinas laudes eo cultu corporis & animi religione, qua par erat, in eccleſijs collegiatis & monaſterijs decantandas, & eos, qui ſacram precationem riſu, iocis, aut ſermone confunderent, pœna afficiendos: aboleri etiam iuſſa corruptela, qua theatrales ludi & mercimonia in eccleſijs interdum habebantur, atque impoſita ſacerdoti id permittenti trimeſtrium vectigalium eccleſiaſticorum mulcta: prohibitæ religioſis viris choreæ: conſtitutum in aleatores & ganeones clericos animaduerſum iri; moniti præſules, vt virtute & ſcientia præſtantes ſacris ordinibus initient: inſtauratum Bituricenſe decretum in concubinarios: imperatum præſulibus, vt fornicationes & adulteria publica omni ſtudio niterentur tollere, pluraque alia conſtituta ſunt, quæ ex m. s. vallicellano ex authographo excepto repetenda viſa ſunt, cum in concilijs typis cuſis deſiderentur.

Syn. due Sueſſionenſis.

b M. s. bibl Vallic.

Concilium Rhemen.

Statuta concilij Remenſis prouinciæ apud Sueſſionenſes die veneris XI. menſis iulij, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto celebrati. Vniuerſis præſentes literas inſpecturis Ioannes permiſſione diuina archiepiſcopus Rhemenſis, Ioannes Sueſſionenſis, Antonius Laudunenſis, Ioannes Ambianenſis, & Ioannes Siluanectenſis, epiſcopus ſuffraganei Rhemenſis prouinciæ vna cum aliorum ſuffraganeorum eiuſdem prouinciæ abſentium, & cathedralium eccleſiarum procuratoribus in concilio prouinciali apud Sueſſionenſes congregati, alijs omnibus, qui potuerunt, & debuerunt intereſſe debite conuocatis in Domino ſalutem.

Eius acta.

Cum per longam & celebrationis conciliorum prouincialium intermiſſionem in hac Rhemenſi prouincia ſtatus eccleſiaſticus grauem ruinam, & multiplicia incommoda, ac innumera detrimenta patiatur, vepribus, & ſpinis vitiorum vel defectu culturæ agri dominici vndique pullulantibus, ac varijs oppreſſionibus & grauaminibus vltra modum aduerſus iura, libertates, & auctoritatem Eccleſiæ exiſtentibus, in quibus diuinus cultus omittitur, atque in diuerſis partibus profanatur, & ipſius Chriſti ſponſæ ſplendor, atque dignitas plurimum denigratur in offenſam omnipotentis Dei, ac perditionem animarum, nos in hac ſynodo, fauente Altiſſimi gratia, congregati ad

reſtau-

Digitized by Google

reſtaurationem domus Dei, & ſalutem gregis dominici, quantum in nobis eſt, pro viribus intendere cupientes, primo ſtatuimus, vt in ſingulis eccleſiis collegiatis, atque monaſterijs huius prouinciæ Rhemenſis diuinum ſeruitium in cantus prolatione, habituum honeſtate, & alijs ad debitam venerationem diuini cultus pertinentibus decenter, & reuerenter celebretur, cui omnes de eccleſia debite interſint, Domino ſeruientes conformiter ad intentionem decreti, quod incipit: *Si quis principem ſæculi*; & deliberationem in congregatione Bituricenſi dudum ſuper acceptatione eiuſdem decreti, & aliorum celebrata, ac conſuetudines laudabiles ſingularum eccleſiarum, monentes decanos, cantores, & alios, ad quos pertinet corrigere defectus chori, ſub obteſtatione diuini iudicij, ac pœnis per eorum ſuperiores arbitrandis, vt perturbatores diuinum officium confabulationibus, riſibus, aut aliter in eo delinquentes, & deficientes diligenter puniant & corrigant. Præcipimus inſuper & mandamus hoc inuiolabiliter obſeruari, vt vagantes per eccleſiam deambulando, ſeu etiam ſedentes extra chorum otioſi ad inuicem confabulando, tempore diuinorum officiorum, præſertim dum matutinorum, miſſæ maioris, & veſperorum officia celebrari contigerit, totius diei emolumentum tam in pane, quam diſtributionibus amittant: & hæc per illos, ad quos pertinet, omnino executioni demandentur. Aduertant in ſingulis eccleſijs præfati canonici, vt tali hora ſua capitula tenere incipiant, quod non impediantur ab intereſſendo miſſæ maiori, conformiter ad ea, quæ in prædicto decreto ſunt ordinata. Tenor vero decreti, de quo ſupra ſequitur, ſub his verbis: *Si quis principem ſeculi rogaturus habitu honeſto, geſtu decenti, prolatione non confuſa, ſed diſtincta, attenta quoque mente ſe ipſum ac verba ſtudet præparare; quanto diligentius in hoc ſacro loco omnipotentem oraturus Deum hæc omnia facere curabit?*

De cultu diuino inſtaurando.

De modeſtia in eccleſia ſeruanda.

Attendendum celebrandis diuinis laudibus commendata.

46 Statuit igitur hæc ſancta ſynodus, vt in cunctis cathedralibus, ac collegiatis eccleſijs, horis debitis, ſignis congrua pulſatione præmiſſis, laudes diuinæ per ſingulas horas non curſim ac feſtinanter, ſed attente & tractim, & cum pauſa decenti, præſertim in medio cuiuslibet verſiculi pſalmorum, debitam faciendo, inter ſolemne & feriale officium differentiam, reuerenter ab omnibus perſoluantur. Horas canonicas dicturi cum tunica talari, ac ſuperpellicijs mundis vltra medias tibias longis vel cappis iuxta ipſorum, & regionum diuerſitatem: eccleſias ingrediantur, non capucia, ſed almucias, vel bireta tenentes in capite; qui cum in choro fuerint, grauitatem ſeruent, quam & locus & officium exigunt, non in ſimul aut cum alijs confabulantes ſeu colloquentes, aut literas ſeu ſcripturas alias legentes: & cum pſallendi gratia ibidem conueniant, vagari mente, aut clauſa labia tenere non debent; ſed omnes, præſertim qui maiori funguntur honore, in hymnis, pſalmis, & canticis Deo alacriter modulentur. Cum dicitur: *Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto*; omnes conſurgant, & cum nominatur illud glorioſiſſimum nomen, *Ieſus*, in quo omne genu flectitur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Nemo ibidem dum horæ in communi publice cantantur legat, & dicat priuatum officium: nam non ſolum obſequium quo obnoxius eſt in choro ſubtrahit, ſed alios pſallentes perturbat: ſed his debite obſeruandis, alijſque ad diuini officij proſecutionem, ac chori diſciplinam ſpectantibus decanus vel cui onus incumbit diligenter inuigilet hinc inde, ne quid inordinate fiat circumſpiciendo. Horum autem tranſgreſſores illius horæ, in qua circa prædicta exceſſerint, vel alia maiori, prout tranſgreſſionis grauitas exigit plectantur pœna; ſaluis tamen laudabilibus conſuetudinibus & ſtatutis ac obſeruantijs ſpecialibus eccleſiarum ſingularum regni, & Delphinatus.

Cum veſte induti debeant.

Pronunciato nomine IESV conſurgant.

47 Inſuper mandat & præcipit hoc ſacrum concilium, vt turpis ille abuſus in alio decreto per dictam congregationem acceptato prohibitus omnino a ſingulis eccleſijs & monaſterijs quorumcumque religioſorum huius prouinciæ extirpetur, quo laruales & theatrales ioci & choreæ mercimonia, negotiationes, & alia eccleſiam, diuinum officium, vel eius honeſtatem perturbantia fieri prohibentur, quodque pœna contra ordinarios, decanos etiam rectores, qui talia fieri permittant, in eodem decreto contenta de ſuſpenſione a perceptione omnium prouentuum eccleſiaſticorum trium menſium ſpatio etiam in realem executionem demandentur, adijcientes quod etiam mercimonia & negotiationes intra eccleſiam fieri nullatenus de cætero permittantur, quodque intra vel iuxta ſepta, ſeu clauſuram monaſteriorum tam virorum, quam mulierum choreæ & tripudia nullo tempore exerceantur per quoſcumque, nec etiam extra ipſa monaſteria liceat religioſis perſonis in quibuſcumque locis præfatas choreas & tripudia agere, & contrarium facientes per ſuperiores eorum debite puniantur.

Theatrales ludi & mercimonia in eccleſijs prohibita.

Item ordinarij, & alij iudices diligenter puniant clericos aleæ, & ebrietati inſeruientes, ac tabernas frequentantes, & acrius eos, qui tempore ieiunij hoc faciunt. Et quoniam domini epiſcopi, qui cæteris exemplum honeſtatis eſſe debent, ea quæ in diuinis ſcripturis & ſacris canonibus ac iuribus ſtatuuntur, in ſe ipſis maxime obſeruando, ipſi habitus honeſtos ſuperlinaribus amictos prout iura volunt, tam in ſuis diœceſibus, quam extra deferant non nimis breues aut viles, aut nimis curioſos, aut in inceſſu, & verbis quid indecorum habeant, ſintque tales in omni conuerſatione, quales, eos apoſtolica regula eſſe iubet, & canonicæ ſanctiones.

Puniri iuſſi clerici gulæ dediti.

Hortamur etiam dominos epiſcopos prædictos, quatenus in ordinibus, & etiam prima tonſura conferendis ad ſeruitium Dei & honorem Eccleſiæ vigilanter, & diligenter, intendant, talesque ad ipſos ſacros promoueant ordines, quos & vitæ honeſtas, & idoneitas perſonæ tam in literarum ſcientia, quam ætate commendant, iuxta iuris diſpoſitionem. Abuſus omnes circa præmiſſa vitentur.

Moniti epiſcopi ne indignos ſacris initient.

48 Inſuper mandamus, & diſtricte præcipimus decretum per eccleſiam Gallicanam Bituris acceptatum, intitulatum, *De concubinarijs*, per totam Rhemenſem prouinciam ab omnibus quibuſcumque, etiam ſi epiſcopalis dignitatis, aut alterius præeminentiæ exiſtant, inconcuſſe & inuiolabiliter obſeruari; cuius quidem decreti tenor ſequitur: *Quicumque clericus cuiuſcumque conditionis, ſtatus, religionis, dignitatis, etiam ſi pontificalis, vel alterius præeminentiæ exiſtat, qui poſt huius conſtitutionis notitiam, quam habere præſumantur poſt duos menſes poſt publicationem eiuſdem in eccleſijs cathedralibus, quam facere omnino teneantur ipſi diœceſani, poſtquam eadem conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit, fuerit publicus concubinarius a perceptione fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam euidentem Eccleſiarum vtilitatem, ex quibus hi fructus* per-

Concubinarij plecti iuſſi.

Digitized by Google

percipiuntur conuertat; nec non & huiuſmodi publicum concubinarium, vt primum eſſe innotuerit, mox ſuus ſuperior monere teneatur, & ſi non dimiſerit, vel dimiſſam, aut aliam publicam reſumpſerit, iubet hæc ſancta ſynodus, vt ipſum ſuis beneficijs omnibus omnino priuet, & nihilominus hi publici concubinarij vſque quo cum eis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem manifeſtamque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum ad ſuſceptionem quorumcumque bonorum, dignitatum, beneficiorum vel officiorum ſunt inhabiles: qui, ſi poſt diſpenſationem recidiuo vomitu ad publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant. Quod ſi hi, ad quos talium correctio pertinebit, eos vt prædictum eſt punire neglexerint, eorum ſuperiores tam in ipſos de eorum neglectu, quam in illos pro concubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant. In concilijs etiam prouincialibus & ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per ſuſpenſionem a collatione beneficiorum, vel alia condigna pœna, pro crimine procedatur. Et ſi hi, quorum deſtitutio ad ſummum Pontificem ſpectat, per concilia prouincialia, aut ſuos ſuperiores propter publicum concubinatum reperiantur priuatione digni, ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ipſi ſummo Pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquiſitio, in quibuſcumque capitulis generalibus, & prouincialibus quo ad ſuos ſeruentur, pœnis alijs contra prædictos, & alios non publicos concubinarios ſtatutis in ſuo robore permanſuris.

Quæ pœnæ in eos conſtitutæ.

Si qui eran (?) destituendi ſint a Pont. apud illius tribunal accuſantur.

Qui publici concubinarij cenſendi.

Publici autem intelligendi ſunt non ſolum hi, quorum concubinatus per ſententiam, aut confeſſionem in iure factam, ſeu per rei euidentiam, quæ nulla poſſet tergiuerſatione celari, notorius eſt, ſi qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & infamatam tenet, per ſuum ſuperiorem admonitus, ipſam cum effectu non dimittit: Qui vero in concubinarios procedere erubeſcunt, patiendo eos in tali fœditate ſordeſcere, ſub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps ſub pacto, compoſitione, aut ſpe alicuius quæſtus talia quouis modo tolerent, ac diſſimulent, alioquin vltra præmiſſam negligentiæ pœnam duplum eius, quod propterea acceperint, reſtituere ad pios vſus omnino teneantur & compellantur. Ipſas autem concubinas, ſeu mulieres ſuſpectas prælatis modis omnibus curent a ſuis ſubditis, etiam per brachij ſæcularis auxilium, ſi opus fuerit, penitus arcere: quod etiam in tali concubinatu procreatos filios apud ſuos patres cohabitare non permittant.

Pœna in ſpeculantes tolerantes concubinarios.

Statutum de meretricibus pellendis a magiſtratu. Spurij ne cum patribus cohabitent.

49 Iniungit præterea omnibus ſæcularibus viris etiamſi regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecumque inferant impedimentum quocumque quæſito colore prælatis, qui ratione officij ſui aduerſus ſuos ſubditos pro huiuſmodi concubinatu procedant: & cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis neceſſario euitandum, monet omnes laicos tam vxoratos quam ſolutos, vt ſimiliter a concubinatu abſtineant, nimis enim reprehenſibilis eſt, qui vxorem habet, & ad mulierem alienam accedit. Qui vero ſolutus eſt, ſi continere nolit iuxta Apoſtoli doctrinam ducat vxorem. Pro huiuſmodi autem diuini obſeruatione præcepti hi, ad quos pertinet, tam ſalubribus monitis, quam alijs canonicis remedijs omni ſtudio laborent.

De laicis a concubinatu abducendis.

Et vt nullus quamcumque præfati decreti prætendere poſſit ignorantiam, iubemus hoc decretum per dominos epiſcopos & tam cathedralium, quam collegiatarum eccleſiarum, nec non abbates, & cæteros iuriſdictionem eccleſiaſticam habentes infra duos menſes, a fine præſentis concilij numerandos, ſuis ſubditis intimari, & deinde in ſingulis ſynodis diœceſanis, nec non generalibus quarumcumque eccleſiarum capitulis etiam euocatis ac huiuſmodi ſingulis ſuppoſitis earundem alta, & intelligibili voce publicare: moneant inſuper dicti domini epiſcopi, capitula, abbates, nec non iuriſdictionem habentes omnes & ſingulos ſuos ſubditos concubinarios notorios generaliter quatenus infra trium menſium ſpatium concubinas ſeu mulieres ſuſpectas, & famatas abijciant & dimittant, nec dimiſſas vel alias ſecum reſumant ſub pœna perditionis fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ipſo facto. Et quoniam nonnulla capitula eccleſiarum ad ſubditorum ſuorum de hoc crimine diffamatorum correctionem minus diligenter hactenus comperimus proceſſiſſe, vnde prædicta in dies magis fouentur, & deterioribus adaugentur incrementis, in graue ſcandalum eccleſiaſtici ſtatus, & perditionem animarum, præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis eccleſiarum cathedralium, & collegiatarum capitulis, & præſidentibus in eiſdem ſub pœnis ipſorum ſuſpenſionis a diuinis, & alijs per ſuos ſuperiores arbitrandis, quatenus poſt ſupradictorum trium menſium a tempore præmiſſæ monitionis generalis ſpatium elapſum infra quindecim dies exinde proxime ſequentes contra ſingulorum ſubditos ſuos de hoc crimine diffamatos, qui prædictas concubinas ſuas realiter & cum effectu non dimiſerint, procedant via iuris ſpecialiter & nominatim ad declarandum eos prædictam ſuſpenſionem fructuũ ſpatio trium menſium incurriſſe, nec non conſequenter ad vlteriores pœnas iuxta tenorem decreti ſupraſcripti eiſdem infligendas; & ſi hoc facere neglexerint, ſuperiores eorum procedant, ac cæteros epiſcopos, & alios quoſcumque eccleſiaſticam iuriſdictionem habentes, qui in eiuſdem criminis punitionem negligentes inuenientur, ſuperiores eorum puniantur, de negligentia, & in defectu ipſorum pœnas contra concubinarios in ſupradicto decreto poſitas cum omni diligentia realiter exequantur. Iniungimus præterea vniuerſis epiſcopis, & alijs iuriſdictionem eccleſiaſticam exercentibus, quatenus ad correctionem fornicatorum, & maxime adulterorum publicorum intendant, & inuigilent, prout animarum ſaluti viderint expedire.

Monitio in concubinarios promulganda.

Inſtaurantur in pertinaces pœnæ.

50 Monemus omnes & ſingulos dominos epiſcopos, abbates, capitula, & alios iuriſdictionem eccleſiaſticam exercentes, quatenus ſuos ſubditos eccleſiaſticos ad honeſte & cum habitu condecenti incedendum compellantur, tunicas nimium breues, aut in ſpatulis eleuatas, vel cappellos ſeu pileos in capite, ſeu ſotulares roſtratos, vel rubei, cæleſtis, purpureiue, aut crocei colorum caligas deferre, ac pila maxime vſque ad camiſam exutos in ſtratis, vel locis publicis ludere non permittant, ſed potius ea omnia ſic indecentia prohibeant, ſacerdoteſque & alios quoſcumque eccleſiaſticos & mercatorijs publicis, & negotiationibus ſæcularibus exercendis præcipiant abſtinere, iuxta canonicas ſanctiones facientes, prout eorum tranſgreſſio exiget, debite puniendo.

De veſtitu decoro clericorum.

Item cum in multis partibus rectores parochialium eccleſiarum adeo modicam prouiſionem habeant, quod non reperitur, qui ipſis eccleſijs deſeruire velit, quod cedit in graue præiudicium animarum, prouideant omnes prælati, & patroni quatenus ſecundum diſpoſitionem iurium

De ſtipendio ſufficienti ſacerdotibus dando.

in

in cap. Monachis de præbend. in antiq. & cap. ſuſcepti eod tit. in VI. & clem. s. de iurepatron. congrua portio prædictis rectoribus aſſignetur, vt pro defectu adminiſtrationis ipſarum eccleſiarum prædicti prælati & patroni apud Deum & homines veniant reprehendendi.

De quæſtorum abuſu emendando.

51 Item obuiaturi exquiſitis & abuſiuis modis, quibus nonnulli quæſtores pecunias a pauperibus extrahere cogantur contra diſpoſitionẽ iurium, vetẽtes prædicatione verbi Dei ad finem quæſtus eorum ipſam principaliter applicando; prohibemus quibuſcumque quæſtoribus, ne in hac Rhemenſi prouincia prætextu indulgentiarum vel aliorum quorumcumque faciendo ſuas quæſtas prædicent verbum Dei, ſed ſolum negotium ſuum verbis planis exponant, vel etiam literas (ſi quas habeant) legant, ſeu legi faciant; & ſi forſam qui doctores vel alias ad prædicandum idonei cum ipſis venerint, & prædicare voluerint, nihil in ſuo ſermone quæſtuoſum exponant, & contra eos ſeruetur cap. cum eo: clem. abuſoribus de. pe. & re. noſtramque præſentem prohibitionem ordinarij locorum faciant diligenter obſeruari.

De religioſis confeſſiones excipientibus.

Item quia ex inordinata multitudine religioſorum, qui ad confeſſiones audiendas deputantur, plurimi vtriuſque ſexus nimia libertate vtentes pro libito ſuo cui volunt confitendi, & abſolutionem obtinendi, præſertim in caſibus reſeruatis audaciores fiunt ad grauiora peccata perpetranda; admonemus omnes epiſcopos huius prouinciæ quatenus iuxta formam clem. dudum, & decretal. ſuper tali differentia in eadem inſertam perſonis taliter qualificatis, & in tali numero ex conuentibus religioſorum mendicantium licentiam audiendi confeſſiones concedant, ſicut in prædicta decretali continetur, & illis non ita indifferenter caſus epiſcopales concedant, ſicut hactenus in multis diœceſibus fieri conſueuit: ſed vbi neceſſarium viderint aliquos caſus particulariter concedendi, cum tanta diſcretione hoc faciant, vt per hoc non detur ſubditis occaſio liberius ad peccata & crimina grauiora prorumpendi.

Ne dies feſti, conuiuijs & tripudijs prophanentur.

Item licet in antiquis iuribus ſalubriter inſtituta fuerint tempora, in quibus matrimonia celebrari non debent; tamen nonnulli per abuſum in huiuſmodi temporibus prohibitis contra ipſorum iurium intentionem feſta & conuiuia, choreas, & tripudia tanquam pro ſolemni ratione ipſorum matrimoniorum exercent; iubemus ne de cætero in prædictis temporibus, neque etiam in die Trinitatis prædicta fiant. & intereſſentes talibus conuiuijs & feſtis per ordinarios debite corrigantur, & grauius eccleſiaſtici ſi in talibus interſuerint. Inſuper præcipimus quod alijs temporibus matrimonia non fiant in domibus, ſed tantum in eccleſijs, & hora competenti, ac die clara celebrentur, aduertantque domini epiſcopi ne ſuper bannis ante matrimonium fiendis ſine cauſa rationabili diſpenſetur.

Veteres cõſtitutiones inſtaurata.

52 Præterea conſtitutiones conciliorum prouincialium tempore bonæ memoriæ dominorum Roberti de Courteaux apud Siluanectum anno Domini MCCCXVII. & Ioannis de Vienna archiepiſcoporum Rhemenſium apud Nouiomũ anno Domini MCCCXLIV. tam ſuper libertate, iuriſdictione, & immunitate eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum, ac pœnis contra perturbatores earum, quam ſuper reformatione morum editas laudamus, approbamus, & ratificamus, & quod cum opus eſt huius præſentis concilij decreto renouamus; mandantes deinceps, vt in noſtra prouincia ſeruentur, & executioni demandentur. Cœterum & ſi contra dictos ſæculares eccleſiaſticam iuriſdictionem impedientes excommunicationis & aliæ pœnæ per dicta ſtatuta ſint adiectæ, tanto magis in eccleſiaſticos, qui eandem iuriſdictionem eccleſiaſticam non ſolum non impedire ſed & promouere, & exaltare tenentur, locum habere debeant, idcirco ſub excommunicationis & alijs in prætactis concilijs prouincialibus declaratis pœnis vniuerſis & ſingulis, prælatis, & alijs eccleſiaſticis perſonis totius prouinciæ Rhemenſis, cuiuſcumque dignitatis, ſiue præeminentiæ exiſtant,

De aſſertendo iure eccleſiaſtico.

prohibemus ne in terris, in quibus & ad eccleſias, eorum monaſteria, & dignitas & iuriſdictio epiſcopalis pertinet directe vel indirecte, quouis quæſito colore, tacite vel expreſſe, vel alias prohibitiones fiant, aut per alios, quoſcumque iudices vel officiarios temporales fieri procurent ſubditis ſuis iudicibus eccleſiaſticis vel alijs quibuſcumque, aut pœnas, minas, vel terrores adijciant, quominus in terris huiuſmodi ſuo dominio temporali ſubiectis citationes, monitiones, & mandata curiſtum eccleſiaſticarum etiam in perſonalibus actionibus, & alias libere poſſint executioni demandari: & ſi hactenus tales prohibitiones fecerint, aut minas vel terrores incuriant infra vnum menſem a die publicationis præſentis ſtatuti in ſingulis diœceſibus, quam ordinarij locorum diligenter facere teneantur ſub eadem pœna publice reuocent aut faciant reuocari.

Statutis clericos cõfugientes ad iudicem ſæcularem.

53 Item quia nonnulli tam clerici quam laici ſentientes, ſe ſuper ſuis exceſſibus, delictis, ſeu debitis coram iudice eccleſiaſtico eſſe citatos, de ſuæ cauſæ iuſtitia diffidentes, ad dominorum temporalium, ſeu officiariorum, aut ſeruitorum eorundem potentiam recurrunt, literas comminatorias, aut minas verbales impetrant & armatos adducunt, & alias faciunt, quod timor tam iudicibus, quam ſuis officiarijs, ac partibus incutitur; vnde non modicum eccleſiaſtica iuriſdictio perturbatur & læditur; prohibemus ſub pœna excommunicationis, ne clerici, vel laici coram iudice eccleſiaſtico armatos adducant, literas contrarias, ſeu minas verbales huiuſmodi, aut alia quæcumque impetrent, vel procurent; vnde directe vel indirecte eccleſiaſtica iuriſdictio aliquatenus valeat impediri.

Item ſtatuimus, quod in cauſis ſummam duorum Francorum monetæ loci non tranſiens libellus in ſcriptis non admittatur, & in talibus tanquam minimis ad diſcretionem iudicum ſummarie, & de plano procedatur: quo tam in his, quam alijs cauſis omnes friuolas dilationes ſtudeant reſecare.

54 Et ſicut religioſæ perſonæ Deo dicatæ, ſicut præ cæteris diſtrictius Domino ſe votis ſolemnibus mancipatunt, ſic eorum vita & conuerſatio honeſte refulgeat, & alijs bene viuendi propitium induceat exemplum; ſtatuimus, & ordinamus quod omnes & ſinguli abbates, abbatiſſæ, priores, & præpoſiti quorumcumque monaſteriorum ordinum ſanctorum Benedicti, & Auguſtini, prouinciæ Rhemenſis tam in ſe quam ſuis religioſis, & ſubditis omnem euagandi, leuitatiſque materiam euitent, & faciant euitari, ieiunia ab aduentu vſque ad feſtum natiuitatis Domini, & ab ſeptuageſima vſque ad feſtum ſancti paſchæ, abſtinentiamque ab eſu carnium ſingulis quartis ferijs totius anni tam in publico, quam in priuato diligenter obſeruent, computa & rationes præſentibus religioſis reddant in veſtibus, & habitibus, iuxta ſuorum ordinum

De obſeruãtia regulari reſtituenda.

obſer-

Digitized by Google

obſeruationem, ac in geſtibus, & verbis honeſtatem & grauitatem gerant, zonas argenteas, ſotulares laquearos, breues tunicas, & alia, quæ vanitatis & pompæ indicia ſunt, euitent: religioſos ſine quæſtu in & pro ingreſſu religionis recipiant ſecundum canonicas ſanctiones: nouitios & alios in cultu diuino & ſacrarum lectione ſcripturarum inſtrui faciant: regulas ſuorum ordinum iuxta limitatinnem conſtitutionis felicis recordationis Benedicti Papæ XII. circa reformationem religioſorum eorundem ordinum editas, & appoſitas teneant: quas conſtitutiones ſinguli abbates, abbatiſſæ, priores, & præpoſiti, prout ſunt, aut dictæ religioſæ in vulgari expoſitas iuxta ſui ordinis qualitatem ſaltem ter in anno legere teneantur: habitus ſuarum religionum non deſerant: apoſtaſiam cui excommunicationis ſententia ipſo facto annectitur, prorſus euitent: maxime vero religioſi mulierum, & religioſæ virorum frequentationem & conſortia effugiant, aut alias iuxta ſuorum ordinum laudabilia conſtituta, ac ſanctorum patrum decreta, nec non canonicas ſanctiones viuere ſtudeant; ita vt ſeruitium exhibeant Deo gratum, & ex eorum conuerſatione bona cæteri valeant ad honeſtatis, & munditiæ zelum feruentius incitari. Mandamus vniuerſis eorundem abbatum, abbatiſſarum, priorum, & præpoſitorum ſuperioribus, quatenus ipſos ad præmiſſorum obſeruationem, ſi aliquatenus defecerint a via iuris, vigilanter coerceant, & nihilominus dicti religioſi capitula ſuorum ordinum ſecundum quod in dictis ipſius diui Benedicti conſtitutionibus continetur, quamprimum opportunitas aderit, celebrare teneantur, alijs ſtatutis prouincialibus circa præmiſſa omnia & ſingula in ſuo robore permanſuris. In quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium ac munimen nos archiepiſcopus & epiſcopi præfati literis præſentibus ſigilla noſtra duximus apponenda. *Dat. Sueſſione anno domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto indictione tertia menſis vero iuly die vndecima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini domini noſtri Callixti diuina prouidentia Papæ tertij anno 1.*

De conſtitutionibus publice legendis in monaſterijs.

Præluceant virtutum exemplo religioſi.

Sic ſignatum. Radulphus vicarij notarius, &c.

IESV CHRISTI
Annus 1456.

CALLISTI PP. III. annus 2. FRIDERICI III. ROM. REGIS 17.

Compreſſi diuinitus Turcæ.

1 ANno a virgineo partu milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto indictione quarta, irruente in Hungariam ad delendum Chriſtianum nomen Mahomete II. ac religionis cauſam vniuerſis ferme Regibus turpiter deſerentibus, affuit Eccleſiæ ſuæ Deus cæleſtique prodigio victoriam glorioſiſſimam de hoſte formidando concepta ſubijciendi ſibi occidentis ſpe ac ſuperioribus triumphis inſoleſcente ſuis contulit; de qua antequam diſſeramus, de Calliſti Papæ pro defendenda aduerſus hoſtem fide ſtudio ac diligentia nonnulla præmittenda ſunt. Mirum fuit in viro affectæ ætatis, & ad munera corporis ſenecta inualido, tantam vim animi tantumque ardorem vigere potuiſſe in prouehendis de conficiendæ ſacræ expeditionis conſilijs a, ſolicitandiſque principibus & populis, vt arma aduerſus communem hoſtem caperent, in concilianda inter eos pace, mittendis ad varia regna legatis, concionatoribus ſacris ad vniuerſas oras deſignandis, imperandis & colligendis decumis, inſtruenda claſſe, decernendis ſolemnibus ſupplicationibus ad diuinum placandum Numen eiuſque opem implorandam: adeo vt in priſtinam amplitudinem Chriſtianum imperium omnino reſtituendum fuiſſet, exeindendaque Mahometica ſuperſtitio ex oriente, ſi pontificijs ſtudijs Reges ac principes obſecundaſſent; ſed ij mutatis animis promiſſis defuerunt. Legatum vero ineunte anno in Gallias decreuit Calliſtus Alanum tit. S. Praxedis presbyterum Cardinalem, vt Carolum ad pacem cum Henrico Anglorum Rege conficiendam adduceret, tum auxiliares copias ex illo regno eliceret, quod teſtatur S. Antoninus a his verbis: *Cardinalem Aueniononenſem*, ſcilicet Alanum, qui eccleſiæ Aueniononenſi præerat, *miſit in Franciam ad decimam colligendam & prædicandam cruciatam, & Regem Franciæ deprecandum, vt auxilium ferret & operam, vt Chriſtianiſſimus princeps, contra tam perfidos hoſtes*. Extant eo argumento ſubiectæ literæ b.

a Lib. 5. pag. 122. 171. 176 lib. 6 pag 21. 22. l. 7. pag. 44 &c. pag. 97. 154. & 155. lib. 9. pag 84. &c. l. 10. pag. 131. & 245. l. 11 pag 276. l. 1. breu. pag. 9. 13 & 40.

Excindi poterant ſi Chriſtiani Reges iniſſent in eos arma.

Alanus Card. ad Gallos in Turcam conciendos miſſus.

a S. Ant. ſup. c. 14. in princ.

b lib. 20. pag. 1.

Dilecto filio Alano tit. S. Praxedis presbytero Cardinali A. S. L.

2 Cum te ad regnum Franciæ cæteraſque Galliarum & illis adiacentes partes ad conquirenda pro tuitione Chriſtianæ fidei opportuna præſidia & claſſem aduerſus immaniſſimum Turcum eiuſque complices præparandum; publicandum quoque literas apoſtolicas cruciatæ, & alia magna & ardua negotia peragenda legatum de latere noſtro crucesignatum de fratrum noſtrorum conſilio præſentialiter deſtinemus; nos attendentes, quod licet nos nuper & per antea felicis recordationis Nicolaus Papa V. prædeceſſor noſter pro defenſione Chriſtianæ fidei & eiuſdem Turchi profligatione vniuerſis Chriſti fidelibus, qui huic ſancto & pio operi certis modo & forma tunc expreſſis per ſe vel alios bellatores aſſiſterent, vltra indulgentias plenarias & quamplures immunitates, exemptiones, & gratias per diuerſas noſtras literas conceſſiſſemus, & eiuſdem prædeceſſoris literis nonnulla addenda duxerimus illorum dubia enodando; quia tamen nihil ita clarum ſtatui poteſt quin ex cauſis emergentibus aliquando in dubium reuocetur, pro ſedandis ambiguitatibus quibuslibet, quæ poſſent in mentibus fidelium generari, circumſpectioni tuæ quæcumque dubia tam ſuper cruciatæ huiuſmodi, quam ſuper quibuſcumque facultatum tuarum & alijs noſtris literis, quæ forſitan in poſterum poterunt exoriri, auctoritate noſtra per teipſum, qui intentionis noſtræ conſcius es, declarandi, dilucidandi, earumdemque literarum clauſulas, ſenſus, & ſi quid in eis ambiguitatis emerſerit, iuxta datam tibi a Domino prouidentiam vice noſtra interpretandi, & explanandi, ac deſuper opportunas literas, ſi opus fuerit concedendi, ac in præmiſſis & circa ea ordinandi, ſtatuendi, decernendi, modificandi, augendi, muniendi, nec non indulgentias ipſius cruciatæ perſonarum qualitate inſpecta, quibus tibi videbitur pro ipſorum ſalute fidelium opportunum, ſuper quibus vices noſtras plenarie tribuimus, concedendi & plenarie indulgendi, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium plenam & liberam tibi concedimus facultatem, ac omnimodam poteſtatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLV. x. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* 1.

Pro crucesignatis plura priuilegia.

Soluendarum difficultatum legato poteſtas data.

c Lib. 10. breu. pag. 38.

3 Fefellit ea ſpes Calliſtum, nam Gallorum Rex literas apoſtolicas de indicto Turcis bello, profitendaque ſuſcepto crucis ſymbolo religioſa militia promulgari in Gallijs vetuit; de quo apud eum Calliſtus hiſce literis conqueſtus eſt c.

Francor. Rex lit. apoſtolicas de indicto Turcis bello promulgari vetat.

Digitized by Google

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Francorum Regi illuſtri ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Scribit nobis dilectus filius noſter Alanus tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis legatus, celſitudinem tuam, cum cætera hucuſque clementer & deuote conceſſerit, in concedenda tamen publicatione literarum cruciatæ & indulgentiarum difficilem ſe præbere. Quod certe quam graue auditu ſit non nobis ſolum, qui nil tale veriti vnquam ſumus, ſed cunctis fidelibus, qui iſtinc omnia ſumma auiditate expectabant, non facile poſſemus exprimere. Nemo eſt enim qui non merito contriſtetur, audiens literas huiuſmodi cruciatæ, in quibus adiumenta potiſſima ſuſcepti operis ſunt fere per vniuerſum orbem vulgata, in eo tamen regno publicari non poſſe, vnde prima præſidia ad defenſionem fidei ſemper ſunt habita. Nemo eſt quoque, cui hæc admirationi non ſint, chariſſimos in Chriſto filios noſtros Caſtellæ & Legionis Regem illuſtrem aſſidue cum Mauris pro fide bellare; Regem Aragonum ſignum crucis cum tota fere nobilitate ſua cepiſſe; Regem Hungariæ ad proſequendum victoriam nuper habitam potenter deſcendere; Regem Portugalliæ ex vltimo occidente non modo crucem cepiſſe, ſed oratorem ad nos ſuum nuper miſiſſe denunciantem aduentum eius ventura æſtate cum regia claſſe; denique nationes fere omnes, vbi colitur nomen Ieſu, feruere ſtudio fidei & vbique locorum prædicari ſanctam Domini crucem, eiuſque ſigno humeros principum radiare; ſolum regnum tuum, quod potentia primum eſt, & fide præcipuum immune tanti operis eſſe. Si voluntas tua hæc eſt (quod non credimus) dura certe res eſt, & lacrymabilis: ſin neceſſitas aliqua, quid magis eſſe neceſſarium poteſt, quam fidei, quam profitemur, defenſio? Si vero aliorum conſilia hoc agunt, parcat illis Deus, cuius eſt hæc iniuria: rei certe erunt ſanguinis & vitæ fidelium, quibus per hunc modum machinantur interitum.

Contemptus quod cum aliis Regibus pro Chriſto nō ſentiat.

Commonitus vt rei Chriſtianæ conſulat.

Verum ad te conuerſi, chariſſime fili, cui primæ partes communis cauſæ debentur, cum potentia inter Reges catholicos plurimum præſtes, ac maiorum tuorum hereditas gloriæ, & factorum imitatio ad te pertineat, attende parumper & vide: Illi olim relicto regno duces Chriſtianæ expeditionis ſe præbuerunt, & ex præclaris operibus ſuis nomen Chriſtianiſſimorum ſuut meriti ad te vſque perueniens. Non conuenit, cum ſummam habeas rerum omnium opportunitatem, diſſimilem te illis videri: & ſi enim præclarum ſit fulgere gloria anteceſſorum ſuorum, præclarius tamen eſt ſua excellere. Ad celſitudinem tuam legatum noſtrum transmiſimus, quo facto erecta eſt in expectationem tota Chriſtianitas, ſperans vetuſtis operibus aliquid ſimile: huic autem non reſpondere communis dolor eſt, atque admiratio.

Ne a maiorum exemplis deficiat.

Ne legati opem aſpernetur.

Patere, chariſſime fili, idque per viſcera miſericordiæ Dei noſtri paterne rogamus, prædicari ſubditis & in regnis ac dominijs tuis ſanctam Domini crucem, literaſque ſuper inde editas ſolemniter publicari, quod ſumme optamus. Subueni in eo neceſſitati Chriſtianæ: potentiam, quam a Deo accepiſti, ad ſalutem populi ſui conuerte: quamuis enim victus primo congreſſu ſit hoſtis, non tamen eſt perditus. Reparat quotidie nouos exercitus, & violentius ad nocendum reſurgit. Si cito occurratur, ſi Regum adiumenta conueniant, ſpes certiſſima eſt, duce exercituum Domino, victoriam integram apud Chriſtianos futuram. Hoc faciens, chariſſime fili, ſacrificium beneplacitum Altiſſimo reddes, toti Chriſtianitati in primis ſalutare, cuius in terris erit tibi perennis laus, & in cœlis merces perpetua, qualis veris Dei cultoribus reſeruatur: nobis autem hæc tua conceſſio ita iocunda erit, & gratia, vt a ſublimitate tua nil charius, nec maioris noſtræ conſolationis expectare poſſimus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLVI. VII. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* II.

Ne deſit occaſioni pro ſternenda turcica tyrannide.

4 Non aſſentiente Rege, vt præſidia aduerſus Turcas ex eius regno elicerentur, ne ad retundendos, ſi irruerent, Anglorum impetus, debilitaretur, nonnulli præſules promulgandis crucesignatæ expeditionis literis obſtitere; deque archiepiſcopo Burdegalenſi apud Alanum Cardinalem legatum queſtus eſt Pontifex [a]: Regij etiam adminiſtri priuatæ ſtudentes rei ab imperata decuma immunitatem turpiter popoſcere a Calliſto, qui ſenatum Pariſienſem eam ob rem hiſce verbis perſtrinxit [b].

Pontificū indigna geſta.

a Ibid. pag. 431.

b Ibid. pag. 39.

Calliſtus, &c. Admiramur, quod vos talem exemptionem petere audeatis, cum vos reliquis omnibus regni Franciæ & clericis & laicis in huiuſmodi ſolutione decimæ exemplo eſſe debeatis, & quod velitis talem exemptionem, petentes a communione & conſortio fidelium ſegregari, ac etiam omnibus perſuadere, vos Chriſtianæ religionis non eſſe veros cultores. Admiramur item quod in iſto regno Franciæ, vnde potiora & ampliora præſidia fidei Chriſtianæ ſperabantur, & priſcis temporibus emanarunt cruciata & eius indulgentiæ, maxima profecto ſuſcepti negotij adiumenta publicari non ſinantur. *Dat.* MCCCCLVI. *pontificatus anno* II. Plures tulit labores Alanus Cardinalis legatus, vt Gallos ad pontificium de bello ſacro in Turcas edictum admittendum permoueret; cuius animum Chriſti vicarius hiſce literis confirmauit [c].

Increpitur Pariſienſis ſenatus de contempta re Chriſtiana.

c Ibid. pag. 3.

Calliſtus, &c. Intelleximus continue tuam ſingularem diligentiam & ſolicitudinem, quas habuiſti ſuper facto cruciatæ & decimæ exigendæ, & labores, quos ſuſtinuiſti, & ſuſtines continue, & ſingularem concluſionem, quam feciſti, & in præſentiarum rerum executionem: ſcis enim quod virtus in infirmitate perficitur, & ad hoc miſſus es; ſi etiam pro fide martyrium ſuſtinere debeTes, ea quæ Dei & fidei catholicæ ſunt, exequaris. Age igitur & confortare in Domino, a quo veram & debitam mercedem expectare debemus.] Fauere legato dux Aurelianenſis, tum regij ſigilli præfectus (quem cancellarium vocant) nec non Petrus de Oriola comes S. Martini, ac pium tutandæ fidei ardorem præ ſe tulere, quibus ſingulis Pontifex, vt eos ad promouendam religionis ſuſceptam cauſam magis accenderet, conceptas a ſe egregias de augendo Chriſtiano nomine ſpes ſignificauit [d]: *Confidimus*, inquit, *quod ſi ex Francia auxilium nobis non defuerit cum adiutorio Altiſſimi ſectam illam Mahometi & alios infideles funditus delere & omnino perdere poterimus.*

Exhortatur Card. legatus vt pro fide etiam ſanguinem fundat.

Aurelianenſis dux & alii qui præter Chriſti cauſā mouēt.

d Ibid. pag. 41.

5 Præterea ad tantas ſpes pontificioſq; clamores e torpore aſſurgere viſi ſunt plures alij Galliarum principes ad fidei ſuſcipiendam cauſam: tum Carolus Rex Francorum aſſenſit, vt clerus ille ſubſidiarias decumas conferret: qua de re Calliſtus mox Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regem, vt ipſum in nuncupato belli ſacri voto confirmaret, certiorem fecit [e].

Concepta ſpes ſi nō deforent Galli Turcas excidendos. Conſenſit demū Gallus vt decimæ a clero exigerentur pro bello Turcico ſuppilibus.

e Ibid. pag. 3.

Alfonſo Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regi ſalutem, &c.

Decreuimus iterum tuæ ſerenitati pateſecere ani-

Digitized by Google

animi noſtri ardorem ineffabilemque cupiditatem, qua die noctuque flagramus pro fidei ſanctæ defenſione. Mittimus igitur ad tuam celſitudinem copiam nonnullarum literarum & aliarum ſcripturarum, quas chariſſimi in Chriſto filij Francorum & Hungariæ Reges illuſtres, & nonnulli alij ad nos miſerunt; ex quibus ipſa celſitudo tua, quo in ſtatu res ſit, & quanta ſit omnium fere Chriſtianorum principum concordia ad ſuccurrendum fidei ſacroſanctæ pleniſſime intelliget: præfatus enim Rex Francorum decimam in ſuo regno leuari conſentit, pollicerurque ſe nunquam patrocinium Chriſtianitatis omiſſurum, alijque potentiſſimi Chriſtianorum principes & duces, vt ex literis Alani tit. S. Praxedis presbyteri Cardinalis in partibus Gallicanis legati noſtri hodie intelleximus, qui ſeſe omnibus operibus & facultatibus paratos offerunt ad fidei ſubleuamen & inimicorum Chriſti exterminium. Itaque Deus omnipotens videtur certe cauſam religionis ſuæ ſuſcepiſſe, quæ tantam concordiam cordibus ſuorum ad oppreſſionem ſæuiſſimi hoſtis totius Chriſtianiſmi indidit, &c. At quamuis Carolus Francorum Rex decumas in regno exigi in belli ſacri ſumptus aſſenſerit, non tamen milites colligi aduerſus Turcas permiſit: ex eo vero Ludouicus maior natu filius Delphinus Viennenſis, qui pio incenſus ardore exercitum in fidei hoſtes educere cupiebat, a parente abalienatus a eſt, tum ob amores adulteræ, quibus Carolus ſpreta vxore ipſius Delphini matre irretitus tenebatur, nec non ob quorundam regiorum adminiſtrorum, qui florebant opibus & auctoritate, inuiſam potentiam: quare cum iam anno quarto abeſſet, atque in eum pater exercitum conſcripſiſſet, vt ad implorandam veniam obſequiumque adigeret, ex Delphinatu ad Philippum ducem Burgundiæ obuceſignatum ſe contulit. Cuius receſſum & diſſenſionem acerbe tulit Rex, rogauitque Pontificem, vt concordiam redintegraret: cui nunquam ſe defuturum reſpondit b Calliſtus, atque operam ſe ad filium in eius gratiam reuocandum, ac dirimendas controuerſias, quæ ipſi cum Anglis erant nauaturum pollicitus; preceſque addidit c, vt omnia in edicto de bello ſacro contenta compleri, nimirum comparari in Gallijs copias ſubſidiarias pateretur. Mouebatur porro Gallorum Rex politicis cauſis, ne Anglorum Rex nudatas militari flore Gallias inuaderet: qui metus facile ſedatus fuiſſet, ſi pariter Henricus VI. Anglicas vires in Turcas conuertiſſet, ad quod glorioſiſſimum ſuſcipiendum bellum cum a Pontifice, tum etiam a Genuenſibus d vrgebatur.

Plus ardor plurium accenſus.

Delphinus belli ſacri præcupidus.

a Monſtrel vol. 3. pag. 65. & Paul. Æm. in Carol. VII. Gaguin. in eod. Car.

A Patre diſſentiens ad Burgundū ſe confert.

b Lib. 1. pag. 33.

Pontifex concordiæ interpres adhibetur.

c Ibid. pag. 14.

d Extant eor. lit. apud Hieron. Donzell. pag. 322.

Implorant a Genuenſib. Angliæ Regis auxilia.

Petrus dux & conſilium, &c. ſacræ regiæ maieſtati Angliæ.

Et ſi nobiliſſimum illud regnum Angliæ, ſereniſſime & præcellentiſſime princeps, remotum eſt admodum ab imperio Turcarum; arbitramur tamen non eſſe ignotum maieſtati veſtræ quanto cum periculo verſentur vrbes illæ inſulæque Chriſtianorum, quæ Turcis propiores ſunt. Chius certe, Lesbus, aliæque his vicinæ inſulæ, & Amaſtria præterea, ac ſymbolum, Caphaque & aliæ Pontici maris ciuitates adeo attonitæ & tremefactæ ſunt, vt niſi præſidijs noſtris ſeruarentur, vix in diem vſque præſentem perdurare potuiſſent. Nos annus iam tertius elabitur, ex quo his populis aduerſus Regem Turcarum naues, viros, arma, triticum aſſidue ſubminiſtramus tanto quidem ſumptu, vt defeſſi & exhauſti vix ſpiritum trahamus. Non ignoramus, præclariſſime princeps, ex ijs, quæ rerum geſtarum ſcriptores prodiderunt, perraro vnquam aduerſus infideles bella eſſe ſuſcepta, in quibus incylti quondam Reges Angliæ viri Chriſtianiſſimi, & diuini cultus zelantiſſimi magnam laborum ac periculorum portionem non ſubierint; quæ nos mouent maieſtatem veſtram orare, vt ad reprimendam inſolitam hanc Turcarum ferociam velit iam oculos & cogitationes ſuas conuertere, ita quidem, vt Chriſtiani populi in oriente ac ſeptentrione poſiti tanti Regis auxilia ſentiant, & Rex ipſe Turcarum, apud quem omnes Reges noſtri irriſui ſunt, ſciat eſſe ſublimitati veſtræ vires, quæ ſibi terrori ac formidini eſſe poſſint, &c. *Data Ianua* MCCCCLVI. *die* VII. *aprilis*.

Quamam gloriam ex hoc bello collegerint Angli.

6 Inhiabat Anglus Galliæ, qua pulſus Anglicum quoque ſceptrum retinere non potuit: ita Anglicis Gallicisque auxilijs deſtitutus Pontifex, cum ad alia conquirenda ſubſidia conuerſus, omnia ſtudia pro Italico fœdere confirmando colloearet, excitati fuere noui motus, Alfonſo Aragonum & vtriuſque Siciliæ Rege non arma in Turcas, ſed ad explendam vindictæ libidinem vertente in Italos. Subiratus erat Senenſibus a, qui ipſo inconſulto in fœdus Italicum coiuerant, ſpretaque religionis in oriente peſſundatæ & Conſtantinopolis expugnatæ cauſa, vltioniſque occaſione quæſita, cum Iacobus Piccininus, qui ſuperiori bello ſub Venetis ſtipendia fecerat, in Flaminiam irrupiſſet, pulſuſque Calliſti ſolicitudine in agrum Senenſem multo ſuccinctus equitatu irruiſſet, vt rapinis ſuſtentaret ſuos, ac Senarum principatum inuaderet; Alfonſus partes illius in Senenſes efferendas ſuſcepit, violato fœdere, quod ad pacandam Italiam percuſſum fuerat. At Pontifex, Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, & Veneti illius fœderis religione deuincti mox in Iacobum copias coniunxere pro tuendis Senenſibus, maximamque illi eiſdem intulere: qui tamen collegit ſuorum reliquias, & paulo poſt, maius bellum, occupato proditione Orbetello, & aperte ab Alfonſo Rege maritimis ſubſidijs ſuſtentatus concitauit: immanique ſcelere, vt Calliſtum Italiæ pacem tueri annitentem acerbiſſimo dolore afficeret, ſubornauit nefarios homines, qui claſſem pontificiam quæ in Turcas inſtruebatur, ſuccenderent: ſed id facinus auertit Deus, iniectique medicati ignes feliciter extincti fuere; ob quod flagitium Pontifex recurrente cœnæ dominicæ die ſacro cum in hæreticos & Vvicleſiſtas, eorumque ſtudioſos & auxiliatores anathematis ſententiam tuliſſet, pariter Piccininum ipſum, eiuſque partium ſocios perturbantes Italiam eccleſiaſtica execratione perculit b.

Alfonſus Rex concept pro Chriſti cauſa Italiā turbat.

a Gobelin. comm. Pij II. lib. 1. Malauol. l. 3. p. 3. hiſt. Senſ.

Piccininū fouet ac fœdus Italicū infringit.

Piccininus ingenti affectus clade.

Paratam in Turcas claſſem ſuccendere conatur.

7 Spreuit ille cenſuras; quocirca Pontifex coniunctis cum fœderatis Venetis, duce Mediolani, & Senenſibus copijs, Orbetellum obſidione emxit, ac facile hoſtis oppreſſus fuiſſet, niſi milites cum eo colludentes pontificiam & ſociorum cauſam prodidiſſent; metuebant enim ne pacata Italia, ſibi ad colendos agros vertendaſque glebas redeundum foret: vnde Senenſes ſuſtinendæ belli moli impares Æneam Syluium Cardinalem & epiſcopum ſuum cum duobus collegis ad expoſcendam ab Alfonſo Rege pacem miſere c; quibus Calliſtus Ioannem Solerium, tum Florentini, & dux Mediolanenſis ſuos oratores adiunxere. Flexit Æneas Aragonem ad inſtaurandam pacem Italicam; qui ad Pontificem Ioannem Solerium, Leonardum Bentiuolum, & Benedictum Medicem dimiſit, vt pacis leges conſtitueret: Calliſtus tamen eos ad Alfonſum reuerti iuſſit, vt ipſe inter Pic-

b Lib. 6. pag. 202.

Orbetellū obſeſſum.

De pace agitur.

c Gobelin. in comm. l. 1. & Malauolta ſup. lib.

 cini-

cininum & Senenſes concordiæ leges ſanciret. Affeſtuntur eæ a Malauolta, inter quas idem Iacobus Piccininus accepto auro Orbetello diſcedere iuſſus eſt. Percepit maximam ex redintegrata pace lætitiam Pontifex, ac Solerium oratorem ſuum apud Regem Aragonum iuſſit [a] incumbere, vt ea pax Neapoli promulgaretur, ſe pariter illam Romæ ad Dei laudem populique gaudium promulgaturum. Publicatam quarto iunij die, refert Malauolta [b]; ex qua magnas ſpes bene gerendæ rei in Turcas a ſe conceptas dicto Solerio oratori ſignificauit his verbis Calliſtus [c]: *De tam ſalubri & deſiderabili pace eſt magnum principium confuſionis Turchi*. Impedimento quippe fuerat id Senenſe bellum, ne ſacra expeditio conficeretur; ac deterruerat [d] Luſitanos, ne in orientem traijcerent, vti conuentum erat.

a Lib. breu 1. pag. 35

b Malau. ſup. lib.

c Super. pag. 35.

Luſitani ob Italicum bellum a bello Turcico retardati.

d Marian. lib. 22. c. 17.

e Lib. 21. pag. 172.

8 Explicuerat Alfonſus Rex Luſitaniæ præ ceteris Regibus defendendi Chriſtiani nominis pium ardorem, cumque Calliſto ad pontificatum euecto intellexiſſet nuncupatum ab eo exercitus in Turcos mittendi votum, oratores ad eum miſit [e], qui ipſi Chriſtiano more obſequia deferrent, atque ab eo fierent certiores, num id votum ad exitum ducere decreuiſſet, regiaque deſideria iuuandi in tanto parando bello Pontificis aperirent. Quo optatiſſimo nuntio erectus Calliſtus Aluarum epiſcopum Siluenſem legatum e latere in Luſitania & Algarbio creauit [f], vt ſubſidia in Turcas compararet, decumas e cloro cogeret, fideles ad profitendam religioſam militiam vel conferenda auxilia pelliceret.

Inflammata eorum ſtudia a Calliſto.

f Lib. 6. pag. 63. & l. 21. pag. 172.

Venerabili fratri noſtro Aluaro epiſcopo Siluenſi ad Regem & regna Portugalliæ & Algarbij eorumque dominia cum poteſtate legati de latere Sedis Apoſtolicæ legato.

Præfato Regi, (nimirum Luſitaniæ) ex parte noſtra ſignifices, quod præter æternam vitam nihil magis appetimus, quam votum per nos emiſſum adimplere, & cum ad conuertendam Turcorum inſaniam, ipſorumque temerarijs auſibus reſiſtendum de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu vnam integram decimam omnium fructuum, redditiuum, & prouentuum ſecundum verum valorem annuum beneficiorum eccleſiaſticorum per totum orbem Chriſtianum ab eccleſiaſticis perſoluendum perſonis, & pro expugnatione prædicta exponendum indiximus & impoſuimus, necnon vniuerſis Chriſti fidelibus ad expugnationem & defenſionem prædictas ſub certis modo & forma ſe transferentibus ſiue alios mittentibus, aut ad id manus porrigentibus adiutrices diuerſas, vltra alias per prædeceſſores noſtros conceſſas indulgentias ac remiſſiones, conceſſimus prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. [Multiſque interiectis.]

Ad Regem quoque & regna prædicta, & dicti Regis dominia Apoſtolicæ ſedis legatum miſſum cum poteſtate legati de latere de ipſorum fratrum conſilio comitante pacis angelo te duximus dirigendum, cum plena poteſtate & libera facultate claſſem munitiſſimam aduerſus immaniſſimos Turcos prædictos & reliquos Chriſti nominis & fidei euerſores parandam, inſtruendam, nauesque inſuper & galeas & carauellas & alia nauigia conducenda, emenda, & de nouo, ſi opus fuerit, fabricari, omniaque alia, & ſingula pro expeditione huiuſmodi contractandum, parandum, & faciendum quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, & quomodolibet opportuna, conformando te (quantum cum Deo poteris) voluntati præfati Regis, ſi in propria perſona vel per ſuos hoc negotium, vt ſperamus, ſequendum acceptauerit; pro conſtanti tenentes, quod ipſo inſpirante Saluatore in his omnibus ad tantum pium & ſalutare opus conducendum omni ſtudio, diligentia, totaque animi attentione intendes, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLV. XV. kal. martij pontificatus noſtri anno 1.* Ipſum quoque inſtruxit auctoritate, vt in eos, qui in ſacerdotia ſe intruſerant, animaduerteret [a]; tum vt clerum [b] Luſitanum ſolueret cenſuris quas contraxiſſe a multis affirmabatur, quod Alfonſo Regi Luſitano ſubſidiarium aurum ſine Pontificis facultate contuliſſet ad ſuſtentandos ſumptus, quos Rex in Ioanna ſorore Henrico Caſtellæ & Legionis Regi iungenda nuptui, ac neceſſarijs ad regiam pompam inſtruendis profuderat.

a Lib. 9. pag. 193.

b Lib. 6. pag. 99.

Porro Luſitani promulgatis literis apoſtolicis de ſuſcipiendo in Turcas bello, pium adeo fidei tuendæ ardorem concepere, vt Regis patruus [c], & Fernandus [d] regiæ Luſitanæ princeps ſacræ militiæ ſe deuouerint: quin etiam ipſemet Alfonſus Luſitanus Rex bellum ſe adminiſtraturum, iturumque ad Conſtantinopolim Chriſtiano reſtituendam cultui profeſſus [e] fuerit: qua de re Calliſtus Carolum Francorum Regem & Philippum ducem Burgundiæ, vt eos pari ſtudio inflammaret, fecit certiores. Decreuerat vero Alfonſus per Etruriam Romam accedere ad Pontificem, quare Calliſtus a Florentinis & Senenſibus obtinuit [f], vt per eorum terras liber commeatus Regi daretur. Cum vero mutato conſilio Alfonſus ipſe cunctaretur, Calliſtus ipſum hiſce literis [g] adhortatus eſt, vt moras omnes abrumperet, & quemadmodum erat pollicitus expeditionem in Turcos pro liberanda Conſtantinopoli conficeret.

Luſitani principes egregie pro tuenda Chriſti gloria animati.

c Lib. breu pag. 12.

d Ead. pag.

e Ib. pag. 14. & 318.

Alfonſus Rex pro recuperanda Conſtantinopoli capeſſit deuouet.

f Ibid. pag. 12.

g Ib. pag. 25. & pag. 37.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Portugalliæ Regi illuſtri.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex literis tuæ ſerenitatis iam alias ſæpiſſime certiores facti fuimus de excellenti voluntate ſerenitatis tuæ, quæ præcipuo quodam affectu ſupra cunctos Chriſtianos potentatus pollere viſa eſt ad recuperationem Conſtantinopolitanæ ciuitatis, & exterminium immaniſſimæ nationis Turchorum. Nunc vero eadem ſerenitas in ſuo regali propoſito conſtantiſſime perſeuerans, & felicem aduentum ſuum ad nos annuncians, maximo & incredibili gaudio non ſolum nos, ſed totum collegium venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium, totiuſque populi, & curiæ Romanæ affecit; nam orator & conſilio digniſſimus tuæ ſerenitatis dilectus filius nobilis vir Ioannes Fernandi de Siluerra in ſacro noſtro conſiſtorio publice ac cunctis ſpectantibus ſua venuſtiſſima oratione animum tuum regium promptiſſimamque voluntatem circa proſecutionem huius ſanctiſſimi operis declarauit, vt omnibus gaudium & lætitiam mirabilem attulerit: præſertim de præfato felici aduentu, quem tua ſerenitas vere futuro cum tua claſſe & exercitu maritimo facere inſtituit; qui aduentus ab omnibus deſiderabilis eſt, nobis vero ante omnes optatiſſimus, ſpectatiſſimuſque: ceterum tuæ ſerenitatis nomini, regnique Portugalliæ ad æternam famam & gloriam cedent. Nam quid dignius, pulchrius, aut excellentius cogitari poteſt, quam regiam ſerenitatem tuam zelo fidei Chriſtianæ accenſam ex vltimis occidentis partibus pro ſacroſanctæ religionis defenſione, peſſimæque nationis infidelium exterminio claſſem & potentiam tuam mouiſſe: & quod omnium fere nobis

Hortatiuæ ad eum Calliſti lit.

Ingentes ſpes de Luſitanis conceptæ.

gra-

gratum eſt, torpentibus pœne cunctis Chriſti fidelibus, te ſolum perſonaliter, vt decet, catholicum principem, armis ſumptis ad nos caput huius ſanctiſſimæ expeditionis veniſſe. Nos itaque, chariſſime fili, tibi benedicimus & tuum ſanctiſſimum veniendi propoſitum collaudamus, quod tuæ celſitudini æternæ famæ nobiſcum ſimul eſſe confidimus: ſed videtur nobis tarda illa dies qua videamus tuam celſitudinem, habitis opportunis colloquijs, compoſitiſque rebus ad cruciatam ſpectantibus a nobis feliciter ad tuam inclitam claſſem proficiſcentem videamus, &c. *Dat. Romæ MCCCCLVI. anno II.*

Subiecti eſ… Regi pij ſimul.

9 Hortati etiam illum ſunt Genuenſes ᵃ, vt eximia de educenda claſſe contra Mahometanos in ſacram expeditionem conſilia ad exitum perduceret.

a Extant cor. lit. inter epiſt. procerum mundi collect. ab Hier. Donzelline pag. 356.

Petrus dux & conſilium ſacræ regiæ maieſtati Portugalliæ.

Oblectauerunt nos, ſereniſſime & præclariſſime princeps, magnaque ſpe ſimul & voluptate affecerunt literæ maieſtatis veſtræ pridie kal. maias datæ, hodie tamen nobis redditæ, quibus cognouimus eam ſtatuiſſe ſuſceptum aduerſus atrociſſimum Chriſtiani nominis hoſtem Machometum Regem Turcarum bellum piè ac ſtrenue iuuare; qui certe ardor veſtræ ſublimitatis eſt admirabilior, & maioribus laudum præconijs extollendus, quo in tam longa nauigatione multo plus laboris ac ſumptus ei ſubeundum eſt: diſcedentibus enim a regno veſtro, quod in extremo prope Europæ poſitum eſt, Thraciamque & Conſtantinopolim petituris pars maxima longitudinis terræ habitabilis metienda eſt; quo fit, vt longe præclarius ſit hoc fidei veſtræ propoſitum & omni commendationis genere prædicandum. Accedunt, vt literæ veſtræ pulchre loquuntur, curæ ac labores tuendæ Ceſareæ, quæ in litoribus Mauritaniæ ſita & infidalibus populis vndique cincta armis ac inſidijs barbarorum peropportuna eſt: ſed has difficultates ac labores contempſiſſe videtur generoſitas animi veſtri, probe ſciens, hanc illi militiam præſtari, cui debemus omnia, per quem ſumus ac ſperamus, apud quem meritorum præmia et immenſa ita perpetua ſunt. Quod autem excellentia veſtra noſſe cupit, quidnam & nos in id bellum moliamur, quæ qualiaque paremus, libenter cupiditati veſtræ morem gerimus.

Commendati Luſitani ob promptū ſtudium in defendēda re Chriſtiana.

Nos quamprimum Machometus iſte Moratho patri ſucceſſit, ſuſpectum habere cœpimus ingenium eius: cumque ſæuus & ſanguinis auidus ferebatur, tumque in omnes omnis generis Chriſtianos odium profitebatur, propter quæ naues, arma, propugnatores ex tunc fidelibus populis in orientem miſimus. Poſtea vero quam Conſtantinopoli potitus reliquas vrbes terrore ac formidine compleuit: tum demum velut ſuſcepto bello neceſſe fuit Chium, Leſbum, Capham, Symbolum, Amaſtram, aliaque oppida Pontici maris aut præſidia mittere, aut infelices illos populos in exitium corporum & animarum ſæuiſſimis hoſtibus prodere. Itaque quartus annus circum agitur ex quo naues, viros, arma, tela, triticum ijs alijſque vrbibus ſuppeditamus, qui tam aſſidui ſumptus quamquam nos plurimum exhauſerint, cum tamen Reges ac populi Chriſtiani ingentem aliquam expeditionem parare cœperint, annitemur & nos nec dignitati noſtræ deeſſe, nec ad diuini cultus amplitudinem inter poſtremos haberi. Nunc autem neque numerum neque reliqua ſatis explicare poſſumus eoque minus quod ſereniſſimus Rex Aragonum, fractis indigne inducijs, nuper cœpit nos mari terraque vexare. Conatus vero veſtros, excellentiſſime Rex, vt maximi habendi ſunt, ita nos pluſimi facimus, eoque pluris, quod plerique Reges ac principes, cum viderint maieſtatem veſtram in altero prope orbe poſitam tam multa moliri, dedecori ſibi fore ducent ſi ipſi propinquiores in communium Chriſtianorum bello ceſſarent. Si quid autem eſt aut erit rerum noſtrarum, quod huic expeditioni veſtræ conducere poſſit, id (quidquid eſt) & nos ipſos paratos ſemper deferimus in omnem gloriam veſtram. *Data Ianuæ die III ſeptembris MCCCCLVI.*

Queruntur de Aragonum Rege.

10 Verum Alfonſus in inſtituta ſententia non permanſit, neque regno exceſſit, cum priora inter Chriſtianos vigerent diſſidia: quo cognito Calliſtus pontificio oratori, quem in Luſitanica regia tenebat, præcepit ᵃ, vt daret operam apud Regem illum, vt triremes quindecim pontificiæ claſſi in Turcas vela facturæ coniungeret. Miſſam ab eodem Rege claſſem egregie omnibus rebus ad orientalem expeditionem inſtructam refert Mariana ᵇ: ſed cum Italiam ob Senenſe bellum impacatam reperiſſent, duces impatientes moræ, abiecta rei bene in Turcas gerendæ ſpe, in Luſitaniam vela retrorſum dediſſe: ita ſpes, quas Luſitani dederant, inopino caſu euerſæ fuere.

a Lib. I. breu. pag. 17.

b Marian. lib. 22. cap. 17.

Quod ad Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regem attinet; Calliſtus illum rogauit ᶜ, vt quindecim triremes, quas eccleſiaſtico auro conductas inſtructurum erat pollicitus, ſubmitteret, profeſſus non ſine lacrymis ſe lubentiſſime Chriſtianorum cladem pontificio capite, ſi opus eſſet, redempturum.

c Lib. breu. pag. 2.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regi illuſtri.

Per literas dilecti filij Ioannis Cardinalis S. Angeli legati Apoſtolici certiores facti ſumus de acceleratione iniquiſſimi Turchi, qui cunctis viribus in Hungariam irrumpere parat, vt ea occupata, quæ ſibi maxime reſiſtere poteſt, reliquam Chriſtianitatem conturbet vexetque: idcirco ad tuam maieſtatem iterato ſcribere decernimus, & copiam literarum dicti legati, & certas alias literas mittere, vt intellecto rerum ſtatu & cognito, in quanto periculo Chriſtianitas omnis verſetur, maturo & opportuno ſubſidio nobiſcum ſanctæ religioni ſubuenias: iamque vlterius differenda non eſt medela, inualeſcit enim augeturque vis morbi, Turchus ſacroſanctæ fidei impius hoſtis Chriſtianitati imminet, properatque fidem Dei catholicam proculcare, quæ clara voce iam ſe premi clamat, auxiliumque implorat, & iam vox ab oriente emiſſa vbi lethale vulnus acceptum eſt propter Conſtantinopolis lugendam direptionem ad extremas occidentis partes peruenit, & Britannos vſque peruaſit excitando mundi principes, qui iam vnanimi concordia ad exidium inimicorum Dei conſentiunt, & pro tutela fidei operibus & animis paratos ſe offerunt. De nobis autem quid opus eſt, vt dicamus, qui ob hoc ipſum vel maxime caram habeamus vitam, feliceſque putemus annos noſtros, ſi Omnipotens hanc gloriam tempori noſtro reſeruauerit, vt ſacroſanctam religionem eius exaltatam, & impium barbarorum furorem extinctum videamus: quod ſi (vt proculdubio ſperamus & numine quodam confiſi) viderimus, ſatis nos vixiſſe glorioſeque putabimus.

Expedienda arma in Turcas Chriſtianis imminentes.

Nunc te, chariſſime fili, hortamur, & quanta poſſumus cum inſtantia requirimus, vt poten-

riam

Digitized by Google

tiam tuam, quæ maxima eſt, ad fidei ſanctæ tutelam excites: accinge gladium tuum potentiſſime, in militiam cœleſtem confer copias tuas. Quidquid pro mundana potentia fit, fragile caducumque eſt: vera gloria a Deo petenda eſt, qui bonorum omnium largitor illos attollit & glorificat, qui cauſam ſuam fortiſſime defenſant. Impius Turcorum dux, filius iniquitatis, filius mortis Mahomet II. Hungariæ fines impetuoſiſſime nititur inuadere: & licet chariſſimus in Chriſto filius ipſius Hungariæ Rex, vt verus & catholicus princeps totis viribus regni ſui occurrere hoſti paret, tamen quia Turcorum vis maxima & exercitus innumerabilis eſt, opus eſt vt omnes conſilio & facultatibus conſentiant ad eorum vires minuendas. Id facile erit ſi claſſis noſtra cito verſus Conſtantinopolim mittatur; futurum enim eſt vt ſi, dum Turcorum exercitus Hungariam infeſtat, claſſis noſtra maritimas eorum terras vaſtare & vexare cœperit, illorumque vires diſtrahantur ac minuantur, & vno eodemque tempore non poſſint in Hungaria bellum gerere, & laborantibus ſuis ſubuenire. Quod conſilium quia valde rationabile, & vtile, ac neceſſarium videtur, nos decreuimus quanta poſſumus cum feſtinantia etiam cum diſtractione totius argenti, auri, & iocalium noſtrorum, quod in præſentiarum exponimus, legatum cum claſſe noſtra verſus orientem emittere; & vtinam vt tanta ſtrages, opprobriumque fidei orthodoxæ euitaret, captiuitas perſonæ noſtræ ſufficeret, quam ſponte offerimus, nouit Deus. Hoc cum fletu & lachrymis tibi præcipue & alijs Chriſticolis continue intimamus. Quapropter ſerenitatem tuam iterato inſtantiſſimeque hortamur, vt omnino det operam, quod quindecim illæ galeæ, quas alias pollicita eſt armare, in apparatu ſint, vt cum prælibato legato & reliqua claſſe noſtra nauigare poſſint. *Dat. Romæ, &c.* Repetitæ eædem preces alijs literis [a] illataque hæc ratio: *Quia tam tempus inſtat, vt omnes de ſomno ſurgant, quia cum hoſte immaniſſimo & non homine ſed dæmone nobiſcum res eſt, ob idque ad minuendas eius vires claſſem noſtram, quamcitiſſime verſus Conſtantinopolim emittere omnino volumus.* Ad irritum cecidere ſpes, quas Alfonſus Aragonum Rex dederat, qui enim Senenſe bellum accenderat, poſtea vires, quas in Turcas educere vouerat, in Genuenſes auertit.

Verum gloriam petendam a Deo.

Rec'eſiaſticus theſaurus pro cōſtanda claſſe a Calliſto diſtractus.

a Ibid. pag. 3. & 17.

11 Conciliata videbatur iam ante, vti ſuo loco diximus, a Dominico Capranica Cardinale Firmano inter eum & Genuenſes pax; ſed cum captam onerariam nauim repoſcerent, iſque reſtituendam negaret, pax ipſa turbata eſt [b]; induciæ tamen pactæ, quæ mox ob nouos Corſicæ motus ſolutæ fuerunt, deriuante in Genuenſes belli culpam Alfonſo [c], turpiſſimeque iactante, non prius ſe Turcas bello petiturum, quam Genuenſes domuiſſet: *In vos*, aiebat, *conatus noſtri velut in Turcas exortos in Italiam conuertantur oportebit, nec ab incœpto deſtituri ſumus, quam vos, Chriſto ipſo bene adiuuante, ſupplices nobis reddamus, nec minus, Chriſto duce, in Turcas Aſiaticos expeditionem, quam ſemel ſuſcepimus, vobis inuitis executuri ſumus.* Alfonſus igitur violata voti religione Genuenſes quidem per nefas vexauit bello, neque in Turcas, quantumuis a Calliſto vrgeretur, expeditionem parit, quod ipſi Petrus Fregoſius dux & magiſtratus Genuenſes exprobrarunt [d] multa ſcilicet illum de expeditione Turcica venditaſſe, & acerbiſſimis vectigalibus clerum populumque attriuiſſe; nil tamen quidquam adhuc in barbaros moliri: *Mauult, inquiunt, excellentia tua de ea expeditione, quam in Turcas moliri tamdiu prædicaſti, ſermonem haberi: quocirca non nos ſugit iam prope triennio circumactio pollicitum eſſe ſublimitatem tuam, claſſes exercitusque, quibus eorum ferociæ occurreres perfacile. Id ita fore nobis perſuaſum eſt: nam quis eſt Chriſtianorum Regum, quem propter vicinitatem ea magis pericula mouere debuerint? Claſſem ab Hydrunte mane ſoluentem excipiunt veſpere Turcarum littora clamoribus reſonantia. Inſtruebat promiſſa expeditionis fidem, quod videbimus Siciliam & Sardiniam exactionibus aſſiduis exhauriri, reliquos populos inſolitis tributis oppreſſos, in ſacerdotes adeo acerbe ſæuiri, vt in comparationem reliquarum extorſionum leuis videretur decimarum præſtatio, famaque fuerit tantum pecuniarum vndique corraſum eſſe, quantum ipſam Charybdim explere potuiſſet. Nos interim, certa ſpe tuæ claſſis confirmati, ſingulis annis naues, viros, arma, triticum Chriſtianis orientalibus ſuppeditare, atque forti animo calamitates ſuas ferrent, literis ac legationibus exhortari, breui affuturas vires opulentiſſimi Regis, quæ Turcas trans Caucaſum trepidos fugent: ſed lenta fuit adeo hæc toties iactata expeditio, vt niſi nos non vna, ſed pluribus claſſibus diſcrimini eorum ſubueniſſemus, deſerti ac perditi Turcarum fauces non effugiſſent. Circumſpiciat omnia nunc prudentia tua, ac iudicet vter noſtrum Turcas foueat, nos ne, per quos multa inſulæ, multi adhuc populi Chriſtum colunt, an is qui tot florentibus regnis ſummis collecto auro, quod in multas expeditiones ſatis eſſet, eos ſæuiſſimis hoſtibus prodit pro quorum ſalute collatum eſt.*

b Bizar. lib 12. Folier. lib. 10. & alij.

c Extant eius lit. apud Bizar. loc. an.

Nuncupata Chriſto vota infringit.

d Ext. eor. lit. apud Aug. Iuſt. lib. 5. & apud Bizar. lib. 12.

Exprobrata illi perfidia.

Sacras opes non in Turcas ſed adverſus Genuenſes absumit.

Prodit Turcis rem Chriſtianam.

12 Vera hæc erant a Genuenſibus obiecta Alfonſo, ea enim claſſis, quæ ab archiepiſcopo Tarraconenſi Apoſtolicæ ſedis in Aragonia, Valentia, & Catalonia legato ex ſacris decimis comparata fuerat, non in Turcas ſed in Genuenſes conuertit impetus, & Liguſticam oram vaſtauit ſummo Pontificis dolore, qui eos ſolari, & cum Rege ipſo conciliare niſus eſt [a], grauiterque de archiepiſcopo Tarraconenſi, quem reprobum vocat, & illius ſectatoribus queſtus eſt hiſce verbis [b]: *Nauigant more piratico in Dei offenſam, opprobrium ſedis Apoſtolicæ atque noſtrum, & in ſcandalum plurimorum, fideique catholicæ vilipendium & contemptum, ac totius Chriſtianitatis turbationem.* Alijs etiam literis [c] acerbiſſime deplorauit Aragonenſem claſſem ſacro conductam auro orientem non petijſſe, dum Mahometes in Hungariam irruebat.

Cruceſignata claſſis impie adverſus Chriſtianos educta.

Aragonum perfidiam execratur Calliſtus.

a Lib. breu. pag. 24. 25. 26. & 51.

Archiepiſcopus Tarraconen. Eccleſiæ cauſam prodit.

b Ibid. pag. 34.

c Ibid. pag. 6.

Calliſtus, &c. Solum oſtenſio galearum, ſaltem in Raguſio etiam, quod eſſent piratæ, & in pauciſſimo numero, cum nomine noſtro reſtauraſſet Hungaros, qui vnam ſcaffam non ſentiunt de noſtris galeis in partibus orientalibus & ſic clamant ad cœlum: *Vbi eſt Deus noſter, vbi eſt populus, vbi eſt populus Chriſtianus: occidamus legatum,* de Cardinale S. Angeli loquitur, *pacificemus nos cum perfidis Turchis, & permittamus perditionem cæteri populi Chriſtiani. qui ſi nos deſerunt.* O proditores archiepiſcopus Tarraconenſis & commendator Olzina de Monte albano conductores tantarum galearum, quæ ſufficientes erant ad bene turbandum Turcum, ſi littora maris Turchi ſulcaſſent, & inde Græci & Chriſtiani inſurrexiſſent, & liberatus eſſet populus Hungarorum. O iterum proditores, Deo, nobis, & hominibus & cum tanta affluentia pecuniarum a nobis exactarum: non deficiet diuina vltio, neque ſedis Apoſtolicæ grauis acrimonia, vt eis ſit pœna, cæteris in exemplum. O Rex Aragonum adiuua Papam Calliſtum & eum ſolum non dimittas, & Deus regnare te faciet cum longitudine dierum, alias ſenties Deum iratum.

Hungari in deſperationem adducti.

Calliſti querela de Aragonorum ducum proditione.

Calliſti ad Regem Alfonſum flebilis exclamatio.

Si

Si quæ de præſentibus ſcribimus vicibus geminatis Imperatori & cæteris Regibus ac dominis, & toti populo Chriſtiano ſcimus de certo, quod niſi nobis aſsiſtant, plaga eis non deerit, & nos victores erimus: & væ illis, qui in his nobis non aſsiſtunt ſemotis quibuſuis impedimentis delitijs & alijs. (Nonnulliſque interiectis ſuos apud Aragonem oratores pro ſacra expeditione conficienda ita compellat.) O filij Dei, occurrite cum illo Papa Calliſto martyre extra ferrum, & latrate pro Chriſto, quoniam canes pro dominis ſuis latrant. Hæc per nos ordinata ſunt cum lachrymis multis & repétinis. *Dat. &c.*) Obſurduit ad põtificios clamores Alfonſus meretriculæ Lucretiæ amoribus irretitus [a], famæque & nuncupati voti oblitus. At Calliſtus & ſi armis auxiliaribus illius deſtitutus quam maximam potuit inſtructam claſſem in orientem miſit, cum aurum omne gemmaſque pro ea ſuſtentanda diſtraxiſſet: qua de re Genuenſes certiores facti ad eum hæc ſcripſere [b].

Acer Calliſti pro Chriſto ardor. Irretitus Veneris amoribus Alfonſus Chriſti cauſam deſeruit.

a Gobelin. in comm. lib. 1.

b Apud Hier. Denzelin. pag 319.

Genuenſes ad Calliſtum literæ.

Petrus dux & conſilium Calliſto Papæ.

Legimus, beatiſſime pater & domine nobis colendiſſime, literas ſanctitatis veſtræ XXIII. die maij ſuperioris datas. Legimus item exempla literarum reuerendiſſimi domini Cardinalis S. Angeli, quas ex Hungaria XVII. die mentis aprilis miſiſſe videtur. Ex his cognouimus quanta ſit ſereniſſimo illi Regi ſpes repoſita in claſſe ſanctitatis veſtræ, quamque cupiat eam litora terraſque Turcarum mox incurſare. Nobis multa cogitantibus verba profecto deſunt, quibus ſtudium ardoremque veſtræ ſanctitatis ad fidei defenſionem digne extollere, ſatiſque laudare valeamus. Quid enim addi poſſe dicemus tanto animi feruori, qui erogatis auro, argento, gemmis, ſe ipſum cupiat pro ſuo grege in captiuitatem dare? Verum quoniam hæc pia animi veſtri conſcientia in Deo requieſcens humanas laudes aſpernatur, miſſa hæc facimus. Quod nos reſpicit, ſanctiſſime pater, non eſt ignorum ſapientiæ veſtræ hanc rempublicam, etiam priuſquam Machometus Conſtantinopoli potitetur, non exiguum Turcici belli pondus ſubijſſe: ex eo omni tempore nauibus, viris, armis tritico vrbibus Pontici maris ſuccurrere cœpimus vixque vnquam poſtea eiuſmodi ſumptus ceſſauit. Poſtquam autem a conſpectu veſtræ beatitudinis redierunt legati noſtri cum Rhodus, Chius, Lesbus, aliæque vrbes & inſulæ manifeſtis periculis obiectæ viderentur, præter Ponticarum vrbium curam, ad has quoque terras conſilia conuertere neceſſarium fuit. Itaque naues duas cum viris circiter quingentis, armiſque, & inſtrumentis bellicis Chium miſimus, vnam Mytilenas cum ducentis & omni telorum armorumque genere, tritici autem tantum conueximus Chium, vt ſi vel Rhodus vel alij vicini populi eſuriant, inde fami eorum ſuccurri poſſit. Capham autem & ad alias Ponticas vrbes duas item miſimus alias naues magnam frumentorum vim ferentes, quarum altera omnium maxima, quæ mediteraneo mari nauiganit, fulmine icta malo & antennis ambuſtis facta inutilis eſt, ingruitque neceſſitas aliam eius loco quærere, quæ in Pontum penetret & onus incenſæ, non ſine nouo & graui ſumptu illuc perferat: Hæc quiſque recte cogitare voluerit, licet ingens aliqua & hoſti formidabilis claſſis a nobis comparata non ſit; inueniet tamen nos hoc longo & aſſiduo bello tot naues, tot viros armaſſe, tantum pecuniarum profudiſſe, vt longe minore ſumptu prævalida claſſis parari potuerit.

Eum de ſubmiſſo commeatu faciunt certiorem.

Lætamur claſſem ſanctitatis veſtræ nunc ſolui, & orientem petere, quæ vtinam kal. maijs, vt fama erat, in Aſiam perueniſſet; fouiſſet enim bona ſpe Chriſtianorum populorum animos, quorum quidam perterriti, abiecta ſpe occidentalium præſidiorum, pacem cum Rege Turcarum agitare feruntur. Nos, beatiſſime pater, quanquam diuturni belli mole defeſſi, non deſinemus tamen terris & inſulis, quas nominauimus, opem ferre quandiu vires patientur; & ſi Reges ac populos Chriſtianos beatitudo veſtra in vnum conſenſum adducet, præclaram aliquam magnificamque, expeditionem aduerſus Turcas parare annitemur. Profecto ſpei, quam de nobis ſanctitas veſtra concepit, reſpondere, nec promptitudine vel ardore cuipiam cedere conabimur, qui nos noſtraque omnia benignitati veſtræ propenſius commendamus. *Data Ianue die* XI. *iuly* MCCCCLVI.

Paranda claſſis in Turcas ſpes iniijciunt.

Non defuiſſe Genuenſes ſuo muneri, quamuis vexarentur bello ab Aragonio Rege, claſſemque comparatam, vt Lesbum Lemnumque inſulas, & Capham neceſſarijs rebus munirent, vt moniti erant a Pontifice [a], miſiſſe in orientem, refert Bizarrus [b]. Porro eccleſiaſticæ præfecit Calliſtus claſſi Ludouicum tit. S. Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem, de quo hæc ſcripſit [c]: *Nos die S. Petronillæ Ludouicum tit. S. Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem noſtrum & A. S. legatum contra Chriſti & Chriſtiani nominis inimicos, ipſo etiam deuotiſſime ſuſcipiente crucesignauimus, & dilectum filium Petrum Ludouicum de Borgia nepotem noſtrum gentium armorum capitaneum generalem cum egregia commilitonum comitiua caſtra metatum miſimus vt terras noſtras ſanctæque Romanæ eccleſiæ pacatas teneamus.* Extant in pontificio regeſto literæ [d], quibus Ludouicum legatum e latere ad bellum ſacrum Mahometi II. inferendum renuntiauit, inſtruxitque auctoritate ad ſancienda fœdera cum Regibus, principibus, ac præſulibus pro crucesignata expeditone conficienda.

a Lib. breu pag. 25.

b Bizar. lib. 12.

b Bizar. lib. 12.

c Lib. breu pag. 35.

Ludouicus Card. decretus claſſis præfectus in Turcos.

d Lib. 5. *pag.* 245.

Dilecto filio Ludouico tituli S. Laurentij in Damaſo presbytero Cardinali patriarchæ Aquileienſi, ac camerario noſtro A. S. L. ſalutem &c.

13 Excelſus Deus, qui prout ſuæ diuinæ videtur prouidentiæ alta humiliare & humilia extollere conſueuit, ad comprimendam conterendamque ſuperbiam eorum, qui diuinis inſtitutionibus contraire præſumpſerunt, nonnumquam hominum nonnunquam angelorum miniſterio vtendum eſſe diſpoſuit; ſic enim ad eijciendum & exterminandum illum Luciferum, qui ſuper alta volare conabatur, Michaelem archangelum delegauit, ſic ad fugandas perdendaſque Amorrhæorum gentes Moyſen, & Ioſue, populis fidelibus præpoſuit, ſic angelum illum ad maximum ſuperbiæ exercitum Sennacherib perimendum deſtinauit. Cum itaque Machometus Turcorum exitiale caput, Redemptoris noſtri crudeliſsimus hoſtis, & nefandiſsimus Chriſtianæ religionis perturbator, in tantam elationem ſuperbiamque deuenerit, quod ipſe diuinis, ac naturalibus inſtitutis repugnare non dubitans, tanquam bellua non cognoſcens ſummi & omnipotentis Dei potentiam, ſed impietatis & peruicaciæ ſuæ laxatis habenis, tanquam crudeliſsima fera, illis, quos laſciua voluptuoſaque primi Machometi ſecta deceptus tenet, præeſſe minime contentus, vltra eas, quas detinet occupatas, cultrices & deuotas terras nominis Ieſu Chriſti ciuitates & populos innumerabiles ferro igneque vaſtauerit, ſuæque tyrannidi, illam etiam præclariſsimam ciuitatem Conſtantinopolitanam ſer-

uire

Vt Mahometes II Christi nomen abolere cogitarit.

uire coegerit, & quod deteſtabilius eſt, omne ſuum peruerſum ingenium, & omnes ſuas curas & cogitationes iniquas ad ſanctiſſimum ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti nomen immortale delendum, & ad infeliciſſimam ſceleſtiſſimamque Machometi memoriam recolendam poſuerit, ipſumq; Machometum impie veneretur & colat, ac tanta ſit illius nefandi omnium ſcelerum artificis veſania, vt per vniuerſum orbem terrarum venerandum eſſe contendat; nos, qui licet immeriti, vices ipſius Redemptoris noſtri gerentes in terris Chriſtiano generi præſidemus, quantũ ab ipſo nobis conceditur, per ſuas ſemitas incedentes, omnia præmiſſa matura conſideratione cogitantes, quotque innumerabilia deteſtanda facinora per ipſum truculentiſſimum hoſtem contra Chriſti fideles, Chriſtique fidem perpetrata ſint, & quid in ipſius Redemptoris noſtri nominis euerſione ſtudere, quidue machinari præſumat, diligenter animaduertentes; qui illum etiam cum noſtri periculo ſanguinis perdere vouimus, votumque ipſum Deo reddere ardenti deſiderio affectantes, ac tam ipſius Altiſſimi exempla pro viribus imitantes, quam etiam prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes, qui poſtquam gentes catholicas ad pugnandum contra infideles excitarunt, pro conſilio & auxilio legatos de latere, tanquam pacis angelos mittere conſueuerunt, te cuius perſonam, ſumma fide & ſingulari vitæ integritate ac prudentia, & præſtanti animi magnitudine, rerum geſtarum vſu, ac experientia decoratam eſſe cognouimus, de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium auctoritate apoſtolica legatum de latere facimus, conſtituimus, deputamus, atque creamus,

Et licet tua præſentia ſine noſtra incommoditate carere non poſſimus, tamen huic communi ac publicæ Chriſtianorum vtilitati conſulentes, de tua eximia probitate & præcipuo fidei ac deuotionis ardore ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, & claſſi maritimæ cum mero & mixto imperio præficimus: *& infra*, circumſpectioni tuæ præſentium tenore committentes ac mandantes, quatenus erecto contra eoſdem Turcos, & alios Chriſtiani nominis inimicos ſanctiſſimo crucis vexillo ad ea loca te conferas, quæ ad hanc ſanctam expeditionem præficiendam magis opportuna cognoueris, & cum quibuſcumque dominis, principibus, regibus, magnatibus, comitatibus ac eccleſiaſticis & ſæcularibus perſonis, cuiuſcumque gradus & dignitatis exiſtentibus, etiamſi patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, vel alia quauis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, ac priuatis etiam perſonis expediens eſſe putaueris, agas & opereris, quod huic negotio profuturum eſſe duxeris, & quicquid prudentiæ tuæ viſum fuerit, quam ſine alia noſtra inſtructione inſtructiſſimam eſſe iudicamus, &c. [Ampliſſima poteſtate legatum inſtruit, vt meditata pia conſilia ad exitum perducat.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLV. *pontificatus noſtri anno* I.

a Lib. 5. pag. 144. Alfonſus Rex comparatam e ſacro auro claſſem auertit in Chriſtifideles.

Amplificata alio diplomate eius fuit poteſtas, quo legatio ipſi in Sicilia, Dalmatia, Macedonia, Græcia vniuerſa [a], Ægei maris inſulis, Creta, Rhodo, Cypro, regniſque & prouincijs Aſiaticis data eſt, præfectuſque omnibus locis, quæ hoſtibus eripuiſſet: alijſque præterea mandatis fultus eſt, vt archiepiſcopum Tarraconenſem & Antonium Olzinam militiæ S. Iacobi de Spatha equitem adminiſtratione & imperio claſſis in Aragonia de-

a Lib. breu. pag. 21. b Lib. 7. pag. 291. c Lib. breu. pag. 17. d Ib. pag. 6 & 30.

[…]cenmano auro comparatæ, ſubmoueret [a]; verterant enim illi, vt diximus, arma in Chriſti fideles ſtringenda in Turcas; ob quod flagitium Apoſtolico etiam edicto exauctorati fuere [b]. Profectus Neapolim legatus cum claſſe Alfonſum a perficiendis promiſſis auerſum reperit, ſuſæque [c] preces auditæ non ſunt. Ne itaque legatus inani mora tempus tereret, vela in orientem a Calliſto pandere iuſſus eſt [d], etiamſi ab Alfonſo promiſſas trireme non obtineret allata hac ratione: *Si claſſis noſtra quamprimum Turcarum littora & terras maritimas inuaſerit, neceſſario copia & potentia hoſtium, quæ maxime in Hungariæ oppreſſionem congregatæ ſunt, euacuabuntur & diſtrahentur. In acceleratione igitur claſſis ſalus regni Hungariæ ſita eſt; immo vniuerſa Chriſtianitatis, quia ſi (quod Deus auertat) Hungaria opprimitur, in maximo & certiſſimo diſcrimine verſabitur.* Ac ne rem in partem iniquam traheret Alfonſus, Pontifex metuendum periculum Pannoniæ imminens illi propoſuit, de quo ad Solerium oratorem hæc ſcripſit [e]: *Alfonſo Regi Aragonum & vtriuſque Siciliæ illuſtri ſcripſimus, in quanto periculo Hungaria ſit repoſita, & quantopere claſſis noſtra vnicum in prouinciarum ipſarum remedium ab eis flagitetur & ſperetur, ob quod non miretur regia maieſtas, ſi maturare legatum fecimus etiam cum mediocri claſſe.*

e Ibid. pag. 22.

Cum legatus ſolutis Neapoli anchoris Siciliam, ac deinde orientem cum claſſe petijſſet, illum Pontifex ad rem bene gerendam his verbis accendit [f]: *Quamquam, dilecte fili, non tibi neceſſaria ſit exhortatio noſtra, Deus te & ſacroſancta fides exhortetur, & æterna gloria & fama, quæ tibi parata eſt.* Ruſamque *tibi gloria iſta reſeruata eſt, & victoria contra perfidum Turchum cum recuperatione Conſtantinopolis.* Præterea Rhodiorum magiſter Turciæ littora claſſe infeſtare iuſſus eſt [g].

f Lib. breu. pag. 31. & 32. Legatum de recuperanda Conſtantinopoli curas iuſſus intendere. g Ib. pag. 25.

Mahometes in Pannoniam exercitum ducit. Vniuerſum orbem edomare meditatur.

14 Interea Mahometes centum quinquaginta millia militum in Hungariam effudit [h], vt ea ſubacta ad reliquum occidentem edomandum viam ſibi muniret. Tanto illum intumuiſſe faſtu ſcribit Thuroſius [i], vt ferret fama hæc ab ipſo verba vſurpata: *Vnus Deus dominatur in cælis, competens eſt, vt vnus tantum princeps dominetur terræ.* Primum vero belli barbarici moles verſa eſt in Albam Græcam ſiue Belgradum, quam Hungari Nandor Albam vocant ad confluentes Danubij & Saui ſitam, quamque antea Amurates ſeptem menſium obſidione irrito conatu preſſerat. Audita ea irruptione Ladiſlaus Rex & Vlricus comes quaſi abiecta regni Hungarici tutela Viennam in Auſtria profugerunt. Cardinalis S. Angeli legatus Budæ remanſit ad auxilia vndique contrahenda; Ioannes e Capiſtrano Minorita cum ijs copijs, quas ſacris concionibus ad induendum crucis ſymbolum coegerat, Albam profectus, ad eam contra Turcicos impetus defendendam. Interea Ioannes Huniades arcem propugnabat; quatiebat vero tormentis æneis vrbem Mahometes, & vndique eam vrgebat.

h Æn. Sylu. hiſt. Bohē. cap. 65. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. §. 1. i Thuroſ. chro. c. 55. Dubrau. l. 29. & alij.

Hungariæ Rex & Cilliæ comes in Auſtriam perfugiunt. Io. e Capiſtrano in arma Hungaros concitat.

15 Inſtructa etiam fluminea claſſe ad auxilia omnis intercludenda vaſtitatem agro inferebat, cum Huniadis imperio legatique curis inſtructa eſt claſſis, initaque eſt naualis pugna, in qua victoriam Huniadi Deus conceſſit, quam deſcribit hiſce verbis Thuroſius [l]: *Conquiſitis tandem nauibus, illas militibus armatis & crucesignata gente ſimul onerauit: tandem per flumen Danubij hoſtiles contra naues miſit; propter quod vterque hoſtis nauali iungitur certamine. Ingens exaberat in Turcis clamor: & Hungari quoque vocibus altis dominum Ieſum pro auxilio inuocabant. Via igitur ad fugam vtri-*

l Thuroſ. in chron. ſup. c. 55. Pugna ubi iſte rerum implorantibus victoria.

Digitized by Google

vtrique hoſti dempta, acerrimum committitur bellum: feruntur hinc inde altas Danubij per aquas vtriuſque partis naues, & multi ex illis mortalibus ſauciati vulneribus cadentes ibant in profundum, tantique ſanguinis ex effuſione clara Danubialis aqua immenſæ cædis cruenta oſtēdebat veſtigia, & veſcentibus pugili de vtroque piſcibus eſcæ parabantur. Tandem longum belli poſt laborem vicerunt Hungari, acriuſque irruentes in Turcos naues eorum ferreis iunctas catenis diſſecantes vehementes ſuccenderunt in flammas. Quod poſtquam Turcorum Cæſari innotuit, dixiſſe fertur. Iam grauius noſtra potiemur voluntate. Dominus vero comes nauali in certamine gloriam victoriæ adeptus, mox caſtrum adijt, & capitaneos illius iam mente conſternatos, & præter mortem nullam aliam ſortem expectantes, conſolatus eſt. Quid, inquit, territi eſtis? an ſolum nunc vidiſtis Turcos? Hi ſunt illi quos ſæpius fugauimus, noſque interdum fugimus ante illos: cur illorum aſpectus, quos multoties vidiſtis, vos turbat? Nonne arma & vires illorum experti eſtis? Confidamus igitur, filioli, in Chriſto, pro cuius nomine crebrius noſtrum fudimus ſanguinem, & cum illius noſtroque hoſte eo fortius decertemus. Nonne Chriſtus mortuus eſt pro nobis? & nos quoque moriamur pro illo. Eſtote ergo animo conſtantes & fortes in bello: timidus, vt noſtis, eſt hoſtis, ſique Deus nobiſcum fuerit, de facili conteri poteſt, &c.

16 Meminere de inſigni illa nauali victoria Calchondyla [a] in hiſtoria Turcica, qui triremes Mahumeticas captas incenſaſue fuiſſe ait; tum B. Ioannes e Capiſtrano, qui viginti ſeptem ex illis captas ſcripſit [b] ad Pontificem; atum etiam Pontifex ipſe in literis ad epiſcopum Atrebatenſem datis [c], qui vbi nuntium de Turcarum in Pannoniam irruptione audiuit, eo curas omnes intendit (quod paulo ante diximus) vt claſſem mitteret in orientem, vt vaſtatis Aſiæ & Græciæ littoribus hoſtiles diſtraherentur vires, vel Mahometes ex Hungaria ad nouos eos motus diſcedere cogeretur: tum vt Imperatorem Fridericum alioſque Germaniæ principes ad coniungendas cum Ladislao Hungariæ & Bohemiæ Rege in Mahometem vires, illumque ex Pannonia & Albæ obſidione pellendum permoueret. Extant ea de re ad Fridericum Calliſti literæ [d], quibus illum in tanto rei diſcrimine interciſis ſuſpirijs & flebilibus vocibus adhortatur, vt ad fidem defendendam aſſurgat.

a Calcond. hiſt. Turc. lib. 8.
b Extant eius lit. apud Vvadding. hoc ann. n. 59
c Lib. breu. pag. 29
Calliſti ad German. et Principes adhortatio.
d Ibid. pag. 1.

Chariſſimo in Chriſto filio Frederico Dei gratia Romanorum Imperatori.

Quamquam pluribus modis tua ſerenitas intelligere potuerit flagrantiſſimum & inenarrabile deſiderium noſtrum ad vindicandas iniurias ſacroſanctæ religioni a perfidis Turchis illatas, credamuſque celſitudinem tuam ad ſuccurrendum fidei paratiſſimam eſſe; tamen quia in horas pro tam ſancto opere igneſcit & accenditur cor noſtrum, & hæc vnica cura menti noſtræ ſedet infixa, facere non poſſumus quin continue vniuerſos catholicos principeſque ad tam ſalutare, tam ſanctum, tam denique diuinum opus excitemus & excitatos rurſus atque iterum admoueamus. Vellemus equidem vt liceret vniuerſis Chriſti fidelibus introſpicere intima cordis noſtri, & videre viuacem curam, quæ torquet viſcera noſtra, cum in his cogitationibus ſine aliqua intermiſſione verſamur: cupimus enim, & pluſquam credibile cuiquam eſſe poſſit, optamus huic perfido cani Turco ire obuiam, eiuſque furorem comprimere, ac rabidam ſitim Chriſtiani ſanguinis extinguere. Ingemiſcimus continue, nec poſſumus continere lachrymas, quoties hic ſathanæ filius nobis venit in mentem: ſed dulcis quædam paſſio vrit ſenſus noſtros, ſperamus quippe, immo diuino quodam præſagio confirmare poſſe videmur, hanc immenſam gloriam & triumphum fidei tempori noſtro ab immortali Deo reſeruari, vt acerrimum hoſtem Chriſtiani nominis deſolatum eradicatumque videamus.

Sollicitatur Cæſar vt ſacræ militiæ ſe accingat.

Quanti ſit illi gloriæ reſeruata, exponitur.

Ad te autem, chariſſime fili, quem ſanctæ religioni Chriſtianæ & debere & poſſe ſubuenire intelligimus, iterato recurrimus, & vt eum, in quo potiſſima ſpes noſtra nititur, hortamur & quanta poſſumus cum affectione requirimus, vt iam, quia tempus inſtat, potentiam tuam excitare velis, & cauſę diuinæ patrocinium ſuſcipere, quæ in tuis progenitoribus firmiſſimum ſubſidium ſemper habuit. Occurrendum eſt hoſti, ne per mala noſtra inualeſcens execrandi propoſiti ſui proculcandæ fidei Chriſtianæ compos fiat. Si primus furor eius comprimitur, faciles erunt Chriſtianis ad reliqua ſucceſſus; ſin præualere eius rabies ex noſtra negligentia cœperit, timendum eſt, ne quod in tempore neglectum fuerit, totius populi Chriſtiani luctu miſeriaque plectatur: iam enim in faucibus Hungariæ perditiſſimum ipſum Turcum cum ſuo exercitu eſſe intelleximus eo animo, vt regni illius viribus edomitis facilius poſſit reliquam peſſundare Chriſtianitatem. Quod cum ex literis dilecti filij Ioannis S. Angeli diaconi Cardinalis legati apoſtolici nobis nunciatum eſſet, ſtatim claſſem noſtram emiſimus, & legatus noſter in mari eſt, & properat quamcelerrime verſus Conſtantinopolim nauigare, & hoſtium littora inuadere, vt eorum copiæ neceſſario diſtrahantur & minuantur, dum ſuis ad maritima loca laborantibus auxilio ſubuenire volent. Quod conſilium quia vtiliſſimum probatiſſimumque viſum eſt, in acceleranda dicta claſſe noſtra incredibilem curam adhibuimus etiam cum diſtractione auri, argenti, & iocalium noſtrorum; quæ omnia in præſentiarum exponimus: atque vtinam, vt tanta ſtrages & opprobrium fidei orthodoxæ ceſſaret, captiuitas perſonæ noſtræ ſufficeret, quam libenter offerimus, nouit Deus. Hæc cum fletu & lachrymis tibi præſertim & alijs Chriſti fidelibus intimamus, hortamurque & precamur tuam celſitudinem, vt non deficias cum tuo exercitu in Hungariam proficiſci, teque chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ladislao Regi illuſtri adiungere, vt vtriuſque viribus vnitis terreſtri pugna barbari conficiantur, & profligentur, eodemque tempore terræ ipſorum maritimæ a claſſe noſtra vaſtentur. *Dat. Romæ, &c.* MCCCCLVI. *pontificatus noſtri anno* II.

Vt Io. Card. cum claſſe immiſſus ſit in Turcas.

17 Monuit oratorem ſuum in Germania Ioannem epiſcopum Papienſem Calliſtus de his, quæ ad Fridericum ſcripſit, omnique contentione ipſum eniti iuſſit [a], vt idem Imperator exercitum in expeditionem educeret contra Turcas, ſeque Ladislao ſocietate iungeret, cum ſine æternæ ſalutis detrimento fidei cauſa deſeri non poſſet.

a Ibid. pag. 5.

Venerabili fratri Ioanni epiſcopo Papienſi referendario noſtro ſalutem, &c.

Quia legatus ipſe [nimirum Cardinalis S. Angeli in Pannoniam miſſus] ſummum huius belli præſidium in chariſſimo in Chriſto filio noſtro Frederico Romanorum Imperatore reliquiſque Germaniæ principibus collocatum eſſe prædicat, indeque ſpem omnem eſſe, vt terreſtri pugna Turco obſiſtatur, ſupplicauit nobis, vt rurſus per literas prælibatum Imperatorem ad ſe tandem mouen-

dum & cum chariſſimo in Chriſto filio Rege Hungariæ coniungendum exhortemur, nonnulliſque intereetis hortare, exeita, impelle omnibus modis præfatum chariſſimum filium noſtrum Imperatorem, vt tantæ gloriæ tempus non omittat, neu differat ſubuenire ſanctæ religioni. Ecquis erit tam ferreo corde, quis tam nihil de ſua gloria & diuino merito cogitans, vt ad tantum incendium extinguendum non accurrat? Venit tempus, inſtat hora, qua de neceſſitate ſalutis omnes Chriſtifideles huic diuino operi toto pectore debent incumbere, & in perditionem immaniſſimi hoſtis ſe accingere. Tu igitur, qui non immerito in partem laboris vocatus exiſtis, vigila & elabora pro viribus, vt quamprimum intelligamus Germanorum principum exercitum cum Hungaris eſſe coniunctum, Turcoſque pugna terreſtri premi, &c. [Non defuit officio epiſcopus Reinenſis, cuius commendata diligentia eſt; vrgere tamen remiſſectum iuſſus hiſce verbis [a]: *Inſta apud chariſſimum in Chriſto filium Fredericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & apud alios Reges, principes, duces, & prælatos tuis ſalutiferis monitionibus, vt in tanta fidei noſtræ neceſſitate, in tanta religionis noſtræ exaltatione deſiſtere nolint.* Conficiebatur ſummo dolore Pontifex, Germanos torpore cōſeneſcere, nec ſigna in Mahometem attollere: atque ideo ad eos excitandos eundem Ioannem epiſcopum Papienſem operam dare iuſſit [b], vt Fridericum Imperatorem & alios Germaniæ principes ad ea, quæ in ſuperioribus conuentibus decreta erant, perficienda impelleret.

Admoneri fideles iubet de neceſſitate ſalutis arcendi Turcas.

a Lib. breu. pag. 11.

b Lib. 22. pag. 371.

Calliſtus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Ioanni epiſcopo Papienſi referendario noſtro ſalutem, &c.

Pridem ad ſummi apoſtolatus apicem, Deo ita diſponente, euocati, cum videremus quam crudeliter in Chriſtianos ſæuiret horrenda hæc Turcorum tempeſtas, ac quam celeri remedio ad ſubueniendum fidelibus eſſet opus, maturo præhabito conſilio, miſimus ad Germaniam, Hungariam, regna, & terras a Turchis occupatas, illiſque finitimas dilectum filium Ioannem S. Angeli diaconum Cardinalem noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere, primo vt ad præfatum Romanorum Imperatorem proficiſcens eum ad ſalutarem contra eoſdem Turcos expeditionem noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine exacta diligentia hortaretur, ab eodemque triginta peditum millia & equitum decem iuxta conuenta in dieta in Nouaciuitate ſe præſente proxime celebrata, ac tibi ibidem interefienti, & nomine ſedis prædictæ recipienti aſſeuerata præmiſſa ad hoc ipſum opus repoſceret: inde in Hungariam tranſiret, ipſumque Regem baroneſque & regni prælatos ad reſiſtendum tam perfidis hoſtibus animaret; nec non, ſicubi diſcordias inter fideles vigere inueniret, eaſdem tollere conaretur: demum, congregatis exercitibus opportunis, eos, duce Altiſſimo, ad defenſionem nominis Chriſtiani educeret. Quæ omnia cum quantum in eo fuit debita vſque in hanc diem cura ſit executus, accidit nuperrime, vt Rege præfato vna cum dicti regni baronibus & prælatis parante in proximum venturum auguſtum vniuerſalem exercitum congregare, nunciato ſubito Turcorum aduentu neceſſe fuerit ad tutandos ipſius regni fines particulares copias pro tempore mittere, in quibus cum memorati legati præſentia & labor continuus plurimum neceſſaria eſſe noſcantur, propterea que pluribus in locis ſimul verſari, & omnia per ſe obire non valeat, ne quid interim, quod ſalutare ſit, per eius abſentiam deſeratur, maxime cum (quod dolenter referimus) exercitum in dicta Alamania promiſſum nondum ex frequentibus literis paratum eſſe audiamus, de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium te, de cuius zelo fidei, integritate vitæ, doctrinæ præſtantia, & rerum agendarum longo iam vſu plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad præfatum Imperatorem cæteroſque ſupra nominatos noſtrum & Apoſtolicæ ſedis nuncium & oratorem cum poteſtate legati de latere facimus, conſtituimus, ac deputamus, ad illoſque te deſtinandum putauimus, vt antedictum Imperatorem noſtro nomine adeas, illumque preceris & roges, vt memor Chriſtianæ ſalutis & præmiſſorum in dieta factorum, quorum fiducia nos iam pridem venerabilem fratrem noſtrum archiepiſcopum Terraconenſem cum parte, [nondum illius proditio patuerat,] & nuperrime dilectum filium Ludouicum tituli S. Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem camerarium noſtrum cum reliqua claſſe legatum de latere proficiſci mandauimus, velit (vt imperiali celſitudine ſua etiam dignum eſt) cum effectu curare, ne nos & cæteri fideles, ad quos ipſius dietæ fama & ſtrepitu promiſſionis in ea factæ teſtimonium peruenit, expectatione noſtra fruſtremur, atque ita fides catholica hanc tantam confuſionem accipiat; denique & cum ſerenitate ſua & cæteris Alamaniæ principibus, prælatiſque, ac baronibus, & populis circa omnia alia & ſingula etiam decimam ipſam impoſitam, ſiue aliam debitam, cæteraq; in hunc tam pium vſum & præfati promiſſi exercitus apparatum conuertendam tangentia, facias, dicas, & exequaris, quæ ad perſoluenda antedicta promiſſa, & maturandam expeditionem neceſſaria videris ſeu etiam opportuna.

Cæſar ac principes ſuo muneri officio admoniti.

Accepta decima in ſacra expeditione expendatur.

Et quia niſi fidelium robur vnitum ſit inuicem & concors, fieri quicquam opportunum, Deoque placens non poteſt, audientes (non ſine præcipua animi diſplicentia) intra limites huiuſmodi tuæ legationis inter nonnullos principes, comites, & barones, nobiles ac populos diuerſas diſſenſiones & controuerſias, quibus pium hoc opus manifeſte impeditur, tibi prædicto inter præmiſſas & quaſcunque alias perſonas cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, pacem, concordiam, & vnitatem tractandi & componendi, paciſcendi, firmandi, & promittendi & treugas indicendi, ac omnia alia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria & opportuna faciendi, ſtatuendi, præcipiendi, ordinandi, roborandi, & exequendi; nec non contradictores quoſlibet & rebelles auctoritate apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam, & alias, de quibus tibi videbitur pœnas, aliaque opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi: nec non, ſi forte interim congregationes aliquas ſeu dietas in dicta Alamania fieri contingeret, in quibus neceſſe vel vtile futurum eſſet, te intereſſe in eiſdem, intereſſendi cum pleno legationis de latere officio, vt præmittitur, tenore præſentium facultatem concedimus & etiam poteſtatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto xv. kal. iulij pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Inſtructus ad componendam auctoritate internuntius.

Quanta ab Apoſt. ſede pro Germanis e numgendo in Turcas nata ſtudia.

Hungaricus exercitus ab Turcarum ſolutionib. diuiſus.

18 Non dignum Chriſtiano Cæſare ſpiritum induit Fridericus, non fortes & magnanimos Germaniæ populos ad cruceſignata vexilla concitauit; ſed inertiæ ſe dedit: quanquam antea impera-

rialia ſuſcepturus ornamenta popoſcerat a Nicolao, vt ſacræ expeditionis in Turcas conficiendæ præficeretur Fridericus, pluresque iam conuentus ea de re celebrarat: ingreſſo enim Pannoniam Mahomete, illiuſque pene ceruicibus imminente, & inimicitias ſuſcepit [a], aluitque in Ladiſlaum, qui Hungariæ regnum puerili metu, vt diximus, deſeruit [b]. Solicitati etiam a Calliſto [c] alij principes fuere, vt in Mahometem conſurgerent, nimirum Albertus dux Auſtriæ, Henricus Nicenſis, Petrus Britanniæ, Ludouicus Sabaudiæ, Fernandus Beſienſis duces, iiſque propoſuit quantam gloriam ea in re conſecuturi eſſent: *Hortamur*, inquit in literis ad Beſienſem datis, *nobilitatem tuam, vt cauſa diuinæ patrocinium animo virili amplectaris, cogiteſque potentiam ab immortali Deo tibi tributam in nulla ampliori opere magis illuſtrari poſſe, quam ſi tam neceſſario & opportuno tempore in perditionem inimicorum Christi eam exerceas: nam quid tanta laude dignū in Chriſtiano principe eſſe poteſt, quam pro Deo, pro fide, pro ſanctiſſima religione contra immaniſſimum furorem & perditam rabiem infidelium vires ſuas oſtendere?* Rogatique inter alios Carolus [d] Francorum & Alfonſus [e] Aragonum Reges, vt vires ſuas florentiſſimas conuerterent in communem hoſtem, qui Pannoniam ſibi ſubijcere annitebatur.

Fridericus ſpreto re Christiana priuatas gerit inimicitias.

a Lib. breu pag. 14. Cocl. hiſt. Huſſ. l. 81 & alij. b Aen. Syl. hiſt. Bohē. cap. 65. c Lib. breu pag. 4.

Nonnulli principes nunquam arma glorioſius quā in Christi hoſtes exercent.

d lb. pag. 1 e lb. pag. 2

59 Cæterum humana ope orbatus Calliſtus, ad diuinam perfugit; conciliaturus enim Chriſtiano populo cœleſte præſidium, ſolemnes ſupplicationes, aliaque pia opera peragenda a fidelibus ſacroſanctæ poteſtatis imperio indixit; de quo hæc tradit S. Antoninus [f]: *Idem*, nimirum Calliſtus, *anno ſecundo pontificatus ſui mandauit per ſolemnes literas apoſtolicas vbique terrarum fidelium ſingulis diebus inter nonas & veſperas pulſari in omnibus eccleſijs ad Aue Maria ter, in qua pulſatione quicumque diceret genibus flexis ter Aue Maria & Pater noſter, conſequeretur indulgentiam trium annorum & trium quadragenarum. Item quod omni prima dominica menſis fieret proceſſio generalis, ad quam conuenirent clerici, religioſi, & laici, & cantaretur miſſa cum prædicatione ad materiam accomodata, pro victoria habenda contra Turcos, & qui intereſſet haberet ſeptem annos & ſeptem quadragenas indulgentiarum. Item quod in miſſa quilibet qui celebraret diceret orationem pro victoria contra paganos, & qui hoc faceret tres conſequeretur annos indulgentiarum: & omnia ad impetrandum liberationem a Turcis & victoriam pœnitentibus & confeſſis.* Eademque ipſemet Pontifex Solerio apud Alfonſum Regem Aragonum oratori ſuo ſignificauit [g] ſic inquiens: *Indiximus proceſſiones illico, quo poſitus eſt legatus in mari a nobis cum multis crucesignatis, ieiuniaque, orationes, & alia, & per bullas totum mundum excitamus, lachrymis, fletu, ieiunijs, eleemoſynis, & alijs pijs operibus Deum placando.* Inſigne eſt illud diploma ſubiectis conceptum verbis [h].

f S. Ant. 3 p. tit. 22. cap. 84. in princ.

Indictæ preces pro obtinenda diuina ope.

g Lib. breu pag. 35.

h Lib. 22. pag. 226. & lib. diu bull. pag. 283.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, electis, nec non dilectis filijs eorum in ſpiritualibus vicarijs, ac abbatibus, cæteriſq. eccleſiaſticis perſonis vbilibet per orbem Chriſtianum conſtitutis ſalutem, &c.

Cum his ſuperioribus annis impius nominis Chriſtiani perſecutor Turcorum tyrannus poſt oppreſſam Conſtantinopolitanam ciuitatem, in qua omne genus crudelitatis exercuit, ſæuiens non ſolum in homines, ſed ex quo in Deum noſtrum non poterat, in ſuos ſanctorumque reliquias, impij deſiderij conatum totis viribus ſit proſecutus, fideles populos, ad quos voluit aſpirare, aſſiduis cladibus affligendo, ita vt nouæ plagæ, nouæ in dies calamitates nuncientur: cumque etiam (quod indignius eſt) his non contentus, ſed magis ſuperbiæ currum aſcendens vaſtitatem totius populi Chriſtiani & occidentis imperium mente conceperit, ad idque inuadendum violentius ſe in dies paret geſtiens ſanctum Chriſti nomen de terra perdere, & impij canis Mahometi damnatam & horrendam blaſphemiam inducere; hinc eſt, quod nos pridem tam dura temporum & rerum conditione ad ſummi apoſtolatus apicem, meritis licet inſufficientibus, euocati, compatienteſque dominico gregi ſic paſſim ſub infideli gladio cadenti, quem dominus Saluator noſter cuſtodiendum & paſcendum nobis commiſit, conati ſumus vſque in hanc diem (quantum diuina gratia largiri dignata eſt) his tam pernicioſis conatibus noſtras & Romanæ eccleſiæ vires pro poſſe opponere, ad hoc ipſum mente & animo ſedulo incumbentes. Iam ſiquidem decimas per orbem Chriſtianum toti clero indiximus, fideles populos ad communem fidei cauſam per literas noſtras excitauimus, nuncios miſimus, qui ad ſanctam Domini crucem tuendam quiſque pro poſſe ſe accingeret, prædicarent, Chriſtianorumque adiumenta colligerent, Legatos inſuper noſtros partim ad pacanda regna, partim ad excitandos Reges & principes, partim quoque ad congregandos ducendoſque contra huiuſmodi alterum Mahometum veteris veſtigia imitantem exercitus; nuperrime autem dilectum filium Ludouicum tituli S. Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem camerarium noſtrum cum claſſe maritima ire, auctore Domino, iuſſimus; denique nihil omiſimus (quantum Dominus iuuare dignatus eſt) quod ad hanc ſalutarem expeditionem terra & mari proficere potuerit.

Calliſti conatus pro ſaluanda re Chriſtiana.

20 Verum quia, vt ait Apoſtolus, noſtrum eſt tantum laborare, ſolius autem Dei incrementum actionibus dare, videmus nil actum eſſe tantorum operum ſtudio, niſi in ieiunio, fletu, & planctu & orationibus, reuertamur ad Dominum, vt ipſe reuertatur ad nos, qui peccatis exigentibus, flagellis huiuſmodi conterit populum Chriſtianum velut ſeruum ſcientem voluntatem domini ſui & non facientem; ac propterea neceſſarium duximus & maxime opportunum, vt miſericordiam eius cum gemitu & lacrymis implorantes animas noſtras in oratione humiliemus, non in humanis tantum viribus noſtris confidentes, quæ fragiles ſunt & caducæ, ſed in Domino exercituum, qui vere turris eſt fortitudinis, & qui olim Abrahæ cum paucis vernaculis in Domino confidenti de potentibus Regibus victoriam dedit. Ab ipſo enim victoria belli. *Non enim ſaluatur Rex per multas virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ*: *Ecce*, inquit pſalmiſta, *oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius, vt eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame*. Nonne orationibus magis quam armis Amalechitas Iſraeliticus populus ſuperauit? diuina Scriptura teſtante: cumque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael; ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech: & pugnaturi contra Philiſteos pariter Samueli dixerunt: *Ne ceſſes clamare pro nobis ad dominum Deum noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſtinorum*; cumque ille clamaret, ſacrificaretque pro illis, intonuit Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſtijm, & exterruit eos, cæſique ſunt a filijs Iſrael. Nonne ſuperbiam Sennacherib Regis Aſſyriorum, in multitudine

Vt omnes ſpes in Deo collocatur.

Sæpius fideles hoſtium copias ſola ope diuina fregere.

Digitized by Google

currum & equitū glorianris, humili Ezechiæ Regis atque deuota oratione cētum octuoginta quinque millibus interemptis angelo percutiente vna nocte contriuit? Quem etiam non moueat in huiuſmodi tribulationibus & preſſuris quaſi ad inuictiſſimam arcem ſic ad orationem confugere, Regis Ioſaphat plus admiranda quam magna victoria? qui circumdatus ab omnibus finitimis nationibus, gentium timore perterritus ad Dominum totum ſe contulit, prædicauitque ieiunium in vniuerſo Iuda, & toto populo congregato deuotiſſima obſecratione Dominum inuocauit: qui emiſſo Spiritu ſuo ſuper Ihaaiel Zachariæ filium ita illi reſpondit: *Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Ieruſalem, & tu Ioſaphat, hæc dicit Dominus vobis: Nolite timere: ne paueatis hanc multitudinem; non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei: non enim eritis vos, qui dimicabitis, ſed tantummodo aſtate confidentes & videbitis auxilium Domini ſuper vos.* At ille vehementius orationibus, laudibuſque diuinis inſiſtens

Solo cantu prælij geſti florentiſſimi exercitus.

cantores instituit, qui laudantes Dominum in ſingulis turmis exercitum veluti firmiſſima, & inexpugnabilia præſidia antecederent, & voce conſona dicerent: *Confitemini Domino, quoniam in æternum miſericordia eius.* Cumque illi laudes cantare cœpiſſent, conuertit Dominus inſidias hoſtium in ſeipſos, ita vt inuicem ſæuientes mutuis concidere vulneribus. His quoque artibus præclara fœminarum Iudith Holofernem necauit, & timorem maximi Regis Nabucodonoſor, ſuperbiamque fragilis fœmina oratione & lacrymis ſuffulta contriuit: *Non,* inquit, *in multitudine eſt virtus tua Domine, nec in equorum viribus voluntas tua, nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi; ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.* Quid dicemus de fortiſſimo viro cunctiſque ſæculis glorioſo Machabeo, qui quoties oratione ſuffultus bello congreſſus eſt, victor euaſit. At vero

Machabæus oratione præ-... omiſſa debellatus.

cum oratione neglecta, Deoque non inuocato cum Antiocho Rege congreditur, profligatus effugit: quibus quoque omiſſis præſidijs bello contra Bacchidem victus & tandem occiſus, & Dei populus contritus eſt.

Dicamus igitur: *Iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum. Merito omnia patimur, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus.* Non enim ſolet diuina clementia tam ſeuero iudicio corrigere populum peccatorem, niſi cum illum videt a ſuis præceptis pertinaciter oberrantem: Achior Ammonites, licet gentilis, Holoferni conſilium dedit, dicens: *Perquire, Domine: ſi eſt aliqua iniquitas iſtorum in conſpectu Dei ipſorum, aſcendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Dominus eorum tibi, & ſubiecti erunt ſub iugo potentiæ tuæ. Si autem non eſt offenſio populi huius coram Deo, non poterimus reſiſtere illis, quoniam dominus Deus eorum defendet eos, & erimus in opprobrium vniuerſæ terræ.* Hinc timendum eſt, & vehementer formidandum quod

Turcarum proſperi ſucceſſus Chriſtianorum peccatis aſcribenda.

nunquam contra fidelem populum infidelium furor tantum præualere potuiſſet, niſi in ipſis fidelibus Saluator aliquid repeſiſſet, quod oculos ſuæ maieſtatis vehementer offenderet, qui nonnunquam ſolet corruptos hominum mores bellis conterere atque emendare, & ſe de inimicis cum inimicis vindicare.

21 Ad pœnitentiam igitur & orationem maturandum nobis eſt, ne dum de die in diem differendo emendationem, & ad dominum Deum noſtrum reuerti, nobis grauiora contingant, certi quidem quia, ſi reuertemur ad Dominum, ipſe reuertetur ad nos. Videns enim afflictionem filiorum Iſrael in Ægypto, audienſque clamorem eorum glorioſiſſimum illis de Ægyptijs triumphum dedit, & liberos eos cum gaudio tum per mare tum per vaſtam illam deſerti ſolitudinem ad terram promiſſionis tranſuexit: cumque illi veteribus malis noua coniungerent, & pro ſuis peccatis ab omnibus finitimis nationibus varijs temporibus eſſent oppreſſi, quoties conuerſi Domini præſtolabantur auxilium, diuina miſeratione liberauit. Ipſi Dauid pœnitenti, & cum fletu dicenti: *Peccaui, Domine;* peccatum extemplo dimiſit. Et Ezechiæ oranti vitæ periodum mortiſque terminum prorogauit: & perituros iuſta ſententia Niniuitas, cum flentes oranteſque ad eum fuere conuerſi, in miſericordia exaudiuit. Et nunc quidem non eſt abbreuiata manus Domini: benignus & miſericors eſt, & parcens, & multæ miſericordiæ & præſtabilis ſuper malitiam populi ſui.

His itaque ſacrarum ſcripturarum teſtimonijs & exemplis, alijſque compluribus permoti, hortamur vos, fratres & filij, per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, vt iuxta crediti vobis officij paſtoralis rationem reformationi morum ſubditorum populorum veſtrorum ſecundum ſanctorum patrum canones & decreta diligentius inſiſtatis, quia, vt beatus Gregorius prædeceſſor noſter ait: *Dominicum gregem lupus non iam in nocte latenter, ſed in aperta luce dilaniat. Vigilemus ergo, ne quid pereat: & ſi captum forte quid fuerit, vocibus diuinorum eloquiorum ad gregem dominicum reducamus: nec nos labor terreat, quia nomen paſtoris non ad quietem, ſed ad laborem ſuſcepimus, cum increpare delinquentes nolueris, eos procul dubio paſtor occidis.* Nobis autem nil tam cordi eſt, tamque deſideramus, quam omnium Chriſtianorum, prout ſecundum Deum debemus & obligamur, vitam moreſque reformare, quodque Deo adiutore debitis incrementis proſequi intendimus. Verum quia nos in præſentiarum iſta Turchorum nimium vrget tempeſtas, ad occurrendum illi toto ſtudio omnibuſque viribus inſudamus, & ſicut a Chriſti fidelibus tam clericis quam laicis per bullam noſtram ſuper inde confectam corporalia auxilia requiſiuimus, ne nobis ipſis deficere videremur, ita & nunc ſpiritualia quæ maiora ſunt inſtantius præſtolamur.

Monitio vt emendent.

22 Vos igitur & veſtrum ſingulos monemus, hortamur in domino, atque de Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi mandamus & præcipimus, vt omnes & ſinguli ſacerdotes etiamſi Cardinalatus aut alia quacunque eccleſiaſtica dignitate præfulgeant, ſecularium & regularium ordinum quorumcumque exemptorum & non exemptorum, quatenus cum eos celebrare contingat, commemorationem faciant & orationem dicant contra paganos inſtitutam, videlicet: *Omnipotens ſempiterne Deus in cuius manu ſunt omnium poteſtates ac omnium iura regnorum, reſpice in auxilium Chriſtianorum, vt gentes paganorum, quæ de ſua feritate confidunt, dextera tua potentia conterantur.* Quibus quidem celebrantibus & huiuſmodi orationem dicentibus de ſpirituali theſauro Eccleſiæ centum dies de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus. Et vt omnis populus cuiuſcunque ſexus & generis orationum & indulgentiarum huiuſmodi particeps eſſe poſſit, præcipimus & mandamus, vt in ſingulis eccleſijs quarumcunque ciuitatum, terrarum, & locorum inter nonas & veſperas, videlicet ante pulſationem veſpe-

Indicit ſacerdotibus preces inter diuina.

Fas ... indulgentia propoſita.

Digitized by Google

ſperorum, ſeu ei propinquæ ſaltem per interuallum mediæ horæ, ſingulis diebus tribus vicibus vna campana vel plures ſonoroſe, vt bene audiantur, pulſentur, quemadmodum pro angelica ſalutatione de ſero pulſari conſueuit, & tunc quilibet dominicam orationem videlicet *Pater noſter*, & Angelicam ſalutationem videlicet *Aue Maria gratia plena, &c.* tribus vicibus dicere debeat, quibus ſemel quadraginta, tribus autem vicibus dicentibus genibus flexis, centum dies indulgentiarum miſericorditer in Domino elargimur.

Mandamus inſuper atque præcipimus, quatenus in ſingulis ciuitatibus, terris, caſtris, & villis ſiue locis veſtrarum diœceſum, aut adminiſtrationum ſiue iuriſdictionum, omnibus primis diebus dominicis ſingulorum menſium proceſsiones generales fieri faciatis, ad quas omnis populus conueniat, & clerici ſiue ſæculares ſiue regulares, ſiue mendicantes & non mendicantes, exempti & non exempti, qui extra aut intra mœnia ciuitatum, terrarum, caſtrorum, atque villarum ſiue locorum exiſtant, aut in ſuburbijs; religioſi vero qui in ſolitudine degunt, quique ad huiuſmodi proceſsiones, quando in ciuitatibus, terris, caſtris & villis ſiue locis fieri ſolent, conuenire non conſueuerunt, non compellantur, ſed eiſdem diebus ipſi aut intra clauſtrum monaſteriorum ſuorum, aut in circuitu eorum, aut ad aliquam proximam baſilicam ſe conferentes, prout eis maior deuotio fuerit, proceſsiones faciant. Moniales autem intra mœnia vrbium ſiue extra habitantes prædictas proceſsiones intra clauſuram faciant, ſeptem pſalmos pœnitentiales cum letanijs decantantes. Si prætetea in prædictis dominicis diebus aliquod legitimum impedimentum ſuperuenerit, quominus huiuſmodi generales proceſsiones deuote atque pacifice fieri non poſſent, volumus quod vnaquæque parrochia ſiue monaſterium, aut quæuis alia eccleſia intra ambitum eccleſiarum aut clauſtrorum eas faciant, aut quomodo vos & quilibet veſtrum deuotioni & tranquillitati populi melius conducere iudicabitis, ſuper quo

Solemnes ſupplicationes decretæ

3 veſtras conſcientias oneramus. Orationes autem ſiue cantus cæteræque cærimoniæ in prædictis proceſsionibus ita fiant, ſicut in quibuslibet ciuitatibus, terris, caſtris, & villis, ſiue locis conſuetum eſt, aut ſicut vos ipſi pro re tam pia tamque neceſſaria deuotius ordinandum putaueritis; ita tamen, quod miſſa ſolemnis dicenda in prædictis proceſsionibus ſit ea, quæ in Eccleſia contra paganos per Eccleſiam ordinata eſt.

23 Verum quia & fides & opera fidei ex auditu ſunt, vt ait Apoſtolus, nec quis audire poteſt ſine prædicante, volumus atque mandamus, quod in ciuitatibus, caſtris, & villis ſiue locis, in quibus prædicator quiſpiam verbi Dei haberi poſsit; in ipſa ſolemnitate proceſsionis per illum ſermo fiat ad populum, in quo primum ſtudebit fidem confirmare, eoſque patientes in huiuſmodi tribulationibus reddere, doceatque quomodo probatio fidei patientiam operatur, & patientia opus perfectum habet, & vt beatus Auguſtinus ait, quotieſcumque preſſuræ ſeu tribulationis aliquid patimur, admonitiones ſunt & correctiones noſtræ: nam & ipſæ ſanctæ literæ non nobis promittunt pacem, ſecuritatem, & quietem; ſed tribulationes, preſſuras, & ſcandala denunciant. Quid tale modo genus humanum patitur inſolitum, quod non patres noſtri paſsi ſunt? Eſt quidem Eccleſia, vt ait beatus Ambroſius, nauis in ſalo mundi huius conſtituta, crebris ventorum flatibus & aquarum fluctibus, ideſt tentationum verberibus fatigata, quam turbidi fluctus ideſt huius ſæculi poteſtates conantur ad ſaxa perducere, quæ & ſi vndarum fluctibus aut procellis ſæpe vexatur, nunquam tamen poteſt ſuſtinere naufragium, quia in arbore eius, ideſt in cruce Chriſtus erigitur, in puppe Pater reſidet gubernator, proram paraclitus ſeruat Spiritus ... Hanc per anguſti huius mundi freta duodecim remiges ducunt, ideſt Apoſtoli duodecim, & ſimilis numerus prophetarum. Hæc inquam eſt nauis, quæ, & ſi quotidie ſæculum iſtud tanquam aliquod pelagus ſortitur infeſtum, nunquam alliditur ad ſaxum, nec mergitur ad profundum, ſed ita rebus proſperis conſolatur, vt aduerſis non frangatur, & rebus aduerſis exercitatur, vt non corrumpatur proſperis per diuinam prouidentiam procuratur, atque ita vnum temperatur ex altero. Hortetur inſuper populum ad pœnitentiam, ex ea enim magiſter veritatis ſuuſque præcurſor Ioannes officium prædicationis exorſi ſunt dicentes: *Pœnitentiam agite, appropinquabit in vos regnum cælorum*; vtque æterni Iudicis diem ſolicita mente conſpiciant, & terrorem illius pœnitendo præueniant, delictorum omnium maculas fletibus lauent, vt pius Conditor noſter, cum ad iudicium venerit, tanto eos maiore gratia conſoletur, quanto nunc conſpicit, quod ab eis ſua delicta puniuntur, ac denique feritate Turchorum illis expoſita, & quanta Chriſtianis intulerint inferreque conentur mala, omnium orationes ac pia erigant confiſi ad Deum vota contra illos.

Eccleſia quamuis quatiatur fluctibus naufragio non eſt paſſura.

Populus ad expianda crimina ſollicitatus.

Nos vero, qui de Dei omnipotentis miſericordia confiſi, largam indulgentiam opem corporalem ferentibus conceſſimus, indulgentiam etiam concedimus eis, qui opem tulerint ſpiritualem. Omnibus itaque vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad prædictas proceſſiones conuenerint, ſeptem annos & totidem quadragenas de vera indulgentia impartimur: illis vero, qui pia emiſerint vota, ea quæ compleuerint, aut orationum, aut peregrinationum, aut elargitionis eleemoſynarum, vt omnipotens Deus ad auxilium Chriſtianorum reſpicere pro ſua pietate dignetur, duos annos & totidem quadragenas de vera pœnitentia indulgemus contenti in noſtris præſentibus literis apoſtolicis ſeu bullis duraturum, quamdiu ſancta cruciata noſtra durabit, & de cœlo, vti confidimus, victoria dabitur contra dictum perfidum Turcum, & alios damnatæ ſectæ Mahometanæ in partibus orientalibus ſectatores: Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto tertio kal. iulij pontificatus noſtri anno ſecundo.*

24 Placatum piorum precibus diuinum Numen celeberrimam mox aduerſus Mahometem victoriam conceſſit, de qua hæc Calliſtus in literis ad Florentinos tum datis [a]: *O mirabilis Deus! die beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli inter miſſarum ſolemnia, quæ quamuis indigni celebrauimus, per dilectum filium noſtrum Petrum tit. S. Marci presbyterum Cardinalem Venetum in baſilica principis Apoſtolorum publicari fecimus bullam orationum, & inde vbique continuando; & dominica prima iulij ſolemnis proceſſio: & eodem menſe ante feſtum B. Iacobi glorioſiſſima victoria ſecuta eſt, quæ non minor cenſenda eſt illis, quas Deus populo ſuo conceſſit tempore Moyſi Machabeorum, Caroli magni, & cuiuſuis temporis veteris & noui teſtamenti, populares cruceſignati cum vno ſolo milite & Dei athleta comite Ioanne Vayuoda victoriam de innumerabilibus hoſtibus reperta-*

a Lib. breu pag. 20.

Mahometus Chriſtianor. precibus debellatus eſt

rit,

Digitized by Google

runt ; &c. Deſcribit eam hiſce verbis Thuroſius [a].

a Turoſ. cap. 55.

Cum iam nobilium culmina turrium deiecta, mœniaque in magna parte humotenus proſtrata iacerent, ac valles & foſſæ caſtri repletæ & terris adæquatæ eſſent, ita vt hoſtis irruptioni nil penitus obſtaret, & præſcriptus quintuſdecimus dies præfatæ obſidionis eluxiſſet, mox Cæſar, ipſe, ita Turcarum principem vocat auctor, *adhuc rutilante aurora cunctam gentis ſuæ multitudinem pulſantium tympanorum tubarumque hinc inde reſonantium in voce commouit, furioſoque in impetu idem caſtrum aggreſſus eſt, ac cruentam per cædem illius penetrauit in medium: Hungari vero licet tanto cum hoſte ipſos congredi impar fuerit, viribus tamen ſe defendebant totis, auxiliumque domini Ieſu ſæpius acclamantes hoſtis in ruinam acriter inſiſtebant. Inſtauratur ergo mortale bellum & caſtri decertatur in plateis: cadunt hinc inde multorum cadauera interfectorum, multoque ex clamore ac innumerabilium enſium ex tinnitu ingens in aere confuſio reboabat, & ſæpius vtrique hoſtes tum iſte tum ille terga dare coguntur. Aderat & frater Ioannes de Capiſtrano: hic velut in extaſi poſitus, & cæteri fratres cum illo humotenus procluti, leuata ad ſummum auxilium mente, manibuſque & oculis in cœlum defixis gemebundi orabant, & cum propheta quidem dicere potuiſſent: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Dominus vero comes Biſtricenſis hic minis, hic vt pugnarent inſtabat monitis. Michael quoque Zilagy capitaneus & Ladislaus de Kaniſa iuuenis militari virtute præſtantes & acies armatorum, quas dominus comes adduxerat cum illis, nec non & agmina cruceſignatorum dirutis ſtantes caſtri in parietibus atrociter pugnabant, iam Turci ſæpius de caſtro expulſi & rurſus dirum per certamen in illud ingreſſi Hungaris potentiores erant: iam plurimæ domus in caſtro ſuccenſæ vehementes eructabant flammas, iam Cæſaris vexilla in ſignum victoriæ plurima caſtri in mœnibus eleuata tenebantur, iam Hungari omni ſpe reſiſtentiæ deſtituti retrocedere, ſi quo erat, cogebantur, crudeſcebat enim vnicuique imminentis mortis aſpectus: tandem cum fugam ſalutis ſibi opem ferre poſſe nullam, ſed tanti diſcriminis ſolam mortem eſſe redemptricem conſpexerunt, rurſus nomine domini Ieſu altis vocibus inuocato armis coaptatis & clypeis iunctis fortiori, vt poterant, cum impetu irruerunt in hoſtem. Funebre ergo renouatur certamen: multi hinc inde ſanguinem ſimul & animam fundunt, nec abeſt auxilium Dei; nam mox cuncta Turcarum agmina tam fortem tamque animoſum Hungarorum per impetum turbata verſa ſunt in fugam.*

Barromi ad Belgradum Turcarum conatus.

Penetrant ij in arcem mediam.

Inclamato Ieſu nomine ſtrenue ſtantur.

B. Ioa. Capiſtranus ſacras preces fundit.

Sæpius propulſi Turcæ toties rurſus ad pugnam.

Ad nomen Ieſu imploratum de re una fugati & caſi.

Hungari ergo animoſitate reſumpta, & quaſi nouo potentia ſpiritu cœlitus adiuti in ore gladij perſecuti ſunt illos tamdiu, donec cuncta machina cæteraque tormenta per illos caſtri ad ruinam adhibita ſuorum ſunt nudata cuſtodijs: propter quod Hungari omnes quas Turci conſtituerant munitiones igni ſuccenderunt, fortiuſque clauis ferreis ad immittendum ignem apta machinarum clauſerunt foramina. Nec ergo diei durante luce ceſſatum eſt a bello, ſed illud, quod prius caſtri arctis in plateis agebatur, lato poſtea in campo interim donec nox ſuperueniens vtrumque hoſtem ſua disiunxit caligine multa cum ſeueritate extitit continuatum. Qualiter autem Cæſar ipſe profundis eiſdem noctis ſub tenebris caſtro de ſub eodem fuga lapſus ſit, pro comperto habet dicere: nemo ad laudem tamen Dei & Cæſaris eiuſdem confuſionem ſufficit, quod cunctis bellicis ſpoliatus apparatibus omnibuſque machinis & cæteris tormentorum generibus, quas & quæ illuc aduexerat relictis, immenſam ſuæ gentis poſt cædem propriam in patriam rediit, ſed & in poſterum huius caſtri memoria per quempiam ſui in præſentia facta grata fuit ei nunquam. Quidam tamen de eiuſdem Cæſaris fuga ita dixere, quod videlicet ipſe Cæſar feruente atrociore bello, dum ſuos ad certamen cogeret, ſagitta in pectore fuiſſet vulneratus, cecidiſſetque mox ſeminimus, ac ſui eum rapientes inter manus ſuas ad tentoria detuliſſent.

Expugnata caſtra Turcica.

Euaſit Mahometes impedimentis omnibus.

Accepto vulnere debilitatus.

Vbi autem ad noctem ventum fuiſſet, & Turci Natulia vayuodam, & potius cunctos ipſorum optimates bello conſumptos ſeque maximam ſtragem accepiſſe, & ipſum Cæſarem velut exanimem vix palpitare proſpexiſſent, territi ne mane facto per Hungaros adorirentur fugam iniſſent, Cæſaremque ſecum deferentes ne idem & itineris laboribus magis grauaretur, & alia parte caſtri eorum Sarno vocati condeſcendiſſent: cumque ibi Cæſar ad ſe rediſſet, ac vbi iam eſſet interrogaſſet, illi quoque eidem locum denotaſſent, dixiſſet Cæſar: Et cur, aut qualiter ad hunc locum deuenimus? Deuicti ſumus, inquiunt per Hungaros & Natulia vayuodã; ac quaſi omnes tui exercitus ductores interfecti ſunt, nos quoque magnam accepimus ſtragem, ac (quod maius eſt) tuam ſerenitatem potius mori, quam viuere ſuſpicabamur: fugimus ergo hunc vſque ad locum; & cum rurſus ſi etiam machina & cætera ingenia ibidem derelicta eſſent Cæſar quæſiuiſſet, illi quidem omnia ibidem remanſiſſe dum reſpondiſſent, Cæſarq; ipſe mox intima cordis amaritudine exacerbatus dixiſſet: Afferte mihi venenum, vt guſtem & moriar potius, quam cum dedecore meum reuertar in regnum: impeditus eſt ab adminiſtris, ne ſibi mortem conſciſceret; a quo grauiſſimis cladibus affectos poſtea Chriſtianos lugebimus. Tali igitur exitu Cæſar Turcorum ſub caſtro Nandor albenſi cum Hungaris præliatus eſt, & qui tumida mente ſuperboque oculo ſolus cuncto terrarum orbi dominari volebat, iudicio diuino ruſticanam per manum, quæ potius ſarculum, quam arma tractauit, deuictus eſt: & qui multarum tubarum multo vtique tympanorum in ſono ad modum lætus venerat, triſtis noctis ſub ſilentio turpiter fugit. Conſentiunt Thuroſio Æneas Syluius [a], Monſtreletus [b], Sanctus Antoninus [c], Gobelinus [d], Calchondyla [e], Michouias [f], Cromerus [g], Nauclerus [h], Coclæus [i], Bonfinius [l], alijque ſcriptores de parta diuinitus ad Albam Græcam victoria.

a Aen. Syl hiſt. Bohẽ. c.65. & hiſt. de Europ. c.8.

b Monſtrel vol.3. pag 67.

Mortem ſibi conſciſcere moliturus.

c S. Ant. 3 p. tit.22. c.14. §.1

d Gobelin. in comm. Pij II l.1

e Calcond hiſt. Turc. lib. 8.

f Mich. hou. l 4 c.66.

g Cromer. lib.23.

h Naucler vol.2. generat.49

i Cocl. hiſt. Huſſ. lib.11.

25 Plurimum operis ad comparandam pulchram ſpectabilemque victoriam illam contuliſſe B. Ioannẽ Capiſtranenſem nõ ſolum in accendendis ad pugnam militibus, ac nomine Ieſu implorando, adeo vt Turcæ Chriſtianorum, nomen Ieſu viri Dei imperio inclamantium, ora & impetum ferre non poſſent, quaſi fulmine aliquo afflati eſſent [m]; verum etiam in auertendis barbarorum inſidijs, Æneas Syluius [n] & Ioannes Tagliacotianus [o] Minorita, qui interfuit, teſtantur; narratque Monſtreletus [p], illum imaginem Chriſti e cruce pendentis in altiſſima turri extuliſſe, exclamaſſeque: *O Deus meus, Deus meus. O altiſſime Pater veni in adiutorium, veni & libera populum, quem redemiſti pretioſo ſanguine tuo: veni noli tardare. Deus meus, vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ? Veni, ne Turci & increduli dicant: Vbi eſt Deus eorum?* quæ cum diceret largos effudiſſe fletus: quo audito, Chriſtiani confirmato animo Turcas contrucidarint, vniuerſiſque caſtris hoſtilibus, tormentis bellicis, atque impedimentis ſint potiti.

Quam efficax B. Io. e Capiſtr. oratio.

l Bonfin. dec.3. l.8 & alij.

m Vvadd. hoc ann. in annal.

n Aen. Syl hiſt. Bohẽ. cap.58.

o Io e Taglicori in lit. apud Vvadding hoc ann. nu.28.

p Monſtrel vol.3. pag.8.

Eandem cladem turcicam ad Belgradum ita deſcribit Franciſcus Philelphus [q] in literis ad Ludouicum Fuſcarinum: *Apud hoc Bellogradum, inquit, impurus iſte flagitioſuſque Mahometus, qui tanta nos formidine nunc turbat, ſuperioribus annis ab iiſdem Hungaris parua admodum manu duce Ioanne vaiuoda* tan-

Philelphi de ea victoria.

q Philelph lib.19. ad Lud. Fuſc.

tanta eſt calamitate cum ſuo vniuerſo exercitu affectus, vt trucidatis Ianiſſarijs omnibus, & interempto innumerabili equitatu, amiſſiſque ſimul cum cunctis impedimentis & ſarcinis, & tanto tormentorum tantoque theſauro, vix ipſe cum reliquijs copiarum turpiter effugere potuerit: & nec effugiſſet is quidem ſi paulo inſequi longius Ioannes volaiſſet. Sed quo pacto fieri ſoleat neſcio, fit tamen fere ſemper, vt facilius ſit vincere, quam vti victoria. Vna mihi virtus diligentia videri ſolet, quæ cum cæteris in rebus tum maxime in bello & gerendo & profligando reliquas virtutes omnes complectatur.

26 At celeberrimæ huius victoriæ hiſtoriam ex teſtibus oculatis B. Ioannis Capiſtranenſis ſocijs accuratius deſcribere præſtat: ex quibus Nicolaus e Fara primũ obſeruat oſtenſa in cœlo Turcicæ irruptionis ſigna: *Vbi*, inquit, *beatiſſimus Ioannes intellexit Ioannem Cardinalem S. Angeli apoſtolicum legatum Budam veniſſe, illuc ſe ſtatim contulit, & per eius manus Chriſti crucem a Callixto Papa ſibi tranſmiſſam, & prædicandæ cruciatæ auctoritatem per apoſtolicas literas ſibi creditam accepit. Hac itaque die, quæ fuit prima dominica quadrageſimæ, apoſtolica ſuſcepta poteſtate, quaſi altiſona tuba exaltare incipiens vocem ſuam, ad crucem accipiendam, ſeque imitandum maximam Chriſtianorum infra paucos menſes turbam allexit & incitauit; & eo fortius incitauit, quo ad tuendam orthodoxam fidem cœlum ipſum quaſi binis cœleſtibus tubis de menſe iunij per multos dies ſuo modo ante Turcarum aduentum clamauit: binis enim apparentibus cometis, vna ante auroram, quæ præ ſui magnitudine omnes orbis nationes terruit: altera poſt ſolis occaſum, quæ etiam ſimilem mortis vmbram præferre videbatur, cœpit Dei famulus bonæ eſſe ſpei, quando quidem Chriſto reuelante, illam feliciſſimam victoriam de Turcis præmonſtrare cognouit: quamobrem omnes exhortabatur, & ſingulis palam prædicabat. Nolite timere puſillus grex, nolite contremiſcere; dabit quidem nobis Deus optatam victoriam de inimicis noſtris, quam præcurrentia aſtra deſignant omnino futuram.*

B. Io. e Capiſtrano a legato cruce inſignitus.

Oſtenſa cœlo ſigna in Turcarum aduentum.

Oſtenſum cœlitus B. Ioanni Capiſtr. Turcas vincendos iri.

Nitidius explicat Ioannes e Taliacotio in literis ad B. Iacobum Picentem datis a, quodnam fuerit hoc cœleſte viſum, quo victoriam de Turcis referendam cognouit: *Flebat*, inquit, *ruinas Chriſtianæ religionis; lamentabatur Chriſtianorum, & præcipue Hungarorum deſtructionem, dicens: Iam tribulatio proxima eſt, & non eſt qui adiuuet; quem Deus ipſe conſolari volens, compleuit eum gaudio atque lætitia, futura ſibi miro modo prædicens. Cum enim pater ipſe cum tanta defendentium paucitate per Danubium deſcendendo*, ſediſſe quippe domi Regem ac proceres ait, *ad oppidum Petra Varadini ſic mœſtus deueniret, celebraretque ibidem attentiſſime orans, vt Deus cauſam ſuam tueri dignaretur, & quod Chriſtianorum ingratitudines non attenderet, viſum eſt ſibi celebranti manibus iunctis, oculiſque clauſis quod quædam ſagitta cœlitus emiſſa velociter ante eum, ſuper altari mitteretur, in qua literis aureis ſic legebatur. Ne timeas Ioannes; ſed ſecurus, vt cœpiſti, deſcende, ac propera, quia in virtute nominis mei & ſanctiſſimæ crucis victoriam de Turcis obtinebis. Quibus exhilaratus pater abiecit mœſtitiam, terrorem amouit, neque ex tunc triſtis aut mœſtus viſus eſt; quam mirabilem viſionem publice in ſermonibus prædicando publicauit, ſuo confeſſori apertius reuelauit, fratribus ſæpenumero eos confortans in menſa recitabat, qua de re mœſti lætitiam ſumentes, ad ſequendum tam animoſum conductorem ſeſe accingunt, ſecum parati in carcerem & in mortem ire. Cuius viſionis lætitia percepta, & ex ea futurorum certitudine declarata, reliquis, qui crucem non habebant, fratribus in humeris ipſe pater ſuis manibus affixit; & omnia tam altaris, quam ſacerdotis paramenta rubea cruce inſigniuit. Vexillum quoque figura S. Bernardini prius munitum ſiue depictum cum cruce optime diſpoſuit, dicens. Ex quo in crucis virtute crucis inimici confundi atque conteri debent, omnia ad vſum nobis conceſſa crucis charactere ſint inſignita, ſæpius illud replicans: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti; ſicque ſolicitatus a caſtellanis ad caſtrum præfatum*, nempe Nanderalbæ, *properat cum cruce ſignatis, cum quinque nauiculis, non paucis etiam per terram proficiſcentibus.* Subdit ingreſſum cum illis Belgradum die ſecunda iulij, Turcas vero die ſequenti tertia iulij caſtra fixiſſe circiter centum ſexaginta millia, alios vero cenſuiſſe ad ducenta millia numerum aſcendiſſe: Nicolaus vero Farenſis numerum imminuit, & centum viginti millia bellatorum fuiſſe ait: beatus vero Ioannes e Capiſtrano in ſecundis ad Calliſtum literis centum quinquaginta millia fuiſſe opinatur.

a Extant apud Vvadding. hoc ann. n. 43

Pronunciat Turcas cariſſimo debellandos.

Promulgat ab eo cæleſte viſum.

Belgradum a Turcis obſeſſum.

27 Cum extraheretur obſidio, & Turcica claſſis triremium ſexaginta victrix per Danubium volitaret, inſignem rem hanc contigiſſe memorat Ioannes Taliacotianus a, nempe prætoriam Turcarum triremem, dum Chriſti cultoribus illuderet, iacto ab hoſte ipſo ingenti ſaxo oppreſſam fuiſſe: *Venit*, inquit, *ſemel ornatiſſima galea plena vexillis, ſonis, & nobilibus Turcis, & cum eorum actibus ridens Chriſtianos, quaſi diceret: Iam eſtis in noſtris manibus, iam Deus veſter non poteſt vos iuuare: iam euadere non poteſtis e iam Hungaria eſt noſtra; cum ſimilibus. O Deus omnipotens! quidam terribiliſſimus lapis e maioribus bombardis exiens, ac caſtrum ac ciuitatem tranſcendens præter voluntatem emittentis decidit ſuper illam illudentium ac iactantium galeam, quæ mox, nemine cadente, partim ſubmerſa eſt, partim ſubmergenda contracta ſuper aquas natabat: at præſto fuerunt ciues, qui ad eam nauigantes omnia vexilla veſtimenta & ea quæ tam cito ſubmerſa non fuerant, interfectis ijs qui viuebant, rapuerunt: quem lapidem, honorande pater, per manus Domini qui ſe ſpernentes non ſuſtinet emiſſum fuiſſe puto.* Danubium occuparant Turcæ adeo, vt inferri Belgrado commeatus atque auxilia non poterant; quare comparatæ ſunt ducentæ nauiculæ legati opera, ac bellico apparatu, & cruceſignatis inſtructæ; conſertoque certamine parta eſt naualis victoria XIV. iulij die: *Beatiſſimo*, inquit Ioannes e Taliacotio, *patre orante manibus iunctis ac oculis ad cœlum eleuatis, vt ipſe Deus cauſam ſuam tueri dignaretur, inuocando nomen Ieſu in auxilium Chriſtianorum (oratio autem in caſtro fiebat aſſidue) ſoluuntur Turcarum galeæ, ſparguntur per Danubium, impetuntur baliſtis, arcubus, atque ſpingardis: ſicque per ſpatium quinque horarum durauit bellum tam atrox in flumine. Quid multis immoror? Finito bello viſæ ſunt tres magnæ Turcarum galeæ ſuffocatæ cum perſonis, quatuor captæ cum omnibus munitionibus & ornamentis eorum, reliquæ autem galeæ remigantes velociter deſcenderunt ad locum, vbi prius ſteterant, perſonis fere omnibus vulneratis ad mortem: ſuffocati ſunt Turcæ vltra quingentos. Quæ autem ſuperfuerunt galeæ, ita debilitatæ fuerunt, quod nunquam amplius Chriſtianis obeſſe, nec Turcis prodeſſe potuerunt.* Captas naues minoris aluei non numerat auctor.

a Extant eius lit. apud eund. Vvadding. nu. 43.

Prætoria Triremis merſa dum Turcæ illudunt Chriſto.

Victa claſſis Turcica.

Non propterea cœptis Turca deſtitit, ſed libratis tormentis bellicis diu noctuque ad euertenda mœnia incubuit: ac licet ingentia ſaxa in vrbem referta populo conijcerentur, neminem læſum fuiſſe ait præter mulierem: quam rem miraculo tribuit Ioannes Taliacotianus; ſubditque de legato ferendis auxilijs intento: *Reuerendiſſimus dominus legatus bis diebus literas dedit ad vtrumque Ioannem,*

Belgradi mœnia tormentis euerſa.

nem, nempe Hnniadem & B. Capiſtranenſem, *ex Buda, nuntians ne aliquo modo conſererent bellum cum Turcis, ipſe enim in breui deſcenderet cum valida manu, motus ex hoc quod ſantus populus inermis & inuſitatus ad bellum illic congregatus diceretur; timebat enim ne omnes in manus Turcarum deuenirent: rationabile & opportunum viſum, vt talis deſcenſus eius fieret, & manum validam afferret. Ex hoc legati præcepto aliqui detractores beatiſſimi patris arguunt ipſum fuiſſe inobedientem*.

Card. legatus vetat cum Turcis pugnam cōſeri.

Pollicetur ventorum ſe cū exercitu.

28 Excuſat auctor virum ſanctum parere legato voluiſſe, ſed fuiſſe diuinitus impulſum & prouocatum a Turcis, qui cum metuerent auxiliatem nouum Chriſtianorum exercitum, vi irrumpere in vrbem repetitis impreſſionibus, æquatis iam ſolo mœnibus, concuſſiſque turribus pertentarint: adeo vt Ioannes Huniades defendendæ amplius vrbis ſpem amitteret: *Quod potui*, inquiebat, *feci: nunc omnino deficio, nec eſt via caſtrum amplius defendendi: iam caſtrum non poteſt amplius reparari, iam muri omnes & turres destructæ ſunt, iam Turcis aditus patet: nos pauci ſumus ad tantam multitudinem, & inexpertos homines habemus, inermes, pauperes, & debiles, ac timidos: barones non conueniunt, quid nos amplius poſſumus? Cui pater conſolationis ait: Ne timeas, magnifice domine; potens eſt Deus cum paucis & inermibus Turcarum potentiam ſuperare, caſtrum defendere, & inimicos ſuos confundere. Voluit Deus hac dixiſſe magnificum dominum, vt futurum excellens miraculum clarius, certius, & mirabilius mortalium mentibus appareret, & ea quæ dextera Dei factura erat non humanæ, ſed diuinæ potentiæ aſcriberetur. Ille autem caſtrum amplius non intrauit, ſed in eo nonnulli de ſua familia pro defenſione manebant; aiebat namque ipſe dominus: Cras omnino caſtrum non erit noſtrum, ſed Turcæ illo potientur. His pater auditis lætus econtra aiebat domino Ioanni. Ne timeas; immo erit noſtrum, erit noſtrum, ſæpius replicando: cauſa Dei agitur: nomen Chriſti defenditur: ſum certus quod Deus cauſam ſuam tuebitur*.

Aſſiliunt ſe pius Turcæ vrbis mœnibus.

Arcis defendendæ ſpē amittit Huniades.

Egreditur ex arce.

Spondet illi B. omnes caelitē victoriam.

29 His conſentanea tradit alter viri ſancti ſocius, de quo ſupra memoraui Nicolaus Farenſis [a].

[a] *Apud Vvaddin. hoc ann. nu 44.*

Narratio Nicolai Farenſis.

Ipſe Dei ſeruus, [animum] Ioannes e Capiſtrano, instantia quotidiana ſacris orationibus, & hoſtijs incumbens omnes pro Chriſto, pro propria, proque communi omnium ſalute ad propellendos hoſtes magna animi virtute, incredibilique ſpiritus feruore animabat & impellebat, docens eos nec rapinis nec ſpolijs inhiare, ſed ante pugnam orationi, deuotioni, confeſſioni, ſacrique viatici ſuſceptioni vacare, rectiſſimo incorruptoque animo pugnare. Inſtimerat enim glorioſiſſimum nomen illud Ieſu crebro ab omnibus Chriſticolis ad clamandum in crucis hoſtes, nec aliud ſiue in caſtris, ſiue in bello, niſi Ieſu, Ieſu per Chriſtianorum ora volitandum. Erant autem Ioannis verba apud illos tantæ æſtimationis, & opinionis, vt ſinguli quaſi de Chriſti ore illa ſumma deuotione, & obſeruantia ſuſcipere viderentur. Omnibus quidem vnica vox extabat ſacrum inclytumque martyrium cum eo libentiſſime ſuſcepturis, nec a ſuo latere vſque ad ſanguinis effuſionem quoquo pacto diſceſſuris: quandoquidem ad opus, ſane omni laude omnique gloria dignum, atque cœleſti ingentique præmio deſtinatum, eorum animos a Deo ſuaſos, & concitatos intelligebant, proinde manente obſidione factum eſt, vt multi, præmiſſa confeſſione, ſumptoque ſacro viatico benedictionem flexis genibus a viro Dei ſuſciperent, & ad pugnam Chriſti amore accenſi proficiſcerentur, ac glorioſa inclytaque morte occumberent; quorum capita Turcæ præſcindentes, lanceiſque fixa in altum tollentes in terrorem & ſpectaculum Chriſtianorum apud Belgradi vallum ferebant. Quid multa? Æquatis ſolo primi caſtelli mœnijs, fractis euerſiſque magna ex parte turribus per ingentes machinas, regius gubernator ad eum nocte venit incredibili timore perculſus: *Victi ſumus*, inquit, *pater: in Turcarum poteſtatem caſtellum cito venturum eſt: iam ingrediendi aditus patet hoſtibus: nos ad tantam multitudinem inexpertos & inermes bellatores habemus*. Cui Chriſti ſeruus magis in Domino, quam in homine confidens dixit: *Ne formidet animus tuus, domine, quia Dominus erit nobiſcum, qui potens eſt ſubigere, & eneruare noſtros hoſtes*. Tunc illuſtris gubernator: *Craſtina*, inquit, *die caſtellum non erit noſtrum*. *Ne quaquam*, reſpondit Dei famulus, *erit quidem noſtrum, & illud non auferetur a nobis*.

Opem a Deo poſcit.

Ieſu nomē inclamari in Turcas iubet.

Sacramentis milites munit.

Hortatur ad Huniadem cohortatio.

Adueniente itaque vigilia Magdalenæ, facta prius oratione, more legis ſpurciſſimi Mahometi, circa horam veſpertinam Turcæ pugnam ineunt cum Chriſtianis, atque impetu maximo facto caſtellum primum ingredi contendunt. Fit atrox cruentiſſimaque cædes, replentur a Turcis foſſata, pugnatur vtrimque pro viribus ad primam vſque noctis horam. Potitur primis mœnijs grandis Turcarum virtus, & ſicut cœlum niuem, & nubes pluuiam, ita hoſtium Chriſti arcus dabant ſagittarum multitudinem. O ſæuiſſimum belli genus! O Dei manum omnipotentem! O clementiã Saluatoris immenſam neminem vnquam derelinquentem ad ſe toto corde confugientem! Circa noctis medium vallante totum caſtellum omni Turcarum multitudine committitur pugna crudeliſſima. Obruitur tota planities primi caſtelli a Turcis, perueniturque vſque ad pontem ſecundi, quod magnis vallatur foſſatis, & altiſſimis turribus & propugnaculis. Turcæ autem non aduertentes multos adhuc Chriſtianos remanſiſſe in circuitu primi, irruentes in pontem non eleuatum ſtantem, caſtellum ſecundum fortius primo intrare ſatagunt. Qui autem remanſerant in primis mœnijs ignitos lignorum faſces in foſſata immittunt, quæ Turcis plena erant, caſtellum ingredi contendentibus. Turcæ itaque flammis vndique vallatos ſe conſpicientes in fugam ſe vertunt: ſed egredi non valentes, aut igne conſumebantur, aut a tergo a Chriſtianis per pontem exeuntibus gladio interficiebantur; pugnatum eſt enim fortiſſime vſque ad mane. Turcarum autem tam magna cædes facta eſt, vt vndique effuſus ſanguis conſpiceretur, & in foſſis permulta cadauerum Turcarum apparerent, quorum tanta erat multitudo, vt Chriſtianis liber tranſeundi aditus non eſſet. Chriſtianorum autem, pro quibus Dominus mirabiliter ea nocte, orante diutino Ioanne & vehementer *Ieſu, Ieſu* acclamante, pugnauit, vix ſexaginta occubuerunt. [Eandem Turcarum impreſſionem nocte recurrentis feſti B. Magdalenæ factam Ioannes Taliacotianus ita deſcribit in literis [a] ad B. Iacobum Picentem datis.

Vigilia Magdalenæ impetus a Turcis in Belgradum factus.

Media nocte vndique vallatum caſtellum.

Irrumpunt in pontem ſecundum.

Immiſſi in eos medicati ignes.

Repelluntur a ponte magna ſtrage.

Alia deſcriptio.

Muri primi maioris caſtri penitus ſolo æquabantur, licet aliquæ turrium particulæ adhuc reſtarent minandæ, id eſt actis cuniculis ſuffodiendæ. *Turres aliorum caſtrorum, licet ex ictibus bombardarum valde læſa fuiſſent, non tamen ceciderant. Hanc primam planitiem iam Turcæ turmatim intrabant, cum maxima tamen cæde & percuſſione ipſorum: Chriſtiani vero non* pro-

[a] *Extant apud Vvadding. hoc an. n. 43.*

Euerſa a Turcis primi mœnia.

propter hoc loca eis deſignata relinquebant, ſed (licet remiſſius ſolito ſe haberent) non ceſſabant in hoc introitu magnum de Turcis facere macellum, maximamque ſtragem. Iam ſunt in caſtri exterioris planitie fere ſeptingenti Turcæ, qui iuuabantur a ſuperuenientibus, iam iam caſtrum ſe habere credunt: iam ſuper diuerſas murorum ruinas figunt banderia: iam euocant exteriorem: iam validiſſime clamant, Chriſticolis de locis non recedentibus, qui viriliter reſiſtunt, pugnam reſtaurant, impediuntque pro viribus Turcis introitum. Quod videntes dominus Michael dictique nobiles ſimul & homines domini Ioannis, omnibus bonis, quæ erant in caſtro interiori in nauibus poſitis, ſeipſos per portam poſteriorem caſtri minoris ſaluare ſatagunt, & Danubium intrant, & quia ianua exeundi non patebat, per altiſſimas feneſtras ſeipſos ſponte præcipitabant, mulieres ex planitie exteriori illuc laborioſe confugerant reſolutis crinibus, dicentes. Heu Turcas fugimus, & Turcarum ad manum iam aduenimus; fratres vero genibus flexis facieque operta orando martyrij coronam expectabant, ſicque caſtrum tam interius, quam exterius ſoli cruceſignati poſſidebant & tuebantur: multiplicabantur tamen Turcæ in primo caſtro, licet multi a cruceſignatis in ipſo ingreſſu occiderentur. Dominus autem Ioannes audiens iam Turcas caſtrum intraſſe, & ex hoc iam ipſam eſſe derelictum concitus ac mœſtus dicit beato patri: Heu iam caſtrum derelictum eſt: iam Turcæ, vt ego ſemper dixi, poſſident illud. Pater autem eum confortans, ac ſilentio ab eo recedens, iterum multa millia cruciferorum elegit, ac illos ſecum ducens in caſtrum per portam poſteriorem intromiſit, animans eos ad conſtantiam, &c. Quo facto, illico ad exercitum rediens omnes ad expeditionem poſuit, ac eos vigilare & orare præcepit. Ipſe autem oratione vocali & mentali cauſam Dei ipſi Deo ſolicite commendabat.

Irruptio hoſtilis in Belgradum. Pugna cruceſignatorũ.

Arcis præſidiarij fugiunt ſpe.

Huniades amiſſum Belgradum deplorat.

B. Io. Capiſtranus cruceſignatas aliquas copias inducit in vrbem.

Cum autem Turcæ iam in ipſa primi caſtri planitie multiplicati eſſent, viderentque caſtrum ipſum ſolum ab inermi populo poſſideri, credentes iam primum ab eis occupatum, irruunt in pontem, qui non erat eleuatus, vt ſecundum caſtrum poſſent occupare, nam alia via, quam per pontem ad illud ire non poterant. Adſunt & cruceſignati interiores, maxime illi, quos ipſe pater paulo ante introduxerat, fortiſſime eis reſiſtentes, illi autem cruceſignati, qui per circuitum primi caſtri erant, firmi manebant, percuſſioni & neci Turcarum inſiſtentes: in hoc ſiquidem pontis ingreſſu acerrima pugna commiſſa eſt, maximuſque conflictus. Cum autem circa auroram cruceſignati, qui in circuitu caſtri exterioris erant, viderent acerrimam pugnam fieri in ponte, & iam maximam Turcarum multitudinem eſſe in planitie, iam foſſata Turcis pleniſſima viderent, creſceretque feſtinanter numerus intrantium, ac per hoc timerent non poſſe eis amplius obſiſtere a Spiritu ſancto edocti arripiunt innumeros ligaminum, virgarum, viminum, ac aliorum combuſtibiliũ faſciculos ſulphureo igne accenſos & ignitos ſuper Turcas tam in foſſatis ſtantes, quam per ruinas aſcendentes proijciunt pariter quaſi vnita manu tenuiſſent. O Deus omnipotens! nullus potuit fugere a facie ignis; omnes qui erant in foſſatis, qui enumerari minime potuiſſent, igne conſumpti ſunt, nec vnus eorum viuus remanſit: qui deſcenſuri erant ad foſſata omnes pauidi retro ceſſerunt. Qui autem in caſtro erant, & qui pontem occupare acerrima illa pugna nitebantur, videntes ſe maximi ignis flammis vndique vallatos, dimiſſa pugna caſtrum egredi cum maximo clamore ſatagebant: qui cum timore ac quadam cæcitate percuſſi & confuſione pleni crederent ſe euaſuros, & de muris ſaltare, proſiliebant in ignem, conſumptique ibidem remanebant: reliqui vero qui talem ſaltum facere pertimeſcebant, a cruceſignatis in planitie primi caſtri trucidati ſunt: qui autem adhuc in foſſata non deſcenderant, & qui diabolica inſtrumenta intrantibus miniſtrabant, mugitus ad cælum dantes ad loca bombardarum tanquam ad arcem tutiſſimam currendo ſe contulerunt.

Pugnã in ponte incrudeſcit.

Inopinum cruceſignatorum facinus militare.

Turcæ combuſti.

Maxima eorundem trepidatio & fuga.

Quibus viſis, iam omnia Turcarum caſtra triſtitia complentur, eorum conteritur audacia, ſuperbiaque deijcitur. Iam non deſunt, qui dicant inter eos: Recedamus quia Deus Chriſtianorum pugnat pro eis, iam non cantant, iam non vociferantur, iam tubæ & alia ſonorum inſtrumenta non audiuntur. O pater ſenior, vnde putamus illum ignem adueniſſe, niſi de ſinu magni Dei ad interceſſionem beati patris, qui ſine intermiſſione orabat vna cum populo, vt Deus tueretur cauſam ſuam & ſaluaret populum ſuum. O glorioſa Maria Magdalena, quis te non credat in adiutorium Chriſtianorum ſuper ruinas murorum ad ignem proijciendum ad fuiſſe? quis dubitet te illius cauſam defendiſſe, a quo tanta meruiſti recipere beneficia? hanc tam glorioſam caſtri liberationem & victoriam naualem, quã præter omnem humani ſenſus prudentiam & rationem Deus fecit, reuerende ſenior, non niſi meritis ipſius beatiſſimi patris, cuius felici prudentia, ſolertia, cura, perſuaſione, confidentia, & feruentiſſima oratione actũ eſt, vt tam Hungaria quam aliæ nationes Chriſtianorum a manibus Turcarum liberarentur: nam ſi ipſum caſtrum ad ipſorum manus deueniſſet, primo Hungariam deinde alias nationes procul dubio occupaſſent. Et infra: *Luceſcente autem clarius die apparent Turcæ combuſti ſimul & trucidati: apparet cruor vndique ſparſus, foſſataque cadauerum cumulis plena videntur; & in minimo ſpatio multos igne conſumptos vidiſſes, nec præ multitudine cadauerum liber tranſitus ſiue aditus. Hic potentiores, hic audaciores Turcæ profecto occubuerunt. Chriſtianorum autem vix ſexaginta coronam martyrij pro Chriſto adepti ſunt, multo plures vulnerati ac percuſſi extiterunt, nec mirum; nam tam acerrime, tam conſtanter, tamque indefeſſe cum Turcis non pugnauerunt inermes & inſcij, niſi quantum deſuper miniſtrabatur, quod ſi omnes interfecti fuiſſent, nulli ſanæ mentis mirum eſſe deberet, ipſi enim muri, ipſi turres, ipſi propugnacula caſtri erant, &c.* Iure aſcripta eſt miraculo eorum fortitudo, cum male, vt vidimus, armis inſtructi eſſent, eorumque tractandorum ignari, adeo vt fortiſſimi illi arcis præſidiarij cum Michaele eorum duce ex humanæ & militaris prudentiæ legibus cenſerent Turcarum impetus ſuſtineri non poſſe, atque ideo ipſe Ioannes Huniades extra vrbem e parte aduerſa in caſtris ſe contineret: quam ſententiam confirmant quæ a Nicolao Farenſi ſubijciuntur.]

Ignium eiaculatio atque incendium depreſſum Turcos terruit diuino auxilio.

Ni propulſati fuiſſent actum de Hungaria videbatur.

Caſorum ſauciatorũque Chriſtianorum numerus.

Cruceſignatorum fortitudo aſcripta miraculo.

Bellicæ artis peritiſſimi cenſebant terreri victoriam non poſſe.

30 Silendum nequaquam videtur, quomodo Chriſti famulus Ioannes de victoria inimicorum crucis certior factus, & ſecuratus fuerat: nam dum ita eſſet obſeſſus ipſe Dei famulus in caſtello, commonefactus eſt ab illo fortiſſimo Chriſtianorum pugile Ioanne Hunyad in ripa vltra Danubium aduerſus Turcarum claſſem pugnante, vt relicto Belgrado, de quo iam actum eſſe omnino credebat, apud ſe tutum redderet, eo quod arbitrabatur hoſtium ſæuitiam remiſſiorem fieri debere eo abſente, quam præſente, ob eas cruciatorum maximas copias, quos in illos grandi ſtudio prouocauerat. Cui diuinus Ioannes talia verba reſpondit: *Rogabimus omnipotentem Deum, vt ſuam de hoc, quod a nobis petis, patefaciat voluntatem.* Cumque ſæpius oraſſet, & nec ex motu mentis, nec exteriori aliquo ſigno intelligere valeret, quid Deo gratius acceptiuſque eſſet: ſtare, vel abire; tandem cum diuina in ſacra miſſa offerret, ſagitta cœlo delapſa in medio aræ ante oculos ſuos apparet his verbis aureis inſignita, & circumſcripta: *Eſto conſtans, Ioannes.* Qua diuina viſione & præceptione confortatus, intelligens de ho-

Pugnat Huniades in ripa Danubij aduerſus claſſem Turc.

Monet B. Ioannem vt ad ſpem pergat.

Cæleſti viſione monetur B. Ioannes.

ſte iam de proximo paratum eſſe triumphum, firmus poſtea, & intrepidus cæteros exhortando permanſit.

Illuceſcente itaque die ſupradictæ noctis, qua peractum ſæuiſſimum bellum fuerat, diuinus Ioannes caſtra omnia poſuit apud flumen ſauæ, eo in loco, vbi Danubio iungitur; nam Belgradum, quod Nanderalbam Hungari vocant, quod & Latini noſtri Albam dixerunt Græcam, his duobus fluminibus cingitur, tria caſtella habens, vnum alteri coniunctum. Sola iam aqua ſauæ inter Turcarum Chriſtianorumque copias mediat. Videns autem ſenior ſanctus quoſdam admodum paucos cruceſignatos in Turcas irruiſſe, & multitudinem hoſtium magnam viriliter repuliſſe, ad martyrium flagrans, irruente in ſe Spiritu ſancto: *Hac eſt*, inquit, *illa dies, quam expectabamus: tranſeamus*. Et non annuente Ioanne Vayuoda etiam ſæpe rogato, quando quidem pœnæ capitali ſubijceretur quiſquis contra eius præceptum Sauam tranſiſſet, iuſſit omnem exercitum Chriſtianum Sauam Chriſti ſeruus tranſire, nec ſeruatum eſt humanum præceptum, vbi præualuit diuinum: timebat enim regius gubernator, ne victoria nocte obtenta verteretur in calamitatem in die, & in planitie ſub Turcarum equorum pedibus inermem pedeſtrem exercitum conculcandum, ob eamque rationem mandauerat, vt nulli de cætero liceret cum hoſtibus bellum inire, permittente Domino, vt vel ſic in diuino Ioanne virtus magis clareſceret Chriſti.

Belgradi deſcriptio.

B. Ioannes cum paucis cruceſignatis ... Turcas

Huniades vetat pugnā

Iuſſiſſima ... mandatu ...

Tranſiuit itaque ad vocem ſamuli Dei omnis Chriſtianorum exercitus, remanente illuſtri Ioanne Vayuoda in Danubio, quos nulla prohibitio tenere potuit. Vbi autem Chriſtiani pugnare cœperunt, machinarum ſtationes ſtatim Turcæ terga vertentes reliquerunt, ac ſimul ſe ſe in caſtris conſtrinxerunt ingenti pauore, & dolore correpti. Diuinus vero Ioannes Capiſtranenſis, vt vidit omnes machinas in Chriſtianorum poteſtatem deueniſſe, magno repletus gaudio in Crucis hoſtes audentior, animoſiorque redditur. Acclamatur ſæpe per eum melliſluum potentiſſimumque illud Ieſu nomen; & reſpondentibus circumquaque Chriſticolis omnibus, ita huiuſmodi vox cœlo potenter volitabat, vt regio illa tota contremiſcere videretur. Erigit tandem ſuorum commilitonum animos Domini ſamulus dulciſſima oratione ſua, adhortatur omnes ad fidei defenſionem, dicebatque illis: *Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Occurrite inimicis Crucis Chriſti. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*. Sicque his, & alijs ſimilibus verbis, & ſcripturis, quibus maiorem in modum affluebat, multorum corda ad pugnam excitabat & animabat, vt non ad bellum, ſed ad nuptias pergere viderentur. Congreſſus itaque ſæuiſſimus fit per ſex horas continuas: vim potentiſſimam inferunt feroces hoſtes; certatur vtrimque pro viribus. Dei autem ſamulus, vt alter Ioſue, cum ſuis bellatoribus procedebat baculo ſuſtentatus, in cuius ſummitate erat thau, quo eos animoſiores audacioreſque redderet. Qui dum ſemel conſocij ſui inſtantia repetitis vocibus ex ipſis mortis faucibus reuocaretur: *Ne vadas, pater. Ne vadas, pater: ne te vltro neci dederis*. Ad martyrium aſpirans: *Ad hoc veni*, reſpondebat: *Qui vult fugere fugiat*. Et vt in manibus omnium pugnaret, oratione, voceque fortiſſima Ieſu nomen inuocando & clamando; vt alter Moyſes, pro Dei populo diuinum interpellabat auxilium. Et cum vndique ſagittæ volitarent, multoſque necarent, & lethaliter vulnerarent, eum tamen Chriſti protectione munitum illæſum, intactumque ſemper reliquerunt. Fit tandem Turcarum cruentiſſima cædes, hominibus Chriſticolis *Ieſu, Ieſu*, acclamantibus; Terga vertunt hoſtes Chriſtianis, Deo pro eis pugnante, mirifice præualentibus. Cedunt inglorij, qui cum centum viginti millibus venerant glorioſi. Fortiſſima enim cæde percuſſi, terroreque ingentiſſimo inceſſabili acclamatione nominis Ieſu conſternati, diſſolutis caſtris, relictiſque viginti quatuor millibus interfectis, relictis multis maximis machinis, & bellicis inſtrumentis mirabili artificio extructis, in fugam ſe turpiſſime dantes, per viam, qua læti venerant, mœſti cum centum, & amplius vulneratorum curribus ad propria rediere; & qui omne Romanum imperium ſuæ ditioni ſubigere arbitrabantur, nonem diebus præ nimio timore pedem non fixerunt: tantus namque terror eos inuaſerat, vt timentes ne facies terræ in eorum oculis periret, nihil præter fugam cogitarunt. Videbatur quippe illis maximas militum copias a tergo ſentire, cum reuera nullus Chriſtianorum planitiem, vbi atrociſſimum bellum commiſſum eſt, poſtremum egreſſus fuerit. Neque in bello totus Chriſtianus exercitus fuit, ſed vix quinque millia, & (vt quidam affirmant) tria millia extitere, qui victoriam fecerunt. *Dat. &c.*

Prævaluit diuina vis.

Turcarum bellica tormenta capta.

Ieſu nomine cælum telluſque tonat.

Sex horis pugnatum.

Ceduntur Turcæ a Ieſu nomen inclamantibus.

Viginti quatuor millia interfecta.

Reliqui in fugam acti.

Cæleſtibus copijs perterriti.

Parta eſt ab exiguis copijs victoria.

31 Confirmat Ioannes Taliacotianus in literis ad B. Iacobum Picentem datis [a], Huniadem ex militaris artis ac prudentiæ humanæ legibus vetuiſſe, propoſita capitali pœna, illos e caſtro in campum deſcendere, cum pedites ab equitibus omnino obterendi eſſent: ſed diuino miraculo innumerabiles exercitus apparuiſſe hoſtibus, qui ipſos terrore repletos in fugam verterunt.

[a] Extant eius lit. apud Vvad din. n. 43 hoc ann.

Reuerendiſſimo in Chriſto patri & optimo ſeniori fratri Iacobo de Marchia ordinis Minorum de obſeruantia probatiſſimo, prædicatori apoſtolico feruentiſſimo ac præclariſſimo, omni veneratione proſequendo, &c.

In tertia extra caſtrum in maximo campo victoria multo mirabiliori, quam in primis duabus, Dei omnipotentia apparebit, oſtendetur virtus ſanctiſſimi nominis Ieſu & ſanctiſſimæ crucis, & quantum ipſi Deo fuerit acceptus fideliſſimus ſeruus eius B. Ioannes, cuius miniſterio iubente Deo hæc omnia facta ſunt. Sed hic notandum primo, quod poſt caſtri liberationem optimus gubernator & defenſor regni Ioannes, ne gloria verteretur in confuſionem, iubet domino Michaeli ne aliquem caſtrum exire & contra Turcas ire permittat: iubet & nautis ſub pœna capitis, ne per Danubium aut per Sauam aliquem tranſuehant; timens ne tam magna populorum multitudo inermis & indocta a furioſiſſimis Turcis iam in rabiem & deſperationem conuerſis perderetur; credens etiam Turcas iterum ad caſtrum expugnandum venturos. Admonitus dominus Michael circa cuſtodiam caſtri indutus lorica cum duobus viris quadam nauicula nunc per Danubium, nunc per ſauam vectabatur, expectabat enim quonam fine hæc clauderentur. Venit interea beatiſſimus capitaneus, (de B. Ioanne Capiſtranenſi loquitur,) ſuo præeunte vexillo cum omni exercitu cruceſignatorum, cum omnibus vexillis eleuatis, non ſine varijs ſonis, ſtrepitibus, altiſſimis acclamationibus nominis Ieſu; conſtituunturque omnes in campo iuxta Sauam & Danubium præciſe vbi Saua intrat Danubium. Illic figuntur vexilla, acclamatur in Turcas, terror maximus inuadit Turcas. Videntur inte-

Vetita ab Huniade eruptio in Turcas.

Iure prohibet dandā propugnationem ... ...

B. Ioannes cruceſignatos ad nomen Ieſu inclamandum incitat.

interea extra caſtrum forte quinque crucesignati, arculis ſagittiſque muniri, contra quos irruit maxima Turcarum multitudo equeſtris cum lanceis protenſis, illi autem ſuper quodam terrarum aceruo ſtantes tenſis arcubus Turcas ſagittis replebant. At illi terga vertentes ictibus ſagittarum confoſſi cum confuſione ſuos repetebant; alij idem tentantes ad acclamationem nominis Ieſu, quæ fiebat a beatiſſimo patre, omnibus reſpondentibus, aut cadebant de equis, aut ex eorum manibus lanceæ laxabantur, aut equi ſe ſe ad terram ſub eis proſternebant, nec mirum, cum ad hoc nomen omne genu flectatur ſecundum Apoſtolum[b]. Pater optime, huius ſanctiſſimi nominis tanta erat acclamatio, vt ad vocem ipſius beati patris omnes ſimul reſpondentes tonitru facere viderentur. Exeunt & complures alij inſcio caſtellano, qui licet Turcis appropinquarent, non tamen lædebantur, ſed ſecuri ante Turcarum oculos deambulare videbantur. Quos intrepide egredientes, ac ſic ante arma Turcarum illæſos manentes, licet homines apparuerint, alij iudicarunt illos fuiſſe angelos indicantes Chriſtianis victoriam de Turcis reportandam, ac eoſdem allicientes illo die ad pugnam. Beatus autem pater, rector populi Dei, prædicta proſpectans, licet mirum in modum ferueret ad martyrium, reuocabat illos videns præparari a Turcis inſidias; ſed cum nihil proficeret, dixit: *Hæc eſt dies illa victoriæ, quam expectamus. Tranſeamus, & aſcendamus, nec timeatis populum Dei inimicum.* Quid aliud putandum cenſeamus, optime pater, niſi vocem illam diuinitus ſibi factam, quam Gedeon audiuit[b], videlicet: *Dominus tecum, virorum fortiſſime; vade, & in hac fortitudine & fiducia tua liberabis Iſrael*, ideſt populum Chriſtianorum, *de manu Madian*; ideſt magni Turcæ. Qui cum ex paucitate & imperitia pugnantium, humiliter dubitaret, audiuit: *Ne timeas, ego ero tecum, & percuties Madian quaſi virum vnum.* Sicque aſſumptis ſecum duobus fratribus, & nobili viro Petro vexillifero, nauicula per duos nautas ad aliam partem fluminis Sauæ, in qua Turcæ manebant, pater fecit ſe deportari.

Ad nomen Ieſu ſternuntur Turcorum equi

b Philip. 2

Angeli credi cruceſignatos allicere ad pugnam.

Nititur B. Ioannes cruceſignatos continere ex humana prudentia. Deinde per nutum Dei victoria ſpondet.

b Iudic. 6

Hinc ſtupendiſſimum miraculum notandum eſt; cum enim ipſe ſolus cum duobus fratribus, videlicet F. Ioanne de Taliacotio, & F. Ambroſio Aquitano per paruam tranſirent nauiculam, viſum eſt Turcis innumeram armatorum multitudinem contra eos tranſiſſe, cum in rei veritate eſſent ſolum ſex perſonæ, videlicet pater cum duobus fratribus & vexillifero & duobus nautis; & licet multi fratres in eodem loco eſſent, nullus tamen tunc cum patre tranſiuit: Ibi erat præfatus F. Alexander de Raguſio. Cum autem (vt præfertur) tranſiſſet, incipit cum ſupradictis duobus fratribus & vexillifero, de flumine ad foſſata caſtri aſcendere pedes ieiunus, immo plures dies exiguo cibo nutritur feſſus labore, nam tota nocte hinc inde diſcurrerat, compreſſus vigilijs; multis enim diebus, & noctibus neque cibum niſi ſicut puerulus, neque quidquam quietis ſumpſerat.

Cæleſtis exercitus Turcis oſtenſus.

32 Hora erat quaſi ſexta, quem cum vidiſſent qui extra caſtrum manebant, & qui primo exiuerant, mox læti tanquam ad patrem currunt. Quod cum vidiſſent, qui erant in caſtro, licet exitus propter præceptum eis non pateret, nonnulli tamen per ruinas, aliqui per foramina murorum, aliqui ſubtus portam ad beatum patrem ſe conferebant. Sicque multi ipſi patri iunguntur; qui primo ad foſſata accedens vidit mirabilia, quæ tam in nocte quam in mane facta ſunt; vidit cadauera Turcarum innumera, quæ combuſta per foſſata iacebant, adhuc igne non extincto: conſiderauit maximum periculum, quod nocte præcedenti tota Chriſtianitas euaſerat, & iunctis manibus & oculis ſurſum eleuatis magnificabat Deum ſibi gratias referendo, & ſæpe dicebat: *Qui dedit incipere, dabit & perficere.* Conſtituitur demum inter caſtrum ſeu foſſata caſtri & bombardas, quem cum Turcæ viderent, magis ac magis timere videbantur ſtringentes ſe ad loca manſionum, & ad ipſorum Imperatorem, & ad bombardas, parareque ſe ad defendendum, ſi forte Chriſtiani vellent aut eos inuadere, aut bombardas ab eis auferre. Accipiunt arma, ſcopettas diſponunt, pixideſque coaptant. Continue tamen creſcebat numerus cruceſignatorum ad patrem venientium, nec poterant retineri, quin quaſi forte duo millia ex ipſis patri iuncta ſint, & cum tunc ipſe nullum haberet interpretem, quidam venerabilis ſacerdos cruceſignatus, nomine Paulus, canonicus maioris eccleſiæ Albæregalis, ipſi patri interpres fuit. Iſte cum diu habuiſſet deuotionem erga patrem, in illa tempeſtate nunquam a latere eius receſſit. Cum autem ipſe pater ductor exercitus Dei prædictam cruceſignatorum multitudinem ſibi iunctam videret, ſciens quod non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt, vexillo præcedente ad primam bombardarum ſtationem lento gradu pedeſter, ſuſtentatus baculo quodam in quo deſignatum eſt nomen Ieſu (quo quidem baculo tam in equitando quam in peditando beatus ſenex vtebatur) fatigatus & tam diuturno labore, & vigilia continua, diſcoopertus capite cano, fortiſſime acclamando nomen Ieſu primus ire cœpit, quem ſequebantur forte mille homines cruceſignati; quos cum Turcæ qui ad primas ſtabant, viderent, & audirent, territi inde recedentes ad ſecundas confugerunt: ſicque primæ bombardæ obtentæ ſunt, & captæ. Quæ viſæ in admirationem, & lætitiam omnium conuerſæ ſunt. Si quis tunc vidiſſet beatum patrem lætitia plenum, iucundum, & exultantem! O quis potuiſſet harum valorem digno pretio æſtimare! Certe ſi nihil aliud præter has primas de bonis Turcarum fuiſſet acquiſitum, ad magnum honorem, & lucrum ceſſiſſet inclyto regno Hungariæ...

Terrentur B. Ioanne Turcæ.

En recedentes ſtationes deſerunt.

Captæ bellicæ machinæ.

33 Quibus occupatis ad has ipſe Turcarum ſpoliator indefeſſus proficiſcitur. Similiter Turcæ non valentes nomen Ieſu, neque patrem, neque vexillum ſufferre, ſine reſiſtentia ſecundæ cum omnibus attinentijs relinquentes ad tertias ſeſe contulerunt. Pater autem ſimilis leoni factus in operibus ſuis, poſt ingentis lætitiæ ſigna præ oculis Turcarum oſtenſa, ad tertias, quæ diuerſis erant munitæ cuſtodijs, proficiſcitur, in quarum ſtatione pro earum cuſtodia pixides, & varia machinamenta ſeruata erant, eratque hæc ſtatio vndique foſſis, vallo, & terrarum congerie fortiſſime circumſcripta. At ipſe capitaneus intrepidus aduocatis pluribus ad direptionem & ad lucra eos animans, vexillo præeunte cum clamore valido nominis Ieſu, ad tertias tendit: quem cum Turcæ miſeri viderent ſine reſiſtentia obſtruſis foraminibus cum clauis ferreis vociferantes, ac ſi ſibi maledicerent, relictis bombardis & multis alijs, quæ ſcribi non poſſent, ad eorum Imperatorem lamentabiles redierunt.

Inclamato nomine Ieſu reſiſtere nequeunt Turcæ.

O ſanctum & terribile nomen Ieſu Chriſti!

Digitized by Google

O patrem ſenem, & inermem omni ſanctitatis gratia amantiſſimum! O crucis virtutem admirabilem, cuius charactere tam ipſe pater beatus, quam cæteri cum eo ſtantes, & vexillum inſignita erant! O ſanctiſſimum Bernardinum, cuius imago in eodem vexillo depicta nomen Ieſu ſua manu Turcis oſtendebat, terrebatque. Penſet hic veſtra paternitas quanta fuerit lætitia ipſi beato patri, quanta fuerit Turcis mœſtitia, quanta confuſio, quantumque damnum, de quo etiam magis inferius diſſeretur. Sed hic etiam præcipue notandum eſt, quod cum Turcæ ſint animoſiſſimi, & bellicoſi, nullique cedere volentes ex eorum contumaci ſuperbia, cogebantur tamen a facie beati patris fugere, eo quod, ſecundum quod ipſimet poſtea ſæpius faſſi ſunt, videbatur eis, quod a facie ipſius viri tam lucidi ac radiantes radij ſolis exirent, & in facie eorum repercuterent, quos nullatenus ſufferre valerent: ſed neque vexillum, quod etiam plenum radijs ſolis apparebat; ideo a facie beati patris aufugiebant. Aliqui tamen, pijſſime pater, variant circa hanc captionem bombardarum ſtationem: nam aliqui dicunt, vt hic poſui, videlicet Turcas de vna ad aliam bombardarum ſtationem fugientes, ex ſingulis diuiſim fuiſſe expulſos, vt dictum eſt. Alij dicunt quod, cum Turcæ vidiſſent patrem cum infinita armatorum multitudine flumen contra eos tranſire, ac ipſum iuxta foſſata ſtantem eos inuaſurum cum tanta multitudine, vexillo erecto, cum in veritate adhuc non eſſent duo millia, omnes ſimul territos. [Ex his patet Turcas celſos diuina vi, quod a B. Ioanne Capiſtranenſi inferius audiemus.]

Patri ſenis e vultu B. Ioannis micantem ſolem vidiſſe.

Ante'ſeo exercitum perterriti ſunt Turcæ.

34 His conſentit Bonfinius [a] dum tradit perterritos Turcas a legionibus cœleſtium Angelorum, qua enim alia ratione centum quinquaginta bellatorum millia, quæ florentiſſimo pollebant equitatu pelli e caſtris potuiſſent a pauciſſimo peditum ferme inermium numero, niſi cœlites exiguis ijs copijs nomen Ieſu inclamantibus ſe coniunxiſſent? Atque ideo ex his emendandus eſt Æneas Sylvius, qui humana prudentia hæc metiens B. Ioannem perperam carpſit [b], ac plura falſa rei veritatem ignorans inſeruit, & caſui victoriam, miraculo conſpicuo tribuendam, vt ipſe B. Ioannes & Calliſtus Papa teſtantur, aſcripſit: nam in primis falſum eſt Mahometem ob acceptum vulnus obſidionem ſoluiſſe; nam vi caſtris pulſus eſt, non humana quidem, ſed diuina ob blaſphemas in Chriſtum voces. Quod plures ait in fuga perijſſe, quam in acie; id quidem verum, ſed modum ipſe ignorauit, nempe Turcas mutuis ſe vulneribus ad vigintiquatuor & eo amplius millia ſe confeciſſe, pluresque etiam diuina vi ſine vulneribus extinctos. Quod ait eam tantum prædam relictam victoribus, quam ignis abſumere non potuit, a veritate abhorret, cum ignis inijciendi vel machinarum trahendarum defuerit opportunitas, ſiquidem ad Calliſtum tentoria Mahometis vndecim opulentiſſima tranſmiſſa, & cruceſignati gaza Turcica ditati fuere. Falſum pariter quod Ioannes Huniades huic certamini interfuerit: nam quamuis B. Ioannes Capiſtranenſis illi polliceretur cœleſtem victoriam, tamen Huniades ex artis bellicæ legibus cenſuit, licet repulſi a mœnibus fuiſſent Turcæ, non poſſe tamen cum exiguis copijs caſtris depelli, ſed expectandum ſedis Apoſtolicæ legatum cum florentiſſimo nouo exercitu, ac pœnam capitalem propoſuerat, ijs qui e mœnibus exirent quamquam victos diuina vi, inſecutus videatur. Subdit [c] poſtea Æneas.

a Bonfin. dec. 3. l. 8

Conſilio mira vlo non negari non poteſt.

b Aen. Syl. hiſt. B. bo. cap. 65. Emendatur Æneas Sylvius.

c Aen. Syl. vbi ſup.

Vterque rem geſtam ſcripſit, neque alterius mentionem fecit: alteruter ſolidam ſibi rei geſta laudem vſurpauit. Ingens dulcedo gloriæ: facilius contemnenda dicitur, quam contemnitur. Spreuerat Capiſtranus ſæculi pompas, fugerat delitias, calcauerat auaritiam, libidinem ſubegerat; contemnere gloriam non potuit: qui ſummo Pontifici bellum, atque exitum belli deſcribens, nulla Huniadis nulla Cardinalis facta mentione, totum ſuum eſſe dixit quod geſtum erat, quamuis Deum in primis victoriæ confeſſus fuerit auctorem. Nemo eſt tã ſanctus, qui dulcedine gloriæ non capiatur: facilius regna viri excellentes, quam gloriam contemnunt. Hæc ille cum B. Ioannis e Capiſtrano excellentem ſanctitatem nondum noſſet: is enim vt veritatis tenax nec legati nec Huniadis mentionem in ea victoria facere potuit, cum præſentes non adeſſent; quandoquidem Deus per infirma mundi, confundere fortia voluit: nam legatus longe diſſitus in contrahendo exercitu ſubſidiario occupatus erat, ac vetuerat ante aduentum ſuum certamen iniri: Huniades etiam in caſtris in Danubij ripa defixis ſe continebat ex militari lege, cum impar nimium viribus Turcica caſtra adoriri non deberet, quippe qui ne quidem arcem propugnari poſſe humanis viribus cenſeret; ſed quamquam legati & Huniadis imperijs parere cupiebat beatus vir ſenio confectus, vix baculo ſe ſuſtentans, & lento greſſu incedens, diuino actus ſpiritu cum ſelectis pauciſſimis copijs cruceſignatis diuinitus commotis, quibus Ieſu in ore pro fulminantibus bellicis machinis erat, Turcarũ caſtra diuinitus perrupit contra humanæ ſpei & prudentiæ leges, tribuente Deo parem victoriam, quam olim Gedeoni contulit, cum Turcæ amentia percuſſi in ſe arma vertiſſent. Nec dici poteſt humanam gloriam affectatam fuiſſe a viro ſancto, qui cum miracula patraret diuina ope, id oraculum repetere conſueuerat: *Non nobis domine non nobis; ſed nomini tuo da gloriam.* Cæterum Æneas Sylvius, de re vniuerſa accuratius edoctus, agnouit poſtea non legati apoſtolici, non Ioannis Huniadis, non Ioannis e Capiſtrano humanis viribus, ſed admirando Numinis diuini prodigio relatam victoriam, dum menſe aprili anni inſequentis ad Alfonſũ Aragonum Regum ſcripſit [a], ſic inquiens: *Percuſſit de cœlo Deus hoc anno*, nimirum a rei geſtæ tempore, nondum euolutο, *Turcas: nemo enim humana victoria fuit, quæ apud Albam parta eſt.* Quod porro B. Ioannes Capiſtranenſis victoriam ſibi non aſcripſerit ſed Deo, vt re vera Dei fuit, ex eius literis ad Calliſtum datis [b] eneteſcet.

Aſperſa tenere ab eo calumnia, viso laudo.

Vindicatur ab eo B. Ioãnes.

a Aen. Syl. ep. 266.

Beatiſſimo patri & domino Calliſto III. &c.

35 Beatiſſime pater poſt pedum oſcula beatorum gaudium & exultationem. Gloria in Altiſſimis Deo, a cuius miſericordia prouenit, quod non ſumus conſumpti: in tanta enim eramus tribulatione; atque in tantis anguſtijs conſtituti, vt omnes putauerint non poſſe amplius reſiſti Turcarum potentiæ: atque ipſe dux Huniades re vera Turcarum terror, & fortiſſimus Chriſtianorum propugnator iudicauerit deſerendum eſſe caſtrum Nanderalbæ; ita enim fortiter & inceſſanter expugnabant arcem feriſſimi Mahometani, & tot machinis muros diruebant, adeoque terribiliter contra noſtros pugnabant, vt iam vires noſtræ defecerint, & præcipui milites fuerint conſternati. Sed in medio tribulationis viuificauit nos Dominus: nam ab vrbe expulſi, cum doloſe recederent feriſſimi inimici, vt noſtris exeuntibus pararent inſidias; etſi dominus Huniades iuſſerit, ne vllus ex noſtris militibus caſtrum exiret, non curauerunt tamen de præcepto eius cruceſignati ſed irruentes in hoſtes in ma-

b Extant. apud Wadding. hoc an. n. 58.

B. Io. Capiſtranen. ad Calliſt. literæ.

Vt cruceſignati contra ducis imperia hoſtem ſint perſecuti.

gno

Digitized by Google

gno ſe poſuerunt periculo. Ego vero minimus veſtræ ſanctitatis ſeruus cum illos ex muris reuocare non poſſem, in campum prodiui, & hinc inde diſcurrens modo reuocabam, modo animabam, modo diſponebam ne ab inimicis circumdarentur: & tandem Dominus qui tam bene ſaluare poteſt in paucis quam in multis, dedit nobis miſericorditer victoriam, & fugere fecit immaniſſimum Turcarum exercitum, & noſtri omnia illorum obtinuerunt tormenta & machinas diabolicas, quibus totam Chriſtianitatem putabant ſibi ſubijcere. Exultet ergo veſtra ſanctitas in Domino, & offerte illi iubeat laudem, gloriam, & honorem, quia fecit mirabilia magna ſolus. Non ego inermis & inutilis ſeruus, aut pauperes & rudes crucesignati veſtræ ſanctitatis deuoti ſerui potuimus noſtris viribus hæc facere. Deus dominus exercituum fecit hæc omnia: illi gloria in ſæcula ſæculorum. Hæc ſcribo breuiter & raptim, defeſſus rediens ex pugna, cito ſcripturus magis diſtincte, quæ facta ſunt in particulari. *Ex Nanderalba in feſto S. Mariæ Magdalenæ, ipſo die glorioſiſſimæ victoriæ.*

Soli Chriſto aſcripta eſt tanta gloria.

36 Quod ad cæſorum numerum attinet; fama varia increbuit; nam Monſtreletus ad centum millia Turcas occiſos ait: alij numerum imminuunt, inter quos Æneas Syluius hæc tradit [a]: *De cæſis hoſtibus varia ſententia eſt; quidam ſuper quadraginta millia periiſſe tradiderunt, nonnulli viginti millia cæſa fuiſſe affirmant, alij ad ſummum quatuor millia cæſa fuiſſe dicunt, quod nobis infra verum eſſe videtur, neque enim in tanto exercitu videri clades ea obiiduo potuiſſet. Maior profecto iactura tantum Imperatorem fugere compulit, qui ſequenti nocte incenſis caſtris ac machinis cum toto exercitu trepidus abijt, nec tam audax ſuperbuſque venerat, quam timidus demiſſuſque fugam arripuit.* Verum cæſorum numerus multorum literis datis ad Calliſtum ſcriptus eſt quemadmodum a Georgio deſpota acceperant, nempe viginti quatuor millia trucidata, totidem alia in fuga periiſſe, quatuor millia capta. Itaque is verus numerus putandus eſt, quem etiam Pontifex in literis [b] ad Imperatorem Æthiopum, tum in alijs encyclicis definiuit, quemque Ioannes e Capiſtrano in poſterioribus literis [c] circumſcripſit, nimirum viginti quatuor millia trucidata non a crucesignatis, ſed diuina vi, plura vero in fuga mutuis vulneribus ſe confeciſſe diuinitus, reliquum vero exercitum fugientem a Mahomete atque proceribus apud Sophiam contineri ægerrime potuiſſe: claſſem hoſtilem ſexaginta quatuor triremibus fuiſſe conflatam; e quibus viginti ſeptem interceptæ fuerint ab Hungaris, trecenta tormenta bellica capta: tum Pontifici ſacros ſtimulos addidit, vt Græciæ & Palæſtinæ recuperandis operam daret, duodecim equitum Italorum millia ſubmitteret, hoc enim robore fulſultos Hungaros maximas res geſturos in opportuniſſima hac occaſione, denique Reges Chriſtianos ad hoſtem trepidantem obterendum impelleret.

De cæſorum numero varia fama.

[a] Æn. Sylv. hiſt. Bohe. c. 65.

[b] Lib. 50. pag. 272.

Quis verus numerus fuerit.

[c] Extant apud Vvad. ding. hoc an. n. 59.

Beatiſſimo patri domino Calliſto III. &c.

Beatiſſime pater, ad pedum oſcula beatorum obedientiam humillimam, & deuotam vſque ad mortem crucis, & ſupplicij ſæuiſſimi cuiuſcumque. Quia vbi aliquid deficit, locum habet ius ſupplementi, ideo quod non potui primo aſpectu comprehendere in die glorioſæ victoriæ domini noſtri Ieſu Chriſti auctoritate veſtræ ſanctitatis, & miniſterio paucorum, certæ viuificæ crucis charactere inſignitorum, diuinitus nobis præſtitæ; poſtea tamen habita clariori notitia, & ſi indeſcriptibilia ſint, machinæ, inſtrumenta, & terribilia ingenia, quæ parauerant, currus ad deferendum bombardas, rotæ ferreæ, rotæ ligneæ ad transferendum naues, & cymbas per montes & colles ad tranſuadandum gentes ad ſpolia regni Hungariæ (quod tamen Deus eis non permiſit) ecce tamen ea, quæ ſigillatim deſcribi poſſunt, nunc ſuppleo, non vacans ornatui, ſed ſimplici veritati. Nam vbi dixi multa millia ex eis interempta ſunt, illuſtris dominus deſpotus, qui licet cum noſtra fide non concordet, ſecundum intentionem tamen ſanctitati veſtræ conueniens contra perfidos Turcas nobiſcum eſt, nunciauit pridie reuerendiſſimo domino legato & mihi, quod vltra viginti quatuor millia in die belli nece perierunt, & a certo ſe tenere aſſerit, quod totidem, & vltra in itinere defecerunt, ſemetipſos inter ſe trucidantes ſicut tempore Gedeonis; & non niſi diuino iudicio ipſe princeps Turcarum cum ſuis intimioribus, qui remanſerant, bellatoribus, ad Sophiam ſtupida fuga deuenit, intendens ſuos miniſtros, qui ſupererant compeſcere, ne vltra pertranſirent, manu propria, & ſuorum carnificum plurimos interemit. Superaddit etiam ipſe deſpotus, quod principalis vayuoda vices gerens ipſius damnatiſſimi Mahometis magni Turcæ, qui præſidebat in Scythia [*], vbi eſt auri ſodina, quæ erat, & de iure pertinet ad ipſum deſpotum, capite minutus ſit gladio ipſe, & vxor eius ab his, qui iure ſubeſſe dicuntur deſpoto, tenent tamen adhuc ſui Caſtellani quinque caſtra, quæ auxiliante Domino recuperare ſperat, fauore tamen, & præſidio ſanctitatis veſtræ, & reuerendiſſimi domini lateralis veſtri legati. Vltra hæc etiam nunciat ipſe deſpotus, quod cum quadraginta exploratores miſerit, ad exquirendum quid de immaniſſimo Turca acciderit, cum iam quarta pars redierit, & omnes teſtentur, quod omnem diligentiam adhibuerint, nihil certi de ſua vita percipere potuerunt, ex quo ipſe deſpotus vehementer opinatur ipſum eſſe mortuum: vtinam ita ſit.

Secunda B. Ioannis Capiſtr. ad Calliſt. litera.

Cæſorum a Chriſtianis numerus.

In fuga Turcæ ſe ipſos cædunt.

Vix retineri poſſunt a Mahomete.

[*] Reſſia

Deſpotus Raſciam recuperare tentat.

Scripſeram, beatiſſime pater, quod in primo noſtro congreſſu quadraginta quatuor galeas numerauerām, & ita fuit; ſed poſtea clariori veritate comperta ſexaginta quatuor reperimus numeratas, ex quibus penes nos adhuc viginti ſeptem reſeruantur, computatis paruis, cum magnis. De multitudine autem exercitus armatorum & ſi multi aſſerant, quod fuerunt centum viginti millia; reuerendiſſimus tamen dominus legatus, poſtquam diſcurſum habuit vna mecum pro maiori parte ſpatij, in quo malignantium exercitus locabatur, iudicauit quod veriſimiliter centum quinquaginta millia eſſe potuiſſent in ſignis tantorum caſtrorum. Scripſeram in ſecundis literis de triginta duabus bombardis, quia tunc plures non videram; poſtea tamen omnibus computatis paruis cum magnis vltra trecentas reperimus: & de pixidibus, quæ manu exploduntur, & in partibus noſtris vocantur ſcopettæ, de repertis, numerum non habemus, quia multæ occultatæ ſunt.

Quanta fuerit claſſis Turcica.

Et quantus exercitus.

Trecenta tormenta capta.

37 Pater beatiſſime, quia Iuſtiniana lex dictat, nihil videtur actum, cum aliquid ſupereſt agendum, idcirco ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis populi Chriſtiani: ecce nunc tempus implendi deſiderium veſtræ ſanctitatis, vt progrediamur, necdum ad recuperandam Græciam & Europam, ſed ad recuperandam Terram ſanctam Ieruſalem, quod Deus omnipotens præſtabit faciliter, ſi a concepto ſancto deſiderio veſtra

Cohortatio ad recuperandum Orientem.

ſan-

Digitized by Google

ſanctitas non ceſſabit. Hoc vnum pijſſimum a pijſſima veſtra ſanctitate & in fide zelantiſſima reuerendiſſimo domino legato veſtro benigne concedatur, vt tantummodo de Italia duodecim, vel decem millia ſaltem equitum armatorum more Italico veſtris ſtipendijs tranſmittatis, qui ſi per ſex continuos menſes cum veſtris deuotis filijs cruce ſignatis, & cum iſtis illuſtribus principibus prælatis, & baronibus huius regni Hungariæ nobiſcum in exercitu perſeuerauerint, ſperamus tantum de bonis paganorum acquirere, quod abunde in poſterum per tres continuos annos alijs expreſſis non indigeamus, ſed eorum ſpolijs omnes noſtros exercitus implebimus abundanter. Ecce idem dominus deſpotus vehementer affirmat, quod magis in præſentiarum augmentare poſſimus fidem Chriſtianam, paganoſque deprimere cum decem millibus bellatorum, quam alijs temporibus cũ triginta millibus nequiuiſſemus. Ecce accedunt ad hoc deſiderium reuerendiſſimi domini legati ardenter omnes iſti, qui pro Chriſti nomine, & pro obedientia veſtræ ſanctitatis ac deuota reuerentia crucis viuificæ characterem ſuſcipiunt, &c. *Ex Salan Kemen* MCCCCLVI. XVII. *augusti*.

Expetita duodecim equitum Italorum millia.

Propoſita rei gerendæ occaſio.

38 Cæterum accepto tantæ victoriæ nuntio Pontifex principes ac præſules de ea certiores factos a apoſtolicis literis, Deo gratias referre iuſſit; atque in ijs, quas ad archiepiſcopum Atrebatenſem miſit, feſtas haſce voces profudit b.

a Lib. breu. pag. 19. 20. 23. 26. & 27
b Ibid. pag 29.

Calliſtus, &c. O admirabile impetum ſaluatoris noſtri! Venerat inſanus Turcus furijs accenſus, & cum validiſſimo exercitu, qui plana & montes occupabat, caſtrum Monteralbenſe, clauem regni Hungariæ dura expugnatione premẽs diſiectis iam muris & defenſaculis, caſtro potiri ſe credebat, in cuius amiſsione ſumma vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ verſabatur; eo namque amiſſo, Turco aditus patebat ſine obſtaculo in Hungariam, vnde mox vexandæ totius Chriſtianitatis natus videbatur: ſed non eſt paſſus Deus ſummus tantis tenebris implicari ſuam religionem, nec tantam ignominiam fidei orthodoxæ irrogari: fecit potentiam in brachio ſuo, & vires ſenſumque eripuit barbaris, qui ab vno Chriſti fortiſsimo athleta Ioanne vayuoda & a parua manu plebeiorum & inermium militum crucesignatorum profligati nauali terreſtrique pugna, & in fugam cum maxima eorum ſtrage, amiſsis etiam admirabilibus eorum machinis & inſtrumentis bellicis conuerſi ſunt: Turcus autem ipſe furoris princeps vix noſtrorum manus effugiens ſaucius, vt plerique aiunt, equo ſalutem quæſiuit.]

Laureæ Calliſti litt. Admentat de Hungaris ſ. Belgrado Mahometes potitus fuiſſet.

Conceperat tantam de reportanda victoria expectationem Pontifex, vt ex collocata in Deo ſpe palam antea in ingenti rerum diſcrimine conſtanter diceret, hoſtem ſubactum iri: *Notum eſt* inquit c, *cunctis a nobis audientibus, quod perfidus ille Turcus perderetur & Hungari vincerent, & populus Chriſtianus & nos cum ipſis; nec vnquam dubitauimus, quin fieret ſicut accidit, & maiora, ſicut ait Chriſtus ſaluator noſter. Si quis fidem habet vt granum ſinapis, & dixerit monti transferre ad alium montem, &c. Væ, væ aliter ſentientibus & caueant ab ipſa Dei ira.* De Regibus & principibus loquitur, qui Turcarum potentiam metuentes non audebant d ſigna attollere in barbaros niſi vniuerſi Chriſtiani communi fœdere iungerentur, quod ob ipſorum diſſenſionem fieri non poterat. Ipſe autem Deo fretus cuius cauſam tuebatur, pro certo habebat, quod ſi Reges ſe ducem ſequerentur, non modo Conſtantinopolim, ſed Europam, Aſiam, & Palæſtinam Chriſtiano cultui reſtituendas diceret; quare de re hæc ad S. Antoninum archiepiſcopum Florentinum ſcripſit a: *Adeo illorum,* ideſt Turcarum, *vires contudit,* nimirum Deus, *vt facilis admodum via facta ſit ad eradicandum de terra infandum genus & nomen Mahometi: qui triumphus, quoniam noſtro tempori diuinitus reſeruatus eſt, nos omni conatu noſtro vehementius inſtare decernimus, & victoriam ſequi quam Deus præmonſtrat; ſperamuſque quod intra breue tempus ſi, vt arbitramur, Chriſti fideles potentatus ſe excitare, & nos ſequi voluerint, non ſolum Conſtantinopolis recuperabitur, ſed Europa, Aſia, & Terra ſancta liberabitur.*

c Ibid. pag. 15.

Summa Regum vecordia, qui vinci Turcam non poſſe opinantur.
d Ibid. pag. 43.

Turcicum imperium ſe proſtraturum ſperat.
a Ibid. pag. 23.

39 Suppeditauit Hungaris quæcumque potuit contrahere nummaria ſubſidia Calliſtus b, crucemque miſit vt in prælio aduerſus Chriſti hoſtes præferretur, cohortatus Ioannem ipſum e Capiſtrano c vt eoſdẽ Hungaros ad eam ſequendam inflammaret, & Cardinali legato opera non deeſſet: *Ne ceſſes,* inquit, *dies ac noctes aſſiſtere dilecto filio noſtro Ioanni S. Angeli diacono Cardinali A. S. L. & ſuncta opera eius zelo tuo iuuare: hortare gratia verbi tibi cælitus data prælatos, barones, nobiles, ac totius regni Hungariæ populos, vt ſequantur crucem Ieſu Chriſti, quam ad eos miſimus: inſtent hoſti iam victo ac perturbato, offerantque Altiſſimo plenum perfectumque hoc ſacrificium, quod tale factum eſt, vt pariturum ſit regno præfato & cunctis fidelibus ſecuritatem.* Eundem legatum virum omnium virtutum ornamentis inſignem ad prouehendam religioſam militiam, quamuis pio æſtuantem ſtudio, magis accendere niſus eſt Pontifex: cum enim illi propoſuiſſet quanta ad concitandos in arma Reges in Turcas, & inſtruendam claſſem geſsiſſet, atque in ſumptus non modo theſaurum gemmaſque abſumpſiſſet, verum & ſanguinem fundere eſſet paratus, addidit d: *Eſt glorioſum & memorabile nomen verſari in ea militia, cuius Chriſtus eſt dux & moderator: tu enim cuius mirabilis virtus & prudentia non minus vniuerſis quam nobis cognita, & perſpecta ſunt, cogitare debes quantum præconium futurum ſit gloriæ & laudum tuarum ſi, vt nos ſperamus, opera, ſtudio, & induſtria principes Chriſtiani, qui illas obtinent partes, forti manu & animo ad reſiſtendum barbariæ inducantur.* Non defuit muneri Ioannes Caruaial, cum Æneas Syluius e teſtetur, tres victoriæ ad Albam partæ auctores Ioannem Cardinalem legatum, Ioannem Capiſtranenſem, & Ioannem Huniadem habitos.

b Eod. lib. breu pag. 53.
c Ibid. pag. 16. & 39.

d Ibid. pag. 7.
Suſcepta pro Chriſto militia nulla glorioſior.

e Aen. Syl. Europ. c. 8

Incredibili deſiderio propagandæ victoriæ, euertendique Turciæ imperij flagrabat Huniades, vt Dionyſius tit. S. Cyriaci in thermis presbyter Cardinalis Pontifici ſignificauit f; regni tamen Hungariæ nonnulli proceres ad faciendum cum Turca fœdus proni erant, ad quorum improba infringenda conſilia Pontifex legatum incumbere iuſſit g: *Nolit,* inquit, *Deus quod iam nequam animus in Chriſtiano inducatur, vt putet conditiones aliquas cum infidelibus eſſe ineundas: quid enim turpius, quid infamius, quid maioris erga Deum ingratitudinis eſſe poſſet, quam victoriam per ipſum Deum ex ſua erga nos ineffabili miſericordia nobis datam & conceſſam deſerere, & certos de victoria ipſa Altiſſimo id nobis promittente eam non proſequi omni conatu.*

f Lib. breu pag. 22.
Hungari pontifici adeũdus cum Turca ineũdum proni.
g Ibid. pag. 55.
Commonitio ne erga Deum ingrati ſint.

40 Gerebant Ladislaus eiuſque proceres inimicitias cum Friderico Imperatore, in cuius pectore vigebat adhuc dolor, Ladislaum ex ipſius tutela vi & dolo ſubductum fuiſſe: quod cum in

Inter Fridericum & Ladislaum inimicitiæ.

rei

rei Chriſtianæ damnum vergeret, neque Cardinalis legatus illos inter ſeſe conciliare potuiſſet, vt ſociarent arma in Turcas, Pontifex vtrique Regi anathema intentauit a, ni fœdus iungerent. Et ij quidem mox paruiſſe viſi: ſed poſtea breui iterum commotæ ſunt iræ, quibus molliendis proximo anno Calliſtus ſtudium nauauit. Dum vero Imperatorem ſolicitabat, vt excuſſo torpore in nominis Chriſtiani cauſa defendenda munus ſuum obiret, illata eſt iniqua lis ab hominibus improbis, effuſæque plures querelæ in Pontificem, quaſi eccleſiæ Germanicæ iura opprimeret; nec ferre poterat archiepiſcopus Moguntinus ſubſidiarias opes pro bello ſacro ab eo cogi, auſuſque eſt a Calliſto ad concilium prouocare ad nouas turbas moliendas, de quo hæc Pontifex ad Ioannem epiſcopum Papienſem ſuum, vt diximus, in Germania oratorem (quem etiam ſacræ expeditionis cauſam vrgere, Imperatoremque ad pia arma capienda perpellere iuſſit) grauiter ſcripſit b.

Obiectum vtrique à Calliſto anathema ni fœdus iungant. a Lib. breu pag. 43. Germani calumnias in Calliſtū ſtruunt. Indignatio Moguntini archiep. prouocatio ad concilium. b Ibid. pag. 14.

Calliſtus, &c. Quid laudabilius, quam quæ facimus die nocteque? In quo reprehendere poſſunt Apoſtolicam ſedem & nos in ea præſidentem, & ſi immerite, ardentem catholicum in defenſione euangelij contra infideles, hæreticos, & ſchiſmaticos, in diuino cultu, in morum honeſtate non ſimoniace, non corrupte, etiam ſanguinem proprium exponendo ad defenſionem fidei orthodoxæ in mari & in terra. Excita & latra pro Chriſto, vt loquamur cum B. Hieronymo, quoniam canes pro dominis ſuis latrant, [Interiectis nonnullis addit, vt de ijs, quæ gererentur ipſum faceret certiorem,] & quid de illa damnabili nauata appellatione per Maguntinum & ſuos, & quid de pace inter Imperatorem & Regem Hungariæ, & de executione contra perfidos Turchos maxime ſtante tam glorioſa victoria nobis cœlitus data cum popularibus crucesignatis, vno fratre, & vno milite; ſine Rege, ſine duce, ſine Imperatore. O domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum! O corda lapidea, quæ ad hoc non mouentur! eſtque claſſis noſtra maritima cum legato camerario, diu eſt verſus Conſtantinopolim, & Imperator dormitat. Exurge Domine & iuua ſanctum propoſitum noſtrum, prout ex grandi fide noſtra firmiter tenemus, &c. *Dat. die* II. *nouembris* MCCCCLVI. *pontificatus noſtri anno* II.

Mahometes ſine Imperatore, ſine Rege ſine duce victus.

41 Angebatur grauioribus curis Pontifex, cum marcere otio Fridericum videret: nec minus alij torpebant Reges, quos excitare nitebatur, atque in primis Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regem, vt nuncupatum de conficienda ſacra expeditione votum exequeretur, cum quo ſumma ſe manſuetudinis ſignificatione egiſſe ad Solerium oratorem ſuum ſcripſit c: neque enim illi, vt Imperatori, & Hungariæ Regi ad eos in officium redigendos, anathema ſe propoſuiſſe: non pertimeſcendas ab Alfonſo ipſo Turcarum vires, quæ a ruſticanis ſine Rege fractæ eſſent, ac ſi antea Turcæ profligaſſent Græcos, Seruios, alioſque hæreticos & ſchiſmaticos, mirum id non videri, cum diuinum ipſis, vt ab Eccleſia eiectis, præſidium defuiſſet, quod Regi pio diuinam cauſam defendenti affuturum eſſet.

Cæſaris & Regum torpor. c Lib. breu pag. 44.

Dilecto filio Ioanni Solerio oratori noſtro.

Inter alias, [nimirum literas,] mittimus tibi eas, quas nobis miſit, & propria manu ſcripſit dilectus filius frater Ioannes de Capiſtrano (ſi fas eſt dicere) Chriſti martyr in vita, vt tu quem ſingulari charitate complectimur, & de quo plurimum confidimus, eas eidem Regi, [nempe Alfonſo Aragonum & Siciliæ,] oſtendas, vt notum ſit omnibus diuina potentia, non humanis viribus tam memorabilem & glorioſam victoriam populi fidelis eſſe partam. O admirabile myſterium! O miraculum æterno præconio celebrandum! ruſtici homines non armis ſed ſola fide ſuffulti & deuotione, cum vno ſolo Dei athleta inuictiſſimo Ioanne Vaiuoda, & vno religioſo fratre Ioanne e Capiſtrano tantam potentiam perfidi Turchi, tot apparatus, tot miranda inſtrumenta diſſiparunt, & profligatis innumerabilibus copijs audaciſſimum & furioſiſſimum Turcum ſtrage ſuorum perterritum & incertum conſilij in fugam conuerterunt, & pluſquam dimidiam partem tam formidabilis exercitus conciderunt, alia parte hinc inde diſperſa pro maiori parte captis, nam vltra quatuor mille captiuos dati ſunt glebæ per glorioſum capitaneum illum ad reficiendum caſtrum illud de Belogrado alias, vt quod ipſi deſtruxerunt inſtrumentis & machinis, manibus proprijs reficiant & nobilius quam ante. Quis diuinum hoc miraculum pro ſua magnitudine admirari poteſt? Quis dignas illi maieſtati poterit gratias referre? Duri, immanes, deteſtabileſque ſunt, qui hæc quæ Dominus noſter ſua miſericordia populo ſuo fecit, non admirantur, & ſuæ ineffabili clementiæ gratias non referunt: *Et infra.*

Pluſquam dimidia pars Turci ci exercitus conciſa fuit. Capta quatuor millia Turcarum.

Nos quodammodo deferendo ſerenitati regiæ Aragonum ſimilibus literis cum eo non vtimur, quibus cum Imperatore, quem per legatum noſtrum S. Angeli excommunicari mandauimus, & Regem Hungariæ, niſi pacem inirent ad inuicem, & inſiſterent omnibus viribus ſuis contra perfidum Turcum, factoque mandato noſtro ſub excommunicationis ſententia quid ſecutum eſt? pax & omne quod optabamus, vt ex actis nobis tranſmiſſis plenius eſt videre: ipſi Regi Aragonum autem viſi fuimus continue humiliter, dulciter, & beneuole ſcribere & exhortari: & vtinam tu vel ſimiles vti aſſueuiſti, & bene operatus es inter ſerenitatem ſuam & nos in agendis continue interueniens, & non filij huius ſeculi quærentes quæ ſua ſunt, *Et infra.*

42 Vnum eſt, quod peccatum mortale non cōmittemus Chriſto dante, etiam ſi gladij ſuper caput noſtrum ſtarent, & non ſine cauſa dicimus: non poterit tantum dæmon operari in regia celſitudine, quantum cum Deo poterimus; regiæ celſitudini affixi ſimus, ſine tamen Dei offenſa. O ſi audires iſtos, qui interfuerunt in prælio illo grandi contra Turcum venientes ad nos! XVI. tentoria aurea & argentea pro perſona canis illius habita & tot alia, diuites enim remanent omnes ex ſpolijs, vix enim fugere potuerunt, omnibus dimiſſis, & forſan canis ille vulneratus vel mortuus quia neſcitur vbi eſt. Omnia enim conceſſit glorioſus ille comes crucesignatis, ſolum recentis ſibi machinis cum bombardis & alijs inducibilibus inſtrumentis terræ & maris, & proſequi facimus victoriam per mare & terram, mittendo glorioſo comiti ſubſidia opportuna vltra vires noſtras. Voluit enim Deus hanc glorioſam victoriam ſibi ſoli, Papæ, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ cum ſuis crucesignatis popularibus & ferè inermibus, abſque Imperatore, Rege, & quouis alio magno duce concedere. Die enim natiuitatis Virginis glorioſæ, quæ erit die mercurij, erit annus, quo incœpimus crucesignare inter miſſarum ſolennia in ſancto Petro; & vbique ſic fieri ad gloriam ſanctiſ-

Calliſti conſtantia. Perlata ad ipſum Mahometis ſpolia. Die natiuitatis B. Virginis crucis ſymbolum datum.

ſimæ

Digitized by Google

ſimæ Trinitaris, exaltationem ſanctæ crucis mandauimus, quam in deriſum canis ille ad modum ſtolæ de humeris ad pedes deferebat, & deferri faciebat ſuis, blaſphemando quod ſi parua crux Chriſtianis impreſſa iuuabat, fortius ampla & magna eum iuuaret, & in hoc, vt loquamur cum bono Paulo de nomine Ieſu dicente: *A quocumque nominetur, in hoc gaudeo, & gaudebo*; ſed quiſque conſequitur effectum honoris, vel deriſionis, vti accidit iſti cani & ſuis. Fere per menſes non poterunt colligi per Chriſtianos quæ remanſerunt ex ſpolijs Turcarum. Et de his ſatis.

Mahometes crucem in deriſum Chriſtianorum geſtabat.

Si omnia vellemus recitare & ordinare, vt de præſenti facimus, ſcribente ſecretario noſtro, non ſufficeret nox. Et nonne ex firma fide viuaciter dicebamus, canis ille (de cuius potentia etiam potentes Chriſtiani tepidi & frigidi quamplurimum dubitabant aſſumere prælium, niſi fere toto mundo coadunato) quod ideo vincebat, quia nemo catholicus ei reſiſtebat, ſed cum reſiſtentiam catholicorum haberet, perderetur? Hæc non ſolum aiebam in ſecreto, ſed prædicabam ſuper tecta: quod vt tu ita facias, & Deo dante volumus & mandamus. Nam ita ſecutum eſt, vt ſemper diximus & firmiter tenuimus, reſiſtentia Græcorum & de Seruia, & aliorum hæreticorum & ſchiſmaticorum ei nocere non poterat, tanquam extra Eccleſiam exiſtentium; ſed catholicorum, vti factum eſt, potentiam eius exinaniuit, & maiora ijs videbuntur, Chriſto dante, &c. *Dat. &c.*

Dictabat Calliſtus literas ſuas.

Prædictio de victoria Calliſto victoria.

Schiſmatici reſiſtere Turcis non potuere, quia ſunt extra Eccleſiam.

43 Flecti neque tunc potuit Alfonſus, vt votum de inferendo Turcis bello ad exitum duceret; verum a Pontifice defectionem meditatus [a] eſt, cum Beneuenti & Tertacinæ eccleſiaſticarum vrbium præfecturam ac regni Neapolitani ius fiduciarium ſibi, & ſpurio Ferdinando confirmari miſſo oratore popoſciſſet, repulſamque eſſet paſſus.

Alfonſi Regis obſtinatione Chriſtianis nocetur.

a Surit. l. 15 annal. cap. 39.

Soliciratus [b] pariter inter alios Reges Carolus Rex Francorum, vt parta in Pannonia victoria ad Turcas delendos vteretur, ſocciqque facienti monita Calliſtus diuinas iras intentauit.

b Lib. breu pag. 19.

Calliſtus, &c. Quis tam durus, qui nos in tam firmo propoſito & ſecuritate victoriæ noſtro tempore cœlitus conceſſæ non ſequatur? Væ, væ aliter ſentientibus, & caueant ab ira Dei; nam qui in hoc turbabit nos, portabit iudicium, quicumque ſit ille. Tuam igitur ſerenitatem iterum hortamur, & intimo cordis affectu requirimus, vt tempus hoc, quo Deus ſummus ſerenitati tuæ opportunitatem offert, vt nomen tuum immortalitati conſecrare poſſis, non differas: & dum perfidus Turcus incertus quid agat, fugatus & profligatus eſt, eum aggrediamur & ſequamur Chriſtum ducem, qui (vt idem ſæpius dicamus) præclariſſimam victoriam & triumphum tempori noſtro diuinitus reſeruauit. Non deſunt modo Chriſtiani potentatus & nobiſcum (qui ſanguinem & vitam noſtram in hac diuina cauſa deuouimus) vires eorum adiungant, & crucis viuificæ vexillum non deſerant, quouſque victoriam, quæ quidem in manibus eſt, fœliciter & cum exaltatione orthodoxæ ſacroſanctæ fidei conſummemus.] Vrſit alijs literis [c] eundem Regem, vt in Mahometem ſigna attolleret, cum ad id præ cæteris Regibus obſtrictus eſſet, vt qui Chriſtianiſſimi nomen gereret, & S. Ludouici exempla domi propoſita haberet, de quo in literis ad Alanum tit. S. Praxedis presbyterum Cardinalem legatum hoc anno octaua octobis die datis [d], ita queritur Pontifex: *Ex ipſo regno Franciæ, quod præcipuum eſt inter Chriſtia-*

Intentata Gallo Regi diuina ira niſi arma vertat in Turcos.

Præmonitus vt Chriſtum ducem ſequatur.

c Ibid. pag 47.

d Ibid. pag 49.

nos parum vel nihil fructus ſentitur, neque cruceſignari aliquem, immo nec prædicatam cruciatam ſed ſolum, vt aiunt, de decima colligenda dolemus & vehementer dolemus.

Galliis vetat ne ſacram militiam profiteantur.

44 In Luſitania pium præferebat ardorem Alfonſus Rex, bellumque ſacrum adminiſtrare in Turcas optabat: cui ideo decumanum aurum hoc anno collectum colligendumque proximo in Luſitania in ſumptus bellicos conferri impendique iuſſit [a], tum addidit: *Confirmabis*, Siluenſem epiſcopum alloquitur, *in ſancto propoſito*, nempe Regem ipſum, *quod ſi, vt ſperamus, magno & ardenti animo proſequitur, Deum habebit directorem, & immortalem gloriam & triumphum apud Deum & homines de hoſtibus certiſſime reportabit.* Rogati etiam Florentini [b], Genuenſes [c], & Veneti [e] ne Chriſtiano nomini deeſſent, extantque eo argumento ad Franciſcum Foſcarum Venetiarum ducem literæ [e], vt legato Cardinali pro ſuſtentando milite ſubſidiariam pecuniam mitteret, necnon ad aliquos Macedoniæ principes [f], quos ad conſtantiam hortatur, vt Turcarum impetus fortiter exciperent, propulſarentque.

Luſitanus ad bellum ſacrum ardorem exhibet.

a Ibid. pag. 46.

b Ibid. pag. 20.

c Ibid. pag. 51.

d Ibid. pag. 19.

e Ibid. pag. 50.

f Ibid. pag. 53.

Dilectis filijs nobilibus viris Simoni & Alfonſo dominis de Aſtrouileri.

Intellexumus per literas dilecti filij fratris Ludouici Conſtan ordinis S. Ioannis Ieroſolymitani ea, quæ in partibus illis Albaniæ per nobilitates veſtras geſta fuerunt contra Turcos, & quæ in futurum de facili fieri poſſint, ſi vobis præſidium aliquod gentium per nos tranſmittatur. Quæ omnia quanto gaudio & lætitia nos affecerint, quantumque ex eis noſter geſtiat animus longum eſſet perſcribere: deuotionem autem veſtram, diligentiam, & magnanima ac laudabilia opera veſtra pro fide Chriſtiana plurimum in Domino commendamus, exhortamurque quantis poſſumus precibus & adhortationibus, vt ad proſecutionem & perſeuerantiam bonorum operum veſtrorum quæ, Deo inſpirante & fauente, incæpiſtis, pergere non deſinatis, quoniam non qui incæperit, ſed qui perſeuerauerit coronabitur: & quandocumque laboribus veſtris ex facultatibus noſtris ſatisfacere non valebimus, paratus eſt ille immortalis & omnipotens Deus, qui cuncta pugillo ſuo claudens, nullum bonum irremuneratum abire ſinit, & mortalia iuſtis oculis aſpicit; omnia quæ nos ſupplere nequiuerimus, ad defenſionem, augmentum, & exaltationem religionis ſuæ pro ſua erga Chriſti fidelium genus clementia, ſuppleturus & adminiſtraturus eſt. Et vtinam ita nobis ſuppeterent facultates, quemadmodum paratum habemus animum & voluntatem & defenſionem & propagationem fidei orthodoxæ: ſed cum iamdudum innumerabiles ſubierimus impenſas in emittenda & manutenenda claſſe iamdudum per nos ad fronterias Turcorum emiſſa; & maiores etiam nunc incumbant in perfectione, præparatione, ac munitione alterius claſſis, quam magna cum feſtinatione conſtitui facimus, vt eam ad defenſionem Chriſti fidelium & exterminium infidelium vere proximo tranſmittamus, & per terram ad partes Hungariæ non parua tranſmiſerimus pecuniarum præſidia, & maiora etiam polliciti ſimus tranſmittere, neſcimus quo recurrere, ad quem preces noſtras porrigere, vnde auxilia petere, a quibus ſubſidium habere, quod vobis in præſentiarum tranſmittere poſſimus, niſi vehementiſſime nobilitates veſtras exhortemur, vt hoc paruo tempore conſtanter & animoſe in tam ſancto opere perſeueretis, procedatis, & continuetis in victoria, quam cum auxi-

Macedones ad ſumenda pro Chriſti fide arma monet.

Promiſſis auxilia.

lio

lio Domini conſequi cœpiſtis. Facultates noſtræ & eccleſiæ per ſe tenues & paruæ ſunt. Res hæc opulentas opes expoſcit, & cum ſufficere non poſſemus, ſcripſimus ad omnes principes Chriſtianorum, vt ſeſe exſuſcitent, ſe ſe parent & offerant ad ſuccurrendum tanto oneri, & tam amplæ neceſſitati fidei Chriſtianæ: omnem autem opem, auxilium, fauorem, & ſubſidium polliciti ſunt; ita quod vere futuro confidimus tantum congregaſſe ſubſidium tum gentibus, tum claſſibus, tum pecunia, tum alijs neceſſarijs rebus, vt facile non tantum Albania, ſed & Græcia, & Turchia, & ſancta Ieruſalem a Chriſtianis recuperari poſſit, voſque, nobis data pinguiori facultate recommiſſos viſceraliter habebimus.

Exhortamur igitur vos, dilectiſſimi filij, vt hoc paruum tempus patienter & fortiter peragatis, hoſtibus animoſe obſiſtatis, conatus illorum retardetis, donec ſubſidium noſtrum, & quidem robuſtiſſimum, vere proximo vobis tranſmittetur; aut ſaltem a tanto hoſtium onere alleuiabimini. Nos vero interea dabimus operam, vt claſſis noſtra perficiatur, & ab alijs principibus præſidium & nobis tranſmittatur, vt in partibus illis, & omnibus alijs Chriſtianis pro exaltatione religionis noſtræ ſuccurrere poſſimus prout vehementer optamus & deſideramus. *Dat. &c. die* XV. *decembris* MCCCCLVI. *pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Æthiopas ad ſactum militiam hortatus Calliſtus. a Lib. 10. pag. 272.

45 Eodem pio ſtudio permotus Pontifex concitare Æthiopas in Mahometanos conatus eſt, deque parta in Hungaria victoria Zaraiacob eorum Regem certiorem fecit a, & quaſdam ſanctorum reliquias pro ſacro munere ei miſit.

Chariſſimo in Chriſto filio Zaraiacob Regni Æthiopiæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

Pontificia ad Abyſſinos litt.

Qui cœlorum continet thronum Deus Rex dominator omnipotens ſit tecum in omnibus operibus tuis; tibique, tuæque vxori illuſtri ac familiæ, populiſque tuis in ea virtute benedicat, qua prophetis, qua ſanctis & electis ſuis benedixit; pluatque ſuper vos & filios veſtros gratiam & omne bonum, qui domum Iſrael auxit, & exaltauit in gloria; ſuſciteſque ex renibus tuis ſemen Iacob in perpetuam æternitatem, quaſi ſtellas, & ſitis filij dilectionis ſuæ; tibi pacem qualem Apoſtolis, tibi victoriam qualem Ioſue præſtitit in campo Libani trans Iordanem, & duci Machabæo, contra Nicanorem pugnanti, cui viri illi apparuerunt, manifeſtum de cœlo præſidium afferentes. Is, poſtquam nobis, licet immeritis, pontificatus onus iniunxit, & affecti memoria calamitatis vrbis Conſtantinopolitanæ, antequam de conclaui recederemus, votum emiſimus belli ſuſcipiendi contra Turcum, & omnes terrarum fidelium occupatores. Cumque ad id facultates eccleſiæ non ſuppeterent, vires principum orbis terrarum, qui Ieſum crucifixum profitentur, conuocare decreuimus. Ex tunc etiam tuæ ſerenitati ſignificamus & amicitiam cum felicis recordationis

Redintegratum fœdus in concilio Florentino initum.

Eugenio Papa IV. prædeceſſore noſtro initam, nedum continuare, ſed in vnitate ſanctæ fidei augere velle polliciti ſumus, exiſtimantes illam eſſe veram amicitiam, non quæ præſentia, ſed Chriſti charitate coniungitur: nam qui vnum corpus & vnus ſpiritus in Deo ſumus, vnius etiam voluntatis in Deo eſſe debemus. Verum quia in hoc ſanctiſſimo opere noſtra ſatis voluntas expleri non poteſt, legationes ad diuerſos mondi principes non ſine magnis ſumptibus miſimus; quemque pro viribus hortantes ad expeditionem tam ſan-

ctæ rei auxilia conferant, pro meritis æterna præmia expectaturi: qui omnes pro religione Ieſu Chriſti redemptoris noſtri quantum habent virium obtulerunt contra huius rabiem multa præſidia nobis oblata ſunt, adhærent enim ex orientalibus, tum etiam ex occidentalibus partibus terra marique duces, etiam exercitus non contemnendæ virtutis; quos ille reformidans, tanquam canis rabioſior factus, vires ſoldani, Scytarumque inimicorum Chriſtianæ religionis ſibi adiungere nititur, quod facile conſequi poterit, ob communem perfidiam, & voluntatem in nos hoſtilem, vnde tantis viribus cumulatis, victoria nobis difficilior videri poteſt.

46 Nos tamen in Domino confidentes, cuius nutu Tartara contremiſcunt, & omnis fortitudo gentium diſſipatur, ſerenitatem tuam huic ſancto operi conuocare curauimus, quæ ſi cum ſua ſublimi potentia noſtris exercitibus acceſſerit, vel ſuis operibus Eccleſiam Dei iuuerit, ſatis virium habituri videmur ad profligandum impium Turcum & non minus ſpei, terram Ieruſalem, aſperſione ſanguinis Ieſu Chriſti redemptoris noſtri conſecratam ab impietate infidelium vendicari poſſe; ſub tuo etenim ſublimi imperio, non ſolum Deus magnos exercitus, ſed flumen Nili eſſe voluit, cuius inundatione tellus hoſtibus alimenta miniſtrat, quibus pro tuo arbitrio denegare potes. Sperantes igitur in eo, quem erga crucem geris affectum, per viſcera Ieſu Chriſti, cuius vexillum in ſacro baptiſmate recepiſti, per hoc regium decus capitis tui, per omnia quæ tu ſancta putas, ſi Chriſti fidem cui ſuſceptus es, reſpicere dignaris aduerſus perſecutores illius, qui te in ſanguine redimere non dubitauit, iuſta & pia bella ſuſcipere non moreris. Præſta te nobis feruentiſſimum in eo opere, cuius merito laus omnis inferior eſt.

De Ieroſolyma recuperanda agitatum.

Et alio ab Ægypto in rubrum mare deriuando.

Audiuimus ſæpe a tuis, qui ad Romanam curiam proficiſcuntur, Hebræum quendam regnaſſe olim in inſula quadam Æthiopiæ vicina, qui omnes Chriſtianos in ea inſula commorantes trucidari iuſſit, id cum ad aures Imperatoris Conſtantinopolitani perueniſſet, Regi tunc Æthiopiæ ſcripſit, ſe mirari, quod Rex potentiſſimus, Chriſti fidem profeſſus, non ſine ſuæ famæ iactura, tam atroces iniurias Chriſtianis fieri pateretur, cum illos facile tueri poſſet; qui Rex ille prædeceſſor tuus claſſem parauit in perniciem tyranni illius, & quas

Iudæus Chriſtianos inſulæ Æthiopiæ vicinæ contrucidatque

Argumentum a minori ad maius.

meruit pœnas exegit. Quod ſi literis Imperatoris prædicti, Rex ille vehementer commotus extitit, ſi pro inſula propulſanda, ſi pro vicinis tuendis arma ſuſcepit, quanto magis ſerenitas tua, ad interceſſionem vicarij domini noſtri Ieſu Chriſti, Petri ſucceſſoris, pro illius religione obſecrantis, iuſta & pia bella ſuſcipere debet. Quod cum facere decreuerit, vt ſperamus, per nuntios, quos a circumuicinis partibus ad Italiam profecturos eſſe credit, celerius, ac tutius nos certiores reddere non grauetur, vel ſi melius expedire putauerit, eos ipſos nuncios dirigere poterit ad dilectum filium noſtrum Ludouicum tituli S. Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem, nunc claſſis maritimæ legatum in partibus orientalibus iam commorantem. Nam cum fama detulerit, noſtris Chriſtianis in Europa bellum gerentibus, aduerſus Turcos tuam ſerenitatem cum ſuis viribus acceſſuram, ſpes erit non mediocris victoriæ obtinendæ in Turchos, ſicutque noſtri exercitus ardentiores ad recuperationem Terræ ſanctæ.

47 Verum quia non dubitamus ſerenitati tuæ gratum fore, ea quæ in Europa geſta ſunt cogno-

Victoria ad Belgradum relata Aethiopibus ſignificata.

ſcere, ad tuam conſolationem, nonnulla præſentibus duximus inſerenda. Turcorum Imperator, cultor execrabilis Mahometi, iam proxima æſtate, cum ſuo valido, & innumerabili exercitu, cum hoſtiliter in Hungariam penetraſſet, & in obſidione caſtri, cui nomen eſt Belgrado, ad ripam fluminis, Danubij ſiti moraretur, idque machinis, tormentiſque ad ſolum diruerat, gentes Hungariæ, quæ pro defenſione aderant, adiunctis cruceſignatis, quorum illuc ingens confluxerat numerus, duce Ioanne vayuoda inclyto milite & acerrimo propugnatore noſtræ religionis, cui noſter animus, nec fides, in Domino defuit victoriæ obtinendæ, ſacratiſſimo die beatæ Mariæ Magdalenæ, diuino quodam inſtinctu excitati, facto impetu contra hoſtes, eos in fugam turpiter compulerunt.

Adfuit noſtris de cœlo manifeſtum auxilium Dei, qui voluit tantos exercitus concludi in manus paucorum; nam ingenti ſtrage peracta, victoria potiti ſunt. Quid miramur ſub vno milite cum parua manu, tot millia fuiſſe confuſa? potens enim Deus eſt ſuper omnes exercitus, qui Madianitas & orientales populos, quorum numerus vt locuſtarum multitudo erat, tradidit in manu Gedeonis, qui de cœlo præſidium dedit Oniæ ſacerdoti contra Eliodorum ſanctam Ieruſalem profanare volentem. O bone Ieſu, quanta tua eſt fortitudo, qui miſiſti gladium tuum ſuper caput illorum, qui fugiendo non pauciores ſeſe mutua cæde necarunt, quam a noſtris interfecti fuerunt, quibus victoriam dediſti! In ea pugna Turcorum circiter viginti quatuor millia cæſa, totidem in fuga defecerunt ſeſe mutuo concidentes; caſtra incenſa, bombardæ captæ circiter trecentæ, baliſtarum innumerabilis copia, machinæ ad nauigia per montes traducenda, inſtrumenta fabricata ad populos tranſuadandum, ſigna militaria, & ex ſexaginta quatuor nauigijs, quæ ſuper Danubio retinebat, viginti capta penes noſtros ſunt. Ipſe vero Turcus modo dux tanti exercitus re male geſta nec dum ſuperbit, modum ſtatuens, cum ad Sophiam vrbem perueniſſet, in rabiem verſus, quamplures ex propinquis ſuis ſine cauſa ſua manu peremit. Quidam vero deſpotus in prouincia Seruiæ, noſtris gentibus adhærens multos exploratores miſit, qui diligenter perquirerent vbi Turchus ipſe ſeſe recepiſſet, multiſque ex illis redeuntibus idemque referentibus, nihil certi de illius vita compertum eſſe potuit. Opinamur vel ipſum cæſum, vel forte perterritum, in aliquas latebras ſe recepiſſe; id tametſi multi referant, nos tamen literis dilecti filij noſtri Ioannis de Capiſtrano ordinis Minorum profeſſoris, qui omnibus rebus interfuit, facti ſumus certiores.

Quadraginta octo millia Turcarum occiſa.

Vt Mahometes ſuos nobis propinquos ſua manu peremerit.

48 Cum igitur chariſſime fili, miles comes, præſentis belli euentum expertus, ingentem ſtragem hoſtibus intuleris, ſi tua ſublimitas cum ſuis operibus nobis acceſſerit, ſperamus victorioſiſſimum finem contra perfidos hoſtes Chriſti, perterritos iam, ac tanto diſpendio laborantes. Vnde per aſperſionem ſanguinis Redemptoris noſtri ſerenitatem tuam requirimus, & in Domino obſecramus, ad opus tam neceſſarium, pro ſancta religione ſe accingere maturet, & auxilium nobis a Deo non defuturum ſperantes, magnanimitati tuæ damus contra hoſtes aureum illum gladium quem Ieremias dare viſus eſt duci Machabeorum dicens: *Accipe ſanctum gladium munus a Deo, quo deijcies aduerſarios populi ſui.* Is enim Deus eſt omnium fortiſſimus, qui ſub Ezechia Rege per angelum ſuum de caſtris Senacherib centum & octuaginta quinque millia interfecit; is non ſecundum humanam potentiam, ſed vt ſuæ maieſtati placet, dat dignis victoriam. Nos autem, vt inquit Apoſtolus, flectamus genua ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, non ceſſantes ab orationibus, vt implere dignetur, quod maxime deſideramus; confidentes pro ſua ineffabili clementia nobis victoriam, perfidis hoſtibus confuſionem concedet, vt ſancta ciuitate de manibus impiorum liberata, dicere poſſimus: *Surge, illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.* Cæterum, quoniam deuotioni tuæ duximus conuenire, per dilectos in Chriſto filios noſtros, fratrem Paulum ſacerdotem, & Theodorum diaconum ordinis S. Antonij Æthiopes mittimus venerandas reliquias, videlicet de reliquijs SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, de reliquijs S. Ioannis Baptiſtæ, de brachio S. Andreæ Apoſtoli, de reliquijs S. Iacobi Zebedei Apoſtoli, de ligno crucis, in qua ſuſpenſus fuit beatus Petrus Apoſtolus; quas quidem reliquias, quoniam venerari ſunt digniſſimæ, ſerenitati tuæ, pro tua deuotione deſtinamus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLVI. kal. decembris pontificatus noſtri anno II.*

Admonitus Aethiops tempus recuperandæ Ieroſolymæ appetiiſſe.

49 Non voce tantum ſed exemplo totius orbis Chriſtianos principes in arma pro fide augenda, delendaque ſuperſtitione Mahumetica concitauit Calliſtus, quippe qui vires omnes ſuas in Turcas effudit, pontificiaque ornamenta, vt inſtrueret maritimos terreſtreſque exercitus, diſtraxit, quod ſæpius ipſe profeſſus eſt [a]: *Scit Deus*, inquit, *quam in emiſſione claſſis noſtræ contra peſſimum Turcum, quam iam diu fecimus, non modo facultatibus ſumus exhauſti, ſed poſt iocalia & aliam ſupellectilem pretioſam nonnullas terras eccleſiæ fuimus coacti alienare vt dicta claſſi & alijs ſubuentionibus, quas per terram contra præfatum Turcum ſimiliter facimus, non deeſſemus, &c.*

a Lib. breu pag. 12. Pontificia opes e Calliſto contra Turcas exhauſta.

Et in literis ad Tudertinos datis [b]: *Neceſſe eſſet, vt omnes Chriſti fideles nos in tam ſancto opere omnibus ſuis facultatibus adiuuarent, pro quo nos aurum, argentum, & iocalia noſtra etiam vſque ad mithras & expoſuimus hactenus & exponere decreuimus.* De eadem pontificia ſupellectili aurea & argentea conflata percuſſaque in nummos pro claſſe ſuſtentanda, quæ Turciæ littora vexabat, plura alia ſunt eiuſdem Calliſti teſtimonia; in literis [c] enim ad epiſcopum Atrebatenſem datis: *Interim*, inquit, *ad fortificandam augendamque claſſem noſtram, quæ iam diu in orientem nauigauit, & pro alijs opportunis rebus ad tantum opus aggrediendum inſupportabilibus grauamur expenſis, vt iam nihil nobis reliquum ſit etiam auri, argenti, iocalium, & domeſticarum ſupellectilium, quæ omnia in monetas excudi & fabricari iuſſimus, eaſque iam omnes conſumpſimus.* Eadem repetit ad Carolum Francorum Regem [d] ſcribens, ad Philippum Burgundiæ ducem [e] (quem ex auro ſacro in eius principatu coacto claſſi ſuppeditare ſubſidia iuſſit) ad Ludouicum Leſcaſes [f] in Gallijs oratorem ſuũ, ad ditionis eccleſiaſticæ clientes, quos propter ærarium in cauſa nominis Chriſtiani exhauſtũ monuit [g] vt abalienata eccleſiaſtica vectigalia & caſtra ad eccleſiam reuocarent; denique ad legatum Auenionenſem [h]: *Gemmas*, inquit, *iocalia, & argentum noſtrum ad hoc opus tam conſumpſimus vſque ad mithra noſtra pignerationem, & nonnullas ex terris noſtris alienauimus, ita omnia tamen parum exiſtimantes, quoniam nobis eſt animus vſque ad ſangui-*

b Ibid. pag. 23. Monet fideles vt ipſius mithras diſtractas exemplo ſuo conſulant.

c Ibid. pag. 29. Supellectilem argenteam pro bellicum diſpendio conflauit.

d Ibid. pag. 52.
e Ibid pag. 43.
f Ibid. pag. 43.
g Lib. 9. pag. 165.
h Lib. breu pag. 51. Oppignorata ſupellectili terras abalienauit.

gui-

guinis effuſionem hanc rem proſequi confitentes victoriam de infidelibus crucis Chriſti nobis iam incæptam reſeruatam eſſe.

50 Neque ad irritum cecidere pontificij conatus, diſtractæque opes plures animas Chriſto comparauere; inſtructa enim illa magnis ſumptibus claſſis, quæ duce Ludouico Cardinale legato orientem petierat, Turcici imperij oras maritimas euaſtauit [a], ac tres inſulas inſignes in Ægeo mari barbaris eripuit. Ex quo felici nuntio ingenti lætitia affectus Calliſtus, Ioannem Caruial Cardinalem legatum in Hungaria de re bene geſta factum certiorem Germanos Hungaroſque in Turcos concitare iuſſit [b].

In Aegeo mari geſta feliciter res a legato Cardinale.

a Ibid. pag. 42. b Ibid. pag. 55.

Cardinali S. Angeli.

Vt intelligas, quæ acta ſunt nouiter in mari per claſſem noſtram, mittimus tibi copiam literarum quas XXIX. menſis decembris MCCCCLVI. accepimus. Videbis tres inſulas Mitilenum, Staliminum, & Taxo * Turcis munitiſſimas & copioſiſſimas ſine diſcrimine noſtrorum ſubactas; & ad obedientiam noſtram & ſedis Apoſtolicæ redactas, abſq; ſolius vnius militis morte vltra, centum millia animarum nacti ſumus. In hac igitur tanta victoria Chriſtianorum, in hoc tam expreſſo diuini auxilij præſidio, in hac tanta infidelium trepidatione, in hac tanta Turcorum exterminatione quis erit ita puſillanimis, vt cum Turchis treugam facere intentet, aut ſuperſedimentum, etiam ſufferentias, aut inducias modicum? quod ne fiat, grauiſſimis cenſuris, & alijs pœnis prohibeas. Quis erit tam trepidus, tam ignauus, tam timidus, qui fugientes hoſtes perſequi non feſtinet? qui ad victoriam nobis vndique terra marique pollicitam, dextera Omnipotentis præcedente vel inermis etiam non concurrat? Quam gloriam expectamus, & hoſtes crucis diſſipare, exterminare, & funditus delere. Eia igitur, fili dilecte, robuſtiſſimos iſtos populos excita, principes illos magnanimos hortare, Regibus perſuade, Hungaros robuſtiſſimum & conſtantiſſimum genus hominum conuoca, Germanos potentiſſimos & animoſos compelle tuis adhortationibus ad hanc tam promptam victoriam proſequendam, ad tantam gloriam conſequendam, ad tantam laudem reportandam trahe, conducas, & vt vna tecum crucem ſuſcipientes Chriſtum ſequantur, in reliquias hoſtium proruant: ſolus terror hoſtibus incuſſus nos victores efficiet.

* Naxo

Tres inſulæ Turcis ereptæ.

Germani ad crucem induendam in Turcas ſolicitati.

O Hungarorum potentia, quid expectas? habes enim claſſem noſtram cum legato noſtro in mari potentem, quæ in dies fortificatur, Rexque Portugaliæ quotidie cum exercitu magno expectatur, noſque omnia oblata terra marique adimpleuimus & vltra, & augmentare non ceſſamus; & qui nobiſcum non eſt, alienus eſt, profanus eſt. O Germanorum magnanimitas, quid dormitas? O Chriſtianorum firmiſſimum præſidium, quouſque triumphum & immortalem gloriam, ac paratam tibi laudem differes? Nos omnia exponimus, vitam affligimus, vt victoriam a Deo datam proſequamur. Si ſequelam habuerimus, excidium tam nefandæ gentis propediem videbimus, prout firmiſſime credimus & tenemus. *Dat. &c. die* XXXI. *decembris* MCCCCLVI. *pontificatus noſtri anno* II.

Calliſti ad Germanos & Hungaros exclamatio.

Præter eam claſſem, quæ in oriente verſabatur, Pontifex aliam ab Alano Cardinale Aueniononenſi conflari iuſſit [c], ac Renatum Regem Siciliæ & Prouinciæ comitem rogauit [d], vt legato adeſſet. Ingentis prætérea aluei triremem fabricatam armamentis omnibus & neceſſario commeatu munitam Rhodum ſubmiſit [a], ad eam inſulam contra barbaros tutandam; qua de re ad Regem Francorum, qui Rhodios ipſi commendarat, ſcripſit.

c Ibid. pag. 13. d Ibid. pag. 41.

Submiſſa Rhodijs ad uerſus Mahometanos auxilia.

a Ibid. pag. 52.

Calliſtus, &c. Continue eidem magiſtro & conuentui Rhodi de neceſſarijs ſubuenimus in gentibus & victualibus & alijs opportunis, & in præſentiarum ſolemnem galeatiam hic per nos factam, cui forſam ſimilis in mari non reperitur, cum pecunijs, armis, grano, & alijs munitionibus emiſſam, ad partes illas mittendo. Vtinam ſic arderent alij principes catholici, quibus commiſſum eſt regimen populi Chriſtiani, vt nos ardemus ad perdendos infideles & exterminandum damnatam Machometi ſectam. *Dat. VI. nouembris* MCCCCLVI. *anno* II.

Calliſti ſacer ardor pro euelienda ſecta Mahometica.

51 Inter hæc [b] e vita deceſſit maximo rei Chriſtianæ damno Ioannes Huniades, qui partam victoriam perſequi & cruceſignatas acies educere in Turciam decreuerat [c]; corrupto [d] enim cœli tractu ex barbarorum cadaueribus, quæ intolerabilem fœtorem halabant, lethalem contraxit morbum, ex quo paulo poſt obijt, adſtante illi beato Ioanne e Capiſtrano, & ſacramentis omnibus vitæ ipſum muniente. Dedit is moriens multa pietatis ſigna, & adipiſcendæ felicis æternitatis argumenta, quæ his verbis Æneas Syluius deſcribit [d]: *Vbi adeſſe extremum vitæ tempus agnouit & vrgere vim morbi, non eſt paſſus dominicum corpus ad ſe deferri, neque enim dignum exiſtimauit ſeruum a Domino viſitari. Surrexit e lectulo quamuis labentibus membris, & cum deficiente virtute ſuis pedibus ire non poſſet, in ædem ſe vehi ſacram iuſſit, ibique de more Chriſtiano ſi qua extabant rerum humanarum veſtigia ſordium confeſſione deterſit, & ſacroſanctam accipiens Euchariſtiam inter ſacerdotum manus terrena faſtidientem animam exhalauit.* Acerbiſſimum ex egregij principis obitu ſenſit dolorem Pontifex, qui regijs ipſum apicibus inſignire decreuerat, vt maiori apud cruceſignatos auctoritate ſacrum in Turcas bellum conficeret; in literis [e] enim ad Alanum Cardinalem Aueniononenſem datis, in quibus de parta ſuperiori victoria loquitur, hæc habet: *Cum paruo numero plebeiorum cruceſignatorum inermium ſine Rege, ſine principe illo ſeruo Dei fratre Ioanne de Capiſtrano ductore & glorioſo milite Dei athleta comite Ioanne vaiuoda, quem congruis titulis ac diademate inſignire decreueramus, dominus tamen exercituum in cæleſtibus immortali diademate decorauit, qui vt felix inter martyres computari poteſt, eiuſdemque hoſtem debellauit.*

h Turcarū cadauerib. exorta peſtis.

b apud Vvadding ho: an n. c Calliſt. breu. pag. 22. d Io. Tagl. in lit. apud Vvadding. hoc an. d Aen. Syl hiſt. Bohē. cap 67.

Huniadis pius obitus

e Lib. 5. breu. pag. 49.

Illum regia corona ornaturus Calliſtus decreuerat.

52 Suffectus eſt a cruceſignatis Huniadi, qui in cœlo triumphaturus abierat, Nicolaus e Vvylak, de cuius ſtrenuis virtutibus B. Ioannes e Capiſtrano ſcripſit ad Calliſtum ſic inquiens: *Et ſi vero ita placuerit Altiſſimo, quod de medio ſuſtulerit a nobis illū illuſtriſſimæ memoriæ pugilem inuictum, ſanctæ fidei catholicæ hoſtibus formidabilem defenſorem dominum Ioannem de Huniad ex hac tam vita delapſum* XI. *menſis huius ex peſte, ſubſtituit tamen nobis non imparem ſibi virum Nicolaum de Huylac, ſub cuius dominatu valido & potenti ipſe idem Ioannes cum quinque, vel ſex equis ſuam militiam inchoauit. Eſt namque idem ipſe Nicolaus princeps illuſtris in magnificentia excellens, in conſilio prouidus, in gerendis cautus, virilis animi, in fide feruens, in veſtræ ſanctitatis obedientia humilis, ſui honoris æmulator, & magni zeli, potens in opere & ſermone, qui inter alios principes, prælatos, & barones huius regni de principalioribus reputatur, & de eo gerunt magnam expectationem & famam lau-*

Ioannis Vvilaci commendatio

De Regibus Chriſtianis excitandis. *laudabilem ſibi attribuunt vniuerſi, ſecundum quod officium in hoc regno hereditarie poſſideo in banatu. Nunc ergo, pater beatiſſime, ſolicitandi ſunt de nouo Reges & principes Chriſtiani, dum fornax ebullit, coagulandum eſt aurum; dum debilis eſt hoſtis, & feruor viget in populo Chriſtiano, excitanda ſunt arma bellica contra perfidos infideles. Veſtra igitur ſanctitas iam ad beneplacitum imperet quid agendum: quam dignetur Altiſſimus conſeruare Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora longiora. Ex Salankemen MCCCCLVI. XVII. auguſti.* De his a beato viro & alijs certior factus Calliſtus in prædictis literis ad Alanum Cardinalē

Nicolaus e Voylak ſuffectus Huniadi, datis addidit: *Nec ex obitu militis diminutus eſt exercitus, illico namque deputatus extitit magnæ auctoritatis ac potentiæ comes magnificus Nicolaus.* Non deficit etiam animo Pontifex, & vrgere in infideles bellum non deſtitit: quod Ludouico Leſcaſes in Gallijs oratori hiſce literis ſignificauit [a].

a Ibid. pag. 43. *Calliſtus, &c.* Nos per mare & terram proſequi ſanctam empriſiam contra Turcum, etiam ſi mortuus ſit glorioſus ille miles comes Ioannes vayuoda, in continenti prouiſum eſt opportune de capitaneis indefeſſe inſequendo perfidos Turcos, videbunt (Chriſto dante) magnalia, & in

Reges & principes torpēt inertia demulcente Calliſto. breui; & Reges & principes dormiunt: caueant. Ideo & iſte ſenex Papa fere ſolus portat pondus diei & æſtus, & quis catholicus eſt, qui non clamet ad cœlum excitando, operando, iuuando.] Eiuſdem fiduciæ plenę ſunt & firmiſſimi conſilij indices

b Ibid. pag. 47. hæ literæ [b] ad Petrum epiſcopum Albanenſem Cardinalem Fuxenſem A. S. L. datæ. *Dat. &c.*

Cœptum illo victoriā promouere ſtudet. *Calliſtus, &c.* Sperandum eſt quod victoriam inceptam omnipotens Deus feliciter conſummabit ad exaltationem gloriæ ſuæ, & nominis Chriſtiani propagationem, quam fortiter & viriliter per mare & per terram proſequimur vſque ad totalem exterminationem damnatæ ſectæ Mahumeticæ non ſolum in Europa, ſed in Aſia, & recuperatione Terræ ſanctæ. *Die XIII. octobris* MCCCCLVI. Hæc Calliſtus pio incenſus ſtudio; quod etiam B. Ioanni Capiſtranenſi ſignificauit [c],

c Ibid. pag. 16. B. Ioanni e Capiſtrano ſacultates addit. nec non ſingularem amorem, quo illum complectebatur: *Mentem*, inquit, *& charitatem noſtram erga te, deuotionemque, & incredibilem ardorem quem ad deſtructionem totalem perfidi Turchi & omnium infidelium habemus, eidem*, ſcilicet nuntio, *diximus*. Et infra: *Certa pro Chriſti fide vt cœpiſti, dilecte fili, vt coronam debitam valeas reportare.*

53 Auxit quoque illum pluribus ſacris bene-

d Ead. pag. ficijs Pontifex ipſe [d], & iura atque alias prærogatiuas, quibus ab ſede Apoſtolica donatus fuerat, confirmauit: quo argumento hæ exaratæ lite-

e Lib. 23. pag. 87. ræ [e].

Dilecto filio Ioanni de Capiſtrano, ordinis Minorum de obſeruantia nuncupatorum profeſſori, ſalutem, &c.

Vt vberius conſolari valeas populos iſtos fideles, in quibus gratia verbi tibi cœlitus data mirifice ad ſalutem Chriſtianorum quotidie proficis, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, deuotioni tuæ omnes & ſingulas ſpirituales gratias, ſeu ſuper ijs facultates, quas a ſede Apoſtolica vſque in præſentem diem habuiſti & habes, quotcumque & qualeſcumque exiſtant, quas hic haberi volumus pro expreſſis; præſentium ſerie confirmamus & de

Ampliſſima inſtruitur poteſtate. nouo concedimus. Inſuper vt in omnibus caſibus etiam ſedi prædictæ reſeruatis quo ad forum conſcientiæ tantum abſoluere quoſcumque tibi videbitur, iniuncta prius pro modo culpæ pœnitentia ſalutari poſſis & valeas, eidem tuæ deuotioni plenam & liberam auctoritate noſtra facultatem concedimus & poteſtatem, te in Domino exhortantes, vt eo arctius in ſanctis pro fide operibus tuis perſeueres, quo vides ea tibi concedi quibus dono ſpiritualis gratiæ paſcere animas fidelium poſſis. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem anno, &c. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, ſextodecimo kal. octobris pontificatus noſtri anno ſecundo.*

54 Non diu poſt hæc vitæ ſuperſtes fuit B. Ioannes, decreuerat enim illi coronam immortalitatis Pie emoritur. Deus pro ſuſceptis impenſiſque pro Chriſtiana re tot tantiſque laboribus, cuius eximia geſta, ac virtutum exempla ab ipſo morti proximo prębita Ioannes Talicorianus in literis [a] ad B. Iacobum Picenum datis ſubiectis verbis deſcribit.

a Extant apud Vvading. hoc an. n. 85. *Reuerendo in Chriſto patri & optimo ſeniori fratri Iacobo de Marchia ordinis Minorum probatiſſimo, ac diuini verbi prædicatori præclariſſimo, &c.*

Beatus iſte ſanctus, ac fortiſſimus Dei athleta mirificis, & quidem innumeris operum meritis locupletatus, vt paſſionum & patientiæ meritis locupletior fieret, diuina diſponente clementia diutinæ ac grauiſſimæ infirmitatis eſt moleſtia circumfuſus. Nec mirum; nam licet ſenio defectus eſſet, & a ſuæ conuerſionis primordijs cunctis paſſionum moleſtijs feruentiſſime ſuum corpus expoſuiſſet, ac illud incredibili labore,

Graues a B. Capiſtrano ſuſcepti pro Chriſto labores. abſtinentia, vigilia, ieiunioque continuo ſpiritui ſubdidiſſet & tenuiſſet; priuſquam tamen crucem aſſumpſit, & cruciatam prædicandam a ſummo Pontifice Calliſto III. per reuerendiſſimum dominum Cardinalem S. Angeli accepit, tantis paſſionibus & laboribus hinc inde diſcurrendo, prædicando, crucesignando, commonendo ſe ipſum condidit, dedicauit, vt præ admiratione oculi menteſque omnium in ipſum conuerterentur. Hinc nonnulli ſanctum, alij apoſtolum Dei, alij angelum cælitus emiſſum appellabant. Illo autem tempore, quo immaniſſimi, atque potentiſſimi Turcæ caſtrum Nanderalbenſe obſeſſum tenuerunt, militarem induſtriam inducens, in laboribus fortiſſimus iuuenis apparebat: nam cum eſſet crucesignatorum rector, dux, atque imperator, ad eumque defendendi caſtrum ipſum cauſa præcipue deferretur, nec alteri, quam ſibi ſoli ipſi crucesignati obtemperarent, numquam quieſcebat, labores ſubibat inæſtimabiles, modo eques, modo pedes ſudoribus plenus, ieiunus, infatigabilis: die noctuque per caſtra Chriſtianorum velociter diſcurrebat. Si quando, vt cibum ſumeret, a ſocijs alliceretur, aiebat: *Alium cibum habeo manducare, quem vos neſcitis*; nam ibi ſua mens, ſuum deſiderium, ſuumque omne ſtudium locauerat, vt Chriſti fidem poſſet ſeruare immunem, caſtrum defendere, Turcas confundere, ac regnum Hungariæ illæſum cuſtodire.

55 Cum autem ex neceſſitate ſumere cibum Eius mira abſtinentia vrgeretur, panis duriſſimus ipſi cibus erat, & menſa nuda humus: non ibi calida fercula, non recens, aut frigidum vinum, non carnes, quas ſemper abhorruerat, apponebantur, nec varia cibaria parabantur: & licet ſeptuagenarius eſſet, indigeretque, vt moris eſt ſenum, liquidi aut calidi cibi, ſua mira abſtinentiæ virtute ſuperabat. Nam & ſi ſemel in die alijs temporibus cibo tenui reficeretur, & in nocte poſt orationem, & ſtudium

Duos vel tres dies ſine cibo tranſigit. breuem caperet ſomnum, hoc tamen tempore aliquando duos, aliquando tres dies ſine alicuius cibi, & poculi adminiculo tranſigebat, noctes ducebat inſomnes. Me adſtante coram pluribus audien-

Digitized by Google

dientibus, cum ſollicitatet illuſtrem dominum Ioannem de Hunyad ad cauſæ defenſionem, dixit quod in ſeptemdecim diebus, & totidem noctibus quibus Turcæ illic ſteterant, vix ſeptem horas dormierat. Suos ſocios licet iuuenes omnes defatigauit, & laboribus ſuperauit: iam nemo fortium ſæcularium poterat reſiſtere: iam fortiſſimum, ac velociſſimum equum ſibi ab eodem domino donatum præ laſſitudine mortuum omnes admirabantur. Calores intenſiſſimi, frigora, ſol per diem, luna per noctem, inquietudo continua, aſsidua occupatio, labor indefeſſus ſuæ infirmitatis cauſa fuere.

Nomen Ieſu a militibus inuocari iubet.

In trino etiam conflictu, quo Turcarum potentia tam in aqua, quam in terra ſuccubuit, multo laborioſius ſolito ſe fatigauit: ad ipſum namque ſpectabat in caſtrum cruceſignatos introducere, ipſos gubernare, ipſis impetare, ipſoſque tam intus, quam foris ordinare. Hic nomen Ieſu altiſsime proclamando magnificabat: hic non niſi hoc ſanctiſsimum nomen a Chriſticolis inuocari iuſſerat. In his omnibus diebus, quibus ſe incredibilibus laboribus expoſuit, numquam triſtis viſus eſt, certam namque iudicabat victoriam de Turcis reportandam, qui cum perſuaderetur, vt barbam, quam prolixam ferebat, radi permitteret: *Nequaquam*, aiebar, *niſi poſt victoriam me radi permittam*. Os ſuum adeo pulueribus plenum erat, vt replicatis vicibus vix varijs remedijs adhibitis purgari valebat. Linguæ quoque eius adeo ipſi pulueres tenaciter inhæſerant, vt eam cultello radere oporteret. Similiter & palatum præ multis pulueribus nigrum, atque obſcurum, & quidem fœtens iam deuenerat; ex quo nullius cibi, aut poculi, ſicut non deſiderium, ita nec naturalem ſaporem deguſtabat. Panni quoque præ ſua continua occupatione, præque loci ineptitudine nec leuari, nec mutari ſibi poterant; defluentes ſudores minime ſudario abſtergi valebant.

Oſtenſum illi diuinitus genus mortis.

56 Iam cutis oſsibus hærebat, iam præ nimijs ſolis ardoribus erat nigrefactus. Ioualuerat tamen tantum martyrij deſiderium, vt quamquam eſſet certus, ſe non per ſanguinis effuſionem hunc mundum relicturum, flagrabat tamen anxio deſiderio vitam ſuam in ipſis laboribus finire, vt ſi perſecutorum gladio iuxta ſuum intenſum deſiderium anima non auferretur, martyrij tamen præmio non careret. Fuerat quippe ſibi in Nurinburgenſi ciuitate reuelatum, quod in breui non per martyrium ſanguinis, ſed per martyrij deſiderium in Hungaria vitam finiret. Ipſum diuina clementia illæſum ſeruabat, nam neque pericula, neque tempeſtas Danubij intrepido nocuerant, non bombardæ, non ſagittæ, neque ſcoperta, neque tela Turcarum, quæ vndique in eum congerebantur, ipſum vicinum Turcis in fronte exercitus poſitum, & in altum ſuper quodam terrarum aceruo inter vltimam bombardarum locationem, & Turcas manentem interficere potuerunt. Et quamquam ob nimium eius feruorem tamquam ſignum ad ſagittas ante Turcarum oculos maneret, modo clamando nomen Ieſu, modo oculos, manuſque eleuando, nullius tamen teli ictum paſſus eſt, ſed neque eius eleuatum vexillum. In eo verificatum eſt illud: *Quoniam in me ſperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Et licet per illud temporis ſpatium, quo Turcarum obſidio efferbuerat, pater ipſe beatus dictis & multo pluribus laboribus, anxietatibus, occupationibus, varijſque paſsionum moleſtijs, & anguſtijs afficeretur nocte illa cum die ſequenti, in qua victor extitit, tanta ac talia paſſus eſt, vt nemo dubitare poſsit hunc beatiſsimum virum martyrij corona laureatum.

Clamando Ieſu nomẽ primus vexillum efferebat.

Poſt felicem illam victoriam habitam in prædicto caſtro in die ſanctiſsimæ Magdalenæ, ſexta die menſis auguſti, immediate ſequentis, cœpit beatus pater vi febrium, & varijs laſſari corpuſculi doloribus in eodem caſtro laborare, ac deſtitui. Quo tempore illic reſidebat reuerendiſsimus dominus legatus Cardinalis S. Angeli, ægrotabatque peſte ibidẽ Illuſtriſsimus dominus Ioannes de Hunyad, qui poſtea die XI. eiuſdẽ menſis ſuæ clariſsimæ vitæ diem clauſit extremum. Aderat & dominus Ioannes epiſcopus Varadienſis dominus Michael Sylagy eiuſdem caſtri digniſsimus Caſtellanus, & multi alij Proceres, qui tantum illic fœtorem ferre non poterant. Nam poſt ingentem illam ſtragem ex cadaueribus mortuorum horrenda, abominabiliſque moleſtia inualuit, vt nemo vix eſſet, qui ex hac non infirmaretur. Vt de me ipſo loquar, cum ex mandato domini legati pro menſura caſtrametationum capienda ad euitandum fœtorem per illam magnam planitiem, vbi Turcæ ceciderant, tranſeundo extra caſtrum cum Fr. Alexandro de Raguſio eques proficiſcerer, tantus me fœtoris horror inuaſit, tantaque abominatio ex conſpectu cadauerum illuc iacentium me abſorbuit, vt non ſine multiplici, & pœnoſo vomitu vix viuus currendo ad caſtrum remearem.

Poſt partã victoriam febri corripitur.

Ex fœtore cadauerum inquinatus aer.

57 Iam campus ille magnus nocte feris dieque ſpaciſſimis, atque innumerabilibus volucribus plenus erat. Hæc omnia, Reuerende ſenior, ſcripſi, tanquam præambula ægrotationis beatiſſimi Patris. Cumque ipſe beatus vir Dei ſic infirmaretur, vt vix aliquid ſumere poſſet pro ſuſtentatione naturæ, non ceſſabat feruore fidei plenus ab operibus pietatis, modo cum domino legato, modo cum alijs de fide defendenda, deque Turcis penitus extirpandis ſermonem habebat. Viſitabat enim dominum Ioannem die noctuque baculo ſuſtentatus, ſuaque viſitatione ipſum mirum in modum confortabat, quem omnium qua potuit verborum efficacia ad bene moriendum induxit. Quem enim beatus pater dilexerat ſanum, multo magis diligebat infirmum, adeo, quod licet & ipſe infirmus eſſet & debilis, charitatis, & amicitiæ officia erga prædictum dominum non dimittebat. Cum autem moleſtis ſui corporis angeretur doloribus, dicebat cum Apoſtolo: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. Et quamquam, varijs per ſingula eius membra pœnalibus anguſtijs diffuſis, in dies corporeis viribus deſtitueretur, ſpiritu fortis & feruidus proponebat, vt alter patriarcha Franciſcus, pro fide catholica proque peccatorum conuerſione ingentia ſe facturum, ſitiens mirum in modum ad martyrij palmam conſequendam, miro deſiderio ad humilitatis redire primordia, & corpus tantis laboribus conſumptum ad priſtinas vires pietatis, & ad humilitatis officia reuocare ſtudens, verus beati Franciſci factus imitator. Cumque ex horrendo fœtore, & ex corrupto aere pene omnes illic infirmarentur, ſuadente domino legato ad locum, qui Symly dicitur, cum ipſo ſe contulit. Iſte locus eſt, vbi cruceſignati ante victoriam conuenientes morabantur, & propequem in Danubio de galeis Turcarum victoria habita fuerat, in quo licet homines prius habitarent, & eſſet ciuitas non parua, & incendio tamen Turcarum deſtructa, immo in villam paruam reda-

Decumbentem Io. hunniadem ſolatur B. Capiſtr.

Propter fœtorem loci ſe confert Syalkum.

dactaeſt, a qua etiam eadem tempeſtate homines a facie Turcarum aufugerant. Hic aliqui tam ex fratribus, quam ex familiaribus domini legati ægrotare cœperunt: hic tanta loci incommoditas erat, & ineptitudo, vt ſi quis vidiſſet beatum virum, ſenem, infirmum, debilem, acutiſſimis febribus laborantem, ac nihil deguſtantem maxima fuiſſet admiratione perfuſus; nam pro lecto nuda humus, pro ceruicali lapis vel lignum, pro ſtramine tapetum ſuper lapides erat, ac pro tegumento mantellus. Et cum hic locus ob ruinæ vetuſtatem deſertus, & vndique apertus eſſet, factus eſt pater ſocius murium, ſerpentium, lacertorum, atque muſcarum, noctesque ducebat inſomnes, dies in moleſtia totius corporis tranſigebat: *Et infra*.

Grauibus ex loco incommoda patitur.

58 Licet adhuc varijs febribus, & quidem continuis affligeretur, & fatiſcentibus membris maximo afficeretur dolore, cum remiſſius infirmi ac ſenes ſoleant viuere, ipſe in dies ſpiritu fortior ac feruentior exiſtebat: miſſas namque a primordijs ſuæ infirmitatis aut dicere, aut audire ſolebatur. Si quando ob debilitatem celebrare, maxime in Vylak, non poſſet; ad eccleſiam veniens manu alterius lachrymoſis oculis deuotiſſime communicabat. Numquam in ſua infirmitate diuinum dimiſit officium. Si quando circa vitæ ſuæ terminum illud non potuiſſet exoluere, ipſo iubente ac attente audiente coram ſe illud dici faciebat. Nonnumquam ſimul cum fratribus in hac infirmitate, & pro eorum ſolamine ad menſam communem comedere ſolebat: *Et infra*. Tranſitum ſuum longe ante præſciuit, ac prædixit; nam nocte ſequente poſt natiuitatē virginis Mariæ oranti reuelatum extitit, ſe omnino ex hac infirmitate moriturum, quod ſæpenumero tam fratribus, quam ſæcularibus viris reuelauit. Lætabatur nimium, quod depoſito corporis onere mundum iuberetur relinquere. Maximo demum perfundebatur dolore, quod ſanguinem ſuum, ac vitam pro Chriſti amore non fudiſſet, dicebatque frequenter: *Heu mihi, heu mihi, quia incolatus meus prolongatus fuit; & quia longo meo fruſtratus ſum deſiderio*. Cum autem quis ſibi diceret: *Adhuc forte tuum complebitur deſiderium: alias bis vel ter fuiſti oleo ſancto inunctus. Hei mihi, hæc mea vltima infirmitas eſt, cur hoc mihi negatum mori pro Chriſto? toties inter infideles in bello morti expoſitus, & euaſi, vt nunc tamquam iners in lecto ſine gladio moriar perſecutoris?* Gaudebat tamen terminum ſuæ vitæ aduenisse: & licet, vt dictum eſt alias, ſibi fuerat a Domino reuelatum, ſe in proximo ſine ſanguinis effuſione moriturum, aſſidue tamen Deum precabatur; vt ipſe martyrij merito dignus efficeretur, dabatque pro poſſe operam, vt gladijs impiorum occumberet. Sed quod iniqui in eum facere non poterant, longa moleſtia, atque multiplex infirmitas fecit: nam per totum menſem ſeptembris, licet baculo ſuſtentatus incederet, tanta eum inuaſit ægritudo, vt quiſquis in eum reſpiceret, præ compaſſione commoueretur.

Eius pietas in ſacris celebrandis vel audiendo.

Tempus mortis diuinitus ei oſtenſum.

Martyrii deſiderio ardet.

59 Eodem tempore sereniſſimus Rex Ladiſlaus audita beati patris infirmitate, deſcendendo per Danubium, eum bis cum multis principibus, dominis, & prælatis viſitauit: cui pater ſic debilis, vtcumque valuit, obuiam ſe fecit; ſed ſecunda vice de ſtrato non valens exurgere, eum in cellulam venientem ad fidei cauſam defendendam, & ad bene beateque viuendum attente commonuit, aperiens ei ſe ex illa infirmitate omnimodo moriturum. Quod audiens Rex maximo mœrore perfuſus eſt, ſimiliter & barones; & poſt verba conſolatoria ab illo exeuntes, oſculata manu, lachrymis omnes perfundebantur, ac recedentes alij dicebant: *O regnum deſolatum!* Alij: *O nos miſeros! quid faciemus ſine patre ſancto?* Alij: *Magis ab hoc viro ſolo iuuabamur, quam ab infinitis millibus armatorum*; & ſimilia ad inuicem ſæpius replicabant. Rex autem non ſolum ſuum medicum aſſiſtere iuſſit, verum etiam eidem, & ſi totum regnum exponi deberet, affatim miniſtrari præcepit. Sic & dominus legatus ſuum medicum cum omnibus neceſſarijs ſibi mederi fecit, qui diligenti cura, ſolertique ſtudio varijs remedijs, dulcibuſque blanditijs eum ab infirmitate releuare conabantur. Quibus ipſe continuo dicebat: *Facite quicquid vultis, dicite quicquid placet; obediam vobis pro poſſe; ſed hæc eſt mea vltima infirmitas, & ex hac me moriturum proculdubio ſcitote*. Erat tamen in eo eadem mentis tranquillitas, idem feruor, eadem deuotio, idem zelus feruens continue ad Dei nominis honorem, & ſalutem animarum, & Chriſtianæ religionis augmentum. Tanta etiam auctoritas fulgebat in eo, vt licet ſibi mortem cerneret imminentem, infirmos tamen ad eum venientes, aut etiam deductos, ſua ſacra manu ſignabat, & quotquot tangebat, aut ſanos, aut melius habentes dimittebat.

Viſitatur a Rege Ladiſlao.

60 Quantæ autem ſanctitatis fuerit hic vir beatus, non facile perpendi poteſt, quod cum eodem tempore eſſet ſibi nuntiatum dilectum ac gratum ſocium ſuum F. Ambroſium Aquiladum in loco de Adrya, in extremis laborantem, ac loquela amiſſa ad vltimum deueniſſe, mox illa nocte in ſtrato ſuo genuflexus cum lachrymis pro eo orauit; & ita factum eſt, vt illo temporis momento, quo oratio ab eo fuſa eſt, mox infirmus quinque milliaribus diſtans reſtituta loquela, a mortis dominio liber euaſerit. Sicut ego ipſe eodem mane aſſumpto ſocio ad eundem currens reperi: nam quem mortuum iacentem in feretro inuenire credidi, manducantem, & incolumem vidi. O vere beatum virum! ad mortem ipſe properabat, & tamen tam præſentes, quam abſentes tangendo aut orando a languoribus & a mortis vinculis liberabat. Quo tempore redijt ad eum venerabilis ille Hieronymus Vtinenſis, omni religioſitate & literarum ſufficientia præclarus, ſanus quidem & integer, & cum eodem tempore tertiam febre ego ipſe laborarem, debiliſque incederem, charitate plenus me ad eundem locum tranſmiſit. Sed cum non libenter eum dimitterem, non quod ego eum non crederem moriturum ex illa infirmitate, ſed quod timerem me ab illo abſentem moriturum, pius pater mihi ait: *Vade ſecurus, quia cum vitæ meæ vicinus terminus aduenerit, te reuocabo*. O piiſſimum virum! quis te non fleat, & quis te non deſideret? quis tuæ pietatis ac charitatis viſcera poterit obliuiſci? Heu mihi miſerrimo, heu mihi ingrato, heu mihi peccatori, licet enim ab ipſius beati patris conuerſionis initio, alij multa & quodammodo infinita miranda opera ſuis meritis ſuiſque precibus a diuina clementia facta conſpexerint, mea tamen paruitas in paruo temporis curriculo multa ad Dei gloriam, diuina diſponente voluntate, vidit, quæ omnia ſua opera glorioſa approbant, & confirmant, & cum his paucis vitæ diebus proficere deberem, adeo deficio, quod propriæ ſalutis videor obliuiſci. Spes tamen mea eſt Deus, qui neminem ad ſe euntem abijcit aut confundit.

Aeger ægrotus diuinitus ſanat.

Multa patrat miracula.

Auctor eorum teſtis oculatus.

Cum autem beatus pater ſcit tam me quam

præ-

prædictum Ambroſium recuperaſſe corporis ſanitatem, & iam ſuæ mortis diem cerneret adfuturum, ex dicto loco de Achya in feſto Seraphici patris Franciſci ad ſe nos vocauit, quo tempore literas receperat ex Italia multa ſibi grata continentes. Inter quas quidem literas erant illæ ſuauiſſimæ, & admiratione refertæ venerabilis patris F. Bernardini Aquilani, tunc prouinciæ S. Bernardini digniſſimi vicarij, continentes felicem obitum, & quamplura mirabilia opera poſt ipſum obitum patris fratris Philippi Aquilani, qui de menſe maij proximo præcedentis in ciuitate Sulmonæ feliciter migrauit ad Chriſtum. Has quidem literas præ amoris ac deuotionis dulcedine modo legebat, modo oſculabatur, modo legi & exponi tam populo, quam clero faciebat. Nonnullis etiam nobilium prouinciarum illarum copiam mitti iuſſit, nec vnquam illas legebat, quin lacrymis perfunderetur, dicens: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt*. Hunc beatum fratrem, licet multis laudum præconijs ipſe pius pater efferret, hoc tamen ſingulare de eo mihi ſecrete dicebat: *Multa ſibi merita F. Philippus cumulauit, præcipue ob fidem, & continuam cuſtodiam caſtitatis, & victoriam, quam obtinuerat de bello carnis*; fuerat enim, quoad vixit, miro modo ſtimulo carnis pulſatus, de quo, diuina gratia adiuuante, victor euaſerat. Deus enim non hominem, qui carnis illecebras patitur, abhorret, ſed eum, qui deſideria carnis ſequitur, & ſuæ voluntatis.

De morte & miraculis a Philippo Aquilano editis fit certior.

Nō inuiſus Deo qui carnis illecebras patitur ſed qui ſequitur.

61 Facta digniſſima præparatione mihi generaliter ac ſpecialiter tanta contritione tantaque tenaci memoria confeſſus eſt, vt non præterita, ſed præſentia, immo præ oculis ſua minutiſſima delicta habuiſſe videretur. O quis vidiſſet hunc beatum virum omni ſanctitate præclarum, ſenem ſeptuagenarium, ſolam cutem aridis oſſibus cohærentem, diutina infirmitate tabeſcentem, cuius corpus tam labore, quam moleſtia iam collapſum erat, genuflexum atque proſtratum manibus iunctis, capite diſcooperto tundere pectus, continuaſque lachrymas effundere! O quis audiſſet eum etiam minuta quæque memorantem, ſingulaque commiſſa pariter & omiſſa tam ardenti intellectu, tamque efficaci voce & verbo coram Deo cum omnibus & ſingulis circumſtantijs ſacramentaliter recitantem! Quem cum ex compaſſione ad ſedendum inuitarem & quodammodo aſtringere vellem, nullo pacto hoc ſe facturum aiebat; eratque tam humilis accuſator ſui, vt alter Dauid in ſua confeſſione videretur. Sed teſtor Deum & cunctos angelos eius, quod licet ſe maximum peccatorem exiſtimaret, nullius tamen noxæ mortalis aculeo poſt religionis ingreſſum pungebatur, neque eum aliqua mortalis culpa fœdauerat: hoc tamen maxime dolebat, cum pro Chriſto non fuiſſe martyrium conſecutum, nec plura egiſſe, quæ per eum ad honorem Dei & ſalutem animarum fieri potuiſſent; cum in veritate per quadraginta annos, ex quibus Deo ſeruire cœpit, tanta per eum in diuerſis mundi climatibus, Deo fauente, facta ſunt, vt poſt Apoſtolos ſimilem illi non legamus: & quamquam nullius pœnitentiæ, nulliuſque abſolutionis beneficio indigeret, voluit tamen accepta pœnitentia ſalutari ſibi etiam tam papalis, quam domini legati abſolutionis munus impendi. Ego autem præ lachrymis vix id perficere poteram, nec peccatis plenus ſanctum verticem tangere audebam. Hæc in craſtino dicti feſti fiebant; qua confeſſione peracta, in eodem loco, videlicet in terra orationi ſe dedit, & quidem ſupplex & proſtratus parans ſe ad communionem: *Et infra*.

Maxima in eo ſanctitatis ſigna.

Summa eius animi demiſſio.

62 Fratres omnes, qui erant circiter triginta, veniunt cum ſacratiſſimo corpore Domini & cum ſacramento extremæ vnctionis, quibus pater alijs ſuſtentatus obuiam reuerenter proceſſit, dicendo: *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*, & ſæpius replicando ſimilia non ſine lachrymis abundantiſſimis. Quibus ſacramentis locatis in menſa, antequam amplius procederetur, iterum pater ſanctus genuflexus, dixit culpam ſuam, petijt veniam, rogauit vt tantis ſacramentis dignus efficeretur: petijt pro ſe orari, dixitque in proximo vitæ terminum imminere, & ea hoc poſtulauit, vt datis ſibi ſacramentis dicerent officium commendationis animæ vſque ad: *Proficiſcere anima Chriſtiana de hoc mundo*; addens: *Cum fuero in agone mortis, vel cum me ſenſero ad extremum vitæ deuenire, vos faciam aduocari*. Demum profunde adorans ſacramentum Euchariſtiæ in lachrymas reſoluitur fletu amariſſimo, nunc ſe cum cruce ſignat, nunc crucem oſculatur, nunc os nunc pectus debili manu contundit, nunc etiam ſacramento, nunc cruci loquebatur; peccatorem ſe maximum accuſans. *Et infra*. Poſt hæc veniatur ad ſacramentum extremæ vnctionis, quod mira & quidem incredibili reuerentia, humilitate profundiſſima abundanti lachrymarum effuſione ac compoſita corporis aptitudine recepit: nam præmiſſa ſolita confeſſione, & cruce pluries amplexata atque deoſculata, ac ſibi a compluribus fratrum abſolutionum beneficijs impenſis tantæ ſanctitatis viſus eſt, vt nihil ſupra. [Pluribus interiectis addit auctor virum ſanctum in extremo illo mortis diſcrimine fauſtos progreſſus rei Chriſtianæ comprecatum.]

Sacramentis vitæ cōmunitus.

X Non paucis lachrymis irrigatus erigens ſe vtcumque poterat Chriſtianitati benedixit, cui maxime compatiebatur, videbat enim ſibi multa mala imminere, quod ſæpius dixerat: videbat & regnum Hungariæ multa pericula incurſurum, illis tamen miro cordis deſiderio benedixit, iunctiſque manibus orabat ad Dominum, vt ſancta fides catholica ſeruaretur immunis. [Interiectis pluribus tradit illum prophetiæ ſpiritu diuinitus afflatum plura prædixiſſe in vita; morti tamen proximum hæc inter alia prænunciaſſe.]

Prædicit Hungarorum in minoritas per culpā adducen.

63 Prædixit, cum de Bohemia loqueretur, poſt mortem ſuam nonnulla loca inter illos hæreticos capienda & multos Huſſitarum ab hæreſi conuertendos. Prædixit omnes ſocios tunc infirmos, ſe moriente conualituros. Prædixit familiam noſtram tunc bullam Calliſti ſeruantem ad bullas Eugenij, [quibus nimirum formula diſciplinæ Franciſcanæ deſcripta erat,] redituram. Prædixit fratres Hungaros ſolum propter bullam Calliſti a familia diſceſſuros: laudabat tamen bullam Calliſti. Plangebat amariſſime excidium Chriſtianæ religionis, plangebat & inertiam Chriſtianorum. Prædixit partem Chriſtianitatis a Turcis occupandam: & compatiens regno Hungariæ ſæpius dicebat: *Væ regno Hungariæ*. Prædixit quendam ſuum ſocium a familia ſeparandum, & ad epiſcopatus dignitatem aſſumendum: iſte fuit Alexander de Raguſio, qui licet tunc ab hoc propoſito eſſet alienus, factus eſt, & nunc etiam eſt epiſcopus Scardonenſis. Prædixit illuſtri domino comiti Ciliæ, quod caueret ſibi, quod non faciens, fuit interfectus a domino Ladislao filio illuſtris domini Ioannis de Hunyad in caſtro Nandoralbenſi. [Demum poſt alia vaticinia addita,

Multos Huſſitas ad vnionem eccleſiæ reducendos.

Partem Chriſtiani Imperii occupan. a Turcis, Magnumque Hungariæ excidium prænunciat.

Comiti Ciliæ interitum imminere.

ue

de obitu deque miraculis ad eius ſepulchrum editis ſubdit.]

Quo die obierit.

64 Tranſijt hic beatiſſimus pater anno Domini MCCCCLVI. die autem XXIII. octobris hora vigeſima prima die ſabbato ſepultus & humatus feria ſexta proxime ſequenti. Poſt cuius tranſitum illic cœpit coruſcare miraculis adeo, vt ad eius ſepulchrum tanquam ad ſepulchrum Apoſtoli vndique populi confluant: nec mirum; nam per merita iſtius ſancti poſt ſuum obitum variæ febres, varijque dolores, & diuerſæ infirmitates fugatæ, patientes ſanguinis fluxum, apoſtemata, plagas, & vlcera curati, rupti & morbo caduco laborantes, paralytici, aridi, contracti, hydropici, obſeſsi, amentes, elandi, ſurdi, cœci, & muti liberati ſunt: mulieres a periculo partus liberatæ facilitatem pariendi habuerunt: multi etiam liberati ſunt a varijs periculis & damnis: nonnulli a periculo mortis: agonizantes & in extremo laborantes mox ſani euaſerunt, & (quod his omnibus maius eſt) duo mortui ad merita ipſius ſancti viuificati ſunt, & viuunt vterique, quinque etiam pene mortui, aut viſitato ſepulchro, aut emiſſo voto per ſuos apertiſsime per hunc beatū virum ſuſcitati ſunt: quædam miracula tam in Hungaria quam in Italia diuina clementia per merita huius ſancti viri operata eſt, &c. valeat veſtra paternitas, & faciat videre canonizationem præfati beati patris. *Ex Florentia* MCCCCLVI. *die* X. *februarii*.

Poſt mortē cæleſtibus claret miraculis.

Duo mortui ab eo ad vitam reuocati.

Hactenus Ioannes Taliacotianus ad B. Iacobum Picentem, quem in locum Ioannis e Capiſtrano ad prouehendam ſacram expeditionem a Calliſto fuiſſe ſubrogatum proximo anno dicetur. Rogarunt ſæpius plures Reges Romanos Pontifices, vt eundem B. Ioannem Capiſtranenſem a in ſanctorum numero reponerent, habitæque de eius miraculis fuere plures actiones; ac demum Leo X. b anno MDXV. illum in Capiſtranenſi oppido & agro vt beatum ritu ſolemni coli permiſit, flexuque temporum miraculis pluribus eius precibus editis Gregorius XV. in omnibus ordinis S. Franciſci eccleſijs beatorum honores illi exhiberi iuſsit c anno MDCXXII. At de ijs ſatis: nunc alias huius anni res proſequamur.

a Vadding hoc ann. nu. 13.
Decretū beatorū honores.
b Ext. de eo decret. apud eund. n. 120.
c Ext. ib. n. 122.

65 Hoc tempore funeſta erat Chriſtianorum, qui vel in Turcico imperio, vel in Ægyptiaco degebant, conditio; cum enim ab infidelibus acerbe vexarentur, etiam a Chriſtianis, qui in barbarorum terras repentina excurſione irrumpebant, grauibus magniſq; incommodis afficiebantur, vel ſi ad Chriſtiani imperij loca diuerterent, vt hoſtes in ſeruitutem adducebantur: quorum miſertus Pontifex, lata anathematis ſententia in orientales Chriſtianos ſæuire, vel de ijs prædas agere Latinos vetuit d.

Funeſta Chriſtianorum conditio.

d Lib. 23 p. 3. 92.

Ad futuram rei memoriam.

Illud reputantes non tam Chriſtianæ religioni deteſtabile, quam Deo odioſum, quod Chriſtiani nominis vocabulo inſigniti in fratres ſuos cum eis in vna fide & vno baptiſmate, in vno Eccleſiæ corpore adiunctos, præſertim eos, qui in inimicorum crucis Chriſti ditionibus commorantur, perſecutionis gladio abſque iuſta cauſa deſæuiunt, & eos in continua afflictione poſitos amplioris afflictionis immanitate conſumunt, quibus potius omni humanitatis gratia & charitatis & pietatis affectibus adeſſe deberent, ex officij noſtri vrgemur debito vt aduerſus talia perpetrantes vigorem exerceamus vltricis iuſtitiæ, & illi adijciamus debitæ executionis præſidium, quo commiſſa corrigantur, & interdicatur audacia quibuslibet ſimilia imposterum committendi: illos vero, qui dictos Chriſtifideles ab eorundem infidelium ditione diuertentes humanitatis & charitatis beneficijs proſequuntur, dignos reputamus impendijs & remunerationibus ſpiritualiū gratiarum. Sane lamentabilis multorum querela noſtrum nuper turbauit auditum, amaricauit & mentem, quod nonnulli iniquitatis filij, a quorum oculis timor Domini abſceſsit, dum in orientales partes ſuis nauigijs declinant, in Chriſtianos in eiſdem partibus magni & Turchi & ſoldani Babyloniæ ditioni ſubiectos commorantes, & aliquando ad Chriſtianorum loca pro ſuis ſaluandis animabus diuertentes, more piratarum irruunt, & eos capiunt, & in ſeruitutem redigunt, ac in ſeruos vendunt, nec non bona, ſi quæ tenuerint, vel habuerint, deprædantur, & in prædam aſportant. Nos igitur huiuſmodi exceſſus ſub ſilentio pertranſire nequeuntes, ne impunitatis exemplum periculoſius in alios deriuetur, & delinquentium voluntas laxior fiat ad peccandum, omnes & ſingulos, ſiue ſint piratæ, ſiue curſarij, aut latrunculi marini, ſiue alij pro mercantijs exercendis aut ex quibuſuis alijs cauſis vbilibet nauigantes, qui Chriſtianos in quibuſuis infidelium ditionibus commorantes, ſeu ad Chriſtianorum loca diuertentes capiunt, & in ſeruitutem redigunt, ac in ſeruos vendunt, eoſque deprædantur, vt præfertur, ex parte Dei omnipotentis auctoritate Petri & Pauli Apoſtolorum atque noſtra præſentium ſerie excommunicamus, & anathematizamus; non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem anno, &c. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto kal. octobris pontificatus noſtri anno* II.

In oriente non a Turcis modo ſed ab alijs Chriſtianis oppreſſi.

Anathema in petentes qui eos ceperint vel ſpoliarint.

66 Perculit etiam Calliſtus tuendæ augendæque rei Chriſtianæ pio ſtudio incitatus anathemate a illos; qui arma & commeatus Afris, Babylonijs, vel Granatenſibus inuehebant; tum eos qui coitiones induciaſue cum infidelibus Granatæ paciſcebantur, inſcio vel repugnante Henrico Caſtellæ Rege, qui turpe illud Hiſpaniarum opprobrium delere moliebatur. Sacris etiam interdicti, qui inter Henricum Regem ac proceres diſcordias ſerere vel augere annitebantur, & conuentus fœderatue inibant inter ſe, non ſine regiæ dignitatis labe & damno, præſertim cum ex ea re bellum ſacrum in Mauros retardari diſſoluique poſſet, maximo Chriſtiani nominis detrimento. Præterea cum nonnulli iura & vectigalia regia, & etiam vrbes, oppida, arces, ac prædia occuparent, atque ita extenuato ærario, cenſuque regio imminuto, religioſam in barbaros militiam profitentibus ſtipendia perſolui non poterant, nec ſacra expeditio confici, Pontifex eoſdem regij iuris inuaſores, vt rem Chriſtianam graui afficientes damno, fidelium conſortio abegit b.

Ferij qui arma &c. Chriſti hoſtibus inueherent.

a Lib. 23. pag. 120.

b Ibid.

67 Repreſsit præterea Iudæorum perfidiam, qui benignitate principum abuſi, ac pontificia decreta in ſenſus prauos detorquentes: Chriſtianos inficiebant c: atque adeo prohibuit Chriſtianos cum Iudæis & Saracenis conuiuio accumbere, vel ingredi balnea, verſarine in eadem domo, ſeu curandis ægritudinibus eos adhibere, tum etiam Iudæos & Sarracenos dignitatibus, magiſtratibus, muneribuſue publicis præfici vetuit, pluraque alia cauit, quæ in ſubiecta ſanctione continentur.

c Lib. 8. pag. 215
Et qui Iudæos medicos accerſerent.

Ad perpetuam rei memoriam.

Si ad reprimendos tranſgreſſorum exceſſus noſtra nimium manſuetudo lenteſcat, eorum temeritas fit procliuior ad peccandum, & impunitatis

Digitized by Google

tis exemplum in alios deriuatur; propter quod ad apoſtolicum noſtrum ſpectat officium, etiam iurium innouatione priorum ſic debitam executionem adhibere iuſtitiæ, quod ea, quæ in diuinæ maieſtatis offenſam, pernitioſumque exemplum fidelium & ſcandalum cedere dignoſcuntur, ne deteriora producant, ſubmouere, & committendorum inpoſterum audaciam interdicere procuremus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Eugenius IV. primo, & deinde Nicolaus V. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri ex certis rationabilibus cauſis tunc expreſſis, omnia & ſingula per eos, vel alios prædeceſſores noſtros Iudæis in quibuſcunque dominijs & terris commorantibus conceſſa priuilegia, conceſſiones, & indulta, ad terminos iuris communis dumtaxat reduxerunt, nec vlterius operari, aut extendi, vel interpretationem aliam pati poſſe, per diuerſas literas ſuas declarauerunt. Poſtmodum vero ad noſtram audientiam, non ſine cordis amaritudine, iterato deducto, quod quamquam per ipſos prædeceſſores noſtros fuiſſet, vt præmittitur, declaratum: ipſi tamen Iudæi a tramite iuſtitiæ continuo oberrantes conceſſionibus, priuilegijs, & indultis

Vt Iudæi & Saraceni Christiana benignitate ſint abuſi.

huiuſmodi adeo abutuntur, quod ea, quæ honeſtis ſuadentibus cauſis, ad ſalubres & bonos effectus eis gratioſe conceſſa fuerant, deprauantes, & ad eorum peruerſas paſſiones accommodantes, multa & diuerſa turpia & inhoneſta illorum prætextu committunt, ex quibus fides, & manſuetudo Chriſtiana læditur, & in mentibus fidelium ſcandalum generatur. Et licet ſacrorum canonum inſtitutis caueatur expreſſe, quid Iudæis ipſis liceat, quidue fuerit interdictum, nihilominus Iudæi prædicti & Saraceni, tam in Italiæ, quam alijs diuerſis mundi partibus inter Chriſticolas commorantes, proprijs affectibus & antiquæ eorum perfidiæ incumbentes, dum conſtitutionum, decretorum, & decretalium epiſtolarum huiuſmodi ſenſum legitimum ad ſua vota non habent, vt illis illudere valeant, adulterinis deprauant ſenſibus, & expoſitionibus peruerſis obfuſcant, veteremque ipſorum malitiam & temeritatem in Chriſtifideles propagare & continuare, ac in dies eorum nequitia præſumptuoſius vti non verentur, in maximum Chriſtianæ fidei vilipendium, animarum quoque fidelium periculum pariter & iacturam; nos, vt Iudæi, Saraceni prædicti, ac illorum fautores impij Chriſtiani, pœnarum impoſitionibus territi, vereantur in antea in eorum pernitioſos auſus relabi, & Chriſtifideles in ſua perſiſtentes fidelitate conſtanter non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remedijs, quibus poſſumus, prout ex debito paſtoralis officij tenemur, præcauere cupientes, ad orthodoxæ fidei corroborationem, & exaltationem, præſentis perpetuo valituræ, & irrefragabiliter obſeruandæ conſtitutionis edicto, auctoritate apoſtolica, omnia & ſingula decreta, conſtitutiones, & decretales epiſtolas prædicta, quorum omnium tenores de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus pro inſertis, innouamus; nec non ſancimus, ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps, perpetuis futuris temporibus Chriſtiani cum Iudæis & Saracenis comedere aut bibere, ſeu ipſos ad conuiuia admittere; vel eis cohabitare, aut cum ipſis balneari, vel ab eis in eorum infirmitatibus, aut debilitate, ſeu alio quocunque tempore medicinam, vel potiones, ſeu vulnerum & cicatricum curationem, ſiue aliquod medicabile genus recipere non debeant; ac Chriſtiani non permittant Iudæos & Saracenos contra Chriſtianos dignitatibus ſecularibus præfici, vel officia publica exercere.

Vetita cum Iudæis cohabitatio, & cōuictus.

Iudæi quoque & Saraceni non poſſint eſſe arrendatores, collectores, conductores, ſeu locatores fructuum, bonorum, vel rerum Chriſtianorum, ſeu eorum computatores, procuratores, œconomi, negotiorum geſtores, negotiatores, mediatores, proxenetæ, concordatores ſponſalium, vel matrimoniorum tractatores, obſtetrices, ſeu in domibus aut bonis Chriſtianorum aliquod opus exercere, vel cum Chriſtianis ſocietatem, officium, aut adminiſtrationem in aliqua communione, vel arte ſeu artificio habere; ac nullus Chriſtianus Iudæis vel eorum congregationi, ſeu Saracenis in teſtamento, aut vltima voluntate aliquid relinquere poſſit vel legare. Iudæi quoque ſynagogas nouas erigere aut conſtrui facere non audeant, ſed antiquas dumtaxat, non tamen ampliores, ſeu pretioſiores ſolito reficere valeant, & in lamentationum ac dominicæ paſſionis diebus per loca publica ſeu publice non tranſeant vel incedant, nec oſtia vel feneſtras teneant apertas, & ipſi Iudæi ac Saraceni ad ſoluendum quaſcunque de quibuſuis rebus & bonis decimas aſtringi & compelli, ac contra eos, in quibuſuis caſibus Chriſtiani teſtes eſſe poſſint: ſed Iudæorum & Saracenorum contra Chriſtianos in nullo caſu teſtimonium valeat, & apud Chriſtianos iudices, & communes dumtaxat, non autem apud Chriſtianos iudices pro eis ſpecialiter deputatos, nec eorum ſeniores Iudæi & Saraceni in quibuſcunque cauſis agant & conueniantur. Nec poſſint Iudæi & Saraceni nutricem, vel familiarem, aut ſeruitorem vtriuſque ſexus Chriſtianum in domo tenere, nec etiam Chriſtiani in ſabbatis ſeu Iudæorum feſtiuitatibus, Iudæis ipſis ignem accendere, vel cibum, aut panem, ſeu quodcumque opus ſeruile ad decorem, cultus feſtiuitatem eorundem quomodolibet exhibeant vel ſeruitium, aut obſequium aliquod præſtent vel impendant.

Blaſphemi Iudæi & Saraceni merita pœna iuſſi affici.

68 Sæculares quoque iudices Chriſtiani Iudæos vel Saracenos Deum aut glorioſam beatam Mariam virginem eius genitricem, vel aliquos ſanctos blaſphemantes, aut in hoc quomodolibet delinquentes, pecuniaria, vel alia grauiori, de qua eis videbitur, pœna puniant, & corripiant. Nec non omnes & ſinguli Iudæi & Saraceni cuiuſcumque ſexus, & ætatis, vel conditionis, diſtinctum habitum ac notoria ſigna, per quæ a Chriſtianis cognoſci poſſint, vbique deferant, & ſi ſecus fecerint, puniantur. Cum Saracenis non habitent, ſed ſeparatim, & ſeorſum degant. A Chriſtianis inſuper vſuras nullatenus extorquere præſumant, extortas vero illis, a quibus eas extorſerint, ſi ſuperſint & appareant, ſine difficultate aut dilatione aliqua reſtituant, alioquin illis non apparentibus, & in remotis agentibus, omnes & ſingulæ pecuniarum ſummæ ex huiuſmodi vſuris extortæ, in expeditionem ſanctiſſimam contra Turcos, aut alios Chriſtiani nominis inimicos penitus conuertantur. Et inſuper, vt tam Chriſtifideles, quam Iudæi & Saraceni in Italiæ & alijs mundi partibus inter Chriſtianos, vt præmittitur, commorantes præſentes & futuri ad decretorum & decretalium epiſtolarum, ac prædictarum & præſentis noſtræ conſtitutionis huiuſmodi obſeruationem omnimodam nouerint efficaciter ſe teneri, nec vigore, ſeu prætextu quorumuis priuilegiorum, exemptionum, libertatum, immunitatum, conceſſionum, & indultorum, eis quomo-

dolibet & a quibuslibet conceſſorum, ab obſeruatione prædicta valeant aliquatenus ſe tueri, omnia & ſingula priuilegia, exemptiones, libertates, immunitates, conceſſiones, & indulta per felicis recordationis Martinum Papam V. ſeu Eugenium ac Nicolaum præfatos, cæteroſque prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices & alios quoſcumque, tam regibus & principibus, quam communitatibus ciuitatum, vniuerſitatibus, & quibuſcunque dominijs locorum, ſeu alijs quibuſuis fidelibus, ac eiſdem Iudæis & Saracenis in ſpecie vel in genere, ſub quibuslibet verborum formis, etiam motu proprio, & ſub quacunque forma vel expreſſione verborum, etiam derogatoriorum, contra præmiſſa vel eorum aliquod quomodolibet facta vel conceſſa, quæ omnia ſimiliter præſentibus haberi volumus pro inſertis; nec non quæcunque inde ſecuta, eadem auctoritate caſſamus, reuocamus, & annullamus, ac nullius decernimus exiſtere roboris vel momenti.

Præterea vniuerſos & ſingulos venerabiles fratres noſtros patriarchas, primates, archiepiſcopos, epiſcopos, & dilectos filios principes, dominos temporales, capitaneos, barones, milites, nobiles, communitates ciuitatum, vniuerſitatum, locorum & cæteros quoſcumque Chriſti fideles eccleſiaſticos & ſæculares, in præfatis Italiæ & alijs mundi partibus, vt præmittitur, commorantes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, obſecramus in Domino, & per aſperſionem ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti exhortamur, eiſque in remiſſionem ſuorum peccaminum iniungimus, & vt ipſi decreta, decretales epiſtolas, & conſtitutiones prædicta obſeruent, & per eorum tam Chriſtianos, quam Iudæos & Saracenos ſubditos faciant inuiolabiliter obſeruari. Et nihilominus eiſdem vtriuſque ſexus, quatenus infra quindecim dierum ſpatium a die publicationis præſentium in loco, in quo ipſi degunt, faciendæ computandorum, omnia & ſingula decreta, decretales epiſtolas, & conſtitutiones prædicta, ac in illis, & in præſentis noſtræ conſtitutionis literis contenta obſeruare incipiant, & obſeruari faciant cum effectu, nec de cætero vllo vnquam tempore contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum, in toto vel in parte, per ſe vel alium ſeu alios, quouis quæſito colore, directe, vel indirecte, venire facere, ſeu aliter attentare audeant vel præſumant; alioquin lapſis diebus eiſdem, Iudæi vel Saraceni qui mandato, præcepto, & literis huiuſmodi reſiſtere præſumpſerint, & cum effectu non paruerint, priuationis ſeu amiſſionis omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium pœnam incurrant; quæ quidem bona, vel eorum pretium per executorem, ſeu executores noſtros ad hoc ſpecialiter deputatos, ſiue pro tempore deputandos, in opus huiuſmodi ſanctiſſimæ expeditionis ac reipublicæ Chriſtianorum vtilitatem conuerti volumus, & harum ſerie auctoritate prædicta exponi mandamus. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLVI. V. *kal. iunij pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Iuſſeta ad pontificia decreta ſeruanda obſtricti.

69 Non modo ad fideles e Turcica immanitate impietateq; iudaica vindicandos, verum ad errores e Chriſtianis regnis excindendos apoſtolicas curas intendebat Caliſtus. Hærebat etiamtum in Bohemia Huſſitica perfidia, cuius præcipui defenſores erant Georgius Podiebratius regni adminiſtrator & Ioannes Rokyzana archiepiſcopalis ſedis Pragenſis inuaſor. Hos Pontifex poſt tot geſta cum impijs bella molliori via flectere ad officium niſus eſt, ac Georgium hortatus [a], vt errori abolendo nauaret operam, atque Rokyzanam vna cum alijs Bohemici regni oratoribus mitteret ad Bohemiam cum Romana eccleſia conciliandam.

Huſſitæ adminiſtratione regni Bohemici potiti.

a Lib. brev. pag. 17.

Georgio Podzebrad regni Bohemiæ gubernatori.

Non minori deſiderio cupimus errantium & diſcrepantium in regno Bohemiæ reductionē ad noſtram & ſedis Apoſtolicæ gratiam & obedientiam, quam peſſimorum Turcorum deſolationē: dolemus enim & vehementer angimur, quod in tanto regno, quantum illud eſt, error aliquis pullulet ad quarum rerum extirpationem cuius nos ſemper cupidiſſimi fuimus & ſumus hortamur nobilitatem tuam, vt laudabile propoſitum tuum executioni mandes: & nos ſedemque prædictam intuere, a quibus neminem decet diſcrepare, ſed potius de neceſſitate ſalutis oportet eam ab omnibus reuereri & honorari: & quoniam propter claram famam ſcientiæ & reputationis magiſtri Ioannis Rockcina cupimus eum vehementer apud nos videre, vt cum ipſo & alijs oratoribus dicti regni vnionem & reductionem huiuſmodi tractare poſſimus, hortamur tuam nobilitatem, vt omnino operam det, quod dictus magiſter Ioannes vna cum dictis oratoribus ad nos veniat prout ipſe venturum ſe pollicitus eſt, vt ad laudē Dei, & exaltationem fidei Chriſtianæ optima concordia & vnio ſtabiliatur. *Dat. &c.* Decretam fuiſſe proximo anno a Ladislao Rege Bohemiæ & Hungariæ legationem ad Calliſtum ad controuerſias de religione dirimendas, regnumque Bohemicum Romanæ eccleſiæ coniungendum, tradunt Æneas Syluius [b] & Ioannes Coclæus [c]. Vt vero poſt Ladislai immaturam mortem Georgius Rokyzanæ opera ſceptrum Bohemicum corripuerit, inferius dicetur.

Admonitus Podiebratius vt piū conſilium ſuſceptum exequatur.

Mittat Rochyzanam ad ſedem Apoſtolicā.

b Aen. Syl. hiſt. Bohē. cap. 69.

c Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11

70 Edidit hoc eodem anno præter prædictas plures alias ſanctiones Calliſtus [d], ac ne aliquis in ſacris concionibus in ſacello pontificio habendis indignum quid temere effunderet, cauit, ne quis inconſulto magiſtro palatij apoſtolici ſuggeſtum in eo conſcenderet, ni prius orationem habendam illi oſtendiſſet, eaque emendaſſet quæ fuiſſent cenſura notata.

Calliſti ſanctio ne quid temere pro concione coram Pontifice dicatur.

d Lib. 5. pag. 275. lib. 7 pag. 215. & 224. l. 8. pag. 288. & p. 114 quæ ext. & in bull

Ad futuram rei memoriam.

Licet vbilibet ad ſeminandum verbum dominicum, apoſtolica ſedes decreuerit operarios fore ex omni religione viros idoneos aſſumendos, illud tamen in alma palatij apoſtolici capella, in qua ad Romanum Pontificem vndique ex diuerſis mundi nationibus confluentes viri famoſiſſimi ſedulo conueniunt, & in qua veluti ex Chriſtianæ ſapientiæ & eloquentiæ fonte quæuis doctrina imbibitur, eo ſtudioſius & accuratius agi voluit, quo vniuerſus orbis ea, quæ apud ſedem ipſam aguntur, tanquam præclariſſimum quoddam ſalubris eruditionis intuetur exemplar, & quo periculoſius foret ſi in dominica traditione quantumlibet exiguus aſſeueretur error, quam ſedes ipſa ſinceram, & puram, ſine ruga vel macula, fidelibus toto orbe miniſtrare procurat. Hac igitur conſideratione moti, nonnullorum Romanorum pontificum prædeceſſorum noſtrorum, qui inter alia ſtatuerunt, & iniunxerunt, vt nullus in eadem capella, ſermonem verbi dominici habere præſumeret, niſi prius a magiſtro dicti Palatij pro tempore exiſtente examinatus & correctus, ac pro idoneo iudicatus foret, veſtigijs inhærentes, ac periculis, quæ propter ignorantiam, vel temeritatem quorundam, qui non ſubacto examine,

e Lib. 10. pag. 176.

ne, huiuſmodi ſermones ipſos in eadem capella nonnunquam proferre temere præſumpſerunt, facile poſſent emergere. Præſentis conſtitutionis edicto occurrere cupientes, auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia ſtatuimus & ordinamus, quod nullos de cætero cuiuſcumque præeminentiæ, gradus, ordinis, vel dignitatis exiſtant (venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus dumtaxat exceptis) ſermonem in eadem capella præſumat habere, niſi illud ſibi a dicto filio fratre Iacobo Egidij ordinis Prædicatorum Sacræ theologiæ profeſſore moderno, & pro tempore exiſtente magiſtro ſacri palatij fuerit ante commiſſum, ipſeque ſermo ab eodem magiſtro præuiſus, accuratus, examinatus, &, ſi opus extiterit, ante correctus & emendatus, ac ſufficiens, vt in conſpectu Romani Pontificis haberi valeat, reputatus; ille vero, cui hoc commiſſum fuerit, vt præfertur, neminem poſſit loco ſui, ſine ipſius magiſtri petita & habita licentia ſubrogare. Magiſter autem præfatus in cuius humeris ſuper hoc cura dicti pontificis requieſcit, in huiuſmodi ſermonibus, ea quæ ad integritatem fidei orthodoxæ, ſalubritatem doctrinæ, & omnium reuocationem ſcandalorum pertinent, nec non ad faſtidioſæ prolixitatis moderamen diligenter intendat. Si quis vero tantum de ſe ipſo præſumeret, vt correctionem huiuſmodi humiliter forte recipere recuſaret, ex tunc liceat eidem magiſtro ſermonem ipſum alteri, niſi illud temporis anguſtia prohiberet committere: alioquin ſermonem eundem pro ea die, ſi tibi videatur, prohibere. Quod ſi forte quiſpiam ita temerarius fuerit, vt illud, in quo correctus ab eodem magiſtro extiterit, in dicta capella ſermocinando malitioſe enunciare præſumpſerit, ex tunc ad amplius in dicta capella perorandum indignus cenſeatur, ac excommunicationis ſententiæ ſe ſubiacere nouerit eo ipſo; & nihilominus ab eodem magiſtro publice etiam noſtro in conſpectu acriter arguatur. Sacriſta autem, vel ſubſacriſta, nec non magiſtri & clerici ceremoniarum de huiuſmodi ſermonibus agendis vel non agendis, ſiue pronuntiandis non aliter ſe, niſi quantum eis per magiſtrum præfatum iniunctum fuerit, quomodolibet intromittant. Volumus autem quod ipſe magiſter, quoties ipſum ab eadem capella infirmitate aut alio impedimento legitimo abeſſe contigerit, ſubſtituendi ibidem alium loco ſui liberam habeat vigore præſentium facultatem, non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLVI. *id. nouembris pontificatus noſtri anno* II.

Data magiſtro palatij auctoritas emendandi concionis habendæ coram Pontifice.

71 Auctum eſt hoc anno a Calliſto Cardinalium collegium atq; in primis menſe februario Rodericus ipſius nepos, qui poſtea pontificatum Alexandri VI. ſibi non ſine indito geſſit, Cardinaliũ numero adiectus [a] eſt, & diaconus S. Nicolai in Carcere Tulliano creatus, de qua dignitate ipſi collata diploma editum X. kal. martij: ex literis vero pontificijs emendes Alfonſum Ciaconium, qui hanc creationem ad XIV. kal. octobris retulit, ni forte de ritu in pileo conferendo obſeruato loquutus ſit: emendandus quoque dum Iacobo principi Luſitano diaconiam S. Mariæ in porticu collatam ait. Cæterum Iacobus diaconus S. Euſtachij pileum cardinalitium breui cum immortali corona commutauit; cum enim vitæ ac voluptati caſtitatis ſtudium prætuliſſet, in ipſo iuuentutis flore, ex ſeminis copia phlegmone correptus obijt, vt refert Duardus Nonius [b], qui eum animi modeſtia, grauitate, ingenij acumine, & eruditione præſtantiſſimum & continentiſſimum fuiſſe celebrat, additque: *Cum omnis libidinis expers eſſet, & in grauiſſimum morbum incidiſſet, a quo liberari poſſe medici dicebant, ſi fœmina accederet: magno animo & maiori puritate reſpondit malle ſe mori, quam pollui. Obijt Florentiæ, & ibi ſepelitur honorificentiſſime in æde S. Miniati.*

[a] Lib. 24. bullar. pag. 121.

Iacobus Card. Luſit. obit.

[b] Duardus Nonius de vera Reg. Portugal. geneal. in tuan. I.

Mori malle quam pollui eſtatuit.

72 Nec diſparem gloriam retulere hoc tempore nõnullæ virgunculę, quæ prius etiam mori, quã mortali ſponſo iungi maluerunt; quarum duo inſignia exempla affert Ioannes Nider [a]: *Sunt vix duo anni elapſi, quod ad leucam vnam extra oppidum Columbarienſe Baſileenſis diœceſis, in loco qui Vuyle dicitur in caſtro, nobilis quidam cum legitima vxore ſua ingenua reſidebat, ſecundum ſæculum quidem honeſte conuerſantes, ſed in filia vnica, quam habuerunt, potius humanam gloriam, quam diuinum quæſiſſe videntur honorem*, & infra, *virginem præfatam cuidam nobili in coniugem promiſerunt, & contractum quantum poterant firmarunt, hoc dempto. Quod virginis nemo audebat quærere propoſitum, quod plus violentia quadam quam matura perſuaſione putabant emolliri poſſe. Præparabantur igitur in veſtimentis & in apparatu omnia futuris neceſſaria nuptijs, & ordinauerant, quod virgo die, qua præſentari debuit marito, in domum cuiuſdam nobilis viduæ poneretur, quæ conſenſum procuraret imminentibus nuptijs. Sed is, qui in cælis eſt, irriſit hæc fraudis commenta, eam puellam, quam elegerat, ſibi mundam habere voluit: nam præcedentibus octo diebus ante diem nuptiarum condictarum virgo ignara fraudis corripitur, & lecto cœpit decumbere, dietimque intendente ſe morbo, vocatus eſt confeſſor noſtræ portæ in Columbaria frater Petrus, vt confeſſionem virginis audiret, ſumptiſque eccleſiaſticis ſacramentis alijs per ſuum paſtorem, vitæ interitus virgini propinquare videbatur. Volens autem mater puellæ amorem virginitatis in filia verius comprobare ait. Quæſo te, filia chariſſima, in veritate dicas iam proxima diuino examini, eligiſne potius mori, quam viuere & maritum aliquem habere legitimum? Cui virgo reſpondit cum gaudio: Potius moriar, quo facto virgo deuotiſſime vita functa eſt, & in craſtino ea ſcilicet die, qua homini deſponſata terreno præſentari ad carnis copulam debuit, Chriſtus eam in ſponſam ſibi dilectam elegit, & cunctis flentibus vicinis & cognatis ſepulta fuit: cumque indumentis proprijs exuta feralibus indui debuit, inuenta eſt tenera virgo in genibus callos velut camelus contraxiſſe duros ex genuflexionibus habitis in orationibus crebris.*

[a] Io. Nider formic. l. 4. cap. 4.

Virguncula mortem nuptijs præfert.

Diuinitus eſt viuis erepta.

Verum quia nihil eſt omniquaque, vel vix in hac vita perfectum, paulo poſt vitæ exitum dictæ virginis apparuit ipſa virgo in nocte cuidam valde deuotæ ſanctimoniali, quæ Gertrudis vocabatur, in monaſterio de Subtilia ſito intra Columbarienſe oppidum. Vidit iſta poſt ſe currentem quandam virginem mortuam, quam prius nunquam nouerat, a qua cum quæreret, quæ eſſet; reſpondit. Defuncta ego ſum pridie defuncta Anna virgo de Vuyler (ita caſtrum patris vocabatur) & vnius Euchariſtiæ oblatione egeo, quam peto mibi celebrari obtineas a priore fratrum Prædicatorum: tunicam autem meliorem, quam habui matri dicas, quæ me genuit, vt ob reuerentiam Virginis benedictæ pauperibus eroget. Et ita viſio diſparuit, & ſanctimonialis euigilauit: cumque nunquam de virgine prius audiſſet mentionem fieri, nec eiuſdem notitiam aut parentum haberet, erubuit viſionem alicui dicere: quã dum altera nocte iteratu vidit, vt antea, & tunc compuncta confeſſori ſuo fratri Ioanni Vuolfhards, quæ præcepit dixit, & ita animæ ſubuentum eſt, prout virgo in viſione petiuit. At de his

Defuncta petit ſacrũ pro ſe heri.

his ſatis; ad priorem inſtitutam de creatis Cardinalibus narrationem redeamus.

73 Deuexo anno cum adeſſet aduentus Christi ſaluatoris ſecunda Cardinalium creatio a Calliſto celebrata eſt XVI. kal. ianuarias exeunte hoc anno; de qua hæc S. Antoninus[a], paulo ante laudatus: *Alios quoque in ſecundo anno inſtituit Cardinales quinque, videlicet epiſcopum Papienſem Longobardum*; is erat Ioannes Caſtellio titulo S. Clementis decoratus, *epiſcopum Senenſem de Senis oriundum*; is fuit Æneas Syluius, qui primo renuntiatus presbyter S. Sabinæ, demum Pontifex factus Pius II. appellatus eſt, *archiepiſcopum Neapolitanum*; is dicebatur Raynaldus Piſſicellus ac presbyter tit. S. Cæciliæ eſt creatus, *epiſcopum Zamorenſem dominum Ioannem de Mella*; qui presbyterales titulos Sanctæ Priſcæ accepit; *& quendam alium beneficiatum clericum*; is fuit Iacobus Thebaldus, qui titulo presbyterali S. Anaſtaſiæ ornatus eſt: quibus ſextum addit Ciaconius, nimirum Richardum Oliuerium de Augio Normannum epiſcopum Conſtantienſem, cui titulus S. Euſebij datus eſt. His conſentanea tradit Gobelinus, ac de Ænea Syluio hæc addit: *Aeneam pontificem Senenſem quem non Imperator ſolum ſed Hungariæ quoque Rex Ladiſlaus & cuncti ferme Germaniæ principes efflagitabant, Iacobum Feletranum natione Romanum Simonis Medici fratrem, & Riccardum Conſtantium Normannicum ſacerdotem, quem Carolus Francorum Rex expetebat; laudata eſt horum creatio: Aeneam vero vbi donatum pileo rubeo audiuit populus, mox fama exorta eſt ſucceſſorem ſibi creaſſe Calliſtum & ingens tota vrbe lætitia.* Extat ad Æneam Syluium epiſcopum Senenſem Calliſti diploma[b] XV. kal. ianuarias exaratum, quo illum titulo eccleſiæ S. Sabinæ exornauit, ac Senenſem epiſcopatum coniunctum adminiſtrare iuſſit.

a S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 14. in princ.

Æ. Syluius in Cardinalium collegium cooptatus.

b Lib. 10. pag. 290.

Calliſtus, &c. Tecum plenarie diſpenſamus, vt cum etiam poſtquam aſſumptioni, nominationi, & publicationi huiuſmodi aſſenſum præbueris, ac eccleſiam S. Sabinæ præfatam in titulum prædictum habueris ac ſuſceperis, etiam Cardinalis exiſtens, & eccleſiam S. Sabinæ huiuſmodi obtinens, & Senenſis epiſcopus permaneas, & eſſe debeas, ac epiſcopi Senenſis, & paſtoris inibi nomine, dignitate, & officio fungaris. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLVI. XV. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* II.

74 Ingentes hoc anno V. decembris die motus hiatuſque terrarum fuere in Neapolitano regno, quibus ſexaginta hominum millia abſorpta oppreſſaue periiſſe refert Iacobus Cardinalis Papienſis[c]; quanquam non deſunt[d], qui minorem numerum collocent. Brixiæ vero is triſtis caſus accidit[e], vt Antonius Viſignanus hæreticus immortalitatem animæ, reſurrectionem mortuorum, paradiſum, inferos negans, atque exomologeſes & ieiunia ab Eccleſia indicta ſpernens in carcere, mutato in laqueum cingulo, gulam ſibi fregerit, digno vita improba exitu.

Horrendus terræ motus in regno Neap.

c Papien. ep. 392.

d Gobel. in comment. Pij II. l. 1

e Lib. 9. pag. 185.

Aneel Brixienſis triſtis exitus.

IESV CHRISTI
Annus 1457.

CALLISTI PP. III. annus 3. FRIDERICI III. ROM. REGIS 18.

1 ANno excurrentis ſæculi ſeptimo & quinquageſimo indictione quinta, vrgere prioraque de ſacro bello gerendo pro amplificanda fide delendaque Mahumetica ſuperſtitione conſilia Calliſtus non deſtitit, nouamque claſſem, quam ſuperiori anno moliri cœperat inſtruxit, de qua ad marchionem Montisferrati & Franciſcum Sfortiam Mediolani ducem hæc ſcripſit[a]: *Præparauimus aliam nouam claſſem, quam noniter emiſſuri ſumus, ad quam neceſſarijs rebus communiendam, cum non ſufficiant, quas vndique colligimus, pecuniæ & eleemoſinæ, ſtatuimus denuo tuum & aliorum Chriſtianorum auxilium impetrare.* Quam claſſem, mox atque apparata eſt, in Orientem vela ſoluere iuſſit, vt oſtendunt literæ ad Ludouicum patriarcham Aquileienſem eundemque Cardinalem legatum hoc anno datæ[b], quibus aſcripta eſt decima martij dies, quem alijs eidem literis ob ingentia ſociorum auxilia[c] Turcas inuadere iuſſit.

a Lib. 1. breu. pag. 64.

Parata claſſis in Turcas a Calliſto.

b Ibid. pag. 7.

c Ibid. pag. 76.

Calliſtus, &c. Expectamus a die in diem chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alfonſum Portugalliæ, &c. Regem illuſtrem, qui cum ſua valentiſſima claſſe contra Turcas venire decreuit. Inſuper non deſiſtimus ſolicitare & impellere dilectos filios Ianuenſes quos non dubitamus ex eorum nauibus opportunum numerum in augmentum claſſis noſtræ miſſuros. Poſtremo vnum hoc etiam adijciendum his literis putamus, vt nepotes noſtros, qui cum galeis eis commiſſis ſubtemilitant, circumſpectioni tuæ accurate commendamus. *Et infra:* Strenue inuadas hoſtes, eorumque damnis & vexationibus toto poſſe inuigiles & anheles. *Dat.* XXIX. *martij* MCCCCLVII. *anno* II. Erant ii pontificij nepotes Vitalis e Villanoua, Geraldus Caſtelaerdius, & Aranos, quos Calliſtus ad explicandam in Turcas militarem virtutem literis cohortatus eſt[d]. Verum ipſi habenas ſibi ad ſcelera ob auunculi auctoritatem, immiſſas arbitrati, non in Turcas vertere impetus, ſed ad agitanda latrocinia in Cyprum incurrere contra edicta Pontificis, qui orientales Chriſtianos vexari vetuerat, ob quod flagitium in vincula a legato coniecti fuere[e].

Expectatur Rex Luſitanus.

Legatum lacceſſare iuſſus Turcas.

d Ead. pag. 76.

Nepotes Calliſti e Turcis in Cyprum arma auertit.

e Act. Syl. ep. 269. In vincula coniecti.

2 Quod autem ad Luſitanum Regem attinet; de eius aduentu virtuteque maximas ſpes conceperat Pontifex[f], vt coniuncta Genuenſium ſubſidiaria claſſe non modo Conſtantinopolim expugnaret, ſed etiam Chriſtiano imperio Syriam reſtitueret, cumque increbreſceret rumor, Mahometem II. depellendæ prioris ignominiæ cupidum innumerabiles copias coegiſſe, vt in Pannoniam iterum irrumperet, magis expectatione Luſitani Regis angi æſtuareque cœpit Dei vicarius, ac Siluenſem epiſcopum vrſit[g], vt Alfonſum ad expeditionem ſacram conficiendam impelleret.

f Lib. 1. breu. pag. 73.

Mahometes in Hungariam expeditionem meditatur.

g Ibid. pag. 82.

Calliſtus, &c. Te ſcire volumus, vt cum ſemper nobis expectatiſſimus fuerit aduentus chariſſimi in Chriſto filij noſtri Regis Portugalliæ, nunc in tanto tamque repentino furore huius monſtri, [ſcilicet Mahometis II.] omnem ſpem noſtram in dicto aduentu poſitam eſſe: etenim certum eſt hoſtiles copias Turcorum, quæ innumerabiles eſſe dicuntur, & in regnum Hungariæ impetum aut iam faciunt, aut breui facturæ creduntur, nullo pacto melius diſtrahi & ab incœpto euerti poſſe, quam ſi celeriter maritima expeditione Turcorum terræ infeſtentur. *Dat.* X. *aprilis* MCCCCLVII. *pontificatus noſtri anno* II. Repetita eadem menſe maio fuere imperia[h], atque Alfonſus Luſitanus pontificijs adhortationibus ſolicitatus eſt[i], vt periclitanti rei Chriſtianæ ſubueniret.

Solicitatur Luſitanus Rex vt illuc armatus deſtinat.

h Ibid. pag. 96.

i Ead. pag.

3 Trepidatum admodum in Pannonia fuiſſe nouæ irruptionis a Mahomete faciendæ metu, reſta-

tur

Digitized by Google

a Aen. Syl. ep. 266.

tur Æneas Sylvius in literis [a] ad Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regem datis, quibus cum rogat, vt in tanto diſcrimine arma in barbaros expediat.

Alphonſo Aragonum Regi Siciliaque.

Mahometes cum Regibus Mahometanis fœdus.

Hac ipſa die, Rex inclyte ac potentiſſime, allatæ literæ ex Hungaria ſummum Pontificem, omnemque curiam conturbarunt. Referunt enim Mahometem Turcorum dominum cum ſoldano Ægypti, cum Caramanno Ciliciæ, cum Tartaro Scythiæ inito fœdere, coactis ingentibus copijs, rurſum ad Hungariam properare, Albam (quod alij caſtrum Belgradum vocant) ſummis viribus obſeſſurum: iamque iter accepiſſe nec dubium eſt, quin diebus quindecim cum toto exercitu ante oppidum ſeſe collocet. Ferunt quoque iuraſſe eum, etiam ſi Aſiæ maiorem partem amiſſam audierit, non ſeſe retro abiturum. Hæc Albenſes legato apoſtolico ſcribunt pleni metu: quippe quibus ſola ſpes de cœlo eſt; neque enim tam ſecuri homines Dei, quin humanum expectent auxilium: incredulum eſt mortale genus, neque illud ponderat, quod ſcriptum eſt in ſacris eloquijs: *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Sed miſerandum illis eſt, ſi ſemel diuinitus liberati rurſus pietatem diuinam tentare verentur. Percuſſit de cœlo Deus hoc anno Turcos; neque enim humana victoria fuit, quæ apud Albam parta eſt. Voluit experiri Deus quidnam Reges agerent, cæterique populi Chriſtiani rectores: profligauit hoſtes, occidit qui ferociores videbantur, abſtulit innumerabiles machinas, ſpatium dedit, quo, ſi vellent Chriſtiani populi, ſeſe accingerent, redituroque Turco armati occurrerent: ſed quanto magis indulget Deus, tanto negligentiores ſumus abutentes otio. Ecce redit hoſtis, & nemo eſt qui laboranti Hungariæ opem ferat: & vereor ne Hungaria peſſum eat, & nobile illud regnum hoſtilis gladius euertat: quod ſi Deus tulerit, cadit murus noſtræ religionis, & itinere plano per Carnos & forum Iulij in Italiam Turcorum turmæ decurrent. Ad hæc accedit filiorum olim gubernatoris Hungariæ captura, qui per Regem in arce Budenſi deprehenſi cuſtodiuntur: cumque his non parui nominis prælatus interceptus eſt Ioannes Varadienſis epiſcopus; feruntque & alijs pleriſque nobilibus iniecta vincula. Incomperta eſt adhuc cauſa; ſed vero ſimile eſt necem comitis Ciliæ hoc pepepiſſe. Infelices Chriſtiani, quos tanta cæcitas exagitat, vt nec prementibus hoſtibus domeſtica deponant odia. Surgat igitur tua ſerenitas, & quod potuerit huic periculo remedium adhibeat. Cæteri principes in tuam ſublimitatem cuncti fere contorquent oculos, eam ipſam quidquid egerit ſecuturi: neque enim Rex eſt in orbe Chriſtiano, apud quem plus auctoritatis, quam apud te ſit, qui regnorum potentia, rei militaris peritia, experientia rerum multarum, & incredibili ſapientia cæteros Europæ principes anteceſſis: hæc permeat ad tuam manſuetudinem fide onera ſint. *Dat. Romæ die* VII. *aprilis anno* MCCCCLVII. Irretitus [b] veſanis libidinibus Alfonſus ad pia Æneæ conſilia obſurduit, & quam habebat paratiſſimam claſſem immittere meditabatur non in Turcas, ſed in Chriſtianos, nimirum Genuenſes, qui ideo a ſacro bello non ſine graui rei Chriſtianæ damno retardati fuere: at de his inferius.

Iubilæ Belgrado.

Divino prodigio depulſi ab eo fuerat.

Data Regibus vincendi occaſio.

Forum inertia.

Expoſita Hungariæ pericula.

Rex Aragonum prouocatus vt ſurgat arma in Turcas.

b Gobelin. in comm. Pij II.

Avertit ea in ligures.

4 Cæterum non inani ex cauſa offuſus erat Hungaris nouæ irruptionis Turcicæ terror, Mahometes enim legato minitanti Turciam a Chriſtianis ipſi eripiendam, ſi Hungariam alliciare pergeret, reſponderat [a], Turciam ſibi curæ non eſſe, modo Hungaria potiretur. Augebat eam ſuſpicionem eumque metum, patere barbaro occaſionem debellandæ Pannoniæ, cum inteſtinis motibus fluctuaret, tum ob Vlrici Ciliæ comitis eiuſdemque Regis auunculi cædem, tum ob Ladislaum & Matthiam Huniadis filios in vincula coniectos, quorum maior natu Ladislaus extremo ſupplicio affectus fuerat. Narrant hæc pluribus Æneas Sylvius [b], Thuroſius [c], & Bonfinius [d], vt nimirum defuncto ſuperiori anno Ioanne Huniade, Vlricus Ciliæ comes illius capitalis hoſtis Ladislaum Regem impulerit, vt Pannoniam repeteret, Albamque regalem Turcica internecione celebratiſſimam viſeret; præfuiſſe tum arci Huniadis filios, veritoſque Vlrici odia, non admiſiſſe Regem, niſi quatuor militum millia, quæ adduxerat, oppido excludi pateretur: dein coniurationem procerum conflatam in Vlricum fuiſſe, eumque in arcano colloquio a Ladislao ferro confoſſum; preſſiſſe vero Regem alto pectore dolorem ex cæde auunculi conceptum, eumque iure cæſum profeſſum; tum comites Ladislaum & Matthiam in fratres cooptaſſe, neque interfectum auunculum ſe vlturum iuraſſe: immo ad pellendam omnem ſuſpicionem donaſſe eos purpureis veſtibus, iuſſiſſeque pullas exuere, quas ob parentis Huniadis defuncti luctum gerebant: his autem lenocinijs delinitos comites Regem Budam vſque ſecutos: tum vero Vlrici affines illi ſuaſiſſe vindicandam auunculi necem, nec ferendam filiorum Huniadis temeritatem, qui facile regio capiti moliri inſidias ad ſceptrum inuadendum poſſent: conditos itaque in carcerem Ladislaum & Matthiam, ac de ijs iudiciariam actionem inſtitutam, & tandem latam in Ladislaum capitis ſententiam; Matthiam vero in vinculis remanſiſſe, quem poſtea e carcere traductum ad ſolium Hungaricum dicetur inferius.

a Lib. 1. breu. pag. 80.

Hungaria diſſidijs inteſtinis agitata.

b Aen. Syl. hiſt. Bohe. c. 66. 67. & 68.

c Thuroſ. chron. c. 58. 59. & 60.

d Bonfin. dec. 3. l. 8

Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11

Vlricus trucidatus.

Huniadis filij in carcerem miſſi Ladislaus capite plexus.

5 Interea vbi hos captos ab Hungaro Rege audiuit Pontifex, Ioanni Cardinali S. Angeli legato conceptum a ſe dolorem ſignificauit [a], inde ſacrum bellum retardari; imparem ſe illius ferendæ moli vniuerſos principes monere, vt vires iungant: repetijt conceptas ſpes de auxiliaribus claſſibus Luſitana & Gallica; ac demum legatum ipſum ad concordiam inter Hungaros conciliandam, vocandos ad crucis ſigna fideles, educendumque in Turcas exercitum iuſſit incumbere.

a Lib. 1. breu. pag. 80.

Ioanni Card. S. Angeli.

Dilecte fili ſalutem, &c. Cum literis chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ladislai Hungariæ Regis illuſtris, & tuis reſpondere pararemus, quas de ſuſpicione, quæ de aduentu ſæuiſſimi Turchi hoſtis habebatur, ſcripſiſtis; ecce ad nos venit nuncius cum alijs literis tuis & copijs, quas vna cum illis miſiſti, ex quibus tum de nouitatibus, quæ in regno illo factæ ſunt, tum de certiori aduentu Turchi valde turbatum eſt cor noſtrum. Dolemus ad animam de turbulentijs illius regni, in quo cum maxima ſpes noſtra expugnandi inimicos fidei collocata ſit, ægerrime ferimus, quod domeſticis diſſenſionibus a tam neceſſario ſuccurſu fides retrahatur. Tu vero quantum in te eſt, omnem adhibeas diligentiam, vt pax & vnio ſtabiliatur in regno illo, vides enim quam ſit neceſſarium. Nos Deum continue precamur, vt Chriſtifidelium cordibus gratiam infundat, eoſque ſuſcitet ad exterminium infidelium, quæ res tanto nos deſiderio tenet, vt incredibili quadam cura vrat animum noſtrum: & ſi tamen facultates noſtræ ad tantum negotium non ſufficiant, cum vix neceſſaria nobis

Omnia ſua profundit Callid. pro fide.

vi-

vitæ remaneant, intelliget tamen mundus ineffabile deſiderium noſtrum non verbis ſed opere, literis, ac nuncijs in vniuerſum declaratum. Et cum tantam molem nequeant noſtri ſufferre humeri, effuſa omni potentia noſtra non ceſſamus ſedulis hortationibus Chriſtianorum potentatuum auxilia implorare.

Inſulæ aliquæ & terræ captæ Turcis.

6 Claſſis noſtra, cuius augendæ & corroborandæ continue rationem habemus, iam maritimas Turcorum terras infeſtat, multiſque non mediocribus terris, inſulis, poſita eſt: & galeatia noſtra cum nonnullis alijs nauibus & nauigijs iam ad ipſam claſſem cum victualibus, pecunijs, grano, & alijs neceſſarijs enauigauit. Cæteras vero galeas, quas hic fabricari facimus, quam celerrime abſolutas mittere curamus, & de hinc, & Sicilia, & terris noſtris ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & etiam de marchia Anconitana mittere non ceſſamus, vt valide vexetur perfidus Turcus, & recuperetur Conſtantinopolis, ad cuius recuperationem viſcera noſtra quam plurimum vulnerantur.

Adueniet inſuper cum valida & numeroſa claſſe ſua chariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Portugalliæ illuſtris, qui vt certiores facti fuimus prima huius menſis aprilis omnino claſſem ſuam verſus nos ſoluere decreuerat: cujus claſſe cum noſtra vnita firmior erit potentia ad diuertendum vires hoſtis, qui cum pluribus locis vno tempore laceſſitus erit, neceſſario cogetur exercitum ſuum diſtrahere. Et de Francia ad minus xxx. galeas, vt ex concordato ſuper decima leuanda omni anno nobiſcum cum Rege Franciæ plenius eſt videre.

Triginta triremes promiſſæ a Gallis pro expeditione ac Conſtantinopol. Caſtellani ſubſidia pollicitis.

Et de Anglia in breui ſcies, & Britania, ac Burgundia, & de Rege Aragonum. Si ſingula ſcriberemus, non ſufficeret papyrus. Etiam ex Caſtella, etſi contra Granatam chariſſimus in Chriſto filius noſter Caſtellæ & Legionis Rex illuſtris nobiſcum certo modo aſſiſtit. Vtinam Veneti, qui tam frigidi ſunt comminationibus noſtris obauditis nobiſcum eſſent. Dux Mediolani bene optat, & ſi vicariatum Lombardiæ ſibi concederet imperium, vt inſtamus, anno præterito & præſente armigeros miſiſſet in numero competenti; ſed mittere, & non honorari per Imperatorem velut ducem Mediolani, forſitan quam ſit ei graue, conſideret quiſque.

Copiæ a Mediol. diffuſæ.

Si tu proficere poſſes ad hoc obtinendum, ad minus tria vel quatuor millia armatorum ab eo nobis inſtantibus miſsi fuiſſent in ſubſidium Hungarorum contra Turchum; ſed non deficiunt miniſtri per mare & terram; & videbis gloriam Dei, vti in illa glorioſa victoria miraculoſum viſum extitit toto mundo.

7 Tua igitur circumſpectio vtatur ſolita diligentia, prudentia, & induſtria, vt Hungari ad terreſtre certamen ſe accingant, & in occurſum hoſtium pergant: nam victoria in illorum manibus eſt.

Iuſſus legatus, ſ. ſafore & Germanos excitare.

Deus enim non deſeret plebem ſuam, ſed mirabili virtute & potentia inſolentiam & crudelitatem hoſtium ſuæ ſanctæ religionis confringet, & excita Imperatorem & Alamannos, & alios ipſarum partium ad tantum incendium extinguendum. Subuentionem, quam tibi deputauimus, ſtatutis terminis eam facere non omittemus, prout hactenus non omiſimus, & proximis diebus per bancum de Medicis tibi miſimus tria millia ducatorum pro tempore, quo ſumus vſque ad menſem ſeptembris proxime futurum, quam quantitatem ante receptionem harum literarum firmiter tenemus te habere, & ita ſe obligauit Robertus, & ita deinceps ſemper facimus. & vtinam ſanguinem proprium noſtrum ſimul cum Hungaris & alijs cruceſignatis, expendere poſſemus; ſcimus enim non mereri martyrem eſſe: & volumus, quod corpus illius ſerui Dei fratris Ioannis de Capiſtrano ſepeliatur: forſitam in breui erit apud te illi fidelis ſeruus Dei frater Iacobus de Marchia, qui ibi eſſe ſitit abunde. Et quis catholicus ad tam laudabilem pugnam currere & intereſſe non debet?

Corpus B. Capiſtrani ſepeliri iuſſum. B. Iacobus e Marchia in Hungar. miſſus.

Sis forti animo & Dei athleta, quoniam in te, ſi fas eſt dicere, in te nomine noſtro & ſedis Apoſtolicæ quieſcit tota religio Chriſtiana. *Et infra*: Et ſi quadam deſperatione perfidus Turchus vtatur viſis literis tuis, quod non curat de Turchia, ſed habere Hungariam, quod alienum eſt a re militari, doleamus: multo magis de captura ſeu detentione illorum, quoa Rex Hungariæ fecit de ſuis. Tempus non patitur talibus vti, quia *omne regnum diuiſum, &c.* labora ad vnionem, prædica crucem, cruceſigna, quia Deus eſt nobiſcum. Si viriliter per Regem & ſuos, te mediante, crucis inimico viriliter obuietur; quod vt ita fiat præcipimus & mandamus, & qui aliter ſentit, membrum eſt diaboli, & ira Dei ſuper eum. Regi ſcribimus & Cardinali Strigonienſi, vt videre poteris in copijs incluſis. Ad tuas enim literas & per te dicenda eos remittimus, paucis verbis vtendo, & non verificetur dictum Salomonis: *Væ regno, cui Rex puer eſt, mulier, aut furioſus*. Et de hoc ſatis, & auiſa continue, vti nos facienus. *Dat. &c. die* x. *aprilis* MCCCCLVII. *anno* II.

Legitur crucis llæ... ſigno ac...

8 Præter inteſtinas illas Hungarorum diſſenſiones, vigebat adhuc bellum inter Ladiſlaum & Fridericum Imperatorem, cui ſedando Calliſtus legatum dare operam iuſſit [a], cum inde Turcarum augerentur animi ad Pannoniam inuadendam, tepeſcerent cæteri Chriſtiani principes, ac pontificij in oriente conatus debilitarentur, quo argumento hæ ſcriptæ literæ.

Conciliare pacem inter Regem & Cæſarem

a Lib. 1. breu. pag. 94.

Cardinali S. Angeli legato, &c.

Dilecte fili ſalutem, &c. Graui dolore atque moleſtia animus noſter afficitur ex diſcordijs ac turbulentijs, quæ bonorum omnium turbatore cooperante in partibus illis vigere nunciantur, & de periculo in quod nuper cecidit chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Nec poſſumus ſatis explicare cõceptũ dolorem & mœſtitiam ex hac calamitate. Videmus enim eas partes inteſtinis incendijs ardere, principes in domeſticã perniciẽ arma cepiſſe, quorũ auctores firmamenta fidei, & propugnacula Chriſtiani nominis habiti ſunt. Omnis autem hæc contentio pro hoſte eſt, qui longe acrior ad oppugnationem Chriſti fidelium inſurget, vbi viderit illos inter ſe manum conſerere, qui ſoli ſibi obſtabant, ne ſuum malignum propoſitum conculcandæ fidei exequi poſſet. Ex quo hoc etiam malum redundat, quod omnes noſtri, & reliquorum Chriſtianorum conatus ad nihilum recidunt. Nam quid prodeſt nos in tantis difficultatibus omnium rerum claſſem incredibili celeritate & innumerabili ſumptu vno quaſi tempore & conſtruxiſſe & in orientem miſiſſe? Quid contulerunt obnixæ implorationes, quid adhortationes, quid denique lachrymæ noſtræ profuerunt, quibus vniuerſum iam Chriſtianum orbem commouimus, ſi Hungaria, quæ aditus & porta eſt barbaris ad occupandam Chriſtianitatem, & Germaniæ in cuius opibus firmiſſimum ſubſidium fidei eſt, domeſticis vexationibus quatiuntur? Profecto hæc mala excruciant animum noſtrum, & eis aliqua ratione occurrere ac mederi vellemus. Scribimus ſuper hoc, eidem Imperatori, archiduci & duci Auſtriæ, nec

Debilitatæ vires Chriſtiani Imperij ex inteſtino bello.

non

Digitized by Google

non Regi Hungariæ illuſtri, eoſque quantum obnixe poſſumus ad pacem hortamur, mittimuſque ad eos dilectum filium Georgium de Lapide notarium noſtrum, qui pro concordia & vnione eorumdem omnia experiatur. Nec minus circumſpectionem tuam hortamur, vt diligentiſſime ſtudeas tanta ſcandala prohibere, teque his diſſenſionibus ſedandis viriliter interponas, ex quo maximum honorem & gloriam conſequeris.

Intelleximus te in regnum Boſnæ parare proficiſci, credimuſque circumſpectionem tuam optimo conſilio id facere, ſed cum tantæ turbationes in Hungaria & Alamania ſint, vide & circumſpice quid optimum factu ſit: nos enim in tua ſingulari prudentia plurimum confidimus. In facto es & vides quid, qua ratione prouidendum ſit. Superest, vt quod melius eſt exequaris, & nos continue de occurrentibus certiores reddas: ſemper enim eſt in ſuſpenſo mens noſtra, & in horas ſatagit audire, quæ fiunt. *Dat. &c. die* XXIV. *maij* MCCCCLVII.

Frider. Cæſar in diſcrimen vitæ adductus.

9 Incrudiuere adeo inter Fridericum & Ladiſlaum odia, vt Friderici vitæ comparatæ inſidiæ fuerint, quare maximi motus in Pannonia Germaniaque ſunt excitati, de quibus Callistus in literis ad Alanum Cardinalem in Gallijs legatum ita queritur a: *Intelleximus, non ſine ſummo mœrore, ingentes diſcordias & diſſenſiones in Hungaria & Alemannia ſubortas eſſe, ex quibus tanti inter principes illarum partium motus excitati ſunt, vt quod quaſi abominabile eſt, chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Romanorum Imperator ſemper auguſtus in diſcrimen capitis adductus ſit.* Ob ſtructas itaque ſibi inſidias valde iratus Fridericus bellum atrox Ladiſlao intulit, atque Auſtria ab ambobus cruore flammaque fœdata eſt: ad quæ tollenda mala Pontifex eundem Fridericum flectere ad pacem redintegrandam, vertendaque in Turcas arma his precibus conatus eſt.

a Lib. I. breu. pag. 94.

Bellum infert Hungaro inſidiatori.

Chariſſimo in Chriſto filio Romanorum Imperatori ſemper Auguſto.

Quia diſcordia veſtra tanto magis nos angit, quanto magis Chriſtianæ reipublicæ damnum reſultat, ſerenitatem tuam rogamus, vt ante tuos * ponas primum cum quo contendis, & vbi contendis; quia cum carne tua, cum ſanguine tuo, cum fratre tuo, & in domo tua, in agris paternis, in hereditate auita bellum geris, in quo nec perdere nec vincere tutum eſt, conſidera quod tu Imperator es aduocatus Eccleſiæ, protector fidei catholicæ, primus inter ſæculi principes, primus qui arma pro defenſione religionis noſtræ induere debeas. Conſidera quod tu ille es, in quem omnium Chriſtianorum oculi coniecti ſunt. Qui ſi, quemadmodum tibi ex officio incumbit, aduerſus impiam Turcorum gentem arma promoueris, vniuerſos ferme Reges ac principes, vt te ſequantur, prouocabis, labantemque rem Chriſtianam magnifice ſubleuabis: ſin vero domi manſeris alijs occupatus curis, nemo erit qui bellum Chriſti gerere velit, eriſque tu ipſe cauſa cur noſtro tempore fides catholica negligatur.

* oculos

Admonitus vt arma vertat in Turcam.

Intellexiſti quæ fecerunt Turchi ſuperioribus annis, vt Conſtantinopolim orientalis imperij caput ac totius Græciæ columen inuaſerunt, vt vrbes quamplurimas incenderunt, vt Chriſtianum ſanguinem effuderunt, vt altaria euerterunt, vt ſanctorum reliquias canibus obiecerunt, vt imagines Dei noſtri glorioſæque matris eius aut lanceis effoderunt, aut ſputis lutoque deturparunt. Scis quæ nunc cogitant, quæ parant, quæ moliuntur: nullum illis ſtudium ardentius, nulla cura propenſior eſt, quam vt ea agant, per quæ poſſint Chriſtianam gentem funditus perdere: vincula, verbera, neces fidelibus omnibus comminantur. Prope eſt eorum gladius, & adeſſe feſtinant tempora; & tu interim ac patruelis tuus arma, quæ merito in hoſtes fidei verterentur, contra ſubditos & vaſallos veſtros exercetis.

Propoſita mala ingentia a Turcis patrata.

Moliri ipſos gentem Chriſtianã excindere.

Dices fortaſſe quieuiſſem, niſi me magna neceſſitas impuliſſet: ſed paratæ fuerunt inſidiæ mihi: hereditas mea in periculo poſita eſt, coactus ſum arma pro defenſione capeſſere: inuitus pugno cum ſanguine meo. Poſſibile eſt quod ais, nihil inficiamur: age ſint vera quæ refers omnia, ſit iuſtiſſima tua cauſa: at iuſtius eſt pro Chriſto pugnare, & maior neceſſitas eſt hereditatem Chriſti, quam tuam defendere: ſi tua perit, eſt adhuc vbi ſalueris; ſi perit Chriſti hereditas (quod tamen nullo pacto futurum putamus) & tuam hereditatem perire oportet, & Chriſtianæ reipublicæ fundamenta corruere. Cogita igitur de communi periculo prius, & maiora minoribus antepone: exquirito omnes vias, quibus cum patruele tuo quantum ſanguine iungeris, tantum dilectione & affecta ſincero copuleris nec illi imputes quoquomodo quæ per alios ætati teneræ ſuggeruntur. [His additæ nouæ preces, vt cum Ludouicus Bauariæ dux in Auſtriam pro pace inſtauranda ſe conferat, eoque etiam Apoſtolicæ ſedis legatus profecturus putetur, concordiæ animum accommodet, deque iure ſuo nonnihil decedat, maiora enim illi tributum iri a Deo: educat e Germania vna cum alijs principibus cruceſignatas acies, iungatque cum Ladiſlai copijs, ad Græcos e ſeruitute Turcica vindicet, & Conſtantinopolim turpiter amiſſam ingenti gloria recuperet.] *Dat. &c. pridie kal. ſeptembris anno* MCCCCLVII.

Communia res utiuare antecedenda.

10 Admonitus a pariter Ladiſlaus, vt omiſſo Auſtriaco bello fœdus ſanciret cũ Friderico, & Hungariæ regno, cuius abiecisse curã videbatur, cõſuleret.

Ladiſlaus ad iungenda in Turcas cum Cæſare arma commonetus.

a Afferuntur eius litt. a Cocl. b ſt. Huſſ. lib. 11.

Calliſtus, &c. Tibi non minor cura eſſe debet ad hoſtes fidei propulſandos, & maxime Turcas, qui regno tuo Hungariæ latiſſimo & quondam florentiſſimo non ſolum vicini ſunt, illique moleſtias in dies inferunt, ſed etiam non paruas eius prouincias ſibi vſurpauerunt: dolemus certe & angimur vehementer, cum in dies ex illo regno Chriſtianos capi & in barbaricam duci captiuitatem accipimus, miramurque te non maiori ſtudio teneri pro defenſione ipſius regni, quam videmus; qui, cum in Auſtria cum patruele tuo contendis, præfati regni curam poſtpoſuiſſe videris, tanquam plus doleas vnam tibi per Chriſtianos villam auferri, quam ſi per Turcas vna prouincia ſurripiatur. Certe illud palam eſt quod, cum tu & dictus Imperator inuicem diſcordes eſtis, & domeſtico bello implicati non ſolum Hungaria, ſed tota vere Chriſtianitas in periculo ponitur; nam quomodo Gallici & Hiſpani vel Anglici contra Turcas exercitum ducere curabunt in remotis agentes, quando vos, qui prope eſtis, & quorum potiſſime res agitur, inter vos diſſidentes nihil cogitare videmini ſuper his, quæ Turcarum perfida gens aduerſus Chriſtianos in dies molitur? *Dat. &c.* Paruit Pontifici Ladiſlaus, ac legationem ad Fridericum, pro pace conficienda decreuit b, iamque de formula fœderis pene conuentum erat, cum Ladiſlaum mors inopina abſtulit. Hortatus erat iam ante ineunte anno eundem Regem Pontifex; vt exercitum in expeditionem aduerſus Turcas educeret, ac partas a legato pontificiæ claſſis præfecto victorias au

Hungari crebris excurſionibus Turcar. infeſtati.

Hungaror. diſcordia exitioleſta Chriſtianæ.

b Aen. Syl. hiſt. Bohe. cap. 69 Card. Papien. l. 6. commẽt. & Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 11.

Propoſitus Hungaro parta a legato victoria.

Digitized by Google

ad illum magis confirmandum ſignificaret [a].

a Lib. 1. breu. pag. 55.

Callistus, &c. Ad XXIX. decembris, [nimirum anni ſuperioris,] accepimus literas a claſſe noſtra, quemadmodum tres inſulas Turcorum expugnaſſet, & ad obedientiam ſanctæ matris Eccleſiæ reduxiſſet, ſcilicet Mitilenum, Taxum, & Stalimenum, quæ conficiunt circa XX. millia animarum. Vides igitur, potentiſſime Rex, quanta nobis auxilia præſtet omnipotens Deus, vides infideles ipſos ante & retro profligatos, exterritos, & in magnam trepidationem compulſos, vides dexteram glorioſiſſimi Ieſu Chriſti nos ad delendam perditiſſimam gentem conuocare. Perſeuera igitur, fili chariſſime, vt in victoria nobis cœlitus vndecunque data, vt quod reliquum eſt damnatiſſimæ gentis cum adiutorio viuificæ crucis conteramus, &c. [Vetat inducias initi.] *Dat. die ſecunda ianuarij* MCCCCLVII. *pont. noſtri anno ſecundo.*

Mitylene Taxus Stalimene eripiuntur Turcis.

11. Confirmatus a Pontifice Ladislaus Mahometem inducias cum Hungaris flagitantem repulit, quo circa Ladislaum ipſum commendauit [b] Calliſtus in literis ad Cardinalem Strigonienſem Apoſtolicæ ſedis legatum datis [c].

Turcicas inducias respuit Ladislaus.

b Ibid. pag. 81.
c Ibid. pag. 82.

Callistus, &c. Certe optimum fuit conſilium, nam cum omnes Chriſtiani potentatus illius regni & nationis Hungaricæ firmum quoddam præſidium fidei catholicæ habeant, ſi paululum a ſolita conſtantia regnum ipſum declinaſſet, titubaſſent profecto omnes & animi Chriſti fidelium, qui aſſiduis hortationibus noſtris caluerunt, & in ſubſidium Chriſtianæ religionis accenſi ſunt, omnino refrixiſſent. Ad hoc accedit, quod impius hoſtis non ſtudio pacis petit inducias, ſed ſuam opportunitatem inſidioſa fœderis oblatione captata, vt improuiſos & imparatos Chriſtianos aggrediatur. Abſit igitur, vt tam damnoſa tregua fiat. *Dat.* X. *aprilis anno* MCCCCLVII. *pontificatus noſtri anno* II.

Collaudatus a Callisto.

Suspecta hostium fœdera.

12. Hæc Calliſtus, qui incredibili Turcici delendi imperij & Mahumeticæ ſuperſtitionis excindendæ deſiderio flagrabat, profeſſuſque [d] eſt nunquam ſe, donec vita ſupereſſet, a defendenda Chriſti cauſa religio neq; amplificanda defecturum; ac B. Iacobum Picentem Minoritam ſanctitate & miraculis illuſtrem, atque ad martyrij palmam aſpirantem in Hungariam miſit, vt B. Ioannis Capiſtranenſis muneri in crucis ſymbolo fidelibus conferendo, & ſacris concionibus habendis ſuccederet; quem Ladislao Regi ſubiectis commendauit literis [e], addita adhortatione, vt vires in Turcas effunderet, adiunctaque ſponſione diuinum ei atque apoſtolicum præſidium in proferendo Chriſtiano cultu nunquam defuturum.

d Ibid. pag. 91.

B. Iacobus Picens B. Capistrano suffectus.

e Ead. pag.

Regi Hungariæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Cum omnis noſtra cogitatio, & omne conſilium ad opus ſanctiſſimæ expeditionis in Turchos & impeditionem infidelium concitata ſint, & in horas creſcat ſalutaris cura in corde noſtro, non deſiſtimus omnia tentare & aggredi, per quæ incredibile deſiderium noſtrum feliciter exequi valeamus. Quæ hactenus egerimus ad reprimendum furorem immaniſſimi hoſtis ſuperfluum putamus ſerenitati tuæ replicare, cui notiſſimum eſſe ſcimus quanta in difficultate rerum claſſem inſtruxerimus, legatum cum ea in orientem miſerimus, omni denique ratione Chriſtianum orbem ad ſuccurrendum labenti fidei, tum legatis & nuncijs, tum maxime cōtinuis literis & obſecrationibus commouerimus: quorum regnum tuum non fuit expers, cum continuo ibi noſtrum legatum teneamus: ob quæ non remollitus eſt animus noſter, immo magis ac magis inflammatus eſt, nec quieſcere poterit quoad voti compos oppreſſum ſenſerit impium Turcorum tyrannum, & fidei ſacroſanctæ, extinctis infidelium conatibus pacem & quietem reſtitutam. Hæc cura ſtabilem in mente noſtra ſedem ſibi fecit; hæretque ſtimulus quidam igneus noſtris ſenſibus, qui inde auelli nunquam poterit, quouſq; vitales auras duxerimus. Et quoniam ſæpe vidimus inefficaces eſſe omnes humanos conatus, niſi diuino brachio dirigantur; expertique ſumus, quid ſuperiore anno valuerint ſanctæ orationes, quas ad Deum nos hic fecimus, & per vniuerſum fieri ordinauimus, optimum exiſtimamus mortalibus armis diuina adiungere ſubſidia.

Diuina auxilia cum humanis imploranda.

13. En igitur miſimus iſtuc dilectum filium fratrem Iacobum de Marchia ordinis Minorum profeſſorem ſeruum Dei, & militem Chriſti ardentiſsimum, cuius tum doctrina & ſanctimonia vitæ, tum feruore & charitate recreabuntur animæ Chriſti fidelium. Nam cum ſuperiore anno acerba quidem, ſed glorioſa ſibi mors, vobis eripuerit fratrem Ioannem de Capiſtrano; hic erit ſanctorum operum illius, & glorioſi laboris ſucceſſor, qui diuino exemtus feruore charitatis animam ſuam quam Deo dicauit, conſtanter exponere paratus aderit. Eidem fratri Iacobo confirmauimus omnes bullas, quas dudum felicis recordationis Eugenius prædeceſſor noſter ei conceſſerat, dum alias contra hæreticos profectus eſt, alijſque facultatibus eum muniuimus, quatenus honorem Dei, augmentum fidei, honorem noſtrum & Apoſtolicæ ſedis, animarumque ſalutem concernunt, quibus Chriſti fideles inducere poſsit ad ſanctam militiam crucis capeſſendam.

B. Iacobus Picens amplissime potestate instructus.

Supereſt vt tua ſerenitas virum iſtum, cuius aduentum tibi charum fore non dubitamus, commendatum in omnibus ſuſcipiat, eique faueat opportune. Cum autem tempus inſtet prodeundi in hoſtem, hortamur ſerenitatem tuam, vt ſe ad diuinum, & inclytum certamen totis viribus accingat, ſpemque concipiat certiſsimam futurum vt Dominus omnipotens non minorem victoriam de barbaris populo ſuo præſtet hoc anno, quam ſuperiore conceſſit. *Dat. &c. die* XVII. *maij* MCDLVII. Commendauit quoque eundem Iacobum Ioanni [a] Caruial legato apoſtolico, cum Hungariæ ac Bohemiæ epiſcopis [b]; illumque ampliſsimis mandatis & prærogatiuis inſtruxit [c], vt Hungaros & Bohemos in ſacra arma concitaret, ac religionis ſplendorē ab hæreticis Huſsitis obſcuratū in priſtinam gloriam reſtitueret [d]. Miſſus etiam eandem ob cauſam fuit Henricus Rouarella theologus quæſtor pontificiorum cenſuum ac Bohemiæ, Sileſiæ, Morauiæque principibus commendatus [e].

a Ibid. pag. 92.
b Ibid.
c Ibid. pag. 91.

Religioni in Bohemia instaurandæ dare operam iussus.

d Ead. pag.
e Lib. 13. pag. 268.

14. Ad componendas eaſdem religionis controuerſias decreuiſſe Ladislaum ad Pontificem inſignem legationem Æneas Syluius [f] & Cocleus [g] referunt: quo tempore etiam oratores ad Carolum VII. Francorum Regem ad Margaritam illius filiam ſibi iungendam thoro legauit; ſed vt humanarum rerum ſumma inconſtantia & vitrea fœlicitas eſt Ladislaus, idem Hungariæ ac Bohemiæ Rex, qui ad ſummas ſpes pubeſcebat, repente obijt, decubuit enim æger [h] horis tantum triginta ſex vel ſeptem. Cum vero is medicorum remedia a mali ferocia eludi perſentiret, abiecta corporis cura, ad ſalutem animæ enixe incubuit, ac plurima in eo pietatis ſigna extremo illo vitæ tempore in eo emicuiſſe, refert Æneas Syluius [i].

f Aen. Syl. hist. Bohē cap. 69.
g Cocl. hist. Huss. l. 11
h Extant ea de re lit. apud Aen. Syl. n. 324. & ex eod. apud Coc. lib. 11.
i Aen. Syl. hist. Bohē cap. 70.

Ladislai pius obitus.

15. *Intromiſsis*, inquit, *ſacerdotibus de curatione animæ actum; Chriſtiano more ſacramenta exhibita*

Rex

Rex ornamenta ſua Pragenſi eccleſiæ legauit, iuſſitque crines in aurimodum fulgentes, ne quid ſupereſſet vanitas, amputari: id miniſtri cauſas moræ nectentes neglexere. Vbi anima ægra amplius demorari non potuit, ſacram candelam petijt, eamque manu prehendit, & intuens Saluatoris imaginem crucifixi orationem dominicam dicere orſus, ad finem vſque perduxit; pronuntiatiſque vltimis verbis, ſed libera nos a malo, nihil amplius locutus non extrema pati ſed quietem arripere viſus mortalis vitæ lumen reliquit. O imbecillem humanæ naturæ conditionem! O inanem mortalem gloriam! O cæcas hominum mentes! Quid iactamur, quid extollimur, quid eſt quod dignitates, opes, potentiam, tantopere flagitamus perpetuo? His frui cui datum? Ladislaus nobiliſſimus adoleſcens duodeuiginti natus annos, in ipſo ætatis flore, in ipſo gloriæ culmine, tot regnis, tot gentibus imperans, delitijs atque opibus affluens, inter tot auxiliantium manus, intra ſex & triginta horas poſtquam ægrotare cœpit, extinctus eſt. Ipſius porro mors eo Chriſtianæ rei funeſtior extitit, quo Carolum Francorum Regem, contracta ea affinitate, Turcicam expeditionem meditatum refert auctor; additque Ioannem e Luſitanica ſtirpe, qui regnandi ſpe Carolam futuram Cypri Reginam duxerat, obijſſe.

Humanæ fragilitatis inſigne exemplum.

Intermiſſa a Gallo Turcicæ expeditionis conſilia.

16 Cæterum de Ladiſlai religione & pio obitu conſentanea tradit Iacobus Cardinalis Papienſis [a], quam contigiſſe XXIII. nouembris die refert Cochlæus [b]: confirmantque illum hoc anno, non ſequenti, vt vult Thuroſius [c], defunctum literæ [d] hoc eodem anno exeunte Viennæ exaratæ. Plures autem in eam ſententiam abiere, Georgium Podiebratium & Rockyzanam Huſſitarum hæreſeos anteſignanos violentam illi mortem veneno conſciuiſſe: verebantur enim, vt Syluius indicat, ne Ladislaus, qui ſemper animo reque ipſa ab hæreſi abhorruerat, concurrentibus nuptiarum ſpecie catholicis principibus, hæreticos e Bohemia tolleret. Agunt pluribus de Ladiſlai morte præter Æneam Syluium Thuroſius [f], de quo paulo ante memoraui, Bonfinius [g], Dubrauius [h], & alij. Nec prætereundum ſilentio poſt euoluta plura tempora refoſſum Ladiſlai corpus corruptionis immune repertum non ſine inſigni adeptæ felicitatis æternæ argumento: & quamuis Thuroſius [i] innuat illum diuino iudicio percuſſum, ob Ladiſlaum Huniadis filium contra iuſiurandum affectum ſupplicio, non deerant tamen iuſtæ cauſæ, quæ mortem Ciliæ comitis vindicandam ſuaderent. Vt porro Hungariæ Bohemiæque regna atque Auſtria coniuncta in Ladiſlao, diuulſa fuerint, proximo dicetur anno: nunc intermiſſum de bello Turcico ſermonem repetituri, ex Hungaricis rebus ad Boſnenſes digredimur.

a Papien. comm. l. 6
b Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11
c Thuroſ. ebro. c. 62
Huſſitæ necem illi conſciuiſſe creduntur.
d Extant apud Aen. Syl. nu. 324.
e Aen. Syl. hiſt. Bohē. cap. 71.
Eius corpus diu corruptionis immune.
f Thuroſ. cap. 62.
g Bonfin. l. 3. dec. 8
h Dubrau. lib. 29.
i Thuroſ. rer. Bohē. lib. 2.

17 Imperabat Boſnæ Stephanus Thomas Rex iam ante Romanæ eccleſiæ ritu & fide coniunctus, qui ex parta ab Hungaris victoria confirmatus, acceptas iam ante a Turcis clades vlciſci, atque amiſſa repetere decreuit, miſitque Nicolaum e Sibinico Minoritam ad Pontificem, vt pia de conficienda a ſe ſacra expeditione conſilia exponeret, poſceretque crucem, ac triumphale eius vexillum apoſtolica ſacratum prece in fidei hoſtes attollendum mitti. Excepit benigne legationem Calliſtus, Regemque ipſum ſacri belli cupidum hiſce cohortationibus vehementius accendit [l].

Boſniæ Rex ſacrum in Turcas bellum ſuſcipit.

l Lib. 1. bren. pag. 97.

Calliſtus, &c. Ad perditionem & perſecutionem perditiſſimorum hoſtium viuificæ crucis regium iſtum animum tuum totis viribus conuertere adnitaris, ad quam rem & ſi ſatis intelligamus te inclinatum pro tua in Deum pietate & bonitate regia, reducimus tamen ad memoriam quod in nulla re clariorem famam, aut magis celebre nomen vendicare tibi poteris, quam pro fide Chriſti aduerſus perfidos hoſtes viriliter pugnare, & pro exaltatione fidei orthodoxæ facultates tuas exponere. De cruce autem, auxilio, ac vexillo cruciatæ a nobis tibi dando, volumus quod cum dilecto filio noſtro Ioanne S. Angeli diacono Cardinale A. S. L. colloquaris; eidem enim ſcribimus, vt celſitudini tuæ ea auctoritate noſtra concedat, quæ & honorem noſtrum concernunt, & dignitati & toti patriæ iſtius regni tui conducant. *Dat. die* XXIII. *aprilis* MCCCCLVII. Extant eadem re ad Ioannem Carnial Cardinalem S. Angeli literæ [a], vt Stephanum Thomam ad ſuſcepta perficiēda conſilia induceret, atque ab eo petitis aſſentiretur.

Animatus a Calliſto ad illud gerendum.

a Ead. pag

18 Repetita eadem mandata fuere, cum ille in ea mente cōfirmatus vectigal Turcæ pendere denegaſſet, miſiſſetque Britium Panuonem, & Demetrium Macedonem Minoritas ad Apoſtolicam ſedem, qui iterum præferendam in Turcas crucem flagitarent, ac regium erga Romanam eccleſiam ſtudium exponerent, de ijs enim hæc habet Calliſtus in literis ad eundem Ioannem legatum Cardinalem ſcriptis [b].

b Ibid. pag. 102.

Calliſtus, &c. Multa nobis retulerunt de fide & deuotione ipſius Regis erga nos & religionem Chriſtianam, & de optimo & laudabili propoſito ſuæ ſerenitatis prodeundi viriliter in Turcos & expugnationem eorum peſſimæ nationis, & quod iam ipſe Rex deſijt pendere tributum, quod hactenus ipſi tyranno Turcorum dare conſueuit: inter alia autem ijdem fratres cum maxima inſtantia a nobis poſtularunt nomine dicti Regis, vt ſuæ celſitudini ſignum viuificæ crucis mittere vellemus, & concedere vexillum ſedis Apoſtolicæ, ſub quo militiam hanc diuinam obire affectat. *Dat. &c.* Contulit ſe in Boſnam Ioannes, ac plura de gerendo in Turcas bello cum Stephano Rege conſtituit magna ſapientiæ laude, de quibus Pontifex illum hac commendatione ornauit [c] in literis XVI. octobris ad ipſum miſſis.

Vectigal barbaro pēdere abnuit.

Crucem ſibi e Pont. mitti petijt.

Legatus pōtificius profectus in Boſniam.

c Extant eu lit. apud Aen. Syl. nu. 329.

19 *Calliſtus, &c.* Intelleximus, quæ geſſeris in regno Boſnæ. laudamus opera tua & omnia per te geſta prudenter & accurate recognoſcimus, commendamus quoque circumſpectionem tuam, & animi conſtantiam ac bonitatem, quæ dum Chriſti Dei noſtri negotium agit, nec labore frangitur, nec timore deijcitur, neque periculo vllo a ſancto propoſito detinetur: multa tibi debet Apoſtolica ſedes; Et quidem pro ſingulari virtute tua proque grauibus laboribus quos perpeſſus es, ſcimus nos plurimum tibi obligatos, conabimurque vita comite, pro tuis meritis perſonam tuam honorare: nunc tamen neceſſe eſt vt perſeueres in ſancto opere, perſonamque tuam a labore cœpto non retrahas, ſed pro tua excellenti prudentia in his continues, quæ ſalus Eccleſiæ ex te depoſcit. *Dat. &c.*

Multos labores pro fide tuenda obit.

20 Non fuere hæc vana verborum lenocinia, ſed veræ laudes: optime quippe Ioannes Caruial erat meritus de re Chriſtiana, pro qua augenda nulli parcebat labori, florebatque opinione ſanctitatis; geſſerat vero adeo ſtrenue rem cum Boſnæ Rege, vt religioſam in Turcas militiam fuerit profeſſus, de quo Calliſtus eſt eidem Regi gratulatus hiſce literis [d].

d Lib. 1. bren. pag. 112.

Calliſtus, &c. Intelleximus tuam celſitudinem aduerſus perfidos Chriſti hoſtes Turcos continuo bellum gerere, ac diſpoſitam eſſe ad principium menſis ſeptembris proximo futuri in campum & caſtra contra prædictos exire. Laudamus, cha-

Addit Regi ſtimulos.

Digitized by Google

charisſime fili, tuæ excellentiæ feruorem fidei, ac animi magnitudinem, hortamurque vt in propoſito perſiſtere ac perſeuerare velis: nam aderit tibi adiutor Deus exercituum, cui nulla eſſe poterit reſiſtentia, & nos pro poſſe opem in cunctis neceſſariam afferemus. [Nonnullisque interiectis, quibus addidit e Dalmatia crucesignatas copias & aurum ſubſidiarium e decumis ſacerdotiorum redactum ſubmiſſum iri, ſubijcit:] Exurge igitur, miles Chriſti, & in barbaros viriliter pugna, de quibus ſtragem videbis, victoriam (dante Domino) glorioſiſſimam reportabis, nec velis kal ſeptembris expectare, quin potius debebis quamprimum Dei & noſtro auxilio & noſtra benedictione in eductione exercitus properare. *Dat. IV. kal augusti anno III.* Quod ad Dalmatiæ decumas attiner promiſſas Boſnenſi Regi; fuere quidem illæ ipſi conceſſæ ampliſſimo diplomate [a]; rogatuſque dux Venetiarum, vt eas illi tribueret, tum e Dalmatia crucis ſymbolo inſignitas copias ſubmitteret. cumque dux ipſe vereretur Turcas in ſe aſperare, ſi auxilia contra ipſos ſuppeditaret, hunc illi metum Calliſtus excutere niſus eſt ſic inquiens [b]: *Conſidera, dilecte fili, quare nomen Turchi tam famatum & terribile, nunc eſt annus, glorioſa victoria per nos procurata fere exinanitum; & credas nobis, Spiritu ſancto flante tibi & alijs hæc loquimur.* Is erat Franciſcus Foſcarus; quem Veneti, cum ſenio admodum affectus eſſet, vt gerendæ reipublicæ imparem gubernaculis ſubmouere, cui ignominiæ diu ille ſuperſtes eſſe nô potuit. Cæterum Dalmatiæ decumæ poſtea inter Boſnæ & Hungariæ Reges, ac Macedoniæ principem æquis portionibus diuidi iuſſæ [c], addita hac decreti pontificis cauſa [d]: *Vt earum ſubſidio alter ad expugnationem Turcorum vtilius animentur, alter ſi licet Scanderbegus, intra cuius fines exercitus ſæuiſſimi hoſtis graſſatur, facilius impetum eius ſuſtentare poſſit.* Non incurrerat Mahometes in Pannoniam, quamuis extremum illius excidium interminatus eſſet legato apoſtolico; ſed in Macedoniam ad opprimendum Scanderbegum ſtrenuiſſimum religionis propugnatorem exercitum conuertit, nec deſpondit animum Scanderbegus ob hoſtium innumerabilem multitudinem, ſed in eos copias, quas habebat, educere decreuit, ſimulque Pontificem de barbarica irruptione certiorem fecit: qui illum ad conſtantiam in conſtringendis Turcarum molitionibus, locandamque in Deo ſpem excitauit [e], promiſitque aliquot triremes ſubſidio ei ſe miſſurum.

a Lib. 13. pag. 110.

Veriti Turcas Veneti nolunt auxilia Boſnæ Regi ſubmittere. Eiuſmodi metum ipſis adimere nititur Pontifex.

b Ibid. pag. 110.

Franciſcus Foſcarus dux ſenio ob ignominiam exutus.

c Ibid. pag. 121. & 123.

d Ibid.

Scanderbegus hoſtium numero non territus illorum impetus occurrit.

A Calliſto pontifice animatus.

e Ib. pag. 96.

Georgio Caſtrioto Scanderbeg Albaniæ domino.

21 Binis literis tuis vno tempore receptis certiores effecti ſumus de aduentu perfidorum Turcorum ad expugnationem terrarum tuarum: ex quo ſignificas, te non paruo timore perculſum, dubitaſque quonam pacto irruentibus hoſtibus obſiſtere poſſis; non tamen propterea animum demiſiſti, quin totis viribus in occurſum hoſtium ire intendas. Nos, dilecte fili, de tua nobilitate ſemper optimam opinionem habuimus, cognouimuſque quanta perſeuerantia & quam ſtrenue in partibus illis prope ſolus obſtiteris ſæuiſſimis Turchis satagentibus per aditum terrarum tuarum recuperare ad damna & oppreſſionem Chriſtifidelium: nec parua apud catholicos eſt gloria tua illuſtrata tot benegeſtis rebus, & quadam quaſi continua felicitate vincendi: Quare te hortamur, vt animum tuum piiſſimum non ſolum conſtanter ſerues pro defenſione fidei orthodoxæ, ſed etiam viriliter augeas, & ſpem certiſſimam concipias, fore vt omnipotens Deus ſæuos conatus barbarorum infringat, & militibus ac defenſoribus ſanctæ religionis vires & potentiam ſubminiſtret.

Commendatur ob res bene geſtas.

Vehementer ad certandum hortatur.

Nec te terreant vllæ minæ, nec numeroſas copias formides: nam Deus non deſeret plebem ſuam, qui vel ſolo nutu ſuis propugnatoribus victoriam contra innumerabiles exercitus dare potest. Quis enim ſuperiore anno magnitudine impendentis periculi proſtratus non erat, cum impius Turcarum tyrannus in faucibus Hungariæ cum inaudita potentia ad eam occupandam obſtinatiſſimo animo immineret? at Deus omnipotens, dominus exercituum diuinam infudit virtutem cordibus Chriſtifidelium, & in eorum brachijs potentiam fecit. Qui non modo non ceſſere feralibus auſis Turchi, ſed eum, qui terrore ſuo mundum pene compleuerat exutum caſtris, amiſſiſque infinitis bellici apparatus inſtrumentis, in fugam turpiſsimam cum maxima ſtrage compulerunt. Sed quamuis hæc magna fuerint, maiora adhuc reſtant, quæ Deus pro victoria populi ſui peraget.

Vt fracta eſſet in Pannonia Turcica potentia.

22 Nec tamen interea nos tibi deeſſe intendimus, nam & ſi maximi ſint, & intolerabiles ſumptus, quibus propter alias prouiſiones, quas die noctuque facimus pro defenſione fidei: tamen citiſsime vnam galeã optime inſtructam & armatam in ſuccurſum tuæ nobilitatis & tuorum mittemus, & ſubinde nonnullas alias, quam celerius poterit, mittere procurabimus: tu vero tamquam fortis athleta & verus propugnator fidei Chriſtianæ magno animo fortique ſis, & totis viribus diuina fiducia plenus aduenientibus barbaris reſiſtas: Deus enim te diriget & gubernabit, vt victoriam & triumphum conſequaris. *Dat. &c. die IX. iunij MCCCCLVII. anno III.* Tanta erat barbarorum multitudo, vt Scanderbegus tueri agros non potuerit, atque in munitam arcem ſe ac ſuos ſubducere hoſtili furori ſit coactus. Effecta itaque in Macedonia fuit ingens vaſtitas, & Scanderbegus Turcicis caſtris circumſeptus eſt, miſitque Georgium Petri abbatem ad Pontificem, vt auxiliares copias in barbaros eliceret; at non poterat Calliſtus adeo celeriter exercitum cogere, exhauſto præcipue ærario. Quam potuit itaque opem illi præſtitit, tradita ſubſidiaria auri decumani vi, ac legato apoſtolico, nimirum Ludouico Cardinali imperauit, vt claſſem ſuam victricem, ſi opus foret, in copias Turcicas Scanderbegum obſidentes verteret, Reges principeſque ad ferendam Macedoniæ opem vrgere magis ac magis ſtatuit, de quibus Scanderbechum ipſum certiorem fecit [a], vt fortiter barbaricos exciperet impetus, repelleretque dum vniuerſi Chriſtiani apoſtolica induſtria ad arma ſacra coirent.

Promiſſa Scanderbecho auxilia.

Scanderbechus intra arcem compulſus a barbaris.

a Ibid. pag. 120.

Georgio Caſtriotti Scanderbeg Albaniæ domino.

23 Maximum certe & inenarrabilem dolorem nobis attulit dilectus filius Georgius Petri abbas, qui a tua nobilitate ad nos miſſus, de irruptione Turcorum in terras tuas, de vaſtitate illius prouinciæ & clade tuorum, & denique de obſidione qua ab exercitu barbarorum circumſeptus eſſe diceris nobis nuntiauit; fuit id profecto nobis moleſtiſſimum audiſſe. Nam cum te ſemper pro tua excellenti ſtrenuitate, pro qua memorabilibus geſtis tuis vltra omnes catholicos principes de fide & religione Chriſtiana optime meritum ſentiamus, non poſſumus non grauiſſime dolere, nobilitatem tuam in tantum diſcrimen adductam eſſe intelligere, vellemuſque vt ea nobis eſſent facultates, vt tibi,

Scanderbech vltra omnes catholicos principes de fide optime meritus.

que-

Digitized by Google

quemadmodum optamus, de ſubito ſubſidio poſſemus ſubuenire, quod non minus neceſſario, quam libenter magnoque animo faceremus: non tamen tibi deeſſe intendimus, quin etiam vltra vires noſtras ſaluti & defenſioni tuæ conſulamus: nam quo facilius vim & tempeſtatem iſtam & ſuſtinere & repellere poſſis, en mandauimus, vt deuotioni tuæ ex nonnullis pecunijs propter ſanctam cruciatam Raguſij & per Dalmatiam collectis certa pars tibi conſignetur, licet chariſſimi in Chriſto filij noſtri Hungariæ & Boſnæ Reges illuſtres ad eas pecunias animum adhibuiſſent, & multifariã ſummaque precibus apud nos egerint, vt ſubuentionem illiuſmodi pecuniarum ipſis faceremus, cum ipſi pro fide catholica quaſi continue cum Turchis manum conſerere, & propter vicinitatem eos, ne laxato impetu in Chriſtianitatem ferantur, reprimere & quaſi ab aditu propulſare cogantur.

Adiutus de romano ære.

24 Tu vero forti animo & conſtanti ſis, tuorumque felicium geſtorum & laudum rationem habeas, quæ cum iam plena & conſummata gloria vbique inſigni præconio apud catholicos prædicentur, accedet eis cumulus maximus, ſi ſenſerint fideles nobilitatem tuam in tanto furore & impetu immaniſſimorum hoſtium non labefactatam, ſed ſuam ſtrenuitatem & virilitatem præſenti animo conſeruaſſe: nemo enim eſt tam ignarus rerum, qui non ſummis laudibus ad cœlum te extollat, & de tua nobilitate tanquam de vero athleta & propugnatore nominis Chriſtiani non loquatur. De noſtra vero in te charitate non multa hic dicere decreuimus; nam quanta ea ſit re & effectu cupimus tibi oſtendere: ſcripſimus enim legato claſſis noſtræ qui in oriente eſt, vt cum claſſe noſtra vel illius per te tibi, ſi neceſſe fuerit, opportuno ſit ſubſidio, quod ſi impetus ipſe imminentis procellæ paulisper ſuſtinebitur, nec ſtatim tempeſtati huic ſuccubueris, inſequens ſerenitas mala omnia leuabit; etenim hac hyeme tot fiunt apparatus a Chriſtifidelibus, quos vniuerſo orbe aſſiduę monitiones, preces, & lachrymæ noſtræ excitarunt, tantuſque concurſus Chriſtianorum potentatuum erit ad excindendam peſſimam nationem Turcorum, vt diuino oraculo & numine quodam præſagiente, rati ſumus canem illum rabidum, & ſerpentem hunc Turcum, qui nunc deliteſcit, nunc per damna Chriſtianorum emergit, & graſſatur, in populum Dei, domitum & fractum dimiſſis quæ male occupauit, in perditionem & ruinam miſſum iri. Vere primo videbit tua deuotio mirabilia, & ſpurciſſimos iſtos Turcos cum gaudio & lætitia repreſſos, & fugatos cernes, qui nunc per ſummum ſcelus capiti tuo tuorumque ſubditorum inſultant.

Iuſſus legatus orientalis classem in illius opem vertere.

25 Nec te moueat iactura aut ſtrages, qua tui forſan affecti ſunt, maiora enim ſuccedent, quæ duplici fœnore amiſſa inſtaurabuntur, & tibi tuiſque perpetuam requiem & felicitatem afferent: hæc enim non vane loquimur, ſed facta fidem facient verbis noſtris, vt in alijs ſæpe viſum eſt anno ſuperiore, cum perfidus Turchus Hungariæ imminerer. Quis non timebat cum tantum furorem tantamque audaciam potentiſſimi hoſtis cerneret Chriſtianitati impendere? Sed immortalis Deus noſtris & aliorum Chriſtifidelium precibus inclinatus ſuccurrit populo ſuo, & innumerabilis illa multitudo tanquam nebula ad ſolem dilapſa & diſſipata eſt, monſtrumque illud nefandiſſimum conſilij egens, & diffidens rebus ſuis, ad latebras interiores regnorum ſuorum fugam arripuit. Magna hæc fuerunt, ſed maiora reſtant, quæ Deus faciet pro tutela populi ſui. Potentiæ vndique concitatæ ſunt, vt terra marique confluant ad eam peſtem exterminandam: ſupereſt vt tua deuotio ſalua conſtantia & fortitudine tanquam miles & athleta Chriſti inuictus viriliter ſuſtineat impetum iſtum, qui diuino ſubueniente brachio cito ad nihilum redigetur. Pro colligendis autem & conſignandis tibi pecunijs præfatis mittimus in Dalmatiam dilectum filium Ioannes Nauar. ſcutiferum noſtrum, vt etiam ad tuam nobilitatem ſe conferat, & quantum placuerit, ibidem fiet. *Dat. XI. ſeptembris* MCCCCLVII. *anno* III.

Deplorat Calliſtus Macedonũ cladem.

Ingens eius ardor pro obterendo Mahomete.

Apoſtolicus nuntius ad Scanderb. miſſus.

26 Ad confirmãdum autem Scanderbechi animũ Ioannes Nauar. nuntius mitti iuſſus eſt, de quo ad Cardinalem S. Angeli hæc ſcripſit Pontifex [a]: *Ad præfatum Scanderbech perſonaliter accedat, eique voluntatem noſtram erga eum & animum, quo circa deſtructionem Turcorum flagramus, notificet.* Iniunctum præterea eidem Ioanni munus quæſtoris [b] in Macedonia, vt decumas cogendas, coactaſue ab archiepiſcopo Craienſi Scanderbegho traderet, qua de re Scanderbechus etiam factus certior, vt ſolita vincendi felicitate vteretur a Calliſto accenſus eſt [c].

[a] Ib. pag. 121.

[b] Ibid. pag. 123 & l. 14. pag. 169.

[c] Lib. 1. breu. pag. 121.

Calliſtus, &c. Dilecte fili, vt facis perſeuera in deuotione tuendæ & defendendæ fidei catholicæ, nam Deus, cuius res agitur, non deſeret cauſam ſuam, ſed tibi & alijs Chriſtianis de perditiſſimis Turchis & alijs infidelibus victoriam cum ſumma gloria & triumpho pro certo dabit; noſque etiam vltra vires noſtras in his promptos habebit. *Dat.* XVII. *ſeptembris anno* MCCCCLVII.

Promiſſum diuinum auxilium.

27 Turcici in Scanderbechum belli hiſtoriam ita deſcribit Marinus Barletius [d]. Cum ad Trapezuntini imperij excidium prouolaret Mahometes, Scanderbeghus Belgradum in Epiro, acceptis ex Apulia auxiliaribus copijs, obſidione cinxit: quam adeo moleſte tulit tyrannus, vt intermiſſo bello Aſiatico Sebaliam cum quadraginta millibus equitum ad ſoluendam obſidionem miſerit. Iam diruta erant Belgradi mœnia, atque irruptioni hoſtili patebat aditus; cum obſeſſos Scanderbeghus de facienda oppidi deditione poſtulauit. At Ianizzari de auxilio proximo facti certiores, deditionis ita verba nuncuparunt, vt eam in aliquot dies extraxerint, intereaque fraude vſi, disiecta tormentis munimenta refecerint: cum Sebalias tanta velocitate in Chriſtiana caſtra abſente Scanderbegho, oppreſſis vel corruptis excubitorum ſtationibus, irrupit vt maxima clade noſtros deleuerit.

[d] Barlet. in vit. Scanderb. lib. 8.

Belgradum in Epiro obſeſſum ab Scanderbech.

Cæſa ſunt, inquit auctor, *eo prælio noſtrorum quinque millia, tria peditum, reliqui equites: vulneratorum magnus numerus: regium auxilium Apulorum totum ferme deletum; nam maior pars eorum cum Muſachio fuit præter agmina quædam, quæ Caſtriottus in monte ſecum habuit, & in re tam ſubita inutiles ſclopi & id genus armorum fuerant; quin ex noſtris quoque plurimi inermes & ſternentes equos oppreſſi: viui octuaginta capti. Illud tamen fœdiſſimum & teterrimum fuit, quod hoſtes cupientes teſtimonium aliquod priuatæ virtutis ſecum habere, diſcurrentes per ſtragem noſtrorum palpitantia adhuc cadauera, vbi cæteris rebus nudaſſent, capitibus quoque, vt eorum mos eſt, priuabant, & quia tum propter longitudinem viæ tum calores æſtiuos ea ſubito putreſcerent, incommodum id onus erat, excoriabant ea, & cutem tantum acceptam, quæ formam oris ſeruaret, palea implebant: de multis hoc factum, illis præſertim, quos vultus & habitus ipſe, vel notiora nomina digniores eo odio fecerant. Muſa-*

Magna clades Chriſtianis illata.

Immane Turcarum in Chriſtianos odium.

tibi non caput tantum omni fœditati & iniuriæ deſtinatum: ſed diſcerpta ſingula membra, & velut nefariorum graſſatorum regionatim ſparſa: alij quoque trunci tracti per loca & valles adiacentes, ne fœtore vexarentur oppidani, & feris auibuſque relicti. Subdit nonnullis interiectis Scanderbeghum erumpendi in hoſtem tanto ardore efferbuiſſe, vt os ſanguine cruentaretur: nam illud memoratu dignum de eo ferunt, vt inter alia mutati vultus ſigna labrum inferius finderetur, cum in procinctu pugnæ exardeſceret; ipſum autem incurriſſe a tergo in victores Turcas, qui fugientes noſtros perſequebantur, ac fuſum Christianum cruorem barbarico cruore vindicaſſe: de qua victoria in literis Callisti ª xxiv. ſeptembris exaratis fit mentio.

Turcæ cæſi a Scanderbech.

a Lib. I. breu. pag. 124.

28 Cæterum cladem Chriſtianis a Turcis illatam, de qua paulo ante egimus, auxit aliquorum procerum defectio, quippe Mahometes inteſtina Macedonum diſſenſione, vt potentiſſimo telo ad Scanderbegum debellandum vſus, magnitudine præmiorum ſcilicet Epirotici ſceptri ſponſione Moſem dynaſtam Dibrenſem ad ſe pellectum cum quindecim millibus equitum lectiſſimorum proximo vere ineunte immiſit: ſed Moſes conſerto prælio tanta fuit oppreſſus clade, vt vix cum quatuor millibus hominum fuga euaſerit, reuerſuſque Conſtantinopolim extremo ſupplicio afficiendus erat, niſi illum purpurati ſuis precibus liberaſſent. Cum itaque ſe contemptum videret a barbaro, vt ne quidem penderet illi ſtipendia, flagitij admiſſi magnitudinem cœpit agnoſcere; fugienſque Conſtantinopoli ad Scanderbegum cingulo de more gentis circa collum conuoluto, in genua prouolutus veniam proditionis popoſcit, humaniterque exceptus priſtinis opibus honoribuſq; ab illo eſt donatus: ſed dum is præclaris in Turcas facinoribus labem defectionis abolere nititur, dæmon Scanderbeghi nepotem Amesam in patrui exitium, intecta ei Epirotici regni ſpe a Mahomete obtinendi armauit ᵇ, de quo inferius.

Nonnulli Epirotæ principes corrupti.

b Barlet. lib. 9.

29 Inſignis pariter extitit perfidia Pauli archiepiſcopi Craienſis, qui in Macedonia & Seruia de promulganda in Turcas religioſa militia prouinciam a Pontifice acceperat: nam impietatem conceptam animo palam effudit, cum antea orthodoxam fidem tenere ſimulaſſet; in eas enim blaſphemas voces e ſacro ſuggeſtu prorupit, Græcorum eccleſiæ doctrinam & ritum veritati & ſanctitati magis conſonare, quam doctrinam & ritum Romanæ eccleſiæ: fauit palam hæreticis & ſchiſmaticis: contra eaque atrocia crimina Pontifici obiecit, cenſuras eccleſiaſticas catholicis contra fas incuſſit, parem ſibi pontificiæ auctoritatem arrogauit; aliaque patrauit ſcelera, de quibus in ipſum inquiri hiſce literis iuſſit Dei vicarius ᶜ.

Paulus archiepiſcopus Craienſis in ſchiſmo prolapſus.

c Lib. 13. pag. 54.

Venerabili fratri epiſcopo Zapatenſi, & dilecto filio Guillelmo de Lauro familiari noſtro in theologia baccballario ſalutem, &c.

Plurimorum inſinuatione lamentabili, ad noſtrum peruenit auditum, quod venerabilis frater noſter Paulus archiepiſcopus Craienſis, quem dudum noſtrum & Apoſtolicæ ſedis nuntium ad Albaniæ, & Seruiæ ac illis vicinas partes deſtinauimus, conceſſimus ſibi verbum crucis populo prædicandi, ac crucis huiuſmodi ſignum, cunctis fidelibus aduerſus perfidum Machometum Turcorum principem profecturis dandi, aliiſque diuerſis facultatibus in noſtris inde confectis literis tunc expreſſis, eiſdem facultatibus, quibus confidebamus ipſum fidelium ſalutem, & fidei catholicæ protectionem exquirere debuiſſe, abuſus illas in perniciem vertit: ac in venerabilis fratris noſtri Nicolai Polacenſis epiſcopi, ac plurimorum nobilium & grauium præſentia publice prædicare veritus non fuit, fidem Græcorum veriorem fore fide, quam docet & tenet ſancta Romana eccleſia, & eorumdem Græcorum ritum dictæ Romanæ eccleſiæ ritui præualere; quodque nos in omnes & ſingulos, qui Græcis, & Roſſianis ſchiſmaticis & infidelibus contradicerent, excommunicationis ſententiam promulgaremus. Inſuper dilectum filium nobilem virum Paulum Ducagnium catholicum principem, & eius ſubditos abſque rationabili cauſa excommunicauit, & ipſis omnia eccleſiaſtica ſacramenta interdixit; vnde maxima in Albania ſubſecuta ſunt ſcandala. Impediuit etiam, prout impedit, ne ſchiſmaticis & Roſſianis verbum Dei prædicari, & infideles conuerti, & baptizari poſſint; ſed infideles, & hæreticos in eorum perfidia fouet & attollit. Præterea crucem erectam ante ſe deferri facit, & ſe omni papali poteſtate fungi aſſerens, Romam venire prohibet eos, qui pro Apoſtolicæ ſedis gratijs conſequendis, ſedem ipſam acceſſuri forent; aliaque grauia & enormia committit, ex quibus niſi ſuper ijs oportune per ſedem prouideatur eandem, peiora ſuccedent, quæ in diuini nominis, & dictæ catholicæ fidei magnam protendentur offenſam.

Abuſus conceſſis ſibi a Pontifice facultate.

Corrumpit populos ad quos miſſus.

Vexauit eſſ. ſuis catholicos.

Vetuit prædicari verbum Dei in infidelibus.

Pontificiā poteſtatem inuadit.

30 Nos itaque præmiſſa ſub diſſimulationis conniuentia pertranſire nequeuntes, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vocatis dicto archiepiſcopo, & alijs, qui fuerint euocandi, vos, vel alter veſtrum ſuper præmiſſis, in dictis Albaniæ & Seruiæ partibus inquiratis auctoritate noſtra diligentius veritatem: & ſi per inquiſitionem huiuſmodi ea repereritis ſubniti veritate, eadem auctoritate, prædicto archiepiſcopo tam prædicationis, quam pontificale interdicatis officium, ipſumque a regimine & adminiſtratione eccleſiæ ſuæ ſuſpendatis, ſibique terminum ſtatuatis competentem, infra quem perſonaliter ſe coram nobis repræſentet, ſuper præmiſſis per nos aduerſus eum ad vlteriora procedendi, viſurus prout faciendum fuerit iuxta canonicas ſanctiones, facientes omnia & ſingula, quæ in præmiſſis decreueritis per ipſum archiepiſcopum eadem auctoritate, appellatione poſtpoſita, firmiter obſeruari: inuocato adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, remittendo nobis in authentica forma proceſſum, per vos in his habendum; non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLVII. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* III. Sed his miſſis, ad Calliſti ſtudia in comprimendis Turcarum conatibus collocata reuertamur.

In iudiciū vocatus.

31 Vniuerſus fere oriens in eum veluti in liberatorem oculos ſpe & mente defixerat, vt ipſemet teſtatur ª: *Vniuerſi, fere orientales,* epiſcopum Granatenſem alloquitur, *oculos in nos coniecerunt, ſpemque in nobis ſolis habent, cum hactenus præſentia claſſis noſtræ eos fouerit, & quotidie implorent ſubſidium propter minas & furorem hoſtium, qui eorum capiti crudeliſſime inſultant.* Fregit ᵇ quidem hoc anno Ludouicus patriarcha Aquileienſis idemque Cardinalis legatus varijs tumultuarijs certaminibus Turcas, eorumque claſſem pluribus captis nauibus diſiecit, de qua victoria hæc tradit S. Antoninus ᶜ: *Anno Domini* MCCCCLVII. *cum dominus Cardinalis camerarius Ludouicus legatus Papæ eſſet cum claſſe, licet parua circa Rhodum Turci venientes contra Chriſticolas debellati ſunt, lignis eorum captis, & mul-*

a Lib. I. breu. pag. 145.

Orientaliū ſpes in Pontificem conuerſa.

b Ibid. pag. 72.

Turcæ naualibus prælijs ſuperati.

c S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 14. §. 1

multis interfectis vel in ſeruos aſſumptis, profligatique ſunt cum confuſione Turci. Ex felici illo nuntio ingenti lætitia affectus Calliſtus hæc ad Pontium Fenollet pontificium in Aragonia quæſtorem ſcripſit ᵃ xxiv. ſeptembris die huius anni: *Claſſis noſtra orientalis cum legato noſtro ſulcat maria orientalia triumphando, & hic diebus proximis non ſolum terras, ſed etiam fuſtas vltra viginti quinque Turcorum armatas captiuauit: & in Albania & vbique victoria adeo continue nobis datur contra perfides Mahumeticos; & ne verbis inſiſtamus temporibus noſtris ſecta Mahometica redigetur ad nihilum.* Conceperat eam ſpem Pontifex ſi principes Chriſtiani, vt par erat, pijs eius conſilijs obſecundarent; quare eorum oratores conuocandos ſtatuit: ſed ea de re inferius dicetur. Fauebat enim aperte Deus cauſæ ſuæ, vt idemmet Pontifex ſignificauit Cardinali Strigonienſi ᵇ.

a Lib. 1. breu. pag. 124.

b Ibid. pag. 131.

Coniungere cum eos Chriſtianos vires in Mahometem niſus Calliſtus. Turcæ fuga à Mityleno a paucis Chriſtianis.

Calliſtus, &c. Ante omnia nobis cordi eſt, vt Chriſtianorum auxilijs & opibus collatis perfidam nationem Turcorum & cæterorum infidelium perdere & exterminare poſsimus. Pro virili igitur tua operare ſuper hoc quod poteris in partibus ipſis nam victoria in manibus eſt, cuius in dies certiora videmus ſigna ab omnipotenti Deo oſtendi, quod videre licet ex turpi fuga ingentiſsimæ claſſis apud inſulam noſtram Mityleni Turcorum a paucis Chriſtianis facta, vt ex dicto legato plenius intelliges. *Datum die penultima nouembris* MCCCCLVII. *anno* III. Ceperat illam inſulam anno ſuperiori legatus apoſtolicus, vti vidimus, quam tamen Pontifex priſtino principi Catalulio Genuenſi reſtituit ᶜ: *Paſſi ſumus*, inquit, *vt remaneat ſub iuriſdictione illius domini, qui eam habet, dummodo ſtet ſub obedientia noſtra & ſedis Apoſtolicæ.*

Inſula Catalulio reſtituta.

c Ibid. pag. 59.

32 Partam vero victoriam de Turcis in ea inſula deſcribit his verbis Æneas Syluius ᵈ: *Oppugnauerat Turcarum exercitus inſula oppidum non contemnendum, murique partem machina deiecerat, & facta clypeatorum teſtudine irrumpere properabat, nec oppidanis animus erat ad ferendum impetum alijs deditionem, alijs fugam meditantibus. Sed affuit virgo virilibus armis induta, quæ (mirabile dictu!) ſalutem patriæ peperit: adhortata enim ciues, ne hoſtem metuerent, primam ſe Turcis obiecit, ac pro loci fractura depugnans nonnullos obtruncauit. Cuius audaciam admirati oppidani, & ipſi animum reſumpſere, tantamque hoſtium ſtragem ediderunt, quantam vix credere quiſpiam poſſit. Turcæ e terra pulſi ægre in nauigia ſe receperunt, quos Calliſtica claſſis inſecuta magno detrimento affecit: laus tamen ſeruatæ inſulæ penes virginem fuit, cuius tædet non habere nomen; digna enim erat non minori memoria, quam Sappho: ſed illi maiora præmia in cæleſti patria reſeruantur. Epiſcopus Caphenſis Calliſto Pontifici maximo, nobis præſentibus, hæc enarrauit, qui tunc tranſitum per Mytilenem fecerat ab eccleſia ſua Romam petens.* Cum ea præclare geri in Turcas, & claſſem ob proſperos ſucceſſus triumphare audiret Pontifex, felicis nuntij Ioannem Caruial Cardinalem in Pannonia & Germania legatum participem hiſce literis fecit ᵉ.

d Æn. Syl. hiſt. de Aſia min. cap. 74.

Virgo imbellis Turcas vedebat.

e Lib. 1. breu. pag. 130.

Victoria diuinitus concaſſa Chriſtianis.

Calliſtus, &c. Videbit tua circumſpectio mira, quæ immortalis Deus apud Mitylenem hoc anno fecit, cum pauci & hi inermes & terrore hoſtium conſternari innumerabilis multitudinis non modo impetus ſuſtinuerunt, ſed victores cum ſumma gloria hoſtem prope potitum oppido repulerunt, maximumque numerum Turchorum conciderunt; mulieris quoque admiranda virtus apparuit, quæ virili animo armis induta viris ipſis exemplum ſtrenuitatis præbuit, hoſtem in primis laceſſendo, acriterque inter primos pugnando, vt ex copia literarum, quam hic iuſsimus intercludi, tua videbit circumſpectio. Hæc cum ex Deo ſint (fieri enim aliter non poſſent) certam nobis victoriam pollicentur, ſi modo voluerint Chriſtiani potentatus, & nobiſcum vires ſuas conferant. *Dat. &c.*

33 His animatus Calliſtus omnia ſtudia ad claſſem augendam vertebat, de quo ad Ludouicum Cardinalem legatum hæc ſcripſit ᵃ, vt illum ex concepta ingenti ſpe & expectatione ad ſtrenue adminiſtrandum bellum vehementius incitaret.

a Ibid. pag. 118.

Calliſtus, &c. Nihil magis cogitamus niſi quibus rationibus eandem claſſem noſtram augeamus & fortificemus. In Francia iam ſunt in apparatu vigintiquatuor triremes, & expediuntur vſque ad triginta iuxta concordata inter nos & Regem Franciæ per medium Cardinalem Auinionenſem: Regem Portugalliæ in proximo vere cum potenti claſſe venturum omnino credimus. Ex Anglia & Burgundia & ab alijs plurimis principibus auxilia, quæ iam ſunt polliciti, ſperantur. Itaque futurum certo credimus, vt futuro proximo vere exercitu forti & potenti maritimo ac etiam terreſtri in perditiſsimos Turchos audaciter irruere poterimus, nunquam enim maior fuit fiducia noſtra, quæ in dies, inſpirante Deo, augetur. In præſentiarum mittimus ad te tres galeas. *Dat. die vltima auguſti* MCCCCLVII. *pontificatus noſtri anno* III.

Maritimæ vires auctæ a Calliſto.

Promiſſa a pluribus Regibus auxilia.

34 Præfecit ᵇ tribus ijs triremibus Calliſtus, quas ad legatum ſubſidio miſit, Gabrielem Borgiam conſanguineum ſuum, vt militarem in Turcas virtutem explicaret. Quod vero ad promiſſa legato ingentia auxilia proximo anno mittenda attinet: ea ſpondebat Calliſtus, cum ſibi ſuaderet, Reges ac principes adipiſcendæ æternæ ſalutis memores, & Chriſti cultus orienti reſtituendi cupidos facile cum ipſo pari ardore ac pietate conſenſuros. Et quidem ineunte anno ad religionis tuendam cauſam excitare populos ᶜ ac principes ſtuduit, quo argumento extant datæ ad Caſimirum Regem Poloniæ literæ ᵈ, quibus illi inuſtam vniuerſo nomini Chriſtiano in Conſtantinopolis excidio ignominiam propoſuit: Mahometem inſatiabili Chriſtiani cruoris ſiti ardere: adductam in periculum rem Chriſtianam; tum preces addidit, vt nuncio apoſtolico ad cruceſignatam militiam Polonos vocaturo regio ſtudio non deeſſet.

b Ibid. pag. 120.

Calliſti pro Regibus ad ſacrum bellum inſtimulandis ſtudia.

c Ib. pag. 57. 73. 79.

d Ibid. pag. 78.

Regi Poloniæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem. Notam arbitramur ſerenitati tuæ grauem ignominiam fidei orthodoxæ ſuperiori tempore ab immanibus Turcis illatam, quantaque calamitas in vniuerſum populum Chriſti fidelium ex lugenda captiuitate Conſtantinopolitanæ vrbis redundet. Quo quidem infortunio (vt par eſt) commoti, a primordio noſtræ aſſumptionis ad apoſtolatus apicem nil aliud cogitauimus, quam vlciſci tantum dedecus, & barbarorum rabiem retundere. Ad quod diuinum opus, cum noſtræ facultates non ſuppeterent, quas quidem, Deum teſtem inuocamus, libentiſſime etiam vltra poſſe in hoc conuertimus. Non defuit, nec deeſt nobis animus: & ad vindicandas publicas Chriſtianæ gentis iniurias omnes catholicos principes indefeſſa voce excitauimus: jamque Chriſtianus orbis ſedulitate hortationum noſtrarum commotus eſt. Nec minus nos, quantum humano conſilio prouideri potuit, conati ſumus

Eius ad Polonum literæ.

Digitized by Google

mus impetum hoſtium retundere, claſſemque noſtram emiſimus, Deum ſupplices orantes, vt plebis ſuæ ſortem miſerari dignaretur, cuius clementiam continuis lachrymis noſtris & orationibus, quas per totum mundum fieri ordinauimus, inclinata, non ſolum barbaris vires eripuit, ne populo fideli nocere poſſent, ſed Chriſtianis animum, robur, & potentiam addidit, & Turcum diabolica audacia exultantem, & Chriſtianum ſanguinem ſitientem cum innumerabili eius exercitu profligauit. Quod ſi quis conſideret, fatebitur rempublicam Chriſtianam in magnum diſcrimen adductam, nullo alio quam diuino conſilio & virtute liberari potiſſe.

Cum igitur tanta opportunitas amittenda non ſit, ſed nunc maxime inſtandum cenſeamus, ne hoſtis reaſſumptis viribus acrior, vt ſolet, irruat in Chriſtianos, omni ſtudio damus operam, vt crucita vbique publicetur, & Chriſtiani potentatus nobiſcum conueniant ad exterminationem Mahometicæ nationis. Mittimus itaque ad tuam ſerenitatem, & in regnum tuum dilectum filium Marinum de Tregenn præſentium exhibitorem, qui in Lituania & archiepiſcopatu Leopolienſi noſter & ſedis Apoſtolicæ executor cruciatam huiuſmodi publicet, & fideles hortetur & inducat, vt tam piæ cauſæ nolint deeſſe. Ab eo enim intelliget tua celſitudo apparatum claſſis noſtræ quam omnibus viribus noſtris accelerari fecimus. Ipſum itaque ex corde tuæ ſerenitati commendamus, vt eidem pro executione commiſſionis noſtræ opportunis fauoribus aſſiſtere velis, vt nos vere eſſe inueniamus, quæ nomine ſerenitatis tuæ oratores nobis polliciti ſunt: quod proculdubio te facturum rati ſumus pro innata ſerenitati tuæ fide & religione catholica. Commiſimus etiam ſuper præmiſſis præfato Marino aliqua ſerenitati tuæ referenda, cui tanquam nobis fidem habebis. *Dat. &c. IV. aprilis MCCCCLVII. anno ſecundo.*

Miſſus in Lituaniam Internutius pro cogenda crucesignata militia.

35 Conceptæ eadem formula literæ a ad Chriſtiernum Daniæ, Sueciæ, & Noruuegiæ Regem, tum ad ſeniorem & iuniorem duces Saxoniæ fuere miſſæ, atque ideo legati in ea regna nuntij ad Saxones, Danos, Gothos, Noruuegios, ad religioſam militiam alliciendos, tum ſolicitati b eorumdem regnorum Poloniæ, Daniæ, Sueciæ, & Noruuegiæ, atque etiam Gothiæ c, Pruſſiæ, Lituaniæ, aliorumque principatuum archiepiſcopi & epiſcopi excitati, vt apud Reges, principes, & populos religionis cauſam in Turcas proueherent. Præter hos autem ſeptentrionales Reges, antea Fridericum Imperatorem, Hungariæ, Bohemię, Luſitaniæ, Aragonum & vtriuſq; Siciliæ Reges, tum plures alios principes ad ſacram expeditionem in Turcas conficiendam ſolicitatos vidimus: ſed otio delitijſue dediti in ſe mutuo vertebant oculos, qui id onus ſuſciperent, qua de re Pontifex, ita queritur. d

a Ib. poſt annot. ep.

b Ibid. Solicitati alij ſeptentrionales vt Chriſto arma conſeferent.

c Ib. pag. 79.

d Ibid. pag 60.

Calliſtus, &c. Defeſſi quaſi ſumus ad principes & prælatos & communitates ſcribere, & tamen nil, vel parum adhuc vtilitatis aut præſidij in hac impriſia noſtra debellandi ac penitus exterminandi Turchi ab aliquibus ſentimus: *Et infra.* Clarum eſſe debet apud omnes Chriſtifideles, nos non ſufficere poſſe ad tantum onus ſuſtinendum, niſi aliorum habeamus auxilium & patrocinium; nec ſolum res noſtra agitur, ſed vniuerſum populum Chriſtianum hoc negotium reſpicit; cur igitur ſeſe ſubtrahant, cogitare non poſſumus. *Dat. &c.*

Pontificis conatibus Regum conſilia non conſentiunt.

36 Decreuit porro idem Pontifex, vt Chriſtiani nominis cauſam promoueret, ſolemnes cœtus celebrare, ad quos omnium Regum principumque oratores conuocaret, vt in ijs certa conſilia ad bellum cum hoſte fidei gerendum expediri poſſent: de quo Cardinalem Strigonienſem certiorem factum inſtare iuſſit a, vt ab Imperatore alijſque Regibus oratores Romam mitterentur.

a Ibid. pag. 131.

Calliſtus, &c. Imperatoris, vniuerſorumque Regum, principum, dominorum, & potentum, populorum, communitatum Chriſtianitatis oratores ad nos conuocamus, vt cum eis tractemus, & concluſionem capiamus ſuper proſecutione impriſiæ contra perfidos Turcos; quæ res quoniam ſecundum cordis noſtri ardorem non proſequitur, incredibiliter nos angit. Itaque ſi Imperator, Reges, & alij ipſarum partium, quibus ſuper hoc ſcripſimus, nondum miſerunt oratores, quos petimus, laborabis vt eos ad nos omnino ſtatuto termino mittant, ſperamus enim in Deo talem cum eis concluſionem facere, & ita negotium hoc diuinum dirigere, vt quod ante omnia nobis cordi eſt, Chriſtianorum auxilijs & opibus nobiſcum collatis perfidam nationem Turcorum & cæterorum infidelium perdere, & exterminare poſſimus. *Dat. die penultima nouembris MCCCCLVII. anno III.*

Indicti ſolemnes Chriſtianorum cœtus.

37 Dedit etiam Calliſtus b mandata B. Iacobo Piceno Minoritæ nuntio apoſtolico, vt Imperatorem, & electores imperij, Regeſque, Boſnæ, Pannoniæ, Poloniæ, ac Daniæ ad mittendos oratores ad pontificios cœtus pro re Chriſtiana amplificanda vrgeret.

b Apud Vvadding hoc ann. num. II.

Calliſtus, &c. Etſi putabamus fieri non poſſe, cum in proſecutione maximum ſemper habuerimus animum, in dies tamen ardentiores circa hæc efficimur, augitque animum noſtrum cura quotidiana, quod cæteros, ad quos etiam pertinet, non noſtri animi ſectatores, ſed negligentes & pigros, & inuicem ad guerram procliues videmus. Hortati ſumus omnes ſæpe, monuimus, fere accuſauimus, vt in hoc negotio Chriſti, a quo potentias habent, auxilia darent opportuna; ſed nihil adhuc (quod cum dolore dicimus) effici potuit. Itaque reuoluentes ſæpenumero in animo noſtro huiuſmodi rem, cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberauimus, vniuerſis Imperatori, Regibus, principibus, & communitatibus potentum populorum, alijſque dominijs Chriſtianitatis ſcribere, vt ad diem per nos eorum ſingulis aſſignatum, huc ad nos ſuos mittant oratores idoneos, ſuffultos plena poteſtate, vt ſimul cum eis pro exigentia & celeritate negotiorum fidei conſilium & auxilium, quod cito exequi poſſit, capiamus. Itaque, fili dilecte, ſolicitabis eumdem Imperatorem, Reges Hungariæ, Boſnæ, Poloniæ, & Daniæ, electoreſque imperij, quibus ſcribimus, ſi eos potes commode adire; vt ſuos ad nos ad diem aſſignatum mittant oratores, hocque opportune & importune inſtare non deſinas. *Dat. &c.* Repetita c etiam eadem, miſſaque ad Ioannem Cardinalem legatum mandata, vt eoſdem principes ad id promoueret. Excitati quoque Carolus Francorum, Renatus Siciliæ, Henricus Angliæ; tum Scotiæ, Luſitaniæ, & Aragonum Reges, duceſque Britanniæ, Burgundiæ, Sabaudiæ, Mediolani; tum Veneti, Genuenſes, ac Florentini, vt oratores ſuos mitterent, ſperabatque Calliſtus ex communi omnium decreto ingentes exercitus terra marique in Turcas conflatum iri: quas conceptas ſpes Ludouico Cardi-

Immenſus Calliſti ardor erat tuendæ Chriſti gloriæ.

Adhibitus interpres B. Iacobus Picenus.

c Lib. I. breu. pag. 130.

Angli, Hiſpani, Galli, Belgæ ad ſacri belli ſocietatem vocati.

dinali claſſis pontificiæ præfecto his literis expoſuit a.

a Ibid. pag. 132.

Patriarchæ camerario legato claſſis, &c.

38 Nos de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio diebus ſuperioribus ſcripſimus Imperatori, Regi Hungariæ, Regi Boſnæ, Regi Daciæ, Regi Sueciæ, electoribus imperij; item Regi Angliæ, Regi Scotiæ, Regi Poloniæ, Regi Portugalliæ, vt per totum menſem februarium proxime futurum ſuos ad nos hic Romam debeant miſiſſe oratores idoneos, & poteſtate plena ſuffultos: Regi autem Franciæ, Renato Regi Siciliæ, & Burgundiæ, Britanniæ, & Sabaudiæ ducibus, vt per totum menſem ianuarij: in Italia vero Regi Aragonum, duci Mediolani Venetorum, Ianuenſium, & Florentinorum *, vt per totum menſem decembris ſperamus, oratores principum & dominorum præfatorum ſtatutis per nos terminis hic Romæ affuturos: iamque ex eiſdem principibus nonnulli nobis reſponderunt ſe, vti mandauimus, miſſuros oratores. Expectamus eos auide; nam cum eis & eorum ſingulis talem * facere concluſionem, quod proximo futuro vere & æſtate talis fiet expeditio taliſque potentia Chriſtianorum comparabitur & per mare & per terram, quod non modo recuperabitur Conſtantinopolis, ſed immortalis & glorioſa victoria de perfidis Turchis conſequetur. Iam enim Rex Aragonum nobis pollicetur ad omnes voluntates noſtras claſſem ſuam non mediocrem, quam magnifice tenet in ordine, habemus & multorum aliorum pollicitationes. Itaque ſis forti magnoque animo, nam ampriſia huiuſmodi, pluſquam dici poteſt, cordi noſtro fixa haret, nec eam niſi ſimul cum vita deſeremus, donec optatam de hoſtibus Chriſtiani nominis victoriam habuerimus: quam indubie à Domino nobis & hoc tempore dari ſperamus; &c. *Dat. die* IV. *decembris* MCCCCLVII. *anno* III.

** rebus publicis*

** ſperamus Concepta ſpes ſubdi... Chriſto orientis*

Pollicitus Aragonius coniunctum ſe claſſem ſuam.

39 Vertere hac induſtria omnium Regum ac principum occidentalium arma in Turcas ad abolendum ſuperſtitionem Mahometicam annitebatur Calliſtus, atque etiam, vt dicetur inferius, Vſumcaſſanum Perſidis, Conſtantinum Zaraiacob Æthiopum Reges, ac Georgianos & Francos, qui in oriente verſabantur, in Mahometem concitabat; ſed parum profuere pontificij conatus, Germani enim non ſtrinxere ferrum in Turcas, ſed in Dei vicarium exacuere linguas, atque eum primum per calumniā inſimularunt, quaſi ſacrum aurum in vſus ſuos, non in ſacram expeditionem inſumeret. A qua labe quam purus eſſet Calliſtus, ex his verbis, quæ ad S. Antoninum archiepiſcopum Florentinum ſcripſit b, intelligi poteſt: *Non ignorare debes quantis affligimur expenſis in ſuſtinendo armatam, & eam fortificando cum legato noſtro in partibus orientalibus, & in Albania, Hungaria, & alibi, ita quod vix ſuperſunt nobis neceſſaria vitæ*; purgauitque ſe de falſo eiuſmodi ſibi obiecto crimine apud nonnullos Germaniæ populus, & Salatrenſes, Friburgenſes c, ac Bernenſes d, profeſſuſque eſt non modo aurum ex ſacri belli promulgatione coactum in claſſis ſumptus abſumpſiſſe, verum & theſauros pontificios exhauſiſſe, atque ad profundendum in ea nominis Chriſtiani cauſa ſanguinem ſe paratiſſimum; tum addidit: *Nobis perſuaſum eſt, quod ob negligentiam Chriſtifidelium, niſi Deus ſua mirabili virtute iuuiſſet cauſam ſuam, concedendo victorias legato noſtro in partibus orientis, certe oportuiſſet deſiſtere ab ampriſia iſta diuina*. Eluit præterea aſperſam illam a Germanis auaritiæ ſordium maculam ampliſſimis firmiſſimiſque argumentis Calliſtus in literis ad Fredericum Imperatorem ſcriptis a.

Ab ignauis principibus calumniæ appetitus Calliſtus.

b Ibid. pag. 98.

Via neceſſaria ad vitā ſibi ſuperat.

c Ibid. pag. 147

d Ibid. pag. 143.

a Extant Aen. Sylu. ep. 371.

Chariſſimo in Chriſto filio Friderico Romanorum Imperatori ſemper auguſto.

40 Audiuimus rumorem eſſe tamquam nos aurum ex natione tua ſupra quam deceat extorqueamus: iniuriantur profecto nobis & a vero longe recedunt qui talia dicunt: nihil vnquam noſtro nomine ab his extortum eſt, quibus beneficia contulimus, vt illi garriunt, nihil exactum, nihil petitum præter annatam vetuſto iure debitam. At ſi quæ contra Turcos pecuniaria nobis ſubſidia obtulerunt, non recuſauimus, nec recuſare quidem debemus pro tanta Chriſtianæ religionis neceſſitate: pecunias autem huiuſmodi & alias vndecumque venientes non vſurpamus nobis, non recondimus in arca, non exponimus in iocalibus, non conſumimus in delitijs; ſed in defenſionem fidei conuertimus, & in oppreſſione perfidæ Turcorum gentis ad noſtrum exterminium ſemper intentæ. Innumerabiles ſunt & intolerabiles nobis quas in dies ſubimus expenſæ, nunc in orientem legato claſſis noſtræ, nunc in Albaniam Scanderbechi fortiſſimo Chriſti athletæ indefeſſoque bellatori, nunc legatis & oratoribus in diuerſas mundi partes emiſſis, nunc iſtis nunc illis per Græciam & Aſiam laborantibus, ne deſtituti periclitarentur, pecunias mittimus. Nec fuerunt inanes huiuſcemodi ſumptus: licet enim nobis in Domino gloriari, qui per miniſtros ſuos, torpentibus ac pene dormientibus cunctis ferme Chriſtianis principibus, nobis tantummodo inſtantibus atque vrgentibus Turcorum ſuperbiſſima cornua & inſolentiſſimas acies apud Hungariam confregit, magnumque illum & potentiſſimum exercitum proſtrauit, qui ſibi non Hungariam modo ſed Germaniam totam, Galliam, atque Italiam proterere, legemque Chriſti funditus euertere promittebat. Itaque liberauit Dominus populum ſuum præſulatu noſtro, plebemque ſuam ex ipſis quodammodo faucibus crudeliſſimi ſiue immaniſſimi draconis eripuit.

Confutata Germanorū querela.

Redditus cō ſumptuum pro Chriſti cauſa opūſculo.

Pannonia, & Germania ob faucibus Mahometis erepta.

41 Nunc quoque claſſis noſtra Rhodum tuetur, Cyprum, Mytilenem, Chium, & omnes in oriente Chriſtiani nominis inſulas, quæ ſine tali præſidio haudquaquam Turcorum nauibus in dies incurſantibus reſiſtere potuiſſet. Quodque laudabilius eſt, ac diuino nobis munere conceſſum, non tantum quas diximus inſulas legatus noſter ſua prudentia & armorum robore tutatus eſt, ſed alias pleraſque Turcorum domino ſeruientes ad Apoſtolicæ ſedis deuotionem obedientiamque redegit, nouiſſimeque non pauca eorundem Turcorum nauigia ad oppugnandas Chriſtianorum inſulas exeuntia potenter inuaſit, debellauit, in poteſtatem recepit. Nec Albania ingruentes barbarorum impetus proximis diebus ſuſtinere potuiſſet, niſi noſtrarum interueniſſent pecuniarum auxilia, quæ Scanderbechio miſimus, In his nos rebus pecunias conſumimus: in his profundimus quidquid vndecumque corradere poſſimus auri vel argenti: honorem Dei non noſtrum quærimus, pro ſalute populi nobis commiſſi laboramus, non pro priuata vtilitate noſtra curamus, ne noſtro tempore Chriſtianum nomen ſpurciſsimi Turcarum pedes conculcare poſſint. Sed non ſunt hæc onera, quæ nos ſoli portare queamus, vel ſedes Apoſtolica valet per ſeipſam tolerare, facimus tamen, quod poſſumus, & quieſcentibus alijs, qui nobis auxilio eſſe deberent, inſtamus, acceleramus, vrgemus, nihil omittimus

Inſulæ orientales defenſæ.

Fracta Turcica claſſis.

Macedonia ob miſſa Scanderbecho iuſtitiæ ſuſtentata.

ex

Digitized by Google

ex his, quæ facultates noſtræ permittunt: neceſſaria nobis detrahimus, vt incumbenti neceſsitati pro parte nobis poſsibili ſubueniamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum pridie kal. ſeptembris anno* MCCCCLVII.

Coitiones principum electorum aduerſus apoſt. ſedis auctoritatē.

42 Præter ſalſas haſce criminationes temere in Pontificem iactatas, nonnulli electores imperij arcanas coitiones ad apoſtolicam auctoritatē labefactandam turpiter fecere; ad quas diſſoluendas Ioannes Caruial Cardinalis legatus iuſſus [a] incumbere: *Ne iuſtitiam*, ſunt Calliſti verba, *noſtram & ſedis Apoſtolicæ negligamus, qui aliorum ſumus validi defenſores, videbis in cedula præſentibus interclusa, quæ nobis in natione Germaniæ & partibus legationis tuæ tractantur, & fere concluduntur contra nos & ſedem apoſtolicam, falſis ſuggeſtionibus & æmulis procurantibus, ſatore zizaniæ inuidente de bonis operibus noſtris*. Nefarias illas in Pontificem molitiones agitarant Germani principes inſcio & inconſulto Friderico Imperatore, quem ne improbi calumniatores ſubornarent, Calliſtus B. Iacobo Picenti nuntio nauare operam iuſsit [b], vt eluſis improborum hominum conatibus, iræ in communem fidei hoſtem verterentur.

a Lib. 3. breu. pag. 130.

b Extant eius lit. apud Vuad. t. 3. hoc ann. n. 11.

Dilecto filio Iacobo de Marchia ordinis Minorum profeſſori nuncio noſtro.

Ex multiplici fama literiſque & relatu fidedignorum intelleximus, per electores imperij & quoſdam eorum ſequaces non cogitantes quantum ſedi apoſtolicæ, a qua gratias & beneficia ſusceperunt, debeant, nonnulla tractata fuiſſe in præiudicium & læſionem auctoritatis noſtræ & ſedis Apoſtolicæ; in eis tamen neque aſſenſum neque auctoritatem Imperatoris interueniſſe. Scribimus ſuper hoc legato noſtro, & plurimis alijs, quos noſtri & ſedis Apoſtolicæ deuotos putamus, vt efficiant quod Imperator, & ſi qui alij erunt, non ſolum aſſentiant tractatis prædictis quemadmodum eum minime deceret, ſed etiam illis contraueniat, eaque repellat, erit nobis gratum vt ſuper his adeas legatum noſtrum, & prout eidem & tibi videbitur, malignitatibus huiuſmodi occurratur, & temerarij conatus fruſtrentur; maxime nobis indefeſſe intendentibus in eorum ſecuritatē contra Turcas & alios infideles, & ſine culpa contra nos inſurgere. Caueant ab ira Dei, nos enim officium noſtrum exercere non ceſſabimus opportune, eſtque officium noſtrum, vt loquamur cum B. Ambroſio [c], *nulli nocere, omnibus velle prodeſſe*; poſſe ſolius Dei eſt. Clama, ne ceſſes, & ſcias ſenem iſtum paratum pro defenſione euangelij & fide catholica pati vtinam martyrium, ſi ſit opus. Ecce completum deſiderium tuum nobis aliquando perſuaſum de conuocando Italicos, & alios contra Turcam & infideles ad tantum incendium extinguendum: & ſic viriliter age & confortetur cor tuum, etiam ad Bohemos & alios deuios a fide reducendos: ſcis enim quod omnia expoſuimus & exponimus, in his vix nobis vitæ neceſſarijs remanentibus; & qui nobiſcum non eſt, profanus eſt; non Chriſti ſed antichriſti eſt, &c. *Dat Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XXV. *octobris anno* MCCCCLVII. *pontificatus noſtri anno* III. De B. Iacobo Minorita extant literæ [d] Calliſti ad Ioannem Caruial Cardinalem legatum, in quibus ita de eo loquitur: *Quem ſeruum Dei fidelem tibi miſimus non ſolum pro cruciata, ſed etiam contra hæreſes Bohemorum, quarum extirpationem, vt pupillam oculi optamus*.

Inconſulto Cæsare agitata.

Pro noſtris factione diſſoluenda agentibus B. Iacobus Picenus.

c Ambr. l. 3. de offic. c. 4.

d Lib. 1. breu. pag. 130.

Cura extin- denda e Bohemia hæreticos eidē demandata

43 Sed ad inſtitutā de calumnijs Pontifici impoſitis narrationem redeamus. Obtriuit eas pluribus literis Æneas Syluius Cardinalis: nos ex ijs nonnulla delibabimus in quibus ille Calliſti integritatem ita illuſtrat [a]:

a Aen. Syl. ep. 338.

Aeneas Cardinalis Senenſis Martino cancellario archiepiſcopi Moguntini S. P. D.

Apologia pro Calliſto aduerſus murmura German.

Conſiderauimus in primis, quæ dicuntur contra ſummum Pontificem, apud Germanos fieri murmura: nec miramur, ſiquidem nullus vnquam locum B. Petri tenuit, qui non latrantium dentibus impeteretur: nec magnum putamus ſi quis detrahit Calliſto, cum magiſtro eius ſciamus detractum fuiſſe Chriſto: verax eſt enim Saluator ipſe, nec poterit veritas noſtra mentiri, quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus maior domino. Germani tamen, ſi verum fateri velint, ſimiliterque reliqui Chriſtiani, nihil habent cur de Calliſto murmurare poſſint, niſi quod eum Pontificem tradidit nobis Deus, quo digni non fuimus: neque enim huius ſanctiſſimi præſulis mores plebi ſuæ conformes exiſtunt, qui cum diuinam in terris agat vitam, angelis potius debuit præfici, quam hominibus: nihil pius pater, quod ſuum eſt, quærit: cogitatus ſuos omnes iactauit in Domino: honorem Chriſti ſaluatoris noſtri, defenſionem fidei, decus Eccleſiæ, ſalutem plebis toto conatu, toto ſtudio, tota mente perquirit. Niſi fuiſſet exacta ipſius ſolertia & incredibilis ad commune bonum, iam Turcorum feritas non Hungariam modo protriuiſſet, ſed ipſam quoque Alemanniam infeſtis armis petens Chriſtianis omnibus terrorem ſimul ac laborem incuſſiſſet: nam ſi victi apud Hungariam & proſtrati magni Turcorum exercitus, non eſt cui poſt Deum alteri gratias, quam Caliſto Chriſtiani debeant: ipſe enim ſolus fuit qui, torpentibus ac pene dormientibus Chriſtiani orbis principibus, legatum in Hungariam miſit, Hungaros cum Turcis induciarum fœdera quærentes prohibuit, labentes animos erexit, copias congregauit, bellumque illud committere ſuaſit, in quo primum ætate noſtra Turcorum dominus turpiſſime fugere viſus eſt, & ſalus Chriſtiano populo parta. Tacemus quæ geſta ſunt in oriente per claſſem apoſtolicam, & quæ in Albania, & alijs quampluribus locis ipſius Domini noſtri pecunijs pro tutela fidei in dies geruntur.

Conquiſita omni ſtudio ab eo diuina gloria.

Proſtrati in Pannonia Mahometis beneficium debuit Calliſto Germania.

Orienti & Albaniæ opitulatus eſt.

44 Nihil aliud ſua ſanctitas in animo gerit, quam ſuo tempore ita inimicos ſalutiferæ crucis humiliare, vt tandem vocatus a Domino creditam ſibi Eccleſiam in ſtatu ſecuro ac tranquillo relinquat: ob quam rem neſcimus profecto, quid ſibi velint, qui tam ſanctum præſulem, & tantum de communi vtilitate ſollicitum, calumniari præſumunt. Nam quod aurum a vobis extorqueat, iniqua eſt prorſus accuſatio; nihil enim præter conſueta iura recipit, niſi fortaſſe ſponte ſua nonnulli in claſſem contra Turcos offerant, quos pauciſſimos eſſe conſtat. Vtinam tot eſſent, qui tantæ rei ac neceſſariæ optime ſubuenirent. Eccleſiarū electiones canonicas, qui dicunt a ſua ſanctitate contemni, aut eccleſias metropoliticas ſeu cathedrales in Alemannia reſeruari, longe a veritate recedunt. Nulla electio reiecta eſt, quam conſtitit fuiſſe canonicam pontificalis eccleſiæ: in Alemania nulla reſeruata eſt ſpecialiter a Domino noſtro contra concordata veſtra, nec eſt eius propoſitum, neque fuit hactenus quidquam agere.

Iniquæ Germanor. circa electiones querela.

Et quamuis nemo imputare poſſit, ſi ſua ſanctitas dignitates principales in collegiatis Eccleſijs, ſiue primas poſt pontificales reſeruauerit, ne-

neque enim concordata in hoc aduerſantur; non tamen inuenientur facile reſeruationes beneficiorum, niſi pro Cardinalibus, aut aliquibus fortaſſe maximis viris ab eadem ſanctitate emanaſſe. Itaque neſcimus, quo vultu, quo ore, qua denique audacia præſumant aliqui ſanctiſſimo præſuli noſtro detrahere, tanquam nationi veſtræ oneroſus exiſtat, qui profecto non tantum nationi Hiſpaniæ, vnde ſibi origo eſt, quantum Germanicæ affectus eſſe videtur, & qui diuinitus nobis datus eſt, vt hoc periculoſo tempore ab infidelium incurſione, maximeque Turcorum impetu, orthodoxam Chriſti religionem, non ſolum tueretur, ſed etiam eleuaret & propagaret. Laudamus igitur, & omni honore dignum reputamus archiepiſcopum Moguntinum, qui reiectis malignantium inſidijs apud ipſum dominum noſtrum, ſanctamque ſedem Apoſtolicam omnium fidelium matrem, atque magiſtram permanere decreuit. Facit quod doctum, quod prudentem, quod bonum prælatum decet, qui peregrinas reſpuens opiniones, in ſolida ſanctæ Romanæ eccleſiæ doctrina, & in ipſa Chriſti petra pedes figit. Facit modo quod fecit, dum alias quærerentur, quæ modo tentantur: nunquam enim Eugenio ſanctæ memoriæ ſummo Pontifici defuit, quamuis multi ex Germanis in illum deſæuirent. Nouit omnia noſter Pontifex, eiuſque probitati miro modo afficitur, nec vmquam eius nominis abſque ſingulari laude meminit, ita vt certiſſimi ſimus nunquam ipſius petitiones in conſpectu huius præſulis vanas fore, quæ digne audiri videantur.

Commendata Mogũtini arch. conſtantia.

45 Cæterum quod ſecundo loco ſecretarius antedictus expoſuit nobis, alienum viſum eſt, quod ex viro docto, ex iuris interprete, & magnis verſato cauſis prodire debet: nouiſti enim Romanum præſulem vnicum eſſe principem cui omnes obedire tenentur, Petri & Pauli locum tenere, qui ſedet in apoſtolico throno; Chriſti vicarius eſt, qui Romanæ præſidet vrbi. Non eſt igitur, qui ſe cuipiam intelligentiæ nomine, vel fœderis obliget, neque ſubditorum eſt cum dominis ſuis fœdera quærere: nec tamen fortaſſe ita loqueris, vt Romanorum præſulem ex intelligentia quæras obligare, qui neſti quantum iura permittant; ſed aduertimus, quæ petis de intelligentia mutua profecto, nos aliquantulum de te compulerunt admirari. Scimus quia cum amico omnia confidenter agis: idem & nos facimus: vtimur reſpondendo ea fiducia, qua tu interrogando es vſus. Equidem indigna putauimus, quæ nomine archiepiſcopi peterentur, nec arbitramur eos bene agere, qui archiepiſcopo ea petenda ſuadent: quamuis nec ſuæ menti, quæ ſemper modeſtiſſima fuit, talia credimus eſſe perſuaſa: ſuæ namque dignationi id ſatis eſſe debet, vt anteceſſoribus ſuis æqualis exiſtat, neque illa quærat, quæ ante centum annos nullus obtinuit archiepiſcopus. Rectum & laudabile fuit propoſitum eius, ſi neque Romanorum pontificem minorem, nec ſe maiorem ſuis anteceſſoribus eſſe velit. Illud quoque attente conſiderabit quiſquis eccleſiæ Maguntinæ præfuerit, vt neque Romana ſedes conculcetur, aut quouis modo damnetur: certum eſt enim quia languente capite, nequeunt membra conſiſtere, neque poſſunt riuuli non areſcere fonte ſiccato. Salus eccleſiarum omnium profecto ex Romanæ ſedis præcellentia, & ſumma auctoritate dependet. Quibus ex rebus non eſſemus auſi ea quoquo modo aperire domino noſtro, quæ nobis pro intelligentia contrahenda ſignificaſti. Sunt enim enervatina apoſtolici iuris, & non minus profecto præiudicij præſeferentia; ac illa præſertim, quæ de confirmationibus pontificalium eccleſiarum attigiſti.

Quæ nam ſit Rom. Pont. faſtigium.

Non præſtandus Pont. de fœdere ſed illi obſequium deferendum eſt.

Depreſſa ſede Romana aliæ opprimuntur eccleſiæ.

46 Non ignoras, vt credimus, qualis ſit ipſe dominus noſter, quanta eſt in eo circumſpectio, quanta omnium rerum notitia, quanta grauitas atque conſtantia. Et ſi enim omnes laudandi ſunt, quos nouimus, Romani præſules; hunc tamen omnibus præferendum putamus, qui cum vitæ mundiſsimæ ſit, & omnia gerat commendatione digna, tum vero his conditionibus præditus eſt, vt falli non queat. Eſt enim ætate grandæuus. Verſatus eſt in arduis & magnis negotijs: doctrina ea præfulget, cui ſimilis nemo eſt, qui audierit in anteceſſore fuiſſe. Itaque non facile decipiendus, qui cum multa per ætatem viderit, tamen conſcientiæ lumen cum rerum magnarum experientia coniunxerit. Rideret nos ſua ſanctitas, ſi quid ei proponeremus doctiſsimis eius auribus quoquo modo indignum, atque ob hanc cauſam non præſumpſimus ea ſibi referre, quæ tuo nomine expoſita ſunt: neque enim ſua pietas eos probare ſolet, qui res minus iuſtas ſibi proponunt.

Calliſti cõmendatio.

Verum vt ad grauamina nationis veſtræ redeamus, ſiquid eſt, quod emendatione egeat; laudamus id ſanctiſsimo domino noſtro ſignificari, nec dubitamus, quin ſua ſanctitas debito modo prouideat. Illud autem nobis exploratiſsimum eſt, archiepiſcopum ſcilicet præfatum in optima reputatione apud ſanctiſsimum dominum noſtrum eſſe, fauoremque ſibi, & opportunum præſidium ab eo nunquam defuturum certo ſcimus aduerſus omnes, qui ſibi moleſti fuerint. Quod ſi eorum oratores huc venerint, recipientur benigne, & humaniter tractabuntur, nec duras inuenient apoſtolicas aures in his, quæ conceſſu digna petierint. Quod vero dicis sereniſsimum Imperatorem & ipſum archiepiſcopum, ſi ſe cum ſancta ſede Apoſtolica intellexerint, facile impedituros aduerſantium machinamenta, id quidem credimus, & ita factum eſſe nouimus in ſuperioribus annis. At cum Imperator præfatus cum ſanctiſsimo domino noſtro vnanimis ſit, nec vmquam ab huius ſanctæ ſedis deuotione declinauerit, curandum eſt, vt ipſe archiepiſcopus idem agat. In qua re cum multa tua conſilia poſsint, rogamus vt in hoc tuos intendas neruos, veliſq; doctrinæ tuæ nomen in defendenda Romanæ eccleſiæ auctoritate potius, quam impugnanda, clarum facere. Sic enim, & Moguntinæ eccleſiæ recte conſules, & tibi, & tuis amicis vtilitates creſcent, & accumulabuntur honores. *Dat. Romæ* XII. *kal. Octobris anno* MCCCCLVII.

Si petent Germani ſe gratioſos mittant oratores.

Fredericus Pontifici coniunctiſsimus.

Hactenus Æneas ad Martinum Meyerum archiepiſcopi Moguntini, vt diximus, cancellarium, a quo ſingula obiecta alijs literis ^a diluit. Erant illa quatuor diſtincta capitibus, nimirum decreta concilij Baſileenſis infringi; non confirmari electiones canonicas; extorqueri plurimam vim auri ab ijs, qui ſacerdotia aſſequerentur; tum Germaniam indulgentiarum decumarumque occaſione exinaniri, Æneas ita reſpondit.

a Id. epiſt. 369.

Æneas Cardinalis Senenſis Martino Meyer, &c.

47 Cogimur ad hæc nonnihil reſpondere, & in primis quidem fatemur quod ſcribis, inclytam ſcilicet nationem veſtram olim fuiſſe florentem, & ſuis virtutibus Romanum imperium meruiſſe: adijcimus tamen & illud, excellentiſſimam B. Petri ſedem, poſtquam ille martyrio coronatus eſt,

Quanta ſit Pontificatus dignitas.

ſemper Romæ fuiſſe, in qua qui ſederunt vicariatum Chriſti tenuere, clauesque ligandi atque ſoluendi penes ſe habuere ſiue Græci, ſiue Itali, ſiue Germani, aut ex alia gente fuere, nec vnquam regni cœleſtis introite ianuam potuiſſe, qui Romanorum Pontificum auctoritatem contumaciter contempſere; nec hodie illis gloriandum eſſe, qui auctoritate propria leges ſibi conſtituunt, quibus pro ſuo libito Romanæ ſedis iuſſiones ſpernere poſſint: hos enim catholica veritas, niſi reſipuerint ante obitum, ignis æterni mancipio ſine intermiſſione deputat. Fatemur inſuper aliquando in Romana curia, quam regunt homines, aliqua fieri, quæ digna eſſent emendatione: nec dubitamus ipſos Romanæ vrbis præſules etiam in quantum homines falli, errare, labi, ac decipi poſſe.

Pontificum contemptores ſeruari nõ poſſunt.

Exceſſus ſunt in curia, quia homines in ea verſantur.

Sed vt ad querelas tuas veniamus, dicimus tibi dignum eſſe vt compactata cum veſtra natione ſeruentur, idque ſemper prædicauimus, & in futurum prædicare non omittemus. Siquidem nationi tuæ, a qua plurimum ſumus honorati, non minus quam noſtræ afficimur; verum cum dicis decreta Baſileenſis concilij non cuſtodiri, idque putas iniurioſum eſſe nationi, indignam dicimus eſſe querelam tuam; propter decreta enim Baſileenſis concilij inter ſedem Apoſtolicam & nationem veſtram diſſidium cœpit, cum vos illa prorſus tenenda diceretis, Apoſtolica vero ſedes omnia reiiceret: itaque fuit denique compoſitio facta, in qua nos imperatorio nomine interfuimus, eam certam legem dedit deinde inuiolabiliter obſeruandam, per quam aliqua ex decretis concilij prædicti recepta videntur, aliqua reiecta; itaque non iuſte agis, ſi per omnia ſeruanda eſſe decreta contendis. Sed venio ad electiones, quas paſſim contemni refers: hoc nos non inuenimus ita eſſe, vt aſſeueras; nam poſtquam ex Alamania huc venimus, plures eccleſiæ cathedrales eiuſdem nationis vacauerunt, in quibus vel poſtulationes factæ, vel electiones fuere. De poſtulationibus nihil eſt quod obijci poſſit, nam illæ ex gratia pendent etiam vetuſto iure, liberumque eſt Pontifici maximo eas vel admittere vel reijcere. Electiones autem, ſi canonicæ fuerint compactatorum vigore confirmationem merentur; nec repelli poſſunt, niſi de vtiliori perſona Romanus Pontifex de conſilio fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium duxerit prouidendum, ſed neque hic eſt aliquid quod reprehendi merito poſſit.

Male conqueſtus Mayers non ſeruari decreta Baſileen. conciliabuli.

Pars decretorum conſenſu ordinum imperij reiecta.

De electionibus & poſtulationibus.

48 Quod deinde ſubiungis, extorqueri multum auri ab his, qui dignitates vel alia beneficia aſſequuntur; non eſt cur de hac ſede conqueramini, ſed potius de cupiditate & ambitione veſtrorum hominum, qui currentes pro epiſcopatibus inuenientes competitores, his quibus palatium patet, certatim pecunias offerunt: illi vero, qui alloqui Pontificem poſſunt, non ſunt ſimiles angelis, ſed quales in Alemania Galliaque multos reperias; recipiunt enim quod offertur, non extorquent: Romanus autem præſul ſolus in thalamo ſuo nunc hos, nunc illos audit, & illos promouere ſolet, qui magis commendantur; nec ſcit, nec etiam arbitratur pecuniæ cauſa hos aut illos commendatione præferri, nec ſibi plus auri datur, quam concordata permittant, niſi fortaſſe aliquando occaſione expeditionis contra Turcos (quod ſibi profecto non fuit in tanta neceſſitate negandum) aliquando ſuper annata recepit. Habes ergo in hac parte reſponſionem noſtram. *Et infra.*

Querela de extorſione auri reiellitur.

Pax eſt auliccorum ad munera obtorta vbique conditio.

Verum quia dicis Germaniam veſtram quondam ditiſſimam fuiſſe, nunc vero prorſus exhauſtam & omni ære vacuam eſſe, nos contra ſentimus, illudque audacter dicimus nunquam Germaniam ditiorem fuiſſe quam hodie, nunquam ornatiorem, nunquam armis potentiorem, ſi vni domino paruerit. Namque ſi legamus vetuſta tempora, inueniemus Germanos olim ritu vixiſſe barbaro, veſtibus vſos laceris, venationi tantum & agrorum culturæ dediſſe operam, feroces quidem homines & belli appetentes, ſed argenti prorſus inopes, quibus quippe nec vini vſus erat: *Et infra.* Verum hanc mutationem quis fecit in vobis niſi religio Chriſti? cultus quippe Chriſtianæ religionis a vobis barbariem omnem expulit, atque ita expoliuit, vt iam Græci ipſi barbari, vos autem recte Latini appellari mereamini. Cultum autem ſalutiferæ religionis, ſi verum fateri vultis, Roma vobis & apoſtolica ſedes dedit, quæ prædicatores ad vos mittens idolorum relinquere cultum, & verum Deum colere docuit. Plus eſt hoc, Martine, quam aurum & argentum; plus eſt quod accipitis, quam quod datis. Itaque decet vos accepti beneficij memores eſſe, quod quidem tantũ eſt, vt nullo poſſit theſauro compenſari.) Hactenus Æneas.

Germania ingenuitate paupertima.

Cum Chriſti fide omnibus bonis cumulata fuit.

A Romanis Pontificib. fidem accepit. Decet Germanos beneficij memores eſſe.

49 Habitus eſt harum turbarum in Pontificem auctor inter alios Theodoricus archiepiſcopus Moguntinus, quem idem Pontifex a nefaria illa molitione abducere, ſibique conciliare niſus eſt [a], præſertim cum ob fidei cauſam propugnatam is calumniarum turbo in ſe concitatus fuiſſet:

Archiepiſcopus Mogunt. factioſorum infelicibus partibus.

[a] Lib. Ibren. pag. 146.

Calliſtus, &c. In mentem noſtram cadere non poteſt, te contra auctoritatem S. R. E. ſedis Apoſtolicæ, atque noſtræ aliquod perpetrare, cum te ſciamus paſtorem ſcientificum & prudentem, ac Dei timoratum, quæ ſunt contraria offendentibus auctoritatem & poteſtatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & ſummi Pontificis, cum quicumque hoc attentare volens, nedũ in pœnas a iure diuino & humano inſtitutas incideret, ſed etiam crimen hæreſis atrociter committeret. Tu quidem auctoritate & maturitate, experientiaque præſul ſingularis in numerum electorum ſacri imperij vocatus es, quis ergo plus auctoritatem ſummi Pontificis defendere tenetur, quam tu? quis protegere, quis ampliare magis, certe tu, in quo eſt confidentia noſtra, & permaxime vbi vides & ſcis pro veritate nos affligi, pro rebus fidei, pro quibus exponimus & nedum bona, ſed ſanguinem & perſonam. *Dat. &c.*

Pontificiã auctoritatẽ labefactat.

50 Extant aliæ [b], ad eum, tum ad Treuerenſem & Colonienſem archiepiſcopos eadem verborum formula conceptæ literæ, quibus Calliſtus proponit quantum ab ipſorum dignitate abhorreat ad Romani Pontificis auctoritatem deterendam conſpirare, profiteturque ſibi non aliam curam cogitationemque hærere animo, quam vt Chriſtianam rem tueatur & amplificet, ſeque libenter pro ea cauſa martyrium ſubiturum.

[b] Ibid. pag. 142. Oſtenſa in ſet ſt dignitate.

Venerabili fratri archiepiſcopo Moguntino electori Imperij ſalutem, &c.

Et ſi de tua fraternitate conſtans ſemper fuerit iudicium & ſententia noſtra, te ſcilicet prælatum eſſe ſum integerrimum & prudentem, tum etiam honoris ac ſtatus ſedis Apoſtolicæ amantiſſimum; tamen permoleſte intelleximus nonnulla, quæ de ipſa fraternitate tua nobis perlata ſunt, quæ ſi vera eſſent (quod nobis difficillime perſuaderi poſſit) certe deteſtanda & omni abominatione digna merito iudicarentur: nam quid immanius dici, aut excogitari poſſet, quam prælatum tantum

quan-

quantus tu es, abiecta reuerentia ſedis Apoſtolicæ cum illis ſentire, qui ipſius ſedis honorem & auctoritatem peruertere machinantur? Hoc itaque nunquam nobis venit in mentem de tua fraternitate credere: nec credimus quidem: quinimmo priſtina noſtra opinio immutata permanet, teque dignum præſulem & maturitate experientiaque præditum exiſtimamus, & eum qui merito vnus ex ſacri Romani imperij electoribus exiſtat: quod nomẽ fraternitatem tuam omnibus ſtimulis excitare debet, vt omnibus iuribus & ſenſibus tuis ſemper ſtudeas de ſancta Romana eccleſia ac ſede præfata benemereri; præſertim cum in ipſa ſede is nunc diuina voluntate, quamquam immeritus, ſedeat, qui non immemor emiſſi voti ſanctam fidem orthodoxam religionemque Chriſtianam prope ſolus, & deſtitutus omni ſubſidio Chriſtianorum potentatuum, omni ratione, conſilio, ſenſu, orationibus denique ac lachrymis protegere pergit: de nobis loquimur non iactantes: orbi enim vniuerſo iam nota ſunt opera noſtra, qui pro defenſione dominici gregis cum opes & facultates cunctas continue exhauriamus, deuoto animo etiam ſanguinem proprij corporis effundere non recuſamus, quod vtinam tanto incendio extinguendo ſufficeret. Nouit Deus quam libenter omni martyrio acquieſceremus. Quod ſi qui maligni ſpiritus aut dæmones humanam effigiem induti ſuis praticis & ſophiſmis aliter putant, & alijs non vera perſuadere conantur, ij audiendi non ſunt: ſed decet fraternitatem tuam cum talia intelligit defenſioni noſtræ, & dictæ ſedis animum intendere, nec pati, vt ij qui indigue & in præiudicium animarum ſuarum honorem & auctoritatem noſtram, & negotia fidei Chriſtianæ turbare tentant, de ſua nequitia & malignitate glorientur. *Dat. &c.* Graſſati fuere inſigni flagitio in ſacrum aurum pro Turcico bello collectum, qui in Pontificem eiuſmodi querelas de corraſa pecunia [a] ex Germanis protulerant: inter quos Ioannes epiſcopus Herbipolenſis, cum ſubſidiarias illas pecunias latrocinio inuaſiſſet, quæſtores pontificios eas repetentes prouincia abegit. Cum autem illum merita pœna percellere pararet Calliſtus, & archiepiſcopus Moguntinus pro Herbipolenſi epiſcopo deprecator acceſſiſſet, reſpondit Pontifex vſurum ſe clementia, ſi ille expiaret ſcelus, raptaque reſtitueret.

Reuocare eum benigne ad officium nititur Calliſtus.

Nec opes ... effundere paratum ſe profitetur.

Aliqui Germani præſules ſacrum pro Turcico bello aurum diripiunt.

a Ext. ea lit. apud Aen. Sylu. cap. 327.

51 Nec Germani modo Pontifici ſacram pro amplificando Chriſti cultu expeditionem conficere annitenti aduerſati ſunt, verum etiam Galli nec vires, nec opes ad religionis hoſtes debellandos conferre voluerunt: quocirca grauiſſime queſtus eſt [b] Calliſtus apud Alanum Cardinalem in Gallijs legatum, Carolum Regem cruceſignatæ expeditionis in Turcas abieciſſe curas, neque clerum ad perſoluendas imperatas decumas perpellere: *Cum*, inquit, *omnipotens Deus, viam ſalutis patefecerit, & victoria ſit in manibus, dolemus & grauiſſime angimur, quod catholici principes tam lente & ſegniter cauſam publicam amplectuntur: quæ enim peſtis maior, quis acrior dolor extimari poteſt, quam in tam graui re tamquam neceſſaria tantam videre ſocordiam?* Et infra: *Vides enim quod ex tua legatione, neque ex decima, quæ (vt dicitur) per te colligitur denarium vnum, aut ſubſidium minime habemus.* Præferebat [c] quidem Caroli Regis filius Ludouicus maior natu Delphinus Viennenſis ingentem belli in Turcos gerendi ardorem; ſed Carolus graues in illum iras conceperat, ſeque in libidinis cœno volutans ad diuinam cauſam ſuſcipiendam aſſurgere nequibat: illum tamen Pontifex excitare tranſmiſſo aureæ roſæ munere conatus eſt [a], vt militarem virtutem, qua Gallici nominis hoſtes propulſauerat, adhiberet in Turcas, laborantique rei Chriſtianæ opitularetur; addidit etiam preces, vt ex decumis, quæ a clero exactæ fuerant, ſubſidiariam vim auri ad faciendos belli ſacri ſumptus ſubmittendam curaret.

Galli vires opeſue in Turcas conferre nolũt.

b Lib. 1. breu. pag. 74.

c Ibid. pag. 143. Monſtrel. vol. 3. pag. 68 & Guagn in Carol. VII.

Delphinus pium gerit turcici belli ardorẽ præfert. Carolus Rex ... bus illa...

a Ibid. pag. 93.

Carolo Francorum Regi illuſtri.

52 Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Vetus conſuetudo, chariſſime fili, moſque ſanctiſſimus eſt, vt Romanus Pontifex peracta ſacrorum celebratione, die qui quartus eſt dominicus in quadrageſima auream roſam illuſtri cuipiam principi pro munere donet. Magnum profecto & dignum diuina laude myſterium, in quo non muneris æſtimanda eſt quantitas, ſed altioris ſignificationis qualitas interpretanda. Nobis autem qui diuina voluntate, quanquam immeriti, paſtorale culmen Romanæ eccleſiæ tenemus, cum vellemus hoc præclarum munus in tempore proximæ quadrageſimæ implere, occurriſti quem potiſſimum hoc dono dignum exiſtimaremus. Nam ad nobilitatem ſanguinis, qua humanum ferme faſtigium exuperas, tot adieciſti proprias in omni genere virtutes, vt tantum diuis progenitoribus tuis gloria ſis æmulatus, quantum illi ſerie quadam & ſplendore maximarum rerum, cæteris orbis Regibus ac principibus excelluerunt.

Tranſmiſſa ad Carolũ Regem roſa aurea.

En igitur accipe pignus & monumentum noſtri in tuam ſerenitatem amoris. Roſam hanc lætiſſimo corde ſuſcipe: nec te auri fulgor, ſed contemplatio diuinæ ſignificationis teneat. Sancta enim Eccleſia hoc donum per manus ſummi Pontificis ad demonſtrandam lætitiam ordinauit, & gaudium Iſraelitici populi, dum omnipotens Deus miſeratus diuturnam ipſius ſeruitutem ex Babilonica captiuitate eum liberauit. Nullus flos enim omnium, quos alma mater terra producit, roſæ comparandus eſt, nec qui aſpectu iucundior appareat, aut odoris ſuauitate ſit fragrantior. Vtinam, chariſſime fili, diuinus odor penetret in tuos ſenſus, vt eo repletus explices generoſitatem cordis tui, atque hoc diuinum opus defendendæ fidei totis viribus amplectare, & Chriſtianus populus, exciſo & exterminato immaniſſimo genere Turcorum & infidelium, pacem & tranquillitatem in Domino aſſequatur. Hæc enim cura dies ac noctes nos ſolicitat, & ſtimulis pungit acutis ſenſus noſtros, & cum molem hanc prope ſoli ſuſtineamus, nulla ratione eam diutius ferre poſſe cernimus, niſi Chriſtianorum ope principum, tuaq; præſertim tuas ad tantam rem vires nobiſcum depromas.

Myſtica eius interpretatio.

Rogat Regem vt Chriſtianum populum e Turcica tyrannide eripiat.

53 Illud enim maxime ad noſtras moleſtias accedit, quod videmus antiqui hoſtis in tantum præualuiſſe fallacias, vt multorum Chriſtifidelium principum, & eorum quidem, qui defenſandæ fidei primas & debent & ſoliti ſunt gerere partes, mentem a tam neceſſario opere abſtraxerit, & nouis ſcandalis implicauerit. Putamus enim intellexiſſe tuam ſerenitatem mala, quæ in Hungaria & Germania, propter diſſenſiones, ſuborta ſunt: ad quæ ſedãda omni ſtudio incubimus, ſcripſimuſq; propterea Imperatori & Regi Hungariæ, & nunc nouiſſime legato noſtro, vt videbit tua ſerenitas in copia, quam hic includi fecimus; nec propterea deſiſtimus, quamuis ſumma penuria pecuniarum grauemur, quin omni ratione claſſem noſtram augere & corroborare curemus. Sed cum admodum exiles ſint facultates noſtræ ad tantam rem, accedentibus etiam his malis, quæ ſupra memorauimus, pe-

ticulum eſt ne ſub hoc faſce opprimamur, & in medio curſu ſuccumbamus, niſi tua ſerenitas more ſuorum auorum afflictis fidei orthodoxæ rebus ſubueniat.

Quare per regiam tuam ſublimitatem, per gloriam tuorum progenitorum, qui ob ſingularem fidei amorem Chriſtianiſſimi vocari meruerunt, denique per reſperſionem ſanguinis & paſſionem Saluatoris te hortamur & obſecramus, vt tandem optato ſuccurſu fidei Chriſtianæ ſubuenias, & de pecunijs & decimis & oblationibus Chriſtifidelium in regno tuo collectis, & colligendis nobis ſuccurras: nos enim ea ſpe adducti hoc tantum onus maxime ſubiuimus, quibus deficientibus, proculdubio & nos a ſanctiſſimis incœptis (quod abſit) deficere cogeremur. Sed nobis nullo modo perſuadere poſſumus, vt tua celſitudo diutius in hoc cunctatura ſit; & nos hæc potiſſima ſpes nutrit. Quod ſi eadem celſitudo tua auxilium nobis ſubminiſtrabit, & vires ſuas in hoſtem conuerterit, victoria & triumpho potiemur. *Dat. &c. die* XXIV. *maij* MCCCCLVII.

Suſceptum [illegible] bellum.

54 Conuentum eſt [a] inter Carolum Regem & Pontificem, vt triginta triremes ex decumano auro in Gallijs colligendo inſtruerentur, quamquam poſtea illæ in Turcas ſubmiſſæ non fuerunt; plures vero ex Gallicano clero cum decumas pendere iuberentur, pernicioſo diffugio nefariorum Germanorum exemplum imitati, a Pontifice ad futurum concilium prouocarunt, non prodentes modo religionis cauſam ob auaritiæ ſordes, verum & pontificia auctoritate oppugnata Baſileenſe ſchiſma ab inferis reuocare ſatagentes: quorum perduellionem cum Ludouicus Narnienſis, qui Pontifici a ſecretis erat, ſignificaſſet non ſine dolore Calliſto, is miseratus infelicem rei Chriſtianæ ſortem, ac deplorans religionis cauſam a ſacerdotibus adeo contemni, hæc reſcripſit [b].

a Ibid. pag. 118. De triginta triremibus [illegible] violata pacta. Impia prouocatio a Pontifice ad concilium a Gallis facta.

b Ibid. pag. 104.

Calliſtus, &c. Inter alia cor noſtrum penetrauit verbum in tua litera poſitum, admirati Deum non vlciſci in tam temeraria, immo hæretica inobedientia & rebellione dolemus & valde dolemus, quod peculiare nomen Chriſtianiſſimum Regis & regni Franciæ merito ab antiquo acquiſitum, hoc regnante Rege, cui tantum Deus præ cæteris ætatis noſtræ fauit, (vt de praua ſanctione, [nimirum pragmatica,] cum tamen amaritudine cordis taceamus ad præſens) talia in regno ipſo tolerentur, exiſtente Rege bono & catholico. Deficiunt nobis miniſtri ad ea, quæ Dei ſunt, ſecundum ſanctum propoſitum noſtrum exequenda; meſſis enim multa, operarij vero pauci. Rogamus igitur dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam, vt ait Dominus omnipotens, & indubie faciet & væ, væ, væ illis, qui nos non iuuant etiam cum ſanguine proprio ſi ſit opus, & nos vincemus, Deo iuuante. Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius. *Dat. vltima iunij* MCCCCLVII. *anno* III. Non fruſtra tertio repetitum *væ* fuit aduerſus Carolum Regem, quem ſe fame infeliciter peremiſſe ferunt, vt ſuo loco dicetur.

Damnatur [illegible]

Francor. Rex Chriſti cauſam deſerit.

Pontificia interminatio [illegible]

55 Moliti inter alios erant pernicioſo exemplo ad cõcilium prouocationem Pariſienſes doctores, & prouinciæ Rothomagenſis clerici, quam mox Calliſtus, vt temerariam atque impiam, vt quæ ſummam Romani Pontificis auctoritatem euerteret, diffugia ſceleratis omnibus ad eludendam eccleſiaſticam ſeueritatem pararet, eccleſiaſticam hierarchiam peſſumdaret, indictum denique in Turcas bellum diſturbaret, reſcidit [c]; cenſuitque animaduertendum in flagitij auctores. Alano itaque Cardinali legato e Gallijs diſcedenti dedit mandata [a], vt Pariſios reuerteretur, & academicos clericos ad prouocationem, quam ad futurum concilium conceperant, reuocandam cogeret, nec rem impune abire pateretur, cum pernicies illius exempli in vniuerſam Eccleſiam dimanatura eſſet: addiditque querelas, clerum adeo deditum ſordibus, vt Chriſti cauſam defereret, neque ex opum ſuarum affluentia in ſacri belli ſumptus aliquid vellet conferre, dum Pontifex Romanus vix ſuſtentandæ vitæ neceſſaria ſibi reſeruabat, noctesque inſomnes in religionis defendendæ cura & cogitatione ducebat: legatum denique ad animi conſtantiam in iuſſis perficiendis eſt cohortatus.

Impia appellatio Pariſienſis academiæ.

c Lib. 25. pag. 134.

a Lib. 1. bren. pag. 103.

Dilecto filio Alano tit. S. Praxedis presbytero Cardinali Auinionenſi noſtro & A. S. L.

56 Non admiraberis ſi paruumper commoueri videamur, quod rebus inexpletis regnum Franciæ deſerueris; parum enim prodeſſet agendis negotijs bona dediſſe principia, niſi recto fine clauderentur; nam quod antea pro tua circumſpectione & prouidentia exactionem decimæ obtinueris, id tibi magnam tribuit laudem & commendationem; verum cum nobis ſignificaueris ab vniuerſitate Pariſienſi & prouincialibus Rothomagenſibus atque alijs quibuſdam diuerſas appellationes fuiſſe interpoſitas ad turbandam ipſius decimæ exactionem, quæ pro tanta fidei neceſſitate, & tam ſalutari Chriſtianorum remedio impoſita eſt, vt hæreticum ſit & deteſtabile illi in aliquo contrauenire, ferre non debueras auſus tam temerarios, vtpote de poteſtate ſedis Apoſtolicæ male ſentientes, cum ad futurum generale concilium quaſi ad aliquod maius tribunal appellare viderentur, nam quid agent variæ præſertim in ipſa vniuerſitate nationes, ſi te diſcedentem audiuerint, niſi vt omnes Chriſtianitatis prouinciæ eorum exemplo in hunc labantur errorem, cum nemo ſit, qui eorum temeritatem melius compeſcere poſſit; habes enim brachij ſæcularis aſſiſtentiam regio promiſſo ac literis firmatam: munitus es etiam ad id, vltra tuæ legationis poteſtatis plenas literas, ſuper his & alijs & expreſſe noſtra facultate, quam pridem tibi tranſmiſimus contra Pariſienſes & alios, vt petijſti, & de præſenti replicamus: nouiſti præterea mores eorum hominum & conditiones rerum omnium a te geſtarum, quæ nunquam alteri mittendo vnquam poſſent accidere. Quare volumus & circumſpectioni tuæ harum ſerie in virtute ſanctæ obedientiæ committimus & mandamus, vt ſtatim redeas ad ipſum Regem, & opportunis ab eo receptis ſuffragijs &, ſi opus ſit, Pariſius te conferas, ac vniuerſitatem prædictam & quoslibet alios modis omnibus cogas & compellas ad reuocandum appellationes huiuſmodi, & reprimendum eorum audaciam, nec aliqua vtaris excuſatione, quin ante tuum reditum hoc perficias; quoniam nullatenus pati decreuimus, quod tales appellationes ſuſpenſæ maneant & impunitæ, certificantes te nihil eſſe, quod in viſceribus cordis noſtri magis fixum habeamus, adeo vt dies noctesque nihil fere aliud cogitemus, voluiſſemuſque quod poſtea quam morbum ſignificaueris, medicinam huic morbo aptam per te exhibitam & executioni mandatam, vbi de tanto & enormi præiudicio agitur, vt præfertur, ad tui honorem & noſtri ac ſedis Apoſtolicæ conſolationem notificaſſes: decet enim, & maxime legatum de latere, potius remedium, prouiſionem, & vindictam, quam factum abſque medela exhibita congruenti principi apoſtolico intimare: ad hoc pulcher textus beati Gregorij Papæ, &

Incœptum legatus inſiſtat.

Errant qui maius tribunal Pontifice exiſtimant.

Iuſſus legatus cogere Pariſienſes academicos ad reuocandam appellationem.

Nequaquam eam impune paſſurũ profeſſus Calliſtus.

val-

valde ad propoſitum XXVII, q. I. Si homo eſſes; quem legas & memoriæ commendes: cui optime concordat quædam lex Imperatoris, inquientis: *Prius vindictam criminis, quam crimen nobis ſignificare debuiſſes.*

57 Supplendo igitur quæ tu facere debueras, ne penuria debitæ prouiſionis & canonicæ reſponſionis videamur declinare certamen, & ius noſtrum & ſedis Apoſtolicæ, qui ſubditorum iura defendimus, negligere videamur; reuocatis, caſſis, & nullis declaratis, argutis & maliuolis illis aſſertis, appellationibus, & prouocationibus, & quibuſuis inde ſecutis, de fratrum noſtrorum conſilio opportunas bullas expediri mandauimus, tibique eas mittimus, vt debitæ executioni, prout tibi videbitur expedire, & in eis contenta demandes, & demandari facias vbique iuxta ipſarum ſeriem & tenorem: prouidetur enim generaliter contra tales: & ſi acrius meruiſſent, ſatis ciuiliter exhortamur etiam Regem, vt in breui, cuius copiam mittimus, vt tibi aſſiſtat ſuffragijs opportunis, ne in regno tam catholico & Rege Chriſtianiſſimo macula ponatur in gloria ſua: nam quod ratione caret, & peſtilens morbus, præſertim contagioſus, radicitus exterminari neceſſe eſt, nam & ſi cupiamus decimam ſolui, & cruciatam exigi in regno ipſo, magis ac magis cupimus tam peſtiferam appellandi, & verius profanandi malitiam euellere, & penitus eliminari: tolerabilius enim videtur vtili indulgeri, quam & obtentu commodi honori noſtro & ſedi Apoſtolicæ tam turpiter detrahi: laboramus enim ad perditionem Turchi & infidelium, & hæc in legatione tibi decreta tam nefanda ante tuum receſſum remanere impunita, aut ſaltem per te improuiſa & non publicata, vt præfertur, nefas eſt: tam enim affligit cor noſtrum & ſuppoſitorum S. R. E. quod plus æſtimamus ſuper his per te opportune prouideri, vt præmittitur, quam de decima ſeu galeis & alijs per te geſtis obtinendis. Et, ſi bene conſideratur, ſatis tangit peſtis iſta regium culmen. Arrius modica ſcintilla fuit, quæ a principio non compreſſa eſt: ferro abſcindenda ſunt vulnera ne ſerpant; ſicque ſanctius fuiſſet non te miſiſſe ad ipſum regnum pro decima & cruciata, quam iſta dimittere incorrecta. Etiam prout tibi videbitur mittas bullam Cardinali Æduenſi. Ecce quomodo ſtat ſancta Romana eccleſia: nobis pro defenſione fidei catholicæ, & ſacri euangelij vix remanent vitæ neceſſaria, exponendo quidquid habemus, & pro grege dominico nobis commiſſo inuigilando & quandoque noctes tranſeundo inſomnes, ex quo primum debetur, & non diſpendium, inobedientia, indeuotio, immo infidelitas contra nos & ſedem Apoſtolicam: ad quid & de quo ſeruit cap. nulli fas, & cap. omnis & cætera iura diuina pariter & humana. Si ſub diſſimulatione & oculis conniuentibus abſque debita acrimonia talia multa tranſmiſimus & ſuſtinemus, exurge Deus & iudica cauſam tuam, & iuua nos & legatum noſtrum Cardinalem Auinionenſem, fortemque & robuſtum reddas ſuper præmiſſis, vt de eo prædicari valeat de latere noſtro miniſtrum & glorioſum athletam miſimus ad plantandum & inſerendum bona, & ad euellendum & diſſipandum mala contra illum præcipuum articulum orthodoxæ fidei: *In vnam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam.* Abſit, abſit legationem ipſam deſerere his infectis & improuiſis. *Dat. die* XXVIII. *iunij* MCCCCLVII. *anno* III.

Pontifex reſcindit auctoritate Apoſt.

Vt moleſtâ legatum initium cæ... eratur.

Dolet de hominum perfidia, rem Chriſtianam aſpernantium.

58 Quod ad Cardinalem Æduenſem, cui Alanus diploma pontificium mittere iuſſus eſt, attinet; is erat Ioannes tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyter, cui Æduenſis eccleſiæ adminiſtratio fuerat commendata, cuius procurator Henricus e Maya, cum ab Antonio quæſtore pontificio ad pendendas decumas vrgeretur, eiuſdem Ioannis & eccleſiæ Æduenſis nomine primum ad Pontificem, ac ſi quæſtor auctoritate pontificia inſiſteret exigendis decumis, ad futurum concilium appellauit; quæ prouocatio dicto diplomate ad Cardinalem Æduenſem tranſmiſſo conuulſa eſt: Ioannem vero perſtrinxit ob nefariam eam molitionem Calliſtus [a], & ingrati in ſedem Apoſtolicam animi vitium ei obiecit; de ipſius enim procuratore locutus addidit.

Ioannes Card. Æduenſis male de Eccleſia meritus.

a Ibid. pag. 104.

Calliſtus, *&c.* Ad nos & ſedem Apoſtolicam appellauit; & ſi dictus Antonius appellationi huiuſmodi non deferret, vel per promotiones vt alias ſententias occaſione dictæ decimæ procedere vellet, ab ipſo Antonio & illius poteſtate, ac ab eo quod ſequi poſſet ad futurum generale concilium Eccleſiæ militantis, ad illum vel illos ad quem, vel ad quos eadem prouocatio & appellatio interponi deberet, & illius cognitio pertineret in noſtrum & Apoſtolicæ ſedis contemptum auſu temerario etiam prouocare & appellare præſumpſit. Eſt hæc recompenſa beneficiorum, quæ ab eadem ſede obtinuiſti? Eſt hæc obſeruatio iuramenti fidelitatis debitæ, quod Romano Pontifici præſtitiſti? Eſt hæc promiſſio per te facta, dum ad honorem cardinalatus aſſumptus eſſes? Eſt hæc denique ſpes, quam nos & fratres noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in te habebamus? O ingratitudinis damnabile vitium omni ſupplicio dignum.] Expertus eſt Pontifex graues has in eliciendis ex Gallijs aduerſus Turcas auxilijs difficultates.

Quam ingrati eius animus.

59 Neque Angli ad bellum ſacrum conſurrexere; cum vel ad domeſticas ſeditiones proni eſſent, vel ad amiſſa in Gallijs recuperanda anhelarent. Nec defuere Galli, qui ſe ab eis ſubornari promiſſis ſinerent: inter quos Alenconij dux poſtulatus de conflata cum Anglis coitione damnatus [b] eſt, legumque ſeueritas adhibita in nonnullos Burdegalenſes, qui Burdegalam Anglis prodere conſtituerant: cumque illius coniurationis ſocietate implicitj eſſent quidam eccleſiaſtici viri, Calliſtus Blaſio archiepiſcopo Burdegalenſi, & Pictauienſi Conſtantienſique epiſcopis dedit mandata [c], vt in eos animaduerterent. Eas vero Anglorum pro repetenda Aquitania molitiones vlti ſunt Galli aperto bello: ex inteſtinis enim Angliæ ſeditionibus, quas Richardus Eboracenſis in Regem concitarat, occaſionem aucupati [d], claſſe quam ad tuendam Normanniæ oram inſtructam habebat, in Angliam inuecti Cantianos agros maritimos rapinis, ferro, flammiſque fœdarunt [e]. Tradit vero S. Antoninus [f] eam claſſem contra Turcas decumano auro, quod Rex Carolus e regno educi non erat paſſus, ſed cruceſignatis Gallis in ſtipendium locari pactus erat, comparatam; ac deinde non in Turcas ſed Anglos impetus vertiſſe. Vt vt res fuerit ex Anglorum diſſenſione, de qua paulo ante memoraui, Iacobus etiam Scotiæ Rex incurrendi in Angliam occaſionem ſumpſit, ſpreuitque Pontificis preces, vt vires ſuas pro religione tuenda contra Turcas conuerteret; populatus vero late Angliæ agros Roxburgum obſidione cinxit [g], quam dum vrgebat diſſilientis vnius tormenti bellici fruſtis petitus interijt, nec tamen Scoti ſoluere obſidionem,

Angli bellis in Gallos inſtaurare moliti.

b Paul. Aemil. in Car. VII.

c Lib. 24. pag. 143.

d P 17 or. Virg. l. 23 in Henr. VI.

e Monſtr. vol. 3. hoc ann. p. 70 & Polyd. vbi ſup.

Gallorum in Angliam irruptio.

f S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 16. § 1

Carol. Rex nonnisi Turcas, ſed Anglos eccleſiaſticum aurum duxit.

Rex Scotiæ contra preces Chriſtianæ in Angliam inuaſit.

g Polyd. ſup. l. 23.

co-

Digitized by Google

Violẽtæ necis præmia tulit.

donec Roxburgo potiti ſunt: ad regium vero ſolium Iacobi filium eiuſdem nominis extulerunt. Acceptæ porro ab externis clades Anglos perpulere, vt depoſitis odijs priſtinum inter ſe amicitiæ fœdus redintegrarent.

Sueci in concuſſa bellis.

60 In Suecia maximæ rerum conuerſiones ex inteſtinis ſeditionibus factæ: Carolus enim Rex, qui a Suecis & Gothis, ſoluto decreto de non creando Rege niſi Noruuegiorum Danorumque conſenſu, quibus coniuncti eidem ſceptro paruerant ad regiam dignitatem euectus fuerat, poſt geſta plura cum Chriſtierno Daniæ Rege bella, cum ſolium firmatum putaret, ſortis abiectæ immemor, ex qua fuerat excitatus, populorum odia incurrit [a], quod eos grauiori iugo premeret, nobiles temneret, manus in ſacras opes injiceret, ordinis eccleſiaſtici iura libertatemque opprimeret, ſeque impia etiam ſuperſtitione contaminaret. Inde coniuratio in eũ conflata eſt, ac Ioannes archiepiſcopus Vpſalenſis Sueciæ primas belli dux ad excutiendum tyranni iugum renuntiatus [b]: qui commiſſis aliquot prælijs Carolum regno depulit. Eiecto ita tyranno Sueciæ & Gothiæ ordines vniuerſi, Pontifici conuerſiones, quæ in ijs regnis acciderant, ſignificarunt, ſeque ob ſæuos ac damnatos Caroli mores ad tuendam populorum ſalutem cepiſſe arma, illumque pepuliſſe. Quibus auditis Calliſtus indoluit Carolum tantis ſe inquinaſſe flagitijs, vt ipſos neceſſitas ad illum ſolio detrahendum adegerit, cohortationemque addidit, vt in ijs inteſtinis motibus populorum ſalutem eccleſiaſticique ordinis dignitatem tutarentur.

a Magn. hiſt. Suec. l. 23. c. 6. & 7. Crantz. l. 8. Dan. c. 28. & l. 5. Suec. c. 39. & ſeqq. Gobelin. in comment. Pij II. l. 1. & alq. b Lib. 26. pag. 18.

Carolo Rex ob tyrannidem eiectus regno. Sign. ſi ant Suec. rem per eam Pontifice.

Venerabili fratri Ioanni archiepiſcopo Vpſalenſi & dilectis filijs nobilibus viris vniuerſis baronibus, proceribus, conſiliarijs, & militibus regni Suetiæ & Gothorum ſalutem, &c.

61 Ex tenore literarum veſtrarum intelleximus nouitates, quæ ſuperioribus menſibus in regno veſtro Suetiæ & Gothorum fuerunt, videlicet quemadmodum vos chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum olim Suetiæ & Gothorum Regem propter peſſundatam ab eo immunitatem eccleſiaſticam, & prælatorum & reliquorum ipſius regni eccleſiaſticorum & ſæcularium oppreſſiones, & de eorum rebus factas extorſiones, ac cœnobiorum aliorumque piorum locorum ſpoliationes, prælatorum exilia, & alia varia mala per eum pleriſque veſtrum reliquiſque incolis dicti regni illata; necnon ob quorundam obſeruationem rituum hæreticam prauitatem ſapientium, & denique propter eius inſolentiam ac inſupportabiles & incorrigibiles mores, quibus ſe nimium inſolentem ac grauem totius regni populis præſtiterat; tandem cupientes tot & tanta veſtris quaſi iam imminentia ceruicibus vitare flagella, ſuſcepto per te frater archiepiſcope, tanquam ipſius regni primatem & caput, ac extirpandæ tyrannidis principem gentium armigerarum ducatu, denique vos omnes concorditer manu potenti poſt varios conflictus eundem Regem ab ipſo regno tanquam indignum & inutilem eieciſtis. Quapropter nos intellectis huiuſmodi nuncijs condoluimus ſane ac condolemus, quod ipſe Rex adeo huiuſmodi exceſſibus inſorduerit, vt aſſeritis, quod talem vobis prouiſionem fieri oportuerit; & in eo potiſſimum non mediocriter vobis & dicto regno compatientes, quod cognoſcimus in ipſo vtpote in confinibus illis prope infidelium terras ſito, exemplaris vitæ Regem fore decere, Deum timentem, pietatis & iuſtitiæ zelatorem, eccleſiarum & piorum locorum nec non prælatorum omnium defenſorem, liberalem omnibus beneficum, nemini nocentem, facilem atque humanum & magna modeſtia præditum. Sed ex quo ita diſponente aut permittente Deo ſecutum eſt, hortamur te frater archiepiſcope, voſque filij dilecti, vt in huiuſmodi tumultibus communem totius populi ſalutem rebus omnibus anteponentes, eccleſiarum, cœnobiorum, & reliquorum piorum locorum iura eccleſiaſticamque libertatem ita viriliter tueri & defendere ſtudeatis, vt præter æternæ retributionis præmium etiam cum humanæ laudis præconio a nobis & ſede Apoſtolica condigna vobis proueniat retributio meritorum. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo quartodecimo kal. nouembris pontificatus noſtri anno III.*

Crimina Carolo obiecta.

Hæreſeos ſuſpicionis peſtiferæ.

Pluribus præliis eiectus.

Iuſſi profeſſi pium Regem præficere.

62 Popoſcere ijdem regnorum illorum ordines a Calliſto, vt Ioannem archiepiſcopũ Vpſalenſem, qui exercitus imperium, vt dixi geſſerat aduerſus Carolum pro deſtruenda eius tyrannide, priſtinaque libertate reſtituenda, cenſurarum eccleſiaſticarum, ſi quas ob cædes in pluribus certaminibus a milite patratas contraxiſſet, nexu ſolueret: quorum precibus aſſenſit [a] Pontifex. Porro eiecto Carolo a Suecis & Gothis Chriſtiernus [b] Danorum & Noruuegiæ Rex in ſolio Gothico poſitus eſt, ac tria iterum regna ſub vno principe coaluere, de quo hæc Ioannes Gobellinus [c] in commentarijs: *Per hoc tempus Carolus Rex Suetiæ cum ſæuiret in Chriſti ſacerdotes, & auaritiæ libidinique ſeruiret, adnitente Vpſalenſi archiepiſcopo, qui duxit exercitum regno deiectus eſt, & Chriſtigernus ei ſuffectus, qui vſque hodie regnat.*

a Ibid. pag. 29.

Chriſtiernus ſeſe regnum Danie Noruegiæque coniungit.

b Magnus l. 23. c. 7. & Crant. l. 5. Suetæ cap. 40.

Cæterum Chriſtiernus, qui antea, dum cum Carolo de Sueciæ regno decertabat, ſolicitatuſque fuerat ad expeditionem in Turcas pro tuenda religione conficiendam, reſponderat a Gothico ſe detineri bello, eoque confecto arma in fidei hoſtes lubentiſſime verſurum, compos votorum factus, ſceptroque Gothico potitus, quamuis a Calliſto vrgeretur [d], fidei cauſam defendendam non ſuſcepit, aliorum Regum & principum more, qui cum nomen Chriſtianum contra Turcicam impietatem vindicaturos pollici eſſent, promiſſa tantum ad oſtentationem facta non ſeruarunt.

Confecto bello Chriſti cauſam ſpreuit.

c Gobelin. in comm. Pij II. l. 1. d Extant cent lit. apud Aen. Sylu.

Inuerecunda Regum pietatem oſtentantium fraus.

63 Ex his Alfonſus Aragonum & Siciliæ Rex, voto obſtrictus ad ſuſcipiendum aduerſus Turcas bellum, concepta in Genuenſes odia exercuit, ac ne eam ob cauſam vires in Turcas effunderet diſtraxit, plurimam iam antea Calliſtus operam nauarat ad ſedandum id bellum Genuenſiumque oratores ad ſe vocare conſtituit, vt cum ipſis de componendo fœdere ageret, de quo has ad Genuenſes literas dedit [f].

Alfon. Rex arma contra Chriſtianos vertit in Genuenſes.

e Lib. 1. brev. poſt ep. 78. f Lib. 1. brev. pag. 85.

Calliſtus, &c. Dolemus vehementer antiqui hoſtis præualuiſſe fallacias, & ex eis pleroſque auertere a defenſione ſanctæ religionis, vt deſerta publica cauſa in perniciem domeſticam armet: cum itaque pro his turbulentijs ſedandis omnem curam ſuperioribus annis adhibuerimus, & nouiſſime intellecta diſcordia & diſſenſione prædicta continue regiam celſitudinem ad pacis & concordiæ ſtudium traducere conati ſimus: videmur ſedulitate interceſſionum noſtrarum hoc aſſequuti, vt eadem celſitudo iam incipiat leniri & aures præbere optimis adhortationibus noſtris, ſperamuſque iõ dies diuina cooperante gratia animum regium ad ea conſilia deſcenſurum, quæ famæ & honori ſuo conueniant, & vobis quietem afferant; pro cuius rei concluſione, cum nos indefeſſe quantum

eum

cum Deo poterimus operari & laborare intendamus, cupimus vehementer aliquem ex veſtris de: mente & voluntate veſtra plene informatum apud nos habere, cum quo multa, quæ pro rei proſecutione occurrere poterunt, conferre valeamus. *Dat. v. aprilis anno ſecundo.*

Genuenſes ad pacem confirmandam parati.

64 Morem geſſere Pontifici Genuenſes [a], ac duos oratores viros prudentiæ laude præſtantes ſenatus decreto miſere, vt de ſanciendo fœdere cum Alfonſo, interprete Calliſto, agitarent, ſeque ad concordiam confirmandam, vertendaque in Turcas arma paratiſſimos oſtendere. Quibus gratulatus Pontifex, ſignificauit [b] ſe omni ſtudio, opera, cura, & cogitatione ad Turcicum bellum augendamque claſſem ſacram incumbere.

a Bizar. hiſt. Gen. lib. 15.
b Lib. 1. breu. pag. 89.

Calliſtus, &c. Gratiſſimum nobis fuit, dilecti filij, intellexiſſe ex veſtris literis eum animum & voluntatem vobis eſſe, vt ſuaſu noſtro ad pacem cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Rege Aragonum illuſtri ineundam optime vos animatos eſſe oſtendatis, nec minus (quantum in vobis ſit) promptiſſimo animo ad ſuccurrendum fidei Chriſtianæ paratos pollicemini. Laudamus itaque & meritis laudibus promptitudinem & deuotionem veſtram extollimus, &c. [Nonnullis interiectis, addit:] Hoc vobis certiſſime voluimus perſuaſum eſſe, nos tanto huius concordiæ ſtudio flagrare, vt nihil intentatum relicturi ſimus earum rerum, quas pro votiua rei expeditione opportunas eſſe cognouerimus; tantus enim ardor ſuccurrendi fidei vrit cor noſtrum, vt nullum nobis ſpatium quietis, nullum ſolatium huius viuacis curæ nobis præſtetur: claſſem emiſimus ad reprimendum impetum furibundi canis: augemus eam in dies & fortificamus. Deus nouit quanta difficultate & quantis impenſis iſta faciamus. Profundimus iam non ſolum theſaurum, & quidquid pecuniarum nobis erat, ſed domeſticas ſupellectiles, aurum, argentum, iocalia, omnia expoſuimus, vixque neceſſaria ad vitam nobis reliquimus. *Dat. die* XX. *maij* MCCCCLVII. *pontificatus noſtri anno* III. Redintegrari non potuit pax inter Alfonſum ac Genuenſes, quorum oratores infecta re digredi Roma coacti [c]: inſtructa vero a Genuenſibus claſſis ad tuendam cõtra Aragonios oram Liguſticam triremim onerariam Alfonſi cepit [d]. Et licet is deuexo anno Pontificis voluntati aſſenſurum ſe polliceretur, atque etiam tertio votum de bello Turcis inferendo repeteret [e], abreptus tamen vleiſcendi cupidine maiori impetu in Petrum e Campofregoſo bellum inſtaurauit; quare is Gallos in Regem ipſum, dedita ei Genua, concitauit [f]: qua de re dicetur inferius.

Excitati ad eam ſanctè dam a Calliſto.

c Bizar. lib. 12.
d Id. ibid.

Odia in Genuenſes iterum ab Alfonſo exercita.

e Plat. in Calliſt.
f S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 16. §. 5

Luſitanus expeditionem in Turcam detrectat.

65 Videndum nunc eſt, vt alij principes ſe geſſerint: Luſitanus Rex, qui ingentem ſui expectationem concitauerat, eam eluſit; quocirca Calliſtus exeunte anno de iniecta ab illo eiuſmodi mora conqueſtus, epiſcopo Siluenſi legato ſuo præcepit [h], vt niſi ille excurrente aprili proximi anni vela in orientem verſus ventis daret, abſcederet e Luſitania, ac decumas a clero exactas, & quidquid auri ex ſacrarum indulgentiarum promulgatione coegiſſet, ſecum afferret. Contra vero Ludouicus Sabandiæ dux, quamuis huius anni exordio erga ſacrum bellum parum affectus [i] videretur, ac præſules Sabaudiæ decumas exigi vetuiſſent [l] (de qua re a Calliſto grauiter perſtricti ſunt, cum non modo opes ſed etiam ſanguinem pro abolẽda Mahometana ſuperſtitione profundere deberent) at poſtea mutato conſilio pium concepit ardorem, & alterum e filijs præficere cum imperio ſubſidiarijs copijs Cyprij, vt videtur, regni cauſa meditatus eſt; de quo Pontifex ipſi eſt gratulatus [a].

g Bizar. lib. 33. Foliet. l. 10. & 11 Zurit. lib. annal. 16. cap. 44. Paul. Aem in Car. VII & alij.
h Lib. 3. breu. pag. 136.
i Ibid. pag 62.
l Ibid.
a Ib. pag. 345.

Sabaudus in Turcam vnum e filijs mittere meditatur.

Calliſtus, &c. Intelleximus quemadmodum per totum dominium tuum mandaſti publicari cruciatam, & prædicari in ſubſidium vniuerſæ religionis Chriſtianæ, & quemadmodum propoſuiſti vnum ex filijs tuis contra Turcos infideles, ſi opus fuerit, & quandocumque voluerimus deſtinare ad honorem Dei, auxilium fidei catholicæ, & ſingularem commendationem, ad quod ſanctiſſimum opus te & omnes catholicos principes inuitare non deſinimus. His addimus Honoratum comitem Fundorum onerariam nauim Pontifici contra Turcas obtuliſſe [b]: tum Leodienſes [c] pontificijs votis obſequentes ſe præbuiſſe, profeſſoſque vna cum cæteris Chriſtianis contra Turcas religionem ſe tuituros; quibus Calliſtus hiſce verbis gratias egit. Voluntatem bonam veſtram plurimum in Domino commendamus, qui ſicut obedientiæ filij & veri cultores religionis Chriſtianę adiuuare communem cauſam velitis. Confirmet omnipotens Deus propoſitum veſtrum, quod ſanctum eſt, & corda veſtra in dies magis accendat: habebitis autem adiutores & conſortes veſtri ardoris plures principes & potentatus, quorum partim apparent opera, partim ex literis & oratoribus eorum promiſſa firma habemus, nec deerit adiutor Deus præſtiturus populo ſuo plenam victoriam. *Dat. xx. decembris* MCCCCLVII.

b Lib. 11. pag. 88. & lib. 1. breu. pag. 63. & 68
c Lib. 1. breu. pag. 57.

Leodienſes de prompto ſtudio ad arma ſumẽda in Turcas commendati.

66 Neque occidentales modo, verum orientales etiam & Aſiæ Reges ad petendos bello Turcas accendit Dei vicarius, atque in primis, vt plures referunt ſcriptores [d], Vſumcaſſanum Perſidis & Armeniæ Regem adduxit, vt in Mahometem arma verteret, quæ Ægypto & Syriæ inferre decreuerat, atque ideo Mahometes a Perſis bello petitus conceptam in Chriſtianos ſæuitiam hoc anno adhibere non potuit. Fuiſſe vero Regem illum concitatum in Turcas a Calliſto, confirmat Ioannes Fiſcherus [e] Cardinalis Roffenſis & martyr, dum Lutherum prohibentem bellum geri cum Turcis confutat, ait enim: *Caſſanus (quem Calliſtus auctoritate ſua monuit, vt bellum in Turcas verteret) prælia multa proſpere geſſit cum Othomanni ducibus: nam vno prælio triginta millia Turcarum, & altero quadraginta millia cæſa ſunt.* Multis interiectis hæc addit: *Caſſanus, qui Calliſti ſuaſu bellum contra Turcas iniit, poſt egregias partas victorias ad Pontificem ſcripſit, ſe tantum de Turcis reportaſſe ſucceſſum ob preces a Chriſtianis ad Deum habitas*, quibus conſentánea a Platina [f] in Calliſti vita traduntur. Illam autem apud Vſumcaſſanum legationem obiit Ludouicus Bononienſis Minorita, qui plures alios Reges principeſque ad ſacram expeditionem commouit, ipſumque inter alios Tartarorum Regem iunxiſſe fœdere Chriſtianis, refert idem Platina [g]: cum vero in Æthiopiam per Ægyptum penetrare non potuiſſet, vt Conſtantinum Zaraiacob Æthiopum Regem, ad quem præcipue mittebatur, vt ipſum in Saracenos ad elidendas eorumdem vires incitaret, reuerſus ad Pontificem, iterum in Æthiopiam cum ampliſſimis mandatis legatus eſt [h].

d Plat. in Calliſt. Naucler. vol. 2. generat. 49 Biza. hiſt Perſid. l. 9 & 10. & alij.
e Card. Fiſcher. art. 34.
f Plat. in vit. Call. III.

Minorita ad Vſumcaſſanum in Turcas concitandum mittitur a Calliſto.

g Plat. in Calliſt.
h Lib. 15. pag. 122.

Dilecto filio Ludouico de Bononia fratri ordinis beati Franciſci de obſeruantia regulari nuncio noſtro ſalutem, &c.

67 Exigit feruor deuotionis tuæ in rebus honorem Dei & fidei Chriſtianæ amplitudinem concernentibus certo experimento comprobatus, vt maiora quæcunque abſque aliqua hæſitatione aut diffidentia committere audeamus, & gratias qua-

icun-

ſeuſque ad ea pro viribus exequenda neceſſarias liberaliter concedamus. Cum itaque tu anno nunc ſecundo ad partes orientales a nobis miſſus, vt ſi quo fieri poſſet modo, ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Conſtantinum Zaraiacob Regum Æthiopiæ Regem illuſtrem Chriſtianum accederes, auxilia ab eo, & fauores contra barbaros infideles ſpurciſſimos Machometanos impetrares, & ſi abſque tua culpa ad dictum Regem peruenire non potuiſti, ad propinqua tamen Perſarum & alia regna acceſſeris, multoſque allocutus Reges, principes, & populos Chriſtianos, gratiſſimas nobis, & ſicut in Deo confidimus, vtiliſſimas nomini Chriſtiano feceris relationes; perlectis etiam ad nos nonnullorum ex dictis principibus literis plurimi faciendis, & demum octo religioſos Æthiopes in Ægypti regione repertos cupientes ad ſedem Apoſtolicam, inuiſendaque Apoſtolorum limina venire, tecum duxeris, qui a nobis honore affecti, tecum redire, & te ad ſupradictum Regem Conſtantinum ducere contendantur, atque promittunt; nos attenta vtilitate maxima, quam tuus huiuſmodi acceſſus, non ſolum apud prædictum Regem Æthiopum, ſed apud diuerſos principes & populos aliarum prouinciarum, & regionum, quas eundo, & redeundo peragrabis, concedente Domino, facere poterit, deuotioni tuæ omnes & ſingulas gratias, commiſſiones, & facultates tibi alias per nos conceſſas, & quibus in prima peregrinatione prædicta es vſus, tenore præſentium auctoritate apoſtolica confirmamus.

Cum Perſis & aliis populis de gerendo in Mahometi bello agit.

Ad Conſtantinum Æthiopiæ Regem iterum miſſus.

Inſuper volentes, vt literas noſtras cruciatæ tecum deferens, eis in omnibus & per omnia vbique in partibus fidelium, ac infidelium & pariter gratijs omnibus & ſingulis per nos conceſſis fratribus tui ordinis apud Ieruſalem, & montem Sion habitantibus cum tuis ſocijs fratribus tui ordinis vti poſſis & valeas; & vt tanta, tamque varia & periculoſa itinera peragrare, ac factas tibi commiſſiones, eo commodius implere, ac exequi valeas, quo maiorem & meliorem tuorum ſocietatem habebis; eidem deuotioni tuæ, vt fratribus tui ordinis vbique in Italia & extra repertis præcipere etiam noſtro nomine poſſis, vt pro auxilio in prædictis ea faciant, & operentur, quæ tu eis duxeris ordinanda; quodque omnes cupientes & petentes ordinis tui habitum in partibus orientalibus, ad quas te confers, poſſis induere, & loca etiam dicti ordinis tui in dictis partibus, & præſertim in Indiæ & Æthiopiæ terris capere, ædificare, & fratribus neceſſarijs fulcire valeas, pariter tenore, & auctoritate prædictis concedimus poteſtatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLVII, III *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* III.

68 Aderat idem internuntius Georgianos & Francos Perſidis, qui fidem orthodoxam colebant, ijque vt Romanæ eccleſiæ coniunctiſſimi ſemper adhæreſcerent, flagitarunt, vt quem Aſiaticum vel Europæum ſibi præfeciſſent epiſcopum, Romanus Pontifex confirmaret; quorum votis libenter annuit Calliſtus [a]; ea tamen lege, vt ille, cum primum poſſet, ad Apoſtolicam ſedem ſe conferret.

Georgianos idem adijt.

a Lib.14 pag.257.

Dilectis filij populis & vniuerſitatibus Chriſtianorum, qui Franchi appellantur, in regnis Perſiæ & Giorgianiæ conſtitutis ſalutem, &c.

Reuerſus ad nos dilectus filius Ludouicus de Bononia frater ordinis B. Franciſci nuncius noſter qui apud vos anno præterito fuit, nobis retulit, vos populos numero multos, fidem Chriſtianam catholice tenentes, ſedi Apoſtolicæ, cuius locum, licet immeriti, tenemus, deuotiſſimos eſſe, & fidei catholicæ ritus tenere, & obſeruare, quos fratres ſupradicti ordinis dudum edocuerunt; adeo vt a traditionibus & inſtitutis Romanæ eccleſiæ nullatenus deuietis. Quæ quidem audita nobis ſumme placuerunt, & Deum benediximus, qui vobis dedit, vt in tanta barbarorum infidelium, a quibus vndique circumuallati eſtis, multitudine, viam veritatis & ſalutis æternæ & acceperitis, & conſtanter retineatis. Vnum vero a vobis deſiderari dixit idem nuncius noſter, in quo vobis duximus complacendum, vt quempiam ex noſtris, vel veſtris virum probum, & inſtientis, ritibus, moribuſque Chriſtianis bene inſtructum, in veſtrum omnium caput & directorem eligere poſſitis, cuius electionem a vobis factam, cum nobis præſentabitur confirmabimus, ea conditione, vt quamprimum commode fieri poterit, ipſe ad viſitandum ſedem Apoſtolicam & limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli cum aliquot ex veſtris veniet, qui omnes profecto melius inſtructe ædificati, & de nomine ac fide Chriſtiana contenti in patriam ad vos redibunt. Cæterum commendamus vobis prædictum fratrem Ludouicum nuncium noſtrum, qui pro cauſis fidei Chriſtianæ ad diuerſas partes acceſſurus eſt, vt veſtro conſilio, fauore, & auxilio, commiſſiones ſibi factas per nos exequi poſſit. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLVII. *quartodecimo kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* III.

Calliſti ad Francos Perſidis & Georgianos literæ.

69. Coniunxerat cum Ludouico nuntio apoſtolico operam ſuam pro fide amplificanda Bartholomæus Fulginas pariter Minorita, qui cum operam ſuam diuino nomini latius circumferendo egregie nauaret, plurimis prærogatiuis a Calliſto [a] exornatus eſt. Cæterum Dei vicarius non modo Turcicam impietatem funditus delere annitebatur, & Conſtantinopolim Chriſtianis reſtituere, verum etiam Syriam ex infidelium tyrannide vindicare: atque ob id etiam Ludouicum, de quo memoratum eſt, ad Æthiopas legarat, vt in Ægyptum ex Æthiopia cum exercitu crucesignato irrumperent; Perſas ſibi fœdere iunxerat, Deruſos, Macademos, & alios principes, qui maritimas oras imperij ſultani Babylonij incolentes, miſſo Antiocheno archidiacono, permouere ad excutiendum Babylonium iugum conatus eſt, ac propterea claſſem pontificiam in Rhodio portu tenuit, vt ijs principibus contra ſultanum ſuppetias ferret, intermiſſumque tot annis Syriacum bellum redintegraret: id vero tentatum a Calliſto, cum iam ante ijdem principes Eugenio Palæſtinam ad Chriſti cultum reducere meditanti armorum ſocietatem aduerſus ſultanum polliciti eſſent, vt hæ literæ [b] docent.

a Lib.15. pag.160.

Babylonici imperij principes ſollicitat ad defectionem.

b Lib.14. pag.205.

Nobilibus viris nationis Deruſorum, Macademis, aliiſque ducibus, per loca maritima ſoldani commorantibus, conſilium, & veræ religionis agnitionem.

Omnibus gentibus, quæ a veri Dei religione ſunt alienæ, charitatem Chriſti notam fieri cupientes, qui pro redemptione totius generis humani paſſus, omnibus ſe communem præſtitit, ac ſuam gratiam minime denegare conſueuit his, qui pro ea pia bella ſuſceperint, vobis & veſtrum cuilibet noſtras literas duximus dirigendas. Cum tempore felicis recordationis Eugenij Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, qui tunc Dei feruore incenſus ad liberationem terræ Ieruſalem de impiorum manibus

Agebant cum Eugenio IV de excutiendo iugo.

ani-

Digitized by Google

animum applicuerat, ratus vires ſuas non ſatis eſſe ad repellendum hoſtem, omnium religionum cunctorum ſibi præſidia duxerat conuocanda; inter quæ (vt accepimus) per vos auxilia, Deo miniſtrante, ſibi oblata fuerunt. Cum vero id, per ipſius obitum perfici minime potuiſſet, nos in præſentiarum ſanctæ Romanæ eccleſiæ (Deo auctore) præſidentes, quia noſtri gregis in omnibus vltores eſſe cupimus, ac veſtrum præcipui adiutores, ſummo ſtudio nitimur contra omnes terrarum & locorum fidelium occupatores, parauimus claſſem præſidiumque, firmiſſime ſperantes aliorum Chriſtianorum, cum quibus facile credimus habere ab hoſtibus occupata, nec tamen labores vllos aut ſumptus refugimus ad hoc exequendum. Cum autem vos ſæpe ſoldanus in dominijs veſtris vexare conſueuerit, ac vos in dies magis offendere nitatur, non dubitare debetis aduerſus communem inimicum veſtras vires noſtris adiungere; qui ſi mutuo opitulabimur, validiores erimus ad obterendum validiſſimum hoſtem. Summam militiæ laudem inter alias eſſe perhibent, quæ ab inferentibus propulſat iniuriam, ſumma militiæ merita ab occupatoribus vendicare quæ illicite ſunt occupata; nam fortitudo, quæ patriam tuetur, iuſtitia eſt. Cum autem ſoldanus, ſiue Dei permiſſu, qui ſuos vexari ſinit interdum, vt pax aliquando reſtituta gratior fiat; ſiue vt delictorum pœniteat, ciuitatem Ieruſalem occupatam tenet, vos quoque ſuo imperio adhærentes bello vexare non deſinit, conſiderantes nobis ab eo pariter iniuriam fieri, communem hoſtem viribus repellendum fore cenſemus: nam ſi idem vobis eſt animus, qui olim fuit, contra ſoldanum bella ſuſcipere, nos claſſem tenemus apud Rhodum noſtris ſumptibus comparatam, quam in dies validiorem reddere curamus, quæ illum offendere, & vobis præſidio eſſe poterit, ſi vos veſtris opibus accedere curabitis. Super qua quidem re, dilectus filius noſter Moyſes archidiaconus Antiochenus, vobis ſermonem faciet, cui fidem indubiam præſtare, ac de veſtra voluntate ſiue per eum, vel nuncios veſtros nos certiores reddere velitis. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLVII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* III.

Claſſis in Rhodio portu ad ſe [illegible]

70 Dum hæc ardua conſilia agitabat Calliſtus, atque in portu Rhodio claſſem tenebat, magiſtrum Rhodiorum equitum omneſque orientis principes & antiſtites monuit [a], vt quæ poſſent ſubſidia claſſi mitterent. Interea ad coercendos etiam Saracenos Afros, edomandoſque Granatenſes intentus, archiepiſcopo Hiſpalenſi prouinciam dedit [b], vt Henricum Caſtellæ Regem eiuſque ſigna ſecuturos crucis ſymbolo inſigniret.

a Lib. 25. pag. 116.
b Ibid. pag. 365.
Caſtellani in Gran. it. ſue crucis ſymbolo inſigniuntur.

Calliſtus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri archiepiſcopo Iſpalenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Calliſti [illegible]

Cum chariſſimus in Chriſto filius Henricus Caſtellæ & Legionis Rex illuſtris ampliſſima nominis ſui gloria, noſtroque ſummo gaudio, ac totius populi Chriſtiani alacritate admirabili orthodoxæ fidei zelo inflammatus, vehementer (vt decet) indignans, Chriſti & nominis Chriſtiani etiam ſacri trophei ſaluiferæ crucis, vnde fidelium vita emanauit, decus ab illis barbaris & perfidis canibus Saracenis Granatæ & Africæ ore execrabili pollui, horribilibuſque flagitijs, ac omni denique ſcelere & parricidio contaminari; more progenitorum ſuorum ſit auxilium flagitanti mundo; ac nunc maxime lætanti, oblatis corporis ſui antemurali, atque inuicto propugnaculo viribuſque totius inclytæ ſuæ ditionis efferatis illis belluis occurſurus, vt feliciter incæpit, & ſanctæ Crucis defenſurus maieſtatem, ideoque nobis votis pijs ſupplicauerit, vt eius ſanctæ crucis, cuius numen ſemper veneratur, atque adorat, in humeris ſignaculum eidem ac munimentum præberemus; nos ſanctam & Deo acceptam mentem plurimum in Domino commendantes, ipſius honeſtiſſimæ & nobis ac Chriſti fidelium populo optatiſſimæ petitioni promptiſſime annuentes, fraternitati tuæ, de cuius ſapientia & prouidentia in his & cæteris quibuſuis etiam arduis negotijs ſpecialem fiduciam gerimus, de Apoſtolicæ ſedis plenitudine poteſtatis omnimodam damus auctoritatem, atque tenore præſentium concedimus facultatem, quam primum regio digniſſimo deſiderio ſatisfaciendi. Igitur omnipotentis Dei feliciſſime ac fauſtiſſime nomine inuocato, quod nobis ac nomini toti Chriſtiano, atque huic Regi Henrico florentiſſimo ac regnorum ſuorum coronæ candidiſsimæ perpetuo bonum, felix, ac fauſtum ſit venerandi trophei crucis prius eidem petenti Regi confer inſignia, atque feliciter infige, & vice noſtra aſſigna: deinde omni prorſus amota differentia quibuſcunque deuote petentibus regnicolis & forenſibus pro Chriſtiani populi ſalute & dignitate, ac ſuarum animarum æterna gloria militaturis hominibus quocumque præeminentiæ ac dignitatis præfulgeant gradu eccleſiaſtico, militari, & mundano eadem auctoritate conferas, imprimas, & aſſignes, quibus omnibus & ſingulis nos ipſi ex nunc animo deſiderioque iam Deo propitiante conferimus, inſignimus, & efficaciter aſſignamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto quinto kal. martij pontificatus noſtri anno ſecundo.*

71 Ornauit [a] eundem Henricum Regem ſuſcipientem fidei cauſam, attollentemque cruce ſignata vexilla in barbaros myſtico munere enſis & pilei, quos de more peruigilio natalis Domini apoſtolica prece luſtrarat: tum Alfonſum Spinam ſacris concionibus ad fideles de Granatenſi gerendo bello, tribuendiſque indulgentiarum præmijs habendis præfecit, coactaque trecenta ducatorum millia ex ære ſubſidiario a Chriſti cultoribus collata Mariana refert; ſed exiguam illius auri partem in ſacro impenſam bello queritur. Narrat autem Henricum vere ineunte exercitu maximo ſuccinctum ad Granatam vſque excurriſſe, hoſtiumque agros vaſtaſſe; ſed aliquot noſtrorum agmina in tumultuario prælio a barbaris Granatenſibus cæſa, eamque ob cauſam Henricum non modo ſata, vt antea, concremari, verum & vites arboreſque ferro flammaque deleri iuſſiſſe: qua vaſtitate perculſi Granatenſes de inducijs egere, eaſque in aliquot annos impetrarunt, pacti annuum vectigal duodecim millium nummorum Henrico ſe penſitaturos, ſexcentis Chriſtianis libertatem daturos: ſi vero is Chriſtianorum deeſſet numerus, in eorum locum Granatenſes ſuffecturos. Excluſi fuere fœderis beneficio Giennenſes, quos domare bello Henricus conſtituerat: ad eos autem interim fatigandos Garcias Manriques Caſtanedæ comes duobus millibus equitum præfectus eſt: ſed is Maurorum inſidijs circumuentus ingentem accepit cladem, atque ab hoſte captus eſt; multo tamen poſtea auro redemptus, & pax cum Granatenſibus firmata.

a Marian l. 22. c. 18
Trecenta ducatorum millia redacta ex indulgentijs.
Euaſtatus ab Henrico ager Granatenſis.
Equeſtres copiæ circumuentæ inſidijs.

72 De Nauarræis autem rebus tradit idem Mariana [b], Henricum Regem tueri armis medita-

b Id. ibid

Carolus Vianæ princeps Nauarra ſuga ſe proripit.

tatum Carolum Vianæ principem fœderatum, ad quem materno iure ſceptrum hereditarium ſpectabat, cœptiſque deſtitiſſe, cum Nauarra diſceſſiſſet idem Carolus Vianæ princeps paternis & comitis Fuxenſis viribus impar, ad Stellam enim victus, attritiſque viribus [a] fuerat: inierat vero cum Fuxenſi armorum ſocietatem Ioannes Nauarræ Rex, & Carolo eiuſque ſorore Blancha ex iudiciorum ritu vt perduellibus exheredatis [b], ſceptrum in Fuxenſem tranſmittendum ſanxerat: quod fœdus, vt iniquum poſtea annitente Caſtellano reſciſſum [c] eſt, & controuerſia Alfonſo Regi Aragonum, vt dirimeretur permiſſa. Interea Carolus princeps ad Carolum Francorum Regem, deinde ad Pontificem, tum Neapolim ad patruum Alfonſum Regem ſe contulit, atque ab eo veluti regnorum iuſtum heredem exceptum ferunt: quo tempore, dum pacis rationes conquiruntur, nouæ rerum conuerſiones in Nauarra accidere [d], cum ij, qui Caroli partes tuebantur, Pampelonæ ipſum Regem pronuntiaſſent, profeſſi vni tantum Regi non duobus ſe parituros. At de his turbis ſatis; nunc ad pie geſta a Pontifice narrationem conuertamus.

a Gariuai hiſt. Nau. lib. 28. cap. 26.
b Sur. lib. 16. annal. c. 40.
Regem oppr. implorat aduerſus inuiſtum pa rentem.
c Marian. ſup. c. 18.
d Id. ibid. & Surit. cap. 41.

73 Hoc anno Calliſtus ad memoriam diuinitus conceſſæ Chriſti fidelibus anno ſuperiori victoriæ recolendam, eccleſiaſticum de transfiguratione Domini in monte Thabor diem feſtum agi iuſſit [e] ſexta auguſti die, recurrentibus in poſterum ſingulis annis celebrandum: quod ab eodem Pontifice conceptum teſtatur Platina [f] ac promulgatum, propoſitis iiſdem indulgentiarum præmijs, quæ in ſacra Corporis celebritate ſunt conceſſa. Porro feſtiuitas non tam inſtituta, quam inſtaurata a Calliſto fuit, cum eam longe ante hæc tempora celebratam in ſuis ad martyrologium Romanum notis adiectis oſtendat Cardinalis Baronius [g] ex vetuſtiſſimis cum Græcorum tum Latinorum monumentis, ex quibus eorum error refellitur qui feſtum hoc a Calliſto III. primo inſtitutum affirmarunt. Editum porro hoc anno ea de re pontificium diploma [h] infra ſcriptum eſt.

Feſtum transfigurat. Chriſti inſtitutum a Calliſto.
e i. au. 3 part. 22. cap. 14. in prin.
f Plat. in Calliſt. III.
g Baron. in not. ad martyrolog. 6. aug.
h Lib. 13. p. g. 240.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pont. ſeſtum ex ea ſede propon.

Inter diuinæ diſpenſationis arcana, quæ inſcrutabilis prouidentia conditoris in hominibus operata eſt, hodierna feſtiuitas, in qua vnigenitus Dei Filius pro humani generis reparatione, trabea noſtræ mortalitatis indutus, claritatis ſuæ, diuinitatiſque potentiam demonſtrauit, ſtupendi & admirandi nobis non indigna cauſa exiſtit: nam & ſi eiuſdem Redemptoris noſtri præclara miracula, erudimenta pariter, & exempla pene innumera ad noſtram doctrinam noſtramque profecto ſalutem edita omnium admiratione atque veneratione digniſſima ſint; admirandam tamen eiuſdem Saluatoris noſtri transfigurationem, ſingularibus inſignitam myſterijs, & ſacramentis ineffabilibus coruſcantem, eo deuotius pro vniuerſorum ſalute fidelium, nos conuenit celebrare, atque deuotis annuis, pia deuotione recolere, quo inter ipſius Redemptoris ſalutiferas actiones, hæc eadem præſentis diei [a] viſio redemptis mortalibus in vna eademque perſona deitatis potentiam, & veram hominis naturam oſtendit, ac in nobis fidei, ſpei, & charitatis dona confirmans, æternæ beatitudinis præſtitit cautionem. Hæc eſt enim illa cunctis Chriſticolis veneranda feſtiuitas, quæ immenſam Dei noſtri clementiam, & miſericordiam erga nos, qui Chriſtum induimus, & ipſius ſumus inſigniri caractere, demonſtrauit; ſed & ſacroſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ fundamenta non ſolum ſupra petram Chriſtum fundauit, verum etiam ſtabiliuit: nam, cum interrogante Domino & quem dicerent homines eſſe filium hominis requirenti, diſcipuli alios Ioannem Baptiſtam, alios quidem Eliam, alios vero Ieremiam, aut vnum ex prophetis, homines dicere reſpondiſſent, atque iterum eos Dominus interrogaret: *Vos autem, quem me eſſe dicitis?* & Petrus pro ſe & alijs inquiens affirmaret: *Tu es Chriſtus filius Dei viui*; hæc ipſa veriſſima, ſalutiferaque Petri confeſſio in hac admirabili Saluatoris noſtri transfiguratione per vocem Patris dicentis: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; confirmata, ſtabilita, & multimodis approbata eſt, & Iudæorum perfidia, qua ipſum eſſe Eliam, aut Ieremiam, vel ex prophetis aliquem falſa aſſeueratione contendebant, penitus confutata; aliorum vero ipſum tanquam legis tranſgreſſorem, & blaſphemum ſibi Dei gloriam vſurpantem mendaciter accuſantium, fuit excluſa calumnia, cum illic Moyſes legiſlator, & Elias pro gloria Dei æmulator, atque propheta eximius aſtantes Chriſto teſtimonium perhiberent.

a Dei
In transfiguratione Dei potentia & vera hominis natura oſtenſa.
Petri confeſſio per eam confirmata.

74 Quanta igitur veneratione colenda, ac ſolemnitate præcipua celebranda eſt hodierna feſtiuitas, in qua Pater voce & teſtimonio proprio, Petri confeſſionem manifeſte confirmat, roboratur Apoſtolorum fides atque confeſſio, quæ Eccleſiæ catholicæ extitit fundamentum, in ipſo Saluatore & redemptore noſtro firmiter ſtabilitum: Chriſtus namque verum fundamentum Eccleſiæ eſt, præter quod aliud poni non poteſt, cui ipſe apoſtolorum princeps, Spiritu ſancto afflatus, ad confutandas perfidorum fallacias, veluti teſtis fidelis, Chriſto teſtimonium perhibet, dicens: *Accipiens enim a Deo Patre honorem, & gloriam voce delapſa ad eum huiuſmodi a magnifica gloria: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, cum eſſemus cum eo in monte ſancto.* Intellexerunt namque Petrus & comites, quod fide tenebant, maieſtatem Filij Dei per luminis claritatem, ac in eo diuinam & humanam conuenire naturam, vt & paterna vox & immenſa velut ſolis claritas, quæ omnem ſenſum, & mortalium facultatem excedit, Moyſi quoque & Eliæ præſentia cum venerationis debitæ maieſtati diuinæ exhibitione de futura ipſius paſſione loquentium, eum verum Dei Filium nuntiarent, quod euangeliſta Ioannes affirmans inquit. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre plenum gratiæ & veritatis.* Voluit etiam Saluator noſter, qui ex paſſione ſua trepidantia diſcipulorum corda intellexerat perturbari, transfigurationis huiuſmodi myſterio, ne in fide deficerent, roborare, vt cuius transfigurati gloriam vidiſſent, paſſionem nequaquam potentia Iudæorum illatam ſed voluntate propria crederent fuiſſe aſſumptam; neque a fide dominicæ reſurrectionis deciderent, quam eis poſt viſionem tantæ maieſtatis & gloriæ intimauit, dicens: *Viſionem hanc nemini dixeritis, donec a mortuis filius hominis reſurgat.* Per huius etiam admirandæ transfigurationis myſterium, ad perferendas præſentis caliginoſi ſæculi procellas animantur fideles in perſona Apoſtolorum, vt qui claritatis æternæ fieri participes tota animi intentione concupiſcunt, ab ipſo capite, duce, & Saluatore noſtro humiliter diſcant, & pro eius nomine, ipſius imitando veſtigia, paſſiones & mortes minime reformidare. Per ipſius itaque myſterij intelligentiam, ad conformationem Chriſti Ieſu, ipſius imitatione ad fidei, ſpei, charitatis, pie-

Moyſes & Elias cum Chriſto de eius paſſione locuti.
Confirmati diſcipuli ne fide deficerent in paſſione.
Et ne paterent ſuam eum poteſtate illatam ſed ſponte ſpontaneam.
Ex transfiguratione docemur mortem nõ pertimeſcere.

Digitized by Google

pietatis, & miſericordiæ erga Deum & proximos, ac opera quæcunque meritoria exercenda inſtruimur, ad pœnitentiam inuitamur, & ad martyrium & tolerantiam paſsionum hoc propoſito præmio, quod reformabit corpus humilitatis noſtræ, & configurabit illud corpori claritatis ſuæ.

75 O ſingularis & excellens Saluatoris noſtri doctrina! O ineffabile ſacramentum, in quo tanta & pene innumerabilia, præcipuaque ſunt concluſa miracula, pro ſalute noſtra alto conſilio inſtituta, quæ ſi quiſque fidelis, quemadmodum deberet, attenderet, pro æternæ gloriæ aſſequutione, gaudijs profuſis exultaret, ſimul & lacrymas in medium fundere cogeretur. Magnum enim erat ac ſtupendum profecto miraculum, faciem humanam ad inſtar ſolis ſplendere, veſtitumque eius candidum & fulgentem ſubito fieri tanta albedine, quantam fullo ſuper terram (teſte euangeliſta) facere nequiuiſſet, fulgoremque ipſum pro ſuæ voluntatis libito diſparuiſſe, ut recte ſignificaretur eam claritatem ab anima ipſius, quæ ſecundum ſuperiorem portionem glorioſa erat, & verbum facie ad faciem videbat, in corpus ipſum per ſuæ voluntatis imperium profluere, & redundare. In Moyſi vero & Eliæ præſentia, quorum alter vita exciderat, pulchre manifeſteque oſtenditur, ſuum mortis & vitæ poteſtatem habere, & viuorum iudicem ac pariter mortuorum eſſe merito conſtitutum, qui æternam propterea in terris beatitudinem quodammodo deſignauit, & qualis appariturus ſit in ſecundo aduentu, eis oſtendit. Hæc quidem omnia, & prophetarum, & Apoſtolorum dicta, vox paterna miraculoſe formata confirmat, nubes lucida obumbrat, totiuſque trinitatis teſtimonium in hunc diem concurrit, Pater intonans, Filius ſplendens, Spiritus ſanctus in nube protegens & illuſtrans: confirmatur denique teſtamentum nouum, lex euangelica, Chriſtique doctrina, cum paterna vox ſubdidit: *Ipſum audite*.

Hoc vero myſterio ... [illegible]

Mortis & vitæ poteſtatem ſe habere in Moyſe & Elia oſtendit Chriſtus.

Totius Trinitatis teſtimonium concurrit.

76 Felix igitur, ac inter mortales beatus iudicari potuit, cui tantarum rerum myſteria ſub humano corpore capere, intueri, & contemplari licuit, quæ angelicis beatiſque ſpiritibus magno priuilegio conceduntur. Quis igitur tantarum rerum magnitudine pro generis humani ſalute ab Auctore noſtro mirum in modum geſtis non ſtupeat in hodiernæ feſtiuitatis inſtitutione ſalubri? Quis in hac ſacratiſsima die, in qua tot & tanta ſunt ſignata myſteria, in qua Chriſtus diuinitatis ſuæ potentiam, prophetarum teſtimonium, atque præſentiam, vitæque vitæ & mortis poteſtatem habere, ac viuorum & mortuorum iudicem conſtitutum eſſe oſtendit: in qua cœleſtis quodammodo beatitudo, & humanitas in forma glorioſa, terrenis hominibus exhibetur, in qua prophetarum, & Apoſtolorum dicta paterna voce firmantur, & totius Trinitatis, atque hominum noui & veteris teſtamenti teſtimonium perhibetur, lex euangelica roboratur, in eiuſdem Saluatoris honore lætari, & hymnis & canticis Redemptorem ipſum laudare, benedicere, & magnificare non debeat, cum per ea, quæ recenſita ſunt, & alia hodiernæ feſtiuitati incluſa myſteria, plane intelligamus glorificationem corporis myſtici in reſurrectione nouiſsima, quando mortale immortalitatem, & corruptibile incorruptionem induerit, & quod ſeminatum eſt in ignobilitate, reſurget in gloria? Tunc enim facies lucida vere apparebit, Chriſtus enim eſt caput noſtrum; veſtimenta alba, quæ ſignant corpus eius myſticum, quod eſt vniuerſalis Eccleſia; fulgebunt enim iuſti ſicut ſol in conſpectu Dei: tunc denique patebit transfigurationis myſterium, cum ipſius Redemptoris noſtri imitantes veſtigia, in æterna beatitudine ipſius gloria perfruemur.

Prophetarum teſtimonium, imperium habere Chriſtus.

Oſtenſum tunc quæ gloria ... myſtica ... [illegible]

Ad confirmandam igitur fidei noſtræ, ac legis & prophetarum confeſſionem, nec non plurima & maxima diuina myſteria, ſtupendaque miracula huius ſacratiſſimæ transfigurationis, celeberrimam diem hanc non immerito diuina inſpiratione inducimur, eamque celebrem denuntiare fidelibus inuitamur, vt qui viſitationis, & niuis, ac purificationis virginis glorioſæ Mariæ, & præſentationis in templo, in qua Saluator noſter ſe filium hominis oſtendit; circumciſionis quoque, in qua legalia obſeruauit, ac nonnullas alias nouiſſimis temporibus inſtitutas feſtiuitates ſanctorum deuote recolimus, digne & hunc ſacratiſſimum diem in quo ſe legis, & prophetarum dominum eſſe, in quo non infirmitatem carnis, ſed virtutem glorificationis patefecit, & in quo tot & tanta claruere myſteria, annua deuotione piiſſime veneremur, ſolet enim ſacroſancta Romana eccleſia, permiſſione Altiſſimi, Petri interdum fluctuante nauicula, diuina potius quam humana implorare præſidia, & ab eodem Saluatore noſtro, vtpote ipſius eccleſiæ ſponſo, fundatore, atque magiſtro optimo, ſolita remedia, & opportuna ſubſidia cum lachrymis, & humilitate expoſcere, ipſiuſque clementiam, peccatorum noſtrorum mole offenſam, pœnitentiæ, & orationum remedijs mitigare.

77 Ea propter nos eiuſdem Saluatoris noſtri, cuius vices gerimus, & locum (quamuis indigni) tenemus in terris, qui cum multa de periculis, de paſſione, & morte, ac futuris perſecutionibus, & diſcipulorum cæde locutus fuiſſet, ad extremum ea omnia æquanimiter toleranda futuræ vitæ gloria promiſſa adhortatur, doctrinam imitantes, ipſiuſque ſalutaribus monitis & veſtigijs inhærentes; ac illa ſolemniter colere, & a Chriſti fidelibus colenda inſtituere cupientes, per quæ eiuſdem Saluatoris altitudo ſapientiæ, rectitudo iuſtitiæ, potentiæ immenſitas, & bonitatis largitas demonſtratur; & per quæ in cordibus noſtris roboretur fides, ſpes erigatur, & charitas excitetur; & ad tribulationes, & perſecutiones hoc potiſſimum tempore perferendas, quo rabidus hoſtis, videlicet Turcus Machometus, qui os ſuum in blaſphemiam Altiſſimi relaxauit, & ſtragem Chriſti fidelibus inferre, tabernaculum Dei profanare, eccleſias violare, & Chriſti fidem, nomen, & ſubditos eius delere molitur; nec non ad ſuam, ſuorumque ſatellitum confringendas inſanias arctius inuitemus, Chriſtianorum accuſandam cenſentes non immerito tarditatem, ex qua (quod non optamus) flagellis, & plagis contriti probabiliter hæſitatur a multis, & præcipue timoratis eius, ſub cuius vexillo & nomine militamus, deuotiſſime implorantes auxilium, licet tantæ rei excellentiam, dum in minoribus conſtituti eſſemus, ſæpius mente voluentes, eam viribus noſtris imparem eſſe plane intelligamus, ne tamen Spiritui ſancto contradicere, aut diuinæ voluntatis contempſiſſe videamur imperium, matura ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in ſecreto prius, & deinde in publico conſiſtorijs cum eiſdem & alijs in Romana curia reſidentibus prælatis deliberatione præhabita, huius ſacratiſſimæ ſolemnitatis diem, de fratrum eorumdem conſilio inſtituimus a cunctis Chriſti fidelibus perpetuo

Futuræ gloriæ ſpem proponit ... monitis ... [illegible]

1. Facto bello aduerſus Turcas occaſionem ... [illegible]

tuo celebrandum, profectò credentes, quod idem Redemptor, cuius res geritur, & qui Eccleſiam ſuam pretioſo eius ſanguine rubricatam protegit & ſuſtentat, & quæ illi profutura eſſe præuidet, per eundem Spiritum ſanctum, in tempore opportuno manifeſtat, noſtram & plurimorum deuotorum hominum mentes huiuſmodi ſæuiente procella, diuinitus inſpirauerit ad tanti myſterij celebritatem, quæ ad corroborationem & confirmationem fidei catholicæ cedit pariter & honorem, vt præter communem, quam de ipſo excellenti miraculo ſabato primæ hebdomadæ quadrageſimalis ieiunij, & ſequenti dominica, commemorationem vniuerſalis facit Eccleſia, propria in honorem eiuſdem Saluatoris ſolemnior per vniuerſum orbem, videlicet octauo idus auguſti, quæ eſt ſexta dies eiuſdem, annuatim ab vniuerſis fidelibus hæc ſacroſancta feſtiuitas celebretur, quoniam pater ille miſericordiarum, ac pijſſimus Chriſtianorum protector, & vitæ noſtræ defenſor omnipotens Deus, poſtquam in die celebri beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, dum ſacra miſſarum ſolemnia in eorum baſilica ageremus, literas noſtras ſuper generali oratione per vniuerſos Chriſticolas facienda lectas, & fauente Domino, vbique obſeruatas fecimus publicari, & pijs orationibus, & operibus ſui afflicti populi, aliquantulum mitigatus, feritatem ipſius impij & immaniſſimi Turchi cultoris execrabilis Machometi, proxima æſtate decurſa, cum ſuo pene innumerabili, in quo plurimum confidebat, exercitu infidelium, & Turcorum contriuit, & caſtri Belgradi in regno Hungariæ ad ripam Danubij ſituati, quod vndique obſeſſum & coanguſtatum diripere ſatagebat, obſidione ſoluta per cruceſignatos & Hungaros admodum populares, quamuis pauciores numero & fere inermes ex noſtra ordinatione & inſtructione, dilecto filio legato noſtro de latere illuc deſtinato iniuncta, ac nuntijs & literis ſæpius repetita, ex ſincera fide quam geſtamus in ipſo Saluatore noſtro, cuius eſt res adunare diſperſas, & deſperatas protegere, & ſuperborum præcipue infidelium, & Chriſtianæ fidei inimicorum potentiam conterere, & etiam debellare ſub ſtrenuo Ioanne vaynoda celebris memoriæ fidei noſtræ catholicæ acerrimo defenſore, & pro ea; atque fidelibus propugnatore, Chriſtianaque cohortis duce digniſſimo, cui nec fides neque ſpes potiendæ victoriæ defuere, militantes, præſente pariter quodam Ioanne de Capiſtrano ordinis fratrum Minorum profeſſore, viro quidem optimo, & meritorum apud Deum & homines eximio, & nomen Chriſti Ieſu, in quo ſalus noſtra conſiſtit, fiducialiter & affectuè cum omni populo circumſiſto, voce vnanimi inuocantes vexillo quoque ſacratiſſimæ crucis cum magnis clamoribus & lachrymis eleuato ad cœlum, vnde infallibile, vti a cunctis dari ſperabatur, aduenit auxilium. Mira res! die memorabili beatæ Mariæ Magdalenæ cœleſti præſidio communitus populus, hoſtium impetu in hoſtes viriliter facto, eundem ferum Turcum cum ſuis ſacrilegis complicibus in turpem & damnoſam fugam conuertit; deditque ipſe miſerator Dominus, & fidelis, in manu paucorum, tam ferocis, muniti, & innumerabilis exercitus, cum maxima ſtrage victoriam, vltra quam mens extimare poſſit humana, Dominus enim potens, & ſuper omnes exercitus & tyrannos, qui Madian & orientales populos ad numerum locuſtarum, in manu tradidit Gedeonis; Onia etiam ſacerdoti contra Heliodorum, ciuitatem ſanctam Ieruſalem profanare molientem, præſidium præbuit & iuuamen; pro nobis contra inſolentiſsimos hoſtes miraculoſe pugnauit.

Sexta dies auguſti ſacra celebritati dicata.

Decreta publice preces.

Vt portenta fecerit diuinitus viſione de Mahomete.

Die S. Magdalenæ cōmiſſa pugna.

78 O bone Ieſu dux & ſaluator noſter, fortitudo vera, & tutiſſimum certumque præſidium ad te confugientium Chriſtianorum, ea pietate qua ipſos proprio ſanguine redemiſti, gladium tuum ſuper inimicorum capita fugientium intromittens, non pauciores ſeſe mutua cæde necarunt, quam a noſtris in prælio interempti fuiſſent: nam, vt a fidedignis accepimus, in ea pugna quadraginta millia occiſi; totidemque ſuperſtites in turpem fugam verſi, ſeſe mutuo trucidantes defecerunt, caſtra incenſa, machinæ & inſtrumenta bellica omnia, aqua & terra direpta ſunt, vt confuſus abiens ipſe tyrannus, & præ timore iam multis menſibus non apparens, inter latebras, ſeu munita oppida ſe recepiſſe dicatur, & diuinam præſentiens vltionem, in ſuam perditionem futuram, intra Conſtantinopolitanam, Peramque ciuitates ſe recluſerit; illaſque muris & antemuralibus munire fruſtra decerret, minus attendens, quod, *niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam*, ſuperbiæ eius frænum imponens ipſe Saluator, ſolum nomen vicarij Ieſu Chriſti inhumanitatem eius deterret, ita vt oſſa in ſuo corpore contremiſcant, concutianturque, vt Hadriano accidit Imperatori, qui poſt immaniſſimam perſecutionem Chriſtianorum, Tiburtinam ciuitatem ingreſſus, per annum eius oſſa in ſuo corpore concuſſa ſunt, & tandem putrefactus emarcuit.

Cæſorum numerus ex accepta relatione.

Munita a Mahomete Conſtantinopolis.

79 Igitur cuncti per orbem terrarum conſtituti fideles animas & corpora pro fidei Chriſtianæ munimine præparare, & debitas gratias Saluatori noſtro pro tantis beneficijs ab eo ſuſceptis exoluere, diemque victoriæ e cœlo nobis conceſſæ, diem lætitiæ, & liberationis a tam ſuperbo, venenoſo ſerpente Turco fœdiſſimo, annis ſingulis celebrare ſtudeant pie, ſolemniter, & deuote, quemadmodum filij Iſrael de ſeruitute Aegyptiaca liberati, ſempiternum diem celebrem recolentes Deo laudes reddebāt, & gratiarum debitas actiones; ita & cuncti populi in hac ſolemnitate, & feſtiuitate præcipua transfigurationis domini noſtri Ieſu Chriſti recolentes myſteria, miracula, ac legis naturæ & gratiæ, totiuſque ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis teſtimonia etiam pro habita victoria, hunc diem lætitiæ perpetuis laudibus, obſequijs, & gratiarum actionibus, in confuſionem hoſtium, & populi Chriſtiani victoriam ſtudeant venerari, ac etiam celebrare.

80 Et vt Chriſtifideles ad tantæ feſtiuitatis venerationem deuote & affectuoſe conueniant, & quiſque pro ſuæ imbecillitatis modulo eidem Redemptori laudes, ac pro ſuſceptis beneficijs, gratiarum debitas actiones exoluat, vtque ipſe verus paſtor atque redemptor gregem ſuum protegat, & conſeruet, ac ipſorum mentes ad totalem æmulorum fidei humiliationem & exterminium corroboret & inducat, de omnipotentis Dei miſericordia, beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi; omnibus vere pœnitentibus & confeſsis, qui vigiliæ, & feſtiuitatis huiuſmodi veſperis, matutinalique, & miſſæ officijs, in eccleſia, in qua inſtitutum nouiſsime officium celebrabitur, interfuerint; pro qualibet horarum & miſſæ centum; qui vero primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, & completorij officijs aderunt, ſingulis horarum earundem quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs relaxamus: qui vero deuotionis cauſa, huiuſmodi feſtiuitatis octauas duxerint celebrandas, & maxime in eccleſijs ſub ipſius Saluatoris inuocatione fundatis, & qui horis canonicis, ac miſ-

Sacræ Indulgentiæ feſtum transfigurationis celebrantibus Propoſitæ.

ſis

ſis octauarum huiuſmodi interfuerint, illas omnino indulgentias conſequantur, quas in octaua feſti ſacratiſſimi corporis Chriſti horis huiuſmodi intereſſentibus prædeceſſores noſtri, pia largitione conceſſerunt. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris vniuerſis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filijs electis, ac patriarchalium, metropolitanarũ, & cathedralium eccleſiarum capitulis vbilibet conſtitutis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ad æternorum præmiorum augmentum, harum ſerie iniungimus, & mandamus, quatenus præſentes literas noſtras, cleris, & populis ſuis, auctoritate noſtra ſolenniter publicantes, ſacratiſſimum transfigurationis huiuſmodi feſtum, quod vulgariter Saluatoris dicitur, ſub ſolennis duplicis officio, quod vna cum præſentibus deſtinamus, anno quolibet, vt præfertur, celebrent, & faciant etiam ab eorum ſubditis celebrari; ipſum Saluatorem noſtrum totis cordis affectibus humiliter deprecantes, vt ſolita clementia Eccleſiæ ſuæ, vniuerſiſque fidelibus antedictis aſſiſtere, & auxiliari dignetur, ac ſublata hoſtium formidine illam quam mundus dare non poteſt, pacem, ac tempora nobis tranquilla concedat, vt vna cum commiſſo nobis grege peruenire ad ſempiterna gaudia mereamur. Amen. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inſtitutionis, relaxationis, & mandati infringere, &c. ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo octauo id. auguſti pontificatus noſtri anno tertio.* Meminit de his literis Monſtreletus [a] atque decretas inſtructo agmine religioſo ſolemnes ſupplicationes, peractaſque vbique diuino Numini laudes gratesque; tum inſtitutum, vt inter ſecundam & tertiam pomeridianam horam, qua cæleſti virtute parta victoria fuerat, campanæ ad angelicam precationem repetendam pulſarentur, eumque morem in nonnullis eccleſijs Gallicanis perſtitiſſe. Optaſſet Calliſtus in hac celebritate rem diuinam peragere, ſed cum grauiori incommodo implicitus eſſet; Guillelmo tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali ius tribuit [b], vt in principe ara baſilicæ S. Petri ſacris operaretur: quod ad indicandum eccleſiæ Romanæ veterem ritum non prætermiſimus. Dictum porro diploma Calliſtus miſit ad Ioannem Caruial Cardinalem legatum inter alios, ipſumque dare operam iuſſit, vt ea celebritas in Hungaria Germaniaque fieret: *Bullam,* inquit [c], *feſtiuitatis glorioſiſſimæ transfigurationis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quam edidimus ſimul cum officio iam nuper tibi miſimus, vt eam per ciuitates & loca decentiæ tuæ legationis ſolemniter faceres publicari & obſeruari.*

a Monſtr. vol. 3. pag. 68.
b Lib. 26. pag. 289.
c Lib. 1. breu. pag. 530.

81 Eodem anno decreuit Chriſti vicarius ſolemni ritu ſanctorum honores Oſmundo epiſcopo Sariſberienſi, qui vitæ ſanctitate & miraculis inſignibus in Anglia floruerat; de quo hæc tradit S. Antoninus [d] de Calliſto loquens: *In tertio anno ſui pontificatus, ſcilicet MCCCCLVII. alterum ſcilicet, præter B. Vincentium Ferrerium ſanctum virum, de communi conſilio & aſſenſu prælatorum in curia exiſtentium, ſanctorum cathalogo aſcripſit;* his conſentanea ſcribit Baptiſta Platina [e], & ſanctum illum epiſcopum Oſmundum vocat; de quo in notis [f] ad martyrologium Romanum, atque in annalibus [g] meminit magna cum laude Cardinalis Baronius, ipſumque ſanctitate & doctrina coniunxiſſe miraculorum gloriam refert, vbi etiamque [h] eundem ſanctum alterius ſancti epiſcopi nimirum Anſelmi geſta conſcripſiſſe adducendum vero arbitramur Calliſti diploma, de relato in ſanctorum numerum B. Oſmundo ex quo perſpicuum & illuſtre fit id, quod alibi etiã obſeruauimus, quanta cũ maturitate ac grauitate conſilij Romani Pontifices in decernendis cuipiam ſanctorum honoribus vti conſueuerint [a]:

d S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 14. in prin.
Oſmundus epiſc. in ſanctorum albo repoſitus.
e Plat. in Call. III.
f Baron. in not. ad martyr. Rom. die 4. dec.
g Annal. tom. XI. MLXVII. nu. XVI.
h Baron. in not. ead. die.
a Lib. 11. pag. 59.

Ad perpetuam rei memoriam.

[In diplomatis exordio de Chriſti maieſtate, deque Eccleſia veluti regina varijs ſanctorum diſtincta ordinibus, atque inſtar vineæ diligentiſſime exculta præfatus, addit:] Ab extremis terrarum inſulis & remotiſſimis, totoque orbe diuiſis partibus cæleſtis agricola more ſuo piiſſimo eandem vineam nouo germine, nouo præſule, & cultore digniſſimo viſitauit, ac ad nouellas virgulas inſerendas, vetuſtaſque purgandas, fouendas, regendaſue tranſmiſit probatiſſimæ ac exemplaris vitæ virum mirabilem Oſmundum Sareſberienſem antiſtitem, in hac tam mira Reginæ huius varietate, ſanctorumque cohorte merito collocandum, ac beatorum ſpirituum cœtui ſuis excellentibus meritis ſociandum, immo verius ſociatum, cuius quidem originem, vitæ actus, mores, ac merita, & quæ ſummus idem Pontifex Deus in ipſius ſanctitatis præmium monſtrare dignatus eſt, ſplendida quoque ipſius miracula, omni pene genti Anglorum, præſertim regni notiſſima, ne præſens ſæculum & noſtri temporis ætas ſilentio omnino prætermiſſa ignoret, breui ſub compendio complectenda, ac a multis & maximis pauca non reticenda eſſe cenſuimus, vt pro ipſius glorioſi præſulis & confeſſionis operum gloria cunctis fidelibus innoteſcant.

82 Vir nanque ſanctiſſimus Oſmundus generoſitate præclarus ex ſtirpe regia, ac etiam ducali nobiliſſima ortus proſapia, poſtquam pueriles annos laudabiliter, & ſuper quam illa ætas pateretur, exegerat, bonæ indolis adoleſcens non laſciuiam complexus eſt mundi, non ſæculi oblectamentis & voluptatibus, dum libere vti poſſet, applicuit animum: ſed cor gerens ſenile, ac omnes ſui cordis cogitationes ad ipſum Creatorem ſuum & opera pietatis caſtitatiſque conuertens, in Dei timore & proximi charitate eo magis feruebat in dies, quo maiori vtens pro qualitate temporis ratione, cuncta ſub ſole vanitati ſubiecta, tranſitoria, & caduca iuxta ſapientis ſententiam fore cognouit. In virum deinde perductus, & euangelicæ doctrinæ verus imitator exiſtens, ac illud Saluatoris noſtri ſemper ante oculos ſui cordis fixum tenens: *Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus;* vt theſauros incomparabiles ſibi in cœlo reconderet, vbi fures nequaquam effodiunt, nec furantur, vbi tinea corrodere aut demoliri non poteſt, de bonis a Deo ſibi collatis in regno Angliæ Sareſberienſem eccleſiam tunc in ſuis primordijs tenuem & exilem noua quadam fundatione, ac ampla ſui patrimonij dote & largitione ditauit, prædia ſcilicet, terras, & poſſeſſiones ſui comitatus Dorſetis, & quæ ad ipſum alias legitime pertinebant, libros quoque, calices, cruces, paramenta, & quæque alia optima ornamenta, ceu cathedralem decebat eccleſiam, ſibi pia liberalitate donauit, ac vltra primitus inſtitutas quatuor alias dignitates; triginta duos canonicatus, totidemque præbendas; alios quoque archidiaconatus, & officia in ea erexit, ita vt qui ſuis exigentibus meritis ipſius, quam dotauit ornauitque Sariſberienſis eccleſiæ, poſt deceſſum primi epiſcopi, fuit ordinatus antiſtes, incredibili perfectione & gratia, nec non ſancti Spiritus lumine illuſtratus, non ſolum doctrina verbi, ac operibus optimis pariter & exemplis commiſſum ſibi gregem domi-

B. Oſmundi genus.
Sariſberienſis eccleſia ab eo locupletata.

ni-

Digitized by Google

nicum informaret, ipſamque eccleſiam cui dignè præerat, illiuſque capitulum & perſonas ſacris dogmatibus inſigniret, nuſquam magis quam ſuo in tempore diſciplinæ cultura, morum honeſtas, & grauitas perſonarum in ea vigeret, & diuinorum cultibus rerum tractarentur officia, & in diuinis aliqua poſſet in antea ſuboriri confuſio, librum quendam perutilem & proficuum ordinalem alias conſuetudinalem appellatum, quo fere vniuerſæ ipſius Angliæ, Vvalliæ, & Hiberniæ, ac aliorum quamplurium locorum vtuntur eccleſiæ, nec non ſanctorum vitas pro eorum gloria & cleri inſtructione compoſuit, atque alia quamplurima imitanda poſteris exempla continuo præbuit, ita vt diuinum potius quam humanum eum cuncti putarent, quem diuina miſeratio tot gratiarum muneribus illuſtrabat.

83 Erat enim vir totius prudentiæ, humilitatis, & patientiæ, pietate magnificus, pudicitia & caſtitate ornatus, ſobrietate & abſtinentia præditus, bonitate conſpicuus, laudabilis ſanctitate, morum honeſtate, virtutibuſque præclarus, ſemper in fide conſtantior, præſtantior ſpe, charitate ardentior, iuſtitiæ & æquitatis amator, qui carnis illecebras, iactantiam, pompam, & arrogantiam, ac cætera vitia mira animi magnitudine contempſit atque calcauit, & ſanctè vſque ad conſummationem corporis continuatis operibus, ac ſacramentis eccleſiaſticis demum rite perceptis, in confeſſione veræ fidei & æternæ Trinitatis firmiter perſeuerans, puram & immaculatam animam reddidit Creatori.

Cuius quidem meritis ſummus & omnipotens creator omnium Deus, remunerator animarum fidelium, cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis loquelæ officium, claudis greſſum, naufragis periclitantibuſque portum ſalutis reſtituit & indulſit: ab immundis quoque ſpiritibus obſeſſos, furioſos, rabidos, & amentes atque diabolica fraude oppreſſos penitus liberauit. Diuerſarum quoque ægritudinum incurabilium mole ſubactis, paralyticis, contractis, tremulis, languidis, inualidis, & infirmis ſanitatem reſtituit, & quod admiratione maxima dignum eſt, plures mortuos ſuſcitauit. Alia etiam multa miracula, quæ ipſius ſancti meritis & precibus ſublimis Deus operatus eſt, & operatur in dies, ſi per ſingula recenſere vellemus, longius nimium in ipſorum recitatione prolixitas reſultaret. Sed ne quidem ea quæ præclara & admiranda ſunt, deuotis fidelibus illius ſingula geſta legere cupientibus, abſcondita fiant: libellum, in quo omnia fideliter annotari curauimus, vna cum proceſſibus ſuper præmiſſis confectis, quos in archiuio ipſius Eccleſiæ ad perpetuam rei memoriam conſeruari mandauimus, poterunt lectitare.

Verum quia paraclitus Spiritus, qui mentem huius præſulis ſui luminis claritate repleuit, & qui ſacroſanctæ Eccleſiæ catholicæ futura præuidet, diu latere non ſinit, bonæ memoriæ Richardum epiſcopum, nec non decanum, & capitulum dictæ eccleſiæ Sariſberienſis, ac alios plurimos graues, Deoque deuotos viros inſpirauit diuinitus, vt ſanctæ ſedi Apoſtolicæ præmiſſa omnia nota facerent, ac eidem ſedi, cui tunc felicis recordationis Gregorius Papa IX. prædeceſſor noſter præſidebat, humiliter ſupplicarent, vt prius per illos viros graues & expertos, quibus id duceret committendum, de ſanctimonia vitæ, virtutibus, ac miraculis eiuſdem epiſcopi receptis informationibus & teſtibus indaginis, prout tantæ rei grauitas exigebat, eum ſanctorum Dei catalogo aſcribere dignaretur: idem prædeceſſor intendens in huiuſmodi cauſa iuxta rei magnitudinem cum debita deliberatione & maturitate procedere, bonæ memoriæ Bathonienſi & Conuentrenſi epiſcopis, ac abbati monaſterij de Stanley, eorum proprijs nominibus non expreſſis ſuis literis dedit in mandatis, vt ſuper vita & miraculis huiuſmodi diligenter inquirerent & ſe informarent, ac quidquid per inquiſitionem & informationem huiuſmodi de ſanctimonia atque miraculis eiuſdem antiſtitis inuenirent, veritate fulciri, & totum exinde formatum proceſſum, eorum ſigillis munitum ad eundem prædeceſſorem remitterent, per eum examinandum, ſecundum exigentiam & continentiam meritorum.

84 Poſtmodum vero commiſſarij ad executionem literarum dicti prædeceſſoris iuxta commiſſionis formam eis traditam ſuper his, quæ pro huiuſmodi veritate inueſtiganda neceſſaria erant, legitime procedentes, ac de ſanctimonia vitæ & miraculis dicti Oſmundi epiſcopi diligentius inquirentes, nonnullos teſtes bonæ opinionis & famæ, cum ea quæ decebat attentione & diligentia examinarunt, quorum depoſitiones & atteſtationes in authenticis ſcripturis redacta in archiuio dictæ eccleſiæ conſeruata per certa tempora remanſerunt: & licet ex poſt varietate temporum, ac pleriſque alijs cauſantibus impedimentis in huiuſmodi cauſa vlterius proceſſum non fuiſſet, nihilominus poſtmodum canonizationis cauſa prædicta coram bonæ memoriæ Angelo Corario in vniuerſali Eccleſia epiſcopo tunc Gregorio XII. in ſua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, nuncupato primo; & ſucceſſiue pro parte bonæ memoriæ Ioannis epiſcopi, ac dilectorum filiorum decani & capituli Saliſberienſis, coram piæ memoriæ Martino Papæ V. etiam prædeceſſore noſtro propoſita, ac præmiſſis omnibus & ſingulis ex ordine recenſitis, & etiam pro eorum parte ſubiuncto, quod ipſi, qui dignum exiſtimantes theſaurum longo tempore abſconditum Chriſti fidelibus debere oſtendi, vt tanquam lucerna lucens ad aliorum exempla & inſtructionem pateret, cupiebant pro exaltatione nominis Chriſti ac ſplendore, gloria & honore ipſius Sariſberienſis eccleſiæ, vt ſuper præmiſſis ad examinationem eiuſdem proceſſus & alia dictam cauſam concernentia vſque ad canonizationem eiuſdem ſancti viri procederetur; idem Martinus prædeceſſor, prout rei grauitas & magnitudo poſcebat, bonæ memoriæ Iacobo Tergeſtino in regno Angliæ Apoſtolicæ ſedis nuncio, & Vvintonienſi ac Herfordenſi epiſcopis ſuis literis dedit in mandatis, vt proceſſus ſuper præmiſſis vita & miraculis per eoſdem commiſſarios habitos & formatos auctoritate ſua cum debita maturitate & grauitate, prout tantæ rei conueniret, recenſentes ac examinantes, ac in formam authenticam redigentes, de præmiſſis omnibus & eorum circumſtantijs vniuerſis ſe informarent, & inquirerent diligentius veritatem, & nihilominus ad receptionem teſtium, probationum, & informationum fidedignorum, prout expediens eſſe cognoſcerent, in ipſa cauſa ad vlteriora procederent, prout eorum diſcretioni videretur; voluit tamen quod totum in ipſa cauſa tam per eoſdem primos iudices formatum, quam ſecundos auctoritate ſua formandum proceſſus in publica & authentica forma eorum ſigillis munitos per proprium nuncium ad eundem Martinum prædeceſſorem deſtinare curarent, vt veris exiſtentibus ſupradictis, ipſe prædeceſſor ſuper

Sanctorum geſta conſcripſit.

Virtutibus in vita effulſit.

Miraculis poſt mortē claruit.

A Greg. IX. inſtituta ſuerat de eo inquiſitio.

Inſtaurata iuſſu Martini V.

per canonizatione huiuſmodi in forma Eccleſiæ conſueta ſeruatis de more ſolemnitatibus deliberare valerent.

Qui quidem commiſſarij mandata apoſtolica in ſingulis diligentius exequentes, vltra primos alijs quamplurimis teſtibus idoneis diligenter examinatis, eorum dicta & atteſtationes, ac per eos habitos, alioſque priores proceſſus prædictos ad Romanam curiam tranſmiſerunt: idemque Martinus prædeceſſor ad humiles preces epiſcopi, decani, & capituli prædictorum, Gabrieli tit. S. Clementis, poſtea Eugenio Papæ IV. ac Petro tit. S. Stephani in Cœliomonte presbyteris, & Lucido S. Mariæ in Coſmedin diacono Cardinalibus, etiam in ſuo conſiſtorio publico viuæ vocis oraculo commiſit, vt in dicta cauſa procederent, & apertis proceſſibus eos diligenter examinarent, ſibique poſtea ex more referrent ad effectum canonizationis prædictæ. Qui ſeruatis ſeruandis, recognitiſque ſigillis, proceſſus huiuſmodi aperuerunt, monentes omnes & ſingulos, qui in his intereſſe aliquod habere prætenderent, vt ad diem certam tunc expreſſam legitime comparerent, aliaque deinde fecerunt, quæ circa ea fuerant opportuna. Cumque rei huius veritate comperta, idem Martinus prædeceſſor votis poſcentium cogitaret annuere, ſicuti Altiſſimo placuit, e medio ſublatus eſt: & licet recolendæ memoriæ Eugenius præfatus ſimiliter prædeceſſor noſter rem hanc, vt accepimus, optato fine concludere velle aſſereret, morte antea interceptus, quod propoſuerat non impleuit.

85 Denique felicis recordationis Nicolaus Papa V. prædeceſſor etiam noſter immediatus plurimorum ſupplicationibus inclinatus, quod in ſimilibus ſedes Apoſtolica obſeruare conſueuit, & rei qualitas exigebat, nobis tunc in minoribus conſtitutis, ac dilecto filio noſtro Dominico tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali negotium ipſum examinandum, inueſtigandum, diſcutiendumque commiſit, in quo debita cum diligentia procedentes, cuncta quæ in præmiſſis & circa ea quomodolibet opportuna erant, cum omni attentione & maturitate rimari & inueſtigare curauimus: ac poſtremo eodem Nicolao prædeceſſore, vocante Domino, ſimiliter rebus ab humanis exempto; nos qui eidem, licet inſufficientibus meritis, in vniuerſalis Eccleſiæ gubernatione ſucceſſimus, iteratis vicibus pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici VI. Angliæ Regis illuſtris, ac chariſſimæ in Chriſto filiæ Margaretæ Reginæ Angliæ illius conthoralis, nec non prælatorum, principum, & Chriſtifidelium dicti regni, ac etiam venerabilis fratris noſtri Richardi moderni epiſcopi, dilectorumque filiorum Gilberti Kimarum decani & capituli Sarisberienſis eccleſiæ memoratæ, fuimus debita cum inſtantia requiſiti, vt quod iidem noſtri prædeceſſores minime adimpleuerant, & nobis faciendum Altiſſimus reſeruauit, perficere annuente Domino dignaremur. Quorum omnium tam efficax aſſertio, & crebra dilecti filij magiſtri Ioannis Lax legum doctoris & ſecretarij noſtri, ac dictorum epiſcopi & capituli procuratoris interceſſio fuit, vt non immerito nos, qui (licet tantæ rei excellentiam ſæpenumero mente voluerimus, eamque humeris noſtris imparem eſſe plane conſpexerimus) ne tamen voluntati diuinæ contradicere videremur, præmiſſa omnia & ſingula ponderantes, nec non eiuſdem antiſtitis fidem, vitæ integritatem, mores, actus caſtiſſimos, humilitatem, ſimplicitatem, doctrinam, liberalitatem maxime erga Sareſberienſem eccleſiam memoratam, illiuſque perſonas, & quæ a trecentis & plurimis annis citra coruſcarunt miracula plurima, aliaque adminicula non minora tam per authenticas ſcripturas, quam per fidedignorum etiam ſeptuaginta quinque teſtium depoſitiones manifeſte probata, famam quoque publicam, ac præter ea triginta famoſiſſimorum ſacræ paginæ & vtriuſque iuris doctorum, quorum nonnulli epiſcopi, quidam referendarij, cæteri vero palatij apoſtolici auditores, aduocati conſiſtoriales, ac magnæ auctoritatis viri extiterunt conſilia, quæ omnia in vnam eandemque ſententiam pro ipſius canonizatione antiſtitis conuenirent, merito attendentes, vt tanto viro gloriam, quam diuina teſtificatione iam in triumphante obtinebat Eccleſia, in militante nequaquam negaremus in terris; præmiſſa omnia in conſiſtorio noſtro per dilectum filium noſtrum Guillelmum tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem, quem loco noſtro, quoad hoc ſubſtituimus, feceramus particulariter recitari; ſerutanteſque deinde in eodem conſiſtorio vota omnium venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ac omnibus debite recenſitis, iidem fratres noſtri in eandem ſententiam conuenerunt. Quorum ſecuti conſilium, vt illud plurimorum ſententijs firmaretur, omnes alios in Romana curia reſidentes prælatos in palatio noſtro iuſſimus congregari: qui poſt propoſitionem publicam omnium præmiſſorum votis etiam ſingulorum ex more ſerutatis, nemine diſcrepante vna nobiſcum & fratribus antedictis conſuluerunt & cenſuerunt, ad canonizationem dicti viri optimi fore procedendum; in quorum præſentia de eorumdem conſilio & aſſenſu decreuimus & declarauimus eundem Oſmundum epiſcopum eſſe canonizandum, ad quod publice & ſolemniter faciendum diem ſtatuimus hodiernam.

86 Et quoniam per excellentia merita vir iſte inſignis almi Spiritus gratia operante in ipſius ſummi patris gloria collocatus, hanc eandem militantem illuſtrat Eccleſiam, prout omnibus, qui eius geſta didicerunt, debet eſſe notiſſimum, nos qui ex debito paſtoralis officij cunctis fidelibus debitores exiſtimus, per ea, quæ de Gregorij, Martini, & Nicolai prædeceſſorum eorundem, ac noſtro poſtremo mandatis ſuper his inquiſita, inueſtigata, & examinata fuerunt, & quæ in minoribus conſtituti præ cæteris ſingulari deuotione & attentione iteratis vicibus relegimus, inueſtigauimus, examinauimus, & diligentius fuimus perſcrutati tam per ipſorum teſtium fidedignorum depoſitiones, quam probationes alias legitimas, præmiſſis omnibus veris exiſtentibus compertis, ac etiam comprobatis, de ipſius Oſmundi epiſcopi ſanctimonia pleniſſime informati, certioreſque effecti, quod optima fuit negotiatio eius, & talenta ſibi credita cum multiplicato fructu ſuo reſtituit Creatori, de quibus ſibi etiam fidele teſtimonium perhibemus, vt propterea ac ex multis alijs excellentibus donis & gratijs, quibus extitit inſignitus ſuper candelabrum domus Domini poſitus in vniuerſali Eccleſia inextinguibili lumine & ſplendore rutilet, eam quoque ſua claritate exornet: in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti præfatum Oſmundum epiſcopum celeberrimum benedicentes benedicamus in ſæcula, floreatque ſuper eum ſanctificatio noſtra, & ad honorem ſempiternæ Deitatis, ac triumphantis & militantis Eccleſiæ exaltationem, orthodoxæ quoque Chriſtianæ fidei felicem ſtatum & augmentum, auctoritate

[Margin notes: [illegible] a Nicolao V. repetitus — Guillelmus tit. S. Martini Card. illi præfectus. — Quo [illegible] Sancto [illegible] Oſmundo decernitur.]

tate omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius atque noſtra de ipſorum fratrum coepiſcoporum & prælatorum vnanimi conſilio & aſſenſu pronunciamus, declaramus, decernimus, & etiam deffinimus piæ memoriæ B. Oſmundum epiſcopum antedictum ſanctum eſſe, & tanquam ſanctum ab vniuerſali Eccleſia & cunctis fidelibus venerari, ac ſanctorum catalogo aſcribendum fore & aſcribi: quem ipſi in præſentiarum aſcribimus & ſanctorum cœtui aggregamus, ſtatuentes, ac etiã venerabilibus fratribus noſtris patriarchis, archiepiſcopis & epiſcopis, ac dilectis filijs electis & patriarchalium, metropolitanarum, & cathedralium eccleſiarum capitulis vbilibet conſtitutis, tenore præſentium iniungentes, vt anno quolibet, in die, qua ipſum poſt conſumationem laborum triumphatumque mundum in æternitates perpetuas præſens vita tranſmiſit, videlicet pridie nonas decembris feſtum ipſius & officium veluti pro vno confeſſore pontifice deuote & ſolemniter celebrent, & ab alijs celebrari, ac vniuerſis eccleſijs & Chriſtifidelibus faciant venerari.

87 Et vt ad Sariſberienſem eccleſiam prædictam ipſiuſque venerabilem tumulum, quem in digniori loco volumus præparari, eo libentius Chriſti fidelium confluat multitudo, eiuſque memoria recolatur, & feſtiuitas celebretur decentius in futurum, eiſdem fidelibus vniuerſis vtriuſque ſexus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eccleſiam Sariſberienſem præfatam & ipſius glorioſi confeſſoris tumulum in feſtiuitate eius & per totam octauam immediate ſequentem deuote viſitauerint annuatim, & ad ipſius eccleſiæ atque tumuli reparationem, ornamentum, & conſeruationem, ſeu dictæ eccleſiæ fabricam manus porrexerint adiutrices; in feſtiuitate prædicta a primis veſperis illius vigiliæ vſque ad ſecundas veſperas eiuſdem feſtiuitatis decem, in ſingulis vero octauæ diebus tres annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis, &c.

Indulgentiæ viſitantibus ſepulchrum venerationis propoſitæ.

[Præcipit præſulibus omnibus, vt diploma hoc in eccleſijs diuulgent, hortenturque populos, vt S. Oſmundi ſuffragia apud Deum implorent, quo eccleſiam ab infidelium irruptionibus vindicet.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLVI. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno ſecundo* Dantur alio diplomate[a] mandata Richardo, qui eccleſiæ Sariſberienſi tum præerat, & canonicorum collegio, vt S. Oſmundi memoriã quo par erat cultu celebrarent; corpuſq; humili iam ante tumulo tectum Pontifex in honorificentiore atque ornatiore loco reponi iuſſit: vtque populos ad pietatis cultum pelliceret, ijs qui translationis celebritati interfuiſſent, ſtipemue ad feretrum exornandum, in quo pignus reponendum erat, contuliſſent, noxarum, quas ſacra exomologeſi expiaſſent, veniam impertitus eſt.

Translatio reliquiarũ celebrata. a Ibid. pag. 64.

b Ead. pag

Ad futuram rei memoriam.

88 Quoniam, vt accepimus, ipſius pontificis, [nimirum Oſmundi,] ſacræ reliquiæ, quemadmodum ipſe, dum mortalis corporis ſui carcere teneretur incluſus, ſub maxima humilitate fundatus optabat, humili conditæ ſunt ſepulchro, nos cupientes, ſicuti dignum eſt, reliquias tanti præſulis conuenienti loco decentique tumulo collocari, venerabili fratri noſtro Richardo Sareſberienſi epiſcopo, ac dilectis filijs decano & capitulo eccleſiæ Sariſberienſis in virtute ſanctæ obedientiæ præſentium tenore committimus & mandamus, quatenus locum celebrem & inſignem in præfata eccleſia, ad quem vna cum vicinis prælatis, & alijs eccleſiaſticis perſonis, ſicut talibus fieri conuenit, eædem reliquiæ deuotiſſime transferantur, præparare; ac deinde illas de loco & tumulo, in quo requieſcunt ad præſens, cum pſalmis, hymnis, & canticis in iubilo transferre ſtudeant & procurent, vbi fideles Chriſti cum debita reuerentia & honore ad illius ſacrum conuenientes habitaculum commode ſe recipere, ac precibus & orationibus inſtare apud Altiſſimum conſueta ſanitatis remedia ipſius glorioſi confeſſoris interceſſione, & poſtremo vitam conſequi mereantur æternam, ſtatuentes, quod tam principalis ipſius confeſſoris feſtiuitas, quam translationis huiuſmodi dies in ciuitate & diœceſi Sareſberienſi celebres ab omnibus habeantur. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate conſiſi vniuerſis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in die translationis huiuſmodi ad eandem eccleſiam deuote acceſſerint, annuatim, & ad ornatum ſeu conſtructionem ipſius loci, in quo eædem reliquiæ venerabiliter collocari debent, aut ipſius eccleſiæ fabricam manus porrexerint adiutrices, ſeptem, in ſingulis vero octauæ diebus tres annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno dominicæ incarnationis* MCCCCLVI. VI *non. ianuarij pontificatus noſtri anno ſecundo.*

89 Hoc anno apud Rhodios inſigne miraculum populorum pietatem auxit[a], ſacratiſſima enim ſpina, quæ olim Chriſti domini caput transfixerat, cum ſpinea corona redimitus fuit, atque a Rhodijs equitibus magna diligentia ſeruata ſingulis annis recurrente feria ſexta hebdomadæ, qua dominicæ paſſionis memoria recolitur, efflореſcere ipſa meridie, ac deinde areſcere conſueuerat, maximo inſpectantium ſtupore nitidiores flores tribus ante meridiem horis præter conſuetudinem reddidit, magno equitum & ciuium Rhodiorum concurſu & admiratione. Vt autem miraculi fides extaret, manaretque ad poſteros, Iacobus Millius ordinis magiſter publicum de ea re monumentum, adhibitis teſtium nominibus, confecit; quod in Italicum ſermonem Iacobus Boſius conuerſum hiſtoriæ mandauit[b].

a Boſius p. 2. l. 7. hiſt. equit. S. Io. I. roſ. Spina dominica maximo miraculo flores producit.

Publica de ea re monumenta edita.

b Ext. ibid.

90 Vindicandæ etiam fidei orthodoxæ a nouatorum exorientium impietate religionis ſtudio incitatus Pontifex, cum nonnulli in Inſubria viri nefarij infandas hæreſeon peſtes reuocarent ab inferis, ſacras patrum traditiones reſpuerent, conciliorum auctoritatem temnerent, prauaſque ad euertendam religionem Chriſti opiniones ſimplicibus infererent, eos coerciturus, Bernardum e Boſcho ampliſſimis mandatis inſtructum in eandem prouinciam miſit[c], vt nouos emergentes hæreticos ſacra cenſura percelleret.

Exorti in Longobardia hæretici.

c Lib. 14. pag. 255.

Dilecto filio magiſtro Bernardo de Boſcho canonico & Sacriſtæ eccleſiæ Ilerdenſis cappellano noſtro, & in Veronenſi, Brixienſi, & Pergamenſi ciuitatibus & diœceſibus, ac terra, ſiue oppido Cremæ Placentinæ, Laudenſis, & Cremonenſis diœceſium nuntio & commiſſario noſtro ſalutem, &c.

Ad noſtrum, non ſine admiratione & mentis amaritudine, plurimorum fidedignis relatibus peruenit auditum, quod in Brixienſi & Pergamenſi ciuitatibus & diœceſibus nonnulli tam eccleſiaſtici quam ſæculares, ſe inaniter Chriſtiana profeſſione cenſentes, ac neſcientes per ſemitas veritatis greſ-

ſus

ſus ſuos dirigere, damnabilibus, & temerarijs auſibus: tam de ſaluatore noſtro domino Ieſu Chriſto Dei patris vnigenito, quam de eius genitrice virgine glorioſa Maria, ac militante Eccleſia ſacroſancta, & alia falſiſſima quædam conficta mendacia polluto ore aſſerere, ac quamplura catholicæ fidei & ſanctorum patrum canonicis inſtitutis manifeſte repugnantia, contraria, & aduerſa, propter quæ ſeipſos, & nonnullos alios ſimplices ſecum trahunt damnabiliter in gehennam, aſtruere & dogmatizare, ac in eiuſdem fidei euerſionem pariter & contemptum, ſuorum quoque errorum, ſchiſmatiſque fomentum, ſanctorum patrum determinationes ſalubres ſancti Spiritus infuſione firmatas, callidis ſuggeſtionibus, verbo, & opere impugnare, nouaſque ſectas, rituſqoe prohibitos, & a Chriſtiana veritate diuerſos, quos ſaltem in priuato ingerunt, & perſonis indoctis prædicant adinuenire, animaſque fidelium tanquam miniſtri ſathanæ a veritate auertere, in perditionemque deducere moliuntur. Nonnulli vero alij etiam illic degentes, a quorum oculis ſimiliter Dei timor abſceſſit, inuocationibus, carminibus, & * coniurationibus ſuperſtitioſis, ac magicis & nefarijs artibus inſeruiëtes, ſuis illuſionibus illos ex Chriſtiano populo, quos ſimplices & incautos eſſe cognouerint, ſecum participare, & a ſuo Creatore deuiare, eorumqne fallaciſſimis artibus inſordeſcere docent, ſuadent, & pro poſſe inducunt, in animarum ſuarum periculum, pernicioſum exemplum fidelium, & ſcandalum plurimorum.

De Chriſto & B. Virgine blaſphema ſingunt.

* Adiurationibus Magicæ artes ab alijs propagata.

91 Nos igitur, qui pro tuitione fidei catholicæ, ad exterminandas hæreſes huiuſmodi potiſſime peſtiferas atque damnabiles, maieſtatem Altiſſimi offendentes, ſi diuinam effugere volumus vltionem, totis niſibus aſſurgere; & animarum periculis obuiare tenemur, præmiſſis (quæ adeo manifeſta dicuntur, vt non poſſimus, nec debeamus ſub diſſimulatione inulta præterire) ne eorum contagione quotidie ſerpendo, alios fideles inficiant, ac ſiniſtros caſus parturiant, vel euentus, de opportuno remedio prouidere cupientes, ac omnes & ſingulas cauſas, etiam per appellationes ad nos interpoſitas, coram quibuſuis prælatis, auditoribus, aut iudicibus, tam in Romana curia, quam extra pendentes ad nos aduocantes, tibi qui etiam cauſarum palatij apoſtolici auditor exiſtis, & de cuius integritate, prouidentia, & probitate fiduciam gerimus in Domino ſpecialem, per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ad extirpationem præmiſſorum & quorumcunque aliorum errorum, hæreſum, ac prauitatum in eiſdem ciuitatibus, & diœceſibus, ac etiamſi fuerit expediens in ciuitate, & diœceſi Veronenſi & terra, ſiue oppido Cremæ Placentinæ, Laudenſis & Cremonenſis diœceſum vigilanter inſiſtens; poſtquam cum locorum ordinarijs, & inquiſitore hæreticæ prauitatis in illis partibus deputato; ſi tibi expediens videatur ſuper præmiſſis conſilium, & plenam informationem habueris, contra omnes & ſingulas vtriuſque ſexus, tam eccleſiaſticas, quam ſæculares perſonas cuiuſcunque dignitatis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui huiuſmodi damnabiles errores ſonere, ſeu aſtruere, vel defendere, ſeu alias ſequi præſumunt, aut earum fautores, receptores, & defenſores, ac ſequaces, & contra nouarum ſectarum & rituum inuentores, ſectatores, ac eos, qui palam, & in priuato, aliud contra fidem catholicam dogmatizant, & generaliter contra quoſcunque, qui fidei noſtræ orthodoxæ maculam non habenti, publice, vel occulte contradicunt, & ab ea deuiant, vt præfertur, omnium perſonarum acceptione ceſſante, prout canonicæ ſanctiones, & ſanctorum patrum inſtituta perſuadent, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, vſque ad definitiuam ſententiam & illius executionem incluſiue auctoritate noſtra procedas; nec non perſonas ipſas, ad locum tutum, in quo huiuſmodi hæreſes, crimina, & errores libere examinare valeas, cites, ac illas ex perſonis ipſis, quas per inquiſitionem dictam culpabiles ac erroribus & criminibus implicatas fore, ſiue alias prauitates huiuſmodi exercuiſſe, & exercere repereris, punias iuxta eorundem delinquentium demerita, & exceſſus, ac eorundem canonum inſtituta; nec non eccleſiaſticas perſonas quibuſuis dignitatibus, honoribus, officijs, & beneficijs eccleſiaſticis, niſi hæreſim huiuſmodi alias per eos non abiurauerint, prout iuſtum fuerit priues, omnique honore & dignitate exuas clericali, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLVII. *quarto kal. nouembris anno tertio.*

Præſules ijs excidendis dare operã iuſſi.

Iudiciariæ ſeueritas exerceri iuſſa.

92 In Anglia quoque Reginaldus Pekopius in hæreſim lapſus, quatuor articulos ex ſymbolo eradere auſus eſt, quem tamen reſipuiſſe narrat Nicolaus Harpsfeldius [b], ait enim: *Ex epiſcopis neminem reperio qui ſe Vvicleffianis hæreſibus hoc ſæculo implicuit præter Reginaldum Pecokium Ciceſtrenſem, qui præter Vvicleffi dogmata, quibus erat irretitus, quatuor articulos ex ſacroſancto ſymbolo ſuſtulit: ſed ſubductis tandem melius rationibus coram archiepiſcopo Cantuarenſi & alijs ex clero errores illos ſuos agnouit & deteſtatus eſt, & palam apud diuum Paulum Londini illos reuocauit: qui epiſcopatu ſpoliatus priuatus poſtea vixit. Libri autem eius, quibus dogmata illa ſua aſperſit tum Londini, tum in Oxonienſi academia vulcano commiſſi ſunt.*

a Chron. Scalæ & ex eo.
b Harpſeld in hiſt. Vvicleſ. cap. 26.
Id. Harpsf. ib. Reginal Pecokius epiſc. Laceſtr.
Damnata hæreſes.

93 Abſoluimus hunc annum Calliſti edicto, quo vetuit lapides & marmora ex baſilicis vrbis detrahi, inſtaurauitque [c] Eugenij IV. & Nicolai V. ſancita, quibus anathema incuſſum erat ea vetera decora ex eccleſijs rapientibus, & ſacrorum inſtitutum locis, ad quæ transferrentur, indictum, ac præterea mulctam viginti quinque aureorum impoſuit.

Marmora ex eccleſijs extrahi vetita.
c Lib. 12 pag. 36.

IESV CHRISTI
Annus 1458.

CALLISTI PP. III. annus 4. FRIDERICI III. ROM. REGIS 19.

1 ANno Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo indictione ſexta Calliſtus vniuerſa Chriſtiani orbis regna apoſtolico complexus ſtudio, dum religionem a Turcica ſuperſtitione vindicare, Chriſtianumque nomen latius proferre molitur, præcipuas curas in regnum Hungariæ conuertit. Arſerat quidem illud inteſtino bello poſtquam Ladiſlaus Rex Ioannis Huniadis filios Ladiſlaum comitem ſupplicio affici, ac Matthiam in vinculis eſſe iuſſerat: Michael enim Zilagius horum auunculus generoſi ſpiritus animique princeps, indignam nepotum ſortem vlturus, Tranſiluaniam contracto exercitu occuparat [d], & turbas graues inuexerat; demum vero extincto anno ſuperiori Ladiſlao Hungariæ ac Bohemiæ Rege Michael Hungaricum regnum, vt Georgius Podiebratius Bohemicum adminiſtrandum ſuſcepit, celebratiſque ordinum regni comitijs, perſuaſit Hunga-

Michael Zilagius in Ladiſlaum Regem rebellat.

d Thuroſ. chro. c. 61
Occupat Tranſyluaniam.

garis, vt cum Ioannes Huniades Pannoniam ab irruentium Turcarum tyrannide eripuiſſet, ad rependendam illi gratiam ipſius filium Matthiam eueherent ad regium ſolium, qui paterna imitatus exempla patriam contra hoſtes tutaturus eſſet; nec diſſenſere Hungari, cum in omnium pectore vigeret Huniadis memoria, eorumque ſtudia in filium ob acceptam indigne calamitatem proniora eſſent. Communibus itaque ſuffragijs Pannoniæ Rex Matthias renuntiatus a eſt, cuius rei non obſcura præſagia ediderat B. Ioannes e Capiſtrano dum quoties cum Huniadis filijs Ladiſlao & Matthia obambulabat, maiorem natu Ladiſlaum a ſiniſtris, a dextris alterum, cui Hungarica corona erat reſeruata, præter morem collocaret b. At qui vocabatur ad ſolium Matthias, aſſeruabatur in carcere, atque ex Viennenſi cuſtodia Pragam abreptus fuerat Georgij Podiebratij aſtu & improbitate; quippe cum ſciret Viennenſis arcis præfecto imperatum fuiſſe a Ladiſlao Rege, ne Matthiam laxaret vinculis, etiamſi regio nomine poſtularetur, niſi literas arcano ſigillo obſignatas acciperet, Ladiſlai ſigillum ſubripuerat, eoque literis obſignatis Viennenſes cuſtodes deluſit, adduxitque Matthiam c in Bohemiam, vt pro eo liberando ingentem auri vim abraderet. At Calliſtus cum Matthiam ipſum in Bohemico verſari carcere didiciſſet, & ad Hungaricum ſolium vnanimi ordinum conſenſu vocatum, mox apoſtolica intendit ſtudia, vt ille vinculis abſolueretur, ac Ioanni Caruial Cardinali legato præcepit d, vt pontificio nomine ad id perficiendum incumberet,

a S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 16. §. 1. Aen. Sylu. hiſt. Bohē. cap. 61. Thuroſ. chro. c. 63. Ranz. in indice 28. Cochl. hiſt. Huſſ. l. 10. Dub. l. 30. Bonfin. dec. 3. l. 8. & alij.

Matthias Io. Huniadis filius Rex Hungariæ renunciatus. Prædictum illud fuerat a S. Io. Capiſtrano. Georgius Podiebratius correptum Bohemiæ regno Matthiam ſeruat in vinculis. Nauat a Calliſto pro illo liberando opera.

b Vvadding. an. 1456. nu.

Cardinali S. Angeli legato.

2 Dilecte fili, &c. Ad grauiſſimas curas, quibus pro defenſione fidei orthodoxæ iam a principio aſſumptionis noſtræ ſine intermiſſione dies noctesque grauati ſumus, acceſſit quod nos inenarrabili dolore affecit, vt in regno Hungariæ tot turbulentiæ & tempeſtates ſubito ortæ ſint, vt inteſtina ipſius regni mala non mediocrem turbationem proſecutioni huius felicis impriſiæ attulerint. Notum eſt circumſpectioni tuæ, quam grauiter tulerimus caſum filiorum illius inuicti & glorioſi militis Chriſti Ioannis de Huniad vayuodæ, & quam impenſe curauimus, vt ſcandala, quæ exurgere videbantur, ceſſarent: videbamus enim quantum audaciæ ea turbatio allatura eſſet peſſimo Turco, ſi regnum illud diuiſum & diſſenſionibus implicatum cerneret, cuius occupandi diuturna libido & rabies eum tenuit, & quo inito & ad reſiſtendum parato peſſimum ſuum propoſitum fruſtrari ſciebat, prouidit Omnipotens, non meritis hominum, qui (quantum in illis fuit) haud multū reliquerunt, quin hoſti ſæuiſſimo aditum ad extremam cladem Chriſtianitatis patefacerent: ſed ſua clementia & pietate non eſt paſſus tantum mali in ſuum populum redūdare. Nos vero dilecte fili (ne præterita quæ tibi ſatis nota ſunt recenſeamus) percupimus, vt liberetur dilectus filius nobilis vir Matthias dicti Ioannis de Huniad filius, qui poſt necem alterius fratris a Rege Hungariæ in vincula coniectus, nunc poſt dicti Regis obitum a Iuerzichs gubernatore regni Bohemiæ aſſeruatur, & in carceribus manet. Credimus enim ipſius Matthiæ liberationem ad pacem & tranquillitatem illius regni, & vſum fidei Chriſtianæ ceſſuram, cum (vt ſæpe audiuimus) iuuenis ſit clarus, & qui paternis veſtigijs haud dubie inhærebit: quapropter circumſpectioni tuæ committimus & mandamus, vt hanc toto pectore amplectaris, parteſque noſtro nomine tuas diligenter apud quos opus eſſe videbis interponas, & nuntijs, literis, ac interceſſionibus opportunis agas auctoritate noſtra, vt nihil prætermittatur, quod pro conficienda re videbitur neceſſarium, etiam, ſi opus fuerit, te ad eos conferendo, qui ope, auxilio, conſilio, vel poteſtate vſui eſſe videbuntur. Quod ſi propter vrgentiores occupationes tibi commodum non eſſet accedere; volumus vt per venerabiles fratres noſtros Vvaradienſem & Vvacienſem epiſcopos, qui ſua ſponte ad hoc ſatis, vt intelleximus, animati ſunt, omnia pro huiuſmodi liberatione opportuna tractes & conficias, &c. *Dat. die* IX. *februarij* MCCCCLVIII. *anno* III.

Eius ad legatū apoſtolicum.

c Ranz. in ind. 30. & alij.

d Lib. 1. breu. pag. 151.

Inſignis de Matthia præconio.

3 Apoſtolici legati ac Pannoniæ ordinum precibus adductus Georgius Podiebratius, felicemque Matthiæ ſortem miratus, eum ex cuſtodia educere decreuit; quem tamen ad rerum ſuarum amplitudinem firmandam adegit a, vt affinitatem cum ipſo, ducta in vxorem Catharina filia, paciſceretur; atque ita ſibi deuinctum cum ornatiſſimo comitatu in Hungariam demiſit, vt delato ſceptro potiretur. Creditum vulgo eſt Ioannis Huniadis virtutem in filio merito præmio affectam fuiſſe: ac Pontifex (qui Huniadem, ſi vitæ ſuperſtes manſiſſet, inſignire, vt vidimus, diademate conſtituerat, vt extremum pene periculum, quod Pannoniæ, immo & reipublicæ Chriſtianæ imminebat propulſaret; dumque aduerſos caſus, quibus eius familia proſtrata fuerat audiuerat, ſæpius aperte pronuntiarat, Deum inuicti ſui militis Huniadis poſteros ad ſummum gloriæ apicem euecturum, laniatæq; inteſtinis diſſidijs Hungariæ calamitates planxerat) vbi in eodem regno redintegratam pacē, & Matthiam e vinculis ad ſceptrū vocatū accepit; palā magis ex ingenti lætitia prædicauit Huniadis virtutes, ac Deum ob illius merita filium ad regios apices extuliſſe affirmauit; de quibus hæc ad Cardinalem S. Angeli ſcripſit. b

Matthias carcere emiſſus.

a Ranzan. ind. 30. Dubrau. lib. 30. & alij.

Huniadis poſteri ob rem Chriſtianam defenſam regia dignitate donati.

Cardinali S. Angeli A. S. L.

4 Immortalis Deus miſeratus populum ſuum non eſt paſſus regnum illud, in quo tot certatim turbulentijs obortis ſol propemodum lucere deſijſſe videbatur, in tantis iacere & caligare tenebris, ſed ſua clementia & inenarrabili pietate afflictis rebus eum reſtituit Regem, quo neque commodior quiſquam propulſandis periculis fidei orthodoxæ, neque in quem omnium Hungarorum ſtudia magis accenſa eſſe potuiſſent: illi quidem (vt cætera omittamus) quæ ampla ſunt, quæ ad capeſſendum fidei defenſionem eum non ſolum animare, ſed acriter excitare debent, propoſitus eſt ſtimulus paternæ gloriæ, & veneratio genti Hungarorum ingeſta ex tot rebus, quas ductu illius clariſſimi ducis feliciſſime pro fidei tutela geſſerunt. Itaque credibile eſt animam ipſius inuicti athletæ, [nimirum Ioannis Huniadis,] quam in æternam ſedem pro ſuis meritis haud dubie receptam eſſe confidimus, exoraſſe immortalem Deum, vt patriam & regnum illud, pro quibus ipſe tot annos indefeſſe pugnaſſet, & a quibus tot inſignibus cladibus, Turcorum auertiſſet furorem, non pateretur domeſticis diſſenſionibus lacerari, ſed ſuis eximijs factis eum daret ſucceſſorem, qui ab ipſo non degeneraret, tutelamque Chriſtiani nominis ea conſtantia ſuſciperet, quam ipſe cum ſumma gloria antea ab ineunte ætate ſuſcepiſſet, & ſuſceptam nunquam niſi cum vita ſimul amiſiſſet. Quapropter ex tanto beneficio merito diuinæ clementiæ gratias agimus: *Et infra*. Solebamus dicere dolenter, audiendo de infortunijs procuratis ab inuidis & æmulis, ne dicamus ad dolendum, maculandum, & offuſcandum inclytam domum illius dicti militis Chriſti, eius filium vltimo ſupplicio damnando,

b Lib. 1. breu. pag. 163.

Egregia Calliſti de caſu enarrando ſententia.

Digitized by Google

do, alium capiendo, matrem, & progeniem grauibus perſecutionibus proſtratis, vt euulſis vepribus exaltaret, & in quiete poneret, cum Deus miſericors pro ſuis ſit faciens mirabilia ſolus, & hoc publice, & priuatim a diu prædiximus, vt hic & alibi eſt notum, quid enim mirabilius, quam eius filium ab Hungaris in Regem vnanimiter eſſe electum; quod admirabile eſt.] Repetita ᵃ eadem a Calliſto fuere in literis datis ad Elizabetham Huniadis viduam, quæ filio ad ſolium euecto ſedi Apoſtolicæ ſtudia & obſequia ſua addixerat.

Prædicta a Calliſto Matthiæ e carcere in ſolium euectio.

ᵃ Ibid. pag. 176.

5 *Calliſtus, &c.* Certiſſimam ſpem ſemper habuimus prædicauimuſque palam, quod Deus omnipotens in ſuis iudex & miſerator non pateretur domum præfati Ioannis in tantis tenebris iacere: ſed eam erigeret, & propter merita illius, quæ orbi nota ſunt, ad lucem claritatemque reduceret. rata fuit prædicatio noſtra, & vidimus repentinam mutationem diuino myſterio factam, cum vno eodemque tempore filium tuum illuſtrem Matthiam in Regem, & Michaelem fratrem in gubernatorem regni iſtius electos fuiſſe vidimus, ex quo nemini dubium eſſe poteſt, immortalem Deum ſuam in hoc admirabilem potentiam oſtendiſſe in oculis cunctis: nemo tamen diuinæ voluntati reſiſtere valet. Nec dubitet aliquis quin anima præfati genitoris ſui cum alijs concomitantijs a piiſſimo Deo omnium bonorum remuneratore hoc de filio ſuo obtinuerit, & ſit exaudita, & ita addendo prius per nos dictis hæc vera & multa alia hic & vbique ad animandum cunctos dicimus & prædicamus, &c. *Dat.* XV. *martij anno* MCCCCLVIII. *pontificatus noſtri anno* III.

6 Explicuit conceptam illã ex Matthiæ ad regios apices vocatione lætitiam Calliſtus literis ᵇ ad nouũ Regẽ miſſis, in quibus primum expoſuit magnas ſe ſupplicesque Deo fudiſſe preces pro illius ſalute & amplitudine, dum ſuperiores calamitates, quibus Huniadum domus oppreſſa erat, acceperat, poſtea vero egiſſe Deo, qui illum ad tantum euexiſſet faſtigium gratias: neque ambigere ſe vllatenus, quin cœleſti munere orbi Chriſtiano datus eſſet ad Mahometicam ſuperſtitionem excindendam: parentis itaque virtutes pie æmularetur; frangendas eſſe Turcarum vires, recuperandam Conſtantinopolim, Palæſtinam liberandam: arridere rei gerendæ occaſionem, pluries Scanderbegum in Macedonia, legatum apoſtolicum in mari Turcas deleuiſſe: reſpueret igitur oblatam a Mahomete pacem, in quem, donec vita ſupereſſet, bellum ſacrum vrgere, Regeſque incitare decreuerat: principum propterea oratores ad ſedem Apoſtolicam vocari, atque ideo, vt ſuos mitteret, cõſuluit, ac fœdere Imperatori ſe iungeret: Seruiam vero, quæ apoſtolico patrocinio a deſpota moriente concredita fuerat, ei commendauit.

ᵇ Ibid. pag. 166.

Calliſti ad illius matũ litera.

Matthiæ Regi Hungariæ illuſtri.

7 Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Cum grauiſſimæ curæ, quibus iam a principio aſſumptionis noſtræ affecti fuimus, acrius in dies vrerent ſenſus noſtros propter pericula, quæ populo Chriſtiano inſtare ex nefarijs conatibus peſſimi Turcorum tyranni videbamus, eoque vehementior eſſet anxietas noſtra, quod re in extremum diſcrimen adducta, ſummam Chriſti fidelium potentatuum negligentiam cernebamus, illuxit tandem feliciſſimus dies, quo te diuina pietate Regem Hungariæ electum eſſe percepimus, domumque tuam exaltatam, quod futurum & prædixeramus & credebamus, Deumque pro quo totaque Chriſtianitate bonæ memoriæ genitor tuus tam glorioſe ſtrenueque decertauit, minime paſſurum, vt domus tua calamitatibus offuſcaretur. Nuntio igitur huius tuæ electionis tanto gaudio elatum eſt cor noſtrum, tantaque lætitia repleti ſumus, vt vix dum conſtituere mente potuerimus vnde ſerenitati tuę potiſſimũ ſcriberemus, aut quibus verbis digne cõceptam lætitiam ſignificaremus, quę quidem tanta eſt, vt nullius lingua exprimi merito poſſit: immortali Deo gratias agimus, qui huius gaudij compotes nos fecit, teque ineffabili potentia ad illius inclyti & memorandi regni culmen euexit, vt eſſes, qui laſſis rebus ſuccurreres, & vt tua excellens indoles iam a pueritia omnibus pollicita eſt ſingulare ſpecimen probitatis & virtutum, ita ſuccedens felicitas expectationem hominum votaque compleret: in quo animi noſtri gaudia tanto aliorum lætitiam antecellunt, quanto acriores erant ſtimuli ſolicitudinum, quibus propemodum ſoli præ omnibus pungebamur; & quanto hoc ipſum diuina fiducia repleti expectabamus prænunciationem quandam pectoris noſtri impletum iri, & fore, vt omnipotens brachium extenderet ſuper plebem ſuam: etenim de tua ſerenitate, vt debemus, cogitantes, tuamque felicem promotionem iucunda conſideratione animo reuoluentes, credimus haud dubie ex hoc iam fructum orationum & lachrymarum noſtrarum percepiſſe, teque cœleſti munere quaſi diuinum aliquem hominem non ſolum iſti regno, ſed vniuerſo orbi Chriſtiano miſſum eſſe, qui regni ipſius florida ætate gubernacula exorſus, ſublatis inteſtinis ſeditionibus, animum adhibeas ad glorioſum certamen Mahometicæ ſectæ exterminandæ; in quo cum ineffabilis fuerit & ſit ardor mentis noſtræ, nullaque alia acrior pectori cura inſideat, omnes exiſtimare poſſint quanta ſit noſtra lætitia, cum te tali tantaque indole & expectatione opportuniſſimo tempore rebus Chriſtianis cœlitus accommodatum eſſe videamus. Equidẽ cum patris tui inuictiſſimi militis & athletæ Chriſti nobis in mentem cogitatio venit, cuius æterna ſunt in vniuerſam Chriſtianitatem fœlicium geſtorum monumenta, æterna laus, & præconium; exiſtimamus poſt illius lugendam mortem te alterum illius regni firmum columen & præſidium eſſe futurum, & eo firmius quo ante oculos patris ipſius tui gloria propoſita eſt, quã non dubitamus ſerenitatem tuam eſſe non adæquaturam ſolum, ſed omni conatu ſuperaturam: quod eo facilius tibi erit, quo maior eſt tua, quam illius fuerit fœlicitas, & tu Rex, ille miniſter regni fuit.

Alia ad Matthiam ipſum data.

Federe pio ea ad Deum Calliſtus plures lachrymas.

Propoſita excindendæ Mahometicæ ſuperſtitionis gloria.

8 Quare ſerenitati tuæ, nobis, vniuerſæque Chriſtianitati congratulantes hortamur eandem, vt tantum animi concipiat pro fidei orthodoxæ defenſione & infidelium extirpatione, quantum eum Regem concipere decet, in quo quaſi diuino nutu creato omnium Chriſtianorum & præcipue noſtra fides collocata eſt. Non enim dubitamus immortalem Deum pati pietate ſerenitatem tuam directurum, vt eadem felicitate, qua iuueni tibi tantum regnum adminiſtrandum dedit, hoſtes fidei conteras, & æternam gloriam conſequare. Debellandi autem Turchi, & Conſtantinopolis non ſolum ſed Terræ ſanctæ recuperandæ, & ſectæ Machometicæ exterminandæ nunquam tanta occaſio aut opportunitas oblata eſt, cum poſt inclytam illam victoriam ductu patris tui Chriſtianis conceſſam, aliaſque tam per claſſem, quam in oriente cum legato continue tenuimus & tenemus, quam per dilectum filium nobilem virum Scandarbechum in Albania contra eundem Turcum habi-

Concepta de eo ſpes.

Plura a Scãderbegho & legato [illegible]

tas maxime attenuatæ ſint eorundem hoſtium vires, in quos ſi ſerenitas tua vires regni illius concitabit, procuľdubio victoria in manibus eſt. Oblationes vero & petitiones fœderum ſiue pacis, quam Turchi poſtulare dicuntur, omnino ſunt non modo ſpernendæ & reijciendæ, ſed nec audiendæ, abſitque vt tam pernicioſo exemplo ſerenitas tua animum inducat, vt apud ſe de pace aut fœdere cum hoſtibus Dei verbum fieri patiatur, quod abſque maxima offenſa Dei, tuaque, ac regni tui perpetua infamia, & ignominia fieri non poſſet, ſed ſtabilitis regni ipſius rebus in illos viriliter inſurgat, eoſque omni conatu exterminet.

Diuinam de Turcica expeditione conſilia niſi cũ vita dimiſſurū ſe Caliſtus profitetur.

9 Nos vero pro hoc ſancto opere, ad quod continue admodum accenſi ſumus, parati ſumus non modo facultates noſtras, & quidquid habemus, ſicut hactenus fecimus, conſumere; ſed etiam proprium ſanguinem effundere, nec vnquam niſi cum vita hanc diuinam impriſiam dimittemus, pro cuius proſecutione continue maiores facimus apparatus, claſſem eandem noſtram orientalem, quæ non mediocriter huic impriſiæ vtilis eſt, continuis ſubſidijs ſuſtentando, roborando, & augendo, conuocauimuſque Imperatoris & vniuerſorum Regum, principum, & potentatuum Chriſtianorum oratores ad nos, vt conſilia & auxilia opportuna de proſecutione impriſiæ præfatæ contra Turcum capiamus, quorum aliqui ad nos iam venerunt, tuaque ſerenitas non differat ſuos ad nos etiam mittere, quemadmodum tuo prædeceſſori, quas tibi præſentari præcipimus, per noſtras literas mandabamus; ſtudeatque tua ſerenitas maxime pro tuis fidei & Chriſtianitatis negotijs taliter ſibi Imperatorem & alios principes Alamanniæ conciliare, vt eiſdem fidei negotijs omni ex parte conſulatur.

Boſna Hungaro commendata.

10 Poſtremo, quamuis neceſſarium non putemus, tamen ex corde & animo commendamus ſerenitati tuæ dilectam in Chriſto filiam relictam deſpoti, eiuſque fratrem, & totum dominium illud, vt tua gratia & humanitate eos foueas, & in cunctis tuearis & defendas, quos nos ſimul cum dicto dominio ſub noſtra & B. Petri protectione ſuſcepi per legatum noſtrum mandamus; ipſi autem legato noſtro, quem ſcimus ſtatus tui fore amantiſſimum, pro tua erga nos & ſedem Apoſtolicam deuotione & reuerentia, ac pro fidei negotijs, quæ ardentiſſime proſequitur propitium & benignum te in omnibus præbeas, & in referendis noſtro nomine fidem ei habeas tanquam nobis. *Dat.* XIV. *martij* MCCCCLVIII, *anno* III. De eadem electione gratulatus, eſt Pontifex Pannoniæ procerum ordini, Michaeli Zilagy [b] regiæ procuratori, Cardinali Strigonienſi [c], vtque ad ſacram expeditionem conficiendam incumberent hortatus eſt.

a Ibid. pag. 167. b ibid. pag. 168. c Ibid. pag. 165. d Ibid. pag. 169.

11 Dedit etiam legato mandata [d], vt Matthiam ad pangendum cum Friderico Imperatore amicitiæ fœdus adduceret, neque inducias cum Mahomete ab Hungaris iniri ſineret, cum ex ijs infideles collecturi vires eſſent in Chriſtianos; principum vero, qui ad ſacrum bellum excitati erant, ardor refrigeſceret; quæ imperia alijs repetita literis [e] XXIII. maij exaratis: *Curam*, inquit, *adhibeas, vt Rex & gubernator præfati chariſſimos in Chriſto filios noſtros Imperatorem & Reges Poloniæ, Boſnæ, cæteroſque Chriſtianos potentatus illarum partium ſibi conciliare, & optimam cum eis concordiam habere ſtudeant, vt vnitis viribus firmis & cum maiori potentia progredi poſſint in excidium deteſtandi generis Machometi.*

e Ibid. pag. 168. Hungarum Boſnenſem & Germanos ad ſacrū bellum ſolicitat.

Cum itaque id maximi referret ad res Chriſtiani imperij firmandas debilitandumque hoſtem, Calliſtus curas, vt id perficeret, omni ſtudio contendit: & quod Ioanni Caruial Card. legato commendarat, etiam Eliſabethæ Reginæ [a] & Michaeli Zilagy [b] regni Hungarici præfecto, tum Cardinali [c] Strigonienſi enixe commendauit: *Duabus*, inquit, *rebus admodum anxij & ſolliciti ſumus; optamus enim pro fœlici obtinenda victoria de perditiſſimis Turchis, vt inter Imperatorem & Regem Hungariæ, & alios iſtarum partium principes Chriſtianos ſit vnitas, bonaque concordia & pax: ſecundo quod ab eiſdem principibus nullæ conditiones pacis ſeu treuguarum cum Turco acceptentur.* De eodem ad epiſcopum Vvaradienſem, qui in regia Hungarica pollebat auctoritate hæc ſcripſit Calliſtus [d]: *Per eos, nempe Chriſtianos, nullæ conditiones pacis ſeu treuguarum, quæ non niſi inſidioſæ eſſe poſſent, cum perfido & nefario Turca acceptentur prout eiſdem principibus ſcribimus, & ſub interminatione anathematis & maledictionis perpetua prohibemus.*

a Ibid. pag. 176. b Ibid. pag. 175. c Ibid. pag. 174.

Inducias cum Turca pangi vetat.

d Ead. pag.

12 Expetebat Mahometes II. inducias cum Hungaris, vt eius belli cura vacuus vniuerſas vires in Aſiam aduerſus Vſuncaſſanum Regem Perſidis, a quo acri erat petitus bello transferret: quod cum non lateret Pontificem, qui Vſuncaſſanum ſpe ſacræ expeditionis a Chriſtianis in Turciam conficiendæ in Mahometem concitarat, principibus inducias eas admiſſuris anathema intentauit, ipſoſque ad bellum gerendum icto armorum fœdere vrſit, qua de re hæc ad Matthiam ſcripſit [e]:

e Ib. pag. 171. & 175.

Calliſtus, &c. Faciliimum erit ſi vnitas & concordia inter Chriſtifideles potentatus ſit, & collocatis viribus hanc ſanctam expeditionem proſequantur. Hortamur tuam celſitudinem, quam non dubitamus in hoc diuino opere fore feruentiſſimam, vt vnire & conciliare ſibi velit Imperatorem, Regem Poloniæ, Regem Boſnæ, cæteroſque iſtarum partium Chriſtianos principes, ac cum eis pacem, concordiam, & vnitatem habere, & mutuum inſurgere in hoſtes crucis, in quorum totale exterminium omnibus facultatibus pergas, nec eorum fallaces & inſidioſas poſtulationes pacis & fœderum admittas, ſed aſperneris & abijcias: & ita celſitudini tuæ auctoritate Dei, & ſub anathemate & maledictione æterna præcipimus & mandamus, non enim pax petitur ab illis, quam inſita animis perfidia nunquam ſeruarent, ſed obtentu pacis occaſionem ſibi parare tentant, vt improuiſos & inopinatos Chriſtianos adoriantur, & ſitim expleant ſanguine Chriſti fidelium, &c. *Dat. die* XIII. *maij* MCCCCLVIII.

13 Præcepit pariter Calliſtus [f] obiecta ſacrorum interdictione Caſimiro Regi Poloniæ, vt inducias a Turca oblatas reſpueret; cauſaſque addidit iam a nobis indicatas, cum nimirum inde hoſtis arrogantia magis augeretur, ac deinde occaſionem ad opprimendum Chriſtianum nomen aucupaturus eſſet. Adiecit vero adhortationem, vt armorum ſocietatem cum Hungariæ Rege atque Imperatore conflaret ad fidem cultumque Chriſti latius circumferendum, ad quod Caſimirus regijs literis, egregie ſe comparatum profeſſus erat.

Regem Polon. inducias cum Turca facere vetat. f Ead. lib. breu. pag. 171.

Regi Poloniæ.

Chariſſime in Chriſto fili, &c. Delectarunt

nos

Digitized by Google

nos mirandum in modum literæ, quas ad nos miſiſti, ex quibus intelleximus tuam ſingularem laudandamque deuotionem erga nos & Apoſtolicam ſedem: offers enim te obſequentiſſimum ad ea, quæ nos & ſedes Apoſtolica ordinabit, maxime ſi negotia fidei & factum perditiſſimi perfidique Turchi concernant, ob quod tuam ſerenitatem plurimum in Domino commendamus, eique benedicimus, hortamurque eam, vt in huiuſmodi deuotione & ſancta voluntate firmo conſtantique ſit animo, & Deus omnipotens, qui quos vult humiliat & exaltat, ſtatum tuum de bono in melius ſecundabit. Quod in præſentiarum a tua ſerenitate petenda eſſe exiſtimamus duo præcipua ſunt, vnum eſt, vt te omni beneuolentia & charitate cum principibus Chriſtianis tibi finitimis, & præſertim cum Imperatore & Rege Hungariæ te iungas, eoſque tibi concilies. Secundo, vt pacis ſeu treugarum faciendarum cum perfido Turco conditiones nullas accepres; ſed ne verbum quidem de eis faciendis patiaris fieri, idque ſub anathematis & maledictionis perpetuæ pœna tuæ ſerenitati præcipimus: nam inire fœdera, aut firmare inducias cum hoſte Chriſtiani nominis nil plane aliud eſſet, quam formidinem quandam & deſperationem oſtendere, ex quo duo Chriſtianitati pernicioſiſſima ſequerentur, vnum quod idem perfidus Turcus longe altius erigeret cornua ſui deteſtandi furoris; arbitraretur enim ſe nactum opportunitatem opprimendi Chriſtianitatem, ad quod toto poſſe anhelat: nec credendum eſt, quod alia de cauſa inducias huiuſmodi petat, niſi vt earum obtentu incautos & inopinatos Chriſtianos inuadat. Alterum quod, ſi Chriſtiani potentatus, qui aſſiduis implorationibus noſtris ad hoc diuinum certamen continue magis excitantur, intelligerent pacem aut inducias cum hoſtibus fidei initas eſſe, e veſtigio eorum animi telangoerent, & torpeſcerent corda bene diſpoſita: quocirca ne tam pernicioſa fiant omni ſtudio & conatu procures obuiare, reiectis quibuſuis oblationibus & pollicitationibus perfidi hoſtis, qui vt eſt omni feritate & rabie accenſus, ad effuſionem ſanguinis Chriſtiani ita inſidioſis illecebris & fallacibus oblationibus nititur decipere eos, quos ſuo nefario propoſito maxime obſtare poſſe cognoſcit. Melius itaque & laudabilius erit, ſi vires tuas excitaris, & vt catholicum Regem decet, cum chariſſimo in Chriſto filio Rege Hungariæ illuſtri, cæteriſque Chriſtianis potentatibus vnanimi conſilio & vnitis viribus in hoſtes fidei viriliter pergas, de quibus certiſſimam victoriam Omnipotens cõcedet. Significabit tuę ſerenitati noſtro nomine hęc & alia dilectus filius Io. Cardinalis S. Angeli in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legatus. *Dat die* XIII. *maij anno* MCCCCLVIII.

Cum Germanis & Hungaris pacem con... [margin note]

Turcicos dolos cauendos. [margin note]

14 Vetitos etiam plures alios principes anathematis intentata ſententia cum Turcis inducias pangere, ex literis ad epiſcopum Vvaradienſem iam ante oſtenſum eſt: id vnum enim moliebantur Turcæ, vt Chriſtianos inuicem ſegregatos opprimerent: atque ideo ijs in Hungaria, Polonia, Germaniaque torpentibus otio, partem copiarum miſit in Macedoniam ad obruendum Scanderbegum: qui tamen animo non defecit, ſed magnis cladibus inuicta virtute attriuit Chriſti hoſtes, atque inſtar munitiſſimi propugnaculi coercuit [a]. In medio huius belli ardore idem Scanderbegus Pontificem de omnibus certiorem fecit: cui Calliſtus animos, vt hoſtes contunderet, addidit & conſueta auxilia ſpopondit.

Turcæ diſſociatos Chriſtianos opprimere meditati. [margin note]

a Lib. 1. breu. pag. 140.

Georgio Caſtriotti Scanderberb Albaniæ domino.

Dilecte fili ſalutem, &c. Fuerunt apud nos, dilecte fili, oratores tui, quos ad nos miſiſti, quibus accurate & prudenter quæ a nobilitate tua in mandatis habent referentibus, intelleximus clades, quæ a ſæuiſſimis Tnrcis & tuis terris & partibus iſtis illatæ fuerunt & admirandam animi tui magnitudinem, quam contra eos, vt decet principem catholicum, ad compeſcendum eorum furorem adhibes, & labores continuos, quos propterea ſuſtines. Agimus Deo gratias, quod partibus iſtis, per quas quaſi per portam ad irrumpendum in Chriſtianitatem hoſti perfido & ſæuiſſimo aditus patere poſſet, te quaſi obicem & murum firmiſſimum ad reſiſtendum oppoſuerit, & hoſtem eundem, cum quo tibi conſerta manu ſæpe depugnare oportet, per te crebris cladibus cum tua maxima laude & gloria afficiat. Vtinam tui animi ex cæteris principibus Chriſtianis multos haberemus, non quidem pro fidei tutela tam anxij & ſoliciti eſſemus. Perſeuera, fili chariſſime, in deuotione, & in ſancto & ſalubri propoſito tuo: nam cum pro fide Chriſti certes, ſperare debes eum, cui nihil eſt impoſſibile, & fortia quæque paruis confundit, quod te non deſeret, ſed victoriam glorioſam de ſuis hoſtibus tibi dabit.

Calliſti ad Scanderbeghum literæ. [margin note]

Chriſtiani imperij propugnatorem eum eſſe collaudat. Plures Scanderbeghos Calliſtus optat. [margin note]

15 Nos vero, & ſi pro ſuſtinenda claſſe in partibus orientalibus & alibi, illaque roboranda & augenda vix facultates noſtræ ſufficiant, & alijs incredibilibus grauemur impenſis; tamen vt pro laboribus & periculis ſuſtinendis, quæ te cum tuis pene continue ſubire oportet, plus facultatis habere poſſis, facimus tibi ſubuentionem opportunam, & quam poſſumus quinque millium florenorum de camera, facturi maiorem in dies, vt ſperamus, vt ex tuis oratoribus præfatis, quibus ſuper præmiſſis fidem habebis, plenius intelliges.

Conuocationem, quam facimus oratorum Imperatoris, Regum, & principum Chriſtianorum ſuper proſequenda impriſia contra Turcum, iam tuæ nobilitati per alias literas ſignificauimus. Venerunt iam aliqui ex eiſdem. Speramus, Domino adiuuante, rem taliter ſucceſſuram, quod parabitur opportunum, auxilium ad proſecutionem huius feliciſſimæ impriſiæ per omnes partes. Sis igitur, vt es, animo forti & magno, nec te vlli metus terreant: nam Dominus erit protector tuus, qui vires tibi ſubminiſtrabit, vt cum ſumma tua laude & gloria victoriam de hoſtibus conſequaris. *Dat. die ſexta februarij* MCCCCLVIII. Hortatus [a] prætetea eſt Calliſtus Alfonſum Regem Aragonum, a quo commendatitias literas acceperat, vt auxilia illi ſubmitteret.

Ingentium ... auxiliorum ſpem facit. [margin note]

a lib. 3. pag. 140.

Calliſtus, &c. Ioteleximus, quanta affectione dilectum filium nobilem virum Scandarberch Albaniæ dominum nobis commendaris, quod nobis fuit iucundiſſimum, tametſi noſtra propria voluntate illum pro ſuis virtutibus & ingentibus factis, quibus non ſolum de nobis, ſed de vniuerſa Chriſtianitate optime meretur, arctiori, quam dici poſſit, charitate complectamur: videmus enim eum prope ſolum furori ſæuiſſimorum Turcorum quaſi murum quoddam firmiſſimum eſſe oppoſitum, qui ipſorum aditum præcludit, ne in Chriſtianitatem irrumpant: nec nos latet quot cladibus ipſe cum ſuis ſubditis affectus fuerit. [Paucisque interiectis de miſſa illi auri vi ſubſidiaria, addidit:] Hortamur ſerenitatem tuam, vt

Teſtatur Calliſtus prope ſolũ Scanderbeghum reſiſtiſſe Mahometti. [margin note]

ei-

eidem Scandarbech, vti etiam conſueuiſti, opportunis ſubſidijs ſubuenire, eumque tot anguſtijs circumſeptum adiuuare velis. *Dat.* VIII. *februarij anno* MCCCCLVIII.

16 Adorti interea ſunt Turcæ magno molimine Scandarbegum, cui opportunas ſupperias tulit a pontificio iuſſu Michael Borgia nepos Pontificis, ad quem ſcripta hæc in literis tertia die iunij exaratis: *Aduentus tuus ad Scandarbechum, qui conſtitutus erat in neceſſitate maxima, placuit nobis multum, quod opportuno tempore a nobis per te ſuccurſum habuerit, cum feceris id quod maxime ei opus fuit.* Partam autem de Turcis florentiſſimam victoriam a Scanderbego deſcribit pluribus Marinus Barletius b. Dum enim Aſiaticis rebus diſtineretur Mahometes, ducum qui limitem Macedoniæ inſidebant opera, Ameſam Scanderbegi nepotem, promiſſo diademate Epirotico, in illum concitauit, ratus Epirotas Turcicæ vis timore perterritos facile in eius fidem ac poteſtatem venturos: verum præcipuam illi exercitus curam non commiſit, ſed Iſaaco Romaniæ baſſæ: ne tamen ſine imperio prorſus eſſet quinque millia equitum eidem Ameſæ apoſtatæ tradidit. At Scanderbegus coactis vndecim armatorum millibus pulcherrimam victoriam de ijſdem baſſa & Ameſa, quem non trucidari ſed viuum capi iuſſit, reportauit: *Signa*, Barletij verba ſunt, *militaria præcipuæ magnitudinis & formæ viginti capta, homines viui mille quingenti: equorum ac reliquarum rerum incredibilis præda fuit, de numero occiſorum varia afferuntur, qui enim plus triginta millia cæſa referunt, qui vero minus viginti commemorant. De noſtris ſexaginta ſolummodo aut paulo minus deſideratos fuiſſe narrant. Tam amplam victoriam ſic exiguo pretio ſtetiſſe, ſed nec ipſe mirabilem nego, dummodo audientium aures rara hæc res omnino non offendat.* Eiuſmodi cladis Turcicæ aliqua præſagia præcurriſſe refert auctor, videlicet exeunte vere ſanguine pluiſſe, & innumeram vulturum & aliarum id genus auium, quæ ſordes cadauerum appetunt, Turcicum exercitum per eos dies ſuperuolitaſſe; quin etiam (quod humano caſui tributum eſt) ſigniferum Turcici exercitus offenſo equo maceriæ cadentis ruinis obrutum fuiſſe.

Hac porro clade depreſſus Mahometes, tum propter acceptam in Pannonia ignominiam nouoſque ex Myſia tumultus, pacem a Scanderbego petijt Meſſit Sanzachi opera, qui in acie captus plurimo auro libertatem redimebat, cui Scanderbegus hoc reſponſum dedit: *Fœdiſſimum omne amicitiæ genus vobiſcum reputamus, ſtantibus iam vndique Chriſtianorum iniurijs, tot cladibus, ac ſanguine adhuc recenti pio Græcia iam omnis ac Hungaricum ſolum madet, ſic ne Peloponeſiaci imperij iacturam hodierna pace compenſabimus? Sic ne nouam Belgradenſem victoriam ac Hungaricam gloriam nouis vobiſcum inducijs dehoneſtabimus? Habeat quæ poteſt ipſe Mahometes fœdera: nos armis ferroque cœptam ſemel pacem & otium quæremus.*

17 Ex captiuis Turcis nonnullos dimiſſos cum eorum duce refert auctor, aliquos Chriſtianam religionem amplexos in Epiro remanſiſſe, alios ad varios Reges, vt teſtes victoriæ, miſſos: *Tum Hiſpaniæ*, inquit, *tum Gallorum Regi præter captiuorum ſatmagnum numerum, equi & ſpolia omnis generis miſſa, atque ad alios identidem alia. Vrbs Roma fere ſicut fama ita ornamentis eius victoriæ repleta. Ita ſtatuerat pro virili Scanderbeghus totum pene orbem elegantia liberalitate ſibi deuincire. Adiunxit præterea bis binis legatos, & frequentes adhortationes ad concordiam, ac preces ſedulas, vt iam ex diutino ſomno expergiſcerentur, atque creſcentem ſibi in viſceribus peſtem, paulatim ad cor ſubire non paterentur. Dona in Apuliam, vt neque hoc omittamus, ad ſuum Alfonſum decreta ſpecioſi triumphi cuiuſdam formam præ ſe tulere. Ameſa etiam Neapolim ductus in carceribus iuſſu patrui in magna cuſtodia habendus.* Extincto paulo poſt Alfonſo reductus in Macedoniam Ameſa, & vita & libertate a Scanderbego eſt donatus: qui cum Conſtantinopolim ſimulata fuga petijſſet, vt vxorem ac liberos, quos dederat obſides redimeret, a Mahomete veneno extinctus fertur.

18 Cæterum Pontifex Michaeli Borgiæ dedit mandata, vt e Macedonia ad claſſem pontificiam reuerteretur, ad quam ſex naues commeatu onuſtas ſe mittere ſignificauit, ac breui alias quatuor triremes optime munitas ſubmiſſurum extant de eodem miſſo ſubſidio literæ a ad Ludouicum patriarcham Aquileienſem Cardinalem legatum in oriente, & pontificiæ claſſis præfectum: qui cum ob principum Chriſtianorum conceptam expectationem fallentium, neque crucis ſigna in Turcas ſequentium inertiam fatiſceret ſub legationis onere, neque arduum quid in hoſtem qui impigre vires omnes ſuas cogebat, gerere poſſet, a Calliſto excitatus eſt ad conſtantiam b, ac meliorum rerum ſpe confirmatus, Matthiam quippe Huniadis filium creatum Pannoniæ Regem inuictumque Chriſti pugilem futurum: Raſſiam ſedi Apoſtolicæ teſtamento relictam: ſedata Germaniæ diſſidia: Luſitanum Regem cum claſſe florentiſſima ſe ipſi coniuncturum; Batauos ſeptem naues optime inſtructas adducturos; neque Francorum & Aragonum Reges in mittendis auxilijs defuturos.

Calliſtus, &c. In Hungaria filius illius inuicti militis & Chriſti athletæ Ioannis vayuodæ nutu diuino Rex factus eſt, & eius auunculus gubernator, qui incredibiliter ad proſecutionem huiuſmodi negotij dicuntur eſſe animati, diſcordiæque & diſſenſiones priuatæ primatum in eodem regno & Alamanniæ ſedatæ ſunt, deſpotuſque Raſſiæ, qui nullo relicto herede mortuus eſt, terras ſuas Cardinali S. Angeli legato noſtro pro nobis & apoſtolica ſede tradi, & conſignari mandauit, &, vt credimus, iam illas nominibus prædictis accepit. Itaque Deus hanc rem ad habendum certam victoriam & recuperandam non modo Conſtantinopolim, ſed totam Terram ſanctam, quod noſtro tempore futurum omnino credimus, parat, & adaptat, & diſponit. [Interiectiſque pluribus, quibus mœrentem ſolatur, ſubijcit:] Quanto gaudio nos affecit & continue afficit dilectus filius Cardinalis S. Angeli, qui licet ætate grauis, ſic tamen in maximis laboribus pro fide verſatur! quos æquo animo ſuſtinet, & ſumma diligentia & & ſolertia in partibus legationis ſuæ ſubortas turbulentias ſedare curauit, & Chriſtifideles excitare non ceſſat in perditionem inimicorum crucis, nobis etiam, qui incitatiſsimi & ardentiſsimi ſumus, calcaria addendo. *Et infra:* Et ne credas, quod Rex Franciæ, Portugalliæ, & Aragonum, & cæteri potentatus rem iſtam negligant, vt in hac æſtate ſenties, &c. [Addit ex Hollandia ſeptem naues præfecto Antonio Ferrario vela feciſſe, quas miſſurus ſit, pergitque:] Et Rex Portugalliæ nunc de nouo nobis ſcripſit, ſe executurum viriliter & potenter nunc quæ obtulit contra Turchum: ſcimus enim ipſum claſſem fortem præparare, &c. *Dat.* XV. *martij anno* MCDLVIII. *pontificatus noſtri anno* III.

Ea-

a *Ibid. pag.* 174.

Napotem ad ferendas ſuppetias mittit.

b *Marin. Barl. l.* 9.

Scanderbeghi nepos in eum cũ Turcis coniurat.

Turcæ maxima ſtrage cæſi.

Præſagia cladis Turcicæ.

Mahometes pacem petit a Scanderbegho.

Heroïs reſponſum.

Miſſi ab eo ad varios Reges victoriæ teſtes.

Ameſa prædo ad Neapolim miſſus in vincula.

a *Ibid. pag.* 172.

Legatus apoſtolicus ad conſtantiam excitatus.

b *Ibid. pag.* 152.

Germanica & Hungarica diſſidia ſedata.

Raſſia a Rege teſtamento Pontifici relicta.

Digitized by Google

19 Eadem ſpe Calliſtus alijs literis a, legati animum redintegrare niſus eſt, ne claſſem ob incommoda, quæ patiebatur, diſſolueret.

a Ibid. pag. 56.

Calliſtus, &c. Vt tibi notum eſſe iam debet, conuocauimus oratores Regum: *Et infra.* Conſidera quanto feruore & perſeuerantia dilectus filius Cardinalis S. Angeli legatus in Hungaria & ad fines perfidi Turchi acquirendo terras deſpoti Raſsię defuncti pro nobis & ſancta Romana eccleſia omni timore poſtpoſito laboribus & periculis legationem ſuam exercet, impauide, viriliter, & potenter nos confortando continue ſuper impriſia iſta, & ad ſuſtinendam claſſem, & ſi non magnam, in partibus ipſis orientalibus. *Dat. &c.* III *aprilis anno* MCCCCLVIII. Cum vero increbreſceret fama Mahometem in Pannoniam irruptionem facturum, Pontifex Ludouicum Cardinalem vehementius eſt adhortatus b, ne claſsis imperium abijceret, atque etiam addidit, vt Cypro, quam Caramanus inuadere minitabatur, ſuccurreret.

Pro Raſcia eccleſiæ aſſeranda pugnatum.

b Ibid. pag. 175.

Caramanus Cyprijs intentat exitium.

Calliſtus, &c. Hortamur, tuam circumſpectionem, vt hoc tam neceſſario tempore, quo perfidum Turcum cum ingenti exercitu in Hungariam eſſe venturum aiunt, vbi etiam toto poſſe, vt eidem occurratur, laboramus. Velis legationem hanc noſtræ claſſis ſuſtinere, ne ex illius deſertione animoſior Turchus fiat. [Nonnulliſque interiectis de Cypria re, adiungit:] De perfido Caramano, quod Regi Cypri minetur dolemus; quid pro eiuſdem regni tutela claſſis noſtra poſſit efficere videat tua circumſpectio, & eidem ſuccurrat. *Dat.* XIX. *may anno* MCCCCLVIII. Sed de ijs hactenus nunc ad res Bohemicas traducenda eſt narratio.

Pannoniæ inſidiatur Mahometes.

20 In Bohemico interregno poſt Ladislai lugubrem obitum plurimi Reges ac principes ad ſolium Bohemicum aſpirarunt c, Francorum Rex Carolus, qui filiam Ladislao deſponderat, petijt a Bohemis, vt vel vni ex filijs, vel ei principi, cui filiam matrimonio iungerent, ſceptrum deferrent: Fridericus Imperator illud ad ſe vt ſupremum Bohemiæ dominum legibus deuolutum contendebat, cum Ladislaus ſolemni ritu ſe imperij fiduciarium non eſſet profeſſus, neque clientis officia exhibuiſſet: Caſimirus Rex Poloniæ vxori ſuæ demortui Regis Ladislai ſorori debitum diſceptabat: Potiori ſe iure niti affirmabat Guillelmus dux Saxoniæ, cum maiori natu Ladislai ſorori nupſiſſet: Sigiſmundus & Albertus Auſtriaci principes monebant Bohemos antiqui fœderis, quo erat ſancitum, extincta Regum Bohemorum ſobole, ex Auſtria principem petendum.

c Aen. Sylu. hiſt. Bohē. cap. 72. Papienſ. in comm. Cocl. l. 12. Nauler. vol. 2. gen. 49. Dubr. hiſt. Bohem. lib. 30.

Bohemicũ ſceptrum a pluribus principibus expetitum.

His omnibus opponebat ſe Ierſico ſiue Georgius de Cunſtad & de Podiebrac, vulgo Podiebratius, regni Bohemici adminiſtrator, artemque & vim iungebat, vt ſolium conſcenderet: cui fauebat Rokyzana, de cuius impietate ac peruicacia plura diximus ſupra, aut Regem profanæ ſuæ ſectæ deligendum, aut ſi nullus ex ea tanto faſtigio dignus cenſeretur, Hebræorum more populo Bohemico iudices præficiendos iactabat. Denique coactis regni ordinum comitijs quadrageſimali tempore Georgius partim alios ad ipſum renuntiandum Regem pellexit, partim coegit, cum & forum & pleraſque domos militibus compleri, & ſubtenſos laqueos intellectum eſſet; de qua electione hæc tradit Æneas Syluius d.

d Aen. Syl hiſt. Bohē. c. 72. & ex ipſo Cocl. hiſt. Huſſ. l. 12. & alij.

21 *Vbi dies conſtituta illuxit, auditis legationibus in conuentu procerum vtilitate regni diſcuſſa, Georgius Poggiebratius Rex pronuntiatur militiæ domique apprime clarus, cui ad res gerendas nec conſilium nec ætas deeſſet: ea res necati Regis maxime ſuſpicionem auxit. Ipſe ex oratorio primum, in ædem B. Mariæ, vbi Rochezana præſidet, ſolemni pompa deductus Deo gratias egit: ibique nouello Regi publica ſalutatio exhibita. Mira rerum mutatio, & nouus ſyderum influxus: duo potentiſſima regna eodem tempore Rege orbata ex nobiliſſimo atque altiſſimo ſanguine ad mediocris* * . . . *homines peruenere, ſic Deo placuit. Ludere fortunam dixiſſet antiquitas: nos diuinæ prouidentiæ cuncta tribuimus vtriſque Regis electiorem. Nonnulli vim adhibitam dicunt, neque iure valere quod metus extorſerit. Nobis perſuaſum eſt armis acquiri regna, non legibus.* Quibus verbis hiſtoriæ Bohemicæ finem impoſuit.

Georgius Podieb. Rex Bohemiæ delectus.

* ſortis

Porro queſtus eſt Pontifex, in ea Georgij ad regnum Bohemicum, tum in alia Matthiæ ad Hungaricum electione conſultum non fuiſſe, vt apoſtolica auctoritate celebraretur, cum eorum regnorum ſupremum imperium iuris eſſet Romanæ eccleſiæ: curas vero intendit, vt in Bohemia vetus religionis cultus refloreſceret; de quo hæc Ioanni Caruial Cardinali legato mandata dedit b.

Sine pontificia auctoritate Reges Hungariæ & Bohemiæ eligi non debent.

a Lib. 1. pag. 169.

b Ibid.

Calliſtus, &c. Satis miramur quod a multis, cum regna Hungariæ & Bohemiæ peculiarius ſint B. Petri, vt noſtri & antiqua geſta authentice docent, tam modica mentio facta fuerit mortuo Rege Ladislao ſuper prouiſione ipſorum regnorum de noſtra & ſedis Apoſtolicæ auctoritate; nobis enim & ſi grata ſit eorum felix concordia & bona expeditio nouæ prouiſionis ſiue electionis, non minus (maxime te ibi exiſtente legato de latere noſtro) conſeruare cupimus, & ex corde deſideramus noſtrum in præmiſſis & ſedis Apoſtolicæ decorem & ſuperioritatem, prudentiæ tuæ & prouidentiæ, prout tibi videbitur, & temporis qualitas expoſcit, remittendo: & labora quantum poteris ſuper reductione Bohemorum ad fidem, & vnitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, noſtramque ac ſedis Apoſtolicæ obedientiam: nam ſi vnquam ad eam rem efficiendam tempus aptum ſeu diſpoſitum fuit, hoc præſens eſt propter eum, qui in Regem electus fuit, quemque ad hoc inclinatum eſſe aiunt. *Dat. die* XIII *may anno* MCCCCLVIII. Non norat Calliſtus hypocriſim Georgij, qui vt firmaret ſolium, prætendebat laruam religionis ad catholicos ea ſpecie ſibi deuinciendos, ducendoſque ſub iugum: cum enim veteris moris & inſtituti eſſet, vt Bohemiæ Rex a Pragenſi archiepiſcopo, aut, ſi is deeſſet, ab epiſcopo Olomucenſi ſacro oleo liniretur, ac diadema acciperet, iam diu vero Pragenſis eccleſia paſtore vacaret, Olomucenſis autem præſul tantum deſignatus eſſet, nec dum ſacris pontificalibus initiatus, cæterique Germani epiſcopi illi ſe muneri ingerere detrectarent, Georgius in Pannoniam oratores miſit, qui a Matthia genero epiſcopos peterent ad regiam inunctionem, cæteraque perficienda. Miſſi itaque fuere Iaurienſis & Vacienſis epiſcopi, qui ritu veteri ipſum ante celebritatem ad obtemperandum Pontifici, colendam fidem orthodoxam, hæreſeſque excindendas ſacramento adegerunt, quibus de rebus hæc Dubrauius ſcriptis mandauit c.

Supremum eorum imperium ad ſedẽ Apoſt. ſpectat.

Pietas ſimulata a Podiebradio.

c Dubr. hiſt. Bohē. lib. 30.

22 *Poſtquam patuit Georgium præſeferre nolle niſi per oſtium, more videlicet aliorum Regum*

Chri-

Chriſtianorum in aulam regiam ingredi, præſtito prius iureiurando a Romano Pontifice Calliſto ſibi oblato, miſſi ex Hungaria ſunt a Matthia genero duo epiſcopi Iaurinus & Vaczodienſis in Bohemiam, qui munere illo coronandi fungerentur. Affuit & Prothaſius Olomucij electus, vt teſtimonium de iuramento perhiberet, iuramentum Latine primum recitatum palam fuit, dein vernacula lingua Georgio per regni cancellarium, vt vocant, perlectum: quo audito ſchedam ille in manus ſumit, nec dubitat in omnia illa verba, quæ ſibi concepta & ſcripta fuerant, ore ſuo iurare, obedientiam videlicet ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ in vnitate fidei, quam eadem Romana catholicaque & apoſtolica eccleſia profitetur, prædicat, ac retinet cuſtodire, & illam tueri & propugnare pro virili enixe velle, ac populum ſibi ſubiectum ab omnibus erroribus, ſectis, hæreſibus, atque ab alijs articulis Romanæ atque fidei catholicæ contrarijs reuocare, & ad ritum cultumque veterem reducere ac reſtituere.

Sacramẽta ſolita de colenda fide ab eo nuncupata.

Confirmat Dubranij dicta Matthias Hungariæ Rex, qui aliquot poſt annis, cum Georgius detracta fucatæ pietatis larua in hæreſi obſordeſceret, ad purgandum de miſſis epiſcopis errorem, damnandam Georgij perfidiam, ac periuria patefacienda publicis tabulis profeſſus eſt, ſe epiſcopis & proceribus ad illum regia inunctione liniendum profecturis dediſſe mandata, vt antea ipſum ad religionem catholicam pie colendam ſacramento obligarent; eiuſque iuriſiurandi a Georgio exacti & redditi formulam penes ſe, ne aliquo caſu interiret, in regio tabulario conditam ſeruare, cuius exempla publicorum tabellariorum fide & ſigillo firmata vulgauit, de quo in libro a priuilegiorum Romanæ eccleſiæ tabularij Vatican. & in m.s. Vallicellano b extat hoc regium diploma.

a Lib. priu. Rom. eccl. to. 2. pag. 237. & m.s. Vall. ſign. lit. B n. 12. pag. 194.

b

Litera Matthiæ Regis Hungariæ.

Matthiæ Hungar. Regis de eo publica litera.

23 Nos Matthias Dei gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Memoriæ commendamus omnibus præſentes literas inſpecturis, quod, cum in anno Domini MCCCCLVIII. dominus Georgius Rex, alias vero gubernator regni Bohemiæ, poſt electionem & regimen eiuſdem regni de ſe a regnicolis habitam, poſtularet a nobis certos epiſcopos & barones regni noſtri pro ſua coronatione mitti, nos id bona ratione vtile factu rati, certos idoneos epiſcopos & barones regni noſtri pro ea re miſimus: ne tamen tanquam immemores Chriſtianæ religionis cuipiam hæreſi faueremus, iniunximus, & mandanimus ipſis epiſcopis & baronibus, vt priuſquam dictus dominus Georgius Rex coronaretur, debitum iuramentum & literas de obſeruanda catholica religione & obedientia Romanæ eccleſiæ ab ipſo domino Georgio Rege exigerent; quod & exactum eſt. Quarum quidem literarum tenorem vna cum ſubſcriptionibus teſtium idoneorum & notarij publici de verbo ad verbum ſine diminutione & augmento aliquali, quoad omnes continentias, & clauſulas ſuas ad mandatum ſanctiſſimi noſtri ſummi Pontificis ſuperius inſeri fecimus, ac fideliter conſcribi, vt & forma iuramenti huiuſmodi, & teſtificationes deſuper factæ etiam ipſis literis abſentibus cunctis quorum intereſt, liquido pateat, originale autem propter viarum pericula & alias rationabiles cauſas apud nos retinentes. In quorum omnium præmiſſorum fidem præſentes literas noſtras ſecreto ſigillo noſtro impendente, ac ſubſcriptionibus, & ſignis duorum idoneorum notariorum publicorum in euidens teſtimonium veritatis conſignari fecimus. *Dat. in deſcenſu noſtro exercituali in oppido noſtro Samuria x. die menſis nouembris anno Domini* MCCCCLVIII. *regni noſtri anno* IX. *coronationis vero tertio.* Adiecta ſunt tabellariorum regiorum nomina & ſigna, quæ ſtudio breuitatis prætermittimus.

24 Quod ad formulam illius iuriſiurandi a Georgio nuncupari attinet; ea præfixa eſt eiuſdem Regis literis hiſce concepta a verbis.

a Eod. lib. priu. Rom. eccl. to. 2. pag. 236. & m. s. Vallicell. pag. 193.

Formula Sacramenti a Georgio concepti.

In nomine Domini, Patris ſcilicet & Filij & Spiritus ſancti. Amen.

Ego Georgius electus Rex Bohemiæ in proximo coronandus promitto, ſpondeo, polliceor, atque iuro coram Deo & Angelis eius in manibus patrum in Chriſto reuerendorum dominorum Auguſtini Iaurienſis & Vincentij Vvacienſis epiſcoporum, ac in præſentia venerabilium Prothaſij electi Olomucenſis, Pizibislai abbatis Lucenſis, item ſpectabilium & magnificorum ac egregiorum virorum Nicolai de Vvyllak vayuodæ Tranſyluani, Oſualdi de Rozgon comitis Syculorum Hungariæ, Zbinkonis Leporis de Hazemburg iudicis regni, Procopij de Rabenſterni cancellarij Bohemiæ regiorum baronum, ac Michaelis de ſancto Nicolao archidiaconi Neunogradienſis Vvacienſis, & Thomæ de Truthijs cantoris Iaurienſis eccleſiarum canonicorum decretorum doctorum, quod ab hinc & in antea & deinceps fidelis & obediens ero ſacroſanctæ Romanæ & catholicæ eccleſiæ, ac ſanctiſſimo domino noſtro domino Calliſto diuina prouidentia Papæ III. eiuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus, & eis obedientiam & conformitatem, more aliorum catholicorum & Chriſtianorum Regum, in vnitate orthodoxæ fidei, quam ipſa ſancta Romana catholica & Apoſtolica eccleſia confitetur, prædicat, & tenet fideliter obſeruabo, ipſamque catholicam & orthodoxam fidem protegere, tueri, & defendere volo toto poſſe, populumque mihi ſubiectum ſecundum prudentiam a Deo mihi datam ab omnibus erroribus, ſectis, & hæreſibus, & ab alijs articulis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ & fidei catholicæ contrarijs, reuocare & ad veræ catholicæ & orthodoxæ fidei obſeruationem ac obedientiam, conformitatem, & vnionem, ac ritum cultumque ſanctæ Romanæ eccleſiæ reducere & reſtituere volo & laborabo; daboque & adhibebo omnem diligentiam, vt omnia præſcripta compleantur toto meo poſſe & conamine ad laudem, gloriam, & honorem Dei, & ad exaltationem ſanctæ & catholicæ fidei. Sic me Deus adiuuet & hæc ſancta Dei euangelia manibus meis corporaliter tacta. In fidem autem, & teſtimonium omnium præſcriptorum, Ego Georgius electus Rex prædictus hic infra ſigillum meum bona & propria voluntate, & ex certa ſcientia appendi mandaui. *Dat. Pragæ die* VI. *menſis maij anno Domini* MCCCCLVIII. [Adiuncta ſunt teſtium ſuperiorum nomina, ac ſigilla, quorum poſtremus hæc verba a ſe lecta et audita teſtatur.

Chriſtianorum Regũ inſtituta ſe- qui pollicetur.

Damnat omnes hæreſes.

25 *Et ego Petrus natus Pauli Forgach de Gara clericus Quinqueeccleſienſis diœceſis publicus imperiali auctoritate notarius anno, menſe, die, & hora quibus ſupra indictione* VI. *pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Calliſti diuina prouidentia Papæ III. anno eiuſdem* IV. *Pragæ in camera ſecreta regali ſolitæ habitationis ſuæ conſtitutus perſonaliter princeps dominus Geor-*

Digitized by Google

Georgius electus Rex præſcriptus, ſibi & ad latus eius corporali præſentia aſſiſtente ſereniſſima domina Ioanna contborali ſua iuriſiurandi, & profeſſionis formam præſcriptam cum primum in Latino legi audiret, & tandem in Bohemicum tranſlatam legeret, & ore proprio pronuntiaret, ac in manibus ſupradictorum reuerendarum in Chriſto patrum dominorum Iaurienſis & Vuacienſis epiſcoporum, tandem manibus ſuis ſacroſanctis euangelijs, & carta profeſſionis per eum lecta tactis, obedientiam, reuerentiam, fidelitatem, & conformitatem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac ſanctiſſima in Chriſto patri & domino noſtro domino Calliſta Papæ III. eiuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus obſeruare iuraret, & profeſſionem expreſſam faceret ſereniſſima etiam domina Ioanna prædicta contboralis ſua formam præſcriptæ profeſſionis primum in manibus dictorum dominorum epiſcoporum, & poſt tactis manibus ſuis ſacroſanctis euangelijs & charta profeſſionis omnia, quæ ſibi per prænotatum Iaurienſem epiſcopum proponebantur, ore proprio & voce intelligibili pronunciaret & exprimeret, quia omnibus & ſingulis præmiſſis, dum ſic, vt præmittitur, fierent & agerentur, vna cum ſupraſcriptis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audiui, ideo me manu propria hic ſubſcripſi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis conſignaui in fidem & teſtimonium omnium ſingulorum & præmiſſorum rogatus & requiſitus.

Delata ab eodem Romanæ eccleſiæ obedientia.

26 Obſtrinxiſſe ſe ideo clanculum hoc ſacramento Georgium, ne Huſsitica lue inquinatos populos a ſe abalienaret, obſeruat Iacobus Cardinalis Papienſis [a]: ad catholicos vero deludendos palam ab epiſcopis corona redimiri voluiſſe: quam celebritatem VII. maij, nimirum proximo a iureiurando de obſeruanda fide orthodoxa, delendaque hæreſi die, peractam refert Dubrauius [b], apud quem in conſignando anno inſequenti error eſt in marginali pagina, vt ex dictis conſtat.

a Card. Papienſ. in comment.

b Dubrau. lib. 30.

Cinctus itaque Bohemica corona Georgius, cum plures catholicos a ſe auerſos videret, nam et præter nonnulla Bohemiæ oppida prouinciæ finitimæ Morauia, Luſacia, Sileſia, Bohemiæ contributæ illius, vtpote hæretici, iugum ſubire pio ardore renuebant [c], nouas artes adhibuit, ſubornatis [d] Bohemis proceribus, a quibus fuerat Rex ſalutatus, qui prouinciarum earum populos literis hortati ſunt, vt parerent Georgio, illum enim fidem orthodoxam amplexum, et Romanæ eccleſiæ ſemper conſenſurum: cumque commenta ad irritum caderent, vim admouit, et quos in armis expeditiſsimos habebat Huſsitas adduxit ad Iglauiam Morauiæ arcem obſidendam, eamque ad deditionem compulit, necatis mulctatiſue exilio iis, qui ipſi aduerſati fuerant. Redactę dein ſub iugum Bruna et Olomuca Morauiæ metropolis, in qua ſubijcienda plurimum operę contulit Prothaſius deſignatus epiſcopus Olomucenſis, qui interfuerat dum Georgius hæreſim damnauit, ac prædicabat eum vere catholicum, nec ſine crimine eius imperium detrectari poſſe.

Plures prouinciæ Podiebratium ob hæreſim agnoſcere recuſant.

c Cocl. lib. 12. & Card. Papien. in comment.

d Id. Papien. ibid.

27 Addit Cardinalis Papienſis vſum arte alia Georgium ad conſtabiliendū ſolium, et catholicos ſibi deuinciendos, ſcilicet Romanum Pontificem literis plenis officiorum et pietatis notis deluſiſſe, atque ab eo apoſtolica diplomata elicuiſſe, quibus Bohemi iuſſi ſunt Georgio vt vere catholico Regi obtemperare, atque illico omnes ei ſe ſubmiſiſſe. Sed ipſa auctoris verba audire pręſtat:

Cum, inquit, *ad Calliſtum III. Romanum Pontificem probandæ mentis eliciendique reſponſi cauſa plenas religionis dediſſet literas, in quibus ſe filium Romanæ ſedis docebat, & profeſſionem obedientiæ pollicebatur, & grandia in Turcos moturum ſpondebat, ſi modo delatum ad ſe regnum pacaret. Senex artis illius ignarus, cui tunc de bello Turcorum ingens ſtudium eſſet, ampliſſimis verbis reſpondit mentem illius probans pro iis, quæ offerret gratias agens; ad expedienda quoque mox oblata integrum quietumque regnum eſſe illi deſiderans. Diploma autem, vt de Regibus noſter mos eſt, a tergo erat aſcriptum: Georgio Bohemorum Regi chariſſimo filio. Compos in hunc modum doli Georgius Pogiebratius diplomata hæc, vt plumbo erant ſignata, quoquo verſus inſpicienda populis circummittit, probari tandem poſſe docens Romani præſulis teſtimonio fidem eius, ſanamque de religione ſententiam, nec relinqui incredulis locum ſine proteruiæ crimine deſugiendæ ditionis eius. Mirum dictu quanta hinc animorum ſit facta conuerſio. Illico toparchæ omnes & vrbes & oppida poteſtati eius ſe permiſere, concurſumque toto regno eſt ad cognoſcenda noua imperia. Præſul quoque Vuladiſlauienſis Iodecus magnæ nobilitatis vir, qui ante ad miniſterium coronationis vocatus, non niſi voluntate Pontificis iturum ſe dixerat, hac diplomatum fiducia acceſſit, & Regem pro more eſt veneratus; Germani etiam principes exemplo eodem amicitiæ illius ſe certatim inſinuant, ineunt fœdera, nuptiiſque confirmant. Cum Cæſare demum & Polonorum Rege & Matthia Hungarorum regnum tum primum adepto, data in vxorem filia, ſocietas coitur. Quibus ſupra votum fluentibus ignarus venturi dixiſſe in conuentu procerum fertur: Ex tam multis tamque proſperis rebus ſane quid primum eligam neſcio.*

Fallaces ab eo literę ad Calliſtum datæ. Verterę ad ueſus Turcas arma ſpopondit.

Elicit a Callisto diploma.

Omnes catholici pontificio decreto obſecuti.

28 Subdit Papienſis Georgium, cum cerneret ſe Calliſti ſuffragijs res ſuas plurimum euexiſſe, omnibus artibus et lenocinijs eius voluntatem beneuolentiamque ad ſe allicere conatum, miſiſſeque impoſtorem Rotaum ad procuranda Romę negotia, qui multis dolis pollicebatur Pontifici, Rochyzanam ad ipſum venturum, cuius ope omnes religionis controuerſię ſedandę eſſent, fideſque orthodoxa Bohemiæ reſtituenda foret: exoptabat enim Calliſtus Rochyzanam cum alijs oratoribus propterea legari, eaque de re ad Georgium, dum viuo Rege Ladislao regię Bohemicę pręerat, miſſas literas vidimus: ſed Georgium promiſsis defuiſſe. Cum autem de concepta ea ſpe ſibi abblandiretur Pontifex, eamque expoſuiſſet Gabrieli Minoritę Veronenſi, qui e Bohemia redierat, Gabriel Georgij, et eius procuratoris fraudes ipſi detexit, docuitque nunquam Romam acceſſurum hęreſiarcham Rochyzanam, niſi vinctus traheretur; tum pontificia diplomata hæretico Regi ad religionis cauſam proterendam vſui fuiſſe demonſtrauit, quod Calliſto acerbiſsimum dolorem attulit. Vt vero Georgius poſtquam diu impietatem varijs fucis et artibus texit, demum firmato ſolio eam fœde euomuerit, ac publice hęreſim ſit profeſſus, dicetur inferius. Fuiſſet ſane egregijs dotibus ad gerendum Bohemicum ſceptrum inſtructus, niſi illarum decus hęreſi inquinaſſet, vt refert Cocleus [a]: *Quis*, enim inquit, *fuit vel in conſilijs circumſpectior, vel in armis expeditior, vel in iudicijs æquior, vel in regia poteſtate moderatior*; ſed cum potius perfidum ac flagitioſiſsimum Rochyzanam, quam Chriſti vicarium audiendum cenſuiſſer,

Podiebratij orator Pontificem circumuenit.

Detecta demum Calliſto Rochizanæ & Georgij fraude.

a Cocl. hiſt. Huſſ. lib. 12.

Podiebratij infelicitas in Rochizana audien.

ſet, ſe ac ſuos Bohemos innumeris malis immerſit. At de Bohemicis rebus ſatis: nunc italicas aggredimur.

Genuenſes Alfonſi metu Galliæ Regis clientelæ ſe committunt.

a Foliet. l. 10. Bizar. lib. 13. Surit. annal. l. 16. cap. 44. & 47. Marian. l. 22. c. 18. Paul. Aemil. in Car. VII. & alij.

29 Vrgente exitioſum bellum in Genuenſes, ſpreta religione, Alfonſo Aragonum & vtriuſque Siciliæ Rege, Petrus e Campofregoſo, qui nullis precibus, vel adhibito etiam deprecatore Pontifice, illum ad pacis conſilia amplectenda potuerat flectere, cum diffideret principatum ſe diu tenere poſſe, Genuenſis reipublicæ imperium, captis iam ab hoſte nonnullis arcibus, Carolo VII. [a] Francorum Regi detulit communi ſenatus decreto, vt illius clientela ab Alfonſi vexatione tuta eſſet: Ioannes itaque dux Lotharingiæ filius Renati Regis, qui Neapolitanum ſceptrum ſibi iniuſte ereptum contendebat, a Carolo ad Liguriam adminiſtrandam miſſus, Saonam menſe aprili appulit, deinde Genuam ſe contulit; ex cuius aduentu in Italiam perturbatus Aragonius grauiori efferatus ira vires omnes ad Genuenſes opprimendos intendit, & inſtructa claſſe (quam ſi in Turcas vt vota iam ante a ſe nuncupata perſolueret, immiſiſſet, Chriſtiana religio latius amplificata fuiſſet) eique præfecto Bernardo Villamarino Genuam mari obſedit [b]; terra vero ipſiuſmet Alfonſi fœderati Ioannes Philippus Fliſcus, Petrus Spinula, & Andreas ac Barnabas Adurnij comparato exercitu caſtra poſuere. Excepit horum impetus repulitque communito egregie portu Ioannes Andegauenſis: cui ſaluti fuit Alfonſi mors, quæ in medio illius belli ardore contigit; ſtatim enim, ea audita, Aragonia claſſis diſſipata eſt, & exules Genuenſes diſſoluere exercitum ſunt coacti. Ex Alfonſi autem interitu, ac ſecuta rerum conuerſione ingentia poſtea conſurrexere bella, de quibus ſuo loco dicendum erit. Cæterum illius obitus in xxvII. iunij diem incidit [c], quod tempus conſignat etiam Æneas Syluius [d] in calce hiſtoriæ.

Ioannes dux Lotharingiæ Genuã ſuſcipit. Alfonſus Genuenſes opprimere conatur.

b Foliet. lib. 11. Bizar. lib. 13.

In medio belli ardore moritur.

c Monſtrel. vol. 3. pag. 75.

d Aen. Syl. hiſt. Bohem. cap. 71. Sabellic. enead. 10. l. 6.

30 *Dum*, inquit, *hæc ſcribo, Alfonſi Regis Aragonum, cui præſentem hiſtoriam dedicaueram, multis formidatus, pluribus exprecatus, mihi quidem acerbiſſimus nunciatus eſt obitus: v. kal. iulij clauſiſſe oculos traditur, Hiſpaniæ atque Italiæ rebus aliam formam præbiturus.* Ipſum gloriæ auidum extitiſſe ferunt, ac viros doctos, qui eius dicta geſtaque panegyrico ſtylo conſcripſere, ornarentque ſermonis elegantia charos habuiſſe, interque alios Æneam Syluium, Laurentium Vallam, & Antonium Panormitanum. Nec deſunt [e] qui ipſum perſtringant proferendi imperij libidine non humanum modo, ſed diuinum quoque ius proterere conſueuiſſe: ſedi Apoſtolicæ atroces iniurias intuliſſe, tum in affecta etiam ætate inſeruiſſe amoribus, & clerum populumque iniquis vectigalibus oppreſſiſſe: antequam tamen diem obiret, anteactæ vitæ culpas planxit, ac rite ſacramentis communitus [f] eſt; iamque humanum deſpiciens faſtum humili ſepulchro ante fores eccleſiæ Populeti condi [g] voluit: inique vero Neapolitanum regnum deuoluendum legibus ad ius Romanæ eccleſiæ Ferdinando ex adultera ſuſcepto teſtamento reliquit, præceptiſque ad firmandum ſolium inſtruxit, de quo hæc S. Antoninus [h]: *Ante mortem Ferdinandum filium ſuum, & ſi illegitimum iam vxoratum & filios habentem dimiſit heredem, & regni Apuliæ ſucceſſorem cum maximo theſauro congregato; quem etiam, vt regnare poſſet quietius, & obſtacula non haberet admonuit, vt viam, quam in regno tenuerat, non ſequeretur in tribus; ſed oppoſitam. Primo quidem vt omnes Aragonenſes & Catalanos, quos ipſe exaltauerat, & totum ſe eis crediderat exoſos hominibus a ſe abiiceret, & in curia ſua Italicos & præcipue regnicolas diligere oſtenderet, & ad officia promoueret, quos tamen ipſe vt ſuſpectos non læta facie reſpiciebat. Secundo vt noua grauamina & exactiones, quas inſtituerat, & antiqua auxerat, quæ tanta erant, vt homines reſpirare non poſſent, omnia remoueret, & ad morem antiquum reduceret. Nimiæ enim hæ fuerunt extorſiones eius ab hominibus regni; & vt de cæteris taceam, beneficia vacantia etiam minora nullus obtinere valebat in curia, niſi prius manus Regis impleſſet, & quantitate non modica. Tertio vt pacem confectam per ſe tum Eccleſia & alijs communitatibus & principatibus ipſe ſeruaret, nec a pacis fœderibus declinaret.* Præterea Alfonſum oneraſſe Ferdinandum vt ſexaginta millia nummum Romano Pontifici in expeditione contra Turcas collocanda traderet, aliaque multa ad pias cauſas legaſſe, Gobelinus refert [a]. Alia regna inſulæ Siciliæ, Sardiniæ, Aragoniæ, Valentiæ, fratri Ioanni Regi Nauarræ hereditaria ex teſtamento Ferdinandi patris ipſum reliquiſſe, docent [b] hiſtorici Hiſpani.

Aſſentatores et quos eius laudaſſe ſeruos. Illum a ſcelerum inquinaſſe vitam.

e Gobelin. in comm. lib. 1. Sur. l. 16. ann. c. 47. Marian. l. 22. c. 18.

f Id. ibid. hs Ant. 3. p. tit. 22. c. 16. §. 1.

g Ionian. Pont. de bell. Neap. l. 1. Gobel. in comm. l. 6. Marian. l. 22. c. 18. Sur. l. 16. cap. 47.

Quibus præceptis filium inſtruxerit.

a Gobelin. in comm. lib. 1.

b Surit. ſup. cap. 47.

31 Accepto de Alfonſi Regis obitu nuntio Calliſtus, tueri Romanæ eccleſiæ iura decreuit, regnumque Neapolitanum ad ſedem Apoſtolicam deuolutum pronuntiauit, cum Alfonſus illud tranſmittere in ſpurium iure non potuiſſet, quod vi & armis rapuerat: prohibuitque autem Ferdinando intentato anathemate, ne ſibi regios titulos arrogaret, edixiſſeque, vt ſi quam controuerſiam haberet, diſceptaret iure & æquitate, narrat Monſtreletus [c] confirmatque S. Antoninus [d], qui Calliſtum plures epiſcopatus, quos Alfonſo iuria ſacri oppreſſore ſuperſtite conferre non potuerat, contuliſſe addit hiſce verbis: *Pontifex ipſe Calliſtus, morte Regis percepta, ſubito contulit quædam magna beneficia epiſcopatuum, quæ prius conferre non valuerat ipſo Rege contradicente & impediente; & (quod plus eſt) per bullas patentes regnum Apuliæ vacans vt feudum eccleſiæ ad eum ſolum pertinere, & de ipſo diſponere aſſerebat, mandans Ferdinando, vt illud dimitteret, nec ipſe vel alius quicumque ſub pœna anathematis ſe illius regni Regem vocaret, ſed ſi quis ius aliquod ibi prætenderet, prius per eum diſcuteretur negotium, omniaque iuramenta diſſoluit in illis, qui fidelitatem ſeu homagium ipſi præſtitiſſent.* Eadem ferme narrat Surita [e]. Extat quidem Calliſti edictum [f], quo Neapolitanum regnum, quod iure fiduciario Alfonſo traditum fuerat, eo ſine liberis iuſto connubio procreatis defuncto, ad Romanæ eccleſiæ ditionem deuolutum promulgauit vetuitque, (tacito Ferdinandi nomine, in quem cum nothus eſſet, ſceptrum transferri non poterat, nec Ioannis Alfonſi demortui fratris, vel Renati, qui etiamtum regios Siciliæ titulos geſſerat, facta mentione) duces, equites, magiſtratus, ac populos regni Neapolitani cuiuis principi fidei ſacramentum addicere, & contra obnitentes eccleſiaſtica execratione perculit: ſi qui vero illud iam dixiſſent, irritum eſſe pronuntiauit; de iure vero controuerſiis æquam ſe laturum ſententiam profeſſus eſt.

Accepto Neapolitano regno certa iuſta fratri eius ligitur Calliſtus Neapolitanum regnũ ad Rom. eccleſiam deuolutum pronuntiat.

c Monſtrel. vol. 3. pag. 75.

d S. Ant. 3. p. tit. 22. cap. 16. §. vlt.

Ferdinandum illud dimittere iubet.

e Surit. annal. lib. 16. c. 48.

f L. b. 18. pag. 138.

In eius regni controuerſia ius dicturum ſe profeſſus Calliſtus.

Calliſtus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

32 Regis æterni, per cuius inſcrutabilem prouidentiam Reges regnant, vices (quamuis im-

Eiuſdem ea de re diploma.

Digitized by Google

immeriti) gerentes in terris, ſi de ſingulorum Chriſtianorum regnorum regiminibus, vt in ſpiritualibus ſalubriter regantur cogitare debeamus, de illorum etiam regnorum, quæ ad Romanam eccleſiam immediate pertinent, & quæ per prædeceſſores noſtros in ſacra Petri ſede ſedentes in feudum interdum conceſſa fuerunt, eum conceſſio huiuſmodi ceſſat, ſalubri nedum in eiſdem ſpiritualibus, verum etiam in temporalibus gubernaculo cogitare nos conuenit, vt Petri hereditas nullo modo diſtrahatur, ſed ad manus eiuſdem eccleſiæ omnium regnorum matris & dominæ reducantur, & perſonis, de quibus præſidentis in ſpecula circumſpectioni viſum fuerit, prudenti ac matura deliberatione præuia, regenda committantur, & ſubditi ſub Regis pacifici quieta gubernatione lætentur.

Sane cum regnum Siciliæ citra pharum, quod de patrimonio B. Petri exiſtit, & quod olim per nonnullos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros diuerſis Regibus & alijs dominis temporalibus ſucceſſiue in feudum ſub certis modis & formis, quos præſentibus haberi volumus pro expreſſis, conceſſum extitit, quodque nuper claræ memoriæ Alfonſus Rex Aragonū a Romana eccleſia in feudum obtinebat, per obitum eiuſdem Alfonſi Regis qui, ſicut Domino placuit, debitū naturę perſoluit, infeudatione huiuſmodi per ipſius obitum ceſſante, ſit ad eādem eccleſiam legitime deuolutum, atque in ipſum regnum quod ad nos pertinet, nemo ſe intromittere quoquomodo debeat, ſiue poſſit; nos cupiētes ſingulos ipſius regni regnicolas tanquam nobis & nulli alteri immediate ſubditos per noſtræ prouiſionis miniſterium ſub noſtro felici regimine in pacis & quietis amœnitate gratulari, vniuerſis & ſingulis ipſius regni patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & alijs eccleſiaſticis prælatis; nec non ducibus, marchionibus, principibus, communitatibus, vniuerſitatibus, baronibus, militibus, ciuibus, regnicolis, & habitatoribus quibuſcumque tam eccleſiaſticis ſæcularibus & ordinum quorumcumque regularibus, quam laicis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant ſub interminatione diuini iudicij, nec non anathematis maledictionis æternæ, excommunicationis in ſingulos, & interdicti in communitates, vniuerſitates, capitula, conuentus, & collegia pœnis, quas ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, in ſingulos contrafacientes proferimus ipſo facto de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, ac poteſtatis plenitudine diſtrictius inhibemus, ne ipſi aut eorum aliquis per ſe, vel alium ſeu alios directe, vel indirecte quouis quæſito ingenio, vel colore, alicui prætcrquam nobis aliquod fidelitatis iuramentum ratione ciuitatum, terrarum, caſtrorum, oppidorum, villarum, locorum, aut feudorum, quæ in dicto regno obtinent, præſtare præſumant ſeu præſumat.

Vetiti populi cuiuſuis principi ſacramento ſe aſtringere.

33 Quod ſi forte ipſi aut eorum aliquis huiuſmodi iuramentum hactenus præſtiterint ſeu præſtiterit, nos omnes & ſingulos, qui iuramentum ipſum præſtiterint, vt præfertur, ab huiuſmodi iuramentis & temeritate iurandi auctoritate apoſtolica tenore præſentium abſoluimus, ipſaque iuramenta eis & eorum cuilibet relaxamus, ipſoſque & quemlibet eorundem ad huiuſmodi iuramentorum obſeruationem minime teneri, dictumque regnum per obitum huiuſmodi ad nos & Romanam eccleſiam prædictam deuolutum fuiſſe & eſſe, ac ad nos & dictam eccleſiam immediate & nullum alium pertinere, & de illo per alium quam per nos ordinari ſeu diſponi nullo modo potuiſſe ſiue poſſe auctoritate & tenore prædictis decernimus & declaramus.

Promulgatum de regno Neapolitano Alfonſum decernere regnum non potuiſſe.

Si vero aliquis in ipſo regno vel ad illud ius habere prætenderit, aut ſuper eo ſua intereſſe quoquomodo putauerit, nos ad iuſtitiam cuilibet deſuper miniſtrandam, cum in ea ſingulis debitores ſimus, offerimus nos paratos. Eſt denique officium paſtorale noſtrum ſic vtiliter prouidere, ne regnum ipſum tyrannide deuaſtetur, aut vepribus laceretur, ſiue in prædam detur, vt oues gregis dominici regni noſtri illæſæ & integræ conſeruentur in pace & quiete viuendo; iuſtitia enim & pax oſculatæ ſunt.

Ius de eo regno cuique dictum iri.

Præterea, ne quis de præmiſſis ignorantiam prætendere poſſit, ſeu quomodolibet allegare, præſentes literas in valuis baſilicæ B. Petri Apoſtolorum principis de vrbe, ad quam de diuerſis mundi partibus quamplurimi continue confluunt, affigi publice mandamus, ita vt minime ſit ambigendum, quin ad patriarcharum, archiepiſcoporum, epiſcoporum, prælatorum, ducum, marchionum, principum, comitum, baronum, communitatum, vniuerſitatum, militum, procerum, ciuium, regnicolarum, & habitatorum, aliorumque ſupradictorum notitiam quantocyus deueniat, &c. [Addit alia imperia, vt hoc edictum diuulgetur in Neapolitano regno, ac publicis in locis affigatur.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLVIII. IV. id. iulij pontificatus noſtri anno IV.*

Ferdinandus a pontificia ſententia prouocat.

34 Prouocauit [a] ab ea ſententia Ferdinandus, regioſque titulos inuaſit: tum habitis Capuæ comitijs regni procerum, eos ad fidem ſibi præſtandam iureiurando obſtrinxit [b]. Franciſcum etiam Sfortiam Mediolani ducem affinitate coniunctum Ferdinando illius cauſam tuendam ſuſcepiſſe, conqueſtumque de Calliſto, narrat S. Antoninus [c], quaſi prædeceſſorum ſuorum, qui Ferdinando conceſſiſſent, vt Alfonſo ſuccederet, ſancita ſine cauſa conuelleret. At conſtabat regnum Neapolitanum ſummo iure ad ſedem Apoſtolicam deuolutum eſſe, cum ipſe Alfonſus in literis [c], quibus regnum Eugenio acceptum retulit, hæc iuraſſet: *In regno & terra prædictis nullus ſuccedat, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus.* Adde quod Ferdinando potiora iura Ioannes Rex Alfonſi Regis frater & Renatus Andegauenſis obtinebāt; atq; adeo alij indignati ſpurio ſubijci, duce principe Tarentino Ioannē Regem [d], alij Andegauenſium partium Renatum ad accipiendum ſceptrum ſolicitarunt.

a S. Ant. 3 p. t. t. 22. c. 16. §. 6. & Sur. l. 16. annal. c. 50. & alij.

Neapolitani primi ipſi in varias factiones diſciſſi.

b Pontan. de bello Neap. l. 1.

c S. Ant. ſup. §. 6. & Sur. l. 16 cap. 49.

c Extant an. Chriſt. 1445. nu. 2

In qua narratione Surita [f], Iouianus Pontanus [g], nonnullique alij factiouis Ferdinandi ſtudio perciti aduerſus Calliſtum multa perperam effutiunt, eumque ingrati in Alfonſum animi vitio perſtringunt, geſſiſſe nimirum cum eo inimicitias, ac peruerſa plenaque perfidiæ conſilia, quorum finis mors extiterit, aduerſus Ferdinandum agitaſſe. Verum hæc a veritate prorſus abhorrent; non enim ingrati animi labes Calliſto poteſt inferri, dum Alfonſo eccleſiaſticæ ditionis partem contra fas poſtulanti iuſte aduerſatus eſt, dum grauiter tulit ſacra iura ab eo inuadi, dum flagitanti, vt notho filio Ferdinando ſceptrum Neapolitanum conferret, non aſſenſit, quod id ſine

Calliſtus inique a pontificis hoſtibus laceſſitus.

e Paul. Aemil. in Carol. VII

f Sur. c. 48 & 50.

Iuſte eccleſiæ iura aduerſus Alfonſum aſſerere niſus eſt.

g Pontan. de bello Neap.

ſine Ioannis ipſius Alfonſi fratris, aut Renati, aut Romanæ eccleſiæ, ad quam regnum deuoluendum erat, iniuria fieri non poſſet; cum poſtulanti, vt ſoluto illo connubio adulteram ducere permitteret, negatur a eius culpæ futurum participem. Neque in Alfonſum odia exercuit, ſed paterno illum ſtudio ſemper eſt complexus, eiuſque flagitia, dum in eccleſiaſticum ordinem graſſabantur, ac vota de ſacra conficienda expeditione periurijs infringebat b nulla cenſura non perculit. Si vero, vt refert Surita c, Alfonſus defectionem a Calliſto, & ſchiſma nouum conflare mente conceperat, quod Ferdinandum Neapolitani ſceptri iure donare recuſaret, fuerunt eæ veteres ipſius artes, nec minus iniquæ, quam cum Eugenium intentata ad Amedeum antipapam defectione ad regnum ſibi concedendum adegit. Non denique in reperendo Neapolitano regno peruerſa & plena perfidiæ, vt Pontanus intemperanter dixit, agitabat Calliſtus conſilia, ſi eo regno ditioni eccleſiaſticæ legibus commiſſo augere vires ad Turcicam tyrannidem comprimendam, amplificandumque Chriſti cultum meditabatur, quem pium ardorem cum ſuperiora geſta demonſtrarint, tum hæ ad ducem Venetorum literæ non leuiter indicant d.

a Surit. cap. 47.
b Plat. in Call. III.
c Sur. ſup. lib. c. 48.
Chriſti gloria a Calliſto tantum ſpectata eſt.
d Lib. 1. b ep. pag. 172.

Duci Venetiarum.

35 Credimus non latere nobilitatem tuam, quam incitatus & ardens ſit animus noſter ad vindicandum iniurias fidei Chriſtianæ a ſæuiſſimis Turchis illatas, quamque feruentius ad proſecutioné huius felicilſimæ expeditionis contra infideles incumbimus: ad quam non deſinimus continuis imploratiomibus excitare Chriſtianos potentatus & principes, vt nobiſcum vires conferant, & oratores mittant ad hunc communem ignem extinguendum, ex quibus iam aliqui ab alijs principibus aduenerunt, & ſcimus in itinere eſſe plures ex ipſis & præcipue a Rege Franciæ, qui gratiſſime ad nos ſuos mittit oratores. Super his & vos diſertis noſtris literis, quamuis pluries pulſati, ex quo Deum offenditis, & nos & ſedem Apoſtolicam, cum quilibet Chriſtianus in cauſa fidei ſic vocatus, obligatus ad hoc exiſtat iure noto. Scimus enim Deum iratum his, qui nobis in his non aſſiſtunt: cauendum eſt ab ira Dei, noſque officium noſtrum canonice non ceſſabimus exercere, & qui nos conturbat iudicium portabit quicumque ſit ille. Hæ ſunt præcipuæ curæ & ſolicitudines noſtræ, quæ nullam quietem aut vitæ dulcedinem capere nos ſinunt: ita affixæ ſunt exulcerato cordi & acutis ſtimulis pungunt animam noſtram, vnde non paruum hactenus Chriſtianitas fructum conſecuta eſt, & maiorem in dies conſecuturam ſperamus, Deo adiutore, qui pro ſua miſericordia votis noſtris iam annuit & annuet, & gratiam infundet Chriſti fidelium animis, vt laſſis rebus tandem nobiſcum aſſiſtant, ſuccurrant, atque iuuent, & fidei orthodoxæ patrocinium iuxta noſtras adhortationes feliciter amplectantur, nec ſolis nobis, vt hactenus feciſſe videntur, onus hoc facultatibus noſtris importabile dimittant.

Inceſſit Venetos quia neglexerant longe in Turcas.

Nos, dilecte fili, per vniuerſum orbem Chriſtianum iandudum ſanctam crociatam publicari & prædicari fecimus, decimas indiximus, aliaque ordinauimus, quæ ſtatus reipublicæ Chriſtianæ in diſcrimen adductus fieri poſtulabat, nec eæ noſtræ ordinationes & ſanctæ prouiſiones omittuntur; ſed efficacius eas & feruentius facimus continuari quoad vita ſit nobis comes, &c. [Commendat Marranum Minoritam ſanctimonia vitæ & gratia euangelizandi verbi diuini, vt ait, præſtantem, vt e ſacro ſuggeſtu Venetijs bellum ſacrum promulget, & decimas ac fidelium ſtipem colligat.] *Dat. XXVIII. maij anno* MCCCCLVIII.

Deſerunt ſe a omnibus principibus querit Calliſt.

36 Vertendis itaque Chriſtianorum Regum ac principum armis in Turcas intentus Chriſti vicarius inteſtina bella ſedare omni ſtudio nitebatur; cumque iam diuturnis diſſenſionibus attrita eſſet Nauarra, alijs ab Ioannis Regis, alijs ab Caroli Vianæ principis materno iure ſceptri Nauarræi heredis cauſa ſtantibus, nec dum pax inter illos conciliari potuiſſet, nouum legatum ad eam conficiendam creauit, idque munus Petro archiepiſcopo Tarraconenſi cum ampliſſimis mandatis iniunxit a, vt imperatas iam inducias ſeruare eos cogeret, ac ſi ad pacem redintegrandam diſſentientes inducere non poſſet, propoſita anathematis pœna illos ab armis iuberet pontificio nomine abſiſtere, ac finitimorum Regum arma coniungeret in eum, qui iuſſis non pareret.

Tarraconenſis archiep. ad pacand. Nauarram mittitur.
a Lib. 18. pag. 163.

Venerabili fratri Petro archiepiſcopo Tarraconenſi in Aragonia & Nauarræ regnis cæteriſque Cataloniæ partibus A. S. L. ſalutem, &c.

Cum te ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Nauarræ Regem illuſtrem ipſiuſque dominia & principatus pro ſedanda componendaque diſcordia, quæ inter Regem ipſum & dilectum filium nobilem virum Carolum principem Vianæ eius primogenitum maxima & periculoſa hactenus viguit tanquam pacis angelum deſtinemus ea potiſſimum ſpe fiduciaque freti, quod ea, quæ tuæ fidei commiſerimus, fideliter & prudenter exequaris, ac illis tanto diligentius incumbendum curabis, quanto fueris a nobis maiori poteſtate fulcitus. Idcirco fraternitati tuæ Regem & principes præfatos alioſque omnes & ſingulos, prout expedire videbis, noſtro nomine adeundi, ipſoſque monendi, hortandi, ac requirendi, vt inprimis treuguas inter ipſos Regem & principem filium indictas obſeruent, & illas vbi renuerint, ſub pœnis & cenſuris obſeruari faciendi, & prout tuæ prudentiæ videbitur, ad effectum concordiæ prorogandi, ac demum cum eis pacem & concordiam iuxta prudentiam tibi deſuper datam omnibus quibus poteris medijs tractandi & componendi, atque vbi pax ſequi non poſſet (quod abſit) auctoritatem noſtram interponendi, ipſique Regi & alijs ſupradictis inhibendi, ac ſub excommunicationis, anathematis, & maledictionis æternæ pœnis eis mandandi, eorumque ac aliorum loca, ad quæ eos vel eorum aliquem declinare contigerit, eccleſiaſtico interdicto ſubijciendi, contradictores quoslibet & rebelles per pœnas ſimiles compeſcendi; nec non ſi opus fuerit chariſſimorum in Chriſto filiorum Regum illuſtrium & aliorum principum quorumcumque finitimorum brachium ſæculare implorandi, ac coram illis præſtandi, proceſſuſque formandi, ac illos citandi, excommunicandi, aggrauandi, aliaque in præmiſſis & circa hæc neceſſaria faciendi & exequendi, plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem, ac plenarie committimus vices noſtras. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLVIII. IV. *non. auguſti pontificatus noſtri anno* IV. Ex ea vero dignitate legati apoſtolici collata archiepiſcopo Tarraconenſi liquet illum, poſtquam exauctoratus fuit ob claſ-

Inter Regẽ & filium inducias imperare iuſſus.

Digitized by Google

claſſem pontificiam male adminiſtratam, in gratiam cum Calliſto rediiſſe.

Tuendi etiam iuris eccleſiaſtici ſtudio. Pontifex Bracharenſem archiepiſcopum contra ducis Bragantini vim defendendum ſuſcepit; datis hiſce ad Luſitaniæ Regem literis.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Regi Portugaliæ illuſtri ſalutem, &c.

Nuper ſiquidem venerabilis frater noſter Fernandes archiepiſcopus Bracharenſis per ſuas literas nobis ſignificauit, quod poſtquam ipſe quaſdam monitoriales literas a felicis recordationis Nicolao Papa V. prædeceſſore noſtro contra omnes & ſingulos, qui bona eccleſiæ Bracharenſis & illius iura occupabant, nec non perſonas eccleſiaſticas vexabant, & perturbabant emanatas, in ſua diœceſi Bracharenſi publicari fecit, dilectus filius nobilis vir Alfonſus dux Bragantiæ id ægre ferens præfatum archiepiſcopum odio & rancore mirum in modum proſecutus, & proſequitur de præſenti, & non ſolum auſus eſt dicere eundem archiepiſcopum eſſe fornicatorem, & homicidam, ac pluribus enormibus delictis, criminibus & exceſſibus irretitum, & ſuper his nulla cauſa cognita certos in publicum exhibere articulos diffamatorios, verum etiam prætendens id ſibi ac ſuis ſubditis licere, eidem archiepiſcopo obedientiam ſubtraxit & reuerentiam, ac eum pluribus ſuis iuriſdictionibus & bonis ad ſuam eccleſiam Bracharenſem ſpectantibus ſpoliauit, & illa nec non ſancti Petri de Roſſen caſtrum de ſayos, & S. Stephani ac Interroſeco ſiue tertias de chaues & aquarum rebellium & Heruededo & Buſtelo cameras ad eandem eccleſiam pleno iure pertinentes prætextu cuiuſdam inualidæ conceſſionis ſibi per dictum archiepiſcopum dudum abſque ſedis apoſtolicæ licentia ad vitam alterius archiepiſcopi & ducis prædictorum ſub annuo cenſu quinquaginta marcharum argenti, puri quas idem dux in alia moneta longe deteriore ſoluere nititur factæ occupauit, & occupat de præſenti in damnationem animæ ſuæ ac graue præiudicium prælatæ eccleſiæ; & quamquam ſerenitas tua ipſi archiepiſcopo ſuper his aliqualem fauorem præſtiterit, verumtamen, vt accepimus, propter ea quæ dux ipſe contra præfatum archiepiſcopum obiecit dubietare motus, an forſan ipſi duci præmiſſa facere licuerit, non adeo diligenter & efficaciter ſicuti potuiſſes archiepiſcopo præfato auxilium præſtitiſti vel fauorem, qua ex re, vt omnis dubietatis ſcrupulus a mente tua penitus remoueatur, tenore præſentium celſitudini tuæ notificamus eundem ducem ac omnes & ſingulos fautores & ſequaces ſuos pœnas & ſententias in literis monitorialibus huiuſmodi ac proceſſibus deſuper habitis contentas incurriſſe, ſibique nec etiam fautoribus & ſequacibus ſuis licuiſſe vel licere eidem archiepiſcopo valetudinario viro iuſto ſedi Apoſtolicæ deuoto bonorum eccleſiæ ſuæ defenſori, auctori, & conſeruatori, cauſa non cognita, contra omnem honeſtatem & diſpoſitionem iuris canonici obedientiam ſubtrahere, nec eius bona, iuriſdictiones, & cameras prædictas occupare, nec etiam eoſdem articulos exhibere omnes & ſingulas appellationes exceptiones, & proteſtationes per eundem ducem, ſeu eius nomine præmiſſorum occaſione, vel alias in detrimentum ipſius archiepiſcopi, & eiuſdem eccleſiæ, aut bonorum, iuriſdictionum, ac camerarum huiuſmodi factas interpoſitas & exhibitas fuiſſe & eſſe irritas & inanes, ac de facto contra debitum iuſtitiæ & honeſtatis præſumptas penitus reprobamus, nullius roboris vel momenti fuiſſe & eſſe decernimus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. nimirum incarnationis,* MCCCCLVII. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* III.

37. In Galliis nonnullorum regiorum iudicum eo prorupit proteruia, vt de eccleſiarum Gallicarum primatu controuerſia iam ante a ſede Apoſtolica dirempta cognoſcere ſuerint aggreſſi. Contenderat diu multumque Lugdunenſis archiepiſcopus archiepiſcopum Rothomagenſem ſibi metropolitico iure obnoxium, eaque lis Dominico e Capranica Cardinali, vt dirimeretur, fuerat a Calliſto commiſſa, ac dein decretoria ſententia ab eodem Cardinale pronuntiatum, Rothomagenſem archiepiſcopum ab imperio Lugdunenſis liberum eſſe. Cum vero nullum tribunal apoſtolico in eccleſiaſticis controuerſiis, in quibus præcipue de primatu ſedium & Pontificum priuilegiis agitur, auguſtius ſit, Lugdunenſis tamen eccleſiæ cauſarum procuratores deciſam litem inſtaurare apud Galliarum Regis tribunalia auſi ſunt: in quo cum Romani Pontificis peteretur auctoritas, Calliſtus hoc decretum edidit [a].

Inter Rothomagenſem & Lugdun. archiepiſcopos controuerſia de primatu

[a] Ibid. pag. 46.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum exortas controuerſias ſuper primatiali iure, quod Lugdunenſis archiepiſcopus in Rothomagenſem coarchiepiſcopum ſuum habere prætendebat, graues & ambiguas, cum de auctoritate ſedium, de vi apoſtolicorum priuilegiorum, & de intereſſe Apoſtolicæ ſedis agi videretur, merito exiſtimantes, & diuinæ legis præcepta ſequentes, alicui ex iuridico ordine demandandas, & apud ſedem Apoſtolicam examinandas terminandaſque cenſuimus, & dilecto filio noſtro Dominico tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali commiſimus fine debito terminandas: qui in eiſdem rite & recte procedens per definitiuam ſententiam Rothomagenſem eccleſiam eiuſque ſuffraganeos atque ſuppoſitos Romanæ eccleſiæ immediate, & nulli alteri, primatiali iure ſubeſſe, ipſo archiepiſcopo Lugdunenſi ſuper prætenſo primatiali iure perpetuum ſilentium imponendo pronuntiauit: quæ quidem ſententia nulla ſaltem legitima prouocatione ſuſpenſa, in rem tranſiuit iudicatam.

Verum, ſicut accepimus, quidam eccleſiaſtici atque ſæculares magiſtratus regni Franciæ veterum traditionum & ſacrorum canonum immemores, vel (vt verius diximus) contemptores, prætextu improbatæ conſuetudinis vel cuiuslibet priuilegii denuo prædictas controuerſias extinctas ſuſcitare, & earum ſibi cognitionem vendicare, & (quod grauius eſt) in præiudicium rei apud ſedem Apoſtolicam iudicatæ atque finitæ, procurantibus etiam, vt aſſeritur, archiepiſcopo ſeu commendatario & adminiſtratore, officialibus, ſindicis, ac procuratoribus dictæ Lugdunenſis eccleſiæ, qui legitimo victi iudicio in opprobrium matris ſuæ, Apoſtolicæ ſedis, ac ſacrorum canonum contemptum, ad peregrina & ſæcularia iudicia audent conuolare, inhibitiones & mandata pœnalia decernere ac fulminare, & decerni facere, ac procurare præſumunt, & executionem dictæ ſententiæ ac libertatem Rothomagenſis eccleſiæ, immo ius & auctoritatem Romanæ & Apoſtolicæ ſedis perſequentes, Rothomagenſem archiepiſcopum ac eius ſuffraganeos, officiales, & procuratores eorundem exquiſitis artibus moleſtant atque perturbant, non intelligentes ſe ſine crimine ſacrilegii huic ſedi conceſſa vſurpare, aut illius priuilegia ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite tradita non poſſe præfingere [*]: quod proculdubio faciunt cum de primatu metropoli-

Lugdunenſes ad Regium tribunal de re iudicata prouocare auſi.

[*] perſtringere

politanarũ, cathedralium, ſeu prouincialium ſedium ſibi cognitionem vſurpant, in illius ſedis præiudicium, quæ omnium ſedium ſiue metropolitanarum, ſiue prouincialium, aut epiſcopalium iura ac dignitates inſtituit; quæ etiam ſingulis eccleſijs ſicut terminos atque diœceſes, ſic præeminentiæ ac iuriſdictionis legem impoſuit.

38 Attendentes quoque de vi priuilegiorum apoſtolicorum, præſertim vbi Romanæ eccleſiæ vertitur intereſſe, iuxta canonicas ſanctiones a nemine inferiori poſſe iudicari, ſed eius eſſe interpretari, cuius & condere; admirantes quoque huiuſcemodi iudicum inſolentiam, cum & lex eorum, quam ſub nomine pragmaticæ ſanctionis licet minus legitime præſcripſerint, dum cauſas eccleſiaſticas in partibus terminari vult, maiores cauſas nominatim excipit, nec valentes tantam Apoſtolicæ ſedis iniuriam ſub diſſimulatione tranſire; auctoritate apoſtolica ſub intermiuatione diuini iudicij & ſub excommunicationis pœna, quam contrauenientes incurrere volumus ipſo facto, omnibus & ſingulis tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus iudicibus, quocumque nomine cenſeantur, regijs quoque conſiliarijs, curijs iudicialibus, collegijs, conſilijs, vniuerſitatibus, ſed & ipſis archiepiſcopo ſeu commendatario atque adminiſtratori, capitulo quoque, officialibus, procuratoribus, & ſindicis eiuſdem Lugdunenſis eccleſiæ tam præſentibus, quam futuris ſub pœna excommunicationis in ſingulos, & interdicti in ipſas vniuerſitates, conſilia, ſiue collegia, quam ſimiliter ipſo facto incurrere volumus, diſtrictius inhibemus, ne de ipſo prætenſo primatiali iure, aut de cauſis prædictis in præiudicium præſertim rei iudicatæ ſe directe vel indirecte quouis quæſito colore intromittant, aut impediri ſeu intromitti procurent, vel proſequentes executionem dictæ ſententiæ, videlicet Rothomagenſem archiepiſcopum, ſuffraganeos ipſius, aut procuratores vel ſubditos eorundem realiter aut perſonaliter moleſtent, ſeu quomodolibet inquietent: eadem auctoritate & ſub pœna ſimili præcipientes, vt inhibitiones, citationes, & quæcumque mandata ſiue arreſta ab ipſis vel ad eorum inſtantiam forſitan decreta & emanata tollant, caſſent, & reuocent, ac prorſus aboleant; quæ etiam nos tenore præſentium caſſamus, irritamus, nulla, caſſa, irrita, temere & de facto præſumpta decernimus, & declaramus, nihilque ſibi in cauſis huiuſmodi in petitorio ſeu poſſeſſorio auctoritate coercitionis aut iuriſdictionis vendicent vel vſurpent, proceſſuri nihilhominus contra inobedientes atque rebelles mandatorum noſtrorum huiuſmodi ad grauiores pœnas, prout ſecundum Deum & iuſtitiam viderimus expedire, &c. *Dat. Romæ apud S Petrum anno* MCCCCLVIII. VIII. *id. iulij pontificatus noſtri anno* IV.

Interminatio anathematis.

Regij edicti vis diſſoluta.

39 Sedata etiam eſt a Calliſto alia eccleſiaſtica controuerſia; quæ Florentiæ grauiora etiam populo offendicula inuexerat. Cum enim recurrente feſto corporis Chriſti clerus Florentinus ſolemnis ſupplicationis pompam e principe eccleſia duceret, eadem aliam inſtruebant Dominicani S. Mariæ nouellæ, atque in earum aduerſo concurſu variæ exoriebantur lites, pugnæque committebantur; ad quas componendas lata eſt a Pontifice hæc ſententia a.

a lib. 16. pag. 183.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sub virtute ſanctæ obedientiæ ac excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo mandamus quatenus perpetuis futuris temporibus in die feſtiuitatis præfatæ, [nempe corporis Chriſti] vniuerſus clerus, videlicet tam ſeculares quam religioſi etiam mendicantes dictæ ciuitatis, [nimirum Florentinæ,] exempti, & non exempti, præcipue dicti fratres S. Mariæ nouellæ parati & ordinati proceſſionaliter cum crucibus eo modo, quem in feſto S. Ioannis Baptiſtæ obſeruare conſueuerunt, in præfata maiori eccleſia conueniant, in qua ſtatuta hora per eoſdem præpoſitum & capitulum proceſſio ſolemniter ordinetur, & præferente ſacratiſſimum corpus Domini venerabili fratre noſtro archiepiſcopo Florentino, vel altero, cui id ex ordinatione dictorum præpoſiti & capituli demandatum fuerit, clerus per vias publicas ciuitatis proceſſionaliter incedant benedicentes Domino cum hymnis & canticis, vt in talibus fieri conſueuit: redeunte vero proceſſione iter faciant vniuerſi per eccleſiam S. Mariæ nouellæ, in qua depoſito ſuper altari maiori dominico corpore, & oblatione ceræ conſueta per magiſtratus ciuitatis & alios, vt moris eſt, inibi facta, idem archiepiſcopus, vel alter loco ſui, prout ipſi præpoſitus & capitulum duxerint ordinandum, nullam maiorem ſeu conuentualem ſolemniter celebrabit: qua finita vniuerſus clerus & fratres dictæ domus, qui ad eandem proceſſionem conuenerint, vt præfertur, ſimili modo ſub excommunicationis pœna proceſſionem ipſam continuando ad maiorem eccleſiam comitantes corpus dominicum reuertantur, in quo, ſi qui ſæculares clerici vel religioſi defecerint, nouerint ſe de tranſgreſſione eiuſdem obedientiæ apud diſtrictum iudicem rationem fore proculdubio reddituros, &c. [Ad alliciendos Chriſtifideles, vt in ea religioſa celebritate ſanctiſſimam Euchariſtiam venerentur, ſacrum agmen cohoneſtaturis, præter indulgentiarum præmia ab Vrbano IV. & ab alijs Romanis Pontificibus conceſſa, decem annos totidemque quadragenas impertitur.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLVII. X. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* III.

Diſcenſio inter epiſcopum Florentinum & Dominicanos controuerſia.

40 Inter tot Chriſtianæ rei adminiſtrandæ curas Calliſtus ſenio & ægritudine quadraginta dierum confectus e vita exceſſit octauo idus auguſti a, quo feſtum transfigurationis Chriſti recolitur, quod ipſe ob Turcas diuino prodigio victos celebrari ritu ſolemni in Eccleſia iuſſerat; quique cœleſti gloria coruſcantem Chriſtum ſingulari pietate coluerat, die Transfigurationis vocatus eſt, vt in cœlo (quod par eſt credere) æternam tranſfigurationem Chriſti gloriæ intueretur, vt ex pontificio regeſto, & ſucceſſoris encyclicis literis b, & eius æui ſcriptoribus c conſtat, cum ſediſſet annos tres, menſes quatuor, duobus minus diebus: cuius corpus conditum eſt ſepulchro in baſilicæ Vaticanæ ædicula ſacra, cui B. Mariæ febris nomen inditum erat, quam olim, dum gentilitia vigebat ſuperſtitio, Apollini poſitam fuiſſe tradit Gobelinus d. Nec prætermittendas laudes putamus, quibus illum Baptiſta Platina e, qui Romæ tum agebat, exornat.

Calliſti mors.

a S. Ant 3 p. tit. 22. c. 16. S. vir.
b lib. 2. breu. Call III. pag. 28.
b Aen. Syl. ep. 384.
c Steph. In ſſur. m. ſ. arch. Vat. ſign. nu. III. Nic. de Tuccia m. ſ. ſign. ead. n. III Pauli Ben. Cola m. ſ. eiuſd. ar h ſign n. 111
d Gobel. in comm. Pij II. lit. I.
e Plat. in Calt. III.

Calliſtus in omni vita vir integerrimus eſt habitus: ſed hæc eius præcipua laus eſt, quod, dum epiſcopus eſſet aut Cardinalis, beneficium aliquod in commendatione nunquam voluit, dicens ſe vna ſponſa, & quidem virgine contentum eſſe, hoc eſt eccleſia Valentina, vt ius pontificium mandat: eleemoſynas præterea pauperibus Chriſti & ſeruis Dei frequentes dabat tum publice tum priuatim: virgines pauperes collata dote maritis collocabat: nobiles ad inopiam redactos ſua impenſa in vita retinebat.

Ite-

Digitized by Google

Vtebatur & munificentia erga principes quando opus erat ; maxime vero erga eos , qui nomen Chriſtianum auctoritate & opibus ſuis iuuare poterant .

41 Interiectiſque nonnullis de Vilmcaſſano fœdere Chriſtianis aduerſus Turcas coniuncto, ac quo antea dictum eſt , reſtituto S. Priſcæ templo , & vrbis mœnibus , quæ dirupta & ſere ſolo æquata erant refectis , ſubdit : *In victu ſuo parcus eſt habitus : in ſermone modeſtiſſimus : facilis aditu quantum ei per ætatem licebat , iam enim octogeſimum attigerat annum* , diſſenſit S. Antoninus , qui illi octogeſimum quartum tribuit , *nec tamen de ſtudijs ſuis , quidquam remiſerat . Legebat ipſe aut legentes audiebat , ſi quid in tanto rerum faſtidio ei temporis ſupererat* . Et infra : *Oratores ad ſe venientes mira benevolentia complectebatur , quorum precibus aut poſtulatis ab honeſto diſcedere nunquam voluit . Hanc ob rem cum Alfonſo ſimultates exercuit , quod is peteret epiſcopatus interdum his dari , quibus vel propter ætatem , vel ignorationem tum literarum tum rerum humanarum committi nequaquam debebant . Moriens autem Calliſtus centum & quindecim millia nummum aureorum reliquit , quos in vſus bellicos contra Turcas comparauerat* . Hæc Platina . Verum S. Antoninus tradit centum & quinquaginta aureorum millia in ſcrinio ſub eius cubili reperta . Memorat Ægidius Cardinalis Viterbienſis in eius vita , ipſum inſignes has ſententias frequenter vſurpare ſolitum ignauorum eſſe pericula formidare ; illa eſſe agrum ex quo meſſis & fructus gloriæ colligantur : ſe natura liberum eſſe , adulandi ſtudio ſeruum non futurum : falſa affingentes hominibus ſeruire ; vera referentes imperare , ac principes ſuas quidem laudes amare , at falſos laudatores irridere .

Nollis Regum precibus ab honeſto diceſſit. Simultates cum Alfonſo geſſit Rege ob deſtitutum imo.

Moriens te ſomenta ſumptus bello Turcico reliquit.

Inſignes ſententias eo vſurpari ſolitas.

Cæterum plures id in Calliſto arguunt , ipſum propinquorum augendæ amplitudini nimis ſtuduiſſe , atque vna die duos ſororum filios ſacro purpuratorum collegio aggregaſſe , nimirum Ioannem Ludouicum Milam , & Rodericum Lenzuolium , cui ac Petro illius fratri gentilitia inſignia , & Borgiæ cognomen tribuit . Tradunt [a] vero , contradicente illi aperte & conſtantiſſime Dominico Capranica Cardinale Firmano , Petrum Spoleti ducem in Vmbria creaſſe , ac vrbi & copijs pontificijs præfeciſſe , virum cæteroqui vitijs inquinatum , qui auunculo Pontifice defuncto , haud ita multo poſt extinctus eſt , cum arce S. Angeli collegio Cardinalium receptis viginti millibus aureis reſtituta , in Ciuitatemveterem arcem munitiſſimam , vt Vrſinæ familiæ , cuius odia contraxerat , vim declinaret , confugiſſet [b] . Nec longe diſpar moribus Rodericus , qui arcano Dei iudicio pontificios poſt Innocentium VIII. apices accepto Alexandri VI. nomine conſecutus eſt ; hoc vero anno a Calliſto epiſcopus Valentinus eſt renuntiatus [c] .

a Poggius in vita m. ſ. Card Firmani.
Eius propinqui dedecus ipſi intulere.

b Platin. in Call. III. Gobel. in comment. Pij II. l. 2 & alij.
c Calliſt. lib. 18. cap. 25.
Dominici Card. Capranicæ obitus.
d Plat. in Call. III.
e Gobel. comment. lib. 1.

42 Dum iuſta funebria demortuo Pontifici perſoluebantur , Dominicus Capranica , de quo paulo ante memoraui , Romanus tit. S. Crucis in Ieruſalem presbyter Cardinalis ac Firmanus epiſcopus ſummuſque pœnitentiarius , doctrina ac virtutibus inſignis , qui Calliſto ſucceſſurus putabatur , ab hominibus demigrauit , eius obitum bonus omnes luxiſſe teſtatur Baptiſta Platina [d] , atque in templo S. Mariæ ſupra Mineruam ipſum ſepultum quem etiam Gobelinus [e] morum exemplo præluxiſſe affirmat , additque : *Fuit enim vitæ mundiſſimæ & rerum experientia magnus* ; proniorem porro ad iras arguit : ſed iras etiam ſine peccato eſſe ſubijcit recentior auctor [a] . At de tanto viro præclarum elogium , quo illum S. Antoninus decorauit [b] , non prætermittendum viſum eſt : *Reuerendiſſimus* , inquit , *Cardinalis Firmanus dominus Dominicus de Capranica eiuſdem menſis* , ſcilicet auguſti , XIV. *die ex infirmitate fluxus , appoſitus eſt ad patres ſuos , cum multa deuotione ex hoc mundo , tranſitum faciens , in aſpero repertus cilicio , quod ad carnem ferebat aſſidue : Multum triſtitiæ , & doloris mors eius intulit , cunctis qui nouerant eum propter eminentes virtutes eius . Vere hic homo iuſtus erat propter rectitudinem eius , a cunctis dilectus , prudentia & conſilio magnus : in iure peritus , & religioſorum pater & refugium manus copioſe extendebat ad pauperes : ſobrietate & ſanctimonia præclarus ; ex deuotione non modica frequenter celebrans , ſtudioſus a lectione non ceſſans , in diuerſis partibus legationem eleganter exercens , honorifice vita functus traditus eſt ſepulturæ in conuentu S. Mariæ ſupra mineruam ordinis Prædicatorum* .

a Spond. hoc ann. nu 7.
b S. Antor. 3. par. tit. 22. c. 16. §. 1ſt.
In aſpero cilicio defunctus. Eius elogium.

43 Conſcripſit eius vitam , Poggius [c] , ac de ſingulari eius liberalitate in pauperes hæc narrat : *Illud in eo homine prædicatione dignum fuit & optimi viri iudicium , quod multitudini honeſtorum hominum , quos premi inopia ſciuit , pro facultatibus ſubuenit : quamuis ea illi eſſent pertenues : Percontabatur amicos diuerſorum ordinum , qui domum ſuam frequentarent de vrbis ac ciuium conditione , deinde ſingulorum neceſſitate perſpecta , aut ijs ſalaria ad vitæ ſuſtentationem ſuppeditauit , aut alia ope iuuit : multis victum ac veſtitum præbuit quampluriinorum etiam filias ſua pecunia collocauit , & quam frequentius nil æque pium ſibi videri inquiens , quam iniuriæ & turpitudini expoſitos propter inopiam & naturæ imbecillitatem ad honeſtam vitam traducere , quod etiam in adoleſcentibus obſeruauit , in quibus aut ingenij aut virtutis indoles appareret , vt res eorum anguſtæ officerent , quo minus bona ſibi a natura data exercere poſſent : ſed id aut ipſe per ſe fecit , aut quam occultiſſime curari per ſuos voluit , quos fides ſibi delegerat , ne captandæ popularis auræ cauſa facere iudicaretur . Nemo autem vnquam ab eo fruſtra quidquam petijt ; quare aliquando ſibi calceos detraxit , vt cuipiam largiretur : quandoque etiam cum offenſum fortuna quemquam vidit minus bene veſtitum , ſuum amiculum dedit & cum pecunia ad erogandum non ſufficeret , ſæpius vaſa argentea , quæ habebat conflari , & petentibus diſtribui iuſſit : cumque ob eam rem ab amicis argueretur reſpondere conſueuit , hominis proprium ſibi videri quam plurimis benefacere , quod adeo in communi vita fuit , vt plerumque neceſſarijs ad victum deficientibus pecuniam ſumere mutuo ab amicis cogeretur* . De eiuſdem autem conſtantia in tuendis inique oppreſſis deque , integritate animi & corporis hæc addit idem auctor .

c Pogg. in vit. m ſ. Card. Firmani.
Singularis eiuſdem in pauperes liberalitas.

44 *Quos opibus aut potentia per vim opprimi vidit , ijs maxime nullo aut beneuolentiæ aut amicitiæ habito reſpectu , auxilio fuit , nihil omnino prætermittens , quod ad illius ſalutem & ſuam fidem ſpectare arbitraretur , ita vt nec potentum inimicitias extimeſceret , quare multis ſaluti fuit , gloriari ſæpe ſolitus , neminem fruſtra patrocinium ſuum imploraſſe , auertiſſe etiam a ceruicibus multorum maximas calamitates . Beneficium vero nec vendidit vnquam , nec vendi paſſus eſt ; ideo ne in ſuſpicionem aliquam incideret , nunquam a priuato etiam amico munus accepit , quin par aut maius redderet : aliquando annulum digito extractum dono mittenti quippiam dedit : a ciuitatibus & prouincijs nonniſi edulia accepit . In omni autem vita ea conſtantia & grauitate fuit , qua non ſolum gratiæ reſiſteret , verum etiam ſuſpi-*

Conſtantia in tuendis inique oppreſſis.
Integritas ob muneribus ſordibus.
Studio aſſiduo continuo caſtitatem

ſuſpicioni. Fœminam nullam domum ſuam ingredi eſt paſſus, ſiue ea aliena, ſiue coniunctæ aliqua cognatione eſſent: quod ſi forte aliquam ſua opera indigere aut coniunctarum vllam ad ſe venire contigiſſet, in veſtibulum domus deſcendens aut propinquam ædem illam audiebat, dimittebatque, &c.

Ioannis Cyprij Regis obitus. *a Steph. Luſinian. in hiſt. Cypri.*

45 Obijt hoc anno a menſe iulio Ioannes Rex Cypri, qui non Cyprios modo, ſed Ieroſolymitanos & Armenios etiam regios titulos pręſat, ob ignauiã conſpicuus; nam, cum ſecundis nuptijs Helenam Palæologam deſpoti Moreæ filiam duxiſſet vxorem, ab ea regnum adminiſtrari permiſerat, a qua vt pote ſchiſmatica catholici oppreſſi fuere; quippeque Cyprios a Latino ritu ad Græcum veteremque perfidiam reducere annitebatur, ſchiſmaticoſque in ſcelere confirmabat: quod facinus tanto furore patrauit, vt cum Ioannem Luſitani Regis filium eiuſdemque generum, qui regnandi ſpe Carolam ipſius Helenæ filiam Cyprij regni heredem ſecum matrimonio iunxerat, ad inſtaurandum Latinum ritum & ſchiſmati Græcanico excindendo generoſe incumbentem videret, ipſum veneno ſuſtulerit, vt vulgo creditum fuit. Præter Carolam vero regnorum heredem, quæ Ludouicum Sabaudum in thori thronique ſocietatem aſſumpſit, reliquit Ioannes nothum filium impudicitiæ paternæ teſtem, & Cyprij regni facem ac peſtem, nimirum Iacobum, qui ne regnum affectaret, Nicoſienſis archiepiſcopus deſignatus fuerat; quique contractis cum Carola inimicitijs ad ſultanum Ægypti confugit, contendens Mahometica lege, in qua ſpurij fœminis, quamuis legitimis nuptijs procreatis præferuntur, ſibi Cyprium ſceptrum debitum eſſe, Mahumetaniſque armis regnum Carolæ ademit, vt in proximo tomo dicetur.

Ritu ignauia inſignis.

Succedit Carola filia.

Relinquit nothum futurum Cyprij regni facem.

L A V S   D E O.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
IN TOMVM DECIMVMOCTAVVM
ANNALIVM ECCLESIASTICORVM.

A

ABſolutio. Abſoluere a pœna & a culpa quot modis ſumi poſſit. Anno 1443. numero 14.

Abſtinentia. mira abſtinentia B. Ioannis Capiſtranenſis. 1456. num. 55.

Academia. Cadnmenſis condita ab Eugenio IV. 1437. nu. 3. confirmata eius iura. 1451. num 9. §. Extat. inſtituta Barcinonenſis a Nicolao V. 1450. num. 18. §. Cum in fine, &c. Biſuntina priuilegio ornata ab eodem Pontifice. ibid. §. His in fi. ac ſequenti. 1451. num. 9. Glaſguenſis excitata in Scotia. ibid. & §. Cum: Treuirenſis condita a Nicolao V. 1455. num. 9. in fi.

Acephali, ſiue Neutrales, vel indifferentes. nituntur tertium concilium tertio loco celebrare pro ferenda de Florentino, & Baſileenſi cõcilijs ſententia. 1443. n. 13. id tanquam nefariũ diſcutit Eugenius. ib. in neutrales animaduerti iuſſum ab Engenio IV. 1445. nu. 15. Acephali damnato Baſilieenſi conciliaoulo in fidem ac poteſtatem Romani Pontificis veniunt. 1447. num. 1. quanto tempore Germani neutrales extiterint. num. 4. vid. *Neutrales*.

Adamitæ. fœdiſſima eorum hæreſis. 1421. n. 5. delentur ferro a Ziska eorum meretriculæ a dæmone ſubornatæ ſine metu incendia paſſæ. ibid.

Adriana moles vid. *Hadriana moles*.

Adulatio. inſignis de ea Calliſti ſententia. 1458. num. 41.

Aegidius Munio canonicus Bartinonenſis. creatus antipapa Alſonſi Regis Aragonum fraude. 1423. num. 7. Clementis VIII. nomen accipit. ib. opes eccleſiaſticas regia ope inuadit. ib. in Senenſi concilio defenditnr ab Aragonio oratore num. 10. damnatus a ſynodo Senenſi. 1424. num. 2. ad ſchiſma damnandum paratus confirmatur in ſcelere ab eodem Rege. ib. & An. 1425. num. 4. de eo cogendo ad obſequium pontificium, vel renitente tradendn paciſcitur Alfonſus ipſe cum legato apoſtolico. 1427. num. 22. dan nato antipapatu Balearis epiſcopatus illi promiſſus. 1428. nu. 1. antipapatum abijcit. ib. quem ritum ſeruarit. n. 2. & 4. in legati manibus obſequium Sacramento ſpondet. ib. eius pſeudocardinales falſæ dignitatis ponunt inſignia. n. 6.

Aegidius Cardinalis Viterbienſis. ſcripſit vitas Pontificum. A. 1458. n. 41.

Aegroti. ſedulia B. Didaci pietas in ægrotum miniſterio. 1450. nu. 1. §. Inter. ægri conueniri a medicis vetiti, niſi tertia conuentione conſcientiam expiarint. 1429. n. 9.

Aegyptij. Cyprum euaſtant. 1426. n. 10.

Aeneas Sylvius dictus poſtea in pontificatu Pius II. Baſileenſi factione implicitus. 1440. num. 10. monitus a Iuliano Cardinale S. Angeli, vt qui ipſum errantem erat ſecutus pœnitentem ſequeretur. ibid. a Friderico Cæſare ad Nicolaum V. miſſus orator. 1447. num. 1. affertur præcipua eius orationis pars. ib. vt Baſileenſium impietatem agnouerit. num. 6. diſſuadet Nicolao ne concilium in Gallijs celebret. 1450. num. 5. efficit, vt B. Ioannes Capiſtranenſis in Germaniam pro re Chriſtiana promouenda mittatur. ib. diuertit ad Thaboritas. 1451. num. 12. admonet ipſos in ambiguo Scripturæ ſenſu conſulendum eſſe Pontificem ex Deuteronomio. ib. piæ eiuſdem ad Thaboritas adhortatio. ibid. Cæſareo nomine apud Nicolaum habet orationem, quæ affertur. 1452. num. 4. conſulit Nicolao V. vt vniuerſalem expeditionem indicat. ib. exponit imperij Chriſtiani cadentis formam. ib. in Bohemia creatur internuntius. num. 6. iuſſus inter Fridericum Cæſarem, & aduerſarios pacem componere. ib. in Francoſurtenſibus conuentibus hortatiuam in Turcas orationem habet. 1454. num. 3. &c. creatus Cardinalis tit. S. Sabinæ. 1456. num. 73. Germanorum querelas de pontificia ſede refellit. 1456. num. 43. datum ab eo Calliſto elogium. num. 46. iterum Germanos grauatos ſe conquerentes arguit. n. 47.

Aethiopes. Romanæ eccleſiæ Imperante Conſtantino Rege Æthiopum ſe coniungunt. 1441. n. 2. data eorum oratori ab Eugenio IV. fidei formula. n. 4.

Afri, & Africa. ad Africam Chriſto ſubijciendam ſolicitati Reges, vt Ioanni Regi Luſitaniæ opem ferant. 1418. num. 21. Afri Septam recuperare moliuntur. 1419. n. 8. pro ea retinenda cruceſignatam militiam indicit Martinus V. ibid. de Africæ expugnandæ iure. Eduardus Rex Luſitaniæ. A. 1436. num. 23. Rex Caſtellæ opponit illius ſubijciendæ ius ad Caſtellæ Regem ſpectare. num. 24. inter Caſtellanos ac Luſitanos iterum diſceptatum. 1443. n. 11.

Alamannus tit. S. Euſebij presbyter Cardinalis. miſſus in Aragoniam legatus ad Petrum e Luna antipapam armata manu inuaſo honore deijciendum. 1418. num. 11. prohibetur ab Alfonſo Rege Aragonum, ne id perficiat. n. 15. & 1419. n. 7.

Alanus Brito epiſcopus Auenionenſis. creatus Cardinalis tit. S. Praxedis. 1455. num. 14. ad Gallos in Turcas concitandos miſſus. 1456. num. 1. maximas difficultates a Gallo Rege paſſus. num. 3. excitatus, vt pro fide ſanguinem fundat. num. 4. paciſcitur cum Gallo Rege, vt triginta triremes inſtruantur in Turcas. 1457. num. 54. prouocantes a Pontifice ad concilium generale doctores Sorbonicos non coercet. num. 55. inertiæ perſtringitur. ib. Iubetur cogere ipſos ad reuocandam eiuſmodi prouocationem. num. 56. additi illi ſtimuli, vt tam peſtiferum errorem conuellentem articulum: *Et in vnam ſanctam, &c.* reſcindat. num. 57. eius legatio in irritum verſa. num. 59. electionem Beſſarionis ad ſummum pontificatum diſcutit. 1455. num. 17.

Alba Græca. obſeſſa a Mahomete. 1456. num. 14. penetrant in eam Turcæ, & inclamato nomine Ieſu diuinitus ſternuntur. n. 14. pulſi diuino miraculo ab obſidiunt. ib.

Albanenſes. vid. *Macedones*.

Albergatus Cardinalis. vid. *B. Nicolaus Albergatus*.

Albertus dux Auſtriæ poſtea Romanorum Rex. ſacram militiam in Bohemos hæreticos profeſſus. 1421. nu. 10. Sigiſmundi Cæſaris gener Hungarica corona redimitus. 1438. nu. 21. Bohemicum regnum capeſſit. num. 22. oppoſitus illi ab hæreticis frater Regis Poloniæ. ib. Romano ſceptro potitus. num. 23. eius elogium. ib. ſollicitatur ab Eugenio, vt Europam liberet ab infidelibus. ib. Nurembergenſes conuentus celebrat. ib. datæ ſpes Palæologo Imperatori, Albertum Romanorum Re-

Digitized by Google

Regem exercitum in Turcas educturum. A.1439. num.10. Baſileenſium temeritatem fouet dum neutri parti fauere velle promulgat. ib. ſchiſmatis exordia præfocare abnuit. num. 26. ignaue negat tuto poſſe Pontificem aduerſus perduelles Baſileenſes. ib. docetur diffuſam a Baſileenſibus venenatam doctrinam. ib. ſolicitatur ne ſchiſma conflari patiatur. 1439. num. 23. queritur de eo Eugenius remiſſiorem fuiſſe in tuenda cauſa pontificia. ibid. promiſſa illi pax, & victoria ſi Eccleſiam adiuuerit. ib. diuinum patrocinium non promeruit, qui Eccleſiæ patrocinium abiecit. ib. irrita eius in Turcas expeditio. n. 39. obitus, & elogiũ. ib. diuiſa illius regna. ib. inducias cum Rege Poloniæ init. nu. 38. irritam expeditionem mouet contra Turcas. nu. 39. ex nimio vſu peponum dyſentericus perit. ib. relinquit heredẽ filium Ladislaũ poſthumum. ib. magnę turbę in Hungaria & Bohemia ex eius morte ſecutę. 1440. n. 12. Alberti ſucceſſor Fridericus Germanos ad Romanę eccleſiæ obſequium reducit. 1447. nu. 27.

Albertus epiſcopus Florentinus deſignatus. creatus Cardinalis ab Eugenio. 1439. n. 43.

Albertus Friderici III. frater. Romam jubileo anno ſe confert. 1450. nu. 1. donatur ſacro enſe a Nicolao Pontifice. ib.

Alchoranum, a Ioanne epiſcopo Segobienſi confutatum. 1339. num. 8.

Alexander dux Lituaniæ. commonitus, vt arma in Bohemos jungat. 1425. n. 14. pro Bohemis Eccleſiæ conciliandis cum Martino V. agitat. 1427. n. 10.

Alfonſus Carillus pſeudocardinalis. poſtea Card. diaconus S. Euſtachij. Petrum e Luna vrget, vt pſeudopontificatu ſe abdicet. 1418. num. 12. eumdem deſerit. num. 14. transfugit ad Martinum. ib. ab eodem iure purpuræ donatus humaniſſime excipitur. 1418. num. 14. Bononiæ, & exarchatui Rauennæ præficitur. ib. Bononiam recuperat. 1420. num. 19. cur ex legatione reuocatus. 1424. n. 18. ad conciliandos Hiſpaniarum Reges legatus miſſus ab Eugenio IV. 1431. num. 16 rebellat in eumdem Eugenium, & Baſileenſium nomine Aunionenſem comitatum inuadit. 1432. num. 22. pellitur a Cardinale Fuxenſi. ib. ſacerdotijs ſpoliatur ab Eugenio. 1438. n. 26.

Alfonſus Rex Aragonum. Petrum e Luna antipapam fouet in pertinacia, 1418. num. 15. Apoſtolicæ ſedis legatum prohibet, ne vi illum edomet. ib. & A. 1419. num. 7. nefarium hæreſiarcham tuetur. ib. prohibet ne Petrus S. Angeli legatus Paniſcolam expugnet. 1420. n. 3. Corſicam inuadit. num. 9. Ludouicum Andegauenſem obſidione Neapolitana depellit. ib. regni Neapolitani hereditariam ſucceſſionem affectat. ib. a Ioanna II. in regni ſpem aduerſus Ludouicum Andegauenſem excitus. A. 1421. num. 2. cum Ludouico Andegauenſi inducias paciſcitur, num. 3. Pontificis odio Petrum e Luna ſchiſmatis principem fouet. ib. Franciſco Sfortia ſubornato Ludouicum æmulum ad regnum deferendum adigit. 1423. Neapolitanos proceres ſibi ſubijcere annititur. ib. eo conniuente recrudeſcit Lunanum ſchiſma. 1423. num. 4. ſchiſmaticorum ſuſcepta clientela, famam ſpargit pſeudocardinales creatos à Petro e Luna. num. 7. mortuo Petro e Luna dat operam, vt ab ijs quos pſeudocardinales creatos finxerat, nouus antipapa creetur. ib. execrandæ eius politicæ fraudes. ib. Valentinos ab antipapæ obſidione deterret. nu. 8. ſuppeditat eidem antipapæ opes eccleſiaſticas. ib. monetur a Martino officij. 1423. num. 8. defendendum ſuſcipit in concilio Senenſi theatralem antipapam. ib. in Conſtantienſe concilium pro antipapa declamare auſus. num. 11. illius adoptio a Ioanna reſciſſa num. 12. reſtringit illius querelas Martinus V. ib. & n. 13. Ioannam capere anniſus. num. 13. euerſa eius conſilia. ib. Neapolim claſſe Catalana ſultus euaſtat. ib. in Cataloniam abit. n. 14. Caietam amittit. ib. fouet ſchiſma ad fatigandum Martinum V. 1424. nu. 1. excitatus ad frangendos eius conatus Toletanus archiepiſcopus. ib. confirmat in ſchiſmatis flagitio Ægidium Muñionem antipapam. num. 12. Neapolim amittit. num. 17. fruſtra eam ſubmiſſa claſſe tentat. ib. decretus ad ipſum legatus Cardinalis Fuxenſis. 1425. num. 1. negat dare legato fidem publicam. num. 2. de ipſo grauiſſime queritur apud Caſtellę Regem Martinus. n. 3. poſt conceſſa ipſi Sardinię, & Corſicæ iura beneficiaria, remiſſum quinquennalem cenſum, præſtitaque de excindendo ſchiſmate ſacramenta fauit Petro e Luna. ib. vt iniqua extorqueret de tradendo eodem paciſci voluit. ib. alia eius ſcelera. ib. antipapam ne ad officium rediret deterruit. ib. ob propagatum ſchiſma indictum iudicium. 1326. num. 1. lata in eum ſententia. ib. vſque ad. num. 7. Andreas epiſcopus Gerundenſis ſolicitatus, vt illum ad ſaniora conſilia induceret obteretur. ib. infanda eiuſdem Alfonſi arrogantia, & cœcitas. num. 8. iudicij pontificij metu legatum Cardinalem, quem aditu prohibuerat admittit. 1427. num. 20. ſignificatum ipſi nondum latam in eum decretoriam ſententiam. ib. ſi in crimine perſtiterit, ipſum nociturum quidem Eccleſiæ, ſed non ſibi profuturum. ib. Cardinalem Fuxenſem honorificentiſſime excipit. num. 21. coopertum caput habentem nudato capite alloquitur. ib. poſtulatur a legato, vt antipapam cogat ad obſequium præſtandum Pontifici, vel ſenitentem tradat. num. 22. reſtituat libertatem eccleſiaſticam. ib. & obedientiam defert ſedi Apoſtolicæ. A. 1428. num. 1. aliquandiu poſtea legatum, ac Pontificem deludit. 1429. num. 1. demum repente mutatus damnat ſchiſma. ib. tradita illi Paniſcola a legato. 1429. num. 6. ſolemni iureiurando ſpondet ſe Eccleſiæ iura non inuaſurum. num. 7. pro eo Caſtellæ Regi conciliando nauata a legato opera. num. 10. exercitum in Caſtellam ducit. ib. claſſem in regnum Neapolitanum immittit. 1433. nu. 29. Ioannæ principes, ac populos aduerſus Alfonſum adhærere iubet Eugenius eod. num. 29. inuito Pontifice irrumpit in Neapolitanum regnum. 1435. nu. 13. Capuam occupat. ib. Caietam obſidet. ib. Vetiti proceres illi adhærere. ib. præſtita illi olim ſacramenta ab Eugenio reſciſſa. ib. monitus tum ipſi tum æmulo ius redditum iri. ib. ſpernit pontificia monita. num. 14. in Caietana obſidione victus a Genuenſibus maritimo prælio capitur cum Ioanne Rege Nauarræ. ib. terreſtris eius exercitus diſſipatus. ib. humaniſſime habitus a Philippo Maria duce Mediolanenſi. ib. ſine vllo redemptionis pretio dimiſſus: aduerſus ipſum ſtudet Eugenius Renato. 1436. num. 16. Baſileenſes commouet Alfonſus in Eugenium. num. 21. ditionem eccleſiaſticam inuadere molitur. ib. Coniungit ſe Mediolanenſi aduerſus Eugenium. ib. impellit Baſileenſes, vt diſſentiant ab Eugenio. n. 6. Neapolitanũ regnum ſibi ſubijcere annititur. 1437. num. 25. in eum ſubmiſſus Vvitelleſcus patriarcha. nu. 25. eius orator Baſileenſes in ſchiſma impellit & cur. 1438. n. 10. magnus ſchiſmatis Baſileenſis promotor extitit. 1439. n. 37. inſenſus Eugenio IV., quod Renatum Regem tueretur. ib. ingratus eius in ſedem Apoſtolicam animus. nu. 38. grauiſſimæ de illo Eugenij querelæ. ib. Ierarchiam eccleſiaſticam cum Baſileenſibus euertere anniſus eſt. ib. Dominicus Cardinalis Capranica ſolicitatus, vt ſuggerat illi pia conſilia. ib. poſtulatus de pace. ib. paciſcitur inducias. ib. potitus Acerris partes ſuas effert. ib. pontificijs ſubſidijs ne ab eo Neapolis caperetur liberata. 1440. num. 5. ex Eccleſiæ diſſidijs ſpreto diuino Numine res ſuas augere ſtudet. 1440. num. 13. Felici anti-

antipapæ ſua ſtudia pollicetur modo Ioannæ II. adoptionem confirmet. ib. Aragoniæ regiæ principes denuntiant Eugenio inimicitias. ſi Alfonſo aduerſetur. ib. reſpondet Pontifex illum ſine iure regnum Neapolitanum inuaſiſſe. ib. ditionis etiam eccleſiaſticæ vrbes inuaſiſſe, ac detrectaſſe iuri ſtare. ib. legatum Cardinalem pacis interpretem aditu prohibuiſſe. ib. pacis expectatione deludit Gallos. nu. 19. Auerſam capit. ib. Antonium Caudolam ad ſuas partes traducit. ib. deludit Gallos pacis expectatione. ib. detrectanti ſtare iuri bellum infert Eugenius. ib. Alfonſus Ioannem Cardinalem Tarentinum legatum aditu in regnum prohibet. A. 1441. num. 16. Renato ſtare iuri parato init Pontifex bellicum fœdus cum Genuenſibus aduerſus Alfonſum. ib. de Trinacria ipſi eripienda ſumpta cõſilia. ib. iudiciarius ordo aduerſus ipsũ inſtitutus. ib. quãta mala regno Neapolitano intulerit. num. 17. Terracinam ac terras Caſſinenſis monaſterij reſtituere abnuit. ib. ob læſæ maieſtatis crimen in ius vocatus. ib. leges contemnit. ib. Auerſam deinde Neapolim capit. num. 18. per aquæ ductum Neapoli potitus. 1442. num. 11. parto Neapolitano regno Eugenium ſibi conciliare nititur. ib. ſpreta Chriſti Eccleſia ex ſchiſmate res ſuas augere nititur. 1443. num. 1. cum antipapa pollicente plurima paciſcitur de propagando ſchiſmate. ib. extorquet hac arte demum a Pontifice, quæ ab antipapa depoſcebat. ib. ſpondet ſe Eugenium culturum, vt verum Pontificem. nu. 2. iura Eccleſiarum aſſerturum. ib. conceſſum illi ab Eugenio regnum Neapolitanum iure fiduciario. ib. promiſſa eidem regni inſignia. nu. 3. Beneuenti & Terracinæ præfecturæ illi traditæ. ib. nonnullas viciſſim terras potiundas Eugenio tradit. ib. remiſſum illi nummarium vectigal etiam tum debitum. ib. pollicetur ſacramento fidem ſe obſtricturum Pontifici. num. 4. caſtra S. Felicis & Froſoloni reſtituturum. ib. immiſſurum ſex triremes egregie inſtructas aduerſus Turcos. ib. exercitum pro reſtituendo Romanæ eccleſiæ Piceno immiſſurum. ib. Picenum reſtituit Eugenio. num. 7. quamuis ius Neapolitani regni deuolutum eſſet ad Romanam eccleſiam ad Alfonſum transfertur. ib. adoptio illius a Ioanna perperam tentata confirmata ab Eugenio. num. 8. ornatur pluribus prærogatiuis. ib. obiectum illi anathema ni priſtina iura eccleſijs reſtituenda curet. ib. abalienata a Neapolitana corona iura reuocare iuſſus. ib. Franciſcum Sfortiam Piceno depellit. nu. 9. deſerti ab Eu-

genio, qui Eugenianas partes aduerſus Alfonſum erant ſecuti. ib. eius orator Caſtellani Regis oratori honorificentioris loci prærogatiua. A. 1444. num. 20. cauſa oratori Caſtellano adiudicata. ib. Neapolitanum regnum refert acceptum beneficentiæ pontificiæ. 1445. num. 11. quas leges acceperit admiſeritque. ib. & num. ſeqq. Beneuentum & Terracinam Pontifici ſe reſtituturum pollicetur. num. 12. ad Tybur Romano Pontifici reſtituendum adductus a Dominico Capranica Cardinale legato. 1447. num. 16. pro eo cum Florentinis conciliando decernit Ioannes tit. S. Laurentij presbyter Card. 1448. num. 8. principatum Mediolanenſem extincto Philippo Maria affectat. ib. promouet ſacram actionem pro decernendo B. Bernardino ſanctorum cultu. 1450. num. 2. claſſem in oriente ad Cyprum tuendam ſuſtentat. n. 14. ſpolia agit e barbaris. ib. conceſſa Alfonſo inſula Caſtri rubei a Nicolao V. 1450. num. 17. non permittunt Rhodij, vt in ea arcem conſtruat. ib. ſubſidia illi pro claſſe ſuſtentanda aduerſos Mahometanos decreta. ib. eius rogatu Barcinonenſis academia condita. num. 18. interprete Ioanne Cardinale legato varias concordiæ pactiones init cum Nicolao V. 1451. num. 10. ſolicitatur a Genuenſibus vt Græcorum Imperatori opem ferat. 1452. num. 16. tot regnis Florentem Turcas poſſe tundere. ib. ne deſerat Græcos à Turcis conculcandos. ib. ei relictus teſtamento Mediolanenſis principatus a Philippo Maria. 1452. num. 16. eo occupato a Franciſco Sfortia ope Florentinorum, Ferdinandum immiſit cum exercitu in Etruriam. ib. Tybur accedit cum valido exercitu. ib. fert inique Venetos cum Mediolanenſi duce, & Florentinis pacem redintegraſſe. 1454 num. 7. a Dominico Capranica legato Cardinale ad pacem admittendam permouetur. ib. Etruriam bello vexat. num. 12. Nicolaus V. illum conciliare Florentinis annititur. ib. ægre fert Italicam pacem fuiſſe Laudæ confectam. 1455. num. 3. ſolicitatur, vt bellum in Turcas ſuſcipiat. ib. Genuenſes a fœdere male excludit. ib. ſacræ in Turcas militiæ ſymbolum induit. num. 30. in Genuenſes exercitus terreſtres, & maritimos voti nuncupati immemor auertit. num. 34. Petri Fregoſi ducis grauiſſimæ aduerſus eum querelæ. nu. 35. arguitur non vertiſſe arma in Turcas. ib. victus eius exercitus. ib. ob petitam bello Liguriam abalienatus ab eo Alfonſus num. 36. poſtulata eius iniqua repulſa. ib. contempta Chriſti cauſa Italiam tur-

bat. A. 1456. nu. 6. Picinino fauet. ib. fœdus Italicum infringit. ib. pacem demum admittit. n. 7. rogatur a Caliſto Papa, vt quindecim triremes inſtruat in Turcas vti promiſerat. num. 10. monetur veram gloriam a Deo petendam. ib. nuncupata Chriſto vota impie infringit. num. 11. exprobrata illi perfidia. ib. deuotas Turcico bello opes eccleſiaſticas non in Turcas, ſed in fideles auertit. ib. ſeipſum inanibus mendacijs deludit. ib. Liguriam cruceſignatorum ducum opera vaſtat. num. 12. execratur eius perfidiam Caliſtus. ib. flebilis Caliſti ad eum exclamatio. ib. Scortorum irretitus inſanis amoribus. n. 12. monitus a Caliſto in quanto periculo ſit res Chriſtiana. num. 13. rogatus, vt arma in Mahometem vertat, periclitantem rem Chriſtianam temnit. 1456. nu. 18. poſcit a Caliſto, vt regnum Neapolitanum Ferdinando filio ſuo notho cum Beneuenti, & Terracinæ præfecturis tradat. 1456. nu. 43. repulſam patitur. ib. ſolicitatus, vt arma in Mahometem cum Regibus Mahometanis coniurantem in Chriſtianos vertat. 1457. n. 3. claſſem paratam in Turcas ſacro auro perfide auertit in Genuenſes. ib. pollicetur claſſem ſuam cum pontificia coniungere aduerſus Turcas. 1457. n. 38. vota infringit armaque in Genuenſes vertit. n. 63. tertio votum Turcici belli nuncupat atque impie violat. n. 64. vlciſcendi furijs ſe abripi ſinit. ib. cõtrouerſia regni Nauarræi illius arbitrio permiſſa. 1457 n. 72. nepotem Carolum Vianę principẽ honorifice excipit. ib. Scanderbegus ad Alfonſum mittit ſpolia Turcica. 1458. n. 17. Ameſa Alfonſo traditus, vt ſeruetur in carcere. ib. nõnullas arces Genuenſibus eripit. 1458. n. 29. Genuæ imperio Gallis delato in eam Ioannes dux Lotaringiæ ad Neapolitanum regnum recuperandum excitatus. ib. efferatus ira Alfonſus claſſem paratam in Turcas contempta Chriſti cauſa vertit in Genuenſes. ib. propulſatus ſunt fortiter atque ex humanis eripitur. ib. aſſentatores paſcere conſueuerat ſuæ laudis auidus. nu. 30. humana, & diuina iura priuati commodi gratia proterere ſolitus. ib regnum ad ius Romanæ eccleſiæ deuoluendum contra iura Ferdinando filio notho reliquit. ib. quibus præceptis illum informarit. ib. ſexaginta millia nummum pro Turcica expeditione tribui iubet Pontifici. ib. alia regna Ioanni fratri Regi Nauarræ teſtamento relinquit. ib. decernit Caliſtus ipſum non potuiſſe iure Neapolitanum ſceptrum Romanæ eccleſiæ debitum filio notho relinquere. n. 21.
Alfonſus Borgia in pontificatu dictus Cal-

Digitized by Google

liſtus III, prædicit illi B. Vincentius Ferrerius ſe in ſanctorum catalogum ab eo relatum iri. A. 1419. nu. 13. egregiam operam pro abolendo ſchiſmate nauat. 1419. nu. 3. donatus a Martino epiſcopatu Valentino. n. 5. creatus Cardinalis tit. SS. Quatuor coronatorum ab Eugenio IV. 1444. num. vlt. prædictus illi pontificatus ab eodem S. Vincentio Ferrerio. ib. vid. *Calliſtus III.*

Alfonſus Rex Luſitaniæ. ſuccedit Eduardo patri, 1438. n. 26. monitus vt ad Pontificem non ad Reges ſpectet eccleſiarum diſpoſitio. 1440. num. 9. flagitia Ludouici epiſcopi Viſenſis exauctorati illi expoſita. ib. Africam Chriſtiano cultui reſtituere meditatur. 1443. n. 10. ſacram militiam profecturis indulgentiarũ præmia propoſita. ib. inuidet illi Caſtellæ Rex, diſceptatq; inde ſuis iuribus detrahi. n. 11. profert imperij Chriſtiani terminos in Africa. 1452. n. 11. cõceſſæ illi terræ a Nicolao V. quas infidelibus eripuerit. ib. Luſitanis eum adiuturis noxarum expiatio propoſita. ib. exactarum a clero decumarum veniam poſcit. n. 12. Ferrum principem tyrannidem affectantem in prælio necat. ib. refecit ſeptæ propugnacula. ib. ſacrum bellum meditatur in Turcas. 1454. n. 7. roſæ aureæ munere donatus a Nicol. V. ib. Africæ littora ducum opera perluſtrat. ib. barbarica regna ſubijciendi poteſtas ei tradita. n. 9. confirmata a Nicolao. ib. ei conceſſum Guineæ imperium. ibid. partum in regna barbarica ius ipſi confirmatum. 1455. n. 8. corrigendarum in iis regnis legum creata auctoritas. ib. Turcico bello ſe deuouet. 1456. n. 8. moras deinde nectit. ib. hortantur eum Genuenſes vt claſſem educat in Mahometanos. num. 9. deficit a cœptis, claſſem tamen mittit. n. 10. ſolicitatus a Caliſto, vt arma in Turcas vertat. 1457. n. 2. expectatus a Caliſto cum claſſe. 1457. n. 1. datam ſpem claſſis in Turcas educendæ eludit. 1487. n. 65.

Alfonſus Toſtatus epiſcopus Abulenſis. dum Senis præſente Romana curia abditos ſcientiæ theſauros explicare ambit, propoſitiones erroneas temere diſceptandas proponit 1443. nu. 24. de hæreſi apud Eugenium IV. poſtulatur. ib. propoſitiones iuxta ſenſum catholicum interpretatur. ib. tum in ſententia tum in verbis ſe ſubmittit Pontifici. ib. non modo doctrina ſed etiam ſanctitate effulſit. ib. Bellarmini Cardinalis de eo elogium. ib.

Alfonſus Dux Bragantiæ. ius eccleſiaſticum opprimit. 1458. n. 36. Caliſti III. pro eo ad officium redigendo literæ. ib.

Aluarus e Luna magiſter equitum Caſtellæ, monitus vt bellum ciuile præſocet. A. 1439. n. 40.

Aluarus epiſcopus Siluenſis, creatus legatus ad Luſitanos in Turcas concitandos. 1455. n. 8.

Ambitio, qui regni ſpe nepotem Regem Scotiæ occidendum curarat, per ludibrium ignea corona redimitus proditorum Rex appellatur. 1436. n. 32.

Ambroſius monachus Camaldulenſis. Ad Eugenium IV. mittit libros S. Bernardi de conſideratione. 1431. n. 33.

Amedeus Cardinalis, in Gallia legatus ad ſedanda bella ciuilia. 1418. n. 24. ad ſanciendum fœdus inter Burgundum & alios principes iuſſus incumbere. ib.

Amedeus dux Sabaudiæ pro pace inter Anglos & Gallos concilianda interpretem agit, 1422. n. 30. Ludouicus epiſcopus Portuenſis illi adiunctus. ib. queritur idem Amedeus datum ſibi ſocium Cardinalem legatum. 1422. n. 3. arguitur ex eo inani gloria titillatum opus dignum gloria aggreſſum. ib. quid ipſi a Martino reſponſum fuerit. ib. relicto principatu Ripalienſem ſeceſſum petit. 1434. n. 30. viſus initio fauere Pontifici 1435. num. 7. Eugenij ad eum literæ. ibid. vid. *Felix antipapa*.

Amedeus Arithmeticus hæreticus. 1446. n. 8. exagitatus a S. Bernardino iudices corrupit. ib. ſparſit falſum rumorem S. Bernardinum anathematis reum obijſſe. ib. iuſſæ in eum diſtringi leges. ib. damnatus hæreſeos a Nicolao. 1447. n. 23.

Amiſa Scanderbegi nepos, a Turcis ſubornatus in Scanderbegum coniurat. 1458. nu. 16. cæſis Turcis capitur a Scanderbego. ib. parcitum eius vitæ. ibid. mittitur Neapolim ad Alfonſum Regem, vt ſeruetur in carcere. 1458. n. 17. extincto Alfonſo reductus in Macedoniam fugam ſimulatam ad Turcas corripit, vt vxorem ac filios obſides eripiat. ib. necatur veneno. ib.

Amor diuinus, S. Franciſcam in medijs aquis, ne tingantur aqua eius veſtes, tuetur, 1438. n. 26. cadente alias imbre madere non ſinit. ib.

Amurat. 2. de Turcico imperio cum Muſtapha certat. 1422. n. 1. Muſtapham vincit. ib. exercitum contra Græcos in expeditionem ducit. ib. Genuenſes venales auro conducit in Chriſtianos. ib. Conſtantinopolim obſidet. num. 2. Muſtapha victo potitur Adrianopoli. 1423. n. 26. Seruiæ partem ſibi ſubigit. 1425. n. vlt. Boſnam vectigalem ſibi ſubijcit. 1429. n. 10. Georgij filiam in concubinam accipit. ibid. Theſſalonicã Venetis eripit. 1431. n. 35. in eum arma vertunt Veneti. 1433. n. 28. fœdus init Hungarus cũ Caramano in illum. ibid. Conſtantinopolim tentat. ibid. n. 22. Trapezuntinum imperium infeſtat. ib. Amuratis in Pannoniam irruptio. A. 1437. n. 13. diſſuadet Imperatori Conſtantinopolitano acceſſum in Italiam. 1438. nu. 6. conſtituit oppugnare Conſtantinopolim. ibid. ab eo conſilio deterretur ab Halimbaſſa. ibid. magni eius in Chriſtianos progreſſus. 1443. num. 13. fodinas auri & argenti in Raſcia inuadit. ibid. poſt Græcorum cum Latinis coniunctionem in eos magis furit. n. 14. multas prouincias euaſtat. ib. Raſciam capto deſpota ſubigit. nu. 15. ducenta millia Chriſtianorum in ſeruitutem abſtrahit; e ſingulis Chriſtianorum familijs adoleſcentem rapit. ibid. Pannoniam in diſcrimen adducit. ib. ab Huniade diuinitus victus. ib. impeditus ab aduerſarijs Eugenius ne in eum arma exerceret. ib. in illum legati ad Polonos, Hungaros, & Macedones coniungendos miſſi n. 17. Conſtantinopolim in diſcrimen adducit. ib. fruſtra Chriſtiani ab Eugenio, vt Amuratem comprimant, ſolicitati, n. 18. &c. eius duces a Scanderbego fuſi. n. 21. Eugenius, Hungariæ Poloniæq; Rex, & Scanderbegus fœdus in eũ percutiunt. ibid. prouinciæ plures ex eo recuperatæ ab Vuladiſlao Rege. 1444. num. 2. ad eum Helleſpontiaco traiectu arcendum parata ab Eugenio claſſis. num. 3. terreſtri exercitui cruceſignato præfectus Iulianus Cardinalis, naualis præfectus Cardinalis Franciſcus Condulmerius. n. 3. vt decennales inducias cum Vuladiſlao verterit. n. 5. in Caramaniam bellum vertit. ib. dum agit in Aſia eius duces gemino prælio a Card. legato victi. ib. ex Aſia in Europam traijcit Genuenſium culpa, ſeu dolo ſeu caſu ſtationem Helleſpontiacam deſeruerint. num. 9. prima eius acies proſtrata. ib. dum metu percitus fugam cogitat a Satrapis tentus. ib. inſtaurato prælio Vuladiſlaum Regem obtruncat. ib. vicit victo ſimilis. ib. ex Chriſtianorum Regum diſſidijs inſoleſcit. 1448. num. 7. in Macedoniam irrumpit 1449. n. 10. Sfetigradum obſidet. ib. in deditionem accipit. ib. amiſſa exercitus parte redit Adrianopolim. ib. magna clade affectus etiam ab Ioanne Huniade. ib. Valachos, qui ad ipſum defecerant, trucidat. ib. expeditionem conficit in Epirum. 1450. n. 15. Croiam obſidet. ib. repulſus a Scanderbego. ib. ex bellicis laboribus & ira moritur. ib. ſuperbæ illius minæ in baſilicam Vaticanam. ib. eius turiſ a Mahomete filio immolati

lati plures Chriſtiani. ib. ſuccedit illius imperio idem Mahometes II. n. 16.

Anabaptiſmus. per imperitiam inductus. A.1439. n. 17. vetitus intentato anathemate ab Eugenio, ib.

Anathema.

Anathema. eius vis inſigni miraculo oſtenditur. 1453. num. 18. §. Eodem.

S. Andreas Corſinus. cœleſti viſo docet hoſtes vincendos a Florentinis. 1440. nu. 11. die feſto S. Petri pugnam iniri iubet. ibid. ſe videndum obijcit hoſtibus, eoſque in fugam abigit. ibid.

Andreas ordinis Prædicatorum. ad Ioannem Palæologum Eccleſiæ conciliandum miſſus. 1426. n. 22.

Andreas epiſcopus Gerundenſis. monitus a Martino vt Alfonſo flectendo ad officium operam nauet. 1426. n. 7.

Andreas abbas S. Antonij Syrorum orator. eccleſiaſticam coniunctionem inſtaurat cũ Eugenio IV. 1441. n. 1.

Andreas archiepiſcopus Colocenſis. in Cyprum miſſus. 1445. n. 20. hæreticos & Schiſmaticos plures ad Chriſtum traducit. ib.

Andreola mater Nicolai V. prædictum illi diuinitus filiũ Pontificem futurum. 1457. n. 15. iuſſa eſt votum nuncupare ſe filium per moturam, vt ſe clericali militiæ addiceret. ib.

Angeli. angelorum exercitus viſus a Turcis eos terret fugatque. 1456. n. 30. & 34. angeli crucefignatos ad pugnam pellexiſſe dicuntur. n. 31.

Angelottus Fuſcus Romanus epiſcopus Cauenſis, creatus Cardinalis ab Eugenio IV. 1431. num. 34. necatur ab adoleſcente domeſtico. 1444. n. 20.

Angli, & Angliæ Rex. graſſantur in Gallijs. 1418. n. 24. acerbiores pacis leges potiundi regni ſpe Gallis imperant. n. 27. poſtulati de pace a concilio Baſileenſi eam reſpuunt. 1434. n. 30. magnis cladibus attriti. ib. pleraſque Normanniæ vrbes amittunt. ib. violant inducias pro occupando oppidulo 1440. n. 16. ampliſſimas vrbes & prouincias amittunt 1450. n. 20. laborant diſcordijs & atteruntur a Scotis. ib. ob geſta ab ipſis in Gallijs bella nudatum eſt ſuis præſidijs Chriſtianum imperium. 1451. n. 7. vrgeri diuina vltione viſi, num. 8. conſpecta in cœlo cruce alba ab Aquitanis deſerti, ib. infeliciter geſta re in Gallia bellum in ſe vertunt. 1452. n. 13. recipiunt Burdegalam, iterumque ab ea pulſi. 1453. num. 21. inteſtinis bellis vexati. 1457. num. 59. a Gallis Scotiſque direpti fœdus inter ſe iungunt. ib.

S. Antoninus archiepiſcopus Florentinus. Eugenium IV. Pontificem ſacramentis rite procurat. A.1447. n. 13. iuſſus congregare omnem clerum in ſolemni pompa die corporis Domini inſtituenda. num. 24. miſſus a Florentinis pro ſalutando Calliſto. A.1455. num. 20. qui fuerint adiuncti illi alij oratores. ib. eius oratio coram Calliſto habita. num. 21. &c. ait Turcam expreſſum per beſtiam plenam nominibus blaſphemiæ. n. 22.

Antonius Bentiuolus, Bononiæ tyrannidem corripit. 1420. n. 9. egregia B. Conradini aduerſus illum geſta. ib. reſtituit Bononiam Pontifici. ib.

Antonius Maſſanus Minorita. ad Græcos Eccleſiæ conciliandos Conſtantinopolim miſſus. 1422. n. 5. eius geſta. ib. n. ſeq.

Antonius Caſinus epiſcopus Senenſis. creatur Card. a Mart. V. 1426 n. 26.

Antonius Ceruantes archidiaconus Hiſpalenſis. creatus Card. a Martino V. 1426. num. 26.

Antonius epiſcopus Oſtienſis. A. S. L. ad Senenſes miſſus pacis interpres ab Eugenio IV. 1431. n. 12 repulſus a Senenſibus. ib.

Antonius princeps Tarentinus. bello appetitus a Ludouico Andegauenſi. 1434. n. 27. eo extincto amiſſa recuperat. ib.

Antonius epiſcopus Vrbinas. legatus mittitur in Scotiam pro reſtituenda libertate eccleſiaſtica. 1436. n. 31.

Antonius epiſcopus Portugalenſis. creatus Cardinalis. 1439. num. 41.

Antonius Ridus præfectus arcis Hadrianæ. Ioannem Vvitelleſcum Cardinalem in arcis aditu vulneribus confodit. 1440. num. 11. fertur habuiſſe imperia ab Eugenio vt perduellem ita exciperet. ib.

Antonius Corarius Cardinalis epiſcopus Oſtienſis. pie moritur. 1445. nu. 28. virtutibus claruit, & fuit conditor congregationis S. Georgij de Alga. ib. inter alios alumnos Eugenium IV. monaſtica diſciplina excoluit. ib. B. Ioannes Capiſtranenſis illum coluit, dicauitq; ipſi commentarios de auctoritate Papæ, & conciliorum. ib.

Antonius natione Balearis. creatus Cardinalis S. Chryſogoni a Nicolao V. 1455. n. 14.

Apoſtolica ſedes. quanta ſit Apoſtolicæ ſedis dignitas. 1437. n. 19. §. inſcrutabilis. quanta ſit eius maieſtas ex S. Antonino. 1455. n. 21. nefas eſt a ſede Apoſtolica prouocare ad concilium. 1457. nu. 57. Peccant illi in articulum: *& in vnam Sanctam eccleſiam*. ibid. vid. pontifex Romanus.

Appellatio. errãt qui putant maius eſſe tribunale pontificio ad quod appellari poſſit. 1457. n. 57. Raſcia eidem ſedi teſtamento relicta. A.1458. nu. 18. ſupremum Bohemiæ, & Hungariæ imperium ad ipſam ſpectat. ibid. vid. *Eccleſia Romana, & Pontifex Romanus*.

Aqua. modica permiſceri debet in calice, & cur. 1349. num. 15. myſtica eius rei ſignificatio. ibid. Coniuncti Chriſto offeruntur Chriſtiani in ſacrificio per aquam ſignificati.

Aquila. obſeſſa a Braccio duce. 1424. nu. 14. labente decimotertio menſe obſidione liberata. n. 15. & 16. apud eam idem Braccius a Pontificis, & Ioannæ Reginæ copijs deletus. ibid. Aquilanorum ſeditio magno miraculo reſtincta a S. Bernardino. 1444. n. 21.

Aquitania. pars illius erepta Anglis a Carolo VII. 1450. nu. 18. ab eodem Carolo pulſis Anglis ſubacta. 1451. n. 8.

Ara. ara princeps Mediolanenſis eccleſiæ conſecrata a Martino V. 1418. n. 34.

Araniteus Cermenici princeps. ſolicitatus ab Eugenio IV. ad arma aduerſus Turcas vertenda. 1444. n. 6. Romanæ eccleſiæ vexillum ad eum tranſmiſſum. ib. ſacramenti religione ſoluitur. ib. plura pro fide prælia geſſit. nu. 6. indulgentiæ eius ſigna ſecuturis propoſitæ. n. 7.

Ardicinus de Porta. creatus Cardinalis a Martino V. 1426. n. 26.

Armenij. ad priſtinum eccleſiarum fœdus inſtaurandum ſolicitati ab Eugenio IV. 1434. num. 18. in gremium Romanæ eccleſiæ recepti ab Eugenio IV. in Florentino concilio. 1439. n. 13. decretum fidei illis datum. n. 13. ſacramenti ab ijs Pontifici nuncupati formula. num. 16. Æthiopum orator teſtatur Armenios & alios orientales ab infidelibus ob hæreſim & ſchiſma fuiſſe conculcatos. 1441. n. 1.

Aſtorgius. archiepiſcopus Beneuentanus, creatus Cardinalis a Nicolao V. 1455. n. 12.

S. Athanaſius. inſignis eius ſententia de proceſſione Spiritus Sancti ex Patre & Filio. 1440. n. 17.

Atheus. athei cuiuſdam triſtis exitus. 1456. n. 74.

Atrebatenſis conuentus. pro pace inter Anglos & Gallos concilianda celebratus. 1435. n. 3.

Auaritia. mercatura de Chriſtianis diuendendis Turcis impie exercita. 1425. lata a Martino V. in proditores illos ſanctio. ib. auari mercatores infanda in neophytos Canarienſes exercent latrocinia. 1436. n. 26. Chriſtianam religionem in publicum odium adducunt. ib. percuſſi anathemate. ib. inſigne S. Bernardini exemplum in ea conculcanda. 1447. n. 25.

Auguſtinus Romanus archiepiſcopus Nazarenus. eius errores damnati. 1435. num.

Digitized by Google

num. c. ijs improbatis venia donatur.ib.

Aurelia. ab Anglorum obſidione oannæ virgo iuſu ope diuinitus liberata.1429.n.18.

Aui contemptus. vid. *Contemptus rerum*.

Auximum, in pontificij obſequij conſtantia firmiſſimu h. A.1434.n.12.

Azymum decretum tam in azymo, quam fermentato ſacramentum conſici. 1439.n.8. Græci confingunt inania prætexta, vt probent Chriſtum non conſecraſſe in azymo, 1440.nu.18. azymi myſtica ſignificatio. ib. in azymo Chriſtum olim Euchariſtiam confeciſſe teſtatur S. Ioannes Chryſoſtomus.1445.n.14.

B

B*Abylonicum imperium*. ad illud euertendum Calliſtus Babylonicos principes ad defectionem ſollicitat. A.1457.n.69.

Bajona, a Gallis obſeſſa.1451.n.8.conſpecta in cœlo alba cruce, quam Galli pro inſigni præferre conſueuerant, deditionem faciunt.ib.

Balmerius Amedei ducis Sabaudiæ conſiliarius, conflandi extrahendique ſchiſmatis auctor extitit. 1450.nu. vlt. ſaxo ad collum alligato in lacum Lemanum proiectus.ib.

Balthaſar Coſſa dictus olim Ioannes XXIII. Ludouico duce Bauariæ in Martini V. poteſtatem traditur.1419.n.5. in perpetuum carcerem decernitur mittendus.ib.in Liguriam profugit, ib. mutata mente accedit Florentiam, ſeq; ad Martini pedes proijcit, ib. princeps Cardinalium creatus a Martino ib. Confirmata ex eius demiſſione Martini auctoritas.ib.& n. 6. voluente anno moritur eod.n.5.

Baptiſmus. puer non accepto baptiſmo mortuus ſepultuſq; poſt decimum quintum diem ope ſanctiſſimæ Virginis excitatus ad vitam ſacris baptiſmalibus initiatur. 1428. nu.11. quæ ſit illius materia, quæ forma, quis miniſter.1439.n.15.

Baptiſta Fregoſius, maritima claſſe Neapolim obſidet.1420.n.8.ab Aragonia claſſe pellitur.ib.

Baptiſta Adurnus, fuſus maritimo prælio a Philippi Mariæ claſſe.1421.n. 23. Genuæ principatu diſcedit.ib.

Baptiſta Sabellus. Reate Eugenio reſtituit.1435.n.11.

S. Barbara. clientem ſuum e medijs flammis ambuſtum eripit integris ſenſibus, vt ſacramentis muniatur. 1438.nu.11. diebus duodecim captiuum ſine cibo ſuſtentat ob eandem cauſam.ibid.

Barbara Imperatrix, coniurat cum Polonis ad Bohemiæ regnum Alberto genero præripiendum.1437.nu.21. eius doli a Sigiſmundo Cæſare eluſi.ib.

Barcinonenſis academia, inſtituta a Nicolao V. rogatu Alfonſi regis Aragonum. A.1450.nu.18. Toloſanæ academiæ iuribus exornata.ib.

Bartholomæus Peregrus profeſſione medicus Piſanus patria, ſuſcipit Piſis Thomam aliquo diutum in pontificatu Nicolaum V. 1457. num. 16.

Baſileenſe concilium & Baſileenſes. vid. *Concilium Baſileenſe & Baſileenſes.*

Baſilica vid. *Eccleſia*.

S. Baſilius magnus, inſignem eius auctoritatem de proceſſione Spiritus ſancti a Patre & Filio Græci eradere moliuntur.1440. num. 16. & *quondam.* Marcus Epheſinus paginam euellere conatus in concilio diuinitus eluditur eod. n. 5. Deinde codicis S. Baſilij opera Græca ad Nicolaum V. perlata, 1453, num, 25.

Belgradum. vid. *Albagraca*.

Bellum ciuile. quæ & quanta mala ex eo oriantur. 1441. num. 19.

S. Bernardinus. ſanctitatis fama floreſcit.1419. num. 12. exuſtis folijs luſorijs Ieſu nomen depictum Bononienſibus dat. 1424. num. 18. impacta ei temere ab inuidis calumnia hæreſeos. 1432. n. 24. cognita cauſa ab Eugenio IV. maximis elogijs exornatus. ib. reſciſſa iudicia illi intentata. ib. cum Sigiſmundo Cæſare familiaritatem contrahit. ib. ipſius irriſor pœna diuinitus mulctatus, deſictaque culpa valetudini reſtitutus. ib. eius felix obitus. 1444. num. 21. clareſcit miraculis. ib. cruentam Aquilanorum ſeditionem fuſo cruore ingenti ſedat. ib. inſignis ab eo demiſſio Chriſtiana in extremo vitæ actu oſtenſa. ib. inſtituta actio pro eo in Sanctorum numerum referendo. 1445. nu. 26. miraculis coruſcat. ib. in ſanctorum ordinem a Nicolao V. in ipſa iubilæi anni celebritate aſcriptus. 1450. num. 2. adoranda diuina prouidentia, quæ ſanctos viros in Eccleſia ſua certis temporibus excitat. ib. Rex Aragonum promotor ſacræ actionis extitit. ib. ſumma diligentia perquiſita eſt miraculorum ab eo editorum veritas. ib. interfuere illi celebritati S. Didacus & B. Ioannes e Capiſtrano.

Bernardus epiſcopus Tifernas. internuntius in Aragoniam miſſus aduerſus Petrum e Luna. 1419. nu. 7. eius conatus ab Alfonſo Rege eluſi. ib.

Bernardus Villamarinus præfectus claſſis Regis Aragonum. Cyprum tuetur aduerſus Candelori principem.1450, n.14. Mahometanos infeſtat.n.15. iuſſus portu humaniter excipi a Rhodiorum principe. ib. prohibetur ab eo arcem extruere in inſula caſtri rubri num. 17.

Beſſario Nicænus archiepiſcopus, poſtea Cardinalis. Marcum Epheſinum dicentem Latinos eſſe ſchiſmaticos & hæreticos confutat. A.1439.n.4. conuicit auctoritate ſanctorum patrum Græcorum. ib. ornatur cardinalitia purpura ab Eugenio IV. n. 11. & num. 41. refellit mendacia Marci Epheſini. 1440. num. 16. Probat proceſſionem Spiritus ſancti ex Patre & Filio. ibid. num. ſeq. prænuntiauit Græcis extremam cladem ni aboleretur ſchiſma. 1451.num.3. ad pontificatum plurium votis expetitus. 1455. num. 21. diſcuſſa eius electio factione Alani Cardinalis Auinionenſis.ib. quid obiecerit, ib. Reliqua tomo ſequenti.

Bibliotheca Vaticana. libris vndique conquiſitis a Nicolao V. aucta. 1450.nu. 4. iterum a Nicolao V. maxime locupletata. 1453. num. 25.

S. Birgitta vidua. ab ea prædictum fuit Græcorum excidium. 1453. num. 3.

Biſſiorus Græcorum orator. poſcit ab Eugenio IV. Papa, vt ſanioris partis Baſileenſis ſynodi decretum confirmet. 1437. num. 5.

Bituricenſe conciliabulum. Baſileenſibus ſe præferentibus Pontifici, ſe quoque ipſis & Pontifici præfert. 1438. n. 14. iniquam ſanctionem pragmaticam edit. ib. de illius iniuſtitia queritur Eugenius IV. apud Carolum Regem. 1439. num. 37.

Blaſphemia & Blaſphemi. Marcus Epheſinus blaſphemus cum ſtercore per os eiecto blaſphemam animam euomuit. 1445. nu. 17. Iudei blaſphemi plecti iuſſi. 1451. num. 5. ſimiliter alij ſupplicio affici. num. 6.

Bohemi hæretici. in Thaboritas Orebitas, Adamitas, & Caliſtinos diuiſi. 1421. num. 5. Branda Cardinalis legatus in eos miſſos a Martino V. nu. 6. in eos Sigiſmundus Cæſar cum Alberto genero exercitum ducit. 1421. num. 10. & 13. decernunt male Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie porrigendam n. 12. ſæuam in catholicos perſequutionem mouent. 1422. num. 16. flammis inijciunt ſacras imagines. ib. laudati eccleſiaſtici ob diſtricta in eos arma. nu. 17. Bohemiæ pars ad Sigiſmundi obſequium reducta. ib. impedimentis exuunt Bohemi Sigiſmundum Ziſka duce 1422. nu. 8. infami apoſtatæ iure cæſo, vt martyri honores deferunt. ib. belluina eorum licentia. nu. 19. aduerſus Sigiſmundum a Polono auxilia poſcunt. n.21. quid reſponſum a Polono.ib. ſuſceptum a duce Lituaniæ rerum patrocinium. 1423.nu.16. reuocata deinde a Polonis præſidia e Bohemia.n.18. ingentes contra eos facti bellici apparatus. ib. in eos irrumpit Fridericus Marchio Brandeburgenſis, num. 18.

hor-

horrenda Bohemorum immanitas. n.20. de illis exciudendis actum in Senenſi cõcilio. A.1424.n.5. finitimi Reges,ac principes ad eos delendos coniuncti a Martino V. nu.8. Sigiſmundus Regis Poloniæ nepos anathemate perculſus ob auxilia illis præſtita.nu.11.denuntiatum ipſi ab Vvladislao Rege patruo,vt hoſtem habitum iri, ſi Bohemicæ coronæ illecebra ijs fauerit.ib.immiſſus aduerſum eos a Polono exercitus.nu.12. confirmantur in pertinacia a Sigiſmundo Coributho.1425.n.13. hæ.cſeos odio a Rege Poloniæ bello appetiti. nu.14. in eos Martinus decernit legatum Vvintonienſem Cardinalem.1427.n.1. indictum in eoſdem ſacrum bellum.nu.2. multi pij milites in eos pugnando præmia cœleſtia commeriti. nu.4. tres exercitus in Bohemos educti.nu.5. ſolo metu fugati.ib.Pilzinenſes opprimunt.n.7.decreta noua a Martino in Bohemos expeditio.n.9. Bohemica hæreſis e veteribus hæreſibus conflata eſt. ib. inualuit ob vitia.ib. veteres ritus mutauit. ib.politicum ſtatum conuulſit. ib. omnia dixit eſſe communia. ib.carnis voluptates ſectata. ib.diſſentientes errori trucidauit.ib. Chriſti & Virginis imagines confregit.ib.partim vi partim illecebris graſſata eſt.ib. fatigati continuis prælijs Bohemi de pace agitant.n.10.Regem Poloniæ, & ducem Lituaniæ interpretes adhibent.n.10. poſcant audiri ab Eccleſia.ib.non diſceptatio ſed inſtructio ipſis conceſſa.ibid. in eos Germani bellum decernunt donec omnino fracti ſint.1428.n.5.Sigiſmundus Koributus prẹſefert ad eos Eccleſiæ conciliandos perrexiſſe in Bohemiam. n.6. Bohemorum Huſſitarum immanitas. nu.16. e ſacris imaginibus extructo rogo ſubpriorem Prædicatorum exurunt.ib. clades ingentes inferunt catholicis. 1430.nu.1.in eos Germani ſociant vires.ib.diſſolutus eorum exercitus. ib. Czapko ad delendum nomen catholicum eos concitat. ib. in eos Iulianus Card. Cæſarinus legatus mittitur. 1431.n.1. eorum crudelitas cum impietate coniuncta, ibid. ferro tuentur errores.ibid.Euchariſtiam in cæſorum ſanguine conculcant. ib. Chriſti,& Deiparæ imagines exurunt.ib.decretum in eoſdem a Martino V.ſacrum bellum.ib.inita a catholicis cum ijs fœdera reſciſſa ab Eugenio IV.n.18. horrenda eorum flagitia.ib. conſcripta in eos quadraginta equitum millia. nu.19. fallacibus literis catholicos ſubornare nituntur.1431.nu.19. ſe Chriſtianam diſciplinam reſtituere impie iactant. ib. pro Bohemis in Eccleſiæ ſinum reuocandis Baſilea non transferendum Bononiam concilium contenditur. n.26. duobus prælijs cæſi.A.1432.n.7. oratores pacis interpretes decernunt ad Baſileenſe concilium.n.9.Regi Poloniæ demandata auctoritas ab Eugenio Papa, vt cum Bohemis de pace agat. n.10. oratores mittunt ad Baſileenſe concilium.1433.num.1. quæ ſint ab ijs propoſita.ib.errorem tuētur pertinaciter.n.2. circa vſum calicis inita concordia.ib.permiſſus calicis vſus Bohemis a concilio Baſileenſi. ib. Thaboritæ & Orphani concordiam reſpuunt.ibid.propter ſpē conuerſionis Bohemorū aſſentitur Eugenius, vt Baſileæ concilium celebretur. n.5.diſciſſi in factiones Bohemi ſe mutuo conficiunt.1434. nu.22. Pragenſes iuncti catholicis Thaboritas extrema internecione delent.ib. reliquiæ flammis exciſæ. nu.23. coactis regni ordinibus decernunt Bohemi redeundum ad Eccleſiæ coniunctionem.ibid. ſalutant Regem Sigiſmundum Imp.n.24.in gratiam Romanæ eccleſiæ admiſſi. 1436.n.16.qua lege ipſis permiſſus calicis vſus.ib.quęnam ab ijs difficultates motæ.ib.quidue ad eas reſponſum ſit.ib.iniqua extorquent a Sigiſmundo.num.19.conſulunt Baſileenſem ſynodum an communio calicis ad ſalutem foret.1437.n.22. definitum laicis,& ſacerdotibus non conficientibus non neceſſariam vtriuſque ſpeciei communionem. ib.integrum eſſe Chriſtum ſub qualibet ſpecie.ib.inconſulto Pontifice vſus calicis illis permiſſus.ib. plura illicita pertentant.ib. conantur falſi auctoritate ficta concilij in ſuas partes catholicos trahere.ibid. efflagitant,vt Euchariſtiæ vſus permittatur paruulis.nu.23. repulſa ijs obiecta.ib.bellis ciuilibus laborant. 1441.n.15.Permiſſus ijs a Baſileenſibus calicis vſus non profuit. ibid. promulgauere hẹretici Bohemi non contineri tantum ſub vna ſpecie quantum ſub vtraque. ib.poſcunt a Ioanne Cardinale legato, vt compactata confirmet. 1448.nu.3.eluſa eorum petita. ib. commendata ijs a legato Ladislai pueri iura.ib.Abuſi compactatis aliter, quam conceſſa erant a Baſileenſi concilio. n.5.iterum petunt, vt pactiones concilij Baſileenſis a legato confirmentur. 1451.nu.11. reſponſum eas prius a Bohemis violatas. ib. compactata nō confirmata a legato quia prius a Bohemis violata.ib.hortatu B.Ioānis Capiſtranenſis plures Bohemi compactatis renunriant. n.14.

Bohemi heretici.vid. etiam *Heretici*,& *Huſſitæ*.

Bohemia.ad illius imperium varij aſpirant Reges.1458.nu.20.ſine pontificia,auctoritate Bohemiæ Regem delectum queritur Calliſtus.ib.Fredericus Bohemicum ſceptrum affectat,& cur. A.1459. nu.20.

Boleslaus Mazouiæ dux.ob depoſita accepta,vt ijs vteretur in Tartaros religione liberatus. 1446.n.13.

Bononia, erepta Pontifici ab Antonio Bentiuolo.1429.n.9. recuperata ab Alfonſo Cardinale S.Euſtachij legato.ib.in poteſtatem Eugenij IV.reuocata.1435.n.11.

Bononienſes.a S.Bernardino edocti folia luſoria exurunt. 1423.n.23.Ieſu nomen nouo more pictum coemunt pro folijs luſorijs. ib.

Borſius Nicolai Ateſtini marchionis filius nothus. ad gerendum principatum idoneus decernitur.1450.n.17.

Boſna. Romanæ eccleſiæ conciliata. 1445.nu.23.Hungari ad ferendam illi laboranti opem ſolicitati. ib. in eam Manichæi Turcas euocant aduerſus catholicos.1450.n.13.

Braccius e Montone tyrannus.Martinum V.diuexat. 1419.n.4.contra Ludouicum Audegauenſem arma mouet.1420.n.9. reconciliatus Martino in recuperanda Bononia illi operam nauat.ibid. rebellat iterum in Martinum.nu.10. ſtulte comminatur pontificium ſtatum ſe exciſurum. ib. a Ioanna Regina in Neapolitanum regnum excitus. 1421. nu.1. aduerſus eum pijs precibus ſe munit Martinus Papa. 1424.n.15. infeliciſſime in Aquilana obſidione perimitur. ib.& n.16.eius quoq; filius poſtea in prælio cæſus.n.18.

Branda Card. tit. S.Clementis. decretus legatus aduerſus Bohemos hæreticos. 1421.n.6. Leodij magnis exceptus honoribus.num.8. geminum exercitum ducit in Bohemiam. n.13.

Brixia a Venetis ſubacta. 1426. num. 21.

Burdegala. Carolo VII.ſe dedit.1451. num. 8. iterum recepta ab Anglis iterumque amiſſa. 1453.n.21. excitatis duabus arcibus frænum illi iniectum. ib. de ea Anglis prodenda oppreſſa coniuratio. 1457. num. 59.

Burgundia factio. pacis actionem inter Anglos & Gallos diſturbat. 1418. num. 27. horrendas cædes edit Pariſijs. ib. dat pœnas diuino numini. n. 28.

C

CAdomenſis academia. condita ab Eugenio. A.1437. nu.30. illius iura confirmata a Nicolao V. A. 1451. num. 9.

Caffa. in periculum adducta a Turcis & Tartaris. 1455. n. 32. Genuenſes ad eam defendendam ſolicitati. ib.

Gaieta. a Genuenſibus Aragonio erepta. 1423. num. 14.

Calatrauenſes equites. permiſſum ijs ab Eugenio IV. ne caſtitatis votum

Digitized by Google

tum nuncupent. A. 1442. nu. 10. qui illud nuncuparant ea religione non ſolliti. ib. [illegible]

Calliſtus III. ante pontificatum dictus Alfonſus Borgia. tit. SS. Quatuor coronatorum presbyter Cardinalis præter omnium opinionem in locum Nicolai V. ſuffectus. 1455. num. 17. prædixerat illi S. Vincentius futurum Pontificem. ib. eum prædictionem vulgaſſet delirare creditus. ib. iuris ſcientia excelluit. ib. eius patria & parentes. ib. tollendis Iamsni ſchiſmatis reliquijs operam dederat. ib. integerrimus in promenda ſententia. ib. voto ſe obſtringit perſecuturum bello Turcas. n. 18. ſacramenti formula ab eo nuncupata. ib. Conſtantinopolim Ieroſolimamque liberare meditatur. ib. mittit præcones ad fideles in ſacra arma concitandos. n. 19. claſſem inſtruit. ibid. & terreſtrem exercitum. ibid. ſalutatur a principibus. num. 20. a S. Antonino Florentinorum nomine laudatur. ib. Boſnæ Regi pollicetur loca e Turcica ſeruitute eripienda num. 24. mittit Thomam epiſcopum Fanenſem ad lites inter Boſnenſes & Hungaros dirimendas. num. 25. legationes ſolemnes mittit in varia regna. ibid. Dionyſium Card. tit. S. Cyriaci in Pannoniam mittit. eod. num. 25. Hungaros in Turcas commouere enititur. ib. promulgat vitam opeſque Chriſto in Turcas ſe deuouiſſe. ib. vetat Hungaros fœdus paciſci cum Turcis. ib. Ioannem Card. S. Angeli in Germaniam pro exercitu crucesignato contrahendo legat. num. 26. Nicolaum Cardinalem tit. S. Petri in Angliam decernit. num. 27. diſſenſionum tollendarum paciſcendarumque induciarum facultate inſtruit. ib. legatos crucis ſymbolo inſignit. ib. Tarraconenſem archiepiſcopum ſolemni ſacramento obſtringit in Turcas num. 28. ſupremum illi in claſſe pontificia imperium confert. ibid. dat patriarchæ Alexandrino Alfonſi vtriuſque Siciliæ & Aragonum Regis, crucis ſymbolo inſigniendi poteſtatem. n. 30. de accepto crucis ſymbolo gratulatur Alfonſo. ib. decumas illi attribuit. ib. ſacras indulgentias crucesignatis impartitur. ib. pacē eiuſdem inter Burgundum Gallumque confirmat. n. 31. Genuenſes ad tuendam Caffam ſolicitat. num. 32. Genuenſium orientalium ad Calliſtum ſupplices literæ. num. 33. a dicto Alfonſo Siciliæ & Aragonum Rege ob eius perfidiam abalienatur. num. 36. iniqua eiuſdem poſtulata repellit. ib. immunitatem ordinis eccleſiaſtici tuetur. n. 37. eam violantibus anathema intentat. ib. plura ſancit in Galecos graſſatores. nu. 38. indicit Granatenſibus bellum. num. 39. B. Vincentium Ferrerium in ſanctorum ordinem aſcribit. num. 40. eiuſdem diploma. ib. & num. ſeq. Sueſſionenſis ſynodus prouincialis a Rhemenſi archiepiſcopo celebrata ſedente Calliſto. n. 45. Alanum Cardinalem mittit ad Gallos in Turcas concitandos. A. 1456. nu. 2. increpat Carolum VII. quod a bello ſacro abhorreat. n. 3. admonet ne a maiorum exemplis deficiat. ib. politicos ſacris conſilijs aduerſantes patitur. num. 4. inter Delphinum, & Carolum agit concordiæ interpretem. num. 5. Iacobum Piccininum turbarum in Italia auctorem reprimit. num. 6. Aluarum Siluenſem epiſcopum ad Luſitanos in Turcas excitandos decernit. num. 8. Alfonſum Regem Luſitaniæ ad pium bellum gerendum hortatur. ibid. rogat Alfonſum Regem Aragonum, vt promiſſas quindecim triremes ſubmittat in Turcas. num. 10. eccleſiaſticum theſaurum pro conflanda claſſe diſtrahit. num. 10. de Aragoniorum ducum proditione conqueritur. num. 12. quanto pro Chriſto fundendi ſanguinis deſiderio arſerit. ib. mittit claſſem in orientem. ib. Genuenſium ad eum literæ. ibid. Ludouicum Cardinalem in claſſe legatum decernit. num. 13. Alfonſum Regem Aragonum admonet, vt rei Chriſtianæ conſulat. ib. Conſtantinopoli recuperandæ legatum operam dare iubet. num. 13. Germanos principes hortatur, vt periclitanti Hungariæ ſubſidium ferant. num. 16. Fridericum Cæſarem ſolicitat, vt ſacro bello ſe accingat. ib. internuntium vrget, vt illi ſtimulos addat. num. 17. monet principes nunquam glorioſius, quam pro Chriſto arma ſumi. num. 18. indicit preces pro obtinenda ope diuina. num. 19. pij eius conatus pro fulcienda re Chriſtiana. num. 19. ſpes in Deo collocat. nu. 20. ab eo pendere victoriam. ib. Turcarum res proſperas Chriſtianorum peccatis aſcribit. num. 20. ſolemnes ſupplicationes decernit. num. 22. populum Chriſtianum ad expianda crimina ſolicitat. num. 23. B. Ioannis Capiſtranenſis opera victoriam de Mahomete II. refert. num. 24. & 25. B. Ioannis ad Calliſtum laureatæ literæ. num. 36. ſolicitatur ab eo, vt Conſtantinopoli & Syriæ Chriſtiano cultui reſtituendis operam nauet. num. 37. ingens illius de vincendo Turca fiducia. num. 38. defuere pijs eius ſtudijs Reges. ibid. proponit nullam militiam glorioſiorem militia pro Chriſto ſuſcepta. num. 39. Germani in Calliſtum calumnias ſtruunt. num. 40. de Alfonſi Regis Aragonum ignauia in bello ſacro grauiſſime conqueritur. A. 1456. n. 41. inſignis Calliſti ſententia diuino amore flagrans. n. 42. perlata ad illum Mahometis ſpolia. ibid. dictare literas ſuas ad principes conſueuerat. ib. prædixerat referendam de Mahomete victoriam. ibid. pronunciat Græcos, & ſeruios Turcis reſiſtere non potuiſſe, quod excluſi forent Eccleſiæ gremio. ibid. Carolo VII. Gallorum Regi diuinam iram intentat ni arma capiat in Turcas. num. 43. præmonet, vt Chriſtum ducem ſequatur. ibid. iniqua Alfonſi Regis poſtulata repellit. ibid. Luſitanos, Venetos, Genuenſes, ac Macedones ad ſumenda pro Chriſto arma adhortatur. num. 44 hortatur etiam Æthiopum Imperatorem, vt aduerſus Mahometanos arma capiat. num. 45. partæ ad Belgradum diuina ope victoriæ hiſtoriam narrat. num. 47. opes vniuerſas in ſacro bello in Turcas profundit. num. 49 mithras & gemmas ea de cauſa diſtrahit. ibid oppignerata ſuppellectile terras eccleſiaſticas diſtrahit. ibid. legati opera tres inſulas Turcis eripit. num. 50. illius ad Germanos Hungaroſque exclamatio, vt in Turcam iungant arma. ibid. ſubmittit Rhodijs auxilia aduerſus Mahometanos. ibid. illius ardor pro excindenda ſecta Mahometana. ibid. Io. Huniadem regia corona donare decreuerat, vt Turcarum domitorem. num. 51. vrget Reges ad conficiendum bellum ſacrum. num. 52. B. Ioannem Capiſtranenſem ſacris beneficijs exornat. num. 53. percellit anathemate eos, qui orientales Chriſtianos ceperint, vel ſpoliarint. num. 65. eos etiam, qui Chriſti hoſtibus arma inuexerint. ibid. vetat intentato anathemate Iudæos ad rem medicam accerſi aut menſa excipi. num. 67. ſi blaſphement, pœna affici iubet. n. 68. Georgium Bohemiæ Regem hortatur, vt Rokizanam ad ſedem Apoſtolicam mittat. num. 69. ſancit ne quis orationem habeat in ſacello pontificio, ni prius eam magiſtro ſacri palatij oſtenderit. nu. 70. Rodericum nepotem, qui poſtea in pontificatu Alexandri VI. nomen accepit, & Iacobum principem Luſitanorum Cardinales creat. num. 70. auget iterum Cardinalium ſenatum, interque alios aſciſcit Æneam Syluium, qui fuit Pius II. num. 73. nouam claſſem adornat in Turcas. A. 1457 nu. 1. iubet legatum ad Turcarum excidium incumbere. ibid eius nepotes degeneres, vires auertunt ad ſpoliandos Chriſtianos Cyprios. ibid. Luſitanum Regem vrget, vt expe-

diat

Digitized by Google

diat arma in Turcas. num. 2. queri-
tur de Regum inertia, qui datam
vinceudi occaſionem non capiant.
num 3. Regem Aragonum permo-
uere nititur, vt inſurgat in Maho-
metem. ibid imparem ſe tanto con-
ficiendo bello queritur. num 5. om-
nia ſua pro fide Chriſti profundit.
num. 5. promiſſæ illi a Gallo trire-
mes triginta. num. 6. dat legato im-
peria, vt Cæſarem Germanoſque
in ſacra arma conciret num. 7. ſan-
guinem effundere cum cruceſigna-
tis optat. ib. B. Iacobum Picentem
in locum B. Ioannis Capiſtranen-
ſis ſubrogat. ibid. Hungaros cruce
inſigniri iubet. ibid. imperat lega-
to, vt Cæſarem, & Hungariæ Re-
gem inter ſe conciliet. num. 8 luget
imperij Chriſtiani vires ex inteſti-
no bello debilitari. ibid. Fridericum
Romanorum Regem inferentem
bellum Hungaro monet, vt arma
auertat in Turcas ibid. exponit vt
ij gentem Chriſtianam excindere
moliantur. ibid. Ladislaum Regem,
vt Turcico bello ſe accingat, hor-
tatur. num. 10. Mitylenas, Stalime-
nem, & Taxum Turcis eripit. ib. col-
laudat Ladislaum, quod inducias
paciſci cum Turcis abnuerit. nu. 11.
B. Iacobum Picentem commendat
Regi Ladislao. num. 12. inſtruit am-
pliſſimis mandatis, vt religionis
ſplendorem inſtauret in Hungaria.
num. 13. Ladislaus ad Calliſtum
ampliſſimam legationem pro com-
ponendis Bohemorũ controuerſijs
mittit. num. 14. Boſnæ Regia lega-
tionem Calliſtus excipit. num. 17.
illum ad bellum Turcicum animat.
ibid. Ioanni Caruiali gratulatur
de re optime geſta in Boſna. nu. 19.
Scanderbegum Mahometis impe-
tus ſuſtinentem auro iuuat. num. 20.
eum ob res geſtas commendat.
num. 21. promittit illi auxilia. ibid.
claſſem illius ſubſidio mittit. n. 22.
& 23. ingens Calliſti ardor pro ob-
terendo Mahomete. num 25. Pau-
lum archiepiſcopum Craienſem
rei Chriſtianæ proditorem in iudi-
cium vocat num. 30. orientalium
ſpes in Calliſtum conuerſæ. nu. 31.
Turcas legati opera pluribus naua-
libus prælijs frangit. num. 31 con-
iungere omnes Chriſtianas vires in
Mahometem annititur. ibid. Mity-
lenem Cataluſio Genuenſi reſti-
tuit. ibid. vires maritimas auget.
num. 33. eius ſtudia pro inflam-
mandis Regibus ad ſacrum bellum.
num. 34. eiuſdem ad Caſimirum
Regem Poloniæ literæ. ibid. mittit
in Lituaniam internuntium pro
contrahenda cruceſignata militia.
ibid. ſollicitat alios ſeptentrionales
principes, vt Chriſto arma confe-
rent. num. 35. ſacris eius conſilijs
Regum conſilia non conſentiunt.
ibid. indicit ſolemnes Chriſtiano-
rum cœtus. num. 36. immenſus il-
lius ardor pro Chriſti gloria pro-
paganda. num. 37. Anglos, Hiſpa-
nos, Gallos, Belgas, Italos ad
belli ſacri ſocietatem vocat. ibid.
ſubijciendi Chriſto orientis ſpes
concipit. num. 38. ab ignauis prin-
cipibus calumnijs appetitur. nu. 39.
confutat Germanorum querelas.
num. 40. conſumptarum pro Chri-
ſto opum rationem reddit. ibid.
Germaniam ac Pannoniam a fau-
cibus Mahometis ereptas exponit.
ibid. defenſas inſulas orientis.
num. 41. Macedoniam retentam.
ibid. nefarias principum Germa-
niæ coitiones damnat. num. 42. hæ-
reſeos e Bohemia excindendæ cu-
ram B. Iacobo Picenti demandat.
num. 43. ſcripta pro Calliſto ab
Ænea Sylnio apologia. nu. 43. &c.
Calliſti elogium. num 46. ei aduer-
ſus principes coniunctus adhæret
Fredericus Cæſar. num. 46. Theo-
doricum archiepiſc Moguntinum
factione ea implicitum corripit Cal-
liſtus. num 49. non opes tantum,
ſed ſanguinem pro Chriſto ſe pro-
fuſurum teſtatur num. 50 Tranſmit-
tit roſam auream ad Carolum VII.
Gallorum Regem. num 52. horta-
tur, vt Chriſtianum populum a
Turcica tyrannide liberet. ibid. pro-
uocatio a Calliſto ad concilium a
Gallis facta num. 53. Calliſti inter-
minatio memoranda Carolo VII.
intentata. num. 52. legatum incre-
pat inertiæ, qui Pariſienſes docto-
res non coercuerit. nu. 55. pronun-
tiat errare eos, qui concilium
pontificio tribunali præferunt. nu.
56. nunquam ſe hos impune paſſu-
rum profitetur. ibid. prouocatio-
nem a Pontifice ad concilium re-
ſcindit auctoritate apoſtolica. n 57.
queritur de hominum perfidia rem
Chriſtianam aſpernantium. ibid.
Suecos præſules ſibi pium Regem
præficere iubet num. 61. queritur de
Alfonſo Aragonum Rege deuota
Chriſto arma in Genuenſes auer-
tiſſe. num 63. eos conciliare, vt ar-
ma auertant in Turcas, annititur,
num. 64. gratulatur Sabaudo de vo-
to nuncupato mittendi filij ad bel-
lum Turcicum. num. 65. Ludoui-
cum Bononienſem Minoritam in-
ternuntium mittit ad Vſumcaſſa-
num Perſarum Regem, Æthio-
pumque Imperatorem, & alios
principes, ac Reges orientales pro
ſocietate armorum aduerſus Ma-
hometem ineunda. num 66. Francis
Perſidis, & Georgiæ eligendi ar-
chiepiſcopi mittendique ad ſedem
Apoſtolicam, vt confirmetur, po-
teſtatem confert. nu. 68. Babyloni-
ci imperij principes ad defectio-
nem ſollicitat num. 69. claſſem in
Rhodio portu ad ferenda ijs auxi-
lia ſuſtentat. ibid. Caſtellanos in
Granatenſes cruce inſigniri iubet.
num. 70. Henricum Regem Caſtel-
læ enſis & pilei ſacro munere do-
nat. n. 71. transfigurationis Chriſti
in monte Thabor feſtum diem in-
ſtaurat. num. 73. inſigne eius diplo-
ma. ibid. & num. ſeqq. partam diui-
nitus ad Belgradum de Mahome-
te victoriam narrat. nu. 78. Oſmun-
dum epiſcopum Sarisberienſem
ſanctorum numero aſcribit. nu. 81.
eius de ea re diploma ibid & num.
ſeqq. cenſores fidei ad magicam
impietatem in Inſubria exciuden-
dam inſtituit. num. 96 vetera deco-
ra ex eccleſijs abripi intentato ana-
themate vetat. num. 93 pro Matthia
Ioannis Huniadis filio e carcere
ad ſolium euehendo ſtudia adhi-
bet. A. 1458. num. 1. & 2. illius de
Matthia in Regem electo gratula-
tio. num. 4. prædixerat non deſutu-
ram Matthiæ diuinam clientelam.
ibid. eiuſdem ad Matthiæ matrem
gratulatio. num. 6. Matthiæ ſigni-
ficat fudiſſe pro eo ad Chriſtum
plures lachrymas. num. 7. illum ad
excindendam Mahumeticam ſuper-
ſtitionem excitat. num. 7. diuinum
de Turcica expeditione conſilium
niſi cum vita ſe dimiſſurum Calli-
ſtus profitetur nu 9 Boſnam Hun-
garo commendat. num 10. Cæſa-
rem, Hungarum, Polonum,
Boſnenſem mutuo armorum fœde-
re iungere in Turcam nititur.
num. 11. inducias cum Turca pan-
gi vetat. ibid & num. 12. & 13. Col-
laudat Scanderbegum, vt Chriſtia-
ni imperij propugnatorem. nu. 14.
plures Scanderbegos optat Chri-
ſtiano imperio. ibid teſtatur prope
ſolum Scanderbegum Mahometi
reſtitiſſe. num. 15. Ludouicum Car-
dinalem legatum ad conſtantiam
excitat. num. 18 Raſcia Calliſto, &
ſucceſſoribus teſtamento relicta.
ibid. queritur delectum fuiſſe ſine
pontificia auctoritate Bohemiæ Re-
gem. num. 21. deluditur hypocriſi
Georgij Podiebratij. ibid. & fallaci-
bus eius literis. num. 27. & fictis
promiſſis gerendi in Turcas bel-
li. ibid. illuſus a perfido hæreti-
co catholicos illi parere iubet. ibid.
a Podiebratij oratore circumueni-
tur num 28. detectæ demum Calli-
ſto Georgij & Rochizanæ fraudes.
num. 28. poſt mortem Alfonſi Re-
gis Neapolitanum regnum ad ſe-
dem Apoſtolicam deuolutum pro-
nuntiat. num. 31. eiuſdem ea de
re diploma. nu. 32. imperat Neapo-
litanis ne cuiquam principi ſacra-
mento ſeſe aſtringant. ib. inique
a politicis Hiſpanis ob defenſum
ius pontificium laceratur. num. 34.
Pontani in Calliſtum inſanæ calu-
mniæ confutatæ. ibid. coniuncto
Neapolitano regno pro ſuo iure
Turcas debellare exoptabat. ibid

Digitized by Google

Venetos increpat, quod negent arma iungere in Turcas. num, 35. deſertum ſe ab omnibus principibus conqueritur. ibid. Petrum Tarraconenſem archiepiſcopum ad pacanda ciuilia Nauarræ bella mittit. num. 36 inter patrem, & filium inducias imperandas decernit. ibid. tuetur ius eccleſiaſticum aduerſus ducis Bragantini vim ibid. pragmaticam ſanctionem anathemate damnat. num 38. Regum Gallorum edicta contra ſedis Apoſtolicæ auctoritatem abrogat. ibid. inter epiſcopum Florentinum & Dominicanos lites dirimit. num. 38. ipſo teſto transfigurationis die, quem celebrari ob victos Turcas iuſſerat, moritur. num. 40. Pontificatus illius tempus. ibid. eius elogium. ibid. inſignes eiuſdem ſententiæ. ibid. propinqui ſui dedecus ipſi attulere vid. etiam *Alfonſus Borgia*.

Calix. calicis communione propoſita Bohemi hæreſi irretiti. A. 1417. nu. 7. calicis ſpecioſo vſu tum ab Huſſitis tum a Luteranis cæteræ inductæ hæreſes. ib. fructus calicis non in ſpeciebus vini conſiſtit ſed in Chriſto, qui a laicis ſub panis ſpeciebus integer recipitur. ib. cupidine nimia calicis ab Eccleſia diſcedentes Sacramentum profanant, ib. vertitur illis in exitium immortalitatis antidotus. ib. pro coloranda hæreſi de neceſſario laicis calicis vſu ſcripturas diſtorſere. ib. ob quas cauſas vſus calicis non ſit permiſſus laicis. num. 9. obiecere hæretici ex communione vtriuſque ſpeciei maiorem gratiam referri. ib. damnarunt hereſeos non communicantes ſub vtraque ſpecie. ib. Huſſitæ poſitis trecentis menſis in campo triginta millibus facinoroſorum hominum communionem ſub vtraque ſpecie porrexerunt. num. 10. quibus legibus calicis vſus Bohemis conceſſus fuerit. 1436. nu. 17. calicis vſum Bohemis non profuiſſe, demonſtrat Cardinalis Cuſanus, atque adeo permittendum non videri. 1452. num. 9. communionem calicis dandam Bohemis ex pactionibus Baſileenſis concilij vrget Podiebratius. 1451. num. 11. reſponſum pactiones prius a Bohemis violatas. ib. Græci non damnarunt eos, qui calicem acciperent. nu. 13. ob iuſtiſſimas cauſas negata laicis communio calicis. ibid. communio ſub ſpeciebus panis antiquitus frequentior extitit. ibid. cur Leo vſum calicis iuſte imperauerit laicis. ib.

Caloioannes Imperator Conſtantinopolitanus Palæologus. vid. *Ioannes VII.*

Calumniatores ſacerdotum. percuſſi anathemate. A. 1429. num. 9.

Canarienſes, neophiti Canarienſes grauiore iugo preſſi in clientelam accepti ab Eugenio Papa. 1434. n. 21. apud Canarienſes B. Didacus martyrij ſpe æſtuans euangelium prædicat. 1436. num. 25. ab auaris Chriſtianis in ſeruitutem abrepti, num. 27. percuſſi anathemate id flagitium moliti. ib.

Candelorij princeps. Cyprum affectat. 1450. num. 14.

Canonizatio, vid. *Conſecratio ſanctorum*.

B. Capiſtranenſis vid. *Ioannes a Capiſtrano*.

Caramanus, init fœdus cum Hungaris aduerſus Amuratem. 1433. num. 28. Cypro intentat excidium. 1458. nu. 19. Ludouicus Cardinalis Legatus cum pontificia claſſe eam tueri iuſſus. ib.

Cardinales. datæ ijs a Martino V. leges, 1424. num. 4. non modo a malo ſed etiam mali ſpecie abſtinere vetiti. ib. iuſſi familiam ad probitatem componere, ib. patrocinia Regum abijcere, ib. non accipere aurum pro religioſorum ordinum patrocinio. ib. inſtaurare eccleſias. ib. diuinum cultum in eccleſijs ipſis commendatis vrgere. ib. in conclaui varia pacta ineunt ad quæ renuntiandum Pontificem adigunt. 1431. nu. 5. confirmantur ab Eugenio IV. pacta in Cardinalium vtilitatem vertenda. ibid. Cardinalis epiſcopus honorificentiorem locum archiepiſcopo ſuo obtinet ob Romanæ eccleſiæ auctoritatem. 1449. num. 8. vt ea lis deciſa ſit a Nicolao V. ib. eius monita Cardinalibus data. 1455. num. 10. *Cardinales Schiſmatici*, vid. *ſchiſmatici*.

Cardinalium creationes, primo creati a Martino V. 1418. num. 14. ſecundo creati. 1423. num. 23. tertio. 1426. nu. 26. quarto. 1430. primo creati ab Eugenio IV. 1437. n. 34. ſecundo. 1437. nu. 30. tertio. 1439. num. 41. quarto. 1440. num. 11. quinto. 1444. num. vlt. ſexto. 1446. num. 5. creati a Nicolao V. 1455. num. 14. a Calliſto, primo. 1456. num. 71. ſecundo. num. 73.

Caro. carnis ſtimuli patienti non nocent, ſed ſequenti. 1456. num. 60.

Carolus de Vries pſeudocardinalis Petri e Luna. ipſum ad ponenda inſignia pontificalia vrget. 1418. nu. 12. ſchiſma damnat. num. 14. creatur Cardinalis diaconus S. Georgij ad velabrum. ib.

Carolus VI. Francorum Rex ineptus gerẽdo ſceptro ob mentis imbecillitatẽ regnũ Anglorum furori exponit. 1418. n. 24. Gallorũ ſub eo Rege calamitas maxima. n. 27. & 28. Rothomagum amittit atque acerbiores pacis leges ab Henrico Anglo illi imperatæ. A. 1419. nu. 9. a Philippo duce Burgundiæ proditus filium regni iure priuat. 1420. num. 6. Anglo hoſti filiam vxorem tradit cum regni adminiſtratione & hereditario ſucceſſionis iure. ib. moritur. 1422. num. 33. eius regnum ferro flammaque ab Anglis & Delphino filio diuiſum. ib.

Carolus Delphinus, in Pariſienſi tumultu fugam carpere coactus. 1418. num. 27. colloquium cum Burgundo init. 1419. n. 9. eo præſente, excitata inopina rixa, Ioannes dux Burgundiæ trucidatus. ib. grauiora inde bella paſſus Delphinus. ib. a patre deliro regni ſucceſſione orbatur, num. 6. in Catharinam ſororem virumque Angliæ Regem regni iura tranſlata. ibid. vid. titulum ſequentem.

Carolus VII. Francorum Rex. Necat in acie Thomam ducem Clarentiæ Regis Angliæ fratrem. 1421. num. 18. illius exercitus a Rege Angliæ profligatus. ib. de pace cum Anglo concilianda a Martino V. Pontifice poſtulatus. num. 21. miſſus ad ipſum B. Nicolaus Albergatus. ib. pro eo cum Anglis conciliando nauata a Martino V. Pontifice opera. 1422. num. 29. Gallicum regnum capeſſit mortuo Carolo VI. patre. ib. Pictauij corona redimitus. ib. præceptis optimis informatus a Martino Papa. ib. multa gerit prælia cum Anglis. 1423. n. 23. ius eccleſiaſticum defendit. n. 20 obſequentem ſe Pontifici futurum manu ſua ſcribit. ib. decernit legatos ad Pontificem. ib. bellum cum Anglis gerit. 1425. num. 6. adactus ad iniuſtas leges contra libertatem eccleſiaſticam ſeruandas. num. 8. potitus regno decernit nullam vim inferendam iuri eccleſiaſtico. ib. pronuntiatur a Pontifice nullo vinculo fuiſſe obſtrictum. ib. dum regnum perditum luget, Ioanna virguncula ad eum ex Anglis recuperandum diuinitus immiſſa. 1428. num. 9. monetur a Martino V. Anglos contra ſententiam Pontificiam cruceſignata in Bohemos hæreticos arma auertiſſe ad Gallos obruendos. 1429. num. 17. diuinitus adiutus ope Ioannæ virgunculæ Anglos Aureliæ obſidione depellit. n. 18. plures vrbes recuperat. ib. Rhemis oleo ſacro in Regem veteri more inũgitur. ib. de eo Anglis conciliando agitat Sigiſmundus Cæſar. 1433. nu. 27. interpretem pacis agit Carolus inter Baſileenſes & Eugenium. ib. Normanniæ vrbes Anglis eripit. 1434. num. 30. ſolicitatur ad pacem

ẽem cum Anglis ineundã. A. 1435. num. 4. Aquitaniæ & Normanniæ principatus Anglo offert certis legibus. ib. quæ leges ab Anglo ipſi fuerint oblatæ. ib. repudiatis ab Anglis pacis cõditoribus cum Philippo duce Burgundiæ pacem conficit. n. 5. quibus legibus. ib. expoſita ipſi ab Eugenio. IV. internuntij opera Baſileenſium temeraria geſta. 1436. num. 2. vſque ad. 15. fauiſſe Renato pro adipiſcenda regni Neapolitani poſſeſſione. num 15. Lutetiam pluresque inſignes vrbes recuperat. 1426. num. 22. ſuis oratoribus in Baſileenſi concilio mandata dat vt pontificias partes tueantur. 1437. num. 5. eius ſtudio delecta pro concilio celebrando Florentia. ibid. actæ illi ab Eugenio gratiæ. ib. præcipuæ Baſileenſium partis, quæ adhæſit Eugenio auctor extitit. 1437. num. 18. decernit tueri pontificiam auctoritatem. 1438. num. 13 deficit ad Baſileenſes num. 14. ijs Pontifici ſe prælegentibus ſe præfert. ibid. eius oratores cauſam pontificiam prodiderant. 1439. num. 24. admonetur ab Eugenio ne factioſorum conuenticulum concilij nomine appellet. ibid. increpitus, quod oratores ad Florentinum concilium non miſerit. ibid. expoſitum ipſi archiepiſcopum Turonenſem fuiſſe præcipuum ſchiſmatis auctorem. ibid. admonitus ne priuignum ſed filium Eccleſiæ agat. ibid. officia pro tuenda dignitate ſedis Apoſtolicæ defert Eugenio. num. 27. laudatus, quod iuſſerit priſtina obſequia Romanæ eccleſiæ deferri. ibid. eius rogatu in factioſos Baſileenſes animaduertere diſtulit Chriſti vicarius. ib. Burgundi ducis pium in Eccleſiam exemplum ipſi propoſitum ab eodem Pontifice. ibid. monetur ab Eugenio latam per nefas pragmaticam ſanctionem. num. 37. ſchiſma ideo promotum ab Alfonſo Aragonio, quod Renatum Regem Eugenius ipſe tueretur. ibid de pace inter eum, & Anglum agitatum ab Eugenio, ipſo per internuntios. 1439. num. 39. damnat Carolus Baſileenſes cum antipapa. 1440. num. 4. promiſſa illi pro Renato Rege mutua ſubſidia. ibid. Baſileenſes ſubornare illum tentant. ibid. monetur ab Eugenio, vt pragmaticam ſanctionem tollat. num. 5. docetur Neapolim pontificia ope fuiſſe liberatam. ibid. de pace inter eum, & Anglos agitatum. num. 5. detegit latentem ſub pietatis larua Baſileenſium impietatem. 1441. num. 8. inſignem ad Eugenium legationem decernit. ibid. & num. 9. agnoſcit monarchiam pontificiam a Chriſto inſtitutam. eod. num. 9. queritur aliquos Pontifices ſua poteſtate abuſos. nu. 10. contra vero Baſileenſes excindere pontificiam poteſtatem annixos. ib. lapſos in eam væſaniam, vt non in vno ſuppoſito ſed in multitudine ſupremum imperium Chriſti locarent. ibid. non tantum ſchiſma circa perſonam Pontificis, ſed circa doctrinam euangelij conflaſſe. ibid petit concilium celebrari in Gallia. num. 12. cur non admiſſæ a Pontifice eius preces. nu. 13. ipſius filius creatur ſignifer Romanæ eccleſiæ. A. 1444. num 13. bellum Baſileenſibus infert. ibid cruentam victoriam de Heluetijs refert. ibid. conuenticulum nouatorum pontificio nomine oppugnat. ibid. recipit ſe in Galliam. ib. vocatus Carolus a Nicolao V. ad expugnandam Sabaudiam infectam ſchiſmate 1447 n. 18. illius principatus ius ipſi collatum. ibid. inſtructus auctoritate, vt cum Amedeo antipapa de concordia paciſcatur. num. 19. ſubornare illum nititur antipapa ſed eius conatus eluſi. nu. 20. miſſis Gebennam oratoribus perſuadet Amedeo, vt pſeudopontificatu abiecto pacem reſtituat eccleſiæ 1449 num. 2. armorum terrore partimque conſilijs ad officium redigit. ibid Anglos ob violatas inducias bello petit. num. 16. plures vrbes ijs eripit, qui fraude, & flagitio oppidulum interceperant. ib. Anglos vniuerſæ Normanniæ pellit. 1450. num. 20. & Aquitaniæ parte. ibid. Blauiam & Fronſacum expugnat. 1451. num. 8. Burdegalam & plures Aquitanas vrbes ad deditionem cogit. ibid. ſuet illi cœlum ibid. conſpecta in cœlo alba cruce, quæ Gallorum inſigne eſt, Baionenſes ſe illi dedunt ibid. potitus Aquitania bellum conficit ibid. ſolemnes ſupplicationes in Gallijs de Anglis ſanguinis Gallici effuſoribus pulſis celebratæ. ibid. ad vertenda in Turcas arma ſolicitatur Carolus. ibid. ad pacem faciendam ſe procliuem oſtendit. num. 9. Burdegalam & partem Aquitaniæ amittit. num. 21 fractis iterum bello Anglis iterum recuperat. ibid. excitatis duabus arcibus Burdegalæ frænum inijcit. 1453. num 21. pollicetur arma ſe ſumpturum in Turcas ſi ea Germani ceperint. 1454. num. 4. Anglicæ irruptionis metu ſuſpendit arma num. 5. literas apoſtolicas de indicto Turcis bello politicis de cauſis inanibus promulgari vetat in Gallia. 1456 num. 3. correptus a Calliſto, quod cum alijs Regibus non ſentiat. ibid. commonitus, vt rei Chriſtianæ conſulat. ibid. ne a maiorum exemplis deficiat. ibid. ne deſit occaſioni excindendæ Turcicæ tyrannidis. ibid. Ludouicus maior natu filius ab eo diſſentiens ad Burgundum ſe confert. num. 5. rogatus, vt arma in Mahometem irrumpentem in Hungariam vertat, renuit. num. 18. intentatæ ideo diuinæ iræ. A. 1456. num. 43. Gallos vetuit ſacram in Turcas militiam profiteri. ibid negat arma opeſque in Turcas vertere. 1457 num. 51. in adulteriorum cœno volutatur. ibid inimicitias cum Delphino filio ſuſcipit. ibid. ad eum roſam auream Calliſtus tranſmittit. num 52 rogatur, vt Chriſtianum populum e Turcica tyrannide eripiat. ibid. conuenit de triginta triremibus ex decumano auro inſtruendis ſed irrito exitu. num. 54 ob deſertam Chriſti cauſam illi væ prænuntiat Pontifex. num. 54. claſſem paratam contra Turcas a legato, conductamque auro eccleſiaſtico auertit ad vaſtandam Angliam. num. 59. ad eum Scanderbegus Turcica mancipia, & ſpolia mittit, vt eum concitet in Turcas. 1458. num. 17. Genuenſis ſenatus communi decreto illi Genuæ imperium defert. 1458. nu 29. præficit Ioannem ducem Renati Regis filium. ibid. reliqua tomo XIX.

Carolus Rex Nauarræ. litium inter Caſtellæ & Aragoniæ Reges iudex. 1425. nu. 1. moritur. ibid Blanchæ filiæ, & Ioanni genero ſceptrum relinquit ib.

Carolus Malateſta. Piſaurum occupat. 1433. n. 25.

Carolus dux Aurelianenſis. ex Anglico carcere liberatus Philippo Burgundo interprete. 1440. n. 5.

Carolus Canutus. a Suecis Rex pronuntiatus aduerſus Chriſtiernum Daniæ Regem. 1452. num. 14. conuenta violantem in ius vocat apud ſedem Apoſtolicam ibid. fraude Gotlandia exutus Noruuegiam Chriſtierno eripit. ibid. firmato ſolio tyrannidem in Suecos exercet. 1457. num. 60. pellitur regno a Ioanne archiepiſcopo Vpſalenſi. ibid. hæreſeos crimen ipſi obiectum ib. Chriſtiernus Daniæ Rex in eius locum ſuffectus. n. 62.

Carolus Vianæ princeps. cum patre Ioanne Rege ad maternum ſceptrum corripiendum bellum gerit. 1454. n. 10. 1457. n. 72. ad Stellam vincitur. ib. cum ſorore Blancha a patre exhæredatur. ib. eodẽ A. 1457. n. 17 eiectus regno ad Pontificem, & plures Reges ſe confert. ib. excipitur Neapoli a patruo Alfonſo, vt regnorum heres. num 72. Pampilonenſes illi, vt vnico vero Regi parendum decernunt. ibid. miſſus legatus a Calliſto pro componenda pace inter Carolum Vianæ principem, & Ioannem Regem illius patrem. 1458. n. 36. reliqua vide in ſequenti tomo.

Caſimirus dux Lituaniæ, & Poloniæ Rex. a Polonis poſt Vladislai mortem in Regem aſcitus. 1445. num. 12. pro-

prouocantibus ad ipſum proceribus a pontificia ſententia, reſpondet ſtandum pontificiæ auctoritati, A.1449. num.8, oratores mittit in Pannoniam pro ciuili bello reſtinguendo.1450.num 8.a Tartaris oppugnatur.num.9.aliquas ab ijs clades accipit.ibid.fideles ad ſequenda eius ſigna ſolicitari.ibid.B.Ioannem e Capiſtrano ſolicitat, vt Polonos, Lituanos. & Ruſſos erudiendos ſuſcipiat. 1451.num.15. Pruthenis deficientibus a cruciferis equitibus optatur in Regem. 1454. num. 11, ingenti prælio deletur. ibid. eccleſiaſticas opes inuadit. ibid. ſolicitatur ad vertenda arma in Turcas, ibid. damnata a legato fœdera ab ipſo cum Pruthenis inita.ibid. vetitus inducias inire cum Mahomete. 1458. num. 13. cum Germano, & Hungaro fœdus pangat.ibid.caueat Turcicos dolos ib. vxorio iure Bohemicum ſceptrum affectat. 1458, num. 20. illum Calliſtus ſolicitat, vt in Turcas vertat arma. 1457. num. 34.

Caſtellæ Rex.eius oratori datus honorificentioris loci prærogatiua præ Aragonio Rege.1444.n.20.

Caſtellani perduelles.Mauros concitant in Ioannem Caſtellæ Regem.1451, num.4.nocuit rei Chriſtianæ eorum diſſenſio. ibid.

Caſtitas.ſacer odor ex caſtiſſimi S.Vincentij corpore emanat. 1419. num.12.aqua illa poti,quæ ſacrum corpus lauerat ſanantur.ibid.Caſtitatis donum poſt magnos ſuſceptos labores accipit a Deipara Cōradinus religioſus vir. 1439. nu 22. alebat B. Ioannes Capiſtranenſis non eſſe exoſum Deo patientem carnis ſtimulos, ſed ſequentem. 1456. num 60. Philippus Minorita ea laude clarus. ibid. Iacobus diaconus Card S. Euſtachij maluit mori, quam pollui. num 71 virguncula nuptijs mortem præfert. num.72. Dominicus Cardinalis Capranica carnem cilicio ſemper domoit, 1458.num.42 nullam fœminam domum ſuam ingredi vnquam eſt paſſus n.44.vid.*Virginitas*.

Caſtitatis votum.equites Calatrauenſes illius nuncupandi onere liberati. 1441.n.20. eius voti rei fidem præſtare iuſſi ib.

Catherina Caroli VI. Gallorum Regis filia. Henrico Angliæ Regi cum dotali Galliæ regno tradita a patre deliro, & prodito. 1420. n.6.

Cathedralis eccleſia. ab ea ſolemnis pompa in qua defertur corpus dominicum ducenda. 1447. num.24. conſtitutione Nicolai V. religioſi tenentur ad eccleſiam cathedralem ſe conferre Euchariſtiam ſociaturi. ibid.

Caſimirus.vid.*Caſimirus*.

Cenſura. earum vis oſtenſa inſigni miraculo.A.1453.n.18.

Cepta.ab Afris tenta.1419.nu.8.ſolicitari Reges, vt Luſitano Regi opem ferant.ibid.eccleſiaſtica ſeueritas in eos adhiberi iuſſa ib.

Chaldæi. ad coniunctionem Romanæ eccleſiæ reuocati ab Eugenio in concilio Lateranenſi.1445.num.21, fidei decretum ijs datum.ib.relapſi in errores.1450.n.14.

Chienſes. implorant auxilium a Calliſto III.1455.n.33.

Chriſtiani.ſignificantur per aquam mixtam vino. 1439. nu.15. coniuncti Chriſto offeruntur Deo in ſacrificio. ibid. per baptiſmalia ſacra ad arma in Turcas Conſtantinopolitani imperij expugnatores vertenda adiurati. 1453.num.9. pax vniuerſis fidelibus propterea imperata, ibid.

Chriſtiernus Daniæ Rex, decertat cum Carolo Sueciæ Rege. 1452.nu.14. conuenta violat.ibid.in ius vocatur apud ſedem Apoſtolicam. ibid. Gotlandia fraude potitur.ibid.Noruegiæ regnum amittit. ibid.plura gerit bella cum Carolo Sueciæ Rege.1457.num.60. appellatus a Calliſto de vertendis in Turcas armis ſpondet confecto bello Gothico ea verſurum.n.62 pulſo a Suecis Carolo Rege Gothicum ſceptrum alijs duobus coniungit. ibid. monitus a Calliſto,vt promiſſa compleat,Chriſti cauſam deſerit.ib.

Chriſtus, naturarum differentia in Chriſto non ſublata ex earum vnione. 1439. num. 13. in Chriſto duas naturas confudit Eutyches. 1439.num 13.damnatur in Chalcedonenſi concilio. ibid. Chriſtum finxit eſſe purum hominem Neſtorius.1445.num.21.damnata ea hæreſis a Maronitis & Chaldæis ibid. Macarius Antiochenus profeſſus Chriſtum eſſe verum Deum, & verum hominem, finxit diuinam tantum voluntatem, & operationem in eo eſſe.ibid. improbata ea hæreſis ab iiſdem. ibid. Chriſti nomine inuocato cadunt Turcarum equi. 1456. num, 31. victoriæ de Mahometanis ſoli Chriſto aſcripta gloria.1456.num.35.in fine. ſpina,qua ſacrum illius caput compunctum fuit, feria ſexta hebdomadæ ſanctæ nitidos flores producit. 1457.n.89. publica de ea re adhibitis teſtibus oculatis confecta inſtrumenta ibid. Magi de Chriſto infanda mendacia fingunt. num. 90. *Chriſti transfiguratio*. vid. *Transfiguratio Chriſti*, *Paſſionis meditatio*.vid. *Paſſionis Chriſti contemplatio*.

Chryſoſtomus. prædicit circa finem ſæculi horrendo ſchiſmate eccleſiam diſciſſum iri. 1441.n.12.

Cilicium. illud B. Ludouina quamuis ægra geſtabat.1433.num.31.Dominicus Capranica Cardinalis poſt mortem cilicium geſtare conſueuiſſe reperitur.A.1458 n vlt

Ciuitas Caſtellana.vid.*Tifernum*.

Clemens VIII, antipapa. vid. *Aegidius Munio*.

Clementia. nimia Sigiſmundi in Bohemos hæreticos malum auxit.1418. num.10. inſigne illius exemplum præſtitum ab Eugenio IV. in Nouarienſem epiſcopum proditorem. 1435. num.10. Philippus dux Mediolani captos in bello Aragonum & Nauarræ Reges ſine pretio dimittit. num. 14. Scanderbegi clementia in Ameſam nepotem proditorem ſuum, 1458. num. 16. & 17.

Clerici, abijcientes habitum clericalem ſæcularibus iudicibus permiſſi. 1452.n.22.ſtatutæ in eos ad ſæcularem iudicem confugientes pœnæ. 1455.n.55.vid.*Eccleſiaſtici*.

Cluniacenſis ordo.de reſtituendo illi priſtino ſplendore actum in Conſtantienſi concilio.1417.n.6.

B. Coleta. propagat ordinem Clariſſarum, 1447. num. 36. petulans iuuenis eius precibus conuerſus diuinitus. ibid. ſanctimonia floret, 1447. num. 39. ipſius in recolenda Chriſti paſſione pietas. ib. apparet ei Chriſtus indicatque vt in ſingulis membris ſingulares pertulerit cruciatus. ib. pius ipſius obitus. 1447.n.29.

Columnenſes. Martinus V. Columnenſis. vid. *Martinus V*.Iuliacenſis dux Columnenſi ſtirpe ſatum ſe iactat. num. 4. duo Martini V. nepotes Columnenſes viuo Martino V. pereunt alter peſte alter incendio. 1431. num. 2. ſuperſtites extincto Martino pontificium theſaurum diripiunt. num 10. diſſipant illum ad opprimendam Romanam eccleſiam. ib. irrumpunt in vrbem. ib. propulſati agros euaſtant. ib. ſubornant auro plures viros nobiles. num. 11. confirmantur in defectione a Philippo duce Mediolanenſi ib. ſubornant Iacobum Cadolam Reginæ Neapolitanæ ducem.ib. admiſſi in gratiam ab Eugenio. num. 14. eorum opes iniuſte raptæ breui diſſipatæ. ib. in Eugenium hoſtibus Romanæ Eccleſiæ ſe coniungunt. 1433. num. 25. domiti ab Eugenio exciſa præneſtina arce. 1436. num. 22.

Communio ſub vtraque ſpecie. vt neceſſaria inuecta a Conrado pſeudo archiepiſcopo Pragenſi.1436.num. 13. aſſertus a Martino mos laicorum ſub vna ſpecie ſuſcipiendæ euchariſtiæ. ib. damnantes hunc morem damnati hæreſeos. ib. vid. *Bohemi*. [illegible]

Compactata. poſcunt Bohemi a Ioanne Cardinale legato vt ea cōfirmet. 1448. num. 3. compactatis aliter [illegible] abuſi

Digitized by Google

abuſi ſunt Bohemi . quam conceſſa erant a concilio. num. 5.

Concilium . inter acephalum concilium & non acephalum maximum diſcrimen. A. 1432. num 15. contendunt Baſileenſes concilium a Pontifice ſine ipſius concilij aſſenſu transferri non poſſe. 1433. num. 3. & 11. ſoluuntur eorum argutiæ . num. 4. cauſæ ob quas de translato Baſilea Bononiam concilio ſententiam mutarit. num 6. nunquam auditum vt non ambiguus Pontifex concilio ſubmittatur . ib. calumniæ contra translationem concilij diſcuſſæ. num 21. metu inductus Eugenius profitetur decretum de translatione concilij non valuiſſe. 1434. num. 1. concilijs ſubjciunt Baſileenſes auctoritatem Pontificiam. 1439. num. 19. decreta ea erronea vocant veritates fidei. ib. refelluntur. ib. damnantur vt hæretica ab Eugenio num. 30. concilia male celebrata abrogantur a Romano Pontifice. num. 31. exemplum in S. Leone qui vniuerſale Epheſinum reſcidit , & Chalcedonenſe inſtituit . ib. errant qui generale concilium maius tribunal pontificio exiſtimant. 1457. num. 56. prouocatio a Pontifice ad concilium reſciſſa , vt conuellens articulum : *Et in vnam ſanctam catholicam , & apoſtolicam Eccleſiam* , n. 57.

Concilium Baſileenſe , & Baſileenſes qui ei interfuere ; indictum a Martino V. 1424. num. 5. Baſileenſes commoniti de eo Baſileæ celebrando . num. 4. præſidere illi ab Eugenio juſſus Iulianus Cardinalis Cæſarinus Apoſtolicæ ſedis legatus 1431. num. 17. Morauia ad ſtandum illius decretis adacta. num. 19. infrequentes in eo concilio cœtus initio fuerunt num. 20. quænam fuerint dimittendi illius concilij cauſæ Eugenio propoſitæ. num. 19. 20. 21. reſtituendi illius contrariæ cauſæ expoſitæ. num. 28. alia argumenta propoſita. num. 30. monitus Eugenius, ſi Baſileenſem ſynodum velit ſoluere, illos ſe experturum aduerſarios. ibid. exaſperati in eundem Eugenium IV. a Dominico Capranica ex Cardinale . num. 34. & 1432. num. 16. pro inſtaurando Baſileenſi concilio cauſæ expoſitæ , num. 2. obſiſtunt Eugenio Cardinales , ne diſſoluatur concilium . num. 3. Bohemos ad redintegrandum priſtinum fœdus excitant , num. 5. iungunt ſe Baſileenſibus Gallicani præſules. num. 6. coactos ſe ad Huſſiticam hæreſim abolendam contendunt Baſileenſes. nu. 7. Angli ijs ſe adiungunt. ibid. prædicant Baſileenſes ob intermiſſa concilia omnia mala exorta. ibid. concilij Conſtantienſis decretum in alienum ſenſum detorquent. num. 8. confutantur. ibid dicta de ambiguo Pontifice ad non ambiguum maligne traxere. ibid. exaſperantur in Eugenium a duce Mediolani. ibid. decernunt ad eos Bohemi oratores pacis interpretes. num. 9. legati ab Eugenio ad eos in officium reuocandos miſſi. num. 12. vt grauiſſimas ob cauſas Pontifex concilium Baſilea transferre ſit anniſus . num. 13. nefarie auſi iudiciariam auctoritatem ſibi arrogare Baſileenſes. ibid. increpiti de male peractis . num. 14. ſignificatum ipſis deiecto Romano Pontifice ipſos quoque deiectum iri . ibid. concordiæ rationem reſpuunt . num. 15. contendunt falſo ſynodum Pontifici non ambiguo antecellere . ibid. diſtorquent in alienum ſenſum diuina oracula , ibid. eorum argumentum in ipſos retortum . ibid. docentur diſparem eſſe ambigui , & non ambigui Pontificis authoritatem num. 16. non aſſentiuntur Eugenio de mutando loco. ibid. nonnulli ex ijs a ſæcularibus principibus ſubornati, num. 17. temere vocant in ius eundem Pontificem . ibid. & leges ei dare audent. nu. 18. fouentur a Sigiſmundo Cæſare . num. 19. reſtitutum ab Eugenio Baſileenſe concilium , num. 19. ipſius ea de re decretum. ibid. pontificia in Baſileenſes , & Baſileenſium in Pontificem acta reſciſſa. num. 20 cur Eugenius ijs ignouerit . ibid. pontificiæ ditionis affectant imperium. A. 1432. num. 22. ſoluti cenſuris ab Eugenio. 1433. num. 3. auſi eius decreta reſcindere. ibid. apoſtolicæ auctoritati ſuam anteferunt , ibid. aduerſum eorum placita transferri poſſe concilium a Pontifice demonſtratur . n. 4. ijs propter Bohemorum conuerſionem aſſentitur Eugenius, vt concilium Baſileæ celebretur. n. 5. ſeptemuiros ad concilij patrocinium hortatur. num. 7. imperatum ijſdem Baſileenſibus, ne de vlla alia re , quam Bohemis Romanę eccleſię reconciliandis agant. ibid. quatuor Cardinales præſides concilij creati ab Eugenio. num. 8. ad reſtituendam diſciplinam eccleſiaſticam , & hæreticis atque ſchiſmaticis in ſinum Eccleſiæ reuocandis incumbere iuſſi . num. 8. anniſi pontificiam auctoritatem infringere , ſine qua præſularis non ſtaret. num. 9. male meditati ſubijcere ſibi ambiguum Pontificem . ibid. ſchiſmati parant iter . ibid. coercere eorum audaciam Eugenius enititur. num. 10. monarchiam eccleſiæ in ariſtocratiam conuertere moliuntur . num. 11. decernunt ſine præſulum conſenſu concilium transferri non poſſe . ibid. dijudicandis litibus ſe implicant . ibid. abſiſtere his , & hæreſi excindendæ tantum nauare operam iuſſi. ibid. eorum patrocinium acceptum a Sigiſmundo Cæſare. num. 12. iudiciarium munus ſibi temere arrogant in Chriſti vicarium . num. 17. non ambiguo Pontifici ſe pontificatum abrogaturos minitantur . ibid. quæſita inter eos a Sigiſmundo concordiæ ratio . num. 18. eos paterno ſtudio complecti profitetur Eugenius . ibid. addita lex , vt perperam geſta reuocent . ibid. in proteruia pertinaciſſimi hærent . ibid. acephalam ſynodum œcumenica non inferiorem contendunt . ibid. nimium ipſis fauit Sigiſmundus. num. 19. mouere nunquam auditam litem , Pontificem non ambiguum ſubmittendum concilio. ibid. Sigiſmundum, qui promiſerat eos reprimere , ſeducunt . ibid. vt eorum temeritati iuſte , & prudenter reſtiterit Eugenius. ibid. ſi male geſta reuocarent , admiſſa a Pontifice concordia. ibid. ingens offendiculi , & ruinæ exemplum dedere. num. 20. multi ex ijs priuatos affectus ſunt ſecuti. ibid. eorum judicia in Pontificem & Cardinales reſciſſa ab ipſomet Eugenio . ibid. abrogata alia temeraria acta . ibid. quam iuſte Baſilea Bononiam transferre concilium voluerit Eugenius. num. 21 . Pauci ſine pontificia auctoritate Eccleſiam referre non potuerunt . ibid. falſo ſe præditos auctoritate contenderunt . ibid. nulla eſt ſynodus generalis , quæ pontificia auctoritate caret. ib. id affirmare ſacrilegium , & hæreticum vocat Eugenius. ibid. audent impie Eugenium contumaciæ crimine poſtulare. num 22. repreſſi a Vvillelmo duce Bauariæ , ne in ſchiſma erumperent. ibid. grauiſſimæ Eugenij in eos querelæ . ibid. aggreſſi ſunt alia quam ea ob quæ vocati fuerant . ibid. adhæret Baſileenſi concilio Eugenius in ijs , quæ ad mores , fidem , & pacem ſpectant . num. 23. coercentur a Sigiſmundo Imp. Baſileam reuerſo. num. 24. reuerſi ad officium multa pollicentur . ibid. nonnulli Cardinales transfugiunt ab Eugenio ad Baſileenſes. ibid. non ſincere conciliati Eugenio. num. 25. decreti ab ijs oratores ad ducem Mediolanenſem ne Eugenium inſectetur . num. 27 miſſi a Baſileenſibus oratores ad Imperatorem Conſtantinopolitanum pro ijs a ſchiſmate reuocandis. num. 28. inter Baſileenſes , & Eugenium Sigiſmundus Imper. Carolus Rex, & Burgundiæ dux pacis interpretes agunt . A. 1434. num. 1. adactus metu Eugenius latas in Baſileenſes cenſuras reſcindit . ibid. cedente pacis ſtudio illi pertinaciores effecti. num. 2. in quo ſen-

ſenſu Eugenius irritam fuiſſe con-
cilij diſſolutionem profeſſus fit. ib.
Baſileenſium inani prætextu impe-
rio appetitus bello Eugenius. n. 6.
Purgant ſe Baſileenſes mandata
non dediſſe de bello indicendo
Pontifici. ibid. præter morem con-
ciliorum ſibi præſides deligunt.
nu. 13. Græcos vrgent, vt Baſileam
accedant pro celebrando concilio.
num 15. abſentibus legatis apoſto-
licis ſynodum œcumenicam non
conſtituerunt. num 16. Græci ſchi-
ſmatici rectius, quam ſeditioſi Ba-
ſileenſes de pontificia auctoritate
ſenſere. ibid. ſolicitati Baſileenſes,
vt pro Græcis Eccleſiæ gremio re-
ſtituendis coniungant ſtudia n. 17.
ferunt nonnullas ad reſtituendam
diſciplinam leges. A. 1435. num. 1.
plura in concubinarios ſtatuunt.
ibid excitant ad coniugium incon-
tinentes laicos. ibid. temeraria edi-
cta pro exinaniendo pontificio æra-
rio contra annatas, & bullas fe-
runt num. 2. fucatum eorum reſpon-
ſum plenum hypocriſi. ibid. ditare
ſe Pontifice ſpoliato exambiunt.
ibid. aliqua pia decreta edunt ibid.
mittunt in Gallias oratores pro
pace inter Anglos, & Gallos con-
cilianda num 4. Anglo Regi pacis
repudiatæ crimen tribuunt. ibid.
Burgundum ad pacem cum Gallo
ſanciendam hortantur. num. 5.
Atrebatenſis conuentus geſta con-
firmant. num 6. Pontificiam aucto-
ritatem labefactare auſi. ibid. au-
dent cognoſcere de lite reſcinden-
dorum priuilegiorum conceſſorum
a Pontificibus. ibid. iniquas exci-
tant lites. num. 7. pontificia vectiga-
lia ad ſe auertunt. ibid. diſcrepantia
ab his, quæ pactus erat Eugenius
paciſcuntur cum Græcis. num 8.
reluctantur ne concilium celebre-
tur Conſtantinopoli. ibid. adductæ
ab ijs cauſæ. ibid. mittunt oratores
Conſtantinopolim, ſed negat Im-
perator Baſileam ſe acceſſurum.
ibid. poſcente eo, vt concilium in
vrbe maritima Italiæ celebretur,
obluctantur pertinaciter. num. 9.
damnant impias propoſitiones Au-
guſtini Romani. ibid. auctoritatem
pontificiam iterum opprimere me-
ditati. 1436. num. 1. plura de Cardi-
nalibus decernunt. ibid. eroganda-
rum indulgentiarum ius ſibi arro-
gant. ibid. licet numero pauci, &
acephali, ſe tamen pro concilio
œcumenico gerere non verentur.
ibid. eorum acta temeraria exponit
Eugenius principibus num 2. vete-
rem conciliorum morem ſuſtule-
re. num. 3. ſedis Apoſtolicæ legatos
præſides concilij admittere recuſa-
runt. ibid. vt procuratores pri-
uatæ perſonæ voluerunt admittere.
ibid. ademere ijs poteſtatem coa-
ctiuam. ibid. plenas periculi opinio-
nes de veteri more abrogando agi-
tarunt. ibid. induxere opiniones,
Papam non eſſe caput concilij. ib.
nouarunt, vt ſi præſides apoſtoli-
ci ferre ſententiam noluerint, pro-
ximus præſul eam ferat. ibid præ-
ſul ordine inferior auſus decreto-
riam ferre ſententiam in cauſa ar-
dua, cum alij eam ferre detrecta-
rent. ibid. decreta concilij Conſtan-
tienſis in alienos ſenſus diſtorſere.
ibid. monarchiam eccleſiaſticam la-
befactarunt. ibid. negarunt con-
ciliorum auctoritatem pendere a
vicario Chriſti, & poteſtatem
a Chriſto illi conceſſam ad
multitudinem tranſtulere. ibid.
potiori iure ſequitur præſules cle-
ro clerum populo eidemque Reges
ſubdictum iri. ibid. annatas Ponti-
ficibus eripere pertentarunt num. 4.
ad ſe eas auerterunt. ibid. Pontificia
electionem difficultatibus nouis
implicuere ibid ſacramenti formu-
lam ſchiſmatica labe fœdatam præ-
ſcripſere. ibid. veterum conciliorum
decreta infregere, ibid. edixere præ-
ter fas, vt vacante ſede electio
Baſileæ heret. ibid ſchiſma procura-
re riſi. num 5 de electione Cardina-
lium temerariam ſanctionem edi-
dere. ibid. ſtatuerunt Cardinales
non poſſe creari niſi in concilio
quamdiu celebratur. ibid. omnem
ſupremam auctoritatem ab Apo-
ſtolica ſede in ſe transferre niſi.
ibid. decreta Pontificum lata in
celeberrimis concilijs conuulſere.
num 6. appetiere calumnijs Euge-
nium. ibid. reſeruationes ſuſtulere.
ibid ſine auctoritate Pontificem
veluti ſtipitem in ſolio ſedere vo-
luerunt. ibid. renitentibus epiſco-
pis inferior ordo per ſeditionem
indulgentias dare audet. ibid.
multa ab illis temere, & auare
geſta. ibid. duo ſuprema capita
induxere in Eccleſiam. ibid. inau-
ditum antea fuit, vt concilia de-
pari, vel maiori auctoritate con-
tenderent cum Pontifice. n. 7. peri-
ciſſimi omnium viri damnauere
eorum acta. ibid rebelles, & ne-
quiſſimi habiti ab ijs ibid. admini-
ſtrationis poſſeſſionem indubitato
Pontifici eripere conati ſunt, ibid.
inſtitutam a Chriſto monarchiam
in democratiam conuertere tenta-
runt. ib. ſchiſma multis annis conſla-
re moliti ſunt ibid. articulum *Vnam
ſanctam Eccleſiam*, inductis duobus
capitibus labefactarunt. ib. omnia
officia Romanæ curiæ lucri cauſa
in conuenticulum induxerunt. ibid.
legatos a latere præter fas cōſtitue-
runt. ib. impeſauere decimas. ib.
exegere quod a Pontifice exigi ve-
tuerunt. ib. nonnulli principes eo-
rum auaritiam execrati ſunt. ib. ge-
nerale concilium in litium priuata-
rum tribunal conuerterunt. num. 8.
contrarias ijs, quæ in Romana cu-
ria latæ erant, tulere ſententias. ib
de pontificijs ſententijs auſi cogno-
ſcere, & a ſuis ad Papam appella-
re vetuerunt. ib. plumbeam bullam
contra veterem morem confecere.
ib. precationem pro Papa in ſacris
impie intermiſerunt. ib. commoni-
ti officij obſurduerunt. ib. induxe-
re nouum morem in admittendis
ijs, qui veniebant ad concilium.
ib. coniurare potius quam liberta-
tem permittere viſi. ib. maiori præ-
ſulum parte diſſentiente ad placi-
ta minorum ſacerdotum, ſua de-
creta ediderunt. ib. infimi ſacer-
dotes aduerſus epiſcopos in eo con-
ciliabulo impudenter obluctati. ib.
poteſtas Baſileenſis concilij fuit pe-
nes infimos & ignaros ſacerdotes.
ib. maxima præſulum pars indi-
gnata abſceſſit. ibid. vix viginti
quinque permanſere. ib. aduerſarij
Romani Pontificis decreti illius
iudices fuere. ib. perduelles & pro-
ditores ab illis admiſſi. nu. 9. im-
perita multitudo factioſorum mi-
norum ſacerdotum Baſileenſe con-
cilium compoſuit. ib. plura in eo
perperam acta, quia non celebra-
tum fuit a præſulibus. ibid. aliqui
præſules ſeditioſi conceſſere pote-
ſtatem multitudini, vt eam duce-
rent. ib. inaudita eius duratio exi-
tialis Eccleſiæ. ib. non attenderunt
ijs, ob quæ erant congregati. ib.
dixere aperte non ante deſiturum
concilium, quam mors Eugenij ſuc-
ceſſiſſet. ib. ſanxere temere non
transferri nec diſſolui poſſe a Pa-
pa. ibid. intentarunt ſchiſmatice
Pontifici abdicationem. ib. refor-
mandum orbem polliciti, id opus
detrectarunt. ib cogendæ pecuniæ
dedere operam. ib. nonnulli de pon-
tificia clementia indigne diffiſi
ſunt. ib. detrahentes Pontifici ſibi
placuere. ib. detraxere concilio-
rum authoritati. ib. ob quæſita a
Baſileenſibus priuata commoda in-
gentia mala inuecta. ib. ſibi arro-
garunt auctoritatem quam ademe-
re Pontifici. ib. aſtringere illum te-
mere voluerunt ad ſeruanda eorum
decreta. num. 10. plura per ſedi-
tionem egere. ib. receſſere a doctri-
na patrum, qui agnouere Pontifi-
cem eſſe caput Eccleſiæ. ib. volue-
re aſtringi Papam iure poſitiuo. ib.
paſſi ſunt vendi publice libellos
continentes errores circa Eccle-
ſiam, & Papam. ibid. poſtulati de
concordia in male cœptis obdu-
ruerunt. num. 11. præſides concilij
ſe ijs incaſſum oppoſuere. ibid. con-
tendere tantum cum Pontifice non
publicam rem promouere cura-
runt. ibid. vincere eos beneficijs fru-
ſtra conatus Eugenius. ibid. com-
moniti de modis redintegrandæ
cum Græcis coniunctionis, alios
dif-

Digitized by Google

difficiles induxere. ibid. cur Pontifex Baſileam non ſe contulerit. ibid. de communi loco, vt illi concilio intereſſet paciſci noluere. ibid. legatos Cardinales, vt cum Pontifice & Græcis in vnum concilium coaleſcerent repulere. nu. 12. in rebus apertis aitu quæſtiones ineptas mouere. ibid. inuitos Græcos Baſileam trahere conati ſunt. ibid. conceſſis propria auctoritate indulgentijs nouum caput Eccleſiæ imponere tentarunt. ibid. ad communem locum eligendum adduci non potuere. num. 13. ab aliquibus ſeditioſis ſubornari ſe paſſi ſunt. ibid. decernit Eugenius eorum perduellionem domare. ibid. exponit principibus eorum ope publicum ſcandalum tolli poſſe. num. 14. Baſileenſium omnia decreta ad minuendam pontificiam auctoritatem ſpectarunt. ibid. Dioſcori perfidiam aduerſus Leonem ſunt imitati. ibid. ſignificatum principibus Eugenium & Cardinales omnem operam collocaturos ad propulſandum ſchiſma, quod Baſileenſes meditabantur. ibid. omnes Cardinales vno excepto Baſileenſes deſeruere. ib. monitus Sigiſmundus ne conflari ſchiſma patiatur. ibid. iuſtiſſimas imperiales preces repudiarunt. num. 15. ſpecioſus Baſileenſium prætextus fuit de tollendis Romanæ curiæ corruptelis, ibid. legatorum Baſileenſium geſta cum Bohemis. num. 16. ab Eugenio ſoluuntur cenſuris, quibus ſe irretierunt ob commotas ab ipſis diſſenſiones. A. 1437. num. 1. repugnare audent Eugenio in Græcis ad concilium diuerſum a pontificio vocandis. nu. 2. commoniti, vti locum deligerent, in quo Pontifex intereſſe poſſet. num. 4. ne detrectent accedere in Italiam, cum Græci per longinqua maria ſint acceſſuri. ibid. denunciat Pontifex notum orbi futurum, ipſos eccleſiarum fœdus diſturbaſſe. ibid. ſanior pars concilij locum deligit in Italia. num. 5. pars ad ſchiſma prona ſine præſidibus decretum apoſtolico contrarium edidit. nu. 6. decretum ſanioris partis, num. 7. optimum conciliandorum eccleſiæ Græcorum modum diſcuſſere Baſileenſes. num. 8. denunciatio Baſileenſibus ab oratore Conſtantinopolitano facta. num. 9. ſeditioſorum Baſileenſium pars retardat Græcorum coniunctionem. nu. 11. pars ſanior coniuncta Eugenio pro celebrando Florentino concilio. num. 12. diuiſo Baſileenſi concilio oborta lis, quæ pars inſignienda ſit nomine concilij. num. 13. mittunt ſeditioſi Baſileenſes internuntios Conſtantinopolim ad Græcos in alium locum pertrahendos. num. 14. indicendi concilij auctoritatem, quæ ad Pontificem pertinet, præter fas ſibi arrogare auſi. ibid. veriti alium locum deſignare, quam qui in conſiſtorio pontificio eſt admiſſus. ibid. intentatæ peruicacibus cenſuræ. ibid. ſolicitati, vt in eandem voluntatum conſenſionem conſpirent. ibid. vim inferunt præſidi apoſtolico. num. 15. Cardinales legati de vi queruntur apud ipſos. ibid. auſi Pontificem in iudicium vocare. num. 16. aperta eorum iniquitas. ibid. pauci numero iactant ſe iudices Pontificis, cum quo occidentalis, & orientalis eccleſia conſentiebat. ibid. decretum aduerſus illum edunt. ibid. moniti a Sigiſmundo, vt abſiſtant a conflando ſchiſmate. ibid. edocti ab Eugenio cur iuſtis de cauſis Baſilea concilium transferretur. A. 1437. num. 17. factioſis præſulibus fauent, ne concilium transferatur. ib. frangunt decretum editum a ſaniore parte concilij. ib. de Florentia, vel Vtino delectis adulteratũ edunt ibid. poteſtatem ad reſcindendam translationem concilij ſibi arrogant. num. 18. confutatæ eorum argutiæ. ibid. ſperuertere minis pontificios adminiſtros annisi. num. 19. quid reſponderint obiectis a Bohemis. nu. 21. vſum calicis permittunt Bohemis laicis inconſulta ſede apoſtolica. ib. decretum de concilio Baſilea Ferrariam translato editum. 1437. n. 2. damnatus conuẽtus Baſileenſis poſt eam translationem promulgatã. ib. quę in re Bohemica geſta erant aduerſus hæreticos probata. ib. in ius vocati Baſileenſes ab Eugenio. n. 4. vt preſtantior Baſileẽſis cõcilij pars Italiam pro celebrãdo concilio delegerit. n. 5. Iulianus Cardinalis Cęſarinus legatus apoſt, poſt admonitos diutius Baſileenſes Ferrariam ſe transfert. num. 5. certiores facti Baſileenſes, nolle Græcos ad eos accedere, perſtitere in pertinacia. ibid. ad confundendam publicam pacem abrogandi Eugenio muneris pontificij auctoritatem iuuaſere. ibid. præſtantior Baſileenſium pars Eugenio paruit. num. 6. pars alia, in qua pauciſſimi fuere epiſcopi, impudentiſſime reſtitit. ibid. ob Græcorum ad Ferrarienſe concilium aduentum ardent inuidia. num. 7. ſchiſma aduerſus Eugenium conflare moliuntur. ibid. affingunt eidem ſchiſmatis crimen. ibid. Baſileenſium perduellium argutiæ. num. 8 confutantur. ibid. futiles aliæ eorundem ſchiſmaticorum argutiolæ. num. 9. confictus a Baſileenſibus inſignis error. ibid. demonſtratur aduerſum ipſos Papam eſſe caput vniuerſalis Eccleſiæ collectiue ſumptæ. ibid. falſo contendunt fuiſſe definitum, Papam ſubijci concilio cum tunc de ambiguo ageretur. ibid. concitantur ad ſeditionem ab Alfonſi Regis Aragonum oratore, ibid. Baſileenſibus ſe Pontifici præferentibus, & eidem Pontifici prætulit ſe Bituricenſe conuenticulum. num. 14. Baſileenſes Eugenio inuidentes, ob Græcorum cum Romana eccleſia coniunctionem ſchiſma moliuntur. A. 1439. num. 19. extracta propterea ab Eugenio Florentina ſynodus. ibid. execratur eorum ſcelus dux Mediolanenſis, qui ipſos antea fouerat. ibid. triumphaturam de ijs eccleſiam prædicit Eugenius. ibid. fruſtra actum in conuentibus Nurembergenſibus de illis coercendis. num. 19. falſis principijs nixi auctore pſeudomonacho hierarchiam eccleſiaſticam euertere nituntur. ibid. Arelatenſis Cardinalis exauctoratus auctor præcipuus ſchiſmatis. num. 20. ſeditiones maximæ coortæ inter Baſileenſes. ibid. futilis eorum argutia pro audendo flagitio. num. 21. omnia per tyrannidem contra epiſcoporum voluntatem geſta. ibid. ſpreti præſules a factioſis ſacerdotibus. ibid. ſtrepitus, & confuſio horrenda cum lecta ſunt eorum decreta. ibid. Arelatenſis calumnias in principes, & epiſcopos fundit. ibid. eos coercere abnuit Albertus Cæſar. num. 22. ignaue negat Pontificem tueri aduerſus perduelles Baſileenſes. ibid. Gallorum Regis oratores pontificiam cauſam prodidere. num. 24. admonitus Carolus Francorum Rex, nę factioſorum conuenticulum concilij nomine appellet. n. 24. eorum conatus ad conculcandam pontificiam auctoritatem ſpectarunt. ibid. impia illorum opera. ibid. luciferum imitati ea auſi ſunt tentare, quæ nulla ſynodus egit. ibid. ſegregati ab Eccleſia celebrare concilium non potuerunt. ibid. non eccleſiarum coniunctionem ſed diuiſionem affectarunt. ibid. Græcorum nomine corraſere pecunias quas in ſuos vſus auerterunt. ibid. damnato ab epiſcopis eorum ſchiſmate ſanctorum reliquias impio impoſturæ genere in abſentium epiſcoporum ſedibus locant, vt ſchiſma approbaſſe videantur. ibid. Baſileenſium auſa confutata a B. Ioanne Capiſtranenſi. num. 26. peſtis eos depaſcit. nu. 27. debilitatum exinde ſchiſma. ibid. minores ſacerdotes delecti a Baſileenſibus pro creando antipapa. ibid. ſpretis Baſileenſium iniquis molitionibus priſtina obſequia Eugenio defert Carolus Rex. ibid. nouatores Baſileenſes impietatem ſuam concilij ſpecioſo nomine fucant. ibid. graſſantur fraudibus. ibid. Burgundiæ dux ijs morem ge-

ri

Digitized by Google

ri vetat. ibid. nullus princeps propter Baſileenſes auctoritatem ſedis Apoſtolicæ infregit. ibid. Eugenius Francorum Regis rogatu diſtulit in Baſileenſes animaduertere. ibid. Burgundus Baſileenſibus morem geri vetuit. ibid. latæ ab illis in præſules Eugenio adhærentes iniquæ ſententiæ. num. 28. reſciſſæ ab Eugenio. ibid. Eugenius iudiciariam ſeueritatem in eas promulgantes, vel admittentes adhiberi iubet. ibid. percelluntur Florentini concilij ſententia. num. 29. in Baſileenſi conciliabulo factioſi vetera conciliorum inſtituta peſſum dedere. ibid. ex quo hominum genere illud conflatum fuerit. ibid. ubiecere obſtacula orientalis eccleſiæ cum occidentali coniunctioni. ibid. non aliter ac Turcæ & Saraceni Eugenium promouētem rem Chriſtianam ſunt perſecuti. ibid. ſub reformationis, quam ſemper perhorruerunt, nomine venena ſua diffuderunt. ibid, nefandis edictis Græcos, ne ad Pontificem accederent, retardare annisi ſunt. ibid. eorum propoſitiones erroneæ. ibid. Dioſcorum ac damnatam ſynodum Epheſinam ſunt imitati. num. 31. cenſuris percelluntur ab Eugenio. ibid. damnatæ eorum propoſitiones. ibid. in Dei vicarium conſurgunt. num. 31. hæreſiarchæ eorum opiniones docuere. ibid. electores antipapæ ex minori ſacerdotum ordine fuere. num. 33. creatus ab iis antipapa. ibid. ex Alberti Cæſaris obitu conflandi ſchiſmatis occaſionem ſumpſere. num. 34. inferioris ordinis potiſſimum ſacerdotes ſcelus aggreſſi. ibid. principum oratores illud damnauere. ibid. ex triginta electoribus duodeuiginti fuere ducis Sabaudiæ ſubditi. ibid. encyclicæ Eugenij in eos literæ. num. 36. acceptas pro Græcorum coniunctione pecunias pro Eccleſia diſſipanda abſumpſerunt. num. 36. nulla probabilis cauſa eos potuit inducere ad creandum antipapam. ibid. qualis electorum illius conditio fuerit. ibid. Reges ad eos diſſipandos ſolicitari. ibid. hierarchiam eccleſiaſticam euertere meditati ſunt Baſileenſes. num. 37. promulgant Amedeum antipapam ſe admiſiſſe. A. 1440. num. 1. creandorum anticardinalium poteſtatem ei conferunt, antequam pſeudopontificalibus infulis ſit redimitus. ibid. damnantur ſchiſmatis & hæreſeos. ibid. Chriſtianus orbis maxima ex parte eorum veſaniam execratus eſt. ibid. cenſuris perculſi cum ſuo antipapa. num. 2. auſi dāmnare ſententiam Eugenij. num. 4. latrocinia exercent in ſacerdotes. ibid. eorum facinus cum antipapa damnatum a Carolo Gallorum Rege. ibid. Angliæ Rex eos a ſchiſmate deterrere niſus. A. 1440. nu. 6. queritur Eugenius nouam hæreſim a Baſileenſibus conflatam. ibid. præmoniti fideles, vt ab eorum dolis ſibi caueant. ibid. earum improbitas in luce collocata, num. 7. factioſi Baſileenſes flagitijs fuere contaminatiſſimi. num. 9. diuinis oraculis ſunt abuſi. ibid. abſonæ eorumdem argutiæ. ibid. ſpecioſi fuci. ibid. deſeruit eos Iulianus Card, cum agnouiſſet mancas eſſe virtutes in eo, qui Pontifici non paret, num. 10. Eugenij de Syria recuperanda confringunt conſilia. 1441. num. 4. perculſi anathemate cum Amedeo antipapa. num. 7. cenſores fidei in eorum ſectatores inſtituti. ibid. ſimulata ab ijs pietatis ſpecies, num. 8. detegit latentem ſub ea ſpecie impietatem Carolus Francorum Rex. ibid. Baſileenſes, dum iactant Pontifices abuti ſua poteſtate, excindere poteſtatem pontificiam conantur, num. 10. monarchiam eccleſiaſticam in democratiam redigere conantur. ibid. non tantum ſchiſma circa perſonam Pontificis, ſed circa doctrinam euangelij conflarunt. ibid. fatentur Galli rem Baſileæ tumultu, & ignorantia geſtam. num. 11. ſine æterna damnatione recedi non poſſe a Pontifice, niſi propter manifeſtam hæreſim. ibid. peſtilentiſſimum eſſe ſchiſma, quod tribuit ſupremam auctoritatem multitudini, quæ mox ſcinditur. num. 12. dubitatum an Baſileenſes panderent ianuam antichriſto, ibid. per vmbram concilij fideles deceperunt. ibid. Rex Caſtellæ eos execratus. num. 13. Poloniæ Rex profitetur eos poſuiſſe lucem tenebras, & tenebras lucem, legeſque omnes offendiſſe. num. 14. Permiſſus Bohemis a Baſileenſibus vtriuſque ſpeciei vſus non profuit ſed obſuit. num. 15. ſegregant ſe ab Eugenio in priſtino ſcelere obfirmati. 1442. nu. 9. contraria Pontifici promulgant. ibid. illorum doctrina omnem ſacrum, & politicum ſtatum conuellit. ibid. prædicit Eugenius eorum conatus diſſoluendos, ibid. aduerſum eos creatus ſignifer Eccleſiæ Ludouicus Delphinus. 1444. num. 13. cruento prælio victi. ibid. contra Baſileenſes ſcribit de auctoritate Papæ, & conciliorum B. Ioannes e Capiſtrano. 1445. num. 28. turbata ob eos Germania. 1446. num. 1. Baſileenſe concilium confirmat Eugenius vſque ad tranſlationem factam ab ipſo, num. 3. contumaciſſimi in Pontificem Baſileenſes abiectiſſimi erga principes extitere. num. 4. ad principes tranſlationem indictionemque concilij retulere indigniſſime, ibid. eorum fuci, & impudentia, num. 5. Baſileenſibus ad Eccleſiam reuerſuris propoſita ab Eugenio veniæ ſpes. num. 6. Bohemiam hæreſi & ſchiſmate inficere conantur. num. 7. pro iis ſcribit Laurentius Valla. num. 9. damnantur anathemate in die cœnæ Domini. n. 11. Germani ſpretis Baſileenſibus Romano Pontifici obſequia deferunt. A. 1447. num. 1. Baſileenſium perfidia tandem patefacta. num. 6. eam deſerit Æneas Syluius. ibid. Baſileenſis concilij decreta ea tantum valent, quæ approbata ſunt a Romano Pontifice. num. 17. inuecta in Dei Eccleſiam a Baſileenſibus ingentia mala. n. 18. aberrantes eos propoſita veniæ ſpe ad ſe allicere tentat Nicolaus Papa. ib. Baſileenſe ſchiſma damnat Vincentius archiepiſcopus Gneſnenſis pſeudocardinalis. num. 21. clerus, populuſque Baſileenſis veniam ſchiſmatis a Nicolao V. poſcit. 1449. num. 1. eorum orator publice obſequium Nicolao deſert. ibid. pontificia clementia clerus populuſque priſtinis iuribus reſtituti. ibid. de ijs in Eccleſiæ ſinum reuocandis agit Gallorum orator. ibid. Baſileenſe ſchiſma tandem extinctū. 1445. n. 1. Felix eorum antipapa inſignia pōtificalia abijcere coactus. num. 1. 2. 3. pſeudocardinales ipſorum Nicolaum V. per ſpeciem deligunt Pontificem. num. 5. in male intellecto decreto Conſtantienſis concilij perduellionis & ſchiſmatis cauſas fundarunt. ibid. iubent demum fideles Nicolao V. quem delegiſſe Pontificem fabulantur, ſe ſubijcere. num. 6. Lauſanenſem ſynodum veluti Baſileenſis appendicem ſolutam promulgant. n. 6. agnoſcunt demum quam ſalutare ſit redintegrare pacem. ibid.

Concilium Conſtantienſe. in eo ſanctio Clementis VI. de temperanda Gregorianæ conſtitutionis acerbitate temperata. 1417. num. 1. in eo creatus Martinus V. occidentales eccleſias coniungit. n. 2. S. Vincentius Chriſtifideles hortatur, vt pareant Conſtantienſi concilio n. 10. decreta fidei edita in Conſtantienſi concilio a Martino approbata. 1418. num. 2. collata a Martino patribus Conſtantienſibus eorumque familiaribus gratuita noxarum venia. ib. edita in eodem concilio a Martino ſanctio contra Vvicleffi & Huſſi ſectatores. num. 5. diſſoluitur Conſtantienſe concilium. num. 8. S. Vincentius Ferrerius Petrum e Luna grauiſſimis argumentis vrget, vt pareat Conſtantienſi concilio. 1418. num. 15. nonnulli in Hiſpania male de eo ſentiunt. ib. Scoti ſchiſmatici illud repudiant. ib. plecti iuſſi. ib.

Conſtantienſis concilij decretum detortum a factioſis Baſileenſibus in prauum & hæreticum ſenſum. A.1432.num.8. concluſiones a Baſileenſibus ex praua interpretatione elicitæ. 1439. num. 19. damnatæ ab Eugenio. num. 30. & 31.

Concilium Dertuſenſe. indictum a Petro Cardinale Fuxenſi. 1429. num. 6. confirmatum a Martino V. ib.

Concilium Ferrarienſe. Baſilea Ferrariam translatum ab Eugenio. 1438. num. 1. decretum conciliare Ferrariæ editum. num. 2. concilia ſi non dirigantur a Pontifice errare poſſunt. num. 8. probatur exemplis. ib. transferri potuiſſe Baſileenſe concilium demonſtratur. ib. diſſolui ab eodem poſſe. ib. fingunt Baſileenſes ſchiſmatici Pontificem pollere auctoritate in ſingulos præſules diuiſiue non collectiue. ib. iactant concilium ipſorum accepiſſe poteſtatem immediate a Chriſto & refelluntur. n. 10. quis ſeruatus ordo inter Græcos & Latinos in concilio. num. 11.

Concilium Florentinum. graſſante Ferrariæ peſte transferendi Florentiam concilij data occaſio. 1438. num. 21. Ferraria eo translatum ab Eugenio Papa. 1439. num. 1. quibus de cauſis. nu.3. diſceptatum in eo de additione: *Filioque*. num. 4. omnes Græci profeſſi ſunt Spiritus ſancti proceſſionem ex Patre & Filio. ibid. Latini profeſſi non eſſe duo principia Patrem & Filium, ſed vnicum ſpiratorem. ib. diſceptant in eodem concilio Græci de alijs controuerſijs. num. 6. profeſſi verbis dominicis transſubſtantiari panem in corpus Chriſti. ibid. confici vere Sacramentum in fermentato, vel in azymo. ibid. Spiritum ſanctum habere æternaliter ex Patre & Filio ſuum eſſe ſubſiſtens. ibid. purgari igne animas, & prodeſſe illis viuorum ſuffragia. num.8. diſpares eſſe pœnas morientium in ſolo originali peccato, & in mortali. ibid. Romanum Pontificem tenere in orbe vniuerſo primatum. ibid. in eadem ſynodo Armenij Romanæ eccleſiæ coniuncti. num.13.&c. concilium Florentinum ob Baſileenſium impietatem extractum. num. 18. Florentinum concilium Romam Florentia traductum. 1441.num.1. fidei forma Iacobitis vel Æthiopibus in eo præſcripta. ibid.

Concilium Gneſnenſe. habitum pro Huſſitica hæreſi reprimenda. 1423. num.16.

Concilium Lateranenſe. ab Eugenio Florentia Romam translatum. 1444. num. 15. in eo Meſopotamiæ populi Romanæ eccleſiæ coniuncti. ibid.

Concilium Rhemenſe. illius acta. A.1455. n.45.& n.ſeqq.

Concilium Salisburgenſe. in eo confirmatum, quod ſacramenta valeant etiam a peccatoribus collata. 1420. num. 16. latæ plures leges aduerſus hæreticos. ibid. & ad compeſcendum muliebrem luxum. ib.

Concilium Senenſe. acta Conſtantienſis concilij aduerſus ſectatores Petri e Luna confirmat. 1424. num.2. agit de Græcis ad coniunctionem eccleſiæ Romanæ traducendis. num.3. deque hæreticis Bohemis opprimendis. ibid. ob exortas turbas diſſoluta ſynodus. ibid. nonnulli præſules in ea ſynodo imprudentiſſime ſegeſſere. num.6. in Senenſi concilio motæ lites de auctoritate Papæ & concilij. 1424. num. 6. ſopita eius rei mentione translatum Baſileam concilium. ibid.

Concilium Ticinenſe. indictum a Martino V.1423.n.1. graſſante lue Senas translatum.n.3.

Concubinarij. plura in eos conſtituta in concilio Baſileenſi. 1435.num.1. plecti iuſſi. 1455.num.48. quæ pœnæ in eos conſtitutæ. ibid. qui publici concubinarij cenſendi. ibid. §. publice: pœnæ in præſules tolerantes concubinarios. ibid. de laicis a concubinatu abducendis. num.49. monita in concubinarios promulganda. ibid. §.&: inſtauratæ in pertinaces pœnæ. ibid.

Confeſſio ſacramentalis, & *Confeſſarij*. vid. *Exomologeſis*.

Confirmatio. quæ ſit eius ſacramenti materia. quæ forma, quis miniſter. 1430.n.15.

Congregatio S. Georgij de alga. illius conditor fuit Antonius Corarius poſtea Cardinalis epiſcopus Oſtienſis. 1445. num. 28. Eugenius in ea monaſtica diſciplina excultus. ibid.

B. Conradinus. martyrij palmã exoptat in tuendo iure eccleſiaſtico. 1420. num.9. multa paſſus a perduellibus. ib. viſus ſublimis efferri dum preces fundit in carcere. ib. oblatus illi cardinalatus. ib. illum demiſſe reſpuit. ib. eius mors. 1429. n.22. vt a Deipara donum caſtitatis acceperit. ibid.

Conradus archiepiſcopus Pragenſis. vicarium hæreſi infectum conſtituit. 1417.num.10. ab eo plures hæretici ſacris ordinibus initiati. ibid. ad hæreticos deficit. 1421. num. 11. Huſſiticam hæreſim fouet. 1426. num.21. coacta pſeudoſynodo Pragenſes erroribus inficit. ibid. damnatus decretoria hæreſeos ſententia. num.12. exauctoratus archiepiſcopali faſtigio. ibid. infeliciter perit. num.13. inuexerat, vt neceſſariam, vtriuſque ſpeciei communionem. ibid.

Conradus archiepiſcopus Moguntinus. monitus, vt pacem ineat cum Bauaro. A.1427.n.13.

Conſecratio. in conſecratione loquitur ſacerdos in perſona Chriſti. 1439. num.15.

Conſecratio ſanctorum. de B. Vincentio Ferrerio inter ſanctos referendo agitur. 1451. num.16. S. Bernardinus in ſanctorum ordine repoſitus a Nicolao V. 1450. num.2. pontificium de ea re diploma. ibid. S. Vincentius Ferrerius in eodem collocatus a Calliſto III. 1555. num.40.

Conſolationes piorum. ſolatur Deus ante obitum B. Liduuinam. 1435. num.31.

Conſtantinopolis. a Turcis proditione tentata. 1433. num. 28. in periculum adducta a Turcis. 1473. nu.17. prædictum Conſtantino Dragaſi a Nicolao V. labente triennio Conſtantinopolim exciſum iri. 1451. num. 2. expenſum a Gennadio patriarcha illud vaticinium. ibid. Conſtantinopolis extremum excidium. 1453. n. 2. cælo delapſa in eam diuinitus lux iterum viſa recedere. num.3. die Spiritui ſancto ſacra exciuditur. ibid. Conſtantinopoli capta, de Chriſtianis mutuo fœdere in Turcas coniungendis actum. 1453. num. 8. eam Chriſti cultui reſtituere meditatur Calliſtus. 1457 n.69. munita a Mahomete illius metu. n.78.

Conſtantinus Imperator Aethiopum orientalium. oratores mittit ad Eugenium pro vetere eccleſiarum coniunctione inſtauranda. 1441.nu.2. data Æthiopibus ab Eugenio fidei formula. num. 4. pro confirmando eccleſiarum fœdere ſtudia ſe collocaturum ſpondet. 1441.nu.5. promiſſa illi ab Eugenio IV. auxilia. ibid.

Conſtantinus deſpota poſtea Imperator Conſtãtinopolitanus. pro confirmãdo Ioanni Palæologo fratri ſuccedit in imperio Cõſtãtinopolitano. 1449. num.11 Spartæ auguſtali corona cingitur. ibid. Amuratem de accepto imperio efficit certiorem. ibid. excuſat ſe apud Nicolaum ſi Florentini concilij decreta non promulget. ibid. intentata illi diuina ira, ni Græcos in ſinum eccleſiæ Romanæ reduxerit. ibid. externa ſpecie paratum ſe præfert ad fœdus eccleſiaſticum confirmandum. 1451.num.1. Nicolai V. ad eum literæ. ibid. monetur ne criminis in extrahendo ſchiſmate particeps fiat. ibid. propoſitus ipſi miſerabilis ſtatus orientalis imperij propter ſchiſma. ibid. ſolicitatus, vt cogitet, quæ cauſa tantæ calamitatis eſſe poſſit. num.2. prædictum ipſi a Pontifice labente triennio Conſtantinopolim exciſum iri, niſi

ſchiſma tolleret. ibid. promiſſa illi auxilia ſi ſchiſma aboleat. ibid. iuſſus patriarcham ſuæ dignitati aſſerere, ibid. reponere Pontificis nomen in ſuis diptychis. ibid. dum tentat fugam obtritus in porta. A. 1455. num. 3. amputatum ei caput, & præfixum haſtæ a Turcis. ibid.

Contemptus rerum caducarum. egregium exemplum in B. Bernardino Senenſi qui pecuniam a Philippo Maria Vicecomite duce Mediol. ſibi miſſam reiecit. 1444. n. 25. iterum miſſam pauperibus diſtribuit. ib.

Coranda Huſſitarum presbyter. plebem in Vvenceslaum furentem placat, licet ille ebrinſus ſit, & iners, quietum tamen, & benignum eſſe ait. ibid.

Cornelius Atrachitanus epiſcopus. ad gentes Gog, & Magog conuertendas ab Eugenio Papa miſſus. 1433. num. 30.

Corona ſpinea Domini. vid. *Spina dominicæ corona.*

Corſica. pontificio imperio obnoxia. 1447. num. 12. in eam legatus a Martino V. pro excindendis corruptelis miſſus. 1425. num. 18. in Eugenij obſequium Pontificis reuocata. 1444. num. 11. in eam miſſus ab Eugenio præfectus. ibid.

Coſmas Medices. eius opera Eugenius IV. vſus pro ſubmittendis Conſtantinopolim militi ſtipendijs. 1439. num. 11.

Croia. ab Amurate obſeſſa irrito conatu. 1450. num. 12. ſub illius mœnibus contractus a tyranno lethalis morbus. ibid.

Crucesignata militia, & Crucesignati. in Bohemos hæreticos promulgata. 1421. num. 7. Albertus dux Auſtriæ, & Sigiſmundus Cæſar eam profitentur. num. 10. indulgentiæ aduerſus hæreticos Bohemos arma geſtaturis propoſitæ. 1421. num. 7. crucesignati circiter numero tria millia inclamando nomen Ieſu Mahometem II. centum, & eo amplius millibus Turcarum ſuccinctum in caſtris expugnant. 1456. num. 30. & num. 47. viginti quatuor millia Turcarum cædunt totidemque in fuga Turcæ pereunt. ibid. ab Angelis ad pugnam incitati fuere. num. 30.

Cruciferi. Inter eos & Polonos conciliata pax a Martino Pontifice, & Cæſare. 1418. num. 20. prorogant iterum cum Polonis inducias iuſſuque pontificio arma ponunt. num. 12.

Crudelitas. aliquot exemplis diuinitus mulctata. 1418. num. 28. hæreticorum. 1423. num. 20. 1426. num. 17. Mahumetis II. A. 1449. num. 10. §. Denique & A. 1450. num. 16. Turcarum quanta. 1451. num. 8. §. ſi. 1453. num. 5. §. Hic, & num. 7. vilior apud Turcas ſanguis Chriſtianorum quam iumentorum. A. 1150. num. 15. §. Inter.

Crux. ſigno crucis abuſi magi. 1437. num. 27. crucis ſigno ſedata tempeſtas a dæmonibus conflata. nu. 29. crux alba in cœlo conſpecta a Baionenſibus dum a Gallis obſidentur, 1451. num. 9. mox illi deditionem fecere. ibid. in Chriſti Chriſtianorumq; contemptum crucē ab humeris ad pedes defluentem geſtauit in caſtris Mahometes. 1456. n. 42. contuſa diuinitus blaſphema illius ſuperbia. ibid. Boſnenſis Rex pugnaturus in Turcas mitti ad ſe crucem a Calliſto efflagitat. 1457. num. 18.

Curia Romana. cur, & quomodo in ea fiant exceſſus. 1457. num. 47. 38.

Cyprus. infeſtata ab Ægyptijs. 1425. num. 20. diuexata a ſultano Ægyptio. 1326. num. 23. capto Rege excisa. num. 24. reſtituto libertati Rege vectigalis effecta. 1427. num. 23. a Candelorij principe affectata, 1450. num. 14. a Rhodiorum equitum principe, & Bernardo Villamarino defenſa, ibid.

S. Cyrillus. eius opera ad Nicolaum V. perlata. 1453. num. 25.

Czapko Huſſita. hæreticos ad delendum nomen catholicum concitat, 1429. num. 1.

D

DAemones. pulſi a Deipara. A. 1447. nu. 16. concitaturos Romanos ad ſeditionem oſtenditur. 1433. num. 25. perſequuntur inſtaurantes monaſticam diſciplinam. 1434. num. 29. inſigne ea de re exemplum. ibid. ſe a magis adorari iubent. 1437. nu. 27. profanis imaginibus conſtricti, ibid. ſigno crucis abuti magis imperant. ib. quæ opera ex pactione cum magis edant. num. 28. pereunt eorum artes magis ab adminiſtris iuſtitiæ comprehenſis. ib. num. 28. nocere nequeunt fide Chriſti armatis. ib. tempeſtas ab ijs concitata ſigno crucis diſcuſſa. ib. humana ſacrificia a magno dynaſta ipſis peracta. ib. animaduerſis eorum fallacibus reſponſis tandem ille conuerſus. ib. horrenda flagitia eorum ope patrata. 1445. num. 26. dæmon fœminam ſibi mancipatam in haſtiludijs victricem efficit. 1450. n. 11. ad Deum conuerſam diuexat ſed vincitur. ib. calumniatur Dionyſium Carthuſianum. ib. dæmon arietis ſpecie adoratus a magis. 1453. num. 20. inſignis de ea re Edelini hiſtoria. ib. dæmonis illuſiones. vid. *Illuſiones diabolicæ.*

Deipara. implorata illius ope puer ad vitam reuocatus. A. 1419. n. 14. militem confixum vulneribus ſeruat. 1443. n. 25. viro ſimplici decepto a dæmone opitulatur. 1420. nu. 25. inſtitutus dies anniuerſarius Virginis Chriſtum e cruce pendentem plangentis; & cur. 1423. nu. 2. §. Habita. pio equiti pro fide ſauciato apparet Deipara. 1417. num. 4. ope Virginis puer reuocatur ad vitam. 1427. num. 24. Ioannæ Dromy virgini præcipit Deipara vt Francorum regnum ab Anglis liberet. 1428. nu. 9. B. Virgo donum caſtitatis confert B. Conradino. 1429. num. 22. miles Deiparæ ſe clientelæ commendans dum dormit diuina vi in libertatem vindicatur. num. 10. puer non luſtratus baptiſmo, ſepultus implorata a matre Virginis ope reuiuiſcit, & baptiſmalibus ſacris initiatus ſenſim emoritur. num. 11. Deipara morti proximum ipſius opem implorantem inuiſens pulſis dæmonibus qui aderant ſanitati reſtituit. 1442. num. 16. ſuis clientibus non deeſt. 1443. num. 25. miraculum in confixo telis milite. ibid. clienti ſuo iterum adeſt. ibid. valetudinem ei reſtituit. ib. Vvladiſlaus Rex Poloniæ rapta de Turcis trophæa illi conſecrat. 1443. num. 20. Hallis plura edit miracula. 1450. nu. 17. cur implorata ope Deiparæ edantur miracula. 1452. nu. 10. & §. vlt.

Deiſtarum hæreſis. lapſus in eam ſacerdos conuertitur diuino colluſtratus lumine ſupplicijſque tortus. 1423. num. 24.

Demiſſio Chriſtiana. fatetur Amedeus Sabaudus antea antipapa ſe nunquam maioribus beneficijs cumulatum, quam cum a Deo depreſſus fuit. 1450. num. 20. humilis comparatur cum arbore profundis radicibus defixa. ib.

Dertuſenſis ſynodus. indicta a Petro Cardinale Fuxenſi. 1429. num. 6. confirmata a Martino V. ib.

Deſperatio. ſalutis expertes moriuntur plures ſerui homines. A. 1419. num. 28.

B. Didacus Minorita. in Canarienſibus inſulis fidem Chriſti propagat. 1436. num. 25. Romam iubilei cauſa accedit. 1450. num. 1. ſedula eius pietas in ægrorum miniſterio. ibid.

S. Dionyſius Areopagita. eius ſcripta ad Nicolaum V. perlata. 1453. n. 25.

Dionyſius epiſcopus Agrienſis. creatus Cardinalis ab Eugenio IV. 1439. num. 41.

Dionyſius Cardinalis tit. S. Cyriaci. miſſus legatus in Hungariam a Calliſto. 1456. n. 8. & 1457. num. 25. Hungarorum diſcordias pacare iuſſus. ib.

Dio-

Digitized by Google

Dionyſius Carthuſianus. fœminam a dæmone diuexatam in pietate confirmat. A.1459.num.51. a dæmone appetitus calumnijs. ibid. oranti pro Ioanne epiſcopo Leodienſi ille æternis incendijs addictus oſtenditur. 1452.n.18.

Dioſcorus. auſus eſt in pſeudoſynodo Epheſina damnare Pontificem Romanum. 1439.n.30. hunc Baſileenſes imitati ſunt damnato Eugenio IV. ibid.

Diſceptatio. vetita cũ hæreticis. 1427. num.8.

Dominica paſſio. inſignis S. Franciſcæ in ea recolenda pietas. 1431. num.16.

Dominicus de Capranica Card. tituli S. Crucis in Ieruſalem. creatus Cardinalis a Martino V. ſed reſeruatus in pontificio pectore. 1423.num.23. & 1426. num.26. erat Pontifici a ſecretis. 1424.num.6. miſſus ad diſſoluendum Senenſe concilium. 1424. num.7. efficit, vt ſedata de auctoritate Papæ, & concilij controuerſia Baſileæ concilium indicatur. ibid. Eugenij ſanctione cardinalatu exutus. 1431.num.34. concitat in illum Baſileenſes. ibid. & 1432. num.16. Baſileenſium ſtudio priſtina illi cardinalatus iura reſtituta. 1434.num.1. Alfonſum Regem ad Tybur reſtituendum Nicolao permouet. 1447. num.16. miſſus ad Genuenſes inter ſe conciliandos. 1453.num.12. mittitur ad Alfonſum Regem ad pacem Italicam conſtituendam legatus. 1454.num.7. eam promouet. ibid. pacem Italicam Laudæ ſancit. 1455. num.5. pronuntiat Rothomagenſem archiepiſcopum a Lugdunenſis imperio ſolutum eſſe. 1458. num.37. defunctus aſpero cilicio indutus reperitur. ibid. eius elogium. num.42. ſingulares eius virtutes. nu.43. nihil æque pium aiebat eſſe, quam expoſitos turpitudini ob inopiam liberalitate traducere ad honeſtam vitam. ibid. fœminam nullam domum ingredi eſt paſſus. num.44.

Dominicus Ram Ilerdenſis epiſcopus. creatus Cardinalis, ſed reſeruatus in pontificio pectore. 1423.nu.23. publicatur poſtea presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli. ibid. 1426.n.26. ab Eugenio mittitur ad Hiſpaniarum Reges inter ſe conciliandos. 1431.num.16.

Draco. per draconem ſeptem diademata geſtantem Mahometes præſignatus in Apocalypſi deſcribitur a Nicolao V. 1453.n.9.

Duellum. condictum inter Leceſtriæ & Burgundiæ duces prohibitum a Martino V. 1425.n.9.

E

Eccleſia. eius coniunctio redintegrata. A.1417. nu.2. acephalum concilium non refert Eccleſiam. 1432. num.15. Eccleſiæ catholicæ elogium. 1444. num.15. Eccleſia eſt domus Dei, & porta cœli. 1455. num.21. eius dignitas expoſita a S. Antonino. ibid. qua arte Eccleſiæ maieſtas ſeruanda. 1455. num.50. quamuis quatiatur fluctibus, mergi non poteſt. 1456. num.23. ſchiſmatici Turcis non potuere reſiſtere quia ab Eccleſia erant alieni. n.42.

Eccleſia Romana. patriarchalium princeps. 1439.num.8. Æthiopes nolunt diſputare de fide ſed eam perdiſcere a Romana eccleſia. 1441.num.4. §. Poſt hæc. Romanæ eccleſiæ monarchiam a Chriſto inſtitutam agnoſcunt Galli. num.9. monarchiæ ſacræ, & profanæ diſcrepantia. 1441.n.11.§. Sed. licet decem perſecutionibus afflicta, tamen non defecit. 1455.n.22. omnes monarchias ſubegit aut ſubacta eſt. ibid. Raſcia relicta Romanæ eccleſiæ vid. *Raſcia.* vid. *Apoſtolica ſedes. Eccleſia,* etiam *Pontifex Romanus.*

Eccleſia Latina & Græca. coniunctæ. 1439. num.7. decretum profeſſionis in ea coniunctione editæ. ibid. & num.8. Latina longe præſtantior Græca. 1451. num.13. §. Sed.

Eccleſia. ideſt templum de modeſtia in eccleſijs ſeruanda. 1455. nu.45. §. cum: theatrales ioci, & mercimonia in eccleſijs prohibita. num.47.

Eccleſiaſtica libertas. a Cæſaribus poſt accepta inſignia imperialia confirmari ſolita. 1433.num.21. editum pro ea aſſerenda a Sigiſmundo decretum. ibid.

Eccleſiaſtica immunitas. eius abuſus ſublati. 1433.n.22.

Eccleſiaſtici. in hæreticos pugnantes præclare egiſſe, nec contraxiſſe cenſuras pronuntiati. 1422. n.17. a Ziſcha vexati. num.18. eos ad iudicium profanum trahi pontificijs, & cæſareis ſanctionibus vetatur. 1455. num.37. contraria conſuetudo, vt corruptela reſcindenda. ibid. in recitandis horis canonicis quomodo ſe gerere debeant v. horæ canonicæ: puniri iuſſi clerici gulæ deditì. num.48.§. Item. moniti epiſcopi ne indignos ſacris initient. ibid. §. Hortamur. concubinarij plecti iuſſi. num.48. de veſtitu decoro eccleſiaſticorum. num.50. ſtatuta in clericos confugientes ad iudicem laicum. num.53.

Eduardus Rex Luſitaniæ. vrget Eugenium, vt pacem inter Anglos, & Gallos componat ad arma in Saracenos auertenda. A.1436.nu.22. bellum ad Africam ſubijciendam monet. num.23. Caſtellæ Rex queritur ſibi ſubijciẽdæ Africæ ius eripi. n.24. in Africam exercitũ mittit. 1437.num.24. Tingim ducum opera obſidet. ibid. obſeſſus ab Afris exercitus deditionem paciſcitur. ibid. eius frater Ferdinandus ſanctitatis gloria floret. ibid. obijt. 1438. num.26. Alfonſus filius illi ſuccedit. ibid.

Eleemoſyna. miraculum inſigne marſupij inexhauſti erogandi in pauperes. 1423.num.27. inſignis liberalitas B. Laurentij Iuſtiniani in pauperes. 1433. num.30. §. in eleemoſynis profundendis liberalis fuit Nicolaus V. 1455.num.16. virgines inopes dote ab eo donatæ. ib. ſæpius vaſa argentea, cum cetera deeſſent, a Dominico Cardinale Capranica conflata. 1458.n.43.

Eleonora Regina Luſitaniæ. admonita, vt ad ſedandum ciuile bellũ incumbat. 1439.num.40. propoſitæ victoriæ quas Luſitani concordes retulerunt. ibid.

Elias epiſcopus Maronitarum. Romanæ eccleſiæ conciliatus. 1445.n.21. quę fidei formula ipſi propoſita. ibid. & num.22.

Emmanuel Imperator Græcorum. orientalis eccleſiæ cum Latina coniunctionem expetit. 1411. num.17. Martinus V. paratum ſe ad eam perficiendam offert. ibid. permittit ea de cauſa, vt eius filij cum Latinis mulieribus inire connubia poſſint. ibid. Mahometi I. per Conſtantinopolim dat commeandi licentiam, vt traijciat in Aſiam. 1419. num.14. fouet Muſtapham aduerſus Amuratem pro diſcindendo Turcico imperio. 1422.num.1. ab Amurate petitur bello. ibid. obſidetur Conſtantinopoli. num.2. ad ferendam illi opem Rhodij, Veneti, ac Genuenſes concitari a Pontifice. num.2. monitus, vt ad firmandum imperium eccleſiaſticum fœdus cum Romana eccleſia arctiſſime ſtringat. ibid. legatos apoſtolicos in eam rem miſſum iri propoſitum. ibid. lata anathematis ſententia a Martino in eos, qui Turcis aduerſus ipſum operam locarent. num.4. miſſus ad eum epiſcopus Maſſanus internuntius. n.5. quæ geſta ſint pro Græca eccleſia Latinæ concilianda. ibid. &c. negat popoſciſſe coniunctionem cum Romana eccleſia ſine vllis pactionibus. num.15. eius petita. ibid. tuetur Muſtapham aduerſus Amuratem pro diuidendo Turcico imperio. 1423. victo Muſtapha obſidetur Conſtantinopoli. 1424. num.23.

Epiſcopi. arguit Martinus V. Vladi-

ſlaum Regem Poloniæ, adulatores regios commentos eſſe iure regio ſpectare ad Reges, vt deſignent epiſcopos. A. 1429. nu. 14. exempla aliorum Regum illi propoſita. ibid. eorum iudices non ſunt Reges ſed Pontifex. 1441. num. 19. ab eccleſiarum nexu quibus coniuncti ſunt niſi per Pontificem ſolui poſſunt. 1445. num. 12. diuinæ iuſtitiæ exemplum in eum qui epiſcopum diuina celebrantem trucidarat. 1450. num. 16. vid. *Præſules*.

Equeſtris ordo. vid. *Militia*.

Equites Calatrauenſes. vid. *Calatrauenſes equites*.

Equites S. Ioannis Ieroſolymitani. vid. *Rhodij equites*.

Ericus Daniæ Rex. e peregrinatione Terræ ſanctæ reuerſus confecerat arma in hæreticos. 1425. num. 12.

Euangelium. illius liberæ prædicationis laruam prætendunt Huſſitæ diſſeminandæ hæreſi. 1418. num. 7. pro eo tuendo ſanguinem ſe profuſuros promulgant. ibid. quin[illegible] millia aureorum pollice[illegible]olaus V. euangelium S. [illegible] Hebraicum ad ipſum perlaturo. 1453. n. 25.

Euchariſtia. pro impietatis teſſera abuſi Huſſitæ. 1417. num. 10. in Euchariſtia dulcedinem miram percipit pius eques. ibid. Euchariſtiam circumferunt per eccleſias Huſſitæ ad ſimplices pompa religionis deludendos. 1418. num. 7. oſtenſa Huſſitis a Præmonſtratenſi apoſtata ad eos in cædes concitandos. 1420. num. 10. Pragenſes hæretici profitentur cum catholicis ſub qualiber ſpecie totum Chriſtum contineri. 1421. num. 11. decernunt male vtramque ſpeciem præbendam populo. num. 12. & pueris. ibid. puella Schidamenſis ſola Euchariſtia vitam ſuſtentat. 1424. num. 22. vetus conſuetudo communicandi ſub ſpecie panis confirmata. 1426. num. 14. inſtaurata a Martino vetera decreta de colenda ſolemni pompa Euchariſtia. 1429. num. 20. ſacra particula transfoſſa ab impio ſanguine manat. 1433. num. 27. tranſmiſſa ab Eugenio ad Philippum ducem Burgundiæ. ibid. in Diuionenſi templo culta. ibid. Ludouicus II. ſumpta Euchariſtia e morbo conualeſcit. regiam coronam ſuam Euchariſtiæ ſuper imponi iubet. ibid. profanatores Euchariſtiæ Thaboritæ internecione deleti, quo tempore illius feſtum celebratum. 1434. n. 22. ſumpta Euchariſtia, qui putabatur moriturus, mox ſanitati reſtitutus. 1434. num. 29. §. Deinde perfectum ſacramentum in vna ſpecie demonſtratur. 1437. num. 21. repræſentatio paſſionis Chriſti propterea non deficit. ibid. reſponſum Bohemis a Baſileenſibus non neceſſariam laicis, & ſacerdotibus vtriuſque ſpeciei communionem. A. 1437. num. 22. integrum eſſe Chriſtum ſub qualibet ſpecie. ibid. vſus calicis permiſſus a Baſileenſibus inconſulto Pontifice. ibid. oſtenſum Bohemis nullum cogendum ad ſumendam vtramque ſpeciem. ibid. negatum, vt paruulis adminiſtretur euchariſtia. num. 23. profeſſi Græci verbis dominicis tranſubſtantiari panem in corpus Chriſti. 1439. num. 6. confici vere ſacramentum in fermentato, vel in azymo. ibid. ſacerdotem eſſe miniſtrum eiuſdem ſacramenti. ibid. requiri illius intentionem. ibid. cur in ſacrificio aqua miſcenda ſit vino, num. 15. latet integer Chriſtus ſub qualibet ſpecie. ibid. Euchariſtiæ effectus eſt coniunctio Chriſtiani cum Chriſto. ibid. cur orientalis eccleſia in fermentato occidentalis in azymo conficiant. 1440. num. 18. promulgant hæretici Bohemi non tantum contineri ſub vna ſpecie quantum ſub vtraque. 1441. num. 15. hoſtiæ fudiſſe ſanguinem diuinitus compertæ. 1447. num. 9. in Vuilſenacenſi eccleſia Brandeburgenſis principatus aſſeruatæ. ibid. multa miracula in eadem eccleſia edita diuinitus. ibid. deferri debet ab Epiſcopo, & clerus vniuerſus, ac religioſi tenentur ad eam in feſto corporis dominici ſociandam. num. 24. de noua ſacrata hoſtia inter illas reponenda actum. nu. 10. captiuus duodecim dies ſine cibo tranſigit, donec Euchariſtia muniatur. 1448. num. 11. §. His adnectimus ad porrigendam piæ ſanctimoniali Euchariſtiam B. Laurentius Iuſtinianus diuinitus transfertur. 1450. nu. 19. Armeniorum fuit error de impertienda infantibus Euchariſtia. 1451. num. 13. Thaboritæ eumdem errorem ſecuti. ibid. Græci condamnarunt eos, qui calicem non acciperent. ibid. ob iuſtiſſimas cauſas negata laico communio calicis ibid. §. Sed. communio ſub ſpecie panis frequentior antiquitus. ibid. §. Audite. apud Batauos inter flammarum globos illæſa. 1452. nu. 17. cineres ex contactu Euchariſtiæ vim diuinam ad curandos morbos accepere. ibid. rurſus incenſo templo cum hierotheca ſeruatur illæſa. ib. inſtauratum in eius honorem templum. ib. ingentibus miraculis fulget. ib. Euchariſtiam diuinitus ſuſcipere non poteſt ſecreto lethali crimine deuinctus. 1452. num. 18. peracta ſacra exomologeſi eam ſuſcipit. ibid. Euchariſticæ ſpecies poſt centum, & amplius annos incorruptæ. ibid. §. Eodem.

Eugenius IV. ante pontificatum dictus Gabriel Condulmerius vid. *Gabriel Condulmerius.* Gregorij XII. nepos. A. 1431. nu. 3. eius primitiæ. ibid. ſymbolum pontificium. ib. & dotes. ib. prædictus diuinitus pontificatus ipſius patri. nu. 4. ab Apoſtolis Petro & Paulo curatus & factus certior de pontificatu adipiſcendo. ib. in conclaui paciſcitur de œcumenico concilio celebrando. num. 5. quæ pactiones ab eodem in conclaui ex Cardinalium lege promiſſæ. ib. parto pontificatu eaſdem confirmat. ib. & num. 6. & 7. redimitus pontificia corona & quo die. num. 8. delata illi a Ioanna Regina obſequia. ib. oſtenſi diuinitus B. Franciſcæ Romanæ labores, quibus Eugenius exercendus erat. num. 10. Columnenſes direpto pontificio theſauro eum nituntur opprimere. ib. repellit ipſos n. 11. in gratiam pactione admittit. num. 12. mittit Antonium Card. Oſtienſem ad pacandam Etruriam. ib. de eo queruntur Senenſes. ib. eorumdem querelas refellit. ib. arguit de bello fœderatis vltro illato. num. 13. B. Nicolaum Albergatum Cardinalem ad ſopienda bella mota inter Senenſes & Florentinos mittit. num. 14. legatum decernit ad pacandas Gallias. ib. ſollicitat Galliæ & Angliæ Reges ad vertẽda in impios arma. ib. ad Hiſpaniarũ Reges inter ſe conciliandos defigit ſtudia. n. 16. duos Cardinales pacis interpretes mittit. ib. proponit Regum Hiſpaniarum opprobrio verti tandiu Granatam a Mahometanis teneri. ib. dat Iuliano Cardinali mandata vt ſynodo Baſileenſi præſideat. num 17. inita cum Huſſitis a catholicis finitimis fœdera reſcindit. num. 18. conſulitur a legato de rebus concilij. num. 20. propoſitæ eidem cauſæ ſoluendi concilij. num. 20. concilium Baſilea Bononiam transfert. num. 22. reſiſtunt ipſi Baſileenſes cœtus. ib. Iulianus Card. fatetur imprudenter ſtuduiſſe Baſileenſibus aduerſus Eugenium. nu. 23. cur nonnulli præſules ac principes diſſenſerint ab Eugenio. nu. 24. damnat Pontifex Baſileenſium ſententiam. num. 25. Bononiæ præfuturum ſe concilio profitetur. ib. Sigiſmundum Imp. de his certiorem facit. n 26. expoſitum Eugenio ſi Baſileenſem conuentum ſoluere vellet aduerſarios paſſurum n. 26. in pontificatu monaſtica inſtituta colit. nu. 33. ſanctionem edit qui habendi ſint Cardinales. num. 34. Dominicus Capranica cardinalatu exauctoratus in eum Baſileenſes concitat. ib. rogatur Pontifex

tifex a Sigiſmundo vt Baſileenſe concilium inſtauret. A.1432. nu. 1. propoſitæ ipſi illius inſtaurandi cauſæ. nu. 2. ob grauiſſimas cauſas non mutat ſententiam Eugenius. nu. 4. propoſitæ ipſi argutiæ ob quas concilium non diſſoluendum eſſet eius imperio. num. 5. Baſileenſes cœtus ſuam auctoritatem pontificiæ perperam præferunt. num. 8. magnificum eorum rebellandi in Chriſti vicarium ſpecimen. ib. permittit Poloniæ Regi vt cum Bohemis agat ad eos Eccleſiæ conciliandos. num. 10. Ioannem Cardinalem S. Sixti legatum decernit ad Græcos in Eccleſiæ obſequium redigendos. num. 12. Eugenij elogium. ib. ob grauiſſimas cauſas Baſilea Bononiam transferre concilium nitebatur. num 13. nefariæ auſi Baſileenſes iudicium ſibi arrogare in Pontificem. ib. ſignificat intereſſe velle concilio. num. 14. non poſthabendam Bohemis Orientalem Eccleſiam. ib. commonet Baſileenſes ne ſchiſma moliantur. ib. vrgetur vt reſcindat edictum de ſoluto concilio. num. 15. in eum Dominicus Capranica Baſileenſes concitare pergit. num. 16. temere in ius vocatur a Baſileenſibus. num. 17. legatos Cardinales ad Sigiſmundum mittit. num. 18. mutata ſententia Baſileenſe concilium inſtaurat. num. 19. decernit legatos, qui illi præſideant. ib. cur Baſileenſium auſibus ignouerit. nu. 20. concordiæ agit interpretem inter Senenſes & Florentinos. ib. Sigiſmundum in vrbe excipere detrectat. num. 21. paratum ſe ad pacem cum illo conficiendam exhibet. ib. plura in eum beneuolentiæ ſigna explicat Eugenius. ib. adoptionem Ludouici III. Andegauenſis a Ioanna factam approbat. nu. 22. rebellat in Eugenium Alfonſus Card. S. Euſtachij. ib. fert in eundem ſententiam Pontifex. ib. recuperat pulſo Alfonſo Auinionenſem comitatum. ib. S. Bernardinum inique delatum maximis elogijs exornat. num. 24. reſcindit intentata illi iudicia. ib. in Fraticellos cenſuram exerceri iubet. ib. inſtaurat Baſileenſe concilium. 1433. n. 1. dat internuntijs mandata vt Baſileenſes cenſuris ſoluant. num. 3. auſi Baſileenſes eius decreta reſcindere. ib. aſſenſus eſt, vt inſtauraretur concilium propter ſpes conuerſionis Bohemorum. num. 5. quam grauibus de cauſis motus eſſet ad illud transferendum. ib. mutatæ ſententiæ cauſas explicat. num. 6. ſeptemuiros ad tuendum concilium mittendoſque præſules excitat. n. 7. edicit ne de alio quam de Bohemis conciliandis agatur. ib. deligit quatuor Cardinales concilij præſides. num. 8. reſtituendæ diſciplinæ eccleſiaſticæ atque hæreticis & ſchiſmaticis in ſinum Eccleſiæ reuocandis operam dare iubet. eod. A.1433. n. 7. in eũ Baſileenſes mouent nouas lites. n. 9. eundẽ nituntur adigere, vt perperam ab ipſis geſta confirmet. ib. acceptam a Chriſto in præſules auctoritatem tuetur. nu. 10. vetat Baſileenſes litibus ſe inuoluere. nu. 11. cum Sigiſmundo imperiales apices accepturo paciſcitur. num. 12. duos Cardinales ad eum deducendum decreuit. num. 13. ad pedis & oris oſculum illum admittit. num. 14. obſequium more Cæſarum promiſſum admittit. ib. ſacramenti a Sigiſmundo Pontifici nuncupati formula. ib. dat operam vt eccleſiaſtica immunitas ab Imperatore inſtauretur. n. 15. quærit concordiæ rationem cũ Baſileenſibus. n. 18. profitetur eos paterno ſtudio cõplecti. ib. vrget, vt male geſta reuocent. ibid. profitetur potius vitam ſe profuſurum quam vt monarchiam a Chriſto inſtitutam euerti conſentiat. nu. 19. iuſte & prudenter Baſileenſium auſibus reſtitit. ib. concordiam admittit ſi male geſta reuocentur. ib. excelſa eius conſtantia. num. 20. Baſileenſium geſta in pontificiam auctoritatem reſcindit. ibid. eiuſdem aduerſus eoſdem Baſileenſes apologia. num. 21. ſacrilegum & hæreticum vocat affirmare ſynodum eſſe poſſe generalem quæ Pontificis non ambigui auctoritate careat. ib. iuſtæ eius aduerſus Baſileenſes querelæ. n. 22. quibus legibus concilium inſtaurarit. ibid. adhæret concilio in his quæ ad mores, fidem, & pacem ſpectant. num. 23. aliquos Cardinales infenſos patitur. ibid. in eoſdem vtitur clementia. ib. Nicolaus e Fortebrachijs in Eugenium rebellat. num. 25. Columnenſes ab eodem deficiunt. ib. graue bellum in ipſum conflatum a duce Mediolanenſi. num. 26. concilij Baſileenſis falſo imperio exagitatur. ib. promulgari iubet in Caſtella ſacrã expeditionem aduerſus Granatenſes. num. 28. proponit indulgentiam erogaturis aureos quinque in cruceſignatorum ſtipendia. ibid. inuehentes Saracenis commeatus anathemate percellit. ib. Neapolitani regni proceres Ioannæ aduerſus Alfonſum Regem Aragonum iubet adhærere. nu 29. Concordienſem epiſcopum ad Ioannam legatum mittit. ib. mittit ad barbaras gentes Gog & Magog præcones euangelicos. num. 30. concordiæ ſtudio cedit in nonnullis Baſileenſibus. A. 1434. num. 1. cenſuras in illos latas reuocat. ib. Cardinalem Firmanũ priſtinis iuribus reſtituit. ibid. victus metu falſa & iniqua profiteri viſus eſt. A.1434. n. 2. in quo ſenſu Eugenius irritã fuiſſe concilij diſſolutionem promulgarit. ib. non potuit Eugenius auctoritatem pontificiam ſubijcere concilio. ib. pacis ſtudio molliter pontificiam auctoritatem tutatus eſt. num. 3. miſſis ad concilium internuntijs profeſſus eſt pro ſalute fidelium ſuo iure ceſſiſſe. ib. & pro pace publica. num. 4. ex ea facilitate aucta factioſorum temeritas. nu. 5. ad eum diuexandum fingit Mediolanenſis creatum ſe in Italia legatum. num 6. ereptum illi Picenum. ibid. rogat Sigiſmundum vt concilij imperio reſtituenda occupata curet. ib. rebellant in eum Romani. num. 8. indignis ipſum iniurijs afficiunt. ib. ex vrbe diffugit. ib. Benedictino cultu indutus cymbam conſcendit. n. 9. adit ingens diſcrimen, ne a proditoribus capiatur. ib. cinctus vndique periculis diuinitus euadit. ib. in medio diſcrimine preces Deo fundit. ib. exceptus triremibus in portum Piſanum applicat ib. n. 10. a Florentinis magnificentiſſime excipitur. ibid. ſignificata antea diuinitus S. Franciſcæ Romanæ perſecutio, quam paſſurus erat. ibid. purgant ſe plures Romani de admiſſo in eum flagitio. num. 11. ad obſequium reuocati. num. 12. B. Nicolaum Albergatum ornat laudibus. ibid. & A.1435. num. 3. rogatur a Baſileenſibus, vt conuentis cum Græcis aſſentiatur. A.1434. ſolicitat eoſdem Baſileenſes, ne contrarias pactiones pontificijs faciant. num. 17. Trapezuntinum Imp. excitat, vt in Romanæ eccleſiæ ſinum redeat. num. 18. ſolicitat Armenios ad veterem coniunctionem inſtaurandam. ibid. adhortatur principes, vt Rhodijs opem ferant aduerſus Ægyptium. n. 19. aliquas triremes ſubſidiarias decernit Rhodijs. ibid. Macedonibus ſacram in Turcas militiam profeſſuris expiationem criminum pollicetur. nu. 20. ſancit ne a Canarienſibus neophytis amplius exigatur, quam communis Chriſtianorum mos ferat. num. 21. docet Lunenſem epiſcopum adhibendam animaduerſionem non exitij ſed ſalutis cauſa. num. 24. ſanctionem edit aduerſus ſimoniacos. num. 25. Vvladiſlaum Regem Poloniæ ad virtutes regias ſectandas excitat. num. 26. interpretem concordiæ agit inter Ioannam Reginam Neapolitanam, & proceres. nu. 28. reſtituere diſciplinam monaſticam annititur. ibid. eo ſpoliato dicare ſe conantur Baſileenſes. 1435. num. 2. B. Nicolaum Albergatum Cardinalem ad pacem inter Anglos & Gallos incumbere iubet. num. 3. exponit Anglo Regi Saracenorum in Chriſtianum impe-

imperium impreſſiones.ib.hortatur Henricum Card.tit.S.Euſebij, vt eã promoueat.ib. hortatur etiam Gallum Regem ad pacem.eod.A.1435. num.4.dat mandata Reginaldo archiepiſcopo Rhemenſi, vt eam promoueat.ibid.ad pacem cum Baſileenſibus paratum ſe offert.num.7. illius vectigalia auertere ad ſe nituntur Baſileenſes. num. 8. cur pactus ſit cum Græcis, vt concilium celebraretur Conſtantinopoli.nu.8. cur reluctati ipſi ſint Baſileenſes, ibid. excitur ab Imp. Conſtantinopolitano, vt ſynodo præſit Eugenius ibid.infanda proditio aduerſus Eugenium conflata ab epiſcopo Nouarienſi. num. 10. magno clementiæ exemplo B. Nicolai Albergati precibus dat proditori vitam. ibid. agit de pace cum Mediolanenſi.ibid.capta oppida ab eo recipit. num.10. Bononienſes ſe illi ſubmittunt. nu.11. Tifernum ei reſtituunt.ibid.Malateſtæ fidem conciliat.ibid. Baptiſta Sabellus Reate ipſi reſtituit. ibid. deuolutum ad ſedem Apoſtolicam regnum Neapolitanum coniungere ditioni eccleſiaſticæ meditatur, nu.12. Ioannem Vitelleſcum illi adminiſtrando præficit.ibid.Commonet Neapolitanos ne quem ſibi Regem aſciſcant.n.13. eo inuito Alfonſus Rex Aragonum inuadit regnum.num.13.vetat proceres illi adhærere, ibid. imperat Neapolitanis, vt decretoriam expectent ſententiam.ibid.vetat quidquam nouari pro Renato, ibid. præſtita olim Alfonſo ſacramenta reſcindit. ibid. ius cuique Regi ſe redditurum ſpondet.ibid.in Renati partes inclinat.num.15. rogat Philippum ducem Burgundiæ, vt Renatum liberet.ibid.Anglum Regem admonet, ne conferre ſacerdotia affectet, num. 16. Regem Caſtellæ docet, vt ſumma integritate epiſcopatus ſint conferendi. ibid.commonet Reges de perperam geſtis a Baſileenſi cõcilio.A.1436.n.2.conſumpta ab eo ſtudia pro reſtituenda pace. ibid. ipſius diligentia Gallijs pax reſtituta.ib.per legatos apoſtolicos peſtem Huſſiticam compreſſit. ibid. tres ob cauſas tranſtulit Bononiam concilium Baſileenſe.ibid.cur mutarit ſententiam principum precibus permotus. ibid. Baſileenſes fidem ei promiſſam non ſeruant. ibid. vix ipſius legatos, vt procuratores priuatæ perſonæ admittunt. num.3. exulanti annatas, quod erat vnicum ſuſtentandæ dignitatis præſidium ademere.num.4. calumnijs Eugeniani proſcindere nituntur. num.6. ſine auctoritate veluti ſtipitem in ſolio ſedere voluerunt. ibid. vt ipſi pœnas intentate non ſint veriti. num.9. ob nouata a Baſileenſibus prædicit ægre auſuros Pontifices celebrare cõcilia eod.A 1436.n.9.ſummã in Baſileenſes humanitatem explicuit, n.11.de communi loco, vt præeſſet concilio paciſci niſus, vt male geſta emendaret. ibid.decernit aduerſus rebelles Baſileenſes pontificium decus tueri.num.13. antequam in eos animaduertat prius admonet principes.num.14. inſtitit, vt concilium, cum iam ſex annos tenuiſſet, propter Græcos transferretur. num.14. fauit Renato, vt Neapolitanum regnum aduerſus Alfonſum conſequeretur. num.15. gratulatur Pragenſibus pacis conſilia eos ſuſcepiſſe. num.18. concedit quæ pro ipſis Sigiſmundus Imp.petierat.ibid. roſæ aureæ munere Sigiſmundum Imp. donat. num.20. in Eugenium Alfonſus Rex Aragonum Baſileenſes commouet.nu.21. rogat Pontifex ducem Burgundiæ, vt Renatum Regem Neapolitanum carcere dimittat.num.21. Bononiam accedit.num.22. Forliuienſes ad officium compellit.ibid. Columnenſes domat,ibid. Anglicum bellum componere ſtudet, ibid. eius de ea re lit.ad Luſitaniæ Regem. ibid. concedit Luſitano Regi, vt Africam ſubijciat.num.24. addit legem ne Caſtellæ Regis iuri detrahatur, ib. conſulit Canarienſibus neophytis. num. 26. priſtinam ijs libertatem reddi iubet. ibid. Blachos, Bulgaros, & Moldauos a ſchiſmate abducere annititur. num. 27. Gregorium archiepiſcopum Moldoblachiæ gremio eccleſiæ aggregat, ibid. imponit illi prouinciam, vt Valachos, & Bulgaros conciliet Eccleſiæ.ibid.libertatem eccleſiaſticam in Luſitania oppreſſam tuetur. num.28.Glaſguenſem epiſcopum ob violatam libertatem eccleſiaſticam poſtulat iudicio, num.29.reſcindit regiam ſententiam. ibid. anathema intentat Scoto Regi ſi pontificium internuntium exagitet. num. 30. admonet neminem præualere aduerſus eccleſiam.ibid. hortatur, vt acta contra libertatem eccleſiaſticam ipſe reſcindat, ibid. rogatus a Scoto pro reſtituenda eccleſiaſtica libertate internuntium mittit, num. 31. Regis Scoti cædem luget. num.32. legatum inſtaurandæ in Scotia paci nauare operam iubet, ibid. omni ſtudio contendit, vt pacem ſanciat.1437. nu.1. reluctantur illi Baſileenſes ne concilium in Italia celebretur. num.2.monet legatos, vt loci mutatio conciliandis Græcis obfutura eſſet. ibid. Baſileenſes ſeditioſi pijs eius conſilijs obſiſtunt, num. 4. commonet ipſos, vt locum deligant, in quo ipſe intereſſe poſſit. ibidem. increpat ipſos, quod nolint locum deligere, ibid. quod Græcos ad maximas difficultates trahãt.eod.A.1437.n.4.quod detrectent accedere in Italiam, cũ Græci per longinqua maria ſint acceſſuri. ibid. notum fore orbi ipſos publicam pacem diſturbaſſe. ibid. Aragonius, Mediolanenſis, & Sabaudus in eum Baſileenſes factioſos confirmant in pertinacia. num.5. potiori Baſileenſis concilij parti decretum de concilio in Italiam transferendo edenti aſſentitur. ibid.Cæſarem Regeſque admonet, vt pro coniunctione orientalis eccleſiæ inſtauranda ſtudia ſocient. ibid. fidem publicam dat Græcis, ibid.num.10. internuntium mittit ad Græcorum Imperatorem, & patriarcham adducendos. num.11. Tarantaſienſem archiepiſcopum creat legatum e latere. num. 12. factioſæ Baſileenſis concilij parti inhibet, ne alium locum deſignet, quam qui in conſiſtorio pontificio eſt admiſſus. num. 14. factioſi auſi iudicium illi intendere. num. 16. impie contendunt ſe illius eſſe iudices. ibid. moniti a Sigiſmundo Cæſare, vt abſiſtant a conflando ſchiſmate.ibid.indicit Ferrariæ concilium. num.17. Baſileenſes admonet cur transferatur concilium. ibid. Anglorum & Gallorum Reges adhæreſcunt Eugenio. n.18. oſtenſi diuinitus S. Franciſcæ Romanæ imminentes Eugenio labores num.19.Luſitaniæ Regem Tingitanam prouinciam ſubijcere meditantem officijs complectitur. num 23. Renatum Regem Neapolitanum admonet, vt ſedem Apoſtolicam tueatur. num.25. a duce Mediolanenſi, & Franciſco Piccinino diuexatur. ibid. Pyrrhum abbatem Caſſinenſem Spoleti præfectum proditorem experitur. n.26. monaſticam diſciplinam reſtituere annititur. ibid. ſanctionem edit aduerſus magos. num. 27. horrenda eorum opera recenſet. ibid. Ferrariam Baſilea concilium transfert propter Græcos, A. 1438. num. 1. B. Nicolaum Cardinalem Albergatum illi præſidere iubet. ibid.caterua antiſtitum ſtipatus accedit Ferrariam. ibid. ſolemni excipitur pompa ibid. in publico cœtu exponit publicam pacem, & diſciplinæ eccleſiaſticæ reſtitutionem ſemper expetijſſe. num. 4. ſi quid in ipſo aut familiaribus dignum cenſura fuerit emendatum iri. ibid. fert ſententiam in perduelles, qui Baſileæ reſedetant. num. 5. auſi illi abrogandi pontificij muneris auctoritatem inuadere. ibid. præſtantior Baſileenſium pars Eugenio paruit. num. 6. pars alia, in qua pauciſſimi fuere epiſcopi reſtitit. ibid. mittit B. Nicolaum Albergatum ad Imperatorem

Græ-

Græcorum ad concilium deducendos. A.1438. nu.6. aditur Pontifex a Græcorum Imperatore. ib. patriarcham Conſtantinopolitanũ excipit. ibid. fremunt inuidia in Eugenium Baſileenſes ſchiſmatici. num. 7. diuexatur in conuenticulo Baſileenſi ab oratore Regis Aragonum, quod Renato Regi ſtuderet. num.10. cum Græcis celebrat concilium. num.11. & 12. inter eum, & Baſileenſes interpretem concordiæ agit Carolus Francorum Rex. num. 13. ſubmiſerat ſe Eugenius inſtaurato concilio cum nihil nouandum putaret. ibid. inclinat turpiter Gallus ad Baſileenſes. nu. 14. Anglus adhæret Eugenio. ibid. fideles ad conferendam ſtipem pro Græcis ſuſtentandis ſolicitat. nu 6. quantis curis adduxerit ipſos in occidentem. ibid. cum Græcis Iberi, Rutheni, & Valachi ad Eugenium venere. num.17. pro ſuſtentandis Græcis mithram oppignerat. num. 20. Hungaros in Turcas concitat. num. 21. inter Bohemum & Polonum pacem conciliare nititur. num.22. Albertum Cæſarem concitat, vt Europam liberet ab Infidelibus. num. 23. beatum Iacobum Picentem cenſorem fidei creat in Pannonia aduerſus hæreticos. num. 24. tertiam bonorum, quibus mulctantur hæretici, partem epiſcopis addicit, vt diligentius inquirant in illos. nu. 24. eccleſiaſticum exercitum immittit in regnum Neapolitanum aduerſus Alfonſum Regem Aragonum. num. 25. cur Ferraria tranſtulerit Florentiam concilium. A. 1439. num. 1. Conſtantinopolim ſubſidia nummaria mittit. num. 2. præfert in itinere Euchariſtiam. ibid. Ferrarienſis marchio ſtratoris munere illi functus. ibid. Florentiam ingreditur. num. 3. Danum, Suecum, & Germanos admonet, vt Florentiam præſules mittant. ibid. Græci Romanæ eccleſiæ fidem profeſſi Eugenio Latinorum more obſequium deferunt. num. 6. & 7. conqueritur Eugenius Marcum Epheſium ſe ab alijs ſegregaſſe. num. 9. fideles de Græcis in Eccleſiæ ſinum reuerſis certiores facit. num. 9. ad ferendam orienti opem aduerſus Turcas eos concitat. ibid. ſubſidia Græcis ſuppeditat. num. 10. Albertum Cæſarem & Macedones in eoſdem cohortatur. ibid. Medicæorum opera pro mittendis Conſtantinopolitano præſidio militari ſtipendijs vtitur. num. 11. Iſidorum Kiouienſem archiepiſcopum in Ruſſiam & Lechiam mittit. ibid. eundem & Beſſarionem archiepiſcopum Nicænum cardinalitia dignitate exornat. nu. 12. Armenij ad Eugenium accedunt. ibid. eoſdem orthodoxã fidem profeſſos eccleſiæ Romanæ cõciliat. A.1439. n. 13. &c. anabaptiſmum in Taurica Cherſoneſo vetat intentato anathemate. num. 17. Nauat ſtudia ad auertendum ſchiſma. num. 18. conciliatur illi Mediolanenſis dux. ibid. omnes pacis rationes ſemper ſectatus eſt. ibid. triumphaturam de ſeditioſis *Baſileenſibus* Eccleſiam prædicit. ibid. promittit Alberto Cæſari ſtudia pro bello conficiendo in Turcas. num. 29. rogat ne ſchiſma toleret. ibid. vt pacem cum Rege Poloniæ conficiat. ibid. queritur Albertum fuiſſe remiſſiorem in tuenda cauſa pontificia. num. 23. Francorum Regis oratores Eugenij cauſam in *Baſileenſi* conciliabulo produnt. num. 24. Gallum Regem admonet, ne conuenticulum factioſorum concilij nomine appellet. ibid. obijcit ſegregatos ab Eccleſia *Baſileenſes* non potuiſſe concilium celebrare. ibid. admonet Gallum Regem, ne priuignum, ſed filium agat. num. 24. illius rogatu diſtulit in *Baſileenſes* animaduertere. num. 27. reſcindit ſententias editas a factioſis *Baſileenſibus*. num. 28. impij aliqui Chriſtiani æque ac Turcæ, & Saraceni Eugenium ſunt perſecuti. num. 29. *Baſileenſes* ſchiſmaticos decretoria damnat ſententia, eorumque errores. num. 30. dux Mediolanenſis illi conciliatus. num. 34. oppoſitus Eugenio a *Baſileenſibus* antipapa. num. 35. Reges ad diſſipandum ſchiſma ſolicitat. ibid. infenſus illi eſt Alfonſus Rex Aragonum, quod Renatum Regem tueretur. n. 37. cur Renati patrocinium ſuſceperit Põtifex. ib. grauiſſime de Alfonſo Rege queritur hierarchiã eccleſiaſticã euertere meditatum. n. 38. pacandæ Germaniæ dat operam. ibid. de pace inter Gallos & Anglos agitat. num. 39. Caſtellæ diſſidia componere molitur. ibid. mandat archiepiſcopo *Bracharenſi*, vt ſtudia in pio opere collocet. ibid. plures Cardinales creat. nu. 41. intentat antipapæ, & nouatoribus iudicium. A. 1440. num. 1. Ludouicum Arelatenſem Cardinalem exauctorat. num. 3. is deferendi antipapatus Amedeo auctor extitit. ibid. Viſenſem epiſcopum dignitate euertit Eugenius ob procuratum ſchiſma. ibid. Alfonſum Regem Luſitaniæ monet, ne epiſcopum vocet, qui ſchiſmatis, & hæreſeos damnatus eſt. ibid. Alfonſum Regem Luſitaniæ ad Pontificem ſpectare non ad Reges eccleſiarum diſpoſitionem docet. ibid. illius ad Carolum Regem legatio. ibid. poſcit, vt ſanctio pragmatica conuellatur. ib. ſignificat miſſis ſubſidijs Neapolim, ne ab Aragonio caperetur, fuiſſe liberatam. A. 1440. nu. 5. Angliæ Regem ad conſtantiam in Eccleſiæ obſequio excitat. nu. 6. fideles contra inſidias antipapæ præmonet. num. 7. deſcribit quam contempti, & indigni fuerint illius electores. num. 8. quam male diſceptet de conciliorum auctoritate. ibid. arguit illos ſtudio pacis, ſchiſma conflaſſe. ibid. fertur eius iuſſu Cardinalem Vvitelleſcum tyrannidem affectantem in ipſo ſceleris conatu trucidatum. num. 11. fuſi diuinitus Eugenij hoſtes. ibid. Ludouicum Mediarotam epiſcopum Florentinum ob Piccininum victum Aquilegienſi patriarchatu, & Cardinalatu donat. ibid. mouet Venetos, vt iura Aquileienſis eccleſiæ reſtituant. ibid. optantibus Regibus nouum concilium pro tollendis diſſidijs contradicit Eugenius. nu. 12. eius odio Alfonſus Rex Aragonum antipapæ ſtudia pollicetur modo Ioannæ II. adoptionem confirmet. ibid. vrgetur ab Aragoniæ regiæ principibus, vt Renati patrocinium abijciat. num. 13. denuntiant ipſi Aragoniæ regiæ principes inimicitias, ſi Renatum foueat. ibid. reſpondet Neapolitanum regnum ſine iure ab Alfonſo inuaſum. ibid. ditionem eccleſiaſticam occupatam. ibid. detrectaſſe Alfonſum iuri ſtare. ibid. legatum Cardinalem pacis interpretem aditu prohibuiſſe. ibid. proponit infelices hoſtium eccleſiæ exitus. ibid. pacis conſilia inter Renatum atque Alfonſum promouet. ibid. deluſus pacis expectatione Alfonſo ſtare iuri detrectanti bellum infert. ibid. Caſtellæ bella ſedare nititur. num. 14. Ioannem Regem Caſtellæ monet, vt cum ſuis pacem ineat. ibid. Iacobitas conciliat Romanæ eccleſiæ. 1441. num. 1. miſſi ad eum oratores a Conſtantino Imperatore Æthiopum. num. 2. Æthiopum obſequia admittit. ibid. de reſtituenda *Syriæ* Chriſti religione agitat. num. 4. diſcuſſa ſunt a *Baſileenſibus* ſchiſmaticis præclara eius conſilia. ibid. queritur Imperatorem Conſtantinopolitanum defendi ſchiſmatis curas remiſiſſe. num. 5. omnia ſtudia pro eccleſiarum redintegrando fœdere collocaturum ſe ſpondet. ibid. vetat Latinos a Græcorum commercio abſtinere, ne decretum vnionis ſoluatur. num. 6. antipapam eiuſque ſectatores cenſuris percellit. num. 7. cenſorem fidei inſtituit contra ſchiſmaticos. ibid. Carolus Rex Francorum inſignem ad eum legationem decernit. num. 9. queruntur Galli apud Eugenium, aliquos Pontifices ſua poteſtate abuſos. num. 10. econtra *Baſileenſes* pon-

ti-

tificiam poteſtatem excindere conatos. A.1441.n.10. lapſos in eam væſaniam, vt ſupremam auctoritatẽ non in vno ſuppoſito, ſed in multitudine locarint. ibid non tantum ſchiſma circa perſonam Pontificis conflarint, ſed etiam circa doctrinam euangelij.ibid.fatentur Baſileæ rem geſtam tumultu, & ignorantia. ibid.ſine æterna damnatione non recedi a ſummo Pontifice niſi propter manifeſtam hæreſim.nu.12. Caſtellæ Rex Eugenij cauſam tutatur.num.13.Vvladiſlaus Rex Poloniæ eidem adhæret. num. 14. querenti Eugenium non ſibi fauere in Hungarici regni controuerſia reſpondet neceſſariam pacem Pannononiæ,ne a barbaris lanietur. ibid, commendat illi Fridericus Rex Romanorum Ladiſlaum puerum. num. 15. Neapolitana bella ſedate nititur Dei vicarius. num. 16. Ioannem Cardinalem Tarentinum legatum decernit. ibid. detrectante Alfonſo ſtare iuri,.fœdus aduerſus illum init cum Genuenſibus. ibid. paciſcitur cum maritimo eorum exercitu terreſtrem coniuncturum. ibid. iudiciorum ordinem aduerſus eundem inſtituit. num. 17. de læſæ maieſtatis crimine ipſum poſtulat. ibid. ad Bononiam & alias vrbes recuperandas Ludouicum Cardinalem legatum decernit.num.18. Caſtellæ turbas ſedare ſtudet.num.19. indulget equitibus Calatrauenſibus ne votum caſtitatis nuncupent. num.20.at profeſſos iam caſtitatem voto non ſoluit.ibid.Florentia Romam concilium traducit. A.1442. num. 1. deferunt illi obſequium Æthiopes. ibid. vt multas gentes Romanæ eccleſiæ gremio reſtitueerit. num. 2. Iacobitis, & Æthiopibus fidei orthodoxæ formam præſcribit.ibid. illius nomen a patriarcha Alexandrino relatum in diptyca.num.7.Ludouicum Arelatenſem excardinalem archiepiſcopatu & ſacerdotijs euertit. num. 6. monet Britanniæ ducem nouem ſacrum & politicum ſtatum a doctrina Baſileenſium fuiſſe conuulſum,ibid. prædicit Baſileenſium nouatorum conatus diſſoluendos. ibid. a Franciſco Sfortia inſigni perfidia circumuentus, num. 11. vlciſci illius ſcelera meditatur. num. 12. plures arces ex eo recuperat. ibid. Sempreuſium bona in pontificiam clientelam admittit. num. 14. Iudeos pontificijs beneficijs abutentes comprimit.num.15. iubet decimas a Iudæis & Saracenis pendi. ibid. vetat Iudæos a Chriſtianis vſuras accipere. ibid.reſtituere pacem Italiæ nititur.1443.num.1. Alfonſo Aragonio concedit, quæ antipapa pollicebatur, vt eum in gremio Eccleſiæ contineat. ibid. quibus legibus pacem pepigerit. A. 1443.n.2.colitur vt verus Pontifex ab Alfonſo. ibid. conuenit de eo Neapolitani regni inſignibus exornando.num.3. Beneuenti & Terracinæ præfecturas illi dat. num. 3. pollicetur ei Alfonſus Rex triremes inſtructas immiſſurum in Turcas. num. 4. exercitum pro reſtituendo Romanæ eccleſiæ Piceno immiſſurum.num.5.ampliſſimo diplomate regni ius fiduciarium illi confert.num.6. recipit eiſdem ope Picenum. ibid. adoptionem Alfonſi a Ioanna vitio factam confirmat. nu.8 etiamſi regnum occuparit, indignumq;ſe præbuerit cui conferatur aſſerit. ibid. eum pluribus prærogatiuis exornat. ibid. abalienata iura tum ad eccleſias tum ad Neapolitanam coronam intentato anathemate contra tendentibus reuocat. ibid. ducenta aureorum millia ex eccleſijs ipſius regni ei tribuit pro claſſe paranda in Turcas. nu.9. deſerit eos, qui pontificias partes erant ſecuti.ibid.infenſi propterea illi Galli fiunt.ibid.permittit Alfonſo Regi Luſitano commercium propagandæ religionis ſpe. nu.10. Æthiopes fidei orthodoxæ formam ab Eugenio excipiunt. A. 1442. num. 1. inter veterum conciliorum decreta eam referunt num.7.Eugenij nomen in diptychis collocant, ibid. militiam ſacram profeſſuris præmia indulgentiarum ſpondet, ibid. Caſtellano Regi conquerenti expugnationem Africæ ſibi debitam, reſpondet nolle ſe detrahi iuri Caſtellano.num.11. conceptas de Græcorum conuerſione ſpes in luctum mutatas deplorat.num.14. Turcarum graſſationes horrendas commemorat. num 15. deplorat ex ſingulis Chriſtianorum familijs adoleſcentem, vt Mahometi militet, eripi. num. 16. impeditum ſe fuiſſe ne arma in Turcas expediret. ibid. miſſis legatis Polonos, Hungaros, Vvalachos, Moldauos, & Macedones coniungere nititur in Turcas. ibid. orientis pericula exponit.num.17.rogat Chriſti fideles, vt labanti rei Chriſtianæ opem ferant.ibid.exponit quanta regna inſtructo terreſtri nauali que exercitu Mahometanis eripi poſſint. num.18. quam deceat opes vireſque ab vniuerſis in glorioſo opere conferri. num. 19. decumam per Baſileenſes antea indictam in hos ſumptus conuertit. ibid. exemplo cæteris prælucet vna cum Cardinalibus. ibid. fideles, qui filios Turcis dederant reuocandos in Eccleſiam curat. ibid. ſacrum fœdus cum Vvladiſlao Poloniæ & Hungariæ Rege, & Scanderbego init in Turcas. num.21. rogatur a Ioanne Palæologo, vt mittat claſſem in orientem.num.22. miſit,ſed eius aduentum extrema orientis clade anteuertit Amurates. ibid. nituntur aliqui tertium concilium tertio loco ad ferendam de Eugenio & antipapa ſententiam celebrare. num.23. monet Caſtellæ Regem, vt in priſtini erga ſedem Apoſtolicam obſequij conſtantia perſtet. ibid. promittit vna cum Genuenſibus, & Burgundo traiectu Helleſpontiaco Turcas ſe prohibiturum. A.1444. num. 1. parat claſſem ſeptuaginta triremium. ibid comparat varia in ſacrum bellum ſubſidia. ibid. multas prouincias ax Turcis recuperatas lætatur. num. 2. Helleſpontiacas anguſtias Turcis claudendas decernit. ibid. terreſtri exercitui cruceſignato Iulianum Cardinalem præficit.nu.3. nauali Franciſcum Cardinalem nepotem. ibid. Vvladiſlao Poloniæ & Pannoniæ Regi plura priuilegia confert. ibid. Gallos & Anglos mutuis bellis implicitos in Turcas coniungere enititur.ibid. ſancit inter eos inducias. ibid. Vvladiſlaum Regem Poloniæ initarum cum Turcis induciarum religione liberat. ibid. Aranitum Macedoniæ principem vrget, vt ſigna attollat in Turcas, iungatque ſociales turmas. ibid.vexillum Eccleſiæ ad eum tranſmittit. ibid. quantus labores pro liberandis a Turcica ſeruitute Græcis ſubierit. num. 7. Palæſtinam Chriſti cultui reſtituere meditatus eſt. ibid. cenſuras eccleſiaſticas in ferentes ſubſidia Turcis promulgat. num. 8. in Rhodiorum opem prouolare iubet Alfonſum Aragonum Regem. num.11. Corſica ſe Eugenio ſubijcit. ibid. appetitur bello a Franciſco Sfortia Mediolani duce. nu.12. data illi Piceni præfectura concordiam paciſcitur. ibid, cum eandem duce Mediolanenſi fœdus ſancit. ibid, Gallorum opem ſibi conciliat aduerſus ſchiſmaticos.num.13. Ludouicum Delphinum Viennenſem ſigniferum eccleſiæ Romanæ creat. ibid. Baſileenſes illius opera bello fatigat, ibid. Germanos Burgundus vrget, vt Eugenium colant ibid. Aragonios qui ſenſerant cum nouatoribus ad officium reducit. num.14. primam ſeſſionem Lateranenſis concilij celebrat.n.15. Meſopotamenos conciliat Eccleſiæ. ibid. orthodoxæ fidei formulam ijs proponit num.16. orientales præmonet, falſum eſſe conſtitui a Latinis duo Spiritus ſancti principia. num.17. docet procedere non ex duobus principijs ſed tanquam ex vno principio, non duabus ſpirationibus ſed vnica ſpiratione. ibid. Regis Caſtellani oratores Regis Aragonum oratoribus

in

in ſacello pontificio præferendos decernit. num. 20. Ferdinandum Alfonſi Aragonis nothum filium iuſtorum natalium honoribus decorat. ibid. acceptum illius beneficentiæ regnum Neapolitanum refert eidem Alfonſus Rex. A 1445. num 1. quas leges Alfonſo imperarit. ibid. & num. ſeqq. ſacra indulgentiarum præmia capeſſituris arma in Turcas proponit. num. 13. ſubſidia Rhodijs ſubmittit in Ægyptios. num. 18. duas claſſes comparare enititur in Mahometanos. ibid. maxima pro liberanda Palæſtina conſilia agitat. ibid. Marcum Alexandrinum patriarcham claſſi nouæ præficit. ibid. falſa ſpe deluditur Amuratem traiectu impediri. num. 19. lites inter Cypri Regem, & Nicoſienſem archiepiſcopum componit. num. 20. mittit internuntium in Cyprum ad hæreticos, & ſchiſmaticos in gremium Eccleſiæ reuocandos. ibid. Neſtorij, & Macarij Antiocheni ſectatores damnantes errores Eccleſiæ reſtituit. nu. 21. archiepiſcopo Chaldæorum fidei formulam proponit. ibid. & Maronitis. ibid. Stephanum Thomam Regem Boſiæ laudat ob hæreticos pulſos. ibid. Boſnenſes commendat Rex Hungaris. ibid. ducum opera antipapæ copias Aueninnæ propulſat. num 25. Odo epiſcopus Dertuſenſis pſeudocardinalatu abiecto ad Eugenij obſequium reuerſus. ibid. in acephalos, qui neutri parti ſe addictos profitebantur, animaduertendum decernit. ib. Æneas Syluius actorum Baſileæ veniam ab eo efflagitat. ibid. poſtulans nomine Cæſareo in Germania concilium celebrari repulſam patitur. ibid. magos inſectatur. num. 26. pro collocando in ſanctorum numero B. Bernardino actionem iudiciariam inſtituit. ibid. diſciplinam eccleſiaſticam in clero reſtituere annititur. ibid. Colonienſem, & Treuerenſem archiepiſcopos Baſileenſium partibus implicitos exauctorat. 1446. n. 1. alios in eorum locum ſufficit, quibus populos parere iubet. ibid. indignati ſeptemuiri defectionem ab Eugenio minitantur. num. 2. peruerſa interpretatione Conſtantienſis decreti decepti erant. ibid. mittit legatos pro ijs ad officium redigendis. ibid. diluit calumniam, quod ſpernat generalia concilia. ibid. reuocandis ab indifferentia & neutralitate Germanis dat operam. num. 3. & 4. qui contumaciſſimi fuere in Eugenium Baſileenſes, fuere erga principes abiectiſſimi. num. 5. Thomam epiſcopum Bononienſem, & Ioannem Caruajalem Placentinum cardinalitia purpura donat. ibid. proponit Baſileenſibus ad Eccleſiam reuerſuris veniæ ſpem. A. 1446. num. 6. ad ſchiſmaticos reprimendos incumbit. ibid. queritur Baſileenſes conari inficere Bohemos hæreſi & ſchiſmate. num. 7. in Amadeum arithmeticum hæreticum animaduerti iubet num. 8. confutat maleuolos effutientes B. Bernardinum anathematis reum obijſſe. ibid. inquiri iubet in ſacerdotes prædicantes fornicationem non eſſe peccatum. nu. 10 damnat hæreſeos ſimplicis fornicationis defenſores. ibid. Franciſcum Sfortiam eccleſiaſtica iura inuadentem cenſuris percellit. num. 11. in Florentinos Sfortiam defendentes concitat Alfonſum Regem Neapolitanum num. 12. dat illi eoſdem ſubijciendi ius. ibid. quibus cauſis in eos commotus ſit. ibid. reducta ad illius obſequium Germania. 1447. num. 1. cæſareos oratores magnificentiſſime Romæ excipit. ibid. petitis Germanorum aſſentitur. num. 3. acta inualida pacis ſtudio confirmat. num. 4. reſtituit priſtina iura ijs, qui cum Baſileenſibus ſenſerant. ibid. reſtinguit lites. ib. abrogat eccleſiaſticas cenſuras. ibid. pollicetur indicturum ſe in Germania concilium ſi Reges aſſenſerint. num. 5 concilia œcumenica amplecti profitetur. ibid. tollit nonnulla grauamina. ibid. aliqua Baſileenſium decreta confirmat. num 6. pro leuandis ijs, qui grauati ſunt legatum miſſurum pollicetur. ibid. perſtantes in ſchiſmate beneficio priuat. ibid. reſtituit priſtinis iuribus Colonienſem, & Treueranſem archiepiſcopos, ſi ad pontificium obſequium redierint neutralitate abiecta. num. 7. conteſtatur, quæ indulſerit Germanis ſtudio concordiæ tantum permiſiſſe, non quod iuri pontificio detractum velit. ibid in ſanctorum ordinem B. Nicolaum Tolentinatem aſcribit. num. 8. concedit indulgentias adituris eccleſiam Virziliacenſem in Brandeburgenſi principatu, in qua hoſtia manarat ſanguine. num. 8. damnat eorum errorem, qui crimina apud religioſos ſacerdotes expiata iterum patefacienda parochis contendebant. num. 11. damnat eorum argutiam, qui affirmabant tutius eſſe iterum ea patefacere, atque ideo, vt tutiorem eam ſequendam ſententiam. ibid. monachorum confirmat priuilegia ibid. Corſicæ præfectum nomine pontificio imponit. num. 12. in creando ſucceſſore aduerſus Baſileenſium placita obſeruari iubet Lugdunenſis, & Viennenſis conciliorum decreta. ibid. a S. Antonino ſacramentis in extremo vitæ actu procuratis. ibid. eius exequiæ & epitaphium. ibid. tranſlatio eius corporis. ibid. eiuſdem elogium. ibid. raro bibit vinum aqua Saccharata contentus. num. 13. nepotes ſtipendijs familiaribus dari ſolitis contentos eſſe iuſſit. ibid. non cubuit in veſte linea. ibid. ante ſomnum, vel a ſomno noctu libros perlegebat ibid. Thomæ Cardinali qui fuit Nicolaus V. prædixit pontificatum. ib. & 1449. n. 13. mortem ſibi imminentem prædicit. eod. A 1447. n 13. ſanus locum ſepulchri ſibi deſignat. ibid. morbo lethali, vt prædixerat, corripitur. ib. exclamat morti proximus ſatius fuiſſe manſiſſe monachum, quam pontificatum geſſiſſe. ib. ſepulchri magnificentiã ſpreuit. n. 13. eius epitaphium inſigne. ib. eiuſdem elogiũ. n 14 poſt mortem iterum ægrotanti Tolentini dicto Nicolao Papæ exponit ipſum non moriturum ex eo morbo. 1449. num. 13. deſignat tempus mortis. ibid. antipapæ poſt eius obitum pro adipiſcendo pontificatu inanes ſpes, & inanes conatus. num. 15. Thomas S. Suſannæ presbyter Card. ſuffectus Eugenio. ibid. vid. *Nicolaus V.*

Eutyches. duas in Chriſto naturas confudit. 1439. n. 13.

Excommunicatio. eius vis inſigni miraculo oſtenditur. 1453. n. 18. §. eodem.

Exercitus cæleſtis. vid. *Angelorum exercitus*.

Exomologeſis. facta apud religioſos iterum apud parochos repetenda ob tutiorem conſcientiam fingitur. 1447. num. 11. damnatæ aduerſariorum argutiæ ab Eugenio. ibid. propter exomologeſes exigi merces vetita. 1450. num. 10. ea imperfecta diuinitus in Euchariſtia Chriſtus ſe præberi non ſinit. 1453. num. 18. de religioſis confeſſiones excipientibus. 1456. num. 51. §. 2.

Extrema vnctio. vid. *vnctio extrema*.

F

Fælicitas humana. inſtabilitatis illius inſigne exemplum in Ioanne Caracciolo. A. 1432. num. 22.

Felix V. antipapa antea dictus Amedeus Sabaudiæ dux. creatur antipapa a ſchiſmaticis Baſileenſibus. 1439. n. 33. dux Mediolanenſis eſt Amedei gener & Eugenio infenſus illud ſcelus execratus eſt. ibid ex triginta electoribus duodeuiginti fuere Amedeo duci ſubditi. num. 34. quam infeliciter Felicis nomen ſumpſerit. ibid. quid de eo ſenſerit B. Ioannes Capiſtranenſis. ibid. diabolico ſpiritu incitatus fuit ad flagitium. ib. primum ſenſerat cum

Digitized by Google

Eugenio aduerſus Baſileenſes. ibid. temere ſine cauſa ad eos iterum iterumq; deſciſcit. ib. Baſileenſes nouatores creandorum pſeudocardinalium poteſtatem antequam pſeudopontificalibus infulis ornatur, tribuunt. A. 1440. nu. 1. excardinalem Arelatenſem Baſileenſi conuenticulo præficit. ib. intentatum illi & nouatoribus ab Eugenio iudicium. ibid. damnatur hæreſeos & ſchiſmatis. ibid. Chriſtianus orbis maxima ex parte eius væſaniam eſt execratus. ibid. cenſuris percellitur. num 2. damnatur vna cum Baſileenſibus a Carolo Gallorum Rege. num. 4. miſſa legatione Gallorum Regem fruſtra ſubornare pititur. ibid. Angli ab eo abhorrent. num. 6. fruſtra ducem Mediolanenſem generum ſubornare conatus. num. 7. Caſtellani ab eo auerſi. ibid. quam falſo Felicis nomen acceperit. ibid. omnium malorum architectus extitit. num. 8. qui fuerint eius electores. ibid. arguitur fingere ſtudio pacis conflatum fuiſſe ſchiſma. ib. pro concordia ab eo inducta diſcordia. ibid. inuectiuam in eundem ſcribit Poggius Florentinus. nu. 9. aucta antipapæ ex vacante imperio inſolentia. ibid. decernit ad ipſum oratorem Aragonum Rex, qui regia ſtudia polliceatur, modo Ioannæ II. adoptioné confirmet. ib. percellitur anathemate ab Eugenio cum ſequacibus ſuis. nu. 7. illius ſchiſma exhorruere omnes principes. nu. 9. ad 14. illum ad Eccleſiæ gremium reuocare tentat Eugenius, 1442. nu. 10. Philippus dux Burgundiæ inter ipſum & Pontificem pacem conciliare nititur. ibid. ingentia pollicetur Alfonſo Regi Aragonum vt eum peruertat. 1443. num. 1. ab eo ſpernitur cum eadem a vero Pontifice extorqueret. ibid. infert illi bellum Ludouicus Delphinus. 1444. num. 13. Polonos ſchiſmate illaqueare nititur. ibid. Auenionem tentat. 1445. num. 25. propulſatæ eius copiæ. ibid. Odo epiſcopus Dertuſenſis pſeudocardinalatus poſitis inſignibus ad Eugenium redit. ibid. in die cœnæ Domini anathemate damnatus ab Eugenio. 1446. num. 11. defuncto Eugenio ſpe inani inflatus plures pſeudocardinales creat. 1449 nu. 13. legationes decernit irriſus ab omnibus & legationes eius ſpretæ. ibid. in eum ſeueritatem adhibere parat Nicolaus V. n. 18. Sabaudiæ expugnandæ ius datum Carolo Francorum Regi. num. 18. decretus Nicolaus Aquenſis archiepiſcopus ad eam expeditionem promouendam. ibid. inſtructus Carolus Rex, vt de concordia cum Amedeo paciſcatur. num. 19. promiſſa illi munera, inſigni clementiæ genere, pro illo ab impietate reuocando. ibid. remiſſæ ei promeritæ pœnæ. ibid. ſubornare nititur Carolum Regem, ſed impij eius conatus eluſi. ibid. iniquas pacis leges proponit, quæ veluti reſponſo indignæ rejectæ. ibid. accepta ab eo pſeudocardinalitia inſignia abijcit Vincentius archiepiſcopus Gneſnenſis. num. 21. a Galli Regis oratoribus monetur officij. ib. abiecto pſeudopontificatu profitetur Nicolaũ eſſe verum Pontificem. A. 1449. num. 1. territus eſt tum a Gallo Rege tum ab alijs Regibus. ibid. multis fictis excuſationibus flagitium colorat. num. 2. eius literæ. num. 3. Conſtantienſe decretum in prauum ſenſum detorquet. ibid. nunquam illud aduerſus non ambiguos Pontifices valere potuit. ibid. fingit in corripiendo antipapatu non ſua ſed Chriſtum quæſiuiſſe. ibid. abiectus eſt ab omnibus. num. 4. illius pſeudocardinales Nicolaum per ſpeciem deligunt. num. 5. explicata in eius ſectatores clementia. num. 7. tres eius pſeudocardinales in Cardinalium cœtum adlecti. ibid. cardinalatu, & Sabaudica legatione perpetua donatur. num 8. creatus epiſcopus Cardinalis Sabinenſis a Nicolao V. poſt damnatum ſchiſma. num. 8. 1455. nu. 14. pie obijt 1450. num. 20. fatetur poſt damnatum ſchiſma nunquam magis erectum, quam cum depreſſus fuit. ibid. inſignes aliæ eius ſententiæ. ibid.

Ferdinandus Luſitaniæ regia princeps, Tingin obſidet 1437. num 24. obſeſſus a barbaris deditionem ſeptæ paciſcitur. ibid. extinctus in carcere ſanctitatis gloria floret. num. 24.

B. Ferdinandus Luſitaniæ regia princeps. pie obijt. 1443 n. 24.

Ferdinandus nothus filius Alfonſi Regis Aragonum ex adultera poſtea Rex Neapolitanus Etruriam bello vexat. 1453 n 12. petit vt regnum Neapolitanum fiduciario illi iure tradatur. 1456. n. 43. repulſam patitur. ib. relinquit illi Alfonſus teſtaméto Neapolitanum regnum, cum ob impuros natales ad eccleſiam Romanam iure eſſet deuolutum. 1458. num. 30. prohibetur a Caliſto anathemate intentato ne regios titulos ſibi arroget. num. 31. prouocat a pontificia ſententia, & regios titulos inuadit. num. 34. proceres Neapolitanos Capuæ ſibi obſtringit. num. 34. defenſæ eius partes a Franciſco Sfortia duce Mediolanenſi. ibid. ipſi vti filio notho Alfonſi multi proceres parére detrectant. num. 34. alij Ioannem Regem Aragonum, alij Renatum Andegauenſem ſalutant. ib. eius aſſentatores indignas calumnias Caliſto imponunt. ibid. refelluntur. ibid.

Feria VI. hebdomadis ſanctæ. in ea ſpina dominicæ coronæ repente nitidos flores in meridie producere ſolita. A. 1457. n. 89.

Fermentatum. Græci fingunt miracula, vt probent Chriſtum confeciſſe in fermentato. 1440 num 18. fermentati, & azymi myſtica ſignificatio. ibid.

Fernandus epiſcopus Lucenſis. internuntius miſſus pro pace inter Cæſarem ac Poloniæ Regem inſtauranda. 1423. n. 17.

Ferdinandus archiepiſcopus Bracharenſis. pro aſſerenda libertate eccleſiaſtica aduerſus Ioannem Regem Luſitaniæ ſynodum celebrare iuſſus. 1427. num. 19.

Fernandus epiſcopus Robicenſis. Canarientibus euangelium prædicat. 1436 n. 25. eoſdem mechanicis artibus excolendos curat ib

Ferraria. indictum ab Eugenio Ferrariæ concilium. 1437. num. 17. cœptum. celebrari. 1438. num. 1. Ferraria deſignata veluti Græcis accommoda ibid.

Feſti dies non profanandi conuiuijs, & tripudijs. 1455. nu. 51.

Feſulana cõgregatio. eius inſtitutio. 1386. num. 13.

Fides, ad Chriſti fidem conuerſi Sangiacæ populi. 1418. n 18. pro fide amplificanda Vvladiſlaus Rex & Vvitoldus Lituaniæ dux creati pontificij vicarij 1418. n. 19. & 20. fides a Ioanne Rege Luſitaniæ in Phutéſi regno amplificata. num. 21. ad eam a ſuperſtitione gentilitia traducti Samagitæ. A. 1421. num. 14. vid. *Symbolum fidei*. de additione, *Filioque*, certatum in Ferrarienſi concilio inter Græcos & Latinos. 1438. num. 18. reſponſum prohibitam additionem contrariam vero ſenſui ſymboli ibid. alia fides, ideſt aliena, non amplior proferri vetita ibid. vt intelligendum ſit non addere non detrahere ſymbolo. ib. vox, *Filioque*, addita eſt non contra verum ſenſum ſymboli ibid. demonſtratur ex varijs ſynodorum ſymbolis, quæ in verbis ſed non in ſenſu variant. ibid. aliud eſt ſecundum ſenſum aliud ſecundum vocem. num. 19. obijcit Marcus Epheſinus factam additionem ſine maturo Græcorum, & Latinorum concilio. ibid. reſponſum id poſſe Romanum Pontificem. ib. fidei decretum Græcis datum ab Eugenio IV. 1439. num. 7. datum Armenijs. num. 13. datum Æthiopibus. 1442. n. 2. Chaldæis. 1445. nu. 22. & Maronitis. ibid.

Fides publica. non ſeruanda a ſynodo quamuis data a principibus, niſi hæretici conuerti velint. 1425. num. 17.

Fi-

Digitized by Google

INDEX.

Filius Dei. diſceptatum in concilio Florentino de additione, *Filioque*. A. 1439. conuentum a Græcis, & Latinis eam additionem factam, vt explicationem neceſſariam ibid. Filius eſt vnicum cum Patre principium Spiritus ſancti. num. 5. Filius accipit omnia a Patre præter eſſe Patrem. ibid. cur ſancti patres Græci dixerint Spiritum ſanctum ex Patre per Filium procedere. 1440. num. 16. vt ſit cum patre principium Spiritus ſancti. 1440. num. 17. non eſt principium primordiale Spiritus ſancti. ibid. vid. tit. *Spiritus ſanctus*.

Flagellantes. eorum ſecta & impietas. A. 1417. n. 11.

Florentia. delecta a ſaniore parte concilij Baſileenſis pro concilio celebrando a Latinis & Græcis. 1437. num. 1.

Florentini Martinum V. magnifice excipiunt. 1419. num. 3. conciliant illi Braccium, qui partem eccleſiaſticæ dicionis inuaſerat. 1420. num. 9. ipſis plurimum ſe debere Martinus profeſſus. num. 11. decernunt oratores, qui Pontificem in vrbem redeuntem ſocient. ibid. fœdus ineunt cum Pontifice. 1424. num. 18. cum Aragonio ſchiſmatis propagatore. 1425. num. 5. maxima clade cæſi. ibid. pacem conficiunt cum Philippo Maria duce Mediolanenſi interprete *B*. Nicolao Albergato. 1428. num. 2. clero imponunt vectigalia. 1429. num. 15. monentur violaſſe nuncupatum ſacramentum de eo flagitio non admittendo. ibid. ſubmittunt ad ferendam Eugenio IV. opem Nicolaum Tolentinatem. 1431. num. 11. pacem conficiunt cum duce Mediolanenſi. 1433. num. 15. & cum Senenſibus. ibid. profugum ex vrbe Eugenium magnificentiſſime excipiunt. 1434. num. 10. Nicolaum Piccininum Mediolanenſis exercitus ducem Florentini diuinitus profligant. 1440. num. 11. Franciſcum Sforciam iura eccleſiæ inuadentem tuentur. 1446. num. 11. in eos concitatus Alfonſus Aragonum & vtriuſque Siciliæ Rex. ibid. tribus annis in eccleſiæ terris diſcordias, & bella ſeuere. ibid. Alfonſo Regi datum ius, vt eos ſubijceret. ibid. cum Venetis pacem faciunt. 1453. nu. 7. bello vexati ab Alfonſo Rege. 1453. nu. 12.

Florentinum conc. lium. vid. *concilium Florentinum*.

Fœminarum luxus. vid. *Luxus mulierum*.

Fœtor. ex cadauerum fœtore corruptus aer. 1456. n. 56.

Foliola Luſoria. exuſta a S. Bernardino. A. 1424. nu 18.

Fonſeca pſeudocardinalis S. Angeli. delecto Petro e Luna, ius ſacræ purpuræ a Martino V. accipit. 1419. num. 3. ab eodem exceptus humaniter. ibid.

Forliuienſes. redacti ad eccleſiæ Romanæ obſequium. 1436. n 23.

Fornicatio. eam Laurentius Valla præcurſor Lutheranorum præfert virginitati. 1446. n. 9. damnati hæreſeos ab Eugenio ſimplicis fornicationis defenſores. num. 10.

Francardinus Saracenus in Syria princeps. fœdus perculit cum Eugenio. 1441. num. 4.

Franchi Francorum Regum elogium 1440. num. 4. S. Magnum. Franchi Chriſtiani Perſidem & Georgiam incolentes ex Francorum, qui orientem domuerant, reliquijs ſati. 1457 n. 68. Calliſti III. literæ ad illos datæ. ibid. vid. *Galli*.

S. Franciſca Romana oſtenſi illi diuinitus labores quibus Eugenius exercendus erat. 1431. num. 10. Nicolaus Fortebrachius moturus bellum Eugenio ſpecie draconis oſtenſus S. Franciſcæ. 1433. num. 25. ipſa ſanctimonialium ordinem inſtituit. num. 32. diuinitus inops eius familia ſuſtentata. ibid. vitis repente menſe ianuario botros eius precibus fudit. ib. imminentes Romanis calamitates oſtenſæ S. Franciſcæ diuinitus. 1434. n. 11. oſtenſi diuinitus imminentes Eugenio labores. 1437. num. 19. pius eius obitus. 1440. num. 15. extinctum corpus ſuauiſſimos odores efflat. ib pro concione laudata a beatis Bernardino Senenſi & Ioanne e Capiſtrano. ibid clareſcit miraculis. ibid. a Paulo V. in ſanctarum mulierum numerum relata. ibid.

S. Franciſcus. pœnitentium tertij ordinis S. Franciſci familia reſtituta 1420. num. 7.

Franciſcus Foſcarus dux Venetorum. ſuccedit Thomæ Mocenico. 1423. num. 26. Martinus Papa ipſi gratulatur de parto honore. ibid. fidei integritate inſignis Bononienſium clientelam aduerſus Pontificem detrectat. 1429. num. 19. eius patri ab eremita Ægyptio prædictum illum futurum patriæ principem. 1431. num. 5. pacem pangit cum duce Mediolanenſi & quibus legibus. 1433. nu. 13. quinquennales inducias paciſcitur. ibid. datæ ad eum de prauis Baſileenſium geſtis ab Eugenio IV. literæ. nu. 19. rogatus vt hortetur Cæſarem ad tuendam pontificiam dignitatem. ibid. pontificium honorem tuetur in Baſileenſi ſynodo oratorum opera. nu. 24. inter aliquos profugos Cardinales, & Eugenium ipſum pacis interpretem agit. ibid. ab eo poſcit opem Eugenius in perduelles, & num. 26. hortatur Venetos ad bellum in Turcas ſuſcipiendum. A 1453. n. 12. ad irritum cadit eius adhortatio. ibid. pacem conficit cum Franciſco Sfortia duce Mediolanenſi. 1454. num. 7. ad præbenda auxilia in Turcas ſolicitatus. 1456. n. 44.

Franciſcus Condulmerius Eugenij IV. ex fratre nepos. creatus Cardinalis tit. S. Clementis. 1431. num. 34 nauali claſſi in Turcas præficitur. 1444. num. 3. Helleſpontiacum littus vaſtat. num. 6. deſerta ſtatione prædas inanes agit, ac imperitia rei militaris Amuratem in Europam traijcere patitur. num. 9. nec de traiectio Amurate Vvladislaum certiorem facit. ibid. rei Chriſtianæ in oriente clades ipſi adſcriptæ. ibid.

Franciſcus Gonzaga Mantuanus. a Sigiſmundo Imp. marchionali auctus dignitate. 1433. num 16.

Franciſcus Sfortia. Piceno proditione potitus. 1433 num. 26. conceſſa ei ab Eugenio IV. eiuſdem prouinciæ præfectura ne magis noceret. num. 8. pacem componit cum Nicolao Piccinino. 1441 num. 18. filiam notham Philippi ducis Mediolanenſis vxorem ducit. ibid. perfidia illius inſignis aduerſus Eugenium Papam. 1442. num. 11. non modo Bononiam recuperare negligit, ſed etiam Forumliuium occupat. ibid. admiſſa ab eo in Romanam eccleſiam vetera ſcelera. ibid. pronunciatur omni in terras eccleſiæ iure fiduciario excidiſſe. num. 12. vexilliferi Eccleſiæ dignitas illi abrogata. ibid. Picenum inuadit. 1444 num. 12. fœdus inſtaurat cum Eugenio ibid. Piceni præfectura illi demandata ibid. excepti Auximates. ibid. anathemate damnatus ob iura eccleſiaſtica inuaſa. 1446. num. 11. Florentini illum tuentur. num. 12. in eos Alfonſus Rex Aragonum concitatus ab Eugenio. ibid. principatum Mediolanenſem occupat. 1452. num 16. Florentini illi ſubmittunt auxilia ibid. petiti propterea bello ab Alfonſo. ibid. feſſus bello pacem init cum Venetis. 1453. num. 7. auctore Simoneta Auguſtiniano pacem redintegrat cum Venetis. 1454 num. 6. quibus legibus num. 7. pacem init cum Venetis, & Alfonſo Rege, ac Florentinis, ac Pontifice aduerſus omnes Italiam infeſtaturos. 1455. n. 3. pollicetur copias in Turcas ſi ius beneficiarium ipſi Cæſar contulerit. 1457. num. 6. ſolicitat Fridericum Calliſtus, vt illud ei conferat. ibid. Alfonſi Regis filij nothi ad inuadendum regnum Neapolitanum clientelam ſuſcipit. 1458. num. 34.

Franciſcus Piccininus. Picenum inuadit.

dit. A. 1457. num. 25. pro beneficijs iniurias facit, ibid. eius filius Spoletum expilat. num. 6.

Franciſcus Philelphus, illi familiariter aperit Thomas Cardinalis ſe diuinitus edoctum de pontificatu obtinendo. 1447. nu. 15 ipſe quingentis aureis donatus ab eodem Nicolao V. 1455. n. 16.

Franciſcus epiſcopus Portuenſis. Fridericum Imperatorem ſacro oleo linit. 1452. n. 3.

Fraticelli. ad excindendas eorum reliquias graue edictum a Martino Papa propoſitum. 1418. num. 11. inquiſitum in proceres eorum ſtudioſos, ibid ſimplices ſua hypocriſi decipiunt. 1421. num. 4. in eos animaduerſum, ibid. a B. Ioanne Capiſtranenſi fidei ſacræ cenſore exagitati. 1426 num. 18. late in Piceno graſſati. 1428. num. 7. Magnalate oppidum ob eos receptos funditus euerſum. ib. Iordanus epiſcopus Card. Sabinenſis cenſuræ in eos exercendæ præfectus. 1432. num. 24. eoſdem B. Ioannes e Capiſtrano egregie expugnat. ibid. idem in eos inquirere iuſſus. 1447. num. 23.

Fridericus marchio Brandeburgenſis. in Bohemos hæreticos exercitum ducit. 1423 n. 18.

Fridericus III. Rex Romanorum renunciatur. 1440. num. 12. indicit conuentus Moguntinos pro tollendis diſſidijs. ibid. negat Hungaricum regnum capeſcere. ibid. rogat Eugenium, vt pueri Ladislai Pannoniæ Regis patrocinium ſuſcipiat. 1441. num. 15. quamuis alij ingentia commoda ei ſpondeant, ius non vendendum conſtanter affirmat. ibid. commemorat illius parentum merita. ibid. ſeptemuiros defectionem molientes ab Eugenio damnat. 1446 num. 2. in Italiam accedit, 1452 num. 1. magnifice a Florentinis exceptus. ibid. miſſi duo Cardinales, qui venienti occurrant. ibid. cum Ladislao Hungariæ Rege, & Alberto principe, nec non Imperatrice pedes Pōtificis deoſculatur. ibid. coronam ferream Mediolani non accipit, ne Franciſco Sfortiæ principatum Mediolanenſem confirmare cogatur. num. 2. Nicolaus cingere illum ferrea corona decernit. ibid. fidei ſacramentum Pontifici exhibet. ibid. ab eodem auguſtalibus ornamentis redimitur. ibid. quid Pontifici pro eo preces fundenti reſponderit. ibid. ſtratoris munus Pontifici exhibet, ibid. Albertum fratrem, & trecentos viros nobiles in ponte Hadriano creat equites. ib. de confirmata eiuſdem electione Nicolai lit. n. 3. vt ſacro oleo litus a Frāciſco epiſcopo Card. Portuenſi. ib. ingentia cum Pontifice conſilia agitat irrito exitu num. 4. confidit illi, vt indicat vniuerſalem expeditionem. ibid. perluſtrarat in adoleſcentia orientem. ib. ex Friderici aula pertentat fugam Ladislaus Rex in Pannoniam. num. 6. grauis in eum coniuratio ab Hungaris, Bohemis, & Auſtriacis pro liberando ex eius poteſtate Ladislao conflata. num. 6. Æneas Syluius cum Nicolao Cardinale Cuſano paci conciliandæ operam dare iuſſus. ibid. obſidione cinctus pacem certis legibus ſancire cogitur. num. 7. Ladislai tutela erepta illi ab Vdalrico. ibid. pronuntiatum a Pontifice vetere lege Auſtriaca tutelam Ladislai ad Fridericum ſpectare. ibid. de expeditione Conſtantinopolitana conficienda conſilia agitat. A. 1453. num. 8. Francofurtenſes cœtus indicit. 1454. nu. 2. in ijs decernit terreſtrem naualemque exercitum pro recuperanda Conſtantinopoli. num. 4. euanuere generoſa eiuſmodi conſilia. ibid. nouos conuentus pro decernendo Turcico bello in noua ciuitate celebrat. 1455. n. 1. ſollicitatus a Calliſto, vt Germaniæ vires cum Bohemicis, & Hungaricis iungat in Turcas. 1456. num. 16. Ioannes epiſcopus Papienſis eum hortari iuſſus. num. 17. poſthabita re Chriſtiana priuatas gerit inimicitias cum Ladislao Hungariæ Rege, ibid. intentatum illi & Ladislao anathema, ni poſitis odijs arma in Turcas vertant. num. 40. ſollicitatur, vt Franciſco Sfortiæ duci Mediolanenſi ius fiduciarium conferat. 1457. num. 6. cum Ladislao Hungariæ Rege bellum gerit. num. 8. in diſcrimen vitæ adducitur. nu. 9. rurſus admonitus, vt arma vertat in Turcas. ibid. datæ a Calliſto ad eum literæ de iniquis Germanorum querelis. 1457. num. 40. eo inconſulto coitiones inſanæ a Germanis factæ. num. 42. B. Iacobus Picens ijs diſſoluendis dare operam iuſſus. ib. Fridericus pontificiæ ſedi coniunctiſſimus. n. 46.

G

Gabriel Condulmerius Cardinalis poſtea in pontificatu dictus Eugenius. Bononienſē legationem geſſit. A. 1424. n. 18. multa pietatis ſigna explicat. 1423. n. 18. cum S. Bernardino arctam amicitiam contrahit, ib. vid. *Eugenius IV*.

Gabriel Minorita Veronenſis, ex Bohemia reuerſus detegit Calliſto Georgij Bohemiæ Regis hypocriſim, 1458. n. 28.

Galeottus Malateſta. cum contemplandis rebus diuinis animum addixiſſet, monetur ab Eugenio ne clientum curam abijciat. 1431. num. 22. virtutis apicem in dilectione Dei, & proximi ſitum. ibid.

Galli. ciuilibus bellis impliciti. A. 1418. num. 24. ad eos conciliandos Amedeus Cardinalis legatus ib. ferrum in ſua ſtringunt viſcera maximis ſeditionibus concitati. nu. 27. Gallorum calamitas. num. 28. aucta ex Burgundiæ ducis cæde. 1419. num. 9. proditi a Philippo eius filio in Anglorum poteſtatem redacti. 1420. num. 6. Gallorum ciuilia bella viro pio prænunciata. ibid. ad eos ex Anglicana tyrannide vindicandos Ioanna virguncula diuinitus excitata. 1428. num. 9. ad eos opprimendos cruceſignata in Bohemos hæreticos arma a periuris Anglis auerſa. 1429. nu. 17. diuinitus adiuti Anglos proterunt. n. 18.

Garcias Mariquez Caſtaneda comes. ſ domare Giennenſes iuſſus. 1457. n. 71. a Mauris circumuentus inſidijs, & captus. ibid. plurimo redemptus auro. ibid.

Gaſpar epiſcopus Comenſis, creatus Cardinalis ab Eugenio. 1439. num 41.

Gennadius patriarcha Conſtantinopolitanus. Marcum Epheſinum Græcos in ſchiſmate confirmantem confutat 1442 num. 16. Græcorum calumnias in Romanam eccleſiam refellit. 1451. num 3. vaticinium Nicolai V. de excindenda labente tertio anno Conſtantinopoli expendit. ib. profitetur prædictū a Pontifice Græcorum Imperatori excidium, niſi ſchiſma aboleret. 1453. num. 14. prædictum etiam ab internuntio apoſtolico. ibid. interrogatus a Mahomete II. Gennadius patriarcha de fide Chriſtiana. num. 15. in ſi. quid ipſi reſponderit. num. 16.

Gentiles. gentiles orientales Chriſtianos ob hæreſes conculcarunt. 1441. num. 1.

Genua, *& Genuenſes*. in occidente redacti in ſeruitutem a Philippo Maria duce Mediolani. 1421. num. 23. in oriente a Turcis aduerſus Græcos conducti certant ſeruitutem iuſtam poſtea ſubituri. ibid. ab Aragonia claſſe ad libertatem fruſtra prouocati. 1425. num. 5. obſeſſæ Caietæ opem ferunt. 1435. nu. 14. victoriam referunt de Alfonſo Rege Aragonum. ibid. illum capiunt cum Rege Nauarræ, & præcipuis eius partium Neapolitanis proceribus. ibid. armorum fœdus ſanciunt cum Eugenio aduerſus Alfonſum pro Renato Rege, 1441. num. 16. & in Turcas. 1444. num. 3. ſeu fraude ſeu caſu Amuratem ex Aſia in Europam traijcere patiuntur. num. 9. in Mahometem II. extruentem arcem in Boſphoro Thracio expediunt arma. 1452. num. 16. Alfon-

ſum

Digitized by Google

ſum Regem vtriuſque Siciliæ & Aragonum ad vertenda in Turcas arma ſolicitant. ibid. monent non deſerendos Græcos, vt conculcetur a Turcis. ibid. Conſtantinopolitano excidio territi Peram dedunt Mahometi. A. 1453. n. 6. mutuis diſcordijs impliciti. num. 12. grauiſſimas clades accipiunt in oriente. ibid. ad Caffam tuendam aduerſus Turcas, & Tartaros excitati. 1455. num. 12. diſſidijs irretiti. num. 34. anget illa Alfonſus Rex Aragonum. num. 35. ab eo petiti bello. num. 35. infeſtari bello ab Alfonſo Aragonum Rege. 1457. num. 63. vrgentur a Calliſto, vt pacem conficiant. ibid. morem gerunt Pontifici. armaque in Turcas vertere parant. num. 64. inuaduntur ab Alfonſo Rege. ibid. ſolicitant in cum Gallos. ibid. Genuæ imperium Carolo VII. Gallorum Regi deferunt. 1458. num. 29. illius adminiſtrationi Ioannes dux Renati Regis filius præficitur. ibid. terra marique obſeſſa Genua. ibid. extincto Alfonſo Rege ſoluta fuit obſidio. ibid.

Georgius Caſtriotus. vid. *Scanderbegus*.

Georgius archiepiſcopus Genuenſis. creatus Cardinalis ab Eugenio IV. 1439. num. 41.

Georgius Seruiæ deſpota. regnum aduerſus Amuratem recuperat. 1442. nu. 13. captus a Turcis cum filijs. 1443. num. 14. Macedonum copias Hungaricis coniungi non ſinit ni Turcis morem gerat. 1443. num. 22. & 1444. num. 6. e Vvarnenſi pugna fugientem Ioannem Huniadem capit. 1444. num. 9. conuictus a B. Ioanne Capiſtranenſi reſpondit malle dici infelicem principem, quam delirum ſenem. 1444. num. 6. eius impietas. ibid. auxilia a Ladislao Rege Hungariæ poſcit in Turcas. num. 12. cæla diuinitus in fuga quadraginta octo Turcarum millia B. Ioanni Capiſtranenſi ſignificat. 1456. n. 36.

Georgius Podiebratius. Praga ab Huſſitis illi prodita potitur. 1448. n. 5. catholicorum ſtragem edit. ibid. Mainardum captiuum abducit. ib. eius patrocinio fultus Pragenſem archiepiſcopatum inuadit Rochyzana. ibid. pacem inter eum, & catholicos conciliare nititur Ioannes Cardinalis e Cuſa, ſed fruſtra. 1450. num. 12. inſtat, vt pactiones Baſileenſis concilij confirmentur a legato ſedis Apoſtolicæ. 1451. num. 11. demonſtratur a legato eas prius a Bohemis non confirmatas. ibid. queritur Rokizanam in Pragenſi archiepiſcopatu non confirmari. ibid. reſponſum ob hæreſim eligi non poſſe. nu. 12. monitus, vt hæreticos tueri deſinat. ibid. pro Ladislao Bohemicæ regiæ procuratorem agit. A. 1456. num. 69. rogatus a Calliſto, vt mittat Ioannem Rokizanam pro componendis religionis controuerſijs. ibid. ſuſtuliſſe veneno creditur Ladislaum Regem. nu. 16. partim blanditijs partim minis in Bohemiæ Regem ſe eligi curat. 1458. n. 20. illi fauit Rokyzana. ib. pietatem ſimulat. num. 21. epiſcopi non audent illi, vt pote hæretico regia inſignia conferre eod. nu. 21. ex Hungaria Matthiæ opera epiſcopos accerſit. num. 22. conſueta ſacramenta de fide catholica tuenda nuncupat. ibid. Matthiæ Hungariæ Regis de eo literæ. num. 23. ſacramenti a Georgio nuncupari formula. num. 24. damnat omnes hæreſes. ibid. Calliſto & ſucceſſoribus Pontificibus ſacramento fidem obſtringit. num. 25. hoc clanculum concipere ait ne Huſſitas a ſe abalienet, & catholicis illudit. num. 26. ab epiſcopis ſolemni ritu corona redimitus. ibid. plures prouinciæ illi vt hæretico parere detrectant. ibid. Brunna & Olomuca ſpecie religionis illi ſubiectæ eod. num. 26. plenis officiorum literis Romanam eccleſiam deludit, num. 27. literas elicit, quibus Bohemi ipſi, vt catholico parere iuſſi. num. 27. pontificia auctoritate adducti ei parent. ibid. Fridericus Germaniæ, Caſimirus Poloniæ, Matthias Hungariæ Reges cum illo ſanciunt fœdera. eod. num. 27. Georgius filiam Matthiæ Hungariæ Regi connubio iungit. ibid. oratoris opera Calliſtum III. circumuenit. num. 28. pollicetur Rokyzana ad eum venturum pro ſedandis controuerſijs. ibid. pollicitis deeſt. ibid. Gabriel Minorita eius fraudes Pontifici detegit. ibid. poſtquam diu impietatem varijs artibus texit, demum confirmata potentia hæreticum ſe profitetur. ibid. magnis virtutibus moralibus ornatus erat. ibid. ſumma eius infelicitas in Rokyzana audiendo. ibid.

Gerardus Cardinalis tit. S. Mariæ nouæ. creatus ab Eugenio IV. legatus in Mediolanenſi ducato. 1445. n. 18.

Germani. a Friderico Cæſare ad obſequium Romanæ eccleſiæ reuocati. 1447. a Calliſto ad bellum vertendum in Turcas ſollicitati Chriſti cauſam aſpernantur, & calumnijs Calliſtum appetunt. 1457. num. 39. confutatæ eorum querelæ. num. 40. ob ſtudium Hungariam Germaniamque pontificio ſtudio a Mahometis tyrannide vindicatas. ibid. nefarias coitiones ineunt in Pontificem. num. 40. data prouincia B. Iacobo Picenti, vt eas diſſoluat, Germanorumque iras in communem hoſtem vertat. num. 42. cum fide Chriſti Germani bonis omnibus cumulati. num. 48.

Germania. ad Eugenij IV. obſequium reducta. A. 1447. n. 1. quanto tempore Germani neutrales extiterint. num. 4. Germanicæ nationis grauamina ſublata ab Eugenio. num. 7. Germania e tyrannide Mahometis Calliſti III. curis vindicata. 1457. num. 40. in gentilitate erat pauperrima. num. 48. cum fide Chriſti omnibus bonis exornata. ibid. a Romana eccleſia fidem accepit. ib.

Ghinea. eius imperium conceſſum Luſitano Regi. 1454. n. 9.

Ghinei. ad fidem conuerti cœpti. 1455. num. 8.

Glacies. pars exercitus catholici rupta glacie abſorpta aquis. 1422. n. 18.

Gloria Patri. &c. ad ea verba cōſurgere iuſſi a concilio Rhemenſi eccleſiaſtici horas canonicas celebrantes. 1455. nu. 46.

Glaſguenſis academia. a Nicolao V. in Scotia excitata. 1451. n. 9.

Gneſnenſis ſynodus. habita pro Huſſitica hæreſi reprimēda. 1423. n. 16.

Gneſnenſis archiepiſcopus. de loci dignitate diſceptat cum epiſcopo Cracouienſi Cardinale. 1449. num. 8. deciſa lis a Pontifice, vt Cardinalis propter dignitatem Romanæ eccleſiæ prior ſedeat. ibid. in ferenda vero ſententia archiepiſcopus gradum ſuum teneat. ibid. prouocantibus ad Regem nonnullis proceribus negat Rex Poloniæ tendere poſſe contra auctoritatem pontificiam ibid.

Gog & Magog. ad eas gentes ad Chriſtum conuertendas miſſi ab Eugenio Papa præcones euangelici. 1433. n. 30.

Gotlandia. fraude a Dano Suecis erepta. 1452. n. 14.

Græci. paratum ſe illis offert Martinus V. ad orientem eccleſiam latinæ coniungendam. 1418. num. 17. Manuel Imperator expetit vtriuſque eccleſiæ fœdus. ibid. Vvladislaus Rex Poloniæ illi reſtituendo dat operam. num. 18. Petro Fonſecæ Cardinali legatio pro Græcis ad Eccleſiæ ſinum traducendis demandata. 1420. nu. 1. de redintegrando eccleſiarum fœdere agunt. 1432. num. 12. ad eos Ioannes S. Sixti Cardinalis decernitur ibid. vt cum Græcis conuenerit Eugenius IV. de concilio in Italia celebrando. num. 5. tranſmittunt Græci oratores ad concilium Baſileenſe. num 28. ampliſſima fulti poteſtate, vt de loco paciſcantur. ibid. agunt de coniunctione eccleſiarum in eodem Baſileenſi concilio. num. 15. proponunt de transferendo Conſtantinopolim concilio. ibid. promiſſi Græcis ſumptus itineris, vt in occidentem veniant. ibid. explicant quam putent eſſe ſynodum

œcu-

œcumenicam, num. 16. Trapezuntinus Imperator ad redintegrandum priſtinum fœdus eccleſiarũ paratũ ſe fore pollicetur. n. 18. Græci ſignificant Græcos ad concilium venire paratos. A. 1437. n. 4. commoneant Baſileenſes vt pacta ſeruent. ibid. deligant locum in quo Papa præeſſe poſſit. ib. non venturos Græcos niſi Papa concilio præſit. ibid. conteſtantur ſi decreto non ſteterint, ipſos diſturbatæ coniunctionis auctores futuros. ibid. increpant quod Græcos ad maximas difficultates trahant. ib. quod detrectent accedere in Italiam, cum Græci per longinqua maria ſint acceſſuri. ib. delectum a ſaniore Baſileenſia concilij parte locum in Italia approbant Græci. 1437. num. 8. petunt eorum oratores ab Eugenio, vt deſignatum in Italia locum admittat. num. 9. confirmant Conſtantinopoli deſignatum in Italia. num. 10. liberi commeatus facultas illis data. ibid. promiſſa omnimoda diſcedendi libertas. ibid. & redeundi Conſtantinopolim etiamſi eccleſiarum fœdus non ſequatur. ibid. Imperatore in Italiam accedente Latinorum auxilijs fulciuntur. 1438. nu. 6. promulgant cum Latinis verum concilium celebrari Ferrariæ. num. 11. quo ordine & quo cultu ſederint in ſynodo Ferrarienſi ibid. certant de purgatorio igne. num. 15. ad pacem ſolicitantur a Beſſarione archiepiſcopo Niceno. num. 17. excepto Marco Epheſino profeſſi Spiritus ſancti proceſſionem ex Patre & Filio. 1439. num. 4. conteſtati dixiſſe ex Patre, non excludendo Filium. num. 5. decepti in opinando, quod Latini dicerent, eam procedere a Patre & Filio tanquam a duobus principijs. ibid. profeſſi viciſſim Latini non eſſe duo principia, ſed vnicum ſpiratorem ibid. diſcrepant de alijs controuerſijs. num. 6. profitentur verbis dominicis transſubſtantiari panem in corpus Chriſti. ibid. confici vere ſacramentum in fermentato, vel in azymo ibid. ſacerdotem eſſe miniſtrum einſdem ſacramenti ib. deferunt Eugenio honorem publice Latinorum more. n. 7. coniungunt orientalem eccleſiam Latinæ. ib. promulgant Spiritum ſanctum æternaliter habere ex Patre & Filio ſuum eſſe ſubſiſtens. ib. purgari igne animas & prodeſſe illis viuorum ſuffragia num. 8. diſpares eſſe pœnas morientium in ſolo originali peccato & in mortali. ibid. Romanum Pontificem tenere in orbe vniuerſo primatum. ibid. illius genu dextramque deoſculantur. num. 9. detrectant patriarcham deligere niſi Conſtantinopoli, cum Ioſephus in concilio mortuus eſſet. num. 9. diſcedunt Florentia. ibid. encyclicæ Eugenij Papæ de Græcis ad Romanæ eccleſiæ obſequium reuerſis literæ. ibid. trium patriarcharum procuratores & Iberorum oratores eidem coniunctioni aſſenſere. ibid. in Græcos Turcæ iras aſperant. A. 1439. num. 10. ſubmiſſa aliqua auxilia Palæologo in Turcas. ibid. non ſubmiſſa ampliora ob Imperatoris Græci tepiditatem in ſchiſmate euertendo. num. 5. a Græcorum communione vetiti latini abſtinere, ne decretum vnionis ſoluatur. num. 6. S. Ioannes Chryſoſtomus prædixit horrendo ſchiſmate eccleſiam circa finem ſæculi diſciſſum iri. 1441. num. 11. Armeni Græcorum exemplo accedunt ad Eugenium pro inſtauranda eccleſiarum coniunctione. 1439. nu. 12. profeſſi Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere. num. 13. duas naturas profeſſi in Chriſto. ibid. differentiam naturarum non ſublatam ex earum vnione. ib. duas voluntates & operationes etiam fatentur in Chriſto. nu. 14. Chalcedonenſem ſynodum & alias œcumenicas amplexantur. ibid. ſeptem ſacramenta nouæ legis profeſſi. n. 15. &c. data ſacerdotibus Armenijs mandata vt in ſacrificio aquam vino miſceant. ibid. qui dies feſti ab ijs celebrandi ſint. num. 15. eorum oratores concepta formula excipiunt pontificia imperia. num. 16. doctores Romanæ eccleſiæ venerari profitentur. num. 16. Græci corrumpunt libros & crimen in Latinos transferunt. 1440. nu. 16. 5. *Deinde*: vanæ eorum argutiæ. num. 17. fingunt vana miracula, vt probent Chriſtum conſecraſſe in fermentato. num. 18. cur Græci in fermentato conſecrent & Latini in azymo. ib. vetera in Latinos alunt odia. 1447. nu. 27. propter Amuratis mortem leuati metu in ſchiſmatis pertinacia obdureſcunt. 1451. num. 1. patriarcham ſentientem cum Romana eccleſia abijciunt. ibid. monentur a Nicolao V. ſi ſit ex ſymbolo apoſtolico vna Eccleſia, ergo & vnum eſſe caput miniſteriale. ibid. propoſitus ipſis imperij orientalis miſerabilis ſtatus propter ſchiſma. ib. admoniti ve cogitent quæ cauſa tantæ ipſorum calamitatis eſſe poſſit. n. 2. increpantur ob crebra diffugia. ibid. prædictum ipſis Græcum imperium labente triennio exciſum iri. ibid. iubentur patriarcham ſuæ dignitati aſſerere. ibid. reponere in ſacris diptychis Pontificis nomen. ibid. calumnias ſpargunt in Romanum Pontificem. nu. 3. ex a Gennadio patriarcha confutatæ. ibid. Nicolai V. de ijs vaticinium a Gennadio expenſum. ibid. prædicta ijſdem a Beſſarione extrema clades niſi ſchiſma aboleretur. ibid. oſtenſum ijs Græcos patres antiquos doctrinam Romanæ eccleſiæ tenuiſſe. ibid. Mahometi II. arcem in Boſphori thraciȩ littore excitanti maxima væcordia ſubſidia præbent. A. 1452. num. 16. Græcorum excidia. 1453. num. 1. Latinorum error in deſerendis Græcis. ibid. Græci ſuas reſeruant opes Turcis, in quos eas expendere debuerant. ibid. Iſidorus Cardinalis ad Græcos a Nicolao miſſus. num. 2. ſero inſtructa claſſis a Pontifice. ibid. Turcæ viſo ingenti lumine in Conſtantinopolim cœlitus delapſo, ac dein recedere, interpretantur Græcos deſeri a Deo. num. 3. quid de Græcis Chriſtiua S. Birgittæ prædixerit. ibid. ſub Nicolao I. rebellarunt, aduerſus eccleſiam ſub Nicolao V. exciſi. ibid. tenues Græcorum vires. ibid. die Spiritui ſancto ſacra expugnatur Conſtantinopolis. num 4. profanatum S. Sophiæ templum in quo ſacra profanarant Græci. ibid. extrema Græcorum & funeſta excidia. num. 5. quam turpis Græcorum ſeruitus extiterit. num. 6. cæſo Græcorum Imperatori amputatum caput. ibid. Græcis extremam malorum cauſam attuliſſe ſchiſma profitetur Gennadius patriarcha Conſtantinopolitanus. 1453. num. 14. a Pontifice & ipſius internuntio prædicta Græcis extrema vaſtitas, niſi a ſchiſmate reſipiſcerent. ibid. Græcorum mira perfidia & confuſio. num. 15.

Græci ſcriptores. eorum opera Nicolaus V. poſt Conſtantinopolitanũ excidium conquirit. 1453. num. 25.

Granatenſes. de ijs debellandis agitatum a Martino V. 1421. num. 17. inſignem cladem Caſtellanis inferunt apud villam Carillam. 1452. num. 10. in Caſtella excurſiones agunt. 1453. num. 18. indictum ijs bellum a Calliſto. 1455. n. 39.

Grauamina Germanæ nationis. ſublata ab Eugenio IV. 1447. num. 7.

S. Gregorius Nazianzenus. eius opera ad Nicolaum V. perlata. 1453. nu. 24.

Gregorius Hieromonachus. ſcribit aduerſus Marcum Epheſinum. 1445. num. 16.

Gregorius archiep. Moldoblachiæ. aggregatus Romanæ eccleſiæ. 1436. num. 27. profeſſus Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere. ibid. demandata illi prouincia vt Valachos & Bulgaros conciliet Romanæ eccleſiæ. ibid.

Griffinus epiſcopus Roſſenſis. ad Scotos in gremium Eccleſiæ reuocandos miſſus a Martino. 1418. num. 15.

Guillelmus epiſcopus S. Pauli. creatus in-

Digitized by Google

internuntius apoſtolicus ad excindendum ſchiſma Petri e Luna. A.1425. num. 4.

Guillelmus Sartor. eius hæreſes aduerſus ſanctorum ſuffragia. 1422. nu. 23. damnatur. ibid.

Guillelmus Dinanus de Monteforti epiſcopus Madonienſis. creatus Cardinalis a Martino V. 1430. n. 5. pileum rubeum ab Eugenio IV. recepit cum tit. S. Anaſtaſiæ. ib.

Guillelmus Hugonis e Sagno anticardinalis. poſt damnatū ſchiſma ſacræ purpuræ iure donatus. 1449. n. 7.

Guillelmus electus Andegauenſis. creatus Cardinalis ab Eugenio IV. 1439. num. 41.

Guillelmus epiſcopus Sariſberienſis. ab altari abductus ac trucidatus a ſeditioſis. 1449. num. 1. percuſſus diuina pœna qui primum ipſi vulnus inflixit. ib.

Guillelmus Cardinalis tit. S. Martini in montibus. pacis interpres inter Gallos & Anglos miſſus a Nicolao V. 1451. num. 7.

Guillelmus Suffolcia dux Angliæ ærarij præfectus. perimitur re male geſta in Gallia. 1452. num. 13.

Guillelmus Edelinus magus. vt libidinum furijs ardens ad dæmonem adorandum impulſus ſit. 1453. nu. 20. crimen falſus veniam demum poſcit. ibid.

H

HAdriana moles. a Ioanna Regina Neapolitana Martino V. reſtituta. A. 1419. num. 4.

Hæreſiarchæ. in ipſo exordio opprimendi. 1418. num. 3. vid. etiam cap. ſeq.

Hæretici. Martini V. ſanctio in eos edita in Conſtantienſi concilio. 1418. n. 3. quid agendum cum ſuſpectis hæreſeos. num. 4. inſtaurata conſtitutio de inquirendis hæreticis. n. 5. articuli Ioannis Vvicleffi & Ioannis Hus iterum a Martino damnati. ib. hæretici ſolemni ritu anathemate perculſi. ibid. propoſitæ in eos pœnæ. ib. cenſorum fidei authoritatem temnunt. num. 6. furorem Neronianum effundunt in catholicos. ib. & ſacerdotalem ordinem. ibid. Huſſi, & Hieronymi Pragenſis imagines, & memoriam colunt. num. 6. cruceſignatas copias in hæreticos Martinus immittere meditatus. ibid. latæ in hæreticos plures leges in Salisburgenſi ſynodo. 1420. num. 16. ex tenuibus ſcintillis creſcunt hæreſum incendia. 1421. n. 5. Bohemia Thaboritarum, Orebitarum, & Adamitarum ſectis infecta. ibid. in Pragenſes promulgata a Martino ſacra expeditio. num. 6. in Bohemia & Belgio hæretici ſtulta audacia ſupplicium ſine ſenſu perpeſſi. num. 5. & num. 9. ſacra profanant hæretici, & impij hæretici cadaueri honores vt martyri deferunt. A. 1422. num. 18. immani crudelitati belluinam licentiam coniungunt. 1422. num. 19. ſancitum in Nurembergenſibus comitijs delendos extrema internecione. num. 20. denuntiatum duci Lituaniæ a Martino V. animam peccato lethali deuinctorum, animamque inferis mancipaturum ſi pro Bohemica corona capeſſenda patrocinium hæreticorum ſuſciperet. n. 21. hæreſis in Poloniam irrepit. nu. 22. extincta. ibid. repullulat in Anglia. num. 23. ab hæreticis libertas Chriſtiana in libidinum licentia conſtituta. num. 23. ſupplicijs exerciti hæretici facilius conuertuntur. nu. 24. hæreticorum immanitas. 1423. nu. 20. lapſi in hæreſes ob flagitia. 1424. num. 8. 9. Quare. honoribus bonisque mulctati. 1426. num. 10. ſummam in catholicos adhibent ſæuitiam. num. 16. catholicus miles cæſus in prælio ſignificat vxori ſalutem ſe ob pugnam conſertam in hæreticos obtinuiſſe. ib. nefas ambigere de fide tot argumentis confirmata. nu. 7. diſceptatio vetita cum hæreticis nu. 8. Orphanorum ſecta exorta 1427. num. 12. ob hæreticos receptos oppida exciſa. 1428. nu. 7. pueri ſegregari iuſſi a parentibus. ibid. prædia hæreticorum fiſco addicta. ibid. tormentis hæretici interrogari iuſſi. ibid. immanitas eorum impia in catholicos. 1429. num. 16. inita cum hæreticis fœdera a Pontifice reſciſſa. 1431. num. 18. bonis ſpoliati. 1438. num. 24. ea in tres partes diuiſa aliquorum Pontificum iuſſu. ibid. pars addicta pontificio fiſco translata in epiſcopos, vt hæreticos excindant. ibid. ob hæreſim orientales a gentilibus conculcati. 1441. num. 1. ſchiſmata pariunt hæreſes. nu. 13. ſexdecim hæreticorum millia a B. Ioanne Capiſtranenſi conuerſa. 1455. num. 26. in Valachia & Tranſyluania alia tredecim millia ad Eccleſiam adducta. ibid. B. Iacobus Picens ijs conuertendis incumbere iuſſus. 1457. nu. 42. horum conuerſionem ait Calliſtus optare, vt pupillam oculi. ibid. vid. *Bohemi,*

Vvicleffiſtæ, Huſſitæ.

Haſtiludia. in ijs fœmina fortiſſimos quoſque viros vincit. 1450. num. 11. conuerſa ad Deum diuexatur a dæmone, ſed in pietate perſtat. ibid.

Helena Palæologa Regina Cypri. ſchiſmaticos tuetur. 1458. num. 45. veneno tollit Ioannem generum Luſitanum principem. ibid.

Helleſpontiacum fretum. illud occupant Veneti. 1433. n. 28.

Helias. vid. *Elias.*

Henricus V. Anglorum Rex. Gallicum regnum ob ciuilia Francorum bella diſcerpit. A. 1418. nu. 24. poſtulatus de pace a legatis Cardinalibus acerbiores pacis leges proponit. num. 27. potiundi regni ſpe, & faſtu ſe efferri ſinit. ibid. Rothomago potitur. A. 1419 nu. 9. inter illum Burgundumque ortæ diſcordiæ. ibid. pacem ea lege cum Carolo VI. init, vt regni Gallici adminiſtrationem accipiat, & defuncto Carolo ſceptris ſuccedat reſciſſo Delphini, & procerum regij ſanguinis omni iure. num 6. Burgundus omnium primus in eius verba iurat. ibid. repetit Angliam. 1421. num. 18. eius frater dux Clarentiæ cæſus a Delphino. ibid. expeditionem formidandam in Delphinum ducit. ibid. eccleſiaſticam immunitatem ſe ſeruaturum pollicetur. ibid. excitatur ad pacem cum Delphino faciendam. num. 21. miſſus ad ipſum B. Nicolaus Albergatus. ib. temnit Henricus pacis conſilia. ibid. ex iniuſti belli laboribus morbum contrahit. 1422. num. 28 angitur morti proximus vitæ actæ ob non conuerſa in Turcas arma. ibid. moritur. ibid. ſuccedit ipſi Henricus VI. filius. ibid.

Henricus VI. Angliæ Rex. ſuccedit bimulus patri Henrico V. 1422. n. 29. a Martino Papa, vt pie & regie educetur Anglis commendatus. ibid. pro ipſo Ioannes dux Bethfordiæ Gallicum regnum, Anglicum vero Hunfredus Leyceſtriæ comes adminiſtrant. num. 33. rogatus a Martino V. vt faueat Bohemicæ expeditioni. 1427. num 2. excitatus, vt primitias ætatis Deo offerat. ibid. poſtulatur a Martino V. de redintegranda in Anglia libertate eccleſiaſtica Vvicleffi dogmatibus labefactata. num. 15 profitetur nolle ſe iuri pontificio detrahere. ibid. pro aſſerenda illi Gallica corona dux Bethfordiæ Gallicanas eccleſias ſpoliare meditatur. 1428. num. 4 in eum Ioanna virguncula ad Anglicam potentiam atterendam diuinitus concitata. ibid. ab Henrici conſiliarijs perniciosum facinus excogitatum de ſacro bello indicto in Bohemos hæreticos auertendo in Gallos. 1429. num. 16. impia eorum conſilia a diuino Numine irriſa. num. 18. a virguncula diuinitus debellati periuri Angli. ibid. pulſi Aureliæ obſidione plures amittunt vrbes. ibid. ad eum Galliæ Regi Carolo conciliandum miſſus B. Nicolaus Cardinalis Albergatus. 1431. num. 14. Galliarum regio inſigni Pariſijs redimitur. num. 15. reſpuit concordiam. ibid. ſollicitatur ad pacem ab Eugenio IV. 1435. num. 5. expoſitæ illi Saracenorum in Chriſtianum imperium graſſationes. ib. Aquitaniæ & Normaniæ principa-

tus illi oblati a Carolo ex legibus pacis.num.4. quas leges ipſe obtulerit Gallo.ib. monitus a Pontifice ne ſacerdotia conferre affectet. num 18.repudiata pace Lutetiam pluresque alias inſignes vrbes amittit. A.1436. num.23. damnatis Baſileenſibus, adhæret Eugenio.1438. num. 14. inter eum & Gallum Regem conciliare pacem nititur idem Dei vicarius 1439. num.39. in obſequio eccleſiæ conſtantiſſimus, 1440 num.6. Baſileenſes oratorum opera deterrere niſus a ſchiſmate, ibid. queritur apud ipſum Eugenius nouam hæreſim a Baſileenſibus conflatam.ibid.conceſſa illi ab Eugenio poteſtas, vt in regio ſacello Euchariſtiam ſeruet.1442 num.10. Hunfridum patruum, qui Anglici regni procurationem annis viginti quinque geſſerat, laqueo præfocari iubet. 1446.num.13. auxit apam tertet cum Gallo Rege, vt ſchiſma diſſoluat.1449 num.2. ſolaris ab Anglis inducijs damnat ſcelus, ſed ad ſarcienda damna reoſque plectendos adduci non poteſt. num.16. maximo appetitus propterea bello ſub eo ſuccumbit & pro vno oppidulo retento ampliſſimas vrbes amittit. ibid. eius exercitus in Scotiam immiſſus a Scotis fuſus. ibid. vniuerſam Normanniam & partem Aquitaniæ amittit. 1450. num.20. vrgeri diuina vltione in amittenda vniuerſa Aquitania viſus. 1451.num.8. dum pacem reſpuit non Gallicum ſceptrum ſibi parit,ſed Anglicum amittit. n.9. geſta re infeliciter in Gallia Angli in eum vertunt arma, 1453. num. 13. Richardus Eboracenſis dux de ſceptro ſibi iure debito illi litem intendit. ibid. Richardum ducem Eboracenſem tyrannidem affectantem ad pacem adigit. 1453.num.21. Burdegalam & partem Aquitaniæ recipit. ibid. iterum eam amittit. ibid. ſolicitatus a Genuenſibus, vt arma vertat in Turcas. 1456. num.5. dum Gallico ſceptro inhiat Anglicum retinere non potuit, num. 6. ſpreto bello Turcico Burdegalam recuperare nititur. 1457.num.59.oppreſſa eius conſilia ib. inteſtinis externiſq; bellis vexatur.ib. Reliqua vid.tom. ſeq.

Henricus Aragonius princeps. Ioannem Regem Caſtellæ in ſuam redigit poteſtatem.1420.num.3. bello petitur ab æmulis proceribus ibid euadit ex eius cuſtodia Rex.ibid. Henricus illum obſidione cingit. nu.5. a proceribus propulſatur.ibid.exutus bonis in cuſtodiam traditur. ib. mouet bellum in Regem. 1440. num.14.

Henricus archiepiſcopus Cantuarienſis. indulgentias pontificio more proponere auſus corripitur. A.1425.n. 21 paret Pontifici ib correptus de oppugnata libertate eccleſiaſtica. 1427.n 15. deterſa calumnia ab eo temere iactata. ibid. ſolicitatus, vt pacem Anglorum cum Gallis promoueat.1435.n.3.

Henricus Cardinalis Vintonienſis. creatus a Martino V. legatus aduerſus Bohemos.1427.num 1.eius laudes, ibid. legationis munus ſuſcipit. num 3. antequam perueniſſet ad exercitum ſolo metu fugatos reperit.num.5 fruſtra ad prælium fugaces reuocare anniſus. ibid. iuſſus a Pontifice redintegrando bello operam dare. ibid. & reſtituendæ diſciplinæ eccleſiaſticæ.ibid. indictam in Anglia expeditionem aduerſus Huſſitas auertit in Gallos. 1429. num 16. proditionis infamiam excuſat, iactitando ſibi imperatam perfidiam.num.17.arguitur a Martino legationis inſignia geſtaſſe in Gallijs.ibid.

Henricus de Alloſio archiepiſcopus Mediolanenſi creatus Cardinalis tit.S.Clementis.1446.n.5.

Henricus princeps Luſitana regia, eximia eius pro fide amplificanda facinora. 1454 num.8. detectę ab eo nouę inſulæ & barbari Chriſti fide exculti. ibid. qua fuit ad Indos immenſis laboribus viam. ibid. Nigritarum ad Chriſtum conuerſioni initium dedit ibid. illius facinora pro fide amplificanda in Gracia. 1455. num.7.

Henricus Rex Caſtellæ. Ioanni parenti ſuccedit. 1454. num.10. bellum ſacrum in Granatenſes hortatu Calliſti III.ſuſcipit.1455.num.39.quinquaginta peditum quatuordecim equitum millia in eos educit. ibid. vaſtat Granatenſe regnum ibid.detrectat vniuerſum certamen. ibid. interdicti ſacris, qui inter illum proceresq; diſcordias ſerebāt.1456. n.66. enſis & pilei munere a Calliſto ornatus n.71. ad Granatæ conſpectum excurrit 1457.n.71.agros vaſtat.ib. Granatenſes ad Chriſtianos libertate donandos & pendendum vectigal duodecim milliū nūmorum adigit.ibid. Giennenſes domare decernit. ibid. eius equeſtres copiæ circumuentæ inſidijs, ibid. Carolum Vianæ principem contra paternam vim tueri meditatur, num. 72. cœptis abſiſtit cum victus Carolus Nauarra diſceſſit, ib.

Hermanus epiſcopus Nicopolenſis. multitudinem hæreticorum ſacerdotio initiat.1417.n.10

Hieronymus Pragenſis. a concilio Conſtantienſi in cuſtodiam coniectus. 1425. num. 16. lapſus fuit & relapſus in hæreſim.num 27. iuſte exuſtus.ibid.

Hieroſolyma. pro illa Chriſti cultui reſtituenda ingentia conſilia agitat Eugenius IV. A.1445.n.18.pro eadem recuperanda Calliſtus III.plura molitur.A.1457 n.69.

Horæ canonicæ. ſeruanda attentio in ijs celebrandis. 1455. num. 45. in fine. quo cultu tum indui debeant canonici. num. 46. grauitatem ſeruent.ibid non colloquantur. ibid. ad *Gloria Patri*, *&c.*conſurgere iuſſi a concilio Rhemenſi. num.46.

Hugo Regis Cypri frater. creatus Cardinalis a Martino V. 1426. nu.26. miſſus a concilio Baſileenſi pro pace inter Gallos & Anglos. 1435. n.3.

Humilitas. inſigne illius exemplum in Vvladislao Rege Poloniæ. 1434. num 26. humilitas B. Laurentij Iuſtiniani.1435.num 43.B.Ioannis Capiſtranenſis 1456 n.61. vid. *De miſſio Chriſtiana*.

Hungari. centum millia ſuorum duobus prælijs amittunt. 1454 num.4. vetiti a Calliſto inire fœdus cum Turcis.1455. num 25. B. Ioannes e Capiſtrano cœleſtibus vocibus ad Hungaros proficiſci iuſſus ibid. honoribus maximis Hungari excipiunt B.Ioannem Capiſtranenſem. ib. diuino auxilio eius opera ſeruati. num.32. plangunt eius obitum. 1456. nu.59. mutuis diſcordijs impliciti.1457.num.4.Hungari pontificis curis a Mahometis tyrannide liberati.1457.n.40.

Hungaria. ciuilibus bellis diſciſſa. 1441. num. 14. deſerta a Ladislao Rege irruente in eam Mahomete. 1456. num.54. diuinitus ſeruata. num.32.ciuili bello implicita. 1458. nu. 1. ſupremum eius imperium ad ſedem Apoſtolicam ſpectat. 1458. n.21. queritur Calliſtus ſe inconſulto delectum Hungariæ Regem. ibid.

Huniades.vid. *Ioannes Huniades*.

Humfridus Leyceſtriæ comes. pro Henrico VI. Anglicum regnum adminiſtrat.1422.num 33.Iacobam ducisſam Hollandiæ duci Brabantiæ nuptam ſcelerate ducit. 1425.num.7. fauentem Brabantino ducem Burgundiæ ad pugnam ſingularem vocat.nu.8. impia pugna vetita a Martino V. ibid.

Humfridus dux Gloceſtriæ. Anglici regni adminiſtratione ſubmotus. 1446. num.13. laqueo præfocatus. ibid.

Huſſitæ.Bohemos propoſito calicis vſu pietatis ſpecie trahunt ad impietatem.1417.num.7. vertunt in exitium animarum immortalitatis antidotum.ibid. damnarunt impię hæreſeos non communicantes ſub vtraque ſpecie. ibid. laici plures ſacramenta conficere & adminiſtrare audent; num. 10. plures ex iis initiati ſacerdotio ab epiſco-

po

Digitized by Google

po hæretico. ibid. triginta armatorum millia contrahunt. ibid. Euchariſtia pro impieratis teſſera abutuntur. ibid. Vvenceslaum regno deturbare parant. ib. placantur a Coranda presbytero, dicente licet is ebrioſus & iners foret, quietum tamen & benignum eſſe. ibid. damnati a Martino V. A. 1418. num 6. crudelitatem in catholicos adhibent. ibid. Joannis Hus & Hieronymi Pragenſis imagines colunt. ibid. meditantem crucesignatas copias in eos effundere Pontificem retardat Sigiſmundus. ibid Euchariſtiam per eccleſias circumferunt ad ſimplices religionis pompa deludendos num 7. euangelij liberam prædicationem prætendunt hæreſeos ſceleri ibid. miſſionem ſibi arrogant. ibid. ingentes animarum ſtrages peſtiferis concionibus edſit. ibid. miſſus a Martino V pro iis Eccleſiæ conciliandis legatus. n. 9. conſulit Sigiſmundo frangendos armis, n. 10 nimia clementia mali auxit. ib. Huſſitæ in cædes & ſcelera ex Euchariſtiæ oſtentatione a Præmonſtratenſi apoſtata concitati. 1419. num. 10 miſſæ formulam imminutant. ibid ineptæ eorum argutiæ confutatæ. ibid. magiſtratus e feneſtris prætorij præcipites deturbant. ibid. rebellant in Vvenceslaum & eius equitatum in fugam auertunt. 1419 num 10. graſſantur in ſacra loca ibid ſerius ad eos coercendos Sigiſmundus mouet arma. ibid. catholicis oppreſſis regno potiri ib. Ziſca duce bellum in Sigiſmundum mouent. 1420. num. 13 pacem conficiunt cum Sigiſmundo, ibid. quod paternis legibus adminiſtratum iri regnum ſponderet Sigiſmundus, e rebellandi occaſionem ſumunt. ibid. in eos a Martino V. indictum ſacrum bellum. ibid. ſpecioſa eorum ſed fraudulenta poſtulata. ibid. Sigiſmundum ſoluere Pragæ obſidionem cogunt. nu. 15. ferro flammaque inſectantur catholicos. ibid. fundunt Sigiſmundum. ibid. plures arces vi belloque occupant. ibid. eccleſiaſticos afficiunt martyrio. ibid. poſcunt Rokyzanam archiepiſcopatui Pragenſi præfici. 1448. num. 3. eluſa a legato eorum petita. ibid. legato ſtruunt inſidias. num. 5. Pragam Georgio Podiebratio produnt. ibid. catholicorum ſtragem edunt. ibid. ſexdecim eorum millia ab hæreſi conuerſa a B. Ioanne Capiſtranenſi. 1455. n. 26. magna eorum conuerſio prædicta ab eodem B. Ioanne. 1456. num. 63. tollunt veneno Ladislaum Hungariæ ac Bohemiæ Regem. 1457. num. 26.

Hypocriſis. hæreticorum hypocriſis. A. 1418. num. 6. cuiuſdam mulierculæ. 1424. num. 21. Georgius Podiebratius hypocritam agit, vt Bohemicum ſceptrum ibi aſſerat. A. 1458. n. 21. & 24.

I

IAcoba Hollandiæ duciſſa. deſerto Brabantiæ duce nubit Leyceſtriæ comiti. A. 1425. num. 9. pronunciatum a Martino V. ipſam adulteram eſſe. ibid.

Iacobitæ. orientales ab Eugenio IV. conciliati Romanæ eccleſiæ. 1441. n. 1. agnoſcunt ſe conculcatos ab infidelibus propter ſchiſma. ibid.

Iacobus Cardinalis S. Euſtachij. a Martino V. Romæ & Campaniæ præfectus. 1417. num. 6.

Iacobus comes Marchiæ Rex Neapolitanus. ab vxore Regina tentus in carcere. 1418. num. 31. Galliæ & Nauarræ Reges pro eo liberando oratores mittunt. ibid. libertati reſtitutus fugit. ibid. ad ſumendas de adulteris pœnas reſtituit pœnitentium tertij ordinis. ibid. ordinis B. Franciſci familiam. 1420. n 7.

Iacobus archiepiſcopus Turonenſis. pro Neapolitano regno pacando miſſus. 1422. num. 34.

Iacobus archiepiſcopus Treuerenſis. ob ſchiſma neutralium exauctoratus ab Eugenio. 1446. nu. 1. in eius locum ſuffectus Ioannes Cameracenſis. ib. pro Iacobo conciliando interpretem agit Burgundus. n. 4. iubileo anno Romã ſe confert. 1450. n. 1. cõdendæ academiæ Treuerenſis poteſtatem impetrat. ib. politicis argutijs illuſus coniurat aduerſus libertatem eccleſiaſticam. 1455. num. 37. docetur a Cæſare ruitura omnia, ni ſacerdotium & imperium mutuo ſint iuncta fœdere. ibid.

Iacobus I. Rex Scotiæ. ex Anglico carcere dimiſſus. 1424. num. 19. temere internuntium pontificium hoſtem regni pronuntiat. 1436. n. 29. reſciſſa eius ſententia ab Eugenio. ibid. intentatum illi anathema ſi internuntium exagitaret. nu. 30. paret Pontifici ac legatum in Scotiam decernit. ibid. a patruo perimitur inſidijs. num. 32. eius interfector per ludibrium ignea corona redimitus & proditorum Rex appellatus. ibid.

Iacobus II. Scotiæ Rex. ſpreto bello ſacro in Turcas, incurrit aduerſum Anglos. 1457. num 59. a tormento bellico laniatus perit. ibid. ſuccedit illi Iacobus filius dictus III.

Iacobus Cadola. miſſus Eugenio IV. a Ioanna Regina. 1431. num. 11. ſubornatus a Columnenſibus arma vertit in Pontificem. ibid. infanda eiuſdem Cadolæ proditio. ib.

B. Iacobus Picenus Minorita. creatus cenſor fidei in Pannonia. 1438. n. 24. ad eum Ioannes Tagliacotianus ſcribit de rebus geſtis B. Ioannis Capiſtranenſis. A. 1456. n. 54. ſubrogatus illi brato a Calliſto. 1457. n. 7. & num. 11. commendatur Ladislao Regi. ibid. iuſſus Hungaros cruce inſignire. ibid. ampliſſima poteſtate munitus ad Germanos, Danos, Polonos, Hungaros, & Boſnenſes in Mahometem concitandos. 1457. num. 37. data ei prouincia, vt Germanorum comitiones in Calliſtum diſſoluat, iraſque in communem hoſtem Turcam vertat. num. 42. iuſſus Huſſitas in Eccleſiæ ſinum reuocare. ib.

Iacobus archiepiſcopus Raguſinus. proferenda ope imperio Conſtantinopolitano pontificiæ claſſi præficitur. 1453. num. 2. ſera fert auxilia. ibid.

Iacobus Piccininus. ab Alfonſo Rege Aragonum ad turbandam Italiam adiutus. 1455. num. 36. & num. 1456. num. 6. ingenti clade affectus. ibid. paratam in Turcas claſſem intendere parat. ibid. Orbetellum obſidet. ibid. Turcicam expeditionem diſturbat. ibid.

Iacobus Luſitaniæ regiæ princeps. creatus Cardinalis S. Euſtachij. 1456. nu. 71. mori maluit, quam pollui. ib.

Iacobus Thebaldus. creatus Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ. 1456. n. 73.

Iacobus Millius Rhodiorum equitum magiſter. videt e ſpina dominica flores produci feria ſexta hebdomadis ſanctæ. 1457. num. 89. adhibitis teſtibus publica monumenta confici iubet. ibid.

Iacobus archiepiſcopus Nicoſienſis deſignatus Ioannis Regis Cypri nothus. contendit ſibi Mahometica lege regnum debitum. 1458. num. 45. adimit illud Carolæ ac Ludouico Sabaudo. ibid.

Iannozius Manettus. ſcribit vitam Nicolai V. 1453. num. 12. politica eius ſomnia refelluntur. ibid.

Ianus alias Ioannes Cypri Rex. captus ab Ægyptijs. 1426. num. 54. ingenti pretio ſe redimit. 1427. nu. 53. de Chriſtiana religione deſerẽda tentatus conſtanter fidem Chriſti profitetur. ibid. reſtitutus libertati. ib. poſt Carolæ Reginæ mortem immunem ab omni impudicitia vitam traducit. ibid. dum parat in Ægyptios vlciſci iniuriam moritur. 1431. n. 35.

Iberi Aſiatici. eorum oratores coniunctioni orientalis eccleſiæ cum Romana aſſenſere in Florentino concilio. 1439. num. 10.

Ierarchia eccleſiaſtica. illam Baſileenſes euertere ſunt anniſi. 1439. nu. 38.

Ieſu nomen. inexhauſtæ ſunt pecuniæ in nomine Ieſu datæ. 1423. n. 2. a S. Bernardino nouo more pingi cœptum 1424. num. 18. Ieſu nomine pronuntiato ſurgere iuſ-

ſi ſacerdotes. A. 1455. num. 46. eodem nomine imploraro parta de Turcis naualis victoria. 1456, num. 15. inclamato Ieſu nomine in Belgradenſi irruptione iterantur. num. 24. Ieſu nomine afflari Turcarum equi cadunt. num. 31. & num. 34.

Ignatius Syrorum patriarcha. Romanæ eccleſiæ coniunctus in Lateranenſi concilio, 1444. num. 15. quæ fidei orthodoxæ formula ab Eugenio illi tradita. ib.

Illuſiones diabolicæ. illuſæ a dæmone nonnullæ fœminæ. 1419. num. 12. 5. Martinus, vt aliæ ab illo fuerint faſcinatæ. 1421. num. 5.

Imagines ſacræ. flammis iniectæ ab hæreticis. 1423. num. 16. ex illis rogum extruunt Huſſitæ ad religioſum virum Prædicatorum ordinis exurendum. 1429. nu. 16 marmor Chriſti in Cruce pendentis effigie inſculptum delatum ex Iudæa in Prouinciam a Maria Iacobi & Maria Salome. 1447. num. 22.

Imperator. a Pontifice facultatem accedendi ad vrbem poſcit 1452. nu. 2. flexo genu pontificium pedem deſculatur. ibid. quo ritu auguſtalibus ornamentis inſignatur. ib. ſtratoris munus Pontifici exhibet. ibid.

Impoſtura. occupata a dæmone fœmina hominum peccata in eorum fronte detegit. 1424. num. 21. iactat eſtaſes. ibid. ſanctitatem præfert. ibid epilepſiam pro extaſibus obtrudit. ib. impoſtorum flagitia varia, 1453. n. 19.

Imundicitia. ex ea in hæreſim prolapſi ſacerdotes. 1446. num. 10.

Indulgentiæ. a Martino V. patribus Conſtantienſis concilij collatæ. 1418. num. 2. impertiendarum ius non ad archiepiſcopus vel epiſcopos, ſed ad Pontificem ſpectat. 1423. num. 21. correptus archiepiſcopus Cantuarienſis qui eas proponere eſſet auſus. ib. in Burgundia aduerſus indulgentias nouatores declamant. 1448. nu. 9. coercita eorum proteruia. ibid. quæ ſit vis indulgentiarum. 1450. num. 10. an liceat religioſis ad comparandas indulgentias peregrinari. 1450. num. 10. 5. Integritatis. pro damnatis liberandis ab impoſtoribus confictæ. 1453. num. 19. ex indulgentijs trecenta ducatorum millia coacta in Caſtella pro bello in Granatenſes gerendo 1457. nu. 71. pars maxima illius auri a proditoribus direpta. ibid.

Infirmi. vid. *Aegroti.*

Inquiſitores. cenſorum fidei labefactata auctoritas. A. 1419. num. 6. cenſores fidei in varijs prouincijs conſtituti. 1424. num. 7. B. Iacobus Piceus cenſor fidei Pannoniæ & Boſniæ. 1438. num. 14. conſtituti in Gallijs aduerſus blaſphemos, A. 1451. num. 6. & diuinatores. ibid. ac ſodomitas. ib. & Lunani ſchiſmatis ſectatores. ibid.

Inſulæ. tres a Calliſto Turcis ereptæ, 1456. num. 50.

Ioanna II, Regina Neapolitana. reſtituit Martino V. arces eccleſiaſticas, 1418, nu. 29. aſſertum illi iure fiduciario regnum. ibid. conferendæ illi coronæ legato poteſtas data, ibid. diſſidiorum ſedādorum auctoritas eidem conceſſa. num. 30. Martini iuſſu & Regum Galliæ & Nauarræ precibus Iacobum virum dimittit e carcere. num. 31. petitur bello a viro ipſam adulterij accuſante. ib. eum fuga in Gallias ſe ſubducere cogit. ibid. molem Hadrianam & alias arces a ſe reſtitutum iri ſpondet. 1419, num. 9. ea deſerta veluti adultera & proditrice Iacobus Rex eremiticam diſciplinam amplexus, num. 7. inde exorta in regno Neapolitano plura diuturna & grauiſſima bella rebellant in Ioannam proceres. ibid. Ludonicus Andegauenſis pro recuperando regno Neapolitano bellum illi infert. ibid. in ſpem regni Ioanna Alfonſum Regem Aragnnum euocat. num. 9. contra iura ſedis Apoſtolicæ illum in filium & heredem adoptat. ibid. rebellat in Martinum Papam. 1421. num. 1. regnum ad Aragonios deuoluere annititur. ibid. Braccium euocat. ibid. cenſum non pendit. ibid. cenſuris defixa ibid. Alfonſum Regem clam vocat. num. 2. pro æmulis ipſius regni conciliandis nauatus a Martino plurimus labor. 1422. num. 34. Ioanna contempta Alfonſus Neapolitanos proceres ſacramento ſibi deuincire nititur. 1422. num. 35. reſcindit Ioanna Alfonſi adoptionem. 1423. num. 12. obiectum parta iura proditione abolita. num 13. ipſam aduerſus Alfonſum defendendam Martinus decernit. num. 14. populos ipſi parere iubet. ibid. pontificijs copijs adiuta Braccium apud Aquilam delet. 1424. num. 16. recuperat Neapolim. num. 17. ſubſidiarias copias Iacobo Cadola duce Eugenio Papæ ſubmittit. 143. num. 11. ſubornatus Cadola ab hoſtibus. ibid in eam ſeditiones motæ. 1432. nu. 22. Ioannem Caracciolum noua molientem trucidari iubet, ibid. Ludouicum III. Andegauenſem adoptat in filium, eaque adoptio ab Eugenio approbata ibid. bello petita ab Alfonſo Rege Aragnnum. 1433. num. 29. principes ac populi aduerſus Alfonſum illi iuſſi adhærere, ibid. monita ab Pontifice, vt bello abſtineat aduerſus Tarentinum principem. 1434. num. 27. luget extinctum Ludouicum Andegauenſem filium adoptiuum. ibid. ea defuncta regnum Neapolitanum ad ſedem Apoſtolicam deuolutum. A. 1435. n. 12. Caroli I. ſtirps in ea defecit. ibid.

Ioanna virago, Aurelianenſis dicta aduerſus Anglos ſacrilegos pro reſtituendo Gallico regno diuinitus excitata. 1428. num. 9. a theologis de expeditionis ſuſcipiendæ cauſis diligenter interrogata ſapientiſſime reſpondet. ibid. ad bellum decreta Chriſti imaginem in vexillo præfert, ibid. conſcenſo equo militaris ſcientiæ admirandum ſpecimen dabat. ibid. cum deſcenderet ex equo militaris artis omnino ignara erat. ibid. iuſſa eſt a B. Virgine Anglos liberare. ib. pellit Anglos, qui arma in hæreticos cōſeciata verterant in Gallos. ib. Aureliæ obſidionē ſoluit. 1429. num. 18. plures vrbes ijs eripit. ibid. Carolum Regem adducit Rhemos, vt regio ritu ſacro oleo liniatur. ibid. poſt adhibitam in captos hoſtes ſæuitiam mox diuina ope deſtituta. 1430, num. 2. capta in eruptione Compendienſi. ib. concremata ab Anglis incendio. ib. defenſa eius memoria a Gallicana eccleſia. num. 3.

Ioannes vocatus Cardinalis dialecticus. auctor decreti communionis vtriuſque ſpeciei laicis neceſſariæ. 1417. num 9. illi potius quam ſynodo Conſtantienſi Bohemi credere maluerunt. num. 10.

Ioannes Hus, eius articuli a Martino V. damnati. 1418. n. 6. euſdem imago & memoria culta ab hæreticis. n. 6. vid. *Huſſitæ.*

Ioannes Præmonſtratenſis apoſtata. furit in Caſtellitas. 1418. num. 7. circumfert Euchariſtiam ad ſimplices pompa religionis deludendos. ibid. populum in ſcelera & cædes concitat. 1419. num. 10. capite truncatus a magiſtratibus Pragenſibus. 1422. num. 17. cadaueri illius vt martyris honores habiti ab hæreticis. ibid.

Ioannes Dominici Cardinalis. in Pannoniam & Bohemiam a Martino V. legatus miſſus. 1418. num. 8. ampliſſima fultus auctoritate pro abſoluendis hæreticis, ſi ad Eccleſiæ gremium redierint. num 9. reſtituendæ Bohemiæ pacis cura illi demandata. num. 10. conſulit Sigiſmundo frangendos armis hæreticos. ib. non auditæ eius preces magno Bohemiæ malo. ibid.

Ioannes Murillus abbas montis Aragonum pſeudocardinalis. Petri e Luna damnat ſchiſma, 1418. num. 14. creatur Cardinalis presbyter S. Laurentij in Damaſo a Martino V. ibid.

Ioannes filius Emmanuelis Imperatoris. data illi a Martino V. poteſtas ducendæ vxoris Latinæ, modo ritu Latino viuere illi permittat. 1418. nu. 17. ducit Sophiam filiam

Mar-

Digitized by Google

I N D E X.

Marchionis Montisferrati & imperialis dignitatis ornamenta ſuſcipit. A.1419.n.14.

Ioannes Rex Luſitaniæ. in Phntenſi regno amplificat religionem. 1418. num.21. expugnata Septa proferre victorias nititur. ibid. ſolicitati Reges Chriſtiani ad ferendam opem Luſitano pro debellanda Africa. ibid. antiſtites illi fauere iuſſi.nu.22. ſymbolum crucis religioſam militiam ſub eo profeſſuris conferri iubet Martinus.ibid.& 1419. nu.8. vectigalia clero imponit.1427.n.19 opprimit ius eccleſiaſticum. ib. pro eo tuendo Ferdinandus archiep. Bracharenſis ſynodum celebrare iuſſus.ibid.

Ioannes dux Burgundiæ. inimicitias cum Anglo Rege ſuſcipit. 1419 num.9. promiſſis Delphino datis deeſt.ibid. grauiſſimas licet ſeras cæſi ducis Aureliani pœnas ſuo eruore dat. ib. impie filios aduerſę factionis baptiſmo initiari Philippus filius vetans illius necis vindictam exercet. ib.

Ioannes Aragonius princeps. cum Petro principe de Caſtellæ adminiſtratione certat. 1420.n.3. æmulum deijcit. num.5.

Ioannes Rex Caſtellæ. in Henrici principis Aragonij poteſtatem redactus. 1420. num.3. exorto inde bello admonitus a Martino, vt bella ciuilia componat. num. 4. euadit e cuſtodia atque ab Henrico obſidione cogitur. num.5. liberatus a proceribus Henricum libertate & bonis exuit. ibid. bellum ſuſcipit in Granatenſes. 1421. num. 17. ingentes ſui ſpes concitat. 1423. num. 25. ad conſectandas regias virtutes ſolicitatus a Martino Papa.ibid. expoſita illi a Martino V. Alfonſi Regis Aragonum in Eccleſiam ſcelera. 1425. num.3. Petrum Fuxenſem Cardinalem legatum magnis excipit honoribus. 1429. num. 10. honorificentiorem locum illi dat.ibid. ſacram expeditionem conficit in Granatenſes. 1433. num. 28. mouet litem Regi Luſitano Africanum bellum gerenti, ad ſe Africæ ſubijciendæ ius ſpectare. 1436. num.54. ciuili bello implicitus. 1439.num.39 admonitus, vt illi pacando det operam. ib. ſalubribus præceptis inſtruitur. ib. in eum ciuile bellum conflatum. 1440.num.14. admonitus, vt pacis conſilia promoueat. ibid. eius filius ne patri bellum inferat deterritus. ibid. Eugenij cauſam tuetur contra Baſileenſes. 1441.num.13. exorta in eum bella ciuilia ſedare conatur Pontifex. 1441. num. 19. poſcenti, vt fiſci defraudatores cenſuris percellantur repulſa obijcitur. ibid. arma vertit in Granatenſes. 1448.num.8. exercitum in expeditionem educit aduerſus Saracenos. A.1449.nn.10. indulgentiæ a Nicolao collatæ ijs qui in belli ſacri ſtipendia auri certam vim erogarent.ibid. perduelles in eum Mauros concitant. 1451.num.4. Toletani ad ipſius obſequium reuocati. ibid. nocuit rei Chriſtianæ Caſtellanorum diſſenſio. ibid. neophyti a Ioanne Rege in honorum ſocietatem aſciti. num.5. a Granatenſibus inſignem cladem accipit apud Villam Carillam. A.1452. nu.10. ciuile bellum ſedare iniquis pactionibus cogitur. ibid. ſoluitur contracta religione. ibid. litem mouet Alfonſo Luſitano Regi de ſubactis Africæ regnis. 1454.num.10. obruta lis eius morte. ibid. ſuccedit ipſius ſceptris Henricus filius.ibid.

Ioannes Caracciolus. regni Neapolitani adminiſtrationem ſuſcipit. 1420.nu. 7. exorta inde bella.ibid. in ipſo felicitatis culmine repente deiectus. 1432.n.22.

Ioannes Adurnus Genuenſis. conductus auro Turcicum exercitum tranſportat in Græciam. 1422. num. 1. defixus anathemate a Martino V. ibid.

Ioannes Armeniaci comes. Lunanum ſchiſma fouet. 1422.n.26. filium a ſchiſmaticis baptiſmo luſtrandum curat. ib. poſtulatur iudicio a Martino V. ib. decretoria ſenteutia percellitur. 1423.num.5. pacem inire cum Pontifice meditatur. num. 6. ſchiſmatis laqueis iterum implicitus. 1426. num. 9. lata in eum a Martino V. ſententia. ibid. miſſus ad ipſum Gerardus internuntius. nu.10. relapſus in ſchiſma anathematis ſententia damnatur a Martino V. 1429. num. 11. principatus iure exauctoratus. ibid. dantur Francorum Regi mandata, vt eum inuadat. ibid. perculſus hoc fragore redit ad gremium Eccleſiæ. ibid. beneuole exceptus a Pontifice. num.12.

Ioannes dux Bethfordiæ. Gallicum regnum pro Henrico VI. adminiſtrat. 1422.num.33. ſolicitatus ad pacem Anglicam conficiendam cum Carolo VII. 1425.num.6. ſuperbe ſuam potentiam iactat. num.7. commonetur ne ſuæ præfidat potentiæ. ib. omnia, quæ eccleſijs conceſſa erant quadraginta annorum flexu verti in militum ſtipendia aduerſus Gallos ſacrilege poſcit. 1428.nu.9. aduerſus ipſum diuinitus Aurelianenſis virgo concitata pellere Anglos e Gallijs incipit.ibid. dum cruceſignatas in Bohemos Huſſitas copias auertit ad Gallos opprimendos diuinitus debellatur, pluresque vrbes amittit. 1429.n.17.

Ioannes VII. Palæologus Imp. Conſtantinopolitanus. petiturus auxilia in Pannoniam ſe confert. 1424. num. 23. pollicetur acceſſurum ſe ad concilium pro inſtaurando eccleſiarum fœdere. A.1430. num.8. mittit oratores ad concilium Baſileenſe, vt paciſcantur pro redintegrando priſtino fœdere. 1433. num. 28. a Turcis tentata vrbs eius regia. ibid. negat ſe Baſileam acceſſurum, ſed ad maritimam vrbem Italiæ in qua Pontifex concilio præſit. 1425. num.8. Baſileenſes temere Græcos ad ſe adducere nituntur. 1437.num.2. obiurgat Baſileenſes nolle in Italiam deſcendere, cum Græci per infeſta maria ad eam ſint acceſſuri. num.4. diſſuadet illi Amurates acceſſum in Italiam. 1438. num.6. obſidere Conſtantinopolim eo abſente meditatus Amurates, ſed retardatus ab eo conſilio ab Halimbaſſa.ibid. Venetijs exceptus ingenti pompa. ibid. ad eundem ſociandum miſſus B. Nicolaus Cardinalis Albergatus. ibid. exceptus Ferrariæ apparatu magnifico. ib. exhibitus a Palæologo honos Pontifici. ib. eius in Florentino concilio pia oratio ad Græcos. 1439.n.4. orientalis eccleſiæ coniunctionis cum Romana fidem profeſſus amplectitur. num.7. ob coniunctionem eccleſiarum perfectam Turcæ in eum iras auertunt. num.10. ſubmittit illi auxilia Eugenius Papa. ibid. promiſſus ei auxiliaris in Turcas exercitus terreſtris, vel maritimus. ib. ſchiſmatis delendi curas remittit. 1441.num.5. de eo queritur Eugenius. ibid. non tranſmiſſa ad ipſum ſubſidia propter tepiditatem in ſchiſmate euertendo. ibid. eius obitus. 1449.num.11. ſuccedit ipſi in imperio Conſtantinus frater.ibid. ob politica commoda non promulgauit decreta Florentini concilij. ibid. accuſatur etiam poſtea a Nicolao V. ipſum propagaſſe ſchiſma, dum religionem politicis conſilijs accommodat. 1451. num.1.

Ioannes Aragonius Rex Nauarræ. ſceptrum dotali iure aſſecutus. 1425. num.5. fert ſententiam pro fratre. ibid. fratrem in expeditione Neapolitana ſequitur. 1435.num.14. vna cum eo captus.ibid. dimiſſus a duce Mediolanenſi.ibid. ciuilia in Caſtella bella concitat. 1440.num.14. monetur ab Eugenio Papa vt pacem amplectatur.ib. geſti in Caſtella nefarij belli veniam poſcit. 1447.n.23 mortua coniuge Regina Blancha ſceptrum retinet, bellumque gerit cum filio. 1454.num.10. Carolum filium Vianæ principem ad Stellam vincit. 1457.num.72. Nauarra eijcit. ibid. eundem, ac Blancham filiam exheredat. ibid. ſceptrum in Fuxenſem comitem tranſmittendum ſancit.ibid. iniquum illius fœdus annitente Caſtellano reſciſſum. Ibid. Pampilonenſes non illi ſed Carolo vnico & vero Regi parendum de-

decernunt. ibid. excepto Neapolitano regno, reliqua regna ei teſtamento relicta ab Alfonſo fratre. A. 1458. num. 30. potiora erant eius iura in Neapolitanum regnum, quam Ferdinandi Alfonſi nothi filij. num. 34. ſalutatus Rex a nonnullis. ibid. a Calliſto ad eum legatus. num. 36.

Ioannes Vvicleff. eius hæreſes a Ioanne Huſſo & Hieronymo Pragenſi in Bohemia diſſeminatæ. 1425. nu. 25. eius libri flammis tradi a Martino V. iuſſi. 1427. num. 13. eius oſſa damnata incendio. num. 14. Lincolnienſis epiſcopus ad locum ſe transferre iuſſus, vt ſententiam exequeretur. ibid. ob eius dogmata obſoleuit ius eccleſiaſticum in Anglia. num. 15.

Ioannes e Capiſtrano. creatus fidei cenſor ad Fraticellos excindendos. 1426. num. 18. inſtaurandæ inter Franciſcanos arctioris diſciplinæ maximus promotor. 1430. num. 6. egregie expugnat Fraticellos. 1432. num. 24. ad reſtituendam diſciplinam religioſam nauat operam Eugenio Papæ. 1437. num. 26. pertentat Georgium Seruiæ deſpotam a ſchiſmate abducere. 1444. num. 6. conſultus Georgius reſpondet ipſi nō mutaturum vetera inſtituta, ne deſipere dicatur. ibid. reſtituendæ diſciplinæ Franciſcanæ operam nauat. 1445. num. 26. præfectus ſacræ cenſuræ etiam a Nicolao V. in Fraticellos. 1447. nu. 24. promouet decernendi B. Bernardino ſanctorum cultus actionem. 1450. num. 4. mittitur in Germaniam a Nicolao V. num. 5. ingentibus a Pontifice prærogatiuis auctus. 1451. num. 14. Bohemos pios hortatus, vt compactatis renuntient. ibid. ingentes ad ipſum populorum concurſus facti. ibid. prouocationem ad theologicum certamen a Rokyzana ſibi indictum admittit. num. 15. ob iniquum locum detrectatum proſcinditur ab hæreſiarcha. ibid. confutat eius calumnias. ibid. centum millia hominum ad vnam eius concionem confluxere. ib. quanto ab omnibus honore exceptus ſit. ibid. euocatur ab Rege Poloniæ, vt Poloniam & Lituaniam erudiat. ibid. & Ruſſos ſchiſmaticos. ibid. genus mortis diuinitus illi oſtenſum. 1455. num. 26. cœleſtibus vocibus iuſſus in Hungariam proficiſci. ibid. ſexdecim millia Huſſitarum ad fidem conuertit. ibid. honores maximi ei ab Hungaris delati. ibid. ingentes ad ipſum audiendum concurſus populorum facti. ibid. in medijs honoribus dicere ſolitus: *Non nobis Domine, non nobis; ſed nomini tuo da gloriam.* ibid. in Tranſiluania & Vvalachia tredecim hæreticorum millia conuertit. ibid. Patarenorum magiſtrum baptiſmo luſtrat. ib. ſacram militiam promulgat in Turcas. ib. irruente Mahomete in Hungariam Hungaros cruce inſignit. A. 1456. nu. 14. irrumpentibus in Belgradum Turcis eos ſuis ſternit precibus num. 24 & 25. fuerat crucis ſymbolo inſignitus a Ioanne Cardinale tit. S. Angeli. nu. 26. oſtenſum ei diuinitus Mahometem victum iri. ibid. referendam de Turcis victoriam promulgat. ibid. ſpondet Ioanni Huniadi de victoria ex prudentia humana deſperanti cœleſtem victoriam. num. 28. Ieſu nomen inclamari in Turcas iubet. num. 29. ſacramentis milites munit. ibid. cœleſti viſo confirmatur. num. 30. cum paucis copijs crucesignatis Turcas inuadit. ibid. inclamato Ieſu nomine eos delet. ib. aliquandiu ex humana prudentia continere crucesignatos niſus eſt. num. 31. diuinitus confirmatus, innixuſque baculo in eos pergit, ſuaque præſentia fugat. num. 32. ipſius vultus ſolis inſtar micare viſus. nu. 33. vexillum crucis in eius manu diuina luce perſtringit Turcarum oculos. ibid. perperam carpitur ab Ænea Syluio. num. 34. vindicatur ab impoſita calumnia. ibid. eius ad Calliſtum literæ. num. 35. aliæ eiuſdem ad eundem. num. 36. illius ad Calliſtum de pellendis Europa Turcis cohortatio. num. 37. Ioannem Hunniadem moriturum ſacramentis munit. 1456. num. 51. ſignificat illi Calliſtus incredibilem ardorem debellandorum Turcarum. num. 52. inſtruit eum ampliſſima poteſtate. num. 53. ingentes labores ab eo pro Chriſto ſuſcepti. nu. 54. ipſius mira abſtinentia. num. 55. nomen Ieſu in bello Turcico inclamari iubebat a militibus. ib. oſtenſum illi diuinitus genus mortis. nu. 56. inclamando Ieſu nomen primus vexillum efferebat. ibid. poſt partam de Turcis victoriam febri corripitur. ibid. grauia patitur incommoda. num. 57. eius pietas in ſacro celebrando, vel audiendo. num. 58. tempus mortis ipſi diuinitus oſtenſum. ibid. martyrij deſiderio ardet. ibid. inuiſitur a Ladislao Rege. nu. 59. eum ſacris monitis inſtruit. ibid. plangitur ab Hungaris, vt qui ſolus pluſquam infinita millia armatorum eos iuuiſſet contra Turcas. ibid. moriturus infirmos curat. ibid. & num. 60. commendat Philippum Aquilanum Minoritam. num. 60. ducet non inuiſum Deo, qui carnis ſtimulos patitur, ſed eum qui ſequitur. ibid. maxima ſanctitatis ſigna præ ſe fert. num. 61. ſumma eius animi demiſſio. ibid. ſacramentis rite munitur. num. 62. prædicit imminentia Hungariæ pericula eiuſque excidium. ibid. multos Huſſitas ad fidem redituros. A. 1456. n. 63. partem Chriſtiani imperij capiendā a Turcis prædicit. ibid. prædicit comiti Ciliæ paratas ei inſidias. n. 63. moritur XXIII. octobris die. nu. 64. claret miraculis. ib. duo mortui ab eo ad vitam reuocati. ib. decretus illi beatorum honos. ib.

Ioannes Rokyzana. inter Pragenſes & Ziſcham Thaboritarum ducem pacis interpretem agit. A. 1426. nu. 17. pertentat abrumpere coniunctionem Bohemorum cum Romana eccleſia. 1436. num. 16. quo ritu vna cum ſocijs in communionem admiſſus. num. 19. calumnias ſpargit aduerſus religioſos viros. 1437. nu. 21. Sigiſmundi Cæſaris minis territus fugit. ibid. poſcunt Bohemi a Ioanne legato Cardinale, vt Rokyzanam Pragenſi archiepiſcopatui præficiat. 1448. num. 3. data ijs repulſa a legato. ibid. diſceptaturus cum legato Cardinale in ſolemni conuentu, ac ducto exordio ab ijs verbis: *Aeterni Patris Verbum*, ſtatim obmutuit, terque exorſus, ter conticuit. num. 5. legatus ab ijſdem exorſus verbis facunde diſſeruit. ibid. rei nouitate attoniti plures Bohemi reſipuere. ibid. Praga ab Huſſitis prodita Georgio Podiebratio, poteſtatem iuſque archiepiſcopale ſibi arrogat eod. num. 5. Rokyzanam in archiepiſcopatu Pragenſi non confirmari querenti Podiebratio reſponſum, hæreticum eligi non poſſe. 1451. num. 12. prouocat ad theologicum certamen B. Ioannem Capiſtranenſem. num. 15. illici detrectantem in locum iniquum calumnijs proſcindit. ibid. confutatur. ibid. Rochizana apud Huſſitas auctoritate maximus. 1456. num. 69. rogat Georgium Podiebratium Calliſtus, vt illum ad componenda religionis diſſidia ad ſedē Apoſtolicam mittat. ibid. Rokyzana Huſſitas ad Georgium Podiebratium Bohemiæ Regem eligendum incitat. 1458. nu. 20. Rokyzanam ipſum ad ſedem Apoſtolicam acceſſurum pollicetur Calliſto Georgius. 1458. num. 28. detectæ Rokyzanæ fraudes a Gabriele minorita. ibid. non prius Romam acceſſurum, quam vinctus traheretur. ibid. infeliciſſime Georgium, ac Bohemos, qui ipſum audiuere, perdidit. ibid.

Ioannes e Rupeſciſſa archiepiſcopus Rothomagenſis. creatus Cardinalis a Martino V. 1426. n. 26.

Ioannes e Praga epiſcopus Olomucenſis. rebus geſtis in hæreticos clarus. 1426. nu. 26. creatus Cardinalis ab eodem Martino V. ibid.

Ioannes tit. S. Cyriaci Cardinalis. præmonitus vt Pilzinenſium cum hæreticis diſceptationem diſturbet. 1427. n. 8.

Ioan-

I N D E X.

Ioannes Przibram. a Thaboritis ad Huſſitas deficit. A. 1429. n. 16.

Ioannes Gerſon theologus. perfectis commentarijs in cantica canticorum pie moritur. 1429. n. 25. fertur claruiſſe miraculis. ibid. de illius operibus. ib. quid ſenſerit de auctoritate Papæ. ib. libellus de imitatione Chriſti falſo illi adſcriptus. ib.

Ioannes Cardinalis S. Petri ad vincula. præeſt Franciſcanorum conuentibus pro inſtauranda veteris diſciplinæ acerbitate. 1430. n. 6. trãsfugit ab Eugenio IV. ad Baſileenſes. 1433. num. 24. Pontifex in eum vſus clementia. ibid. iuſſus ab Eugenio Caſtellæ bella ſopire. 1440. n. 14.

Ioannes Turrecremata Card. S. Sixti. Apoſtolici palatij magiſter Baſileenſium argutias aduerſus pontificiam auctoritatem confutat. 1432. nu. 8. decernitur legatus pro Græcis ad coniunctionem eccleſiæ Romanæ adducendis. num. 12. propugnat ſcriptis dignitatem ſedis Apoſtolicæ contra Baſileenſes. 1439. nu. 19. mittitur in Gallias pro conciliãda pace inter Gallos & Anglos. n. 39. Cardinalium numero adſcribitur. num. 41.

Ioannes e Caſanoua Cardinalis tit. S. Sixti. e pontificia curia noctu ſimulato cultu profugit. 1433. nu. 54. ob fidem violatam aliquibus ſacerdotijs exauctoratus. ibid. receptus in gratiam ab Eugenio. 1434. n. 1.

Ioannes Vitelleſcus patriarcha Alexandrinus. extincta Ioanna II. præfectus adminiſtrando Neapolitano regno. 1435. nu. 15. creatus Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina. 1437. num. 30. ſubmiſſus in Neapolitanum regnum aduerſus Aragonum Regem ab Eugenio. 1437. n. 25. coniuraſſe fertur cũ duce Mediolanenſi in Eugenium IV. 1440. num. 11. in arcis Hadrianæ aditu a præfecto confoſſus vulneribus. ib. in eius locum ſuffectus ab Eugenio Ludouicus Mediarota Cardinalis. ibid.

Ioannes archiepiſcopus Eboracenſis. creatus Cardinalis ab eodem Eugenio 1439. num. 41.

Ioannes archiepiſcopus Tarentinus. creatus Cardinalis ab Eugenio IV. 1439. num. 41.

Ioannes epiſcopus Morinenſis. creatus Cardinalis ab eodem Eugenio IV. 1439. n. 41.

Ioannes Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei. mittitur in regnum Neapolitanum legatus pro pace concilianda. 1440. num. 13. prohibitus aditu ab Alfonſo Aragonum Rege ibid. ideo illatum Alfonſo a Pontif. bellum, ibid.

Ioannes dux Britanniæ. admiſſis Baſileenſium nouatorum decretis turbas in principatum inuexit. 1445. num. 9. de ſanctorum cultu decernendo B Vincentio Ferrario agit apud Nicolaum V. 1451. num. 16.

Ioannes Huniades. Amuratem diuinitus profligat. 1443. num. 15. actum de Pannonia fuiſſe ait Eugenius, ni diuino miraculo Huniades Turcas profligaſſet. 1443. nu. 15. infelicis pugnæ Vvarnenſis auctor eſt. 1444. num. 9. aufugiſſe ancipiti adhuc victoria accuſatur. nu. 9. referunt alij ipſum præclare ſe geſſiſſe, ſed Vvladislaum dum inſequebatur fugientem hoſtem temere irrupiſſe. ibid. in fuga a Seruiæ deſpota retentus. ib. Ladislao Rege puero Hungarici regni adminiſtratio illi concredita. 1445. nu. 13. ſignificat Eugenio IV. velle ſe Turcicam expeditionem inſtaurare. ibid. decreta ſuperiora, ac ſi Cardinalis legatus vinceret, inſtaurata fuere. ibid. expeditionem redintegrat in Turcas 1448. num. 6. Chriſti cultores ad ſequenda illius ſigna a Nicolao V. ſolicitari. ibid. numero Turcarũ vincitur. nu. 7. amiſſis octo millibus ſuorum, triginta quatuor millia Turcarum trucidauit. ibid. irrumpit in Turciam. 1449. num. 10. in Triballis magna cum clade afficit. ibid. vt a Raſciæ deſpota in fuga coniectus ſit in carcerem. 1450. num. 7. indignis pactionibus, quibus conſtrictus fuerat, ſoluitur a Nicolao V. ib. ciuile bellum cum Ioanne Giſkra gerit pro regni procuratione. num. 8. inducias cum eodem paciſcitur. ibid. Albam Græcam propugnat aduerſus Mahometem. 1156. num. 14. nauali pugna Turcas vincit. num. 15. promiſſa a B. Ioanne Capiſtranenſi victoria. nu. 28. cum actum de Belgrado putaret, ex vrbe egreſſus ad ſe eundem B. Ioannem vocat. num. 30. ex prudentia humana vetat initi pugnam cum Turcis. ibid. præualuit diuina vis, victique Turcæ inclamato a Chriſtianis Ieſu nomine. ibid. e Turcarum cadaueribus inſepultis aere infecto lethalem morbum contrahit. num. 51. a B. Ioanne Capiſtranenſi ſacramentis munitur. ibid. pius eius obitus. ibid. diademate regio illum inſignire decreuerat Calliſtus, vt Turcas vrgeret. ibid. Nicolaus e Vvylac illi ſuffectus in exercitu. num. 55. filius natu maximus ob trucidatum Ciliæ comitem capite plexus. 1457. num. 4. Matthias minor natu in vinculis reſeruatus. ibid. e carcere ad ſolium Hungaricum euectus. 1458. n. 2. vid. *Matthias*.

Ioannes Cypri Rex. magnis cinctus periculis a Mahometanis. 1443. nu. 17. ingenti bello petitus a Turcis. 1451. num. 4. ſuppetias illi afferre nititur Pontifex. ibid. eius obitus. A. 1458. num. 45. inſignis ipſius ignauia. ibid. ſuccedit ei Carola filia regnorum heres. ibid. relinquit Iacobum nothum regni euerſorem. ibid.

Ioannes e Laſtico Rhodiorum equitum princeps. ſultanum Ægyptium Rhodi obſidione fortiter propulſat. 1444. num. 10. Ioannes Rhodo ſubmittit auxilia aduerſus Candelori principem. 1450. num. 14. percutit fœdus cum Amurate & ſultano Ægyptio. num. 15. reſciſſum illud a Pontifice. ib.

Ioannes Carnaual. pro reuocandis a neutralitate germanis legatus miſſus ab Eugenio. 1446. num. 2. fuit epiſcopus Placentinus. nu. 5. creatus Cardinalis S. Angeli a Nicolao V. ob geſtam eximie legationem germanicam illi miſſus pileus rubeus ad portam flaminiam. 1446. num. 51. a Nicolao V. in Germaniam legatus decernitur. 1447. num. 17. cum Friderico Cæſare eccleſiaſticas controuerſias componit. 1448. num. 3. in Bohemiam iuſſu Nicolai V. ſe confert. ibid poſtulantes Bohemos vt compactata confirmet & Rokyzanã archiepiſcopatui præficiat eludit. ibid commendat Bohemis iura Ladislai Regis pueri. num. 4. hortatur etiam vt Pragenſis eccleſiæ abalienata iura reſtituant. ibid. petitis Bohemorum de compactatis confirmandis non aſſentitur. nu. 5. ægre Huſſitarum manus effugit. ib. in ſolemni conuentu de fide cum Rokyzana hæreſiarcha diſceptat. ibid. obmuteſcente poſt prima verba: *Aeterni Patris verbum*; hæreſiarcha & confuſo, Cardinalis ab ijſdem verbis ſermonem exorſus maxima diſſeruit. ibid. plures miraculi nouitate attonitos ad Eccleſiam catholicam traduxit. ib. Georgio Podiebratio poſcenti, vt pactiones concilij Baſileenſis confirmentur, reſpondet eas prius a Bohemis violatas. 1451. nu. 11. querenti non confirmari Rokyzanam in Pragenſi archiepiſcopatu, reſpondet hæreticum eligi non poſſe in epiſcopum. ibid. miſſus legatus in Germaniam pro congregando exercitu contra Turcas. 1455. n. 26. & in Poloniam. ib. Budæ remanet ad contrahenda auxilia contra Turcas. 1456. num. 14. ſubmittit claſſem contra Mahometem. num. 15. crucis ſymbolo inſigniuit B. Ioannem Capiſtranenſem. num. 26. pugna abſiſtere iubet, donec ipſe cum vniuerſis copijs acceſſerit. num. 57. victi diuinitus Turcæ. nu. 30. & ſeqq. medicum mittit ad B. Ioannem Capiſtranenſem infirmum. 1456. num. 59. conciliandis inter ſe Hungaris a Caliſto dare operam iuſſus. 1457. num. 5.

ſe-

Digitized by Google

ſedandoque bello inter Fridericum & Ladiſlaum. num. 8. commendatur apud Matthiam Regem Panoniæ, quod plura in Turcas fortiter geſſerit. A. 1458. nu. 8. Raſciam nomine Romanæ eccleſiæ recipit. 1458. num. 18. commendatur ob ingentes ſuſceptos labores. ibid.

Joannes Siculus abbas S. Pauli extra muros. creatus Cardinalis ab Eugenio IV. 1446. n. 5.

Joannes Card. tit. S. Laurentij in Lucina, pro Alfonſo & Florentinis conciliandis decretus legatus. 1448. n. 8. legatus decernitur in Neapolitanum regnum. 1451. num. 10. inter Poutificem & Alfnnſum concordiæ interpretem agit. ibid.

Joannes Arſius de artus. poſt damnatum ſchiſma creatus Cardinalis a Nicolso V. 1449. n. 7.

Joannes Segobienſis. a Felice antipapa creatus anticardinalis. 1449. nu. 8. abiecto pſeudocardinalatu præficitur Cæſarienſi eccleſiæ. ib. linguam Arabicam perdiſcit, confutatque Alchoranum. ibid.

Joannes epiſcopus Leodienſis. oranti pro eo Dionyſio Chartuſiano æternis iocendijs addictus oſtenditur. 1452. nu 18. illius effuſa luxuria horrendo ſupplicio punita. ib.

Joannes Cardinalis epiſcopus S. Rufinæ. inter Richardum Eboraci ducem & Henricum Regem concordiæ interpres. 1453. n. 21.

Joannes epiſcopus Atrebatenſis. dum moriturum Nicolaum V. flet admonitus ab illo, vt lachrymas in preces vertat. 1455. n. 12.

Joannes Roolinus Gallus. creatus Cardinalis S. Stephani in Cœlio monte. 1455. nu. 14. ſacro militiæ ſymbolo inſignit Philippum Burgundiæ ducem. n. 31.

Joannes Taliacotianus Minorita. ſcribit literas ad B. Ioannem Picentem de geſtis B. Ioannis Capiſtranenſis. 1456. n. 54.

Joannes Caſtellio epiſcopus Papienſis. creatus Cardinalis tit. S. Clementis. 1456. num. 73.

Joannes de Mella epiſcopus Zamorenſis. creatus Cardinalis tit. S. Priſcæ. 1456. num. 73.

Joannes Cardinalis Aeduenſis tit. SS. Joannis & Pauli. redarguitur de turpiſſimo ingrati in ſedem Apoſtolicam animi vitio. 1457. num. 58. illius procurarator impie a Pontifice ad concilium prouocarat, ne penderet decumas. nu. 58. reſciſſa a Calliſto oeſaria prouocatio. ibid.

Joannes archiepiſcopus Vpſolenſis. Carolum Sueciæ Regem ob tyrannidem impietatemque regno pellit. 1457. num. 60. ſoluitur cenſuris, ſi quas contraxiſſet ob cædes patratas in bello. num. 71.

Joannes dux Lotaringiæ. a Carolo VII. Francorum Rege Genuæ adminiſtrationi præfectus. A. 1458. n. 29. propulſat Alfonſi Regis Aragonũ & vtriuſque Siciliæ impetus. ib. ſaluti illi fuit mors Alfonſi Regis. ib.

Joannes Luſitanus princeps. ob defenſam in Cypro rem catholicam veneno ſublatus ab Helena ſocru. 1458. num. 45.

S. Ioannis Ieroſolymitani equites. vid. *Rhodij equites.*

Iolanda Renati Regis Siciliæ mater. ingrati animi vitio perſtricta ab Eugenio. 1439. num. 41.

Iordanus Vrſinus Cardinalis Albanenſis. miſſus aduerſus Bohemos hæreticos. 1426. num. 15. Baſileenſis concilij præſes creatus ab Eugenio IV. 1433. num. 8.

Joſephus patriacha Græcorum. exigit vt Pontifex interſit concilio. 1435. num. 8. eius literæ pro coniunctione redintegranda. ib. Ferrariam accedit. 1438. n. 7. quo ritu exceptus ſit. ibid. aſſentitur ſynodum celebrandam eſſe Ferrariæ. nu. 13. quo ordine & cultu ſederit in concilio. num. 11. tranſlato Florentiam concilio profitetur proceſſionem Spiritus ſancti ex Patre & Filio. 1439. num 4. affectus morbo prius ſubſcribit decreto de eadem proceſſione Spiritus ſancti ex Patre & Filio num. 6. dein pie moritur. ibid. in quo ſenſu œcumenici nomen illi permiſſum.

Jouianus pontanus Ferdinandi aſſentator. indignas calumnias effundit aduerſus Calliſtum. 1458. num. 34. refellitur. ib.

Iſaacus Romaniæ baſſa. deiectus ingenti clade a Scanderbego. 1458. nu. 16.

Iſidorus Kiouienſis archiepiſcopus. ab Eugenio IV. in Ruſſiam & Lechiã legatus miſſus pro Eccleſiarum coniunctione inſtauranda. 1439. num. 11. ſupplicia a Moſcis illi intentata. num. 12. aufugit. ibid. creatus Cardinalis ab Eugenio IV. 1439. num. 41. Græcos conciliare Eccleſiæ annititur cum expugnata eſt Conſtantinopolis. 1453. n. 2. ex Turcarum manibus euadit. num. 6.

Iſthmus Corinthiacus. a Turcis captus. 1424. num. 23.

Jubileus annus. indictus a Nicolao V. exemplo Clementis VI. & Gregorij I. 1449. num 15. ingenti concurſu Romæ celebratur. 1450. num. 1. collectæ iubileo anno ingentes opes a Nicolao V. 1450. num. 4. in ædificijs ſtruendis & vaticana bibliotheca ornanda collocatæ. ibid. B. Didacus Minorita Romam anni iubilei cauſa venit. num. 5. iubilei anni præmia Hungaris Turcico bello implicitis conceſſa. nu. 6. condicta templa luſtranda in Pannonia. ibid.

Judæi. ad baptiſmum per vim rapi vetiti a Martino V. Papa. A. 1419. num. 2. vetiti diebus feſtis Chriſtianorum labores exercere. ibid. eorum patrocinium ſuſcipit idem Pontifex. 1421. num. 36. indulgendum miſeris ait, quod reliquiæ ſaluæ fient. ibid. filij eorum auis Chriſtianis adiudicati. 1423. nu. 22. edere aut bibere cum Chriſtianis vetiti. 1442. num. 15. aut præfici muneribus publicis. ibid. iuſſi decumas pendere. ibid. vetiti habere Chriſtianos famulos. ibid. & a Chriſtianis vſuras accipere. ibid. ſi blaſphemant puniri iuſſi. ibid. cur a Chriſtianis tolerandi. 1447. nu. 22. publicis muneribus interdicti. num. 5. vetiti nouas condere ſynagogas. ibid. Iudæi teſtimonium contra Chriſtianum non valere decernitur. ibid. animaduerti iuſſum in Iudæos blaſphemantes. ibid. ſignum quo diſtinguerentur gerere iuſſi. ibid. plures Iudæi vt neophytorum priuilegijs potirentur Chriſtianam religionem finxere, ac profanarunt. ibid. etiam vitam religioſam profeſſi ad veterem ſuperſtitionem relapſi num. 6. graues eorum impoſturæ. 1453. num. 19. abuſi priuilegijs. 1456. nu. 67. coerciti a Calliſto III. ibid. vetitus cum ijs conuictus. ib. ſi blaſphement pœnis affici iuſſi. num. 68.

Julianus Cæſarinus. creatus Cardinalis a Martino V. 1426. num. 26. legatus mittitur ab eodem Pontifice aduerſus Huſſitas. 1431. num. 1. expeditionem in eoſdem decernit. ib. data ipſi ab Eugenio IV. mandata vt Baſileenſi ſynodo præſideat. num. 17. ſubrogati ab eo præſides. num. 19. proponit Eugenio cauſas pro ſoluendo Baſileenſi concilio. num. 20. concurrentibus Baſileam præſulibus pro eo reſtituendo laborat. num. 22. perſtrictus intempeſtiuæ operæ rationem reddit. ibid. faſſus poſtea imprudentet aduerſæ Pontifici partis laqueis ſe irretijſſe. num. 23. Bohemos ad pacem in concilio ſollicitat. 1433. num. 1. præſidet ſeſſioni 22. in qua poſtulatus temere Eugenius crimine contumaciæ. num. 22. poſt admonitos diutius Baſileenſes Ferrariam ſe transfert. 1438. num. 5. initio aduerſatus eſt Eugenio. 1440. num. 10. deinde agnito errore ſe illi ſubmiſit. ibid. Æneam Syluium admonet vt pœnitentem ſequatur, quem errantem erat ſecutus. ibid. traiecto Danubio perſequitur Turcas. 1444 num. 6. in pugna Vvarnenſi victus fugit. num. 9. a latronibus Hungari occiditur. ibid. an iure accuſetur de Vladislao ad violandam pacem incitato. num. 10.

Juramentum. iuriſiurandi a Sigiſmun

do

Digitized by Google

do Cæſare præſtiti Eugenio IV. formula. A. 1433. nu. 14. iuriſiurandi a Georgio Podiebratio de fide catholica tuenda concepti formula. 1458. num. 24.

Iuſtinianus Genuenſis. quandiu pugnauit Conſtantinopolitanis mœnibus propulſauit Turcas. 1453. num. 4. ſauciatus ſtationem cum ſuis deſerit. ib. capta mox impetu Conſtantinopolis. ibid.

Iuſtitia diuina. exemplum illius inſigne in Thaboritas & Orphanos hæreticos. 1434. num. 22. & 23. crudeles ab ea plexi. 1419. num. 28. Ioannes dux Burgundiæ cæſi ducis Aureliani grauiſſimas, quamuis ſeras, pœnas dat ſuo ſanguine. 1419. num 9. tres vrbes exuſtę. 1425. num. 20. magiſter Pruthenorum equitum repentina morte extinctus eo die, quo ipſi iudicium ab occiſo inſonte indictum fuerat, ibid. 5. Hoc. peſtis pręcipuos ſchiſmatis Baſileenſis auctores conſumit. 1439. num. 27. interfectorem epiſcopi Sariſberienſis intolerando in pede ac tibia incendio afficit. 1449. num. 16. diuinæ iuſtitiæ exemplum in Henrico VI. Angliæ Rege ampliſſimas vrbes & prouincias amittente, qui pro retinendo oppidulo inducias violarat. 1450. num. 16. aliud in parricida, qui epiſcopum diuina celebrantem trucidarat. ibid. vid. *Mors impiorum infelix*.

L

Lachrymæ. Ioannes epiſcopus Atrebatenſis monitus a Nicolao V. vt lachrymas vertat in preces. A. 1455. num. 12.

Ladislaus Hungariæ & Poloniæ Rex. Alberti Cæſaris poſthumus hæreditaria regnorum iura accipit. 1439. num. 39. ob infantiam temnitur ab Hungaris regnumque Vvladislao III. Regi Poloniæ defertur. 1440. num. 12. Friderici Cæſaris fidei commendatur. ibid. negat Fridericus Bohemicam coronam ſibi delatam illi eripere. ibid. Friderici literæ ad Eugenium pro Hungarico regno Ladislao aſſerendo. num. 15. queritur Vvladislaus Rex Poloniæ Pontificem ipſum fauere Ladislao in controuerſia regni Hungarici. 1441. nu. 14. reſponſum neceſſariam eſſe pacem Panoniæ, ne a barbaris lanietur. ibid. Fridericus Romanorum Rex commendat eidem Pontifici, vt pupillorum tutori, Ladislaum. num. 15. eius iura Bohemis a Ioanne Caruial S. Angeli Cardinale commendata. 1448. num. 4. permiſſa Friderico ipſius educatio. 1451. num. 11. is Eugenio cum Cæſare pedes deoſculatur. 1452. num. 1. coram Nicolao V. orationem habuit. num. 5. quam de Romano Pontifice profeſſionem ediderit. ibid. pertentat fugam ex cæſarea aula in Pannoniam. num. 6. pro eo ex Friderici poteſtate liberando grauis coniuratio ab Auſtriacis, Hungaris, Bohemiſque conflata. ibid. triumuiros pro Hungaria, Bohemia, & Auſtria adminiſtrandis creat. num. 7. eius tutela Friderico erepta ab Vlrico Cilię comite. ibid. pronuntiatum a Pontifice vetere iure Ladislai tutelam ad Fridericum ſpectaſſe. num. 7. Pragæ Bohemica corona redimitus. A. 1453. n. 23. hęreticum, ni altari cedat, præcipitari iubet. ibid. cur Euchariſtiam circumlatam ab hæreticis non adorarit. ibid. pijs præceptis a Cardinale Cuſano eruditur. ibid. audita Mahometis irruptione Viennam in Auſtria profugit 1456. num. 14. monitus a Calliſto, vt cum Friderico Cæſare aduerſus Turcas arma iungat. n. 16. obiectum illi & Friderico anathema, ni pareant. num. 49. B. Ioannis Capiſtranenſis & Huniadis opera vincit Mahometem. num. 32. ægrotantem eundem B. Ioannem inuiſit. num. 59. ſacris ab eo monitis inſtruitur. ibid. beato viro omnia neceſſaria magnifice ſubminiſtrari iubet. ibid. Albam Græcam fugato Mahomete repetit. 1457. num. 28. non admiſſus niſi copias dimitteret. ibid. cæſi auunculi Ciliæ comitis dolorem diſſimulat. ibid. Huniadis filios in fratres cooptat. ibid. deliniitos officijs Budam perducit. ib. eoſdem in vincula conijcit ib. in Ladislaum Huniadē ob trucidatum Ciliæ comitem capitalem fert ſententiam. ibid. Matthiam retinet in vinculis ibid. gerit inimicitias cum Frederico. 1457. num. 8. petitur atroci bello a Friderico ob ſtructas vitæ inſidias. num. 9. admonitus, vt ſancito fœdere cum Friderico ipſo arma in Turcas vertat. num. 10. paret Pontifici, ac Fridericum de pace poſtulat. ibid. reſpuit initū inducias cum Mahomete. num. 11. collaudatur a Calliſto. ibid. commendatur illi B. Iacobus Picens Hungaros cruce inſigniturus. ibid. decernit legationem ad Calliſtum pro componendis Huſſitarum controuerſijs. num. 14. poſcit a Carolo VII. Francorum Rege Margaretam filiam in vxorem. ibid. repente extinguitur in ætatis & felicitatis flore. ibid. curas ad ſalutem animæ vertit. ibid. ſublatus veneno ab Huſſitis creditus. num. 16. oderat hęreticos. ibid.

Ladislaus Ioannis Huniadis filius natu maior. Cilię comitem ex inſidijs trucidat. 1457. n. 4. capite plectitur. ib. Michael Zilagius illius auunculus occupata Tranſiluania eius mortem vleiſcitur. 1458. n. 1.

Laici. Huſſitæ laici ſacramenta conficere & adminiſtrare præſumunt. A. 1417. num. 10.

Lateranenſe concilium. vt Florentia Romam tranſlatum ſit concilium. 1444. num. 15. in eo Meſopotameni eccleſiæ Romanæ conciliati. ibid. quæ fidei formula in eo ipſis tradita. ibid.

Latini. Græcorum ritus vſurpare vetiti. 1449. num. 10.

Latinus Vrſinus archiepiſcopus Tranenſis. creatus presbyter Cardinalis tit. SS. Ioannis & Pauli. 1455. num. 14.

B. Laurentius Iuſtinianus. fit epiſcopus Venetiarum. 1433. num. 30. eius virtutes in epiſcopatu. ibid. creatur a Nicolao V. primus patriarcha Venetiarum. 1450. num. 19. ducem id ægre ferente in demiſſione Chriſtiana placat. ibid. claruit prophetiæ dono, pellendorumque dæmonum poteſtate. ibid. diuinitus transfertur ad Euchariſtiam ſanctimoniali porrigendam. ibid. pius illius obitus. 1455. num. 43. Venetos a maximo ſeruitutis periculo ſuis precibus vindicauit. ibid ſacramentis comparat ſe ad mortem. ibid. hortatur familiares ad ſeruanda diuina mandata. ibid. amico tempus mortis prædicit. num. 44. eius corpus corruptionis expers. ibid poſt mortis biduum viuo ſanguine viſus refloreſcere. ibid. medici ęę miraculo teſtimonium perhibent. ib. beatorum honos illi decretus a Clemente VII. ibid.

Laurentius Valla, accuſatus hæreſeon. 1446. num. 9. quænam eæ fuerint. ibid. veluti Lutheranorum præcurſor virginitatem damnat. ibid. fertur virgis cæſus. ibid. excuſat ſe apud Eugenium, ſi pro Baſileenſibus ſcripſerit. ibid.

Legatus apoſtolicus, honorificentiſſime exceptus in Aragonia. 1427. nu. 21. illum coopertum caput habentem nudato capite alloquitur Alfonſus Rex. ibid. legato apoſtolico honorificentiorem locum dat Ioannes Caſtellæ Rex. 1429. n. 10.

S. Leo Papa. veritatem de duabus naturis in vna perſona Chriſti defendit. 1439. n. 14.

Leodienſes. de prompto ſtudio gerendi belli Turcici a Calliſto commendati. 1457. n. 63.

Leonora Imperatrix. flexo genu pontificium deoſculatur. 1452. num. 2. inſignibus auguſtalibus redimitur. ibid.

Liberalitas, inſignis fuit in Dominico Capranica Cardinale Firmano. 1458. num. 43. ſæpe veſtes ſibi detraxit, quas pauperibus dabat. ib. vid. *Eleemoſyna*.

Libertas Chriſtiana. in licentia libidinum a Vvillelmo Albo conſtituta. 1422. num. 23.

Libertas eccleſiaſtica. ob Vviclefſi dogma-

gmata obſoleuit in Anglia. A. 1427. num. 15. admonitus Rex Poloniæ a Martino V, eccleſiarum præfecturas libere a Pontificibus conferendas, 1429. num. 14. flectendas ad pontificia decreta Regum voluntates. ibid. comminiſci aſſentatores regios regio iure ſpectare ad Reges vt deſignent epiſcopos. ibid. propoſita aliorum Regum exempla ibid. Caroli IV. & Friderici II. edicta de libertate eccleſiaſtica confirmata a Calliſto III. 1455. n. 37.

Lib do. vid. *Luxuria*.

Libri. ſexagiota millia Græcorum librorum a Ptolemæo Philadelpho Rege in bibliotheca recondita. 1453. num. 25. libri a Nicolao V. vbique terrarum conquiſiti ib.

B. Lidunina marſupium quod erogari ſufferat in pauperes inexhauſtum fit diuinitus, 1423. num. 27. ſola Euchariſtia vitam ſuſtentat. 1424. nu. 21. felix eius obitus. 1433. num. 31. licet ægra corpus cilicio macerabat. ibid. poſt mortem mira fulſit pulchritudine. ibid. inſignis illius candor virgineus miraculis confirmatus ibid.

Litera. coniunctæ cum pietate a Nicolao V. 1455. n. 15. literarum amantes ab eo prouecti. n. 16.

Lucidus S. Mariæ in Coſmedin diaconus Cardinalis, decernitur legatus ab Eugenio IV. ad Sigiſmundum Cæſarem. 1432. n. 18.

Ludi. inſtrumenta luſoria exuſta a S Bernardino Senenſi. 1424. n. 18. 6. Quo. ludi theatrales in eccleſijs fieri vetiti. 1455. n. 47.

Ludouicus dux Bauariæ. Martini V. poteſtatum tradit Balthaſſarem Coſſam. 1419. num. 15. in Bohemos hæreticos exercitum ducit. 1423. num. 19. monitus a Martino V, ne bellum ſuſcipiat in archiepiſcopum Moguntinum. 1427. nu. 13.

Ludouicus Andegauenſis. regni Neapolitani iura a Martino obtinuiſſe fertur. 1420. num. 7. Ioannæ II. Reginæ. bellum infert. nu. 9. Neapolis obſidionem ſoluere cogitur. ibid. auerſam expugnat. ibid. Alfonſus Rex Aragonum illi a Ioanna oppoſitus ibid aduerſus ipſum Alfonſus Rex Aragonum bellum mouet. 1421. nu. 2. Martinus Ludouici partes aduerſus Aragonium tuetur. ibid. inducias cum Aragonio paciſcitur. num. 3. deſertus a Sforria confert ſe ad Martinum V. Pontificem. 1422. num. 35 fauet ipſi idem Martinus 1423. nu. 12. reſciſſa Alfonſi Aragonij adoptione a Ioanna in filium cooptatur. ib. Maſſilia ab Alfonſo Rege Aragonum eius æmulo capta impetu ac exuſta. 1423. num. 14. Neapolim recuperat. 1424. nu. 17. eius adoptio ab Eugenio IV. confirmata. A. 1432. nu. 22. moritur in caſtris aduerſus principem Tarentinum poſitis. 1434. num. 27. maximum ſui populis deſiderium relinquit, ibid.

Ludouicus Cardinalis ſancti Hadriani. legatus a Martino V, in regnum Neapolitanum decretus, 1420. num. 8. ſedando bello inter Ioannam & Ludouicum operam nauare iuſſus. ibid.

Ludouicus Cardinalis epiſcopus Portuenſis. pro concilianda pace inter Anglos & Gallos miſſus. 1422. num. 51.

Ludouicus Alamandus archiepiſcopus Arelatenſis. creatus Cardinalis a Martino V. 1426. num. 26. Baſileenſes factioſos ad nutum regit. 1439. n. 19. errores pro veritatibus promulgat. ibid. maximus ſchiſmatis auctor extitit. num. 20 omnia per tumultum agit. ib. calumnias ſtruit in epiſcopos & principes. num. 21. cum ſacerdotibus minoris ordinis antipapā deligit. ib. præficitur Baſileenſi conuenticulo ab Amedeo antipapa. 1440. nu. 1. exauctoratur ab Eugenio Papa. num. 3. deſerendi antipapatus Amedeo auctor extitit ib. archiepiſcopatu Arelatenſi alijſque ſacerdotijs exauctoratus. 1442. num. 9. ingentium criminum reus extitit. ibid. reſtitutus cardinalatui poſt damnatum ſchiſma. 1449. num. 7. & 1455. n. 14.

Ludouicus Rotbomagenſis archiep. creatus Cardinalis ab Eugenio IV, 1439. num. 41.

Ludouicus epiſcopus Viſenſis. exauctoratus epiſcopatu ab Eugenio ob procuratum ſchiſma. 1440. num. 3. proſcindere maledictis pontificem non exhorruit. ibid. in profanando antipapa cæteris præfuit. ibid.

Ludouicus dictus Scarampus ſiue a Media rota; Patauinus Florentinus epiſcopus Cardinalis tit. S. Laurentij in Damaſo, Piccininum Mediolanenſis exercitus ducem profligat. 1440. num. 11. creatur patriarcha Aquileienſis & purpura cardinalitia donatur. ib. creatur legatus ad Bononiam, amiſſaſque Æmiliæ vrbes recuperandas. num. 18. interpres eſt concordiæ inter Eugeniū & Alfonſum. 1443. num. 1. decretus legatus a Calliſto III. aduerſus Turcas. 1456. n. 13. recuperandæ Conſtantinopoli iuſſus operam dare. ib. Turcas inuadere iuſſus a Calliſto. 1457. nu. 1. nepotes Calliſti ob verſa in Cyprios arma in vincula conijcit. 10. intentat minas Mahometi erepturum ſe Turciam ſi Hungariam affectet, nu. 4 iuſſus Scanderbego opem ferre cum claſſe. num. 24. claſſem Turcicam profligat. num. 31. naues vigintiquinque capit ibid. ſubmiſſæ illi tres aliæ triremes. num. 34 de ſolicitatis in Mahometem Regibus ad eum Calliſti literæ. A. 1459. num. 38. ſubmiſſa eius exercitui auxilia. 1458. num. 18. ingentes illi ſpes maiorum copiarum datæ ibid. Ioannis Carualis legati exemplum ipſi propoſitum. nu. 19. Cyprio aduerſus Caramanum opem ferre iuſſus eod. num. 19.

Ludouicus Delphinus Viennenſis poſtea Francorum Rex dictus Ludouicus XI. creatur ab Eugenio ſignifer Romanæ eccleſiæ. 1434. num. 13. bellum infert Baſileenſibus ſchiſmaticis. ib. cruentam victoriam refert ibid. ſe in Gallias recipit. ibid. diſſentiens a patre Carolo VII. ad ducem Burgundiæ ſe confert. 1456. num. 5. concipit pium ardorem gerendi belli in Turcas. 1457. num. 51. abalienatur a patre in adulterij cœno ſeſe volutante. ibid.

Ludouicus protonotarius. Aragonum Regis orator & in Baſileenſi conciliabulo ſchiſmatis auctor, 1448. n. 10.

Ludouicus e Varambone anticardinalis. poſt damnatum ſchiſma Baſileenſe a Nicolao V. in Cardinalium numerum aſcitus. 1449. n. 7.

Ludouicus e Campofregoſo dux Genuenſium. ornatur a Nicolao V, roſæ aureæ munere. 1450. num. 29. populari gratia deſtitutus ſe dignitate abdicat ibid. Petrus e Campofregoſo illi ſuccedit ibid.

Ludouicus dux Sabaudiæ. vnum e filijs præficere copijs mittendis in Turcas meditatur. 1457. num. 65. gratulatur illi Calliſtus. ibid. a Carola Regina Cypri ad thori ſolijque ſocietatem vocatus. 1458. num. 45. a Iacobo Carolæ notho fratre regno pellitur Ægyptijs armis. ibid.

Ludouicus Minorita Bononienſis, miſſus ad Vſumcaſſanum Perſidis Regem & alios Reges, vt Mahometem II. bello appetant. 1457. num. 66. iuſſus etiam adire Æthiopum Regem. num. 67. Georgianos & Franchos Perſidis adijt. n. 68.

Lunani ſchiſmatici. declamant in ſynodum Conſtantienſem. 1421. num. 3. libellis & concionibus ſchiſma tuentur in Aquitania. ibid. a decano Burdegalenſi coercentur. ib. anathemate perculſi Martini V. Pontificis iuſſu. ibid.

Luſoriarum cartarum artifex, cum Ieſu nomini a S. Bernardino edoctus pingendo operam locaſſet ditatus. 1423. n. 23.

Luxuria. in ea libertas Chriſtiana conſtituta ab hæretico Vvicleffiſta. 1422. num. 23. ſupplicijs vindicata. 1452. num. 19. Nicolai ſanctio in clericos concubinarios. num. 19. ſacerdotijs pontificia in concubinarios ſanctio. num. 19. epiſcopi luxu-

rio-

rioſi oſtenſum triſte ſupplicium. A.1452.num.18. luxuriæ furijs percitus prior S.Germani ad dæmonem adorandum ſe proſternit. 1453. num.20.

Luxus mulierum. cenſuræ in muliebrem luxum promulgatæ. 1420.num.16. 5. Cum. caſtigatus a B. Laurentio Iuſtiniano. 1453.nu.30. 5. Fuere Latini Cardinalis Vrſini ſanctio aduerſus luxum muliebrem. 1454.nu. 12.5. ſedimus.

M

Macarius Antiochenus hæreſiarcha. profeſſus Chriſtum eſſe verum Deum & hominem finxit in eo eſſe tantum diuinam voluntatem & vnam operationem. A.1445 n.21. eius hæreſis damnata a Chaldæis. ibid.

Macedones. ſolicitati in Turcas a Scanderbego. 1443.num.20.& a Calliſto III.1456.num.44.

Magia. inanem hanc artem eſſe profeſſus eſt Richardus magus, ex quo votis ſuis ſæpius eſſet fruſtratus. 1419.num.12. horrenda eorum facinora. 1437. num. 27. profanant ſacramenta.ibid. ſigno crucis abuſi. ibid. adhiberi in eos ſeueritas iuſſa ab Eugenio. ibid. quæ opera dæmonum auxilio edant.n.28. vnus ex ijs Protheuoi agit. ibid. pereunt artes magorum, cum a iuſtitiæ adminiſtris capiuntur. ibid. nocere nequeunt fidei Chriſti armatis. ib. tempeſtas a magis concitata ſigno crucis diſcuſſa. ibid. quidam ex illis fallacibus dæmonum reſponſis animaduerſis conuerſus. ib. horrenda eorum flagitia. 1445.num.26. ſacramentis abutuntur. ibid. diſtringi leges in eos iuſſæ. ibid. illuſus a dæmone Edelinus ad dilatandum eius dominatum nullos eſſe magos ſed mera eſſe ludibria prædicat. 1453.n.20. in Inſubria graſſantur. 1457. num. 90. infanda de Chriſto fingunt mendacia. ibid. ijs excindendis præſules operam nauare iuſſi.

Magiſter ſacri palatij. habituri conciones in ſacello pontificio eas oſtendere iuſſi magiſtro ſacri palatij. 1456. num. 60. eidem emendandæ concionis facultas collata. ibid.

Magnælata oppidum. ob receptos Fraticellos euerſum. 1428.n.7.

Mahometani. poſt Florentinum concilium iungunt ſe in Chriſtianos, & magnis cladibus eos atterunt. 1443. num.17. Chriſtiani in diſcordia perſtant. num.18.

Mahometes I. Conſtantinopolitanum Imperatorem quaſi in ſeruitutem redactum tenet. 1419.n.14.

Mahometes II. ſuccedit Amurati. 1450. num.15. Chriſtianos ſexcentos paternis furijs immolat. ibid. a crudelitate in fratres imperium auſpicatur. num. 16. Thurſunem infantem necat. ibid. adminiſtrum ſuæ carnificinæ iugulandum tradit occiſi pueri matri. ibid. præfert ſe pſeudoprophetæ Mahometi. ibid. Alexandri magni geſta æmulatur. A. 1452. num.16. pro expugnanda Conſtantinopoli arcem in Boſphoro Thracio extruit. ibid. non diſturbant hoc opus Græci vecordes, ſed præbent ſubſidia. ibid. admonitus a Genuenſibus Alfonſus Rex Aragonum vt vertat arma in Mahometem. ibid. Conſtantinopolim expugnat 1453.num.1. videt cœleſtem lucem in eam delabi; iterumque recedere. num.5. quadraginta hominum millia in ea expugnatione trucidaſſe fertur. num.8. Mahometes .I. inſigne membrum draconis ſeptem diademata geſtantis, præſignatique in apocalypſi extitit. 1453. num. 9. contendit occidentem ſibi ſubijcere. ibid. Reges principeſque per baptiſmalia ſacra, vt in eum arma corripiant adiurati. ibid. de Chriſtiana fide Gennadium patriarcham conſulit. num. 16. Calliſtus III. ſacramento ſe obligat ad bellum illi inferendum. 1455.n.18. fideles ad ſacram militiam in eum ſolicitati. num. 19. ſignificatum ait S. Antoninus per crudeliſſimam beſtiam plenam nominibus blaſphemiæ. num.22. vocatur ab eodem myſticus antichriſtus. ibid. in eum promulgat ſacram militiã B. Ioannes Capiſtranenſis. nu.26. inſulas Ægæi maris deuaſtat Mahometes. n.28. indictæ aduerſus eum ſolẽnes ſupplicationes. ib. centum quinquaginta millia militum effundit in Hungariam. 1456.n.4 vniuerſum orbem ſibi ſubijcere meditatur. ib. albam Græcam obſidet. ibid. eius claſſis a Chriſtiana profligata. num.15. viginti ſeptem naues illius captæ. ib. Calliſti pro eo propulſando ſtudia. num. 16. admoniti fideles a Calliſto obſtringi de neceſſitate ſalutis ad capeſſenda pro fide in Mahometem arma. num. 17. indictæ aduerſus ipſum a Calliſto ſolemnes preces. num.19. ſola ope diuina Mahometem retundi poſſe promulgatum. num. 20. non armis ſed Chriſtianorum precibus debellatus eſt. num. 24. expugnata illius caſtra. ibid. exuitur impedimentis omnibus. ibid. ſagitta ſauciatur. ibid. mortem ſibi conſciſcere nititur. ib. turpis ipſius fuga. ibid. oſtenſum antea diuinitus B. Ioanni Capiſtranenſi Mahometem victum iri. n.26. ni propulſatus fuiſſet actum de Hungaria videbatur. nu.29. a paucis cruceſigoatis deletur. num.30. a copijs cœleſtibus perterritus eſt. ib. a tribus millibus cruceſignatorum Ieſum inclamantium victus, qui centumquinquaginta millia militũ adduxerat. A.1456.nu.30. in fuga ipſius milites ſe mutuis vulneribus cædunt. n.34. trecenta tormenta bellica illi erepta. num 36. B. Ioannis Capiſtranenſis ad eum Europa pellendum cohortatio. num. 37. a paucis cruceſignatis ſine imperatore, ſine Rege, ſine duce victus. num. 40. pluſquam dimidia exercitus illius pars concidit n.41. parta de Mahomete ſpolia ad Calliſtum perlata. num.42. crucem in Chriſtianorum ludibrium ab humeris ad pedes defluentem geſtarat. ibid. contuſa diuinitus eius blaſphemia ſuperbia. ibid. reſiſtere illi non potuere ſchiſmatici, quia ab Eccleſia alieni. ibid. de eo victo Calliſti ad Imperatorem Æthiopum literæ. num. 45. furens rabie propinquos ſua manu peremit. num.47. in eum ſolicitatus Imperator Æthiopum. num.48. Hungaricam expeditionem pro eluenda ignominia meditatur. A.1457.n. 2. cum Regibus Mahometanis coniurat in Chriſtianos. n.3. intentatæ ei a legato pontificio omnæ eripiendã illi Turciam, ſi affectet Hungariam. n 4. reſpondet de Turcia nõ curare, modo Hungaria potiatur. ib. inſidiatur Pannoniæ. ib. ob inteſtinos motus molitur gentem Chriſtianã excindere. n.9. ſolicitatus in eũ Fridericus Cæſar. ibid. de inducijs Ladislaum Hungariæ Regem poſtulat, ac repellitur. n.11. in eũ Stephanus Thomas Boſnæ Rex arma vertere decernit. n.17. victa claſſis Mahometis a pontificia. n 31. Mytilenis funduntur eius copiæ a virgine diuinitus roborata. nu.32. in Macedoniam cõtra Scanderbegum ſigna conuertit. n.21. vaſtat Macedoniã. n. 22. magoa clade Scanderbegum afficit. n.27. dynaſtam Dibrenſem ſubornat in Scanderbegum. nu.28. victæ eius copiæ. ibid. ſolicitati a Calliſto in Mahometem ipſum Reges ſtudijs pontificijs non reſpondent eod. A.1457.num.34. & ſeq. adhibitus ad Germanos, Polonos, Danos, Hungaros, Boſnenſes concitandos B. Iacobus Picens. num. 37. de Mahomete obterendo datæ a Calliſto ad legatum literæ. num. 38. triumphaſſet de Hungaria & Germania, ni Calliſtus III. illi obſtitiſſet. nu.43. in ipſum ab eodem Pontifice Vſumcaſſanus Rex Perſidis incitatus. 14. & num.66 ſolicitati etiam alij Reges orientales. ibid. vincitur pluribus prælijs ab Vſumcaſſano. ibid. Conſtantinopolim metu Calliſti munit. num. 78. petit inducias a Matthia Rege, vt aduerſus Vſumcaſſanum Perſidis Regem arma vertat. 1478.num.12. vetiti Hungarus

rus & Polnnus inducias cum eo paciſci, ibid. detectæ Mahometis artes. ibid. Hungaris, Polonis, Germaniſque torpentibus otio impetus in Scanderbegum conuertit, A. 1458. num. 14. fortiter excepti, ibid. conuocati a Calliſto in eum Reges, ac principes. num. 15. prope ſolus Scanderbegus illi reſtitit, ibid. eius exercitus cæſus a Scanderbegn. num. 16. poſcit ab eo inducias & repellitur. ibid. eius ſpolia miſſa ad Reges, vt excitentur, n. 17. vide reliqua tom. ſeq.

Mainardus dux. Pragenſes concitat in Thaburitas. 1434. num. 32. iunctus catholicis eos delet. ibid. aliquot Thaboritarum & Orphanorum milija flammis exurit. nu. 23. Praga ab Huſſitis prodita Georgio Podiebratio, in captiuitate extinctus, 1448. num. 5.

Manfredus concionator. illuſus a dæmone. 1419. num. 13. proximum imminere aduentum antichriſti aiebat, ibid. eius ſectatores illuſi a dæmonibus. ibid. dicebant illum futurum Pontificem, & antichriſtum demonſtraturum, ibid.

Manichæa hæreſis. ea lue infecta Boſna, 1449. num. 9. pſeudoreligioſi Manichæi diſputationem fugiunt. ibid. Thomas epiſcopus Pharenſis ad eam peſtem extinguendam miſſus a Nicolao V. ibid. Turcas euocant in Boſnam aduerſus catholicos. 1450. num. 13. fideles propoſitis indulgentijs ad eos abolendos concitati, ibid.

Maonenſes. opem implorant a Calliſto III. aduerſus Turcas, 1455. num. 33.

Marcus archiepiſcopus Tarantaſienſis, creatus legatus latere in Græcia ad eccleſiarum coniunctionem inſtaurandam, 1437. n. 12.

Marcus Eugenicus metropolita Epheſinus. objicit ex additione vocis: *Filioque*; pullulaſſe ſchiſma. 1438. n. 18. oſtenſum factam additionem diu ante ſchiſma. ibid, profitentibus cæteris Græcis proceſſionem Spiritus ſancti ex Patre & Filio, ſe ab ijs ſegregat. 1439. num. 4. denuntiatum illi a Palæologo Imp. futurum Iudam, qui Eccleſiæ coniunctionem retardarit. ibid. Marcus confutatus auctoritate ſanctorum patrum Græcorum a Beſſarione. ib. de eodem Marco Epheſino queritur Eugenius Papa ſe eum a cæteris ſegregaſſe. ib. Florentinum concilium calumnijs proſcindit. 1440. num. 16. præfert ſe concilio. ibid. vocatus ad ſynodum diuerberari ſe a dæmonibus planxit. ibid. conuictus erroris obiecit impie ſanctorum patrum ſcripta fuiſſe a Latinis corrupta. ibid. conuincitur diuinitus ipſum S. Baſilij textum conſcindere voluiſſe. ibid. refellitur a Gennadio & Beſſarione. ibid. & num. 17 Græcanici ſchiſmatis confirmati auctor eſt. A. 1444. num. 19. refellitur. ib. ſcribit Græcos adductos in captiuitatem Babylonicam. 1441. num. 15. iterum Græcos in ſchiſma præcipites agit. 1445. num. 16. gloriatur diſturbatam ab ipſo orientalis eccleſiæ cum Romana coniunctionem. ibid. probatur aduerſus eius argutias Chriſtum in azymo ſacramentum confeciſſe, ibid. Eugenici calumniæ in Græcos, quos auro ſubornatos fingit. num. 15. ipſe ideo in iras efferatus viſus eſt, quod imaginem S. Eugenij Eugenio IV. obtuliſſet cum inſigni elogio, nec præmium eſſet eblanditus. ib. impudentiſſimæ eius calumniæ, quod Latini Spiritum ſanctum dicant Patris nepotem. ibid. oppugnat primatum Pontificis, ibid. ſanctorum Græcorum patrum auctoritatibus aduerſatur. ibid. inſultauit Latinæ eccleſiæ ob Baſileenſe ſchiſma. nu. 17. blaſphemam animam cum ſtercore euomit. ibid.

Marcus patriarcha Alexandrinus. præfectus claſſi ab Eugenio aduerſus Ægyptios. 1445. num. 18. ampliſſima legatio ipſi demandata. ibid. tres claſſes Ægyptiæ infeſtabant Rhodum. num. 20.

Maria Deipara. vid. *Deipara*.

S. Mariæ maioris baſilica. miraculis cœleſtibus coruſca. 1449. nu. 15. luſtrari iuſſa iubileo anno. ib.

Maria Salome & Maria Iacobi. earum reliquiæ in Prouincia cultæ tranſlatæque. 1448. num. 19.

Marmora. ex baſilicis vrbis abripi intentato anathemate vetita. 1457. num. 93.

Maronitæ Romanæ eccleſiæ conciliati. 1445. num. 21 quæ fidei formula ijs propoſita. ibid. & nu. 22.

Marrani. horrenda eorum flagitia. 1453. num. 19.

Martinus V. antea dictus Odo Columnenſis Cardinalis creatus Pontifex in concilio Conſtantienſi. 1417. num. 2. ſolemni ritu corona redimitus. ibid. ducta ab eodem triumphalis pompa. ib. gratulatoriæ ad eum palatini Bauariæ comitis literæ. num. 4. Iuliacenſis dux Columnenſi ſtirpe ſatum ſe iactat. ib. Balthaſarem Coſſam in ſuam poteſtatem recipit. num. 6. Iacobum S. Euſtachij diaconum Cardinalem legatum creat in ditione eccleſiaſtica. ibid. eccleſias & monaſteria in eundem ordinem, in quo erant Gregorio XI. Pontifice redigit. 1418. num. 1. ſimoniacos cenſuris percellit. ibid. indicit Ticini quinquennali flexu concilium. ibid. decreta fidei edita a Conſtantienſi concilio approbat, num. 2. confert patribus eorumque familijs gratuitam noxarum veniã. A. 1418. n. 2. ſanctionem edit aduerſus Vvicleffi & Huſſi ſectatores. num. 3. decernit quæ agenda pro hæreſi Huſſitica extinguenda. nu. 4. inſtaurat Bonifacij VIII. ſanctionem de inquirendis hæreticis. n. 5. grauiter minatur præſulibus cauſam fidei inerter agentibus. ib. anathematis fert ſententiam in hæreticos. ibid. alijs eos pœnis afficit. ibid. eius literæ ad Bohemos. num. 6. cruceſignatas copias immittere in hæreticos meditatur. ibid. a Sigiſmundo Cæſare precibus importunis retardatur. ibid. Ioannem Dominici in Pannoniam & Bohemiam legatum mittit. num. 8. ingentes animarum ſtrages a peſtiferis concionatoribus editas deplorat. ibid. eius curæ pro tollendis tot malis. ibid. abſoluendorum hæreticorum, ſi ad Eccleſiæ gremium redierint, poteſtatem ampliſſimam confert. num. 9. reſtituendæ priſtinæ pacis curam legato demandat num. 10. Fraticellorum reliquias hærentes in Italia excindere nititur num. 11. iubet inquiri in proceres eorum ſtudioſos. ibid. Alamannum tit. S. Euſebij presbyterum Cardinalem in Aragoniam mittit aduerſus Petrum e Luna. num. 12. transfugiunt ad ipſum pſeudocardinales Petri e Luna, cum antipapam redigere ad officium non potuiſſent. num. 14. vero honore cardinalitio eoſdem afficit. ibid. mittit in Scotiam Griffinum ad Scotos in gremium Eccleſiæ traducendos eodem A. 1418. n. 15. reuerſuris ad officium veniam proponit. ibid. annuas ſacerdotiorum decumas in aliquot Germaniæ prouincijs ob ſumptus pro eccleſijs coniungendis factos Sigiſmundo Cæſari attribuit. num. 16. paratum ſe offert Græcis ad orientalem eccleſiam Latinæ coniungendam. num. 17. permittit Emmanuelis Imperatoris filijs, vt cum Latinis mulieribus inire connubia poſſint. ibid conditionem adijcit, vt viuere Latino ritu ijs liceat. ibid. priuilegia Vvladislao Regi optime de Eccleſia merito concedit. num. 19. vt vicarij Pontificis nomen, ac munus gerat. num. 19. inſtruit auctoritate pro conuertendis infidelibus & ſchiſmaticis. ibid. iubet præſules illi fauere ibid. tranſmittit ſacramenti formulam, quo ſe deuincturus eſſet. ibid. renuntiat etiam in aliquibus Ruſſiæ prouincijs pontificium vicarium Vvitoldum Lituaniæ ducem. num. 20. pacem inter cruciferos & Polonos conciliat. ibid. ſollicitat Chriſtianos Reges ad ferendam opem Luſitano Regi pro debellanda Africa. num. 21. ſymbolum crucis eius ſigna ſecuturis affigi iubet. num. 22. proponit gratuitam noxarum

tum

Digitized by Google

rum veniam. ibid. & plures alias prærogatiuas ibid. Amedeum Cardinalē legatum in Gallias decernit pro ſedando ciuili bello. A. 1418 n. 24 illum ad fœdus inter Burgundū & alios principes iubet incumbere. num 25. Gallica arma in Turcas vertere meditatur. num. 26. Petrum S. Mariæ in dominica legatum decernit in regnum Neapolitanum. num. 20. reſtitutæ illi a Ioanna arces eccleſiaſticæ. ibid. Neapolitanum regnum Ioannæ confert. ibid. regiam coronam illi a legato imponi iubet. ibid. diſſidia ciuilia ab eodem tolli iubet. num 30 Iacobo Regi e carcere Neapolitano liberando dat operam num. 31. ſimoniacum ſcelus excindit. num 32. pronuntiat Narbonenſem archiepiſcopatum Viennenſi obnoxium non futurum. num 33. abrogat omne ius patriarchale Bituricenſis archiepiſcopi in Narbonenſem. ibid. reſcindit Vrbani VI. ſententiam, ne literæ apoſtolicæ valerent, niſi epiſcopis eorumque adminiſtris oſtenſæ eſſent, cum illi priuilegio abuterentur. ibid. controuerſiam an princeps defunctæ vxoris ſororem poſſit ducere agitat. num. 34. Gebennam ſe confert. num. 36. Sigiſmundus Cæſar ſtratoris illi officium exhibet ibid iter intendit In Italiam. ibid. principem aram Mediolanenſis eccleſiæ conſecrat. ibid. Florentiam pergit. 1419. num. 1. paci inter cruciferos & Polonos ſanciendæ operam nauat. ibid. Iudæos ab iniurijs vindicat. num. 2. vetat illos per vim ad baptiſmum rapi ibid. ne diebus feſtis Chriſtianorum, laboribus vacent. ibid. mittit Petrum Sabinenſem Venetias ad ſoluendos cenſuris Venetos ob violatam eccleſiaſticam immunitatem. num. 3. eius itinera per Italiam. ibid honorificentiſſime a Florentinis excipitur. ibid. a principibus Italis Florentiam concurrentibus ſalutatur. num. 3. Aragonios Cardinales excipit. ibid inter proceres Romanos inducias imperat. num. 4. Ioanna ad molem Hadrianam & alias arces illi reſtituendas paratam ſe offert. num. 4. Romano de Abiamonte recipiendi nonnullas arces, quas Tartalia muniuerat poteſtatem confert. num. 5. Balthaſarem Coſſam in ſuam recipit poteſtatem. ibid. is cum fefelliſſet cuſtodes ſponte Florentiam accedit & Martini pedibus ſe ſubijcit. ibid. illum Pontifex Cardinalium principem creat. ibid. ex illius demiſſione ſuam confirmat auctoritatem. ibid. in Petrum e Luna anathematis ſententiam fert. num. 6. & ditionis eccleſiaſticæ inuaſores. ib. internuntium mittit in Aragoniam ad tollendas ſchiſmatis reliquias.

ibid. Chriſtiani eum vrgent, vt laboranti Septæ opem ferat. num. 8. Petrum e Luna in ſuam poteſtatem redigere tentat. A. 1420. nu 1. Petrum Fontecam legatum in Aragoniam decernit. ibid. Paniſcolam expugnare iubet. num 2. irrito ſucceſſu diſſolutam expeditionem dolet. num. 3. Caſtellæ Regem admonet, vt ciuiles diſcordias diſſipet. num. 4. leniter reipublicæ vulnera tractet. num. 5. Ludouicum S. Hadriani diaconum Cardinalem legatum creat ad ciuilia bella Neapolitana ſedanda 1420. num. 8. cum Braccio pacem redintegrat num. 9. eius opera potitur Bononia & pluribus vrbibus. ibid. Alfonſum S. Euſtachij Card. præficit Bononiæ. ib. rebellat iterum in eum Braccius & comminatur pontificiam dignitatem exciſurum num. 10. proſcinditur dicterijs a nonnullis leuibus Florentinis. num. 10. comitantibus oratoribus Florentinis Romam venit. num. 11. inducias inter Polonos & Cruciferos prorogat. ibid. indicit ſacrum bellum aduerſus Huſſitas. nu. 13. Nicolai Serurarij pſeudoauguſtiniani errores damnat. nu. 17. vetat B. Bernardinum, cui lis intentata fuerat, Ieſu nomen adorandum proponere n. 23. cognita cauſa pijs illum cœptis inſiſtere permittit. ibid. cum putaret bellum Bohemicum cito confectum iri, expeditionē indicit aduerſus Mahometem I. conficiendam. n. 26. de Græcis Romanæ eccleſiæ coniungendis ſuſcepta conſilia vrget. num 27. Petrum Cardinalem S. Angeli Græciæ legatum creat. ibid. deficit ab eo Ioanna Regina Neapolitana 1421. nu. 1. ſoluit Martinus ſacramenti religione Neapolitanos. ibid. tuetur Ludouicum Andegauenſem in Aragonium. num. 2. in ſchiſmaticos Lunanos cenſuram fidei exerceri iubet. num. 3 Fraticellorum reliquias perſequitur. num. 4. expeditionem in Huſſitas decernit num. 6. fideles crucis ſymbolo inſigniri iubet. num. 8. Brandam Cardinalem tit. S. Clementis legatum in Germaniam mittit. num. 7. & 8. Sigiſmundum Cæſarem ad delendos hæreticos concitat. num. 10. Samagitas ab idololatria ad Chriſtum traductos Romanæ eccleſiæ ſinu excipit num. 13. commonet, vt aduerſa conſtanter ferant. num. 14. inter Cruciferos & Polonum pacem redintegrare ſtudet. num. 15. Græcos Eccleſiæ conciliare nititur. num. 16. Petrum S. Angeli diaconum Card. legatum ea de cauſa in Græciam mittit. num. 16. Mahumeticæ ſuperſtitioni ex Hiſpania excindendæ dat operam. num. 17. Angliæ Regem admonet, ne libertatem eccleſiaſticam proterat. num. 19. hortatur ad

reſtituendam Gallijs pacem. nu. 20. Delphinum de pace cum Anglo poſtulat 21. Nicolaum Albergatum ad eam conciliandam internuntium mittit. ibid. res eccleſiaſtici imperij curat. num. 22. Ioannem Adurnium, qui Turcicas copias tranſtulerat in Græciam, defigit anathemate. A. 1422. nu. 1. Græcis opem ferre annititur. nu. 2. Venetos, Genuenſes, & Rhodios concitat in Turcas. ibid. dolet nonnullos Chriſtianos fauere impijs. ibid. Antonium Maſſanum epiſcopum ad Græcos Eccleſiæ conciliandos mittit. num. 5. de concilio Conſtantinopoli celebrando agit. nu. 16. laudat eccleſiaſticos vertentes arma in hæreticos. ibid. Cruciferos in eoſdem concitat. ibid. hortatur Sigiſmundum Cæſarem, vt hæreticos armis atterat. num. 19. Lituaniæ ducem denuntiat inferis damnandum ſi auxilia ferat hæreticis. num 21. animaduertit in detrahentes concilio Conſtantienſi. num 25. in Ioannem comitem Armaniaci fert ſententiam. num. 26. pro inſtauranda inter Anglos & Gallos pace ſtudia intendit. num. 29 Ludouicum epiſcopum Portuenſem in Gallias legatum decernit. num. 31. pijs monitis Carolum VII. Galliæ Regem informat. num. 33. inter Alfonſum Aragonum Regem & Ludouicum Andegauenſem pangit inducias. num. 34. Iudæos iniuſtis oneribus leuat. num. 36. indicit Ticinenſe concilium. 1423. num. 1. dat mandata archiepiſcopis, vt ſynodos prouinciales cogant ibid. de reſtituenda eccleſiaſtica diſciplina conſilia agitat. num. 2. internuntios apoſtolicos concilio præficit. ibid. Senas concilium transferendum decernit. num. 4. in Petrum e Luna & ſectatores fert ſententiam. num. 5. eum comprehendi a principibus iubet. ibid. angitur ab Alfonſo Rege Aragonum ſuſcipiente ſchiſmaticorum clientelam, ſpargenteque rumorem creatos eſſe pſeudocardinales. nu. 7. deregit fictam ab iniquo Rege fabulam. ibid. de Aragonum Rege antipapam inſtituente conqueritur. ibid. Regem ipſum officij monet. num. 8. non adit Senenſe concilium, & cur. num. 10 Senenſes corripit habere maximam ſui quæſtus rationem, nullam vero honoris Eccleſiæ num. 11. fauet Ludouico Andegauenſi, atque ideo aduerſarium Alfonſum paſſus. n. 12. iniquas eiuſdem Alfonſi querelas refringit. ibid. fauerat longe potius Alfonſo quam ipſi fuerat aduerſatus. num. 13. plangit Neapolim ab Alfonſo vaſtatam. ibid. nititur pacem redintegrare num. 14. tuendam Ioannam Reginam decernit. ibid. bellum in Huſſitas vrgendum con-

conſulit. A. 1423. num. 15. quintam vectigalium ſuorum partem in belli ſumptus conſecrat. num. 19. arguit archiepiſcopum Cantuarienſem, quod indulgantias proponere more pontificio eſſet auſus. n. 21. paritum ipſi ab Anglis. ibid. denegat Thomæ Herefordienſi petitam poteſtatem epiſcopalis muneris abdicandi. num. 22. Ioannem Regem Caſtellæ ad conſectandas regias virtutes hortatur. num. 25. ad fatigandum Martinum fouet ſchiſma Alfonſus Aragonum Rex. 1424. num. 26. Toletanum archiepiſcopum ad frangendos Alfonſi conatus excitat Dei vicarius. ibid. damnat memoriam Petri de Luna & ſucceſſorem in ſchiſmate. num. 2. agit de Græcis ad coniunctionem eccleſiæ Romanæ reuocandis. n. 3. de expoliendis moribus & tollendis corruptelis conſilia agitat. n. 4. leges Cardinalibus dat, vt non modo a malo, ſed etiam a mali quoque ſpecie abſtineant. ibid. familiam probe componant. ibid. patrocinia Regum abijciant. ibid. familiarium numerum definit. ibid. iubet eccleſias inſtaurare diuinumque cultum curare. ibid. indicit Baſileenſem ſynodum. num. 5. Baſileenſes commonet, vt pro ea celebranda neceſſaria parent. nu. 6. cenſores fidei in varijs prouincijs conſtituit. num. 7. principes inter ſe ad Huſſitas conterendos conciliat. num. 8. & 9. latas in Sigiſmundum Regis Poloniæ nepotem ferentem auxilia Huſſitis ſententias confirmat. num. 5. compater ſalutatur ab Vladislao Rege Poloniæ. num. 12. de ſanctorum reliquijs honorificentius & religioſius aſſeruandis dat mandata. num. 13. iubet oſtendi populo certis temporibus. ibid. partem ditionis eccleſiaſticæ recuperat. num. 14. tuetur Ioannam II. in regno Neapolitano. ibid. init fœdus cum Mediolanenſi duce. ibid. Braccium hoſtem ducum opera capit. ibid. eius de parta victoria laureatæ literæ. num. 16. Peruſium & plures alias vrbes ad ſuum obſequium reuocat. ibid. Mediolanenſem ducem officij commonet, ne inuadat eccleſiaſticam ditionem. num. 18. inſignem legationem a Carolo VII. excipit. n. 20. decernit legatum in Aragoniam Petrum Cardinalem Fuxenſem. 1425. num. 1. negata legato commeandi poteſtate de coercendo Aragonio ſchiſmatis fautore agitat. num. 2. nefarios Regis Aragonij conatus Regi Caſtellæ ſignificat. num. 3. pacis arbitros inter Caſtellanos & Genuenſes conſtituit, num. 5. pacem Anglos inter & Gallos conciliare nititur. num. 6. Anglum admonet ne ſuæ præfidat potentiæ. num. 7. adminiſtros perdere ſolitos Reges ſuo faſtu. ibid. ſignificat Carolo VII. ſacramenta aduerſus libertatem eccleſiaſticam præſtita non tenere. num. 8. Burgundiæ & Bethfordiæ duces ſe ad certamen ſingulare prouocantes damnat. num. 9. intentat vtrique principi anathema ſi pugnam ſingularem admiſerint. num. 10. diſſidia inter Daniæ Regem & Slesuicenſes principes tollere conatur. num. 11. Poloniæ Regem & Alexandrum ducem Lituaniæ admonet, ne Sigiſmūdo Koributo nepoti præſtent auxilia aduerſus catholicos. num. 13. cenſuris percellit Bohemos hæreticos. num. 15. diſciplinæ Chriſtianæ inſtaurandæ nauat operam. num. 18. ſanctionem edit in mercatores proditores diuendentes Chriſtianos Turcis. num. 19. intentat iudicium Alfonſo Aragonum Regi. A. 1426. num. 1 lata in eundem commonitoria ſententia. num. 2. &c. Gerundenſi epiſcopo dare operam iubet reducendo ad officium Alfonſo. num. 7. in Armeniaci comitem ſchiſmaticum cenſuras vrget. num. 9. in Conradum archiepiſcopum Pragenſem Huſſiticæ hæreſeos fautorem ſententiam fert. num. 11. inſtaurat decretum de communione laicorum ſub vna ſpecie. num. 15. oppreſſam in Anglia libertatem eccleſiaſticam reſtituere nititur. num. 19. Forumliuium, Imolamque recipit. nu. 21. Brabantinum ducem ad tuendam Rhodum excitat. num. 23. principes inter ſe conciliare conatur. num. 25. Cardinalium collegium auget. num. 26. creat Henricum Vvintonienſem Card. legatum aduerſus Bohemos hæreticos A. 1427. num. 1. rogat illum, ne corpus Eccleſiæ laniari a canibus patiatur. ibid. monet Angliæ Regem, vt primitias ætatis Deo offerat. nu. 2. indicit nouam in Huſſitas cruceſignatam expeditionem. num. 3. ex clade catholicorum accepta ab hæreticis magno dolore afficitur. num. 6. reſtitui imperat exercitum. ibid. de inſtauranda eccleſiaſtica diſciplina agit. ibid. Pilſnenſes admonet, ne vlla de fide colloquia habeant cum hæreticis. nu. 7. nefas eſſe de fide ambigere. ibid. iterum expeditionem decernit in hæreticos Bohemos. num. 9. decumas imperat in hæreticos. ibid. quintam ſuorum vectigalium partem erogat in ſacri belli ſumptus. ibid. agit de pace cum hæreticis. num. 10. inſtructionem non diſceptationem concedit. ibid. Bauarum Moguntino conciliare ſtudet. n. 13. dat præſulibus mandata, vt libros Vvicleffi exurant. ibid. iubet eiuſdem oſſa concremari. num. 14. nauat ſtudia pro iure eccleſiaſtico inſtaurando in Anglia. num. 15. Cantuarienſem archiepiſcopum corripit. num. 16. munera Regis Poloniæ tentantis iniqua ab eo obtinere reſpuit. num. 17. ipſum admonet, ne lædat ius eccleſiaſticum & iuſta poſcat. ibid. imperat celebrari ſynodum ab archiepiſcopo Bracharenſi pro tuendo iure eccleſiaſtico. num. 19. Petro Fuxenſi Cardinali legato præcipit, vt Aragoniam ingrediatur. num. 20. Regem, ſi in crimine perſtiterit, nociturum quidem Eccleſiæ, ſed non profuturum ſibi. ibid. nodum latam a ſe in Alfonſum decretoriam ſententiam. ibid. eius legatum Petrum Cardinalem coopertum caput habentem alloquitur Alfonſus Rex nudato capite. num. 21. delata ſibi ab Rege Aragonum obſequia excipit. A. 1428. num. 1. pacem inter Italos reſtituit. num. 2. gratulatur de ea conciliata B. Nicolao Albergato internuntio. nu. 3. eiuſdem opera Mediolanenſem Florentinis conciliat. num. 4. laudat Germanorum generoſum conſilium, proterendos bello Bohemos hæreticos donec fracti ſint. num. 5. Sigiſmundum Koributum Poloniæ Regis nepotem deſerere Bohemorum clientelam iubet. n. 6. euerti funditus oppida iubet in quibus Fraticelli fouentur. num. 7. Magnalatæ oppidum exciſum ob eos receptos. ibid. pueros a parentibus hæreticis ſegregari iuſſit. ibid. ſe ei ſubmittit Ægidius Munio antipapa. 1429. num. 1. ſacramento fidei in legati manibus adactus. num. 5. ſumma integritate fidem exauctorato antipapæ ſeruat Pontifex. ibid. Alfonſum Borgiam ob nauatam in abolendo ſchiſmate operam Valentino epiſcopatu donat. ibid. Caſtellæ Regi ſignificat nulla legato data imperia, vt quidquam aduerſus ipſum decernat. num. 10. fert ſententiam in Ioannem Armaniaci comitem ſchiſmaticum. num. 11. redeuntem ad officium humaniſſime excipit. num. 12. arguit Vladislaum Regem Poloniæ iniquo edicto ius eccleſiaſticum læſiſſe. 1429. num. 13. docet eccleſiarum præfecturas libere a Pontificibus conferendas. num. 14. cedere debere Regum voluntates Apoſtolicæ ſedis decretis. ibid. aſſentatores commentos eſſe, regio iure ſpectare ad Reges, vt deligant epiſcopos. ib. Florentinos admonet ipſos violaſſe nuncupatum ſacramentum de clero vectigalibus nō opprimēdo. n. 15. ſignificat Gallo Regi præter opinionem ſuam Anglos conſecrata Chriſto in Bohemos hæreticos arma auertiſſe in Gallos.

num.

Digitized by Google

num. 16. deplorat pia ſua conſilia fuiſſe deluſa. num. 17. obiurgat Vvintonienſem Cardinalem legationis inſignibus vſum in Gallia, ibid. de colenda ſolemni pompa Euchariſtia, vetera decreta inſtaurat. num. 20. pro liberandis captiuis apud Saracenos ſtudia impendit. n. 21. poſcit eius auxiliũ Cyprius Rex. ibid. fauet Carolo VII. Francorum Regi aduerſus Anglos. A. 1430. num. 3. nititur conciliare illi Burgundum. num. 4. hortatur, vt ſi pacem Angli detrectent, eam ipſe amplectatur. ibid. Tarraconenſis ſynodi acta confirmat. num. 5. de reuocando in Franciſcana diſciplina veteris ſanctitatis flore agit. num. 6. Ioannem tit. S. Petri ad vincula Cardinalem præeſſe ſolemnibus conuentibus minoritarum iuber. ibid. pollicetur Martino Ioannes Paleologus Imperator Conſtantinopolitanus acceſſurum ad concilium pro inſtaurando eccleſiarum fœdere. num. 8. Iulianum Card. Cæſarinum mittit legatum aduerſus Huſſitas. 1431. num. 1. decernit in eoſdem ſacram expeditionem. ibid. apoplexia moritur. num. 2. eius nepotes magnis aucti opibus infeliciter pereunt. ibid. conſtanter tulit eam calamitatem. ibid. breue & elegans eiuſdem epitaphium. ibid. aſperſa illi a nouatoribus calumnia detergitur. ibid. coegerat opes ad Bohemos & Græcos ad obſequium Eccleſiæ reducendos. ibid. ſuccedit illi Eugenius IV. num. 7.

Matthæus Meyer archiepiſcopi Moguntini cancellarius. multas de Caliſto querelas ob indictas contra Turcam decumas fundit. 1457. n. 43. eas refellit Æneas Syluius. ibid. & nu. ſeqq. docetur quanta ſit Pontificum dignitas. num. 47. Pontificum contempores ſeruari non poſſe. ibid.

Martyres. in Cyprij martyris ſepulchrum corona ignea delabi & radiare viſa a pluribus. 1425. nu. 20.

Martyrium. eius deſiderio ardebat B. Ioannes e Capiſtrano. 1456. n. 58.

Matrimonium. coniunctionem Chriſti cum Eccleſia ſignificat. 1459. nu. 15. triplex eius bonum. ibid. ſeparari poteſt propter fornicationem, ſed contrahi aliud non poteſt. ibid. vid. *Nuptiæ.* matrimonia clandeſtina vetita in Andegauenſi ſynodo. 1448. num. 9.

S. Matthæus. eius euangelium Hebraicum conquiſitum a Nicolao V. 1453. num. 25.

Matthias Ioannis Huniadis filius natu minor. retentus in vinculis a Rege Ladiſlao. 1457. nu. 4. a B. Ioanne Capiſtranenſi præferebatur fratri maiori natu. 1458. num. 1. e vinculis vocatur ad ſolium Hungaricum. ibid. illum Georgius Podebratius ex arce Viennenſi dolo in Bohemicum carcerem abduxerat. ibid. legati apoſtolici opera & Hungarorum precibus carcere emittitur. num. 3. ob patris labores regia corona donatus. ibid. præſagitus a Calliſto felix ille euentus. num. 4. gratulatur ei Pontifex, ac ſæpius pro eo lachrymas ſe fudiſſe ad Chriſtum teſtatur. num. 7. propoſita ipſi excindendæ Mahometicæ ſuperſtitionis gloria. ibid. Boſnæ regnum illi commendatum. num. 10. hortatur ad pangendum cum Friderico Cæſare fœdus. num. 11. prohibetur inire inducias cum Mahomete. ibid. mittit epiſcopos ad Georgium Pogiebratium Bohemica corona cingendum ea lege, vt prius ſacramento ad tuendam religionem ſe obſtringeret. A. 1458. num. 22. Matthiæ ea de re publice literæ. nu. 23. Georgio fœdere iungitur eiuſque filiam ducit vxorem. num. 27.

Mauri, commeatus illis inferri vetiti. 1456. num. 66.

Mazouia. a Tartaris infeſtata. 1446. num. 13.

Medicei. eorum opera vſus Eugenius pro mittendis Conſtantinopolitano militi ſtipendijs. 1439. nu. 11.

Medici. ægros tertio conuenire vetiti niſi illi conſcientiam expiarint. 1429. num. 9.

Mediolanenſes extincto Philippo Maria ſe in libertatem aſſerere nituntur. 1448. num. 8. a pluribus principibus bello petiti. ibid.

Mediolanenſis principatus. a Franciſco Sfortia occupatus 1452. num. 16. relictus erat teſtamento Alfonſo. Regi exortum inde bellum, ibid.

Meditatio paſſionis Chriſti, vid. *Paſſio dominica.*

Mercatores. infanda proditione Chriſtianos Turcis diuendunt. 1425. n. 19. edita in eos a Martino V. ſanctio. ibid.

Meretrices; ſtatutum de ijs pellendis a magiſtratu. 1455. num. 48. §. Publici.

Meſopotami. ad coniunctionem Romanæ eccleſiæ reuocari ab Eugenio. 1445. num. 21.

Michael Fantinus. Veneti exercitus ductor Platanum expugnat. 1425. num. 20. Chriſopolim capit. ibid. Callipolim fruſtra tentat. ib. amittit Chryſopolim. ibid.

Michael Zilagius. nepotum filiorum Ioannis Huniadis vltutus iniuriam rebellat in Ladiſlaum Regem, & Tranſiluaniam occupat. 1458. n. 2. extincto Ladiſlao Hungariæ adminiſtrationem ſuſcipit. ib. perſuadet Hungaris, vt Matthiam Filium Huniadis Regem ſalutent. ibid.

Michael Borgia Calliſti III. nepos. ſubmiſſus Scanderbego cum copijs auxiliaribus. A. 1458. nu. 16. victis Turcis ad claſſem pontificiam redire iuſſus. num. 18.

Militia velleris aurei. inſtituta a duce Burgundiæ. 1429. nu. 18.

Militia. nulla glorioſior, quam quæ pro Chriſto ſuſcipitur. 1456. n. 39.

Minoritæ. ex ijs viginti miſſi ad Gog & Magog populos conuertendos. 1433. nu. 20.

Miracula. trecenta & eo amplius a Nicolao Tolentinate edita non ambiguis teſtibus confirmata. 1447. n. 8. miraculorum nota. 1451. nu. 17. §. Triplex, miracula ethnicorum falſa & vana. ib. § Tertium. cur miracula nõ ipſe in ſuo nomine Deus, ſed ſæpius hodie in ſanctorum & ſæpiſſime in ſuæ matris edat. ibid. §. vlt. vid. *Euchariſtia & Deipara.*

Miſniæ principes. Columnenſi familia Romana ſati. 1424. num. 12.

Miſſa. eius formula ab Huſſitis immutata. 1419. num. 59. ineptæ eorum argutiæ confutatæ. ibid. quanta pietate eam celebraret vel audiret B. Ioannes Capiſtranenſis. 1456. num. 58. anima virgunculæ pro ſe eam celebrari expetit. num. 72.

Mithra pontificia. ab Eugenio IV. oppignerata pro Græcis in concilio ſuſtentandis 1438. n. 20. & a Calliſto III. vna cum gemmis pro ſumptibus belli Turcici. 1456. n. 49.

Mitylene. Turcis erepta a Calliſto. 1456. num. 50. oppugnata a Turcis. 1457. num. 31. reddita ab eo principi Catalufio Genuenſi. ibid.

Monachi. factæ apud monachos exomologeſes repetendæ ob tutiorem conſcientiam apud parochos finguntur a nonnullis. 1447. num. 11. damnatæ ab Eugenio IV. eorum argutiæ. ibid.

Monarchia pontificia. inſtitutam a Chriſto fatentur Galli. 1441. num. 9. ſine damno ſalutis ab ea recedi non poſſe. num. 11.

Monarchia eccleſiaſtica, vid. *Eccleſia Romana.*

Mons Syon hæreticorum montis Syon deliramenta. 1456. num. 21. tolluntur ſuſpendio a Sigiſmundo Cæſare. ibid.

Morame Megatonenus Imp. Trapezuntinus. ad reſtituendum priſtinum eccleſiarum fœdus paratum ſe offert. 1434. num. 18.

Morauia. infecta hæreſi. 1424. num. 7. ad Sigiſmundi obſequium reuerſa. 1422. num. 19.

Mors pia iuſtorum. 1433. num. 31. piius S. Franciſcæ obitus. 1444. n. 15. B. Nicolai Albergati. 1443. n. 24. mortem contempſit. ib. S. Ber-

nar-

Digitized by Google

nardini Senenſis. A. 1444. num. 21. B. Laurentij Iuſtiniani pia mors. 1455. n. 43.

Mors infelix impiorum. Philippi Mariæ Mediolanenſis ducis. 1447. nu. 25. Ioannis epiſcopi Leodienſis. 1452. num. 18. athei cuiuſdam triſtis exitus. 1456. num. 74. vid. *Iuſtitia diuina.*

Moſcouitæ. ad eos eccleſiæ Romanæ gremio reſtituendos miſſus Iſidorus Kiouienſis archiepiſcopus ab Eugenio Papa. 1439. num. 11. martyrio legatum afficere meditantur. ibid.

Moſes dynaſta. Dibrenſis ſponſione regni Epirotici corruptus a Mahomete in Scanderbegum inſurgit. 1457. num. 29 vincitur cum Turcis. ibid. rapiendus ad ſupplicium Mahometis iuſſu ægre liberatur a Ianizzaris. ibid. profugit ad Scanderbegum & veniam obtinet. ibid.

Moyſes archidiaconus Antiochenus. ad ſollicitandos ad defectionem a ſultano Babylonios principes adhibitus a Calliſto. 1457. num. 69.

Mulierum luxus. vid. *Luxus mulierum.*

Muſtapha Imperator Turcarum. cum Amurate partitur Turcicum imperium 1422. num. 1. ab eo profligatur. ibid. iuuatur a Græcis pro diuidendo Turcico imperio. 1423. num. 26. vincitur ab Amurate. ibid.

Muſtapha baſſa Mahometis II. profligatus a Scanderbego. 1448. n. 7.

N

NArbonenſis archiepiſcopatus. a Viennenſis archiepiſcopatus imperio liber & immunis pronuntiatus. A. 1418. nu. 33. abrogatum quoque Bituricenſis ius omne patriarchale in eundem Narbonenſem. ibid.

Nauarra. extincto Rege Carolo ad Ioannem Aragonium Blanchæ Reginæ filium traducta. 1425. nu. 5. ciuili bello implicita. 1454. nu. 10.

Neapolis, Neapolitani, & Neapolitanum regnum. illud ciuili ardet bello. 1421. num. 1. Neapolitani ob cenſum non ſolutum ſacris interdicti. ibid. pro eodem regno pacando a Martino V. Pontifice plurimus labor nauatus. 1422. n. 34. Neapolis ab Alfonſo Aragonum Rege euaſtata. 1423. num. 13. regnum deuolutum ad ſedem Apoſtolicam, cum Caroli I. ſtirpe extincta Ioanna defeciſſet. 1435. num. 12. Ioannes Vitelleſcus illi adminiſtrando præfectus. ib. Neapolitani in factiones diſciſſi ſibi conflant exitium. ibid. maxima eorum pars Renato Andegauenſi regnum defert. num. 15. eo ſero carcere emiſſo magnas conuerſiones regnum patitur. ib. capta Neapolis per aquæductum ab Alfonſo Aragone. A. 1442. n. 11. Neapolitanum regnum tradi Ferdinando filio ſuo notho ſpurio iure fiduciario poſcit a Calliſto Alfonſus Rex. 1456. num. 43. repulſam accipit. ibid. moriens illud ei relinquit contra iura, cum ad Romanam eccleſiam eſſet deuolutum. 1458. num. 51. decernit Calliſtus iure tranſmitti non potuiſſe. n. 31. Ferdinandus illud vi ſibi aſſerit. ib. Neapolitani vetiti a Calliſto cuiquã principi ſacramento ſe obſtringere. 1458. n. 32. diſciſſi in factiones alij Ferdinandum, alij Ioannem Regem Aragonum, alij Renatum Andegauenſem Regem ſalutant. nu. 33. & 34. iuſte a Calliſto Eccleſiæ in Neapolitanum regnum iura defenſa, quidquid deblateret Pontanus eod. n. 34.

Neophyti. pari honorum ſocietate cum veteranis Chriſtianis affecti a Nicolao V. 1449. num. 15. in honorum ſocietatem aſciti edicto Ioannis Caſtellæ Regis. 1451. n. 5. confirmatum a Nicolao V. ibid.

Neſtoriani. in Cypro ad Romanæ eccleſiæ obſequium reducti. n. 23. quæ fidei orthodoxæ formula ijs tradita. ibid. & n. 22.

Neutralitas & Neutralium factio. in conuentu Moguntino conflata. 1440. num. 9. Baſileenſibus ingrata ſed multo magis iniqua Pontifici. ibid. in eos animaduertere iuſſum ab Eugenio. 1444 num. 25. neutralitas Germanica ſublata. 1447. num 1. & 7.

Nicodemus abbas. Regis Æthiopiæ nomine obedientiam Eugenio defert. 1441. nu 3. fidei orthodoxæ formulam accipit. num. 4.

S. Nicolaus Tolentinas. miraculis inclareſcit. 1447. nu 8. in ſanctorum numero reponitur ab Eugenio IV. ib. trecenta miracula & eo amplius non ambiguis teſtibus confirmata edidit. ibid.

B. Nicolaus Albergatus. ex Carthuſienſi eremo ad epiſcopatum Bononienſem excitus. 1417. nu. 12. magnarum virtutum exẽplo prælucet. ib. Thomam Sarzanenſem habuit alumnum, qui ad ſummum pontificatum aſſurrexit. ibid. miſſus a Martino V. ad Henricum Angliæ Regem & Carolum Delphinum ad pacem redigendos. 1421. n. 20. &c. Cardinalium numero adiectus. n. 26. miſſus ad pacem conciliandam ducem Mediolanenſem inter ac Venetos & Florentinos. 1428. num. 2. grates illi a Martino actæ de pace confecta. ib. Bononiæ diſcrimen a ſeditioſis paſſus. n. 4. pro inſtauranda pace inter Anglos & Gallos magnos labores ſuſcipit. 1435. n. 3. elogio inſigni ornatus ab Eugenio Papa. ib. ingens ſpes de illius virtute ab eodem Pontifice concepta. n. 4. Philippum ducem Burgundiæ vrget, vt cum Gallo pacem conficiat nũ. 5. panis ſimilagineus eius precibus nigreſcit, iterumque candeſcit. nu. 5. viſo miraculo Burgundus pacem pangit. ibid. aliud elogium ipſi ab Eugenio IV. datum. A. 1438. num. 1. præſidere iuſſus concilio Ferrarienſi. ibid. miſſus Venetias ad excipiendum Imp. Conſtantinopolitanum. num. 6. & ad Nurembergenſes conuentus. nu. 23. mittitur & in Germaniam. 1439. num. 38. pius eius obitus & elogium. 1443. num. 24. exequiæ illius magna pompa celebratæ. ibid. videndum ſe præbet Thomæ poſtea ſummo Pontifici futuro. ibid. piæ illius vitæ inſtituta virtuteſque. ibid prædixit pontificatum Nicolao V. 1457. n. 15.

Nicolaus Serurarius pſeudoauguſtinianus. hæreticus. 1420. num. 17. eius errores. ibid. & num. 18. damnatus in Conſtantienſi concilio errores damnat. ibid. confirmata a Martino concilij ſententia in eum lata. num. 20.

Nicolaus Tolentinas dux. ſubſidio miſſus Eugenio IV. a Florentinis & Venetis. 1433. n. 11.

Nicolaus Sfortia dictus Fortebrachius. Eugenio bellum infert. 1433. nu. 25. ſpecie draconis incitati a dæmonibus oſtenſus S. Franciſcæ viduæ Romanæ. ibid. agrum Romanum vaſtat. 1434. num. 5. Romanos ad perduellionem in Eugenium adducit. num. 8.

Nicolaus epiſcopus Vexionenſis. miſſus a concilio Baſil. ad conuentus Atrebatenſes. 1435. num. 4. diuinæ circa illum prouidentiæ exemplum. ibid.

Nicolaus marchio Ateſtinus. Eugenio IV. ſtratoris munus Ferrariæ exhibet. 1439. num. 2. in extremo vitæ actu ex Chriſtiana demiſſione iubet ſe nudum in nuda humo ſine funerea pompa locari 1441. n. 5.

Nicolaus pſeudominoritanus. inſtar rabidi canis latrat contra auctoritatem Pontificum. 1439. n. 19. ſchiſma Baſileenſe promouet. ibid.

Nicolaus archiepiſcopus Capuanus. creatus Cardinalis ab Eugenio IV. 1439. num. 41.

Nicolaus Piccininus. Florentinum agrum vaſtat. 1440. nu. 21. fuſus diuinitus ope B. Andreæ Corſini. ibid.

Nicolaus V. ante pontificatum dictus Thomas tit. S. Suſannæ presbyter Cardinalis. vid. *Thomas Sergianenſis.* creatus Pontifex ſuffectuſque Eugenio IV. 1447. num 15. prædictus illi pontificatus a B. Nicolao Albergato ſeſe diuinitus per ſpeciem illi obijciente. ib. oſtẽſum etiam diuinitus illius matri, dum puer erat, futurum Pontificem. ibid. nuncupante votum matre, curaturam

ſe.

Digitized by Google

I N D E X.

ſe, vt ſacerdotalibus ſacris initiaretur ipſe lethali morbo liberatur. A. 1447. nu. 15. quo die creatus ſit ac thyara redimitus. ib. tyrociniũ eccleſiaſticum ſub eodem B. Nicolao peregerat. n. 16. Piſis natus eſt Piſano patre medico, ſed Serezanæ educatus eod. num. 16. decernunt Germani obedientiam ei, vt vero Pontifici, deferendam. num. 17. concordiæ cum Germanis ab Eugenio Papa redintegratę formulam confirmat. ibid. Amedeum in antipapam ſeueritatem adhibere parat. num. 18. Sabaudiæ illi eripiendæ Gallo Regi poteſtatem facit. ibid. decernit Aquenſem archiepiſcopum ad eam expeditionem promouendam. ibid. queritur inuecta a Baſileenſibus nouatoribus in Dei Eccleſiam mala ingentia. ibid auctoritate inſtruit Francorum Regem ad paciſcendum de concordia cum antipapa. num. 19. offert illi cardinalatum & legati apoſtolici in Sabaudia munus, vbi ſchiſma damnarit. ibid. remittit promeritas pœnas. ibid. iniquas ab antipapa propoſitas leges velut indignas reſponſo aſpernatur. num. 20. aberrantes Baſileenſes veniæ ſpe ad officium reducere ſtudet. ibid. Gueſnenſem archiepiſcopum pſeudocardinalem in ſchiſma relinquentem in archiepiſcopatu confirmat. num 21. prærogatiuis Caſimirum Regem Poloniæ exornat. ibid. Stephanum Regem Boſnę ob damnatam perfidiam commendat. ibid. B. Ioannem Capiſtranenſem cenſuræ fidei in Fraticellos præficit. num. 23. de pace Italica aſſerenda agit. num. 25. impetrat inducias inter Cæſarem & Hungaros. num. 26. in detrahentes Florentino concilio cenſuram fidei in Cypro exerceri iubet. num. 27. varia Saxonibus a Nicolao data reſponſa. num. 28. clerus populuſque Baſileenſis veniam ſchiſmatis ab eo poſcit. A. 1449 num. 1. reſtituit priſtinis iuribus Baſileenſes ciues. ibid. in nonnullas de ſacerdotijs conferendis exigendiſque annatis pactiones cum Cæſare venit. num. 2. Hungaros ad proferendam ſacram in Turcas expeditionem ſolicitat. num. 6. legationem decernit pro Alfonſo Rege & Florentinis conciliandis num. 8. exorientes in Burgundia Nouatores compeſcit. nu. 9. Felix V. antipapa profitetur publice Nicolaum V. eſſe verum pontificem. 1449. num. 1. pſeudocardinales Baſileenſes Nicolaum deligunt Pontificem per ſpeciem, vt ſchiſmaticos ad illius obſequium adducant. num 5. in Nicolai gloriam ob deletum ſchiſma celebrata Romæ publica lætitia. num. 7. in antipapæ ſectatores & Baſileenſes clementiam explicat. ibid. reſtituit Cardinalium collegio Ludouicum Arelatenſem exauctoratum Baſileenſium factioſorum ſigniferum. ibid. Manichæos Boſnenſes anathemate percellit. ibid. vetat Latinis ne Græcorum ritus vſurpent. num. 10. nullam nationum diſtinctionem habendam decernit. num. 10. neophytis etiam honores ſine diſcrimine conferendos ſancit. ibid. Felix antipapa abdicat ſe pſeudopontificatu, ac profitetur Nicolaum V. eſſe verum Pontificem. A. 1449. num. 1. eius anticardinales per ſpeciem ad ſchiſma abolendum deligunt Nicolaum Pontificem. nu. 5. & 6. celebratæ ob deletum ſchiſma Nicolai laudes. num. 7. in Felicis ſectatores clementia vtitur. ibid. Stephanum Vuayuodam & alios Manichæorum infectos erroribus de Chriſtifidelium cætu abigit. num. 9. Thomam epiſcopum Pharenſem ad Boſnam expurgandam mittit. num. 9. cum hæreticis catholicorum conſortium prohibet. ibid. neophytos ad honorum ſocietatem cum veteranis Chriſtianis adlegendos decernit. ibid. annum iubileum indicit. ibid. fideles ad pietatem hortatur. num. 11. Fabrianum ſe confert, vt peſtem Romæ graſſantem defugiat. num. 13. ancipiti morbo Tolentini laborat. ibid. docetur cœleſti viſo ipſum ex eo morbo non moriturum. ibid. prædicitur ei tempus mortis ab Eugenio IV. ibid. & 1454. num. 10. viſum cœleſte Bauerio medico exponit. 1449. num. 14 prædixerat illi antea pontificatum obiecta in ſomnis cœleſti ſpecie. ibid. ſua intendit ſtudia pro amplificanda Romanæ eccleſiæ dignitate. nu. 14. ſacra cum maxima pompa celebrat. ibid. plura ædificia erigit. ibid. iubileum annum celebrat. 1450. num. 16. itinera latronibus liberanda curat. ibid. B. Bernardinum inter ſanctos refert. num. 2. & ſeqq. edita ab eo miracula vix magnis libris includi poſſe teſtatur. nu. 3. mittit in Germaniam B. Ioannem e Capiſtrano ad propagandam Chriſtianam pietatem. ibid. Æneam Syluium a Tergeſtina ſede ad Senenſem traducit. ibid. Hungaris iubilei anni indulgentias concedit. ibid. colligit ingentes opes ex iubileo anno. n. 4. eas in ędificijs & ornanda Vaticana bibliotheca impendit. ibid. pro augenda gloria ſedis Apoſtolicæ libros vndique conquirit ibid. ſacramenta, quibus a Raſciæ deſpota, conſtrictus fuerat indigne reſcindit. num. 7. exorta in Hungaria diſſidia pacare ſtudet. ibid. Polonos in ſacra arma aduerſus Tartaros concitat. num. 9. Nicolaum S. Petri ad vincula Cardinalem legatum decernit in Germaniam ad ſedandas diſſenſiones exortas inter principes. A. 1450. n. 19. inſtaurandæ in Bohemia diſciplinæ eccleſiaſticæ munus eidẽ imponit. n. 12. Stephanum Thomam Regem Boſnæ in clientelam ſedis Apoſtolicæ aſciſcit. n. 13. proponit indulgentias fidelibus eius ſigna in Manichæos & Turcas ſecuturis. ibid. in Chaldæos eccleſiaſticam concordiam confundentes ſeuere animaduerti iubet. num. 14. equitum Rhodiorum adſtringit diſciplinam. ib. pacem a Rhodijs cum ſultano Ægyptio pactam reſcindit. num. 15. inſulam caſtri Rubei Aragonum Regi permittit. num. 17. obſiſtunt ipſi equites Rhodij. ibid. ſubſidia Alfonſo pro claſſe ſuſtentanda concedit. ibid. academiam Barcinonenſem inſtituit ibid. marchionis Ateſtini nothum filium ad gerendum principatum idoneum pronuntiat. ibid. Barcinonenſem academiam condit. num. 18. & Biſuntinam. ib. Gradenſem patriarchatum Venetias transfert eodem. A. 1450. n. 19. eo B. Laurentium Iuſtinianum exornat. ibid. Ludouicum e Campofregoſo roſæ aureæ munere exornat. ibid. Conſtantinum Dragaſem Imperatorem Conſtantinopolitanum commonet verbis, non rebus, initam fuiſſe cum Romana eccleſia Græcorum coniunctionem. 1451. num. 1. extractam rem fuiſſe a Ioanne Palæologo ipſius fratre demonſtrat. ibid. conſulit ne criminis fiat particeps. ibid. ſi ſint plura capita non credi vnam Eccleſiam. ibid. ſi ſit vna Eccleſia ex ſymbolo, ergo & vnum caput miniſteriale. ib. miſerum orientalis imperij propter ſchiſma ſtatum exponit. ibid. ſolicitat vt cogitet quæ cauſa tanti mali eſſe poſſit. num. 2. non aliam eſſe, quam ſchiſma ortum ſub Nicolao I. ibid. Græcos increpat ob crebra diffugia. ibid. prædicit diuinitus labente triennio Conſtantinopolim excindendam ni ſchiſma aboleat. ibid. promittit Conſtantino auxilia ſi ſchiſma tollat. ibid. præcipit, vt in ſacris diptychis Romanorum Pontificum nomen reponat. ibid. Gennadius patriarcha Conſtantinopolitanus prædictum diuinitus a Nicolao excidium regiæ eius vrbis profitetur. ibid. periclitanti Cypro ſubuenire nititur. num. 4. Caſtellanos inter ſe conciliare conatur. ibid. indulgentias collaturis ſtipem pro bello ſacro impertitur. ibid. Iudæos publicis muneribus interdicit. n. 5. vetat nouas condi ſynagogas. ibid. Iudæorum Saracenorumque teſtimonium contra Chriſtianum non valere decernit. ibid. animaduertendum in Iudæos blaſphemantes. ibid.

Digitized by Google

ibid. ſignum, quo diſtinguantur circunferendũ. A.1451.n.5. Iudæos relapſos iudiciariæ ſeueritati ſubijci iubet. num.7. cenſores fidei conſtituit in Gallijs. ibid. blaſphemos, diuinatores, ſodomitas & Lunani ſchiſmatis ſectatores plecti iubet. ibid. Gallos Angloſque inter ſe componere molitur. num.7. ob ciuilia eorum bella nudatum ſuis præſidijs Chriſtianum imperium deplorat. ibid. Nicolaum Cardinalem Cuſanum legatum mittit in Angliam. ibid. Cadomenſis academiæ iura confirmat in Normannia. num. 9. Glaſguenſem erigit in Scotia. ibid legatum decernit in Neapolitanum regnum. ibid. tribus Cardinalibus inſtituendæ de miraculis S. Vincentij Ferrerij religioſæ actionis prouinciam dat. num.16. mittit duos Cardinales legatos, qui venienti Friderico Cæſari occurrant. A.1452.num.1. illi Fridericus Cæſar & Imperatrix flexo genu pedem deoſculantur. nu. 2. Longobardici regni inſignia, ferream ſcilicet coronam, illi imponit. num.2. ſacramentum fidei ab eodem exigit. ibid. auguſtalibus Caroli magni ornamentis eundem inſignit. ibid. quid oranti Friderico reſponderit. ibid. ſtratoris munus ipſi exhibet coronatus Imperator. ibid. ingentia conſilia agitat cum Friderico irrito exitu. num.4. conſulitur, vt vniuerſorum Chriſtianorum expeditionem indicat in Turcas. ibid. Strigonienſis archiepiſcopi prærogatiuas confirmat, num. 5. Æneam Syluium in Bohemia & alijs prouincijs internuntium creat. num. 6 tutelam Ladislai Hungariæ Regis Friderico Cæſari aſſerit. num.7 redimendis Caſtellanis ex Maurica ſeruitute dat operam. num. 9. Luſitanos ad bellum ſacrum in Mauros hortatur. nu.11. concedit indulgentias pro reficiendis Septæ propugnaculis. num. 12. percuſſit anathemate adulteratores pontificiorum diplomatum. nu.13. inter Suecum & Danum redintegrare concordiam conatur. nu.14. pacem colit ardente inteſtino bello Italia. num.16. bellum vt populorum peſtem odit. ibid. & ciuilia Albanenſium bella ſedare conatur. ib. in concubinarios ſanctionem edit. n.19. Iſidorum Cardinalem ad Græcos Eccleſię conciliandos mittit. 1453. n.1. claſſem inſtruit pro ferenda ope imperio Conſtantinopolitano. nu.2. Iacobum epiſcopum Raguſinum illi præficit. ibid. Ioannem Huniadem ad ferenda auxilia ſolicitat. num.3. Nicolai claſſis ſerius nauigauit. ibid. Italicam pacem componit. 1453. num.7. vrget Alfonſum, vt eam admittat. ibid. monetur a Friderico Imperatore quanta immineant orbi Chriſtiano excidia. A.1453. n.8. concitare nititur fideles in Turcicam expeditionem. num. 9. denuntiat Mahometem II. in apocalypſi per draconem ſeptem diademata gerentem præſignatum. ibid. Mahometem ipſum eſſe inſigne membrum illius monſtri. ibid. adiurat per ſacra baptiſmalia Reges, ac principes, vt arma accipiant vertantq; in Mahometanos. ibid. exponit extremam tuendæ rei Chriſtianæ neceſſitatem. ibid. proponit crucesignatis indulgentias. ibid. pontificias omnes obuentiones ex ſacerdotijs huic rei addicit. ibid. non exceptis Cardinalibus, vniuerſo clero decumam imponit. num. 11. auxilia ferentes Turcis grauioribus pœnis percellit. ibid. pacem vniuerſis fidelibus imperat. ibid. Genuenſes ad mutuam concordiam ſollicitat. ibid. Hiſpanos ad retundendas Maurorum excurſiones ſolicitat. num. 18. impollorum graſſationes coercere iubet. num. 19. vetat ſicarijs & facinoroſis vllum aſylum pandi. nu.22. clericos abijcientes habitum clericalem iudicibus ſæcularibus ſubijciendos decernit. nu. 22. epiſcopis legum ſeueritatem diſſoluentibus pœnas intendit. ib. diuinitus oſtenſum Nicolao non læſum iri a Stephano Porcario. num.24. periculoſam coniurationem eiuſdem Stephani reſtinguit. ib. vincire illum proditor catena aurea, & necare ſtatuerat. ib. Ioannem epiſcopũ Papienſem ad Francofurtenſes conuentus pro decernendo Turcico bello mittit. A.1454. num.5. Dominicum Capranicam S. Crucis Cardinalem legatum decernit pro componenda Italica pace. num. 7. roſam auream ad Alfonſum Regem Luſitaniæ dono mittit. ibid. Alfonſo Regi ſubijciendi regna barbarica poteſtatem iuſque confert. num.9. Ghineæ imperium eidem concedit. ibid. eius ad Cardinales oratio. num.10. docet qua arte ſeruanda ſit maieſtas eccleſiæ. ibid. cur pacis tempore muniendæ arces. ibid. cur augenda vrbis decora. ibid. aduerſus externorum & domeſticorum vim paratos eſſe Pontifices admonet. ibid. plures perſecutionem paſſos cum parati non eſſent ibid. quis ſit finis politicæ artis eccleſiaſticæ. ibid. euulſæ a Nicolao reliquiæ ſchiſmatis. num. 11. culta pax refectumque ærarium. ibid. ſupellex ſacra aucta. ibid. commendata ab eo Cardinalibus eccleſia. ibid. communit ſe ſacramentis. num. 12. monet epiſcopum Atrebatenſem, vt lacrymas vertat in preces. ibid. tempus illius pontificatus. ib. inſtauratæ ab eo ſacræ ędes. n.13. ornata vrbs. ib. quos Cardinales creauerit. A. 1454. nu. 14. Græcos codices poſt excidium Conſtantinopolitanum vndique conquiſiuit. num.15. vindicauit ab interitu. ibid. pietatem coniunxit cum literis. ibid. accingebat ſe ſacro in Turcas bello. ibid. literarum amantes fouit. num. 16. virgines inopes dote iuuit. ibid. ſimoniacam fraudem odit. ibid. virtutes in ſe expreſſit, quas in Pontifice expetierat, dum laudauit Eugenium IV. ibid. illius epitaphium. ibid. ſuccedit ipſi Calliſtus. num.17.

Nicolaus Cuſanus S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis. decreta ei a Nicolao V. Bohemica legatio. A.1450. num.10. magnifice in Germania excipitur. ibid. quæ ſit vis indulgentiarum explicat. ibid. corruptelas plures abolet. ibid. miſeram mulierem, quæ diabolica ope vincebat in haſtiludijs, e dæmonis ſeruitute liberat. num.11. diſciplinam eccleſiaſticam iubetur inſtaurare inter catholicos. num. 12. de pace inter Podiebratium & catholicos agitat. ibid. in Angliam pro pace inter Gallos Angloſque concilianda miſſus. 1451. n.7. iuſſus cum Ænea Syluio paci componēdæ inter Fridericum Cæſarem & coniuratos operã. ib. de Ladislai Regis tutela dare certantes. 1451. n.6. repulſus ab Auſtriacis. n.6. pertentat Bohemorum animos; vt catholicos ritus amplectantur. num.8. demonſtrat Baſileenſis concilij pactiones prætermittendas videri. num. 9. in Poloniam pro ſedando Pruthenico bello miſſus. 1454. nu.10. & 11. damnata ab eo Pruthenorum fœdera. num. 12. creatus Cardinalis tit. S.Petri ad vincula. 1455. nu.14. miſſus legatus in Angliam a Calliſto. n.15. inteſtina bella ſedare iuſſus. ib.

Nilus. de eo in mare rubrum deriuando ab Ægypto ſcribit Calliſtus ad Æthiopum Imperatorem. 1456. num.48.

Normannia. ab Anglis amiſſa. 1450. num.20.

Noruuegia. a Carolo Rege Sueciæ Dano erepta. 1452. n 14.

Norembergenſes cœtus. in ijs ſancitum delendos internecione extrema hæreticos. num. 20.

Nuptiæ, ijs pia virguncula mortem præfert. 1456. num.72. vid. *Matrimonium*.

O

OBlatarum ordo montis Oliuetani. a S.Franciſca inſtitutus. A.1433. num.32.

Obſeruantes Minoritæ. Eugenij IV. decreto diuiſi a conuentualibus ob mutuas diſcordias. 1446. n.13.

Odo Columna Cardinalis. vid. *Martinus V.*

Odo epiſcopus Dertuſenſis pſeudocardinalis. poſitis inſignibus ad Eugenium IV. redit. A.1445.n.25.

Oecumenicus. in quo ſenſu Ioſepho patriarchę Conſtantinopolitano œcumenici nomen permiſſum ab Eugenio IV.1439.n.6.

Oleum. a Chaldæis impie in ſacra Euchariſtia appoſitum.1445.nu.22.id vetitum ab Eugenio IV.ibid.

Oliuerius de Augio. creatus Cardinalis tit.S.Euſebij.1456.n.73.

Opes.collectæ ex iubileo.1450.num.4. collocatæ in pijs operibus.ib.

Orationes. vid.*Preces*.

Ordinis ſacramentum.quę ſit illius ſacramenti materia,quæ forma, quis miniſter.1439.n.15.

Ordo tertius pœnitentium. reſtituitur. 1420.num.7.

Orebitæ heretici. crudeliſſimi in ſacerdotes catholicos.1421.n.5.

Orientales. ob ſchiſma & hæreſes conculcatos fuiſſe a gentilibus profitentur. 1441. num.1. orientales Chriſtiani vetiti ſpoliari ab occidentalibus intentato anathemate. 1456. num.65.

Originale peccatum. diuerſæ ſunt pœnæ morientium in originali peccato a pœnis morientium in peccato lethali.1439.num.8.

Ornatus vani. vid.*Luxus mulierum*.

Orphanorum ſecta. in Bohemia mortuo Ziska exorta. 1427. num. 12. in concilio Baſileenſi concordiam reſpuunt.1433.num.2.vid. *Thaborita*.

B.Oſmundus epiſcopus Sarisberienſis. a Calliſto inter ſanctos aſcriptus. 1457. num. 81. doctrinæ & ſanctitati miraculorum gloriam in vita coniunxit. ibid. ex ſtirpe regia genus traxit. num. 82. Sarisbetienſis eccleſia ab eo locupletata. ibid. ſanctorum vitas conſcripſit. ibid. virtutibus & miraculis poſt mortem effloruit. num. 83. a Gregorio IX. inſtituta fuit de ijs religioſa actio. ibid. inſtaurata a Martino V. num. 84. iterum a Nicolao V reperita.num.85.Guillelmus tit. S. Martini in montibus illi excutiendæ præfectus. ibid. quo ritu ſanctorum honos illi decretus. nu. 86.indulgentię eius ſepulchrũ veneraturis propoſitæ. num. 87. celebrata translatio reliquiarum ipſius. ibid.

B.Oſualdus.eius mors.1428.n.22.

P

Palaſtina.eam Chriſti cultui reſtituere Calliſtus meditatur. A. 1457. num.69.

Palamas ſcriptor ſchiſmaticus. cultus a Græcis,quia plura in catholicos deblaterat.153.n.15.

Paniſcola. a Martino V. data Alfonſo Regi Aragonum.1429.n.6.

Pariſienſes doctores. ob imperatã decumam contra Turcas perperam prouocant a Pontifice ad concilium. A.1457.num.54. reſciſſa ea prouocatio a Calliſto vt hæretica conuellens articulum: *Et in vnam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam*.n.57. exponente pro euangelio Pontifice vitæ neceſſaria, decimas ipſi denegant. ibid.

Paſcha. qui cenſendi communicaſſe in paſchate.1440.n.19.

Paſſio dominica. eam ſingulis noctibus recolere ſolitus eques de mortis tempore præmonitus.1427.num.5. in illa recolenda B.Coletæ ſtudium. 1447.num.29.

Pater & Filius. non ſunt duo principia Spiritus ſancti,ſed vnicum. 1439. num.4. decepti Gręci male opinando dicere Latinos Patrem & Filium eſſe duo principia.n.5.vt intelligendum ſit Spiritum ſanctum procedere ex Patre per Filium. ib. Pater dat omnia Filio præter eſſe Patrem. ibid. cur Pater diuinus dicatur ſolus ſons diuinitatis a S.Dionyſio. 1449.n.17. cur dicatur procedere Spiritum ſanctum ex Patre per Filium.ibid.

Patientia. B. Liduuina mira patientia clara.1433.num.31. ſalutata ab archangelo ante mortem.ibid.ſuauiſſimis odoribus diuinis fragrat.ibid. quamuis ægra, corpus cilicio macerabat. ibid. aſſidue Chriſti paſſionem meditari conſueuerat. ib. poſt mortem inſigni fulget pulchritudine.ibid.

Patræ.a Græcis ademptæ Latinis.1430. num.8.

Patriarchales eccleſiæ.earum ordo.1439. num.8.

S.Paulus.vid. *SS.Petrus & Paulus Apoſtoli*.

Paulus archiepiſcopus Craienſis. Macedonas crucis ſymbolo inſignire iuſſus. 1457. num.29. relabitur ad ſchiſma.ibid.corrumpit populos ad quos mittitur.ibid.vetat infidelibus prædicari verbum Dei. ibid. pontificiam poteſtatem ſibi arrogat.ibid. vocatur in ius.num.30.

Peccatum.non cuiuſuis eſt illud punire, ſed illus, qui auctoritate ad illud polleat. 1436.n.16.

Pecuniæ contemptus. vid.*Contemptus rerum*.

Pera. poſt excidium Conſtantinopolis Mahometi dedita, muriſque exuta. 1453.num.6.

Pericula. aiebat Calliſtus III. ea eſſe agrum,ex quo meſſis & fructus gloriæ colligantur. 1458.n.41.

Peruſium.a Martino V. recuperatum. 1424.n.15.

Peſtis. e Turcarum cadaueribus inſepultis exorta in Belgradenſi agro. 1456.n.51.

SS.Petrus & Pauli Apoſtoli. Eugenio IV. ſanitatem reſtituunt,ac de pontificatu ab eo adipiſcendo certiorem faciunt.A.1431.n.4.ſacrilegi puniti, qui gemmas a capitibus Apoſtolorum Petri & Pauli abſtulerunt.1438.num.25.die feſto S.Petri iuſſi Florentini prælium committere aduerſus hoſtes Eccleſiæ. 1440.num.81. parta diuina ope de ijs victoria.ibid.de S.Petri denario 1444.num.1.6.cum.

Petrus e Luna antipapa. Paniſcolæ pſeudoſynodum cogit. 1417. num. 51. conſultum illi, vt inſignia pontificalia abijceret. ib. & permittitur Martinum deligi a ſuis pſeudocardinalibus. ibid. allaturum eccleſiæ publicam offenſionem. ibid. propoſitum illi hæreſeos & ſchiſmatis notam non poſſe defugere.ibid. bis ſpretis perſtat in flagitio. ibid. ad eum armata manu in ordinem redigendum miſſus in Aragoniam Alamannus tit. S. Euſebij presbyter Cardinalis. 1418. num. 12. vrgetur a ſuis vt tantum malum ex Eccleſia tollat. ibid. obgannit ſpernendum veluti ſcandalum phariſæorum.ib.refellitur impia eius calumnia propoſitis ſanctorũ præſulum, qui de ſtatu dignitatis ſponte receſſerunt,& Chriſti, qui ſe dimiſit, exemplis. ib. adductæ S. Auguſtini auctoritates.ib. propoſitum S. Gregorij Nazianzeni,qui patriarchatu Conſtãtinopolitano ſe abdicauit, exemplum. nu. 13. ſacramẽto ab ipſomet nuncupato conuincitur Petrus e Luna. ibid. propoſitum illi a ſuis nunquam ipſum, vel eius prædeceſſorem habitos veros Pontifices a maiore parte Chriſtiani imperij, ſed habitos intruſos. ibid. vrgetur a ſuis vt ſe purget ab obiectis. ibid. deſeritur a pſeudocardinalibus. num. 14. B. Vincentius Ferrerius ſe confert ad Petrum e Luna,& multis argumentis adhortatur, vt pareat Conſtantienſi concilio. eod. num. 14. in pertinacia perſtantem deſerit. ibid. fouetur antipapa ab Alfonſo Rege Aragonum. num. 15. nonnulli Hiſpani cum illo ſentiunt. ibid. Scoti eidem adhærent. ibid. Balthaſare Coſſa ad Martini pedes ſe abijciente, hæret in pertinacia. 1419. num. 6. ſolemni ritu anathemate damnatus a Martino Papa. 1419 num. 6. eius pertinacia ab Alfonſo Rege Aragonum de induſtria alitur.nu.7. internuntij ad eum ferro edomandum curę cluſæ. ibid.Petrus Cardinalis Fonſeca ad populos cruce inſigniendos contra illum legatus creatus. 1420. num. 2. Paniſcolam expugnare iuſſus. ib. ſucceſſu irrito diſſoluta expeditio. nu. 3. fouetur antipapa ab Alfonſo Rege Aragonum ex politicæ artis impietate Martini V. Pontificis odio. 1421. nu.3. de-

Digitized by Google

declamar antipapa impie in Con-
ſtantienſem ſynodum . ibid. eius
ſectatores in iudicium vocati .
A.1422. num. 25. conniuente præ-
dicto Alfonſo Rege Aragonum,
ſchiſma confirmat. 1423. num. 4.
lata in eum & ſectatores a Marti-
no V. ſententia. nu. 5. in ſchiſmate
& hæreſi miſere moritur. num. 7.
procurante Aragonum Rege nouus
antipapa illi ſuffectus. ibid.
Petrus Fonſeca, pſeudocardinalis vr-
get Petrum e Luna vt cedat. 1418.
num. 12. damnat ſchiſma . num.
14. creatur diaconus Cardina-
lis S. Angeli, ibid. humaniter
exceptus a Martino . 1419. num.
3. commiſſa illi Conſtantinopoli-
tana legatio pro Græcis ad eccle-
ſiam Romanam traducendis. 1420.
num. 1. proficiſci primum in Ara-
goniam iuſſus ad contrahendum,
cruceſignatum exercitum aduerſus
Petrum e Luna . num. 2. irrito
exitu diſſoluta expeditio fauente,
Alfonſo Rege antipapæ. num 3. le-
gatus ad Græcos in gremium Ec-
cleſiæ reuocandos decretus. 1421.
num. 16.
Petrus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica. in Siciliæ regnum legatus
decernitur . 1418. num 29. Re-
ginæ ſacramento fidei deuincien-
dæ, conferendæque illi coronæ
poteſtate inſtructus , ibid. iuſſus
regni diſſidia componere, num.
30.
Petrus Luſitaniæ regiæ princeps. crucem
induit aduerſus Bohemos hæreti-
cos. 1420. num. 12.
Petrus tit. S. Stephani in Cælio monte Cardinalis Fuxenſis. in Arago-
niam legatus miſſus a Martino V.
1425. num. 1. negata illi ab Al-
fonſo commeandi libertas . num.
2. iuſſus ab eodem Pontifice,
Aragoniam ingredi. 1427. num.
20. ab Aragonum Rege apoſtoli-
cum iudicium metuente excipitur
honorificentiſſime num. 21. coo-
pertum caput habentem Rex nuda-
to capite alloquitur. ibid. poſtulat
ab Alfonſo, vt antipapa cogatur ad
obſequium Pontifici deferendum.
num. 22. ſi perſtet in pertinacia,
tradatur Pontifici ib. vt Rex ipſe
libertatem eccleſiaſticam reſtituat.
ibid. aliquandiu deluſus ab Alfon-
ſo Rege Aragonum. 1429. num. 1.
demum confectas cum eo pactiones
pro abolendo ſchiſmate confirmat.
ibid. ſacramento fidei antipapam
in Pontificis obſequium adigit. n.
4. clementiam explicat in ſchiſma-
ticos. ibid. pſeudocardinales ad
ponenda falſæ dignitatis inſignia,
adducit. num. 6. Paniſcolam Regi
Aragonum tradit . ibid. Dertuſen-
ſem ſynodum indicit. ibid. de re-
ſtituenda eccleſiaſtica diſciplina,
agit. num. 7. ſacramento adigit
Aragonum Regem eccleſiæ iura,
eum non inuaſurum. ib. plura ſan-
cit de corruptioribus moribus
emendandis, num. 8. iubet catechi-
ſticos libros promulgari. ibid. &
parochos fidei documenta e ſugge-
ſtu repetere. ibid. vetat laicos di-
ſceptare de fide. ibid. de Euchari-
ſtiæ ſacramento ſanis & infirmis
tradendo veteres leges inſtaurat .
num. 9. calumniatores ſacerdo-
tum percutit anathemate. ibid. me-
dicis prohibet , ne conueniant
ægros, niſi illi tertia conuentione,
conſcientiam expiarint. ibid. præ-
ſules Aragonij in eum inſigni de-
miſſione vſi . ibid. queritur Ioan-
nes Caſtellæ Rex a Petro legato
Alfonſum Regem Aragonum foue-
ri. num. 10. nauata ab eo opera,
pro inſtauranda inter Aragonium
& Caſtellanum Reges concordia,
ibid. excipitur a Rege Caſtellæ
maximis honoribus . ibid. honori-
ficentior locus datus illi ab eo-
dem Caſtellæ Rege . ibid. Tarra-
conæ celebrat ſynodum . A. 1430.
num. 5. confirmata eius acta a Mar-
tino V.
Petrus regiæ Aragoniæ princeps. Alfon-
ſo Aragonum & Ioanne Nauarræ
Regibus captis in prælio ægre, fu-
ga lapſus. 1435. num. 14.
Petrus epiſcopus Auguſtenſis . creatus
Cardinalis ab Eugenio IV. 1439.
num. 41.
Petrus Barbus Eugenij IV. ex Sorore nepos. creatus diaconus Cardinalis
S. Mariæ nouæ, deinde auctus titulo
S. Marci. 1440. num. 11. in ponti-
ficatu Pauli II. nomen ſibi indidit.
ibid.
Petrus Fregoſius . creatur Genuenſium
dux. 1450. num. 19. petitus bello
ab Alfonſo Rege Aragonum &
vtriuſque Siciliæ. 1455. num. 35.
arguit eum non vertiſſe arma in,
Turcas, ibid. triumphat de aduer-
ſarijs. nu. 36. rogat Henricum VI.
Anglorum Regem vt arma vertat
in Turcas . 1456. num. 6. hortati-
uæ eiuſdem literæ ad Alfonſum,
Regem Luſitaniæ. num. 9. Alfon-
ſo Regi Aragonum perfidiam ex-
probrat. 1456. num. 11. bello ab
eo vexatur. nu. 12. ſubſidia orien-
talibus Chriſtianis ſubmittit. ibid.
petitur bello ab eodem Alfonſo,
1457. num. 64. Gallos dedita Ge-
nua in eum concitat . ibid. nullis
precibus flectere ad pacem Alfon-
ſum Regem poteſt. 1457. num. 29.
ex deſperatione Gallo Regi Genuæ
imperium defert . ibid. premitur
grauiore bello . ibid. inter hæc ex-
tincto Alfonſo belli curis ſoluitur .
ibid.
Petrus Luſitanæ regiæ princeps. dum ty-
rannidem affectat, in prælio ab Al-
fonſo cæſus 1452. n. 12.
Petrus archiepiſcopus Tarraconenſis.
creatus pontificiæ claſſis aduerſum
Turcas legatus. A. 1455. num. 28.
ſacramento obſtrictus inſectando-
rum Turcarum. num. 29. prodit im-
pie Chriſti cauſam. 1456. num. 12.
cruceſignatum naualem exercitum
auertit in Ligures . ibid. in eum vt
proditorem Chriſtianæ rei decla-
mat Calliſtus. ibid. in gratiam po-
ſtea cum ipſo Pontifice reuerſus
legatus decernitur pro componen-
da pace inter Carolum Vianæ prin-
cipem & Ioannem Regem. 1458.
num. 36.
Petrus Borgia . creatus a Calliſto pa-
truo Spoleti dux partis inique opi-
bus eccleſiaſticis potiri nequit.
1458. num. 41.
Philippus Ioannis ducis Burgundiæ filius.
paternam cædem vlciſcitur in Gal-
los . 1419. num. 9. vindicta ardens
Gallos eius partibus addictos pro-
dit Anglo Gallorum hoſti Lutetia ,
& ſexdecim vrbibus illi traditis .
1420. num. 6. Gallicum ſceptrum,
transfert in Anglum. ibid. omnium
primus in Angli verba iurat , ibid.
duci Brabantino fert auxilia aduer-
ſus Leyceſtriæ comitem. 1425. n. 9.
prælium ſingulare condicit cum,
eodem comite. ibid. diſturbatum a
Martino V. impium illud prælium .
ibid. inſtituit militiam velleris au-
rei in honorem B. Virginis . 1425.
num. 18. ſollicitatus a Martino V.
vt pacem faciat cum Carolo Gallo-
rum Rege, ſi Angli pacem reſpuant .
1430. num. 4. tangatur auiti regni
reſtituendi dignitate , & metu diui-
no. ibid. tranſmiſſa ad eum ab Eu-
genio Euchariſtia , quæ diuinitus
ſanguine fluxerat perfoſſa ab im-
pio. 1433. n. 27. in Diuionenſi ſacel-
lo eam ipſe collocat. ib. repudiata
ab Anglo pace, eam init cum Caro-
lo VII. & quibus legibus. 1435. n. 5.
permotus ad eam eſt cum dirarum
obnuntiatione facta a B. Nicolao
Albergato Cardinale panem nigre-
ſcere, eiuſq; precibus candeſcere vi-
diſſet. ib. ſolutus onere ſacramenti
Carolo Regi nuncupandi hæredes
obſtringit . ibid. Anglos de conci-
liata pace certiores facit . num. 6.
rogatus ab Eugenio Papa , vt ten-
tum in carcere Renatum vocatum
ad regnum Neapolitanum dimit-
tat. num. 15. ſollicitatus , vt clemen-
tia vtatur erga Renatum Regem,
tentum in carcere , 1436. num. 21.
Baſileenſibus ſchiſmaticis morem,
geri vetat. 1439. num. 27. in priſti-
na pietate confirmatus. ibid. claſſem
parat in Turcas. 1444. num. 4. Ger-
manos vrget , vt Eugenium Ponti-
ficem colant. num. 13. claſſem im-
mittit in Turcas. 1445. num. 14. pro
Colonienſi ac Treuerenſi archiepi-
ſcopis a neutralitatis ſchiſmate ad
Eugenium reuocandis interpretem
agit. 1446. nu. 4. inſectatur ſchiſma-
ticos.

Digitized by Google

ticos. num.6. bello ſacro in Turcas ſe deuouet. A.1453. num.13. deinde ludis & comeſſationibus rem gerit. ibid. profitetur ſecuturum ſe Cæſarem, vel Pannoniæ Regem, vel alium magnum principem in Turcas. 1454. num.2. polliciti eius oratores in Francofurtenſibus conuentibus ducturum exercitum in Turcas. 1455. nu.1. commendata a Nicolao eius conſilia. num.2. fideles ad ſequenda illius ſigna ſolicitati. ibid. Tullenſis & Atrebatenſis epiſcopi decreti legati, qui eius lateri hæreant. ib. Nicolaus Tullenſem & Atrebatenſem epiſcopos decernit, qui Burgundiæ ducem in crucefignato exercitu ſequantur. 1455. num. 2. e manibus Ioannis tit. S. Stephani in Cœlio monte ſacræ militiæ in Turcas ſymbolum accipit. 1455. num. 31. inter eum & Gallum pax confirmata. ib. Ludouicus Delphinus a patre Carolo VII. ad eum ſe confert. 1456. num.5.

Philippus Maria Mediolani dux. Genuam ſibi ſubijcit. 1421 num. 23. Imolam capit. 1424. num.18. affectat Bononiam. ibid. Florentinos prælio vincit. ibid. Genuenſes ad defectionem ab ipſo concitare nititur Aragonum Rex, immiſſa claſſe. 1425. num. 5. Florentinos cædit. ibid. Brixia a Venetis ei erepta. 1426. num.21. ingenti preſſus bello Forumliuium Imolamque Pontifici reſtituit. ibid. interprete B. Nicolao Albergato cum Florentinis & Venetis pacem redintegrat. 1428. num.2. in defectione confirmat Mediolanenſes. 1431. num.11. exercitum immittit duce Piccinino ad vexandum Pontificem. 1432. n.21. profligatus a Florentinis in agro Piſano. ibid. pacem pangit cum Venetis. 1433. num.13. Venetis reſtituere arces cogitur, quas in Bergomenſi agro inuaſerat Florentinis Piſanum comitatum, nonnullaſque arces Montisferrati marchioni. ibid. ab Etruriæ imperio affectando abſtinere iuſſus. ibid. graue bellum conflat in Eugenium. num. 26. ſub nomine concilij Baſileenſis eum opprimere nititur. ibid. Florentini & Veneti in eum incitati. ibid. decreti ad eum a Baſileēſibus oratores vt bello abſiſtat. num.27. fingit ſe creatum a concilio in Italia legatum. A.1434. nu.5. promulgata eius fraus. ibid. nefanda eiuſdem ducis in Eugenium molimina. num. 7. pronuntiatur inſons conflatæ a Nouarienſi epiſcopo proditionis in Eugenium IV. 1435. num.10 pacem conficit cum eodem Pontifice. ibid. reſtituit illi capta oppida. ibid. duces reuocat ex Æmilia. ibid. nullum ius in Neapolitano regno affectaturum pollicetur. ibid. miſſa claſſe aduerſus Alfonſum Regem Aragonum, eum capit cum Nauarræ Rege. 1435. num.15. ſine vllo redemptionis pretio dimittit. ibid. Baſileenſium ſchiſma arcere nititur. 1439. num.19. conciliatur Eugenio. ibid. nullis promiſſis adduci potuit, vt ſocero antipapæ adhæreret. 1440. num.7. fertur iterum coniuraſſe cum Ioanne Vitelleſcho in Eugenium. 1440. num.11. eius dux Nicolaus Piccininus diuinitus a Florentinis profligatus. ibid bellum componit. 1441. num. 18. filiam notham Franciſco Sfortiæ nuptui collocat. ib. fœdus cum Eugenio inſtaurat. 1444. n.12. repérino morbo oppreſſus moritur. 1447. n.25. abnuit ſacramenta accipere, & medicum conſulentem ſacrā exomologeſim faceſſere iubet. ibid. perſtrictus a S. Bernardino quod diuinum pene cultum ſibi exhiberi vellet. ibid. tentanit eiuſdem ſancti viri integritatem, ſed fruſtra. ib. ob quingentos aureos, quos ad S. Bernardinum miſerat pauperibus erogatos virum ſanctum laudat, ac deinceps honore proſequitur. ibid. eius forma & mores ibid. in pace bellum, in bello pacem quærebat. ib. expaueſcebat ad tonitrua & fulmina. ibid. qua arte Mediolanum a peſtifera contagione vindicarit. ib. turbarum in Baſileenſi concilio magnus auctor extitit. ib. cur Eugenio IV. infenſus fuerit. ib. Æneam Syluium declamantem aduerſus eundem Eugenium ſacerdotio ſpoliat. ib. fertur teſtamento reliquiſſe Alfonſo principatum Mediolanenſem. 1452. n.16 grauiſſimum bellum ea de cauſa in Italia conflatum. ibid.

Philippus Calandrinus frater Nicolai V. creatur ab eo Cardinalis. 1455. num.14.

Philippus Aquilanus. miraculis illuſtris. 1455. n.60 laudatur de victorijs relatis de carnis ſtimulis. ibid.

Philotheus patriarcha Alexandrinus. propoſitam ab Eugenio Papa orthodoxæ fidei formulam excipit. 1442. n.8. Eugenij nomen refert in diptycha ibid.

Phutenſe regnum. in eo Ioannes Rex Luſitaniæ fidem amplificat. 1418. num.21.

Pilzineuſes. oppreſſi ab hæreticis prouocantur ad diſceptandum de fide. 1427. nu.7. præmonentur a Martino V. nefas eſſe de fide tot argumentis confirmata ambigere. ibid.

Piſani. priſtinum reipublicæ decus reſtituere annituntur. 1431. n.12. oppreſſa eorum conſilia. ibid.

Pœna. exercitæ ijs hæretici facilius conuerſi. 1422. n.24.

Pœnitentia. tres ſunt illius ſacramenti partes, contritio, confeſſio, & ſatisfactio. 1439. num.15. quæ ſit illius materia, quæ forma. ibid.

Pœnitentum tertij ordinis S. Franciſci familia. amplificata a Iacobo Rege Neapolitano, qui relicta vxore adultera ſolitariam vitam eſt amplexus. A.1420. n.7.

Poggius Florentinus. Laurentium Vallam redarguit. 1446. n.9.

Politica ars eccleſiaſtica. inſignia de ea præcepta Nicolai V. 1455. num.10. quis ſit illius finis. ibid.

Politici. arrogant ſibi in Anglia ſacerdotiorum conferendorum auctoritatem. 1426. num. 19. cenſuris eccleſiaſticis perculſi a Martino V. num. 20. aſſentantur Vladiſlao Regi regio iure ſpectare ad Regem, vt epiſcopos deſignet. 1429. num.14. crucefignata in Bohemos hæreticos arma Angli auertunt ad Gallos obruendos. num.16. debellati diuinitus ab imbelli virguncula. ibid.

Politicus pius. delatam ab hæreticis Bohemicam coronam ſpreuit Vitoldus Lituaniæ dux ne Deum læderet. 1430. n.7.

Polonia. in eam irrepit Huſſitica hæreſis. 1422. n.22.

Pontifex. in veteri teſtamento pontifex fuit legis diuinæ interpres. 1451. n. 12. §. dubia.

Pontifex Romanus, & Pontificatus nouæ legis. aſſerta Romani Pontificis dignitas a Ioanne Turrecremata. A.1432. num.8. Baſileenſes contendunt concilium illi dignitate antecellere. 1432. num.15. eorum argutiæ. ibid. ambigui & non ambigui Pontificis longe diſpar auctoritas. ibid. transferri poſſe concilium a Pontifice demonſtratur. 1433. nu.4. B. Ioannes e Capiſtrano tuetur auctoritatem pontificiā contra concilium. num.9. Pontificem non ambiguum ſibi ſubijcere meditati Baſileenſes. ibid. obſequia deferri ſolita Romano Pontifici a Cæſaribus coronandis 1433. num.14 eius ſe iura illibata ſeruaturos pollicebantur. ibid. ipſumque in omnibus defenſuros ibid. nullum eſt œcumenicum concilium, quod pontificia auctoritate careat. num.16. id affirmare ſacrilegum & hæreticum vocat Eugenius Papa. ibid. ante Baſileenſes conuentus nunquam lis mota, vt Pontifex non ambiguus ſubmitteretur concilio. ibid. num.19. §.1. in fi. vt Sigiſmundus Cæſar ad pedis & oris oſculum admiſſus ab eodem Eugenio. num.20. quæ ſacramenti formula Pontifici ab eo nuncupata. ibid. pollicitus Pontificem in omnibus defenſurum. ibid. ad gradus baſilicæ S. Petri aurea corona redimitus. ibid. ſtratoris munus exhibet Pontifici. ibid. pontificiam libertatem confirmat. num.21. eius de ea re decretum. ibid. & nu. ſeqq.

Digitized by Google

6. illi Iacobus Card. S. Euſtachij præficitur. ibid. cur augenda ſint illius decora. 1455. num. 10. a Conſtantino magno pontificibus relicta. A. 1455. n. 23.

Romana eccleſia. vid. *Eccleſia Romana.*

Romani. a Martino V. iuſſi inducias inter ſe inire, 1419. num. 4. imminentes Romanorum ſeditiones oſtenſæ diuinitus S. Franciſcæ viduæ Romanæ. 1431. num. 10. Columnenſes in vrbem irrumpentes propulſant. ibid. vexati a Nicolao Fortebrachio rebellant in Eugenium. 1434. num. 5. Pontificem in carcerem deducere impie moliuntur. num. 9. fugientem indigne inſectantur. ibid. eorumdem furor. ibid. purgant ſe ab eo flagitio complures Romani. num. 8. in gratiam admiſſi ab Eugenio. ibid. poſt rebellionem ingentibus malis Romani attriti. num. 11. in Pontificia obſequium reuocati. ibid.

Romanus Pontifex. vid. *Pontifex Romanus.*

Romanus de Abiamonte nobilis Vrbeueranus. recipiendis eccleſiaſticis arcibus a Martino Papa præfectus. 1419. num. 4.

Roſa aurea ſacra prece a Pontifice ſacrata. miſſa ad Sigiſmundum Imperatorem. 1436. num. 20. §. Inſigne. alia Genuenſium duci. 1450. num. 19. §. Poſtremo. alia Alfonſo Luſitaniæ Regi. 1454. nu 7. §. Nunc. alia Carolo Francorum Regi. 1457 nu. 52. myſtica eius interpretatio. ibid.

Rothomagenſis archiepiſcopus. a Lugdunenſis archiepiſcopi imperio ſolutus pronuntiatur. 1458. num. 37. Lugdunenſes a Pontificio tribunali in re eccleſiaſtica impie prouocare ad regium auſi. ibid. intentatum a Calliſto anathema Lugdunenſibus & regij edicti vis diſſoluta. ibid.

Roxburgum. obſeſſum a Iacobo Rege Scotiæ, eoque fruſtis tormenti bellici laniato liberatum. 1457. num. 59.

S

SAbaudus. vid. *Amedeus*, & *Felix V. antipapa.*

Sabelli. a Martino V. in gratiam admiſſi. A. 1420. n. 11.

Sacellum pontificium. vetitum a Calliſto haberi in eo conciones, ni prius magiſtro ſacri palatij oſtenſæ fuerint. num. 70.

Sacerdotes, crudeliſſimis martyrijs ab Orebitis hæreticis affecti. 1421. n. 5. ſacerdos in Chriſti perſona loquitur dum conſecrat. 1439. n. 15.

Sacerdotia. non a regibus, ſed a Põtifice conferenda. A. 1455. nu. 16 monitus Rex Angliæ, ne id affectaret. ib. illius conferendi forma. 1439. num. 15.

Sacra. celebrata a Nicolao V. cum maxima pompa. 1449. num. 49.

Sacramenta. ea laici hæretici conficere & adminiſtrare audent. 1417. nu. 10. a magis profanata. A. 1437. num. 27. decretum fidei de ſeptem ſacramentis traditum Armenijs ab Eugenio. 1439. nu. 15. duo clientes S. Barbaræ non ante e viuis ſublati quam ſacramenta acceperint. 1448. num. 11.

Sacrilegium. Sigiſmundus Romanorum Rex direpta aurea tumba S. Vvenceslai, vt militi ſolueret ſtipendia, maximis cladibus affectus. 1420. n. 15.

Salica lex. eam Carolus VI. delirus & proditus, vt morem gereret hoſti Anglo, ac filij odio reſcidit. 1420. num. 6.

Salisburgenſis ſynodus. vid. *Concilium Salisburgenſe.*

Samagitæ. a ſuperſtitione gentilitia ad Chriſtum traducti. 1421. num. 14. commoniti vt aduerſa conſtanter ferant. ibid. Vvladislaus Rex Poloniæ & Vvitoldus dux Lituaniæ fidei inter eos propagandæ egregiam operam nauant. ibid.

Sancti. hæreſes Guillelmi Sartoris aduerſus ſanctorum ſuffragia. 1422. num. 23.

Santonenſis eccleſia. ſecunda in toto orbe in honorem S. Petri condita. 1451. num. 9. lacum tegit ſanctorum martyrijs nobilem. ibid.

Saraceni. ſi blaſphement, pœna affici iuſſi. 1456. num. 68.

Sarisberienſis eccleſia. a B. Oſmundo epiſcopo locupletata. 1457. n. 82.

Saxones. conſulunt in dubijs Nicolaum V. 1447. num. 28.

Sbigneus epiſcopus Cracouienſis. maximis animis obſtitit Regi Poloniæ, ne ex arte politica hæreticis auxilia mitteret. 1434. num. 25. creatus presbyter Cardinalis tit. S. Priſcæ ab Eugenio Papa. 1439. num. 41. pro conciliandà pace inter Hungaros ſtudia intendit. 1450. num. 8. demandata illi apoſtolica legatio, vt ciuile bellum extinguat. ibid.

Scanderbegus. ab Amurate deficit. 1442. num. 13. principatui auito reſtituitur. ibid. Macedones in Turcas concitat. 1443. num. 20. viginti duo millia Turcarum cædit. num. 21. ſacrum fœdus cum Eugenio IV. & Vvladislao Poloniæ Hungariæque Rege percutit. ibid. impeditur a Georgio Raſciæ deſpota, ne cum Hungaris copias coniungat. num. 22. & 1444. nu. 6. Muſtapham Turcarum ducem profligat. 1448. num. 7. varijs tumultuarijs prælijs Amuratem fatigat. 1449. num. 10. Sfetigradum amittit. ibid. poſt Amuratis receſſum conatu irrito Sfetigradum obſidet. ibid. eius exercitus ex varijs nationibus erat compoſitus. ibid. Croiam defendit aduerſus Amuratem. 1450. num. 15. is ſub illius mœnibus lethali morbo contracto moritur. ibid. Scanderbegus ciuile bellum gerit cum Ducaginis. A. 1452. n. 15. data a Nicolao V. prouincia Paulo epiſcopo Driuaſtenſi, vt ipſos inter ſe conciliet. ibid. ſubſidia illi a Calliſto data. 1457. num. 20. commendatur ob res geſtas in Turcas. num. 21. promiſſa illi auxilia. nu. 22. compellitur intra arces. ibid. data pontificiæ claſſis legato imperia, vt illi opem ferat. ibid. vltra omnes principes Chriſtianos de fide optime meritus. num. 23. promiſſum illi diuinum auxilium. num. 26. Belgradum in Epiro obſidet. num. 27. magnam cladem a Turcis accipit. dimicaturo findebatur labrum & os cruentabatur. ibid. Chriſtianum cruorem barbarico vindicat. ibid. dynaſta Dibrenſis in eum a Mahomete ſubornatus. n. 28 eundem cum Turcis profligat. ibid. veniam petenti ignoſcit. ib. ſubmiſſa Scanderbego ſubſidia, ſuſtentata Macedonia. num. 41. Ipſe commendatus a Calliſto apud Matthiam, quod plura fortiter geſſerit in Turcas. 1458. num. 8. Boſna illi commendata. num. 10. vetitus inire inducias cum Turca. num. 11. Mahometis in eum impetus fortiter excipit dum cæteri torpent otio. n. 11. collaudat eum Calliſtus, vt Chriſtiani imperij propugnatorem. ibid. ſi cæteri principes ſimiles illi fuiſſent actum erat de Turcis. num. 15. ſignificatum ipſi conuocari principes Chriſtianos pro conficiendo bello Turcico. num. 15. teſtatur Calliſtus prope ſolum Scanderbegum reſtitiſſe Mahometi. num. 15. florentiſſimam victoriam de Turcis refert. num. 16. ſubmiſſus illi Calliſti nepos. ibid. Ameſa Scanderbegi nepos ſubornatus a Turcis in eum coniurat. ibid. cæſis Turcis capitur a Scanderbego, qui eius vitæ parcit. ibid. cæſis viginti Turcarum millibus & eo amplius ſexaginta tantum Chriſtiani deſiderati. ibid. poſcit ab eo inducias Mahometes. num. 16. generoſo reſponſo repellitur. ibid. mittit Scanderbegus ad Reges Turcica ſpolia, vt eos in Mahometem concitet. ibid.

Schiſma. vix quinquageſimus annus ſchiſmati finem impoſuit. 1429. num. 1. qui ritus ad ſchiſmaticos in ſinum eccleſiæ reuocandos adhibiti: ſchiſmati abolendo egregia opera ab Alſonſo Borgia nauata. num. 3. prædixit S. Ioannes Chryſoſtomus horrendum ſchiſma circa finem ſæculi exortum iri. 1441. num. 11. peſtilentiſſimum ſchiſma quod ſupremam auctoritatem multitudini, quæ mox ſcinditur, confert. ibid. ſchiſmata hæreſes pariunt. 1441. num. 13. §. Itaque. conflandi extrahendique ſchiſmatis conſultor digno affectus præmio. 1450. num. vlt. admonitus a Ni-

Digitized by Google

a Nicolao V. Conſtantinus Dragaſes Imperator Conſtantinopolitanus, non ob aliam cauſam Græcos tantis calamitatibus obrui, quam propter ſchiſma. A. 1451. n. 2. & nu. 3. 5. Præuiſa. & 1453. nu. 14. 5. Ego. prædictum ab eodem Pontifice labente triennio Conſtantinopolim exciſum iri. 1451. num. 2. calamitates Græcis ob ſchiſma inferendæ prænunciatæ a Chriſto domino S. Birgittæ. 1453. num. 3. 5. Is.

Schiſmatici. Cardinales ſchiſmatici Petrum e Luna antipapam rogant, vt offenſionem publicam tollat. 1418. num. 12. refellunt eius argutias Chriſti & ſanctorum exemplis. ibid. conuincunt ex eius ſacramento. n. 13. demonſtrant maiorem partem Chriſtiani orbis nunquam ipſum vel eius prædeceſſorem agnouiſſe vt Pontificem, ſed veluti intruſum. ib. transfugiunt ad Martinum damnata ſui antipapæ impia pertinacia. num. 14.

Scoti. adhærent Petro e Luna antipapæ. 1418. num. 15. ad eos in gremium Eccleſiæ reuocandos miſſus a Martino V. legatus. ibid. Anglos in Scotiam irrumpentes genuino prælio atterunt 1449. nu. 12. viginti & eo amplius Anglorum millia cædunt. 1450. num. 16.

Scotia. Romana ſedes in eam ſingulare ius metropoliticum obtinet. 1436. num. 31.

Scriptura ſacra. ea abuſi hæretici pro hæreſi fucis pingenda. 1417. num. 8. ſcripturæ veritatem propria interpretatione non fieri monet S. Petrus. ibid. plura creduntur, quæ in Scripturis ſacris expreſſe non continentur. 1445. nu. 17. de ambiguo ſcripturæ ſenſu conſulendus eſt Pontifex ex Deuteronomio. 1451. num. 12. in veteri teſtamento pontifex fuit interpres diuinæ legis. ib. tradita a Chriſto Pontifici interpretandæ legis auctoritas demonſtratur ib. Paulus ipſe a Petro dirigendus fuit. ibid.

S. Sebaſtianus. puer extinctus ad altare S. Sebaſtiani delatus vitæ reſtituitur Floriaci. 1444. num vlt. annis quinquaginta in Floriacenſi monaſterio vixit. ibid.

Sedes Apoſtolica. vid. *Apoſtolica ſedes*.

Senenſe concilium. vid. *Cõcilium Senenſe*.

Senenſes. concilij Senas tranſlati libertatem infringunt. 1423. n. 10. fauent Regi Aragonum pro antipapa aduerſus Pontificem. ibid. arguit eos Martinus Papa quod maximam habeant quæſtus ſui rationem, nullam honoris Eccleſiæ. num. 11. duci Mediolanenſi aduerſus Florentinos ſtudent. 1431. num. 12. queruntur inique de Eugenio IV. ibid. confutatę eorum querelæ ab eodem Pontifice. ibid. repelluot apoſtolicum legatum pacis interpretem. ibid. a Nicolao Tolentinate Florentinorum duce eorum ager euaſtatus. nu 53. increpiti de bello fœderatis vltro illato. ibid. pacem redintegrant cum Florentinis. A. 1433. num. 13.

Septa. in pontificium patrocinium admiſſa. 1442. n. 15.

Septemuiri. ob exauctoratos Treuerenſem & Colonienſem archiepiſcopos defectionem ab Eugenio IV. moliuntur. 1446. num. 5. damnata eorum coniuratio a Friderico Cæſare. num. 2. pro ijs ad officium reducendis miſſi legati ab eodem Pontifice. ibid. agitant de pace. n. 4.

Sepulchrum dominicum. cur prohibita ad illud piorum peregrinatio. 1426. num. 23.

Seruia. ex parte ſubacta ab Amurate. 1425. num. vlt.

Sigiſmundus Romanorum Rex. Martinum V. in Conſtantienſi concilio retardat, ne cruceſignatas copias in Bohemos hæreticos immittat. 1418. num. 6. conſulit illi iterum legatus apoſtolicus, vt frangat armis hæreticos. num. 10. nimia clementia malum auget. ibid. præmonitus eſt de impendentibus malis. ibid. ſacerdotiorum decumæ in aliquot Germaniæ prouincijs ob factos pro Eccleſiæ pace reſtituenda ingentes ſumptus illi a Martino V. attributæ. num. 16. vna cum Pontifice conciliandæ inter Cruciferos & Polonos concordiæ dat operam. num. 20. ſtratoris officium Martino Gebennæ exhibet. 1418. num. 36. Venetos oratores cuſtodiæ tradit. 1419. num. 2. Pontifex pro ijs liberandis deprecator accedit. ib. fratre Vvenceslao extincto cunctatur in Bohemiam proficiſci. num. 10. hæretici interea per vim potiuntur regno. ibid ſigna in Bohemiam infert. 1420. num. 13. pacem redintegrat cum Huſſitis oratorum opera, ibid. paternis legibus regnum adminiſtraturum ſpondet. ibid. reſtituit Pragæ priſtinos magiſtratus. ibid. Vvradislauiæ perduelles ſecuri percuti iubet. ibid. efferati inde Pragenſes arma in eum corripiunt. ibid indictum a Pontifice factum bellum contra Huſſitas pro Sigiſmundo. ibid. cingit obſidione Pragam. num. 14. eluſi a Ziska eius impetus. ibid. inducias cum hæreticis paciſcitur. ibid. latentia eorum venena detegit, Pragenſem obſidionem cogitur ſoluere. num. 15. funditur ab hæreticis. ibid. amittit plures arces. ibid. creditum cum tot clades accepiſſe, quod aureum tumbam S. Vvenceslai, vt militi ſolueret ſtipendia, detraxiſſet. ibid. in Bohemos hæreticos exercitum parat. 1421. num. 10. Albertum generum ſuum ducem Auſtriæ in eos concitat. ibid. irrumpentibus in Bohemiam Germanis ſerius ex Pannonia exercitum adducit. num. 13. fert ſententiam aduerſus Polonum pro Cruciferis. nu. 15. pars Bohemiæ ad Sigiſmundi obſequium tradncta. A. 1422. num. 17. exuitur impedimentis a Ziska. num. 18. aduerſus illum Bohemi a Polono auxilia conquirunt. 1422. num. 21. Sigiſmundi exercitus a Ziska duce cæco ſolo metu fugatus. 1427. num. 5. ægre fert Poloniæ Regem ducemque Lituaniæ adhibitos pacis interpretes pro Bohemis conciliandis Eccleſiæ. num. 10. redditur illi facti ratio. ibid. promiſſa ei ſtudia pontificia. ibid. Ziskam officijs demulcet. num. 12. pars illius exercitus deleta a Turcis. 1428. num. 4. bello a Bohemis fatigatur. 1430. num. 1 paciſcitur cum Vvitoldo Lituaniæ duce de conferenda illi regia corona & ducatu in regni nomen commutando. ibid. Venetos inuadit. 1431. num. 13. ad eum cum Venetis conciliandum B. Nicolaus Cardinalis Albergatus miſſus ab Eugenio IV. num. 18. certior fit de cauſis concilij Baſilea Bononiam traducti. 1431. num. 26. fert ægre transferri, & Baſileæ inſtaurandi cauſas affert. num. 26. expeditioni aduerſus Bohemos marchionem Brandeburgenſem præficit, num. 31. in Italiam ad inſigne imperiale capeſſendum deſcendit. ibid. Mediolani corona ferrea redimitur. ibid. rogat Eugenium, vt Baſileenſe concilium inſtauret. 1432. num. 1. plura argumenta in ea cauſa exponit. num. 2 legati ab Eugenio ad eum miſſi. num. 18. tuetur Sigiſmundus præſules Baſileæ congregatos. n. 19. cur eum in vrbem admittere detrectarit Eugenius. num. 21. plura in Eugenium ipſum beneuolentiæ ſigna explicat, pariaque idem Eugenius ipſi refert. ibid. Baſileenſium patrocinium ſuſcipit, quamobrem illi Pontifici ſe præferre auſi. 1433. num. 4. flectit Eugenium, vt Baſileæ concilium celebrandum conſentiat. 1433. num. 5. profectus in Italiam ob Baſileenſium patrocinium & fœdus cum Mediolanenſi Eugenio ſuſpectus eſt. num. 12. Senis ad componendos motus Italicos moratur. ibid. paciſcitur cum Eugenio. ibid. ſpondet non exercitum, ſed familiam cæſaream tantum ſe adducturum. ib. mittit oratores, qui ſacramentum fidei ipſius nomine nuncupent. ibid. quinquennales inducias paciſcitur cum Venetis. num. 13. duo Cardinales ad eum deducendum miſſi. ibid. ad pedis pontificij & oris oſculum accedit. num. 14. formula ſacramenti ab eo præſtiti Eugenio. ibid. ad gradus baſilicæ S. Petri aurea corona redimitus. ibid. ſtratoris munus Pontifici exhibet. ibid. eccleſiaſticam li-

ber-

bettatẽ ampliſſimo diplomate confirmat. A.1433.n.15.recedit ex vrbe, num.16. Franciſcum Gonzagam marchionali auget dignitate. ibid. inter Baſileenſes proteruientes & Pontificem concordiæ agit interpretem.num.18.nimium Baſileenſibus fauit. ibid. hine motalis nunquam audita, vt Pontifex non ambiguus ſubmitteretur concilio, num.19.audita Eugenij cauſa, Baſileenſes a ſe repreſſum iri eſt pollicitus ibid. dein ſeduci ſe paſſus eſt, ibid. transgreſſus alpes Baſileenſes coercet. nu.24. actæ illi ab Eugenio gratiæ.ibid. monetur, vt factionem Baſileenſem, quæ bellum excitarat in ditione eccleſiaſtica, coerceat, num.26. vrget Eugenium Baſileenſium rogatu, vt profiteatur non valuiſſe decretum de translatione concilij. A.1434 num.1.legationem ad Eugenium mittit.num.3 interrogat Baſileenſes, an literas dediſſent ad Philippum ducem Mediolanenſem de opprimendo Pontifice, qui rem negant.num.6. Mediolanenſem ducem increpat.num.7.rogatus, vt curet imperio concilij ablata reſtitui.ibid. auitum Bohemiæ ſceptrum recuperat. num.24. a Bohemis poſt Thaboritas exciſos Rex ſalutatur, num. 24. pollicitus erat Eugenio concilium Baſileenſe inſtauratuto non paſſurum quippiam nouari aduerſus pontificiam auctoritatem, 1436.num.2.male ſeruata ſponſio. ibid. monitus ab Eugenio ne ſchiſma a Baſileenſibus conflari pateretur.num.14.eius elogium. nu.18. iniqua ab eo extorquent Bohemi, num. 19. donatur a Pontifice roſæ aureæ munere num.20. tumultuantem Rokyzanam minaci voce pellit in exilium.ibid hæreticos montis Syon ſuſpendio tollit. ibid. monet factioſos Baſileenſes, vt abſiſtant a conflando ſchiſmate.1437.num 16. Rochizanam hæreſiarcham in monachos ſpargentem calumnias Praga fugat. num. 21. regna in Albertum Auſtriacum generum ſuum tranſmittit.ib.eius mors.ib.

Sigiſmundus Koributus Regis Poloniæ nepos. ob præſtita Huſſitis auxilia anathemate percellitur.1424.nu.9. illum vt hoſtem habitum iri, ſi Bohemicæ coronæ illecebra adductus fauerit hæreticis, denuntiat ipſi Poloniæ Rex.num.11.confirmat hæreticos in pertinacia Koributus, 1425.num.12.regnandi cupidine in hæreſim lapſus. num. 13. hæreſeos odio ab Vladislao patruo bello appetitus. num 13. & 14. de Pragenſibus cum Pontifice conciliandis agitat. 1427.num.10.præ ſe fert in Bohemiam perrexiſſe ad hæreticos conciliandos Eccleſiæ. 1428. num. 6.iuſſus a Pontifice e Bohemia diſcedere.ibid.

Signum crucis.vid.*crux*.

Simonettus Auguſtinianus. eloquentia & probitate ſua ciuilia Italiæ bella ſedat. A.1455.num.7.

Simoniaci.ſanctio a Martino V. in eos edita. 1418. num. 32. percuſſi anathemate, qui ſimoniacos non detulerint.ibid.alia in eos edita ſanctio ab Eugenio IV.1434.n.25.

Somnia, qui ſe futurum Pontificem ſomniarat in ſcena ludicra creatus Pontifex. 1417. n.3. ſomnia aliqua poſſe diuinitus immitti probatur, 1449.n.13.in ſõnis ab Eugenio IV. Nicolao V.prædicitur e morbo ſe conualiturum, 1449.num.13.docetur etiam ab eodem quo anno ſit moriturus. ibid. eidem ſimili modo prędixerat Eugenius eum ſibi in pontificatu ſucceſſurum.ib.

Somnia prophetica.vid.*viſa cœlitus immiſſa*.

S. Sophia templum.profanatum a Turcis in quo ſacra tamdiu profanarant ſchiſmatici.num.5.

Sorbonici doctores.vid.*Pariſienſes doctores*.

Species. integer eſt Chriſtus ſub qualibet ſpecie.1439.n.15.vid.*Euchariſtia*.

Spina dominicæ coronæ. nitidiores ſolito flores ante meridiem feria ſexta hebdomadæ ſanctæ Rhodi producit. 1457. num.89. Iacobus Millius equitum magiſter adhibitis teſtibus publica acta de miraculi veritate conficit.ibid.

Spiritus ſanctus. obijcit Marcus Epheſinus ex additione vocis: *Filioque*, exortum ſchiſma.1438.n.18.reſpõſum diu ante ſchiſma factam eam additionem.ib.per Tharaſiũ addita a voce: *per Filium*, in ſeptimo Concilio ſchiſma non peperiſſe. ibid. Græcos patres profeſſos proceſſionem Spiritus ſancti a Patre & Filio. ibid. eius proceſſionem ex Patre & Filio profeſſi omnes Græci in concilio Florentino. 1439. num.4. conteſtati ſunt dixiſſe: *ex Patre*, non excludendo Filium. ibid. decepti in opinando, quod Latini dicerent procedere tanquam ex duobus principijs. num.5. vt intelligendum ſit Spiritum ſanctum procedere ex Patre per Filium ibid. definitum, æternaliter habere ex Patre & Filio ſuum eſſe ſubſiſtens. num. 7. & 1440.num.16. Spiritus ſancti proceſſio ex Patre & Filio impugnata a Græcis ſchiſmaticis fraudibus, ibid.cur Græci dixerint Spiritum ſanctum per Filium procedere. num.17. in quo ſenſu dixerit Dionyſius Patrem eſſe ſolum fontem diuinitatis. ibid. Athanaſij ſententia inſignis de ea re. ibid orientales falſo opinantur Latinos credere duo eſſe Spiritus ſancti principia. 1444. num. 17. præmonet eos Eugenius non ex duobus principijs ſed vnico, non duabus ſpirationibus ſed vnica procedere. ibid. non magis dantur duo principia Spiritus ſancti, quam dentur tria principia creaturarum. num. 18. ſchiſmaticorum argutiæ refelluntur.ibid.Marcus Epheſinus ſchiſmatis confirmati auctor refellitur. num. 19. Baſilij auctoritatem de Spiritus ſancti ex Patre & Filio proceſſione niſus euellere Marcus Epheſinus. A.1440. num. 16. cur Græci dixerint Spiritum ſanctum procedere ex Patre per Filium.ibid. auctoritates SS.Dionyſij & Athanaſij expenſæ.ib. argutiæ hæreticorum olim obiectæ ab hæreticis in proceſſionem Spiritus ſancti ex Patre & Filio 1445.nu.15.confutatæ ib.&c.

Spurij. cohabitare cum patribus ſacerdotibus vetiti. 1455. num.48.

Stalimene. Turcis erepta a Calliſto. 1456. num. 50.

Stephanus Thomas Boſnæ Rex. ad fidem conuerſus. 1444. num. 2. inſequitur hæreticos, & ſchiſmaticos. 1445.num.23. commendatur Hungaris ab Eugenio Papa. nu.14. ob damnatam Manichæorum perfidiam laudatus a Nicolao.1447.n. 21. mittit oratores ad Calliſtum Papam. 1455. num. 24. promiſſum illi eripiendas omnes vrbes Turcis, quę Boſnenſis regni fuerint ipſi reſtitutum iri. ibid. in apoſtolicam clientelam acceptus. ibid. acceptas a Mahomete clades vlciſci parat. 1457. num. 17. mittit legationem ad Calliſtum atque ab eo confirmatur. ibid. pendere Turcis vectigal abnuit. num. 18. mitti crucem a Pontifice efflagitat. ib.

Stephanus Vvayuoda in Boſna. Lue Manichæa infectus. 1449. num.9. anathemate perculſus. ibid.

Stephanus Porcarius. Romanos ad defectionem ſolicitat.1453.n.24. eius coniuratio diuinitus oſtenſa Nicolao V.ib.affectus ſupplicio.ib.

Strator. Sigiſmundus Imperator ſtratoris munus exhibet Eugenio. 1433. num. 14. Fredericus Imperator Nicolao V. 1452. num. 2.

Strigonia. Eccleſia Strigonienſis condita a S. Stephano Rege. 1452. S. Nuper. archiepiſcopus Strigonienſis legatus natus ſedis Apoſtolicæ. ibid aſſertus illi is honos in vniuerſa Pannonia. S. Nos.

Sueci. decretum edunt de non creando Rege, niſi Danorum Noruegiorumque communi conſenſu.1457. nu.60. eo violato Carolum Regem ſibi præficiunt.ibid. ab eo ſæua tyrannide vexantur.n.61.Carolo pulſo Chriſtiernum eligunt. num. 62.

Suetia. Noruegiæ & Danię coniunctæ. 1457. num. 62.

Suffragia. viuorum ſuffragia prodeſſe defunctis definitum in concilio Florentino.1439.n.8.defuncta petit ſacrum pro ſe fieri.1456.n.72.

Sultanus Aegyptius. Rhodum obſidet. A.1444.

Digitized by Google

A.1444. num.10. propulſatur obſidione. ib. infeſtat Rhodios. 1445. num. 18. in eum ab Eugenio comparata claſſis. ibid.

Superbia. Anglorum inſoleſcentium victorijs ſuperbia fracta diuinitus a virguncula. 1428.n.9. ſuperbia Philippi Mariæ Vicecomitis ducis Mediolani. 1447.nu.25. increpita a S.Bernardino Senenſi.ibid.

Suppellex. pontificia ſuppellex à Caliſto III. in bello contra Turcas diſtracta. 1456. num. 49.

Surianum. e Vaſconum & Britonum tyrannide ereptum. 1420.n.9. & 28.

Suſpectus de hæreſi. vid. *Hæreſis.*

Symbolum fidei. ex eo Vvicleffiſta epiſcopus quatuor articulos expungere auſus. 1457. nu. 92. vid. *Fides.*

Syndon. ſacra delata in occidentem. 1455.num.17 diuina vltio in fures eam ſcindere molientes. ibid. figura Chriſti collucens radijs ſacrilegum occæcat. ibid. fures veniam petentes ſanantur. ibid diuino nutu Chamberiaci relinquitur. ibid.

Syngrapha fidei publicæ. non ſeruanda a ſynodo etſi data eſt a principibus, ſi hæretici conuerti nolint. 1425. num. 17.

Synodus. vid. *Concilium.*

Szadagmath Imperator Tartarorum. Podoliam euaſtat. 1450.n.9.

T

TArtari. cum Vvitoldo duce Lituaniæ bellum gerunt. A.1418 n.10. proferendæ inter eos fidei ſpes ſuccisæ. ib. Mazouiam infeſtant. 1446. n.13. propulſati a Boleslao duce. ib. iunguntur Turcis fœdere aduerſus Chriſtianos. 1455.n.32.

Taurus. Turcis erepta a Calliſto. 1456. num.50.

Tectoſages. Eugenium aduerſus ſchiſmaticos tuentur. 1439.nu.25. commendati ab eodem Eugenio. ib.

Templum. vid. *Eccleſia.*

Tentationes. non eſt inuiſus Deo, qui carnis illecebras patitur, ſed qui ſequitur. 1456.n.60.in fi.

Terracina. ab Alfonſo Rege Aragonum erepta Romanæ eccleſiæ. 1441.nu. 17. poſtulatus propterea crimine læſæ maieſtatis. ibid.

Tertiarij S.Franciſci. vid. *pœnitentes.*

Thaboritæ Bohemi hæretici. eorum auctor Ziska. 1421.num.5. concordiam in Baſileenſi concilio reſpuunt. 1433. n.2. Thaboritæ & Orphani reſpuunt concilia. 1434.n.42. ad viginti duo millia cæduntur. ibid. profanatores corporis Chriſti ſublati quo tempore celebratum illius feſtum. ibid. aliquot eorum millia flammis exuſta dolo. n.23. commoniti ab Ænea Syluio conſulendum Pontificem in ambiguo Scripturæ ſenſu. 1451.nu. 12. communionem laicorum ſub vtraque ſpecie vrgent. ib. docentur veterem fuiſſe Armeniorum errorem impartiendam neceſſario infantibus Euchariſtiam ib. obijciunt falſo Sacramentum tolli populo ob negatas eidem vini ſpecies. A.1451. n. 14.

Tharaſius patriarcha Conſtantinopolitanus. in ſeptimo concilio facta additione: *per Filium;* ſchiſma non peperit. 1438.n.18.

Theodoricus archiepiſcopus Colonienſis. ſynodum celebrat. 1423.nu.3. inſtituit diem anniuerſarium ſanctiſſimæ Virginis Chriſtum in cruce plangentis. ib. ob ſchiſma neutralium exauctoratus. 1446.nu.1 in eius locum ſuffectus Adolphus Cliuenſis. ib. pro Theodorico Eugenio conciliando interpretem pacis agit Burgundus. n.4.

Theodoricus archiepiſcopus Moguntinus. eius in Calliſtum nefariæ coitiones. 1457.n.49. monetur blandis verbis, ne ſe hæreſi in pontificia auctoritate oppugnanda irretiat. nu.49. aliæ ad eum literæ. n.50. ſignificat ei Calliſtus nō modo ad aurum, ſed ſanguinem pro Chriſto profundendum paratum ſe eſſe. ib.

Theodorus Moreæ deſpota. Patracenſem archiepiſcopum fatigat bello. 1422. nu.3. poſtulatus de pace a Martino Pontifice. ib. implorat opem ab Eugenio IV. aduerſus Turcas. 1443. n 18.

Theſſalonica. a Græcis dedita Venetis. 1423.n.26. a Turcis erepta ijſdem Venetis. 1430.n.8.& 1431.n.35.

Thomas dux Clarentiæ. necatus in acie a Delphino. 1421. num. 18.

Thomas Herefordenſis epiſcopus. petit a Martino V. facultatem, vt poſſit epiſcopatu ſe abdicare. 1423. nu. 22. ea ipſi denegata. ibid.

Thomas Lucatus epiſcopus Bononienſis poſtea Nicolaus V. in Pontificatu dictus. ei mœrenti ſe videndū præbet B.Nicolaus Cardinalis Albergatus. 1443. n.24. ab Eugenio miſſus in Germaniam pro Germanis a neutralitate reuocandis. 1446.nu.2. ob rem bene geſtam creatus Cardinalis tit. S.Suſannæ 1446.num.5. redeunti e Germanica legatione ad portam Flaminianam miſſus pileus rubeus. ibid. vid. *Nicolaus V.*

Thomas epiſcopus Pharenſis. miſſus a Nicolao V. in Boſnam legatus ad Manichæam hæreſim extinguendam. 1449. num. 9.

Thomas deſpota. affectat Conſtantinopolitanum imperium. 1449. num. 11. deluſa eius ambitio. ibid.

Thomas e Campofregoſo. ducalem dignitatem a Genuenſibus delatam ob ſenium reſpuit. 1450.n.19.

Ticinenſe concilium. vid. *Concilium Ticinenſe.*

Tifernum. recuperatur ab Eugenio IV. 1432.n.21.

Timor Dei. egregium eius exemplum in B.Laurentio Iuſtiniano. A.1433.nu. 31.& ſeqq.

Timotheus. metropolitanus Chaldæorum in Cypro eccleſiæ Romanæ conciliatus. 1445.num.21. quæ fidei formula illi propoſita ib. & nu.22. Neſtorij & Macarij hæreſes damnat. ibid.

Transfiguratio Chriſti. feſtus illius dies inſtauratus a Calliſto III. 1457.nu. 73. per hanc Petri confeſſio confirmata. ib. & confirmati diſcipuli, ne in fide deficerent. n.74. ne putarent mortem potentia Iudæorum illatam ſed ſponte ſuſceptam. ib. ex ea docemur mortem non pertimeſcere. ib. in ea mortis & vitæ poteſtas oſtenſa a Chriſto in Moyſe & Elia. n.75. in ea prophetæ teſtimonium perhibuere Chriſto. ibid in ea oſtenſum qua gloria Chriſti membra myſtica ſint radiatura. nu.56. in ea futuræ gloriæ ſpe mortem contemnendam demonſtratum. n.77. ſexta auguſti dies illi celebrandæ dicatur. ibid. ſacræ indulgentiæ eam celebraturis propoſitæ n.80.

Tranſlatio concilij. vid. *Concilij tranſlatio.*

Tranſubſtantiatio. vid. *Euchariſtia.*

Trapezuntinus Imperator. paratum ſe offert ad reſtituendum priſtinum fœdus eccleſiarum. 1434.n 18.

Trinacria priuilegia Pontificum in Trinacriam & nuncupata Pontificibus a Regibus ſacramenta ab Aragonijs ſubrepta. 1429.n.6.

Turcæ. duas Venetas naues intercipiunt. 1428 nu.4. in Cretam exſcenſionem faciunt, ac delentur ib. Sigiſmundi copiarum partem delent in Pannonia. ibid. Theſſalonica potiti. 1438.n.26 perfecta Græcorum cum Romana eccleſia coniunctione iras aſperant in Græcos. 1439.n.10. aduerſus Turcas a Pontifice ſubmiſſa Conſtantinopolim auxilia ib. datæ ſpes Albertum Cæſarem terreſtrem exercitum in Turcas educturum. ib. moniti Reges, ac principes, vt arma vertant in Turcas. n.12. Syndrouianā arcem capiunt, irrita in eos Alberti Cæſaris expeditio fit. n.39. Hungaris plures Reges deligentibus eorum vires aduerſus Turcas debilitatæ. 1440.num.12. funeſtæ Turcarum de Chriſtianis victoriæ. 1443 num.n.15. Chriſtianos adoleſcentes ad fidem deſerendam & Mahometicam militiam profitendam adigunt. ib. quæ prouinciæ ab ijs debellatæ. n.15. Raſciæ deſpota ab ijs captus. ib. ducenta millia Chriſtianorum ab illis in ſeruitutem abducta. ib. quantam immanitatem in captiuos imbelles exercuerint. ibid. & in populos vagientes. ib. fideles inſtar animalium vendidere. ib. ni eos viciſſet Ioannes Huniades de Hungaria actum erat. ib. impeditus ab aduerſarijs Eugenius Papa, ne in Turcas arma moueret. ib. Conſtantinopolim in diſcri-

men adducunt.n.17.vniuerſis ferme oriens Turcarum direptioni expoſitus.n.18. decumæ in Turcici belli ſumptus conuerſæ.n.19. vt triginta millia Turcarum cæſa ſint.num.20. Scanderbegus Macedones in eoſdem concitat ib.funduntur a Scanderbego.n.21.parata a Pontifice,Burgundo, & Genuenſibus claſſis ad eos Helleſpontiaco traiectu cohibendos. A.1444.nu.1.& 2.multæ prouinciæ ex ijs ab Vladislao recuperatæ.n.2. Galli & Angli verſis in ſe mutuis armis Turcarum progreſſibus fauent. num.5. in eos Aranitus Cermenici princeps ſollicitatus,tranſmiſſo Romanæ eccleſiæ vexillo n.6.ſollicitati Macedones propoſitis indulgentijs ad ſequenda eius ſigna.n.7.nonnulli impij Chriſtiani Turcis ferre opem non veriti.n.8.Genuenſes ſeu fraude ſeu caſu traijcere ex Aſia in Europam patiuntur n.9.Ioannes Huniades in eos expeditionem inſtaurat.1448.n.6.noxarum venia arma correpturis propoſita.ibid.vincunt numero non virtute Chriſtianos.nu.7.a Scanderbego in Macedonia delentur.1448.n.7.Conſtantinopoli potiti.1453.n.1.&c.blaſphemas voces in Chriſtianum nomen effundunt.nn.6. eorum impius furor in ſacras imagines & ſanctorũ reliquias.ib.Ratiſponenſes conuentus ad decernendum in Turcas bellum celebrati.1454.n.1.in ijs profeſſus Burgundus ſecuturum Cęſarem,aut Pannonię Regem,magnũ aut alium principem arma Turcis illaturum.n.2. Francofurti conuentus indicti a Cæſare.ibid.expoſitum Turcas Raſciam occupaſſe.n.4.centum millia Hungarorum duobus prælijs trucidaſſe.ib.ducenta vel trecenta millia bellatorum cogi a Turcis poſſe.ib.decretus in eos terreſtris & naualis exercitus ib ſoluta in ventos Chriſtianorum conſilia.ib. quæ cauſę Chriſtianos a repetenda Conſtantinopoli diſtraxerint.n.5. oſtenſum diuinitus Dionyſio Carthuſiano Reges non dignos eſſe, qui pugnent pro Chriſto. n.6. concepti a Calliſto voti de inferendo Turcis bello formula.1455.n.18.Turca expreſſus per beſtiam cruentiſſimam plenã nominibus blaſphemię,vt interpretatur S.Antoninus in oratione ad Calliſtum III.n.22.ſacram militiam in Turcas promulgat B.Ioannes Capiſtranenſis. n.26.indictæ in Turcas ſolemnes ſupplicationes. n.28.fœdus iungunt Turcæ cum Tartaris aduerſus Chriſtianos n.32 Põticas gentes ſubijcere meditantur.n.33 Boſphorum Thracium claudũt. n.34.deuota aduerſus Turcas arma ab Alfonſo Aragonum & Sicilię Rege auerſa in Genuenſes.n 35.diuinitus compreſſi Turcæ.1456.n.1. excindi poterant a Calliſto,ſi Reges in eos iunxiſſent arma.ib.commonitus a Calliſto Carolus VII.ne excindendę Turcicę tyrannidis occaſioni deſit nu.3. Turcarum claſſis victa. A. 1456.num.15. Turcæ irrumpunt in Belgradum,atque implorato nomine Ieſu ſternuntur.n.24.& 29. Turcarum nauis prætoria,dum Chriſto illudit, mergitur aquis.n.27.profligantur a B.Ioanne Capiſtranenſi.n.30. perterriti ſunt viſis cœleſtibus copijs.nu.30.& 31. ad Ieſu nomen Turcarum equi ſternuntur.ib.vident micare faciem B.Ioannis e Capiſtrano inſtar ſolis,ac terrentur Turcæ.nu.33 fulgere pariter vexillum crucis,quod gerebat.ibid.in fuga ſe mutuis vulneribus trucidant.nu.34. plures ſine vulnere diuina vi confecti.ibid. quadraginta octo millia in pugna & fuga cæſa.n.36. & nu.48. trecenta tormenta ijs erepta eod.n. 36.B.Ioannis Capiſtranenſis ad eos Europa pellendos cohortatio.n.37. Regum, ac politicorum vęcordia, qui Turcam vinci non poſſe opinantur.n.38.excindi poterant ſi Reges fauiſſent Calliſto ibid.militia nulla glorioſior quam quæ pro Chriſto in Turcam ſuſcipitur.num.39.ſupellex pontificia diſtracta a Calliſto contra Turcas.n.49. diuinum belli gerendi in Turcas conſilium niſi cum vita dimiſſurum profitetur Calliſtus. 1477.num.9. Macedoniam vaſtant. 1457.nu.22.magna clade Scanderbegum afficiunt.n.27. immanis eorum in Chriſtianos ſæuitia, ib. vincuntur a Scanderbego.n.28. ſollicitati contra Turcas vniuerſi Reges Calliſti ſtudijs non reſpondent. nu. 35.indicti in eos ſolemnes Chriſtianorum cœtus n. 36. victi pluribus prælijs ab Vſumcaſſano Perſidis Rege.n.66. plura in eos a Scanderbego & legato apoſtolico fortiter geſta.1458 n 8.maxima clade cæſi a Scanderbego.1459.nu.16. cæſis viginti Turcarum millibus ſexaginta tantum Chriſtiani deſiderati.ib.vid. *Amurates. Baiazethes. Mahometes II. Ioannes Huniades. Scanderbegus.*

Turris ſpecularis monialium ordo, inſtituitur a S. Franciſca. 1433. num. 32.

Typographica ars, inuenta Moguntiæ. 1434.n.25.

Tyrannis.ad tyrannidem corripiendam patruus nepotem Iacobum I. Regem Scotiæ occidit. 1436.num.32. ignea corona a carnifice redimitur & proditorum Rex appellatur. ib.

V

Valla. vid. *Laurentius Valla.*

Velleris aurei militia.inſtituitur, A.1429.n.18.

Veneti Theſſalonicam a Græcis deditam ſibi comparant. 1423. nu.26. Ioannes Palæologus Imperator Conſtantinopolitanus pro auxilijs poſcendis Venetias applicat.ib.cum Georgio Scanderbego Macedoniæ deſpota concordiam confirmant.ib. Chryſopolim capiunt, rurſuſque amittunt.ib.1425.n.20. Callipolim fruſtra tentant. ib. B.Nicolao Cardinale Albergato interprete pacem ſanciunt. 1428.num.2. Turcas,qui in inſulam Cretam excenſionem fecerant magna clade profligant.n.4. mittunt ſubſidio Nicolaum Tolentinatem Eugenio IV. 1431. nu.11. Florentinis ferunt ſuppetias in ducem Mediolanenſem.1431.n.13.Sigiſmundus Imperator eos inuadit. ib.ad Venetos Cæſari conciliandos B.Nicolaus Albergatus miſſus n.14. cum Mediolanenſi pacem faciunt & quibus legibus.1433.num.13.quinquennales inducias cum Cæſare ineunt.ib.cum Sforzia duce Mediolanenſi & Florentinis pacẽ pangunt. 1454.n.7. increpiti a Calliſto,quod arma in Turcas iungere detrectent. 1438.num.35.Calliſti de ijs & alijs principibus querelæ.ib.Venetiæ patriarchali dignitate exornatæ a Nicolao V.1450.nu.19 dux rem indigne ferebat ob politicas cauſas, ſed placatur a B.Laurẽtio Iuſtiniano.ib.

Victoria.victorię diuinitus partæ.1424. n.16.1440.n.11. reportatæ de Turcis ab Hungaris Ieſum implorantibus.1456.n.15.& 24.S.Cũ in fi.&c. 29.& 32. S tranſmiſit. nu. 31.& 33. Hiſtoria de celeberrima ea victoria. n.26.&c antea prænunciata.n.26.S. Nitidius, ſacramentis muniti milites.nu.29.angelico exercitu perturbati Turcæ.nn.33.in fi.ſoli Chriſto aſcripta victoriæ gloria.n.25.perlata ad Calliſtum Papam Mahometis II.ſpolia. nu.42. diuinitus conceſſa Chriſtianis. 1457.nu.32. victoriam de Turcis Chriſtianorum precibus aſcribit Vſumcaſſanus.1457.nu.66.

S. Vincentius Ferrerius. Chriſtifideles admonet, vt pareant Conſtantienſi concilio.1417.nu.11. ſe confert ad Petrum e Luna, eumque multis argumentis, vt pareat eidem concilio adhortatur.1418.n.14.obfirmatum in pertinacia deſerit.ibid.diuinitus retentus in Britannia apud Venetos. 1419.nu.11.noxas ſacra exomologeſi expiat.ibid,ſacras indulgentias ſuſcipit.ib.munit ſe ſacramentis.ib. prælegi ſibi iubet paſſionem Chriſti. n.12. obit ſanctiſſime.ib.ſacer odor ex eius corpore manat.ibid.duciſſa Britannię eius corpus abluit,& aquã vt pretioſam recondit n.12.ægri ea aqua poti ſanantur.ibid. inclareſcit miraculis.ib.prædixit Alfonſo Borgię,qui poſtea in pontificatu Calliſtus appellatus eſt, ab eo ſe in ſanctorum.numerum relatum iri. ibid. miraculis fulget.1451.n.16.de conſecranda eius memoria actum apud

Ni-

Nicolaum V. ibid. demandata tribus Cardinalibus de viri ſancti miraculis inquirendi prouincia. ib. prædixit pontificatum Alfonſo Borgiæ, qui dictus eſt Calliſtus III. A. 1455. nu. 17. ab eodem Pontifice in ſanctorũ ordinem relatus. nu. 90. plures Hebræi aliique infideles ab eo conuerſi ad Chriſtum. ib. maximos labores in prædicando euangelio pertulit. ib. plures a vitijs ad virtutes traduxit. n. 91. magnis effulſit miraculis. ibi de ijs excepti publici teſtes. ibid. & volumen ingens conſcriptum n. 92.

Vincentius archiep. Gneſnenſis pſeudocardinalitia inſignia ab Amedeo antipapa accepta abijcit. 1447. num. 21.

Vinculis conſtricti. S. Bernardini Senenſis erga illos pietas. 1447. num. 19.

Vindictæ furens illius cupidine Ioannes dux Burgundiæ factionis Aurelianenſis filios baptiſmo militari veſtit. 1419. num. 9. ſcelerum pœnas ſuo ſanguine luit. ibid.

Vindicta diuina. vid. *Iuſtitia diuina.*

Vinum. non debet purum offerri in ſacrificio, & cur. 1439. n. 15. vid. *Aqua.*

Virginitas. damnata a Laurentio Valla. 1446. n. 8. virguncula nuptijs mortem præfert. 1456. num. 72. vid. *Caſtitas.*

B. Virgo. vid. *Deipara.*

Viſa cælitus immiſſa. viſum pio equiti pro fide ſauciato obiectum. 1427. n. 4. viſis cœleſtibus potita B. Liduuina. 1433. n. 11. iiſdem fruitur S. Franciſca. n. 32. oſtenſum diuinitus Andreolæ Thomam ipſius filium, qui fuit Nicolaus V. futurum Pontificem 1447. n. 15. oſtenſum ſimiliter a Nicolao ipſi cœleſti viſo delectum iri Pontificem. nu. 16. & 1449. nu. 13. oſtenſum eidem non lædendũ a Stephano Porcario. 1453. n. 24.

Vitis. S. Franciſcæ Romanæ precibus menſe ianuario repente vuas maturas producit. 1433. n. 32.

Vlricus Roſenſis. Ioannem Cardinalem S. Angeli ex Huſſitarum inſidijs eripit 1448. n. 5.

Vlricus comes Ciliæ. Ladiſlai Hungariæ ac Bohemiæ Regis tutelam Friderico Cæſari eripit. 1452. nu 7. pronuntiata a Pontifice ſecundum Fridericum ſententia. ibid. irruente Mahomete in Hungariam cum Ladiſlao Rege Viennam in Auſtriam ignaue fugit. 1456 n. 14. prædictum illi a B. Ioanne Capiſtranenſi, vt caueret ab inſidijs. 1456. n. 63. cum Huniadis filijs inimicitias gerit, 1457. n. 18. ex inſidijs trucidatur ib. vlciſcitur eius mortem Ladiſlaus, ibid.

Vnctio extrema. quæ ſit illius ſacramenti materia, quæ forma, quis miniſter. 1439. n. 15.

Vngari. vid. *Hungari.*

Vſumcaſſanus Perſidis & Armeniæ Rex. eum ſolicitat Calliſtus contra Mahometem. 1457. n. 66. plures de eo

refert victorias. ib. proſperos ſucceſſus precibus Chriſtianorum tribuit. ib. ad illum & alios orientales Reges Ludouicus Minorita Bononienſis miſſus. ib.

Vſura. vetitum pendi eas Iudæis a Chriſtianis. A. 1442. n. 15.

Vualterus comes Artholiæ nepotem Regem Scotiæ necat. 1436. n. 35. ferrea corona ſcintillante flammis redimitus, & proditorum rex appellatus occid. n. 36.

Vvenceſlaus Bohemiæ Rex. in eum expedire arma parant Huſſitæ. 1417. n. 10. placantur a Corando, licet enim Vvenceſlaus ebrioſus & iners foret, quietum tamen illum & benignum eſſe. ib. eius magiſtratus e feneſtris deturbati præcipites ab Huſſitis. 1419. n. 10. perduellione hæreticorũ conſternatus apoplexia correptus emoritur. 1419. n. 20.

Vvicleffiſtæ epiſcopus quatuor articulos ex ſymbolo abradere auſus. 1457. n. 92.

Vvillelmus Albus Vvicleffiſta. libertatem Chriſtianam in licentia libidinum conſtituit. 1422. n. 23. paupertatis ſpecie aliena rodit. ib.

Vvillelmus Ruſſellus hæreticus. prædicat aduerſus decumas. 1426. n. 18.

Vvilhelmus dux Bauariæ. Baſileenſes coercet, ne ad ſchiſma conflandum erumpant. 1433. n. 23.

Vvilzenacenſis eccleſia. in Brandeburgenſi principatu miraculis clara. 1447. n. 9. in ea aſſeruatæ hoſtiæ, e quibus ſanguis manarat. ib.

Vvitoldus dux Lituaniæ. creatus a Martino V. pontificius vicarius in aliquibus Ruſſiæ prouincijs pro amplificanda fide Chriſtiana. 1418. n. 20. pacem cum cruciferis conficit. ib. cum Tartarorum imperatore bellum gerit. ib. Bethſabulam in Tartarorum imperium ſuccedere nititur irrito ſucceſſu. ib. delatã Bohemicã coronã pertentat a Bohemis hæreticis, ut eorum clientelam ſuſcipiat. 1422. n. 21. denunciatum illi a Martino Papa, ni reſipiſcat, ipſius animam æternæ morti damnatum iri. ibid. ſuſcipit clientelam Bohemorum. 1423. num. 16. reuocat præſidia. num. 18. eius mors. 1430. n. 7. ſpreuerat Bohemicam coronam delatam ab hæreticis ne Deum læderet. ib. pactus eſt cum Sigiſmundo Cæſare de Lituaniæ ducatu in regnum excitando, ibid.

Vvladiſlaus Rex Poloniæ & Hungariæ. rerum geſtarum gloria optime de Eccleſia meritus. 1418. n. 18. plura in barbaros geſſit bella ib. coniunctionem orientalis eccleſiæ cum Latina promouere ſtuduit. ib. Sagniaccas populos magna ex parte Chriſto adiunxit. ib. confirmata eius rogatu a Martino Papa regum Poloniæ priuilegia. n. 18. creatus vicarius generalis Pontificis in Polonia, Ruſſia, & Nouogrodia. ib. inſtructus auctoritate pro ſchiſmaticis & infidelibus ad ſanitatem mentis reducendis. n. 19. tranſmiſſa ad illum ſacramenti formula, quo ſe deuincturus eſſet. ib. cum cruciferis inducias init. n. 20. eas iuſſu pontificio iterum prorogat. 1420. n. 12. ſolicitatur a Bohemis vt auxilia ipſis ferat aduerſus Sigiſmundũ. A. 1421. n. 21. Bohemicum ſceptrum delatum ab Huſſitis aſpernatur. 1424. n. 11. denuntiat Sigiſmundo nepoti habitum iri vt hoſtem ſi fauerit hæreticis. ib. ſubmittit in Huſſitas auxilia. ib. Carthuſianos in regnum euocat. n. 12. hæreſeos odio Bohemicam coronam affectantem bello appetit. 1425. n. 14. interpretem agit apud Martinum V. pro conciliandis Eccleſiæ Bohemis. 1427. n. 30. tentat muneribus Martinum V. corrumpere prapinquis re eblandienda. n. 17. monitus vt honeſta poſcat. ib. reſtituat libertatem eccleſiaſticam, nullaque re melius firmari regna quam diuino præſidio. n. 18. arguitur a Martino V. ius eccleſiaſticum iniquo decreto læſiſſe. 1429. n. 13 docetur eccleſiarum præfecturas libere a Pontificibus conferendas. n. 14. flectendas ad decreta papalia Regum voluntates. ib. comminiſci adulatores regios ſpectare iure regio ad Reges vt deſignent epiſcopos. ib. exempla contraria aliorum Regum ipſi propoſita. ib. demandata ei ab Eugenio IV. poteſtas, vt pacis interpretem pro Bohemis Eccleſiæ conciliandis agat. 1432 n. 10. eluſa illius ſtudia. n. 11. pie moritur. 1434. n. 25. inſigne demiſſionis ab eo exemplum editum. ib. amplificata ab eo fides. ib. Dei gloriam politicæ arti prætulit. ib. ſucceſſit ipſi filius Vvladiſlaus III.

Vvladiſlaus III. Rex Poloniæ. ſuccedit parenti. 1434. n. 25. ſolicitatus ab Eugenio ad colendas regias virtutes ib. delectus Hungariæ Rex ob Ladiſlai pueritiam. 1440. n. 15. Romanæ ſedis honorem tueri pollicetur. 1441. n. 14. Baſileenſium furorem damnat. ib. queritur ſibi non fauere Eugenium Papam in regni Hungarici controuerſia. ib. reſponſum neceſſariam pacem Hungariæ ne a Barbaris lanietur. ib. ſolicitatur, vt pacem cum Regina Eliſabetha redintegret. ib. parta gemina de Turcis victoria Deiparæ templum nudis pedibus adit. 1443 n. 20. trophæa Virgini ex voto dicat. ib. Eugenius Pontifex, Genuenſes, & Philippus dux Burgundiæ pollicentur illi ſe Turcas Helleſpontiaco traiectu abacturos. 1444. n. 1. deterretur à Polonis a Turcico bello. ib. multas prouincias ex Turcis receperat. n. 2.

collata ipſi ab Eugenio plura privilegia. ib. cum Amurate decennales inducias pepigerat nu. 5. quæ cauſæ illum mouerint ad violandam pacem. ibid. liberatus fuit ſacramenti religione a Card. legato. ib. promiſſa Pontificis de Amurate trajectu Helleſpontiaco arcendo, Genuenſium & pontificij nepotis culpa, vana expertus eſt. nu. 9. montani loci munitione exercitum confirmandum cenſet. ib. reluctante Huniade prælium committit. id. poſt fractam primam Turcicam aciem irrumpit in Amuratem, & ad fugam pene adigit. ib. obtruncatur in prælio. ib. an iure accuſetur Iulianus Cardinalis ob Vvladislaum ad violandam pacem incitatum. A. 1444. n. 10. eo cæſo Polonia & Hungaria perturbatę 1445. n. 12. Caſimirus dux Lituaniæ in Regem aſcitus. ib. Ladislaus quinquennis Rex ab Hungaris ſalutatus. n. 13.

Vulnures, cædendum Turcicum exercitum ſuperuolitant. A. 1456. n. 16.

Z

ZAra Iacob æthiopum Imperator, Æthiopas Romanæ coniunxit eccleſiæ in Florentino concilio. A. 1456. n. 45. ſollicitatus a Calliſto, vt arma in Saracenos vertat. nu. 46. de victoria ad Belgradum diuinitus parta certior factus num. 47. miſſus ad eum gladius a Calliſto, vt eum in Mahometanos diſtringat. num. 48.

Zagiſſa dux Sigiſmundi Cæſaris, perire cum ſuis, quam eos deſerere maluit. 1428. n. 4.

Ziska Huſſitarum dux quadraginta millia militum contrahit. 1420. nu. 13. pacem cum Sigiſmundo componit. ib. iterum rebellat. ibid. Sigiſmundi Pragam obſidentis impetus eludit. n. 14. eum ex eadem obſidione pellit. n. 15. Pragenſes eccleſias expilat. ib. ferro flammiſque inſectatur catholicos. ib. Sigiſmundum fundit. ib. plures arces expugnat. ib. Thaboritarum hæreticorum dux. A. 1421. num. 5. fœdiſſimam Adamitarum ſectam ferro delet. ibid. impedimentis exuit Sigiſmundum Imp. 1422. num. 18. cæcus victor ſæuitiam in ſacerdotes & catholicos effundit. ibid. cum Pragenſibus arma exercet. 1426. num. 17. Ioannes Rokyzana inter eos pacis interpres. ibid. Sigiſmundus Imp. demulcet officiis indigne impium Ziskam, 1427. n. 22. cum eo paciſcitur. ib. peſte extinctus repente Ziska. ibid. e pelle ſua tympanum iubet confici ad fugandos catholicos. ib. pars maxima eius ſectatorum principem dedignata ſe Orphanos appellat. ib. inde Orphanorum ſecta orta. ib.

FINIS.

Digitized by Google

CORRIGENDA VEL MVTANDA.

Anno Chriſti 1417. numero 9. verſu 33. reſoluetur, reſoluetur. n. 24. vitra, vltra. n. 12. v. 25. ex ijs Nicolaus V. & Pius II. Romani Pontifices illi a ſecretis fuere. qua lege. Inter eos Thomas Sarzanenſis poſtea epiſcopus Bononienſis dein Cardinalis, demumque in pontificatu dictus Nicolaus V. ab ipſo fuit educatus.
n. 14. v. 25. redactum, redactum.
An. 1418. n. 15. v. 15. excıdedas, excindendas.
n. 39. v. 15. Laurentius, Laurentius.
n. 37. §. 1. v. 2. gremiumque, gremium; ſchiſmate ſunt, tolle ſunt.
n. 33. § 1. v. 2. a quas, quas.
An. 1419. n. 3. §. 4. v. 8. eum, cum. v. 18. & 19. cupita, capita.
n. 7. §. 1. v. 6. obſidone, obſidione.
n. 10. § 3. v. 20. adigetepit, adigerent.
n. 32. §. 2. v. 28. obierant, obierat.
An. 1420. n. 8. §. 1. v. 26. diplemate, diplomate.
n. 39. § 3. v. 6. metui terum, metu iterum.
An. 1421. n. 3. §. 1. v. 23. ne commeatus, tolle ne.
n. 3. §. 3. v. 13. Sacerdotis, Sacerdotio.
n. 4. §. 1. v. 7. ſeruendoſque, ſeruandoſque.
n. 14. §. 1. v. 5. cumque, cum.
n. 22. v. 31. Primeum, primæuum.
An. 1422. n. 21. § 1. v. 10. & v. 11. fidem recipere, in fidem non recipere.
n. 24. v. 33. & 34. merum, meum.
An. 1423. n. 7. § 2. v. 3. nullum, vllum.
n. 8. §. 2. v. 8. inquien, inquiens.
n. 16. § 1. v. 2. & 3. Præſides illi, tolle illi.
n. 26. verſ. 6. dele ſcilicet ſuperiori anno.
n. 27. v. 21. & 22. ea fiſſe, remanſiſſe.
An. 1424. n. 15. v. 35. inſtruerdas, inſtruendas.
An. 1425. n. 17. §. 2. v. 12. cum data, tum quod data.
n. 20. §. vnico. v. 1.
An. 1426. n. 12. §. 3. v. 50. fetentur, ferantur.
n. 17. v. 15. tuertur, tueretur.
n. 18. §. 2. v. 13. extefcat, excreſcat.
n. 21. verſ. 12. Turcaſue adde vertere.
n. 23. §. 1. v. 6. ne ero, ne vero.
n. 24. § 3. v. 17. multoque, muloque.
num. 26. §. vlt. verſ. 17. dele illi n. 26. verſ. vlt. MLCCCXXX, MCCCCXXX.
An. 1427. n. 3. § 2. v. 21. Marijnus, Martinus.
An. 1428. n. 10. brnficio, beneficio.
An. 1429. n. 1. v. 18. aſslatu, afflatu.
n. 2. §. 1. v. 10. ſpeciatter, ſpecialiter.
n. 4. v. 23. & 24. veſtis & eius, tolle &.
n. 5. v. 30. perduceetur, perduceretur.
n. 18. v. 54. per multas, permultas.
n. 19. §. 2. v. 33. imepſos, impenſos.
n. 21. v. 10. Boſinam, Boſnam, & ita ſemper.
An. 1430. n. 5. v. 7. ſidiris, diris.
n. 4. in ſi nota marg. dele Velleris aurei, &c.
n. 5. § 7. v. 26. obſtaturos, obſtituros.
An. 1431. n. 4. v. 10. Gabrieli, Gabrielis.
n. 20. v. 1. desluxit, defluxit.
n. 25. §. 1. v. 44. iterumque, iterum.
n. 32. §. 1. v. 3. deeſſet, deeſſe.
n. 34. § 1. v. 38. Pantificis, Pontificis. v. 58. eum, cum.
n. 35. §. 1. v. 6. acdixit, addixit.
An. 1432. n. 6. § 2. v. 13. e conuentus, a conuentu; conſtituti, conſtitutis. ib.
n. 9. § 4. v. 22. ſyngrapha, ſyngrapham.
n. 10. § 1. v. 13. ijſdem, eoſdem.
n. 12. §. 2. v. 21. fecerim, fecerim.
n. 14. §. 3. v. 12. retardare, retardari.
n. 16. v. 19. Concilium, adde pro vt ipſi putabant.
n. 20. §. 4. v. 5. Mediolanenſium, Mediolanenſium.
An. 1433. n. 3. not. marg. vlt. robuit, volunt.
n. 11. §. 4. v. 13. & 14. viciſſimi, viciſſim.
n. 18. v. 8. fuiſſet, fuiſſe.
n. 21. §. 1. v. 3. dilidij, adde tollendo a.

n. 22. §. 4. u. 18. Imperatores, Imperatore.
n. 26. §. 1. n. 8. pluries, plures.
n. 29. not. marg. 1. cruo, cruor.
n. 33. §. 7. & 8. ſoribus, ſororibus.
An. 1434. n. 1. §. 1. u. 38. vlis, vtis.
n. 9. § 1. u. 47. fuerat, fuerant. §. 3. v. 18. iacentes, iacentes.
n. 24. § 2. u. 5. addidit, additum.
n. 25. n. 8. Conſiſtorie, Conſiſtorio. ibid. not. marg. Typographia eos, Typographica erat.
n. 26. §. 4. u. 3. celebrata, celebratas. ibid. vices, vice.
n. 29. §. 3. u. 27. tempone, tempore.
An. 1435. n. 3. §. 1. u. 5. vllu, vllo.
n. 14. verſ. 5. ſubmiſit, ſubmiſit. u. 6. Genuenſium, Genuenſium.
An. 1436. n. 2. § 1. u. 6. & 7. conſtituerem, conſtituerent. ibid. §. 1. u. 1. intet, inter §. 3. v. 10. publico, publica. n. 11. quemlibet, quemlibet.
An. 1437. n. 6. verſ. vlt. concilium e dele e.
n. 13. §. 3. u. 39. in euo, in quo. ibid. ſmitti, mitti.
n. 18. §. 1. u. penult. auctorati, auctoritati. §. 3. u. 3. Capiſtranos, Capiſtrano. §. 4. v. antepenult. nom, non. §. 5. not. marg. 1. dele odio flagrant.
n. 26. u. 10. vocaret, voraret.
n. 29. § 2. u. 9. vitu, itu.
A. 1438. n. 6. §. 3. u. 4. ipſe, ipſo.
n. 7. §. 2. u. 5. moliris, moliri.
n. 9. §. 1. u. 19. æquatam, æquatem. §. 2. dele notam margin. §. 3. u. 23. Chriſti, Chriſtus.
n. 12. §. 1. u. 2. illi, ille.
n. 13. §. 2. u. 2. & 3. inſtituta, inſtituta.
n. 14. §. 5. u. antepenult. Reges, Regis.
n. 18. §. 1. u. 5. liberatum, libratum.
n. 19. §. 1. u. 3. quippeque, quippe quod.
n. 25. §. 2. u. vlt. ſleerre, eſterre.
An. 1439. n. 1. u. penult. cum, cum.
n. 5. §. 2. u. 4. ille, ille.
n. 6. § 1. u. 9. verio, vero.
n. 7. § 1. u. 18. qua, quæ.
n. 13. §. 1. u. 1. Firentiam, Florentiam.
n. 15. § 2. v. 8. materia, materia.
n. 19. § 3. v. 29. tertuo, tertia. §. 4. v. 1. Concilij, Concilija.
n. 20. §. 7. v. 37. inferioris, inferioris. §. 9. v. 30. alias, alijs.
n. 21. §. 2. v. 36. collegis, collegas.
n. 22. v. 5. patrocimiorum, patrocinio.
n. 32. §. 2. v. 37. quis, quos.
n. 33. §. 2. v. 27. apud nos, in eos. § 3. not. marg. 1. creatu, creatus.
n. 34. § 1. v. 14. & 15. & ingentia, tolle & §. Quid not. marg. vlt. deiciuit, deſeruit.
An. 1440. n. 1. §. 1. n. 8. amiſiſſe, miſiſſe.
n. 3. not marg 2. Eugenij adde in.
n. 4. §. 2. u. 10. ancipitciquæ, ancipiteſque.
n. 10. § 2. u. 51. ſunt, ſum. §. 4. v. 26. illuſtret, illuſtrat.
n. 11. § 2. u. 11. ntrauit, intrauit.
n. 13. § 1. u. 41. ſoliicitauit, ſollicitauit.
n. 13. §. Retulit. n. marg. ag. ad. §. Nos, not. marg. Propoſiti, Propoſiti.
n. 14. §. 1. u. antepenult. ſi autem ſi, ſi autem.
n. 15. §. 2. not. marg. 2. dicatis, beatis.
An. 1441. n. 8. §. 1. u. 7. ſerauerant, ſeruauerint. §. 4. u. 20. legare, legaret.
n. 12. not. marg. 1. ſcribuit, tribuit.
n. 15. §. 1. u. 3. hungaricum, hungaricum.
An. 1443. n. 16. n. 7. cum, eum.
n. 20. §. 2. u. 9. oratione, oratione.
n. 23. § 1. u. 3. affirmat, affirmant.
n. 24. § 3. u. 28. reddi ait, reddidit.
n. 25. §. 1. u. 36. ilius, illius. §. 2. v. 13. honorom, honorem.
An. 1444. n. 6. §. 4. u. 13. qued, quod. v. 39. offerendum, efferendum. §. 5. u. 22. ac nullus, ac cum nullus. §. 5. dele notam marg. Eius mors. §. 6. u. 13. præoccuparet, præoccuparet.

n. 9. §. 4. not. marg. 1. Aufugit, Aufugit. §. 5. u. 12. vuntiarunt, nunciarunt. & n. 12. inſanniſſima. §. 6. u. 6. perfidia, perfidiam.
n. 13. § 3. u. 23. eſt adortus, eſt adortus.
n. 19. § 3. u. 6. ſuſcipio, ſuſpicio. §. 5. v. 7. ſtaſeris, ſtaſeris.
An. 1445. n. 13. not. marg. 1. quingentennis, quinquennis.
n. 16. § 2. u. 10. quæſito, non quæſito.
n. 25. §. 4. u. 14. ſui, ſui.
An. 1446. n. 9. §. 3. u. 15. vnum, vnam.
An. 1447. n. 1. u. 20. vdluti, veluti.
n. 2. §. 1. u. 15. nunc, nunc.
n. 12. §. 2. n. 7. vtſcidit, reſcidit.
n. 13. §. 1. u. 43. æquitium, æquam.
n. 15. § 1. u. 22. Poutificatum, Pontificatum.
n. 15. §. 2. u. antepenult. oſtenſum, oſtenſum. § 3. u. 2. cum, cum.
n. 24. § 1. u. 30. in, in. n. 48. atiinus, diuinus.
n. 25. uerſ. 21. Cremon, Cremona.
n. 28. § 17. n. 5. ſenguinis, ſanguinis.
An. 1448. nu. 3. not. marg 2. Curnericales, Curneutrales.
n. 4. § 1. not. marg 1. Commendare, Commendat. § 3. u. 9. cumque, cum.
n. 11. §. 1. u. 21. ardore, ardere. u. 36. nndum, nudum §. 2. u. 18. extra, exta. u. 19. flamma, flamma. u. 31. eunctis cunctis. §. His ita not. marg. feſtat, eſtat.
An. 1449. n. 1. u. 15. iuternentu, interuentu.
n. 3. §. 1. u. 19. conturbare, conturbatæ.
n. 10. §. 3. u. penult. fanciarunt, fauciarunt.
An. 1450. n. 2. §. 1. u. penult. diplomata, diploma.
n. 4. § 2. u. 4. ipſemet, ipſimet. §. 3. u. 17. obſtitorum, oberitorum.
n. 8. not. marg. 1. innatæ, inditæ. §. 2. u. vlt. Benadictinos, Benedictinos.
n. 9. §. 5. u. 3. hoſies, hoſtea. u. 17. vaſticatem, vaſtitatem.
An. 1451. n. 3. §. 2. u. 12. eneuit, euenit. u. 16. cnm, cum.
n. 8. §. 1. u. 23. a Galli, a Gallia. §. 3. u. 22. e victo, vt e victo.
n. 10. §. 2. u. 13. decimæ, decimæ. u. 3. qni, qui.
n. 13. §. 2. u. 5. Eccleſia, Eccleſiæ.
n. 14. §. 1. u. 8. reripitis, recipitis. §. 3. u. 35. amhoue, ambone.
n. 15. §. 1. u. 17. retraheudos, retrahendos.
n. 17. §. 5. u. 9. eribro, cribro. § penult. not. marg. velerum, veterum.
An. 1452. n. 1. §. 3. u. 10. fnerunt, fuerunt.
n. 5. pag. margin. Honororum, Honorum.
n. 10. §. 4. u. 5. maxime alia, inter alia.
n. 12. §. 1. u. 15. eſſeut, eſſent.
n. 13. §. 1. u. 11. & victi, vt victi.
An. 1453. n. 1. § 1. u. 30. preces, preces. u. 54. Ephſius, Epheſius.
n. 4. §. 1. u. 23. & 24. fuorunt, fuerunt. u. 34. porcuſſum, percuſſum.
n. 7. u. 59. mera, mora.
n. 14. §. 5. u. 9. lihet, libet. u. 18. ſi mali, ſi mala. §. 6. u. 8. pælam, palam.
n. 15. §. 1. u. 45. & 46. nequaquam ? tolle interrogationem.
n. 22. § 1. u. vlt. ſcelerum, ſcelerum.
n. 23. § 1. u. 28. ſacerdotali, ſacerdotali.
An. 1454. n. 2. § 1. u. 32. diettinus, diutinus.
n. 3. § 2. u. 4. ae, ac.
n. 4. § 1. u. 4. deficit, deficit § 2. u. penult. ſod, ſed.
n. 5. §. 1. u. 19. ducatum, ducatum. §. 2. u. 60. diſpotus, deſpotus. u. 64. creduntur, creduntur.
n. 12. §. 1. u. 13. ſibimet, adde accerſunt.
An. 1455. n. 10. § 2. u. 16. uiros, uiuos u. 17. conſtructionum adde decus. u. 19. augetur. adde religio.
n. 14. u. 17. Volenſis lege Auenionenſis.
n. 14. u. 25. odem, eodem ibid. §. 4. u. 9. aureo, auro.
n. 22. §. 5. u. 1. ſit iuſtitiæ, ſol iuſtitiæ.
n. 34. §. 1. u. 12. colebo, colebant.
n. 36. §. 1. u. 28. & 29. cum, cur.
n. 37. §. 2. u. 145. Iuperatoris, Imperatoris.

n. 40

CORRIGENDA VEL MVTANDA.

n.44 u.51. vmmero, numero. 54 u.48. & 49. diui, domini.
An.1456.n.13 not.marg.vlt. decuperandæ, recuperandæ.
n.20 § 1.u vlt. omiuino, omnino.
n.33. not marg. vlt. perturbatis, perturbati.
n.40.§.1 u 5.verſi ret, vergeret.
n.50.§.4 u 5.triremę, triremem.
n.66 § 1.u 4 pſohibuit, prohibuit.
n.72 §.1.u.24. fraudis, febri.
n.73 verſ.21. datus eſt, adde. Addit Felix Contelorius Ioannem Ludouicum Milanum Calliſti nepotem cardinalitia purpura ornatum fuiſſe.
An 1457.n.12 §.1.u.4 & 5.religio, religione.
n.20.§.2 u.41 animentur, animetur. u.48 & 49. deſpondi, deſpondit.
n.22 §.1 u 23. itaqne, itaque.
n.26 §.1 u.9 haderet, traderet.
n.39 §.1 u.17. in, in.
n.59.u.18. habedas, habebant.
n.59.u 25. Vt, vt & reliqua vſque ad finem numer dele transferenda enim ſunt ad ad an.1460.n.63.u.4. tyrannide, tyrannide.
n.64 §.2.u.penult ei, eis.
n.93.u.6 inſtitutum, interdictum.
An.1458.n.3 §. u.4 commentu, conuentu.
n.23 u.5. anno 4 x ann., u.6. tertio, primo.
n.30.u.47 & 48 principatibas, principatibus.
n.41 §. u.15 nunnquam, nunquam.
n.43.u 4. iudicium, indicium. u.10 ſuppeditauit, ſuppeditauit.
n.45 v.3 præfat, præferebat.
n.41. nota marg. 3. eam expunge ex indidice exime ns. Iacobus Scotus II. Rex.

Digitized by Google

R O M AE,

Ex Typographia Vareſij. M D C L I X.

S V P E R I O R V M P E R M I S S V.

Digitized by Google

ZZA
Tel. 625 623 – ROMA
Digitized by Google